Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
141
N
6
NAPOLI
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
141
N
6
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

RERVM
MOGVNTIA-
CARVM
TOMVS I.

Digitized by Google

VOLVMEN PRIMVM
RERVM MOGVNTIACARVM,

QVO CONTINENTVR

NICOLAI SERARII,

SOCIETATIS IESV THEOLOGI,

RERVM MOGVNTINENSIVM
LIBRI QVINQVE,

ANNOTATIONIBVS ET SCHEMATIBVS GENEARCHICIS TVM EMENDATI TVM ILLVSTRATI,

VNA CVM

SVPPLEMENTO

AD PRAESENS VSQVE TEMPVS,

ET

INDICIBVS LOCVPLETISSIMIS,

ACCVRANTE

GEORGIO CHRISTIANO IOANNIS.



FRANCOFVRTI AD MOENVM

APVD

IOANNEM MAXIMILIANVM A SANDE.

ANNO MDCCXXII.

R. B. NEAPOLIS

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI

LOTHARIO FRANCISCO,

S. SEDIS MOGVNTINAE

ARCHIEPISCOPO,

S. ROMANI IMPERII

PER GERMANIAM

ARCHICANCELLARIO,

ET

PRINCIPI ELECTORI,

EPISCOPO BAMBERGENSI,

PRINCIPI

PIO, FELICI,

MERITISQVE IN REM IMPERII PVBLICAM IMMORTALIBVS

LAVDES OMNES SVPERGRESSO,


VITAM FELICITATEMQVE PERPETVAM

DEMISSISSIMA ANIMI SVBIECTIONE

PRECATVR

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS.

Digitized by Google



EMINENTISSIME PRINCEPS ELECTOR,

CVm immenſus ille tum virtutis TVAE, tum dignitatis, infula pontificia, trabeaque nouemuirali præfulgentis, ſplendor omnium oculos præſtringat, menteſque, diu ſane a me impetrare haud potui, vt has qualeſcunque laborum meorum, quos in illu-

Digitized by Google

illuſtrandis S. Sedis TVAE rebus, pro virium mearum imbecillitate, moduloque, collocare occepi, primitias Celſiſſimo TVO, ac tot meritis non Germaniæ modo noſtræ, ſed omnibus, quæ cultiores ſunt, gentibus commendatiſſimo Nomini inſcriberem, easque TVVM ad puluinar, tanquam tabulam votiuam appenderem. Animum tamen ad vltimum mihi fecit ſingularis illa TVA atque inuſitata in tanto culmine benignitas, qua, inter tam grauem quotidianorum, eorumque maximi momenti negotiorum & conſiliorum molem, artes ingenuas & doctrinarum ſtudia, quibus homines ad virtutem in rei publicæ vſum & decus formantur, complecteris, foues, ac tueris. Cum enim alii, quos in tantam amplitudinem, quantam TV maxime omnium cum applauſu atque admiratione orbis terrarum ſuſtines, ſors diuina prouexit, omnem ſui in hoc genere officii menſuram ſibi impleſſe videntur, ſi litteras, quas olim delibarunt, haud contemnant, illarumque cultores non negligant plane; quæ equidem, vt nunc eſt, in tanto liberalium diſciplinarum faſtidio non vltima laus eſt ducenda; TV, *PRINCEPS ELECTOR Sapientiſſime*, maximi contra eas facis, & cum exploratum habeas, quantum vtilitatis & commodi ad rem publicam ſeruandam & exornandam adferant, inter ſacra Principatus pignora eas numeras & inſtrumenta, ad eas, tanquam leuamen curarum, quibus pro Imperii ſalute, populique TIBI commiſſi otio, tranquillitate, & opportunitatibus diſtringeris, ſi quid vacui & ſubſeciui temporis concatenatis quaſi

iſtis occupationibus ſubducere potes, maxima cum voluptate reuerteris; nec contentus, in oblectationibus eas habere ac deliciis, in maius etiam meliusue prouehis eas, ac, vt gloriæ, quam mereris, immo iam præcipis, cumulum numeris omnibus expleas, in omnes, qui probitatis ac eruditionis aliqua ſunt opinione, clementiſſimo es adfectu. Confirmauit deinde, quem admirabilis hæc TVA bonitas, tantaque & tam ſecunda in artes & ingenia voluntas mihi addidit, animum ipſius argumentum operis, idque non triuiale, ſed TIBI, *PRINCEPS ELECTOR Eminentiſſime*, ſanctæque Sedi TVAE, vnice proprium. Agit enim de metropolis TVAE, ſpecialis illius eccleſiæ Romanæ, vt merito audit, filiæ, vrbiumque, veteri elogio, reginæ, ortu, incrementis, fatis, calamitatibus, ornamentis, decoribusque, ac ſtatu: agit de Diuis illis, cæloque, vnde venerant, receptis ciuibus, qui tum Moguntiam, tum Diœceſin TVAM doctrina, morum ſanctitate, ſtudio pietatis promouendæ inflammatiore, vitaque pro veritate diuina pie firmaque animi in Soſpitatore ſuo confiſſione duriſſimis ſub cruciatibus reddita, illuſtrarunt: agit de rebus laudatiſſimorum Deceſſorum TVORVM domi foriſque feliciter ſecusue geſtis: agit de ſacris, vt plura alia prætercam, in tam auguſtæ nobilitatis ciuitate Collegiis, Contuberniisque: quæ vnico quaſi intuitu luſtrare, TIBI non iniucundum fore, mihi perſuaſi, & id quidem hoc pronius, quo notius eſt, TE, pro ſumma iſta prudentia, quam excelſior indoles TIBI inſeuit,

vſus

vſus vero doctrinaque confirmauit, ea, quæ in tot, tantæque dignationis ac celebritatis Principibus, qui ante TE ad Moguntini Archiepiſcopatus gubernacula ſederunt, immortalia fuere, TVARVMque virtutum præludia, ſtudioſe intueri, operæque haud contemnendum exiſtimare pretium, non neſcire, quid antequam natus fueris, vel gradum feceris ad hoc ſupremi, quem conſecutus es, honoris faſtigium, acciderit, eueneritque, ſed id omne perquam meditate tenere, & in rei publicæ rationes conuertere. Vnum adhuc eſt, ſed mihi proprium, quod in cauſſis allegare poſſum, queis inductus qualescunque hos labores ſub Celſiſſimi Nominis TVI auſpiciis in lucem publicam producere, & ad pedes TVOS ſubiectiſſimo cultu deponere audeo. Cum enim paſſim inueniantur, quæ ſæculi noſtri labes eſt, maleuolo homines ingenio, quibus nil prius eſt, quam vt aliorum ſcripta, ab optimo etiam animo profecta, & ad vſum vitæ, doctrinæque ornandum ac iuuandum elaborata, vellicent, rodant, & liuoris ſui nebulis obfuſcent; ratus ſum, *PRINCEPS ELECTOR* & *DOMINE Indulgentiſſime*, benignius & mecum & cum curis hiſce meis actum iri, ſi conſpexerint, illius eas præ ſe ferre nomen, qui ex æquo bonoque metitur omnia, & poteſtate, qua pollet, omnibus eſſe ſolet præſidio, qui bonæ mentis alumni ſunt, & virtutem honeſtasque artes ad communem conferunt vtilitatem.

Hac igitur ſpe, *PRINCEPS ELECTOR. Clementiſſime*, opus hoc religioſe, eaque animi ſubmiſſione, quæ infimi generis hominem decet, TIBI dico, dedico, conſecroque, ſubiectiſſime rogans,

)(velis

Digitized by Google

velis id fronte TVA, hoc eſt, ſerena ſuſcipere, atque ex pio magis rectoque offerentis adfectu, quam pretio, cultuque interpretari. Quod ſi feceris (facies autem pro incredibili iſta TVA, omniumque ſermone celebrata benignitate) & voluntatem potius ſpectaueris, vt Principes Diis ſimiles facere ſolent, quam muneris tenuitatem, magnum operæ meæ pretium me tuliſſe, & id, quod vnice opto conſecutum eſſe putabo.

Nil amplius addo, quam, quæ ſumma officii, cultusque erga TE mei pars eſt, ſupplicem me DEO, ſalutis TVAE auctori, futurum, vt TE, *PRINCEPS ELECTOR Eminentiſſime*, tamdiu ſaluum, incolumem, ab fortunæ offenſione inconcuſſum, & omni rerum optandarum copia florentem mortalium rebus intereſſe velit, donec Imperio, eiusque Auguſtiſſimo Capiti, populo poteſtati TVAE tradito (cuius ſaluti & dignitati tanta prouidentia & indulgentia nullo non tempore conſulis) Muſis, quæ TE, tanquam beneficum quendam & tutelarem genium, reſpiciunt, bonorum omnium deſiderio, TIBI denique ipſi, Celſiſſimæque Familiæ TVAE abunde ſatisfeceris, ac ex animi plane ſententia.

Hoc votorum meorum faſtigium eſt, in quo religioſiſſime finio, TIBIque, *PRINCEPS ELECTOR Clementiſſime*, quam demiſſiſſime reuerentiſſimeque me commendo. Scribebam Francofurti ad Mœnum, ipſis Kalend. Maii, anno a ſalutifero Virginis partu MDCCXXII.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO

GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS

S. P. D.

I

RErum *Wirzburgenſium* & *Bambergenſium* Scriptores, quos Illuſtris Vir, IOANNES PETRVS a LVDEWIG, Prūſſorum Regis a conſiliis ſecretioribus, & in alma, quæ Halæ floret, Fridericiana Iurium æque ac Hiſtoriarum Profeſſor publicus excellentiſſimus, aliquot abhinc annis publicæ luci expoſuit *, excipiunt, quos hic tibi ſiſto, ii, qui *res Moguntiacas* tum recenſent, tum illuſtrant.

* *Wirzburgenſes* quidem an. MDCCXIV; *Bambergenſes* vero an. MDCCXVIII, f. Quos vt *Eichſtadenſes*, *Argentoratenſes*, & *Wormatienſes*, quorum non plane nullam ſpem fecit (*illorum* quidem in præfatione ad *Scriptores Bambergenſes* § VIII & IX p. 5; *iſtorum*, in præfatione ad *Reliquias manuſcriptorum* § XXXIX p. 100; *horum*, in eadem præfatione, § dicto, adnotat. 19 p. 100) propediem ſequantur, optandum.

II Occaſionem eos colligendi præbuit noua Rerum Moguntiacarum *Serarii*, quam Vir ſpectatiſſimus, *Ioannes Maximilianus* a *Sande*, meditabatur, editio. Cum enim conſilium ſuum cum Viris doctis, reique litterariæ intelligentibus communicaſſet, viſum illis, celeberrimo præcipue Polyhiſtori, patriæque ſuæ Senatori ampliſſimo, ZACHARIAE CONRADO ab VFFENBACH, e re communi fore, ſi *Serario* comites daret *Ioannis Latomi* Catalogum Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Moguntinenſium; *Conradi*, incertæ Sedis Epiſcopi, Chronicon rerum Moguntiacarum; *Georgii Helvvichii* Moguntiam deuictam; *Eiusdem* Nobilitatem eccleſiæ Moguntinæ, & ſi qua, præter ea, huc facerent opuſcula, illaque omnia vno comprehenderet volumine, titulo *Scriptorum Moguntinenſium* inſignito. Quod ille conſilium ſecutus, rogabat, vt non ea tantum, ſed alia etiam, quæ propoſito huic inſeruirent, colligerem ac editioni pararem. Annui, & hoc alacrius operi manum admoui, quo pronius opem mihi ſuam promittebat Illuſtris ac Generoſiſſimus Vir, VALENTINVS FERDINANDVS de GV-

DENVS,

DENVS, *Ordinis Equeſtris immediati in tractu ſuperiori Rhenano*, & reliqua.

III Animaduertebam autem, cum loculos meos excuterem, plures eſſe, qui antiquioribus æque ac recentioribus temporibus de rebus Moguntinis egerint. Ne dubites, ſubiungam illorum, quem confeci catalogum, certas in claſſes redactum.

Proſtat enim, quod 1) ad *topographicam imperii Moguntini deſcriptionem* attinet, *Topographia Archiepiſcopatus Moguntini*, quam lingua vernacula adornauit MARTINVS ZEILERVS; MATTHAEVS vero MERIAN cum figuris æneis ſat nitidis anno MDCXLVI Francofurti edidit, f. cui deinde Appendix acceſſit anno MDCLIV, f.

2

De præeminentia eccleſiæ Moguntinæ

ad *Petrum* Archiepiſcopum olim ſcripſit HVGBERTVS, cœnobii Bleidenſtadenſis, *D. Ferrutio* dicati, Monachus. Vid. *Trithemius* parte II chron. Hirſaugienſis ad an. MCCCXIII p. 135.

De *Nobilitate* item *Diœceſis Moguntinæ* carmine elegiaco AEGIDIVS PERIANDER, an. MDLXVIII, 8; quem tamen videre, tractareque mihi haud licuit; cum nuſquam illum inueſtigare potuerim; inter Scriptores tamen ad hiſtoriam Moguntinam facientes, vti notum, retulere *Lipenius* biblioth. Philoſophicæ p. 947, *Struuius* bibliothecæ hiſtoricæ cap. XVII § XVII p. 471, *Neu* parte II acceſſionum ad *Degorei Wheari* relectiones hiemales ſectione II p. 104.

3

De Epiſcopis & Archiepiſcopis Moguntinis generatim egere

IOANNES, S. *Albani* Monachus, qui circa annum DCCCCXXV claruit. Scripſit enim ad *Hildebertum* Archiepiſcopum *Chronicon* ſiue *Hiſtoriam Antiſtitum Moguntinenſium* libris II; quorum *prior* continebat ſucceſſiones & geſta tredecim Epiſcoporum Moguntinorum, a *S. Creſcente*, qui primus fuit, vſque ad

ad *Gerliebum*, qui illorum extitit vltimus; *poſterior* vero ſucceſſiones & acta duodecim Archiepiſcoporum, a *S. Bonifacio*, qui primus eorum fuit, vſque ad dictum *Hildebertum*, qui illorum erat XII. *Trithemius* l. d. parte I ad an. DCCCCXXV p. 66.

Similiter THEODERICVS, itidem *S. Albani* Monachus & Scholaſticus, *ſucceſſiones & geſta Archipræſulum Moguntinenſium vſque ad ſua tempora breui & vtili compendio continuauit.* Vid. *Idem* l. d. ad an. DCCCCLXXXV p. 127.

THEODERICVS GRESEMVNDVS, iunior, LL. Doctor, ac Moguntiæ ad *D. Stephani* Canonicus tandemque Scholaſticus, vir doctiſſimus, & tum antiquitatis, tum litterarum humaniorum maxime ſtudioſus, illorum quoque compoſuit catalogum, *Franciſco Irenico*, quem *Latomus* in ſuo opere laudat, teſte. Conf. quæ dixi in diſſertatione de *Doctis Moguntinis*.

WILHELMVS WERNERVS *Comes* de *Zimbern*, Tribunalis Cæſarei & Imperialis, quod Spiræ fuit, Iudex vicarius, ſermone vernaculo vitas illorum peculiari libro deſcripſit, quem ſe in bibliotheca Wolfenbüttelenſi vidiſſe refert *Fellerus* monumentorum ἀνεκδότων trimeſtri I p. 56.

GEORGIVS HEILMANN, cognomento *Pfeffer*, Francofurti ad *D. Bartholomæi* Canonicus, & Moguntinus Sigillifer ac Vicarius, pariter illorum vitas in chronicon ſuum ad *Bertholdum* vſque retulit; quod ſuo tempore tractauit *Serarius*, ſæpiusque in opere ſuo adduxit.

Huc etiam pertinet *Manuſcr.* ille, qui in bibliotheca Collegii metropolitani Moguntinenſis eſt, & in catalogo illius claſſe X hoc adducitur titulo: *Diuerſæ diuerſorum hiſtoriæ ſacræ, cum ſerie Archiepiſcoporum Moguntinenſium.*

Manuſcr. item, qui *F Fr. Eremitis* Conuentus Moguntini, atque, vt mihi relatum, aliis etiam eſt, lingua vernacula res illorum exponens.

Manuſcr. inſuper ille, qui in percelebri quodam, vt mihi notum, adſeruatur ἀρχείῳ, & hoc inſignitus ti-

tulo eſt : *Breuis Indiculus Archiepiſcoporum Moguntinenſium.* Deſinit in *Alberto* Cardinale.

IOANNES LATOMVS, Francofurti ad ædem *D. Bartholomæi* Decanus, vir doctus & hiſtoriarum ſtudioſus, multa induſtria illorum etiam confecit catalogum, ad ſua vſque tempora perductum, lingua ſcriptum latina; quem in variis bibliothecis reperiri mihi conſtat.

PHILIPPVS WOLF *de* ROSENBACH, Archiepiſcopi *Wolfgangi* Cancellarius, Commentariolum, vel potius *Indiculum* eorum collegit. Vid. *Serarius* lib. V in *Daniele* cap. XVI & XXI.

MATTHIAS denique DIEFFENBACH, Ordinis Benedictini Monachus in cœnobio *D. Iacobi*, quod Moguntiæ in monte ſpecioſo eſt, catalogo Abbatum huius monaſterii Epiſcoporum & Archiepiſcoporum ſeriem vſque ad ſua tempora præmiſit. Manuſcr. eſt *Ioanni Cratoni Hiegell*, Poliatro Confluentino; cuius beneficio mihi eam tractare licuit.

Et hi omnes nondum ſunt editi; partim etiam interiere.

Typis vero eorum commiſere catalogos

CASPAR BRVSCHIVS, Egranus, an. MDXLIX.

PETRVS MERSSAEVS *Cratepolius*, anno MDLXXX, 8.

Poſt quos maius opus aggreſſus eſt, vti ſane & eruditione & iudicio longe eos ſuperauit, NICOLAVS SERARIVS, S.I. Quippe *rerum Moguntiacarum* libris quinque, anno ſuperioris ſæculi IV in lucem prolatis, non modo vrbis Moguntinæ natales, fata, decora, idque genus alia, verum etiam Sanctorum Moguntinenſium, nec non Epiſcoporum & Archiepiſcoporum vitas, resque geſtas plenius ceteris & curatius pertractauit.

Ab illius temporibus lingua germanica prodiere

Maintziſche Chronica, ſamt Beſchreibung aller Biſchoffe, Ertzbiſchoffe, vnd Churfürſten Wapen. MDCXIII. 4.

C. S. T. H. *Kurtzgefaſſte Lebensbeſchreibung aller Biſchoffe vnd Ertzbiſchoffe, vvie auch Churfürſten von Maintz.* Norimbergæ. 12, ſine mentione anni.

Cum in reditu Anſelmi Franciſci *e Thuringia an. MDCLXXX finiat auctor, liber anno LXXXI ſequenti excuſus videtur.*

Tandem vrbis Moguntinæ natales, nomen, decora, templa, monaſteria, Sedis item Epiſcopos & Archiepiſcopos breui compendio complexus eſt, & an. MDCCV ἀνωνύμως edidit eruditus quidam e Societate Ieſu Collegii Moguntinenſis Presbyter, hoc titulo: *Aurea Moguntia ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſpecialis vera filia, religione & ſanctitate inclita, breui ſynopſi delineata.* Moguntiæ anno MDCCV. 12.

Fuit is, vt mihi relatum, R. P. Stephanus Hartmannus, *corporis ergaſtulo interea ſolutus.*

4

De vno alteroque ſpeciatim, & quidem S. Creſcente

Syllogen hiſtoricam *de eius apud Græcos & Latinos cultu, aſſertoque ad Viennenſes & Moguntinos Apoſtolatu* Actis *Sanctorum* inſeruit DANIEL PAPEBROCHIVS, S. I. ad diem XXVII Iunii.

S. Aurei

Miracula GOSWINVS, Moguntiæ ad *D. Albani* Monachus, libro peculiari recenſuit. *Sigehardus* hiſtor. de *S. Aureo & Iuſtina* cap. XVI. Conf. quæ dixi in diſſertatione de *Doctis Moguntinis.*

SIGEHARDVS, in eodem cœnobio inſtituti Benedictini Monachus, eiusdem *S. Aurei* & *S. Iuſtinæ* hiſtoriam lectionibus ſeu capitulis XX abſoluit. Vid. quæ in dicta diſſertatione pluribus notaui.

De ſanctis Martyribus Moguntinis Aureo *vel* Auræo *Epiſcopo*, Iuſtina *eius ſorore, virgine, promiſcua vtriuſque ſexus multitudine*, & Iuſtino *Diacono Commentarium* memoratis *Sanctorum Actis* inſperſit laudatus modo PAPEBROCHIVS.

S. Maximi

vitam IOANNES TRITHEMIVS, Abbas Sponheimenſis, conſcripſit; quam deinde *Surius* in tomum V *de Sanctis* retulit.

S. Bonifacii

vitam dedere WILIBALDVS, OTHLONVS, LVDERVS, Epiſcopus Monaſterienſis, RVTHARDVS; de quibus vid. quæ lib. III rerum Moguntiacar. in præfatione notatione I p. 319 & ſeq. (201 & ſeq.) habet *Serarius*.

Wilibaldi vitam Bonifacianam epiſtolis *Bonifacianis* ſubiecit *Serarius*, anno MDCVI, 4. *Othloni*, præter *Surium* & *Caniſium*, dedit *Browerus* in Sideribus illuſtribus Germaniæ an. MDCXVI, 4. *Wilibaldi* & *Othloni* ſimul vna cum prolegomenis, adnotationibus, & appendice, repetiit *Mabillon* in Actis SS. Ordinis Benedictini ſæc. III parte II n. I p. 1 & ſeq. Idem fecit *Papebrochius*, eamque iuxta cum aliis excerptis nec non *Analectis Bonifacianis* recoluit ad diem V Iunii p. 460 & ſeq.

Præter hos vero MEGINFRIDVS, Monachus Fuldenſis, eam deſcripſit carmine, libris II. Vid. *Trithemius* chronici Hirſaugienſis parte I ad annum DCCCCLXXXVI p. 129.

Quidam itidem ANONYMVS, qui ſæculo XII vixit, ἀνέκδοτος. Incipit ſic; *Temporibus Leonis IV* &c. finit vero; *Regnante Domino I. C. cui laus, honor, & gloria per infinita ſæculorum ſæcula. A. MCVI.* Fuit *Caſpari Sagittario*, qui ſe eum e bibliotheca Neumaieriana nactum eſſe refert.

MSCR. alius, qui fuit in Carthuſia Colonienſi. Vid. *Serarius* lib. I cap. XXXI ſect. I § I p. 107 (69)

E recentioribus M. IOANNES SPANGENBERG, dum an. MDXI Erfurti Scribam monaſterii ad S. Cyriacum agebat, hiſtoriam *Bonifacii* carmine 500 verſuum complexus eſt.

Eandem IOANNES LETZNERVS comprehendit libro Erfurti typis Martini Wittelii an. MDCIII edito, cui titulus; *Hiſtoriæ Bonifacii, der Teutſchen Apoſtel genant, erſter theil* &c. 4.

Præter iſtos, quos in litteris ad *Chriſtianum*, Ducem Brunſuico-Lüneburgenſem, Epiſcopum Mindenſem, ſcriptis recenſet, & ſe tum Gandershemii, tum Hildeſiæ, tum Islebiæ, tum Erfurti legiſſe refert dictus modo

modo *Letznerus*, M. CYRIACVS SPANGENBERG *Bonifacii* hiſtoriam adornauit, & hoc titulo edidit: *Kirchen-Hiſtoria, oder vvahrhafftiger ordentlicher Bericht, vvie es vm die Religion in Thüringen, Heſſen, Francken, vnd Bayern vom 714 iahr bis aufs 755 geſtanden; darinnen das Leben vnd gantze Hiſtoria* S. Bonifacii *mit eingeführet vvird. Smalcalden gedruckt in verlegung Iacob Apels, Buchhandlers in Leipzig. 1603.*

CASPAR denique SAGITTARIVS in antiquitatibus gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring. anno MDCLXXXV lingua germanica euulgatis *D. Bonifacii* vitam, resque geſtas duobus libris poſterioribus & docte & fuſe perſecutus eſt.

Lulli

vitam verſu ſcripſit memoratus ſupra MEGINFRIDVS. Vid. *Trithemius* l. d. p. 129.

Soluta vero ANONYMVS quidam in codice manuſcr. *Gemmelacenſi*, quem *Mabillon* in Elogio *Lulli* § XXII ſuſpicatur fuiſſe *Sigebertum*, eius loci Monachum.

Tum vero alius quidam ANONYMVS, qui habetur in manuſcr. codice Carthuſiæ Colonienſis. Vid. *Idem* l. d. § XXV.

Tandem ipſe, quem modo laudaui, IOANNES MABILLONIVS de *S. Lullo* Elogium Hiſtoricum *Actis Sanctorum Ordinis Benedictini* inſeruit ſæculi III parte II.

Rabani

vitam conſignauit RVDOLFVS Presbyter; quam *Brovverus* in *Sideribus illuſtribus German.* primum dedit; dein operibus *Rabani* præmiſit *Coluenerius; Bollandus* vero in *Actis Sanctorum* ad diem IV Febr. & *Mabillon* in *Actis Sanctorum Ord. Benedictini* repetiere; & hic quidem cum præmiſſo *Elogio Hiſtorico.*

Sonderoldi

vitam & paſſionem aliquoties iam citatus MEGINFRIDVS deſcripſit. Vid. *Trithemius* l. d. p. 129.

Hildeberti

vitam idem MEGINFRIDVS. Vid. *Trithemius* l. d. p. 129.

Hattonis II

Vindicias elaborauit quidam e Societate Ieſu, *erudito libello*, vt lib. IV cap. VI in *Hattone* ait *Serarius*, qui cum ſe legiſſe teſtatur, & in margine ponit *P. Io. B.* quibus litteris *Ioannem Buſæum*, virum perquam doctum, ſcriptisque celebrem, denotari coniicio.

Willegiſi

vitam & miracula ADOLFVS GODEFRIDVS VOLVSIVS, tum temporis chori ferrei Parochus, poſt Epiſcopus Diocletianopolitanus & Suffraganeus Moguntinenſis, anno MDCLXXV litteris perſecutus eſt. *König* bibliothecæ veteris & nouæ p. 855, *Fabricius* parte IV Bibliothecæ ſuæ p. 213.

Bardonis

vitam Clericus quidam ANONYMVS, temporibus iſtis fere ſuppar, recenſuit; quam *Daniel Papebrochius* in codice manuſcr. bibliothecæ Cæſareæ Viennenſis inuenit, & ad diem X Iunii Bollandiani retulit; *Ioan. Mabillon* vero poſtea repetiit in *Actis SS. Ord. Benedictini*, ac obſeruationibus præuiis perquam docte illuſtrauit.

Henrici I, Arnoldi, Conradi I, Chriſtiani I, Sifridi II, Sifridi III, Chriſtiani II, & Gerhardi I

res perſtrinxit CONRADVS, vel potius ipſe CHRISTIANVS II Archiepiſcopus, in *Chronico rerum Moguntiacarum* ſectione II.

Arnoldi

Paſſionem ſiue cædem peculiari quodam libello germanice enarrauit ANONYMVS quidam. Conf. quæ dixi in præfatione ad excerptum e codice manuſcr. *F Fr. Eremitarum* Conuentus Moguntini, tomo II ſectione I p. 78.

Diſſidium inter *Dietherum* & *Adolfum*

GEORGIVS HELWICHIVS luculenter deſcripſit

ſcripſit libro, cui titulum fecit, *Moguntia Deuicta*, an. MDCXXVI primum edito. 8.

De Cardinalitia dignitate Alberto II *collata*

IACOBVS MANLIVS, Maximiliani I Imp. Hiſtoricus & Conſiliarius, emiſit *Narrationem hiſtoricam*; quam poſtea *Freherus* tomo II Scriptorum ad rem hiſtoriamque Germanicam facientium inſeruit.

Panegyricos vni, alteriue Archiepiſcoporum & Principum Electorum ſequentibus temporibus ſcriptos, cum huc parum faciant, prætereo.

Id genus ſunt *Epicedium in obitum* Danielis *Archiepiſcopi Mogunt. MDLXXXII.* 4.

Gratulatio poetica in electionem Wolfgangi *Archiepiſcopi & Electoris Moguntini. Ibid. MDLXXXII.* 4.

Conf. *Alegambe* Biblioth. S. I. p. 220.

Exequiæ Wolfgangi *Archiepiſcopi Moguntini. Moguntiæ MDCI.* 4.

Gratulatio Ioanni Adamo *a Bicken, electo Archiepiſcopo & Electori Moguntino. Ibid. MDCI*, 4.

Theatrum gloriæ Moguntinæ D. Anſelmo Caſimiro *Archiepiſcopo Moguntino exſtructum. Ibid. MDCXXIX. f.*

Conf. *Alegambe* l. d. p. 346.

Acclamatio votiua ad Reuerendiſſimum Principem & Dominum, Dominum Ioannem Philippum, *Epiſcopum Herbipolenſem, Ducem Franconiæ, cum is Archiepiſcopus Moguntinus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector feliciter creatus eſſet, in animi humillime deuoti teſtimonium edita a* Vito Ludouico *von* Seckendorff, *Equite Franco. an. MDCXLVIII. f.*

Leſſus panegyricus in obitum Ioannis Philippi *&c. a P.* Wolfgango Schvvan *S. I. dictus poſtridie funeris. Herbipoli MDCLXXIII. f.*

Ioannis Henrici Bœcleri *Elogium Reuerendiſſimi ac Celſiſſimi Principis*, Lotharii Friderici, *Epiſcopi Spirenſis, Coadiutoris Moguntini. MDCLXX. f.*

Præeminentia Electoris Moguntini, in ſplendidiſſima inclitæ Ienenſis Academiæ panegyri demonſtrata a Gottlob Chriſtiano Happio, *Greuſſena-Thuringo. Ienæ MDCLXXX. f.* Sedenim operæ pretium haud eſt, in recenſendis id genus ſchedis multum occupari. *Tales enim non ſunt, vt vel ætatem ferant, vel mereantur, cum cura eorundem non in factis, ſed verbis plerumque otioſis poſita eſſe videatur, vt* Ludevvigius *ait in præfatione ad* Scriptores Bambergenſes § *XXI p.* 12.

5

Effigies *quorundam Electorum* dederunt

GEORGIVS HELWICHIVS; quippe qui eas æri incidi curauit, ab *Conrado III*, qui illorum primus eſt, vſque ad *Ioannem Suicardum*, ediditque Francofurti anno MDCXXIV. f.

NICOLAVS PERSON, libro, qui inſcriptus: *Wahrhaffte abbildungen derer Hochvvirdigſten Ertzbiſchoffen vnd Churfürſten zu Maintz, vom iahr Chriſti 1419 bis auf den ietzigen Hochvvirdigſten Fürſten vnd Herrn, Herrn* Lotharium Franciſcum, *des H. Stuhls zu Maintz Ertzbiſchoffen, des H. R. Reichs*

durch Germanien Ertzcantzlern vnd Churfürſten &c. Biſchoffen zu Bamberg &c. ſamt iedes angeſtamten 4 Ahnchen vnd kurtzer anmerckung ihrer vvahl, regierung, vnd tod. Maintz, durch fleiß vnd koſten Nicol. Perſon, *Kupfferſtechers vnd Ingenieurs. 1696. f.*

6

Prælatorum & Canonicorum eccleſiæ metropolitanæ

Catalogum an. MDCXXIII edidit GEORGIVS HELWICHIVS hoc titulo; *Elenchus Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ*, h. e. *omnium Prælatorum ac Canonicorum eccleſiæ Moguntinenſis metropolitanæ, a primordio ipſius, ſexcentorum circiter annorum ſpatio, vſque ad hæc noſtra tempora breuis ac ſuccincta enumeratio ac deſcriptio.*

Pleniorem opuſculi huius elaborationem, quam in dedicatoria pollicitus eſt, poſtea confecit, moriensque reliquit illuſtriſſimæ familiæ *Greiffenclauiorum* in *Volrats*, a qua hodieque cimelii inſtar adſeruatur, vti iam memoraui in *Additionibus* tom. II p. 884.

Nouem annis ante idem alium edidit catalogum, ſic inſcriptum; *Nobilitas eccleſiæ Moguntinæ*, h. e. *omnium Canonicorum metropolitanæ eccleſiæ Mogunt. nomina, ab anno Chriſti MD vſque ad præſentem MDCXIV annum, eo ordine, quo in ipſis Calendariis annuis dictæ eccleſiæ poni ſolent, per annos ſingulos diſtincta &c.* collectore Georgio Helvvich, *Mogunt. Moguntiæ typis Balthaſaris Lippii. MDCXIV. 4.*

Conf. quæ de hoc ſcripto auctor ipſe monet in dedicatoria *Elenchi* p. 208 & ſq.

7

Suffraganeorum Moguntinenſium

Catalogum idem ſchedis fugitiuis commiſit; de quo conf. quæ dixi in præfatione ad *Elenchum eorum* tom. II ſectione I p. 419.

8

Sanctorum Moguntinenſium,

& quidem *S. Albani*

vitam GOSWINVS, rogatu *Sifridi I* Archiepiſcopi, & *Bardonis*, ad S. Albanum Abbatis, ſcripſit oratione

oratione ſoluta; quam tomo V *Lectionum antiquarum* dedit *Henricus Caniſius*.

RVPERTVS vero libris VII verſu ſcriptis complexus eſt. Quo vide, quæ dixi in diſſertatione de *Doctis Moguntinis*. Velim autem notes, *Papebrochium* dubitare, an *Rupertus* hic idem ille ſit, cui eam adſcribit *Trithemius* in chron. Hirſaug. ad an. DCCCXCIV.

Ceteroquin idem PAPEBROCHIVS de *S. Albano martyre Moguntiæ in Germania prima – Commentarium hiſtoricum* confecit & *Actis Sanctorum* ad diem XXI Iun. inſeruit.

D. Ruperti Confeſſoris

vitam compoſuit B. HILDEGARDIS; quam primum edidit *Ioannes Buſæus* S. I. vna cum epiſtolis *Hincmari*, Archiepiſcopi Rhemenſis, & conſtitutionibus *Caroli M.* Moguntiæ MDCII; poſtea vero cum notulis tomo III menſis Maii intexuit *Godefridus Henſchenius*; Germanice tranſtulit *Iacobus Kobelius*, Secretarius ciuitatis Oppenheimenſis, vna cum figuris Oppenhemii an. MDXXIV typis vulgatam.

S. Hildegardis

vitam a *Godefrido* quodam inceptam, libris duobus adiectis, priori quidem, *de eius viſionibus*, poſteriori vero, *de eiusdem miraculis*, perfecit THEODERICVS, Abbas Benedictinus, qui circa an. MCCXX claruit. Quos tres libros Coloniæ an. MDLXVI edidit *Quentelius*, & poſtea in tomum ſuum V retulit *Surius*; *Trithemius* vero in epitomen contraxit. Vid. *Serarius* lib. II rer. Moguntiacar. cap. XXXVII § I p. 306 (195) *Oudinus* de ſcriptoribus eccleſiaſticis tom. II col. 1695.

Iisdem temporibus vitam illius libroſque perſtrinxit GEBENO, Prior Ciſtrenſis, in προλεγομένοις libri, qui *Pentachronon* inſcribitur, & inter codices manuſcr. *Bibliothecæ Cottonianæ* eſt, ſub effigie Vitellii littera D. codice 3 n. 10 his verbis; *Liber Pentachronon*, id eſt, *quinque temporum futurorum, compilatus de propheтiis* B. Hildegardis *virginis, quæ cœperunt an. MCC, cum epiſtola & etiam prologo* Gebenonis, *Prioris Ciſtrenſis, ad* Reymundum *Scholaſticum* &* Reynerum,

Canonicos S. Stephani *in Moguntia*, de vita & libris *illius virginis*. *Oudinus* tom. III de ſcriptis eccleſiaſticis col. 52.

* *Ex his patet, floruiſſe auctorem circa an. MCCXVII – MCCXXIV; quippe quibus* Raimundus *hic* Scholaſticus *occurrit. Vid. Chron.* S. Stephani *tom. II ſectione II n. III p.* 560.

Viſiones eiusdem peculiari diſſertatione expendit MARTINVS CHLADENIVS, Profeſſor Theologus in Academia Wittenbergenſi.

In ætatem vero eius diſſertatiuncula quadam inquiſiuit IACOBVS THOMASIVS, quæ in Indice meditationum illius manuſcr. p. 202 in Selectis eius Hiſtoricis tit. I n. IV memoratur.

9

Aedis metropolitanæ priſcum ornatum ac theſaurum

recenſuit CHRISTIANVS II Archiepiſcopus chronici ſupra dicti ſectione I.

Altaris in æde ſumma ſummi

Deſcriptionem verſu dedit MATTHIAS PVTZIVS, Marco-duranus, S. I. *Alegambe* l. d. p. m. 337.

10

Monaſterii Sanctalbanenſis

Chronicon congeſſit GEORGIVS HELWICHIVS; quod in tenebris vſque huc latuit. Vid. quæ dixi in præfatione ad iſtud tom. II ſect. II p. 715.

11

Abbatum monaſterii D. Iacobo *dicati in monte ſpecioſo*

Catalogum breuem admodum concinnauit MATTHIAS DIEFFENBACH, vt ſupra iam notaui. Vid. quæ dixi in diſſertatione de *Doctis Moguntinis*.

Alium fuſiorem paullo IOANNES ANTONI, *Witlichius*, monaſterii Prior, editum Moguntiæ anno MDCXXVIII, 4.

12 *Crucis*

Digitized by Google

12

Crucis miraculoſæ

Hiſtoriam eleganti carmine complexus eſt THEODERICVS GRESEMVNDVS, iunior, ſupra nobis laudatus; quod an. MDLXIV excuſum eſt, additis in gratiam eruditorum ſcholiis.

13

Conciliorum Moguntinenſium

Hiſtoriam peculiari diſſertatione ſub præſidio *Ioannis Andreæ Schmidii*, Doctoris Theologi, Abbatis Mariævallenſis, an. MDCCXIII in Academia Iulia publice habita complexus eſt POLYCARPVS LYSERVS, h. t. in eadem Poeſeos Profeſſor publicus.

Sigillatim Concilii Moguntini, ſub *Richolfo* anno DCCCXIII habiti, decreta impreſſa ſunt Baſileæ anno MDXXXII, 4, hoc titulo; *Geſta duorum Conciliorum, quæ inter reliqua minus reperiuntur, nempe Moguntiaci, quod celebratum eſt anno ſalutis DCCCXXXIII* (leg. DCCCXIII) *V Id. Iun. & Vormatienſis, XVII Kal. Iun.* &c. Vid. Schmid. n. I

Statuta Concilii Moguntini, a *Rabano* anno DCCCXLVII celebrati, nouiſſime recuſa habentur in parte I *Spicilegii Eccleſiaſtici des Teutſchen Reichs-Archivs a Lunigio* editi, ſect. II n. III p. 4 ſeq.

Statuta Concilii Seligenſtadienſis, ab *Aribone* anno MXXIII peracti, itidem repetita ſunt in parte I *Spicilegii* modo dicti, ſectione II, n. IV p. 17 & ſeq.

Fritislarienſis a *Sigefrido III* habiti, Moguntini itidem a *Gerhardo I* celebrati, nec non ſequentis a *Wernhero* an. MCCLXI conuocati, & generalis Aſchaffenburgenſis decreta complura in pergameno mſcr. olim fuere in bibliotheca Carthuſiæ Moguntinenſis. Vid. *Serarius* lib. I rerum Moguntiacarum cap. XXXIII p. 141 (104)

Moguntinenſis a *Petro* anno MCCCX celebrati habentur lib. III *Statutorum Moguntinenſium*, vt *Serarius* iam obſeruauit l. d. item ſub titulo *Statutorum prouincialium veterum* ſæc. XV editorum, & parte II *Spicilegii eccleſiaſtici Lunigiani* ſect. II n. XXXIX p. 38 & ſeq.

& ſeq. Ceterum manuſcr. adſeruantur in bibliotheca *Baſileenſi*, academica *Helmſtadienſi*, *Auguſtea* Guelferbytana.

Decreta Concilii ab eodem Archiepiſcopo anno MCCCXVIII habiti manuſcr. habentur in codice quodam academiæ Marburgenſis; e quo ea dedi in adnotationibus ad Schmidianam *de Conciliis Moguntinis* diſſertationem.

Statuta Concilii a *Conrado III* an. MCCCCXXIII peracti impreſſa ſunt lib. IV *Statutorum Moguntinenſium*, vt *Serarius* iam monuit l. d.

Concluſa concilii prouincialis Aſchaffenburgenſis, an. MCCCCXL conuocati, e manuſcr. attuli in adnotationibus ad dictam *Schmidii* de *Conciliis Moguntinis* diſſertationem.

Statuta Concilii an. MCCCCLI a *Theoderico* coacti habentur lib. IV *Statutorum Moguntinenſium*, vt *Serarius* iam adnotauit l. d. item ſub titulo *Statutorum prouincialium nouorum* ſæc. XV editorum, & in parte II *Spicilegii eccleſiaſtici Lunigiani* ſect. II n. XLI p. 68.

Synodi diœceſanæ an. MDXLVIII a *Sebaſtiano* habitæ Decreta eodem ſtatim anno Moguntiæ in f. impreſſa ſunt.

Conſtitutiones Concilii prouincialis Moguntini ab eodem anno ſequenti MDXLIX habiti ſimiliter eodem ſtatim anno typis Franciſci Behem exſcriptæ ſunt, hoc titulo: *Conſtitutiones Concilii Prouincialis Moguntini ſub Reuerendiſſimo in Chriſto Patre & Ampliſſimo Principe & Domino, Domino* Sebaſtiano, *Archiepiſcopo Moguntino, S. R. I. per Germaniam Archicancellario, & Principe Electore &c. ſexta Maii anno Domini MDXLIX celebrati.*

Præter hæc *Statuta & Decreta Synodalia* proſtant etiam *Statuta Conſiſtorialia Iudiciorum ſpiritualium ciuitatis & diœceſis Moguntinæ*. Mogunt. an. MDXLIX f.

14

Monumentorum Romanorum reliquias

ſuo tempore delineauit IOANNES HVTTICHIVS Moguntinus, & anno MDXX Moguntiæ publici iuris

iuris fecit, cum hac inſcriptione;

Collectanea Antiquitatum in vrbe atque agro Moguntino repertarum. f.

Nonnullas etiam dedit IOANNES CRATO HIEGELL, Medicus tum Moguntinenſis, atque anno MDCXCVII hoc in lucem emiſit titulo: *Collectaneorum naturæ, artis, & antiquitatis ſpecimen I.* 4.

Eo *nummos, vrnas, lucernas, ſimulacra deorum* proximis annis in agro Moguntino eruta recenſuit, ſimul adiectis illorum figuris æri inciſis.

Quæ anno MDCCXIV Moguntiæ eruta ſunt *Monimenta ſepulcralia* adnotationibus illuſtrauit, ac *Inſcriptionibus* ſuis atque *Symbolis* Norimbergæ anno MDCCXXI, 8. editis ſubiunxit n. I *Mantiſſæ* p. 316 & ſeq. CAROLVS GVSTAVVS HERAEVS, S. C. Mai. Conſiliarius, & rei antiquæ nec nec non feriundis numiſmatibus Præfectus.

De Saxo glandiformi, vulgo Eichelſtein,

CHRISTIANVS GOTTHELF BLVMBERGIVS duo edidit opuſcula; vnum an. MDCXC latine, ſic inſcriptum; *Monumentum Druſi Moguntiæ obuium.* 12; alterum vernacula anno MDCC, auctius latino, hoc cum titulo; *Das Neroni Claudio Druſo bey der Stadt Maintz vormals aufgerichtete Grab- vnd Gedächtniß-mahl &c. von* Chriſtian Gotthelf Blumberg. D. *Chemnitz* 1700, 12.

Vtrumque expendit *Tenzelius* in dialogis menſtruis, *illud*, menſe Aprili an. MDCXC, *hoc*, menſe Auguſto an. MDCXCVIII; cuius in ſententiam auctor ipſe, ſuam retractando, poſtea conceſſit in ſchediaſmate quodam, quod adſeruo, manuſcr.

15

Nummorum quorundam Moguntinorum

moduli maioris, aliorumque cum vetuſtiorum, tum recentiorum deſcriptionem euulgauit WILHELMVS ERNESTVS TENZELIVS, Gothæ an. MDCXCVI f. ſermone vernaculo.

Aliquot ab Archiepiſcopis ſæc. XV, XVI, & XVII, nec non Capitularibus quibusdam cuſorum ectypa in tabella æri eleganter inciſa ante paucos annos exhibuit laudatus ſupra HERAEVS.

16

De Moguntia anno MCCCCLXII deuicta

Narrationem luculentam dedit GEORGIVS HELWICHIVS libro ſupra adducto. An etiam huc pertineat *Andreas* de *Traiecto*, Monachus Sponheimenſis, quem *de Moguntinorum excidio librum elegiaco carmine* ſcripſiſſe refert *Trithemius* chron. Hirſaug. parte II ad annum MCCCCLXVI p. 462, dicere non habeo.

17

De terræ motu apud Moguntiam anno MDXXVIII

FRIDERICVS NAVSEA epiſtolam exarauit ad *Laurentium Truchſeß* de *Bommersfeld*, maioris Moguntinæ tum temporis Decanum, quam tomo III rerum Germanicarum inſeruit *Freberus*.

18

De memorabilibus quibusdam Moguntinis antiquioribus

MScr. extat liber in Bibliotheca publica Francofurtenſi, vti refert *Fellerus* trimeſtri I p. 57, eumque hoc adducit titulo: *Ein Buch von alten dingen der Stadt Maintz.* f.

Habentur etiam *Collectanea miſcella* manuſcr. præter res alias, Moguntinas præcipue, complectentia. Incipiunt ab anno MCLXXXVII, & finiunt in anno MCCCCLXXVIII; continentque plura, aliis ignorata, plura etiam melius aliis explicant; vt ex iis, quæ in adnotationibus ad *Serarium* meas in areolas deriuaui, patet. Latent in ἀρχείῳ bene mihi noto.

IOANNIS item SEGEN al. *Cuſani*, Præpoſiti S. Crucis, Scholaſtici S. Mauricii, Canonici S. Victoris, & Collegii metropolitani quondam a ſecretis, mortui anno MDXCIII, *Ephemerides manuſcr.* quas ſemel atque iterum in dictis modo ad *Serarium* adnotationibus citaui.

19 De

19

De arte Chalcographices inuenta

Carmen non inuenuſtum panxit IOANNES ARNOLDVS BERGELLANVS, ediditque Moguntiæ typis Franciſci Behem apud S. Victorem, anno MDXLI.

IV Sedenim, vt e diuerticulo πρὸς τὸ πρότερον reuertar, cum mihi tot numero occurrerent, qui de rebus Moguntinis egere, ſcriptores, dolui, veterum pleroſque intercidiſſe; recentiorum vero haud ita multos propoſito huic aptos eſſe. Vt tamen in incepto pergerem, ex antiquioribus, qui ſuperant, Anonymi illius *vitam Bardonis*, alterius *de cæde* Arnoldi *libellum*, nec non *Chriſtiani II* Chronicon rerum Moguntiacarum repetere conſtitui: ex recentioribus autem præter dictas *Serarii res Moguntinenſes*, quippe quibus cum maxime operam impendere decreueram, *Danielis Papebrochii* de *S. Creſcentis* apud Græcos & Latinos cultu, aſſertoque ad Viennenſes & Moguntinos Apoſtolatu Syllogen hiſtoricam; Eiusdem *de S. Martyribus Moguntinis*, Aureo *Epiſcopo*, Iuſtina, *eius ſorore virgine*, *promiſcuaque ſexus multitudine* Commentarium; Commentarium item *de S. Albano* Martyre; tum vero *Ioannis Mabillon* Elogia hiſtorica *Lullo* & *Rabano* ſcripta; *Georgii Helvvichii* Moguntiam deuictam; *Iacobi Manlii* de collata in *Albertum II* Archiepiſcopum dignitate Cardinalitia narrationem; dicti modo *Helvvichii* Elenchum Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ; Chronicon *eiusdem* Sanctalbanenſe; *Ioannis AntonI*, Witlichii, catalogum Abbatum monaſterii *D. Iacobo* in monte ſpecioſo dicati; *Ioannis Huttichii* Collectanea antiquitatum in vrbe atque agro Moguntino repertarum; *Wilhelmi Erneſti Tenzelii* nummorum quorundam Moguntin. deſcriptionem; *Ioannis Arnoldi Bergellani* de arte Chalcographices inuenta carmen; & cum in quamplurimis ad res Moguntinas cognoſcendas faciant, coronidis quaſi loco, ſæpius dicti *Helvvichii* Annales Lauriſhamen-

ſes & *Ioannis Mauricii Gudeni* Hiſtoriam Erfurtenſem, ab ipſo recognitam.

V Quod ex ἀνεκδότοις nec *Latomi*, nec alterius cuiusdam catalogum vel indiculum; ex editis vero nec *Bruſchii* catalogum hic exhibeam, nec *Merſſæi*, nolim mireris. Quod enim ad hos, hac de cauſſa eos præterii, quod argumentum hoc haud ex dignitate atque rationibus idoneis occupauerint *; quod ad illos, vel ex ea ratione, quod ne quidem ad hos accedant. *Latomi* catalogus, quamuis plenior ſit ac præſtantior, rerum tamen copia & genere dictionis inferior *Serarii* eſt opere; vt taceam, bonam partem *Serarianis* iam intextum eſſe. Quare nec Lectoris, nec Bibliopolæ commodis conſuluiſſem, ſi his eos inſeruiſſem Scriptoribus.

* Caſparis Bruſchii, inquit *Ludevvig* l. d. § III p. 2, *Catalogi Germaniæ Epiſcopatuum neque ſat olei habent, neque operæ; cum vix ſingulorum Epiſcoporum recitent nomina, contextique ſint ex vulgaribus cuiuſcunque eccleſiæ faſtis. Quod eo tempore, quo ſcripſit, fieri aliter vix potuit, quoniam potiſſimi rerum ſacrarum auctores, qui poſtea in lucem iuerunt, tum latuerunt in tabulariis.* Petrus Merſſæus *non aliud meretur iudicium, atque vix locum aliquem in his numeris.*

VI Illorum interim loco dedi *Syllabum Prælatorum & Canonicorum ædis metropolitanæ pleniorem*, ex diplomatis, necrologiis, ac documentis aliis fide dignis recens confectum: *Elenchum Suffraganeorum Moguntinenſium*, ſimiliter recens compoſitum, & diplomatibus, litteriſque publicis firmatum: *Eccleſiarum* in vrbe *Collegialium Chronica*, pari modo ſtudioque recens conſignata; *breues* itidem *Monaſteriorum* tam extra quam intra mœnia Moguntina *Deſcriptiones*. Cum maxime vero *Codicem* collegi *Diplomaticum*, Pontificum, Imperatorum, Regum, Archiepiſcoporum, aliorumque tabulas, res Moguntinas ſpectantes & illuſtrantes, nunc demum, pauciſſimis exceptis, erutas, comprehendentem. Præter illum itidem editioni paraui *Ioannis Andreæ Schmidii*, Abbatis Mariævallenſis, *de Conciliis Moguntinis* Diſſertationem, ante quatuor hoſce annos, vt Moguntinis insereretur, ad me miſſam; hæc inter autem ab eo in partem II *Introductionis* in Hiſtoriam eccleſiaſticam

cam *Sagittarianæ* coniectam, a me non plane nullis acceſſionibus auctam; *Epitaphiorum & Inſcriptionum in templis Moguntinis potiorum Syllogen* *; de *Vicariis* in æde principe libellum, variis tabulis illuſtratum, vna cum dictæ baſilicæ ichnographia; de *Academiæ Moguntinæ* natalibus, priuilegiis, fatis, ſtatu commentariolum, adiecto *Rectorum* illius catalogo, e variis documentis, litterisque conſcripto; de *veterum Patritiorum Moguntinenſium diſcrimine, ſtatu, fatis* &c. narrationem; Diſſertationem *de Doctis Moguntinis* vberiorem, aliaque, quæ his, quas nunc exhibeo rerum Moguntiacarum Scriptoribus adiicere conſtitui; vt in præfatione tomo II præmiſſa dictum.

* Adducunt quidem *Lipenius* Bibliothecæ philoſophicæ p. 946, *Bæclerus* Bibliographiæ criticæ cap. XII § XV p. 334, *Struuius* Bibliothecæ Hiſtoricæ l.d. p. 470, *Neu* l.d. acceſſionum ad *Wheari* relectiones p. 104, *Apographum monumentorum Moguntinenſium, ſeu præcipuorum Epitaphiorum Moguntiæ deſcriptionem, MDCXXII. f.* Sed vereor, ne verſentur in errore, catalogo nundinali forte decepti. Mihi ſane, quantamcunque etiam in inueſtigando hoc opere operam poſuerim, nuſquam, ne Moguntiæ quidem, in vlla Bibliothecarum, quas tamen omnes perluſtraui, occurrit.

VII Hæc omnia, cum prelo committerentur primæ operis plagulæ, in duo volumina redigere conſtitueram; vti ſane in adiectis ad lib. I *Serarii* adnotationibus *Codicis Diplomatici*, Diſſertationis *Schmidianæ* de Conciliis, meæ de *Doctis Moguntinis* &c. mentio fit, ac ſi tomo II haberentur, euoluique poſſent. Atenim, cum procedente tempore ſub manu creſceret rerum notandarum copia, oportuit mutare conſilium. Volumini itaque *primo* ſolas tribui *Serarii res Moguntiacas*. Præter enim, quod per ſe iam iuſtæ propemodum magnitudinis conſtituant librum, tantis eas acceſſionibus auxi, vt mole laborarent, ſi quem alium ex illis, quos delegi, auctoribus iis adieciſſem. *Altero* volumine comprehendi Excerpta ex *PP. Antuerpienſium* Actis Sanctorum, & *Ioannis Mabillon* Actis SS. Ordinis Benedictini ad quorundam Sanctorum & Antiſtitum Moguntinenſium hiſtoriam facientia; Anonymi de *cæde Arnoldi* libellum; *Chriſtiani II* chronicon; *Helvvichii* Moguntiam deuictam; *Manlii* narrationem de collata *Alberto II* Senatus Vaticani purpura;

pura; *Helwichii* Elenchum Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ; *Syllabum*, quem dixi, *pleniorem*; Elenchum *Suffraganeorum Moguntinenſium*; *Helwichii* chronicon Sanctalbanenſe; *Antoni* Catalogum Abbatum *D. Iacobi*, ceterorumque cœnobiorum & parthenonum breues deſcriptiones, recens concinnatas. *Tertio* volumini reſeruo *Codicem Diplomaticum*, ſecundum temporis ſeriem rite ordinatimque diſpoſitum, ac copia tabularum nullo editorum inferiorem; plures certe, quam vel tomo I in adnotationibus ad *Serarium*, vel II in *Syllabo Prælatorum & Canonicorum metropolitanorum*, vel alibi citaui, complectentem; cetera vero rerum Imperii ſtudioſis haud vno modo inſeruiturum. *Quarto* tandem ſiſtam *Helwichii* annales Laurishamenſes; *Gudeni* Hiſtoriam Erfurtenſem; *Schmidii* de Conciliis Moguntinis Diſſertationem; *Huttichii* monumenta antiquitatum, æri inciſa; ceteraque, quorum ſupra § IV non minus, quam in præfatione ad tomum II dedi indicem.

VIII Quid in his, quos nunc in lucem ire iubeo, a me præſtitum ſit, non eſt, quod pluribus hic exponam. Iam iam enim id dictum in præloquiis, quæ ſingulis eorum præmiſi. Potius eſt, vt omnibus, qui promouendo operi huic manus auxiliatrices præbuere, Generoſiſſimo cum maxime GVDENO (quippe qui opem, quam mihi pollicitus erat, cumulate prorſus tulit, & perſeuerantiſſimo labore ſuum in adminiculis colligendis mihi dicauit ſtudium) publice gratum, officiique tam beneuole mihi præſtiti memorem animum teſter; id quod etiam hic, tametſi breuiter ſtrictimque, qua tamen par eſt fide atque obſeruantia, facio.

IX Quod ſupereſt, tibi velim perſuadeas, ſi vita ſuppetet, me promiſſi, quod in præfatione ad tomum II feci, memorem, quoad eius facere potero, operam daturum, vt duo reliqua volumina primo quoque habeas tempore. Vale! Francofurti ad Mœnum pridie Nonas Aprilis an. MDCCXXII.

(o)

NICO-

NICOLAI SERARII
SOCIETATIS IESV.
S. THEOLOGIAE DOCTORIS,
& in Academia Moguntina Profeſſoris,

MOGVNTIACARVM RERVM
LIBRI QVINQVE,
ab initio vſque ad IOANNEM SVICARDVM,
anno MDCIV Moguntiæ editi
typis
Balthaſaris Lippii.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO
GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS
S. P. D.

NICOLAVM SERARIVM, gente Lotharingum, patria Ramberuillanum, S. I. Theologum, multæ eruditionis virum fuiſſe, & non modo in ſacratioribus excelluiſſe litteris, verum aliis etiam bonarum artium partibus, ſatis teſtatum faciunt, quæ cum orbe litterario communicauit ingenii ſui monumenta, vario rerum atque doctrinarum genere referta; vti ſane haud defuere, qui ea tum magni ſemper fecerunt, tum ampliter laudarunt Viri celebrati inter doctos nominis, BARONIVS *a)*, ALEGAMBE *b)*, MAIVS *c)*, LVDEWIGIVS *d)*, pluresque alii *e)*.

a) Tomo XII *Annalium*, ad annum Chriſti MCXXVI; vbi paucis multa complexus, cum *lucis iubar eccleſiæ Germanicæ* dicere haud dubitauit.

b) Bibliothec. Scriptorum Societatis Ieſu p. m. 356; *Poſito tirocinio, Herbipoli ad Theologiam incubuit; qua abſoluta, per omnes fere humanarum, diuinarumque facultatum gradus, tanta felicitate paulatim docendo adſcendit, nulla vt eſſet earum doctrinarum, in qua non laudem ferret - - - - Caput autem omnium ſtudiorum ſuorum ſacras litteras, vt vere ſunt, faciebat. Ad has explicandas, tuendas, ornandas, non diſputatricem modo illam Theologiam, verum etiam omnium Philoſophorum, Oratorum, Hiſtoricorum, atque adeo Poetarum lectionem conferebat. Itaque aiebat, ſe multum hominum miſerari vicem, qui cum hiſce, velut Aegypti ſpoliis, DEI arcam exornare poſſent, ætatem in iis ſine fructu contererent. Cum his eam Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ linguarum cognitionem copularat, quæ ipſis quoque aduerſariis eius commendationem expreſſit.*

c) Præfatione εἰσαγωγικῇ in *Matthæi Poli* Synopſin Criticorum, cap. III ſect. II *** 3 a) *Nicolaus Serarius, Lotharingus, patria Ramberuillanus, in ditione Metenſis Epiſcopi, Societ. Ieſu,* Sanctio *nil fere concedit, dum tot pæne ſuperbire ſcriptis queat. Extant enim eius* Prolegomena Biblica, Commentarii *&* Quæſtiones in Ioſuam, *f. Mogunt. MDCIX & MDCXXII, Pariſ. MDCX,* Iudicum *&* Ruth, *f. ibid. MDCIX f. Antuerp. MDCX.* libros Regum & Paralipomenon, *Mogunt. MDCXVII f. Lugduni MDCXVIII,* Eſtheram *ibid.* Iudith, Tobiam, Eſther, *&* Maccab. *Mogunt. MDCX,* Epiſtolas D. Pauli, *f. ibid. MDCXII;* omnes Canonicas *f. ibid. MDCXII, MDCXXVII*---- Montacutius *eum vocat* Hebraicarum litterarum callentiſſimum Virum; *optat tamen, ipſum paullo modeſtiorem fuiſſe.*

d) Præfatione ad *Scriptores Herbipolenſes* § XIII adnotat. lit. *p)* ſignata; *In omnes ille eruditionis partes penetrauit. Linguarum Orientis ſe peritum eſſe oſtendit in certamine cum* Ioanne Druſio *&* Ioſepho Scaligero, *edito* Trihæreſium Catalogo, *ſiue* de tribus Iudæorum ſectis, Phariſæis, Sadducæis, & Eſſenis. *Magnam in diſciplinis philoſophicis ſcientiam aduerſus* (Franc. Puccium) Filidinum, *aliosque depromſit. Eccleſiæ ſuæ dogmata fortiter aduerſus Proteſtantes adſeruit. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ cum veteris tum recentioris notitiam, qua pectus impleuerat, in ſuis ad* S. Kiliani *&* S. Romarici *vitam, nec non* D. Bonifacii *epiſtolas oſtendit. Quam curate ſolliciteque in hiſtoria Imperii Romano-Germanici verſatus fuerit, ſpeciminis loco eſſe poſſunt* res Moguntiacæ. *Super hæc multa viguit præſtititque eloquentia; pure enim, diſerte, & ornate ſcripſit.*

e) Quos inter *C. S. Schurzfleiſchius*, meus olim in hiſtoricis doctor, tom. I epiſtol. CCLXII ad *Ioannem Stubritium*, ICtum Budiſſinenſem; *Nolim etiam diſſuadere lectionem* Serarii, *Viri medii æui intelligentis*, *& diplomata*, *quæ occaſionem accuratius ſcribendi præbent*, *ſuppeditantis*, *vt Moguntinorum cauſſam ex ſcriptore Moguntino oppugnare*, *iusque Saxonicum aſſerere queas.* Annon autem Vir doctiſſimus, cum hæc ſcriberet, alio mentem, alio calamum diuiſerit, alii iudicent. Id genus diplomata certe fruſtra in eo quæras.

Eruditiſſimum ac humaniſſimum Ieſuitam homini cuidam a ſacris Romanis alieno dictum, idem refert *Alegambe* l. d. Eſſe tamen, quibus ab acerbitate verborum erga diſſentientes in religionis negotio notetur, haud obſcurum eſt. Vid. præter *Montacutium* modo allatum, *Seckendorfius* hiſtor. Lutheraniſmi lib. I § VIII n. 1 p. 18, *Crenius* faſciculo III Animaduerſionum hiſtorico-philologicarum p. 202.

Sigillatim *Rerum Moguntiacarum* libris multum conſecutus fuit laudis celebritatisque. BOECLERO ſane Notit. Imperii p. 187 dicitur *Rerum Moguntiacarum præcipuus ſcriptor;* opus ipſum vero *eximium ſatis;* quamuis addatur, *commentis minime eſſe vacuum.* Quod iudicium etiam eſt STRVVII bibliothecæ hiſtoricæ cap. XVII, § XVII p. 470, & IOAN. CHRISTIANI NEV, *Bœcleri* prementis veſtigia, parte II acceſſionum ad *Degorei Wheari* relectiones hiemales ſectione II p. 102. SPENERO, genuino Bœcleri diſcipulo, operis Heraldici parte ſpeciali lib. I cap. LXIV § 1 p. 257 vocatur *Moguntinarum rerum diligentiſſimus & clariſſimus ſcriptor.* NEVMANNO § XIV diſſertationis *de parallelis hiſtoricis* p. 193 *rerum Moguntiacarum doctiſſimus nec indiligens ſcriptor;* HEINECCIO ſimiliter lib. I *Antiquitatum Goslarienſium* ad an. MLXXI p. 85, *rerum Moguntiacarum ſcriptor diligentiſſimus.* Quin nec inclito cuidam Virorum maxime eruditorum pari indignus viſus fuit, cui illuſtrando, augendo, & continuando laborem tum impenderent, tum dicarent: celeberrimo ſcilicet ac perquam reuerendo P. IOANNI GAMANS, S. I. * nec non expertiſſimo Confluentinorum Poliatro, IOANNI CRATONI HIEGELL **; quorum tamen vterque ſpes orbis litterarii deſtituit.

* Teſtem aduoco gente non minus, quam eruditione Illuſtriſſimum Virum, *Ioannem Chriſtianum* L. B. *de* Boineburg. Is enim epiſtol. XXIII ad *Dieterichium* an. MDCLV Braubachii data (quam *Hertius* etiam volum. I Opuſculorum, tom. II commentationi *de notitia ſingularis reipublicæ* ſubiunxit p. 46 & ſeq.) p. 185 diſerte; *SERARII Moguntiam iam acceſſionibus raris iuxta & luculentis amplificat GAMANSIVS, Ieſuitis* Bollando *&* Henſchenio *familiariſſimus, meusque bonus amicus.* An eas editioni vnquam pararit Vir laborioſiſſimus, & antiquitati eccleſiaſticæ ab interitu vindicandæ per annos ferme triginta vnice deditus, ego dubito. Ex editis quidem & manudeſcriptis, quod mihi notum, quæ propoſito ſuo inſeruiebant, collegit; nil autem perfecit. Intenderat autem animo, ſcribere *Metropolim Moguntinam*, ad modum *Salisburgenſis* Hundianæ. Conf. LEIBNITIVS præfatione ad *Mantiſſam Codicis Iuris gentium diplomatici*, A) 4 a. Schedæ iſtæ fugitiuæ, quibus conquiſita magnis itineribus

ribus & perſeuerantiſſimo labore documenta commiſit, ab illius obitu maximam partem *PP. Antuerpienſibus* ceſſere; aliæ interiere, vt mihi relatum, cum deueherentur, in flumine Mœno; reliquæ maxime reuerendi *P. Ioannis Seyfrid* penui litterariæ haud ita pridem, litterarum bono, illatæ ſunt.

** TENZELIVS *in denen Monatlichen Vnterredungen*, an. MDCXCVIII menſ. Iul. p. 648; *Innotui Moguntiæ Medico cuidam docto, & in rebus tum naturalibus, tum artis & antiquitatis curioſo*, Ioanni Cratoni Hiegell, *qui labori huic perquam eſſet idoneus; cum alioqui iam ſibi propoſuerit*, Serarii *res Moguntiacas ab initio huius ſæculi continuare, & in* προλεγομένοις *res ab eo prætermiſſas pariter, ac antiquitates tam Romanas quam Chriſtianas recenſere.*

Hoc pronior itaque recenſendis illis me accinxi, cum Bibliopola SANDIVS mecum, quod ceperat conſilium de noua earum editione danda, communicaſſet, rogaſſetque, ſi quid mihi ad eam excolendam eſſet, vt in medium conferrem. Quid autem in ea præſtiterim, paucis accipe. Cum primum illi manum admouerem, conſtitueram ſolum, mendas, quæ librariorum incuria & vitio paſſim irrepſerant, tollere, operamque dare, vt correctior prodiret noua editio, limatiorque; deinde materiem in partes minores, quæ voce græca παράγραφοι vulgo vocari ſolent, incidere, vt ſingula hoc diſtinctius atque facilius inueniri, repeti, reuolui, ac enotari poſſent; tandem cum auctor res haſce Moguntiacas in anno ſuperioris ſæculi quarto finiat, eas ad præſens vſque tempus breuiter ſtrictimque perducere. Monuit autem Illuſtris, nobisque ſupra laudatus Vir, VALENTINVS FERDINANDVS de GVDENVS, eſſe, quæ Moguntiæ ab auctoris temporibus recens excitata ſint monaſteria; eſſe, quæ e contrario interierint; eſſe, eaque plura, quæ ſubierint mutationem; eſſe, quæ aliter ſe tum habuerint, tum etiamnum habeant, quam auctor recenſeat &c. conſultum igitur fore, vt eorum haberetur ratio; quin eorum notitiam ſe mihi ſuppeditaturum eſſe, liberaliter pollicitus eſt. Longius itaque progreſſus ſum, ac ſine recuſatione, quin cupide ſtatim, ſingulorum atque omnium, quæ hic notabat, rationem, cum ad id loci ventum, quo pertinebant, ordinatim, vti ſane fieri oportebat, habui.

Enimuero, nec hic ſubſtiti. Cum enim libro hac fini ſemel atque iterum perlecto deprehendiſſem, auctorem doctiſſimum non modo in rebus antiquioribus, ſed recentioribus etiam ſæpius deficere, nec recta ſemper hic & illic incedere via; deinde temporis non vbique ſeruaſſe rationem, ſed ab accuratioris diſpoſitionis regula compluries deflexiſſe; animum induxi, vbi res poſceret, adnotationes quasdam ſubiicere. Quod conſilium quum

beneuolentiſſimo laboris a me ſuſcepti adiutori, Generoſiſſimo GVDENO, haud improbaretur, id genus paſſim, largaque interdum manu, aſperſi.

In his autem prima mihi cura fuit, vt obelo notarem, qui auctori meritiſſimo alias inter, easque grauiores, curas obrepſere errationes, ne ſcopuli ſuperarent, ad quos, ſi non alii, imperitiores tamen, offenderent; quamuis, quod notari velim, non alias diſpunxerim, quam quæ res præcipue ſpectant Moguntinas; ceteras vero præterierim, quod mei inſtituti haud eſſet, ſingulis ac omnibus notam apponere, tum ne longius ab incepto recederem ad alia, tum ne faſtidioſis ac delicatis hic eſſe viderer nimius. Deinde id mihi penſi fuit, vt lacunas auctoris in recentioribus non minus quam antiquis explerem. Expleui autem tum ex ſcriptoribus fide dignis, συγχρόνως potiſſimum, cum maxime vero e diplomatibus nondum editis, litteris, actis, documentisque publicis, rebus, de quibus agunt, ætate ſupparibus; vti cognoſces, cum codicem Diplomaticum, quem peculiari volumine, tomi III locum occupaturo, luci publicæ exponere mihi in animo eſt, aliquando conſulueris. Tandem id mei fuit conſilii, vt tum ordinatim irem ipſe, tum οἰκονομίαν, quæ nonnunquam in auctore paullum perturbatior eſt, quantum fieri potuit, ita diſponerem, vt compoſitius aliquanto res procederent. Velim tamen ſcias, dum id egi, in eo me nil mutaſſe, vel inuertiſſe; vti ſane nec in ceteris quid, præter ſphalmata typographica, correxi, ſed ſuum vnicuique relinquendum eſſe ratus, auctori ſua paſſim reliqui, & ſicubi error in numeris occurrebat, aut nomine quopiam, vel in margine eum notaui, vel potius in breui quadam, quam ſubtexui, notatiuncula. Vid. lib. I cap. V § V p. 13, cap. X § 8 p. 25, lib. II cap. II p. 153 &c. Præterea, ſi caput interdum vel paginam libri ab eo citati verbis eiusdem ipſis inſperſi, duobus ea ſemiluniis, parentheſeos notis, ſemper incluſi, litterisque currentibus ſiue Italicis exſcribi curaui. Vid. lib. I cap. IX § II & V p. 22, cap. XXII p. 51, lib. V in *Arnoldo* § V p. 560 &c. Et vt notulæ, quas ipſe nonnunquam margini adſcripſerat, a meis diſcernerentur, litera *S* ſubiuncta eas notaui.

Vtrum in his omnibus recte verſatus ſim, illorum iudicio, qui hanc eruditionis partem ſcienter nec ineleganter excolunt, relinquo. Id tamen non poſſum, quin

ad-

adiiciam, me I) non annales ſcribere voluiſſe, multo minus hiſtoriam, ſed adnotationes tantum hiſtoricas, auctori tum emendando tum explendo neceſſarias. II) Si aliis interdum haud fuiſſet obſequendum, me nonnullas omiſſurum fuiſſe. III) Nonnullas, quæ vni alteriue inter μικρολογίας numerandæ videbuntur, ea fini me inſperſiſſe, vt occaſio eſſet, diplomata, quibus firmantur, cum plerumque res alias notatu dignas ſimul comprehendant, citandi atque in Codice Diplomatico afferendi. IV) Teſtes, qui tabulis ſanciendis adhibiti fuere, ea ferme de cauſſa me appoſuiſſe, vt familiarum antiquarum hoc magis illuſtretur & perficiatur notitia. V) Cum bona fortuna tabulas genearchicas, quas *Iacobus*, *Vriel*, ceterique, dum Canonicorum metropolitanorum Collegio adſcribi deſiderabant, edidere, mihi obieçerit, eas conſulto me inſeruiſſe * (rebar enim, lectoribus id gratum magis futurum, quam iniucundum) ceteras vero proprio confeciſſe ſtudio; quas tamen minime tanquam perfectas vel plenas vendito: dum enim eas compoſui, Archiepiſcopi maxime, ad quem ſpectant, habui rationem, & ſi ab eo diſceſſeris, illorum, quos teſtimoniis fide dignis firmare potui, aliorum non item, tametſi mihi haud fuerint ignoti.

* *Notes tamen, quintam, vti loquuntur, generationem ab alia manu iis adiectam fuiſſe, ne putes, in edendis id genus tabulis moris eſſe, vt Candidatus atauos etiam enumeret.*

VI) Gratiæ me nil dediſſe vel odio, ſed, quantum impendio potui diligentiaque, id egiſſe, vt nihil dicerem falſi; nihil diſſimularem veri; ſine ſuſpicione vel gratiæ vel ſimultatis ſcriberem. VII) Ab omni verborum acerbitate tum in notandis aliis, tum rebus ad religionem pertinentibus recenſendis, me, vti par erat, abſtinuiſſe, & intra verecundiæ ac moderationis limites, ſine deteſtatione vlla vel opprobratione, me ſemper continuiſſe; cetera vero *Diui*, *Diuorum*que vocabulis ſenſu vſum eſſe eccleſiaſtico, & ſecundum communem loquendi formulam. VIII) Rerum magis quam verborum me habuiſſe curam. Vt adeo mihi vitio haud vertendum eſſe putem, quod non raro vocibus, quæ eccleſiaſtici tantum vſus ſunt, vel alio probæ latinitatis ſcriptoribus veniunt ſignificatu, vſus ſim; nec veniam deſperem, ſi forte, dum rerum momenta ſollicitius

citius attendi, prauo loquendi more abreptus, in rectam dicendi rationem peccaui. IX) Quum anguſtiori, quam res poſtulabat, temporis circumſcriptus fuerim ſpatio, factum, vt in quatuor vltimis Archiepiſcopis & Principibus Electoribus iuſto fuerim breuior.

Hæc monere volui. Vtrum operæ, quam rebus hiſce emaculandis, illuſtrandis, & augendis nauaui, pretium ſim laturus, dies docebit. Non tamen eſt, quod id extra omnem ſpem ponam. Inuenies enim, quæ tum ad emendandas & amplificandas res genealogicas, tum ad expoliendas notitiæ tractus Rhenani, aliarumque Germaniæ prouinciarum geographicæ, mediorum cum maxime temporum, partes, partes itidem hiſtoriæ monaſtico-eccleſiaſticæ facient; vt alia, quæ complures iuris Canonici, feudalis ſiue beneficiarii, ac publici res ſpectant, ac notari merentur, taceam.

Sicubi autem vel ieiunior ſum, vel a ſcopo aberraui (vti certe nil humani a me alienum puto, nec communem omnium hominum ſortem recuſo) in ſpem venio, æquos rerum æſtimatores facile mihi veniam daturos, & eadem animi ſtilique moderatione errores meos emendaturos eſſe, qua ego aliorum notaui.

Vale, LECTOR BENEVOLE, & vti te facturum confido, conatus hoſce meos boni conſule. Francofurti ad Mœnum, ipſis Kalend. April. anno æræ vulgaris MDCCXXII.

REVEREN-

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO
IOANNI SVICARDO,

SACRAE MOGVNTINAE SEDIS ARCHIEPISCOPO ELECTO,

S. R. I. PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIO, PRINCIPI ELECTORI,

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

Quo die, REVERENDISSIME & ILLVSTRISSIME PRINCEPS, Tua Tibi ciuitas Moguntina obedientiam & fidem ſpopondit iurata, ſpopondi ego *, licet iniuratus, Moguntiacarum rerum libros quinque. En iam ipſos omnes. in quibus, quid voluerim, & cur, quoue modo voluerim, explicaui, opinor, ſatis in primo ſtatim primi libri veſtibulo. Sane quidem cum Imperatoris Aureliani vitam a Latinorum nemine adhuc ſcriptam audiiſſet olim vir illuſtris *Vrb. Præf. Iunius Tiberianus*, ilico ingemuiſſe, magnoque ac iuſto animi dolore commotus hæc in verba prorupiſſe ſcribitur †: *Ergo Therſiten, Sinonem, ceteraque illa prodigia vetuſtatis, & nos bene ſcimus, & poſteri frequentabunt: Diuum Aurelianum, clariſſimum Principem, ſeueriſſimum Imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis eſt reſtitutus, poſteri neſcient?* At quanto Aurelianus Therſite, Sinone, ceteriſque illis vetuſtatis prodigiis maior, & ſcitu lectuque dignior, tanto, aut ſexcenties potius millecuplo, & Aureliano, & Auguſto, & Alexandro Magno, ceteriſque omnibus gentilitatis prodigiis maior, & ſcitu lectuque dignior cælitum omnium minimus. Illos igitur gentiles bene ſciemus & legemus nos Chriſtiani, eoſdemque frequentabunt poſteri; Diuos vero veros, clariſſimos æternæ gloriæ Principes, ſanctiſſimos ad ſempiternam

* *in* Trihæreſii *dedicatoria.*
† *apud* Flauium Vopiſcum *in* Aureliano *cap. I.*

felicitatem Duces, ſummos fidei vitæque Chriſtianæ Imperatores ac Magiſtros, per quos totus æternæ antea damnationi obnoxius, veræ nunquamque adimendæ libertati reſtitutus orbis eſt, neſciemus nos? neſcient poſteri? *Deus*, inquiebat idem Tiberianus, *auertat hanc amentiam!* Iſtaque me res Wirceburgi olim, vt de Sanctis XII Apoſtolis, de S. PAVLO, de S. KILIANO, quæ legere ſparſim licuiſſet, paucula colligerem, exſtimulauit: & nunc etiam, vt Moguntiæ agens Moguntinos BONIFACIOS, AVREOS, ALBANOS, MAXIMOS, eorumque cauſſa, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Electores Moguntinos omnes, ipſaque adeo vrbis prima velut incunabula, quibus ob temporum longinquitatem, & iniuriam offuſa caligo maxima, colluſtrare oculis, & aliqua litterarum, ordiniſque temporum, & teſtimoniorum luce conatus ſim illuſtrare. Quid conſecutus ſim, iudicabunt alii: & quidem, vt moris eſt, peruarie: vocabuntque hoſce libros aliqui aut *rhapſodiam*, aut *centonem*, me ſane contra nihil eunte. Sunt enim e centum amplius auctoribus contexti: & centum Tuæ iſtius cathedræ Moguntinæ Pontifices complectuntur.

Maiores maiora ſonent. mihi parua locuto
Sufficit *, in laudem cedere cuncta Dei.

* Martialis *lib. IX.*

Eos vero, REVERENDISSIME ac ILLVSTRISSIME PRINCEPS, ideo REVERENDISSIMAE ac ILLVSTRISSIMAE CELSITVDINI TVAE offero & dico, primum quidem, quia Moguntinæ res, Moguntini Sancti, Moguntini centum Epiſcopi iuſtius deberi poſſunt nemini, quam Moguntino Principi, Moguntinorum Sanctorum ſucceſſori, aut cultori, Moguntinæ ſedis Epiſcopo centeſimo. Deinde, quia in eam Catholicæ fidei, quam Moguntinis Moguntini Sancti, totque Præceſſores Tui doctrina, vita, ſanguine panderunt, commendarunt, & confirmarunt, ſemitam errantes gregis Tui oues reuocare ac reducere diſcupis & adlaboras. Cum enim præclarum illud, quod in imaginibus, libris, annulis inſcriptum iam vidi, geras ſymbolum, SOLAMEN SPEI, PATIENTIA, noſti optime, quænam vera patientia, quænam vera ſpes ducenda, dicendaque ſit. In ea epiſtola, qua viro militari, Bonifacio Comiti, vtiliter ad eccleſiam Catholicam reuocari, legibuſque ac pœnis cogi hæreticos probat *S. Auguſtinus*, Epiſcopum quendam Catholicum laudat, qui eiuſcemodi ab Imperatore leges, mulctaſque pecuniarias, *eccleſiæ ſibi creditæ tuendæ cauſſa*, rogaſſet, in vſumque transferri curaſſet. *Quod ſi*, ait, *prætermiſiſſet, non eius fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia merito culpanda.* Et rurſum: *Moleſtus eſt & medicus furenti phrenetico, & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cædendo; ſed ambo, diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, iſta potius manſuetudo falſa, crudelis eſt.* *Spes* vero, *quæ non confundit*, eſt, *cum charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis* **, qui *extra eccleſiæ Catholicæ corpus, neminem*, vt idem ſanctus ait *Auguſtinus* †, *viuificat*; quia *non eſt particeps diuinæ charitatis, qui hoſtis eſt vnitatis.* *Spes* vera eſt, cum immarceſcibilis illa gloriæ corona expectatur, quam *cum apparuerit Princeps paſtorum*, accipient omnes ii paſtores, qui verbo, exemplo, & oratione, prout triplex

* Epiſt. L.   ** Rom. V, 5.   † I. d.

Digitized by Google

plex Domini *paſcere* * Diuus exponit *Bernardus* †, gregem ſibi commendatum paſcunt: & quod in eo per vitia & hæreſes perierat, requirunt: quod abiectum erat, reducunt: quod confractum, alligant: quod infirmum, conſolidant. O quanta, quam felix, quam immarceſcibilis, æternumque virens ac fragrans his apud Deum & homines corona! De Aureliano, cuius memini antea, ſcribit *Vopiſcus: Apud Maguntiacum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ, Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, ſic afflixit, vt trecentos ex his captos, ſeptingentis interemptis, ſub corona vendiderit. Vnde de eo,* ad ſummam illius laudem, *facta eſt cantilena: Mille Francos, mille Sarmatas ſemel occidimus. Mille, mille, mille, mille, mille Perſas quærimus.* In auribus vero Dei Sabaoth quanto illa concinnior cantio, cælorum angelis iucundior, apud Germanos, Gallos, Italos, Hiſpanos, eccleſiam denique vniuerſam toto terrarum orbe diffuſam laudatior, qua a poëtis, hiſtoricis, ſcriptoribus omnibus canuntur apud Maguntiacum non hoſtes, *capti, venditi, occiſi:* ſed amici, fratres, ac filii, a diaboli vinculis, a quo ſecundum ipſius voluntatem captiui tenebantur, liberati: ab pernicioſiſſimarum hæreſeon, quibus, per improbam nonnullorum fraudem, mancipiorum inſtar, addicti & nexi erant, ſeruitute redempti: ab ignis æterni, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, morte ſecunda extracti, vitæque redditi. *Mille ſubditos, mille animas ad vitam reuocauimus: Mille, mille, mille, mille, mille errantes oues quærimus.*

* Ioan. XXI, 16, 17. † *Serm. II* de Reſurrectione.

Sed cauſſa, cur Moguntiacarum rerum iſtud, quantulumcumque eſt, REVERENDISS. & ILLVSTRISS. CELSITVD. TVAE offeram, nonne iuſtiſſima & debitiſſima illa etiam eſt, quod promiſerim? Perſtringuntur Græca neſcio qua parœmia *Doſones*: & quod promiſſum, ne debitum ſit, magna quædam certarum rerum, quas Theologi, Iureque conſulti notant, immutatio fiat, neceſſe eſt. At illarum hic nulla. quin vero ea ex illo tempore in Societatem noſtram, ac Archiepiſcopale iſtud Collegium, multis modis, eluxit beneuolentia & propenſio, vt etiamſi vel omne hinc abeſſet promiſſum, vel Germanicæ in pollicitis fidei apud me vigeret nihil; officium tamen hoc, ſummæque erga REVERENDISS. & ILLVSTRISS. CELSITVD. TVAM obſeruantiæ meæ, ac ſociorum, licet pertenue ac perexile, argumentum neceſſarium prorſus exiſtimarem.

Quemadmodum vero cum fidei dexteras Tui Tibi darent ciues, dexteram ipſe Tuam iis porrigebas: ita vt quos dextra offero, dextra quoque accipere digneris libros, demiſſiſſime rogo & obſecro, præſertim cum ſi libros ſuos potuit Hebræus Rabbi *Maimon* appellare *Iad* ſeu *Manum*, poſſim & hos ego *Moguntinam* indigitare *dexteram:* quod numero ſint, vt Sagarino aiebat Stichus, *tot, quot digiti ſunt tibi in manu.* Moguntiæ, anno Dominicæ incarnationis MDIV, ipſo exaltationis S. CRVCIS: e qua omnis vera in cælo & terra exaltatio.

REVERENDISS. & ILLVSTRISS.
CELSITVD. TVAE

ſeruus indigniſſimus

Nic. Serarius.

AD EVNDEM PRINCIPEM.

SI vacat a magnis curſum deflectere curis,
Tantiſperque animo rerum deponere molem,
Magne Heros, iuuet huc feſſos conuertere vultus,
Ireque maiorum per grandia facta tuorum.
Hic centum illuſtres animas ſpectare licebit,
Omnes Heroas, miſtos cæleſtibus omnes.
Et quorum ſancto rubefactus ſanguine Rhenus
Monſtra infanda Deum, miſerorum & fata piauit.
Et qui tot populos prope, quot Germania late
Horrendis claudit ſiluis, & montibus arcet,
Subiecere tuis per mille pericula ſacris.
Quique tibi hos faſces, ſeptemqueviralia iura,
Auſoniumque ſuis pepererunt laudibus oſtrum.
Hos, ſcio, dum, SVICARDE, leges, animoque reuolues,
Non vulgata tuam perfundent gaudia mentem:
Mentem iiſdem curis lætam, & virtutibus iiſdem.
Hi præeunt, horum figis veſtigia ſignis,
Hi flammas, ſtimuloſque adigunt, cum priſca reducis
Secula, & extorrem pietatem reddis auorum,
Quæ patrium in cælum temeratas fugerat oras,
Euerſos nuper ritus exoſa ſacrorum.
Auſpiciis nunc inde tuis ſe lætior effert,
Et pallam ſuccincta nouam, & candore recenti
Picta genas, ramumque ferens frondentis oliuæ,
Inuehitur victrix vrbes viſura receptas,
In quas nunc reducem, proſcripto errore, reponis.
Quacumque incedit, ſequitur pax diuite cornu,
Vicinos colles, vicinaque iugera complens.
Quin & cana fides, noua fraudum examina pridem
Indignata, redit roſeo comitata pudore.
His iam thure nouo luſtrare calentia templa
Eſt labor, atque hornis oneratas frugibus aras,
Et nomen, curaſque tuas diducere plectro.
Vnum omnes orant, vt gaudia cœpta ſecundet.
Te SERVATOREM optabunt, & munera pro te
Damnatæ voti direpta ex hoſtibus arma
Liteſque, & rixas, priſci & faſtidia moris
Suſpendent Diuis patriis, pacemque rogabunt.
Quin etiam orabunt, illam clareſcere lucem,
Quando non Chattus tantum, fortiſque Cheruſcus,
Et ſtellis tumidus propioribus Hermundurus,
Quique colit celſas Meliboci Tencterus arces,
Te duce ad antiquos ritus, caſtuſque reuertant:
Verum etiam Odryſia te Boſporus audiat vnda,
Et Thrace ſcelerata tuam venerata tiaram,
Abs te ſacrorum mores mutata repoſcat;
Si quando, domito Mahumete, & pace recepta,
Victrices RVDOLPHI aquilas, & ſigna ſecutus
Auroræ viſes populos, & pinguia rura,
Atque illic, ſolis gemini applaudentibus oris,
Cæſaris Eoo cinges diademate crines.
O! audire mihi turbas tunc inter ouantes
Threïciam liceat citharam tua facta ſonantem,
Et ſpectare tuis tumefactum laudibus Hebrum,
Quantum augere tuos Rhenus modo geſtit honores.

I. H. Ph. Pr. de Societate Ieſu.

AVCTO-

Digitized by Google

)o(

AVCTORIS

De MANVSCRIPTIS Notatiuncula.

Manuſcriptos de quibuſdam Moguntinis rebus codices habui aliquos. Hos aut omnes, aut horum aliquos, aut aliquem ſignifico nota hac, *MS.* Dum addo *L*, aut *H*, ſignifico *Latomianum* aut *Heilmannicum* Codicem. quorum ille a *D. Ioanne Latomo*, p. m. Francofurt. Decano ſcriptus, eiusque morientis iuſſu, iam in S. Bartholomæi archeis, vt audio, conditus eſt: hic vero a *D. Georgio Heilmann*, Moguntino quondam Sigillifero, concinnatus. & hunc etiam interdum voco *maiorem*: primum vero illum anonymum *minorem*.

APPROBATIO & PRIVILEGIVM.

EGo *Ferdinandus Alber*, Prouinciæ Rhenanæ Societatis IESV Viſitator; Moguntiacarum rerum libros quinque a *P. Nicolao Serario*, Societatis noſtræ Theologo, conſcriptos, atque a deſignatis eiuſdem Societatis noſtræ Patribus lectos & probatos, poteſtate, ab Admodum R. P. N. Generali *Claudio Aquauiua*, ad hoc mihi facta, vt typis excudantur concedo: & quidem, a typographo Moguntino, *Balthaſare Lippio*; Quem in horum Moguntiacarum rerum quinque librorum editione, S. Cæſ. Mai. priuilegio, Societati noſtræ, in ſuorum librorum editione conceſſo, gaudere volo. In horum fidem, haſce manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas dedimus. Moguntiæ VIII die Februarii. Anno MDCIV.

FERDINANDVS ALBER.

Digitized by Google

S. CHRYSOSTOMVS

De SOLIDIS ac VERIS VRBIVM ORNAMENTIS

Sermone XVII ad populum Antiochenum.

Diſce, quid ſit ciuitatis dignitas, & tunc manifeſte ſcies, quod ſi habitatores ipſam non prodiderint, auferre poterit alius nemo ciuitatis dignitatem. Non quod Metropolis ſit, neque quod habeat ædificiorum magnitudinem, & ornatum, neque quod multas habeat columnas, & porticus, & deambulationes, neque quod ante alias ciuitates prædicetur: ſed INHABITANTIVM VIRTVS & PIETAS, *hæc eſt dignitas, & ornatus, & tutela ciuitatis: ita vt ſi hoc deſit, omnium ſit viliſſima, licet infinitum ab Imperatore conſequatur honorem.*

PLAVTINA VIRGO, *Perſa, Act. IV.*

OPIDVM, *Si incolæ bene ſunt morati, pulcre munitum arbitror,*
Perfidia, & peculatus, ex vrbe, & auaritia ſi exulant:
Quarta inuidia: quinta ambitio: ſexta obtrectatio:
Septimum periurium ...... octaua indiligentia:
Nona iniuria: decimum, quod peſſimum aggreſſu, ſcelus.
Hæc niſi aberunt, centuplex murus rebus ſeruandis parum eſt.



MOGVNTIACARVM RERVM

LIBER I.

CAPVT I

Operis huius occaſio, ſtilus, vtilitas, diuiſio.

Edit. I pag. 1 DIu Moguntiæ non fueram, cum viri a me boni petierunt, vt quod in *S. Kiliani* martyris Acta Herbipoli feceram, facerem Moguntiæ itidem in *S. Bonifacii*, magni Germaniæ Apoſtoli ac martyris hiſtoriam: notis eam nimirum aliquibus illuſtrarem. Atque id erat, *equum*, vt dicitur, *in campi æquor deuocare*. 1 Ouid. Sanctorum enim commemoratio, & deprædicatio in illum, a quo vt deprædicari queant, acceperunt, Deum ipſum, bonorum fontem, oceanumque omnium redundat. Sed quia patet viri ſummi vita longe ac late admodum, terrebat me vaſta eius operis magnitudo, humerorum meorum infirmitas, quotidianorum in ſcholis penſorum neceſſitas. Et vero alios in hoc ipſo Societatis Ieſu Moguntino Collegio ſuggerebam, quibus & maior veteris memoriæ cognitio, & profluentior hiſtoricæ ſcriptionis facultas. Superiore tamen anno contigit, vt, pro inſigni ſua in cælites a pietate ac obſeruantia, Reuerendi ac Nobiles quidam Metropolitanæ huius ædis Canonici ſanctas Sanctorum illorum, quos in nobiliſſima *S. Albani* baſilica conditos acceperant, reliquias quærerent, magnoque ſtudio, & labore, in iacentium ruderum aceruis foderent, ſtantium adhuc parietum latera explorarent, locumque illum totum perpurgare inciperent. Tum tacitis ego mecum cogitationibus: Quidni & tu in Moguntinis fodere antiquitatibus incipias? quidni & tu Moguntiacenſium Diuorum memoriam, quæ temporum iniuria, hominumque incuria ſenſim euaneſcit, pro virili conſerues ac tueare? Ecce iſti Domini, ligones, palos, trahas habent in manibus, exaggeratos ruderum tumulos diſcutiunt, fodiunt, euehunt: quidni & tu, ad Dei, eiuſque ſeruorum gloriam, rudem ac indigeſtam Moguntiacenſium rerum molem infodias, digeras, concinnes? Domum igitur veſperi reuerſus, omnino rem agere iſtam conſtitui: & poſtridie ſtatim, Deum, beatoſque Moguntinos præſides omnes precatus, artubus manibuſque adhuc feſſis, ab illo, quod ſequitur, capite orſus ſum, neque, illis bene cœpta iuuantibus, deſtiti, quoad, Paſchali tempore, ad Archiepiſcoporum, Electorumque vltimos præproperans decurrit calamus.

II Scribendi autem rationem hanc tenere viſum, vt quod alienis narrare verbis poſſem, id meis vel non omnino, vel non magis inquinarem: ſed ipſorum, a Salust. apud quos hiſtoriam inueniſſem, & nomina ederem, & verba redderem. Non eſt quidem iſto modo ſtilus vniuſmodi & æquabilis: ſed ad narrationis veritatem, & rerum, quæ narrantur, examen multo videtur ea ratio accommodatior. Harum enim momenta quomodo expendantur, niſi qui, & quales, a quibus illæ

manant, fontes cognoſcantur? Eadem ratio longe aliam cum a præſtantibus viris, aliam cum ab obſcuris ac vilibus homulis profertur, vim habet, prout olim quidem dixit *Euripides* *. Cum primum, annis abhinc aliquot, ſuos *Cæſar Baronius*, qui tum Preſbyter tantum, nunc autem meritiſſimo Preſbyter Cardinalis, diuulgare Annales cœpit, multa me in iis vehementer afficiebant: ſed omnium maxime duo: quod videlicet in auctores, e quibus aliquid mutuaretur, nunquam non intenderet digitum: quod peracre in hiſtoriarum, temporumque librandis ponderibus iudicium adhiberet. Vtrumque optarem imitari, & in poſteriori quidem, cum occaſio eſt, conor interdum aliquid, vt omnium ſemper cynoſura ſit veritas: prius tamen ſequi magis licuit. Laudo equidem & ſuſpicio elegantem ac floridum ſcribendi nitorem in iis, qui eum afferunt: mihi tamen qualis qualis oratio, ſi vera, grata eſt: ornatiſſima vero & cultiſſima, ſi falſa, diſplicet. Aiebat apud *Tullium* C. Lucilius **, ſe *nec doctiſſimis, nec indoctiſſimis* ſcribere. *omnibus* ego cum Apoſtolo velim fieri *omnia* †: ſed ita dumtaxat, vt ad quorundam palatum quædam, ad aliorum, alia ſint. Omnibus in omnibus, nemo vnus adhuc placuit: ne Theognideus quidem ille, qui, vt ab alio dictum,

Edit. I pag.

5

Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget. ††

* *in Hecuba.* (S.) † 1 Corinth. 9, 22. (S.)
** *lib. 2 de Orat.* (S.) †† Theocr. *in Bat.* (S.)

3 *Vtilitat.* III Vtilitates vero neque paruas, neque paucas primo quidem Moguntinis ipſis, deinde aliis etiam omnibus affert Moguntinæ ciuitatis cognitio. Et quoad illos quidem, efficit ipſa *primo*, ne in ſua ipſorum patria hoſpites & peregrini Moguntini ſint. Qui enim eorum, quæ in illa geruntur, inſcius ignaruſque viuit, nonne in aliis neſcio quibus oris peregrinari videtur, cui merito dici queat, *Tu peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti, quæ facta ſunt in illa his diebus* *, hiſce annis, & ſeculis?

* *Luc. 24. v. 18.*

Deinde efficit eadem cognitio, ne quamuis ætate prouecti, natuque grandes in pueris habendi Moguntini ſint. *Neſcire*, ait Orator †, *quid antea quam natus ſis, acciderit, id eſt, ſemper eſſe puerum.* Cum in AEgyptum, prout quidem refert *Plato* *, & ex eo *S. Cyrillus* ††, veniſſet Solon, ei, ex iis, qui in pretio illic erant, ſacerdotibus, vnus quidam canitie, ſapientiaque venerandus dicebat: *O Solon, Solon! vos Græci ſemper eſtis pueri: nec in Græcia ſenex quiſquam.* Mirabatur, & pæne indignabatur Solon, non de ſe modo, ſed de Athenarum ciuitate, de patria, genteque ſua tota contempte adeo ſentiri ac pronuntiari. Ipſum igitur illum interrogauit ſacerdotem, ecqua ei de Græcis tam abiecte loquendi cauſſa? Ille vero, *Quia*, inquit, *iuuenis ſemper vobis eſt animus, in quo nulla eſt ex vetuſtatis commemoratione priſca opinio, nulla cana ſcientia.*

† *in Orat.* (S.) * *in Timæo.* (S.) Chryſoſt. *l. 2 aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ.* (S.)
†† *lib. 1 contra Iulian.* (S.)

Tertio, vindicat ab obliuione cognitio eadem magnos illos, ſummoſque viros, qui, ſecundum Deum, maximorum plurimorumque bonorum Moguntinis auctores & conſeruatores fuere. *Attendite*, inquit apud Prophetam * Dominus, *ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis.* Quænam vero, e qua exciſi Iudæi, petra? Quæ laci, e qua præciſi, cauerna? Exponere dignatus eſt idem Dominus verbis, quæ adhærent proxime. *Attendite*, inquit, *ad Abraham, patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos.* Vere multarum gentium, pater, veruſque Moguntinis *Abraham* eſt *S. Bonifacius*, qui tot Germaniæ populos peragrauit: & vel ad Chriſtum recens traduxit, vel iam olim traductos in eo confirmauit & perpoliuit. Vere domina & princeps, veraque Moguntinis *Sara* eſt numeroſa illa maiorum multitudo, qui, vt infra loco ſuo ** dicitur, die quodam feſto, inter ſacra & preces, in templo, hic Moguntiæ, ad aras ipſas, a Gentilibus & Barbaris contrucidati, ſæueque ac atrociter iugulati & mactati ſunt. Vere *petra*, e qua, ſacris Euangelii manibus, ac malleis exciſi Moguntini ſunt, eſt *S. Petrus*, & *S. Paulus*, qui per diſcipulos, filios, imitatoreſque ſuos *S. Creſcentem*, *S. Aureum*, *S. Albanum*, & alios, Moguntinam Chriſto Ieſu ciuitatem pepererunt, fundarunt, exædificarunt. Vere *laci cauerna*, e qua ſacris beatiſſimæ doctrinæ ligonibus effoſſi ac præciſi Moguntini ſunt, *eccleſia Romana* eſt, quæ inſignes huc fidei magiſtros ablegauit, diuinos ſacrorum ritus atque cæremonias tradidit, Pontifices creauit, ſummaque poteſtate ac dignitate ad hæc vſque noſtra

* *Iſaiæ c. 51. v. 1.*

4

** *lib. 1 c. 7.*

Lib. 1 noſtra tempora ornauit & amplificauit. adeo vt in ſummis ſuis eccleſia Moguntina
pag. laudibus reponat, quod, vt alibi poſtea notabo *, *eccleſiæ Romanæ filia* ſit ac vocetur *ſpecialis*. Valet vero hæc ad Abrahamos & Saras noſtras, ad petras & cauernas noſtras, attentio, diligenſque conſideratio & ad ipſius Dei Opt. Max. & ad ſanctorum eius gratiſſimam, debitiſſimamque memoriam, laudem & gloriam. *Meminiſſe*, aiebat apud *Platonem* * Phædo, *Socratis, ſiue ipſe loquar, ſiue loquentes alios audiam, mihi ſemper omnium eſt dulciſſimum.* Ad Chriſtianæ vero ſanctitatis doctorem, propagatorem, ac martyrem vllum quis & quid Socrates? Refert auunculum ſuum Plinium Secundum *Cæcilius Plinius* † ſomnio monitum, bella, quæ cum Germanis geſſere Romani, libris XX collegiſſe. *Aſtitit enim*, ait, *ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſime victor, ibi periit. Commendabat memoriam ſuam, orabatque, vt ſe ab iniuria obliuionis aſſereret.* Nos vero non ſomnium, non inane ludibrii nocturni ſpectrum, vt Druſi, de quo poſtea, ſed recta ratio, ſanctiſſimus Propheta, & per hunc ipſum Prophetam Dominus admonet, vt eorum, quos multo quam Druſum maiores in Germania laureæ, triumphique nobilitant, meminerimus, in eos intueamur, ad eos mentem, animumque, prout paullo
5 ante vidimus, aduertamus. Abſit nos ſuperet Plinius! abſit adeo ſomniculoſi desidesque ſimus, vt illum quidem ſomniantem ad magnam operoſamque ſcriptionem nocturna exſuſcitet effigies; nos prudentes ac vigilantes maximorum a Diuis illis acceptorum memoria beneficiorum illuſtriſſima, quam a ſummo rege conſecuti iam ſunt, gloria & dignitas, regis ipſius veriſſima, grauiſſimaque adhortatio non ad facillimam iucundiſſimamque illorum recordationem exſtimulet!

* *e. 12 n. 12*

* *in* Phædone. (S.) † *epiſt.* ad Marcum. (S.)

Ex ea porro recordatione in nobis exiſtit ſanctus quidam ſanctiſſimæ illius fidei, quam illi nos olim docuerunt, ſanguineque ſuo conſignarunt, amor ac ſtudium. Quis enim vel ſapientia modica præditus non malit ad eam, quam vetuſtiſſimi, ſanctiſſimi, ſpectatiſſimique Apoſtolorum diſcipuli, ſucceſſores, ac in vita & morte imitatores maioribus noſtris tradiderunt, nobiſque per tot humanarum rerum caſus, temporum viciſſitudines, mutationum æſtus ac Euripos reliquerunt, hactenusque conſeruarunt, doctrinam ac religionem adhæreſcere, quam nouis, obſcuris, nulla ſanctitatis vllius laude inſignitis, e contrario autem plurima leuitatis, arrogantiæ, impuritatis labe contaminatis ſeſe infeliciter dedere ac mancipare? Inſignis illa, qua ſui temporis hæreticos irridebat quondam *Tertullianus* *, ironia noſtros quoque perſtringit Nouatores. *Aliquos*, ait, *Marcionitas & Valentinianos*, Caluiniſtas & Lutheranos, *liberanda veritas exſpectabat. Interea perperam euangelizabatur: perperam credebatur: tot millia millium perperam tincta: tot opera fidei perperam adminiſtrata: tot virtutes, tot chariſmata perperam operata: tot ſacerdotia, tot miniſteria perperam functa: tot denique martyria perperam coronata.* Si verus eſſet Lutherus, mendax fuiſſet S. Bonifacius, qui tam Pontificius. Si verus Caluinus, mendax S. Aureus, qui ad altare ipſum, ſacris operans, obtruncatus. Si veri hæreſiotarum hodiernorum vili; mendaces, falſi, fallenteſque fuiſſent omnes alii Moguntini *Sancti*, omnes *Epiſcopi*, *Archiepiſcopi*, *Electores*. Bono autem ſinceræ fidei fundamento bonorum ſanctorumque in iiſdem ſanctis morum imitatio, contrariorumque deteſtatio & fuga innititur. *Hoc*, ait hiſtoricorum apud Latinos princeps **, *eſt præcipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri: inde tibi, tuæque reipublicæ, quod imitere, capias: inde fædum inceptu, fædum exitu, quod vites.* Vt vero & eorum retinere fidem, & vitæ ingredi veſtigia commodius conſtantiusque poſſimus, ad eorum opem ac preces rogandas accenditur hinc animus. *Non*
6 *ſane parum fructuoſa*, inquit *S. Bernardus* †, *inuenitur memoria feſtiua ſanctorum, languorem, teporem, erroremque depellens, cum eorum interceſſione iuuetur infirmitas noſtra: conſideratione beatitudinis excitetur negligentia noſtra: ignorantia quoque noſtra ipſorum erudiatur exemplis.*

* *Præſcripſion. cap. 30.* (S.) v. 1 *Maccabæor. 2 Eſther.* (S.)
** Liuius *in præfat.* (S.) † *Serm. 2 in feſto OO. SS.* (S.)

Atque hæc ad Moguntinos quidem maxime perueniunt, e Moguntiacenſium deſcriptione, commoda. Propter quæ, & propter alia, quæ taceo complura, eorum quilibet, ſi ſupra vulgus præſertim ſapere, doctrinaque ac ſapientia præſtare velit, merito illud ad ſe transferat, quod oratori ſuo præcipiebat olim *Tullius* *:

Cognoſcat, inquiebat, *rerum geſtarum: & memoriæ veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtræ ciuitatis.* Alii vero ea hinc emolumenta poſſunt capere, quæ generatim promittere ſolet hiſtoria. Licet enim hæc ipſa *hiſtoriæ* vox ita interdum preſſe ſumatur, vt ab annalibus, minusque elaboratis rerum monimentis diſtinguatur **, nonne tamen ſimplex etiam narratio, *temporum teſtis eſt, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis?* Quantum igitur ex vna perinſigni peruetuſta ciuitate, metropoli, ac diœceſi cognoſcenda iucunditatis, oblectationis & vtilitatis accipi ab vllo poteſt, tantum ſibi e Moguntinarum rerum pertractatione non immerito polliceatur quilibet. præſertim ſane, quia in metropolitanis, quæ in Germania ſeptem numerantur, ſedibus Edit. I pag.

Hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi †.

* 2 *de Oratore.* (S.) Tacitus *dial. de Oratore cap.* 22. (S.)
** Gellius *l.* 5 *c.* 18. (S.) † Virgilius *eclog.* 1. (S.)

4 *Diuiſ.* IV Cum vero a me ſolum initio in *S. Bonifacii* vitam notationes peterentur, ad easque illa, quam dixi, occaſione aggredi vellem, viſæ ſunt mihi numero plures, magnitudineque auctiores futuræ, quam vt vno commode libro aſtringi poſſent. Dum eas igitur, quæ generaliores ſunt, ſumo; & iis omnium, qui ad hodiernum vſque diem ſacram S. Bonifacii ſedem inſederunt, Archiepiſcoporum ſeriem adiungo, nati mihi ſub manibus fuerunt libri quinque. Quorum *primus* generalia de Moguntia, eiuſque præcipuis rebus complectitur. *Secundus* Præſules Moguntinos habet omnes, qui *Epiſcopi* tantummodo, nondum autem Archiepiſcopi fuerunt, & cum iis alia quædam Sanctorum quorundam geſta copulantur. *Tertium* ſibi totum ſanctus vendicat *Bonifacius*, Archiepiſcopus Moguntinus primus. *Quartum* obtinent, qui deinceps ſecuti ſunt *Archiepiſcopi*, ſed Archiepiſcopi tantum, nondum vero ſacri Imperii Romani Electores. *Quintus* iis Archiepiſcopis datus omnibus, qui & *Archiepiſcopi*, & ſacri iamiam dicti Imperii *Electores* ſimul, ad annum 7 vſque iſtum MDCIV extiterunt. *(nunc vero ad annum vſque MDCCXXI)*

CAPVT II

Libri primi diuiſio.

SOranus Valerius, eumque in ſuis naturæ hiſtoriis imitatus Plinius, librum vnum ſuorum recenſendis librorum omnium capitibus pertexuerunt. idque eo cenſet poſterior vtile, ne qui eſſet occupatior, perlegendos illos omnes haberet: *ſed vt quisque*, ait, *deſiderauerit aliquid, id tantum quærat, & ſciat, quo loco inueniat.* Libri ergo huius primi, in quo rerum paullo varietas maior, volo iam ſimiliter, ſi parua licet componere magnis, capite vno capita, quæ quidem ſequuntur, in omnium oculis ponere omnia. Sic autem habent.

I	*Operis occaſio, ſtilus, vtilitas, partitio.*
II	*Libri primi diuiſio.*
III	*Moguntiæ nomen quotuplex, & quod optimum?*
IV	*Moguntiæ nomen vnde?*
V	*A quo primum exſtructa Moguntia?*
VI	*Vbi primum eadem exſtructa?*
VII	*A quibus deſtructa?*
VIII	*De quibusdam circa eas Moguntiæ deſtructiones quæſtionibus.*
IX	*A quibus, vbi, & quando reſtructa Moguntia?*
X	*An Galliæ vel Germaniæ vrbs cenſenda?*
XI	*Quæ vetus Moguntiæ lingua?*
XII	*Moguntiæ vrbis decora & ornamenta.*
XIII	*Communia, & profana ornamenta, quoad ſitum, amplitudinem, fluuios.*
XIV	*Generis eiuſdem ornamenta, quoad vetera Romanorum præſidia, Duces, pontesque.*
XV	*De Moguntinis antiquitatibus.*
XVI	*Chriſtiana Moguntiæ ornamenta, quorum primum, inſignis, & ſpectata veterum Moguntinorum pietas ac fides.*

XVII De

Digitized by Google

4 I

T

P O



40 *Leprodochiu*
41 *Genzenhem*
42 *Menbach p*
43 *Men riuus.*
44 *Lobach riu*
45 *Cia diuiſus.*
46 *nunc Ombac*
47 *Inſula Domi*



...edicium, l. 1 c. 6 & 31.	48	*Inſula Carthuſ.*	
...zenbum pagus.	49	*S. Georgii.*	
...bach pagus. ib.	50	*Caſtellum oder Caſſel. l. 2 c. 34.*	
...ruum. l. 1 c. 4.	51	*Moraw.*	
...ch ...vel Gen Gobach. ib.	52	*Coſtheim. l. 1 c. 5.*	
...bus. ibid.	53	*Rhenus. l. 1 c. 13.*	
Onbach	54	*Mœnus. ibid.*	
...s Drusum Metrop.	55	*Obeliſci cæmentitii. l. 1 c. 6 & 17.*	
	56	*Locus magnus, qui olim Druſenloch l. 1 c. 12 & 17*	

P O R T Æ. *lib. 1 c. 17.*

A *Hercina.* I *S. Wilhelmi, cui Druſiana*
B *Lignaria.* *vel Theodericiana reſpondet*
C *Fabrum.* K *Agraria.*
D *Piſcaria.* L *Veteris Monaſterii.*
E *Ferrea.* *Elevatio poli* } gr. { 50 } 30
F *Rubea turris* *Longitudo* } gr. { 27 } m. 30
G *Molaris.* *Latitudo* } gr. { 50 } 30
H *Areis.* *G. P. E. SS. A.*

[library stamp]

Digitized by Google

Digitized by Google

Edit. I pag. 8

XVII	*De Moguntinis Sanctis.*
XVIII	*De Moguntino Clero, Monaſteriis, Epiſcopatu.*
XIX	*Quando cœpit Moguntinus Epiſcopatus?*
XX	*Epiſcopi vſque ad Archiepiſcopum primum quot?*
XXI	*Fuerintne Moguntini Epiſcopi Archiepiſcopo alicui aliquando ſubditi? & cui?*
XXII	*Quando cœpit Archiepiſcopatus Moguntinus? & in ea dignitate primus quis?*
XXIII a)	*Quot & qui Archiepiſcopo ſubiecti Epiſcopi Suffraganei?*
XXIII b)	*Quot ad hunc vſque diem Moguntini Archiepiſcopi?*
XXIV	*De Moguntino Imperii Electoratu.*
XXV	*Inter omnes Imperii Electores quotus Moguntinus?*
XXVI	*A quo Moguntinæ ſedi Electoratus data dignitas?*
XXVII	*Quonam tempore idem Electoratus Moguntinæ ſedi datus? & ad eum euectus primus quis?*
XXVIII	*Quot Moguntini hactenus Electores fuere?*
XXIX	*Moguntini Archiepiſcopi quomodo Imperii Archicancellarii ſunt?*
XXX	*De antiquioribus Moguntiæ templis.*
XXXI	*De poſterioris æui Moguntinis templis.*
XXXII	*De ſacris Moguntinorum templorum opibus.*
XXXIII	*De Moguntinis Conciliis.*
XXXIV	*De Academia Moguntina.*
XXXV	*De Bibliothecis Moguntinis.*
XXXVI	*De Typographia.*
XXXII	*Num ea Moguntiæ primo inuenta?*
XXXVIII	*A quo & quando ea Moguntiæ primo excitata?*
XXXIX	*Quinam libri omnium primi typo excuſi? & de artis huius vſu ac abuſu.*
XL	*Docti Moguntiæ homines.*
XLI	*Fueritne Moguntiæ vlla olim femina, quæ ad Pontificatum Romæ arrepſerit maximum? Non fuiſſe, probatur.*
XLII	*Plures eandem in rem rationes.*

CAPVT III

Moguntiæ nomen quotuplex, & quod optimum?

SIue linguarum nobiliores ac retruſiores, ſiue vulgares ac vernaculas conſulimus, varium & multiplex Moguntinæ vrbis nomen inuenimus. In Latina ſiquidem, apud *Cornelium Tacitum* lib. IV hiſtoriæ *, apud *S. Hieronymum* epiſtola ad Gerontiam de Monogamia, *Gregorium Turonenſem* lib. II c. IX, *Flauium Vopiſcum* in Aureliano ** vocatur *Maguntiacum*, & *Mogontiacum*: apud *Eutropium* lib. VII † & IX ††, *Eginardum* in Caroli Magni vita *, *Moguntiacum*: apud *Venantium Fortunatum* lib. II epigrammate XII, lib. IX epigram. IX *Maguntia*: in antiquis iuris Canonici exemplaribus 16 q. 1 ter *Magocia*: in *Francorum Annalibus* a Pithœo editis interdum *Mogontia*: in Geticis *Iordani* Chronicis, *Mogontiacum*: in libro, cui *Notitia Imperii Romani* eſt inſcriptio, *Moguntiaco*: in *Itinerarii Romani* vetere, quæ Reipubl. Auguſtanæ Duumuiro D. Marco Velſero dedicata eſt, tabula, *Magontiaco*: apud *Ammianum Marcellinum* lib. XV *Maguntiacus*: apud *Lambertum Schafnaburgenſem*, *Sigebertum*, *Vdaſchalcum*, *Othlonum*, *Ligurinum* Vatem **, *Annales* rurſum *Pithœanos*, *Trithemium*, & apud quamplurimos paſſim hodie, *Moguntia*.

Moguntiæ *nomen varie ſcribitur,* **a Latinis.**

* cap. 15, 33, 61.
** cap. 7.
† cap. 8, 1. †† cap. 7, 2.
* cap. 32.
** Sic rurſum cap. IV p. 12 *Friderici Maro Ligurinus*, locisque aliis. At vero *Ligurinus* non poetæ nomen eſt, ſed carminis, quod de rebus Friderici Barbaroſſæ in Italia, ac præſertim Liguria, geſtis ſæculo XIII ſcripſit *Guntherus*, monachus Ciſtercienſis, qui circa annum MCCX claruit. Vid. *Caueus* hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſ. ſæc. XIII p. m. 490, *Fabricius* biblioth. latin. lib. IV cap. II § III p. m. 723. De cetero eundem per errorem *Ligurinum* vocari, iam olim monuere *Pithœus* & *Rittershuſius*; vterque in præfat. editionis ab ſe curatæ. *Moguntiæ* vero nomen idem ipſe *Guntherus* habet lib. I ℣. 384.

II Græci

a Græcis, II Græci vero duobus maxime nominibus eam indigitant. Apud *Nicetam* Edit. I pag.
enim *Choniaten* lib. VII Annalium Comneni Μάγεντζα dicitur: apud *Ptolemæum* lib. II Geographiæ cap. IX Μοκοντιακόν. Tertium doctus neſcio quis, cuius tamen ſententiam citat & ſequitur in Theatri vrbium tomo primo *D. Georgius Bruin*, nomen addidit, dum Νοιόμαγον a Ptolemæo ibidem in Nemetibus collocatum, ſtatuit eſſe Moguntiam. Sed bona doctorum hominum venia, non queo ſane aſſentiri. Cum enim Μοκοντιακὸν iam nominaſſet, locoque ſuo fixiſſet Ptolemæus, deinceps *Obringam* flumen recenſet, ab eoque Germaniam ſuperiorem inchoat, in qua primam Nemetum vrbem Νοιόμαγον ſtatuit. Eius verba ſunt hæc: ἡ δ᾽ ἀπὸ τοῦ Ὀβρίγγα ποταμοῦ πρὸς μεσημβρίαν καλεῖται Γερμανία ἡ ἄνω. ἐν ᾗ πόλεις ἀρχομένων ἀπὸ τοῦ
Ὀβρίγγα ποταμοῦ, Νεμητῶν μὲν Νοιόμαγος. id eſt: *Ea, quæ ad Meridiem a flumine* 10
Obringa eſt, vocatur Germania ſuperior, in qua vrbes ſunt eorum, qui ab Obringa fluuio incipiunt, Nemetum quidem Nœomagus. Quid, quod *Nœomagum* ab AEquatore abeſſe ait idem Geographus gradibus 49, minutis 33; *Mocontiacum* vero gradibus 50, minutis 4. Si autem quæras, quænam vrbs alia eſſe poſſit iſtud *Nœomagum*, ſeu, vti loquitur Ptolemæus libentius, iſte *Nœomagus*, reſpondeo, eius nominis vrbes quinque proponi*. *Prima* eſt in Batauiæ principio ad Vahalim, hodierno etiam tempore notiſſima. *Altera* eſt ad Moſellam, Treuiros inter & Berncaſtellum, de qua in Moſella ſua ſic *Auſonius:*

v. 10. —— *primis Belgarum conſpicor oris*
Nouomagum, diui caſtra inclita Conſtantini,

hodie pagus, qui *Neumagen* adhuc vocatur, prout in poetam illum cap. 1 notat etiam *Scaliger*. *Tertia* eſt in Lugdunenſi Gallia, longitudinem, eodem *Ptolemæo* auctore lib. II c. VIII, habens graduum 23, & minutorum 3; latitudinem vero graduum 46. Ingelheimium hac ætate vocatum, Caroli Magni natalibus clarum, aſſerit in Batauia ſua cap. XI *Hadrianus Iunius*. Sed mira ſane metamorphoſi vicinum Moguntiæ Ingelheimium a Rheno in Lugdunenſem transferens Galliam. *Quarta* in Narbonenſi Gallia eſt Tricaſtenorum Nœomagus. *Quinta* eſt ea, de qua diſſero, a Moguntia Meridiem verſus diſtans; quam idem eodem loco *Iunius* eſſe dicit Oudenheimium; *Sebaſtianus Franckus* Oppenheimium, *Moletius*, idemque cum dubitatione *Franckus* Spiram. Mihi hoc loco ſatis eſt, non eſſe Moguntiam.

* Bertius *p.* 241 *contra* Prolemæum. (S.)

a Iudæis, III Hebræi vero, vt in aliis etiam vrbibus, retinent vſitatum aut Latinis, aut vulgo nomen, vt in *Tſameach Dauidis* Hebræo geſtarum rerum Commentario videre eſt. cui *Tudelenſem* adiungerem *Beniamin*, niſi Delio natatore hic eius egeret locus: *Hæ ſunt apud Germaniam regiones, in quibus Iſraelitarum, qui*
* Coblentz *omnes magnifici habentur, collegia ſunt. Iuxta fluuium Moſellam & * Konphlinas, & Odranach, & Kuna, & Kotania, & Binga, & Germetzza ſiue Germiſah, & Maſtheran.* Nam Confluentia, & Andernacum, & Binga, Wormatiaque his in verbis agnoſcuntur quidem; ſed *Maſtheran* quid †? & *Kuna* cum *Kotania* nonne Mogontiam præ ſe aliquam ferunt?

† *Martinus Dieſenbachius* in Iud. conuerſ. § XXXVI p. 286 coniicit, ſub משתר ייאן latere *Moguntiam*, ab antiquis iam temporibus Iudæis infeſſam. Non improbabiliter; vt cenſet *I. I. Schudt* memorabil. Iudaicor. tom. I part. I lib. V cap. XI § LXXII pag. 441.

ab Arabibus, IV In Arabica orbis tabula, cuius in Alphraganum nouus meminit Commentator, quaque Collegii huius noſtri bibliothecam, ſicuti & libris ornauit Reuerendiſſimus p. m. Daniel, hæ ad Rhenum vrbes leguntur: *Coloniach, Mo-*
guntbiab, Wormathiab. In Arabica vero Geographia in II parte climatis VI 11
Maiantſab.

a Germanis, aliiſque. V Germanice porro *Maintz* aut *Mentz* nominatur. & *Meguntzer* Marcam in Wormatienſi pago lectam referunt Palatinæ *Freheri* Origines *(part. I)* cap. V. Galli fere appellant *Mayence*, Itali *Magonza*, vel *Maguntiaco.*

optime vero exprimitur ſecundum communem vſum. VI Quia vero in Latinis nominibus, cum quibus alia ſatis congruunt, aliqua in litteris & terminationibus quibuſdam diſcrepantia eſt, optimum id nomen doctiſſimi quique iudicant, quod antiquiſſimum, probiſque auctoribus probatiſſimum. Sed mihi alia etiam probantur, & maxime, quod omnium fere vſu nunc teritur, *Moguntia.* nec fere quo locuti ſunt homines, quam quo loquuntur,

Digitized by Google

Edit. I pag. tur, ſermonem malo, prout mihi olim *Fabius* perſuaſit *Quintilianus* *. Ne *Moguntiacum* tamen & *Moguntiacus* mira nimium videantur, ſunt ſimilia in promptu alia, vt apud *Ammianum* & *S. Hieronymum*, *Argentoratus* & *Tornacus*, quæ apud alios, *Argentoratum* & *Tornacum*, itemque *Neomagus*, de quo ſupra, & *Neomagum.*

* *lib. I* Inſtitutionum *cap. II.* (S.)

C A P V T IV

Moguntiæ nomen vnde?

ROmanæ vrbis ignotum Latinis nomen ait lib. III Saturnaliorum cap. VII Macrobius. ideoque cum tam nota omnibus Roma ſit; ipſam *Ianiculam* 22 Guilelmus Poſtellus †, *Valentiam* Fabius Pictor & Sempronius, *Conſtantiam* Rabbi Elias * vocatam exiſtimauit. Moguntiæ vero vrbis nomen eſt quidem, vti ſuperiore vidimus capite, notiſſimum, peruulgatiſſimumque omnibus: ſed vnde ductum ac petitum ſit, non ita compertum. Moguntiæ nomen vnde ſit, controuerſum eſt.

† *in Coſmograph.* (S.) * *in Methurgeman præfat.* (S.)

Et de hoc ante plures annos magna fuit inter duos S. Benedicti cœnobitas diſputatio, quorum alter in S. Ioannis prope Winkelium, de quo in *Rabano* poſtea *, cœnobio, dicebatur *Sorbillo:* alter in Moguntino S. Iacobi monte *Hermannus Piſcator*. Ille igitur *Sorbillo* tres affert opiniones. *Prima* omnino a Magog Iapheti filio Maguntiam dictam vult. *Altera* potius a Magis, quos Treuiris expuliſſet Trebeta, vrbis illius conditor. *Tertia* denique a Magancio Troiano. qui, poſtquam deflagraſſet patria, & has in oras cum Franco, qui Franconiæ vrbem Herbipolim condidit, veniſſet, Moguntiacum excitarit. huicque opinioni tertiæ palmam potiſſimum ille tribuit, &, vt mihi quidem videtur, 12 *Theodoricus Greſemundus*, cum in mirabili, de qua poſt *, violatæ crucis narratione ita canit:

* *l. 4* — *quibuſdam videtur eſſe a* Magog, *aliis a* Magis, *aliis a* Magancio Troiano,

* *l. 5*

Eſt locus inter agros, bibulis tantum vber arenis,
Qua videt occiduum Troiana Moguntia ſolem.

Piſcator vero *a Magis* eam nomen mutuatam mauult, & Sigeardus in VIII de S. Aureo lectione. Sed ille duas alias ab aliis afferri tradit ſententias, vt ſcilicet a *Mogano*, amne, ſeu *Mogo*, qui alias *Mœnus* dicitur, Moguntia ſit, quod ſecundum vrbem iſtam in Rhenum ille influat: vel ab eodem, ſimulque a riuo *Cia*, qui vrbem modo perfluit. Atque hanc poſteriorem notat etiam idem *Sigeardus* lect. VI; priorem vero amplexatur citatus antea Imperatoris Friderici Maro *Ligurinus*. Dum enim poſt Imperatoris Conradi mortem Comitia Francofurti habita, Fridericumque ibi electum deſcripſiſſet, huius in Moguntinam vrbem aduentum ita narrat, vt ſimul, quam ab aliis acceperit, illius originationem indicet:

aliis a Mogano *ſiue* Mœno,

Anno Domini 1154

V. 375

At Rex prima mouens, ibi re feliciter acta,
Caſtra, per emenſas memorati fluminis vndas,
Claſſe petit celebrem famoſi nominis vrbem,
Qua Mogus tumido miſcet ſua flumina Rheno.
Qui, licet ipſe ſuum perdat cum gurgite nomen,
Dat tamen egregiæ primordia nominis vrbi,
*Illaque maiori miſcet * popularior amni,*
Negligit, & fluuio dignatur ab hoſpite dici.
Namque premens Rhenum (ſi credimus omnia famæ)
Nomen ab infuſo recipit Moguntia Mogo.

* *al.* cum ſit

Et *Ludouicus* Helianus *:

Proceresne ferent, cognomina Mogus
Dat quibus?

Itemque *Bergellanus* infra cap. XXXVI citandus, & *Io. Piemontanus* lib. III MS. de laudibus Trithemii:

Cui clarum nomen Mogus habere dedit **.

* *In venatione leonum p. 169.* (S.)

** Immo, ſuo iam tempore *Candidus* in vita Eigilis metrica cap. XIV p. 250

- - - - *in quem fluitans turgentibus vndis*
- - - - - - - - - *prolabitur amnis*
Mogoin, *ex quo, vt fama ſonat,* Moguncia *dicta eſt.*

E recentioribus vero, præter *Ottonem* in adnotat. ad B. Rhenani lib. III de German. p. 619, Moguntiam a fluuio Mœno appellatam fuiſſe, contendit *Iunckerus* Iſagog. in Geograph. medii æui part. I cap. III § 49. Vult namque, *Mœnum* Germanis antiquioribus *Mogen* vel *Moyn* vocatum fuiſſe: a *Mogen* vel *Moyn* vrbem dictam *Moynet* vel *Mogenet*; quod nomen deinde Romani immutarint in *Mogontiacum* & *Magontiacum*. Ex *Moynet* poſtea, vel *Mogenet* mediis temporibus profluxiſſe *Maynetz*, *Mayintz*, & *Maynz*, littera z ex Romanorum *ti*, in voce *Magontiacum*, nomini *Moynet* vel *Mogenet* adiecta. Edit. I pag.

alii a mago & Cia, At *Beatus Rhenanus* lib. III rerum Germanicarum † a *mago*, quod antiquitus domum ſignificauit, & riuo *Cia* etymologiam repetit. aliamque numero ſane ſeptimam in Batauica hiſtoria ſuggerit *Gerardus Noviomagus* ††, dicens, *alii a Ditis filio, Mago.* potentiſſimum olim Galliarum regem *Magum* Ditis filium fuiſſe, cuius filii in 13
interiorem Galliam abierint. Poſſet igitur ariolari quiſpiam ab illo Maguntiam, quæ, vt poſtea * tradetur, in Gallia fuit, appellatam.

† p. 691 edit. nouiſſ. †† *pag. 3* (S.) * cap. 10.

e quibus ſententiis maior ſimilitudo tribus poſtremis ineſt. II Ex hiſce autem opinionibus ſunt illæ quatuor gerræ meræ, quæ a conditoribus nomen arceſſunt, prout ſequenti fiet capite perſpicuum. Veri maior ſimilitudo tribus ineſt aliis. A *Mogo* enim dici *Moguntiam* videtur etiam Germanicorum ſimilitudo nominum *Main* & *Maintz* confirmare: litteræ item *g* in aliis detritio ac abolitio. Cum enim Gallorum *Lugdunum* ab iis *Lion*, Batauorum ab iis *Leiden* vocatur, nunquid littera illa euanuit? Et in Rheni noſtri littore *Lonſtein*, ipſeque fluuius *Lon*, nonne a *Venantio* lib. VII ep. VII hiſce verbis indicatus:

Langona dum vitreis terminus eſſet aquis?

Rurſumque a Moſella non procul, oppidum *Meyen* nonne olim *Magniacum*, & *Meynfeldt*, *Magniacenſis ager* *? *Magum* vero per excellentiam vocari etiam ſimpliciter potuit, quaſi domicilium, ſedes, ac ſtatio Romanorum peropportuna & aſſidua. Nam quod in Germanicis tam multis hodie eſt *Heim*, id olim videtur *magum* dictum. Hinc *Nœomagum* quaſi *Neuheim* aut *Neuhaus*. Sicque in aliis. Et pro *mago* a Pœnis vſurpari *magar*, ab eoque *magaria*, *magalia*, Virgilianaque tandem *mapalia* ** orta docent Varro, Feſtus, Iſidorus. Qui vero Punicæ ac Hebraicæ linguarum cognationem, de qua e S. Hieronymo & aliis ego alibi, nouit, eo non inuitus ducitur, vt *magar*, & *magum* cenſeat Hebraica eſſe *magor* & מעון *mahon* aut *magon*, cum eadem prorſus notio ſit. Eodemque ſpectare poteſt, quod aliquoties ait Munſterus †, *Neumeg* eſſe *nouos affines*, ſeu nouos vicinos, qui ad aliquam ſcilicet domum vel connubio, vel habitatione accedunt. Riuum vero *Ciam* dum adiungunt illi, non omnino nihil dicunt. Etſi enim is hodie in Moguntina vrbe, quam iuxta monaſterium vetus ingreditur, & per arcis canalem in Rhenum egreditur, vocatur *Ombach*; veteris tamen nominis manent in vicinis pagis veſtigia. Nam vt in cenſualibus libris, & ſeniorum, quos audiui, memoria eſt, eorum vnus dicitur *Zalbach auf der Cey*, aut ſimpliciter *Ciebach*: alter *Bretzenheim auf der Cey*, adeo vt prouerbium hoc ſenex quidam diceret, *Bretzenheim auf der Cey: Meintz ligt gar nahe darbey.* Atque hæc de, & pro aliorum opinionibus.

* *Brevver.* in *Venant.* lib 3 ep. 10 *p.* 80. (S.)

** *lib.* 1 *Aeneid.* (Seratius) Sed enim loco *lib.* 1 *Aeneid.* quem is citat, legas 3 *Georgic.* v. 340; quippe quo *Virgilius*;

- - - - *quid paſcua verſu*
Proſequar, & raris habitata mapalia *tectis?*

1 *Aeneid.* contra *Virgilium* ſecundum probatiſſimos codices habet *magalia*; & quidem v. 421

Miratur molem Aeneas, magalia *quondam.*

† *lib.* 2 *de Gallia p.* 76. (S.)

auctori videtur nomen hoc compoſitum III Mea vero in hoc & ſimilibus, quæ nimia occulit vetuſtas, nullumque claſſici ſcriptoris idoneum habent teſtimonium, pæne ſemper Socratica eſt. *Nec* 14
enim, prout canit Lyricus *, *ſcire fas eſt omnia.* *Mihi*, ait Fabius †, *inter virtutes Grammatici habebitur, aliqua neſcire.* Vix eſt, vbi litterionum magis exultet audacia, vbi plures Varro, Feſtus, ipſaque etiam vetus Stoicorum gens ludos det, quam in iis, quæ *veriloquia* nominant. Coniecturam tamen meam *ex Mon, Gon, & Cia* ſi quis velit, moroſus haud ero. Mihi enim a riuis tribus *Ma* aut *Mon*, *Gon*, aut *Gonzo*, & *Cia* videtur *Moguncia* & *Maguntiacum*. Hi enim riui, quam-

uis

Edit. I pag. uis dubio procul, in tantis rerum commutationibus, varie commutati, corriuati & oblimati, ſuperſunt hodie, in Rhenum defluentes omnes, & quidem a ſeptentrionali vicinia Moguntiam veniendo, eundem ipſum tenentes ordinem, quem nominis exprimunt ſyllabæ. Suntque veterum nominum indices quædam reliquiæ. Primum enim commonſtrat vicinus vrbi pagus *Monbach*. Secundum vicinus item pagus *Gontzenheim* **, vbi propter fontium duorum in riuum iſtum, qui e *Fintheim* † delabitur, immanationem, molarumque aliquot impulſionem, varie a ruſticis nunc appellatur ††, cum apud Moguntiam, vbi Rhenum ſubit, & lapideum anno ſuperiore pontem firmum accepit, *Lobach* appelletur. De tertio, *Cia* ſcilicet, indiciorum quidnam ſuperſtes, indicaui paullo ante. Cogitet nunc aliquis Moguntinæ vrbis huius ſitum & ortum, de quo poſtea, ſimulque ſecum reputet, quemadmodum Romanorum legiones caſtra & ampla, & ſemper fixa hic loci habuerint: quemadmodum item aquarum, maximeque fluentium & ſalubrium riuorum opportunitatem militaris caſtrorum ratio inprimis adamet ac ſequatur *, & tum tririuia forte non diſplicebit Moguntia.

* Horatius *lib. 4 od. 4.* (S.)

† *lib. 1 Inſtitut. cap. 13.* (S.)

** *Gunzo* Wandalus; *Gunterannus*; *Gunthobaldus*; *Gunzienſis traiectus*; *Fredegundis*, *Adelgundis*, *Kunigundis.* (S.)

† *Fontis villa.* (S.)

†† *Leichtborn*, *Mülbach.* (S.)

* Vegetius *lib. 3 cap. 8.* (S.)

IV Præſertim cum & in ſuperioribus, quæ probabilitatis habere pluſculum videbantur, quæ requirantur, aut improbentur, non deſint aliqua. Quis enim Ligurino Gunthero, & Rheginone vetuſtior Mœnum flumen, *Mogum* aut *Moganum* appellauit †? Et in vrbium nominibus, vbi aut ſolitarie, aut primo in compoſitione loco *magum* legitur? Aſpiciantur exempli cauſſa, quæ apud Ptolemæum * occurrunt, iſta: Borbetomagus, vnde poſt *Voruetomagus*, *Voruemagus*, *Vormagia*, *Wormacia*; Breucomagus, Ratomagus, Cæſaromagus, Druſomagus, Iuliomagus, Windomagus, Rotomagus, Nœomagus. Ideoque & Magunciacum dicendum potius fuiſſet *Ciomagum*, aut *Ciamagus*, ſi quidem e *Cia* riuo, & *mago* conflandum nomen erat. Expendantur etiam cum alia nomina, tum duo hæc *Magocia* & *Mongontia*, quæ ſupra cap. III adducta **. Poſſet porro & hinc coniici, Magunciane an Moguntia ſcribenda ſit. ſed fieri potuit, vt riuus ille *Cia* & *Sia*, indeque *Tia* diceretur. Quemadmodum apud Græcos σ & τ permutantur, vt in γλῶσσα & γλῶττα notum, ſic & apud Germanos, vt in *das* & *dat*. Et vero vt ſermonis, ſic & ſcriptionis moderator ac veluti dux, vſus.

an vere [illegible] dicatur Mog[illegible]

an compoſitum ex magus & Cia.

15

† Conf. *Cellarius* geograph. antiq. lib. II cap. III p. 313. Bene auctor anonymus *Moguntiæ aureæ* § III ſect. III p. 32 *Hac*, inquit, *vtut maxime liquida videatur opinio, in ſcopulum impingit, an potius ſcrupulum, quem monet ac declinare cupit* Serarius; *quod nullus ante, Ligurino, Rheginone, & nonnullis aliis vetuſtior*, Mœnum *fluuium* Mogum *aut* Moganum *appellarit. Nobis aliud obſtare videtur; quia remotior a Rheno, Mœnoque fuit antiquo ſitu Moguntia, quam vt in nomine ſuo* Mœnum *ſiue* Mogum *reſpiceret. Nimirum ad* Ciam *potius in valle iacebat, vt priore § oſtendimus.*

* *lib. 2 in Celtogall. ibid. in Rhætia; ibid. in Lugd. Gallia.* (S.)

** Quem modo laudaui, *Anonymus* l. d. ſect. V non longe quidem a vero recedere putat nomenclaturam, qua *Maguntia* quaſi *magum*, vulgari ſermone, domicilium, ſedes, ſtatio Romanorum per excellentiam putatur. quin, ſi *mago* domui *Cia* riuus iungatur, *Moguntia* nomen facile ex vtroque coaleſcere credit. Addit tamen p. 34 & ſeq. *Illud minutum putamus, quod in tali verborum coniugio* Serarius *expendit*, Ciomagum *potius dicendum, quam* Moguncian ——— *quaſi vero non etiam praire poſſit. quemadmodum in Teutonicis vrbium & locorum nominibus, quæ a montibus, domo, caſtro, vocabulum ſortiuntur, hac in aliis primam, in aliis extremam ſyllabam occupant.*

A *Manno* forte dictam non improbabile idem iudicat *Anonymus*, & l. d. § II ſect. V pag. 14 *fallor*, inquit, *an forte a* Manno *ex obliquo vel in obliquo Teutonicum vrbi nomen ſeu vocabulum inſitum, quaſi* Manni ſedes *hæc fuerit? forte nec nimium tortum videbitur nomen, quod ſequenti § expendemus.* Sequenti vero ſect. VI p. 35 ita pergit: *Ad extremum, ne longior de nomine lis ſit, inclinamus nos rurſus, a quo nos antea priori § non alienos oſtendimus, ad* Manni *nomen, non peregrinum in Germania, in Teutonico vrbis noſtræ vocabulo, G littera in latino inſita in medio: quæ in germanico eſt extrita.* Hæc ille. Interim v. *Serarium* cap. V § II.

Edit. II pag.

CAPVT V

A quo primum exſtructa Moguntia.

A quo primum exſtructa ſit Moguntia, variæ ſententiæ.

* cap. I

I QVis primum hanc, ait lib. III Coſmogr. Munſterus, *condiderit vrbem, ſciri non poteſt, cum ſit vna ex vetuſtiſſimis ciuitatibus.* Sed mallem ego dicere, a me neſciri, quam ſciri non poſſe. Neque enim non poteſt exiſtere alius, qui plura, quam ego, viderit, legerit, expenderit. Si viginti de bellis, quæ in Germania geſſit Druſus, libri, quos, vt ſupra * dixi, ſomnio monitus conſcripſit Plinius, aliqua ex bibliotheca, vbi forte ſiti, pulueribuſque obſiti iacent, reuiuiſcerent; ecquis dubitet, de Maguntiaci conditione, rebuſque aliis pluribus cognitum iri quamplurima? Nunc tamen, qui eo, aliiſque præſidiis caremus adhuc, opiniones & coniecturas, quod in ſumma hiſtoriarum caligine licet vnum, colligam.

a Mago conditam nemo aſſerit.

II Suſpicari ergo poſſet quiſpiam ab illo Galliarum Rege, cui vt citatus antea* *Gerardus Neomagenſis* ait, nomen erat *Magus*, vel ab eius certe filiis in Galliam profectis conditum Maguntiacum. Sed aſſerit hoc nemo: & *Magus* iſte vel commentitius omnino eſt, vel eſt *Mannus* ille, quem Tuiſconis filium aſtruit lib. de Germania *Tacitus***. Atque hunc ipſum ſane a Iudæis quibuſdam video *Aſcenazi* primi Germanorum Regis filium, vrbiſque tam huius, quam Wormatienſis & Argentoratenſis auctorem pronuntiari. Sed, vt alio libenter loco annui, *Aſcenazum*, eiuſque patrem *Gomerum*, Iapheti filium, Noæ nepotem, Germanicæ gentis parentes, primaque veluti capita eſſe: ita *Mannum* Aſcenazi filium Moguntiam, aliaſque vrbes illas extruxiſſe prorſus nego. Nam, poſt œcumenicam orbis totius eluuionem, ſtatim fuiſſent vrbes iſtæ, vniuſque prorſus ætatis omnes. At multo eſſe Moguntiam vetuſtiſſimis illis ſæculis iuniorem (ne de aliis interim vrbibus litem vllam ſuſcipiam) docebo poſtea†. Sed

alii a Magog exſtructam volunt, alii a Magancio, alii a Magis.

a *Magog* eam alii exſtructam dixerunt: *Sorbillo* autem ſupra citatus ††† a Tro- 15
iano *Magancio*: *Piſcator* a *Magis* XII, aut XVI, aut vero XLVIII. hancque opinionem aſcribit vetuſtioribus quibuſdam, neque valde improbat *Sigeardus* in manuſcriptis de S. Aureo lectionibus, lectione VII & VIII. Narrant enim e Treuirorum vrbe, anno poſt eam a Trebeta conditam DLXXXIV, ante Chriſtum Dominum anno MCCCLXII, expulſos, ob magiæ, quam tractabant, infamiam XII artis eius magiſtros, quorum quatuor eſſent præcipui, quorum quilibet alium quaſi diſcipulum ſibi ſubditum habebat, vt eſſent omnes XVI. Vel, vt alius manuſcriptus codex habet; illorum duodecim cuilibet fuerunt diſcipuli tres, vt omnium ſumma eſſet XLVIII. omnium autem principem fuiſſe nomine *Nequam*: illos vero, cum his in partibus exilii ſui ſedem fixiſſent, nefariæque diſciplinæ ſcholam aperuiſſent, tantum ad eos concurſum fuiſſe, vt vel ipſi, vel eorum certe caput & archimagus vrbem inchoarit. huiuſque rei argumentum ſuggerunt, quod ſaxum grande, neſcio vbi, defoderit, in cuius parte ſuperiore inſcriptio eſſet, *Verte & inuenies:* in parte inferiore, *Moguntia ab antiquo Nequam*, id eſt, ab antiquo illo archimago, cui nomen *Nequam*, ædificata eſt. Fuiſſe igitur auaros quoſdam, qui cum ſub eo lapide theſauros latere ingentes putarent, eum ipſum euerterint, nihilque præter inſcriptionem illam, veteris exſtructoris teſtem, inuenerint.

* *cap.* 4. ** *cap.* 2.

† § V.

†† A *Trebeta* conditam fabulatur *Iac.* a Kônigshoven in chron. Alſat. cap. V § VIII p. 266. *Greſemundi* motus auctoritate idem vult *Franc. Irenicus* in exeg. German. lib. XI f. 202; *ego vero a* Trebeta *puto, qui primo Treuerim, deinde Trebotes*, Moguntiam, *& VVormaciam condidit, vt* Greſemundus *collegit.*

††† *cap.* 4.

perperam. nec enim condita a Magog.

III Pudet me pæne chartam hiſce fabulis oblinere. Nam, vt de *prima* ſententia dicam verbulum; vnde, & quomodo has in partes *Magog*? nonne in Scythia ſedes eum collocaſſe, apud optimos auctores, *Ioſephum* lib. I antiq. cap. V *D. Hieronymum*, quæſt. Heb. in cap. X Geneſeos, in confeſſo eſt? Cur non *Magogia*, quam *Maguntia* potius appellata? vel cur non ſimpliciter *Magog* aut *Magoga*? Nam his ipſis nominibus, teſtis *Plinius* lib. V cap. XXIII fuiſſe in Syria *Hierapolin*, & aliud in Suſiana oppidum lib. VII cap. XXVII. Credo equidem, ſi commenti huius auctores vicinos Moguntiæ pagos *Coſtheim*, *Hochheim* & Gon-

Edit. I pag. & *Gontzenheim* cogitaſſent, eos a Gog dixiſſent, ſicut a Magog Maguntiam: vt hinc ſcilicet olim, antichriſto erumpente, prodirent immanes illæ impiorum copiæ, de quibus Ezechiel cap. XXXVIII, & D. Ioannis Apoc. XX. Et quod magis riſu dignum, non annum modo, ſed ipſius etiam diem, quo ſeſe huc hi magi appulerint, norunt, notantque iſti ſcriptores, tertium ſcilicet diem poſt S. Gregorii feſtum, ſiue, pridie Idus Martias.

17 *Altera* vero de Troico Magancio ſententia, quam veterem ab excidio Troiano hiſtoriam, quem vel Poetam citat? Cum a veteribus deſcribatur nauium, quæ cum AEnea, verſus Occidentem, ſoluerunt, numerus, earumque præcipui duces, cur nullus in iis Francus, nullus Magancius? In illa tempeſtate, quam lib. I AEneidos narrat *Virgilius*, quantum obtinuiſſent tanti duces locum? (…nes a Magancio Troiano.)

Iam validam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ, (v. 120)
Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Aletes,
Et qua trux Francus, magnuſque Magancius heros,
Vicit hiems ———

Rurſumque poſtea:

Præcipue pius AEneas nunc acris Oronti, (v. 221)
Nunc Amyci caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci, fortemque Gyam, fortemque Cloanthum,
Et ſæuum Francum, magnique Magancion auſus.

Mirum, vt in Homero Salamina, Solon, *Plutarcho* teſte, inſeruit: ſic iſtos in eodem & Virgilio, aut alio ſimili aliquo, ſuos & Francos, & Magancios non inſeruiſſe. Sed quomodo ingenioſum eiuſmodi verſum aliquem procudiſſent, qui, qua via in Franconiam Francus, in Rheni ripam iſtam Magancius venerint, ſignare vix poſſunt. Nam Ionium, Adriaticum, Tyrrhenum, Balearicum, Hiſpanienſe, Aquitanicum, Gallicum, & Germanicum maria pernauigare oportuit, vt ad Rheni oſtia in mare irrumpentis, vel commodum ſimilem aliquem locum arrepere potuerint. Et vnde iis vel gratia, vel vis tanta, vt peregrinis, in peregrino loco, tam opportunas egregiaſque vrbes excitare conceſſum ſit*? Etſi vero in ſuis Francorum originibus magnos ei opinationi ſubiecit tibicines *Trithemius*, dicens etiam ante Chriſti Domini ortum, anno LVI *a Francorum Rege Anthario vaſtatam Moguntiam*†; iamque olim *Ammianus* lib. XV, & *Otto Friſingenſis* lib. I cap. XXV; rident tamen hodie ouum, equumque Troianum, & Danaum reliquias iſtas omnes, qui ſolidiorem hiſtoriam, & veritatem aut certam, aut certe quam fieri poteſt, probabilem maxime appetunt. Quid, quod Troianum vllum vnquam bellum fuiſſe negant *D. Chryſoſtomus*, &
18 *Metrodorus*, vti proleg. IV in *Iudith* dixi. Poſſumus equidem ad Mogontiam, quod ſuis in vrbibus, recte ipſi Franconiæ dixit *Iulius Scaliger*, transferre:

Non aliunde venis, Francuſve eſt Hectoris vllus.
Quid petis a victo ſtemmate? Tota tua es.

* Iunius *cap. 9 Batau. f. 74 75*, B. Rhenanus *lib. 1 & 3*, Nuenarius *Comes præf. ad Carolum V.* (S.)

† vid. infra cap. VII.

** Ioſeph. Scaliger *lib. 6 de emendatione tempor.* (S.)

Magos vero, quæ *tertia* opinatio eſt, exules nouo mulctabit exilio, qui Trebeten, & totam illam Treuericæ vrbis ab eo factam molitionem fabuloſam norit. Et vnde iam in hiſce Rheni partibus tum *Magi* nomen? An Germanicum, Gallicum, Græcum, Latinum, aut Perſicum erat? Nequam fuit, quiſquis ridiculum illud ſaxum finxit. Nam in terra ſaxum eiuſmodi vllum vnquam fuiſſe, haud facile credat, qui neque locum, neque tempus, neque occaſionem eruendi vllam viderit. Et quo ſaxum, tantæ antiquitatis locupletiſſimus index, deuenit? Quomodo non aſſeruatum? a quo, & quam ob rem effractum & comminutum? Ex Angleriano igitur, quod poſtea citabo*, carmine, duo iſti loquentis Moguntiæ faceſſant verſus: (…nes a Magis.)

Me ſtruxit Treueri pulſus cognomine Nequam,
Ipſe Magus: Poſt hoc Troia Magancius auxit.

* Vbi carmen hocce Anglerianum poſt citarit ipſe, mihi nondum occurrit.

Alii volunt exſtructam a Iul. Cæſare: alii Druſo Germanico: — IV *Sigbardi* auctoris lectionum de *S. Aureo* in decima ſunt hæc verba: *Iulium Cæſarem Moguntia principalem habuit fundatorem.* Videtur vero nonnullis in codice manuſcripto aliis, exſtructum Maguntiacum a Claudio Druſo Germanico, Auguſti priuigno, Tiberii fratre, Germanici patre, cum mirabili victoria fortiſſimus iuuenis validiſſimas Germanorum nationes, primo Vſipetes, Tenchteros, Cattos, & Marcomannos, deinde Cheruſcos, Sueuos, & Sicambros viciſſet. Edit. I pag.

quæ ultima ſententia proxime ad veritatem accedere videtur. — V Atque hæc mihi ſententia ad veritatem accedere videtur proxime, modo non negetur, fuiſſe hic antea fortaſſis pagum, aut vicum aliquem, aut collocandis hic præſidiis & ſtatiuis aliquam vrbi occaſionem, quaſique initium dediſſe Iul. Cæſarem. De hoc enim quis pugnet *? Vrbem vero antea non fuiſſe, hiſque primum temporibus cœpiſſe, ſuadent hæc. 1, Quia mirum Iulii Cæſaris, qui ad Rhenum etiam contra Germanos bella geſſit, *eumque*, vt ait lib. IV cap. XII *Florus*, *bis ponte traiecit*, de vrbe iſta ſilentium, quaſi aut nullus, aut obſcurus certe locus, aut vicus tum fuerit. 2, *L. Florus* lib. IV c. XII, *Victor Druſus equos, pecora, torques eorum, ipſoſque præda diuiſit, & vendidit. Præterea,* 19
in tutelam prouinciarum, præſidia, atque cuſtodias vbique diſpoſuit. Per Moſam flumen, per Albim, per Viſurgim. Per Rheni quidem ripam quinquaginta caſtella amplius direxit. Caſtelli vero nomen interdum etiam pro vrbe aliqua ponitur, vel vrbis certe initio. vnde tot *burgi*, de quibus in Kilianæis notis capite VII dixi. Et ad Conſtantinum Panegyriſtes (*Eumenius paneg. in natali vrbis Treuirorum cap. XI*, 5) *Per interualla*, inquit, *diſpoſita, magis ornant limitem caſtella, quam protegunt. Arat illam terribilem aliquando ripam inermis agricola. Tot noſtri greges flumine bicorni* (Rheno) *merſantur.* 3, *Abbas* Vrſpergenſis, *Moguntiam*, ait, *conſtruxit Druſus*. Et *Otto Friſingenſis* (*chron.*) lib. III cap. IV,
p. 56 *Druſus Moguntiam in Gallia, & Auguſtam in Rhetia, quæ antea Vindelica dicebatur, ex nomine Auguſti vocatam fundaſſe, vel inſtauraſſe dicitur.* Citarem etiam hic editum in quinto Antiquitatis tomo vitæ S. Albani auctorem, dum ait; *Iulium Cæſarem, & Druſum alioſque Romanorum principes habuit Moguntia conditores & poſſeſſores.* Sed vetat meus MS. in quo ſic: *Habuit non conditores, ſed poſſeſſores.* 4, Conſtat ex *Dione lib. LVI*, ſolitos Romanos iis in locis, in quibus ſtatiua fere ſemper habebant, vrbes excitare. Hinc enim Varianæ cladis ducit exordium, & ait: *Loca quædam Germaniæ Romani tenebant, non ſimul, ſed ut forte ſubacta fuerant hinc inde. vnde in hiſtoriis eorum nulla mentio. Iis in locis Romani milites hiberna habebant, vrbes condebant, eorum mores iam barbari accipiebant, in forum conueniebant, congreſſuſque cum iis pacatos habebant: neque tamen patriarum conſuetudinum, morum innatorum, libertatis, armorumque potentiæ obliti penitus fuerant. Itaque dum paullatim, & via quadam in cuſtodia habiti ea dediſcerent, mutationem vitæ ſuæ adeo non grauate ferebant, vt ne ſentirent quidem eam.* *Goſvvinus* vero in S. Albani vita c. XXIV; Cæſar & Druſus, *terra marique victores, hoc*, ait, *ſpeciale priuilegium ſuæ aſcribebant* 20
potentiæ, vt quamcunque gentem vel regionem armis ſubigerent, ſtatim eo loci municipia, vrbes, arceſque fundarent, deductiſque coloniis, ad tutamentum regni, in Romanas leges, & cæremonias, inque linguam Latialem indigenas cogerent. Teſtantur hoc vrbes, & arces per litora Rheni, perque totam Galliam ab ipſo Iulio, vel eius auctoritate fundatæ. Et exempla plura ſubiungit: in iiſque poſt Agrippinam (de qua, aliiſque iam non laboro) Moguntiam recenſet, Druſo tamen eam eo modo, quo dixi, potius tribuens. 5, Locus vrbi nouæ accommodatiſſimus, & Romanorum ſtationi opportuniſſimus merito ad ædificationem Ducem illum in omnes arcendorum, & peruincendorum Germanorum occaſionem intentiſſimum prouocare potuit. 6, Accedit nobilis ille coloſſus, quem Druſi honori poſtea hic excitatum dicam. 7, Quid Moguntina porta; quæ vti
cap. 11 & poſt referam, in manuſcriptis *porta Druſi* vocatur? Quid Druſi aut locus, aut decliuitas, & triangula pyramis, de qua capite XVII poſt? Quid illa Druſi imago, quæ in Moguntini telonii angulo, ad Rheni ripam, cum hac inſcriptione ſupereſt? In Memoriam Drvsi Germanici †. *Goſvvinus* loco iam citato: *Vndi*, ait, *adhuc hodie quidam, moderno tempore, proprio nomine Druſingi nuncupantur.* Et pergit; *Conſentiunt huic aſſertioni etiam Faſtorum tituli, qui Principum nominibus & geſtis in perpetuam memoriam inſculpti lapidibus, per totam vrbem*

Edit. I pag. *bem inueniuntur confracti & diſiecti. Hoc etiam aſtruunt adhuc ſuperſtites theatri ruinæ, quod Romano more ad ludos Circenſes, & theatrica ſpectacula conſtructum eſt.* Atque hæc iſte ſcribebat anno Domini MLXXII, prout aſſerit manuſcriptus. cum quo ſatis conſonat eiuſdem *Goſwini* præfatio ad Archiepiſcopum Sigefridum I, de qua lib. II ††.

* Idem videtur *Blumbergio* de monumento Druſi Moguntino cap. IV p. 159.; quippe quo dicit, Iulium Cæſarem vicum, quem hic loci inuenerit, amplificaſſe, præſidioque inſediſſe: Druſum vero pomœriis magis prolatis tum dilataſſe, tum ædificiis operoſe excitatis auguſtiorem feciſſe.

** *Engelhuſius* in chron. p. m. 1018; *Claudius Druſus, priuignus Cæſaris, Galliam, Germaniamque ſubegit: Auguſtam ciuitatem Rhætiæ, quæ prius Vindelica dicebatur, inſtaurauit, & Moguntiam fundauit.* Adde e recentioribus *Lehmannum* chron. Spirenſ. lib. I cap. XII p. m. 25.

† Vid. quæ dicemus infra ad cap. XV § IV.

†† Immo, lib. I cap. XL p. 171.

VI Si quis vero quærat, cur ſuo hanc vrbem nomine non inſignierit Druſus? reſpondendum, varias eum cauſſas, quæ non conſtant, habere potuiſſe. Placuit ei etiam opportuniſſimum e riuis tribus nomen, de quo ſupra capite IV; & in Rhetia fuit, *Ptolemæo* teſte lib. II Geographiæ, *Druſomagus*: notatque *Dio* lib. LIV, ipſas ſibiipſis quandoque vrbes nomina delegiſſe.

VII Concludo igitur, videri Druſum vrbis Moguntinæ conditorem, paucułis ante Saluatoris ac Domini noſtri natiuitatem annis, decem ſcilicet, aut non
21 multo amplius * Sed addo, veram illam *Senecæ*, lib. ad Albinam c. XVII, exclamationem: *O quam multorum egregia opera in obſcuro iacent!*

* Anonymus *aureæ Moguntiæ* ſcriptor § I ſect. III p. 13 putat, inſcriptionem lapidis, in Caſtello, Moguntiæ in litore Rheni obiecto, erui, quam *Brovverus* lib. I annal. Treuir. § LXXIX p. 120 adducit, indicium præbere, non ad denos tantum vel duodenos ante Chriſtum annos initia Moguntina definienda eſſe. Credit ſcilicet, Browerum lapidem iſtum ad annum ante Chriſtum natum LII deuoluere. Sed fallitur. Neque enim videas Browerum id facere; ſed tantum occaſione L. Aurunculeii Cottæ, qui in prœlio cum Eburonibus anno dicto cecidit, referre, Aurunculeiorum ſe memoriam olim in ſaxo apud Caſtellum eruiſſe.

CAPVT VI

Vbi primum exſtructa Moguntia?

OMnium & manu ſcriptorum, & editorum librorum ſummam in eo conſenſionem video, non eodem prorſus, vbi nunc eſt, loco exſtructam fuiſſe Moguntiam: ſed a Rheno paullo remotius. Et quidem in vita S. Maximi cap. XVII opinatur *Trithemius*, extra hodiernos muros, vbi ſacrarum virginum monaſterium eſt Dalheimenſe, illam fuiſſe. *Piſcator* in ſua Moguntinenſi ad Sorbillonem concertatione, *Tradit*, ait, *cana patrum antiquitas, & communis modernorum refert opinio, priora vrbis eiuſdem mœnia, in ſpatioſa planitie, vbi modo leproſorium, & monaſterium S. Mariæ in ſacra valle cernitur, fundata fuiſſe. Cui rei multæ quoque ſubterraneæ ruinæ & ſpecus atteſtantur.*

Exſtructa primum fuit paullo remotius a Rheno,

vbi nunc monaſterium eſt Dalheimenſe;

II Et ſane, cum e S. Stephani porta, quæ agraria, ſeu arualis (*Gaupfort*) in monaſterium illud deſcendimus, ſunt a latere muri antiqui defoſſi, qui totius eius lateris vineas quaſi ſuſtentant. Vltra monaſterium vero in campis editioribus ad dextram ſtant adhuc hodie lapideæ moles, quas inferne continuas fuiſſe, docere videtur ſtructuræ ratio, & tumulus, ſub quo defoſſa alia rudera, perpetuus. Nam quod iis quaſi pilis aquæductum fuiſſe impoſitum dicunt aliqui, vt *Piſcator* in manuſcripto, dicens ab Imperatore Alexandro Mammeæ factum: & tandem conuerſum in hæreticorum ſepulchrum *Ketzergrub*, vel *Küel*, coniecturam nullam habet. Cur enim tantæ moles, tam compactæ, continuæque fuiſſent? Cur in progreſſu verſus *Fintheim*, vnde aquas iſti ductas aiunt, nullum amplius eiuſmodi occurrit veſtigium? Et *Katzergrub* vocatur omnis pecuinorum cadauerum locus, quem Græci quidem χαρωνῖον, Galli ſemigræce *charogne*, appellant, alias *Schindergrub*, oder *Platz*. Nam Germanis *Ketzern* eſt diuidere *.
22 Vnde qui Dei populum diuidunt, & ab eccleſia ſancta diſtrahunt, hæretici & ſchiſmatici, *Ketzer* vocati ſunt, licet hos a *Catharis* deducat *Lindanus* in quadam ad Imperatorem epiſtola. Et ſunt, qui pyramides quaſdam fuiſſe putent, vt in libro de vrbibus *Brunus*.

quod muri ad vineas Dalheimenſis indicant; vt non lapideæ illæ moles vltra monaſterium; quæ non videntur fuiſſe aquæductus.

Edit. I pag.

* Hanc nominis *Ketzer*, quam auctor hic dedit, deriuationem *Gretſeri* illa (prolegom. ad Scriptores contra Waldenſes editos cap. II) longe potiorem cenſet *Gundlingius* faſcic. I Gundlingian. obſeru. VI § VII p. 165. Vt tamen aliam ſimul promat, dicatque, ſibi non improbabiliter videri, nomen *Ketzer* idem eſſe ac *Ketter*, *götzendiener*: quo vocabulo pagani, ſectariique primis chriſtianiſmi temporibus appellati fuerint, & ab chriſtianis, nec non Catholicis diſtincti.

Ketzern alioqui Germanis idem olim denotaſſe ac *ſcindere*, *ſecare*, non minus, quam heic *Serarius*, Illuſtris docuit *Leibnitius* adnotat. ad Tacit. German. p. 10 tom. I Scriptor. Brunſuicenſ. *Saxonibus noſtris inferioribus* cadden *eſt* ſecare. *Superioribus ad vſque Sileſios* Cottelhof *macellum*. *Et ſupereſt Anglis* cut, *ſecare*, *Slauis vero* carnifex *eſt* Kat.

ſunt vero veteres communiter [illegible] III Sed ſuum cuique de ſaxeis hiſce ſubſtructionibus opinionem relinquendo, in decima de S. Aureo lectione ſic eſt: *Tradit antiquitas, immo communis opinio, prima vrbis iſtius mœnia in campeſtri loco ſpatioſo, vbi nunc eſt domus filiorum Giezi, id eſt, leproſorum, & eccleſia ſanctimonialium S. Mariæ, quæ ſacra vallis dicitur, fuiſſe conſtructam.* Sic & *Beatus Rhenanus* lib. II * rerum Germanicarum, & clarius lib. III *. Recte vero iam antea laudatus *Seneca* conſol. ad Albinum cap. VI *Illud*, ait, *eſt manifeſtum, nihil eodem loco manſiſſe, quo genitum eſt. aſſiduus humani generis diſcurſus eſt. Quotidie aliquid in tam magno orbe mutatur. noua vrbium fundamenta iaciuntur. noua gentium nomina, extinctis nominibus prioribus, aut in acceſſionem validioris conuerſis, oriuntur.*

* p. m. 302

* p. m. 619

C A P V T VII

A quibus deſtructa Moguntia?

(vbi ſimul aliæ memorantur calamitates, quibus fracta fuit atque debilitata)

Omiſſo excidio ab Anthario facto, vtpote fabuloſo,

SOlent ſcriptorum plerique tres Moguntinæ vrbis deſtructiones recenſere. Et ſane ſunt eæ maximæ ac præcipuæ; ſed addam, quæ de eiuſdem obſidionibus, vaſtationibus, & excidiis legendo compererim. Atque omnium antiquiſſimam in Annalium compendio * narrat hiſce verbis *Trithemius: Antharius, regis Caſſandri filius, poſt patrem regnauit annis XXXV; de quo ſcribit Hunibaldus, quod Moguntinos, Romanorum colonos, miſerabili clade attriuit, vrbem incendit & ſubuertit, quæ poſtea in eo loco, vbi nunc trans ripam Cianam & vallem, in decliuo montis ad Rheni littus tranſlata & conſtructa cernitur. Facta eſt hæc Moguntinorum miſeranda deſolatio, anno regis Antharii ſextodecimo, qui fuit ante Chriſti natiuitatem quinquageſimus ſextus annus, vt ex ſerie temporum oſtenditur* †. Sed iam ſupra oſtenſum eſt cap. III, tot ante ſalutarem 23
Chriſti Domini ortum annis, Moguntinam vrbem nondum fuiſſe. Deinde a *Nuenario* Comite; *Hadriano Iunio* Batauiæ cap. IX, multiſque doctrina præſtante hominibus **, cenſetur *Hunibaldus* iſte aut fictus, aut fingens, non hiſtoricus, ſed mythariographus.

* pag. 13 part. I opp.

** quos inter, præter *Voſſium*; *Pontanum*, alioſque, *Schilterus* ad Königshovii chron. Alſat. obſeruat. V § VIII p. 470, *Struuius* diſſertat. de doctis impoſtoribus § VI p. m. 12 & ſeq. Hac igitur omiſſa vaſtatione, aliarum

Moguntia deuaſtata fuit 1 *a* Ciuili Batauo.

I Fuit ſub Imperatoris Veſpaſiani principium, circa Domini annum LXXII. Ciuilis Batauus, cum multa diſſimulaſſet, varios & Germanos & Gallos ad defectionem a Romano Imperio ſollicitaſſet, magnis tandem conflatis copiis, Moguntiacum obſedit. Magnæ tum in Romanorum, ad idem Moguntiacum, Bonnam, & Noueſium, caſtris vigebant ſeditiones, adeo vt ſuis ducibus & legatis omnem pæne obedientiam abnuerent, & vim fere adhiberent. In illis autem erat Flaccus Hordeonius, Numiſius, Mumius, Luperius, duodetriceſimæ legionis legatus, Dillius Vocula, cui in partem curarum additus Herennius Gallus. *Sed mutati*, ait lib. IV * *Tacitus, in pœnitentiam primani quartanique, & duodeuiceſimani Voculam ſequuntur: apud quem reſumpto Veſpaſiani ſacramento ad liberandum Maguntiaci obſidium ducebantur.* Antequam tamen in tempore aduenirent, cepit vrbem Batauus, diripuit, vaſtauit, prædaque onuſtus diſceſſit. Addit enim *Tacitus: Diſceſſerant obſeſſores, mixtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus, ſatietate prædæ, nec incruentati.* Rurſumque poſtea tradit *: *Occiſos fuiſſe Maguntiaci tribunos, & pulſum caſtrorum præfectum.*

* cap. 37

* cap. 59

II, *An-*

Edit. I pag.

2 a Barbaris,

II, *Ammianus* lib. XVI (*cap.* 4) *Audiens Iulianus Cæſar, Argentoratum & Moguntiacum ciuitates Barbaros poſſidentes, territoria eorum habitare (nam ipſa oppida, vt circumdata retibus luſtra declinant) primam omnium Brotomagum occupauit: eique iam aduentanti Germanorum manus pugnam intentans occurrit. Quumque in bicornem figuram acie diuiſa, collato pede, res agi cœpiſſet, exitioque hoſtes vrgerentur ancipiti, captis nonnullis, aliis in ipſo prælii furore*

24 *truncatis, reſidui diſceſſere, celeritatis præſidio tecti. Nullo itaque* poſthac repugnante, ad recuperandam ire placuit Agrippinam, ante Cæſaris in Gallias aduentum exciſam: per quos tractus nec ciuitas vlla viſitur, nec caſtellum: niſi quod apud Confluentes, locum ita cognominatum, vbi amnis Moſella confunditur Rheno, Rigodulum oppidum eſt, & vna prope Coloniam turris. Igitur Agrippinam ingreſſus, non ante motus eſt exinde, quam Francorum Regibus, furore miteſcente, perterritis, pacem reip. firmaret interim profuturam, & vrbem reciperaret munitiſſimam.* Quia igitur neque tempus, neque modus, quo Barbari iſti Moguntiam ceperunt, conſtat, vocetur hæc *Barbarica vaſtitas.* Fortaſſe fecerant cum Moguntia, quod ibidem ſubditur de Agrippina, & poſtea de *tribus tabernis*, quæ, vt idem eodem libro* dicit, *munimentum ſunt ita cognominatum, haud ita dudum obſtinatione ſubuerſum hoſtili.* Neque dubitem, in vrbibus illis LX, quas in Gallia, Rheno tranſito, Germanos occupaſſe, Probumque Imperatorem recuperaſſe ſcribit *Vopiſcus**, fuiſſe Moguntiam. Congruunt enim omnia.

* cap. 21

* *in Probo c.* 13.

3 a Randone,

III, Idem *Ammianus Marcellinus* lib. XXVII *Sub idem*, ait, *fere tempus Valentiniano ad expeditionem caute, vt rebatur, profecto, Alemannus regalis, Rando nomine, diu præſtruens, quod cogitabat, Moguntiacum præſidiis vacuum latenter irrepſit. Et quoniam caſu Chriſtiani ritus inuenit celebrari ſolennitatem, impræpedite cuiuſque modi fortunæ virilem & muliebrem ſexum, cum ſupellectile non parua, indefenſum abduxit.*

4 clades memorata Hieronymo,

IV, *D. Hieronymus* ad Gerontiam, ſiue vt legere alii malunt, Ageruchiam*: *Maguntiacum nobilis quondam ciuitas capta atque ſubuerſa eſt: & in eccleſia multa hominum millia trucidata.* Hæc ſanctus iſte, quem Maguntiæ aliquando habitaſſe, dicam alio loco poſtea†.

* Tom. I epiſt. XI p. m. 60,   † Lib. I cap. XXXIV.

5 alia, a Saluiano recenſita,

V, *Saluianus* lib. VI de prouid. prout eum citant quidam, ita ſcribit: *Maguntiacenſium ciuitas exciſa & deleta eſt.* Sed in iis, quos videre potui, libris ſcribitur: *Maſſilienſium ciuitas.* Illa tamen prior lectio non abſona*, cum ſub-

25 iungatur de *Agrippina*, & *Treuirorum vrbe*†, cum quibus aptius videtur iungi *Maguntia*, quam *Maſſilia.* Sicque inter alios legit etiam *Baronius* tomo V.

* Immo, genuina. Quo fine iuuabit adducere, quæ *Stephanus Baluzius* adnotat. ad h. l. p. m. 346 habet: *Editio Braſſicani:* non enim hoc agitur in Maſſilienſium ciuitate; ſed quia deleta *&c. quo etiam modo in multis libris legiſſe ſe teſtatur* Serarius *lib. I rer. Mogunt. cap. VII. Editio Galeſinii*; non enim hoc agitur in Maguntiacenſium atque Maſſilienſium *&c. Codex Corbeienſis non habet voces illas*, atque Maſſilienſium. *Sane mendum hic ſubeſſe ſuſpicati ſunt viri docti, quod huic lectioni repugnet Saluianus, qui eo loco loquitur in ſingulari: præterea locus non erat agendi de Maſſilia, quam nemo prodidit barbarorum incurſione tum fuiſſe vaſtatam. Et licet vaſtata fuiſſet, cur eam inter vrbes Galliæ Belgicæ nominaret, tam procul a Narbonenſi? Vir Cl.* Hadrianus Valeſius, *iſta intelligens, admonet, pro* Maſſilienſium *legendum eſſe* Baſilienſium: *quæ ciuitas eſt in Rauracis, Moguntiæ paullo vicinior. Probabilis coniectura, niſi veteris codicis auctoritas hic de ſola Moguntia agi doceret.*

6 alia, Venantii ſtilo deſcripta.

VI, Venantius Fortunatus lib. IX, epigram. IX, quod infra in Sidonio Epiſcopo* citabitur opportunius, ea dicit, ex quibus intelligitur, Moguntiam Epiſcopi huius temporibus, vel certe non multo ante, grauibus caſibus, cladibus, ruiniſque afflictam & peruaſtatam fuiſſe. Nam inter alia ſic;

Reddita ne doleas, felix Maguntia, caſus,
Ne mærore graui lachrymans orbata iaceres
Quo renouante loca priſca, ruina peris.
Templa vetuſta nouans.

* lib. II cap. XVIII.

7 vaſtata ſuit a Francis VII, *Tritbemius* in vita S. Maximi cap. II *Franci*, ait, *tam orientales,* Edit. I pag.
quam illi, qui ad oſtia Rheni conſederant, occidentaels, Gothicæ quoque natio-nes, & alii pagani frequentes in Gallia motus & incurſus facientes Moguntiam, Coloniam, Treuirim, Wormaciam, Spiram, Argentinam, & alias trans Rhe-num vrbes nimia crudelitate ſæpius moleſtabant, nulli parcentes gradui, ſexui, vel ætati: Idemque cap. I ſignificarat idem Trithemius; idque ſpectare videtur *Beatus Rhenanus* lib. I, loco paullo poſt citando.

8 a Wandalis, VIII, A Wandalis, eorumque rege Caroco vaſtata anno Domini CCCCX. MS. catalog. Colon. *Aimonius* principio lib. III ſic: *Cum gens Wandalorum iun-ctis ſibi Sueuis, & Alanis Gallias depopulatum ire deſtinauiſſet, Crocho rege ipſorum a matre ſua quærenti*, quid faciendo magni nomen obtineret? *illa ad eum* "; Si, fili, *inquit*, famoſus in orbe eſſe cupis, magnarum ædificia ædium a maioribus extructa deſtrue, egregiaſque vrbes deſtruens, earum incolas gladio extingue. Neque enim meliora prioribus potes condere habitacula, aut bellan-do nominis tui gloriam amplius propagare". *Cuius ille reſponſi non ſegnis exe-cutor extitit, ac ſi diuino oraculo, non hominis voce, dictum fuiſſet. Nam apud Maguntiam ponte Rhenum tranſiens, primo ipſam vrbem miſerabiliter deleuit: ac demum curſum itineris ad Metenſem vrbem deflexit.* Eadem ex eodem, vti 16
quidem reor, Aimoino recitat in Annal. compendio *Trithemius* fol. 33*.

* Habet etiam *Golſcherus* in geſtis Treuiror. cap. XXXV p. 47; *Poſthac temporibus Hono-rii Imperatoris,* Crocus *Rex Vandalorum, cum Sueuis & Alanis egreſſus de ſedibus ſuis, Gal-lias appetens, conſilio matris nequiſſimo vtens, dum ei dixiſſet* ", ſi nouam rem volueris facere, & nomen acquirere, quod alii ædificarunt, de-ſtrue, & populum, quem ſuperas, interfice: nam nec ædificia meliora ac pretioſiora facere potes, neque plus magnam rem, per quam no-men tuum eleues". *Qui Rhenum apud* Mogun-tiam *ponte ingenioſe tranſiens, primum ipſam ciuitatem cum populo eius deleuit; deinde cun-ctas quaſque ciuitates Germaniæ vaſtans, Met-tis peruenit.* *Albertus* itidem *Sta-denſis* p. 165; *Tempore Honorii* Crocus *VVan-dalorum Rex, cum Sueuis & Alemanis*, Mo-gontiam, *Metim, & Treuerim ad ſolum deiecit.*

9 ab Hunnis, IX, Ab Hunnis, eorumque rege Attila, anno Domini CCCCLIV. MS. cita-tus, & lectio XXI de *S. Aureo* in m. ſ. itemque lect. IX. *Beatus Rhenanus* lib. I
p. 195 *Poſt Attilam*, inquit, *in interiorem Galliam digreſſum, quicquid ſupererat, quod ille non perdidiſſet, in proximis Rheno prouinciis, hoc eſt, in Germania prima, atque ſecunda, & maxima Sequanorum, Franci & Alemanni Hunnum ſtatim ſubſecuti prorſus euerterunt. Nihilominus tota vaſtatio, populatori Attilæ ad-ſcribitur. Tum Colonia Agrippina, Tungrorum oppidum, Noueſium, Vtrice-ſium, Caſtra Herculis, Vetera, Aſciburgum, Nouiomagus, Antennacum, Bin-gium, Magonciacum, Borbetomagus, Sebuſium, Saletio, Brocomagus, Argen-toratum, Elcebus, Argentuaria, Auguſta Rauricorum, Vindoniſſa, Forum Tiberii, Vitudurum, Auenticum, & multa alia oppida funditus deſtructa ſunt.*
p. 196 Et paullo poſt: *Accepta vigilantiſſimi Galliarum tutoris Etii morte, qui toties barbaros repreſſit, alia mercede dignus, quam vt a Valentiniano, huius nomi-nis III, immerito occideretur, Franci, quod felix eſſet ac fauſtum, tranſito Rhe-no Germaniam ſecundam cum vtriuſque Belgicæ parte primum occupant, nun-quam amplius ceſſuri. Nam ita poſt Valentinianum labare cæpit in Occidente Romani Imperii maieſtas, vt paullo poſt ſub Auguſtulo, Odoacre Herulo pertur-bante, tota concideret. Quod ſi Franci præſciſſent, ſtatim ſe Gallicarum ali-quot prouinciarum dominos futuros, mitius cum Germania ſecunda & Belgica prima fuiſſet actum. Et ſtarent adhuc eximia Romanorum in prouinciis opera, quorum hodie ne tantillum quidem ſupereſt, quando omnia a fundamentis euerſa ſunt a Francis & Alemannis, reditum Romanorum metuentibus, quod ante erant ſæpe experti.*

10 a Nordmannis, X, *Gotefridus Viterbienſis* Chronicorum parte XVII, anno DCCX *Pars,* 17
ait, *illa Galliæ, in qua eſt Sequana fluuius, & Ligeris, vocabatur Gaudina: vbi duo reguli fratres, ex conſilio matris, inuadunt regnum Francorum, id eſt, Teuthonicorum, ſuper Rhenum fluuium, cum ibi tunc rex non eſſet. Et primo impetu, vrbem Wormatiam inuadunt, vbi a Francis bello repreſſi, iterum re-paratis viribus ciuitatem Moguntiam obſidione cingunt.* Ex iis vero, quæ anno Domini DCCCXLV & deinceps in Gallia, Friſia, & alibi crudeliter geſſiſſe nar-rantur Nortmanni, & quidem Bingæ, vt in S. Ruperti vita refert B. Hildegar-dis,

Ed. I p. 17 dis; immunem tum, cladiſque omnis expertem non fuiſſe Moguntiam, videtur credibile.

XI, *Moguntiam conſumpſit terræ motus* an. Domini DCCCLXXII*, vti aiunt annales *Pithœani*. *conſumta eſt iam fuit terræ motibus.*

* III *Non. Decembr. hora prima.* Vid. auctor infra lib. IV p. 661 in *Lindberto*.

Ceterum iam ante ſemel atque iterum terræ quaſſata fuit motibus. Annales *Pithœani* ſiue *Fuldenſes* ad an. DCCCLV; *Apud Moguntiacum terra vicies tremuit.*

An. DCCCLVIII & DCCCIX tam grauiter fuit conuulſa, multis vt locis, tectorum, ædium, murorumque ſtrage, noxam contraxerit tum perniciabilem, tum fœdam. Iidem annales ad h. a. p. m. 31 & 34. Verba iam infra lib. IV, in *Carolo* Archiepiſcopo, adduxit *Serarius*.

Tum an. DCCCLXX, & quidem bis. Sic namque annales hi p. 42; *Ipſa quoque ciuitas terra motu bis numero concuſſa.*

Et rurſus, *an. DCCCLXXXI, III Kalend. Ianuar. ante Galli cantum.* Annales ad h. a. dicti. Verba habet auctor *Serarius* libro IV p. 664.

Præter has difficultates an. DCCCLXXXVI, neſcio quo caſu, igne concepto, late hauſta fuit incendio. *Optima pars Mogontiæ ciuitatis, vbi Priſiones habitabant, poſt mediam quadrageſimam, menſe Martio, conflagrauit.* Ita annales *Fuldenſes auctiores* ad h. a. tomo I. Freher. *& incendio;*

XII, Anno DCCCLXXXXIII, poſt Wormatienſia Comitia, fuit ab Arnulpho Imperatore oppugnata & expugnata Moguntia, vti refert Manuſcriptus, dicens, eius rei cauſam ſe ignorare. *debilitata expugnatione ab Arnolfo facta,*

* Conf. *Trithemius* part. I. chron. Hirſaug. p. 49, & MS. qui *FF. Eremitis* Conuentus Moguntini eſt, f. 27 b. Quorum quidem vterque hanc oppugnationis huius cauſam dat; Moguntinos ſcilicet Hattonem, vi facta, vrbe expuliſſe: Arnulfum itaque, apud quem Hatto multum valuerit gratia, exercitu ciuitati admoto oppugnaſſe illos, eoque adegiſſe, Hattonem vt placarent iuxta denuoque reciperent. Quod ad tempus vero ab auctore abit, & ad annum DCCCXCVI hæc refert loco dicto *Trithemius*.

incendio iisdem 1076 Ceterum anno MLXXVI vrbs, oblato a militibus Bambergenſibus incendio, in magno rurſus fuit diſcrimine. *Bruno Monachus* de bello Saxonico p. 209; *Interea orta ſeditione inter Moguntinos & Bauenbergenſes milites, ciuitas a Babenbergenſibus incenditur, ita vt tota vel maxima pars eius arſura videretur. Ad quam reſtinguendam dum Henricus* (IV Imperator) *ipſe, omniſque populus feſtinaret, captiui noſtri, ſine cuſtode relicti, inuenta naui Rhenum tranſierunt, & diu noctuque feſtinantes in patriam ſuam peruenerunt.*

Anno MLXXX denuo terræ motu fatigata fuit. Teſtis eſt *Sigebertus Gemblacenſis* p. m. 604; *MLXXX Moguntia magnum terræ motum perſenſit Kal. Decembr.* *terræ motu 1080.*

XIII, Anno MLXXXI, *incendio ex parte conſumpta eſt Moguntia.* MS. cui aſtipulatur *Marianus Scotus* hiſce verbis: *Moguntia ciuitas ex parte maiore, & monaſterium Epiſcopale, aliaque tria monaſteria igne conſumpta ſunt* *. *incendio iisdem an. 1081.*

* Et præter eum *VValtramus Numburgenſis* de vnitate eccleſ. conſeruanda lib. II cap. IX p. 275; *Caput Galliæ atque Germaniæ Moguntiam ſimiliter ignis conſumſit infra Pentecoſten eodem anno, qui tunc erat MLXXXI incarnationis Dominicæ.* Auctor itidem *addition. ad Lambertum* p. m. 253; *Monaſterium S. Martini Mogunt. cum tribus adiacentibus monaſteriis exuſtum eſt, & pæne omnis ciuitas exuſta eſt.* Vt *Chronographum VVirtzburgenſem* ad h. a. *Chronographum Saxonem* ad eundem p. 264, & *Engelhuſium* in chronico p. m. 1092, taceam.

An. MXCVI rurſus magnam partem igne conſumta eſt. Dictus *chronici VVirzburgenſis* auctor; *MXCVI apud Mogontiam Iudæi numero virorum ac mulierum & infantum mille & XIV interfecti ſunt, & maxima ciuitatis pars exuſta eſt.* Iisdem fere verbis *Engelhuſius* l. d. p. 1093; *Moguntiæ interfecti ſunt MXIV Iudæi, & magna pars ciuitatis ex hoc exuſta eſt.* *& 1096.*

XIV, Anno MCXXXVII *cremata fuit Moguntia cum maiori monaſterio,* inquit *Dodechinus*, & ex eo *Trithemius* in Spanheimenſi Chronico*. *& 1137.*

* p. 249 tom. II Opp. & in Hirſaugienſi recognito part. I p. 404 ad h. a. Et *Dodechinus* quidem ita: *monaſterium principale in Moguntia cum aliqua parte ciuitatis combuſtum eſt.* *Albertus* vero *Stadenſis* ad h. a. p. 268 generatim; *Moguntia, Spira, Goſlaria deflagrarunt.* Conf. *Heineccius* rer. Goslar. lib. II p. 143, vbi tum *Sagittarium*, tum *Spangenbergium* (quorum ille ad an. MCXXXVIII, hic vero ad annum MCXXXVI id refert) ex hoc *Alberti* loco corrigit.

Anno MCXLVI Moguntia denuo terræ motu, eoque graui ſatis, quaſſata fuit. *Dodechinus* ad hunc annum p. m. 472; *Hoc anno terræ motus magnus eſt factus Moguntiæ vicibus quindecim.* *an. 1146 tunc terræ motu.*

XV, Otho I, Imperator, *Moguntiam obſidione quidem cinxit bene longa, non tamen cepit*, vt habet *Otho Friſingenſis* *, *Marianus Scotus*, & *Rotgerus* in vita S. Brunonis cap. XIII & XVII. *poſt obſidione Othonis I,*

* Loco *Othonis Friſingenſis*, quippe quem, cum nil hac de re habeat, fruſtra adducit auctor, vide *VVitichindum Corbeienſem*, qui lib. III cap. XVIII p. m. 651 *Ibi*, inquit, *pluſ-*

quam ciuile & omni calamitate acerbius bellum captum; multa machina muris admota, ſed ab vrbanis deſtructa vel incenſa; crebra ante portas pugna, raro forinſecus ſtationes fuſæ; cunctando enim res vniuerſa variauere, dum dominatorem regni foris, intus ſucceſſorem metuebant. Obſidio itaque dum ſexaginta dies ferme excederet, ſermo fit de pace. Conſ. qui hæc fuſius paullo ſtilo ſuo perſequitur, *Ioannes Philippus a Vorburg* hiſtor. rerum Germanic. ſub Ottone M. ad annum DCCCLIII, pag. 31. Edit. I p. 2

à Friderici Sueuiæ Duce. XVI, Fridericus Dux vrbem eandem obſedit: eidemq; tamen, ne ſacra templa ſacrilege violaret miles, magno chriſtianæ pietatis exemplo, pepercit. Sed cum minus bene id intelligeret ac interpretaretur Archiepiſcopus, ſubitoque in abeuntem illum erupiſſet, arma, quæ pacata iam diſcedebant, in ſe ſuosque infeliciter admodum reuocauit: ſicque magna Moguntinis illata clades fuit, vt infra loco ſuo exponetur †.

† Quo loco de clade hac Moguntinis ab Friderico Sueuo illata auctor infra egerit, ego ſane non video. Cap. XIII quidem obſidionis huius meminit, ſed ὡς ἐν παρόδῳ tantum. Nec damnum ciuitati tum datum vel verbo perſtrinxit. Vt adeo operæ pretium ſit, *Othonis Friſingenſis* verbis rem explanare. Sic autem is de geſtis Friderici I cap. XIII p. 415; *Igitur omnibus circa Rhenum, vt ſupra dictum eſt, ad nutum ſuum inclinatis, Moguntino Archiepiſcopo Alberto, omnium illius temporis regni Principum verſutiſſimo & locupletiſſimo, eo, quod prædictæ factionis caput & auctor fuerat, bellum indixit. Vaſtatiſque cunctis in circuitu, tandem & ipſam ciuitatem cum infinita multitudine militum ac plebis obſidione cinxit. —— —— Vulgus, quod cum Duce in obſidione fuit, ex illa parte, qua rara eſt ciuitas, prædandi gratia eam aſſultu capere voluit. Timens autem nobiliſſimus Dux, ſi irrationabili plebis furori talis daretur licentia, Sanctorum forte loca direptioni & flammæ exponi, ne voluntas illorum effectui manciparetur, ſummopere laborauit. At Epiſcopus ciuitatis fidei Ducis non rectam recompenſationem reddens, directis de ciuitate ad ipſum in dolo nuntiis, treugam poſtulat; diem, quando & vbi conueniant, petit, ſe ad gratiam Imperatoris velle venire promittit: ſicque Ducem exercitum dimittere, obſidionem ſoluere, ac ita cum paucis ad propria redire perſuadet. Epiſcopus ſolutam obſidionem & dimiſſum cernens exercitum, apertis portis, cum magna Ducem inſequens militia, ex improuiſo inuaſit. Dux cum ſuis, quos adhuc de tanto exercitu habebat, tunc primum dolum ſentiendo, non, vt aſſolet arma ex improuiſo arripientibus accidere, mente turbatus, ſed ex præſentia hoſtium amplius ad virtutem animatus, arma ſumit, in hoſtem ruit, viriliterque pugnantibus Alemannis, tandem ex parte Francorum Comes Emicho, qui ceterorum primipilarius erat, letali ſauciatus vulnere occubuit. Qua de re fracti animo Franci terga verterunt, præſidioque fugæ ſe committunt. Quos fortiſſimus Dux inſecutus, occiſis plurimis & captis, reliquos ad portas ciuitatis cum Epiſcopo ſuo, triumpho potitus, fugauit. Omnes, qui parentes & amicos in illa cæde amiſerant, tanta cordis amaritudine affecti erant, vt pæne in proprium Epiſcopum, velut huius concuſſionis auctorem, irruerent.* Hæc Otho *Friſingenſis*, quæ ad verbum repetiit *Aeneas Silvius* hiſtoriæ Friderici III Imperator. p. m. 14.

Quam maxime vero euerſione à Friderico Barbaroſſa *facta,* XVII, Ab Imperatore Friderico Barbaroſſa non anno Domini MCLXVIII, vt habet *Bruſchius*, ſed vt *Dodechinus*, anno MCLXIII, ob Arnoldi Epiſcopi, de quo infra (*lib.* 5) funeſtam cædem, euerſa, & pæne, vt locutus eſt veterum quidam, *exfundata* fuit Moguntia, quemadmodum lugubribus hiſce verſibus deflet lib. I Ligurinus: 18

Turribus hæc eadem [Moguntia] *quondam muriſque ſuperba,*
Pæne fuit toto ſedes notiſſima regno.
Donec ob infandum deteſtandumque furorem
Strata, luit meritas, occiſo Præſule, pœnas.
Inde ruinoſis deformis & horrida muris,
Teſtatur iuſtas offenſi Principis iras.

non parum expugnatione facta à Sifrido III, Moguntiam, quod auctor *Serarius* hic præterit, cum tamen infra lib. V p. 835 memoret, oppugnauit itidem, debellauitque anno MCCXLIV *Sigefridus III*, vulgo *iunior* dictus. Dederant ciues, vt turgidis ſemper ac factioſis fuere ingeniis, turbas, ac omnis propemodum obſequii ignari erant. Vt reſiperent ac ad ſanam redirent mentem, Sigefridus ſemel atque iterum paterne monebat. Monitis cum locum haud relinquerent, vi compeſcendos ſtatuit, ac obſidione ſatis graui fractos & ad deditionem faciendam, & quod impenſæ factum in bellum erat, impendio priuato exſoluendum coegit. MS. qui *FF. Eremitis* conuentus Moguntini eſt, f. 91 b.

Anno MCCCCVI multi Ordinis equeſtris Rhenani, e Buchonia itidem, Wetterauia, Haſſia, Thuringia, & Saxonia, quibuſcum Comites quidam, Dynaſtæque alii ſeſe coniunxerant, hoſtilibus vrbi denuntiatis, eandem paucis poſt diebus arcta cinxerunt obſidione, & tandem noctu, deceptis portæ aurealis cuſtodibus, *à nobilibus fœderatis.*

Edit. I p. 28

bus, ac ſi milites ciuitatis mercenarii eſſent, intromiſſi oppreſſerunt. Occiſis enim extemplo excubitoribus, ditiorum domos, foribus violenter effractis, depeculati ſunt, omnibus, qui pro fortunis ſuis arma ſumſerant, indigniſſime trucidatis: reliquis, qui, præſentis periculi ſpecie perterriti, inermes calamitatem miſerabantur ſuam, non pro conditione & modo, ſed ad libitum ære imperato exinanitis atque exhauſtis. Quo facto, præda ingenti collecta, eadem, qua irrupere, porta inturbidi ſeſe eiecerunt. Hac vero de cauſſa vrbi hoſtes factos refert, quem hic exſcribimus, *manuſcr. Auguſtinianor.* f. 122 b, & ſeq. quod ciues, ſtudiis non ita pridem in Wenceſlaum Imperatorem exauctoratum procliuiores, cædis Friderico Duci Brunſuicenſi illatæ conſcios haberent ac ſuſpectos.

XVIII, Naſſouii Adolphi, de quo in Epiſcopis poſtea (*lib.* 5) nocturna huc referri poteſt irruptio anno Domini MCCCCLXII, die XXVII Octobris, quando ciuium cædes, bonorum direptio, virginum, matronarumque indigna fuit violatio*. *grauiter poſthac afflicta fuit irruptione* Adolfi Naſſouii.

* Conferri huc meretur, quam tomo II ſect. I dedimus, *Georgii Helvvichii* de Moguntia deuicta narratio hiſtorica, anno ſuperioris ſeculi XXVI primum typis vulgata.

XIX, Adiici queat immanis, prorſusque inſana Marchionis Brandenburgici Alberti, Lutherico poculo ebrii, eandem in vrbem ingreſſio, anno Domini MDLII. Etſi enim vrbis muros & propugnacula non diruit, quæ tamen muris & propugnaculis omnibus erant meliora & ſanctiora, quæ vrbem ipſam nobiliſſimarum arcium inſtar exornabant, diuinoque cultu protegebant, templa S. Victoris, S. Albani, S. Crucis, totamque Carthuſiam, ſacrilegis, barbariſque flammis abſumpſit †; vt dici poſſet, quod Francorum Regi anno Domini DCCLXXV ſcribebat de Longobardorum, Romanam vrbem obſidentium, impietate & feritate *Stephanus* Pontifex: *Ipſi,* ait, *lapides, noſtras deſolationes videntes, vlulant nobiſcum.* & Alberti Brandenburgici *ſæuitie.*

† Vid. infra lib. V pag. 910, & conf. *Sleidanum* commentar. de ſtatu religion. lib. XXIV p. m. 724, *Leodium* lib. XIV annal. de vita Friderici II Palatini p. m. 284, & quæ nos diximus in chronic. *D. Albani* lib. II cap. VI.

Ceterum his, quibus Moguntia cladem paſſa fuit, oppugnationibus & id genus calamitatibus aliis, adnumerandæ adhuc veniunt & illæ, quibuſcum ab auctoris temporibus ſemel atque iterum conflictata eſt.

occupatione item Suecica, Primum autem in his locum occupat, quam a *Suecis* pertulit. Cum enim iis anno MDCXXXI, d. XXIII Decembr. poſt toleratum aliquanti temporis obſidium, manus dediſſet, in magnas coniecta difficultates eſt. Ciuibus enim octoginta nummum vncialium millibus, clericis adhuc ſeorſum grandi ære direptio redimenda fuit ac incendium. Iudæis etiam ſua lytri ſymbola impoſita. Vid. *Adlzreitterus* annal. Boicor. part. III lib. XVI § XCV p. m. 249. Ad hoc malum deinde acceſſere alia plura; maxime cum Sueci anno ſequenti montem Iacobæum, ipſamque vrbem nouis circummunirent operibus; Rhenum flumen, Mœnum itidem pontibus committerent; ad Rheni præterea Mœnique confluentes propugnaculum excitarent, quod Regis nomine *Guſtauicum* dictum. Vid. *Adlzreitterus* l. d. lib. XVII § XII p. 257. Conf. quæ infra adducentur ad cap. XXXI ſect. IV n. 2 ſect. V n. 14. CCCC circiter domos in vrbe tum dirutas fuiſſe atque euerſas, docet notoria quædam ad Electorem: alia vero, tantam rerum omnium ad victum neceſſariarum fuiſſe caritatem, vt chœnix butyri tribus nummis imperialibus; pondus librale lardi Philippeo; caſei vero viginti baciis; ouum denique ſedecim, octodecim, quin viginti ſteterit cruciferis.

Cæſariano-Bauarica, Neque tamen hic finis. Anno namque MDCXXXV a *Cæſarianis & Bauaris* obſeſſa in maioribus fuit anguſtiis. Præter enim quod æneis grauiter verberabatur machinis, cum tam arcte fuiſſet concluſa, vt nil plane cibariorum in vrbem inferri poſſet, ingenti etiam laborare cœpit fame. Nec tamen prius in obſidentium venit manus, quam Suecos d. IX Nouembr. ad deditionem adegit res quadrimeſtri obſidione ad extremum iam perducta caſum. Vid. *Adlzreitterus* l. d. lib. XX § XXXVII p. 339, *Puſendorffius* hiſtor. belli Suec. lib. II § XC & CXXII.

At enim, anno MDCXLIV, in illa temporum, quæ totam Germaniam occuparat, caligine, tot tantiſque iam affecta incommodis, in nouas infelix præcipitata miſerias eſt. Cum enim ſatius duxiſſent, qui tum regiminis tenebant habenas, hoſti ſe permittere, quam recepto intra mœnia milite auxiliari dubiam vrbis propugnandæ aleam tentare, Gallos d. XVII Septembr. ſtil. Gregor. admiſit. Vid. *Adlzreitterus* l. d. lib. XXIX § XXV p. 463, *Puſendorffius* l. d. lib. XVI § XXIX. Et ſic, vt *anonymus* quidam manuſcr. loquitur, *vrbs hac dudum a Suecis vexata, vltro premebatur a Gallis.* Maxime vero anno XLVII ſuo experta malo eſt, quod cinerem vitans in pruinas inciderit. Garnerius, Moguntinarum copiarum Legatus, conſilium inierat vrbis ex improuiſo inuadendæ, intercipiendæque. Creditus autem fuit habuiſſe aliquot ſummæ ædis Canonicos, alioſque ciuitatis inquilinos conſilii participes. In hos itaque Courvallius, Gubernator Gallicus, graui animaduertit mulcta, & peramœnæ Fürſtenbergicæ domus (vulgo *zur gulden Lůſt* dictæ) direptione atque excidio. Vid. *Adlzreitterus* l. d. lib. XXXII § XLV p. 522. Gallica *prima,*

Vltimam ſubiit tempeſtatem an. MDCLXXXVIII, in aſpero illo, difficilique rerum *ſecunda.*

Germanicarum articulo, d. IX Octobr. certa biduo ante pactione facta, a Gallis inſeſſa. Vid. *Theatr. Europ.* part. XIII p. 314 & ſeq. Fingi vero vix quidquam poteſt mali, quod non ex eo hauſerit, pertuleritque. maxime, quum anno ſequenti a Cæſaris ac Fœderatorum cincta copiis, trium menſium, eamque grauiſſimam toleraret obſidionem. Germanis quidem igne, tormentis, omnique oppugnandarum vrbium apparatu id vnum quam enixiſſime agentibus, Gallos vt vrbe expellerent; Gallis viciſſim, mœnibus vt Germanos propulſarent, nil quicquam intermittentibus. Certe tum ab extremo prope abſuit periculo. Fuit autem in his anguſtiis ad vſque d. IX Septembr. Gregorian. quo hoſtis, virtute Caroli, Lotharingiæ Ducis, ad deditionem faciendam coactus; ipſa vero biduo poſt, quod anxie prorſus deſiderauerat, ad libertatem emerſit. Vid. *Theatr. Europ.* l. d. p. 723 & ſeq. Edit. I pag.

CAPVT VIII

De quibuſdam circa eaſdem Moguntiæ deſtructiones quæſtionibus.

VAria circa tot Moguntinas clades quæri poſſunt: ſed ſuffecerint hoc tempore quatuor, quæ tamen potiſſima.

Cur Variana clades hic omiſſa? PRIMVM. Cur celeberrima illa Variana clades hic omiſſa? quæ Auguſtum Octauianum mœrore tanto affecit, vt parieti caput illideret crebrius, &, *Suetonio* teſte cap. XXIII, exclamaret, *Redde Vare legiones, Redde Vare legiones.* Sane quidem *AEneas Siluius* in ſua Germania cap. XXXV illam Moguntiæ cenſuit accidiſſe*: idque in Hœchſtenſis arcis aula inferiore depictum nuper vidi. Sed negant, & recte negant bonis boni auctores argumentis. Nam etſi cladis locum non annotauit lib. LVI *Dio*, annotauit tamen lib. I & II Annalium *Tacitus*, dicens, eum Teutoburgienſi ſaltui vicinum, apud Amaſim & Lippiam, notos Weſtphaliæ fluuios. Vnde in eundem Tacitum *Lipſius: Nomen*, ait, *etiam* Teutenberg: *& victoria cognomine inſignis campus* Winfeldt, *ad oppidulum Hornam, in Weſtphalia. Nam* winnen *veteribus Germanis eſt* vincere *ac* lucrari. *Vnde & hodie* gewinnen, *&* vberwinnen, *ac vſitatius* vberwinden. Contigit autem iſta clades, cum eſſet annorum duodecim IESVS Dominus ac Saluator noſter, IV Nonas Auguſti**. 29

l. 1 c. 60 l. 2 c. 25 l. 1 n. 211

* Et præter *Aeneam Engelhuſius* in chron. l. d. *Druſus* —— *Moguntiam fundauit, vbi & Quintilius Varus, Præfectus Auguſti, cum V legionibus Romanorum interfectus eſt.* Quod dum noto, ſimul addere iuuabit, picturam, de qua auctor, Hochſtenſem, arce a Suecis bello tricennali igne deuaſtata, euanuiſſe.

De cetero conferri meretur Celſiſſimus Auctor *monumentor. Paderbornenſium* p. 19 & ſeq. vbi hanc auctoris, de loco Varianæ cladis, ſententiam pluribus firmat.

** Secundum *Baronium* in annalibus, quem auctor hic ſequitur. Alii enim variant. quo videatur Illuſtriſſimus, quem modo laudaui, *monumentorum Paderbornenſium* auctor, *Ferdinandus* de *Furſtenberg*, p. m. 31.

An vaſtationes Ammiano, Hieronymo & Fortunato *memoratæ diuerſæ ſint a Wandalica & Hunnica?* SECVNDVM. An iſtæ, quas narrant *Ammianus, D. Hieronymus, & Fortunatus*, vaſtationes diuerſæ ſint a duabus poſterioribus, Wandalica nimirum & Hunnica? Reſpondetur *primo;* Ea, quam retulit Ammianus ab iſta vtraque differt. Nam Valentiniani tempore cum ea facta ſit, is vero imperare cœperit anno Domini CCCCXXV, non poteſt Wandalica illa eſſe. Neque Hunnica eſt, quia hæc aperta vi facta fuit, cum tot, tamque ferarum gentium copias traheret Attila, prout narrant *Paulus Diaconus* lib. XV, *Sidonius* in Auiti panegyrico, *Turonenſis* lib. II cap. V & ſequentibus. Rando autem eam cepit, latenterque, obſeruato Chriſtianæ pietatis ac deuotionis articulo, irrepſit. *Secundo;* Qui D. Hieronymum parum attente legit, cum eas ibi gentes videat, quas vt paullo ante dicebam, in exercitu ſuo habebat Attila, earundemque vrbium obſidiones & expugnationes, de quibus Annalium tomo VI Reuerendiſſ. *Baronius*, putabit de Hunnica eum clade loqui: prout putauit & tradidit, lectio XXI de S. Aureo in manuſcripto: & *Cochlæus* in Catalogo Epiſcoporum. Reuerendus vero Dominus *Io. Latomus*, bonæ laudatæque memoriæ Decanus Francofurtenſis, in ſuis ad Breuiarium Moguntinum notis, ait, *hoc incompertum.* Secus tamen 30 clare, comperteque ſtatuendum videtur, cum S. Hieronymus mortuus ſit anno Domini CCCCXX; clades vero Hunnica contigerit anno CCCCL. De Wandalica igitur potius D. Hieronymo ſermo eſt, vt non ſit magnopere *Beati Rhenani* p. m. 308 coniectura opus, dicentis lib. II, *ſe hanc ab Allemannis patratam arbitrari.* Mihi autem palam ſuffragatur Reuerendiſſimus *Baronius* tomo V. Reſpondetur *tertio;* Venantiana vaſtitas a Wandalica etiam & Hunnica videtur alia. Quia

eam

eam deſcribit Venantius, quaſi contigiſſet, non ita multo antequam reuerteretur Moguntiam Moguntinus Epiſcopus Sidonius: & antequam ipſe Venantius ſcriberet. At floruit idem Venantius poſt annum Domini DLX, ita vt inter eum & ſuperiores illas vaſtationes anni ſint amplius centum. Fieri tamen poſſet, vt etiam eo temporis interuallo, etſi, quemadmodum infra dicetur, a multis multa & magna ædificata eſſent, non pauca tamen adhuc, vt in magnis excidiis fit, ſupereſſent.

TERTIVM. An Wandalicæ, Hunnicæque vaſtitatis Moguntiaco illatæ anni recte ſupra notati? Laudatus paulo ante Reuerendiſſimus *Baronius* tribus annis Wandalicam & Hunnicam citius recenſet. *Hoc*, ait, *eodem anno* CCCCVII *Wandali & Alani, aliis coniuncti Barbaris, qui, vt dictum eſt, anno ſuperiore, pridie Kalendas Ianuarii, tranſito Rheno, in Galliam irrupere, eandem infeliciter incurſantes depaſti ſunt. Cuius anni clades a S. Hieronymo in epiſtola hoc anno ad Ageruchiam data recenſetur,* & a *S. Auguſtino* innuitur epiſt.CXXII. Teſtis enim eſt *Proſper* in Chronico, eorum malorum teſtis oculatus, die vltimo anni CCCCVI Rhenum Wandalos & Alanos tranſiiſſe: ita vt ſub anni CCCCVII principium, vero admodum ſimile ſit, captam, ſubuerſamque Moguntiam. Hunnicam vero cladem idem auctor in annum Domini CCCCLI refert potius. Nam hoc ipſo anno in Gallia tandem victus, Orientem verſus progreſſus eſt Attila, & ſequenti anno CCCCLII Aquileiam, Mediolanum, aliasque vrbes regias cepit ac diruit, *Paulo Diacono* teſte lib. XV: neque in Occidentem reuerſus poſtmodum legitur, ſed ab ipſis Rheni partibus procul, anno Domini CCCCLIV e viuis abiit ille tyrannus Attila: ſiue a muliere occiſus, vti prodidit memoriæ *Marcellinus*, ſiue ſanguinis defluxu exhauſtus & tabefactus, vti *Iordanus* in hiſtoria Getica.

An Wandalicæ & Hunnicæ anni recte notentur.

QVARTVM. Harum cladium quænam potiſſimæ?

Quænam harum cladium potiſſimæ?

Videntur iſtæ,
1 Batauica, quæ ſuperiori capite *prima.*
2 Barbarica, quæ ibidem *ſecunda.*
3 Francica, quæ ibidem *ſeptima.*
4 Wandalica, quæ ibidem *octaua.*
5 Randonica, quæ ibidem *tertia.*
6 Hunnica, quæ ibidem *nona.*
7 Venantiana, quæ ibidem *ſexta.*
8 Fridericiana, vel Ciuica, quæ ibidem *decima ſeptima.*
9 Naſſouiana, quæ ibidem *decima octaua.*
10 Lutherica, ſeu Marchionica, quæ ibidem *decima nona.*
11 Suecica.
12 Gallica *prior.*
13 Gallica *poſterior.*

CAPVT IX

A quibus, vbi & quando reſtructa Moguntia?

PRIMO quidem poſt Batauicam cladem, Moguntiæ opem, priſtinumque ſtatum reſtituerunt Romani, qui ſuis hic poſitis caſtris, Rheni contra Germanos limitem tuebantur. Nam non ita multo poſt Batavi Ciuilis e Moguntia diſceſſum, eam in Romanorum poteſtate iterum fuiſſe, ideoque & ab iis reſtauratam, ſunt, apud *Tacitum* lib. IV Hiſtoriarum, plura, quæ teſtentur. Veteribus enim caſtris per eundem Ciuilem & Claſſicum captis & incenſis, ſubiungit ille auctor; *Cohortium, alarum, legionum biberna, ſubuerſa, cremataque, iis tantum relictis, quæ Maguntiaci ac Vindoniſſæ ſita ſunt.* Vindoniſſam vero prope Habſpurgum, non procul a Conſtantia fuiſſe, oſtendit lib. III *Beatus* *. Et rurſum poſtea *Tacitus*, cum legio XIII cum auxiliis ſimul deditis, a Noueſio in coloniam Treuerorum tranſgredi a Ciuile, Claudioque Sancto iuberetur, *Non tulit*, ait*, *ala Picentina gaudium inſultantis vulgi, ſpretisque Sancti promiſſis, aut minis, Maguntiacum abeunt.* Quomodo vero huc abiiſſent, niſi a Romanis illud adhuc ſtetiſſet? Rurſumque poſtea: *Tutor* (qui Romanorum hoſtis erat) *Treueris comitantibus, vitato Maguntiaco, Bingium conceſſit, fidens loco, quia pontem Nauæ fluminis abruperat.* Et paulo poſt: *Petilius Cerialis* (Romanus) *Magontiacum venit.*

Poſt Ciuilis diſceſſum reſtituta fuit a Romanis.

c. 61

*p. 482

*c. 69

c. 70

c. 71

eius aduentu erecta ſpes. Iterumque: *Cerialis, miſſis in Mediomatricos, qui breuiore itinere legiones in hoſtem verterent, contracto quod erat militum Magontiaci, quantumque ſecum tranſuexerat, tertiis caſtris Rigodulum venit.* Et huc poſſent vocari, licet annis nonnihil diſſonantia, quæ natiuitatis Dominicæ anno LIX tradit in compendio *Trithemius* de Moguntinæ vrbis reparatione a Romanis facta. *Anno,* ait, *nono Rex Clodomer cum magno ſuorum exercitu, Rheno tranſmiſſo & Moſa, Gallos expulit, amiſſa prius omnia recuperauit. Cum Romanis apud Moguntiam, Germanorum auxilio, dimicauit, ſed eos reparatione vrbis cohibere non potuit.*

Edit. I pag.

post barbaricam clades a Probo *& Iuliano Impp.*

Secvndo, poſt barbaricam, aut barbaricas clades, reſurgendi ac reſpirandi poteſtatem Moguntiæ attulit primo quidem Probus Imperator, prout innuunt *Vopiſcus* (*c.* 13) & lib. IX (*c.* 7) *Eutropius*: Deinde *Iulianus*, antequam a Chriſtiana religione fœdiſſimam, quam, vti refert lib. I *Ammianus*, poſt admiſit, defectionem palam admitteret. Cum enim barbari captam Moguntiam non incolerent, ſed eius tantummodo territorium (nam *ipſa oppida,* inquit lib. XVI idem Ammianus, *vt circundata retibus luſtra declinant*) Iulianus Colonia recepta, & reſtaurata, *memorabili prælio Reges Chonodomarium & Serapionem, qui genitali vocabulo Agenaricus dictitabatur, ad Argentoratum vicit,* & vt eodem libro XVI idem deſcribit Ammianus, *Moguntiam venit, eamque, cum ſuæ in Germaniam traiectionis, & expeditionis principium ſtatuiſſet, communiuit.* Sic enim ſuum XVII librum orditur *Ammianus*: *Hac rerum, quam iam digeſſimus, varietate ita concluſa, Martius iuuenis, Rheno, poſt Argentoratenſem pugnam, otioſe fluente, ſecurus, ſollicitusque, ne diræ volucres conſumerent corpora peremptorum,* 33 *ſine diſcretione cunctos humari mandauit. Abſolutisque legatis, quos, ante certamen, ſuperba quædam portaſſe prædiximus, ad Tres tabernas reuertit. Vnde cum captiuis omnibus prædam Mediomatricos, ſeruandam ad reditum vſque ſuum, duci præcepit, & petiturus ipſe Maguntiacum, vt, ponte compacto, tranſgreſſus in ſuis requireret barbaros, cum nullum reliquiſſet in noſtris, refragante vetabatur exercitu. Verum facundia, iucunditateque ſermonum allectum, in voluntatem traduxerat ſuam.* Ante Probum vero videtur etiam quodammodo Maguntiam reſtauraſſe, qui eam perdere, ac exhaurire cum poſſet, noluit Poſthumus, de quo ita lib. IX *Eutropius*: *Poſthumus in Gallia obſcuriſſime natus purpuram ſumſit: & per annos decem ita imperauit, vt conſumtas pæne prouincias ingenti virtute & moderatione reparauerit, qui ſeditione militum interfectus eſt, quod Moguntiacum, quæ aduerſum eum rebellauerat, Lolliano res nouas moliente, diripiendam militibus tradere noluiſſet.*

ep. 7. 2.

post Wandalicam,

Tertio, poſt Wandalicam, videntur ipſimet ciues ſeſe paullatim collegiſſe, vrbemque ſuam, vſque ad Randonicam tempeſtatem, refocillaſſe.

& Randonicam ab incolis,

Qvarto, poſt Randonicam, idem exiſtimandum.

post Hunnicam a Francis restaurata.

Qvinto, poſt Hunnicam, Francorum Chriſtianus Rex primus Clodoueus, a S. Remigio baptizatus, Moguntiam alleuaſſe, templis, ædificiiſque nouis ornaſſe videtur *Beato Rhenano* l. II (*p. m.* 302) dum ait: *Poſt Tolbiacenſem victoriam, Chriſtianis myſteriis nuper initiatus rex Ludeuuickus, qui & Clodoueus, nihil prius habuit, quam apud Argentoratum, oppidum Alemannorum, populatione ſæpius ante vexatum, ſed ſuperiori tempore ſub Attilanicam irruptionem funditus euerſum, Diuæ Virgini matri templum extruere. Sic enim iactat fama. Nec dubito, quin Magonciaci idem fecerit.* Et manuſcripta, quæ videre licuit, monumenta, de Francorum Regibus, id vniuerſe affirmant: eam tamen laudem omnia tribuunt potiſſimum eorundem Francorum Regi Dagoberto I, qui 34 a S. Arnolfo Lotharingio Duce, poſtea Metenſi Epiſcopo, fuerat in pueritia quam ſanctiſſime inſtitutus, & adoleſcentiæ vitiis peccatiſque defletis, pietati ſeſe poſtea totum dediderat. Ita vero illum Moguntiam rediuiuam feciſſe aiunt, vt a vetere loco propius ad Rhenum, vbi & hodie cernitur, eam traduxiſſe aſſerant. Sic enim manuſcriptorum liber vnus: *Poſtea vero, quando miſericordiam cæli diſtillauerunt, & diuina miſerante gratia, a Catholicorum Principibus reddita pace, Chriſti eccleſiæ conquieuerunt, mutato loco ſupra littus Rheni, a quo prius ducentis plus minus paſſibus diſparabatur, eſt reſtaurata Moguncia, & a Fran-*

potissimum a Dagoberto I.

eorum

Digitized by Google

Edit. I pag. *corum Regibus, maximeque a Dagoberto in priſtinam, immo multo ampliorem dignitatem eſt reuocata, capus ſcilicet effecta regni Orientalium Francorum, ac metropolis Galliæ Germaniæque cunctarum vrbium Ciſalpinarum.* Et de S. Aureo lectio XLIII, XLIV, & XLV, in manuſcript. ſic: *Poſtea autem Domino ventis & mari tribulationum huiuſmodi, Sanctorum precibus, imperante: ceſſante penitus perſecutionis immani rabie, ſedatiſque procellis, quibus eccleſia quodammodo quaſſari viſa eſt: reddita iam pace eccleſiis miſeratione diuina, regnantibuſque iam Catholicis Principibus, de reſtauratione vrbium, de reformatione eccleſiarum ad honorem Dei, laudemque Sanctorum, cœperunt ipſi Principes cogitare, ſeduloque operam dare. Igitur Francorum Reges, & præcipue Dagobertus huius nominis primus, qui viceſimus a Pharamundo crinito, primo Francorum Rege, Francos rexit, ciuitatem inſignem Moguntiam ab Attila, vt dictum eſt, euerſam, non in eo, in quo prius condita fuerat, ſed in alio, Rheni fluentis magis propinquo, loco, vbi hodieque ſita eſt, multo melius, multoque honeſtius, quam prius, reſtauraverunt, anno Verbigenæ ſexcenteſimo duodecimo, poſt euerſam autem ipſam vrbem anno centeſimo quinquageſimo octauo. Dico autem*
33 *vrbem Moguntiam multo melius, multoque felicius, a Catholicis Regibus reſtauratam, quam a paganis Principibus conditam, quia (excepto eo, quod fluminis Rheni propinquior gratia maius quam antea incolis eius commodum præſtare videtur) cum prius, ſuperſtitione gentili, idololatriæ ſeruiens erat ferrea, nunc diuino cultui mancipata decore Chriſtianæ religionis eſt aurea.* Hæc ibi omnia.

Sexto, poſt Venantianam cladem, reſtaurationis, nouique quaſi parentis erga Moguntiam pietate defunctus eſt ſanctiſſimus Moguntinus Epiſcopus Sidonivs, prout infra (*l.* 2 *c.* 18) cum ad eum ventum fuerit, patebit. Fieri tamen, vt ſupra dixi, poteſt, fuiſſe Attilani excidii reliquias ab ipſo excitatas. *poſt Venantianam a* Sidonio;

Septimo, poſt Fridericianam vero ſtragem, iacuit in ſqualore, ſuiſque ipſius ruderibus ac ruinis Moguncia annos xxxvi; quoad Imperator Otho IV annueret, vt reſtruere deſtructam liceret, an. Domini mcc, prout refert *Mariani Scoti* appendix. *poſt Fridericianam ſub* Othone IV;

Octavo, poſt Naſſouianam cladem, ſeipſam ſobole noua paullatim reſtituit eadem ciuitas: ſicque permanſit vſque ad Marchionis Alberti flammas. *poſt Naſſov. ab incolis;*

Nono, poſt LutheraniMarchionis flammas, ſupereſt adhuc illa templorum vaſtitas, quam oculis omnes, & qui in vrbe manent, & qui ad eam veniunt, & qui eam Rheno, aut terra prætervehuntur, mœſti, facinuſque deteſtantes aſpiciunt*; eo forte hactenus relicta, *primo*, vt Lutherici euangelii fructus ante omnium noſtrum oculos ſemper ſit. Quemadmodum enim Græci, teſte in panegyrica Iſocrate, quæ a Perſis inflammata fuerant, vt eorum maneret alta mente repoſta impietas, reſtaurare templa noluerunt: ſic funeſtum ac triſte hoc apud nos manet hactenus ſceleratiſſimi ſacrilegii monimentum. *Secundo*, vt de cauſſa ſubinde cogitemus, cur impiis & ſacrilegis impietatem illam permittere voluerit Dominus: quia ſcilicet flagello illo caſtiganda erant peccata, quæ a nobis omni iam cura & ſtudio declinari, & corrigi vult Dominus, prout in Ezechiel. c. XVIII, XIX, XXIX, LI, Thren. II. Sunt hanc ad rem optima opportuniſſimaque Moguntinorum Patrum in Moguntino concilio, quod anno Domini dccclxxxviii habitum eſt, ob Nordmannorum gentilium irruptiones ac depopulationes crudeliſſimas, monita & cohortationes. *poſt Brandenburgicam multos alios aſpectu ſuo lucluoſo.*
38 *Tractare & conſiderare*, aiunt, *vos condecet, qua ex cauſſa, cuiuſue peccato talia nobis acciderunt, qualia hactenus paſſi ſumus, & quotidie ſine ceſſatione patimur. Cuius conſiderationis vim recolentes, nos peccaſſe, noſque reos eſſe, ſecundum Prophetæ exemplum profiteamur. Non enim tanta vis tribulationum, neque tot tempeſtatum impetus eccleſiam Dei impeterent, ſi iuxta alterius Prophetæ dictum, aſcenderemus ex aduerſo, & opponeremus nos murum pro domo Iſrael, vt ſtaremus in prælio in die Domini. Ideoque, chariſſimi & reuerendiſſimi fratres, aſcendat vnuſquiſque noſtrum tribunal cordis ſui, & quid*

bis agendum, qualiterue conſulendum ſit, diuina inſtigante gratia, communi conſenſu, & concordi charitatis affectu decernamus, & ſecundum diuinæ inſtitutionis normam perſcrutemur. Mirum quippe non eſt (quia omnes in communi peccauimus) talia nobis contigiſſe. Sed quia nos, qui ceteris ferre ducatum debuimus, noſtri officii curam poſtponentes, ad exteriora dilapſi ſumus, ſpecialiter nos hæc cauſſa petit, reoſque fore notat, quorum inertia nobis per abrupta gradientibus, omnis grex, diuinitus nobis commiſſus, præcipitio patuit. Qua de re humiliter ac deuote præueniamus faciem eius in confeſſione, mundantes nos, ſecundum Apoſtolicum dictum, ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. Patet namque, quia iuxta veridicæ rationis aſſertionem, cæcus cæco ducatum præſtans, ambo in foueam cadunt. Quo enim animo, quaue fronte, diuinam pietatem pro peccatis populi nobis commiſſi exorare poterimus, quos funibus peccatorum conſtat fore irretitos? Et apud *Saluianum* lib. VII de prouidentia, *Curare*, ait, *nos vult caſtigationibus ſuis Dominus, ſed curam, non remedia ſequimur. Quid hoc mali eſt? Iumenta ac pecudes ſectione curantur. Et putrefacta mulorum, aſinorum, porcorum viſcera, cum aduſta cauteriis fuerint, munus medicæ aduſtionis agno-* 37
ſcunt, ſtatimque, vbi aut cremata, aut deſecta fuerit vitiatorum corporum la- 11
bes, in locum demortuæ carnis viua ſuccedit. Nos & vrimur & ſecamur: ſed nec ferri deſectione, nec cauteriorum aduſtione ſanamur. Tertio, vt cum tantas tam ſplendidorum, tamque nobilium & ſacrorum ædificiorum moles ita diſturbatas & incenſas videmus, illa ſubito cordium noſtrorum aures Sapientis vox circumſonet; *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Eccleſ. I ỳ. 2. Et illa Domini ac Saluatoris noſtri; *Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Lucæ XXIII ỳ. 31. *Quarto*, vt in luctuoſo templorum parietinarumque iſtarum aſpectu, eo modo ratiocinemur, quo proſtratas quaſdam vrb[e]s intuendo, ratio-
L. 4 epiſt. ad fam. epiſt. 5. cinatus eſt *Seruius Sulpitius.* Sic enim ad Ciceronem ſcribit: *Ex Aſia rediens, cum ab AEgina Megaram verſus nauigarem, cæpi regiones circum circa proſpicere. Poſt me erat AEgina: ante Megara: dextra Piræus: ſiniſtra Corinthus: quæ oppida quodam tempore florentiſſima fuerunt, nunc proſtrata, & diruta ante oculos iacent. Cæpi egomet mecum ſic cogitare: Hem, nos homunculi indignamur, ſi quis noſtrum interiit, aut occiſus eſt, quorum vita breuior eſſe debet, cum vno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant? Viſne tu te, Serui, cohibere, & meminiſſe, hominem te eſſe natum? Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter ſum confirmatus. Hoc idem, ſi tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas.* Recte *Rutilius Numatianus*, in Itinerario de Populonia euerſa:

Non indignemur mortalia corpora ſolui.
Cernimus exemplis oppida poſſe mori.

Et apud *Ouidium* lib. XIII Metamorphoſeos eorum, qui ſe Philoſophos recte vocarunt, primus, Pythagoras;

——— *Magna fuit cenſuque viriſque,*
Perque decem potuit, totum dare ſanguinis, annos,
Nunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas, 38
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit Sparte: magnæ viguere Mycenæ,
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces.
Vile ſolum Sparte eſt: altæ cecidere Mycenæ.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?
Quid enim immortale mortales manus faciunt?

ait ad Polyb. *Seneca* cap. XX & c. XXXVII. *Denique*, vt aliquorum ſanctæ erga Deum religioni, magnæque erga ſanctos martyres pietati palma ſacras hæ-

ædes,

Digitized by Google

Edit. I pag. ædes, ſi non in priſtinum omnino, in aliquem ſaltem ſtatum reuocandi ac reſtituendi, ſeruetur. Quemadmodum enim alia incendii eiuſdem ædificia refecerunt iam aliqui, ita & qui hæc reficiant, excitabuntur a Domino SIDONII forte aliqui, vt fiat Moguntiæ, quod Conſtantini Magni tempore, factum narrat *Euſebius* l. IX hiſtoriarum c. X. *Aderat*, inquit, *cunctis velut diuino munere infuſa lætitia, maxime videntibus ea loca, quæ paullo ante impiis tyrannorum machinis fuerant deſtructa, rediuiua conſtructione clariora, & celſiora conſurgere, templaque excelſa pro humilibus conuenticulis eleuari* †.

* Ita quidem illo, quo auctor vixit, tempore. Hodie vaſtitatis illius nil omnino ſupereſt; parietinis templorum ac ruderibus a Sueois, ad exſtruendum Guſtauiburgum, bello tricennali iam auectis.

† Quod auctor pie optauit, ſperauit, ex parte iam factum eſt. Vide, quæ infra notauimus ad c. XXXI ſect. I § V & VI; ſectione itidem III § 5. Poſt cladem Suecicam pedetentim rurſus ſe collegit Moguntia; cura potiſſimum *Ioannis Philippi*, & *Lotharii Friderici*, Electorum; variis immunitatibus ac priuilegiis, quæ fortiſſimorum inſtar inuitamentorum ſunt, illis, qui nouis vrbem reficerent, exornarentque operibus ac ædificiis, liberaliter promiſſis, conceſſis.

C A P V T X

An Galliæ vel Germaniæ vrbs Moguntina fuerit, & ſit?

GAlliæ vrbem fuiſſe Moguntiam docent Veteres. *Galliæ eſſe vrbem putant ex teſtimoniis veterum.*

1, *Tacitus* lib. IV hiſtoriæ.

2, *Ptolemæus* lib. II Geogr. c. IX in *Celtogalatia Belgica*, ſed tamen ita, vt infra Obringam fluuium, prout poſtea cap. XIII monſtrabitur, eam collocet.

3, In Concilio Sardicenſi apud *S. Athanaſium* apologia ſecunda, Moguntiæ Epiſcopus recenſetur inter Gallos, vt infra dicetur *. * l. 2 c. 8 & 23.

39 4, *D. Hieronymus* ad Gerontiam, cum dixiſſet: *Innumerabiles & ferociſſimæ nationes, vniuerſas Gallias occuparunt*; aliaque ſimilia generatim ſubiunxiſſet; ſubdit deinceps, quaſi exempli gratia, nominatim *Magontiacum*.

5, Apud *Vopiſcum* de Aureliano ita ſcribitur: *Apud Magontiacum tribunus legionis ſextæ Gallicanæ*, &c. Et poſtea in Probo: *Cum ingenti*, ait, *exercitu Gallias petit: quæ omnes, occiſo Poſthumo, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, a Germanis poſſeſſæ. Tanta autem illic prælia feliciter geſſit, vt a barbaris, ſexaginta, per Gallias, nobiliſſimas reciperet ciuitates: prædam deinde omnem, quæ illi præter diuitias etiam efferebantur ad gloriam. Et cum iam in noſtra ripa, immo per Gallias omnes, ſecuri vagarentur, cæſis prope quadringentis millibus, qui Romanum occupauerant ſolum, reliquias vltra Nicrum fluuium & Albim remouit.* cap. 7.

6, *Zacharias* Pontifex in epiſt. quæ incipit *Referente*, ſcribit de S. Bonifacio; *Vniuerſis Epiſcopis & Ducibus per Gallias, & Francorum prouincias conſtitutis.*

7. *Sigebertus* anno MLXXIV; *Colonia ciuitas frequentiſſima & poſt Moguntiam, caput & princeps Gallicarum vrbium* *.

* *Sigebertus* ad an. MLXXIV nil horum habet. Ad annum tamen cccxxv p. m. 493 diſerte: *ex quibus Albanus apud* Moguntiam Galliæ *ciuitatem* &c. & ad annum DCCCXIII p. 560; *Carolus Imperator per* totas Gallias *concilia ſuper ſtatu eccleſiarum Epiſcopis celebrari edicit. Vnum fuit* Moguntiæ, *alterum Remis* &c.

VValtramus, quem ſupra dixi, *Numburgenſis* l. d. *Caput* Galliæ *atque Germaniæ* Moguntia.

8, *Radevvicus*, qui Imperatoris Friderici I æuo ſcripſit †, *Non multo*, ait, lib. I, c. XII, *poſt tempore, ipſo in ciuitate Galliæ Moguntia nuptias cum multorum Principum aſtipulatione magnifice celebrante*, &c.

† Pro *Radevvico* leg. *Otho Friſingenſis*. Is enim hæc habet lib. I de geſtis Friderici I c. XII p. 414.

9, *Meginhardus* ſermone de S. Ferrutio apud Surium tomo V; *Moguntia excellentiſſimis Galliarum ciuitatibus conferenda.*

10, *V. Beda* in epitome: *S. Bonifacius Francorum Epiſcopus.*

40 11, *Sigebardus*, qui in S. Albani cœnobio vixit, de illo, eiuſque ſociis martyribus agens, in anno Domini CCCCXXV *Albanus*, inquit, *apud Moguntiam, Galliæ ciuitatem, reliqui vero in diuerſis locis Italiæ pro Chriſto martyriſantur.*

12, *Breuiarum Moguntinum* in lect. I de S. Albano, die XX Iunii, & lect. I

Digitized by

de S. Theoneſto, die XXX Octobris, eos in *Galliam* veniſſe, illumque in *Gal-* Edit. I pag.
lia martyrio affectum narrat.

13, *Rhegino* lib. II, anno DCCCCXXIII, & iterum poſtea, *Magontia,* inquit,
metropolis Franciæ, regiaque ciuitas.

14, *Sorbillo* in MS. *Magantius ad nobiliſſimum Rheni fluuium peruenit, vbi*
ad eiuſdem fluminis ripam Gallicanam, nobilem valde condidit vrbem. Et poteſt
* cap. 15 etiam ab iis, qui Alexandro Mammeæ balanoides ſaxum, de quo poſtea, * tribu-
† cap. 63 unt, *Lampridii* narratio afferri, qui ait †: *Cenotaphium in Gallia, Romæ ſepul-*
crum ampliſſimum meruit.

15, Et patet e communi ac vetere geographorum & hiſtoricorum, dum Galli-
am deſcribunt, conſenſu, hæc, quam loco citato expreſſit *D. Hieronymus,* ſenten-
tia; *Quicquid inter Alpes & Pyrenæum eſt, quod oceano & Rheno includitur,*
Galliam appellari. Et *Ammianus* lib. XV, *Gallia a latere quidem auſtrali, Tyr-*
rheno alluitur, & Gallico mari; qua cæleſte ſuſpicit plauſtrum, a feris gentibus
fluentis diſtinguitur Rheni: vbi occidentali ſubiecta eſt ſideri, oceano & altitudi-
ne Pyrenæi. Vnde ad ſolis ortus attollitur, aggeribus cedit alpium Cottiarum.
Et Germanis opponunt ſemper iidem auctores, hanc *Rheni occidentalem ripam,*
quaſi Gallicanam, vti & *Iulius Cæſar* initio lib. I de bello Gallico, *Strabo* lib. VII,
Oroſius lib. I, *Aimoinus* in præfatione, *Agathias* lib. I de Iuſtinian. Imp. *Auſo-*
nius epigrammate III.

16, Accedunt vetera eccleſiaſtica monumenta, in quibus ad Gallicanas eccle-
p. 197 ſias ſolet aggregari *Moguntina.* *B. Rhenanus* libro I; *Germania ſecunda, &*
vtriuſque Belgicæ pars, vbi conſedere Franci cum vxoribus & liberis, appella-
ta eſt Francia Teutonica, quod Franci Teutones eſſent, hoc eſt Germani, Teuto-
niceque loquerentur. Idem nomen Germaniam primam poſtea complecti cœpit.
Vnde legimus Spiram inter oppida Franciæ numerata, intellige Teutonicæ ſiue 41
Germanicæ. Vnde & in hac Francia præcipuas ſedes habuerunt priſci Franco-
rum Reges omnes, & Carolus ipſe Magnus, ac huius nepotes. Declarant hoc re-
gia ædificia, Aquenſe palatium, Ingelheimum prope Mogonciacum. Præterea
Kircheimum inter Seleſtadium & Argentoratum verſus Voſagum, Rufacum ſupra
Colmariam. Nam, vt modo diximus, poſt victoriam Tolbiacenſem quicquid pro-
uinciarum Gallicarum occuparant Alemanni, totum id in ius Francorum trans-
ierat. Ante Beatum *Viterbienſis* parte XVII fol. 507 *Teutonicos,* ait, *occiden-*
tales, id eſt, cis citraque Rhenum, Francos vocant; terram quoque ipſam, Fran-
ciam.

Collocatur tamen in Germania quadrifariam.

II Verum enimuero in Germania eandem collocant auctores fere quadrifariam,
1, Quia Germaniam aliqui magnam & minorem conſtituunt: huiusque minoris
partes duas, inferiorem & ſuperiorem, & vtriusque terminum, Moguntiacum.
Ita lib. II *Ptolemæus,* vt ſupra. Si dicas: Quomodo igitur in Gallia ſiue Celtoga-
latia eandem idem conſtituit *Ptolemæus*? Reſpondetur. Eum minorem Germa-
niam vtramque in Galliæ partibus reponere: ita vt ſimul & Germaniæ ſit vrbs
minoris, & Galliæ. Nam magnam Germaniam ſemper vltra Rhenum, verſus
Orientem, ſed minorem verſus Occidentem collocat. 2, Eandem minorem Ger-
maniam diuidunt alii in primam & ſecundam, ſed ita, vt vtraque adhuc Galliæ
pars ſit. Ita lib. XV *Ammianus.* *Nunc,* ait, *numerantur prouinciæ per omnem*
ambitum Galliarum: ſecunda Germania, ab occidentali exordiens cardine, A-
grippina & Tungris munita, ciuitatibus amplis & copioſis. dein prima Germania,
vbi præter alia municipia, Magontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Ar-
gentoratus, barbaricis cladibus nota. 3, Fuerunt, qui Moguntiam *Bauariæ* vrbem
dicerent, vti S. *Eulogius* in epiſtola, quam in Annalium ſuorum X retu-
lit Reuerendiſſ. *Baronius.* Iam vero, vti doctiſſime, accuratiſſimeque, in ſua de
Boicis rebus hiſtoria, docet D. *Marcus Velſerus,* Boii vel Europæi ſunt, vel Aſiatici.
Europæi vero, vel Transdanubiani, vel Cisdanubiani. Quia vero illi, quia trans Danu-
bium ſunt, Germaniam magnam incolunt, videri poteſt, qui Bauariæ vrbem nominat, 42
eam Germaniæ attexere. Quia tamen, qui cis Danubium ſunt, Noricum & Rhæ-
tiam tenent, magisque ad Gallias pertinent, videtur *S. Eulogius* in Gallia potius
Baioariam ponere. Dicit enim, ſe *allocutum ab inferioris Franciæ gremio reuer-*
ſos negotiatores. 4, Hodie, imperio & lingua, non Galliæ, ſed Germaniæ vrbs eſt.

Et

Digitized by Google

Blit. T Et ſic iam in Concilii Francofurdienſis principio, & quandoque in Francorum pag. Annalibus, dum Reges in *Germanicum regnum* veniſſe aiunt, in illo *Moguntiam* numerant. Vnde in S. Martini primis veſperis, poſteaquam ſonoro ſancti huius patroni ſui laudes hymno Moguntinus celebrauit clerus, pergit:

Martinum precibus gens modo Gallica
Dignis ſollicitat, noſtra & Germania.

Sic *Trithemius* c. VI S. Maximum *patria Moguntinum*, *natione Germanum* ait. Vide *Hieronymum Gebuilerium* lib. de Germania.

CAPVT XI

Quæ vetus Moguntiæ lingua?

CVm *Galliæ vrbs* Moguntia fuerit, Gallica etiam lingua eam vſam, dubitari non poteſt. Variam autem Galliarum linguam fuiſſe, docet initio belli Gallici Iulius Cæſar (*c.I*) & Ammianus lib. XV, ita vt ſuas inter dialectos alias, complecteretur etiam *Germanicam*. Apud Moguntinos autem viguiſſe *Germanicam*, intelligi poteſt *primo* quidem ex vicinia transrhenanæ Germaniæ. *Deinde* ex Treuirorum lingua, qui cum Galli eſſent, & in Gallorum ciuitatibus ac populis admodum inſignes, lingua tamen Germanica vtebantur, prout docet *S. Hieronymus* in præfatione libri ſecundi commentariorum ad Galatas (*tom.IX opp.p.* 136) *Galatæ*, inquit, *excepto ſermone Græco, quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem pæne habent, quam Treuiri.* At Galatarum ſermonem Germanicum fuiſſe, argumento ſunt propria illorum nomina, & quædam vrbium etiam, in quibus & eorum metropolis, prout ibidem a D. Hieronymo vocatur, *Ancyra*, ab *Ancker*, & *Germanopolis* & *Teuthobodiaci*, & *Teuthrania*. Quin & ex eadem Treuirica lingua, imo etiam Moguntina, ipſi eidem S. *Hieronymo* audita, & coram percepta, ſcripſit ipſe in Ioelis caput III (*tom.VI opp.p.* 56) *Vnaquæque gens certa viarum ſpatia ſuis appellat nominibus, cum & Latini mille paſſus vocant, & Galli leucas, & Perſæ paraſangas, & raſtas vniuerſa Germania*, ſcilicet a *raſten* id eſt, a quieſcendo, quemadmodum ibidem dixerat, *in Aegypto ſchænos vocari certa ſpatia, quibus quieſcerent, qui funibus naues in Nilo traherent* *. Et huiuſmodi *raſtarum* lapides aut ligna multis adhuc in locis videre eſt, ad præbendum baiulis onera ferentibus quietem & alleuationem aliquam. *Ioſephus Scaliger* lib. VI de emendatione temporum: *Francorum*, ait, *Gothorum, Longobardorum, Vandalorum eadem dialectus fuit, nempe Teutonica.* Vnde ab eodem poſtea dicitur *dialectus Teutonofrancica*, qua *Hilpericus* a Fortunato exponitur *adiutor fortis*; quaſi *Hilpffreich*.

Lingua Germanicum vſum, patet 1 ex vicinia Germaniæ transrhenanæ.

2 ex Treuirorum exemplo;

quorum ſermo Germanicus fuit.

43 (margin, beside "rum metropolis")

* Atenim legi hic meretur *Brovverus* proparaſcev. annal. & antiquit. Treuirenſ. cap. X; vbi inter alia notatu quam maxime digna §. XII p. 26 *hanc vernaculam*, inquit, *Galatarum linguam & affinem Treuericæ non dixero Germanicam extitiſſe, puta noſtram Theudiſcam, ſero a Francis nimirum illatam; gnarus, Galatarum parentes ex omni pæne Galliarum regione, ſuis diſcriminata linguis, in Aſiam profectos; atque haud paullo magis, quam dialecto, pro terrarum ſpatiis, & gentium inter ſe lingua moribusque diſtinctarum conditione, notis quamque ſuis enariaſſe. Cuius rei quod clarius optes indicium, quam Cæſaris etiam ætate in Ariouiſto proditum eſt*?*

* l. 1 de B. G. cap. 47.

II Quia tamen hic Moguntiæ caſtra Romanorum erant, & quia Romana deinceps lingua vna cum Romano inualuit imperio, factum eſt, vt hic Moguntiæ linguarum fere duarum vſus eſſet; Latinæ ſeu Romanæ, & Germanicæ, quam veteres *Theodiſcam*, quaſi *Teutſche* appellant. Sic enim Moguntinus Archiepiſcopus *Rabanus* in Moguntino Concilio c. II; *Cum omnia*, inquit, *Concilia Canonum, qui recipiuntur, ſint a ſacerdotibus legenda & intelligenda, & per ea ſit eis viuendum, & prædicandum: neceſſarium duximus, vt ea, quæ ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus ſcribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, vt in populo prædicetur. Et quilibet Epiſcopus homilias, continentes neceſſarias admonitiones, quibus ſubiecti erudiantur, id eſt, de fide Catholica, prout capere poſſint; de perpetua retributione bonorum; & æterna damnatione malorum; de reſurrectione quoque futura; &*
44 *vltimo iudicio, & quibus operibus poſſit promereri beata vita; quibusue excludi: & vt eaſdem homilias quiſque aperte transferre ſtudeat in ruſticam Roma-*

Negari tamen nequit, vſos ſimul Moguntinos Latina & Theotiſca, *quæ* poſterior, *qualis ſit, explicatur.*

nam linguam, aut Theotiſcam, quo facilius cuncti poſſint intelligere, quæ dicuntur. *Frodoardus* in Chronico: *Poſt quarum litterarum recitationem, & earum propter Reges iuxta Theotiſcam linguam interpretationem, ingreſſus.* Edit. I pag. Gregorii V epitaphium, in principis Apoſtolorum baſilica, fuit hoc:

Hic, quem texit humus, oculis vultuque decorum,
Papa fuit quintus nomine Gregorius.
Ante tamen Bruno, Francorum regia proles,
Filius Ottonis de genetrice Iudith.
Lingua Teutonicus, VVangia doctus in vrbe,
Sed iuuenis cathedram ſedit Apoſtolicam.
Vſus Francigena, vulgari, voce latina,
Inſtituit populos eloquio triplici.

p. 101 *Nithardus* Hiſtoriæ lib. III: *Decimoſexto Kal. Martii Lodhuuicus & Karolus in ciuitate, quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Stratzburg vulgo dicitur, conuenerunt, & ſacramento, quæ ſubter notata ſunt, Ludhuuicus Romana, Karolus vero Theudiſca lingua iurauerunt. Ac ſic ante ſacramenta circumfuſam plebem alter Theudiſca, alter Romana lingua allocuti ſunt.*

III Vt autem cuiuſmodi Theudiſca hæc lingua fuerit, cognoſcatur, ponit
p. 102 idem Nithardus ipſiſſima verba, dicens: *Karolus Theudiſca lingua ſic hæc eadem verba teſtatus eſt. In Godes minna induithes Chriſtianes folches ind vnſer bedhero gealtniſi fon theſemo dage frammodeſſa framſo mirGot geuuitz ei indi madh furgibit, ſo halt ihtis an minam bruher ſchal inthi vtha zermigſoſo maduo indimit lutherem in nothe in mit hing nege gango theminam uuillon imo ce ſcadhen uuerben.* Et paulo poſt: *Oba Karln then eid then er ſineno bruodher Ludhuvvige geſuor geleiſtit, indi Ludhuvvig min herro then er imo geſuor forbrihchit, ob ih ina nes aruuendenne mag, noh ih, noh thero, noh hein thenihes iruuenden mag* 45
uuidhar Karle imo ce follus tine uuirdhit *.

* Formulam hanc fœderis, linguæ Theudiſcæ monumentum antiquiſſimum, curatius edidit, notiſque expoſuit *Freherus*; poſt vero tum Nithardi libris ſubiunxit *Schilterus* p. 113, tum nouiſſime tomo I ſcriptor. Germanicor. Freheri inſeruit *Struuius*. quin Collectaneis etiam etymologicis part. I p. 108 & ſeq. *G. G. Leibnitius*. Emendatiorem vero, vt ſpes eſt, dabit *Diedericus von Stade*, tabulario Succo-Bremenſi præfectus, v. *Henr. von Seelen* Stad. litter. p. 105. *Pezoldus* miſcellan. Lipſienſ. obſeruat. xcviii p. 64 part. V.

Interim, vt *Leibnitius* eam in locis non paucis reſtituit, adſcribere iuuabit. *In Godes minna*, ind thes *Xriſtianes folches ind vnſer bedhero* gealtniſſi *fon theſemo dage* frammordes ſo *fram ſo mir Got* geuuizzei *indi mahd furgibit*, *ſo* hald ih thelan *minan bruodher* - - - ſoſo man mit rehtu ſinan bruodher ſcal, in thiu thaz er mig *ſoſo maduo*, *indi* mit Ludheren in notheinui thing nege *gango* zhe minan *uuillan* imo - - - - - - *ce ſcaden uuerben.*

Oba Karl *then eid* then *er* ſinemo *bruodher Ludhuvvige geſuor*, *geleiſtit*, *inde Ludhuvvig min herro then er imo geſuor*, *forbrihchit*, *ob ih ina nes* iou (ar) *uuenden* ne mag, *noh ih*, *noh thero* thein ih es *irruuenden mag*, *imo ce* folluſti *uuidar Karle* ne uuirdhit.

Wandelbertus lib. II de S. Goare, dicit, *Romanæ linguæ homines, qui in S. Goaris baſilica, quæ noto ad Rhenum loco eſt, ab nobili quodam contemptos, illumque ilico punitum.* Theudiſcam vero vocat *Einhardus*, lib. III de translatione martyrum c. XIII *barbaricam*; dicens, *puellam quandam Germanam, cum barbaricam tantum linguam noſſet, ac a dæmone obſeſſa eſſet, latine locutam, cumque per virtutem CHRISTI & B. martyrum merita liberata fuiſſet, loqui latine amplius nihil potuiſſe. Aimoinus* lib. II c. XIII; *Profecti Longobardi de Golanda peruenerunt in Rugiland, quæ latine* Rugorum patria *dicitur. Nam* Land *lingua Germanorum, patria dicitur verbo Latinorum. Trithemius* vero in
T. I opp. catalogo illuſtrium virorum: *Odfridus, ait, ex eo volumine, quo Carolus Im-*
p. 127 *perator quondam Magnus barbariam Theutonicæ noſtræ linguæ ad regulas inchoauit reducere grammaticales, edoctus, multa & miranda lingua materna ſecundum eaſdem regulas compoſuit metro ſeu carmine, quæ nemo facile noſtra ætate legere & intelligere poteſt, quantumcunque ſermonis noſtri peritus: quippe cum ſermo ille regulatus a noſtro plus differat, quam Etruſcus a Latino.* **
Mirabile tamen eſt, & lectione dignum, quicquid vir iſte compoſuit, dum in
Theu-

Digitized

Edit. I pag. 46 *Theutonico ſermone regulas poſuit, & quaſi in verſibus pedes & numeros cuſtodiuit.*

& oſtenditur, quomodo Germanica ceperit incrementa.

IV Cum vero Romana illa degeneraſſet, vt nouus ex ea ſermo, quo Galliæ hodie vtuntur, proſeminatus ſit, cœpit e contrario Germanica lingua magis & magis priſtinam tueri puritatem, ac perpolire; adeo vt vetera omnis generis diplomata, etiam illa, quibus metropolitanorum Canonicorum nobilitas probata, quæ ad hoc vſque tempus ſeruantur, linguæ Germanicæ monſtrent incrementum. Nam fere illa lingua, quæ hodie apud Saxones, Weſtphalos, & Belgas vulgo teritur, exprimunt non hodiernam Germanicam pronuntiationem; itemque paucula illa, quæ in ſacræ Wilhelmitarum ædiculæ ſuperſunt pariete: *Lovv vnd ihr ſie geſette dem Vatter*, &c. pro *Lob vnd ehr ſey geſagt*: & rurſum, quæ annis abhinc fere nonaginta Moguntiæ adhuc, tanquam optima, publice in templis pro concione dicebantur, & ab ipſo Reuerendiſſ. Præſule Bertholdo Hennebergenſi præſcripta erant, prout in S. Chriſtophori templo pendens e ſaxo quædam oſtendit tabula *: *Vatter vnſer der du biſt in den hiemellen. gehelget vverdt dyn namme. zukumme dyn rich. dyn vvill gevverdt, als in hiemell vndt in erde. vnſer deglich brodt gib vnſs hude. vndt vergibb vnſs vnſer ſchuldt: als auch vvir vergebendt vnſern ſchuldigern. vndt nyt leidt vnſs in bekorung. ſunder loſs vnſs von vbel. amen.*

Gegruſt ſiſtu Maria. vol gnade. der here myt dir. du biſt gebenediet vnder den frauvven. vndt gebenediet iſt die frucht dynes libes Iheſus Chriſtus. O du helge iungfravv Maria, mutter Gottes. bidt Gott vor vnſs: itzundt, vndt in ſtundt der dodes. amen.

Ich gleub in Got vatter almehtigen: ſchepper hiemels vndt erden.

* Forte *Nicolai Cuſani* ad exemplum ſuſpenſa. Is enim circa annum MCCCCLI id genus tabulas paſſim in templis publice proponi, affigique curabat; vt plebs, quæ capitum religionis tum maxima ex parte ignara erat, hoc facilius, meliuſque rudimenta pietatis caperet. Hildesheimi ſane, in æde D. Lamberti, illarum vnam vel hodienum conſpicias, cum hac quidem præfatione: *Do de dudeſce Cardinal* Nicolaus van Kuſa: *by Pavves Nicolaus tyden den fiften; des negeſten iahres na den güldenen iahr; na dudeſcen landen geſant vvard: de denn ſünderlicken ſtraſede dat gemeine vvertlike volck, dat ſe dat Pater noſter vnd den Glouen nicht recht ſpreken, dorumme gaf he dat in ſchrifften, vnd heyt idt in de kerken hengen na ſodaner vvyſe, als hier na volget: Dat Pater noſter* &c. *Caſp. Caluör* Saxon. inferr. antiq. gentil. & chriſtianæ part. I lib. III cap. V § 254 ſeq. ex apographo Hildeſia accepto.

Ceterum hæc, quæ olim in æde D. Chriſtophori pependit, tabula neſcio quo caſu, ab auctoris temporibus, ablata eſt.

Mitto, quæ ſequuntur alia. Certe liber Euangeliorum, qui Friſingæ aſſeruatur, in Theodiſcam ſiue Francicam linguam ante DC annos conuerſus †, ita incipit:

Nu vvil ich ſcriban vnſer heil
Euangeliono * *deil*
So vvir nu hiar bigunnen **
In Frenkiſge zungen ***.

† Eſt is *Otfridi*, monachi Wizanburgenſis, quem ab *Achille Pirminio Gaſſaro*, Medico Auguſtano, exſcriptum, preloque paratum an. MDLXXI Baſileæ imprimi curauit, & duplici præfatione Adolfo Hermanno Riedeſel, Mareſcalco Haſſiæ hereditario, dedicauit *Matthias Flacius* Illyricus: erroribus vero, quos Flacius admiſit, purgatum, gloſſarioque ſuo illuſtratum, in ſpecimine lectionum antiquarum Francicarum Stadæ an. MDCCVIII typis vulgato, promiſit, quem ſupra laudaui, *Died. von Stade.* Ceterum vid. *Lambecius* lib. II de biblioth. Vindobon. & ex eo *Reimmannus* in epit. Lambecio-Neſſel. lib. II cap. V p. 140 & ſeq. *Eccardus* hiſtor. ſtudii etymolog. cap. IX p. 86 & ſeq. *Pezoldus* l. d. p. 57 & ſeq.

* l. *Euangelions*

** l. *bigunnon*

*** l. *zungun*. Vid. *Rhenanus*, quo auctor heic vſus eſt, lib. II p. 362.

II, Videri de linguarum id genus mutationibus poſſunt *Beatus* lib. II, a fol. 106 vſque ad libri finem, *Goropius*, *Schudius*, *Nannius* cap. II miſcellaneorum, *Hottomannus* in Cæſarem de bello Gallico lib. I & V, & in Franco-Gallia, *Suffridus* l. I de Friſiorum origine cap. XIV & XV, *Lipſius* centuria II epiſt. XLIX.

CAPVT XII

Moguntinæ vrbis decora, & ornamenta.

Moguntinæ vrbis decora generatim ſpectatæ petuntur ex variis ſcriptorum elogiis.

POſſunt hæc ſpectari biſariam. 1, generatim & 2, ſpeciatim. Et generatim quidem ex elogiis, quæ ſunt

I *Nobilis ciuitas.* D. *Hieronymus* ad Gerontiam: *Magonciacum, nobilis quondam ciuitas, capta atque ſubuerſa eſt: & in eccleſia multa hominum millia trucidata.*

Rotgerus in S. Brunonis Archiepiſcopi vita c. XIII, *Moguntia vrbs nobilis, & opulenta.* Goſwinus in præfat. vitæ S. Albani ſimiliter. 47

II *Auguſtæ nobilitatis ciuitas.* Goſwinus cap. XXIV.

III *Nobiliſſima. S. Eulogius* in loco citato ſupra c. XI, & in Probi ad Romanum ſenatum litteris apud *Vopiſcum* *. *Goſvvinus* l. I cap. XXVII, qui vno veluti faſce plura colligat, ſic: *Hæc nobiliſſima vrbs opinatiſſimi illius Rheni fluentis alluitur, omniumque bonorum & honorum copia perfruitur: & ex omni gente, & natione confluentibus hoſpitalis & portuoſa, tam per Pontificalem primatum diuo apice, quam per regni faſtigium, mundiali culmine glorioſa, ſituque iucunda, glebis fecunda, aere ſalubris, delectabilis facie, omnique prorſus coronata dignitate.*

* in Probo c. 15.

IV *Regina.* Goſwinus loco citato.

V *Regia vrbs.* Idem c. XXIII, XXVIII, & XXXVII.

VI *Caput effecta regni Orientalium Francorum.* c. XXVI idem.

VII *Felix.* Venantius lib. IX

Reddita ne doleas, felix Maguntia, caſus.

epigr. IX

VIII *Magna & fortis.* Radevvicus * lib. I c. XIII.

* Quin potius *Otho Friſingenſis*, p. 414.

IX *Egregia vrbs & generoſa.* Ligurinus lib. I **.

** v. 380 & 386. quin v. 377 *celebris famoſi nominis vrbs.*

— *Opulenta opibus, opere conſtructa vetuſto Apparet quæ namque ſuper glacialis aquai Ripam Rheni.* *Candidus* in vita Eigilis metrica cap. XIV.

Longe amœniſſima vrbs. Chronic. *Epiſcopor. Hildesheim.* p. 805.

Domina vrbium Moguntia. *Sigehardus* epiſt. ad Conradum S. Albani Abbatem.

Quæ caput eſt regni Francorum maxima genti. Scriptor vitæ *Albani* metricus (vid. infra lib. II cap. XXVIII p. 276)

X *Pipini patria* }
XI *Francorum ſedes inclita* } Viterbienſis part. XVII fol. 312.

Viſitat almificam Pipinus in agmine Romam,
Nec tamen in Roma voluit geſtare coronam,
Fit modo Patritius, nomen, honorque tonat.
Inde Moguntinas patriæ remeauit ad ædes,
Regia Francorum quæ tunc erat inclita ſedes,
Qua Germanorum gloria ſumma ſedet.

XXII *Eccleſiæ Romanæ filia ſpecialis.* Vncialibus, aureisque litteris circum metropolitanæ eccleſiæ altare primum olim depictum, & annis abhinc aliquot interpolatum †.

† Conf. quæ notauimus infra ad cap. XXXI ſect. I § I n. 4.

XIII. *Aurea* *. 48

Appellatio, cur aurea vocetur, exponitur

* *Aurea* ſane *Moguntia* dicebatur olim in feneſtra antiqua, e vitro picto. quo vid. auctor infra cap. XXII p. 81.

Aurea *ſum villa*, Moguntia *nomine dicta*, eſt in carmine illo, quod auctor ſub finem capitis XV p. 66 adduxit. E multis aliis *Bertholdus* Archiepiſcopus in litteris, an. Chriſti MCCCCLXXXVI datis; *Verum cum initium officinæ huius artis in hac* aurea *noſtra* Maguncia, *vt vera eius appellatione vtamur, diuinitus emerſerit.* *Vlricus* itidem *ab Hutten*, Eques Francus, in epiſtol. ad Albertum

Edit. I pag. Cardinal. & Archiepiſcopum: *excludor ab aulis, ab vrbibus,* illa *etiam (o dolor)* aurea Moguntia. Conf. *Burckardus* commentar. de vita Hutteni part. II p. 82.

Cur autem ſic dicta, opiniones ſunt plures. *Primam* deſcribit noſter *MS.* hiſce verbis: *Coloſſus Druſilocus ſeu Druſilocum aut* Druſiloch *vocatus, agger fuit triangularis, atque in ſummitate ſua tricornis, vulgariter* dryſpitzig, *Romanorum militum clipeis aggeſtus in honorem Druſi Cæſaris. Inter quæ tria cornua cupream ſtatuam, ſeu phalangem, & deſuper nodum deauratum, Druſi viſcerum cineres continentem, poſuerunt. De cuius aurei coni ſplendore ex ſolis reuerberatione in oculos intuentium vibrato, homines admirati, Magunciacum appellarunt vrbem auream: ſicut Teutonicus noſter hiſtoricus in tertia ſectione teſtatur. Quam hiſtoriam ad Sigfridum vſque perduxit iuniorem Archiepiſcopum Maguntinum, qui præſidere cœpit anno Domini* MCC. *Aſſentitur his Sigehardus monachus monaſterii S. Albani, qui circa annum Domini* MCCXCVII *edidit legendam ſanctorum* Aurei & Iuſtinæ *martyrum. Altera* opinio eſt, a felici ſancti Aurei Moguntini Epiſcopi & martyris, de quo poſtea, nomine auream dici Moguntiam. *Tertia*, ab pietate, quæ aureo viguit ſæculo, aureumque nobis reddere poteſt ſæculum. Ideo enim & *Rotgerus* in vita S. Brunonis Archiepiſcopi Colon. cap. XIII *Moguntiæ*, inquit, *vigere ſolebat ſinceritas religionis*, prout infra etiam Chriſtiana eius decora monſtrabunt. Et ſic de alia virtute canebat Poetarum quidam *: * Horatius lib. 2 ode 10.

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Quarta, ab auri, argentique abundantia, & opibus maximis, quæ in eccleſiis fuerunt, de quibus in decoribus Chriſtianis poſtea *. *Quinta*, tam ab iſtis, quam ab aliis ornamentis omnibus, quæ recenſebuntur deinceps. Omnia enim eximia vocari eleganter ſolent *aurea* & *aureola*; vt *aurea verba*, & apud *Ciceronem* * *aureolus libellus*, *Athenæum* lib. XII. ex Pindaro, τῆς δίκας χρυσέων ὄμμα, τῆς δικαιοσύνης χρυσοῦν τὸ πρόσωπον, id eſt, *iudicii aureus oculus, iuſtitiæ aurea facies.* (* cap. 32; 49; * 4 acad. 44)

XIV Citatus antea cap. X *Meginhardus* dicit, *Moguntiam excellentiſſimis Galliarum ciuitatibus conferendam.*

XV Idem in prologo ſuo *Meginhardus diuam* appellat, magna cum ornamentorum ipſius omnium ſuperlatione, ſic: *Quidquid natura pretioſum, quidquid moralitate decorum, quidquid ratione ſplendidum mundus quadrangulariter teres vſquam mortalibus effert, diuæ tumidus totum Moguntiæ confert.*

CAPVT XIII

Profana ſeu communia Moguntinæ vrbis ornamenta, quoad ſitum, amplitudinem, fluuios.

MOguntinæ vrbis ornamenta, ſi ſpeciatim ſpectentur, duplicia ſunt. Vel enim ſunt profana, quæ in vrbibus omnibus ſpectari poſſunt, vel Chriſtianarum vrbium propria. Prioris illius generis ſunt potiſſimum *ſex.* *Speciatim, alia ſunt profana, qualia*

PRIMVM, ſitus, opes, & id genus alia, quæ in vrbibus commendari ſolent, de quibus omnibus auctores tantum veteres duos appendam, hiſtoricum vnum, poetam alterum: vtrumque paullo ante citatum. Prior eſt *Radevvicus*, cuius hæc, dum obſidionem Moguntinam, quam Friderici I pater Fridericus Dux inſtituerat, refert, verba ſunt lib. I c. XIII; *Eſt Moguntia, ciuitas magna & fortis ſuper Rhenum poſita, & ex parte, qua Rhenum attingit, ſpiſſa & populoſa, & ex alio latere, rarum habitatorem habens, vacua: muro tantum forti, non paucas turres habente, circumdata. Porrecta in immenſum longitudine, in lato anguſtior. Neceſſitas locum ſignauit. Nam ex ea parte, qua Galliæ contigua eſt, monte mediocriter in altum ſublato, artatur: ex alio vero latere, qua Germaniam reſpicit, Rheno: vnde fit, quod circum Rhenum nobilibus templis & ædificiis veſtita ſit, & verſus montem vinetis, aliisque vſibus expoſita.* Poſterior eſt *Ligurinus* lib. I v. 385 (*1 opes*; *amplitudo*; 50)

 Hæc

Hæc vrbs Francorum medijs in finibus, agris, Edit. I pag.
Vitibus, arbuſtis, populo generoſa frequenti,
Hinc ſtatione ſua Rhenum contingit, at inde
Extendit rapidam fines procul vſque Moſellam.
Turribus hæc eadem quondam murisque ſuperba,
Pæne fuit toto ſedes notiſſima regno.

De plateis tamen, ſi duas vel tres excipias, non eſt mendax *Aeneas Siluius*, dum in Germania ſua c. XXXV ſcribit: *Maguntia vrbs vetuſta, Variana clade* (ſupra c. VIII refutatum) *inſignis, templorum magnificentia, priuatis ac publicis ædificiis exornata, nihil habet, quod reprehendere queas, niſi vicorum arctitudinem.*

Hodie vero plures excipiendas eſſe, nemo, qui Moguntiam viderit, facile diffitebitur. Plures ſiquidem & latiores, & in longum proſpectum, qui vel oculos fugiat, ſi lubet, obire plateas licet; vt bene iam obſeruauit ſcriptor anonymus *Moguntia aurea* § XIII n. VI p. 170. Ex iſtis vero vel maxime huc referre fas eſt eam, quæ ab veteris cellæ porta (*alt-Münſter-pfort*) ingentem per aream, ab candefacienda tela linea olim appellatam, retento adhuc veteri nomine (*die Bleich*) viretis interſectis, ad hortum vſque arci contiguum, anno MDCCI protenſa fuit: ea itidem, quæ ab eadem porta, transuerſim vrbem, ad ipſam arcem, per eamque ad Rhenum vſque procurrit, nomine *fullonicæ anterioris* a priori diſtincta, atque ab vtroque latere ædificiis quibuſdam ſat ſplendidis veſtita.

portæ; *Portis*, quarum hodie vſus, decem clauditur. quarum tres * verſus Meridiem, Occidentem, & Septentrionem ſunt.

* Immo quinque. Huc enim & porta, quæ *Petri* vulgo vocatur, *das Peters-thor*, pertinet; quamuis per iſtam hodie non niſi in munimenta vrbis egreſſus ſit. Nomen nacta eſt, quod per eam olim ad ædem, quæ D. Petri memoriæ ſacra, & extra vrbem erat, ibatur. Dein *porta arcis*, per quam in aruum ad Rheni itur ripam: diſtincta ab illa, quam ad Rhenum & ducere & patere ſtatim docebimus. v. auctor. ſub fin. huius §. Ab Eminentiſſimo Electore hodierno multo ſumptu, elegantique inſtaurata ornatu eſt. Vulgo *porta Raimundi* dicitur.

Et prima, vbi quidem interi·r eſt, dicitur *Dietrichspfort*: vbi vero exterior, *Wilhelmiterpfort* **: altera *Gaupfort*, tertia *Altes münſterspfort* ***. Harum autem prima videtur eſſe *Druſi porta*, cuius a veteribus facta mentio, vti ſupra c. V tactum. Potuit enim vulgari vſu ex *Drieſs* fieri *Dietrich*, præſertim cum in Serar. l. 1 c. 5 Antiq. c. 24 edita iam S. Albani vita pro *Druſing* ſcribatur *Druſitig*. Deinde Wilhelmitarum nomen antiquum eſſe non potuit, cum illorum ordo neque antiquus ſit, neque a ſuo ſtatim principio Moguntiæ fuerit. Porta vero altera, cum ab aruo, in quod exitur; tertia ab antiquiſſimo B. Bilhildis, de qua poſt (lib. 2 *cap.* 30.) monaſterio nomen habeat, Druſiana eſſe porta non poteſt.

** Portæ huius, quam auctor primo numerat loco, & duplicem fuiſſe memorat, in locum alia poſt ſucceſſit, quæ *noua* nomine venit; obſtructa quidem a Gallis anno MDCLXXXVIII, ſed anno MDCXCIX magnis impenſis, multoque opere inſtaurata. Quem dixi, anonymus § XIII ſect. III p. 166; *Noua, quæ a paucis annis, Gallorum molimine ab ingreſſu veteri vnius plateæ internallo longius a Rheni litore dimota, ad meridiem obuerſa, introrſum magis vergit in ciuitatem: dirutarum ædium ſpatio nouis aggeribus incluſo. Dudum ante obrutum vetuſtate nomen erat, quo vel* a Dieterico, *neſcio quo, vel* a Druſo, *pluribus hic, quæ vidimus, monumentis incliso, fuerat inſignita. Exteriori aditu* Wilhelmitarum *vocarunt maiores noſtri: ſed quorum nulla iam hic extant veſtigia. Noſtra ætate ab exſuuiis inſculpti in lapide* Herculis portam *dixere: ſed quo breui exuta nomine: hodie* noua *eſt* porta.

*** Vtramque harum, *arualem* ſcilicet, & *veteri monaſterio* contiguam, qui Moguntiam ſuam variis exornauit modis, Aedificator vere appellandus, *Ioannes Philippus*, Elector, ad ſplendidiorem longe, anguſtiorem que formam redegit.

Reliquæ ſeptem portæ in Orientem ad Rhenum patent, quibus adiungi queat arcis porta ††.

†† Et hæ quidem hoc ſe excipiunt ordine:

I. *Porta Hircina*, vulgo *das Bocks-thor*: iuxta quam nauis ordinaria, quæ Francofurtum abit, quotidie deducitur; & quæ inde redit, ad terram applicatur.

II *Lignaria*, vulgo *die Holtz-pforte*.

III *Fabrum*, ſi quis illam huc referre velit; vulgo *das Schmidt-pförtgen*, catena ferrea oblique interclusa.

IV *Piſcaria*, vulgo *das Fiſch-thor*; iuxta quam forum piſcarium.

V *Porta ferrea*, vulgo *das Eiſen-thürlein*; ad quam, præter forum frumentarium, turris, in qua tum facinoroſi potiſſimum vinclis cohibentur.

Edit. I pag. bentur, tam interdum etiam, qui aliquo numero ſunt ac honore, ex inopinato dantur in cuſtodiam.

VI *Rubea turris*, vulgo *Roth-thurns-pfort*.

VII *Molaris*, vulgo *das Mühl-pförtgen*, ordinarie clauſa; prope quam foris fœnile publicum (*das Heu-Magazin*) ab intus vero armamentarium.

VIII *Arcis*, vulgo *das Schloſs-thor*, ab Electore Daniele magnifice reædificata, & aliquot exornata inſcriptionibus. vid. auctor. infra lib. V in *Daniele* cap. XVIII. Ad Rhenum ducit & patet (*gehet vnter der Cantzley durch*)

ALTERVM ornamentum eſt, quod & * *amnenſis* & *antemna* Moguntia ſit. *a ſitus ad duo flumina.* Nam & prope amnes Rhenum & Mœnum ſita eſt, & eos ante ſe, Orientem verſus, ſecundum ipſam longitudinis lineam habet: ſed illum magis: hunc, hoc tempore, paulum ſupra ſuburbium, quod a riuo e petris manante nomen accepit, *Filsbachenſe* dicitur **.

* *vide* Feſtum *de amnenſibus* (S.)

** Quod ne fruſtra quæras, velim ſcias, temporibus *Ioannis Philippi*, Electoris, quum Moguntia firmioribus cingeretur munimentis, penitus deſtructum fuiſſe. Addere iuuabit, quæ ſæpius iam nobis memoratus *aurea Moguntiæ* ſcriptor anonymus § XIII ſectione III p. 166 his refert verbis: *Inde ſuburbium ciuitati contiguum adhærebat: noſtra ætate ſubrutum, cum ſuis calcariis fornacibus, & hoſpitiis, & vltima plebis domiciliis: non adhuc extincto nomine, quod a* petræ riuo *manarat*, Filsbach: *in prolem eiuſdem municipii, velut extra ciuitatem natam, & educatam, a patribus & auis cum lingua & moribus deriuato.*

Et de illo quidem dicerem, niſi a tam multis tam multa iam dicta eſſent. de
51 hoc autem noto iſta. 1, Oriri eum e Bohemiæ montibus, aſſerit *Hermannus* *vbi de Mœni origine.*
Piſcator (*in epiſt. ad* Sorbill.) ſed proprie loquendo, e pinifero ſupra Bambergam monte, qui vulgo *Fichtelberg*, oritur. vnde & cum eo fluuii alii tres, prout cecinit, qui dixit:

Mœnus vbi pater, & cum Sala, nobilis Egra
Et Nabus ex vno fonte, lacuque fluunt.

Et: *Quam mediam Mœnus perlambit vitifer oram,* *Conr. Celtes.*
Cuius quadrifluo naſcitur vna iugo.
Piniferi cuius de vertice flumina ———
Quatuor ad partes orbis amœna cadunt.
Mœnus ad occaſum Francorum fertur ad oras.

2 An eius meminerit *Plinius* lib. IX cap. XV, ambigitur. Ait enim ille ſic: *Silurus graſſatur, vbicumque eſt, omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens, præcipue in Mæno Germaniæ amne propter Lisboum**. *mentione eius apud veteres.* At de talibus in Mœno ſiluris nihil, hoc quidem tempore, iſtiuſmodi auditur. Et boni deinde auctores Mœnum hic legendum negant: ſed vel *AEnum prope Viſbium*, vel *Rhenum prope Vbios*. idque maxime amplectitur in eum Plinii locum doctiſſimus *Dalecampius*, qui & addit: *Plinii tempore, nullus fuit in Germania Mœnus fluuius. Sic poſteritas eum vocauit, quem tali nomine ſæculum noſtrum agnoſcit.* Sed valde velim ſcire, vnde colligatur, nullum tunc Mœnum fuiſſe? An quia in Mœno ſiluri tam rapaces, tam contra equos validi nulli iam reperiantur? At neque opinor in AEno aut Rheno. Quid ſi olim fuerunt? Quid ſi fuiſſe putauit Plinius, neque tamen fuerunt? Quid ſi alius naturæ ſiluri erant? Nam in *Auſonii* Moſella ſiluros etiam legimus, ab hiſce tamen Plinianis admodum diuerſos, quos & *ſturiones* potius eſſe pugnat cap. III *Scaliger*. Mœnum ſane in Plinio retinet *Beatus* lib. II, locumque ita corrigit: *præcipue in Mæno Germaniæ amne prope Erlisbornim.* *p. m. 174* Ad Mœni enim ripam vicus eſt *Erlerbrunn*†, quaſi *alnorum fons*, vadoſus, equiſque abluendis, & potu reficiendis commodus. Et vero diſerte *Mænum* nominauit *Ammianus* lib. XVII (*cap. 2*)

* leg. *præcipue in Mæno, Germaniæ amne, protelis boum, & in Danubio marris extrahitur.* Vt adeo *B. Rhenanus* l. d. *Mænum* quidem recte in Plinio retineat; mendoſam vero codicum veterum lectionem, *propter Lisboum*, haud bene ita corrigat; *pro Erlisborni* (nec enim *prope Erlisbornim* habet, vt *Serarius* hic ſcribit)

† l. *Erlenbronn*, vt apud *Rhenanum* eſt l. d.

52 Iam 3, a quibuſdam vocatur *Moganus*, & *Mogus*, prout ſupra retuli cap. IV, *nominibus iisdem:*
& oſtendit Epiſcopus Herbipolenſis *Embricho* in litteris anno MCLIV datis*. An vero a Moguntia, vel duobus prioribus, qui huic nomen, vt eodem cap. IV dixi, dant riuis, vox ea fluxerit, non liquet.

* *Mœnis* dicitur apud *Pomponium Melam* lib. III cap. III conſ. *Vadianus* in adnotatione. p. 158.

Speciatim, an vocetur Obringa? 4 Demum quæritur, an eum vocet *Ptolemæus* lib. II Geogr. cap. IX in Celtogalatia Belgica *Obrincum*, & *Obringam?* Triplex opinio eſt. Quibuſdam Obrincus & Obringas *Moſella* eſt, vt pleriſque recentioribus Ptolemæi tabularum interpretibus & pictoribus. Quibuſdam Obrincus *Moſella* eſt, Obringas *Mænus*, vt meo MS. & *Io. Stoflerino* in Germanica Topographia. Quibuſdam demum tam Obrincus, quam Obringas, *Mænus*. Et, vti quidem reor, rectum id, ipſique in primis Ptolemæo conſentaneum. Nam 1, dum occidentalem Rheni ripam, a Septentrione Meridiem verſus, ille relegit, diſerte ſtatuit, Moguntiam, verſus Septentrionem, infra Obringam eſſe, & hunc, verſus Meridiem, ſupra eſſe. At ſi Moſella Obrincus aut Obringas eſſet, multo ſupra eum, verſus Meridiem, eſſet Moguntia, & ille, Septentrionem verſus, infra eam, prout & Confluentes ſunt. 2, Diuidit ibidem Ptolemæus *Germaniam* in *inferiorem* & *ſuperiorem*. & inferioris quidem principium ait eſſe mare, in quod Rhenus effunditur: finem vero fluuium Obringam: ſuperioris vero principium, eundem Obringam, verſus Meridiem, vbi Nemetes incipiunt. At Moguntiacum in illa inferiore, ſed proxime ante ipſius finem, ſuperioriſque principium collocat. Quod ſi vero amnis ille non eſſet Mœnus, ſed Moſella, neque Moguntia eſſet proxime ante Obringam in ſeptentrionali Germania illa inferiore, neque Obringas daret Nemetibus principium. 3, Diſtinguit ibidem Ptolemæus Belgicæ Galliæ ſeu minoris, occidentaliſque Germaniæ latus orientale a Germania maiore, ſeu orientali per flumen Rhenum, *cuius*, ait, fluuii *caput habet partes ſeu gradus long.* 29, *min.* 3, *latit.* 46. *id vero, quod eſt iuxta ipſius fluuii Obrinci ad Occidentem diuertigium long. gr.* 28, *lat. gr.* 50. Atqui Mœno hæc multo magis, quam Moſellæ conueniunt. cum hæc non ad Occidentem, ſed ad Orientem diuertat & flectat: ſicque in Rhenum confluat: Mœnus vero perſpicue in Rhenum ex Oriente influat, & ad Occidentem deflectat. Græca illius verba expendantur: τὸ κατὰ τὴν τοῦ Ὀβρίγκου ποταμοῦ πρὸς δυσμὰς ἐκτροπήν. quæ in correcto etiam *Gerardi Mercatoris* Ptolemæo male ſic: *Diuertigium, quod iuxta Obrincum fluuium eſt ad Occaſum.* cum vertendum ſit: *Id quod eſt ſecundum ipſum Obrinci fluuii ad Occidentem deflexionem*, ſeu *diuertigium.* Accedit demum, quod Obringas dictus videatur ex eo, quod ſupra Ringauiam in Rhenum immeet, vel quod ſuperiorem Ringawiam alluat, quæ *Geravvia* poſt dicta eſt. Nam quæ hodie *Ringavvia* dicitur, huius reſpectu recte *inferior* dici potuit*. Sit hoc tamen tanti, quanti cuique placebit; ſuperiora certe Moſellam iſto ſpoliant nomine. quin & *Nauam*, ſi quis hunc forte Obringam vocari crederet ob ſoni aliquam cum Binga, cui, vt ex Tacito, aliiſque notum, proximus, vicinitatem. In Arabicæ Geographiæ loco antea citato dicitur *Nahar Murin*, ſicuti Rhenus ipſe *Nahar Arin*†.

Edit. I pag. 53

* Oberring-au, Obringaw. (S.)

† Enimuero, falli *Serarium*, dum ſub *Obringa* Mœnum intelligit, *Brovverus* oſtendit proparaſceu. antiquit. & annal. Treuir. cap. XX § XI p. 66. Ipſe *Moſellam* eſſe putat l. d. § IV & ſeq; vt ante iam *Rhenanus* lib. III p. m. 617. *Cluuerus* in Ptolemæo legit *Abrinca*, & interpretatur die *Are* ſiue *Aar*, quæ, infra confluentes Rheni & Moſellæ, apud Sentiacum in Rhenum effunditur, lib. II German. antiq. cap. XXXVII. quem ſequuntur *Menſo Altingius* notit. German. inferior. antiq. voce, *Germania inferior*, p. 78; *Turckius* diſſertat. de geograph. German. medii æui § XVI p. 381 Germaniæ Hachenbergii mediæ; *Iunckerus* iſagog. in geograph. medii æui part. II cap. II ſect. I p. 125; nouiſſime *I. C. Spener* notit. Germaniæ antiq. lib. II cap. II § V p. 66, & in adnotat. lit. *m*) p. 67. Nec abire videtur *Cellarius* notit. orbis antiqui lib. II cap. III p. 323 & ſeq.

Quantas vero duo hi Moguntini fluuii opportunitates habeant, oſtendit quotidianus tot nauium ſcapharumque vel in Belgium deſcenſus, vel in Germaniam noſtram variis cum mercibus, Francofurtenſium præſertim nundinarum tempore, aſcenſus.

CAPVT XIV

Generis eiuſdem ornamenta, quoad vetera Romanorum præſidia, Duces, ponteſque.

E profanis etiam huc pertinet

IVlio *Cæſari* a Germanis poſtulanti, vt *eos, qui ſibi Galliæque bellum intuliſſent, ſibi dederent*, reſponderunt illi, *populi Romani imperium Rhenum finire**. Hunc

Edit. I pag. Hunc ergo imperii ſui limitem aduerſus ferociſſimas illas gentes vt tueri & con-
ſeruare poſſent Romani, varia variis in locis collocarunt præſidia: ſed Magun-
ciaci maxime, vt ex *Tacito*, aliiſque conſtare ſupra potuit cap. VII. Atque hinc *3. quod præſidio inſeſſa fuerit a Romanis.*
Tertium exiſtit profanum Moguntinæ vrbis ornamentum. Riui enim & amnes
antea recenſiti magnam caſtris optimis, & ſaluberrimis præbebant facultatem.

* *lib. 4 de bello Gallico cap. 16.* (S.)

Quartum. Ducis, qui a Romano aut Senatu, aut Imperatore conſtituebatur, *4. ſedes fuerit Ducis.*
ſedes erat Moguntia. Nam in libro, qui *Imperii notitia* inſcribitur, ſunt hæc: Dvx
54 Mogontiacensis, & poſtea; Svb dispositione viri spectabilis, Dvcis Mo-
gontiacensis. *Præfectus militum Pacenſium, Saletione. Præfectus militum Me-
napiorum, Tabernis. Præfectus militum Anderecianorum, Vico Iulio. Præfectus
militum Vindicum, Nemetes. Præfectus militum Martenſium, alta Ripa. Præfe-
ctus militum ſecundæ Flauiæ, Vangiones. Præfectus militum Armigerorum, Mogon-
tiaco. Præfectus militum Bingenſium, Bingio. Præfectus militum Baliſtariorum,
Bodobrica. Præfectus militum Defenſorum, Confluentibus. Præfectus militum Acin-
cenſium, Antonaco. Officium autem habebat idem vir ſpectabilis Dux hoc modo:
Principem ex officiis Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis; Numerari-
um a parte peditum ſemper; Commentarienſem a parte peditum ſemper; Adiutorem,
Subadiuuam, Referendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos Officiales.* Eius
mentio fit in lectione XVII de *S. Aureo* in manuſc. & apud *Beatum Rhenanum* P. 534
lib. III, *Magunciaci*, ait, *ſub poſterioribus Augg. Præfectus militum armigerorum,
& præterea Dux militaris, qui multas inſuper militum præfecturas gubernabat, illic
ſedem ſuam habuerunt.*

Quintum ornamentum. Duplicis generis *pontes*, quibus Moguntiæ ſtratus *5. pontes habuerit nauales.*
Rhenus fuit, inuenio. Alii enim ſunt *nauales*, ſeu ex nauibus compacti & ſtru-
cti: alii ſunt *vſitati*, e materie, lapidea, lignea. De *prioribus* videtur loqui
Tacitus lib. I Annalium * *Peruaſerat*, inquit, *circumuenti exercitus fama, &* * c. 69
*infeſto Germanorum agmine Gallias peti: ac ni Agrippina impoſitum Rheno pontem
ſolui prohibuiſſet, erant, qui flagitium formidare auderent.* *Ammianus* l. XVI;
*Cæſar Iulianus, ſeptem a Barbatione petierat naues, ex his, quas velut tranſiturus
amnem ad compaginandos parauerat pontes.* Clarius lib. XVII initio: *Idem Cæſar
petiturus ipſe Magunciacum, vt, ponte compacto, in ſuis requireret barbaros, cum nul-
55 lum reliquiſſet in noſtris.* Et lib. XVIII; *Poſt Hariobaudæ aduentum, incitatis viri-
bus omnes Moguntiacum venere. vbi Florentio & Lupicino Seueri ſucceſſore diſtincte
certantibus, per pontem illic conſtitutum tranſiri debere, renitebatur firmiſſime Cæſar.*
Paulo poſt: *Diu renifa eſt Alemannorum pugnaciſſima,* inquit: *gens, ne pons iun-
geretur in locum ad compaginandum potem aptiſſimum. Sed Hortarius Rex Roma-
nis ante fœderatus, ſuis tamen finibus amicus, Reges omnes, & Regales, & Regulos
ad conuiuium corrogatos retinuit epulis aduſque vigiliam tertiam, more gentili, exten-
tis. Sed e Romanis pauci, qui luſoriis nauibus taciti, ſuſpenſiſque remis tranſierant,
eos e ſympoſio diſcedentes adorti, effecerunt, vt illi diffuſe verterentur in pedes. Sta-
timque,* ait idem *Ammianus, difficultate omni depulſa, ponte conſtrato, ſolicitarum
gentium opinione præuenta, viſus in barbarico miles per Hortarii regna tranſibat in-
tacta. Herodianus (l. VI)* c. VII de Imperatore Alexandro Mammeæ (cuius vt poſt-
ea dicetur *, cenotaphio tribuunt aliqui glandeam Moguntinam molem) *Confecto* ait, * c. 15
*celeriter itinere, conſtitit ad Rheni ripas, atque ibi res ad bellum neceſſarias compara-
bat. Pontemque primo iunctis inter ſe nauigiis fecit in Rheno flumine, vt per eum ex-
ercitus tranſgrederetur, quippe hi maximi fluminum ſub ſeptentrione feruntur Rhe-
nus ac Danubius, quorum alter Germanos, alter Pannonios præterfluit.* Idem *He-
rodianus (l. VII)* cap. I de Maximino: *Conſtructo ponte tranſire in Germaniam co-*

gitabat. Et præterea ſubdit: *Siquidem tanta erat amnis illius profunditas & latitudo, vt irremeabilis fore videretur, nullis præſertim nauigiis in aduerſa ripa, & ponte ſoluto.* Iterumque c. II, *Collecto exercitu omni, ac ponte intrepide pertranſito, bellum Germanis intulit* †. Edit. I p. 86

† Pontibus hiſce tranſitoriis adnumerandus etiam venit ille *Croct Vandali*, de quo *Golſcherus* ſupra: *qui Rhenum apud Moguntiam ponte ingenioſo tranſiens* &c.

Tum vero *nanalis* iſte, quo bello tricennali Rhenum prope portam lignariam ſtrauere, qui tum Moguntiam inſidebant, Sueci. Vid. *Merianus* Topograph. Archiep. Mogunt. p. 3.

e materie; De *poſterioris generis pontibus* loquitur in panegyrico ad Maximinianum *Orator* ille *: *A ponte Rheni vſque ad Danubii tranſitum Guntienſem, deuaſtata atque exhauſta penitus Alemannia. Loquitur autem,* inquit libro III *Beatus Rhenanus, de ponte Maguntiacenſi*; & lib. I, *Maximianus Herculeus Regem quendam Alemannorum cepit, & per pontem Maguntiacenſem ingreſſus, totam Alemanniam populando percurrit, vſque ad traiectum Guntienſem, hoc eſt, vſque ad pontem, qui apud Guntzeburgum oppidum hodieque ſeruatur.* Rurſumque lib. III; *Arbitror Valentinianum Auguſtum ex Treueris venientem apud Maguntiacum in Alemanniam traieciſſe.* p. 636 · 56 · p. 154 · p. 640

* *Eumenius*: verum non ad Maximianum, ſed ad Conſtantium Cæſarem recepta Britannia cap. II ſect. I p. 86.

quos inter maxime celebris ille Caroli M. Sed apud omnes valde celebris eſt pons, quem Carolus Magnus exſtruxerat, de quo *Eginhardus* (*cap. XVII*) ſic: *Opera plurima ad regni decorem & vtilitatem pertinentia diuerſis in locis inchoauit, quædam etiam conſummauit. Inter quæ præcipua fere non immerito videri poſſunt, baſilica ſancta Dei genetricis, Aquiſgrani, opere mirabili conſtructa: Et pons apud Maguntiacum in Rheno D paſſuum longitudinis (nam ibi tanta eſt fluminis latitudo) qui tamen vno, antequam decederet anno, incendio conflagrauit. Nec refici potuit propter feſtinatum eius deceſſum, quanquam in ea meditatione eſſet, vt pro ligneo lapideum reſtitueret.* Et poſtea: *Pons Rheni apud Maguntiacum, quem ipſe per decem annos ingenti labore, & opere mirabili, e ligno ita conſtruxit, vt perenniter durare videretur, ita tribus horis, fortuito incendio conflagrauit, vt præter quod aqua tegebatur, ne vna quidem haſtula ex eo remaneret.* Ita *Eginhardus* **. cap. 32.

** Pons ille, quem Carolus M. Rheno impoſuit, vt hic memorat *Eginhardus*, anno DCCCIII conſtructus fuit, ſi quidem auctori *Chronici VVirzburgenſis* fides eſt. Is enim diſerte ad h. a. p. 503; *Karolus pontem quinquaginta paſſuum* (lege D) *conſtruxit Moguntiæ; tanta eſt enim ibi fluminis latitudo.*

Et quidem proxime e regione Caſtelli fuit exſtructus. Sic namque *Candidus* in vita Eigilis metrica cap. XIV p. 250;

Nam parte ex alia, caſtrum quæ cernitur ingens,
Haud procul a ponte ſurſum, quem ſoſpite regno
Olim Rex Carolus fecit.

Vtrum fortuito, quod *Eginhardus* l. c. ſcribit, an iuſſu Richolfi, quod *Marianus Scotus* ad an. DCCCXIV indicat, infra lib. IV in vita *Richolfi* diſquiremus.

De cetero luculentius paullo *Poeta Saxo* lib. V annal. de geſtis Caroli M. p. 167;

v. 441 *Præterea Rheni conſtrauit ponte fluenta,*
Commoda dans vrbi tanta Mogontiacæ.
Eſt ibidem latus quingentis paſſibus amnis,
Vt pondus tanti ſcire queas operis.
Quodque magis ſtupeas, firmauerat ordine recto
Colles ingentes fluctibus in mediis.
Suppoſuit baſibus hæc fundamenta locandis,
Et ſupra celſam ſtruxerat inde viam.
Hoc opus extremis illius pæne ſub annis
Conſumſit ſubito flamma vorax penitus.
Quod reparare volens, fieret quo ſaxeus illic
Pons, vbi conſtructus ligneus ante fuit,
Proh dolor! eſt obitu præuentus, opusq; remanſit
Hoc imperfectum, ſic quoque ſemper erit.
Virtutis monumenta manent tamen eius in amne
In vaſtis ſtantes gurgitibus tumuli.
Congeſta ſaxis etenim, tellureque moles
*Patent * elatis flumine verticibus.* * parent, Leibnit.
Aggeribusque pari ſpatio diſtantibus ordo
Metitur lati terga decens pelagi.
Quemque decem Rheni pontem conſtruxerat annis, p. 169
Horis conſumſit flamma tribus penitus.
Nam niſi quæ labens fluuius ſubtraxerat igni,
Haſtula nec ſaltem parua ſuperfuerat.

Pon-

Edit. I p. 56 Pontem, quem vt Rhenum in Germaniam tranſportaret exercitum, fecit lib. IV Gallici (*c. XVII*) *Cæſar*, narrat lib. III de Germania *Munſterus*, Moguntiæ in loco, vbi hodie D. Albanus quieſcit, exſtructum. Sed e Cæſare colligi videtur, Vbiis illum multo fuiſſe propiorem †. Iul. Cæſaris *vbi fuerit exſtructus.*

† Non male quidem. Sunt tamen & alii, qui Moguntiæ *Iulium Cæſarem* flumen ponte iſto commiſiſſe volunt. *Iacobus* certe *von Königshoven* cap. II chronici Alſatiæ § XXII p. 58; *vnd mahte zu Mentze gar eine groſſe vnd breite bruke über den Rin. die vvart doch ze hant von der Mentzer vnuruvve zerbrochen.*

ADDITIO,

alia eiuſdem generis ornamenta publica, quæ hodie vrbi ſplendorem afferunt, complectens.

Ornamentis hiſce iure optimo adnumerari poſſunt & Munitio vrbis, *&* Arx Electoralis, *&* Pons Rheno impoſitus, *&* Hortus Electoralis, *qui vulgo* die Favorite *dicitur.* In his

I Munitio *inter quinque iſtas, de quibus hoc capite pluribus, portas excurrit,* validiſſimis propugnaculis quindenis, ad mutuam defenſionem procurrentibus, ac mutuum proſpectantibus: omni artis ingenio & opere ad ciuitatis præſidium, nec ad decorem tantum, ſed ad munimentum, & frangendam hoſtium vim, machinaſque, Moguntiam ambiente. Eminet inter ea, imminetque ciuitati ex monte S. Iacobi caſtrum, illud quaternis præcipue propugnaculis inſigne, ac muro ſolidiſſimo roboratum. *Anonymus* aureæ Moguntiæ *ſcriptor* § *XIII n. IV p.* 168. Munitio,

Extra vrbem vero ante portam nouam, arualem, *&* veteris monaſterii, *in montium leniter aſſurgentium editis, noua procurrit, anno MDCCXIII menſe Maio cœpta; circumiectis quidem id genus operibus ac præſidiis, vt omnem hoſti aditum interclusum dixeris.*

II Arx *ſiue Palatium Electoris*, ad Rhenum, inferiore vrbis parte, conſpicitur: vbi in omnem & continentis trans Rhenum, & Rheni præterfluentis planitiem iucundiſſimus patet proſpectus. Deſignatæ ſunt toti operi alæ tres: ex quibus vel vna, quæ perfecta eſt, nomine reſplendeat arcis Electoralis. Exterior facies ex rubro lapide, ad omnem venuſtatem interluſuram ſecto, primum rapit adſpectum. Portæ binæ (*immo, tres*) ex nigro marmore, ad miram elegantiam polito, in conclauia ducunt multo ornatu illuſtria: ſed illud maxime, cui pro parietibus ſpecula (rariſſimum mole, læuore, ac nitore, hiſce annis in territorio Moguntino, *Lohræ ad Mœnum*, per Eminentiſſimum Electorem hodiernum, *Lotharium Franciſcum*, inchoatum opus) admirabilem lucem reflectunt. *Idem* anonymus *l. d. n. V p.* 169. *De cetero conf. quæ auctor habet* Serarius *lib. V p.* 877, 910, 940, *& quæ nos diximus in* Georgio Friderico *&* Damiano Hartardo *Archiepiſcopis.* Arx,

III Pons *hodiernus*, noſtra memoria ſupra Rhenum erectus, nauibus ſubiectis fultus ac ſuſtentatus XLII, ea latitudine, vt curribus obuiis ſpatium ſit, nullo impedimento. Ad citimum litus pars pontis exemptilis nauigiis maioribus vel appulſuris vel enauigaturis facili negotio reducitur, adduciturque. *Idem l. d. n. II p.* 164. *Opus eſt* Ioannis Philippi *Electoris, qui magnis illum impenſis in Rheno fecit, & anno MDCLXI, die XII Maii, vectigali ſoluto, primus pedes, aulicis comitantibus, tranſiuit:* Lotharius *vero, qui hodie Archiepiſcopatui iura dat,* Franciſcus *anno MDCCXV ab vtroque latere, defendendis in poſterum ab iniuria lapſus tranſeuntibus, lorica muniuit.* Pons naualis,

IV Hortus *eo loco, quo olim ſuburbium* Filsbacenſe *ſtetit, eſt, & quemuis facile in ſui rapit admirationem. Videas enim hic miram florum, plantularumque in areis, artificioſe per figuras digeſtis, varietatem; mireris ambulacrorum, ab vtroque latere fruticibus arbuſculiſque tam flexilibus quam tonſilibus veſtitorum, amœnitatem; ſtatuarum itidem vario opere elaboratarum, ordineque concinno poſitarum inſignem copiam; tum aquarum vim, hydraulicarum machinarum beneficio ex Nilis & Euripis per tubulos deriuatam, ac in caſtella ſua per epiſtomia emiſſam, grato ſpectaculo e cauernulis, venuliſque ſtatuarum & exilientem* Electoralis hortus,

ilientem & ſubſilientem: maxime vero mireris Heri Eminentiſſimi humanitatem, qui, qua erga omnes eſt clementia, nulli bono, cuiuscunque etiam ordinis ſit ac conditionis, amæniſſimum hunc locum, ſeceſſumque, illo etiam tempore, quo in deliciis ipſe quieſcit bis ſuis, occluſum vult. Operi, quod Reuerendiſſimus ac Perilluſtris Dominus, Chriſtophorus Rudolfus L. B. *de* Stadion, *ſummi Canonicorum Collegii olim Decanus, poſt Præpoſitus, inchoarat, faſtigium impoſuit, qui hodie rerum potitur, Elector* Lotharius Franciſcus. *Illo namque fatis functo, ſibi, ſucceſſoribusque anno MDCC redemtum, ſumtu tantæ dignitatis Principe digno, & amplificauit, & cum amæniorem tum illuſtriorem reddidit.* Edic. I pag.

CAPVT XV

De Moguntinis antiquitatibus.

E profanis hoc ſimiliter pertinent vetera monumenta,

SEXTVM Moguntinæ vrbis profanum decus e veteribus monumentis duci poteſt, quæ hic non pauca. *Beatus Rhenanus* libro III (*p. 534*) *Apud Spiram,* ait, *Nemetum, præter vnicam Conſtantii, ni fallor, inſcriptionem, nihil obuium eſt, quod Romanam antiquitatem arguat. Maguntiaci veterum inſcriptionum magna copia eſt, ideo quod Romani ibi ſemper ſint verſati, limitem Rheni tuentes, & ſub poſterioribus Augg. Præfectus militum armigerorum, & præterea Dux militaris, qui multas inſuper militum præfecturas gubernabat, illic ſedem ſuam habuerint.* 57

& quidem ſaxum illud glandiforme;

Ex iis eſt *primo* inſana illa ſubſtructio, quæ hodie in vineis S. Iacobi monaſterio proximis viſitur, glandis figura, *Eichelſtein*, quamque in Germanicis inſcriptionibus deſcribit *Apianus* (*p. m. 475*) ſic: *Altitudinem habet centum pedum, & planitiem in cacumine pedum octo, ex quo colligi facile poteſt, altiorem aliquanto eam fuiſſe. Baſis eius in circuitu patet CXXXII pedes.*

de quo variæ ſunt opiniones *1 quod attinet ad figuram;*

Et de hoc fuit iam pridem non leuis inter antiquitatis amatores diſſertatio, qualis, & quam ob cauſam, ea hic loci ſtatuta moles. Ac primo quidem fuiſſe huic non glandis, ſed pyræ ſeu pyramidis figuram, *complures*, inquit loco citato Apianus, *ſunt qui opinentur.* Sed ii fortaſſis non tam accurate pyramidis vocem vſurparunt: molemque altiorem, etiamſi pyramidis cacumen non haberet, quod, pyramidum tamen veterum more, ad memoriæ perennitatem excitata eſſet, pyramidem appellarunt.

2 illius auctorem. Quidam enim volunt, eſſe A. Glaſſæ *opus.*

Verum, eſto, fuerit aut non fuerit pyramis, a quo vel ad cuius memoriam excitata? Senas dinumeraui opiniones. *Primam* ita refert *Hermannus* in epiſtola ad Sorbillonem: *Minorum ordinis quidam frater retulit, ſe veraciter legiſſe, talem, vt reor, fabulam. Quidam Rex gentilium præpotens, A. Glaſſa nomine, audiens in fine mundi, mortuorum corporum reſurrectionem, & ante ſummi Dei tribunal, omnium humanorum actuum exactiſſimam fieri debere diſcuſſionem; irridendo & Deo reſiſtendo dixit: Eia ait, ſi ſic futurum eſt, me mortuum tam prægrandi muro faciam circumdari, quod ibi nunquam apparebo. Fracto igitur crure cum morbus indies ingraueſceret, tandem Deo, cui rebellauerat, volente mortuus eſt, & eius corpus ab amicis, ſicut præordinauerat, in Eychelſtein ſepultum fuit, indelebilis memoriæ nomen oſtentans, nullo vnquam æuo intermoriturum. Quod ſi certo auctore vel tempore probari poſſet, fidem adhiberem. Non enim quodlibet problema, quia ſimpliciter dictum eſt, ſed quia ſufficienter probatum eſt, credi debet.* Ita de immani fabulamento admodum leniter cenſor ille. 58

alii, Principis gentilis:

Altera opinio eſt *Georgii Wicelii* præfatione in Hagiologium, hiſce verbis: *Vetuſtiſſima, & famoſiſſima pyramis vulgo Eigelſtein, non a glande, ſed Eigel, Principe gentili, cuius combuſti cineres aſſeruabantur in hac columna. Tertia* eſt Germanici cuiuſdam hiſtorici, excitatam a Moguntinis molem hanc Aureoli regis bene de Moguntia meriti honori ac memoriæ. Ita enim ex illo refert manuſcriptus: *Hic Aureolus Rex, conſanguineus Marci Agrippæ, nobiles olim condiderat ciuitates Vrlens & Straſsburg, noſtram quoque Moguntiam plurimum illuſtrauit. Nam inter cetera ſuæ liberalitatis beneficia, limpidiſſimum fontem iuxta Fimben montis in cacumine ſcaturientem fecit riuulari in ciuitatem Moguntiacum, ob magnam aquæ potabilis penuriam. Fecit inſuper prædictus Aureolus Rex pro pecoribus adaquandis quoddam adaquagium in ciuitate Maguntina, vulgariter appellatum die Kezerküt. Tandem cum ſtupefactus Aureolus arcem Sydon* obſideret*

alii monumentum Regis Aureoli;

*Edit. I pag. *ſideret, ictu tormenti fuit extinctus, ſicut ait* die Rodele, *relatusque in Wangiam,*
quæ nunc vocatur Wormbs, *ibidem diem extremum clauſit. Ciues igitur Mo-* *a ciuibus*
59 *guntiacenſes Principis ſui morte comperta, nimioque doloris ſtimulo exacerbati,* *excitatum,*
pro futura ſecuritate prædictam arcem Sydon, cooperantibus prædicti Aureoli
Regis militibus, amicis, & familia, funditus deſtruxerunt, & lapides grandes
de Sydon arce ſuper Rheni fluenta ratibus ad Maguneiam deuehentes, hanc præ-
dictam pyramidalem columnam murotenus firmiſſimam, quæ vocatur Eychelſtein
murari fecerunt, ſicut ipſe viuens præordinauerat. Et comburentes eius corpus,
in vna deaurata cupa ſuper eam ſepelierunt illum, ſicut vnum Principem patrio
more. Quo defuncto maiorem ſibi honorem acquiſiere, quam prius ipſo viuente
habuerant. Ita germanus fabulator. *Quarta* opinio eſt *Hermanni Engeleri,* *alii,* Aurelii Alexandri Mammeæ;
S. Iacobi cœnobitæ, qui ſuperiorem potius opinionem corrigit, & explicat, dicens,
Aurelii Alexandri Mammeæ occiſi monumentum hoc fuiſſe. Idque ſentiunt etiam
alii, *hac fortaſſe,* inquit loco citato (*p.* 475) *Apianus, coniectura ducti, quod* Eu-
ſebius Cæſarienſis *refert in Chronicis,* Iordanus *in hiſtoria Gothica, &* Viterbien-
ſis *parte XV, Alexandrum occiſum Mogunciaci tumultu militari, quodque ab*
Aelio Lampridio hiſtorico ſcribitur, Alexandrum cenotaphium in Gallia, Romæ
ſepulcrum ampliſſimum meruiſſe. Vnde & illud quoque adiiciunt, Moguntiam
noſtram Germaniæ tum, atque Galliæ caput fuiſſe *Quinta* poteſt ſimiliter de
Aureliano eſſe, quia cum in Germania & Gallia præclare plurima & maxima
geſſiſſet, non in eo tantum loco, vbi interfectus eſt, ſtatuas ei marmoreas poſitas,
ſed alibi etiam ſepulcrum ingens delatum eſſe ſignificat *Lampridius* (*in Alex. Seu.*
c. 63) *Sexta* & vltima opinio eſt, in Druſi honorem eandem conſtructam eſſe mo- *alii, monumentum in Druſi honorem erectā;*
lem. Ita olim *Abbas Vrſpergenſis. Druſus* ait, *pater Claudii, qui quartus ab*
Auguſto Imperator fuit, *apud *Magonciam habet monumentum.* Itemque poſtea:
Druſus apud Rhenum, Mogonciam conſtruxit, vbi adhuc monumentum eius
monſtratur in modum pyræ. Eutropius lib. VII, *Druſus apud Mogonciacum*
c. 2, 1 *monumentum habet. Otho Friſingenſis* l. III, c. IV; *Monſtratur adhuc monu-*
60 *mentum Druſi Moguntiæ per modum pyræ.* Vnde *Apianus* (*p.* 475) *Conſtans,* *qua vltima communis hodie opinio;*
ait, *& communis fere exiſtimatio omnibus eſt, Druſi id eſſe monumentum. Eius*
rei Eutropius & Otho Friſingenſis Epiſcopus teſtes ſunt locupletiſſimi. Vtriuſque
vero ſententiæ in libro quodam amorum ſubſcripſit Chuonradus Celtis Germanus,
primusque inter Germanos poeticam lauream meritus.

* *An* Sedunum, *quod germanice* Sitten? (*S.*)

Ita etiam *Sorbillo,* & communis omnium hodie vox. Cui tamen duo aduer- *licet* Lipſii *calculum non meruerit,*
ſantur auctores. Vnus & recentior, & veteris memoriæ omniſque litteraturæ
multo ſcientior, *I. Lipſius,* commentario ad ſecundum librum annalium Taciti.
Druſo ait, *mortuo cenotaphium decretum ad Rhenum ipſum.* Dio *LV &* Suetonius:
Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem, ſtato die, quotan-
nis decurreret, & Galliarum ciuitates publice ſupplicarent. Neſcio an huic tu-
mulo adiuncta ara: apparet, quia Suetonius ait, ſupplicarent. *Volunt id cenota-*
phium ad Moguntiacum fuiſſe. repugnat hic locus, qui conſtituit inter Lupiam &
Rhenum. *Sed & Rauennæ ſepulcrum Druſus habuit, a Claudione eius F. an ab*
Auguſto ipſo extructum? Cuius memoria in lapide priſco ibi. Alter auctor eſt ci- Cœnobitæ *itidem* Hermanni,
tatus cœnobita *Hermannus.* Vult enim coloſſum alterum fuiſſe, qui Druſi me-
moriam & nomen ad poſteritatem propagare debuerit, eumque fuiſſe dicit in lo-
co, quem vocat *Druſilocum,* & *Druſilacium,* Germanice *Druſeloch. Qui & ho-*
die locus ſuo cum nomine remanet. Cum igitur, ait, *veteres Chronographi co-*
loſſum Druſi triangularem fuiſſe & tricornem dicant, vtpote aggeris, & ſtructu-
ræ ipſius viſu & præſentia certificati, atque ipſorum temporibus, ſcilicet circa
annum Domini MCCC adhuc exiſtentis, tu quæſo, F. Petre, in glandis modum
fuiſſe formatum, ne dixeris. Pluris enim eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti
decem. Extat ſane in hodiernum vſque diem locus quidam, vulgariter vocatus
Druſeloch, *non procul a vetuſtiſſima S. Nicomedis baſilica, nomen adhuc a Dru-*
61 *ſo retinens, vbi & noſtri monaſterii S. Iacobi nonnulli agri conſiſtunt. Vbi certiſ-*
ſima coniectura ſupra nominatum Druſilocum olim conſtructum extitiſſe putamus,
foris murum ſcilicet vrbis noſtræ Mogunciaci, qui murus tunc ambiebat adaqua-
gium pecorum, id eſt, Kezergrub, *leproſorium, & ſacram vallem. Nunc autem*
Druſilocum effoſſum & diſſipatum eſſe certum eſt. Quo autem tempore id factum
ſit,

ſit, mihi adhuc incertum eſt. Subiungit tamen, opinari ſe, *in Moguntino tumultu anno Domini MCCCXXX hunc fuiſſe coloſſum penitus dirutum; alterum vero illum tentatum quidem, ſed quia firmior erat, eo modo, eaque effigie, quæ hodie cernitur, relictum.* Edit. I pag.

veriſſima tamen videtur Hæ igitur ſane de mole hac ſaxea opiniones. Quarum quænam veriſſima videatur, ſi me quis roget, *duo* equidem fatebor. *Vnum;* in hiſce rebus inuitum & quaſi repugnantem meum verſari calamum, vel quod ad ſacra & Chriſtiana feror libentius; vel quod aliis, quibus ad hæc & huiuſmodi ſcrutanda, ingenii, otii, & lubentiæ plus, ſparta hæc magis congruit. *Alterum*; ſaxeam iſtam, quæ *ex aliquot rationibus.* hodie ſupereſt, molem, videri eſſe Druſianam. Mouet enim me *primo* tam vetus, tamque omnium ore iactata fama: *deinde* tanta tam multorum & bonorum, quos indicaui, ſcriptorum auctoritas. quibus in Theatri vrbium tomo V charta XXIII ſuum addere calculum video antiquitatis peritiſſimum, admodum R. D. *Iacobum Campium*, Moguntinæ huius Archiepiſcopalis ſedis Eccleſiaſticum Iudicem, & Protonotarium ſapientiſſimum. Cum enim de illo, quod apud Treuiros eſt, Egelano monumento diſſeruiſſet, adiicit: *Eiuſdem nominis monumentum extat Moguntiæ prope muros, quod indubitatum mihi eſt in honorem Druſi Germanici exſtructum.* Mouet *tertio*, eorum, quibus molem hanc ſupra laudati pultitant Lipſius & Engelerus, arietum infirmitas. Nunquid enim, quia inter Lupiam & Rhenum fuit aliquod ipſius Druſi cenotaphium, ideo alibi nullum eſt? An eidem plura erigi monumenta nequeunt? Ecce agnoſcit ipſemet Lipſius aliud, quod Rauennæ fuit. Cur non & iſtud Moguntiæ? Et vero tanto magis agnoſcere iſtud debuit, quanto fuit ad firmitatem ac perpetuitatem compactius & co-
*in Claud. c. 1 agmentatius. Ait enim *Suetonius**, *ad illud quotannis decurrere militem. Oportuit igitur*, ait loco citato, D. Campius, *tumulum non momentaneum, neque leuis operis, ſed firmioris & permanentis fuiſſe**. Iam vero *Engelerus* quid? 62
Chronographi, ait, *dicunt Druſi coloſſum fuiſſe triangularem & tricornem.* Vellem edixiſſet, quinam iſti Chronographi ſint. At extat *Druſeloch* hodie. Non nego. Nam & vites in eo, ſegetumque campi, & cenſuales id ſyngraphæ loquuntur. Sed quid vetat, ei ab Druſiana iſta ſtrue nomen inditum? Et vero peramplum ei circumiectum fuiſſe ſpatium, ex eo intelligitur, quod hic loci *decurreret exercitus*, huc *e Gallia ſupplicatum concurrerent ciuitates*, vti a *Suetonio* proditum.

* Conf. etiam *Brovverus* lib. I annal. Treuirenſ. § CXLVI p. 132.

vnde Eichelſtein vocetur, variæ ſunt ſententiæ; Sed vnde huic eidem monumento acciderit, vt *Aichelſtein* vocetur, tres ſunt ſententiæ. *Prima* Wicelii, vt ſupra tactum; quod *Eigel* Principis in eo conditi cineres. *Altera* plurimorum, quod eius monumenti forma ſit glandi, quæ germanice *Aichel* dicitur, ſimilis. Ideo enim ab Englero *glandisſaxum*, ab aliis græca voce *balanoides*, ab aliis *glandiformis* appellatur. *Tertia* citati antea doctiſſimi *D. Campii*, quod *aquilæ* ſignum ei ſuperpoſitum fuerit. Illam enim vocat idioma Gallicum *aigle:* & moris fuit in eorum, quos conſecrabat, in Deoſque referebat gentilitas, monumentis aquilam ſtatuere; quod ſuis ille verbis erudite loco citato ita explicat; *AEgyptii animam ſignificare volentes, aquilam pingebant, vt tradunt, qui de Hieroglyphicis ſcripſerunt. Et priſci ethnici eos, qui immortalitatem adepti eſſent, aquila vehi tradebant. Extant numiſmata, pro apotheoſi Impp. quorundam cuſa, quibus in antica parte ſcriptum eſt* Conſecratio: *In poſtica habent aquilam montis faſtigio inſidentem, expanſis alis cælum erecto capite intuentem, & quaſi volatu in altum contendere nitentem. Quibus conſentit hiſtoria Herodiani, qui libro quarto morem Cæſarum conſecrandorum deſcribit. Hæc aquilæ ſignificatio non male conuenit monumento in memoriam defunctorum edito, ſiue illi Romani, ſiue Galli fuerint. Nam & Gallos ante natum Chriſtum opinionem de animarum immortalitate habuiſſe, ac ita a Druidibus ſacerdotibus ſuis edoctos fuiſſe, ſcribit Iulius Cæſar lib. VI de bello Gallico. Licet ille ad* μετεμψύχωσιν *Pythagoricam* 63
id detorqueat. Sic illi ab æterna mente illuminati, iam tum ante, ad procliuius recipien-

cipiendam Euangelii lucem, diuinitus fuerunt præparati. Et poſtea: *Cum igitur in Druſi conſecrationem is tumulus poſitus fuerit, Romani ritus conſuetudo poſtulabat, vt aquila in apice poneretur. Et hinc poſteri, qui Gallica, Germanicaque promiſcue vtebantur lingua, nomen indiderunt* Aigelſtein. *Veriſimile eſt, & olim Coloniæ ſimile monumentum fuiſſe, vnde etiamnum porta vicusque vrbis,* Aigelſtein *remanſit.* Si a media & communi ſententia vellem ſecedere, ad *quam inter veriſimilli-* hanc ego ſane accederem. Non ſecedo tamen. primo; quia hunc in Druſi con- *ma, ita di-* ſecrationem poſitum tumulum non conſtat. Multi enim multis, etiam in Deo- *ctâ figura,* rum numero poſitis, excitantur abſque aquilis tumuli. cumque de funebribus Druſi honoribus a multis multa ſcripta ſint, de eius apotheoſi non memini legere. Ideoque in Treuiricum monumentum multo cadit aptius eruditiſſima coniectura hæc, quam in Moguntinum, quod illic aquilæ ſit veſtigium: hic vero neque ſit, neque legatur vllum, quanquam & antiqua Treuirorum breuiaria locum illum vocant *Elegium*, vnde poſtea *Egelium*. Et ſi ab aquila Germanicum accerſendum eſſet nomen, cur Gallicum potius *aigle*, quam Latinum adierint? cur non tam facile ab aquila factum eſſet primo *Aquelſtein*, deinde temporis progreſſu *Achelſtein*, quam ab *aigle*? Cur Gallo-Germanicam potius vocem quam Latino-Germanicam cuderint? ſed malo, vt dixi, vocem a glandis figura Germanicam. Probaui etiam antea c. XI, linguam Moguntiæ vſitatam fuiſſe non illam, quæ in Galliis hodie eſt, quæque *aigle* dicit; ſed eam Gallicæ linguæ dialectum, quæ *Germanica* ſeu *Theutiſca* fuit, & Latinam linguam. Illos tamen ab hiſtoriarum ignoratione non queo vindicare, qui hac in mole Druſi aut oſſa, aut cineres cogitant. Nam eius cadauer fuiſſe Romam magna cum pompa deuectum, teſtes Florus, Tacitus, Dio, Seneca, Suetonius, Zonaras, alii. Sed iſta quidem de his ſatis.

Qui plura velit, adeat *Blumbergium* in libello ſuperioris ſæculi anno XC lingua latina, hoc titulo, *Monumentum Druſi Moguntiæ obuium*, publici iuris facto, & poſt anno MDCC auctius edito, germanicaque donato veſte, cap. IV p. 164 & ſeqq. *Tenzelium* itidem in colloquiis menſtruis anno MDCXCVIII, menſe Auguſto.

II Antiquitas altera eſſe poteſt *Druſilacium*, ſeu pyramis potius aut coloſſus, *Inter vetera* in eo ſtatutus triangularis, de quo non multo ante tam multa manuſcripti aucto- *monumenta* [Edit. I pag. 64] res. Sed nullus eiuſmodi hodie coloſſus eſt, neque annus, quo deiectus ſit, con- *eſt* Druſilacium; ſtat, licet factum id ſuſpicetur Englerus in ciuico neſcio quo tumultu, circiter Domini annum MCCCXXX. Putarim ego ab iis deiectum, ad quos ipſe ager ac fundus ſeu hereditate, ſeu iure alio deuenit. Cum enim deformata iam & inornata ſtaret moles, vt e loco, quem occupabat, vtilitatis & fructus plus caperent, hanc ſubruerunt, quemadmodum & ſuperiorem ſaxeam Druſi molem tentatam ſæpius, & deminutam perſpicuum eſt. Videtur autem vel in Druſi rurſum gloriam, vel Alexandri certe Mammeæ, qui, vt ſupra dictum, Moguntiæ obtruncatus fuerat, erectus ille quondam fuiſſe. Huic enim poſteriori opinationi obeſt nihil vetus loci appellatio *Drüſenloch*. Totum enim ſpatium, quod a Druſiano ſuperiori monumento ad hunc vſque locum ab Oriente Occidentem verſus porrigitur, *Druſianum* vocari potuit, & quia hic loci decliuius fit, & in quandam veluti vallem aut voraginem deuergit, ideo nomen illud vulgo cuſum, quaſi Druſi foramen, antrum, aut vorago eſſet. Extat ibi hodie cum ſubiecto agello vitis triangula, in qua triangulæ veluti pyramidis veſtigia, & quædam adhuc humi ſaxa ſunt.

III Tertia item antiquitas conſtitui poſſent aliæ illæ ſaxorum moles, quæ prope *ſunt*, *ſaxeæ* illæ Dalheimenſem adhuc parthenonem ſunt. Sed de iis, quod videretur, dixi an- moles *prope* tea cap. VI. Scio a quibuſdam *Fintheim* dici quaſi *fontis domum* *, non propterea ta- Dalheim; men ſublatioribus hiſce columnis, & canalibus aqua inde ducta eſt.

* Quos inter *Trithemius*, qui in annalibus Hirſaugienſibus ad annum DCCCXCIII p. 44 ait: *Poſthac ad Moguntiam mouentes* (Nordmanni ſcilicet) *aqua ductum illum pretioſum atque magnificum, per quem de villa, quæ propterea* Fontheim *vocabatur, copia influebat aquarum in caſtellum ciuitati proximum.*

Ceterum *Fintheim*, de quo auctor loquitur, vicus eſt, altero a Moguntia diſtans lapide, eccleſiæ Moguntinenſis metropolitanæ Præpoſito ſubiectus; vulgo *Finten*.

IV Quarta Moguntinæ vrbis antiquitas eſto ipſe *Druſus*, cuius ſtatua cum coro- Druſi na, telo & paludamento in ſaxo eſt, quod in Moguntini telonii muro exteriore, & in *ſtatua*;

huius quidem angulo auſtrali velut inſitum apparet, hac inſcriptione, vt etiam ſupra notatum cap. IV *; *In memoriam Druſi Germanici.* In præfatione ſuorum pietatis exercitamentorum *Georg. Wicelius*, *Saxum*, ait, *eſt quadriforme Druſi Germanici, ac aliorum Ducum Romanorum ab ipſis ethnicis fabrefactum, quod in horto domus, e qua iſtuc exaro, viſitur* †. Edit. I pag.

* Immo, cap. V p. 20.

† Citatius paullo *Brouuerus* annal. Treuir. lib. I § CXLVII p. 132 & ſeq. *Quo iucundius aliquando fuit Rheni ripam iſthic obeunti, proximo vrbi municipio, efferri ſaxum vetus, ſculptura hominis an Dei, capite tecto, velut exuuiis ornata pecudis circumamicta, & in lacuum humerum reiecta toga, haſtam dextra, ſcutum ſiniſtra tenentis, cum epigraphe per quadrum eunte, ſurſum deorſumque:*

IN MEMORIAM DRVSI GERMANICI.

Neque lapidis ruditas ſeu ad vetuſtioris exemplum ſculpti, ſeu a poſteris locati, Druſi *memoriam oblitterat, cum noſtratibus Germanis, inuicem malum precantibus, hodieque* Druſi *nomen frequens in ore. Et exuuiarum geſtamen ac frons cornuta remotiorem vtique ſapiunt antiquitatem: nam & Iouis & Alexandri M. Regumque Macedonia notum eſt imagines ſculpi ſolitas effigie cornuta, & leonini capitis ſpoliis, a quibus imitatione virtutis & diuinitatis affectatione ſumſere Romani.* Conferatur etiam ſcriptor *Moguntia aurea* anonymus § VIII n. VII p. 93.

Atenim lapis hiece, Druſi ſeruans memoriam, periit, cum Galli anno MDCLXXXVIII, turri iuxta telonium, vna cum porta Hircina (vulgo *die Bockspforte*) deiecta, aliis locum firmarent munitionibus. vid. *I. C. Hiegell* ſpecim. I collectan. naturæ, artis, & antiquitatis p. 8, *Anonymus*, quem modo dixi, l. d. p. 93.

5 *duplex monumentum* Bretzenheimenſe; V Antiquitatem quintam dant maiorum, minorumque gentium Dii, ante Bretzenheimenſe templum benedictam aquam in ſaxi ſui cauitate illa ſuſtinentes, quæ fortaſſis olim magni alicuius apud ethnicos viri cineres ac vrnam habuit. Tri- 65
bunus ibidem quidam in ſaxeis gradibus, quibus ad cœmeterium templumque aſcenditur.

Monumentorum horum prius non ita pridem a nonnemine antiquitatum ſtudioſo ſublatum & diuenditum eſt. quod qui ægre ferant, culpentque, atque id iure quidem, eſſe ſcio. Poſterius vero ſuperat ibidem. *Bretzenheimium* ceteroqui vicus eſt, ſemihora ab vrbe diſtans, ac parthenonis Dalheimenſis ditioni obnoxius.

6 *varia numiſmata,* VI Antiquitatem ſextam efficiunt varia numiſmata, quæ non pauca in agris, vineis, & Rheni ripa, quandoque inueniuntur, etiam in oppido, quod *Caſtellum* (ſicuti illud ſuper Moſam, de quo *Ammianus* lib. XVII, *Ptolemæus* lib. II) vocabatur, hodie *Caſſel,* maxime in S. Georgii ſtructura.

Quin etiamnum plures ſubinde id genus nummos, vrnas itidem ſepulcrales, vrceos, arulas, aliaque Romanæ antiquitatis monumenta in vrbe, in agris, in vineis, & ad Rheni ripam erui teſtantur *I. C. Hiegell* l. d. p. 9 & 22, Anonymus *aurea Moguntia* ſcriptor, § VIII ſect. XI, XII, XIII, XIV p. 96. & ſeqq.

Et fuit quidem inter *nummos* ſuperioris ſæculi ſub finem erutos *Otho areus*, quem centum aureis, qui vulgo *Chremnitzer* dicuntur, ſibi redemit Heros excellentiſſimus *Ioannes Carolus L. B.* a *Thüngen.* vid. *Hiegell* l. d. p. 8. Alius itidem *Traiani*, quem vinitor quidam Weiſſenauienſis, iuxta cum vrna, vitro vi ignis liquato, magno latere, diuerſis clauis, lucerna fictili, ac duobus vrceis, dum vineæ repaſtinandæ tellurem aperiret, effodit; nunc vero laudatus nobis *Hiegellius* poſſidet, & l. d. p. 22 deſcriptum, tabula I vero, figura IV, delineatum dedit. Conf. *Anonymus* l. d. ſect. XIV p. 97.

Ex *vrnis* vero huc referri merentur duæ fictiles maiores. quarum vna, altitudinis pedum circiter quatuor, in platea, quæ ad propugnaculum montis S. Iacobi ducit, & vulgo *die Stickergaſſe* appellatur, ad faſtigium domus cuiuſdam, illiusque peruetuſtæ, catena ſuperioribus annis appenſa fuit. Altera Weiſſenauiæ effoſſa, dum idem ille, quem ſupra diximus, vinitor, liberata a Gallorum iugo Moguntia, vineam repararet ſuam. Vtramque æri inciſam, pluſculisque verbis deſcriptam exhibet Experientiſſimus *Hiegell* l. d. illam, p. 9, tab. I fig. III; hanc, p. 10, tab. II fig. I.

E *lucernis* vero, quas idem *Hiegellius* l. d. p. 18 & 19 tum deſcripſit, tum in tab. II & III delineatas nobis ob oculos poſuit.

E *ſimulacris* denique deorum, *Mercurius, Vulcanus*, aliaque, quæ ſupra nobis memoratus Heros, *L. B.* a *Thüngen*, S. C. M. Campimareſchallus, ac præſidio Moguntinenſi tum præfectus, quod id genus antiquitatum per eſſet ſtudioſus, ſibi vindicauit; *Hiegellius* vero laudatus p. 19 & verbis & ſtilo artificis depictas dedit.

Harum vero priſci temporis notarum magnam partem in ſuo Antiquitatum libro a folio 465 vſque ad 484 expinxit *Petrus Apianus*, Ingolſtadienſis Mathematicus, qui etiam in præfatione ad lectorem, eaſdem aliquot ante annis, excuſas fuiſſe ait *, & citatur ab *Antonio Auguſtino* in fine dialogi vndecimi.

Quas *Apianus* e Moguntinis expinxit antiquitates, inſcriptiones ſunt antiquæ in vrbe & agro Moguntino repertæ, quas *Ioannes Huttichius* (de quo tomo II ſect. V) collegerat, & tabulis ligneis inciſas primum anno MDXX Moguntiæ luci dederat publicæ.

Pictu-

Edit. I pag. Picturas adiungo,



66 Et verſus, parum illos quidem elegantes, ſed qui tamen quaſi ornamentorum ſummam omnium complexi, a MS. omnibus recitantur:

Aurea ſum * *villa, Moguntia nomine dicta.*
Mundi matrona, ſpecialis filia Romæ.
Plebe fecunda, ſpecioſa, ſituque iucunda.
Fontibus, & fluuiis, atque aëre tota ſalubris.
Sum diuinorum lux, & decus officiorum.
Et plantata piis cum ciuibus, atque benignis.
Raro bellifica, ſed pacis ſemper amica.
Huius ſum laudis præ cunctis vrbibus orbis.

* Villa *hic dicitur* vrbs, Gallice vne ville (S.)

Eſt in Poëta non optimo poetica hyperbole. cuius tamen cauſſa, poteſt Moguntiæ dici, *Tene quod habes.* Apocalypſis capite III v. 11.

CHRISTIANAE MOGVNTIAE ORNAMENTA.

CAPVT XVI

De inſigni Moguntinorum antiqua fide ac pietate.

Primum omnium primum & maximum Moguntinæ vrbis decus & ornamentum eſt, ſacroſancta CHRISTI IESV, Domini ac Saluatoris noſtri, fides ac religio. eaque primo, ſtatim poſt glorioſam illius aſcenſionem, ſæculo ſuſcepta, vt infra (*l. II c. I*) cum de Epiſcopo primo dicetur, planum fiet.

67 II Alterum, eiuſdem ſacroſanctæ fidei iam inde a primis illis CHRISTI Domini temporibus, ad hodiernum vſque diem, perpetua conſeruatio, & quidem per tot ſæculorum vices, tot imperiorum rerumque mutationes, tot gentilium in Chriſtianos tragœdias, tot & tam variorum hæreticorum furores & impoſturas. Nam *Arianorum* in Catholicos vis quanta hic olim fuerit, docebit nos poſt-

2 *Fidei perpetua conſeruatio.*

ea S. Aurei & S. Albani cruor. *Prædeſtinatianorum*, quorum ab orco nobis errores hodie reuocant Caluiniſtæ, quæ ſuperioribus ſæculis hic fraudes & cuniculi, monſtrabit contra eos habita in S. Albani ſynodus. Quomodo impudens etiam *femina*, quaſi a Lutheranis noſtris didiciſſet, *Chriſtianis omnibus & ſingulis parem ſacerdotii dignitatem datam*, ſibi publice prædicandi, varieque homines decipiendi ius vſurparit, manifeſtum faciet Rabani Epiſcopi contra eam paſtoralis vigilantia. Noſtro autem ſæculo eandem ſacroſanctæ religionis integritatem, quot hic, quamque multiplicibus technis, blanditiis, erroribus, tumultibus, direptionibus, incendiis tentarint, in multis labefecerint, nunquam penitus deiecerint, aut conuulſerint *Lutherani* & *Caluiniani*, manifeſtum facient, quæ in Epiſcopo *Alberto* poſtremo, ſecutiſque Archiepiſcopis tanguntur. Edit. I pag.

lib. 5

3 in religione feruor: qui explicatur

III Tertium ornamentum eſt, in eadem ſancta & Catholica religione priſcus Moguntinæ ciuitatis feruor ac pietas, quæ e ſignis quidem pluribus poteſt intelligi, ſed e duobus maxime, quæ ſtrictim ſuperius (*c. VII ſect. III*, 4) aſpecta, paullo hic diligentius contemplanda. Meminiſtin', optime lector, quid de Moguntiaco antea *S. Hieronymus*, quid, ethnicus quidem, diligens tamen auctor, narrauit *Ammianus?* Ecce bis captam, bis ſpoliatam, bis euerſam ac dirutam vrbem iſtam illi ſcribebant. ſed ad eorum verba parumper attende. Vide veterem Moguntinorum pietatem. Expende *locum*, vbi hi a teterrimis fidei hoſtibus deprehenſi; *tempus*, quo ab iiſdem inuaſi; *multitudinem*, qua pro Christo Iesv conſtantiſſime ſimul trucidati.

verbis Hieronymi,

Prior ille, *Moguntiacum*, inquit, *nobilis quondam ciuitas, capta, atque ſubuerſa eſt: & in eccleſia multa hominum millia trucidati.* Non in campis luſitantes aut palantes, non in cauponis potitantes aut cantillantes, non domi ſuæ deſidentes, aut latentes, non in foro aut circulis confabulantes, ſed *in eccleſia* occiſi ſunt Moguntini, ante annos, vti 68
ſupra dictum, MCXCVI, precibus vacantes, diuina celebrantes myſteria, ſacrarum hoſtiarum inſtar, ad ipſas Domini aras. neque ii tantum aliqui, ſed numero ita multi, vt, quod in periculo cladeque tanta plus alioqui ſatis foret, non eſſent aut centum, aut ducenti, aut mille, ſed *millia*, & quidem *multa millia*. Quantum hoc priſcæ, chriſtianæque virtutis exemplum? Frequentior hodie multo, quam ſuperiore annorum quinquagenario, Moguntinorum ciuium dicitur numerus. vt tamen *multa* hic ſimul *millia* contrucidarentur, nullum excludere oportet ordinem, ſexum, ætatem. Ideoque & hinc exiſtimare poſſumus, in eccleſia illa *ſacerdotes* & *clericos*, religione, deuotione, atque conſtantia populo reliquo præiuiſſe: *populum* ſuis ſeſe ſacerdotibus & clericis, magno pietatis, chriſtianæque ſimplicitatis ſenſu, coniunxiſſe; *viris* cohæſiſſe *vxores*; concurriſſe *adoleſcentes* ac *pueros*; *virgines* ac *puellas*; chariſſima ſecum in vlnis & ad manus habuiſſe pignora *matres*; ſicque ſimul omnes barbarico gladio cæſos, ſuo ſacro eccleſiam illam ſanguine aſperſiſſe: poſteroſque ſuos voce velut edita monuiſſe, vt fidem pluris quam vitam facerent: occidi malint corpore, quam animo: eccleſiam libentius denſiuſque, quam alia loca vlla ineant. Eſt vero & illud conſiderandum, quantum iam illis iiſdem temporibus hic Moguntiæ templum fuerit, quod *multa* hominum *millia* capere potuerit. Nam non in eccleſiis, ſed *in eccleſia* occiſos illos ait ipſe ſanctus *Hieronymus*. Vbi autem hæc fuerit, nihil aſſeuerare habeo. Quia enim S. Albani locus vocatus olim eſt *mons martyrum*, in eo baſilicam illam ſteriſſe crediderit quiſpiam. Sed fuiſſe illam in vrbe, apparet ex ipſo loquendi modo, quo vtitur *S. Hieronymus*. At mons ille, & nunc, & olim extra vrbem fuit. Ideoque potius, vbi priſcis temporibus fuit vrbs, & vbi ſanctus interfectus Aureus, fuiſſe templum hoc dixerim.

Ammiani Marcellini,

Iam vero *Ammianus* de Alemanno Randone: *Moguntiacum*, inquit, *præſidiis vacuum irrepſit. Et quoniam, caſu, chriſtiani ritus inuenit celebrari ſolennitatem, impræpedite, cuiuſquemodi fortunæ virilem & muliebrem ſexum cum ſupellectili non parua indefenſum abduxit.* Ecce, qua cura, quanta pietate feſtos dies, ante annos amplius MCL agitarunt Moguntini! Concurrerant ad eccleſiæ diuina officia omnes; vel certe, in feſtæ ſolennitatis reuerentiam; erant 69
inermes; gladium ac telum nemo gerebat; bellum & lites meditabatur nemo. Quomodo enim alioqui cauſſam bonam afferret hiſtoricus, cur ſpolia, *ſupellectilemque* tantam, tam multos, & *viros*, & *mulieres*, *indefenſe* ac *impræpedite*,

Edit. I pag. id eſt, abſque vllo vllius, qui obſiſtere, armiſque & vi ſe ſuaque defendere vellet aut poſſet, impedimento, abduxiſſet irrepens Barbarus? niſi ſi dicamus, gladios quidem & arma in promptu iis fuiſſe: ſed, ob feſti diei cultum & honorem, repugnare, ſeſeque ac ſua ferro tueri noluiſſe. At iſto modo clareret multo magis Moguntina vetus erga Deum, ſacraſque ipſius cæremonias religio. conferenda ſane cum illa, quæ in Iſraelitis quibuſdam viſa, cum verum Dei cultum, ſacrumque Hieroſolymitanum templum omni diritate inſectaretur Antiochus, illoſque bello laceſſerent huius ſatellites, die ſabbati. Nam, vt in I Machabæor. cap. II v. 36 & 37 ſcriptum eſt, *non reſponderunt eis, non lapidem miſerunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes; Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra: & teſtes erunt ſuper nos cælum & terra, quod iniuſte perditis nos.* Vide, ſi libet, quæ de iſtorum laude e *S. Ambroſio* I offic. c. XL, & ex aliis notaui in Machabæorum librorum harmonia, loco citato fol. 631 & ſeq. Quin & eadem iam expoſita veterum Moguntinorum in ſacris Chriſtianæ fidei myſteriis, templis, feſtis & ritibus inſignis laus comparari non male poteſt, cum illuſtriſſimo illo ſanctorum Nicomedienſium ardore, de quibus *Calliſtus Nicephorus* lib. VII c. VI, *Menologium Græcorum* die XXVII Decembris, *Martyrologium Romanum* menſis eiuſdem die XXV hiſce verbis: *Nicomediæ paſſio multorum millium martyrum, qui cum in Chriſti natali ad Dominicum conueniſſent, Diocletianus Imperator ianuas eccleſiæ claudi iuſſit, & ignem circumcirca parari, tripodemque cum thure præ foribus poni, ac præconem magna voce clamare, vt qui incendium vellent effugere, foras exirent, & Ioui thus adolerent. Cumque omnes vna voce reſpondiſſent, pro Chriſto ſe libentius mori; incenſo igne conſumpti, eo die naſci me-*

70 *ruerunt in cælis, quo Chriſtus in terris pro ſalute mundi naſci dignatus eſt.* Quis autem ille apud Moguntinos feſtus dies fuerit, nominaſſet, opinor, *Ammianus*, ſi quidem ſciiſſet, vti fecit lib. XXI, cum de Iuliano ſcripſit Apoſtata; *Vt omnes nullo impediente ad ſui fauorem illiceret, adhærere cultui Chriſtiano fingebat, a quo iam pridem occulte deſciuerat, arcanorum participibus paucis, aruſpicinæ, auguriiſque intentus, & ceteris, quæ deorum ſemper fecere cultores. Et vt hæc interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes menſe Ianuario chriſtiani Epiphaniam dictitant, progreſſus in eorum eccleſiam ſolenniter, numine orato diſceſſit.*

& confertur cum exemplo Machabæorum.

nec non ardore Nicomedienſium.

CAPVT XVII

De Moguntinis Sanctis.

QVartum Moguntinæ vrbis decus & ornamentum, VIRI SANCTI. In quibus non immerito primas teneant illi, qui pie ac ſancte in eccleſia, de qua paullo ante, pro CHRISTO Domino mortem oppetierunt, deinde S. Albanus martyr, & complures Epiſcopi, quorum numerantur martyres VIII vel IX; egregia vero vitæ ſanctimonia præſtantes plures alii, de quibus ſuo loco, præſertim lib. II.

4 huc pertinent Sancti Moguntini

II Quintum ornamentum, *Sanctorum reliquiæ;* quæ quidem non paucæ olim fuerunt, & ſunt: de quibus *S. Aurei* lectio LV & LIX; ſed ex iis, quæ mihi viſu vel auditu compertæ, ſunt hæ veluti præcipuæ:

5 Sanctorum itidem reliquiæ, quæ enumerantur.

c. 22 I S. ALBANI caput, de quo lib. II, in ipſius æde ſacra, vbi etiam vſque ad numerum XVII aliæ, quæ ſequuntur.

c. 17 II S. AVREI Epiſcopi, de quo item lib. II.

v. l. & c. 19 III S. IVSTINAE ipſius ſororis.

IV S. VINCENTII, Leuitæ & martyris Hiſpani, caput, huc a Carolo Magno tranſlatum. De hoc autem S. martyre *S. Auguſtinus* de ſanctis ſerm. VIII, IX, XII, XIII; de diuerſis ſerm. XLIV & CII; *S. Leo* in ſerm. *Venantius* lib. V; *S. Bernardus* ſerm. par. LXVI; *Turonenſis* l. III c. XXIX; *Martyrologium Rom.* die

71 XXII Ianuar. Eſt autem hic *S. Vincentius* ab Aginnenſi, de quo XVI *Turonenſis*, & l. I & VIII & IX *Venantius*, diuerſus, prout poſt Baronium probat etiam *Scaliger* lib. VI de emend. temporum.

V S. VINCENTIA, S. Seueri Epiſcopi Rauennatis, antequam Epiſcopus crearetur,

tur, vxor; quæ per Orgarium Archiepiſcopum Rauenna huc aduecta fuit: ipſe vero S. Seuerus Erphordum.

vi S. Innocentia, eiuſdem filia virgo.

vii S. Ivstinvs Preſbyter, qui S. Laurentium, & alios martyres ſepeliuit, de quo *Rom. Martyrologium* die xvii Septemb. & ibidem *Baronius*.

l. 1 c. 34 viii S. Ferrvtii magna pars; cum tamen is Bleidenſtadii fuerit a B. Lullo, vt infra dicetur, conditus: & cum eius caput neglectius in Ringawiæ vici cuiuſdam loco vili & abiecto, veluti contemptum, proſtaret, illinc in Societatis Iesv templum a quodam allatum eſt: bonaque Reuerendi & Nobilis Domini *Ioannis Schütz* ab *Holtzhauſen*, qui Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi *Wolfgangi* Vicarius tunc erat, venia & annutu retentum, cultumque diligentius.

ix Brachium S. Stephani protomartyris.

x S. Viti martyris digiti.

xi S. Anastasiæ Romanæ caput, vti argentea etiamnum tabella vetuſtiſſima inſcripta docet, & de hac *Martyrologium Romanum* die xxv Decembris.

xii S. Camerini martyris, de quo idem *Martyrologium Romanum* die xxi Auguſti; & hæ reliquiæ, cum ob bella & incendia repoſitæ a S. Albani Dominis in *S. Ignatii* parochiali templo fuiſſent, iamque in obliuionem veniſſent; inuentæ nuper ſunt ab admodum Reuerendo & Nobili Domino eiuſdem eccleſiæ Decano, & ſummi templi Canonico Capitulari, *Wolffgango* ab *Heuſenſtam*, cum aliis aliquot antiquitatis monumentis.

v. inf. lib. 1 cap. 16 xiii Epiſcopi ante S. Bonifacium decem, quos e S. Hilarii ſacello in S. Albanum tranſtulit *Hildebertus* Archiepiſcopus*. Alios Epiſcopos, vt Rabanum, & ſimiles, de quibus poſtea, omitto.

xiv Fuit & in eodem S. Albani templo *ſacra hoſtia*, quæ diui Gregorii tempore in carnem & ſanguinem verſa fuerat. Sed ſuperiore Ianuario diligenter ab eodem Reuerendo ac Nobili Domino Decano quæſita, inueniri nuſquam potuit.

xv Pars *menſæ* Saluatoris. 72

xvi Pars ligni *S. Crucis*.

xvii In ſummo templo monſtratur hodie pars *S. Crucis*, quam Angeli pretioſa tenet ſtatua.

xviii Caput D. Chrysostomi, } quæ in Iubilæi proceſſione, an. MDCII,
xix Caput S. Mercvrii martyris, } circumlata, & poſt expoſita fuere.

xx In ſacriſtia ſummi templi, aſſeruatur pars *ſudarii* Domini, bene graui & polita quadrata theca argentea incluſa.

xxi Alia item pars in alto virginum monaſterio, quæ quotannis, poſtridie Paſchatis, ex ambone quodam, prælucentibus facibus a Reuerendiſſimo D. Suffraganeo explicatur & monſtratur populo, dum ſimul canit: *Dic nobis Maria, quid vidiſti in via? Sudarium & veſtes*. De hac vero parte dicam iterum ali-
cap. 31 quid lib. II in S. Bilhilde.

xxii In S. Ioannis templo, exta S. Bonifacii Archiepiſcopi & martyris, de
[illegible] 47 quibus lib. III.

xxiii In S. Stephani templo fuit olim S. Annæ caput. Sed anno Domini MD, circa B. Virginis conceptionis feſtum, a lapicida furto Marcoduram ſublatum, vbi & hodie, magna religione, circumfrementibus hæreticis, colitur. Nam ibidem illud aſſeruari decreuit, poſt longas lites, Iulius II anno MDVII †.

† Vid. *Trithemius* chron. Hirſaug. part. II ad annum MD p. 508 & ſeqq. & quam nos tomo III ſect. I ex documentis publicis dedimus, *Narratio plenior*.

xxiv Ibidem, e cultris, quibus decoriatus S. Bartholomæus, monſtratur vnus*, & e lapidibus, quibus S. Stephanus obrutus, item vnus.

* Et is quidem quotannis publice ſpectandus datur die *D. Bartholomai* memoriæ in faſtis ſacra.

xxv Denique tot & tantas in alto B. Virginis monaſterio reliquias olim fuiſſe narrat germanica *B. Bilhildis* vita, vt earum oſtenſioni & venerationi certus quidam conſtitutus eſſet dies.

CAPVT

Digitized by Google

Edit. I p. 71

CAPVT XVIII

De Moguntino Clero, Monaſteriis, & Epiſcopatu.

SExtum Moguntinæ vrbis ornamentum, CLERVS & frequens, &, pia maiorum magnificentia, opulentus. Cuius duo potiſſimum membra, *primarius* ſcilicet Clerus, & *ſecundarius*. *Ille* Metropolitano conſtat Collegio: *hic* vero *S. Iacobi* Abbatia, Canonicorumque Collegiis aliis: quorum quinque *maiora*, & quatuor *minora* vocantur, de quibus poſtea cap. XXXI. *6 huc referri meretur Clerus, maior, minor;*

Notes 1) e Clero ſecundario Abbatem *D. Iacobi* iſtius *caput*, Decanum vero ad *D. Petri* iſtius *os* vocari; quod *ille* in conuentibus primo ſedeat loco; *hic* vero Cleri loquatur nomine. Conf. *chronicon Petrenſe* in *Decanis* p. 486. 2) Canonicorum ſecundi ordinis quinque maiora eſſe Collegia, ſi iſtis adnumeres *Equeſtre* ad *D. Albani*; quod alioquin vltimo inter Cleri ſecundarii Collegia loco poni ſolet.

In Metropolitano autem e vetere, proba, &, quod in Moſaicis olim ſacerdotibus factum refert lib. I contra Apionem *Ioſephus*, in Athenienſium Archontibus alii, e probata per parentes ac maiores nobilitate* Canonici egregio numero ſunt, hodie certe duo & quadraginta; e quibus cum Domino Præpoſito ſacratiorem Senatum, ſeu, vti appellant, Capitulum conſtituunt quatuor & viginti, quemadmodum illi in Apocalypſi cap. IV & V viginti quatuor Seniores **. Et ex his, per ſuffragia, variis cum Dei atteſtationibus, & magnis, quæ conſcientiæ religionem ac horrorem merito iniiciant, ſacramentis concepta & lata, deligi ſolet Moguntinus Archiepiſcopus. Ex iiſdem tres præcipui ſunt, quorum a Pontificio, quod lib. V in *Sigeberto* III (l. *Sigfrido* III) dabitur, priuilegio, inſigniuntur mitris capita: Præpoſitus nimirum, Decanus, & Cantor ***.

* Probatur autem hoc modo. Cum quis rite deſignatus eſt, ac in Collegium hocce nobiliſſimum cooptari petit; tabulam edit progonologicam (*arborem gentilitiam* vulgo vocant) *quatuor generationes*, vtriuſque ſcilicet parentis, auorum, proauorum & abauorum nomina pariter ſtemmataque complexam, eamque Collegio offert. Oblata dein, vt cuilibet iſtam ſub examen vocare integrum ſit, in loco Capitularium conuentibus deſtinato * ſex per hebdomades ſuſpendi ſolet. Inde ad δοκιμασίαν nobilitatis aliter progreſſus fit: quam quidem octo Comites, vel eximia veterique proſapia Nobiles, ordini Equeſtri, ſacro Imperio nullius ſublimioris poteſtatis interpoſitu ſubiecto, contributos, Domicellari ipſo probante ex officii rationibus præſente, iurato planam facere oportet.

* *Olim etiam in periſtylio ædis ſuſpendebatur.*

** Ordinarie. Nonnunquam enim & illorum XXV ſunt (quot quidem tum temporis fuiſſe, cum auctor res halce Moguntinas conficeret, ipſe infra cap. XXXI p. 110 prodit) immo plures adhuc. Quod quidem ita euenit. Capitularium in numero quatuor ſunt *Canonici* ſiue *Præbendarii presbyterales*. His id peculiaris eſt commodi, vt Presbyter huiuſmodi quis fieri, & in Capitularium collegium cooptari poſſit, ſi quando, vt nominatur, cum accidit, locum obitu cuiusdam ex quatuor iſtis vacare, & prius, quam Capitularium collegium init, reſidendo ſolitum, per ſpatium annuum, implet munus. Dum vero quis, lege iſta reſidendi adimpleta, per ſaltum quaſi Capitularium aggregatur collegio, & ſuſceptis ſacris ordinibus Presbyter fit, adſcendit ſimul eorum, qui ante iſtum in ordine Domicellarium fuere, primus; vt adeo tum Capitularium ſint XXV. Quod ſi igitur contingeret, plures vno Presbyteros ſubſequenter vita defungi, e.g. tres; tum non ſolum tres noui conſtituerentur Presbyteri, ſed totidem etiam ex Domicellaribus ordinariis ſimul & vna cum iſtis Capitularium ingrederentur collegium, vt adeo tum XXVII eſſent ſummæ ædis Canonici. Quo quidem caſu conſtitutum eſt, I) vt ſi poſtea Capitularium in collegio locum, qui non ſit Presbyteri, vacare contingat, Domicellarium nemo ſuccedat, donec Collegium hocce ad ordinarium numerum, quatuor ſcilicet & viginti, redierit. II) vt omnes, qui ante iam in Domicellarium fuere numero, quam id genus Presbyter Presbytero defuncto ſurrogatur, Capitulares ſuo tempore facti ante eum habeantur, ſiue loci gaudeant prærogatiua. Ceterum ex quatuor iſtis Presbyteris vnus Archipresbyter eſt, officiumque, pro eccleſiæ Moguntinæ conſuetudine, obit Archipresbyteri: id quod ei ab ſummæ ædis Præpoſito conferri ſolet, vti præbenda a Collegio.

*** Hi quidem præcipui ſunt, ſi poteſtatem mitram geſtandi ſpectes. Alioquin enim *Cantorem* & *Cuſtos* & *Scholaſticus*, quanquam non mitrati, præcedunt.

II Septimum. *Flos*, ait epiſtola XI ad Marcellam *S. Hieronymus*, *quidam, & pretioſiſſimus lapis inter eccleſiaſtica ornamenta, Monachorum & Virginum chorus eſt.* Hic vero plura illorum, iſtarumque monaſteria. Inter omnia vero monaſteria primum & perexcellens fuit, quod apud veteres *Epiſcopale*, aut *maius*, aut vero *S. Martini monaſterium* appellatur: hodie *Metropolitanum Canonicorum Collegium*; & vel a Græco *domate*, vt aliqui volunt, vel a Latino *Domus*, aut *Domno*, de quo in Litaniarum libello dixi, *Dom*, quaſi *dominicæ ædes**; *7 monaſteria;*

ædes *; vt a Græcis dicitur οἶκα κυριακά. vnde & nobis *Kyrche.* Quando autem monaſticæ diſciplinæ contigerit immutatio, dicetur forte infra opportunius. In Edit. I p. 74
Hildegardis epiſtolarum libro, quem manuſcriptum, aliis cum operibus illius, habet Bingenſe *S. Ruperti* monaſterium, extant ſummi Moguntini templi Dominorum epiſtolæ ad illam, in quibus ſic: *Conuentus Fratrum de domo.* Et poſtea: *Conuentus Fratrum de S. Martino in S. Martino petit de Catharis* **. Sed iterum de hoc infra cap. XXXI.

* Non a *Domino* ſiue *Domno* nomen *Dom* traxiſſe ædes cathedrales, aduerſus auctorem *Serarium* & *Lehmannum* (chron. Spirenſ. lib. II cap. XXXIII) monet *Hertius* notit. regni Francici veteris cap. III § XLVI p. 331 part. II opp. cenſetque, ita appellatas a voce latina *domus*, *domus Dei*, qua veteres Franci templa deſignarint, exemplo Chriſtianorum apud Romanos Imperatorum, qui templorum appellatione conſulto abſtinuerint, velut ethnica, nec vnquam illa vſi ſint, niſi quum de paganis ſermo eſſet. Adde *Friſeum* chron. Wirzburg. in *Gotwaldo* cap. V & VI p. 420, *Lambecium* origin. Hamburg. lib. I p. 17. A voce, *Dominus*, tamen templis inditum nomen, & poſt in *Dom* & *Thum* corruptum ſtatuit *Eccardus* in diſſertat. de voce, *Kirche*, quam auctiorem repetiit in annotat. ad *legem Ripuariorum* XXX p. 214, ſimulque oſtendit, cur *Dominicarum* nomen, vulgo *Dom*, baſilicis maioribus, a Romanis olim exſtructis, fuerit relictum.

** *Vide* Trithemium *Hirſaugen.* & Molanum *lib. I de Canon. cap.* 14 (S.) Ceterum an hæc nomina, *monaſterium maius*, *monaſterium S. Martini*, *conuentus Fratrum de domo*, *conuentus Fratrum de S. Martino* inferant, metropolitanam Moguntinam primitus verum monaſterium ſeu monachorum cœnobium, vel ipſos etiam Canonicos veros monachos ac tribus ſollemnioribus votis obſtrictos fuiſſe, expendit *Helvvichius* in notis ad Chriſtiani II chronicon ſect. I § I; diſerte vero contra auctorem *Serarium* negat anonymus *aureæ Moguntiæ* ſcriptor § XIV ſect. I n. V p. 108 & ſeq. quibus addas *Hofmannum* annalium Bambergenſium lib. I § LXXXIV p. 53. *Friſeum* contra l. d. propius ad auctorem *Serarium* accedere videas.

§ Epiſcopatus & Archiepiſcopatus, III Octauum ornamentum, Sedes *Epiſcopalis*, & poſt, *Archiepiſcopalis*, de qua deinceps.

CAPVT XIX

Quando cœpit Epiſcopalis Moguntina Sedes.

PRimo ſtatim Chriſti IEſu Domini ac Saluatoris noſtri ſæculo cœpit Epiſcopalis Moguntina ſedes. Tunc enim primus hoc loco Epiſcopus eſſe cœpit *S. Creſcens*, prout ab Moguntinarum rerum ſcriptoribus, editis, & ineditis, omnibus traditur. Quia vero is ab *Adone* in VI ætate, *Beda*, *Vſuardo*, *Martyrologio*que *Romano* die XXVII Iunii ſub Traiano martyrium paſſus narratur: & anno Domini centeſimo imperium iniit Traianus; credibile prorſus eſt, quod in *Trithemii* S. Maximo cap. III legitur, *cœpiſſe* hanc Epiſcopalem ſedem *anno Domini LXXX.* Et e quæſtiuncula, quæ lib. II * poſtea de *S. Creſcente* tractabitur, erit hoc adhuc magis manifeſtum.

* cap. 7

CAPVT XX

Epiſcopi, vſque ad Archiepiſcopum primum, quot fuerint?

Quidam Epiſcoporum tantum XVI numerant; APud *Trithemium* in S. Maximi præfatione, de qua poſtea, (*lib. II in præfat.*) & cap. IV quidam, & libri manuſcripti, hoſque ſecuti *Cochlæus* in catalogo, *Demochares* cap. XXXIV, *Caſpar Bruſchius*, ac *Münſterus*, ante Archiepiſcopum primum, Epiſcopos tantum XVI numerant *; *Trithemius* vero
alii vero XL ibidem, XL.

* Idem faciunt *Engelhuſius* in chronico p. m. 1058 (cuius verba leges in annotat. ad cap. XXI ſequentis § III) *Dieffenbachius* in catalogo manuſcr. aliique plures.

qui numerus temporum rationi, Eſtque is numerus & tempori, & veterum teſtificationi multo congruentior. 75
Cum enim a S. Creſcentis firmo ac ſtabiliore commoratu, qui a Domini an. XXC cœpit, vſque ad Archiepiſcopum primum anni ſint minimum DCXL; quomodo Epiſcopi tantummodo ſedecim fuiſſent? Nam ſingulis oporteret annos Epiſcopatus dare XL; aut ſi aliquibus pauciores, aliis certe tanto plures. Si quis dicat, perſecutionum, bellorumque vi & acerbitate, Pontificum interruptam fuiſſe interdum ſeriem, id ex ſeipſo tantum, non ex auctore vllo affirmabit, vti recte diſputat loco citato *Trithemius.* E contrario autem, dum XL ſtatuuntur Epiſcopi, non poſſunt ſingulis aſcribi plures, quam anni XVI. Sed ex his quanto plures vnus aliquis habuerit, vt, verbi cauſſa, S. Creſcens, tanto pauciores aliis quibuſ-

Edit. I pag. quibuſdam aſſcribentur, vt in catalogo apparebit. Eſt autem ea annorum ratio, & huius, & illorum temporum curſui admodum conſentanea.

Sed accedit magnum auctoritatis ornamentum e vetere veterum hiſtoriarum ſcriptore Meginfrido, qui, ſecundi tertiique Othonis tempore, in Fuldenſi vixit cœnobio, de quo citato c. IV ita *Tritbemius: Meginfridus, temporibus Othonum clarens in humanis, cum eſſet omnium Germanarum diligentiſſimus compilator hiſtoriarum, quadraginta numero, ante Bonifacium, in eccleſia Moguntina Pontifices numerat.* Et in Hirſaugienſi Chronico: *Claruit circa Domini annum* MX *Meginfridus, monachus Fuldenſis, Chronographus, qui velut roſa inter ſpinas, ita ſtudioſus & doctus inter deſides, carnales, ignaroſque monaſterii ſui monachos, clarus emicuit. Is inter cetera ingenii ſui opuſcula, hiſtoriam ſui monaſterii ab origine diligenter complexus, Abbates ſingulos ſecundum ordinem temporis ſibi ad inuicem ſuccedentes inſeruit, & vniuscuiuſque geſta breuiter annotauit: eorum quoque cœnobiorum, quibus vel monachos ex Fuldenſi miſſos nouit, vel Abbates, pari ratione meminit, quorum vel ſucceſſiones Abbatum & memorabiliora facta interſerendo compendioſe deſcripſit.* Similia lib. de illuſtribus ſcriptoribus. Ii autem XL Epiſcopi, quinam ſint, indicabit poſtea Index. *& a veterum teſtificatione cognoſcitur eſt.*

76

CAPVT XXI

Fuerintne Moguntini Epiſcopi Archiepiſcopo alicui aliquando ſubditi, & cui?

BEatus Rhenanus lib. III rerum Germ. (*p.* 407) *Non eſt hoc*, ait, *omittendum, videri tum Maguntiacenſem eccleſiam, tum Agrippinenſem, prius quam metropoles fierent (id quod D. Bonifacii tempeſtate factum eſt) ſub Treuirenſi fuiſſe. Nam hoc nobis præeminentia loci plane perſuadet.* Mihi tamen haud plane. Quem enim vel Germaniæ, vel Galliæ Pontificem, argumento iſto, ſub Archiepiſcopi Treuerici diœceſin ac ditionem non adduxerit? Nota Treuericæ ciuitatis antiquitas, potentia, præſtantia. Notum illud *Saluiani* lib. VI; *Vrbs Gallorum Treueris opulentiſſima*: & antea; *excellentiſſima.* Notum & illud *Auſonii*: *Quidam Treuirenſi ſubiectam fuiſſe dicunt;*

Armipotens dudum celebrari Gallia geſtit,
Treuiricæque vrbis ſolium, quæ proxima Rheno,
Pacis vt in medio gremio ſecura quieſcit,
Imperii vires, quod alit, quod veſtit, & ornat.

Et de nauigio ſuo lib. X *Venantius*:

Perducor Treuirum qua mœnia celſa pateſcunt:
Vrbs quoque nobilium nobilis atque caput.

Et ſane pro Treuerico iſto primatu ſtant nonnulla, quæ recens quidam, vt audio, de vrbe illa meritus bene hiſtoricus nondum editus notauit *.

* Sine dubio *Chriſtophorum* intelligit *Brouerum*, S. I. Is enim iam tum exigendis ad libram *Kyriandri* annalibus Treuirenſibus vacauit, & poſt, improbo XXX annorum labore, præclariſſimum nobis antiquitatum & annalium Treuirenſium opus dedit; quod dein anno MDCXXVI prelo Bernardi Gualteri, typographi Colonienſis, exiuit; quæ tamen editio non comparuit in publico; quippe mox ab Iesuitis & hiſtoriæ oſoribus ſuppreſſa. Quæ nunc proſtat, poſt aliquam multum temporis, anno quidem MDCLXX, *Ioanne Chriſtiano L. B. de Boineburg* (quem vid. epiſt. XXXIII ad Ioan. Conrad. Dieterichium p. 185) adnitente, Leodii prodiit, nec numeris omnibus priorem refert: ſiquidem hinc inde mutilam eſſe doctioribus haud incompertum. vid. *Neu* acceſſion. ad Degorei Wheari relect. hiemal. II lect. IV p. 108, *Eccardus* hiſtor. ſtudii etymolog. linguæ Germanicæ impenſi cap. XVI p. 149.

II Pro Colonienſi vero primatu pugnat lib. I de officiis c. VII *Rupertus*: *Primatum*, ait, *Colonia metropolis obtinuit, quia Creſcens prædictus Coloniæ quoque Apoſtolicam verbi Dei viſitationem primus intulit*, *alii Colonienſi;*

† Immo diſertius *Theoder. Engelhuſius*, vti quidem a Madero & Leibnitio editus eſt (Gerhardinus enim codex vocabulum *Colonienſis* non habet) in chronico p. m. 1058; *Prius autem Epiſcopi Moguntini fuerunt Suffraganei Archiepiſcoporum* Colonienſis & *VVormatienſis.*

III Rurſum vero Moguntinum Epiſcopum Wormacienſi ſubiiciunt omnes Mo- *alii Wormatienſi;*

guntini Epiſcoporum catalogi, & Wormacienſes, ex iisque *Bruſchius*, itemque lectio XIX de *S. Aureo*, & *Freherus* in originib. Palatinis (*part. I*) c. V. Hincque apud citatum *Bruſchium* priſcæ iſtud ſtipulæ diſtichon. Edit. I p. 77.

Ecce Moguntinus almæ dat Epiſcopus vrbis
Culmen metropolis, quod erat tibi Guarmacienſis.

Guarmacienſis, inquam, prout in manuſcriptis etiam aliquando legitur. Imo & in Decretalibus, *de cenſibus*, primum capitulum dicitur *ex Concilio apud Guarmaciam, &c. ſi aliquis cauſa de homicidio voluntario.* Et in Hebræi *Beniamin* itinerario *Garmezza* vertitur ab Aria Montano, pro *Guarms* ſiue *Worms*, ſicut a *vvehren* hodierna Gallorum & Italorum *guerra*, & pro *VVilhelmo*, *Guilelmus*, ac in MS. in Merlinum commentario pro Angliæ parte *VValia*, *Gualia***.

* Enimuero conſ. huc, quæ ad cap. XXII ſequentis § II * annotaui.

** Tum vero præter hos *Sifridus Presbyter* ad an. DCCXXVII p. 685; *Moguntina eccleſia antea fuit ſub Archiepiſcopatu VVormatienſi, ſed Archiepiſcopatus translatus eſt a VVormatia Moguntiam.* *Theodericus* itidem *Engelhuſius* l. d. *Sub hoc Papa S. Bonifacius fit Archiepiſcopus Moguntinus, dignitate VVormatienſis in Moguntiam translata, quæ tunc facta eſt caput & metropolis omnium eccleſiarum in Germania. Prius autem Epiſcopi Moguntini fuerunt Suffraganei Archiepiſcoporum Colonienſis &* Wormatienſis. *Fuerunt enim XVI Epiſcopi ante Bonifacium Moguntiæ, ſed omnes Suffraganei Archiepiſcoporum Colonienſis &* Wormatienſis. Tum *auctor compilationis chronolog.* p. 727, ſiue *chronic. S. Aegidii Brunſuicenſ.* p. 577; *Moguntina eccleſia antea fuit ſub Archiepiſcopatu* Wormatienſi, *& erant XVI Suffraganei* Wormatienſis *Archiepiſcopatus.* Quibus nouiſſime accedit *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I n. III p. 12; *Is enacuatam Moguntiæ ſedem ex Romani Pontificis deſtinatione conſcendit, ac primus Archiepiſcopalem fecit, cum antea VVormatienſem ſuſpiceret.*

quæ tamen poſterior ſententia vix conſtat.

Sed ſane veterum his in rebus teſtimonia requiro, præſertim cum *S. Bonifacius* in epiſt. ad Zachariam, quæ incipit, *Confitemur*, dicat, annos pæne LXXX ante ſua tempora non fuiſſe in Francorum partibus Archiepiſcopum; neque conſtet, an ante Clodouei, Francorum Regis, ſanctique Victoris, illius vrbis Epiſcopi, tempora, viguerit admodum Wormaciæ Chriſtiana religio, prout etiam fatetur Bruſchius. Et Wormacienſem Archiepiſcopum legitne apud vetuſtiores vllus*?

Cointius *an. DIII n. IV & an. DLXXVII arbitratus eſt*, S. Crotaldum *anno DIII dictum eſſe Vormatienſem Metropolitam, illudque ius a Clodoueo Rege ſedi Vormatienſi attributum fuiſſe, quo per vtramque Germaniam eius ſucceſſores potiti ſint, donec hoc ſæculo* (VIII ſcilicet) *Moguntiacenſis eccleſia priſtinam gloriam recuperarit. Quam in rem laudat* Franciſcum Irenicum *de pontificatu Vormatienſi lib. III cap. XXXV ſcribentem*; Fuit penes priſcos &c. *Verum hæc Vormatienſium traditio fabulæ ſimillima, nulloque vel leuiſſimo fundamento innixa. In Francia enim orientali, ad quam Vormatia pertinebat, nullus Archiepiſcopus fuit ab anno circiter DCLXXI vſque ad S. Bonifacii tempora, & ante S. Bonifacium Moguntia ſede archiepiſcopali non decorata.* Ita *Pagi* critic. Baron. ad an. DCCLV n. XIII p. 298.

IV Quia tamen e verbis, quæ ſequenti capite e S. Bonifaci vita referuntur, Moguntinam eccleſiam *alteri tunc ſubiectam* fuiſſe intelligitur, qui aut Treuirenſe, aut Colonienſe, aut vero Wormacienſe in eam ius probarit luculentius, is me repugnantem certe habiturus non eſt.

Moguntiam ab antiquis iam temporibus metropolim, nec alii cuidam eccleſiæ aliquando ſubditam fuiſſe, non obſtantibus his Othloni verbis volunt *Schilterus* de libertate eccleſ. German. lib. II cap. VIII § XII p. 191 *Sagittarius* antiquitat. gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring. lib. III cap. XXII § VIII p. 288. ſeq. & præter *Petrum de Marca* & *Carol. Cointium*, quos *Pagi* mox adducendus citat, *Mabillo*; qui in adnotat. ad lib. II Othloni ſæc. III actor. Ordin. S. Benedicti parte II p. 80 *Notanda*, inquit, *hæc pronominis appoſitio. Non enim Zacharias metropoleos dignitatem Maguntiæ primum concedit, quam dignitatem vrbs illa a primis temporibus obtinuit.*

Aliter vero ſentit, quem modo diximus, *Antonius Pagi*, & *Marca* ſimul ac *Cointii* ſententiam certis rationibus confutat; quem adeo audire operæ erit pretium. Ait autem l. d. ad an. DCCXLV n. V p. m. 266; *Recte porro ſcripſit* Othlonus, *Moguntiam alteri eccleſiæ ſubiectam, & a Zacharia metropolim effectam eſſe. Nec aliter ſenſit* Serarius, *diligens rerum Moguntinarum ſcriptor.* Marca *tamen in differt. de primatu n. LXXVI & ſeq. contendit, Moguntiam, quæ metropolis fuerat in ordine ciuili, fuiſſe etiam in ordine eccleſiaſtico* —— *Diuerſa non ſentit* Cointius *an. DCCXLV n. XXXIV, qui ait*, (vtramque *Moguntiam & Coloniam*) antiquiſſimis temporibus metropolim extitiſſe. *Singulis nempe metropolibus ciuilibus metropoles eccleſiaſticas reſpondiſſe. Hæc enim regula vniuerſaliter vera non eſt, variasque patitur exceptiones. In Patriarchatu Alexandrino, Libya,*

Edit. I pag. *Libyæ: Thebais vnico Metropolitæ, Alexandrino nempe ſubiacerant: in Africa antiquior Epiſcopus Metropolita cenſebatur: & in Gallia quarto ſæculo varia metropoles ciuiles Epiſcopos tantum habebant —— Antiqui metropoleos nomine non deſignabant vrbem, in qua Epiſcopus metropolitanus ſederet, aut Primas: ſed vrbem, quæ prouinciæ caput eſſet, aut quæ ceteris dignitate præſtaret: & ex antiquis monumentis, nummis, & inſcriptionibus conſtat, in vna eademque prouincia plures eiuſmodi metropoles fuiſſe.*

Si vero quæras, cui fuerit ſubiecta, *Treuirenſine*, an *Colonienſi*, an *VVormatienſi*? Anonymus *Moguntia Aurea* ſcriptor § V ſect. VII p. 56 rem ita expedire conatur: *Credimus nihilominus propter ampliorem potentiam territorii maioris, etiam Archiepiſcopi dignitate ac titulo* (Vormatiam) *eminuiſſe, eoque nomine in Moguntinam quoque diœceſim vicinam poteſtatem illam ſibi vendicaſſe. At non metropoleos titulo, iuxta regulam ex Ruperto ſupra* (ſect. IV p. 53) *deductam: ſiquidem non mater illa fuit eccleſia Moguntina: vtpote quæ non ab illa miſſum primum fidei prædicatorem accepit. Hac igitur via expedimus ex vita S. Bonifacii, quod retulimus ſupra* (ſect. III p. 50) *Moguntinam* prius alteri ſubiectam *fuiſſe eccleſiam.* *Gundlingius* vero aliam iniit viam, & faſciculo XVIII Gundlingianor. obſeruat. I § I p. 206 ait: *Verba*, quæ prius alteri ſubiecta erat, *reſpiciunt prius iſtud de Colonia conſilium.* *Hinc* Othlonus *dicit*, *Moguntiam* alteri, *h. e.* Coloniæ *fuiſſe ſubiectam ſiue ſubſtitutam. Quæ explicatio, meo iudicio, faciet, vt inter Zachariæ & Othloni narrationem nulla amplius ſit pugna vel contradictio. quin mihi perſuadeo, nodum, qui hic occurrit, hoc modo commodius ſolutum, quam ab* Antonio Pagi *critic. Baron. tom.* III *p. 265 factum.*

CAPVT XXII

Quando cœpit Archiepiſcopatus Moguntinus, & in ea dignitate primus quis?

TRithemius, vti ſupra patuit (*c. XX*) dicit cœpiſſe anno DCCXX. *Bruſchius* vero in Wormacienſium catalogo anno DCCXXIX. ſed iterum examinabitur vterque calculus & verum Archiepiſcopatus huius principium referetur, quoad primum quidem decretum, in annum Domini DCCXLVI; quoad vltimam confirmationem in DCCLI *. Vna enim omnium vox eſt, Moguntinorum Archiepiſcopum primum fuiſſe S. Bonifacium, qui, huius meæ ſcriptionis præcipuum caput & cauſa cum ſit, vberius poſtea tractabitur. *De anno, quo cœperit, controuerſia eſt;*

72

* Immo, nec anno DCCXLVI, nec anno DCCLI; ſed ſub annum DCCXLVIII. quo vide, quæ attulimus infra libro III ad *Othloni* lib. II cap. XV p. 420.

Occaſio autem Wormacienſibus Archiepiſcopalem dignitatem adimendi fuiſſe narratur Geruilionis Epiſcopi, ob parentis vindicandam cædem, homicidium. *ſicut & de occaſione.* Sed ſane in S. Bonifacii vita, Moguntinus is Geruilio Epiſcopus, nunquam Wormacienſis dicitur. Sed eſto, Wormacienſis etiam fuerit, cum idem eſſet Moguntinus, cur Wormacia potius quam Moguntia punita? Cur ſua illi adempta dignitas, huic ſua non modo non adempta, ſed amplificata etiam, & maior, auctiorque reddita? Pipinus ſane Rex, cuius hæc tempore facta ſunt, non Moguntiæ, ſed Erfurti Archiepiſcopalem conſtitui ſedem malebat †. Sed Moguntiam delegit Pontifex Maximus. Delegit autem, quia ita melius opportuniuſque viſum ipſi magno Germanorum Apoſtolo, qui & omnium primus ad ſedem iſtam euehendus erat, S. Bonifacio. Cur autem ei viſum, perſpicue cauſa redditur in litteris Zachariæ Pontificis ad ipſius litteras, quæ vel non extant, vel idipſum, quo de agitur, amiſerunt, reſpondentibus, in vita S. Bonifacii lib. II epiſtola, quæ incipit: *Cum nobis*; quia ſcilicet *ciuitas erat, quæ vſque ad paganicarum gentium partes, in quibus prædicarat S. Bonifacius, pertingebat.* Sunt autem in eiuſdem S. Bonifacii vitæ lib. II cap. 8 (*Othl. l. I c. XLIV*) verba hæc: *Eo* (Geruilione) *depoſito, S. Bonifacius a Carolomanno & Pipino fratre eius Moguntinæ ſedi præficitur, & vt eius dignitas eſſet eminentior, ſtatuerunt iidem Principes, eccleſiam Moguntinam, quæ tum alteri ſubiecta erat, in totius Germaniæ eccleſiarum metropolim prouehere: miſſaque mox legatione, a Romano Pontifice id impetrarunt.*

* Idem vrget *Monachus Kirſchgartenſis* chron. Vormatienſ. cap. IV; *Hiſtoriam vidi antiquiſſimam* S. Bonifacii, *vbi legitur, quatuor inſtituiſſe Epiſcopatus, ſed de huiuſmodi translatione per eum facta nihil dicitur. Item in* catalogo Epiſcoporum noſtrorum *nulla fit mentio* Geroldi & Geruilionis; *ſed in* catalogo Moguntinæ ciuitatis *Epiſcoporum* Geroldus *ponitur XV in ordine, &* Geruilio *XVI. Item* catalogus Epiſcoporum noſtrorum *in* maiori *habetur* eccleſia. *Similiter* ad S. Paulum. *Item* ad S. Cyriacum *in* Nuhuſen. *it. ad* fratres Prædicatores. *it. in* Franckenthal. *it.* apud nos. *ſed in omnibus his nulla fit mentio* Geroldi & Geruilionis.

† Vndè *Serarius* hæc hauſerit, ſe neſcire ſcribit *Sagittarius* antiquitatum gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring. lib. III cap. XII § X pag. 188, additque, apud ſcriptores veteres fide dignos nil de hoc Regis Pipini conſilio haberi.

Edit. I pag. 79

CAPVT XXIII a)

Quot, & qui Archiepiſcopo Moguntino ſubiecti Epiſcopi Suffraganei?

Suffraganei qui hodie dicantur;

EPiſcopi *Suffraganei* hodie vulgo aliter, quam olim vocantur, pro iis nimirum, qui *titulares* ideo nominantur, quod vnius alicuius Epiſcopatus, in quo verſari iam non poſſunt, titulum gerant, aliique Epiſcopo, in cuius diœceſi ſunt, opem ferant. Olim vero *Suffraganei* tantum dicebantur, qui Metropolitano ſeu Archiepiſcopo ſubditi erant Epiſcopi, partim quia ab hoc ad ſynodum vocati, ſuffragii ius in ea habebant, partim quia non niſi Metropolitani ſuffragio conſecrari poterant, vt habet apud *Iuonem* parte V Canon, *Primum, vt extra.* Et hoc modo poſteriore, Suffraganei Archiepiſcopo Moguntino ſunt nunc XII. iique hoc ordine in Calendariis annuis eduntur.

qui olim ita dicti.

Eorum XII Moguntino ſubiecti;

A dextra.	A læua.
I *VVormatienſis.*	I *Herbipolenſis.*
II *Spirenſis.*	II *Eyſtatenſis.*
III *Argentinenſis.*	III *Verdenſis.*
IV *Curienſis.*	IV *Hildesheimenſis.*
V *Padelbornenſis.*	V *Conſtantienſis.*
VI *Halberſtadenſis.*	VI *Auguſtanus.*

Hodie Suffraganeorum tantum ſunt X. Quippe, vi pactionis Weſtphalicæ, *Verdenſis* Epiſcopatus Regi, Regnoque Sueciæ; *Halberſtadienſis* vero domui Electorali Brandenburgenſi, vterque religionis liberatus vinculo, pacis reconciliandæ cauſſa, ceſſus. vid. *Inſtrumentum Pacis VVeſtphal.* § X, 7, & § XI, 1.

quot quidem an. 847 fuiſſe videntur.

II Neque plures, neque, vt opinor, alii erant anno Domini DCCCXLVII, quando in earum, quas Moguntiæ habuit, ſynodorum prima ſcripſit ad Ludouicum Francorum Regem hoc modo Archiepiſcopus *Rabanus: Domino Sereniſſimo & Chriſtianiſſimo Regi Ludouico, veræ religionis ſtrenuiſſimo rectori, ac defenſori ſanctæ Dei eccleſiæ, vna cum vxore & prole ſua, eiusque fidelibus, vita & ſalus, honor & benedictio, cum victoria ſine fine manſura. Digniſſimæ reuerentiæ veſtræ patefecimus nos humilimi famuli veſtri, Rabanus videlicet Moguntiacenſis eccleſiæ indignus Archiepiſcopus, cum Coepiſcopis meis.*

Eccleſiæ Moguntinæ, cum ad metropoleos dignitatem euchebatur, præter *Vormatienſem* & *Spirenſem* ſubditos etiam fuiſſe *Tungrenſem*, *Colonienſem*, & *Traiectenſem*, patet ex epiſtola *Zachariæ* Pontificis apud *Othlonum* lib. II de vita Bonifacii cap. XV, infra p. 420; quam, quantum huc facit, ipſo hoc capite XXIII § V ſequenti adduxit auctor. Id tamen poſtea mutatum, cum *Colonienſis*, Weſtphalis ſua opera ad religionem chriſtianam adductis, Metropolitani ornaretur honore. vid. *Gundlingius* faſciculo XVII Gundlingianor. obſeruat. II § XXIII p. 174, & in notis ſubiectis p. 175.

Vtrum vero an. DCCCXLVII, dum ſynodus habebatur Moguntiæ, nec plures, nec alii ſedis Moguntinæ fuerint Suffraganei, quam quos auctor h. l. recenſet, in medio relinquimus. vid. *Pagi*, quem huc conferre iuuabit, tomo III Critic. Baron. p. 619.

Poſt tamen ſæculo X iis acceſſere *Brandenburgenſis* & *Havelbergenſis*, eidem Moguntinæ ab Othone I ſubiecti. Sic namque *Chronographus Saxo* ad an. DCCCCXXXIX p. 157; *Otho Imperator* Brandenburg & Havelberg *Epiſcopia fundat*, & Moguntini Suffraganeos *conſtituit.* Idem dicit *chronicon vetus Magdeburgenſe manuſcr.* ex cuius excerptis, quæ in tabulario Electorali Moguntino habentur, f. 209 a) hæc habe: *Otho in terra Slauorum duos conſtituit Epiſcopatus*, Brandenburg & Havelberg, *quos* Moguntiæ metropolis Suffraganeos *eſſe conſtituit.*

Atenim & hi, quum anno DCCCCLXVIII Archiepiſcopatus Magdeburgicus inſtitueretur, e iuriſdictione Moguntina, Othone Imperatore volente & Hattone II Archiepiſcopo Moguntinenſi conſentiente, exierunt, Magdeburgico ſubditi. Ita namque pergit, quod modo adduximus, *chronicon Magdeburgenſe* manuſcr. l. d. b) Dudo *quoque* Havelbergenſis, & Dudellinus Brandenburgenſis *Epiſcopi, prius quidem Moguntino Archiepiſcopo ſubiecti, ſed tunc agente Imperatore a debita ſui obedientia abſoluti, Magdeburgenſi eccleſiæ & eius Archiepiſcopo cum præfatis confratribus fidem & ſubiectionem promiſere.* Vbi obſerua, recte omnino dici, *agente Imperatore a debita ſui obedientia abſolutos* Magdeburgico factos obnoxios. *Hatto* quippe in tabulis ſub id tempus editis,

Edit. I pag.

editis, & a *Leuckfeldio* in appendice diplomat. ad antiquit. Halberſtad. n. XXXIII in medium allatis, p. 657, diſerte: *Epiſcopos vero vltra Albiam*. Brandenburgenſem *ſcilicet &* Havelbergenſem, *noſtra hactenus eccleſiæ ſubiectos, a debita nobis obedientia abſoluimus, & præſcripta Magdeburgenſi eccleſiæ, eiuſque Archiepiſcopo obedituros æque permittimus ac conſentimus.* Tum vero *Otho* Imperator in tabulis l. d. n. XXXII legendis, p. 657: *Super hoc Domini Epiſcopi*, Dudo & Dudolinus, *in Archiepiſcopi noſtri electione volumus vt ſubſcribant, & fidem, ſubiectionemque illi promittant.*

20 III Sed poſtea fuere quatuordecim, & interdum quindecim. De XIV extat perſpicuum in Papienſi Concilio apud *Radevvicum* lib. IV * teſtimonium, dum illi *ſe* ait Arnoldus Moguntinus Archiepiſcopus *ſubſcribere cum ſuis XIV Suffraganeis*. Nam ad ſuperiores XII accedunt Pragenſis & Olomucenſis. *poſt vero plures acceſſere,* Pragenſis *quidem &* Olomucenſis,

* Immo, lib. II cap. LXX p. m. 551. Priores enim duo libri *Othonis* ſunt *Friſingenſis*. Ceterum confer huc vitam *Arnoldi*, infra lib. V § IX p. 820.

De XV eſt in manu ſcriptorum minore, & in maiore, vbi annus Domini deſcribitur DCCLXXI. Ad ſuperiores enim XIV adiunctus aliquando fuit Bambergenſis. Quod dum negant manuſcripti duo, a ſeipſis omnino diſſident. Affirmant enim Suffraganeos Epiſcopos XV, & tamen non plures quam XIV nominant. Sed diſerte lib. III Babingerſenſem addit *Beatus*, & antiqua membrana manuſcripta. Cum enim orbis totius in ea deſcripti eſſent Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus, licet quoad hodiernam orthographiam mendoſe ſatis, de noſtro ita ſcribebat: p. 407

Maguntinenſis habet XIV Suffraganeos.

I Epiſcopus Plagenſis.	*VIII Spuerienſis.*
II Morauienſis.	*IX VVormatienſis.*
III Echiſtentenſis.	*X Verdenſis.*
IV Herbipolenſis.	*XI Iſedemenſis.*
V Caſteratienſis.	*XII Allbeſtatenſis.*
VI Curienſis.	*XIII Paldeburnenſis.*
VII Argentienſis.	*XIV Panpegenſis.*

Similiter Bambergenſem annumerat *Bruſchius*, licet parum ſibi ipſi conſentire videatur, dum de illius eccleſiæ fundatore primo S. Henrico agit fol. 236. Et Bruſchii aſſecla, qui hiſce diebus hic prodiit, Bamberg. annalium prodromus*, Suidgerum, ſecundum Bambergenſem Epiſcopum, qui anno Domini MXLVII Pontifex creatus & Clemens II appellatus fuit, refert *ab omni Archiepiſcopali iugo Epiſcopatum exemiſſe Bambergenſem. Trithemius* in Hirſaugienſi Chronico: *Sanctus Imperator (HENRICVS) Epiſcopatum Bambergenſem in prouincia Moguntina fundauit.* *nec non* Bambergenſis.

* Intelligit libellum quinque ſchedarum, hoc quidem titulo inſignitum, editumque Moguntiæ typis Ioannis Albini anno MDCIII, 8, auctore *Ioanne Cygneo*, Oſtrofranco, Epiſcopi Bambergenſis in Conſilio aulico olim Actuario.

Democbares lib. de diuino Miſſæ ſacrificio capite XXXV catalogum iſtum ponit:

21

Ex prouinciali Eccleſiaſtico.

I Curienſis.	*VI Herbipolenſis.*	*XI Halberſtadenſis.*
II Conſtantienſis.	*VII Auguſtenſis.*	*XII Verdenſis.*
III Argentinenſis.	*VIII Eyſtetenſis.*	*XIII Pragenſis.*
IV Spirenſis.	*IX Hyldeſemenſis.*	*XIV Olumucenſis.*
V Wormatienſis.	*X Padelbuernenſis.*	*XV Bambergenſis.*
		XVI Hauelbergenſis.

Eſt etiam adhuc in ædis metropolitanæ ſacello quodam auſtralis lateris ** feneſ-

feneſtra, e vitro picto antiqua, in cuius medio S. Bonifacius eſt habitu & pallio Archiepiſcopali; ad latera vero ſunt ordine inſcripta hæc: Edit I pag.

	FACIVS	
I Braga.		*I Morauia.*
II		*II Babenberga.*
III Auguſta.	S. BONI-	*III Herbipolis.*
IV Curia.	ARCHIEPISCOPVS.	*IV Werda.*
V Conſtantia.		*V Paderbruna.*
VI Argentina.	*Aurea Moguntia.*	*VI Haluerſtad.*
VII Spira.	*Wormacia.*	*VII Hildesheim.*

Quæ vero hic ſecundo loco ad dexteram vrbs deeſt, *Eyſtadium*, ſiue, vt olim vocabatur, *Aureatum* eſſe videtur, licet atrore, puluereque oblitum a me legi eminus non potuerit.

** Eſt id, quod *Omnium* vocatur *Sanctorum*. Quod dum noto, ſimul addere iuuabit, picturam hanc hodie non amplius integram ſupereſſe; verum circa inferiora mutilam: dimidia ſcilicet parte, cum feneſtra vitium feciſſet, pridem tranſuerſim ſiue oblique reſecta.

Ceterum *Bambergenſem* ab initio de iuriſdictione archiepiſcopali haud exemptum, ſiue nullo interiecto ſoli Pontifici obnoxium fuiſſe, ſed ſedi Moguntinenſi vtique ſubiectum, patet e Bulla *Ioannis Papæ XIX*, qua Epiſcopatum Bambergenſem, tum inſtitutum, confirmat, apud auctorem *vitæ Henrici S.* a *Gretſero* editum cap. XI p. m. 279: *Sit ille Epiſcopatus liber, & ab omni poteſtate extranea ſecurus, Romano tantummodo mundiburdio ſubditus, ſit tamen idem* ſuo Metropolitano (in codice *Viennenſi* additur, *Archiepiſcopo Moguntino*) *ſubiectus atque obediens.* Idem colligere eſt ex *Leonis IX* diplomate, de priuilegiis Bambergenſibus an. MLIII edito, apud eundem cap. XVIII p. 292; *Sed tamen idem Epiſcopus* ſuo Metropolitano, Epiſcopo Moguntino, *in canonicis cauſis tantummodo ſit ſubiectus.* Accedit, quod & Papa *Gregorius VII Bambergenſem Moguntini* vocet *Suffraganeum*, & ipſe Bambergenſis *Guntherus* ita ſe ſcripſerit. Dabimus vtriuſque verba. *Ille*, in litteris ad Sigefridum I II Non. Decembr. an. MLXXIV datis: *Quapropter apoſtolica autoritate religionem tuam admonemus, vt ad ſynodum, quam Deo annuente in prima ſeptimana quadrageſima celebraturi ſumus, cum* Suffraganeis *tuis, videlicet Ottone* Conſtantienſi, *Guarnerio* Straʒburgenſi, *Henrico* Spirenſi, *Herimanno* Bambergenſi, *Imbrico* Auguſtenſi, *Adelbero* Guerzpurgenſi, *ſi potes, venias. Iſte*, in epiſtola ad Sigefridum II, Moguntinum Præſulem, quæ LII eſt illarum, quas *Diuis Bambergenſibus* ſubiecit *Gretſerus*: *Domino & Patri venerando, Sigefrido, ſancta Moguntina Sedis Archipræſuli*, Guntherus *licet indignus* ſuus Suffraganeus, *orationem & obſequii perpetuam deuotionem.*

an Traiectenſis etiã Moguntino ſubiectus fuerit?

IV Traiectenſis porro Epiſcopus an Moguntino etiam ſubiectus non fuit? Nam ea de re videtur aliqua fuiſſe Colonienſi Epiſcopo cum S. Bonifacio contentio, vti refert hic ipſe epiſtola ad Stephanum Papam anno DCCLII breuiter, & copioſius anno DCCLV. Deinde ordinauit idem S. Bonifacius Traiecti Epiſcopum S. Gregorium, D. Lutgeri magiſtrum, & S. Eobanum. An hæc ille non tan- 82
quam Archiepiſcopus Moguntinus, ſed tanquam Apoſtolicus Legatus egit?

Cur Auguſtanus & aliæ quædam Sedi Moguntinæ ſubditæ?

V De cauſſa vero, cur ad Moguntinam metropolim Auguſtana & aliæ quædam accenſitæ fuerint eccleſiæ, ita idem *Beatus* ibidem (*pag.* 407) explicat: *Franci chriſtiani facti, quod poſt illorum in ciſrhenanam Germaniam, & penitiorem Galliam immigrationem accidit, etiam Alemannorum gentem ſibi ſubiectam paulatim chriſtianis ſacris imbuendam curarunt, velut ex Agathia liquere poteſt. Proinde quoniam Francorum Reges Alemannis imperabant, qui diu antea Rhætiam primam, quæ Lico fluuio, Alpibus, & Danubio terminatur, occupauerant, veriſimile eſt, doctores chriſtianæ religionis, ad illos ex Moguntiaco fuiſſe tranſmiſſos. Nam quis non credat, Alemannos, quum tantopere abhorrerent a chriſtianiſmo, ſæuiiſſe etiam in chriſtianos, quoſcunque in Rhætia repperiſſent?*

Hoc

Edit. I pag. *Hoc itaque pacto eccleſia Auguſtana Rhætiæ primæ videtur ſub ditionem veniſſe Maguntiacenſis Epiſcopi. Id quod de Curienſi quoque eccleſia ſentiendum.* In Zachariæ certe Pontificis ad S. Bonifacium litteris, quarum initium, *Qualiter*, Othlon. l. 2 cap. 15 inſunt hæc: *Auctoritate B. PETRI Apoſtoli ſancimus, vt eccleſia Moguntina perpetuis temporibus, tibi & ſucceſſoribus tuis in metropolim ſit confirmata, habens ſub ſe has ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per ſuam prædicationem Chriſti lumen cognoſcere fecit.* Sed ob hierarchici ordinis vſum meliorem immutata hæc aliquantulum poſtea.

VI Quando autem, & cur, Bamberga, Pragaque tandem, & Olomutium ab eadem ſua matre auulſæ ſint, dicetur poſtmodum circa Domini annum MCCCLI ex manu ſcriptis in Gerlaco Archiepiſcopo Naſſouiano, & ipſius præceſſore Henrico. *Æneas Siluius* in ſua Germania, *Septimus*, ait, *Germanicæ nationis Archiepiſcopus, inter Bohemos Pragenſis eſt, qui cum eſſet olim Suffraganeus Archiepiſcopi Maguntini, inſtante Carolo Imperatore, Sigiſmundi patre, a diœceſi Ma-*
83 *guntina ad ius metropoliticum ſublimatus eſt.* Circa Domini vero annum DCCCXLVII nondum ad fidem Chriſtianam acceſſerant Bohemi, & Moraui: ideoque illorum Epiſcopatus nulli adhuc erant.

Quando & cur Bambergenſis, Pragenſis, Olomucenſis a ſua matre auulſi ſint?

VII *Cochlæus* præfatione in S. Bonifacii vitam: *Moguntinus Archiepiſcopatus tantæ amplitudinis eſt, vt totius Germaniæ maximam partem ſub eccleſiaſtica iuriſdictione ſua contineat: habens ſub ſe Epiſcopatus XII, eosque amplos, antiquos, & populoſos, monaſteriis & conuentibus innumeris adauctos, ad cultum Dei deſtinatos tot iam ſæculis a piis maioribus noſtris.* *Georgius Wicelius* in Pietatis exercitamentorum præfatione: *Laudum*, ait, *pulcherrimarum cumulus ad metropolim Moguntiacam ingens redit, quoties contemplamur huic XII diœceſes gubernationesque & adminiſtrationes in re eccleſiaſtica, diuerſis regionibus plane inclitas, iure quodam adhærere, atque hoc ipſum agnoſcere, nimirum ſibi eſſe huc confugiendum vltro, ſi qua religionis parte laboretur, quippe, ad vnum Diœceten, quem vulgo Diœceſanum appellamus, qui præmineat auctoritate pariter ac dignitate. Quo maior eſt ſollicitudo ac vigilantia Archiepiſcopalis, hoc eſt, Epiſcoporum Epiſcopi, tot eccleſiis cathedralibus præfecti, adeoque tot ouium eccleſiaſticarum myriadibus præpoſiti, vt qui perſuaſum ſibi habeat, tantum abeſt vt ignoret, quanta de adminiſtrata œconomia ſeu villicatione ratio reddenda olim ſit. Vocant Suffraganeatus primarios, quibus tam profuerunt, quam præfuerunt quondam viri variis DEI naturæque dotibus ornatiſſimi.*

Cochlei de XII ſuffraganeis Moguntinis teſtimonium, Wicelii itidem.

CAPVT XXIII b)

Quot Moguntini Archiepiſcopi hactenus?

84 SVnt e quorundam ſententia, vſque ad hodiernum Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum D. D. *Ioan. Schvvicardum*, Archiepiſcopi Moguntini LXI; alii vero ſtatuunt LXII; qui *Chriſtianum* Conrado antepiſcopum accenſent: alii LXIII, alii denique LXIV. Nimirum annumerant aliqui *Rupertum*, Herigeri ſucceſſorem, & *Erbonem* ab *Hohenvverdt*, Comitem Bauarum: eoſdem vero ſubducunt alii, quia ille nullus, vel certe non in Epiſcopum electus fuit; hic vero, priuſquam a Pontifice confirmationem impetraret, e viuis abiit. De *Chriſtiano* autem dicetur ſuo loco in Archiepiſcopo XXX; itemque de *Balduino* num. XL, ſicque tantum hactenus Moguntini Archiepiſcopi LIX ſunt *: & quidem ſatis adhuc populariter loquendo, non autem de omnibus, qui a Pontifice Maximo confirmati non fuerunt, ſubtiliter philoſophando.

* His ſi addideris, qui a *Ioannis Suicardi* obitu infulas portarunt Moguntinenſes, Archiepiſcopi, ſecundum auctorem noſtrum, ad hodiernum vſque, numero erunt LXVII. Dieo, *ſecundum auctorem noſtrum*; quippe qui *Ludouicum*, *Miſnenſem* genere *Marchionem*, excludit; quem tamen haud excludendum eſſe, infra libro V patebit.

CAPVT

 Edit. I. Pag.

CAPVT XXIV

De Moguntino Electoratu.

9 *Moguntiæ decus, eſt* Electoratus.

NOnvm Moguntinæ vrbis decus eſt ſacer Imperii Romani *Electoratus;* qui aut *Seuiratus* aut *Septemuiratus* dici poteſt*. Sunt enim ſex Germaniæ Principes, quibus Imperatorem Romanum deligendi facultas eſt: iiſdemque, ſi forte ſuffragiis pares forent, qui ſuo litem calculo dirimat, adiunctus Bohemiæ Rex, vti docet *Oſtienſis* in *c. Venerabilem de electione: Gloſſa* in *c. ad Apoſtolica de ſent. & re iudic.* in 6. *Albericus* l. *bene a Zenone c. de quadrien. præſcr. Baldus* in Margarita, v. *Annas. Card. Florentinus* in *c. Venerabilem de elect.* § 1 n. 6. *Martini*, qui ante Imperatoris Friderici II obitum vixit, & Innocentii IV Pœnitentiarius fuit, ſunt in Othonis III vita hæc verba: *Et licet iſti tres Othones per ſucceſſionem generis regnauerint, tamen poſtea fuit inſtitutum, vt per officiales Imperii Imperator eligeretur, qui ſunt* VII. *Videlicet primo tres Cancellarii iſti, Maguntinenſis Germaniæ, Treuirenſis Galliæ, Colonienſis Italiæ. Marchio Brandeburgenſis Camerarius eſt; Palatinus Dapifer; Dux Saxoniæ enſem portat; Rex Bohemiæ Pincernam agit.* Vnde verſus: 85

Maguntinenſis, Treuirenſis, Colonienſis
Quilibet Imperii ſit Cancellarius horum:
Et Palatinus Dapifer: Dux portitor enſis:
Marchio præpoſitus Cameræ: Pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis, per ſæcula, ſummum.

Iidemque eodem modo relati ſunt verſus in noſtris manu ſcriptis, & a *Lupoldo* Bambergenſi Epiſcopo lib. de iuribus Imperii c. II.

* Hodie *Nouemuiratum* dixeris; Principum Electorum numero ſanctione Weſtphalica an. MDCXLVIII, & huius ſæculi VIII communi Ordinum Imperii conſenſu aucto.

CAPVT XXV

Inter Electores, Moguntinus Elector quotus?

Electorum Moguntinus *primas eſt, eorumq; vocatur* Decanus, ac ce*teros conuocat.*

INter ſacri Imperii Romani Septemuiros primas tenere Moguntinum, tradunt omnes, libenteſque agnoſcunt Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi eiuſdem ordinis Collegæ, tam Eccleſiaſtici, quam Politici. adeo vt in MS. maiore vocetur *Electorum Principum Decanus*: & eiuſdem partes cenſeantur, poſt Imperatoris alicuius mortem, dum interregnum eſt, ad electionis comitia ceteros illos omnes conuocare. Comitium autem ad electionem fuit fere olim Moguntia, vel vicinum Francofurtum; nunc alia quæcunque allubeſcit magis vrbs †. Eſt autem iſtorum mentio in MS. vbi de Lotharii Saxonis poſt Henricum V electione, quam & lib. VII c. XVII narrat *Otho Friſingenſis*, agitur: & vbi de Moguntino coronandi Bohemiæ Regem priuilegio.

* Atenim non in hoc ſolum ita vocatur, ſed etiam in *Ceremoniali eccleſiæ Romanæ* lib. I ſect. XIII cap. III tit. *de recept. al. Princip. Imperii*, his verbis: *Moguntinus, qui & Decanus eſt* Electorum. Tum in ipſis Imperatorum litteris: *Sigiſmundi* quidem ad *Conradum III* Archiepiſcopum, apud *Lunderpium* tom. II lib. I tractat. II n. 22. *der Churfurſten Dechant:* tum *Friderici III* ad *Theodoricum* Norimbergæ in Comitiis anno MCCCCXLIV Iouis poſt diem virgini glorioſæ adſumtæ feſtum: *Vnd hetten vvol gehoft, vvir ſolten D. L. vor allen andern allhier gefunden haben als den nehſten, vnd als einen* Dechant *vnd* Vorgeer vnſer Kurfürſten, *der auch die gröſte prouinçien aller dutſchen landen hat.* Sic illi; quod aduerſus *Ludevvigium* in commentar. ad A. B. tit. I § XVIII p. 173 obſeruari velim. Hinc iam ante, in litteris *Principum Electorum* ad Papam *Benedictum XII*, quas *Freherus* chronico *Henrici Rebdorfenſis* p. 427 inſeruit, Moguntinus ipſe: *Veſtri deuoti filii*, Henricus, *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Moguntinenſis*, "Electorum Principum Decanus". Conf. qui pridem id obſeruarunt, *Freherus* adnotat. ad Petrum de Andlo lib. II cap. II p. m. 152, *Thulemarius* de Octouiratu cap. X § III p. 127, *Struuius* ſyntagmat. I. P. diſſertat. XVII § II p. 777 & ſeq. Vtrum vero bene ita appelletur, expendit *Cocceius* iuriſpr. publ. cap. X § XI p. m. 206.

De

Edit. I pag.

De cetero non poſſum, quin ſimul notem, eſſe, qui titulum hunc inſolito quodam, minusque conuenienti extulerint modo. Sic namque *Gerhardus Dacherius* in hiſtoria Magnatum in Concil. Conſtantienſi p. 12; *Dominus* Iohannes, *Archiepiſcopus Moguntinus*, "Sancti Romani Imperii ſummus Decanus". Tum vero auctor anonymus libri germanici: *Handlung des Concilii zu Coſtantz*, p. 45 "Dechant des H. Rœmiſchen Reychs," *vnd öberſter Ertzcantzler der nation Germania, das iſt, uber alle Teutſchland, uber Vngern, Behem, Kriechen, Litovv, vnd vvas chriſten iſt, vnd an die nation gehöret*.

† Si iuſta ſubſit cauſſa. Alioquin hodierno adhuc die Francofurtum locus eſt eligendo Cæſari cum definitus, tum vſitatus. adeo, vt ſi iuſtis de cauſſis alia negotio huic deligatur vrbs, Francofurtenſes interpoſita ſollemnium obteſtationum formula ſibi proſpiciant; quin & cautionem (*litteras reuerſales* vulgo vocant) id fraudi haud futurum ciuitati, accipiant. quo præter *Gerlaçum Buxtorfium* ad A. B. cap. I § XXI p. m. 269, vid. *Pfeffingerus* ad Vitriarii I. P. lib. I tit. VI § IX p. m. 809, *Struuius* ſyntagmat. I. P. diſſertat. VII § XI pag. 287, & ſeq. *Ludevvig* comment. ad A B. tit. I § XIX pag. 190, *Gundlingius* faſciculo XVIII Gundlingianorum obſeruat. I § XI, XII, XIII p. 225 & ſeq.

I Hinc & primum a dextro Imperatoris latere datur Moguntino: & ſcriptores fere primum nominant Moguntinum, niſi ſi quando fortuitum ſeruant ordinem. In aurea Caroli IV Bulla capite II leguntur hæc: *Poſtquam Electores ſeu Nuntii ciuitatem Franckenfordenſem ingreſſi fuerint, ſtatim ſequenti die diluculo in eccleſia ſancti Bartholomæi Apoſtoli ibidem, in omnium ipſorum præſentia, miſſam de ſancto Spiritu faciant decantari ad finem, vt ipſe ſanctus Spiritus corda ipſorum illuſtret, & eorum ſenſibus lumen ſuæ virtutis infundat, quatenus ipſi ſuo * ſuffulti præſidio hominem iuſtum, bonum, & vtilem eligere valeant, in* *a dextro Imperatoris latere incedit;* * fulti

86 *Regem Romanorum futurumque Cæſarem, ac pro ſalute populi Chriſtiani. Peracta quoque miſſa huiuſmodi, omnes illi Electores ſeu Nuntii accedant ad altare, in quo miſſa eadem extitit celebrata, vbi Principes Electores Eccleſiaſtici, coram Euangelio beati Ioannis*, In principio erat verbum, *quod illic ante ipſos poni debebit, manus ſuas pectori cum reuerentia ſupponant *. Sæculares vero Principes Electores dictum Euangelium corporaliter manibus ſuis tangant, qui omnes cum tota ſua familia tunc ibi debebunt inermes aſſiſtere. Et Archiepiſcopus Moguntinenſis formam iuramenti eis dabit, & vna cum ipſis, & ipſi, vel abſentium Nuntii vna cum eo iuramentum præſtabunt.* Et cap. III; *Vt inter Venerabiles Moguntinenſem, Colonienſem, nec non Treuirenſem Archiepiſcopos, ſacri Imperii Principes Electores, omnium litium & ſuſpectuum * qui de prioritate, ſeu dignitate ſeſſionum ſuarum in curiis Imperialibus & Regalibus ſuboriri valerent impoſterum, perpetuis in antea temporibus amputentur, & ipſi in cordis & animorum quieta conditione manentes, & de opportunitatibus ſacri Imperii concordi fauore, & virtuoſæ dilectionis ſtudio conuenientius meditari valeant, pro conſolatione populi Chriſtiani, habita deliberatione, cum omnibus Principibus Electoribus, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, & de ipſorum conſilio decernimus, & de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine hac edictali lege perpetuo valitura ſancimus, quod ſupradicti venerabiles Archiepiſcopi, Treuirenſis videlicet ex oppoſito lineari directione, verſus Imperatoris faciem; Moguntinenſis vero in diœceſi & prouincia, & extra prouinciam ſuam in toto Archicancellariatu ſuo Germanico, prouincia Colonienſi duntaxat excepta; & demum Colonienſis in ſuis diœceſi & prouincia, & extra prouinciam ſuam in tota Italia & Gallia, in dextro latere Romanorum Cæſaris, ſedere poſſint, valeant, & debeant, in omnibus publicis actibus Imperialibus, puta iudiciis, col-* § 2 * ſuperponant § 2 * ſuſpectuum, quæ & qui

87 *lationibus feudorum, & in refectionibus menſarum, ac etiam in conſiliis, & omnibus aliis agendis, propter quæ contigit, ſeu continget, eos pro honore ſeu vtilitate Imperiali tractandis mutuo conuenire. Et hunc modum ſeſſionis ſub omni eo ordine, ſicut expreſſatur ſuperius, ad prædictorum Colonienſis, Treuerenſis, & Moguntinenſis Archiepiſcoporum ſucceſſores perpetuo extendi volumus, vt nullo vnquam tempore ſuper iis quæuis dubietas generetur *.* Iſta Carolinum edictum. * orietur

Hinc in citatis manu ſcriptis priſci verſus:

Treuiris ætate: ſed rerum proprietate
Gaudet Agrippina: ſed honore Maguntia prima.

Crantzius lib. VIII Saxoniæ c. XXI, *Richardus Anglicus requirebat Moguntinum*

Archiepiſcopum, in electione Regis primarium. Vnde in libello de electione Maximiliani II ſic narratur: *Anno Domini* MDLXII *Francofurti die* XXIV *Nouemb. tota manus Electorii Senatus, ſeptem nimirum Optimates Imperii, matutino ſatis tempore, horam circiter ſextam in æde Romana, quæ eadem eſt domus ſenatoria Francofurtenſium, conuenientes, ibidem ad aliquot horarum ſpatium (nona ſere præterierat) vna moram traxerunt. Exinde vero omnes ac ſinguli Patricio ſeu Electoriali ſuo habitu pro more induti (habitus autem erat toga talaris coccinea pretioſiſſimi panni, & ornamentum capitis mitra rubea exquiſitiſſimo pellitii genere ſubducta, licet ex his Electoribus vnus, D. Maximilianus, eo quod regia polleret apud Bohemos dignitate, regio quoque diademate circa tempora cinctus, cetera vero in veſtitu par erat), ſpectabili ſane atque pulchro ordine pariter bini ac bini, & primo adeo Elector Moguntinus, & Elector Treuirenſis, poſtea Elector Colonienſis, & Elector Bohemiæ, deinde vna ſerie coniuncti Elect. Palatinus, Elect. Saxoniæ, & Elect. Brandenburgenſis inuicem comitati omnes in equis ad templum D. Bartholomæo ſacrum deuenere,* 18 *pariterque ordine in chorum eiuſdem templi, ad cuius vtrumque latus ſedilia Procerum ſplendidis admodum ac deauratis aulæis extructa, & decorata erant, ingreſſi ſunt. Regi autem Maximiliano Elector Saxoniæ gladium Imperialem in argentea auratáque vagina reconditum prætulit, interea quoque dum ibi cultus diuinus peragetur, gladium illum Imperialem D. Petrus a Roſenberg, Coronam autem regiam D. Schenck a Limpurg, quoties ea Rex deponeret, ex officio tenuerunt.*

Edit. F pag.

Cum igitur, vt dixi, ad chorum templi deueniſſent, conſediſſentque partim Elector Moguntinus & Elect. Bohemiæ, & Elect. Palatinus a dextro chori latere, partim vero inter vtrumque latus Elect. Colonienſis, Saxoniæ, Brandenburgenſis, & Treuirenſis, tum Epiſcopus VVirciburgenſis, pontificali pro more circumdatus, hymnum, Veni ſancte Spiritus, *deuote ſuccinuit, quem deinde Muſicus chorus Cæſareus ad finem vſque ſuaui concentu modulatus eſt, Proceribus interea ad genua prouolutis. Hoc finito VVirciburgenſis Epiſcopus publicum Miſſæ officium de Spiritu ſancto iuxta Bullæ aureæ conſtitutionem inchoauit, Proceribus interim nonnullis, nempe Electore Palatino, Saxone, & Brandenburgenſi, eo quod communibus hiſce eccleſiæ cæremoniis intereſſe minus ſoleant, in conclaue dextro chori lateri proximum ſecedentibus, & ipſos comitantibus VVilhelmo Comite prouinciali Haſſiæ, Georgio Comite Palatino, Elect. filio, Franciſco Duce a Lauenburg, Anhaldio, ceteriſque aliis, vna cum conſiliariis ſuis; qui omnes, poſteaquam Miſſæ ſacrum finitum animaduerterent, in chorum regreſſi ſuam quiſque priſtinam ſeſſionem ceperunt. Finito itaque hoc ſacro officio idem VVirciburgenſis Epiſc. hymnum,* Veni creator, *canere incipiens, reliquam eius partem Muſico choro decantandam reliquit. Quo peracto omnes pariter Electores ad ſummum altare,* 19 *ſeruato priori ordine, proceſſerunt, iuramentum iſtic præſtituri, cuius hæc erat forma:* Ego N. N. iuro *& teſtor per ſacroſanctum Euangelium, cuius ſcripturam coram me hic præſentem intueor, quod per fidem meam, quam Deo omnipotenti, quamque ſacro Imperio Romano debeo, ex toto cordis mei ſenſu atque intellectu, per diuinum adiutorium, ſuffragium daturus & electurus ſim in caput ſeculare totius Chriſtianitatis, inque Regem Romanorum, & deſtinatum Cæſarem, eum, quem & ratio mea & intellectus fore ad hoc idoneum ac dignum ſuaſerit ac dictauerit; non alicuius rei conditio, non munera aut præmium, non promiſſio aut quiduis horum aliud: ita me Deus iuuet & ſanctum eius Euangelium!*

Primus itaque Elector Moguntinus iuramentum hoc interpoſuit; qui parem iurationis formulam ceteris deinceps Electoribus, nempe Treuirenſi, Colonienſi, Bohemiæ,

Edit. 1 *hemiæ, Palatino, Saxoniæ, & Brandenburgenſi propoſuit. Eccleſiaſtici quidem Ele-*
pag. *ctores inter iurandum dextram in pectore ponere, ſeculares autem hanc ad librum Euangelii applicare viſi ſunt.* Et poſtea; *Idem Moguntinus Archiepiſcopus*, ſiue, vt in eodem libello vocatur, *Electorum Decanus, refert Imperatori omnium nomine factam Regis Romanorum electionem: idem ad populum recitat electionis decretum, electumque Regem proclamat. die vero ſequenti eundem vngit & coronat. Rurſumque cum ad epulum Imperiale Brandenburgicus malluuium, tanquam Archicamerarius, Saxo auenam, tanquam Archimarſchalcus, Palatinus cibos, tanquam Archidapifer attuliſſent, tum*, vt pergit narrare citatus libellus, *poſtulante id ordine, Elector Moguntinus cum ceteris duobus eccleſiaſticis Electoribus ad menſam Cæſaris cominus accedens, gerensque in dextera ex argento baculum oblongum, eumque argenti*
90 *marcarum duodecim pondere grauem, cui tria ſigilla Electorum Archicancellariorum affixa erant, atque facta honorifica inclinatione officiis, obſequiis & iuribus ſuis præmiſſis, ſe ſuosque confratres Electores eccleſ. & officia ipſorum nouo Regi Romano humiliter commendauit, & ei omnem felicitatem ac fauſtam Reip. & ſacri Romani Imperii adminiſtrationem & gubernationem exoptans, ac votis omnibus proſequens, mox propius ad ipſum acceſſit, & ſigilla illa ſuæ Maieſtati obtulit. Sed ea Rex reſeruare nolens, eidem Electori Moguntino ad collum, torquis inſtar, circumdedit: ſimulque diſerte profatus eſt, ſe non ſolum eccleſias & iura ipſorum pro viribus ſuis ſalua ac illæſa cupere ſemper, ſed etiam ſe omnibus ac ſingulis ipſis, ſicut & ceteris Sacri Rom. Imperii Statibus, donec viueret, benignum, propenſum, ac amicum animum allaturum eſſe. Cum itaque ſex Electores munia ſua Imperialia ſic coram nouo Rege executi eſſent, ſubſtitutis interim ac ordinatis ſuo loco & nomine duodecim inclitis Comitibus, qui deinceps inter prandendum Cæſareæ ac Regiæ menſæ inſeruirent, ipſi tandem mox ſinguli ſingulis menſis, eodem in cænaculo poſitis, ad ſumendum cibum accubuere. Harum autem menſarum hic erat ordo: primo menſa Elect. Moguntini in dextro poſt Cæſarem latere, a ſiniſtro autem Elect. Colonienſis, & inter vtrumque latus ex oppoſito Cæſ. Maieſt. Elect. Treuirenſis menſa erat adornata: porro in dextro latere poſt Moguntinum accubitum ſortiebatur Elect. Palatinus, & a ſiniſtra eius loci parte poſt Colonienſ. menſæ ſeparatim poſitæ erant, vna Elect. Saxoniæ, & altera Elect. Brandenburgenſis.*

Certe *Marquardus Freberus* lib. de originibus Palatinis (*part. I*) cap. XV. licet eius, quæ Heidelbergæ modo eſt, ſectæ ſit, ait, *Electores Politicos locum priorem Archiepiſcopis Electoribus ceſſiſſe, & quidem libenter, religionis & eccleſiæ reuerentia:* hoſque inter primas cum ceteris omnibus Moguntino dandas agnoſcit
91 *Sleidanus* lib. I * *Moguntinus Archiepiſcopus Principum Electorum primus eſt, ac veluti conſul perpetuus antiqua conſuetudine.*

* de ſtatu religion. ad an. MDXVIII.

CAPVT XXVI

A quo Moguntinæ ſedi data Septemuiratus dignitas?

SVmma hæc Septemuiratus dignitas Moguntinæ ſedi ab eodem data eſt, a quo vel Eccleſiaſticis, vel Politicis aliis Electoribus. Quiſnam vero eſſet, a quo data primum fuerit, non fuit ad noſtrum vſque ſæculum vlla controuerſia, ſed qui antiquam fidem exterminare, Pontificiſque auctoritatem imminuere hoc tempore conati ſunt Nouatores, beneficium hoc non Pontifici, ſed aliis acceptum ferunt: duplici tamen ſententia. *Collegii Electoralis originem tribuunt*

Nam eorum *quidam* id Imperatori, abſque vlla Pontificis auctoritate, tri- *quidam ſoli Imperatori,*

bilunt, vt *Illyricus* in libro de translatione Imperii, eiusque interpres Rhetor Edit. I
quidam Imperatori & Imperio, *Dresserus.* *Alii* vero toti Imperio, id eſt, Imperatori, & Imperii Ordinibus. pag.
Ita Caluinianus *Iunius* in Animaduerſionibus lib. III c. I *Sententia veriſſima,* inquit, *eſt, hanc inſtitutionem Senirorum, vel Septemuirorum Imperii, decreto & auctoritate Imperii fuiſſe factam, & Pontificis auctoritate (quæ tum plurimum*
accedente tamen Pontificis approbatione, *inualuerat) approbatam, atque religioſe, vt creditum eſt, per illud tempus, confirmatam.* Et c. III; *Nos auctoritatem decreti ab Imperatore & Imperio tota profectam dicimus, confirmationemque a Gregorio V acceſſiſſe.* idque vult ipſum etiam ſcripſiſſe Illyricum, eum *per ſynecdochen* dicendo locutum. Et ſane Caluiniſta iſte magna veritatis vi coactus, plus pæne, quam ſperari ab eo poſſet, largitur: hunc ſcilicet Imperatoris eligendi modum, & paucorum Principum facultatem, *Pontificis approbatione & confirmatione ſancitam principio, deincepsque vſu tritam & cuſtoditam eſſe:* deinde vero *fuiſſe in hac etiam ſententia, huius ipſius ſententiæ hoſtem moroſiſſimum Illyricum.* Hæc enim ſi ſint, nonne vel in- 89
Et quidem venera Pontificis beneficio illius inſtitutio adſcribenda. uiti debent magnum in Electorum iure, Collegioque ſanciendo Pontificis Maximi agnoſcere beneficium? An parum fuit, a populi vniuerſitate ad ſolos Principes, a Principum multitudine ad ſex tantum vel ſeptem, eligendi reuocare ſuffragia? Quid ab eadem eligendi poteſtate vniuerſas Italiæ ciuitates, prouincias, & Principes, quod antea non fiebat, excludere, parumne fuit? Quid, cum Chriſtianarum gentium omnium Principes, Regesque omnes Imperatori, pluribus in rebus, cedere, ipſiuſque prærogatiuam (etiamſi potentia forte & opibus præ-
quo ſunt obſeruandum. pollerent,) agnoſcere debeant, parumne eſt, ſolis ſolius Germanicæ nationis ſex Principibus illam deligendi facultatem annuere & confirmare?

III Vt ſit res tamen tota exploratior & liquidior, tria hic dicenda ſunt.

1 poteſtatem iſtam Principibus iſtis a Pontifice non eſſe obtruſam; PRIMVM; Certum eſſe, ius & poteſtatem hanc non eſſe neque ſex iſtis aut ſeptem Principibus, neque nationi Germanicæ, aut Imperio a Pontifice obtruſam, ipſis aut inuitis & repugnantibus, aut leniter modiceque recuſantibus & abnuentibus. Quis enim tam ſtupidus, qui ſibi, ſuæque patriæ ac generi tantum delatum munus ac ornamentum reſpuat & aſpernetur? Et hoc modo Seuirum ac Septemuirum inſtitutionem ab Imperio, non a ſolo Pontifice factam, decretamque ſi vellet Iunius, vt interdum velle videtur, nihil oppugnaret Pontificium beneficium, multo minus expugnaret.

2 conſilii iſtius excogitationem forte ab Imperatore vel Imperialibus eſſe potuiſſe; ALTERVM; primam fortaſſe conſilii huius excogitationem ab Imperatore vel Imperii hominibus eſſe potuiſſe: ipſam certe conſilii eiuſdem, antequam id effectum daretur, communicationem cum illis a Pontifice factam fuiſſe. Neque enim tanta res temere, conſiliiſque vtrimque non communicatis & expenſis, fieri potuit. Et ſi horum aliquid vellet Iunius, nihil Pontificio iterum beneficio, quamuis vellet ſecus, obſtaret.

3 auctoritatem Imperatoris ab Electoribus nominandi ſummam a Pontifice R. profectam. id quod auctor teſtimoniis probare contendit. TERTIVM; Imperatoris a ſex aut ſeptem Principibus nominandi auctoritatem primam & ſummam, quam libens accepit, decretiſque & factis ipſis deinceps cuſtodiuit & corroborauit Germanica natio, a Pontifice Maximo profectam & deriuatam eſſe. Id quia *facti quæſtionem*, vti loquuntur, habet, penderque potius teſtium aſſeueratione, quam e rationis & argumentorum ſubtilitate: libet hic, & ex ea, cui priſtinum Imperatoris ius eligendi ablatum, & ex ea, in quam id 90
translatum, gente, multos, veteres ac recentes, bonos ac idoneos proferre au- 91
ctores, id eſt, ex Italica & Germanica natione.

Henricus Hoſtienſis in cap. *Venerabilem de elect.*
D. Thomas lib. III de regimine Principum c. XIX.
B. Auguſtinus Triumphus lib. de poteſtate eccleſ. q. XXXV, c. II.
Aluarus Pelagius in planctu eccleſ. lib. I c. XLI.
Ioannes Villanus lib. IV hiſtor. Florent. c. II.
Philippus Bergomenſis lib. XII.
Blondus decadis II lib. III.
Platina in Gregorio V.
Volaterranus Anthropologiæ lib. XXII.
Polydorus Virgilius lib. IV c. VII, alias X.
Alciatus in commentario legis, *Bona ciuitas, ff. de verborum ſignif.* & in libro *de ſingulari certamine.* At hunc virum vocat ipſemet *Illyricus* pag. 17 *doctiſſimum* atque *hiſtoricum peritiſſimum.*

Iure-

Edit. I p. 92 *Iureconſulti* alii ſupra citati cap. XXIII.
Iordanus, quem idem *Illyricus* par. 90 citat.
Iacobus Wimphelingus in rerum Germanicarum Epitome, c. XX.
Albertus Crantzius lib. IV Saxoniæ c. XXV, & lib. VIII c. XXI.
Nauclerus in II volum. generatione XXXIV.

IV, Sed cum in ore duorum vel trium teſtium ſit omne verbum, præ tam multis iam citatis, grauiſſima ſunt adhuc tria teſtimonia.

potiſſimum Innocentii III,

I *Innocentii III* in epiſtola ad Ducem Thuringiæ; e qua eſt cap. *Venerabilem de electione.* Nam & *Illyricus* par. 120 hunc omni exceptione maiorem teſtem nominat.

Concilii Viennenſis,

II teſtimonium eſt generalis in Germania Concilii Viennenſis, cuius in *Clementina*, quæ incipit, *Romani Principes*, hæc verba ſunt: *Eccleſia Romana a Græcis Imperium tranſtulit in Germanos: & ab eadem ad certos eorum Principes ius & poteſtas eligendi Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum, peruenit.*

ipſorum Electorum

93 III teſtimonium ipſorummet Imperii *Electorum* Principum, dum ad Nicolaum III publicas miſere tabulas, quarum hoc initium eſt: *Nos Principes Imperii vniuerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens ab olim ſibi Romana mater Eccleſia quadam quaſi germana charitate Germaniam, illam eo terrenæ di-*
94 *gnitatis nomine decorauit, quod eſt ſuper omne nomen, temporaliter tantum præſidentium ſuper terram, plantans in ea Principes tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratia ſingulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, vt ipſius eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem, illum, qui frena Romani teneret Imperii, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis eccleſiæ: per luminare maius, Chriſti vicarium, illuſtratum. Hic eſt, qui materialem gladium ad ipſius nutum excutit & conuertit, vt eius præſidio paſtorum paſtor adiutus, oues ſibi creditas ſpirituali gladio protegendo communiat, temporali refrenet, & corrigat ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium & bonorum.*

Quid igitur contra tot & tam illuſtria teſtimonia proferre poſſunt citati nouatores? cur bonorum, quos aut Lutheranis aut Caluinianis irretierunt erroribus, Principum indolem, ne a quo ſummum ſuæ dignitatis apicem conſecuti ſunt, recognoſcant, turpiſſima ingrati animi nota inquinare ſatagunt? Vnum, obſecro, vnum inquam, quo pauciores non queunt, nouæ ingratæque ſuæ huius opinationis teſtem edant, aut illabefactam in candidis germaniſque Principum Electorum pectoribus veritatem, priſcique beneficii memoriam vigere patiantur.

Inde Iunium *confutat*,

V Apparet autem hic, vti & in aliis non paucis, data opera, claram veritatis lucem obſcurare Iunium. *Primo*, dum & in allatis teſtibus ſynecdochas neſcio quas comminiſci adlaborat. *Secundo*, dum c. III n. 3 nouum rei geſtæ fingit or-
97 dinem. *Tertio*, dum ne vnum quidem pro ea ſua phantaſia manifeſtum, communique ſententiæ refragantem affert ſcriptorem. quem ſi tamen afferret, eodem illo ſynecdocharum ventulo difflare liceret. *Quarto*, dum teſtes noſtros ita magnifice tanquam Ariſtarchus vel Rhadamantus aliquis iudicat: *Qui*, ait, *errauerunt, aut inſcientia hiſtoriæ, aut religionis ſpecie decepti ſunt, vt communem illam actionem ſoli Gregorio V, qui pars fuit illius, adſcriberent.* Si tot a Catholicis prolati auctores *inſcientia*, vt ipſe ait, *hiſtoriæ*, errarunt, nonne par eſſet,
95 vt, vnde contraria ſententia vel ab illis, nobiſque hauriri debuerit, vel ab ipſo certe hauſta ſit, fontes indicaret? At bonus vir tantam iſtam ſuam ſcientiam e ſuo vnius hauſit cerebro, quod Catholicis cœnoſus, olidusque, non fons, ſed lacus, aut cloaca eſt. Religionis vero ſpeciem quia ſibi omnem dudum detraxit idem Iunius, ideo ſuis in deliriis firmandis tam ſpecioſus modo vetulus eſt. *Quinto* denique, dum addit: *De ſingulis* (teſtibus) *nihil attinet dicere. Nam hæc intelligenti ſatis.* Prorſum ſatis, vt ſolide nihil ab ipſo reſponderi poſſe, aduertant etiam, qui mediocriter intelligunt.

VI Atque vt, qui etiam pæne nihil intelligunt, hoc tamen intelligant, en ex ipſiſmet hæreticis teſtes quatuor, aut quinque.

I *Ioan. Carion* lib. III Chronici, cuius tamen auctorem laudant alii Philippum Melanchtonem potius; *Vbi conſideraret ſapientiſſimus Cæſar* (Otho III) *perpe-*

tuo æſtuare Gallos & Italos transferendæ Imperialis Maieſtatis cupiditate a Germanis, & inter Germanos quoque propter electionem nunquam diſſenſiones defuiſſe apud maiores ſuos; interim tamen tam potentem monarchiam inprimis neceſſariam Chriſtiano orbi ad tutandum Romanum Pontificem, & Italiæ libertatem, denique ad conſeruandam concordiam religionis in tota Europa; verum hanc ipſam monarchiam diu non poſſe durare ſtabilem, niſi & peculiaris cuiuſdam & potentiſſimæ nationis ſubſidio perpetuo firmata conſiſteret: tandem ſuffragatione & ope Pontificis Gregorii (qui quia Germanus erat, adeoque Saxonici ſanguinis, in re tam neceſſaria facile annuit) tulit ſanctionem Principum Electorum in deligendo Cæſare. Atque vt concordia ſeruaretur in electione, religionis cauſa, inter ſacri ordinis Præſules, & Principes reliquos delegata eſt ea auctoritas conſtituendi Romanum Cæſarem, ſeptem Germaniæ primariis Principibus, Moguntino, Agrippinenſi, & Treuirenſi Archiepiſcopis. Additi his ſunt, Princeps Bohemiæ (nam tum Regem adhuc Bohemia non habebat) Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgenſis. Lib. I. pag.

Cuſpiniani. II *Ioann. Cuſpinianus* in Othone III ſimilia. 96

Centuriatorum. III *Magdeburgici Centuriatores* contra ſuum Concenturiatorem Illyricum centuria X c. X colum. 546; *Gregorius ſuam patriam inſigni aliqua dignitate ornaturus, ſanxit, vt penes ſolos Germanos ius eſſet eligendi Regem, qui poſt diadema a Romano Pontifice acceptum, Imperator ac Auguſtus appellatur.* 42

Munſteri. IV *Sebaſtianus Munſterus* lib. III Coſmographiæ, cum retuliſſet, quantas & quam indignas a Romanis iniurias pertuliſſet, e contrario autem quantam beneuolentiam, quamque præſens auxilium ab Ottone Germano accepiſſet Pontifex, pergit in verba hæc: *Porro Gregorius, vt Cæſari, Germaniſque gratificaretur, & acerrimam de accepta a Romanis iniuria vindictam reciperet, nouam fecit vna cum Cæſare de eligendo a Germanis Proceribus Rege ſanctionem, formulamque ac legem creandi Imperatoris, vt hæc electio perpetuo Germanis maneret, & vt e ſuo corpore Cæſarem deſignarent. Quæ ad hoc vſque noſtrum æuum permanet. Debet autem virtute electionis mox ab electione vocari Cæſar, & Rex Romanorum: & accepta corona a Romano Pontifice, tum habet titulum Imperatoris Auguſti. Et priuſquam hæc ordinatio publicaretur, Otto vocatis Principibus & Proceribus Germanicæ nationis, indicauit illis, quanta confuſione electus fuiſſet orbis Monarcha, & quam multi eſſent, qui conarentur propinquos ſuos ad ſummum illud promouere faſtigium. Quæ res ad ſummum Chriſtianæ reipublicæ diſcrimen poſſet aliquando fomentum miniſtrare.* Et poſt nonnulla: *Fertur, hanc ordinationem incidiſſe in annum humanæ redemptionis M I. quæ Gallis plurimum diſplicuit, qui eam graui animo pertulerunt. Verum, quia regium ſtemma Caroli Magni defecerat in Ludouico, Lotharii filio, regia dignitate in Hugonem Capetum tranſlata, contendere cum Germanis operæ pretium non fuit.*

Bertii, addens teſtimonio. V *Petrus Bertius* in Germaniæ deſcriptione: *Othonum*, ait, *vltimus, quum intelligeret, Romanos Creſcentio Conſule rurſum adfectare Imperii titulum, coacto exercitu Romam cepit, impetrauitque a Gregorio Pontifice, vt ius eligendi Romanum Imperatorem perpetuo apud Germanos permaneret. Impetrauit autem hac lege, vt electus primum vocaretur Cæſar & Rex Romanorum: poſtea vero, accepta a Pontifice corona, haberet titulum Imperatoris Auguſti. Electores conſtituti ſunt ſeptem: e quibus Archiepiſcopi tres, quos Imperii Archicancellarios vocare placuit, Moguntinus Germaniæ; Colonienſis Italiæ; Treuirenſis Galliæ. Quatuor Principes, quos vocant ſeculares, Dux Saxoniæ Enſifer; Marchio Brandenburgenſis Camerarius; Comes Palatinus Rheni, Dapifer; Rex Bohemiæ, Pincerna. Ab his poſt exceſſum Ottonis primus lectus eſt in Imperatorem Henricus cognomento ſanctus.* 97 28

Tandem vrget, niſi hoc iuris ſit ab vno & ſummo, ægrius laturas fuiſſe alias nationes. VII Accedit, quod niſi ab vno, qui in omnes & præ omnibus auctoritatem haberet, iuris hoc emanaſſet, ægrius ferrent aliæ Chriſtianorum nationes, ſe neque rogatis, neque volentibus, a paucis Germanorum Principibus eum eligi, qui eo ipſo, quod Imperator eſt, & nominis ipſius maieſtate, & honoris excellentia, primum ſemper locum teneat, ſiue per ſeipſum ille, ſiue per legatos ſuos adſit; Regesque omnes vbique, quantumuis chriſtianiſſimos & potentiſſimos, antecellat. Sed vide diſputationum iſtarum exegeten optimum, *Bellarminum* in lib. III de

Edit. I pag. de translatione Imperii, & Rogerianæ contra Rhetorem Dreſſerum apologiæ compendium, in Polonia primo, deinde Moguntiæ hic editum an. MDCI.

VIII Concludamus igitur, metropoli Moguntinæ, quemadmodum & Principatibus aliis, a Pontifice Maximo Septemuirale ius, munus & dignitatem, Imperatore, Imperioque toto cupiente, approbante, recipiente, ac vſitante, attributam.

Non eſt, vt pluribus oſtendam, quando & qua ratione Eminentiſſimus Principum Electorum ordo cœperit. Paſſim enim hac de re agi videas a recentioribus I. P. ſcriptoribus, *Cocceio* iurispr. publ. cap. XII p. m. 17, *Brunnemanno* introduct. in I. P. diſſertat. VI p. 103 ſeq. *Thomaſio* ad Seuerin. de Monzambano cap. IV § III x) p. m. 312 & ſeq. *Ludevvigio* commentar. ad A. B. tit. I § I p. 71 & ſeq. *Gundlingio* in faſciculo XVII Gundlingianor. obſeruat. II § XXI & ſeq. p. 171 & ſeq. vt *Thulemarium* de Octouiratu c. VII § I & ſeq. p. 79 & ſeq. nec non *Struuium* ſyntagm. I. P. diſſert. XVI § VII & ſeq. p. 740 & ſeq. taceam. Id tamen præterire non poſſum, hanc *Serarii* opinionem, quam poſt *Chriſtophorus Gevvoldus* peculiari libro defendere ſategit, exploſiſſe ex ſcriptoribus pontificiis ipſis haud paucos, viros quidem & generis nobilitate & eruditionis gloria præ aliis conſpicuos: quorum e numero nunc tantum nominare iuuabit *Bernhardum a Mallinkrot*, Decanum olim Monaſterienſem, de offic. ſecular. Elector. & de origine Electoralis Collegii, quod cap. III doctiſſimi de Archicancellariis & Vicecancellariis Imper. libri eſt, p. m. 541 & ſeq. *Ioannem Philippum a Vorburg*, hiſtor. German. ſæc. X ad an. DCCCCXCVIII p. 142 & ſeq. *Natalem Alexandrum*, Ord. Prædicator. hiſtor. eccleſiaſt. diſſert. XVII p. 683 & ſeqq.

98

CAPVT XXVII

Quo tempore Septemuiratus hic Moguntinæ ſedi datus, & ad eum euectus primus quis?

FVit eodem tempore, quo alii Germaniæ Principes, Septemuiratu auctus Moguntinus Archiepiſcopus. Quodnam autem illud tempus ſit, ait libro de Imperatoriis Comitiis ignorare ſe *Onuphrius*, vnum illud certo comperiſſe, in tempus, quod inter Friderici II mortem, & Imperatoris Rudolphi creationem interfluxit, incidiſſe. Ante Onuphrium vero *Auentinus* lib. V *Ego*, ait, *illos* (Electores) *demum poſt fata Friderici II inſtitutos, & a Gregorio X confirmatos eſſe compertum habeo*. Sicque ante annos circiter CCCXL facta hæc fuiſſent. Et hoc perſuaſit ille meorum manu ſcriptorum vni. *Eodem tempore Moguntino datus, quo aliis.* cap. 4

II At multo aſcendendum altius, docent, qui ante Gregorii X principium, & Friderici II exitum ſcripſerunt auctores, cuiuſmodi antea citati ſunt Martinus Polonus, D. Thomas, & Beatus Auguſtinus Triumphus. Hi enim, & cum iis complures deinceps alii, docent, Gregorii V & Othonis III æuo, Septemuiralem hanc inſtitutam dignitatem; nimirum circa Domini annum milleſimum, ante annos DC. idque confirmat pluribus citato lib. III Bellarminus: neque abnuunt ante poſiti nouatores, Illyricus, Munſterus, Dreſſerus, Iunius, Freherus, & alii. Et poteſt egregie hoc ipſum probari e primis, quos quælibet aut eccleſiaſtica metropolis, aut nobiliſſima Principum familia in ſuis annalibus vel ſtemmatibus denotatos habet Electores. Moguntini certe annales & catalogi primum ſuum Electorem Willigiſum laudant. At is, quemadmodum, vbi ad eum poſtea ventum fuerit, conſtabit, anno Domini MXI mortem obiit, dum S. Henricum Imperatorem vna cum Electoribus aliis elegiſſet anno Domini MII ſecundum *Sigebertum*. *quod Gregorii V & Othonis III æuo factum videtur;*

III Quia vero & iſta & quæ ſuperiore capite dicta ſunt, a noſtris manuſcriptis aliis confirmantur, ponam luculenta eorum verba: *Gregorius V, poſt menſem XI ſuæ fugæ, reſtitutus, primus omnium fecit ordinationem Electorum Imperii Romani cum conſilio Othonis Imperatoris III. Qui cum non haberet filium, timuit, ne pro Imperatoris electione, poſt mortem ſuam, bella conſurgerent, ſicut & contigiſſent, niſi in vita prouide proſpexiſſet. Conuocatis potentioribus Principibus ſpiritualibus & temporalibus, ſub Imperio in Germania degentibus, ex Saxonia, Franconia, Bauaria, & Ciſrhenania, propoſuit ſuæ mentis conceptum, atque cum eorum bona voluntate & conſenſu ſanctionem de Imperatoris electione fecit, quam hucuſque XX annos ſupra quingentos ſeruatam videmus: Solis licere Germanis Principem deligere,* qui *id quod auctor probare ſtudet.*

99

101

qui Romanorum Rex & Cæſar appellatus c. Ad Apoſtolicæ de re iud. lib. 6. *ſi a Romano Pontifice confirmetur, Imperator & Auguſtus nominetur. Conſtituti ſunt igitur ſeptem Principes Electores ſacri Romani Imperii ex Germanis, tres ſpirituales, qui ſunt Cancellarii, & quatuor ſeculares nominatim.* Edit. I. pag.

Atenim, cum e dictis pateat, quæ auctor hoc capite habet, haud conſiſtere, e re erit, quos ad præcedens cap. laudauimus ſcriptores, *Gundlingium* præcipue, l. d. conferre.

CAPVT XXVIII

Quot Moguntini Electores hactenus?

INter LIX Archiepiſcopos, de quibus ſupra, locum a S. Bonifacio Willigiſus, Electorum primus, tenuit decimum ſeptimum. Ab illis ergo LIX ſubducantur Archiepiſcopi XVI, qui non Electores. Superſunt Electores XLIII, hodiernum Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum D. D. IOANNEM SCHWICARDVM includendo, qui numerum iſtum expleat.

Hodie LI, ſi quidem ſententiam, quam auctor tenet, ego vero haud ſequor, ſequaris.

CAPVT XXIX

Quomodo Moguntini Archiepiſcopi ſint Imperii Archicancellarii?

Cancellarii vocabulum olim ſcribam tantummodo ſignificabat;

QVod hodierno tempore Cancellariorum munus & dignitas ſit, vix ignarum cuiquam. Olim vero ea vox aut vſitata non erat, aut ſcribam tantummodo & actuarium ſignificabat. 100 *Vopiſcus* de Carino: *Præfectum vrbi vnum ex Cancellariis ſuis fecit. quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici.* Vbi tamen *ex ancillariis*, voce auctori eidem non inuſitata, legi poſſe, notarunt e literatoribus nonnulli. Et pro ſcriba ſumitur Cancellarius, *de Scab. & Cancell. l. II.* Ll. Longobard. & in Caroli Magni conſtitutionibus, vbi ſic: *Nullus Cancellarius pro vllo iudicato aut ſcripto aliquid amplius accipere valeat, niſi dimidiam libram argenti de maioribus ſcriptis.*

poſt vero id nominis cœpit eſſe honoratius.

II Poſtea vero cœpit id nominis multo eſſe amplius, & honoratius, vt eſſet *Cancellarius*, qui Cancellariis ante dictis omnibus præerat, qui primum in Principis conſilio locum tenebat, qui pro Principe reſponſa dabat, eius annulum aut ſigillum adminiſtrabat, & alia, quæ oſtendit in ſuo Iuris ſyntagmate *Gregorius Toloſas* lib. XLVII c. XXVIII, XXIX, & vetus inſignisque ſcriptor *Caſſiodorus* lib. XI variarum & lib. XII, vbi pulcherrima & vtiliſſima.

Inter Cancellarios vnus erat primus & ſummus,

III Cum vero & eius generis Cancellarii plures eſſent, cœpit maxima cum dignitate primas tenere vnus, isque aut *ſummus, primus, & magnus Cancellarius*, aut *Archicancellarius* nuncupari. *Hincmarus* epiſt. III c. XVI *Summus*, ait, *Cancellarius, qui a ſecretis olim appellabatur, erantque illi ſubiecti prudentes, ac intelligentes, ac fideles viri, qui præcepta regia abſque immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter cuſtodirent.* In antiquis Caroli Craſſi litteris, quæ Francofurti, eo quod ſacræ illis S. Bartholomæi ædis fundatio continetur, aſſeruantur, habetur ſic: *Waldo Cancellarius ad vicem Ludouici * Archicancellarii* anno DCCCLXXXII, Indict. V. S. Herebertus Colonienſis apud Rupertum Tuitienſem in eius vita c. V dicitur Othonis III *primus Cancellarius.* Et apud Græcos pro his eſt λογοθέτης, quo nomine paulo vtitur aliter *S. Chryſoſtomus* 99
in I Timoth. homil. IX, & ἀρχιλογοθέτης, quem titulum Otho III dicto iam ſancto Hereberto apud eundem *Rupertum* c. VII ita dat; *Otto Imperator Auguſtus ſola Dei gratia, Hereberto Archilogothetæ gratiam, & Coloniam & pallii cubitum* 101
vnum. Apud *Paulum Diaconum* lib. XXIII *Logotheta generalis* legitur. *Nicetas* vero *Choniates* lib. VII ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον, ὡς ἡ Λατίνων βούλεται φωνὴ, καγκελλάριον, ὡς δ' ἄλλως εἴποιμι, λογοθέτην (ἦν δὲ οὗτος ὁ Μαγεντζης ἐπίσκοπος) πέμψας μετὰ πλείστης δυνάμεως, τὰς Ἰταλικὰς ὑπεποιεῖτο πόλεις, id eſt, *Ipſe quidem* Fridericus Imperator *dum plurimis cum copiis, proprium, vt quidem Latinorum lingua vult, Cancella-*

Edit. I pag. *cellarium, vt vero Græci dicerent, Logothetam (erat autem is Epiſcopus Magentzæ) miſiſſet, vrbes ſubigebat Italicas.*

* *Ludouicum* hic corrupte pro *Luitvvardo* ſcriptum, ſuſpicatus olim eſt *Mallinkrot* de Archicancellar. Imp. p. m. 240. *Cui*, ait (*Carolo* ſcilicet *Craſſo*) *ſi* Serario *credimus lib. I rer. Mogunt. cap. XXIX*, Ludouicus *Archicancellarius fuit: ad cuius vicem diploma* Craſſi, *quo fundatio eccleſiæ S. Bartholomæi Francofurti continetur, anno DCCCLXXXII recognouit* VValdo *Cancellarius. Dubitari enim poſſit, annon, quem reliqui* Ludvvardum *vocant, idem ſit cum* Ludouico *iſto: de qua re certius indicabit, qui iſtas litteras inſpiciet.* Sane, haud male. Inſpexi anno ſuperiori MDCCXIX, permiſſu Admodum Reuerendi Collegiatæ huius Decani, αὐτόγραφον diplomatis, deprehendique, ita ſcriptum eſſe: *VValdo Cancellarius ad vicem* „Luitvvardi recognoui“; vt in Codice diplomatico videre eſt.

Fuit autem *Luitvvardus* hic Epiſcopus Vercellenſis, qui in magna longo tempore apud Herum ſuum, Carolum Craſſum, fuit gratia. vid. *Mallinkrot* l. d. p. 243.

Cancellarii autem vox quibuſdam videtur eſſe a cancellis feneſtrarum

IV Vnde vero *Cancellarii* vox originem cœperit, diſſerunt non indocti homines. Quidam enim a feneſtrarum cancellis, vel feneſtris arctioribus. Ita enim *S. Bernardus* in Cantica ſermone LVI; *Aiunt cancellos anguſtiores eſſe feneſtras, quales vtique hi, qui libros deſcribunt, aptare ſibi ſolent ad recipiendum lumen paginis. Vnde & puto Cancellarios eos appellari, qui chartis conſcribendis ex officio deputantur.* Quo pertinent, quæ Obſeruationum lib. XIII c. XXX ſcripſit *Cuiacius* hiſce verbis: *Symmachus in Ezechielem feneſtras obliquas & anguſtiores, veluti quibus etiam hodie tela emitti ſolent aduerſus hoſtes,* τοξικὰς *vocat. & ita in his, quæ ex Iuliano architecto retulit Harmenopulus,* τοξικὰς *interpretari oportet non arcus, ſed feneſtras anguſtiores.* Et τοξικὰς *feneſtras ſignificari puto in conſtitutione Zenonis de ædificiis priuatis, & in Nouel. Iuſtiniani CLXV, dum vetat vicino auferri vſum feneſtræ apertæ, maris proſpiciendi cauſa, etiamſi ea ſit obliqua & coacta. Virgilius dixit obliqua luce & incertas feneſtras. Hieronymus eas feneſtras, quarum mentionem Propheta facit, feneſtras vocat clauſas cancellis, ligniſque interraſilibus & vermiculatis, quæ profecto non ſunt* τοξικαί. Alii vero a cancellis, quibus circundati erant, ne cui ad eos, mediis in chartis conſidentes, pateret aditus, chartarumque illarum facilis foret amiſſio. Nonnulli a cancellis, quibus Reges a populo ſeiuncti erant,
102 & e quibus, horum vice, reſponſa dabant ipſi Cancellarii. Quibuſdam denique dicti videntur a cancellando, ſiue delendo & antiquando ac lacerando. Hoc enim *cancellare* ſignificat, quod poteſtatis eius ſit Cancellarius, vt poſſit, ſi, præter æquitatem & ius, videat libellos vel codicillos oblatos ſubſcribendos, vel ſigillo regio auctorandos, inducere, cancellare, & reiicere. Quemadmodum & libellorum alii magiſtri æquitatis & iuſtitiæ tantum libellos admittere & ſuſcipere, male autem & iniuſte conceptos reiicere debent. Vnde *Guillelmus Benedictus* in cap. *Raynutius*, num. 205 *de teſtamentis*;

alii a cancellis, quibus circumdati erant, aliis a cancellando

Hic eſt, qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit.
Si quid obeſt populo, vel legibus eſt inimicum:
Quicquid obeſt per eum deſinit eſſe nocens.

Cenſet *Paulus AEmilius* Cancellarium noſtrum poſſe dici *Præfectum iuris*, voce etiam a *Liuio* vſurpata, lib. III in Philippo I.

Cur Cancellariorum in Imperio Romano-Germanico tres?

V Cum igitur Germanicum Imperium tres potiſſimum partes complecteretur, Germaniam, Italiam, & eam Galliæ partem, quæ Arelatenſe regnum vocatur, & in hiſce tribus partibus multi eſſent magnique Principes, multique ipſorum Cancellarii, delecti fuere tres Reuerendiſſimi Electores eccleſiaſtici, qui ſummam in his dignitatem obtinerent, atque Archicancellarii nominarentur; *Moguntinus* quidem Archiepiſcopus, Germaniæ, tanquam partis omnium maximæ ac Imperatori maxime propriæ: *Colonienſis*, Italiæ: *Treuirenſis*, Arelatenſis regni. Adeo vt cum nefarium propinquo, Domino, & Regi ſuo Lutheranus Suecus Carolus bellum inferret, contempteque magnum Poloniæ Cancellarium in litteris quibuſdam appellaret, optime ipſi reſponderit non dignitate tantum, ſed doctrina etiam, reique militaris peritia magnus hic: *Dicis me ſcribam eſſe, & debere arma ſinere. ſum Cancellarius. quod munus non impedit Electores Imperii,*

qui illud gerunt, quo minus priorem locum quam alii, Electores & Duces, ac tanti Duces, teneant. Edit. I pag.

Queis copia placet, legant hac de re, præter alios plures, *Lanonium* ſchediaſmate de Cancellariorum nomine, officio, & dignitate, ſyntagmati de ſanctis Franciæ Cancellariis ſubiuncto, p. m. 726, *Thulemarium* cap. XIII Octouir. Imper. § VI & ſeq. p. m. 146 & ſeq. qui Serario ὁμόψηφοι ſunt: *Salmaſium* itidem adnotat. ad Flauii Vopiſci Carinum p. m. 800; qui quidem in nonnullis ab Serario, aliisque abit. Potius eſt, vt inquiramus, quo quidem tempore & qua ratione ad Moguntinum hæc peruenerit dignitas, vt per omne Imperium Germanicum ſit Archicancellarius priuatiue, vt in ſcholis loquuntur. Ferias autem nobis hic fecit *Bernhardus a Mallinkrot* doctiſſimo de S. R. I. Archi-Cancellariis & Vice-Cancellariis libro p. 265 & ſeqq. quem adeo adire non pœnitebit. Solum adferre placet *Hermanni Conringii* verba, quibus rem hanc ſcite ſatis complexus eſt, exercitat. *de Officialibus Imperii*, quæ illarum, quas *de republ. German.* ſingulari comprehendit libro, X eſt, § VIII p. 542; *Et vero, cum olim in Germania propemodum apud ſolos clericos doctrina aliquid reſidere creditum ſit, omnisque pæne apud nos eruditio monachorum clauſtris fuerit incluſa, mirum non eſt, ſi Archicancellarii officium atque dignitas ſacerdotibus & theologici ſtudii peritis potiſſimum commendata legantur. Obſeruat vero ſolers ille rerum Imperii veterum, dum viuebat, indagator, vir doctrina ac nobilitate eximius,* Bernhardus a Mallinkrot, *commentariolo de Archicancellariis Imperii, primum S. Cunibertum, Colonienſem Epiſcopum, ſaculo poſt C. N. VII Archicancellarii titulo eſſe vſum; exque eo tempore varios nomine iſthoc fuiſſe gauiſos, nec ad ſedem aliquam priuatiue, vt ita loquamur, iſtam dignitatem eſſe delatam, niſi demum ſub Othone I, ſub quo ſedes Moguntina honorata fuerit perpetuo iſto Archicancellariatus iure & honore. Quantumuis enim diffitendum non ſit, iam tum ante illa tempora, facta illa ſupra memorata ingentis Francorum Imperii in tres partes diuiſione, Moguntinum, qui in ditionem regni Francorum orientalis conceſſit (ad quam Colonienſis ac Treuirenſis tum nondum pertinebant) locum inter Præſules primum obtinuiſſe, vnde & a* Witechindo, *rerum Othonis M. ſcriptore coæuo, in hiſtoria inaugurationis Othonis lib. II ſub initium* Pontifex maximus, *item* Pontifex ſummus *appellatur: tamen non ante, quam ſub hoc Othone I perpetuo iure Moguntina ſedes Archicancellariatus decore eſt ornata. Quod num priuilegio & voluntate Imperatoris expreſſa, an vero tacita factum ſit, non poteſt certo definiri: quanquam prius illud vero ſit ſimilius. Poſt ſane VVilhelmum primum Archiepiſcopum Moguntinum, filium Othonis I, ſerie continua iſta ſedes Archicancellariatum retinuit, quem hodienum exercet.* Vtrum Othonis I, vel ſubſequentium proxime Imperatorum voluntate expreſſe factum id ſit, quum monumentis adhuc deſtituti ſimus indubitatis, certo dici non poteſt. Aliter vero iudicandum eſſe, ſi de Cæſarum, qui ſæculo XIII regnarunt, voluntate ſermo ſit, patet. Præſto namque ſunt *Adolfi & Alberti I* diplomata, quibus vterque dignitatem hancce ſedi Moguntinæ confirmauit: ille, tabulis anno MCCXCII, III Non. Iul. Bonnæ; hic, anno MCCXCVIII, Id. Septembr. litteris in monaſterico Holtzkirchen datis, quas in codice diplomatico tom. II inuenies.

Quæ vero Moguntini iura huius intuitu muneris ſint, I. P. explicant ſcriptores, *Boeclerus* lib. VI notit. Imper. cap. V p. m. 174 *e ſchediis Boineburgianis*, *Vitriarius* I. P. lib. III tit. X & *Pfeffingerus* in notis p. m. 126 & ſeq. *Thulemarius* l. d. § XXIX, *Schvvederus* I. P. parte ſpeciali, ſect. II cap. IV § 2 p. m. 615 & ſeq. aliique plures.

CAPVT XXX 103

De Moguntinis templis, & primo de antiquioribus.

Decimum ſunt templa, antiquiora: vt 1) baſilica magna; 2) baptiſterium.

DECIMVM Moguntinæ vrbis decus in templis poſitum eſt. Ea vero duplicia ſunt. Vel enim hic olim ſteterunt, vel ſtant etiamnum.

II Prioris generis *primum* eſt, magna illa baſilica, in qua tot obtruncata Chriſtianorum millia narrauit nobis antea *D. Hieronymus (cap. VII)*

III *Secundum*, magnifica item illa, quam modo *aulam* & quidem *arduam*, modo *arcem* vocat lib. II epigr. XII *Venantius*, quamque deſcribit, a B. Sidonio Moguntino Epiſcopo ſtructam, ſed Berthoaræ, optimæ optimi Theodeberti Francorum Regis filiæ, munificentia & ſumptu. Digniſſima ſane res, quæ, poſt tot annorum tenebras, in lucem reuocetur. Ita igitur ibi ſcriptum eſt:

DE BAPTISTERIO MOGVNTIAE.

Vocabant vero baptiſterium olim aliquando quidem ſolum eum aut lapidem aut lacum, locumue, qui baptiſmo deſtinatus eſſet; aliquando totum, in quo eiuſmodi lacus aut locus eſſet, templum. & ſic loco iſto loquitur *Venantius*: priore autem modo *S. Gregorius* lib. IV epiſt. XXII *Baſilicam*, inquit, *cum baptiſterio in honorem beati Apoſtolorum principis Petri, atque Laurentii martyris, pro*

lucran-

Edit. I pag. *lucrandis animabus fundari percepimus.* Et *Paulus Diaconus* lib. XXI; *Maria uxor Leonis proceſſit ad magnam eccleſiam, & oratione ante ingreſſum altaris effuſa, tranſiit ad baptiſterium magnum.* Sic & *Marcellinus* in S. Swiberti vita cap. VII. *Sicut ad orationem*, ait lib. de VII Vrbis eccleſiis *Onuphrius*, *& verbum Dei audiendum luculentiſſimas baſilicas, ad eucbariſtiam exhibendam aras & ſacella, ſic etiam ad baptiſmum tradendum, fontes & baptiſteria ampliſſima exædificarunt.* Sed ſuos iam verſus ſubiungit *Venantius*: de quo Venantius.

104 *Ardua ſacrati baptiſmatis aula coruſcat,*
Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauat.
Hic paſtore Deo puris grex mergitur vndis,
Ne maculata diu vellera geſtet ouis.
Traxit origo necem de ſemine, ſed pater orbis
Purgauit medicis crimina mortis aquis.
Hanc tamen antiſtes SIDONIVS extulit arcem,
Qui Domini cultum templa nouando fouet.
Struxit, Berthoaræ voto complente, ſacerdos
Quæ, decus eccleſiæ, cordis amore, placet.
Catholicæ fidei ſplendor, pietate coruſcans
Templorum cultrix, prodiga pauperibus.
Seminat, vnde metat fruges, ſpargendo, recondens,
Terrenis opibus non moritura parat.
Filia digna, patri te, Theodeberte, reformans,
Rexiſti patriam qui pietate patris.
Et comitante fide reuocaſti ex hoſte triumphos,
Sed capti pretio mox rediere tuo.
Eccleſiæ fultor, laus regni, paſtor egentum,
Cura ſacerdotum, promptus ad omne bonum.
Cuius dulce iugum nullus gemuiſſe fatetur,
Viuis adhuc meritis Rex in amore tuis.

IV *Tertium*, quod quidem olim ſteterit, apud eundem ilico ſubditur S. Georgii templum, hiſce verſibus: 3 templum D. Georgii

Martyris egregii pollens micat aula GEORGI,
Cuius in hunc mundum ſpargitur altus honor:
Carcere, cæde, fame, vinclis, ſite, frigore, flammis,
Confeſſus CHRISTVM, duxit ad aſtra caput.
105 *Qui virtute potens orientis in axe ſepultus,*
Ecce ſub occiduo cardine præbet opem.
Ergo memento preces, & reddere dona, viator,
Obtinet hic meritis, quod petit, alma fides.
Condidit antiſtes SIDONIVS iſta decenter,
Proficiant animæ quæ noua templa ſuæ.

Eſt autem in decaſticho iſto notandum, quanta iam olim non in Oriente modo, ſed in noſtro etiam Occidente apud Rhenum, & hic Moguntiæ fuerit S. Georgii martyris, quem hodie rident Nouatores, fama, & erga ipſum pietas. Vides enim, quam præclare ipſius pro Christo cruciatus breuiter hic enumerentur; quomodo in ipſius honorem a B. Sidonio Epiſcopo nobile templum, ſiue aula ſacra exſtructa ſit: quomodo ad preces in ea fundendas, ſacraque dona offerenda, viatorum inuitetur pietas. Poteſt hoc non inepte conferri templum cum iis, quæ in eiuſdem S. martyris memoriam, erexit apud *Procopium* Imperator Iuſtinianus; quæ habuit apud *Wilhelmum Tyrium* lib. VII belli ſacri, Dioſpolis ſeu Lydda: quæ aliæ apud *S. Gregorium* lib. IX epiſt. c. LXVII, lib. XI c. XLV

vrbes: quæque hodiernis etiam temporibus reuerentur Barbari ac Turcæ, prout libro de ſacris non temere violandis notat *Faber*: & de Ægypti Cairo Illuſtriſſimus *Radzivvilius* epiſt. III. Edit. I. pag.

Vbi vero templa hæc ſteterint, iam ſupra non liquere dixi. Video tamen hodie in vicino Bretzenheimio S. GEORGII templum; & alterum in Caſtello *; in leprodochio ** tertium; in vrbe vero vnum & alterum ſacellum †; ſed perexigua omnia; vt per ea potius conſeruatæ quædam veteris illius memoria & reliquiæ, quam ipſum illud vetus eſſe, videatur: niſi quod vrbani vnius ſacelli turris & ſtructuram & formam admodum vetuſtam præ ſe ferat.

* Vix dubito, quin iſta quondam in caſtello *D. Georgio* dicata ædes parochialis fuerit incolarum vici, vt hodie vocatur, *Caſſel.* Mouet me, quod Parochus Caſſelenſis anno MDLXXXVII, die XXIX Aprilis denuntiauit, baptiſterium ad *D. Georgii* profanatum eſſe, plumbo, cuproque a furibus ablatis; ſimul vero petiit, vt baptiſmi fons in ædem, quæ in vico ſit, ſacram transportetur. Quod & conceſſum acta narrant. Sequitur enim, die XX Maii ædis ſummæ Decanum retuliſſe, die Iouis præterito baptiſterium ex æde *D. Georgii* in templum Caſſelenſe translatum, & ab Reuerendiſſimo Suffraganeo ſolito cæremoniarum, precumque ritu ſacratum.

** Quod in leprodocheo fuit *D. Georgio* dicatum ſacellum, a Suecis bello tricennali primum aliquam partem diſturbatum; a Cæſarianis vero, dum vrbem poſt obſidebant, penitus euerſum fuit; leproſis, qui miſeram in domo adſita vitam agebant, exſpoliatis ac in exilium actis; vt Vicedomini Moguntini, *Henrici Brömſer* de *Rudisheim*, litteris, anno MDCXXXVI ad Locumtenentem & Conſiliarios Electoris Anſelmi Caſimiri datis, edoctus ſum.

† E. g. quod fuit in curia ſiue domo *Cameris*, vt vocabatur; quod tamen iuxta cum ipſis ædibus iam pridem deſtructum eſt. Item illud, quod fuit in platea, quæ vulgo die *Marckſtraſſe* dicitur, ac in litteris *Bertholdi* anno MCCCCLXXXV, dominica poſt Crucis exaltatæ memoriam Steinhemii ſcriptis, vocatur *die Cluſe zu* S. Georg *vff der Margſtraſſe.*

In curia ſiue ædibus Reuerendiſſimi ad ædem maiorem Decani hodieque ſacellum *D. Georgio* ſacrum ſuperat: cui ſacello contributa in templo metropolitano *Vicaria*, vt vulgo vocant. Is vero, qui beneficium id tenet, Parochus familiæ Decani eſt.

4 forte 4 Traſarici; V *Quartum*, neſcio an Moguntiæ locandum ſit, quod ibidem ſubiicit *Traſarici oratorium.* Certe *Traſarici* nomen cum Germanico illius, hodiernique temporis ſermone prorſus conuenit, ſicuti & *Thraſamundi*, vel vt apud Fulgentium eſt, *Threſimundi, Theodorici*, *Alarici*, *Alberici*, *Friderici.* Sed in manuſcriptis libris, & in Sanctorum ad S. Albanum translationibus frequens mentio (tertium S. Hilarii,) eſt templi S. HILARII, quod in antiquis apud Trithemium verſibus, in vita 106 S. Maximi cap. XVIII vocatur *ſacroſancta baſilica*, vt in Epiſcopo LII infra patebit. & eo loco videtur fuiſſe, vbi eſt hodie Dalheimenſis monaſterii moletrina & villa. In ea enim ſupereſt incultum, & pietatis, rerumque omnium, quæ huius comites, inane S. AVREI ſacellum; dignum ſane, quod ſibi Sidonius aliquis recolendum depoſcat *. Nam in eo adhuc altare eſt, ad quod S. Martyr Aureus interfectus eſt: quodque ſanguineis quibuſdam maculis rubricatum refert, in ſuis ad Moguntinum Breuiarium notis, R. D. *Io. Latomus*, piæ memoriæ Decanus Francofurtenſis, licet has ego notare hactenus non quiuerim. (conf. inf. lib. 2 c. 17) De eo in MS. ſic: *S. Hilarii*, *extra ciuitatem*, *antiquæ venerationis capella*, *vbi primum Epiſcopium fuiſſe dicitur.* Eſt autem Epiſcopium, Epiſcopalis eccleſia & domicilium. S. HILARIVM vero eum potius crediderim, qui Moguntinus Epiſcopus quintus, & martyr poſtea dicetur, quam qui Pictauienſis in Gallia fuit Epiſcopus. Fuit enim ille circa Domini annum CLX martyrii donatus corona; multo ſcilicet Pictauienſi antiquior.

* Enimuero, annis præterlapſis id pie inſtaurari curarunt, quæ in parthenone Dalheimenſi Chriſto militant, & diſciplina Ciſterſienſi deuinctæ ſunt, virgines.

5 vetus S. Victoris. VI *Quintum* eſt *S. Victoris* templum. Nam fuiſſe hoc ante S. Bonifacium, teſtatur ſatis S. Wilibaldus, dum in Wiceliano hagiologio ait, ſe *S. Bonifacii vitam ſcripſiſſe*, *& reſcripſiſſe in loco*, *qui S. Victoris extra muros dicitur*, *vbi Lullus & Rabanus vacabant orationibus.*

6 vetus S. Albani. VII *Sextum S. Albani* templum. Quamuis enim poſtea id a Richolpho extructum dicturus ſim, id tamen intelligendum, quoad maiorem amplitudinem & magnificentiam, & quoad nouam monaſterii formam. Nam antea iam templi aliquid ibi fuiſſe, agnoſcunt hi MS. verſus:

Edit. I pag.

Martyris ALBANI *renouauit culmina Richolff,*
Antiſtes humilis, CHRISTI *deuotus honore,*
Exornans aram pretioſis, atque metallis.

Sed quia noua his & magna poſtmodum facta fuit acceſſio, de iis iterum ſequenti capite agendum erit.

107

CAPVT XXXI

De poſterioris æui Moguntinis templis, cultis & incultis, ſtantibus & dirutis.

Moguntina recentioris æui templa vel coluntur & frequentantur adhuc, vel inculta & abſque vllo vſu permanent. Rurſumque vel ſtant etiamnum ac integra ſunt, vel iacent humi ſtrata. idque omnino, vel maxima ex parte*. Quæ huius generis ſunt, ea ſingillatim notabo. Sed etiam prius adhibebo, qua MS. vtitur, diuiſionem. Sunt enim templa hæc hodie *Canonicorum*, *Parochiarum*, *Monaſteriorum*, tam virorum quam feminarum, *Hoſpitalium*, *Sacellorum*, & *Collegii Societatis Ieſu*. *Tum illa, quæ etiamnum ſtant.*

* Hodie non amplius ita habet. Partim enim in quorundam, quæ humi ſtrata iacebant, locum templa ſucceſſerunt alia: partim, quæ illorum ſupererant, rudera alio auecta ſunt, locis, in quo olim ſteterant, iam dudum complanatis.

SECTIO I

De Canonicorum *Collegiis.*

Et *Canonicorum* quidem Collegia decem ſunt.

1 Eſt *eccleſia Metropolitana*, in *S. Stephani* memoriam olim dicata; ſed cum nouum, quod *S. Stephani* vocatur, templum exſtruxiſſet *Willegiſus* Archiepiſcopus, fuit hæc in *S. Martini* honorem eccleſia commutata. *1 eſt eccleſia metropolitana ad D. Martinum.* Eſt *S. Bonifacii* Archiepiſcopi Moguntini vita in magno quodam Colonienſis Carthuſiæ volumine manuſcripta, cuius auctor ſe *S. Bonifacii* temporibus non multo poſteriorem* ſignificat. In eius ergo præfatione ſic legitur: *Gallia atque Germania Martini ſe clipeo defendi præcipue gloriantur, qui eaſdem partim abſens verbo edocuit, partim ſua venerabili præſentia a malis imminentibus liberauit. Sic igitur, quemadmodum & Apoſtoli, poſt tranſitum ſuum, ſub titulo nominis ſui ſedes Pontificales habere promeruit, ob ſingularem credo doctrinam, qua ita eccleſiam Dei illuminauit, vt neminem primis gentium doctoribus imitatione proximiorem dicas, ſi dicta omnia, & bonorum operum exempla perlegeris, quæ ipſe geſſit in vita. Harum,*
108 *quas dixi, ſedium vna eſt Turonica, vbi ſacri corporis reliquiæ locum illum omnibus Regum palatiis honeſtiorem faciunt: altera MaguncIaca: tertia Traiectenſis. Verum hæ duæ, Maguntiacam dico & Traiectenſem, poſt annos a tranſitu eius plurimos, ob nimium eius amorem, priuilegio memorando nominis inſignita ſunt: in quibus vſque hodie Martinus a fidelibus laudatur & honoratur propter admirandas & multiplices ſanitates, quas ibidem plerique ægroti a Domino noſtro Ieſu Chriſto, per ſuffragia tanti medici conſequuntur.* Atque hanc ob cauſam olim dicebatur hæc, prout antea etiam tetigi cap. XVIII, *Monaſterium S. Martini*, donec e priſca vitæ diſciplinæque auſteritate in leniorem ac liberiorem Canonicorum rationem viſum deſcendere: ſed ita, vt prioris illius ſtatus inſignia retenta complura ſint, maxime triſtior ac ſimplicior ille niger habitus, quo in Aduentu & Quadrageſima templum ſolent accedere Reuerendi & Nobiles Domini Canonici †. *Monaſterium S. Martini olim appellata.*

* Atenim, quum ædes metropolitana *VVilligiſi* demum temporibus *Martini* memoriæ, honorique conſecrata fuerit, oportet, quem auctor heic ſcriptorem laudat, duobus minimum poſt *Bonifacium* ſæculis floruiſſe.

† Conf. quæ ſupra ad cap. XVIII § II notauimus. Ceterum & hic, de quo auctor, mos in deſuetudinem interea abiit.

Fuerunt in iſto templo magnæ, de quibus infra c. XXXI*, opes. ſunt & Archiepiſcoporum plurium ſepulcra **, quorum vnum, in quo Cardinalis *Albertus*, hanc minimum ter inciſam habet vocem: *Alle hernaeh*, id eſt, *Omnes poſt:* nimirum *ſequentur*, aut *ſequemini* †. Admonentur enim omnes futuri ex hoc mundo diſceſſus. *Hodie mihi, cras tibi.* Præ iam eo: ſequeris tu. Excipitur nemo. *huc primus & vltimus ordo. Rex hodie eſt, & cras morietur.* Eccleſ. X. v. 12 *Ædis huius opes & ſepulcra.*
Quid ſuperbit terra & cinis? ibidem. Tot & tam clari, tam potentes, tam v. 9

 inſi-

inſignes ac nominati viri viam hanc ingreſſi ſunt, & opinione quidem ſua plerique omnes citius: tu tibi de te quid perſuades? *Alle hernach.* Propone tibi omnes regionis huius prædiuites, prænobiles, præpotentes Dominos, ſæculares, eccleſiaſticos, Metropolitanos Canonicos, Archiepiſcopos & Electores, & ex iis eos maxime, quos de facie forſan noſti. Nonne horum quilibet apud ſe dicit: *Putredini dixi, pater meus es: mater mea, & ſoror mea, vermibus.* Iob. Edit. I pag.
v. 14 cap. XVII: apud te clamat: *Et tu ſequeris. eadem te mater, eadem ſoror expectant?*

* Legas XXXII; quippe quo capite de opibus ſummi templi, e *Chriſtiani II* Archiepiſcopi chronico, agi videas.

** De quibus ſuo, opera peculiari, loco. Vt hic notare ſuffecerit, ſtatuarum ſepulcralium, illis poſitarum, hodie numerari XX: lapidum vero humi ſtratorum XV.

† Cum pateat, auctorem de loco, in quo *Alberti* ſepulcrum, loqui, caue, verba hæc quæras in ſplendido illius monumento, quod extra chorum ad columnarum, mole ſua illum ſuſtentantium, alteram eſt. In ipſo quippe ſaxo ſepulcrali, quod intra chorum eſt, ea reperies. nec tamen *ter*, vt auctor habet, ſed bis; ab vtroque ſcilicet latere. Conf. lib. V in *Alberto* Cardinali § XIX.

De huius vero eccleſiæ forma ſcripſit, hiſce diebus, in ſuis ad Venantium notis lib. II R. P. *Browerus* noſter ſic: *Primaria non ex vno, ſed ex variis coaluit. Arguunt tituli, ſegmenta, & molis varietas, omni ex parte ſibi prope diſſimilis. fronte veſtibuli interioris ad meridiem, qua vetuſtiſſimi operis fabrica,* 109
ſupra ianuam arcuatam lego,

✠

SANCTVS MARTINVS.

Hinc Epiſcopi effigies, dextra templum ſuſtinentis, ea prorſus idea, qua hodie viſitur cathedrale: læua vero librum tenentis, cum inſcriptione:

PAX HVIC DOMVI & omni HABITANTI IN EA.

Subſcriptio:

EMGNOZAN FIERI ME FECIT.*

* Ianuam, ſupra quam hæc, quæ *Brovverus* l. d. notauit, vel hodienum leguntur, lapide cæmenticio nunc clauſam, obtegit monumentum marmoreum *Ioannis Godefridi Chriſtophori de Franckenſtein*, Canonici metropolitani, memoriæ poſitum. Id quod, vt eandem hoc facilius inuenire queas, hic omnino notandum duxi.

In eodem auſtrali latere ſepulcra fere ſunt Dominorum Canonicorum *; inter quæ vnum eſt, cui cum aurichalceas lamellas detraxerint furunculi, hæc inſcriptionis tantum ſupereſt particula, *NOBILIS...... NEPOS SANCTAE ELIZABETHAE**.* In altero autem latere aquilonari eſt ſacellum, de quo contra primum Muſculi Anticochlæum, ita *Cochlæus* cap. V; *Moguntiæ ædes vetuſta eſt, quæ* S. Gothardi *vulgo dicitur, proxime ædem metropolitanæ eccleſiæ. in qua ſane ædicula & inferne, & ſuperne conſpiciuntur plura altaria, eaque vetuſtiſſima. quorum tria, ſuperne non longe ab inuicem diſtantia, dicuntur iuxta ritum Græcorum extructa bene alta, & parum ampla* †.

* Locus vero, in quo hæc Canonicorum, aliorumque viſuntur ſepulcra, vulgo apellatur *Locus memoriæ*; de quo tom. IV in *Epitaphiis* pluribus.

** Fuit is *Otho*, *Comes de Ziegenhain*, Canonicus Moguntinus, qui obiit an. MCCCXL .. vid. *Syllabus plenior* ſectione VI p. 412.

Ceterum interea nec hæc particula impuras rapaceſque furunculorum manus effugit. Quod dum non ſine indignatione refero, non poſſum, quin ſimul notem, auctoris quidem a temporibus plures id genus lamellas ſubductas eſſe. Aliquot ſane an. ſæculi huius XVI, menſe Octobri, ſacrilege demum ſublatas, omnibus notum.

† Hoc *S. Gothardi* ſacellum, per quod in ipſam ædem e foro itur, omnium vtique vetuſtiſſimum eſſe, res loquitur ipſa. In eo tamen hodie nonniſi vnicum conſpicias altare, poſitum quidem an. MCXXXVIII, XI Kal. Iulii, conſecratumque a Buggone, Vangionum Antiſtite. quo videatur, quam tomo IV in libello *de Vicariis* legere licebit, narratio, tabellæ, altari a latere dextro adfixæ, inſcripta.

Ara ſingularis. Eſt in hoc metropolitano templo altare primum eiuſmodi, vt ei aſtans ſacerdos faciem ad Clerum, ceterumque populum obuerſum ſemper habeat, neque cum dicit, DOMINVS VOBISCVM, neceſſe habeat ſeſe conuertere *. Cancellis cingitur ferreis, in quorum ſuperiore limbo auratis vncialibus litteris inſcriptum:

Aurea

Edit. I pag. *Aurea Moguncia ſancta Romana ſpecialis vera filia.*
Aſſis nobis in agone, venerande patrone
110 *Tua benedictione Martine* o bone**,
Vt tuæ ſimus memoriæ conſortes & gloriæ.

* Ita quidem fuit, cum auctor hæc ſcriberet. Nunc altari anno MDCLXXXIII (quo chorus eleuatus, ſtiliſque lapideis cinctus eſt) e parte illius extrema in citeriorem tranſpoſito, atque ad introitum eiuſdem erecto, aliter ſe habet. Cum enim clerus ad occidentem iam ſtet, populus vero extra chorum in naui ad partem orientalem, Sacerdos vtique, dum ſacris operatur, dicendo, *Dominus vobiſcum*, d... versus ſeſe conuertat, neceſſe eſt.

** Cum his ſcilicet duabus vocibus, litteris ſtantibus, vt vocant, *Serarii* verbis hic adſcriptis; quippe quæ in limbo iſto diſtincte prioribus ſubiunctæ ſunt, & vel hodienum quam explicatiſſime leguntur. Conf. *Inſcription. ædis metropol.* ſect. I n. II.

Huius autem altaris ſitu voluit, quemadmodum rebus aliis pluribus, abuti Gallicus Caluiniſta *D. Pleſſius* lib. II de Miſſa c. I; ſed errat bifariam. Nam *primo* exiſtimat, ex eo verſus occidentem aſpici, & in occidentali parte populum & clerum eſſe, cum prorſus contrarium ſit: imo, eam ob cauſam, ſeſe non vertit ſacerdos, dum bene populo precatur, quia ante faciem habet orientem, & in hoc ſuam habet ſtationem tam clerus quam populus. *Deinde* vult, hoc altare in templi medio eſſe, cum in extrema templi, chorique parte ad occidentem ſit. Atque hinc licet cogitare, quam bene quamque vere omnia vndique contra Catholicam fidem cogat & coacervet Caluinianus ille Coryphæus.

Sunt in hoc nobili Canonicorum Collegio e magnis Ducum, Comitum, & Nobilium ſtemmatibus Canonici hoc tempore quadraginta duo. e quibus Capitulares Domini xxv. In *Willigiſo* & *Bardone* Archiepiſcopis de ipſius ædificatione plura *. Canonici.

* Hic breuiter ita habe. Illo ipſo ſtatim die, quo eam operis auctor inaugurarat, incendio periit. vid. *Lambertus Schafnaburgenſis* ad an. MIX, ex eoque auctor infra lib. V in *VVillegiſo* § XIV p. 721. Vt noua ſtaret, idem *VVillegiſus* ſine mora contendit. at, cum reædificandæ immortuus eſſet, *Bardo* Archiepiſcopus anno demum MXXXVII opus abſoluit. vid. *Marianus Scotus* ad h. a. & ex eo auctor l. d. in *Bardone* § IV p. 734. Anno MLXXXI denuo magnam partem igne conſumtam, & rurſus anno MCXXXVII, ſupra iam ad cap. VII dictum. nec dubium, quin poſt fuerit reconcinnata; quamuis a quo id factum ſit, cum veteres hic taceant, dici haud poſſit. Succeſſit dein aliud, quo noue deformata fuit, incendium anno MCXC. vid. *Chriſtianus* Archiepiſcopus in chron. ſect. II § VI n. III & *Helvvichius* in annotat. Peruſtam reſtituere incepit *Conradus I*; *Sigefridus* vero *III* ſiue *iunior* plene demum priſtino nitori reſtituit, ac, opere perfecto, magna ſolemnitate anno MCCXXXIX conſecrauit. Videatur præter *Helvvichium* l. d. ad §. VIII n. I, auctor infra in *Sigefrido III* § XI p. 837.

Ceterum, ſtructuram baſilicæ ipſius cum ſcite ſatis, curateque deſcribat anonymus *aureæ Moguntiæ* ſcriptor, non ab re erit, quæ § XIV ſect. I n. VI p. 184 & ſeq. habet, quamuis pluſcula, huc referre. *Rheno*, inquit, *prætervectis, vel etiam aduectis terra, maieſtatem eminus pandit, quæ omnium oculos impleat, expleatque. Turribus ſex conſpicua: quarum media fere, ſuſpicienda altitudine, poſt ternas in Germania & in Belgio ab exceſſu CCC & amplius pedum eminentes, proxima, ſurgit in ingentem cælo molem; quam minores ambiunt quaternæ: quinta, eleganti faſtigio coronata, eminentiori primæ cum reliquis verticem ſuum inclinat. Sedem tecti nobilem in prima illa octogonam, antiquioris, eoque præſtantioris artificii, ſuſpicit ars hodierna facilius, quam aſſequatur. Exornat turrim triplex ſeries coronidum, columnis diſtincto triplici exteriore circuitu ſeu periſtylio. Similis infra, duas minores complexa turres, ambit corona. Faciem templi ſupra portas cælum, ſeu cælatura varia imaginum, columnarum, & figurarum exornat. Ex ingreſſu amplitudinem templi metiaris licet, quem ſeptem portis patefacit. Nauem templi duplex, ſupra & infra, claudit chorus. Maiorem dixeris nonum templum in templo, baſilicam in baſilica: cuius fornicibus ſuperſtructa ingens illa turris, non aliis ſuſtentata fulcris, murisque, prodigium ſit fabrica perennis, quale noſtrum æuum non moliatur. Neque proportionem templi anguſto illo chori ſpatio diminui, vel in anguſtius templi ſpatium deſinere credas: vaſtitatem potius templi huic exæques, & exæquatam mireris: ſub cuius mole, immania fulcra ſaxea, tanquam ſub cælo Atlantes ſudant. Vaſtitatem ſpatii ne horreas velut magnum inane, quod maieſtas Domini totum implet, reflexo ſplendore ſolennioris ornatus. Altaria viginti quinque, omnia templi decori & magnificentia paria. Medium nauis ſeu ornabat ſeu intercludebat ſacellum* S. Martini, *iuſta proportione molis & fabrica templo inſertum; eminente in faſtigio equite, pauperi chlamydem diuidente. Sub ſacello crypta, vel nonum quaſi ſacellum ſubterraneum. Sed illud hiſce annis ſublatum e medio: ne templum templo obſtrueretur. Chorus etiam iiſdem annis ad anguſtiorem formam eleuatus & adornatus. Et antiquum illud pegma ſubmotum,*

quo

quo in epiphania Domini trium Regum ſimulacra ſtellam ducem artificioſo greſſu ſequentium, gratioſo gyro in medio, paruulo in ſinu matris inclinabantur.

De campanis XXV in turri maiore ſuſpenſis ita pergit p. 189; *Prima & ima tono ſeu baſi profundiori, qua vix profundius vlla in ære Campano, niſi ab immani mole ſubſidat. Vna inter omnes puriori & clariori argenti clangit tinnitu: ab argenti pondere & temperie nomen ſortita.*

De ambulacris templi ſiue periſtyliis, vulgo *der Creutz-gang* appellatis, ſuo loco plura.

Locum itaque, qui *Paradiſus* vulgo vocatur, paucis adhuc attingam. Eſt autem is ſub tecto templi, ambulacro latiore clauſus, totaque die apertus; tum vero pluribus mercium diuendendarum officinis plenus. Olim pertingebat ad ipſum vſque S. Ioannis templum; a multis vero iam annis meliori conſilio ab eo ſic diſterminatus eſt, vt iam platea ſpatioſa & ad anfractus longiſſimos declinandos neceſſaria intercedat. vid. idem *Anonymus* l. d. p. 188.

Ceterum huc conferri merebitur, quam tomo II ſect. IV æri inciſam dedimus, templi huius *ichnographia*.

Edit. I pag. 111

S. Albani, e monaſtico ſtatu in ſecularem conuerſum. II S. Albani, de quo antea ſemel & iterum fuit iam mentio, & erit deinceps non raro in Richolfo, Rabano, & aliis, e quibus cognoſcetur, inclitum hic doctrina & pietate cœnobium, e quo in Sponheim monachorum iit colonia, vt in Sponheimenſi Chronico explicat Trithemius, olim fuiſſe vſque ad annum MCCCCXIX; quo Martini Pontificis conceſſu, in Canonicorum collegium demigrauit *. Superſunt templi huius tantummodo parietinæ: Canonici tamen ſuis fruuntur reditibus, diuinumque ſuum cultum pſalmodiis, ſacrisque miſſarum liturgiis obeunt in Prædicatorum templo **. Vt bene tamen de ſanctuario aliquo reſtaurando ſperare liceat, facit R. & Nob. Domini Decani *Eberhardi ab Heuſenſtam* pietas, & hodierni Reuerendiſſimi ac Illuſtriſſimi *Archiepiſcopi*, qui ante electionem ſuam illic fuit Præpoſitus, aliorumque multorum pietas & munificentia.

* Conf. huc, quæ pluribus dixi in chronico *Sant-Albanenſi* Helvvichiano, lib. II ſectione I cap. I & II.

** Quin hodie nec illæ amplius. Exſtructum tamen recens in loco, quo *S. Albani* olim ſtetit monaſterium, ſacellum eiuſdem memoriæ ſacrum. Sed de his aliiſque omnibus fuſius in *chronico Albanenſi*. Ceterum bene *Moguntia aurea* ſcriptor § XIV ſect. II n. I p. 193; *Templum euerti potuit* S. Albani; *non fundus exſcindi, qui reditus quaſi redditus nobiles pendet eccleſia. Viguitque ſemper officium diuinum cum beneficiis. Primum ad ſacra Canonicorum recluſum fuit templum Prædicatorum. Inde migratum ad S. Stephanum, coniuncta pſalmodia ſacra Canonicis eiuſdem eccleſia. Demum poſtremis hiſce annis iunctum vtrumque S. Albani & S. Ferrutii collegium chorum concentu & officiis ſacris adornat in nouo S. Sebaſtiani ſeu templo ſeu ſacello, quod ex voto ciuitatis poſt ſæuam luem anni MDCLXVI, fatalibus toto alphabeto litteris chronographicis funeſti, nunc ciuitatem exornat.*

In veteri vini extra muros ædem multi & magni olim ſepulti. Fuerunt vero multi & magni hoc loco ſepulti, de quibus poſtea: hiſque accenſenda Caroli Magni vxor *Faſtrada* Regina, cuius, poſt templi eius incendium, ſunt in metropolitanum tranſlati cineres, vti duo hæc ibi poſita docent epitaphia, quorum prius antiquum eſt; alterum, recens.

I

Faſtradana pia Caroli coniux vocitata
CHRISTO dilecta iacet hoc ſub marmore tecta.
Anno ſeptingenteſimo nonageſimo quarto.
Quem numerum metro claudere Muſa negat.
Rex pie, quem geſſit Virgo: licet hic cinereſcit,
Spiritus heres ſit patriæ, quæ triſtia neſcit.

II

Quæ Faſtradanæ coram monumenta tueris,
Haud iſto primum fixa fuere loco:
ÆDe ſed Albano ſacra, ceſſiſque propinqui
Martyribus claro vertice, collis erant.
Nunc ea, quod periit flammis hoſtilibus ædes,
Mota locis zelo ſunt monumenta pio.

De

Edit. I pag.

De epitaphio *Faſtradæ*, ante aram B. Virginis Mariæ, in aquilonari veſtibulo olim ſepultæ, poſito ita *Brouuerus* lib. VII annal. Treuirenſ. § CCXXXIII p. 386; *Ceterum Reginæ candido marmori inſculptus ſepulchralis hic poſitus olim titulus:*

Inclita Faſtradæ Reginæ hic membra quieſcunt,
De medio quam mors rigida flore tulit.
Nobilis ipſa viro coniuncta & iure potenti eſt:
Sed modo cæleſti nobilior thalamo.
Pars illi melior Carolus Rex ipſe remanſit,
Cui tradat mitis tempora longa Deus.

Hæc de Faſtradæ *Reginæ titulo ex probæ notæ veterum documentis cœnobitæ eiuſdem loci memoriæ mandauere. Cum forte Moguntiaci primariam ædem inſpiciens epitaphium ab hoc longe diuerſiſſimum reperiebam eidem* Faſtradæ *poſitum: quod adſcititio tamen cultu fucatum, litterarumque peregrino quodam ductu, ac ipſo denique metri ſono huic ſe ætati ſponte ſubtraheret. Ponetur tamen hic, vt penes alios iſta quoque ſit diiudicatio: nam priori olim ſubiectum fuiſſe, ex clade quapiam vel conflagratione ædis, interpretor.*

Solebat ante idem incendium quotannis e metropolitana eccleſia eſſe proceſſio cum alias, tum vero ipſo Paraſceues die, ibidemque ſacræ crucis adoratio fieri, vt habent rituales MS. libri. Ei autem Collegio alius quam ſecundus iſte datur locus in Canonicatuum recenſione. Atque hanc fere obtinet hodiernus vſus. *ad eum ſollennis quoque olim annua proceſſio.*

III S. PETRI, nunc fere ſemper clauſum, quia cum extra vrbis mœnia procurrat, & ſuperioribus annis plures in Belgium, vel Galliam a nouarum opinionum Principibus copiæ ducerentur, videbatur aliquod inde vrbi poſſe creari periculum. Venantii alibi citatus ſcholiaſtes in lib. VI epigr. IV notat hæc: *Extat in B. Petri veteris ædis veſtibulo egregius lapis, ſculptura equitis Barbarum infeſto ſpiculo ſub pedibus prementis. Porro Barbarus is, crine in nodum, vertice tenus, colligato, hunc Sicambrorum habitum, de quo prolixe V. C. Iuſtus Lipſius ad Taciti Germaniam, ad viuum exprimit; cetera nudus, iuxta poſita claua, vel ſimili quo telo iacens.* Eum depinxit in Antiquitatibus *Apianus* *. Exſtructio in Friderico & Adalberto poſtea indicabitur. *3 D. Petri; monumentum olim notabile Romanum.*

* Neſcio, an auctor hic memoria lapſus ſit. Nec enim *Huttichius*, nec qui *Huttichium* ſuæ antiquarum inſcriptionum συλλογῇ inſeruit, *Apianus*, lapidem hunc depictum dedit. *Serarium* nihilo ſecius ſequitur, quem modo laudaui, *aureæ Moguntiæ* auctor l. d. Lapis ceteroquin hicce, quod notandum, in montem martyrum, neſcio quo conſilio, translatus fuit, in eoque etiamnum ante ſacellum *D. Albani* erectus ſtat, viſiturque. vid. *Hiegell* ſpecim. collectan. naturæ, artis, & antiq. p. 6.

Cetera, quæ hic prætereo, dedi in ſchediaſmate, quod de hac *D. Petri* Collegiata ſectioni I tomi II intexui.

112 IV S. STEPHANI, quod quia Willigiſus, de quo erit ſuo loco dicendum *, erexit; eius in eo ſeruatur caſula, campanæ inſtar, e materia ſerica **, ei ſimilis, quæ Ratiſponæ aſſeruatur a S. Wolfgango relicta. *4 D. Stephani.*

* Dixit autem de eo lib. V in *VVilligiſo* § V p. 716, allatis *Mariani Scoti* & *Trithemii*, in Hirſaugienſi, teſtimoniis. Nos vero pluribus tomo II peculiari de eo ſchediaſmate.

** Caſula hæc ex holoſerico eſt, coloris viridis ſubflaueſcentis, nec, ſicuti caſulæ mediorum ſæculorum, vel hodierni temporis, a lateribus bifida & aperta, ſed, vt auctor monuit, tota clauſa, & campanæ inſtar; ita vt ea indutus, dum celebrat, oram lateralem inferne collectam, humeroſque verſus nodo colligatam, brachiis ſuſtineat.

V S. VICTORIS. Eius hodie reſtat veteris magnificentiæ nihil, præter nuda quædam mœnia, & pauculas templi particulas, intra quas Weiſſenawenſis parochia. Canonici ſuas in S. Ioannis templo partes obeunt *. *5 S. Victoris.*

* De ceteris, quæ dicenda venirent, confer, quod confecimus, chronicon eccleſiæ huius, &c, ſi libet, anonymum *aureæ Moguntiæ* ſcriptorem l. d. n. VI p. 198 & ſeq.

VI B. MARIAE *in campis* olim vocatum, nunc *S. Crucis*, quia inſigni S. Crucis miraculo nobilitata. *6 S. Crucis.*

Et MS. quidem minor in Archiepiſcopo XVIII *duplicem* narrat crucis imaginem, quæ miraculo diuinitus illuſtrata ſit: & *vnam* ait in templi teſtudine, quæ Moguntiam venientes nautas ita ſponte ſecuta ſit, vt cum inſiſtentibus inſiſteret, cum nauigantibus, aduerſo etiam flumine, tenderet, quoad Moguntinum attigiſſet littus; vbi bobus iniugibus & ſolutis impoſita, huc loci, agente ducenteque nullo, delata ſit. Atque hanc Brandeburgicum, de quo antea c. VII, abſumpſit incendium, ita vt non niſi apud paucos, & fere ſeniores, illius aliqua reſideat memoria. Didici autem ab horum aliquibus, eam in ſuperiore templi parte ad igneum vſque annum illum ſeruatam: preces ibi, & dona CHRISTO *vbi de duplici crucis imagine; vna in templi teſtudine;*

IESV crucifixo cum alias ob cauſas, tum ob febrim maxime depellendam, oblata: loci, in quo Moguntinam Rheni ripam primo ſubierit, indicem eſſe illam crucis imaginem, quæ poſtmodum in vrbis muro ſubinde picta fuit: & nunc, portas inter Lignariam & Bombardariam, ſordibus, quadriſque venalium aſſerum ſtruibus pæne occulitur *. Et vero eandem illam ſibi, Petroque Fabro, vni e Societatis Ieſu decem primis, conſpectam, pieque cultam refert noſter piæ memoriæ *Petrus Caniſius* in litteris, quarum, lib. V in Cardinale Alberto, erit mentio. Edit. I pag.

* Viſitur etiamnum pictura iſta in muro vrbis, & quanquam temporis longinquitate, tempeſtatumque iniuria vitium fecerit (quippe hic illic opus defluxit tectorium) haud difficulter tamen adhuc dignoſci poteſt, vt pendula in aere crux nautas ſequatur, vt Rheni ſubeat ripam, vt bobus imponatur: legi etiam inſcriptio latina; non item germanica, illa longe fuſior.

Et verſus quidem, quos diximus, latini ita habent:

Sic quondam imminuit crux pendula in aere nani,
Cum rate mota fuit, cum rate fixa ſtetit.
Hic Mogona incumbens ora, ſacra ſarcina bobus
Creditur, vt pignus, qua via facta, ferant.

altera a Schelkropſio vulnerata; Crucem *alteram* adiicit idem MS. quæ ſola nunc viſitur, ab homine ſceleratiſſimo impie conuulnerata, & a qua hoc, licet communi Brandeburgica infami flamma conſumptum & peruaſtatum ſit, celebritatem accipit non paruam templum, quod in dies magis magiſque ob frequentem multorum, religionis ergo, acceſſum erigere ſeipſum incipit. Quomodo autem miraculo crux iſta inclaruerit, dicetur in XLIII Archiepiſcopo Adolpho Naſſouiano II.

ad quam varia anathemata, Sunt ad altare, vbi hæc ſtatuta eſt, varia e cera ſigilla & icunculæ variorum, aut diuinitus conceſſarum curationum, aut nuncupatorum pie votorum indices; cuiuſmodi libro VIII ad Græcos iam olim notauit bonus inprimis auctor *Theodoretus: Pie*, inquit, *fideliterque precatos, ea maxime conſequi, quæ deſiderant, teſtantur illa, quæ votorum rei perſoluunt. Nam alii quidem oculorum, alii vero pedum, alii manuum ſimulacra ſuſpendunt ex argento, aurove confecta*, &c. 118 *& in his duo vota,* Sunt autem in his chartacea *vota duo* perilluſtria. *Vnum*, quo deſcribitur tota elegante verſu hiſtoria; de quo infra in eodem Archiepiſcopo XLIII. *quorum alterum eſt Philippi & Ferdinandi Bauariæ Principum.* *Alterum*, quod annis ab hinc XII poſuerunt duo Sereniſſimi Bauariæ Ducis GVILIELMI, tanto patre digniſſimi filii *. Exſcribam hic totum, prout illud ſua ipſi manu elegantiſſime καλλιγράφοι optimi, ſcripſerunt.

Ad Crucem miraculo inſignem

Votum

PHILIPPI & FERDINANDI Bauariæ Ducum.

Ergone, te lignum, ligni cæleſtis imago,
Ira furens petit, & ſcelerata cæde cruentat?
Aſpicimus pauidi caput a ceruice reuulſum,
Et vena haud ſolita manantis ſigna cruoris.
At circum toto pendentia pariete dona
Votiuasque tuæ teſtes opis vndique ceras.
O vltore Deo ſanctum, o venerabile lignum!
En! te ſubmiſſi ad terram veneramur; & aræ,
Et tibi ſupplicibus defigimus oſcula labris,
Et pia ſuſpenſa teſtamur vota tabella.
Serua o (nam ſeruare potes) Crux alma PHILIPPVM,
FERNANDVMque, Ducis GVILELMI pignora Boii.
Seruati meritos olim referemus honores.

PhilippusEpiſcopus Ratisbonenſis &c. &c. & Ferdinandus fratres, &c. poneb. & ſer. in reſidentia Moguntina.

1 5 ✠ 9 2.

Primum, quo hiſtoria deſcripta fuit, interea e medio ſublatum eſt. *Alterum* vero adhuc ibidem pendet: de quo, nec non aliis egimus in peculiari Collegiatæ huius deſcriptione, quam tomo II ſectione I ceteras inter reperies.

VII S. Ma-

Digitized by Google

Edit. I p. 114 VII S. MARIAE *ad gradus*, in quo parochia quondam, nunc vero Canonicorum Collegium, cœptum eo tempore, quod poſtea * ſignificabitur. E principe templo eſt huc & alias, & ipſo magni ſabbati die, proceſſio cum crucibus, cereis, & chriſmate, quæ, vt rituales MS. præſcribunt, ferre debent duo Canonici non Capitulares; eo, qui baptiſmatis fontem benedicturus eſt, Prælato ſubſequente: duoque Canonici cappati litaniam eundo cantant; redeundo autem duo, qui *Regis & Epiſcopi Capellani* vocantur. Et ibidem quotidiana pietatis exercitatio, dum ad veſpertinam B. Virginis ſalutationem, quæ SALVE dicitur, bene multi ac multæ itant *. 7 S. Mariæ ad gradus.

* Lib V in *Sigefrido I* § VI p. 749. Ceterum de origine illius, aliisque curatius actum in chronico, quod de eo, ædeque hac *B. M. V.* ſacra dedimus, tom. II ſect. I ceteris immixtum.

VIII S. MAVRICII. quod in huius ſancti & ſociorum honorem exſtruxit Luitbertus Archiepiſcopus. ideoque ſunt in huius hyperthyri lapide hi verſus: 8 D. Mauricii.

Sexcenti deni, bis ter ſex millia, ſeni,
Libati CHRISTO, templo venerantur in iſto.

IX Templum S. IOANNIS, quod hodierna metropolitana æde multo antiquius eſt. cumque ex eo in illam clerum, reditus, omneque inſtrumentum ſacrum tranſtuliſſet B. Bardo Archiepiſcopus, id tamen indonatum indotatumque & vacuum non reliquit: ſed noua fecit omnia. Id vetuſtate iam deformatum, & præſertim S. Bonifacii viſcerum ſepulcrum, egregie, ſuperiore anno, renouauit, eius Decanus, Reuerendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus, D. STEPHANVS WEBERVS, Suffraganeus Moguntinus. Et huc, vt ſupra dixi, ſacrorum ſuorum cauſa, ſuo e templo euerſo confugerunt S. Victoris Canonici. 9 S. Ioannis

X S. GANGOLPHI. quod olim Ruperti Archiepiſcopi XVI temporibus excitatum eſt: nunc vero a laudatiſſimæ memoriæ Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo DANIELE inſigniter conſtructum, nouo cœpit appellari nomine, *Templum arcis*. 10 S. Gangolphi.

* De tribus hiſce, *S. Mauricii*, *S. Ioannis*, & *S. Gangolfi* eccleſiis Collegiatis cum copioſius actum ſit in narratione, quam de vnaquaque inſtituimus, ceteriſque ſubiunximus chronicis, hiſtorica; conſultum erit, quæ ibi diximus, huc conferre.

SECTIO II
De Eccleſiis Parochialibus.

PAROCHIALES eccleſiæ ſunt VII †.

† Hodie nonniſi V. cum *S. Pauli*, & *S. Nicolai* templa auctoris ab obitu euanuerint.

I S. IGNATII. quæ geminis turribus, quod eæ ad ſummum vſque verticem quadris lapidibus totæ conſtent, inſignis eſt *. Eam fuiſſe Templariorum, confirmant MS. e vicina domo, cui nomen *der Tempelhoff* *. Et de his in *Petro* Archiepiſcopo. 1 S. Ignatii

* Ita quoque auctor *Moguntiæ aureæ* anonymus § XIV ſect. III n. III p. 208. Atenim illarum vnam tantummodo quadris conſtare lapidibus, non vtramque, αὐτοψία docet.

Quo cœperit tempore, quoue auctore, non liquet. A multis tamen iam temporibus *Cuſtodi* eccleſiæ maioris ius competit nominandi, qui eam curet, parochum. Quo vide litteras *Godefridi* Decani, ceterorumque ad *D. Victoris* Canonicorum an. MCCLIX datas, quas in lucem protraximus in chronico *D. Victoris*. Hic tantum *Helvvichii* verba e ſchedis manuſcr. iuuabit adducere: *Anno MCCXCVII Non. Februar. quæ fuit feria quinta poſt purificationem B. M. V. præſentauit* Eberhardus, Cuſtos maioris (*ad quem ipſa præſentatio ſpectat*) *eccleſiæ parochiali* S. Ignatii Mog. *D. Godefridum de Oſthouen in Parochum futurum, vt ex ipſius præſentationis littera patet.*

De reliquo notandum, domum vicinam, quam olim *den Tempel-hof* appellatam ſcribit auctor, hodie vulgariter dici *den Straſsburger Hof*, eandemque in ditione eſſe monaſterii ad *D. Iacobum* in monte ſpecioſo.

115 II S. QVINTINI *. cuius quadrata turris vrbis pæne totius, niſi quod ſumma ei ædes occulit, ad incendia & id genus alia ſpecula eſt commodiſſima **. Eſt in hoc templo epitaphium, quod duos habet ad mortui adoleſcentis nomen, *Claudius de Roſieres*, alludentes verſiculos, qui ſalubrem poſſunt æqualibus, etiam ingenioſis, robuſtis, & formoſis, cogitationem indere. 2 S. Quintini.

Corporis atque animi roſa eram: ſtirps vna parentum:
Clauſus in hoc tumulo, ſum cinis, oſſa, nihil †.

Hoc ſcilicet vult Eccleſiaſtes, cum ad iuuenes concionatur cap. XI v. 10, *Adoleſcentia & voluptas vana ſunt.* Edit. I p. 114

* Parochialium in ordine prima, atque adeo illi, quæ a *D. Ignatio* nomen traxit, præponenda.

** Quod ad turrim hanc, confer, quæ diximus intra lib. V in adnotationibus ad vitam Archiepiſcopi *Bertholdi.*

† Quod ad epitaphium hoc, nota, id poſtea, quum ararum vna in alium transferretur locum, loco ſubmotum, vſque huc in ſacello *OO. SS.* quod in cœmeterio ædi huic contiguo eſt, adſeruatum fuiſſe; breui, vt exſpectamus, reſtituendum. Id ceteroquin ex ære fuſum eſt, nec inelegans, cum inſcriptione gallica, quam alia inter epitaphia tom. II ſect. IV inuenies. Verſiculis vero, quos auctor affert, hæc præmittuntur verba: *Iuuentam, phyſicen, ſtirpem, oſque ſuum a patria procul ita claudit Claudius de Ronzier.* 1601. *Claudius* autem hic *Roſieres* gente fuit Lotharingus, patria Rambertivillanus, atque adeo auctoris noſtri popularis.

Ceterum duo ſunt, quæ adhuc notari velim. a) *Primum* eſt, ædem hanc duabus Miſſis, quæ quot hebdomadibus hic celebrari ſolent, haud eſſe incelebrem. *Vna*, quæ ſingulis diebus Iouis in magna hominum frequentia dici ſolet, ac vulgo *Angelorum* nuncupatur, ex vltima voluntate *Ioannis de Reipoltzkirchen*, a *Rudolfo de Greiffenſtein* & *Ioanne Heil*, eiusdem executoribus, anno MCCCCXCIX inſtituta, & a *Bertholdo* peculiari diplomate, die XXV Martii edito, firmata. *Altera*, de *paſſione Saluatoris*, quæ ſingulis diebus hora IX agi ſolet, a *Petro Stumpf*, ciue Moguntino, & *Gutha*, coniugibus, anno MDI fundata, & ab eodem *Bertholdo* ſingulari probata diplomate fuit. b) *Secundum*, quod notari velim, eſt, parochiam hanc ab ædis ſummæ conferri Præpoſito.

3 S. Chriſtophori. III S. Christophori. Circa Domini annum MCCXCII cœpta fuit & ſenſim perfecta. Cum vicinum gymnaſium incolerent Societatis Iesv Patres, neque proprium adhuc templum haberent, in hoc ſacris operari, confeſſionesque audire, & concionari ſolebant *.

* Quod locus ea ſit, in quo belli tempore recondi, adſeruarique ſolet, quæ ſingulari religione hic colitur, ſancta illa crux, auctori, qui *auream* edidit *Moguntiam*, § XIV ſect. III n. IV p. 208. dicitur *theſauri, quem habet Moguntia ſacerrimum, ſancta Crucis, velut palladii ſanctioris, fida cuſtos.*

Quod ſupereſt, parochum, a quo curetur, nominandi facultas illis eſt, qui noto nomine appellantur *eccleſia Iurati.*

4 S. Emerani. IV S. Heimerammi. quam in ſancti huius honorem ideo excitatam facile crediderim, quod cum propagandæ Chriſtianæ fidei cauſa e patria ſua, quæ in Gallica Francia erat, exiiſſet, in haſque Rhenanas partes veniſſet, tanto earum ad pietatem traducendarum ſtudio flagrabat, vt linguæ licet ignarus eſſet, interprete tamen vteretur, ſicque quam plurimis prodeſſe anniteretur, nec fruſtra; vti memoriæ proditum apud *Surium* tomo V †.

† Septem illa habet *Altariſtas* (vid. *Anonymus* dictus l. d. n. V p. 209) & parochiali, quæ a *D. Chriſtophoro* nomen habet, in ordine parochialium præfertur.

Quod ſatis antiqua ſit, & ab ipſo conferatur Archiepiſcopo, patet e tabulis, quibus anno MCCXX *Sifridus II* Canonicis ad *S. Petri* ædem, qui ſuum Collegium in vrbem transferri petebant, eam cum omnibus iuribus attribuit. Leges eas in *chronico* Collegiatæ *ad D. Petri.*

5 S. Mariæ. V S. Mariae vetus eccleſiola. quæ vulgo nunc *Vndenmünſter* *.

* Hodie *S. Petri*; quod ad *S. Petrum* Canonici, quibus ius patronatus eccleſiæ huius, vt tabularum, quas in *chronico Petrenſi* exhibuimus, vti hodie adhuc, ita iam olim competebat, deſtructo ipſorum, quod extra vrbis mœnia fuit, templo, in eam immigrarint.

Quum reditibus, cenſibusque temporum malignitate tam attenuata eſſet, vt difficulter reperiretur, qui regimen illius vellet ſuſcipere, *Calixtus III* P. M. anno MCCCCLVII eidem, ad petitum Collegii Petrini, *Vicariam S. Petri* ad altare ſummum, tum *ad collationem & prouiſionem ipſius Decani* pertinentem, per *Petrum de Eckelsheim*, Decanum ad S. Gangolfi, vna cum omni prouentu, litteris Romæ XVII Kalend. Aug. ſcriptis, adunari iuſſit. Quod & anno ſequenti die XXI Aug. factum.

Ceteroquin in vetuſtioribus numeranda venit. Quippe in litteris quibusdam anno MCCXXII iam occurrit *Henricus Plebanus in Vdenmunſtere*; & in aliis anno MCCXLV perſcriptis, *Chriſtianus Parochianus in Vdenmunſter.*

6 S. Pauli. VI S. Pavli peruetuſta item eccleſiola, quæ a S. Bilhilde fuit exſtructa, vt in Germanica eius vita refertur *.

7 S. Nicolai. VII S. Nicolai. extra muros prope S. Albanum, ad quam ſuburbales Filtzbachiani pertinent *.

* Hæc *S. Pauli* & *S. Nicolai* templa auctoris a temporibus, vt ſupra iam dictum, euanuere. Et illud quidem belli tricennalis tempore, a Suecis euerſum fuit. Ceterum a D. *Bilhilde*, *veteris cella*, vt infra videbitur, auctrice, primitus ſolum ſtiorum in vſus fuit conditum; vti in litteris Reuerendiſſimi in eccleſiaſticis Vicarii anno MDCXLI ſcriptis habetur; nec poſtea alio, niſi veteris æui, & ipſo *S. Bilhildis* nomine ſplendidum fuit, vt *aurea Moguntia* auctor,

ſæpius

Edit. I pag. ſæpius iam nobis memoratus, loquitur l. d. n. V p. 210. Conferebatur a dicto *veteris cella* aſceterio.

Id tandem notandum, I) omnes Collegiatas certo reſpectu dici poſſe, quin eſſe parochiales; cum illorum complectantur familias, qui intra *immunitatem*, vt vocant, earundem habitant, iisdemque ac altari ſeruiunt: proprie vero & *κατ' ἐξοχὴν* parochialium nomine ſolum venire quinque; *S. Quintini* ſcilicet, *S. Ignatii, S. Emerani, S. Chriſtophori*, & *B. M. V.* vulgo *S. Petri*, olim *Odenmunſter*.

II) Fontem, vt vocatur, baptiſmalem templi metropolitani eſſe in æde contigua B. M. V. *ad gradus*, e medio illius ante XX circiter annos translatum in ſacellum *S. Aegidii*. Inde Canonicos ad dictam *B. M. V.* ædem vti baptiſterio in templo *D. Mauricii*.

SECTIO III

De Monaſteriis.

MONASTERIA virorum X*.

* Proprie tum temporis, quo hæc ſcribebat auctor, V tantum erant. *S. VVilhelmi* enim, *S. Antonii, S. Eliſabethæ, S. Sepulcri*, & *S. Bernhardi* huc non pertinuere. Hodie vero, ſi monaſteriis *Franciſcanorum* & *Capucinorum* addideris *Collegium Societatis Ieſu*, eiuſdemque domum probationis ſiue *Nouitiatum*; tum vero *Seminarium Bonifacianum*, X vtique ſunt.

I S. IACOBI *Benedictinorum*, ad vrbis muros*, in monte, qui vel a Druſi pyramide, vt exiſtimat R. D. *Latomus*, vel a loci amœnitate *ſpecioſus* dictus eſt. De hujus ædificatione, diſturbatione, & reædificatione occurret poſtea non ſemel mentio.

* Nunc intra vrbis propugnacula, vulgo *auf der Schantz*, prope ſaxum glandiforme. Ex quibus *Leuckfeldium* interpreteris, qui antiquitat. Bursfeldenſ. cap. III p. 110 minus bene: *lieget bey dieſer Stadt auf einem Berg in einer veſten Schantz, NB in dem ſo genannten Eichelſtein.* Plura dabit, quod recenſuimus, notuliſque non modo paſſim inſertis illuſtrauimus, ſed ad præſens etiam tempus vſque perduximus, *Ioannis Antonii VVitlichii* de hoc *S. Iacobi* cœnobio chronicon, tomo II ſectione III recuſum.

II *Prædicatorum.* quorum ſacra æde commodato vtitur *S. Albani* Collegium. 2 *Prædicatorum.*

115 III *Carmelitarum.* in quo, cum Brandenburgicis flammis hauſta reſtauraretur Moguntina S. Martini arx, habitauit tantiſper Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus DANIEL. 3 *Carmelitarum.*

IV *Auguſtinianorum.* in quo ſolet quotannis ipſo S. Auguſtini die Theologicæ facultatis eligi Decanus, & haberi ſolenne ſacrum, latinaque de huius præclare geſtis oratio; cui, nouo & ad iuuentutis excitanda ſtudia inſigni exemplo, voluit anno MDCII Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus IO. ADAMVS intereſſe. 4 *Auguſtinianorum.*

V *Carthuſienſium.* quod Brandenburgico eodem incendio conflagrauit: ſed maxima ex parte modo reſtauratum, & quidem etiam quoad religioſorum bonorum numerum, & pietatem. Tradentur eius prima initia in Archiepiſcopo XXXVIII (*leg. XXXIX*) 5 *Carthuſienſium.*

Hæc *Prædicatorum, Carmelitarum, Auguſtinianorum*, & *Carthuſienſium* cœnobia ſuis, peculiari vnumquodque diſſertatiuncula, deſcripſimus: quas tomo II inuenies.

VI *S. Wilhelmi* apud portam Druſi, de qua ſupra c. V & XIII*. 6 *S. Wilhelmi.*

* In appendice chronici Moguntinenſis manuſcr. quæ *de templis* agit, vocatur *monaſterium Ordinis VVilhelmitarum.* Immutata vero inter hæc loci facie, vt ad cap. XIII dictum, euanuit; ſolo adhuc, quo appellatum fuit, nomine notum.

VII *S. Antonii* hodie item nullum*. 7 *S. Antonii*

* In appendice, de qua modo dixi, ita deſcribitur: *Intra muros vero habetur monaſterium ad* S. Antonium, *& eſt* conuentus Antonitarum.

Enimuero; non interiit, vt auctor habet, ſed adhuc locorum ſupereſt. Aſceterium enim, quod hodie eſt virginibus, quæ ſecundum *D. Claræ* inſtituta ſe componunt, ac nomine humiliori vulgo *pauperes Clariſſæ* vocantur, id hoc ipſum eſt, quod olim fuit *Antonitarum*. Quorum quidem e poteſtate vt exierit, mihi haud compertum eſt. Id vero notum, anno ſuperioris ſæculi XIX ſanctimonialibus iſtis fuiſſe adſignatum.

Ceterum templi conditor fuit ſeculo XIV quidam fratrum ſiue ſodalium, *Nicolaus de Andernaco* dictus: cuius adhuc ibidem viſitur tumulus, huius rei index. Eſt is prope ſummam aram, infra cathedram, hac quidem forma. Lapidi inſculptus ille, figura eminentiori; manu ſiniſtra ſpeciem tenens templi huius ab ſe excitati. Capiti ab vtroque latere addita Antonitarum inſignia; circumcirca vero lapidi hæc verba inciſa: *Hic iacet* Fr. Nicolaus *de* Andernaco, *fundator huius eccleſiæ, qui obiit MCCCXXXII dominica die ante adſcenſionem Domini. cuius anima requieſcat in pace.*

8 S. Eliſabetha. VIII *S. Elizabeth.* apud S. Martini arcem. Hic olim Teutonicorum conuentus *. Edit. I p. 116

* Ordinis Teutonici FF. ample ſemper hic habitarunt. In tabulis enim *Andreæ de Grumbach*, Magiſtri per Germaniam Vicarii, anno MCCCCLXXXIX, die Martis poſt dominicam, qua *vocem iucunditatis* edit eccleſia, ſignatis, præter has ædes, de quibus auctor, mentio etiam fit, *curia veteris Teutonicorum*, dum dicitur, *Bertholdum* promiſiſſe, illam (*den alten Tutſchen hof, den ſin Gn. bisher zu ſiner Canzlie vnd Marſtall ingehabt*) ſe FF. reſtituturum: quin aliarum adhuc duarum domuum, curiæ Veldentinæ contiguarum, quas tum temporis *Andreas* cum *Bertholdo* permutabat, duabus aliis, quarum vna *der Greſichthof*, altera *der VVetterhan* dicebatur, acceptis.

Ceterum, vt olim, ita & hodie locus hic FF. Teutonicorum in peculio eſt; hoc tantum intercedente diſcrimine, quod hodie in *Commendis*, vt vocantur, ſit, vnique Equitum in ſtipendium adſignetur ſacrum; cum olim plurium FF. fuerit conuentus; vti quidem patet e litteris quibuſdam anno MCCCXLVI ſcriptis, quarum, ne qua dubitatio ſuperſit, & initium & finem afferam. *Ich Bruder* Elgaſt, *Commendure des Dutſchen Ordens zu Menze, vnd vvir* die Brudere des Huſes *gemenlich bekennen* &c. *Beſiegelt dieſen Brief mit* vnſers Huſes *Ingeſiegel* (quod Equitem repræſentat) *MCCCXLVI, vigil. Bartholomai.*

Templum vulgo vocatur *die Teutſche Haus-Kirche*, quod quidem bene illuſtre eſt, aſpectuque non plane iniucundo. Quando cœperit, docet inſcriptio, quæ ſupra portam eſt, qua in aream itur adiacentem, & ita habet: *Anno Domini MCCCXIIII incepta eſt hec Capella in die S. Benedicti.*

9 S. Sepulcri. IX *Sancti ſepulcri.* excelſam habet quadratam turrim, & domum Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani *.

* Fratrum olim hic fuiſſe conuentum, haud obſcure innuunt litteræ, quas in codice Diplomatico dedi, *Fr. Helfrici de Rudickheim, Magiſtri domorum Hoſpitalis S. Ioannis Iheroſolimitani per Alemanniam*, anno MCCCXVI, Id. Iun. Moguntiæ in curia Fratrum ſcriptæ. In iis enim ſub finem; *cui compoſitioni Fratres* Henricus *de* Hammerſtein, Conradus *dictus* Ruſer, *Cellerarius in curia noſtre domus in Maguncia*, Hartmannus *de* Worden, Iohannes *de* Winnigen, *&* Tilemannus *peritus in iure, interfuerunt preſentes Maguncie, in noſtra curia ſupra dicta.* Aliæ itidem an. MCCCXXXIV ſignatæ, quarum hoc eſt initium; *Nos Fr.* Conradus *de* Franckenfurdt, *Commendator, ceterique Fratres Domus in Moguntia ſancti Iohannis Iheroſolym.* Aliæ adhuc, anno MCCCLI, XI Kal. Decembr. datæ, in quibus alios inter teſtibus tum adhibitis adſcriptus legitur *VVillinkinus, Conuentualis domus ad S. Sepulcrum Maguncie, Ordinis S. Iohannis Ieroſolomitanenſis.*

10 S. Bernardi. X *S. Bernardi.* fuit ab *Auguſtinenſibus* non procul. Hodie nullum.

Auctoris a temporibus acceſſere

Monaſterium Franciſcanorum,

Monaſterium Capucinorum,

de quibus peculiari opera actum tomo II, ſectione III.

PP. Societatis Ieſu Nouitiatus *ſiue* domus probationis,

Seminarium *itidem* Bonifacianum,

ſequuntur infra ſectione VI.

Feminarum Monaſteria VIII *.

* Cum *S. Nicomedis, S. Georgii*, & *S. Laurentii* cœnobia euanuerint, & *Conuentus maior S. Franciſci* ceſſerit ſodalibus, vt ex ſequentibus patebit; inter hæc vero acceſſerint I *Sororum* D. CLARAE *de tertia regula*, II *Congregationis* B. MARIAE *Virginis* aſceteria, hodie quidem Feminarum ſiue Sanctimonialium ſunt VIII.

1 veteris cellæ. I *Veteris cellæ*, quod circa Domini annum DCXXXV ſuis ipſius ſumptibus exſtruxit *S. Bilhildis*, cum, *Sigeberti* Epiſcopi Moguntini, auunculi ſui, conſilio, poſt mariti, proliſque mortem, Moguntiam commigraſſet, ſeſeque totam religioſæ vitæ dediſſet; prout infra lib. II dicetur. Cuſtoditur hic ſacrum Domini ſudarium, de quo ſupra *. *Cochlæus* in catalogo, & alii quidam hoc *Albarum Dominarum* vocant; ſed erranter; vti mox in monaſterio IV patebit. E Germanico loquendi modo vocatur *vetus monaſterium*, ſed quemadmodum antiquis *alta villa* dicitur *Eltfeldt*: ſic iſtud olim vocabatur *altum monaſterium*, vt lib. II e ſanctæ *Bilhildis* vita monebitur.

c. 30, 31
* cap. 17

Stetit hoc veteris cellæ clauſtrum vſque ad an. ſæculi ſuperioris LVI Cum enim eo & ſequentibus vrbs nouis ac firmioribus muniretur operibus, vt deſtrueretur, res poſcebat. Vt vero conſuleretur ſanctimonialibus, viſum *Ioanni Philippo* Electori, eas cum veſtalibus, quas vulgo *albas Dominas* vocari conſuetudo fert, coniungere. Atenim illis petentibus, vt ſibi liceret, aliud ſuos in vſus domicilium paullo intro verſus (*etvvas näher in der Stadt*) proprio in fundo ſtatuere, ſententia mutata. Quippe non modo iis annuit Elector, verum etiam damnum, quod faciebant, tum ære, tum omnis generis materie largiter collata reſarſit.

Edit. I pag. ſacſit. Igitur intro verſus, centum fere paſſibus a loco, quo Bilhildinum hoc ſteterat, id, quod nunc cernitur, fuit excitatum: monialibus, donec opus explicabatur, in domo, quam *Congregatio B. M. V.* nunc inhabitat, tenerque, commorantibus.

Sequuntur eæ ab aliquot iam ſæculis inſtitutum Ciſtercienſium. Extant enim litteræ an. MCCCLXXXIX ſcriptæ, in quibus *Grede Bart*, Abbatiſſa, ceteræque ſanctimoniales, aſceterii incolæ, ordinis ſe Ciſtercienſis eſſe dicunt; *Cloſter-Iungfrauen des cloſters zu Aldenmünſter, invvendig Menz gelegen, "graes ordens"*. Sic enim ille quondam vocabatur. Quæ ab initio Bilhildinum incoluere, ex D. Benedicti viuebant regula.

II *S. Mariæ* in ſacra valle*, ordinis Ciſtercienſis, hodie *Dalheim*, ad quod pertinet *S. Aurei* ſacellum, de quo ſupra c. XXIX, ſeu *S. Hilarii*. 2 S Mariæ in Dalheim

* Eo loco, quo primum ſtetit Moguntia. vid. ſupra cap. VI § I & ſeq. Cui ſua debeat initia, vel ſaltim exædificationis cultum, haud præteriit, qui *FF. Eremitis* conuentus Moguntini eſt *manuſcriptus* f. 68) *Viel Clöſter, deren etliche vorhin angefangen, vnd nit volbracht, etliche die er* (Archiepiſcopus Arnoldus) *von newvvem auffuhret, bawet er gar aus, begabet ſie mit gnugſamen zinſen vnd gülten. Vnter denen vvas nehmlich* vnſer lieben Fravven cloſter *im* thal, *da ervvan die erſte alte Stadt geſtanden.* Idem f. 94 b) notat, id verſo diſciplinæ ſtatu, ad normam, quam D. Virgo *Clara* tenuit, Sigefridi III auſpiciis formatum fuiſſe; ſanctimonialibus tamen ad priſcum vitæ religionisque inſtitutum poſtea ſe rurſum componentibus. *Er ver-vvandelt* (ita verba habent) *auch das cloſter* Dalheim *in den Orden* S. Claren: *vvievvol hernach die Iungfravven darin die erſte Regel vvieder angenommen.*

Sub finem ſæculi XIII renouatum fuit cura Rectricis *Libſtæ*. Indicio nobis eſt inſcriptio lapidi eiusdem ſepulcrali, ante aram *SS.* Petri & Leonardi, addita:

Martha vigil forma morum, virtutis imago
Ac ſpeculum, norma vite, primeua propago
Ordinis, hanc edem renouans iacet hiccine
LIBSTA,
Cui celi ſedem nate de virgine preſta.
Anno milleno Chriſti tercenoque ſecundo
Tranſiit a mundo, carnis iam libera ceno.

Poſteris temporibus ſemel atque iterum tempeſtatibus, eluuieque multum fecit damni. Primum anno MCCCXCV; de quo *miſcella noſtra diluuiola* f. 137 a) *Anno preſcripto ipſo die inuentionis S. Stephani martyris venit quidam torrens. que aqua ineſtimabile damnum monialibus in* Dalem *intulit.* Dein anno MCCCCXLVII; de quo eadem f. 150 b) *Eodem anno, XXIX die Iulii venit aqua nimis magna — deſtruxit omnia molendina, & muros clauſtri in* Dalem, *cum coquina, ſtabulis, & aliis multis habitaculis, & fuit tam magna aqua in clauſtro, quod attigit chorum in magna copia & altitudine, & ſubmerſi ſunt in clauſtro Dn. Conradus de Elsuil, Confeſſor monialium, & ancilla in coquina.*

Bello tricennali a Suecis, cum inſediſſent Moguntiam, non exſpoliatum modo fuit ac exinanitum, ſed magnam etiam partem diſturbatum; ſacratum virginum plerisque metu diſſipatis, ac Coloniæ in exilio vitam miſere tolerantibus. Extant litteræ *Suſanna* Abbatiſſæ, anno MDCXXXVI, die XXIX Ianuar. ad eas ſcriptæ, in quibus vix verba inuenit, queis ſatis exponat, deploretque, quot quantisque difficultatibus tum temporis affectum fuerit aſceterium hoc atque afflictum.

Suecis vrbe pulſis, aliquo inſtauratum fuit modo. ſigillatim altaria ab iis polluta, profanataque rurſus conſecrata. Pependit enim, antequam proximis annis renouaretur, ad vnumquodque tabula, cum eiuſmodi inſcriptione: *Anno Chriſti MDCXXXVII, die XXVI menſis Aprilis dominica ſecunda poſt feſtum Paſcha, ipſo die dedicationis huius templi, Reuerendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus, Dominus Ambroſius, Epiſcopus Myſienſis, SS. Theol. D. Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi Archipræſulis, Principis Electoris, in pontificalibus Vicarius generalis, conſecrauit hoc altare, a Suecis violatum in honorem —*

Ceterum parthenon hic, vna cum templo ei adſtructo anno MDCCXVI & ſequentibus anguſtiorem ad formam redactus eſt, vt nouus pæne videatur.

Plura dare non licet, cum nec litteræ fundationis ſuperſint, nec alia, quæ huc facerent, documenta.

117 III S. Agnetis, Ciſtercienſis item ordinis, in foro, quod in MS. *Gentile*, hodie vulgo *Diebmarck* vocatur, quemadmodum a Plauto forum quoddam *furinum* appellatur: licet aliqui potius *Viehmarck* vocandum putent, quia boarium ibi forum. 3 S. Agnetis.

IV S. Magdalenae, priori e regione in altera fori eiuſdem parte oppoſitum. Et hoc eſt, quod *Albarum Dominarum* dicitur; vulgo *zun Weiſſen Fravven*. 4 S. Magdalenæ.

V S. Clarae. ordinis Minorum, a lini foro, vulgo *Flachsmarck*, non procul. Et parthenonis huius domus eſt illa vetus, cuius templo in altera plateæ parte oppoſitus murus anno ſuperiore corruit. Hanc magni, neſcio cuius olim Prophetæ Iudæi, fuiſſe nugantur. vidique aliquando in eius ſuperioribus lignis multa Iudæorum hebraice ſcripta nomina, licet apparerent in parietum tectoriis 5 S. Claræ.

ctoriis veterum Chriſtianarum picturarum veſtigia, quæ Iudæis exturbatis potuerunt fieri. Edit. I p.117

S. Agnetis, S. Magdalenæ, & *S. Claræ* cœnobia fuſius, & quidem peculiari vnumquodque ſchediaſmate, deſcripſimus: quæ tomi II ſectione I euoluas.

6 S. Franciſci.

VI S. FRANCISCI. quod extra vrbem, Carthuſiam inter & S. Victorem. Hic olim a Bertholdo Epiſcopo conſtitutæ *Pœnitentes* * ; quarum ſi qua Dei, ſuique oblita in priſtinum reuolueretur lutum, agebatur in Rhenum præceps, vti refert MS**. Sed hæ ad S. Heimerammi Cluſam, quam fratricelli, vulgo *Cellenbrüder*, olim habuerant, translatæ ſunt, & in earum locum S. Franciſci virgines e Winterheimenſi pago, Alberti Cardinalis iuſſu, deductæ anno MDXLIV †.

* *Pœnitentibus* dictis, ſiue Sororibus a priſtinis vitæ ſordibus ad meliorem frugem conuerſis, domum extra vrbem, Carthuſiam inter & D. Victorem, pietatis incenſus ſtudio, vna cum reditibus certis, donarat *Ioannes Heyl*, ciuis Moguntinus. Quam cum incolerent, *Bertholdum* ſupplices rogarunt, vt ratam haberet donationem iſtam, concederetque, vt oratorium cum aris & ære campano, cœmeterio itidem clauſtroque, & aliis neceſſariis erigere, tum vero regulam ordinis FF. Eremitarum *D. Auguſtini* ſequi poſſent. Fruſtra non fuiſſe, docent tabulæ *Bertholdi*, die XXIII Auguſti an. MCCCCXCIII datæ. Annuit enim quam clementiſſime, ac præter ea, quæ expetierant, indulſit, vt domus hæc, ſororeſque iuribus gauderent, ac fori priuilegio, quibus cetera in ciuitate Moguntinenſi clauſtra potirentur. Simul vero conſtituit, vt deinceps haud aliæ, quam *paris conditionis*, h. e. feminæ de admiſſis dolentes, cooptarentur. Quin eodem die & anno chori ferrei, vt vocatur, Plebano in mandatis dedit, confeſſiones earum exciperet, ſacramenta iis adminiſtraret, verboque Dei eas inſtrueret.

Vocabatur autem domus hæc, quamdiu eam incolebant, *domus S. Mariæ Magdalenæ*; germanice *das Haus S. Mariæ Magdalenæ, auſvvendig vnſer Stadt Mentz gelegen*, vti quidem in litteris *Alberti* Cardinalis, de quibus ſtatim, legitur.

** Moris fuiſſe, ſi qua Dei, ſuique oblita, in priſtinum reuolueretur lutum, vt in Rhenum præceps ageretur, anonymus *aureæ Moguntiæ* ſcriptor § XIV ſect. IV n. XII p. 225 repetit, hoc quidem cum additamento: *Dixeris in ipſa pietate antiqua priſca aliquid ſuperſtitionis admixtum fuiſſe.* Enimuero, non deſunt, quibus id a fide abhorreat, atque adeo inter vulgi fabulas (quas forte MS. quem *Serarius* tractauit, ſecutus) referendum videatur.

† Hanc cum aliquot annos non ſine vlla vitæ a mundanæ contagionis illecebris ad ſanctimoniam & modeſtiæ officia reuocatæ fama inſediſſent, a laudabili ſuſceptæ diſciplinæ vigore ſenſim defecere, tanta tandem animi & fortunæ damna paſſæ, vt loco mouendæ viderentur.

Accidit tum, vt Tertiariæ, quæ hactenus in vico ditionis Palatinæ *Micro-VVinternheimenſi* ætatem egerant, & paupertatis & religionis cauſſa preſſæ, in domum hanc recipi deſiderarent, peterentque. Quarum preces cum æquas iudicaret, piaſque Cardinalis *Albertus*, eas aduocauit: & cum *Pœnitentes* hæ ſedibus his ſuis aduenientes recipere nollent, refractarias in vrbem tranſtulit; Tertiarias vero, heredum *Ioannis Heyl* conſenſu, in domum hanc *D. Mariæ Magdalenæ* immiſit. Factum id anno MDXLIII.

Ne vero *Pœnitentibus* eſſet, quod quererentur, certam eis domum, vna cum vineis quibuſdam, ad dies vitæ adſignauit, & ex bonis *domus Mariæ Magdalenæ* quotannis decem florenos, a Tertiariis pendendos.

Hanc in vrbe domum *Cluſam ad S. Heimerammi*, quam fratricelli, vulgo *Cellenbrüder*, olim habuerint, fuiſſe auctor dicit. quod vnde habeat, nobis incompertum eſt. neque enim de hac *S. Heimerammi Cluſa*, neque de *fratricellis*, eiuſdem olim incolis, quidquam, quod annotemus, occurrit.

Enimuero, cum poſt paullo neſcio quid litium inter vtraſque obortum eſſet, *Albertus*, ne in præceps eas id ageret, *Michaeli Sidonio* & *Bernhardo Scholl*, Vicariis ſuis, illi, in pontificalibus, iſti, in eccleſiaſticis ſiue ſpiritualibus, mandauit, vt coortum eas inter diſſidium ſuſtollerent. quorum etiam opera res die XXIX Ianuar. an. MDXLIV ad concordiam redacta. Conditiones erant, vt *Pœnitentes* tum ſupellectilem domeſticam, quam ſecum aſportarant, retinerent, tum cenſus domui *Mariæ Magdalenæ* contributos (iis tamen, qui ad cultum diuinum deſtinati, exceptis) in poſterum exigerent: Tertiariæ *Pœnitentibus* quinque tum ſuperſtitibus quotannis decem florenos, vnicuique ſcilicet duos, penderent, retenta tamen, pro rata, portione, quoties illarum vna viuis excederet. Eas *Albertus* Lunæ poſt feſtum S. Cruci exaltatæ diem ratas habuit, his tribus additis: vt ſcilicet *Pœnitentes* omni iuri in dictam *D. Mariæ Magdalenæ* domum in perpetuum renuntiarent: dein de bonis domus nil prodigentia decoquerent vel venderent: nec tandem quam amplius ſuum reciperent in contubernium.

De cetero ipſum hoc, quod Tertiariæ etiamnum incolunt, cœnobium, vulgo *das VVeiſſenauer Clöſterlein*, veteri illarum domicilio proximis annis deiecto, nouoque exædificato, alia nunc ſtat forma.

De parthenone alioqui, e quo primitus huc traductæ, *VVinternheimenſi* agit, qui in bibliotheca metropolitana inter manu exaratos eſt liber *de origine illius*, ſcriptus anno MXCI. t.

VII S. AR

Edit. I p. 117 VII *S. Nicomedis*, antiquiſſimum ſane templum, vtpote quod a S. Gothardo Moguntino Epiſcopo IX exſtructum: & ante annos adhuc XX id tenebant Virgines: ſed, communi temporum noſtrorum prauitate, poſtea exinanitum, cœpit a S. Iacobi cœnobio, cui a Luidbaldo Archiepiſcopo ſubiectum quondam fuerat, poſſideri. Sum vero non ita pridem gauiſus, cum hoc vidi repurgari & dealbari. 7 S. Nicomedis.

Anno nimirum MDXCVIII, die V Iunii, tres, quæ tum in aſceterio hoc ætatem adhuc agebant, ſanctimoniales alio translatæ fuerunt: duæ quidem in monaſterium D. Ruperti in monte iuxta Bingam; tertia in parthenonem Schônaugienſem. & cum haud e re videretur, id genus alias denuo recipere, quod non eſſet, vnde viuerent, & aſceterium collapſum repararent, de eo S. Iacobi monaſterio vniendo conſilia tum agitata: quæ etiam, cum nihil obſtaret, anno MDCIV, Iacobo Keim in monte ſpecioſo clauum tenente, ad exitum perducta; ipſo hoc *S. Nicomedis* cœnobio, iuxta cum capite *D. Nicomedis*, aliiſque lipſanis, bonis itidem ac facultatibus, quas inter vinea prope ſaxum illud glandiforme erat, vulgo *der Roſengarten*, monaſterio, quod diximus, Iacobæo auctoritate publica transſcripto. Memorant ita ephemerides cœnobii ad S. Iacobum manuſcr. quibuſcum conferri poterit *VVitlichius* in chronico ſect. II p. 13.

Ceterum a *Luitpoldo* iam olim cœnobio D. Iacobi attributum fuiſſe, ex litteris *Ioannis Suicardi*, quibus id eidem anno MDCIV dicto adiunauit, patet.

Templum vero, quod auctor, dum hæc ſcriberet, repurgari vidit, dealbarique, anno poſt MDCXXII, cum mons Iacobæus munimentis cingeretur, ad ſolum fuit dirutum, vt ne veſtigium quidem illius nunc appareat.

VIII *Conuentus maior*. fuit vno eodemque anno, bis incendio (fortuito an nequiter iniecto?) deformatum: & in eo nunc typographeum. 8 Conuentus maior.

Hoc clauſtrum ſitum fuit e regione domus *zum Iungen* (*gegen dem Hof uber genant* dem Iungen, vt in litteris *Adolfi II* eſt) vernacule vocatum *der groſſe Conuent.* Sic enim in litteris *Adolfi* modo dictis: —— *zu den geiſtlichen Schvveſtern* des groſſen Conuents; item, der groſſe Conuent *zu den Apoſteln*, vt in aliis Archiepiſcopi *Vrielis* eſt.

Ordinis fuit Sororum de tertia regula D. Franciſci (*der dritten regul S. Franciſci*) vt in iiſdem *Vrielis* eſt litteris.

Vt amplificari poſſet, dilatarique, *Adolfus*, quem dixi, II curæ habuit. Anno namque MCCCCLXV, ipſo B. Mariæ Virginis natali, ſororibus donauit domum contiguam, *VVartenberg* dictam, e regione illius, quæ *das kalt bad* appellatur, inhabitatam ad id temporis a nonnullis Iudæis (*darin etlich Iudenburger geſeſſen ſin*)

Vriel vero, vt ſimiliter Sororum commodis inſeruiret, duas eis domus, templo clauſtri proximas (*eins* zum groſſen, *vnd das ander* zum kleinen hohen Beth *genant, hart an ihrer Kirchen auff dem Lorſcher Hof gelegen*) anno MDIX, die D. Iacobi, litteris, quas ſupra citaui, teſtibus, in perpetuum contulit.

A typographo inhabitatum fuit vſque ad an. MDCXI; quo Princeps Elector *Ioannes Suicardus* FF. *Ordinis Seraphici*, cum ſibi honeſtam Moguntiæ ſedem concedi peterent, id clementiſſime addixit. quo vid. quæ *de origine monaſterii Franciſcanorum* dixi § I. & II.

IX *S. Georgii.* Templum quidem, vt ſupra cap. XXIX* dixi, comparet; parthenon vero euanuit. 9 S. Georgii

* Pro XXIX lege XXX; quippe quo, p. 105, de templis *D. Georgii* memoriæ ac honori dicatis egit: vt tamen non videas, illum de hoc, quod parthenoni *D. Georgii* nomine appellato adſtructum fuiſſe dicit, explicate quid attuliſſe.

X Adiicit MS. monaſterium *S. Laurentii* ordinis S. Franciſci contiguum eccleſiæ S. Petri. ſed in margine ponitur hoc in erratis*. 10 S. Laurentii.

* Verum male. Fuit enim clauſtrum quoddam monialium ordinis D. Franciſci, ad *D. Laurentium* dictum, ædique Petrinæ tum contiguum, tum ſubditum. quod quidem Petrenſes ſuis impendiis, ſuo in fundo, olim excitarant. Docent id tabulæ *Gerbodonis*, Præpoſiti ad D. Petrum, an. MCCXXXV, VII Id. April. editæ, his verbis: —— *quod cum Rudolfus particulam quandam vineæ ſitæ circa* Capellam B. Laurentii *a nobis teneret in feodo* —— D. Petri collegio ſubditum fuiſſe, colligere eſt e tabulis compoſitionis anno MCCCCLXXXI, die Iouis poſt dominicam, qua eccleſia cantat *Iudica*, Petrenſes inter ac ſanctimoniales ſiue *Beginas* clauſtri huius ad *D. Laurentium*, Marco *Echter de Meſpelbrunn*, Canonico Moguntino, Ludouico *de Bünau*, Sculteto, & Carolo *de Schvved* auctoribus factæ, hoc notatis titulo: *Super receptione Beguttarum, ne vltra numerum certum ibi habitent, per Decanum S. Petri benedicenda.*

Stetit adhuc circa medium, quin finem ſæculi XVI, veſtaleſque, quas dixi, habuit incolas: Teſtimonii loco non ſolum ſunt *viſitationis* eiuſdem anno MDXXXV peractæ, vt vocantur, *acta*, quæ hodieque, in *dexam* Electorali ſuperant: verum etiam aduerſaria Petrenſium, *Protocoll* vulgo, anno MDXCI conſignata. Veri videtur ſimillimum, id eodem, quo ipſa D. Petri ædes diſturbata fuit, anno fuiſſe euerſum.

Edit. I pag. 118

SECTIO IV
De Hoſpitalibus.

HOSPITALIA V *.

* Hodie VI. quin, ſi *Orphanotropheum* iis adnumeres, VII.

I *S. Spiritus.*

Quod primis temporibus Moguntiæ erat prochotropheum, ante ædem fuit maiorem. Pateſcit id non modo ex litteris *Sigefridi III* (de quibus ſtatim) verum etiam *Henrici I.* Cum enim is, pauperum ſubleuandorum ductus ſtudio, id *Ehrenfridi*, Præpoſiti Regularis in *valle Dei*, eiusque ſucceſſorum demandaret curæ, quod anno MCXLV, III Kal. Iun. factum, diſerte dicit in tabulis tum confectis: *de noſtro etiam addentes, Hoſpitale pauperum* ante eccleſiam maiorem *conſtitutum Erenſrido Præpoſito Regulari de loco prædicto & ſucceſſoribus ipſius delegauimus, vt ſuperuenientibus egenis ex præbendis illic deſignatis cura & ſolatio pro modo ſuo ſubueniret.*

Enimuero, ſæculo poſt XIII *Sigefridus III* ſiue *iunior*, cum pluribus edoctus fuiſſet, hoſpitale hoc *in fundo & in emunitate maioris eccleſiæ Moguntinæ* ſitum, *neceſſitatibus infirmorum & commodo minime aptum* eſſe, ad preces ciuium Moguntinorum, accedente Prælatorum & Collegii metropolitani conſenſu, id ipſum cum vniuerſis ſuis bonis atque reditibus anno MCCXXXVI *ad ripam Rheni iuxta capellam S. Gereonis* tranſtulit, nouo in egenorum vſus receptaculo ibi ſuſcitato: quod vt hoc magis incrementum ſumeret, amplis priuilegiis, quæ peculiari diplomate, in lucem edito, complexus eſt, inſtruxit ac muniuit. Vt adeo πτωχῖον, quod nunc *S. Spiritus* dicitur, initium circa annum MCCXXXVI ſumſerit.

Et id quidem primis temporibus ſimpliciter *Hoſpitale infirmorum*, haud adiecto *Spiritus S.* additamento, appellatum fuit. In litteris namque anno MCCLXXXII, feria IV poſt feſtum natiuitatis Ioannis Baptiſtæ datis, ſic legas: *Hartungus, olim Prouiſor* Hoſpitalis infirmorum *in Maguncia, ſacerdos vicarius eccleſiæ Moguntinæ.* in aliis itidem an. MCCCVII, *in craſtina octauæ Pentecoſtes*, ſcriptis: *Nos* Conradus *Plebanus*, Iohannes *dictus* zum Clemanne *, *Sculretus Moguntinus, &* Reynoldus *dictus* de aurea one †, *Rectores* Hoſpitalis pauperum infirmorum *in Maguncia, atque fratres Hoſpitalis eiusdem recognoſcimus* — Ex quo non inepte colligas, id tum vnicum hic fuiſſe pauperum ægrorum receptaculum.

* *Domus fuit antiqua, retro domum mercatoriam; quæ vsque ad annum MDCCX ſtetit, & hoc nomine vocata fuit. ea tum ad ſolum deſtructa, noua fuit excitata, dicta* zu den dreyen Cronen. *eſt diuerſorium, hoc inſigni nunc ab aliis diſtinctum.*

† *Domus eſt, vulgo* zum gulden Schaf, *ſita* beym Brand. *a qua Patricii quidam Moguntinenſes, quorum familia* Reynoldus *hic prognatus fuit, nomen traxere. Hodie taberna eſt diuerſoria.*

Poſt in chartis vetuſtis mentio fit tum *noui* Hoſpitalis, tum *veteris*; ſicut, e.g. in litteris anno MCCCXXXIV datis eſt: *Hoſpitale antiquum in litore Rheni.* Ex quo apparet, præter id aliud poſtea exſtructum fuiſſe, eoque excitato, hoc, quod nunc *S. Spiritus* dicitur, *vetus* ſiue *antiquum* tum temporis appellatum.

Ceterum *Hoſpitale S. Spiritus* diſerte dicitur in frontiſpicio libri veteris, quem adſeruat, cenſualis: e quo, memoriæ cauſſa, nomina eorum, qui ei ſæculo XV ineunte præfuerunt, apponere placet: *Tuſent vierhundert vnd in dem erſten Iahre off Sant Aurei vnd Iuſtinen tag, vnd ſynt zu deſſentmale Pleger gevveſt deſſelben Spiedals, von des Rats vvegen zu Menze, Henne* zu dem Iungen, *Hanneman* zu dem Wyedder, *vnd vvar Spiedalmeyſter* Heinrich *von* Gerawe, *vnd vvas Zynsmeyſter Her* Clas Widder, *Vicarius zu S. Stephan.* Item; *vnd ſynt zu deſſentmale* (1405) *gevveſt die erbarn lut, Her* Clas Wiedder, *Prieſter*, Hanneman *zum* Wiedder, *Pfleger des Spiedals*, Heynrich *von* Gerawe *Meyſter des Spiedals zu der zyt*, Heynricus *von* Franckenberg, *Procurator des heyligen Stuls zu Menze, der die güter beſchreyb.* De *Spiritu S.* vero appellationem traxit, quod Sigefridus in litteris, quas diximus, ſtatuerit, volueritque, vt eccleſiaſtici pariter ac ſæculares, in id recepti, *Sancto ſpiritui, quoad vixerint, in religionis habitu famulari* debeant. Vnde Hoſpitalis huius Magiſtrum olim ſimulacrum *S. Spiritus* togæ ſuæ affixum geſtaſſe, in antiquis domus ordinationibus annotatum.

Templum habet, vti vetuſtum, ita ſtructuræ admodum ſolidæ. *S. Gereonis Capellam* olim dictum fuiſſe, ex litteris Sigefridi, quarum verba adduximus, patet. vt adeo *Helvvichius*, dum in elencho nobilit. eccleſiæ Moguntinæ p. 25 mentionem facit litterarum, anno MCCLII ſcriptarum, *ſuper donatione Capellæ S. Gereonis* Mogunt. Hoſpitali ibidem a Collegio metropolitano factæ *, haud male vocabulo, *Hoſpitali*, adiecerit *Spiritus Sancti.*

* *Sunt* Friderici, *Canonici ad D. Stephanum, & tum temporis Hoſpitalis huius Rectoris, nec non* fratrum & ſororum domus. *quas in codice inuenies Diplomatico.*

Id enimuero ſi intres, videas in parietibus ac columnis picta plurium, qui *Scholaſtici* muniis in Collegio principe functi ſunt, ſcuta gentilitia. His enim, illius vt curam agant, & tum officiales, tum miniſtros pauperum præbendariorum obſequiis addictos conſtituant, commiſſum. qua etiam de cauſſa *Scholaſticum* ædis metropolitanæ Hoſpitalis *ad Spiritum S.* ſupremum Prouiſorem, vulgo *Ober-Prouiſor*, appellari moris. *Dammo* de *Prumheim*, Schulmeiſter zum Dum, Pfleger des Hoſpitals (*ad Spiritum S.*) occurrit in litteris Dietheri anno MCCCCLXXXI, dominica *Quaſimodogeniti* Aſchaffenburgi datis.

II *S. Bar-*

Edit. I p.118

II S. Barbaræ.

Hoſpitale hoc, quod vulgo *S. Barbaræ* dicitur, appellationem traxit a capella *D. Barbaræ*, retro quam excitatum eſt *.

* *Notes, ſacellum hoc* D. Barbaræ *plures iam annos ante, quam domus hæc hoſpitalis ſtatuebatur, ſtetiſſe. Superant enim litteræ* Henrici *Decani — anno MCCLXIII, Id. Octobr. ſcriptæ, in quibus id ipſum occurrit. En verba!* Conſtare cupimus —— quod nos duas domos, ſitas iuxta *Capellam S. Barbaræ*, quas b. m. Conradus de Humele, noſter Concanonicus ——

Refert autem initia ſua ad annum ſæculi XIV tertium & quinquageſimum. Tum enim *Volzo*, dictus *ad longam curiam*, Canonicus eccleſiæ B. M. V. ad gradus, pietatis erga pauperes peregrinos incenſus ſtudio, domos ſuas, quas ære ſibi ſuo redemerat, vna cùm omnibus illarum ædificiis atque iuribus, in inopum ac ærumnoſorum aduenarum vſus conuertit, atque adeo xenodocheum publicum eſſe voluit, ſtatuit; deſignatis, qui, ſe mortuo, curam illius in poſterum agerent, duobus e gremio Collegii ad B. M. V. Canonicis ſenioribus: vti ſane tabulæ, quas in codice diplomat. legere eſt, operis tam pii laudabiliſque luculenti prorſus indices ac teſtes ſunt.

Quod vt hoc magis promoueret, qui tum ſedi Moguntinæ præerat, *Gerlacus*, id non ſciuit modo, ratumque habuit, ſed tabulis etiam, eodem anno MCCCLIII editis, tum Volzoni auctori, tum futuris domus prouiſoribus licentiam dedit, tam per diœceſin Moguntinam, quam in vrbe ipſa, pias piorum eleemoſynas, paupertati fomenta, conquirendi, indultis vnicuique, qui liberalem eis porrexerit manum, XL dierum indulgentiis. Euoluere eas licet l. iam d. Quin anno poſt MCCCLXIV plenam iisdem conceſſit facultatem, de bonis domus diſponendi, vt præſens tempus, pauperumque deſideraret vtilitas.

Enimuero Volzonis piam erga peregrinos opis indigentes, alioſque miſeriis confectos miſericordiam, exemplo immortalis gloriæ pleno, imitati poſtea ſunt alii.

Henricus ſane *Thönen*, Warburgenſis, Canonicus ad S. Victorem, Hoſpitalis huius conſulturus commodis, aureos eidem probi ponderis ac valoris Hungaricos mille; nummorum vero vncialium, quos vulgo *Imperiales* ſiue *Vallenſes* vocant, duo millia ſub ann. MDCVII adſignauit.

Præcipue vero ex ampliſſimo, quod ad B. M. V. eſt, collegio Canonici quidam, Volzonis ſui pietatem & admirati & ſecuti, in pios id genus pauperum vſus domui huic haud exiguam bonorum ſuorum partem legarunt. Et *Petrus* quidem *Renardus*, Scholaſticus ad gradus, & ad D. Petrum Canonicus, nec non Sigillifer Moguntinus, eidem anno MDCXXXIX condito teſtamento XX millia florenorum transſcripſit.

Ioannes Reinhartus Mörzer, Decanus ad gradus, anno MDCXCIII defunctus, tertiam facultatum ſuarum partem eidem teſtamento reliquit.

Idem hoc ſæculo fecit *Ioannes Richardus Küchel*, Canonicus ad gradus, iſque, vt vocant, Iubilarius, anno MDCCXII rebus humanis ereptus, ac vltimis itidem voluntatis ſuæ tabulis bonorum ſuorum tertiam eidem addixit. vt iure dici poſſit, Reuerendos eccleſiæ B. M. V. ad gradus Canonicos hoſpitalis huiusce domus & fundatores eſſe & conſeruatores dominos omnium maxime beneficos.

III. S. Alexii.

Nomen habet a ſacello adſtructo: quippe quod cum aliorum ſanctorum, tum *D. Alexii* memoriæ ac honori anno MCCCL conſecratum fuit, teſte tabula, quæ olim in eo iuxta altare affixa erat, & hunc habebat in modum:

Anno Domini MCCCL, dominica, qua cantatur, Miſericordias Domini, *conſecrata fuit hec capella* S. Alexii *in honore S. & indiuiduæ Trinitatis, glorioſiſſ. Dei genitricis Marie, S. Martini confeſſoris*, S. Alexii *confeſſoris, S. Catharine virginis & omnium SS. per venerabilem Patrem, Dominum Albertum de Buchelheim, Epiſcopum eccleſie Hypponenſis, habentem autoritatem in pontificalibus Reuerendi in Chriſto Patris ac Domini, Domini Gerlaci, S. Moguntine ſedis AEpiſcopi, qui contulit omnibus — XL dies indulgenciarum.*

Quo ſigillatim tempore, quoue auctore coeperit Hoſpitale hoc, ne iis quidem, qui curam eius agunt, notum eſt. Id, indice ſcuto Archiepiſcopali ſupra portam ſacelli poſito, conſtat, ab Eminentiſſimo Electore *Ioanne Philippo* anno MDCLXV inſtauratum eſſe.

Vti vero hoc magis, vna cum facultatibus ſuis, integrum conſeruetur, ephoriæ ſubeſt *Cuſtodis* metropolitani.

Ceterum non quibuslibet infirmis patet, ſed maxime Miniſtrorum Electoralium ac Canonicorum metropolitanorum ſeruitiis, morbo affectis ac decumbentibus.

IV S. Catharinæ in ſuburbio Filtzbach.

In litore Rheni, ſub pede montis Albani extra muros Moguntinos. vt in litteris eſt manufidelium ſiue executorum teſtamenti *Ioannis de Treueri*, ad D. Seueri Erfordiæ Decani, anno MCCCLXIX, die XIV Februar. ſcriptis.

Nomen traxit a Capella, quam habuit, *Catharinæ* virgini dicata: in qua iidem manufideles, *Ioannis* nomine, anno dicto noue ſtatuerunt *Vicariam* ſiue *Capellaniam*, cenſuque eam haud illiberali inſtruxerunt, alendo ſacerdoti vicario, qui quotidie, *ſummo mane poſt ortum ſolis, propter peregrinos & viatores*, Miſſæ celebret officium.

Quum a Gallis bello tricennali exuſtum, & poſtea anno MDCLV ſolo æquatum fuiſſet, in vrbem translatum eſt, xenodocheo alio e regione curiæ *zum Stein* excitato, quod annis proxime præterlapſis, XVII ſcilicet & XVIII, ædificio de integro conſtructo, inſtauratum.

Enimuero, non in ægrotorum id vſus con-

ditum eſt, ſed peregrinatorum modo ſacrorum: qui, dum vrbem tranſeunt, hic excipiuntur, & biduum aliti cum viatico quodam dimittuntur. Excipiuntur autem, quotquot adueniunt; numero quidem interdum ſatis magno. Vti ſane in *actis*, vt vocantur, *viſitationis* anno MDXLIX annotatum, vna nonnunquam nocte receptos XXX, XL, L, aliquando C. per annum MDXLV, 4678; per an. MDXLVI, 5568; per an. MDXLVII, 5366; per annum MDXLVIII, 6500. Edit. I p. 118

Curæ demandatum eſt ac tutelæ ſummæ ædis *Decani*: qui ex germanica appellatione *Oberprovifor* dicitur.

V *Ciuicum*, illi *S. Barbaræ* proximum, quod *zum Flüeſs* * dicitur. quod præ ſuperioribus commodum. In eo excipiuntur ſeptimo quoque anno *Wini (die Winern)* Aquiſgranum peregrinantes: omnesque maximi, minimi, eundo, redeundo duobus donantur batziis, ſed ita, vt in reditu aliquod factæ peccatorum confeſſionis ſignum oſtendere teneantur.

* *Zum Floſs* proprie: quam appellationem auctor non ita bene *zum Flueſs* expreſſit.

Id ſub annum MDXXV, pauperum ac ſenecta inualidorum ciuium in vſus ædificari cœptum eſt, auctoribus operis *Vice-Domino*, vt vulgo vocatur, & Senatu ciuico. Incrementum vero debet *Conrado Balthaſari*, Belgæ, negotiatori lignario. Quod qua ratione contigerit, paucis referre, non plane nullum operæ erit pretium.

Scilicet, dum is, eodem hoc anno, prænectus Filzbaci, in ſuburbio, vectigalis porrigendi cauſſa ageret, tam grauis derepente atque atrox, turbulentaque cooriebatur tempeſtas, vt ratis materie onerata, qua filius flumine ſecundo accedebat, exaſperato fluctibus Rheno, diſſolueretur; miſer vero iuuenis haud procul atrio Boineburgiano vndis abriperetur ſæuientibus. Conſpicatus hæc, vicem ſuorum ſollicitus pater, linqui animo, ſubmitti genu: vt primum autem animus rediit, ſuſcepto voto ſe ſuperis obligare, promittereque, ſi filium ſeruarint, dimidiam facultatum ſuarum partem piis vſibus ſeſe transſcripturum. Altero poſt die, quem miſere in aquis exſtinctum mœſtus rebatur ac lacrimans, infra vrbem, haud procul atrio, ædi Petrinæ contributo, ope diuina ſeruatum reperit, ad arboris cuiusdam prominentes hærentem radices. Filio ita recepto, vota, quæ pro eo ſuſceperat, ſancte reddidit, bonorumque ſuorum ſemiſſem gratus in domum hancce deriuauit.

Qui caſus, opido quidem mirandus, vt hoc magis ad poſteritatis perueniret memoriam, in atrio gerontotrophei huius in muro depictus, prætereuntium oculis etiamnum ingerit, vt filius, rate fracta, mergitur, & ſæuientes inter vndas miſero defertur ſpectaculo; vt pius item pater pro ſalute eius panſis in cælum manibus ſuperis vota quam religioſiſſime nuncupat.

Et ſic hoſpitalis hæc domus, ab exiguis profecta initiis, ſtatim eo creuit, vt, cum primum ſenis tantum pauperibus recipiendis, ac bis per hebdomadam victu plebeio atque parabili alendis deſtinata eſſet, quadraginta nunc, immo plures, vtriusque ſexus, diſtinctis totidem capiat cubiculis, quibus ſingulis quidem diebus & prandium paratur & cœna.

Ceterum Vice-Domini Senatusque ciuici commiſſa curæ, vigilantia illorum, fideque perbono, quem Deus ſeruet, etiamnum eſt ſtatu.

† Quod ad peregrinatores iſtos religioſos, qui vulgo *die VViener* dicuntur, magno ii numero ex Hungaria, Stiria, Carinthia, Carniola congregati, ſeptimo quoque anno, vt votum a maioribus olim, cum annonæ laborarent difficultate, factum exſoluant, Aquiſgranum tendunt; & quidem ab aliquot iam ſæculis. quippe ex litteris *Vrielis* Archiepiſcopi, anno MDX ſcriptis, patet, illorum cauſſa litigii quid tum nautis Moguntinis intercesſiſſe cum Miltenbergenſibus; illis quidem contendentibus, his non licere, peregrinatores iſtos religioſos ſuis vehere nauibus vltra, quam Moguntiam.

Ceterum Moguntiam tranſeuntibus in hoc gerontotropheo, quod commodum ſit ac amplum, biduum cibus præbebatur, potusque. Abeuntibus vnicuique duo nummi, ab vaſis, qua ſignati erant, figura betzii olim ſiue batzii dicti, vna cum pane quatuor nummulorum ſimilagineo dabantur: redeuntibus vero non item.

Factum id vltimo ſæculi ſuperioris anno XCIX: quo quinquaginta & trecenti aduentarant. Poſteris enim annis, quum, armis Gallorum in vicinia circumſtrepentibus, vrbico præfectis præſidio minus tutum vel conſultum videretur, id genus promiſcuam, ignotamque multitudinem hoſpitio excipere, vrbe excluſi alia dein via profecti ſunt.

* VI S. Ioannis *verſus portam veteris monaſterii; quod Princeps Elector* Damianus Hartardus *in militum præſidiariorum, aduerſa correptorum valetudine, receptaculum ac vſus, anno ſuperioris ſæculi LXXVI inter alia opera laude digna ſtatuit, cenſuque neceſſario inſtruxit.*

* Dicitur ab ſacello, quod hic loci olim fuit, & vna cum domo hac hoſpitali ab integro exſtructum & quaſi reſuſcitatum eſt, *S. Ioannis* honori ſacro.

A iacet, quod domui contributum eſt, cœmeterium, ab Reuerendiſſimo *Matthia*, Epiſcopo Coronenſi, anno MDCXCIII d. XXIX Martii ritu ſolito, precibusque ſacratum.

* VII Orphanotropheum *initia ſua refert ad annum MDCLXV, eaque debet Eminentiſſimo ex illuſtriſſima* Schönborniorum *gente Archiepiſcopo atque Principi Electori,* Ioanni Philippo, *ac proxime poſt eundem Reuerendiſſimo tum tem-*

Digitized by Google

Edit. I p. 118 *poris Collegii metropolitani Decano, poſt Præpoſito,* Ioanni *ab* Heppenheim *dicto a* Saal. *Quippe qui miſeram pauperum pupillorum ſortem miſerati, ædes, olim* zum Homberg *dictas, ære ſuo coemerunt, illorumque in vſus inſtrui curarunt; ſtatutis, ad alendos & educandos eos, ſuis de facultatibus certis, eodem anno, die XXVIII April. reditibus, ac inſpectione, quod ad temporalia, Senatui vrbico, quod ad ſacra ſiue ſpiritualia, Suffraganeo Moguntino commiſſa.*

Patet vtriuſque ſexus orphanis, ſed nonniſi ex conceſſu, beneficioque Archiepiſcopi. Suſcepti debita educantur atque aluntur cura, donec ſatis ætatis habeant, roboriſque. Tum maſculi ad diſcenda opificia traduntur magiſtris: puellæ vero elocantur ad honeſta ſeruitia.

SECTIO V
De Sacellis.

SACELLA ſeu CAPELLAE, XVI *.

* Enimuero plura tum, cum auctor hæc ſcribebat, fuiſſe, ex ſequentibus patebit.

I *S. Sebaſtiani*, apud portam Druſi, *Dietherichs-pforte* *.

* *In Silbovia*, vt in litteris antiquis eſt, vulgo, *auf dem Graben*. Retulit initia ſua ad ſæc. VII, cenſibusque ſat amplis fuit inſtructum, vti chartis proditum veteribus. Quum ſæculo ſuperiori, tempore belli, quod triginta annis Germaniam afflixit, neſcio hominumne iniuria, an negligentia, vitium feciſſet, anno LVIII corruit.

II *S. Blaſii*, apud vicum Comitum *.

* Immo, e regione vici, qui a *Comitibus* appellationem traxit, & vulgo *die Grebengaſſe* dicitur.

III *S. Galli*, apud macellum ſuperius.

IV *S. Remigii.*

In horto, retro ædes, quæ vulgo *das Praſenz-Haus*, item *zum VVilagreven*, dicuntur; ſiue, vt in litteris ſtatim adducendis eſt: *Capella —— infra emunitatem eccleſie Moguntine memorate ſituata, curie canonicali & prebendali einſdem eccleſie* zu dem Hirſchhorn *immediate contigua.*

Anno MCCCXCI ſacellum hoc nouo, eoque inſigni plane beneficio auctum fuit a *Petro Schmelezhin*, Altariſta altaris *S. Georgii* in cœnobio *Corona B. M. V.* Ordin. Ciſtercienſ. extra muros oppidi Oppenheim; vt ex litteris dotationis a *Conrado* de *Badenheim*, Scholaſtico & Canonico eccleſiæ S. Catharinæ Oppenhemii, & *Ioanne Noſſbaum*, doleatore ibidem, manufidelibus dicti *Petri*, ſiue executoribus ac vindicibus teſtamenti eiuſdem, an. MCCCXCI die B. Eliſabethæ viduæ perſcriptis, patet.

Ad id ius perſonam idoneam nominandi habuere, quoad in viuis erant, memorati *Conradus* de *Badenheim* & *Ioannes Noſſbaum*; ab obitu vero eorum *Eberhardus Lengely*, ciuis Oppenheimenſis, & eius heredes, præcipue vero heres ſenior lineæ maſculinæ ab eo profaræ: & hi quidem hac lege; vt quamprimum vacare contingeret beneficium hocce, clericum ii habilem ac idoneum, ad preces poſſeſſoris curiæ *zum Hirſchhorn*, Archipresbytero eccleſiæ Moguntinæ præſentent. Quod ſi dein rurſum vacare contigerit; tum libere & poſſeſſore curiæ dictæ irrequiſito clericum denominent habilem, idoneumque, eumque Archipresbytero ſiſtant; & ſic alternis ſemper vicibus ius iſtud patronatus exerceant.

Simul autem conſtitutum fuit, vt poſſeſſor beneficii huius qualibet hebdomade tres in ſacello hoc celebret Miſſas: vnam *de tempore*; alteram *de B. M. V.* tertiam *pro animabus* memorati teſtatoris, *parentum ipſius, & omnium fidelium defunctorum*; vt diſerte habetur in dictis tabulis, ſigillo *Ioannis* de *Colnhauſen*, Canonici Moguntini, munitis.

Quæ omnia diplomate, tertia poſt die dato, rata habuit, ſciuitque *Conradus II.*

Ceterum bello tricennali a Suecis profanatum fuit hoc ſacellum, corruptumque, nec ad cultum diuinum poſtea inſtauratum. Ne tamen ſacra olim in eo peragi ſolita ceſſent, is hodie, qui Vicariam *Petri & Pauli* in æde ſumma obit, ex conſtituto curat, Miſſæ officium ſuo in ſacello quater & decies per annum celebrando.

V *S. Laurentii*, in via gentili.

Quænam illa ſit Capella, nobis haud conſtat. Hodie profecto nulla, nomine iſto nuncupata, hac in via eſt.

VI *S.* Kiliani.

Enimuero, hoc interea ſacellum, vt nonnulla alia, intercidit.

VII *S. Michaelis* tres, 1 apud *S. Ioannem* *.
VIII 2 apud *S. Ignatium.*
IX 3 apud *S. Quintinum.*

* Eſt illa, quæ in ambitu eiuſdem, intra quem *immunitatis* ius eſt, e regione *S. Sepulcri*, in veteri illa curia cernitur.

Ni fallor, memoratur iam anno MCXXIV *Adelberto I*, in diplomate Petrenſibus tum dato.

Antiquis temporibus inſeruiit congregationibus Cleri. Indicio ſunt variæ ſæc. XIII & XIV *de vnione Cleri* ſic dictæ tabulæ; quippe quarum clauſula eſt: *Album Moguntiæ in Curia, quæ dicitur Michaelis.*

Tempore belli tricennalis eandem, quam plures aliæ, ſubiit ſortem. Profanatam poſt expiauit *Ambroſius*, Epiſcopus Myſienſis. Loquitur id tabella, ante aram pendens, his verbis: *Anno Chriſti MDCXLIII, XXVI Iulii in feſto S. Annæ, Chriſti D. N. auiæ, & dominica VIII ſanctiſſimæ Trinitatis Reuerendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus, D. Ambroſius, Epiſcopus Myſienſis, SS. Theol. D. Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Anſelmi Caſimiri, Archipræſulis Moguntini, S. R. I. per Germaniam Archicancellarii, Principis Electoris, in pontificalibus Vicarius generalis, inſignis eccleſiæ collegiatæ S. Victoris iuxta Mogunt. Decanus, poſtquam hanc domum, S. Michaelis curiam nuncupatam, ſolenni ritu benedixiſſet, adeoque ipſum ſacellum Diuo Archangelo Michaeli & huiuſce domus Tutelari ſacrum reconciliaſſet, altare hoc conſecrauit in honorem Dei O. M. Deiparæ V. M. eiuſdemque S. Michaelis & omnium SS. Angelorum, & in eodem repoſuit reliquias S. Iohannis Baptiſtæ, Andreæ Apoſtoli, Marci Euangeliſtæ --- & ſingulis Chriſti fidelibus hodie vnum annum, & in die anniuerſario conſecrationis huius ipſam viſitantibus XL dies de vera indulgentia, in forma eccleſiæ conſueta, conceſſit.*

** Stetit in cœmeterio ad *D. Ignatium* ſuper δγοδ-χαφ, ſiue loco, in quo defunctorum reponuntur oſſa. Dirutæ in locum ſucceſſit ſchola; altari in ædem *D. Ignatio* ſacram tranſlato.

† Verſus vicum, qui neſcio quo cauillo *cognatarum*, vulgo *die Frauw Baſen-Gaſſe* dicitur.

Edit. I pag.

X *S. Ioannis* minoris.

Siue *Euangeliſtæ*. Contigua fuit domui Meliſenſi *zum heiligen Grab*. Poſſeſſionum acceſſione olim, haud ſecus ac aliæ, aucta. Superſunt enim litteræ, quibus an. MCCLXXV, a. d. XIII Kal. Ianuar. *VVernerus de Biſchoffsheym* & vxor *Sophia* vendiderunt . . . iugera *ad Capellam S. Ioannis Mogencie* Alberto Sacerdoti & Capellano. Inter hæc vero euanuit.

XI *S. Walpurgis*.

In vico, qui vulgo *die Marck-Straſſe* dicitur. Id cum priori idem ſubiit fatum. Cum enim neſcio quo caſu vitium feciſſet, ſolo fuit æquatum. Vt adeo ſolum nomen, quo appellatum fuit, non item locus, quo olim ſtetit, hodie cognitus ſit.

XII *Omnium Sanctorum*, ad ædem quondam S. Franciſci.

Cum ad ædem, quæ quondam *FF. Minorum* fuit, hodie nullum ſit ſacellum, hoc nomine inſignitum; in cœmeterio vero *D. Quintini*, quod non ita procul abeſt, capella reperiatur, quæ *Omnium* vocatur *Sanctorum*, & an. MCCCCXXVII, *dominica proxima poſt Penteceſten*, vt inſcriptio habet, lapidi inciſa, ac muro exteriori inſerta, prouehendæ religionis ſtudio excitata eſt, neſcio, an eam auctor intellexerit, nec ne.

XIII *S. Otiliæ*, in foro lini.

Enimuero, & hoc intercidit ſacellum. Sublatum procul dubio temporibus *Ioannis Philippi* Electoris, cum forum, in quo ſtetit, laxaretur. Vt ita coniiciam, facit ipſe, dum in tabulis an. MDCLXIX, die VIII Martii, editis ait: *als dem Cloſter S. Clara allhier zu Mainz ein ziemlich ſtück von denen daran gelegenen garten entzogen, vnd dem gemeinen Stadt-VVeſen zum beſten zu einem offenen platz vnd ſtraſſen gemacht* &c. In litteris antiquis nulla eius nobis occurrit mentio. In miſcellis vero *de rebus Moguntinenſibus* ἀνεκδότοις ad an. MCCCCXCVI; *item nocte præcedente Petrus, dictus Knape, in ſua domo, ſita apud* S. Ottiliam in Moguntia, *a duobus latronibus occiſus eſt.*

XIII *S. Vdalrici*, quondam apud molendinorum portam intra vrbem; ſed nunc deiectum.

Satis fuit antiquum. Occurrit enim iam in litteris anno MCCLVIII perſcriptis.

XIV *S. Albani*, in platea, quæ *S. Petri* dicitur.

Et in ſacelli domusque huius fronte veteres quaſdam picturas & verſus renouauit, quem notatum poſtea videbis, quidam Dominus. Nam adſcribenda hic omnia putaui:

Hie hat geruhet Sanct Alban,
Als ihm ſein Haupt vvas abgeſchlan.
Anno Domini CCCCIV die XXI Iunii.

In ſchedis dicitur ſub Honorio. 119

Poſt Chriſtum natum, genus humanumque redemptum,
Orbe quater centum numerante, & quatuor annos,
Dum tenet Imperii moderamina Honorius, vrbis
Sceptra Moguntinæ Aureus fert Præſul & exul,
Arius atque fidem labefactat ſchiſmate diro,
Aduenit ſanctus longis Albanus ab oris,

Qui

Edit. I pag.

Qui cum diuini conſtanter ſemina verbi
Spargeret, & veræ fidei conuinceret hoſtes,
Obrutus infida, pro CHRISTI *nomine, turba,*
Hic capite ablato paſſus, requieuit & ipſum
Ipſemet, o factum cunctis mirabile ſeclis!
Complexus propriis, cæleſti numine, palmis
Adportare locum meruit, valuitque ſacratum,
Nunc vbi tam capitis, quam corporis oſſa quieſcunt.

Hic in medio depictus eſt S. ALBANVS, ſuum manibus caput gerens.

Hinc iſtud pietas olim conſtruxit auorum
Albano, ſacra decorans araque ſacellum.
Aedibus hinc iſtis inſcriptum nomen ad Hunum.
Nam iuxta hiſtorias, Albani tempore paſſi,
Hunorum, quam lata patet Germania, ſæuit
Gens, Moguntino ſed tunc crudelius agro.
Ergo Moguntinis ALBANE *pie aduena quondam,*
Nunc cæli patriæ ciuis, CHRISTI*que coheres,*
Quæſumus exores patronus Cunctipotentem
Per ſæcula nomine clarus
Sub Principe noſtro
Benedicat, protegat, ædes:
Cæleſtia tecum
Fine habitacula donet.

120 *Diuo* ALBANO, *martyri Moguntino, ſacræ ædiculæ contiguæ Patrono,* Ioannes Vnckel, *eccleſiæ Sancti Petri Canonicus, iſtas eiconas renouari efficiens, ad piæ poſteritatis memoriam appictum dedicauit elogium anno Domini MDLXIV.*

Stetit hoc ſacellum ad annum vſque MDCXXXII; quippe quo, vna cum ædibus, quas tum Lucas Schmitt incolebat, a Suecis, qui Moguntiam id temporis inſidebant, deſtructum eſt; vt Nicolaus Schmitt, Vicarius in æde metropolitana, Lucæ, de quo diximus, frater, exemplaris ſui margini olim memoriæ cauſſa adleuit.

Et quamuis poſt anno MDCLXXXI dirutarum ab eis ædium loco nouam domum *ad annos*, vt loqui amant, excitarit Reuerendiſſimus Suffraganeus hodiernus, ad D. Petri tum Canonicus, ſacelli tamen ratio vſque huc non item fuit habita.

Interim adnumeratur id altaribus Collegiatæ ad D. Petri, in qua Vicariorum quidam cenſibus eidem olim contributis gaudet.

D. Albani vero memoriam adhuc dum refricat ſtatua B. martyris, caput manibus geſtantis, antiqua, in cœnaculo nouæ domus muro inſerta.

Ceterum vltimorum, quos auctor adduxit, verſuum initia defluxiſſe conicit *Papebrochius*, & in commentario *de S. Albano* martyre hiſtorico § V p. 87 ſic ea redintegrat:

Viuat vt Orgarius per ſæcula nomine clarus,
Atque Ludouico Dominus ſub Principe noſtro
Perpetuo ſeruet, benedicat, protegat ædes:
Illisque & populo toti cæleſtia tecum
Poſt vitæ finem ſine fine habitacula donet.

Certe, non adeo bene. Verſus enim hoſce non Orgarii temporibus appictos fuiſſe docet, quam auctor ſimul affert, ὑπογραφὴ; quippe in qua diſerte legas, quod appictum elogium, cum iconas renouari faceret, dedicarit *Ioannes Vnckel* anno MDLXIV.

XV *S. Theoneſti* ſacellum in Rheni ripa extra muros, infra S. Martini arcem ſitum erat, eoque ibat a S. Petri templo frequenter proceſſio, imo etiam maiorum pietas, feſtis maxime Paſchalibus, & a prandio, ad Emauntinorum diſcipulorum, quos, vt eo tempore CHRISTVM haberent itineris comitem, dignatus eſt Dominus Luc. XXIV, imitationem. Vnde & *Emaus* vocabatur, niſi forte a corrupto Germanico nomine vox ea extitit, dum vulgo diceretur *S. Thenaus.* Sed quia ſolitarium, locoque amœno erat, eo ſuperioribus annis, quibus refrixit charitas, exarſit vanitas & libido, abuti cœpit hominum quorundam nequitia & impuritas, ita vt illud ſolo funditus æquandum cenſuerit prudentiſſimus, grauiſſimusque piæ memoriæ Præſul, D. Dominus DANIEL. Atque hic loci

S. Al-

S. Albanum martyrio affectum traditur, vt in Moguntini Breuiarii notis die Edit. I
XXX Octobris notat *D. Latomus*, & confirmat hiſce verbis MS. *Hic fortiſſi-* pag.
mus Dei athleta Albanus, Arianorum rabie, capitis abſciſſione martyrium compleuit. O quam dolendum, eo impietatis ac impudentiæ prouehi homines, vt vbi pro Christi Iesv D. ac S. N. noſtri gloria & honore ſanguinem Sancti fuderunt, ibi nepotes & ganeones, hominum fæces ac propudia, in turpiſſima ſe & verba & facta effundant! Sed hoc nimirum Dei aduerſarius ſemper egit, agitque Satanas, vt *Dei domum* faciamus nequiter ac flagitioſe *ſpeluncam latronum. Dereliquerunt me*, ait apud Hieremiam Dominus cap. XIX v. 4, *& alienum fecerunt locum iſtum. S. Hieronymus* ad Paulinum epiſt. XI; *Ab Hadriani temporibus vſque ad imperium Conſtantini per annos circiter CLXXX in loco reſurrectionis ſimulacrum Iouis; in crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris a gentilibus poſita colebatur. exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem reſurrectionis, & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. Bethleem nunc noſtram, & auguſtiſſimum orbis locum, de quo Pſalmiſta canit*, Veritas de terra orta eſt, 121
lucus inumbrabat, id eſt, Adonidis: & in ſpecu, vbi CHRISTVS quondam paruulus vagiit, Veneris amaſius plangebatur. Verum auerruncet omnia iuſtus Dominus ſcelera, & e domo ſua flagellis exigat, quos exigendos nouit ipſe vnus optime.

Pertinuit hoc *D. Theonesti* ſacellum ad ædem S. Petri. id quod Ludouicus Decanus, ceterique ad D. Petrum Canonici, in litteris an. MCCCIII XVII Kal. Maii ſcriptis, his dicunt verbis: *Recognoſcimus, quod* Arnoldus *Sacerdos & Vicarius in eccleſia Mog.* —— *ob deuocionem, quam ad* Capellam S. Theoneſti ad noſtram eccleſiam pertinentem *habere dinoſcitur* &c.

Vt eſſet, qui mundum ſeruaret, purgatumque, tum vero neceſſaria, quum Miſſa dicenda, procuraret, *Arnoldus* is cenſum perpetuum *quatuor maldrorum ſiliginis* anno dicto eidem pio adſignauit animo.

Quum ſæculo XV admodum eſſet ruinoſum, *Ioannes Stallberg*, Rector eiuſdem ſiue Parochus, ob reuerentiam ac honorem erga *D. Theoneſtum*, alioſque, qui illic loci pro Chriſto ſanguinem ſuum effudiſſe dicuntur, inſtaurari curauit: obtento a Martino V, anno MCCCCCXXVI, Kal. Octobr. diplomate, quo omnibus ac ſingulis operi manus adiutrices porrigentibus, locumque religioſe frequentantibus anni & quadraginta dierum remittuntur noxæ.

XVI *S. Hilarii* quondam: nunc *S. Aurei*. de quo iam ſuperiore c. XXIX. 130

Euerſum id, ſoloque funditus æquatum a Suecis an. MDCXXXII, vt idem, quem ſupra laudaui, Nicolaus Schmitt hic notauit.

* *

Enimuero, non hæc ſolum Moguntiæ tum fuerunt, tum etiamnum ſunt ſacella; ſed plura adhuc alia; quorum quidem nonnulla ſuperant; nonnulla vero interiere.

Quæ ſuperant, hæc ſunt:

SS. Andreæ, Martini, & Manſueti, in curia Præpoſituræ, vt vocatur, maioris, vulgo *die Dompropſtey-Capelle.* quod ad nouam plane hoc & ſuperiori ſæculo redactum formam eſt. Quippe an. MDCLXVIII a ſummo Præpoſito, *Adolfo Hund* de *Saulheim* ita transfiguratum fuit, vt e platea publica introitus nunc in illud pateat. Proximis vero abhinc annis ab hodierno Præpoſito Reuerendiſſimo, *Ioanne Philippo*, Comite *a Schönborn* (qui, dum hæc ſcribimus, ad inclitum Epiſcopatus Wirtzburgenſis culmen merito ſuo euectus eſt) vario rurſum opere exornatum fuit, laqueari inter alia & parietibus, quum cæmento rudi obducta eſſent, inſigni ſplendore picturis perelegantibus affuſo.

S. Annæ, in curia ſiue domo, quæ in poſſeſſionibus cœnobii eſt Erbacenſis; quod ſane multum præfert antiquitatis. Concameratum ceteroquin eſt intrinſecus; extrinſecus vero turrim habet.

S. Cæciliæ, in platea, quæ *S. Petri* dicitur, proxime locum, quo D. Albani ſacellum olim ſtetit. Et id quidem in quadam domorum Canonicalium D. Petri eſt: quam figuris atque inſcriptionibus olim exterius totam obductam fuiſſe, veſtigia illarum, quæ etiamnum apparent, abunde teſtantur.

S. Eliſabethæ, in curia Decani *B. M. V.* ad gradus, in qua Reuerendiſſimus Suffraganeus hodiernus ordines conferre ſolet.

S. Georgii, in curia ſiue ædibus Reuerendiſſimi ad ædem maiorem Decani; de quo ſupra ad cap. XXX § IV.

S. Margaretæ, verſus ædem parochialem *Odenmünſter*: quod ad Collegium pertinet Petrinum, quamuis olim de eo eidem controuerſiam mouerit ædis ad D. Martinum metropolitanæ Præpoſitus.

De cetero domicilium fuit Veſtalium ordini D. Auguſtini, Crucenaco extorrium, vſque dum in Eybingenſe cœnobium, Archiepiſcopi Danielis beneficio, translatæ fuerunt.

S. Michaelis, in cœmeterio *D. Chriſtophori*.

S. Michaelis, in cœmeterio *D. Stephani*, ſat amplum, ſed ruinoſum. breui deiectum iri rumor eſt.

S. Michaelis, in cœmeterio ad *D. Emerani*, ædibus Boineburgicis contiguum, eiſdemque ipſis anno MDCLXX contributum, ſiue, vt loqui amant, incorporatum. Eſt id alioqui ſatis vetuſtum. quippe iam legitur in inſtrumento quodam auctoritatis ſiue tabella vendi-

Edit. I p. 118 venditricis *Eliſabethæ*, viduæ *Nicolai Kerchere*, ciuis Moguntini, dum dicitur venditio iſta facta *in capella S. Michaelis in cœmiterio S. Heimeramni Moguncia MCCCXXX.*

SS. trium Regum, in via, quæ *Suterum* dicitur, e regione Collegii PP. Societatis Ieſu, in ædibus, quæ olim *zum Iungen* dicebantur; poſt vero, quod hæc domus illa ipſa ſit, in qua ars chalcographiæ primum inuenta fuit, vulgo zum *Druckhaus* cognominatæ ſunt.

Sacellum vero hoc idem locus fuiſſe dicitur, in quo trium Regum corpora, quum Mediolano Coloniam deducerentur, in tranſitu per noctem depoſita fuere. vnde etiam ei appellatio. A Suecis quum tempore belli tricennalis profanatum fuiſſet, & inſtaurauit & reditibus non paucis exornauit R. D. *Adamus Freiſpach*, Præpoſitus ad S. Stephanum: *Ambroſius* vero, Epiſcopus Myſienſis & Suffraganeus Moguntinus, anno MDCXLIII, die IV Auguſti, denuo inaugurauit. Quorum in fidem hic damus ipſum *Freiſpachii* libellum, rei huius cauſſa ædium inhabitatori anno MDCLI datum. Is ſic habet e germanico in latinum conuerſus: *Poſt quadriennii exilium Moguntiam reuerſus, vidi vrbem magna ex parte, inter alias vero & meam Præpoſiti domum, ſedemque vaſtatam. Vt igitur de alia mihi proſpicerem habitatione, ære mihi meo comparaui domum, quæ vulgo* zum Druckhaus *dicitur: quam quidem hoc libentius emi, quod in ea ars typographica inuenta fuerit; in capella vero eidem coniuncta trium ſanctorum Regum corpora, cum per vrbem hanc Coloniam deportabantur, vt conſtans ſenum quamplurium, aliorumque fide dignorum traditio eſt, quieuerunt. Quod ipſum ſacellum cum Sueci violaſſent, Reuerendiſſimus in Chriſto Pater*, Ambroſius, *Epiſcopus Myſienſis, & Suffraganeus Moguntinus, die IV Aug. an. MDCXLIII denuo conſecrauit; ara honori B. M. V. Angeli tutelaris D. Ioſephi, ac trium SS. Regum dedicata. Scriptum Moguntiæ die XXVII Mart. MDCLI.*

Ita teſtor ego Adamus Freiſpach, *Præpoſitus ad D. Stephanum, Decanus Collegii B. M. V. ad gradus, Conſiliarius & Prouiſarius generalis in ſpiritualibus Moguntinus.*

S. Secundinæ, in curia veteri *Scholaſteriæ* maioris prope ædem D. Ioannis.

S. Spiritus, in curia *Cuſtoriæ*, vt vocatur, maioris Moguntinæ.

Quæ ſequuntur ſacella, interiere.

S. Brigittæ, quod inuenimus in necrologio *D. Ioannis* ad III Id. Febr. *Obiit* Sophia, *filia* Theoderici *de* Monte. *Vnde præſentes habent IIII ſolid. Hall. de domunculis Dominarum* S. Agnetis *ante & retro poſitis in vico veteris* cellæ *apud* Sanctam Brigidam, *& curiam* zum Steiben. *pro nunc eſt ortus.* & in libro cenſuali: *Item in feſto cathedr. Petri de tribus domibus in curia apud* S. Brigidam, *in vico* veteris cellæ, *XX denar. Mog.*

S. Catharinæ, ſitum in cœmeterio ædis parochialis ad D. V. M. vulgo *Odenmunſter*. Superſunt enim litteræ, vi quarum *Ludouicus*, D. Petri olim Decanus, in eo Miſſam qualibet hebdomade a Sacerdote Ordinis Teutonici celebrandam, anno MCCCVI inſtituit.

S. Georgii, in curia, vt vocabatur, *Cantoris* metropolitani. de quo iam ad cap. XXX § IV. Interiit, vt *Helvvichius* notauit, an. MCCCXIX.

S. Georgii, vna cum clauſtro, in platea, quæ vulgo *die Marckſtraſſe* dicitur, in via verſus aream, iuxta S. Antonium, vt addit *Helvvichius*. Quum Dietheri temporibus nonnullorum impuritas, improbitaſque occaſionem dediſſet, id occludendi (*als etlich zit her faſt vvvveſlichkeit in der Clauſen zu* S. Georg — *geubt vnd getriben, deshalb dan ſolch Clauſen zu raumen verfugt vvorden iſt, vnd ledig ſteet*) Bertholdus, ne vacuum ab habitatoribus vitium faceret, litteris Steinhemi anno MCCCCLXXXV, dominica poſt diem exaltatæ cruci ſacrum proxima ſcriptis, feminæ cuidam, *Neſſen Dille*, conceſſit, vt in id immigret, & clauſtrum quidem ſeruet ſartum, ſacellum vero tum reſeret, tum claudat. Euanuit tempore belli tricennalis.

S. Ioannis minoris, iuxta veterem, vt vocatur, *Cantoriam*.

S. Iulianæ, ædi D. Petri olim contiguum, quod memorari videas in litteris *Gerbodonis*, ad D. Petrum Præpoſiti, an. MCCXXXIV, VI Id. Ianuar. datis, quibus *ortum adhærentem Capellæ* Sanctæ Iulianæ, *& ortum ei contiguum, & emunitates ex oppoſito Capellæ ſitas &* iam muro circumdatas, in communionem fratrum contulit: vt in chronico Petrino § XVIII legere licet.

S. Lamberti, in curia ſitu ædibus Comitum *de Rieneck*, ciuitatis Moguntinæ tum temporis Aduocatorum; de quo *Sifridus II* in diplomate anno MCCXIII edito: *ad hæc prædictus Comes curiam ſuam in Maguncia, in qua videlicet ſita eſt* Capella S. Lamperti — *antefata eccleſiæ — pro LX marcis pignori obligauit.*

S. Laurentii in monte *D. Stephani*, memorata in Inſtrumento ſic dicto *Renunciationis Paſtoris in Biſchoffsheym ſuper Tuberam ab Emichone de Lorch, Rectore eccleſiæ parochialis dicti oppidi Biſchoffsheym, Mag. dioceſ. facta Iohanni de Lorch, Canonico S. Stephani Mag. ſub anno natiuitatis dominicæ MCCCLIV, indictione VII, Pontificatus Sanctiſſ. Patris & Domini noſtri D. Innocentii, digna Dei gratia Papæ VI, anno ſecundo, menſis Decembris ineuntis die I, quæ fuit in craſtina B. Andreæ Apoſtoli, hora diei eiuſdem ſub decantatione Miſſæ, publice in ciuitate Moguntina, in monte* S. Stephani *prope* Capellam B. Laurentii *martyris, ab extra.*

S. Pantaleonis, ſuper montem monaſterii *S. Iacobi*, vt in litteris eſt, datis anno MCCCXVIII, feria ſecunda proxima ante purificationem B. M. V. quippe quarum vigore nobilis vir *Hermannus*, Armiger, natus quondam *Eberhardi* Camerarii Moguntini, dicti *de Gudenberg*, nec non *Eberhardus & Ioannes*, fratres, filii quondam *Philippi* de *Gudenberg*, Militis, pariterque Camerarii Moguntinenſis,

tinenſis, in hac ipſa *S. Pantaleonis Capella* totam partem aduocatiæ*, quam in villa *Treys* & eius terminis prope *Finchenam* habebant, permiſerunt parthenoni D. Claræ in vrbe Moguntia.

* *Antea aduocatiam iſtam ab* Eberhardo *Camerario nominato* feodi *ſiue beneficii titulo tenuerunt* Petermannus zum Iungen, *& poſt eum* Reynoldus, *dictus* zum Gulden Schaf.

Euerſum fuit a ciuibus anno MCCCXXIX; & cum Abbas D. Iacobi id poſtea reſtituere cœpiſſet, Conſules & Senatus Mogunt. operariis, ne pergerent, interdixere. & quamuis Abbas valde eos obteſtaretur, permitterent vt opus cœptum perficeretur, in ſua tamen permanſere ſententia, prætexentes, ſi inſtauraretur, vrbi inde periculum creari poſſe. quin nec eo quidem adduci potuere, vt monaſterii impendiis, ſuo ipſi arbitratu, id exædificarent: prout *Theodericus* Archiepiſcopus in litteris an. MCCCCXLIII datis queſtus eſt.

OO. Sanctorum, ſupra domum hoſpitalem *S. Spiritus* vulgo dictam.

OO. Sanctorum, vulgo *die Iudenſchule* (de quo *Serarius* lib. V in Conrado III) Sic enim in rubrica litterarum, quibus *Bertholdus* Archiepiſcopus Steinhemii d. XI Septembr. an. MCCCCLXXXIV *Ludouico Kesler* id contulit: *Prouiſio* Ludouici Keſſlers *ſuper altare ſiue* Capella OO. SS. *vulgariter* die Iudenſchule. In litteris vero ipſis; *vacante ſiquidem nuper altari* in Capella OO. SS. *in ciuitate noſtra Moguntina, per mortem Petri VVisbare, cuius collatio — ad nos pertinere dinoſcitur.*

SS. Simonis & Iudæ. Quod ne nos fugeret, idem fecit Archiepiſcopus *Bertholdus*, in litteris an. MCCCCLXXXVI, d. VIII Octobr. Aſchaffenburgi datis, quibus *Henrico*, Vicecomponenſi Epiſcopo certos aſſignauit reditus. Sic namque ibi: *Præterea commodioris vitæ & ſtatus honeſtioris gratia omnes & ſingulos fructus ad Vicariam in* Capella SS. Simonis & Iudæ *Apoſtolorum in ciuitate noſtra Moguntina quondam fundatam, nunc vero extinctam, vna cum domo ad eam ſpectante præfato Vicario noſtro aſſignamus — Ne autem dicta Capella & populus diuinis deſtituatur officiis, volumus, vt dictus Vicarius noſter eandem Capellam gubernet & procuret, & officia diuina in ea inſtituta ſtatutis temporibus plenarie expleat vel perſolui procuret.* Edit. I p. 122

S. Stephani, monaſterio D. *Agnetis* in foro gentili contiguum. Cuius cum patroni eſſent Nobiles ac Dapiferi *de Rhinberg*, ius iſtud patronatus, vna cum reditibus, prouentibus, bonisque aliis ſpontanea ceſſione & donatione in Decanum & Collegium *S. Ioannis*, vt litterarum anno MCCXCIX, IV Kal. Iun. perſcriptarum, tranſtulit *Sifridus*, Miles & Dapifer *de Rheinberg*, *Ioanne* de *Rheinberg*, filio, Milite, *Adelheide* & *Margareta*, filiabus, generoque *VVilhelmo*, dicto *VValpode* de *VValdecke*, conſentientibus.

Sacella ab Auctoris temporibus demum excitata.

Illorum tria ſunt.

I *D. Mariæ Lauretanæ*, templo *Capucinorum* adſtructum.

II *S. Michaelis*, iuxta ædem *Franciſcanorum*, cum turri.

III *S. Sebaſtiani*, votiuum ob vim peſtilentiæ, quæ anno MDCLXVI ciuitatem continua depopulabatur ſtrage. Situm eſt in area, quæ vulgo *auf dem Hof* dicitur, formaque exſtructum rotunda. Dum ſuſcitabatur, primum in fundamento lapidem die XII Octobr. compoſuit *Theod. Caſpar* de *Fürſtenberg*, Canonicus tum Moguntinus, obſeruatumque, eodem die nullum lue iſta peremptum. Ex quo ſtare cœpit, Canonicis Equeſtrium *ad D. Albani* & *D. Ferrutii* ad diuinum officium pſalmodia ſacra celebrandum patet. Conſ. auctor *antiqua Moguntia* § XIV ſect. II n. II p. 194.

SECTIO VI

De templo Societatis Ieſu.

Collegii *Societatis IESV* templum hanc de templis narrationem merito concludit, quia etſi anno Domini MCCLIII exſtrui cœpit, in Societatis tamen ius, poſſeſſionem, ac vſum venit anno Domini MDLXXVII, die XVI Iulii, idque Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi *Danielis* Archiepiſcopi, Pontificiſque Maximi *Gregorii XIII* auctoritate, vti authenticæ horum litteræ oſtendunt, prout infra iterum patebit c. XXXIV. Princeps hic ara perinſignem habet Dominicæ vitæ ac paſſionis tabulam, eximia Reuerendiſſimi in CHRISTO Patris ac Domini, *D. Stephani Weberi* Suffraganei, pietate ac munificentia perfectam. cui ab eo, cuius honori factum, remuneratio ſit, CHRISTO IESV Domino ac Saluatore noſtro. Amen.

Fuit ædes hæc, vna cum clauſtro, *FF. Minorum*, vt infra cap. XXXIV p. 146, & lib. V, in *Daniele*, cap. X diſerte habetur.

Enimuero, quum ſeculo XVI ab Ordinis ipſius in ſuperiori Germania Capitulo prouinciali pro derelicta haberetur, & in manus Archiepiſcopi ſponte dimiſſa eſſet, *Daniel*, mortuo an. MDLXXVI vltimo Guardiano, *Ioanne Cranchendonck*, PP. Societatis eam anno ſequenti, conſenſu *Gregorii XIII* P. M. vtcederetur, attribuit, ac in perpetuum addixit: duobus, qui ſupererant, & tum in monaſterio adhuc commorabantur, Fratribus, *Franciſco Marick* & *Stephano Holtzhauſen*, die XX Iun. in conuictum *FF. Eremitarum*, qui Moguntiæ ſunt, miſſis.

Moguntiam interim *FF. Minorum* mentem haud ſemel reuocauit ſedis ibidem habitæ memoria. Anno ſane MDCXLV *Honorius van der Elerck*, Miniſter prouincialis, nomine

pro-

Edit. I p. 181 prouinciæ Colonienſis, ab Eminentiſſimo *Anſelmo Caſimiro* licentiam petiit *formandi reſidentiam FF. prope S. Claram.* Similiter *Fabius Chiſius*, Epiſcopus Neritonenſis, Nuntius Apoſtolicus (poſt Papa factus, *Alexandri VII* appellatus nomine) litteris Monaſterii eodem anno d. XXVIII Nouembr. datis, cauſſam eorum eidem Celſiſſimo Archiepiſcopo commendauit. Sed enim, auditis hac ſuper re mendicantium Ordinum Prioribus (idque ſecundum præſcriptum *Clementis VIII* in Bulla an. MDCIII, XXIII Iulii edita) cauſſaque bene ponderata, decretum fuit, pro circumſtantiarum ratione & præſenti temporum ſtatu Fratrum deſiderio voluntatique haud poſſe ſeruiri.

Ceterum ædes hæc ſacra puluere plane obſeſſa a longo erat tempore, quod non plane nulla ſpes eſſet, nouam excitatum iri. Quæ cum, neſcio qua de cauſſa, euanuiſſet, anno MDCCVIII dealbata tandem fuit & repurgata: inſuper ambo, qui templi chorum obſtruebat, ſublatus; altare *S. Ignatii*, ad columnam verſus aream, ſubmotum; duo vero altaria noua, *S. Ignatii* vnum, *S. Franciſci Xauerii* alterum, formæ eximiæ, auroque penitus obducta, a lateribus chori ſubſtituta; ara *B. M. V.* ad parem illis formam poſtea anno MDCCXVIII redacta.

* *De* PP. Societatis Ieſu Nouitiatu, *vt vulgo dicitur.*

Alterum Societatis Ieſu heic loci domicilium Domus Probationis, *vulgo* Nouitiatus. Daniel *Archiepiſcopus Patribus vna cum collegio Algesheimenſi tres domos adiacentes donarat, atque ad ſeminarium iuuentutis conſtituendum attribuerat, vt lib. V, in* Daniele, *dicetur fuſius. Iſtas ædes, cum conuictorum cœtus bello tricennali diffluxiſſet, ad Nouitiatum, vt vocant, ſiue tirocinium Societatis applicare, circa annum MDCXLVII viſum fuit Patribus. Vrgebat maxime rem* R. P. Georgius Menzius, *ac liberam poteſtatem domum banc conuictus in alium vſum commutandi prætendebat. Sed irrito tum & ſine effectu labore. Opponebatur enim pia* Danielis *intentio atque voluntas. Tandem* R. P. Ioannes Bertholdus, *Viſitator & Viceprouincialis S. I. per Germaniam ſuperiorem, libello ſupplice Eminentiſſimum Electorem* Ioannem Philippum *rogabat, nolit prouinciæ & vniuerſæ Societati imputare, quod vnius vel alterius immaturus zelus operatus eſſet: agnoſcere ſe, ſtabilitatem Nouitiatus de iure Societati haud deberi, ſed ex fauore tantum & gratia profecturam. Cum ſic demiſſe modeſteque rem expoſuiſſet ille, clementer annuit* Ioannes Philippus, *litteriſque die XXIII Iun. an. MDCLXIII ſcriptis conceſſit, vt ædes iſtæ inſtituto illi deſeruirent, quas re ipſa domus probationis complectitur.*

Cetera aureæ Moguntiæ *ſcriptor his exequitur verbis:* Alterum Societatis Ieſu Moguntiæ domicilium ad *S. Ioſephum*, tirocinium eiusdem, ſeu domus probationis: eadem, quam ab ortu fere Societatis, an. MDXLII euocatus Moguntiam ab *Alberto* Cardinali Archiepiſcopo, primus ex ignita illa S. Ignatii officina *Petrus Faber*, illo ſpiritu & ardore ſacro inflammauit: & in eadem magnum orbe toto doctrinæ chriſtianæ magiſtrum, *Petrum Caniſium*, primum e Germania & in Germania Societatis alumnum ſeu tironem per exercitia Ignatii formauit ac veluti excudit. Ita hic primæ exiliere ſcintillæ: & rurſus excitatæ, quando ad initia Collegii eandem domum ſubiere Societatis Patres. Sed demum poſt annos ab illis auſpiciis centum & vltra, videlicet anno MDCXLVII ex antiqua conuictus domo, iuncta veteri ſchola, non mutato vel mutando nomine, noua religionis formata ſchola, & primus agendæ in Societate vitæ conuictus. Ingreſſa igitur poſtliminio Societas & ingreſſum hic aperuit in Societatem, vbi primus e decem primis fixerat pedem. Domus non ſub vno ſtat tecto, ſed iunctæ vel potius disiunctæ plures, vix per ambulacra ſatis coniunctæ, in ruinam omnes inclinant. A tribus annis (*MDCCII*) emerſit fabricæ nouæ pars, primo lapide in fundamenta ſubacto ab Eminentiſſimo Electore *Lothario Franciſco.* Tantæ id molis erat, a pluribus annis deſignatæ: maioris erit moliminis reliquum audere, & complere aream, etiam templo conſecrandam. Pars illa plateis anguſtioribus obuerſa; ſed quibus per eandem vergentem in hortum domeſticum ſpatium maius accreuit. Veſtibulum domus exornant binæ, inter medium *S. Ignatium*, e ſaxo non rudi ſtatuæ venerabilium, qui primi aditum patefecere, *Petri Fabri* & *Petri Caniſii*; quaſi e lapide illud exprimant Ieſ. VI: *attendite ad petram, vnde exciſi eſtis.* Conſtitutus ſuper familiam fidelis e cælo patronus, *S. Ioſephus*, quem verum credas domus, ſine fundatione, nutritium. *Hæc ille* § *XIV ſectione IV n. V p. 216 & ſeq.*

Ceterum ab eo, quo Anonymus iſte hæc ſcripſit, tempore, reliquum operis, quod maioris moliminis fore dixit, exædificatum eſt, vna cum æde ſacra perele-

ganti: quam dein anno præterito MDCCXIX, die XXI Iun. qui D. Aloyſio Edit. I *ſacer eſſe ſolet, Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus* Edmundus, *Epiſcopus Mallenſis, & Eminentiſſimi Archiepiſcopi in pontificalibus Vicarius, ſollemni cæremonia conſecrauit.* p.121

* De Seminario S. BONIFACII.

Cum quam maxime neceſſarium ſit, vt ii, qui miniſterio deſtinati ſunt eccleſiaſtico, mature ſalutaribus formentur inſtitutis, ac a mundanæ contagionis ſeuocati illecebris, in litterarum iuxta pietatisque ſtudio omni excolantur diligentia; Celſiſſimus Archiepiſcopus DANIEL ſuo iam tempore in hanc acriter iuit curam, vt officinam quandam aperiret, in qua pii iuuenes & diuinæ ſapientiæ imbuerentur præceptis, & rebus omnibus ad functiones eccleſiaſticas olim condigne obeundas neceſſariis intentiori inſtituerentur cura, ne inermes venirent ad docendum; vel ſuis eſſent offendiculo. Moguntiæ igitur D. Bonifacii ſub patrocinio id genus Seminarium inſtituit, curæque PP. Societatis Ieſu commiſit. Serius lib. V in Daniele *cap. X.*

Quod cum multis annis plantarium fuiſſet præſtantium doctrina, morumque honeſtate iuuenum atque clericorum, ferali, quo Germania triginta annis flagrauit, bello, Moguntia vero in quammaximas incidit calamitates, omnem non modo ſuccum amiſit, verum etiam ſpeciem; quin penitus fere diſperiit.

Contigit autem, vt hæc inter BARTHOLOMAEVS HOLZHAVSER, vir pietate non minus & promouendæ religionis zelo, quam prudentia, grauitate, eruditione ſua ætate facile in primis, haud vno in loco inſtitutum clericorum in commune viuentium *omni reuocaret opera, opeque, ſimulque penſi haberet, vt clero proximi, quemadmodum* Cypriano *vocantur, in veteranorum conuiuentium mores atque inſtituta abirent, honeſtiſſimis illorum exemplis ad æmulandum feliciter excitati.*

Qui laudabilis & in communem eccleſiarum ſalutem quammaxime vergens viri labor quum Eminentiſſimo Archiepiſcopo IOANNI PHILIPPO in Comitiis Ratisbonæ anno ſuperioris ſæculi LIII & LIV habitis innotuiſſet, tam ardens confeſtim in eo excitauit deſiderium, opus tam pium atque ad ſanctiorem diſciplinam in mores cleri reuocandam vtile promouendi, vt nil prius habuerit, quam in diœceſes ſuas id genus introducere plantaria. Vid. vita Holzhauſeri *capite XXI p.* 101 *& ſeq. Herbipoli ſane ſtatim, quod* D. Kiliani *vocatur, inſtituit, v. eadem* Holzhauſeri vita *l. d. p.* 104 *& ſeq. poſt Moguntiæ alterum; Seminario, quod DANIEL olim religionis ac pietatis bono ſtatuerat, quaſi inſtaurato.*

Factum id circa annum MDCLXI, operam liberaliter admodum præbente Reuerendiſſimo & Perilluſtri Collegii principis tum Decano, poſt magna dignatione Præpoſito, Ioanne *ab* Heppenheim, *dicto* de Saal, *IOANNI PHILIPPO vt conſanguinitate, ita conſiliis animoque, de clero ad ſanctimoniam & pietatem efformando, quammaxime iuncto.*

Delectæ vero ei ſtatuendo ædes, quæ vulgo curia Cronbergica (der Cronberger Hof) *vocabantur; quod & religioſis vſibus eſſent accommodæ, & recipiendo ſacræ iuuentutis cœtui pares. quæ proin illorum in gratiam aptatæ, ſimul ac Eminentiſſimus Elector eas a Cratone Adolfo Othone, Comite Cronbergenſi, anno MDCLXI, V Iulii die, emptione obtinuit. Domicilio dein adſtructum Oratorium, in quo precibus publicis, aliisque ex officio obeundis vacarent in hanc bonæ mentis officinam recepti.*

Quamuis autem minime dubitabat IOANNES PHILIPPVS, ſuos in Archiepiſcopatu ſucceſſores ſacris hiſce alumnis neceſſaria vitæ & cultui ſubſidia attributuros; ipſe tamen, &, quem dixi, Reuerendiſſimus tum temporis Decanus liberali Bonifacianum hoc inſtauratum cenſu anno MDCLXII, d. VIII Nouembr. de ſuo inſtruxere. Sigillatim vero eidem donatione contulere partem vicorum Weiſſenaw *&* Hexheim, *quam* Maria Magdalena, *Comes Iſenburgico-Büdingenſis, tutrix, & filii,* Ioannes Ludouicus *&* Chriſtianus Mauricius, Catharinæ Iulianæ, *Comiti Wiedenſi & Runckelenſi, Hanouienſi ortæ familia, pro* 8000 *florenis oppoſuerant; ipſi vero ab ea totidem numerato redemerant florenis: partem itidem eorundem vicorum, quam ab* Emanuele Maximiliano Wilhelmo, *Comite Schönburgenſi, emptione anno MDCLVII, die V Nouembr. fa-*

cta

Edit. I pag. *cta, ſibi comparaverant: & quidem vtramque cum omni iuriſdictione, mixta, vt vocant, meraque ſiue libera, nec non reditibus, cenſibus, aliisque bonis ac iuribus ſingulis atque omnibus.*

Quam perinſignem beneficentiam, gratiamque grato maxime, vt par erat, animo agnoſcentes, qui cœtui tum collecto præfecti erant, Georgius Gindel, *Præſes, &* Matthias Starck, *Regens, ius armorum & ſequelæ, vitæ item neciſque,* quod gladii *vulgo vocant, ſibi, tanquam ſacerdotibus, minus conueniens, in duobus biſce vicis Archiepiſcopatui ſponte, libenterque in debitæ ſignum obſeruantiæ detulere ac in perpetuum dimiſere; contenti, ſibi ſucceſſoribusque ceteram iuriſdictionem integram reſeruaſſe.*

Quum vero reditus ex his locis prouenientes tot alumnis alendis haud ſufficerent, quot tam amplæ diœceſis, qualis quidem Moguntina, rationes poſtulant; hinc idem Princeps Elector & Archiepiſcopus IOANNES PHILIPPVS, decennio poſt, XVI ſcilicet Decembr. anno MDCLXXII, prouentus Collegialis quondam ad D. Martinum *Bingenſis ſingulos ac omnes Seminario huic adſignauit atque in perpetuum addixit: vt adeo auctor ipſe deinceps, parensque & fundator eiusdem perpetuo, immortalique beneficio haberi debeat. Nec Reuerendiſſimus Præpoſitus,* Ioannes *ab* Heppenheim, *dictus* de Saal, *eiusdem fortunas liberali acceſſione augere deſtitit; relicta ſacris inquilinis, alia inter, vltimæ voluntatis ſuæ tabulis, admodum inſigni, quam poſſedit, bibliotheca.*

Quorum proin gratam memoriam quotannis, quarta, & duodecima Februarii, ſollemni feria inſtaurant, ac in Oratorio domus funebri ritu celebrant, qui pia illorum munificentia in Bonifaciano hoc aluntur, ſacrisque inſtitutis formantur, clerici.

Curæ virorum inſigni rerum diuinarum ſapientia, ſed maxime chriſtianæ pietatis præcipua quadam laude ſpectatorum, primum Georgii Gindelii, *tum* Ioannis Vogtii, *dein* Andreæ Birnbeck, *poſt* Quirini Kunckel, *tum* Matthiæ Starck, *deinde* Kunckelii *ſecundum, denique* Leonhardi Nimis *commiſſum, vti ſtatum ſemper tenuit ſuum, ita hodieque ſub moderamine* Caſparis Adolfi Schnernauer, *Præſidis optime merentis, egregium exhibet plantarium clericorum præſtantium, qui indies ex hoc domicilio prodeunt.*

Emeritorum vero, aliorumque valetudine infirmorum eccleſiæ miniſtrorum vt ſimiliter haberetur ratio, Seminario huic domus acceſſit, illorum in gratiam ac vſus anno MDCCXVI a fundamentis exſtructa. quod cum prædicare par ſit ac æquum omnino, memorandum vtique duxi.

* Dum operis hæc iam tradideram, accepi, vicum *Hexheim* anno MDCCIV, facta quadam cum Seminario tranſactione, ceſſiſſe Archiepiſcopatui.

CAPVT XXXII

De ſacris Moguntinorum templorum opibus.

VNdecimum vrbis Moguntinæ decus ſacris conſtat opibus. Hæ ſunt vel annui reditus, & quæcunque alia, quæ ad clericos perueniunt emolumenta: vel ſunt vaſa, veſteſque ſacræ: & cimelia, quæ in templis aſſeruantur. Vtrumque hoc genus perſequi, fateor, non opis eſt noſtræ; partim quia mihi prorſus ignotum, partim quia longum nimis. Vnius tantum, primarii ſcilicet metropolitani templi, non quæ iam ſunt, ſed quæ fuerunt, ornamenta & opes referam: neque id verbis meis, ſed illis, quorum auctor *Chriſtianus*, Archiepiſcopus Moguntinus, huius nominis II, vt infra (*l. V*) ſuo loco dicitur; quæque iam edita ſunt Baſileæ in folio, anno MDXXXVII apud Heruagium. Sic igitur habent illa: ſed cum manuſcripto iam collata, ex eoque identidem correcta.

Decus XI Moguntiæ, ſacræ opes, e quibus ædis metropolitanæ ornamenta & diuitiæ recenſentur.

122 I *Venerabili Patri Domino Theodorico Abbati, & fratribus Ludouico Priori, Ioanni & Rudolpho ſacerdotibus C. Presbyter, Epiſcopali nomine indignus, gaudia electis Dei, ante mundi exordia, præparata. Solent plerumque res olim geſtæ, ſi ſcriptis non fuerint commendatæ, ſic obliuionis conculcari pede, vt nulla de ipſis a poſteris memoria habeatur, cum tamen earum notitia poſſet forte fore aliis cauſa cautelæ, & inſtrumentum euadendi pericula vel vitandi. Quod ſi*

* ſic non* ſit, ſaltem legentibus & audientibus tædium tollitur, dum ea tranſierint, eis
quaſi quædam recentia renaſcuntur. Vnde ſit vt ex hoc in admirationem ducantur Edit. I pag.
vel ſtuporem, vel certe ad paſſionis gemitum prouocentur. Scripturus itaque vobis
iacturam & oppreſſionem, qua annis iam C cœpit ruere eccleſia Moguntinenſis,
ipſius inuoco gratiam, cuius ea, quæ ſuſtinuit & adhuc ſuſtinere non deſiit mala, iu-
dicio eſt oppreſſa. Igitur vt eius miſerabilior calamitas, quam patitur, & flebilior
eluceſcat, prius quibus honoribus claruit, quibus diuitiis, & ornatibus referta
fuerit, ſuccincte & breuiter diſſeremus.

Veſtimenta II Erant ibi purpurarum precioſarum tanta copia, vt diebus feſtiuis totum
monaſterium, cum ſit tamen longum & latum, intrinſecus tegeretur, & tamen ad-
huc ſuperfuerunt. Erant tapetia & dorſalia, mira picturæ varietate diſtincta, quæ
operis ſubtilitate & pulchritudine animos intuentium admiratione delectabant. Præ-
ter iſta erant & alia, quæ ſuper pauimentum templi & ſcamna, & coram altaribus
ſternebantur. Erant pallæ altarium auro intextæ precioſæ. Inter quas tres erant præ-
cipuæ, quarum vna æſtimabatur poſſe valere marcas C, alia LX, atque alia non
minoris vel parum minoris poterant æſtimari.

Erat in Caſulis, Dalmaticis, Subtilibus & Cappis ſericeis & purpureis auro &
gemmis intextis precioſus & copioſus theſaurus. Inter quæ ſex Cappæ præcipuæ erant,
quarum vna æſtimata eſt ad LX marcas. ſic enim & obligari poterat. alia quinque 123
minoris erant æſtimationis. ex iis duas ego vidi, quarum vna vetuſtate fuit ſic con-
ſumpta & attrita, quod alicui vſui non valebat. Data ergo eſt igni, & reddebat
tres marcas auri cum dimidia. Alia, quæ adhuc recentior videbatur, vendita eſt cum
vna palla altaris: quid pro iis acceptum fuerit, vel quo deuenerit venditum, & ac-
ceptum, penitus ignoratur. Inter Caſulas autem, de quolibet colore duo paria: duæ
nigræ auriphrygiatæ, & eiuſdem operis duæ Dalmaticæ. & duo Subtilia, latis auri-
phrygiis ornata. & hæc omnia valde bona. Item duæ Caſulæ de ſamitto albo, & eiuſ-
dem fili Dalmaticæ duæ. Subtilia duo cum auro ornata. omnia valde bona. Item
* ruſſo duæ Caſulæ de* rubeo ſamitto, & tot Dalmaticæ, & Subtilia auriphrygiata, valde
bona. Item duæ Caſulæ de viridi ſamitto, & tot Dalmaticæ, & Subtilia auriphrygiata
valde bona. Item duæ Caſulæ de croceo ſamitto, tot Dalmaticæ & Subtilia valde bona.
Vna inter ceteras erat Caſula ante paucos dies violacea, latis & magnis auriphrygiis,
longa & larga, aureis lunulis & ſideribus inſertis: quæ tanti erat ponderis propter
aurum, vt plicari non poſſet, & in ipſa vix aliquis poterat, niſi valde robuſtus,
diuina myſteria celebrare. Veſtiebantur tamen illa Pontifices & Prælati, feſtis præ-
cipuis canturi. Sed poſt euangelium, cantato offertorio, factis oblationibus, illam
deponentes, flexibiliorem ſumentes, in illa diuina perfecerunt.

Item multæ tunicæ diuerſorum colorum, videlicet rubei, viridis, & violacei
coloris, virgulatæ, crocei, albi, quibus vtebantur miniſtri altarium & Acolyti, &
* portitores. chriſmatis* portatores.

In albis, cingulis, humeralibus, ſtolis, & ceteris ornamentis, potius cre-
denda copioſa diuerſitas, quam ſcribenda. Erant infulæ vel tiaræ XVIII auri-
phrygiatæ, chirothecæ valde bonæ. XVI annuli pontificales boni & magni; de ro-
bino vnus & impoſitis aliis gemmis minutis. de ſmaragdo vnus. de ſaphiro vnus.
de topazio vnus. Baculi paſtorales duo veſtiti argento. Caligæ VIII & tot ſanda- 124
lia. Hæc de veſtimentis.

ornatus & theſaurus. III Nunc de ornatu & theſauro eccleſiæ, & primo de pertica audiatis. erat
pertica argentea concaua deaurata, quæ tantum præcipuis feſtis, vt in Paſſione, Pen-
tecoſte,

Edit. I p.8 *trioſte, in dedicatione eccleſiæ, in feſto patroni glorioſi, confeſſoris beati Martini, in*
natiuitate Saluatoris, ante altare dependebat. In qua vaſcula ſuſpendebantur, quædam eburnea, quædam argentea, formarum diuerſarum, omnia reliquiis plena. In
horum omnium medio fulgebat ſmaragdus, ſuſpenſus catenis aureis duabus, habens
quantitatem & ſpiſſitudinem dimidii peponis magni, & per omnia ſimilitudinem ha-
bens peponis, & ipſe concauus: huic ſolebat aqua infundi cum duobus vel tribus pi-
ſciculis paruis: & poſito deſuper operculo, cum mouebantur piſciculi, ſimplices &
vetulæ lapidem viuere affirmabant. Erant thuribula X argentea deaurata, &
vnum aureum, habens auri marcas IIII: & acerræ XI: inter quas vna erat de la-
*pide integro onychino concauo, habens ſimilitudinem vermis horribilis**, *id eſt, vt* * ſcilicet
bufonis: concauitas eius patebat in dorſo, vbi & circulus argenteus cum literis Acerræ hic ſunt ipſa
græcis ambiebat. In fronte huius acerræ, quia caput habebat ſimile vermi mon- thuris vaſcula, e qui-
ſtruoſo, erat lapis topazius valde precioſus, magnitudinem habens dimidii vitelli bus in thu-
oui: in oculis eiuſdem acerræ duo robini, quos carbunculos vocant. Adhuc eadem ribula hoc imponitur.
acerra habetur hic, ſed gemmæ non. Item erant duæ grues argenteæ concauæ, quæ
ſolebant poni iuxta altare hinc & hinc, & dorſo patebant, ac impoſitis carbonibus,
& thure, vel thymiamate, boni odoris fumum per guttura, & roſtra emittebant.
Erant autem grues tantæ magnitudinis, cuius viuæ. Erant libri, qui pro ornatu
125 *ſuper altare ponebantur, vt euangeliorum, epiſtolæ ſiue lectionarii, benedictiona-*
les, collectarii. Quidam veſtiti ebore ſculpto, alii argento, alii auro & gemmis.
Erant pelues IIII argenteæ, & vrcei diuerſarum formarum (quos manilia vo-
cant, eo quod aqua ſacerdotum manibus funderetur ex eis) argentei. Quædam ha-
bentes formam leonum, quædam draconum, auium, vel gryphonum, vel aliorum
animalium quorumcunque. Erant candelabra magna duo, quæ iuxta altare pone-
bantur, argentea, & alia minora, quæ ſuper altare ponebantur, quibus rotæ ſup-
ponebantur latæ propter ſtillicidia candelarum. Quot fuerunt, neſcio. Erat corona
magna pendens in choro, ad ſimilitudinem eius, quæ adhuc pendet ad ſanctum Al-
banum, & vna in medio templi, atque aliæ tres minores ante altare ſancti Mar-
*tini, omnes ex argento diligentius fabricatæ. Erant cruces argenteæ** *portatiles,* *portabiles
miræ pulchritudinis, quarum duæ in Palmis, duæ in Paſchate, duæ in hebdomada
Paſchæ, duæ in Rogationibus, duæ in die aſcenſionis Domini ferebantur. X per to-
tum erant. Erat & vna crux tantæ longitudinis, vt totum brachium magni viri,
in qua erant Sanctorum reliquiæ multæ & magnæ. In medio vero continebat de ligno
Dominicæ crucis ad quantitatem digiti, ad longitudinem vero palmæ virilis. Ve-
ſtita erat hæc crux auro puriſſimo, & gemmis precioſis & multis. Erat & alia crux
*lignea, auro optimo veſtita, in qua imago erat aurea Domini crucifixi, quæ imago** *longi hominis.
cuiuslibet communis hominis magnitudinem excedebat, concaua, ſed multum ſpiſ-
ſa, cuius venter plenus erat reliquiis & gemmis precioſiſſimis. Dicebatur autem
*nec Romanum Imperium** *meliores habere. hæc crux poterat diſſolui membratim in* *meliorem
iuncturis, primo in talo, in genibus, in femore, in humeris, in cubito, in manibus,
in collo, vbi corpori inhærebat. Cetera pars corporis, dorſum ſcilicet, & venter pa-
riter cohærebant, & hoc ideo, vt commodius & ſecurius poſſet in arca ſibi ad hoc de-
putata ſpecialiter reſeruari. hæc crux raro exponebatur, niſi forte præſente Rege,
126 *vel alio magno Principe, & in feſtis Paſchæ, vel natalis Domini, & Pontifice ibi*
iubente. Cum autem hoc fieri oportebat, tunc in loco valde eminenti in templo ſuper
trabem, vbi nulli alieno patebat acceſſus, a miniſtris fidelibus locabatur. In huius
imaginis capite, loco oculorum, erant duæ gemmæ, quas carbunculos vocant, tantæ
magni-

magnitudinis, vt duo vitelli ouorum: qui in tenebris coruſcabant. huic cruci inſcriptus erat verſus iſte: Edit. I pag.

Auri ſexcentas habet hæc crux aurea libras.

Et nota, quod vna libra habet duas marcas auri. Sic ergo erant mille & CC marcæ auri probatiſſimi. Nec ſilendum, quod pro ſpeciali huius auri examinatiſſimo valore, crux ipſa proprio nomine cenſebatur. Vocabatur enim BENNA.

Feingolds.

*De indumentis quotidianis, crucibus, calicibus, ampullis, attinentibus, & thuribulis mentionem facere * propter multitudinem non bene poſſum. Sed quia de calicibus dicimus, ſubit memoriæ, quod fueram iam oblitus. Erant calices XII argenti, deaurati omnes, eiuſdem ponderis cum patenis, ſcilicet de tribus marcis, dempto calice, qui pertinebat ad maius altare, & is ceteros dimidia marca præcellebat. Cuilibet calici erant ſpeciales ampullæ argenteæ, & pyxis argentea ad hoſtias deputata. Præter hos calices, erant tres aurei. In vno horum poterat celebrari. qui etiam ſuas habuit ampullas, & pyxidem ad hoſtias, ex auro puriſſimo, & margaritis, & peram ad corporalia filis aureis inſertis miri operis & decoris. Habebant etiam calices alii ſuas peras ad corporalia ex purpura & auriphrygiis adornatas. Erant fiſtulæ quinque ad communicandum argenteæ deauratæ *. Erant † colæ argenteæ nouem, per quas vinum poterat colari, ſi neceſſe fuiſſet: præter eam, quæ attinebat calici aureo, & hæc aurea erat.* 127 *Hoc aureo calice ſolus Pontifex, vel Prælatus eccleſiæ maioris in ſummis feſtiuitatibus vtebatur. Alii duo calices tantæ erant quantitatis, quod cum ipſis diuina myſteria nequaquam poterant celebrari. Erat tamen vnus maior altero. minor habebat cum patena marcas auri electiſſimi XVIII; in cuius pede, per circuitum precioſi erant lapides valde, & in patenæ circuitu limbus eiuſdem operis ambiebat, & ipſe quidem gemmis pretioſis non carebat. Calix maior quot marcas auri habuerit, neſcio. Certum autem eſt, quod ſpiſſitudo eius erat digiti, & per totum tam in pede, quam ſupra gemmis pretioſiſſimis erat adornatus. habebat etiam idem calix duas anſas, quæ poterant manus replere leuantis, ſicut ſolent habere lapides mortarii, in quibus piperata, & ſalſa præparantur. huius patena talis erat latitudinis & ſpiſſitudinis, quod ipſi calici congruebat, & ipſa gemmis per circuitum decorata. hic calix habebat altitudinem vnius vlnæ, & capere poterat dimidium ſextarium vini. Nec ab aliquo homine poterat leuari a terra * commode. Nullus me in hoc ſcripto arguat, obſecro, falſitatis. Nam eccleſia & ſedes ab omnibus Regibus & Imperatoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, & Liberis, & ab omni populo venerabilis habebatur propter Pontificum ſanctitatem, cleri deuotionem, ciuium pietatem, qui tamen in rigorem peſſimum, & ſuperbiam modo & duritiam ſunt conuerſi. Minus iuſte dixi, conuerſi. auerſi, dixiſſe debueram. O * Maguntia, Maguntia,*

* arbitror otioſum.

* commodoſe eleuari

* Maguntina

Felix villa ſitu, tot donis inclita, ſi tu
Mutares gentem rationis honoris egentem.

Hæc & alia plura Dominus ille Archiepiſcopus.

* *Quarum vſus fuit in ſumendo ſacro Domini ſanguine.* (S.)

† *Colæ, quarum vſus in colando vino vel conſecrando vel conſecrato, ſi quid forte ſordium incidiſſet.* Colatorium, *inquit* Onuphrius Panuinius *lib. de vocibus Eccleſiaſticis*, erat vaſculum quoddam ſubtiliſſimis foraminibus ab imo perforatum, quo vinum ex hamulis in calicem refundebatur. *Et huiuſcemodi adhuc in metropolitana æde Colonienſi teneri manu ſolet ab eo, qui ſolemni ſacro miniſter eſt, & ab imperitis perforatum cochlear vocatur. Memini vero huius nuper libro II Tribæreſii capite IV.* (S.)

Neſcio an huc pertinere non queat *aurea* illa *ſella*, nobiliſſimis gemmis vndique diſtincta & inſignita, quam Archiepiſcopo dedit Bohemiæ Rex Ioannes ab illo coronatus. 128 *Hanc*, inquit Bruſchius, *hodie adhuc Moguntiæ præſentem, D. Martini ſellam vulgus appellat* *.

in Petro.

* Et ante *Bruſchium* iam *Trithemius* chron. Hirſaug. part. II p. 121: *Coronatione ſollemniter peracta Ioannes Rex inter alia dona, quæ Petro donauit, Archiepiſcopo Moguntino,* ſedem *quoque* auream *contulit, gemmis & pretioſis lapidibus pulcre decoratam: quæ habetur in principali eccleſia Moguntina vſque in præſentem diem, ponitur que in magnis ſollemnitatibus cum reliquiis Sanctorum ſuper altare maius ad decorem domus Domini,* Hanc ſedem *vulgus* S. Martini *appellat.*

Latomus inter ſacra donaria ſæpius illam ſe conſpexiſſe ait. *Serarius* vero infra lib. V in Archiepiſcopo *Petro* p. 850 ſubdit; *non ego.* Ipſius

Edit. I pag. Ipſius tamen adhuc temporibus ſuperfuiſſe, *Nicolaus* prodit *Schmitt*, in æde ſumma olim Vicarius; quippe qui margini h. l. ſequentia adleuit: *Anno MDCXLVI per ſacrilegas manus V. S. ſpoliata auro.* addit, illo moriente ſuperfuiſſe nonnihil pecuniæ, e furto hoc confectæ; LX, vt putat, florenos: qui ab obitu illius, vt quidem iuſſerat, eccleſiæ fuerint numerati.

Ceterum ſedes hæc non fuit ex auro, ſed inaurata tantum; maximi tamen pretii gemmis ac lapidibus, *quatuor* præcipue *paludibus & octo rubinis de Alexandria* pulcerrime exornata. Capitula, fulcra, aliaque, quibus diſtincta fuit, ſigna erant ex cryſtallo; incluſæ vero reliquiæ, *de camiſia Innocentum*, *chirotheca B. Margaretæ*, *virginis & reginæ*, *S. Seueri*, *nec non Bonifacii* Epiſcopi & patroni, pretium augebant. In pompa, quæ feſta corpori Dominico die duci ſolet, portabatur a quatuor Vicariis, rubeas Dalmaticas indutis. Hæc e *deſignatione cimeliorum eccleſiæ metropolitanæ* mſ.

Alioqui cum maxime huc pertinent, quæ de precioſiſſimis veſtibus, gemmis, & id genus aliis ab *Alberto* Cardinali & Archiepiſcopo, huic ædis metropolitanæ theſauro illatis auctor habet infra lib. V in *Alberto* II p. 885.

CAPVT XXXIII

De Moguntinis Conciliis.

DVodecimum Chriſtianæ Moguntiæ ornamentum, quæ in ea geſta ſunt, *Concilia* ſuppeditant. Eorum, de quibus quidem conſtat (ſunt enim, de quibus dubitari poſſit, alia.) Ornamentum Moguntiæ chriſtianæ 12 ſunt Concilia.

PRIMVM fuit *Richolfi* Archiepiſcopi, D. Caroli Magni tempore anno Domini DCCCXIII, Iunii die IX, in clauſtro baſilicæ S. Albani, anno eiuſdem conſecratæ baſilicæ VIII, poſt *triduanum cum litaniis ieiunium*, vt habetur in illius Concilii principio tom. III Concil. edit. Colon. vbi & *de litaniis* cap. XXXII & XXXIII; *de quatuor temporibus* c. XXXIV; *de clericorum caſtitate* c. XLIX, aliisque rebus perutilibus. Videtur autem in Reuerendiſſimi *Baronii* tomo IX * erratum, dum ait, fuiſſe in iſto Concilio Archiepiſcopum Moguntinum *Hildebaldum* anno DCCCXIII †. Huius autem Concilii mentio eſt in principio ſecundi, de quo iam.

* ad annū 806 §. 27

† Hoc in correctiore *Baronii* editione Antuerpienſi tomo IX non haberi, iam obſeruauit *Polycarpus Lyſerus* in diſſertatione de conciliis Moguntinis §. III p. 5. Hildeboldum alioquin concilio huic interfuiſſe, videre eſt in illius principio.

ALTERVM Concilium tempore Archiepiſcopi Rabani, & Ludouici Germaniæ Regis, Lotharii Imperatoris, anno Domini DCCCXLVII, in eodem S. Albani loco, & in ſimili *cum litaniis triduano ieiunio*, prout in eiuſdem principio refertur. Vbi etiam ſignificant Patres, ſe per totam diœceſim Moguntinam, aliasque ipſi ſubditas indixiſſe, pro ſui Regis incolumitate, preces plurimas. Sic enim loquuntur: *Decreuimus, vt ſingulis parochiis per Epiſcopos & clericos, per Abbates & monachos oratio pro vobis & pro veſtra coniuge, ſimul prole nobiliſſima fieret (cuius orationis ſumma eſt, Miſſarum tria millia & quingenta, & Pſalteriorum mille ſeptingenta) hoc omni deuotione poſtulantes, vt Deus omni-*
229 *potens diuturnam vobis ſanitatem ac proſperitatem concedat, regnumque veſtrum diu ſtabiliat ab omni hoſte defenſum in terra, poſtque huius vitæ terminum in regno cæleſti gloriam vobis ſimul cum Sanctis ſuis concedat ſempiternam.* Tum vero varia. Subiungitur enim *de Catholica fide*, bonorum omnium fundamentum eam eſſe; ipſi actiones bonas, ſine quibus mortua ſit, copulandas c. I; *de Epiſcoporum ſcientia, & populi* per homilias *inſtructione* c. II; *de rerum eccleſiaſticarum immunitate* c. VI & VII; *de clericorum vita, monachorumque & monialium regulis, votis*, & *horis Canonicis* c. XIII, XIV, XV, XVI; *de infirmorum confeſſione, ſacraque vnctione* c. XXVI; *de orationibus, oblationibus, & miſſis pro defunctis*, etiamſi ob peccata in eos a magiſtratu, laqueo, alioue modo animaduertatur c. XXVII; *de peccatorum confeſſione, pœnitentiaque confitentibus imponenda* c. vltimo. Ad hanc etiam ſynodum ſpectat, quod *Francorum annales* de femina, quæ nouam ſe prophetidem iactabat, munusque publice docendi, & concionandi vſurpabat, notato anno tradunt, ſic: *Eodem anno (DCCCXLVII) mulier quædam de Alamanniæ partibus, nomine Thiota, pſeudoprophetiſſa Moguntiacum venit, quæ Salomonis Epiſcopi parochiam ſuis vaticiniis non minime turbauerat. Nam certum conſummationis ſæculi diem, aliaque perplura, Dei ſolius notitiæ cognita, quaſi diuinitus ſibi reuelata, ſcire ſe fatebatur, & eodem anno vltimum diem mundo imminere prædicabat.* Vnde

multi plebeii vtrinſque ſexus, timore perculſi ad eam venientes, munera illi ferebant, ſeque orationibus illius commendabant, & quod grauius eſt, ſacri ordinis viri, doctrinas eccleſiaſticas poſtponentes, illam quaſi magiſtram cælitus deſtinatam ſequebantur. Hæc in præſentiam Epiſcoporum apud ſanctum Albanum deducta, & diligenter de ſuis aſſertionibus requiſita, presbyterum quendam ſibi ea ſuggeſſiſſe, & ſe talia quæſtus cauſſa narraſſe, profeſſa eſt. Quapropter ſynodali iudicio publicis cæſa flagellis, miniſterium prædicationis, quod irrationabiliter arripuit, & ſibi contra morem eccleſiaſticum vindicare præſumpſit, cum dedecore amiſit, ſuisque vaticiniis tandem confuſa finem impoſuit. Meminit eiuſdem *Sigebertus* *. Edit. I pag. 130

* In anno DCCCXLVIII p. m. 565; ad quem id, ſed perperam, refert. Meminit autem his verbis: *Rabbanus, Abbas Fuldenſis, ordinatus Moguntiæ Archiepiſcopus, celebrata ſynodo Moguntiæ iuſſu Ludouici Regis multa eccleſiæ vtilia decreuit.*

Tertivm, eorundem tempore, ſed anno ſecuto, nimirum DCCCXLVIII, vti referunt iidem *Francorum* annales a doctiſſimo Pithoco editi, & *Trithemius* in Hirſaugienſi Chronico *; ſed ab Illuſtriſſimo *Baronio* tomo X † bifariam merito reprehenſus, & quod XI pro XII indictionem poſuerit, & quod Imperatoris Lotharii iuſſu factam hanc dixerit ſynodum: cum in Germaniæ regno, quod eius tunc frater tenebat Ludouicus Rex, conſtituere nihil haberet. Non extat, quod quidem ſciam, iſta ſynodus, multis tamen in ea quæſtionibus reſponſum videtur, quæ anno ſuperiore in ſynodo priore fuerant propoſitæ, ſed ob temporis anguſtias in aliud tempus dilatæ. Ita enim prioris illius ſynodi cap. vltimo loquuntur Patres: *Multa quidem alia per diuerſas quæſtiones coram nobis allata ſunt: ſed pro breuitate temporis in præſenti concilio omnibus reſpondere, & ea abſoluere non potuimus.* Inter alias autem quæſtiones fuit vetus illa *de prædeſtinatione.* Fuit enim monachus quidam Godeſchalcus nomine, qui veterem hæreticorum Prædeſtinatianorum hæreſin reuocabat. Sed in Moguntino illo Concilio, Patrum omnium calculis, damnatus fuit.

† ad añum 848 §. 4.

* In editione chronici huius recognita, auctaque, quæ an. MDCXC typis monaſterii S. Galli prodiit, *Trithemius* neutrum horum habet, vt adeo vtrumq; errorem correxiſſe, dicendum ſit.

Quia vero eandem hodie toties damnatam, impiam, horrendamque delirationem e graueolentibus priſcorum hæreticorum buſtis hodierni refodiunt Caluiniſtæ: & quia idem Godeſchalcus expreſſiſſima quædam Lutheri, apoſtatarumque aliorum imago eſt, de eo quidem, quod narrant iidem citati annales, tacebo, ſed *Frodoardi* libro III cap. XIII, vel potius apud eum Archiepiſcopi Rhemenſis *Hincmari*, qui tunc viuebat, & eundem Godeſchalcum ſæpius vidit & audiit, litterarum ad Hincmarum alterum, Laudunenſem Epiſcopum, verba reponam. *Dum*, ait, *laudari hæretici tanquam de excellenti ingenio cupiunt, quaſi noua quædam proferunt, quæ in antiquorum Patrum libris non tenentur, ſicque fit, vt dum videri ſapientes deſiderant, miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſemina ſpargant. Et quoniam hoc egiſſe Godeſchalcus in conuentu Epiſcopali conuictus fuit: idem concilium (ſicut ſcriptum eſt*, qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat) *ſilentium ei impoſuit: mihi illum ad cuſtodiendum commiſit.* Sed copioſius ad Nicolaum I; *Vobis*, ait, *pauca aperire deſidero, quomodo antequam Epiſcopus ordinatus fuiſſem, iſte Godeſchalcus monachus monaſterii eccleſiæ metropolitanæ Rhemenſis dicti Orbei* *, *diœceſis Sueſſionenſis (vt huius Abbas & monachi, cum quibus verſabatur, teſtantur) homo animo elatus, quietis impatiens, nouorum verborum cupidus, inſatiabili honoris ambitione incenſus, proteruus & tumultuoſus, vt inani animi oſtentatione, & falſa quadam nouitate ſui nominis famam adipiſceretur, adeptam latius opinionem propagaret, & propagatam ab obliuionis iniuria vindicaret, certos articulos omnium falſarum doctrinarum, quas tunc in his partibus huc & illuc diſperſas eſſe nouerat, elegit & collegit, vt iſtis illecebris & lenociniis ſimplicium, deuotorumque ſenſus ineſcatos peruerteret; & magiſtri nomen vſurpans, diſcipulos ad ſe pelliceret, & pellectos ſeduceret vitæ religioſæ ſimulatione; & iis præeſſet doctrina, qui a veritate auditum auertentes, & ad fabulas ſe conuertentes, ad ſua deſideria magiſtros coaceruant prurientes auribus.* Et poſtea: *Idem Godeſchalcus ordini ſacerdotali a Decano Rhemenſi initiatus (hæc autem promotio conſtitutionibus eccleſiaſticis*

131

Prouerb. XXVI, 10.

An Corbeiæ (S.)

clesiaſticis

Edit. 1 pag. *cleſiaſticis reluctabatur) contra ſuam regulam monaſticam ſuo monaſterio egreſſus eſt, & disiunctiſſimas terras peragrauit, vt ſuæ falſæ doctrinæ virus ſemper euomeret. Tandem cum in ciuitate Maguntinenſi ſynodus coacta eſſet, huic interfuit, & ibi librum ſui erroris Archiepiſcopo Rabano obtulit. Qui ab omnibus Epiſcopis Germaniæ damnatus fuit, & cum litteris ſynodi ad eccleſiam metropolitanam Rhemenſem miſſus, cuius tunc, gratia Dei, habenas moderabar.*
132 *Epiſcopi prouinciæ Galliæ Belgicæ, & aliarum prouinciarum hunc audiunt, & comperientes hunc hæreticum eſſe, decernunt, vt in quodam monaſterio noſtræ diœceſis Rhemenſis captiuus detineretur, quia reſipiſcere noluit, & vt etiam, qui ſe ipſum non amabat, aliis non officeret; dico expreſſe, noſtræ diœceſis Rhemenſis, quamuis Sueſſionenſis eſſet. Viſum autem eſt, quod Rhotadus nequibat illi reſiſtere. adde quod verebamur (quia nouitatum auctor eſt) ne is, qui recta & honeſta diſcere noluit, vt ea doceret, colloquiis prauis iſtum corrumperet, & is eius veſtigia ſequens, a Catholica fide deficeret. Quod autem Godeſchalcus hoc in monaſterio in carcerem coniectus fuit, id factum eſt, ne ſua praua conuerſatione alios inficeret. In eo igitur ſecuti ſumus S. Pauli doctrinam, dicentis;* Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. *Verum & Leo Papa de Eutyche ait;* Debebat ſuam opinionem deſerere, quia videbat ſententiam ſuæ temerariæ ſtultitiæ auribus Catholicorum diſtillare, & non ita Antiſtites eccleſiæ exacerbare, vt damnari meruerit; quam quidem condemnationem nullus poterit reſcindere, ſi in ſuo peruerſo errore perſiſtat. *Quod ſi ad doctrinam Catholicam redire voluiſſet, fui ſemper, & adhuc ſum paratus, hunc ad communionem Catholicam admittere. Sic enim venerabiles Epiſcopi ſtabilierunt, ſicuti etiam ego illi omnia ad corporis victum neceſſaria ſuppeditari facio. Verum ſi veſtra ſapientia Catholica articulos ſcire velit, quos contra fidem eccleſiæ docere videtur, & quos ex vetere hæreſi Prædeſtinatianorum hauſit (quæ primum fuit in Africa impugnata, & poſtea in Francia, eodem tempore, quo hæreſis Neſtoriana ſub Cæleſtino Papa, tam huius auctoritate, quam cura & vigilantia ſancti Proſperi conuicta fuit) vobis ordine expo-*
133 *nam non omnes articulos, quos tuetur, ſed tantum quoſdam eorum, qui tamen maximi momenti ſunt. Dicit igitur id, quod antiqui Prædeſtinatiani etiam dicebant: Quod ſicuti Deus quoſdam prædeſtinauit ad vitam æternam, ſic etiam alios ad mortem æternam prædeſtinauit. Quod Deus non vult omnes homines ſaluos fieri, ſed duntaxat eos, qui ſaluantur. Nam ſi hi omnes non ſaluantur, quos Deus vult ſaluari: non omne fecit, quod voluit. Quod ſi velit id, quod non poteſt facere, non eſt omnipotens, ſed infirmus & impotens. Attamen omnipotens eſt, quia fecit omne, quod voluit, teſtante ſcriptura:* Omnia quæcunque Dominus voluit, fecit, in cælo, in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. *Item:* Cuncta, Domine Rex omnipotens, in ditione tua ſunt poſita, & non eſt, qui tuæ poſſit reſiſtere voluntati: ſi decreueris, ſaluare nos, ilico liberabimur. *Quod IESVS CHRISTVS Dominus noſter & Saluator non fuit crucifixus, neque mortuus eſt pro redemptione totius mundi, id eſt, pro redemptione & ſalute omnium hominum, ſed tantum pro his, qui ſaluantur. Dicit, licet non omnino pari traditione, ſimili tamen errore, id quod veteres Prædeſtinatiani dicebant, quando hæc verba S. Petri Apoſtoli exponit:* Negantes Dominum, qui eos redemit. *Redemit eos, inquit, ſacramento baptiſmi, nihilominus non paſſus eſt mortem crucis, nec ſanguinem effudit pro eis. Verum aperte diuinus Paulus dicit, quod perceptio baptiſmi vocatur redemptio:* Nolite contriſtare, *inquit,* Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. *Et ſicut hæc electio, quæ tantum propria & ſpecialis eſt omnium electorum, & quam crucifixus pius ac miſericos redemptor his tantummodo impertiit, quos redemit, & eripuit, & a præteritis peccatis lauit: ſic certe redemit, liberauit, & a delictis præſentibus abluit eos, qui nati ſunt, & qui naſcituri ſunt, viuos & mortuos, nimirum omnes electos. & hi recte ſunt mundus, pro quo Dominus paſſus eſt; non ſecus quam alibi dixit:* Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Inſuper idem Godeſchalcus affirmat: Abſit velim non ſolum dicam cogitare, verum etiam ſemel muſſitare, quod ſerpens antiquus ad ſe rapere poſſit vnum eorum, pro cuius redemptione Deo Patri ſuo Dominus ſanguinem ſuum pretioſum

 effudit.

effudit. Amen. & alloquens Deum, dicit: Quare manifeſtum eſt, nullum eorum perire, qui ſanguine tua crucis redemptus ſit. Iterumque; *Quod ſi veſtra auctoritati gratum ſit, vt alicui cuſtodiendus committatur: prouidete etiam, vt is, cui tradetur, ſit Catholicus, & qui in honore & pretio habeat grauitatem eccleſiaſticam, Scripturamque calleat. Nam Godeſchalcus non ceſſat totos dies integros non ſolum ſcripturas, quas ad ſuam voluntatem trahit repugnantes, verum etiam doctorum Catholicorum ſententias mutilatas, & a ſuo germano ſenſu detortas effutire. & eo modo in ſui admirationem & aeſtimationem rapiebat non tantum idiotas & ſimplices, verum etiam mediocriter doctos, & parum prudentes, qui prae ſe ferebant zelum Dei habere, ſed non ſecundum ſcientiam & diſcretionem. Praeterea non ſolum appetit videri doctor, & magiſter eorum, qui ipſum docent: verum etiam eos, qui cum eo conferunt, ſuis colloquiis callide intercipere contendit. Quod ſi nequit conuincere, eos ſic dixiſſe; obſtinate iurabit, eos inter loquendum nonnulla protuliſſe, quae fortaſſe non dixerunt, vt verax habeatur, & hi, qui illi ſeſe opponunt, mendaces, & ſuae propriae doctrinae contrarii.* Edit. I pag.

QVARTVM Concilium, eorundem Archiepiſcopi, Regis & Imperatoris tempore, anno Domini DCCCLII; de quo citati *Francorum annales* ſic: *Habita eſt autem & ſynodus ex voluntate & praecepto eiuſdem Sereniſſimi Principis in ciuitate Mogontia, metropoli Germaniae, praeſidente Rabano, venerabili eiuſdem* 135 *vrbis Archiepiſcopo, cum omnibus Epiſcopis atque Abbatibus orientalis Franciae, Baioariae, & Saxoniae: & illi quidem de abſoluendis quaeſtionibus eccleſiaſtice tractatum habebant* *.

* *Hermannus* vero *Contractus* aliquanto breuius ad h. a. p. 306; *Magna ſynodus & generalis conuentus Moguntiaci a Rabano Archiepiſcopo & Ludouico Rege habitus.*

QVINTVM, tempore Caroli Archiepiſcopi, qui Rabano ſucceſſerat, & Ludouici antea nominati, anno Domini DCCCLVII; de quo *Lambertus Schaffnaburgenſis* ſic: *Carolus, Archiepiſcopus Moguntinus, Moguntiae magnam ſynodum habuit.* Et iidem *Francici annales* haec: *Habita eſt autem & ſynodus apud Moguntiacum, circa Kalend. Octob. praeſidente Carolo Archiepiſcopo, vbi inter alia, quae ventilata ſunt de iure eccleſiaſtico, praeſentata eſt epiſtola Guntharii Colonienſis Epiſcopi ad Altfridum Epiſcopum directa, in qua legebatur, contigiſſe Coloniae XVII Kal. Octob. terribilem valde tempeſtatem: populo cuncto prae nimio horrore in baſilicam ſancti Petri confugiente, &, ſignis eccleſiae concrepantibus, vnanimiter Dei miſericordiam implorante, ſubito fulmen informe, ignei draconis inſtar, baſilicam ſcidiſſe ac penetraſſe, atque ex omni illa multitudine tres homines, diuerſis quidem locis, ſed vno ictu in mortem deieciſſe; Presbyterum ſcilicet iuxta altare ſancti Petri; Diaconum vero ad altare ſancti Dionyſii; laicum autem ad altare ſanctae Mariae; alios etiam, numero ſex, eodem impetu ita proſtrauiſſe, vt elati ſemiuiui vix conualeſcerent. Feruntur & alia prodigia his temporibus Treuiri contigiſſe, quae ideo ſcribere diſtuli, quia de eis certum nuntium non habui* *. Vtinam tria haec vetuſtiora Concilia e corroſis alicunde chartis reuiuiſcerent.

* Adde his *Hermannum Contractum* in h. a. *annales* item *Hildesheimenſes* p. 716.

SEXTVM, poſt Wormatienſia duo, quorum vnum anno Domini DCCCLVI, alterum DCCCLXXII habitum eſt, fuit Concilium Moguntiae, anno Domini DCCCLXXXVIII, tempore Luitberti Archiepiſcopi & Arnulphi Regis; quod extat Conciliorum tomo III; vbi grauis querela de grauiſſimis bellorum calamitatibus, quas attulerant Nortmanni, de quibus ibi cap. IX, itemque in Triburienſi cap. XXXIV. Et poſtea *de celebrationibus* (Miſſarum ſcilicet) *in eccleſiis pro Rege* cap. I; *de Regis officio* cap. II & III; *de rerum ſacrarum admini-* 136

ſtratione

Edit. I pag. *ſtratione & immunitate* cap. IV, V, VI, VII, VIII; *de conſecratione locorum, in quibus Miſſarum ſolennia celebrari debeant* cap. IX; *de clericorum caſtitate, vitandaque mulierum cohabitatione* cap. X, de aliis pluribus.

Septimvm, poteſt quodammodo cenſeri Moguntinum concilium, quod eiuſdem Arnolphi regis anno VIII, anno Domini DCCCXCV, menſe Maio, *Triburiæ* celebratum eſt; *primo* quidem, quia ei præſedit Moguntinus Archiepiſcopus Hatto, vt in eius concilii ſubſcriptione notatur. *Secundo*, quia *Triburia*, quæ in eiuſdem concilii principio, *villa regia in terra Francorum ſubſiſtens*, vocatur, non ad diœceſin Moguntinam tantum ſpectabat, ſed ipſi etiam Moguntinæ vrbi vicina erat. *Tertio*, quia in iure Canonico, dum quandoque *Triburienſe* iſtud citatur, alia lectio legit *Maguntienſe*. Hanc ſic in Hirſaugienſi chronico deſcribit *Tritbemius: Triburia villa regia non longe a Moguntiaco, ſuper Rhenum, quæ modo deſerta nullum priſtini honoris veſtigium tenet, præter muros caſtelli dirutos. Eſt autem inter Oppenheim & Moguntiam, per Rhenum deſcendentibus ad manum dexteram, locus, vbi quondam hæc villa imperialis cum caſtro & monaſterio pulcherrimo ſita fuerant, pauculas modo habens domunculas ruſticorum.* Et *Lambertus Schaffnaburgenſis: Anno MLXXVII Principes Sueuiæ & Saxoniæ Triburiam conuenerant* &c. *Rex Henricus contractis in vnum ſuæ partis aſſertoribus, in villa, quæ dicitur Oppenheim, ſe continebat, Rheni fluuio vtraque caſtra dirimente.* Male in catalogo Curienſium in Theodolpho Bruſchius *Triburgenſe prope Moguntiam.* peius, qui corrigit *Tiburgenſe.* Eſt alioqui *Triburgum* in Weſtphalia. In annalibus Pithoei ſæpe *villa Tribuere.* Rhegino *Triburias* vocat & Sigebertus. Eſt pagus quidem hodie modicus in orientali Rheni latere, nomine tamen antiquo *Tribur* & *Trebur*, in quo quatuor aut quinque templa, in quibus & S. Albani vnum, fuerunt.
137 ſed vnicum hodie pietati Lutheranæ pluſquam ſatis. quod etſi vetere cultu interius omnino ſpoliatum eſt, nuperque tantummodo dealbatum, exterius tamen, dum ad crucis formam conſtructum eſt, ſuam oſtendit vetuſtatem. ſicuti & viæ quædam ibidem ſtratæ, aliaque nonnulla, veterem magnificentiam. Darmſtadiano (cum a Darmſtadio abſit non longe) ſubeſt Landgrauio: qui quemadmodum recte hactenus Caluinum repudiauit, vtinam, Luthero abiecto, bonos illius concilii Patres audiret, quorum cap. XXX hæc profeſſio eſt: *In memoriam B. Petri Apoſtoli honoramus Romanam & Apoſtolicam ſedem, vt, quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra eccleſiaſticæ rationis:* vel ſaltem imitaretur *Arnulphum* Regem, in illo ipſo concilio præſentem, & ad præſentes Dei ſacerdotes ac Epiſcopos ita tunc loquentem: *O paſtores eccleſiarum CHRISTI & clariſſima lumina mundi, agite, quæ vobis impoſita eſt, curam paſtoralem*, &c. *Habetis me omnibus eccleſiæ CHRISTI aduerſantibus, & veſtro ſacerdotali miniſterio renitentibus oppoſitiſſimum bellatorem.* Peregerunt autem more conſueto Patres initio *triduanum ieiunium, litanias*, & orationes, prout ibidem refertur, & de variis, quæ ad eccleſiæ DEI ſtatum, magnamque fidelium vtilitatem ſpectarent, plura ſanxerunt*, in quibus & c. XXXVI iſta. 1 *Diebus Dominicis & Sanctorum feſtis, vigiliis, orationibus inſiſtendum: & ad Miſſas cuilibet chriſtiano cum oblationibus eſt currendum & tantummodo Deo vacandum.* 2 *Diebus quadrageſimæ, & ieiuniorum, ſumma deuotione ieiunandum: & omni intentione eſt orandum: atque vnicuique, pro facultatibus ſuis, eleemoſynæ tribuendæ: & nullæ lites vel contentiones habendæ.* Atque hæc omnibus communia. Dicitur a *Rheginone* (p. 69) *magna ſynodus apud Triburias.* Notat vero e cap. IX & XXI nonnulla tom. X (*ad an.* 895 § 3) *Baronius*, quibus verba hæc apponit: *Vnde erubeſcant & confundantur eccleſiæ Dei hoſtes, politici dicti, diſcipuli nouatorum.*

* Aliter ſentit *Ioan. Conradus Arnoldus*, peculiari, qua ſynodum hanc expendit, diſſertatione, Darmſtadii anno MDCCX habita, publicique iuris facta.

138 Octavvm, etiam *Salegunſtadienſe* concilium, poſſet merito Moguntinum vocari. Nam *Selegunſtadium*, ſiue ſit a Salagaſto ſapiente, vt vult in hiſtoriæ compendio *Tritbemius**, ſiue a Salicis, qui & Salingi, vti *Beatus*, (*l.* 3 * p.m.103
p. 429) Moguntinæ iam tum diœceſis erat, ſicuti & hodie in eius continetur principatu, eique præſedit Archiepiſcopus Moguntinus Aribo *anno Domini*

 MXXIII,

MXXIII, Idibus Auguſti †, *Henrici II regnantis XXI, Imperii vero VI*, vt Edit. I
in eius concilii primo ſtatim aditu notatur; vt inde in Reuerendiſſ. *Baronii* tom. pag.
x corrigendum mendum liqueat, dum in annum Domini MLXXIII ſynodus iſta coniicitur *. Nam ad illum nequaquam peruenit noſter Aribo, qui anno MXXXI in viuis eſſe deſiit.

† Immo, *an. MXXII, indictione V, II Id. Aug.* vt patet ex ipſo concilio. Quippe *indictio V* non eſt annus XXIII, ſed XXII. Conſ. *vita Meinvverci* p. 551, & in Sideribus illuſtrium Germaniæ virorum *Brevveri* p. 59 § LXXVI; vbi tamen is male III Idus pro II habet.

* *In editione Antuerpienſi an. MDCXLII tom. XI p. 72 non errauit collocando hoc concilium in an. MLXXIII, vt reprehendit Se*rarius *rerum Moguntiacarum p.* 138. Ita, quem ſupra iam laudaui, *Polycarpus Lyſerus* l. d. § XV p. 18.

In hac autem ſynodo quæ ſunt illius temporis obſcuræ voces, *bannitum ieiunium*, c. XV, & *Carrina vel Carena* c. XVII, XVIII, XIX, de qua ſic lib. XIX c. V ſæpiſſime *Burchardus*: *Carrina eſt dierum XL continuorum ieiunium in pane & aqua.* Sicque in Moguntino concilio, quod ab Archiepiſcopo Petro habitum dicam poſtea, dum ſacrarum indulgentiarum nimia profuſio reſtringitur, ita ſancitum eſt: *In dedicationibus, ac ordinum temporibus, relaxari carenas, & pœnitentes introduci omnino vetamus; ſed hoc fiat tantummodo in feſto cœnæ Domini ordinario.* Illud vero a *Banno* eſt, quæ vox in Triburienſi concilio c. IX, in Mariano, Vrſpergenſi, aliiſque compluribus legitur, etiam in Regum litteris, & diplomatibus Caroli Craſſi, in fundatione Francofurtenſis Bartholomæani templi, & Caroli Francorum Regis apud *Baronium* tom. X anno DCCCLIII. eſtque hodie in Germania peruſitata, vel *pro excommunicatione*, vel *pro aliqua ditione*, ſeu *diœceſios portione*, vel denique, vt explicat in Friderico I Vrſpergenſis, *pro pecuniaria pœna*, imo etiam interdum pro *publica proclamatione.* Ex prima enim illa notione dicitur eſſe aliquis in *Bann*, id eſt, in excommunicatione: ex altera dicuntur tabellarii nonnulli *Bannum illum*, vel *illum habere*, & *geſtare Bansbrieff.* Atque hinc etiam apud Gallos & Italos *Bannire*, pro, in exilium mittere, & *Banniti* exules: ex tertia vero, Fridericus *Bannum* conſtituit, id eſt, pœnam pecuniariam apud eundem *Vrſpergenſem*: e quarta 139
vero dicit in ſummula *Caietanus* cap. *de matrimonio*; *banna ſeruari oportere*, id eſt, proclamari nuptias, & nos, *die Bänne laſſen drüber geben.* Sic apud *Hincmarum* epiſt IV, & in ſancti Gothardi vita, Trithemio, & ſimilibus. *Bannitum* igitur *ieiunium* fuit magnum & intenſum ieiunium, quod ad Dei bannum ſeu pœnam, iramque auertendam ab iis ſuſcipiebatur, qui ſe banno diuino dignos agnoſcebant: huiusque ad noſtra fere tempora fuit in Moguntina eccleſia vſus, & eo modo fere per triduum ſeruabatur, iiſdemque feriis, quemadmodum quatuor temporum ieiunia, ſed aliis hebdomadibus, quas ad memoriam verſiculo iſto ſignificabant:

Poſt Salus *&* Miſeri *tibi erunt ieiunia banni.*

id eſt, poſt dominicas, quibus canitur SALVS & MISERICORDIA. quarum illa eſt dominica XIX poſt Trinitatem, hæc dominica I poſt *Quaſimodog.* adeo vt antiquæ fidei nonnullos adhuc iis diebus a carnibus abſtinere mihi dixerit e ſenioribus Moguntinis quidam. Eius originis cauſa ita in quodam manuſcripto Moguntinæ S. Chriſtophori parochiæ deſcribitur. Feria ſecunda, quarta & ſexta poſt dominicam *Miſericordia Domini*, & *Salus populi*, *ieiunium Banni in tota diœceſi Moguntina inſtitutum eſt contra plagam aboriendi, quæ olim in diœceſi Moguntina grauiter in hominibus & beſtiis ſæuiebat, curataque eſt & remota a Domino miſericorditer per hanc obſeruantiam, quæ agitur in eccleſiis Collegiatis cum proceſſionibus, ieiuniis, & orationibus ſingularibus ibi inſtitutis, cum abſtinentia carnium in populo, feriis II & IV, olim etiam feria VI, cum abſtinentia ouorum & lacticiniorum, quod modo relaxatum eſt. Nemo igitur huiuſmodi modicam abſtinentiam obſeruare negligat aut contemnat, ne incurrat Dei vindictam, qualem communiter incurrunt temerarii prævaricatores.* In eorum vero, quæ metropolitanus cantare ſolet chorus, libro ſic habetur. *Feria II poſt dominicam Miſericordia Domini, celebratur ieiunium bannitum: qua die poſt primam, itur* 140
ad ſanctum Ioannem, & in exitu, cantatur, Omnipotens Deus noſtrorum conſolatio; *& deinde incipitur Miſſa, qua finita legitur ſexta, & poſtea reditur ad eccleſiam Moguntinam cum litania* &c. *Feria IV in ieiunio bannito itur, poſt* pri-

Edit. I p. 140 *primam, ad eccleſiam S. Mariæ ad gradus, & ad exitum cantatur antiphona,* Oremus dilectiſſimi; *cetera vt ſupra. Feria VI in ieiunio bannito, itur poſt primam ad ſanctum Mauritium, & in exeundo de choro per totam viam mediam cantatur;* Timor & tremor venit in Niniuen, *& cetera, vt ſupra.* Sed ſi Seligſtadienſe Concilium in Moguntinis eſt, pari fortaſſis, imo & maiore ratione huc inferendum eſſet Francofurtenſe concilium. Abeſt enim Moguntia Seligſtadium longius, quam Francofurtum, adeo vt cum hoc eſſet olim *villa Imperatoria*, ſicuti Triburia & Ingelheimium, vocetur Francofurtum in ipſius concilii principio *ſuburbanum Moguntinum*; ſicuti & apud Pithœanos annales anno DCCCXXXIX & Nuenarianos anno DCCLXXXI, *Ingelheimium* dicitur *ſuburbanum Moguntiacenſe.* Verum de iſto Francofurtenſi concilio plura iam diſputarunt *Bellarminus* lib. II de Imagin. c. XIV, *Baronius* tom. IX, *Vaſquez* lib. II de adoratione diſput. VII*.

* Et peculiari diſſertatione Argentorati an. MDCL habita *Ioannes Georgius Dorſcheus.*

141 Nonvm Moguntinum Concilium fuit anno ML †, tempore B. Bardonis, præſente ipſo Pontifice Maximo Leone IX.

† Quin an. MXLIX; quippe quem diſerte ſignant ſcriptores cum antiquiores fere, tum fide quam maxime digni, *Sigebertus Gemblacenſis* in chronograph. p. 597, *Conradus Vrſpergenſis* in chron. *Albericus* in chronico part. II. p. 83, *Chronographus Saxo* p. 251, vt plures alios præteream.

Idem l. d. ſentit *Lyſerus*; ſpeciatim vero § XVIII p. 21 & ſeq. auctorem *Serarium* his refellit verbis: *Sunt quidem, qui illud concilium in an. ML referunt,* vt compilatio chronologica rerum German. *tomo I Ioh. Piſtorii,* Trithemius *in chronico Hirſaugienſi*, Chronicon S. Aegidii Brunſuicenſe *tomo III rer. Brunſuicenſ. Leibnitii, p. 583, &* Serarius *p. 736 ſeqq. & p. 140. Sed horum contra ſcriptores vel coæuos, vel maiori fide dignos, auctoritas valere non poterit. Putat quidem* Serarius *p. 736 pro ſe facere* Lambertum Schafnaburgenſem, *quippe qui verius in annum ML hanc ſynodum coniiciat cum reditu Leonis Papæ in Germaniam. Cum enim an. MXLIX Moguntiæ ſit deſignatus Pontifex Leo, Romamque dein profectus, ibidemque rurſum electus & conſecratus, tam cito illuc, vnde venerat, redire non potuiſſe. Sed, vt taceam, auctoritatem* Lamberti *contra tot aliorum autoritates adduci vix poſſe, fieri omnino potuit, vt in vno eodemque anno Romam venerit, & in Germaniam redierit, immo venerit, teſte* Hermanno Contracto, *id factum eſt. Nam an. MXLIX tempore hiemali vel vernali Bruno, Leucorum Epiſcopus, ab Imperatore electus Romamque miſſus, ſummo honore ſuſcipitur, & in quadrageſima Papa CLIII ordinatus, Leonis IX nomen accepit. Qui in proxima Paſcha Vdalricum, Auguſtenſis cœnobii proviſorem, Romam venientem, Abbatis benedictione conſecrauit, indictione II, VII Kal. April. Idem Papa in hebdomada poſt Albas ſynodum cum Epiſcopis Italiæ Romæ celebrauit. Idem in hebdomada Pentecoſtes aliam ſynodum Papiæ congregauit, indeque per montem Iouis in Ciſalpinas partes deuenit. Autumnali tempore ſynodum magnam Remis cum Galliarum Epiſcopis habuit, indeque Moguntiacum veniens aliam ſynodum celebrauit. Quin, cum fatente* Serario *in eo concilio reconciliatus Imperatori fuerit Godefridus, & illud ſecundum* Hermannum *anno MXLIX factum, etiam eodem anno hoc concilium celebratum ſit, neceſſe eſt. Præterea ipſum* Lambertum *quod attinet, crediderim, annos Chriſti non ab ipſo autore, ſed a quopiam alio in codicibus additos eſſe, & quod propterea nonnulla eorum, quæ ad annum ML referuntur, ad præcedentem annum ſint retrahenda. Hinc, mea quidem ſententia, rectius agunt, qui ad annum MXLIX hoc concilium relegant,* vt Collectiones Binii *edit. Colonienſ. MDCVI tom. III p. 1122, edit Pariſ. MDCXXXVI tom. VII part. I p. 262,* Regia *tom. XXV p. 555, &* Labbeo Coſſartiana *tom. IX p. 1046. nec non* Baronius *tom. XI edit. Antuerp. MDCXLII p. 173 & alii.* Hæc ille. Conſ. etiam *Heineccius* antiquit. Goslarienſ. lib. I p. 48 & ſeq.

Decimvm indixerat Moguntiæ Sigfridus I, volente, qui vxoris repudium cogitabat, Rege Henrico V. ſed Pontificis nomine tam nefariam rem impediuit eius legatus Petrus Damianus anno MLXIX, vti refert *Lambertus Schafnaburgenſis* †.

† His quidem verbis; *Imminente iam die, qui ſcindendo Regis coniugio dictus fuerat, Rex Magontiam concitus properabat, &, ecce, inter eundum comperit, Legatum ſedis Apoſtolicæ ſuum Magontiæ aduentum præſtolari, qui diſcidium fieri prohibeat, & Epiſcopo Magontino Apoſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitetur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe autorem promiſerit. Conſternatus ilico, quod rem diu exoptatam perdidiſſet e manibus, pariter quo venerat, in Saxoniam redire volebat* &c.

142 Vndecimvm indixit rurſum Moguntiæ idem Sigfridus I, iubente Pontifice, vt diſceptaretur Caroli cuiuſdam cauſa, quem ſimoniace Conſtantienſibus obtrudebat idem Henricus Rex, anno MLXXI. MS*.

* Quin præter MS huncce *Marianus Scotus* in h. a. p. m. 453, *Lambertus Schafnaburgenſis* in h. a. p. m. 91 b) & 93 a)

Dvo-

Dvodecimvm ab eodem Sigfrido I congregatum Moguntiæ anno MLXXV, Edit. I pag.
ad coercendam clericorum nonnullorum ſcortationem; cum eandem ob cauſam alterum anno ſuperiore MLXXIV congregaſſet idem Archiepiſcopus Erfurti. De vtroque iſto *Lambertus* †, & ego infra, cum ad Archiepiſcopum iſtum deuenerit narratio.

† Ad annum MLXXIV p. m. 157 b) & p. 184 b) quo quidem loco *ſynodum tamen,* inquit, *eodem anno menſe Octobri Magonciæ congregauit* Sifridus. *Vbi inter alios Epiſcopos, qui conuenerant, aderat Curienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis litteras & mandata deferens, quibus ei ſub interminatione gradus & ordinis ſui præcipiebat, ſicut antea quoque multis legationibus præceperat, vt presbyteros omnes, qui intra ſuam diœceſin eſſent, cogeret, aut in præſentiarum coniugibus renunciare, aut ſe in perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exurgentes, qui vndique aſſidebant, clerici ita eum verbis confutabant, ita manibus & totius corporis geſtu in eum debacchabantur, vt ſe vita comite ſynodo exceſſurum deſponderet.* Ceterum conf. *Lyſerus* l. d. § XXII p. 26.

Decimvmtertivm ab Adalberto I habitum recenſet manuſcriptus anno 141
MCXXXI. cui præſedit Matthæus Albanenſis, Pontificis legatus *.

* *Dodechinus* append. ad Marianum Scotum p. 471; *Concilium Moguntiæ habitum, præſente Lothario Rege, præſidente Matthæo Albanenſi cum Moguntinenſi Archiepiſcopo, vbi Bruno Argentinenſis Epiſcopus, præſentibus Auguſtenſe, Einſtedenſe, Babenbergenſe, VVurtzeburgenſe, Spirenſe, VVormatienſe Epiſcopis, a clero & populo ſuper violentia, intruſione, & conſecratione impetitus, in manus Archiepiſcopi & Cardinalis Argentinenſem reconſignauit Epiſcopatum.* *Trithemius* chron. Hirſaugienſ. parte II p. 392 *Eichſtadtenſem* & *Auguſtanum* omittit; præter ceteros vero adfuiſſe narrat *Adalberonem Treuirenſem, Rudolſum Halberſtadenſem*, & *Bernhardum Paderbornenſem.* Refert quoque, declaratum eſſe in eo *Innocentium* verum Papam. Conſ. *Latomus* infra lib. V p. 811.

Decimvmqvartvm Arnoldus contra ſimoniam, aliaque cleri vitia celebrauit anno MCLIX: in quod quemadmodum irrumpere improbi quidam armati auſi ſint, dicetur lib. IV *.

* Immo, lib. V p. 820 in *Arnoldo.*

Decimvmqvintvm habuit Sigfridus III ſub Archiepiſcopatus ſui principium, circa annum Domini MCCXXVI *. cui Conradus Pontificis legatus præſedit, vt ait manuſcriptus Latomianus, qui addit, tam celebre concilium fuiſſe, vt aliquando vocetur *Germanica ſynodus*. Valde autem celebratur eiuſdem Sigfridi concilium Fritzlarienſe, quod in editis Moguntinorum ſtatutorum libris quatuor frequentiſſime citatur: cuiusque in pergameno manuſcripto, qui in Carthuſiæ huius Moguntinæ bibliotheca eſt, decreta plura cuſtodiuntur. Et ab iis, qui eum ſecuti ſunt, Archiepiſcopis Gerardo & Wernero laudantur eius contra clericorum vexatores ſtatuta.

* Ita quoque infra lib. V p. 834. Nec aliter *Lyſerus* l. d. § XXVIII, quin ipſe *Schmidius* de conciliis Moguntinis n. XXV. Sedenim haud adeo bene. Siquidem concilium hoc non habuit *Sifridus III* ſiue iunior, ſed *Sigefridus II*, vulgo, ſenior; quippe qui ad an. MCCXXX prouixit, vt infra lib. V firmiſſimis oſtenſum argumentis.

Decimvmsextvm Gerardus I habuit Moguntiæ, quod a Wernero citatur in litteris datis anno MCCLXX, in citato manuſcripto Carthuſiano. vbi & plura ex eodem concilio afferuntur, ſic: *Ex Concilio Moguntino Domini G.* & in ed. ſtatut. Mog. lib. III cap. XXXIII. Affertur etiam Gerardi Fritzlarienſe ibidem lib. I c. XIII, & ſæpiſſime Aſchaffenburgenſe. ſed Gerardum II id ſpectat. Nam litteræ manuſcriptæ in Moguntina S. Chriſtophori æde ſunt, quæ anno Domini MCCXCII, Adolphi regnantis anno primo, Aſchaffenburgi teſtantur habitum *generale Concilium.* Sic enim vocare ſolent prouinciale, in quod diœceſeos totius Epiſcopi, & in quo ſtatutum quod fuerit, vocatur *canon Archiepiſcopalis.* Et ſic non raro in manuſcriptis aliis, & in editis libris ſtatutorum Mog. *generalis Concilii nomen* ſumitur.

Decimvmseptimvm, anno MCCLXI a Wernero peractum ait MS L. codex, qui etiam notat, in eo vtilia, & ad diuini cultus propagationem, Clerique reformationem conſtituta plura: quorum in citato MS. Carthuſienſi hæc
inſcriptio eſt: *Statuta Wirnberi Archiepiſcopi Mog.* & ſæpe citantur in ſtatut. 142
Mog. c. XI, XVI, XXV, vbi ſic: *Ex concilio Mogunt. Domini Wernberi. Sacerdos, qui concubinam in domo publice, auſu ſacrilego, præſumpſerit retinere, ſuſpenſio-*

Edit. I pag. *ſpenſionis ab officio ſententiam Canonis incidat ipſo facto. Qua ſententia durante, ſi celebrare præſumpſerit, ſciat ſe, omni miſericordia poſtpoſita, de noſtra diœceſi expellendum* *.

* Conf. quæ auctor infra lib. V p. 844 habet in *VVernero. Non differt, credo, hoc concilium ab illo, de quo* collectio Labbeo-Coſſartiana *tom. XI p. 816, nec de quo* Sifridi Presbyteri *epitome lib. II*, Compilatio chronologica *tom. I rer. Germanicar. Piſtorii*, & chronicon S. Aegidii *tom. III ſcriptor. Brunſuicenſ. Leibnitii p. 591.* Ita *Lyſerus* l. d. § XXXII p. 34.

Decimvmoctavvm, anno MCCCX, tempore Petri Archiepiſcopi lib. III †.

* Hoc auctor infra quoque lib. V p. 850 attingit: fuſius vero deſcribit *Lyſerus* l. d. § XLIII & ſeqq. p. 38 & ſeqq.

Decimvmnonvm, anno MCCCXXVII, tempore Matthiæ, lib. IV *.

* Vid. auctor infra lib. V p. 853. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 166; *Eodem anno Matthias Archiepiſcopus Moguntinus generalem ſynodum Abbatum, Prælatorum, & Sacerdotum ſuorum celebrauit, in qua plura pro reformatione ſtatus clericalis ſatis prouide conſtituit. Sed nullus aut modicus profectus ſecutus eſt, propterea quod & ipſe breui poſtea obiit, & clerum per totam diœceſin grauiſſima tribulatio propter a Papa datum ſucceſſorem præoccupauit.*

Vicesimvm, anno MCCCCXXIII, tempore Conradi III. impreſſum libro IV.

Vicesimvmprimvm, anno MCCCCLI, tempore Theodorici II, præſente Apoſtolicæ ſedis legato. lib. IV.

Vicesimvmsecvndvm. Bertholdus anno MCCCCXCIX habuit cleri ſynodum, in qua orationem habuit laudatus antea *Theod. Greſemundus*.

Vicesimvmtertivm. Anno Domini MDXLIX, die VI Maii D. Archiepiſcopus *Sebaſtianus* ab *Heuſenſtam* contra noſtri temporis graſſantes hæreſes vltimam Moguntiæ ſynodum prouincialem habuit, quæ cum Chriſtiana inſtitutione *de ſancta Trinitate, peccato originali, fide, ſacramentis, variisque aduerſus noua nouantium venena antidotis*, eodem anno, menſe Septembri apud Franciſcum Behem edita eſt, & in Conciliorum tomum IV a Surio poſtmodum relata.

Numerantur quidem alia nonnulla, ſed quia Principum potius comitia ſunt, aut concilia vitioſa, vt in Wezilone, aut certe minus celebria, aut denique in ſingulis Epiſcopis dicenda poſt occurrent, iam omittuntur **. Citantur autem in Iure Canonico non infrequenter, vt c. *Inhibendum eſt. de cohabitatione clericorum & mulierum.* c. *Vt menſuræ. de emptione & venditione.* c. *Nullus tondeatur. de regularibus & tranſ. ad rel.* c. *Si quis ante annos*, ibidem c. *Qui alium de ſimonia.* c. *Si heredes de teſtamentis & vlt. volunt.* c. *Multa ſunt negotia. Ne clerici vel monachi ſæcularibus.* c. *De his criminibus. de accuſationibus.* c. *Fures*

143 *& latrones. de fructus.* c. *De Francia. de ſponſalibus.* c. *Quidam laicorum, de celebratione miſſarum.* c. *Quæcunque eccleſia. de iure patronatus.* c. *Clericus, ſi tonſura. de vita & honeſtate clericorum.* c. *Sancto Concilio. de ſucceſſionibus ab inteſtato.*

Concilium Ebarai l. 2. ſtat. Mog. c. 20. Concil. Eberhardi ib. cap. 24 quanam ſunt? (S.)

** Sunt vtique plura. Vti quidem plura habent, recenſentque cum *Polycarpus Lyſerus*, diſſertatione ſæpius nobis laudata, tum maxime *Ioannes Andreas Schmidius*, Abbas Mariæuallenſis, diſſertatione itidem peculiari (quam tomo II inuenies) quanquam nec ii omnia numerent, recenſeantque; vti ex annotationibus, quas ad Schmidianam dedi, patet.

CAPVT XXXIV

De Academia Moguntina.

Decimvmtertivm vrbis Moguntinæ decus *Academia* eſt, ſeu liberaliſſimarum diſciplinarum vniuerſitas. quam eodem anno, quo Tubingenſem incepit Eberhardus Comes Wirtenbergenſis, excitauit, Sixtique IV Pontificis priuilegiis communiuit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus D. Archiepiſcopus Princeps Elector Diethervs; anno ſcilicet Domini MCCCCLXXVII, triennio poſt Treuiricam, quæ anno Dom. MCCCCLXXIII in Martio cœpta eſt. Et primus in ea SS. Theologiæ Doctoratu inſignitus eſt *Thomas Ruſcher*, Gamundianus, anno MCCCCXCIII, die xvii Iunii.

Decus 13 eſt Academia.

quæ anno 1477 excitata.

Cetteroquin hic ſemper docti fuere, quod Hieronymi,

II Fere tamen ſemper doctiſſimos ſanctiſſimoſque olim viros Moguntiæ fuiſſe, vel inde datur intelligi, quod cum eruditionis & doctrinæ cauſſa, ex Oriente has in partes veniſſet *S. Hieronymus*, Moguntiæ videatur habitaſſe, ardentioriſque ad Dei cultum amoris ſpiritum hauſiſſe. Nam in epiſtola ad Ruffinum (*tom. I opp. ep. 41*) de ſuo, & condiſcipulo, & peregrinationis comite, Bonoſo ait: *Scis Domine IESV (tibi enim patent pectora ſingulorum, qui cordis arcana rimaris, qui tantæ beſtiæ aluo incluſum prophetam in profundo vides) vt ego & ille pariter a tenera infantia ad florentem vſque adoleuerimus ætatem, vt iidem nos nutricum ſinus, iidem amplexus fouerint baiulorum. Et cum poſt Romana ſtudia ad Rheni ſemibarbaras ripas, eodem cibo, pari frueremur hoſpitio, vt ego primus cæperim velle te colere.* Vbi enim *ad Rhenum* alibi quam Moguntiæ, & in quanam alia ripa præſtare hæc potuit? Treuiris quidem fuit: ſed nullus ad
(*c. 10, 3) eam vrbem Rhenus eſt, licet lib. IV de bello Gallico * *per Treuirorum fines* citatum ferri Rhenum dixerit Cæſar. Coloniam vero deſcendiſſe, nullo ex loco 144
poteſt colligi: cum inſigne tamen Moguntiacenſi eccleſiæ, tanquam abs ſe viſæ, teſtimonium det, prout ſupra vidimus cap. VII & XVI. Accedit cœnobiorum & Canonicorum vetus mos, quo ſacræ ſemper aliquæ prælectiones habitæ ſunt. Quin & ſubtilis in ſcholaſtica Theologia diſputator *Gabriel Biel*, in extremo ſuo in Canonem commentario ſignificat, eundem commentarium antea fuiſſe hic ipſi clero prælectum. Cum enim eum anno MCCCCLXXXVIII Tubingæ docendo abſoluerit, eumque a Domino Eggelingo antea prædoctum aſſerat, videtur ante vniuerſitatis Moguntinæ initia factum id fuiſſe. Sed Gabrielem ipſum

Bielis.

audiamus. *Eos autem, qui hæc legere dignabuntur, exoratos eſſe volo, vt quæ ad Catholicam doctrinam accommoda in hoc notauerint opere, non mihi, ſed Deo, hiſque, quorum ſcripta congeſſi, adſcribant. Ex meis enim, quæ nulla ſunt vel minima, nihil aut parum poſui, ſed quæ ab aliis digeſta reperi, vt potui, ſcripſi. Magnam huius totius voluminis partem ex lectura viri ingenii quondam acerrimi, famoſiſſimi Magiſtri, Eggelingi de Braunſvvig, ſacræ Theologiæ Licentiati, vita pariter & doctrina perfulgidi, ad clerum Moguntinum pronuntiata, declarata, & expoſita pæne exemplariter transſcripſi.* Idemque fere paulo poſt

& Megenhardi *verbis oſtenditur.*

repetit. *Megenhardus* iam olim in ſermone de ſancto Ferrutio martyre: *Neque enim facile perſuaderi poteſt*, inquit, *Moguntiam, excellentiſſimis Galliarum ciuitatibus conferendam, litteralis immunem ſtudii tunc temporis torpuiſſe, gentiumque cunctarum mercibus vberrime refertam, liberalibus diſciplinis, quibus præſtantiſſimus omnium diuitiarum honor debetur, caruiſſe. Sed ex innumerabilibus forte bellorum cladibus, quæ Galliam Germaniamque vaſtauerunt, cum Moguntiæ, tum plurimarum vrbium, quæ non extant, monimenta perierunt* *.

* Enimuero Moguntiæ litterarum iam olim floruiſſe ſtudia, celebris vir, *Ioannes Launoius*, Conſtantienſis, cap. XX libri, de ſcholis celebrioribus ſeu a Carolo M. ſeu poſt eum per occidentem inſtitutis, p. 74 & ſeq. pluribus e *Trithemio* oſtendit.

Perſtitit autem academia Moguntina ſemper in fide veteri, damnauitque errores Ioh. *de* Weſalia,

III Et Tubingenſis quidem illa academia fidem charitatemque primam turpiter noſtro iſto ſæculo deſeruit: noſtra vero Moguntina in eadem conſtanter, Dei beneficio, perſtitit, & ſtatim, poſt inchoationis biennium, trimula cum eſſet, anno ſcilicet Domini MCCCCLXX * cœpit in quodam hæreticorum no- 145
ſtrorum prodromo iis, quæ nunc animorum tot millia miſere diſperdunt, hæreſibus reclamare, ipſaſque ita docte ac ſapienter damnare, vt ſatagente hæreticæ prauitatis inquiſitore †, illarum auctor & buccinator eas in principis eccleſiæ Moguntinæ cœmeterio, publice, ipſo Reuerendiſſimo Archiepiſcopo præſente, in Dominica, *Eſto mihi*, reuocarit: eius autem libri, chartæque omnes in ignem coniectæ ſint: ipſe demum ad perpetuam pœnitentiam in Auguſtiniano cœnobio, vbi & breui mortuus eſt, manere iuſſus.

* Anno quidem MCCCCLXXIX (pro quo librarii vitio in priorem editionem irrepſit annus MCCCCLXX, numeris barbaris expreſſus) bimula cum eſſet, Veſalienſi reclamauit. Conf. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. *Adami* vit. Theologor. p. m. 5.

† Hæreticæ prauitatis ille quæſitor, de quo auctor loquitur, fuit *Gerardus* de *Elten*, Ordin. Prædicator. Conuentus Colonienſis. vid. *VVhartonus* append. ad part. I hiſtor. litterar. Cauei p. m. 104. *Trithemius* l. d. male *Ioannem* de *Elten* vocat. Egit is primum Profeſſorem Theologum in academia Colonienſi; poſt vero, prouecta quidem iam ætate, ordini Domini-

Edit. I pag. Dominicanorum nomen dedit. *Fridericus Steill* in ephemerid. Dominicanor. ſacris ad d. XXVI Febr. p. 326; *vvürdige gedächtnuſs* P. Gerardi von Elten, *vvelcher in der Stadt Cölln vnd in derſelbigen Vniuerſitat viele iahr ein Doctor, auch mit reichen Prebenden verſehen gevveſen; hat endlich in ſeinem alter die vvelt verlaſſen, vnd* ——— *da er alſobald zum Apoſtoliſchen Inquiſitore geſezt vvorden. Hat geleuchtet vmt iahr* 1475.

Ex hæreſeon ipſius capitibus, prout e manuſcriptis breuiter excerpere potui, erant hæc.

1 Nulli homini, nec Epiſcopis, nec ſummo Pontifici, nec Apoſtolis ipſis vllam eſſe poteſtatem, quicquam ad ea, quæ a Chriſto præcepta non eſſent, addendi. Ideoque neque ieiunii lege obligari quenquam, cum illud non præcepiſſet Chriſtus Dominus. *qui recenſentur.*

2 Nulli hominum, quantumuis docto vel ſancto, licere Chriſti verba & euangelium exponere. Sacram ſcripturam non eſſe a S. Patribus eo ſpiritu expoſitam, quo ea primum tradita & inſtituta fuit.

3 Indulgentias nihil aliud eſſe, quam pias chriſtianorum fraudes, & deceptiones. ſtultos eſſe, qui earum cauſſa Romam itarent, cum, ſi peccatorum contritionem, eaque emendandi propoſitum haberent, illas ipſas domi ſuæ poſſent conſequi.

4 Non eſſe, nec fuiſſe vnquam originale peccatum. Ideoque neque in eo concipi paruulos, aut, citra baptiſmum a vita æterna ſecludi.

5 Omnes Presbyteros eſſe realiter Epiſcopos & Papas: ſoloque nomine & hominum ſanctione differre: nihilque Presbyteros, Epiſcopos, Papas, ad ſalutem hominibus conferre: poſſe hos abſque illis ſaluari.

6 Extremam vnctionem non eſſe ſacramentum.

7 Alia item ferebatur ſcripſiſſe de horis canonicis non dicendis, de feſtis non ſeruandis, de continentia a clericis non ſeruanda, de inanimatarum rerum aquæ, ſalis, herbarum, ſacrorumque vaſorum benedictionibus; itemque poſſe eccleſiam errare, ac erraſſe, & ſimilia. vt appareat, iam tum voluiſſe Satanam, quas per Lutherum concitauit poſtea, per iſtum concitare tragœdias, niſi prudenter ac mature hic Moguntiæ occurſum eſſet: miſeroque homini, quem deceperat,
146 ſibique velut organum electum deceptus ipſemet delegerat dæmon, pœnitentia palinodiaque perſuaſa fuiſſet.

Vocabatur autem is *Ioannes Burchardus* de *Weſalia* *, qui Wormatiæ ſua iſta pro concionibus vulgarat dogmata, quæ ab homine Catholicæ fidei aduerſario inuidioſe relata etiam inuenio in Abbatis *Vrſpergenſis* Paralipomenis, vbi hoc etiam vnum additur: *Scriptura ſacra non dicit Spiritum ſanctum procedere a Filio:* hocque vnum tantummodo caput improbat ille illorum τῶν παραλειπομένων auctor. In huius vero Weſalienſis examine ac damnatione plures ex academia etiam Colonienſi, & Heidelbergenſi docti prudenteſque homines adfuerunt **; viderique poteſt de hiſce omnibus *Tritbemius* in Chronico Sponheimenſi †. Sic porro deinceps auitam Catholicamque fidem ſemper academia tenuit ac propugnauit Moguntina.

* *Tritbemio* in chronico Sponheim. p. 391 *Ioannes Ruchard*, in Hirſaugienſi vero l. d. litteris *a* & *r* tranſpoſitis, *Ioannes Ruchrad* dicitur, neſcio an librariorum vitio, nec ne. De cetero conf. huc diſſertat. *de Doctis Moguntinis*, quippe in qua pluribus de eo egi.

** Heidelberga quidem adfuere *Nicolaus VVachenhemius*, *Herricus* de *Amſterdamo*, & *Iodocus* de *Calba*. Paralipom. *Vrſpergenſ.* p. 421, & ex iis *Hachenbergius* lib. VII annal. de Friderico Victorioſo, Electore Palatino, manuſcr. Spira vero *Thomas Dornberg*, gente Sueuus, domo Memmingenſis, Decretorum Doctor, & reip. Spirenſis a conſiliis (*Aduocatum* tum vocabant) *Gerius* in appendice ad partem II historiæ litterariæ Cauei p. m. 311.

† p. 391, & Hirſaugienſi l. d. vbi ſimul capita hæreſeon, quorum accuſatus miſer ille fuit ac condemnatus, fuſius Serario recenſet. Ceterum, præter *faſciculum rerum expetendarum* p. 163 & ſeq. conferri huc merentur *VVeſſelus* Groningenſis, vulgo *Ganſfortius*, epiſt. ad Decanum Traiectenſ. p. 921 opp. *Flacius* catal. teſtium veritatis p. 560 edit. poſter. *Hachenbergius* German. med. diſſert. VIII, quæ de religione chriſtiana veterum chriſtian. agit, § XXXIII p. m. 227, *VVbartonus* l. d.

IV Sed cum per bella, temporumque iſtorum tempeſtates varias, & pietatis & litterarum elangueſcere ſtudia cœpiſſent, cœpit Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Daniel animo agitare varia, remediaque omnia circumſpicere. Societatis igitur Iesv Collegium excitare ſtatuit, eamque ad rem *A Daniele, accitu PP. S. Ieſu, ad florentiorē ſtatum redacta*

Patres illius aliquot ab admodum Reuerendo Patre ipſorum Generale petiit ac impetrauit anno Domini MDLXI. & eos tunc in eccleſiæ Metropolitanæ binis ædibus, quas incoluerant Reuerendiſſimus Dominus *Iulius Pflug*, Epiſcopus Numburgenſis, & Nobilis ac Reuerendus Dominus *Fuchſius* †, eiuſdem eccleſiæ Scholaſticus, conſtituit: anno autem ſecuto MDLXII in academiam & academicarum facultatum collegia ſeu corpora referri voluit *: anno MDLXVIII Societati domum, in qua iuuentutis adhuc conuictus eſt, coemit: anno MDLXVIII menſe Octobr. iis Collegium Algesheimenſe attribuit **: tantaque ipſos & beneuolentia & beneficentia bonus Princeps proſecutus eſt, vt cum eodem anno iſta Coloniæ inaudiſſet Auguſtus Imperator optimus Ferdinandus, Archiepiſcopum valde laudarit, ipſique, quaſi de Germania Germanicus Elector & Archicancellarius eo ipſo mereretur optime, gratias egerit. Cum vero locus ille minus videretur commodus, neque Patribus proprium templum eſſet, ſed Chriſtophoriano vicino, quod parochiale eſt, vti deberent, egit cum ſummo Pontifice per litteras, vt in Franciſcanæ familiæ domum eos traducere, eamque ipſis donare poſſet †. Annuente autem Pontifice fecit idipſum per CL. V. iuriſque conſultiſſimum, Dominum Cancellarium ſuum *Fabrum* *, anno Domini MDLXXVII, die XVI Iulii, poſſeſſionem iis tradendo. Cum autem male admodum materiata eſſet ac ruinoſa multis locis domus, nouam, ſeque ipſo dignam ædificare cœpit, anno Domini MDXCV Reuerendiſſimus ac Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Dominus WOLFGANGVS: eandemque, prout in ipſius Collegii fronte modo cernitur, feliciter abſoluit anno MDXCVIII ††.

Edit. I pag. 147

** Is ſepultus ipſo Anno tunc. hoc anno* 1604 (S.)

† f. *Fock a VValſtatt.* Nec enim tum temporis Moguntiæ Scholaſticus maioris fuit, *Fuchſii* appellatus cognomento.

* In hæc adſumti multum academiæ ſplendoris attulere, ac incrementi; ad gubernacula tamen academica (*Rectoratum* vulgo vocant) vſque huc, quamuis admitti poſtularint; admiſſi haud ſunt. Ceterum, antequam in ordinis Theologici & Philoſophici referebantur collegia, Theologiam tradebant duo Canonici, vnus ad *S. Petrum* extra mœnia, alter ad *B. M. V.* ad gradus: Philoſophiam vero Vicariorum *S. Albani* vnus, vnus itidem Canonicorum *S. Ioannis* & *S. Crucis* Moguntiæ, *S. Leonardi* & *B. M. V.* in monte Franco-furti, nec non *D. Catharinæ* Oppenhemii: quippe quibus, cum hoc legendi docendique onere, beneficium, quod *præbenda* vulgo, academia conferebat. Ex libro *Statutor. Vniuerſitatis.*

** Conſ. huc, quæ auctor infra habet lib. V in *Daniele* cap. X p. 931 & ſeq. Modo notes, quod ibi, memoriæ quodam lapſu, ad an. LXII & LXIII retulerit, quæ hic, tabulis Archiepiſcopi Danielis conuenienter, an. LXVIII acta ſcribit.

† h. e. *Franciſcanorum*, qui *Minoritæ* vulgo appellantur. vid. infra l. d. p. 932, vbi diſerte *Daniel* in ſuis tabulis: *templum, monaſteriumque* Fratrum Minorum.

†† Leg. 1597, quibus cifris annus iſte ibi exſcriptus.

quid Merſæi,

V Quo autem fructu hæc facta, ita narrat e ſancti Franciſci Patribus, in ſuis annalibus, *Petrus Merſſæus* Cratepolius. *Vniuerſitas Moguntina Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Domino DANIELI nitorem & reſtaurationem debet, qui Illuſtriſſimus Princeps anno Domini MDLXII Dominos de Societate Ieſu præfecit, qui dum mitiora artium ſtudia maxima dexteritate & facilitate tradunt, Moguntinam, ſuperiorisque Germaniæ iuuentutem doctrinæ pietatiſque nitoribus expoliunt.* Et in tomo I vrbium indice D. Georg Bruin: *Vniuerſitate*, inquit, *Moguntia inclareſcit, quæ quidem, vti Pipino, eiuſque filio Carolo Magno primordium* (intellige quoad quandam ſtudiorum ſacrorum reſtaurationem. Nam alioquin vniuerſitatis primordium Diethero ſupra tributum eſt) *ita Reuerendiſſimo Archipræſuli Moguntino DANIELI, in Electorum ordine primo, per Germaniam Archicancellario, & omnem ſuum nitorem, & reſtaurationem debet. cui Illuſtriſſ. Celſ. ſua anno MDLXVI Dominos de Societate IESV præfecit* (potius adiecit) *qui dum mitiora artium ſtudia, tum etiam Philoſophicas & Theologicas ſcientias maxima & dexteritate, & felicitate tradunt, Moguntiam, ſuperiorisque Germaniæ iuuentutem doctrinæ ac pietatis nitoribus expoliunt.*

& Braunii teſtimoniis firmatur.

VI Fere ſimilia *Iacobus Middendorpius* in ſuo Academiarum libro: ſed addit: *Primo quidem ad omne litterarum genus hæc Vniuerſitas erecta eſt: tamen eius diſciplinæ, quæ de Deo, rebuſque diuinis & ad ſummum bonum pertinentibus tractat, ſacraque Theologia dicitur, ſingularem ſemper rationem habuerunt. Quod enim anno Domini MDI decretum eſt, ne quis ad ſcholaſticos*

honores

Edit. I p. 148 *honores admitteretur, qui de conceptione B. Mariæ virginis iuxta concilii Baſileenſis ſanctionem non ſentiret, id ſuperioribus annis ad omnes huius perturbati temporis hæreſes, omniaque ſacrorum Conciliorum decreta extenderunt* *.

* Decreti huius, quod ſecundum *Middendorpium* anno MDI academia fecit Moguntinenſis, meminit *Trithemius* in chron. Sponheimenſi p. 413, & Hirſaug. p. 583, ex eoque ante paucos annos *Hechtius* German. ſacræ & litterar. parte II lib. XV cap. III p. 564.

Ceterum in MS legi, Moguntia Fridbergam aliquando, *propter peſtis contagionem*, ſeſe contuliſſe academiam.

Reliqua, quæ ad caput hoc pertinent & notari merentur, quære in diſſertatione noſtra de *Academia Moguntinenſi, eiuſque Rectoribus*, quam tomo IV legere licebit.

CAPVT XXXV

De Bibliothecis Moguntinis.

DECIMVMQVARTVM vrbis Moguntinæ decus a *Bibliothecis* petendum. quarum quidem præſtantiſſimam in æde primaria olim fuiſſe, indicio ſunt manuſcripti, qui Moguntinas res perſtringunt, & ex eis *Bruſchius* in *Conrado*, & editum Baſileæ Moguntinum Chronicon in hæc verba: *Ignis egreſſus de foro fœni, quem veniens ventus ab oriente detulit ſuper templum, combuſtaque eccleclesia, & libri multi & boni, priuilegia quoque multa, & valde vtilia ſunt conſumpta; etiam pars ornatus magna partim ignibus deuorata, partim per aſportationem ſubtracta.* Et *Benedictus Leuita*, qui Ludouici Pii filiorum temporibus ſcripſit, in præfatione libri V Capitularium ſic ait: *Hæc vero capitula, quæ in ſubſequentibus tribus libellis coadunare ſtuduimus, in diuerſis locis, & in diuerſis ſchedulis, ſicut in diuerſis ſynodis, & placitis generalibus edita erant, ſparſim inuenimus, maxime autem in ſanctæ Moguntiacenſis metropolis eccleſiæ ſcrinio a Riculfo eiuſdem ſanctæ Sedis Metropolitano recondita.* Dec^a 14ſunt Bibliothecæ, 1 Metropolitana,

Hodie adhuc eidem eccleſiæ locus bibliothecæ perinſignis eſt, libris, pro tempore, neque malis neque paucis inſtructa, in quibus inſigniter excellunt polyglotta illa Regia Biblia, quæ pulcherrime compacta, vmbiliciſque argenteis ornata donauit Reuerendiſſimus & Sereniſſimus Dominus CAROLVS Lotharingiæ Dux, S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopus Argentoratenſis ac Metenſis.

Hæc *Collegii metropolitani* bibliotheca haud parum incrementi olim cepit *Alberti*, Cardinalis & Archiepiſcopi, beneficio. qui namque ſuperant codices, magnam partem Halis Saxonicis huc translati ſunt.

Tempore belli tricennalis a Suecis miſere fuit expilata; impreſſis maiore ex parte ablatis: quos inter & *Polyglotta* illa regia, de quibus auctor, numeranda veniunt.

E *manuſcriptis* plures in bibliothecam Sereniſſimi Ducis *Saxo-Gothani* veniſſe, prodit catalogus manuſcr. bibliothecæ Ducalis, quem *Ern. Sal. Cyprianus* publico dedit. In his ſunt

a) *Quatuor Euangelia*, latine cum *canonibus Euſebii*, & *capitulari Euangeliorum anni circuli.* Recentiori manu adſcriptum: *Iſte liber pertinet ad librariam S. Martini eccleſia Mogunt.* v. cap. I dicti catal. n. XVII p. 3.

b) *Expoſitio myſtica ſuper librum Pſalmorum, edita per Fr. Nicolaum de Lyra.* Compacturæ inſcriptum eſt: *Hunc librum legauit Dominus* Nicolaus de Lapide, *ſenior* *, *Canonicus eccleſ. Mogunt. Orate pro eo.* v. idem n. XXXI p. 5.

* *qui obiit an. MCCCLXXXII.*

c) *Epiſtola Pauli* latine, cum commentariis. Codex hic, ut eius initio videre eſt, ad librariam *S. Martini eccleſ. Moguntin.* olim pertinuit. ita *Cyprianus* l. d. n. XLIV p. 7.

d) Codex antiquiſſimus, quo continentur *Auguſtini* liber *de Paſtoribus*; cui ſermo *de Ouibus* ſubiicitur ſine inſcriptione; & *Euangelium Ioannis* latine cum expoſitione *Auguſtini*, homiliis non dinumeratis, niſi quod littera maior & ornatius picta orditur ſermones ſingulos, qui hodie *Tractatus* vocantur. Codicem Moguntia Gotham translatum adnotauit idem n. LIII p. 10.

e) *Categoria Sancti Auguſtini, egregii Philoſophi.* Sequuntur eodem volumine *Auguſtini* libri XXII *de Ciuitate Dei.* Præmittitur prologi nomine cap. XLIII *lib. II Retractationum.* Idem l. d. n. LIII p. 11.

Codex eſt admirandæ antiquitatis; quem circa annum M iuſſu *VVilligiſi* Archiepiſcopi ſcriptum idem ſtatuit *Cyprianus* l. d. *Schlegelius* vero peculiari ad eum epiſtola, catalogo dicto ſubiuncta, pluribus argumentis oſtendit. Nitidiſſimus ceteroquin eſt, ac pulcerrime ſcriptus, compactuſque foliis magnis atque latis, vt quadrato propior videri poſſit ex more illorum temporum. Poſt prologum librorum *de Ciuitate Dei* hos inſpe[illegible] habet verſiculos:

Hos ſunt vndeni bis quippe volumine libri,
Precipuus doctor quos Auguſtinus & auctor
Ediderat primus, diuino flamine plenus:
Hos Preſul ſummus, nec honore minore colendus
VVilliſus theca conſcribi iuſſit in iſta.

Ipſeque eum propriis emendans cautus alumnis
Seruicio ſancti Martini *iure perenni*
Tradidit hoc pacto, viuentum vt denique libro
Deletus pereat, ſi quis hinc tollere temptet
Hos codices vnquam, inſtamque Dei incidat iram. Amen.

Ceterum ad bibliothecam noſtram pertinuiſſe docent, quæ p. 13 *Cyprianus* affert folio ſecundo adſcripta verba: *Iſte liber pertinet ad librariam S. Martini eccleſiæ Moguntinenſis. M. Sindicus* * *Sst* 1479.

* *Fuit is* Macarius *de* Buſeck, *tum temporis Canonicus & Syndicus Collegii metropolitani.*

f) Codex antiquiſſimus, (quem *Eccardus* in præfat. *Legibus Salicis* præmiſſa § III coniicit ſcriptum eſſe circa annum DCCCCLXI) quo continentur

I *Capitula Regum Francorum ab Anſegiſo collecta.*

II *Capitularium libelli tres poſteriores a* Benedicto Leuita *collecti.*

III *Capitulare Tribburienſe.*

IV *Series Imperatorum.*

V *Leges Salicæ.*

VI *Leges Ribuariæ* ſub titulis CXXIV.

VII *Leges Langobardorum.*

VIII *Leges Alamannorum.*

IX *Lex Baioariorum* capitulis CCXXIV.

X *Leges Domini* Caroli *præſtantiſſimi Imperatoris.* Capitul. VI.

XI *Codex Theodoſianus.*

XII *Edictum, quod renouauit Dominus* Rotharius, *Rex gentis Longobardorum.* Abſoluitur capitulis CCCXCV.

XIII *Leges, quas addidit* Luitprandus. Capitulis CLIV.

XIV *Leges, quas* Ahiſtulf *Rex adiunxit.*

XV *Alia Capitula Domni* Ludowici *&* Chlotarii *filii eius, quæ perſcribenda & ab omnibus obſeruanda ſunt.*

XVI *Reſcriptum conſultationis ſiue exortationis Epiſcoporum ad Dominum* Hludowicum *Imperatorem.*

XVII Multa alia *Regum & Epiſcoporum Galliæ.* Folio primo an. MCCCCLXXIX inſcripſit *Syndicus: Anathema ſit, qui librum a dicta libraria alienauerit, ſeu alienationis ſpecie detinuerit extra eandem librariam* (nimirum *S. Martini* eccleſ. Moguntin.) v. idem n. LIV p. 12 & ſeq.

g) *Expoſitio Pſalmi CXVIII.* Hunc librum *Petrus* de *Vdenheim* * legauit eccleſiæ Moguntinenſi. v. cap. II n. VI p. 47.

* *Decanus ad ædem maiorem, qui diem ſupremum obiit an. MCCCCXLVIII.*

h) *Scripta ſuper Apocalypſin, & vna quæſtio;* » Vtrum omnes libri noſtræ Bibliæ, & » præcipue tales, quoad omnes aſſignationes » ſuas in ſenſu litterali ſeu diuina reuelatione » conſcripti? item, *ſuper capitulo II Iobelis;* item, *alia varia* ibidem; item, *tractatulus de lege Saracenorum deſtruenda & ſententiarum ſuarum ſtultitia confutanda.*

Compacturæ inſcriptum eſt: *Legatio Magiſtri* Ioannis de Lutra, *ſacræ Scripturæ Licentiati, Prædicatoris huius eccleſiæ. Orate pro eo.* Folio primo vero, manu diligentiſſimi Cuſtodis bibliothecæ Moguntinenſis: *Iſte liber pertinet ad librariam Sancti Martini eccleſiæ Moguntinenſis. M. Syndicus Sst anno* 1479. Idem n. XII p. 47. Edit. I p. 148

i) *Machabæorum libri priores.* Hic codex ante DCC annos ſcriptus, atque Moguntia huc allatus. *Cyprianus* l. d. cap. III n. XI p. 101.

Qui ſuperant libri in æde metropolitana in duobus adſeruantur conclauibus: in quorum minori ianuæ intrinſecus ſuperſcriptum:

Septem Germaniæ Spectamina.

Chorus Colonienſis.	*Nundinæ Francofurtenſes.*
Horologium Argentinum.	*Mechanica Nurnbergenſis.*
Organum Vlmenſe.	*Structura Auguſtana.*

Bibliotheca Moguntina.

*

Septem mira orbi narrantur viſa ſtupore,
Tempus edax rerum ſuſtulit illa ſolo.
Septenum ſeruare volens Germania culta
Plurima præclara, aſt Hæc *potiora dedit.*

* *

Miraris luſtrans, hæc cur miranda ferantur,
Eheu! Sueca manus ſeptima mira *tulit.*

Ad ianuam maioris & amplioris conclauis, ab intus;

Florem librorum rapuerunt Suecica bella,
Hos & in hunc ordinem Capucini cura redegit
1654 *menſe Octobri.*

Ipſos autem codices tum typis vulgatos, tum vero manudeſcriptos, qui Suecorum manus euaſerunt, anno MDCLIV certas in claſſes redegit, ac in forulis ordinatim repoſuit V. P. Fr. *Vrbanus*, Capucinus, Bingæ anno MDCLXXII die XVIII Iul. fatis functus. ad quem adeo inſcriptio ianuæ conclauis maioris modo allata reſpicit.

De cetero optandum eſſet, vt manuſcriptorum bibliothecæ huius index ſiue catalogus curatius paullo conficeretur, ac aliquando ederetur in publicum. Neque enim ſine reipubl. litterariæ bono fieret. Quippe reperias hic plura *Origenis, Chryſoſtomi, Hieronymi, Auguſtini, Ambroſii, Ephrem, Prudentii, Gregorii M. Rabani, Haimonis, D. Bernhardi*, aliorumque manu exarata. *Gratiani* præterea *Decretum*, nitidiſſime, litteris aureis, in pergameno, *Gregorii Decretales*, itidem litteris aureis in pergameno, *Clementinas, Extrauagantes, Digeſtum vetus, Infortiatum, Nouum*, f. regali; *Auicennæ* opera, *Galeni & Auerrois* nonnulla, f. *Vitas PP.* nonnullorum, f. *Hiſtoriam Pontificum*, f. *Martini Poloni* chronicon f. Catalogum *Archiepiſcoporum Magdeburgenſium*, f. de illuſtribus viris *Ordinis Canonicorum Regular.* f. vt ſcriptorum, quos *Claſſicos* vulgo vocant, *Homeri, Terentii, Salluſtii, Ciceronis, Horatii, Senecæ, Suetonii, Claudiani, Macrobii* item & *Boetii* &c. codices taceam.

25 *S. Albani.* Fuiſſe aliam in *S. Albano* perueteruſtam libris plurimis abundantem, teſtatur *manuſcriptus minor*, & Georg. *Wicelius* in ſuis Exercitamentis ita ſcribens; *Equidem*

Edit. I *dem ipſe in bibliotheca S. Albani martyris apud Moguntiam, ante exuſtam a ſchiſ-*
p. 149 *maticis baſilicam, reperi vetuſtiſſimos codices manu monachorum Benedictinorum olim ſcriptos, e quibus manifeſtiſſimum eſt, vſum græcitatis extitiſſe in Miſſa publica. Ibi legi doxologiam, nos dicimus,* Gloria in excellis Deo, *in græco non ſolum ſcriptam, litteris tamen latinis, ſed ad cantum etiam choralem adaptatam. Vnde liqueat, græce apud nos cani ſolitam. Vidi ibidem in eodem codice Symbolum Apoſtolicum, & Triſagion, & hymnodian, ceteraque græcanica, notulis Muſicis interſtincta, ne nobis clam eſſet,* Credo, Sanctus, Agnus, *&c. in Romana eccleſia, ad cultum diuinum, græca interdum dialecto decantata fuiſſe.*

Conf. *Chronicon Santalbanenſe* lib. I ſect. I cap. IX § III.

III Fuit etiam in *D. Iacobi* monaſterio alia inſignis, quæ anno MCLX periit, *S. Iacobi in*
& cum per Abbatem *Vulpertum*, *Conradum*que Archiepiſcopum reſtaurata eſſet *Monte ſpe-*
† L 1329 anno MCLXXXVI, iterum diſiecta eſt anno MCCCXXVIII †; ſed *Theodo-* *cioſo.*
rici Archiepiſcopi iuſſu, vna cum diſciplina monaſtica, reſtituta fuit, anno MCCCCXLI: quæ per diligentem eiuſdem cœnobii monachum indicibus anno Domini MDXI & MDXII, prout in manuſcripto ibidem codice legitur, denotata. in eoque cœnobio inueni, quæ anno ſuperiore Latio hic donata prodierunt, *S. Chryſoſtomi* τὰ ἀπανθίσματα *.

* Præter iſta XXXI Excerpta ex homiliis *D. Chryſoſtomi*, cum *Balthaſaris Exelii*, S. I. verſione latina Moguntiæ an. MDCIII, 4, edita, adſeruauit olim & manudeſcriptos alios complures; quos inter fuerunt, vt vel ipſe auctor noſter infra lib. IV, in *Rabano*, p. 632 prodit,

Rabani de feſto omnium Sanctorum ſermo.

Chriſtiani II Archiepiſcopi chronicon rerum Moguntinenſium. *Idem* lib. hoc I c. XXXII, & lib. V p. 841,

Ordinarium præterea *diuinorum*: quod ſecundus huius monaſterii Abbas, *Ruthardus*, e Cluniacenſium collegit inſtitutis, ediditque, vt *Dieffenbachius* teſtatur in catalogo Abbatum cœnobii huius manuſcr.

De cade Arnoldi Archiepiſcopi libellus. vid. *Helwichius* in adnot. ad Chriſtiani chron. p. 114.

Etiamnunc recondit *Petri Bercorii*, Ord. D. Bened. *Repertorium morale*, per totum alphabetum, IV tomis in f. ſcriptum in membranis anno MCCCCLVII.

Quin, plura alia: quæ recenſeant, quibus eam inſpicere datum: mihi enim, pluribuſque aliis tam felicibus eſſe haud licuit. Dolendum interim, non maiori eam cœnobitis vel Archimandritæ ipſi eſſe curæ.

IV Sunt & in aliis monaſteriis præſtantium olim bibliothecarum veſtigia, *alia in aliis*
ſed iis per bella, varioſque caſus, infeſti crebro ac immites fuere Mars & Vulca- *monaſteriis.*
nus: per pacem vero, fecunda illa tinearum non ignota mater, puluerumque ac araneарum nutrix & domina.

Collegii vero *Societatis Ieſu* bibliotheca Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi *Danie-* *Collegii So-*
lis illuſtri potiſſimum liberalitate & beneficentia, plurimis, optimiſque libris in- *ciet. Ieſu.*
ſtructa viſitur. Inter eos autem ſunt ſupra iam nominata variarum linguarum Biblia Regia, quibus, tamquam ſcilicet librorum omnium libro, ſua ipſe manu, cum ea donaret, idem Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Mæcenas *Daniel* præſcripſit;

Hæc Biblia cum libris aliis, Collegii noſtri bibliothecæ, religionis conſeruandæ ergo, d. dt. DANIEL Archiepiſcopus Moguntinus Elector, &c.

Quam auctor vltimo hic memorauit loco, Reu. PP. *Societatis Ieſu* bibliotheca Moguntinenſium haud vltima eſt, ſed librorum tum bonitate, tum copia facile in primis numeranda venit. Adſeruatur in parte interiore Collegii Societatis, boniſque patet omnibus: quod gratus hic prædico: nam & mihi ea ſemel atque iterum frui licuit.

* De ceteris Monaſteriorum, aliorumque Bibliothecis.

I

Quod ad eas, quæ ceteris ſunt monaſteriis, Fratribus, *qui ſecundum* *Auguſtini-*
D. Auguſtini *hic viuunt normam, bibliotheca quidem olim fuit haud contemnen-* *anorum,*
da: ſed ea incendio, quo anno ſuperioris ſeculi XLIX monaſterium conflagrauit, conſumta eſt; vt in ſchediaſmate de origine, fatis, ſtatuque cœnobii huius *§ VII & VIII ex annalibus eorum domeſticis dictum.*

Illas inter autem, quæ hoc tempore quam maxime præſtant, ſunt

1) Carthuſianorum *bibliotheca; quæ quidem cura, ſtudioque R. P. Prioris,* *Carthuſia-*
Michaelis Welcken, *Treuirenſis (qui nobis eam beneuole aperuit) haud parum* *norum,*
augmenti accepit ac ornatus. Locus illi editus, lucidus, ſalubris, quietus, ac ab incendiorum periculis tutus: armaria, pegmataque recipiendis libris & venuſta & in diuerſi generis loculamenta apte diuiſa: libri in ſuas claſſes pro ar-

gumen.i

gumenti diuerſitate rite diſpoſiti ; ſpatium illis tam adeundis, quam tractandis ſatis amplum. In manudeſcriptis, quorum quidem non paucos, argumenti præcipue philoſophico-theologico-ſcholaſtici, adſeruat, Codex eſt Bibliorum latinorum, *in pergameno ſubtiliſſimo, litteris quidem minutiſſimis, bene tamen legibilibus, ſaculo XV ineunte, quam elegantiſſime ſcriptus, manu, quod notandum,* Ioannis *de* Northeim, *Eremi huius quondam Prioris* 8 *. *Olim plures adhuc habuit codices manu exaratos : e quibus auctor* Serarius *infra lib. IV p.* 631 *adducit* Rabani *commentarium* in librum Sapientiæ, *& lib. V p.* 838, 844, & 845 de Moguntinis conciliis *libellum (conf. etiam lib. I cap. XXXIII p.* 141 *) quem tamen in aliorum manus veniſſe, cum de eo quærerem, comperi.* Edit. I p. 149

* *Ad calcem operis ſequentia legas :* Explicit preciolum S. Michaelis compendium, continens omnia ad diuinum officium ex vtroque Teſtamento ſecundum formam Ordinis Cartuſienſis neceſſaria, per *Ioannem* de *Northeim*, quondam huius domus, videlicet S. Michaelis prope Moguntiam, Ord. Cartuſ. Priorem aggregatum, ad officiatorum eiusdem domus neceſſitatem, qui, cum ſingulos libros ad cultum Dei neceſſarios ſecum extra domum portare non valeant, in preſenti ſaltem compendio ſingula ad manum habeant, quibus preſtante Domino debitum officium congrue perſoluant. & ſupplicat idem *Iohannes* Prior prenotatus omnibus in preſenti opuſculo Dominum venerantibus, propter Deum, & intuitu laborum ſuorum, pro ſe exorare ſuppliciter, vt cum ſanctus Michael in progreſſu dirigat ſalubriter, in egreſſu Domino noſtro Ieſu Chriſto recommendet feliciter. Amen. Completum eſt autem preſens opuſculum anno Domini MCCCC ſecundo, in die S. Antonii Confeſſoris. Deo gratias.

De cetero non poſſum, quin ſimul notem, Ioannem *de* Northeim, *qui exarandi huius codicis laborem in ſe ſuſcepit, Decanum fuiſſe Collegii ad* D. Ioannis, *virum ea ætate doctrina celebrem, & Scriptura non modo, ſed rerum naturalium etiam, & artis medicæ peritum; diſciplina vero caſtigatioris ſtudio ductum anno tandem MCCCXCIII Carthuſiam ingreſſum. Fide ſcribo ſtatuti Canonicorum ad* D. Ioan. *quod, quantum huc pertinet, ita habet :* In N. D. A. Cum ſecundum Canonicas ſanctiones propter officium beneficium aſſignetur, hinc eſt, quod nos *Ioannes* de *Selheim*, Scolaſticus, *Iohannes* de *Petervvil*, Cantor, *Iacobus* zu *der Laden*, *Henricus* de *Minzenberg*, *Petrus* de *Colonia*, *Iacobus* de *Selgenſtadt*, *Gerlacus* de *Hoemberg*, *Dieto* de *VVachenheim*, & *VVenzo*, dictus *Vnger*, de *Nacheim*, Canonici eccleſie S. Iohannis, Capitulum iſta vice repreſentantes, Honorabili viro Magiſtro *Iohanne* de *Northeim*, Phyſico, Decano noſtro, ſpiritu bono, vt firmiter ſperamus, ducto, religionem Carthuſienſium ingreſſo, & propter hoc abſente, in cuius locum, propter annum probacionis, & iuris, ob hoc beneficium ſibi competentis, alium Decanum anno probacionis non finito eligere non valentes, diuini cultus in augmentum, eccleſie noſtre honorem & vtilitatem capitulariter &c. Actum & datum anno Domini MCCCLXXXXIII, ipſo feſto SS. Philippi Iacobi Apoſtolorum.

Carmelitarum. 2) *Nec ſpernenda* PP. Ordinis Carmelitici *bibliotheca : quæ proximis abhinc annis, cum Carmelus ; veteri ædificio deiecto, ad auguſtiorem formam redactus eſſet, in locum, qui cœnobitis antea pro Refectorio, vt vocant, fuit, translata eſt.*

Franciſcanorum. 3) *Tum quoque locum ſibi hic vindicat ea, quæ Sodalitii eſt* Franciſcani, *libris neque malis neque paucis inſtructa. Cœpit anno MDCXII, beneficio Eminentiſſimi Archiepiſcopi* Ioannis Suicardi : *quippe qui bibliothecam* Ioannis Schneid, *Parochi ad S. Quintinum, ad Celſiſſimum deceſſorem,* Ioannem Adamum, *deuolutam, FF. donauit ;* Ioannes *de* Colonia *vero, tum temporis Sigillifer Moguntinus, vi mandati die I Septembr. accepti eiſdem tradidit, chirographo hoc* P. Ioannis Swerinch *teſte :* Ego *Fr. Ioannes Svverinch*, Cosfeldienſis, Commiſſarius FF. Minorum regularis obſeruantiæ, in teſtimonium religioſæ gratiarum actionis manu propria agnoſco, Reuerendiſſimum ac Illuſtriſſimum Principem, *Ioannem Svvichardum*, Archiepiſcopum Moguntinum, clementiſſimum Dominum noſtrum, pro ſingulari ſua erga S. Franciſcum pietate, ac filios eius beneficentia, hos præmemoratos libros in vſum conuentus noſtri Moguntinenſis nouiter erecti motu proprio obtuliſſe, ac per Reuerendum Dominum & Clariſſimum virum, D. Ioannem Colonia, Sigilliferum ſuum, eoſdem libros noſtro conuentui tradidiſſe. Pro quo ſpeciali dono ac ceteris, iiſque maximis beneficiis nobis pauperibus exhibitis piiſſimo Principi miſericordiſſimus Deus retribuat vitam æternam Amen ! *Recondit codicem membranaceum manuſcr. in forma ordinis maioris, præter nonnulla alia* Fr. Andreæ ad S. Magnum *(qui vulgo* Presbyter Ratisbonenſis *dicitur) Chronicon vniuerſale latinum a N. C. ad an. vſque MCCCCXXXVIII,* [illegible] *, complectentem. cuius quidem auctoris aliud, vernaculo com-*

Edit. I pag. *compoſitum ſermone, tabuliſque publicis haud paucis refertum, volumine ſatis vaſto comprehenſum, Francofurti ad Manum eſt* Zachariæ Conrado ab Vffenbach, *ICto & Polyhiſtori, rei litterariæ perquam ſtudioſo.*

4) *Neque minus huc pertinet bibliotheca* Seminarii D. Bonifacii: *quæ auſpiciis Reuerendiſſimi ac Perilluſtris olim ſummæ ædis Præpoſiti,* Ioannis *ab* Heppenheim, *dicti* de Saal, *qui ſuam, librorum & delectu & numero præſtantem, ei teſtamento addixit, anno MDCLXXII prima inchoauit initia.* Seminarii Bonifaciani.

II

Extra monaſteriorum ſepta cum maxime memoranda venit Perilluſtrium Baronum de Walderdorf *illa; librorum quippe tum copia, tum præſtantia celebris, vt dolendum omnino ſit, eam bono publico haud patere, ſed, Hero alibi agente, occluſam ſemper eſſe. In ædibus ea hic Walderdorfiis adſeruatur, & compoſita eſt ex bibliothecis quatuor gentis* Walderdorfiæ *luminum atque heroum:* Wilderici *nimirum, Vicecancellarii quondam Imperialis & poſt Epiſcopi Viennenſis;* Ioannis Philippi, *ædis ſummæ Treuirenſis olim Præpoſiti;* Wilhelmi Reinhardi, *Canonici Herbipolenſis,* & Emerici Friderici, *tribunalis Spirenſis, dum viuebat, Adſeſſoris.* Walderdorfiana.

Hanc excipit, quæ Perilluſtri Viro, Ioanni Georgio *de* Laſſer, *S. C. M. in ſenatu aulico, rebus Imperii diiudicandis inſtituto, Eminentiſſimi vero Electoris in ſanctiori, Conſiliario, ac Cancellario Moguntino grauiſſimo, eſt; copioſa quippe, exquiſita, pulcreque ordinata; vno verbo, tantæ doctrinæ, dignitatisque viro quammaxime digna.* Laſſeriana.

Ceterum non ita pridem Moguntinas inter caput etiam extulit celebris illa Perilluſtris atque Excellentiſſimi Viri, Ioannis Chriſtiani *L. B.* Boineburgii, *tum manudeſcriptis pluribus, tum libris editis, eisque præſtantiſſimis copioſiſſime referta; quam vero aliquot abhinc annis Erfurtum tranſportari curauit filius patre digniſſimus,* Philippus Guilielmus, *Eminentiſſimi Electoris Moguntini tum temporis Locumtenens Erfordiæ, & academiæ Erfurtenſi, cuius ille Rectorem perpetuum agebat, vna cum ampliſſimo legato pecuniario, dicauit.* Boineburgiana.

150

CAPVT XXXVI

De Typographia.

DECIMVMQVINTVM Moguntinæ vrbis ornamentum *Typographia* eſt, non eo tamen modo, quo ad alias complures vrbes nunc pertinet, ſed alio quodam præcipuo & ſingulari, quod ea ſcilicet hanc primo artem excogitarit, pepererit, ceteriſque, apud quas nunc eſt, ciuitatibus, & orbis huius noſtri nationibus omnibus tradiderit. Sed omnium fere magnarum laudatarumque rerum laudem ad ſe, per fas ac nefas, rapiunt plerique, & ſicut olim, *Cicerone* pro Archia & *Gellio* lib. III c. XI teſtibus, Homerum Colophonii ciuem eſſe ſuum dixerunt, Chii ſuum vendicarunt, Salaminii repetierunt, Smyrnei vero ſuum eſſe confirmarunt, ideoque & eleganter ab *Euſtathio*, in Iliados principium πολύπατρις ille dictus eſt: ita etiam hodie artem typographicam ſe inueniſſe, ad alioſque omnes propagaſſe, non autem Moguntiam, iactitant nonnulli. Eſt enim ars nobiliſſima, quia, vt Aprutinus ait Epiſcopus *Ioan. Ant. Campanus* (*carm. l. 8 n. 43*) Ornamentum 15 Typographia. ars nobiliſſima.

Imprimit illa die, quantum vix ſcribitur anno.

Diuus *Hieronymus* epiſtola ad Nitiam (*quæ tom. I ep. 42 eſt,*) *Rudes*, ait, *illi Italiæ homines, quos Caſcos Ennius appellat, qui ſibi (vt in Rhetoricis Cicero ait) ritu ferino victum quærebant, ante chartæ, & membranarum vſum, aut in dedolatis e ligno codicillis, aut in corticibus arborum mutuo epiſtolarum alloquia miſſitabant. Vnde & portitores earum tabellarios, & ſcriptores a libris arborum librarios vocauere.* Quanto nos, expolito iam artibus mundo, veteribus illis, apud quos, vt idem *Hieronymus* loquitur, *cruda erat ruſticitas*, & qui humanitatem quodammodo neſciebant, ſæculum noſtrum beatius, quo tam expedita ſcribendi ratio ingenioſe admodum inuenta & excogitata eſt? Libet igitur, vt ſuum cuique tribuatur, paucis rem hanc totam diſquirere.

Sunt quidem, quæ his *de Typographia* capitibus, maioris lucis cauſſa, adſpergi poſſent. Verum, cum pleraque illorum iam attulerim, dum de eiusdem egi origine, nolim, quæ dixi, hic iterare; contentus, quæ proprie huc pertinent, paucis annotaſſe.

CAPVT XXXVII

Edit. I p. 151

Sitne ars Typographica Moguntiæ primo inuenta, & nata?

Quidam negant, & Argentorati primum inuentam volunt; SEx aut ſeptem de laudis huius poſſeſſione ac iure lites ſunt. Nam Argentinæ inuentam & natam, ex Argentinenſi Epiſcopatu, & Sleſtadienſi vrbe tradit *Iacobus Wimphelingus* in rerum Germanicarum epitome cap. LXV, *Anno*, ait, *CHRISTI MCCCCXL, Friderico III Romanorum Imperatore regnante, magnum quoddam ac pene diuinum beneficium collatum eſt vniuerſo terrarum orbi a Ioanne Gutenberg Argentinenſi, nouo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam, quam Latiniores excuſoriam vocant, in vrbe Argentinenſi inuenit. Inde Moguntiam veniens eandem feliciter compleuit.* Huic libro VIII c. XI credidit *Fulgoſus*, & qui *Vrſpergenſis* Abbatis Paralipomena conſcripſit.

alii vero Harlemii; Ad Hollandiam vero eiuſdem artis inuentionem rapit Hollandus, Leydenſis Profeſſor, *Petrus Bertius* lib. II Geographiæ c. IX in Hollandiæ deſcriptione, ſed ita, vt Moguntinis conuitium etiam faciat. *Huic*, ait, *vrbi* (Harlemo) *inuentæ typographicæ artis gloria debetur. Ante annos enim CLIII Laurentius Ioannis, cognomine Æditiuus, qui in ædibus ſatis ſplendidis, foroque imminentibus, e regione palatii regalis, habitabat, forte cum in ſuburbano nemore ſpatiaretur, cæpit faginos cortices in literarum typos conformare, quibus chartæ impreſſis, verſiculum vnum atque alterum animi gratia ducebat. Hoc primum fuit maximæ artis rudimentum. Quod vbi feliciter ſucceſſit, cæpit animo altiora magis concipere. Primum omnium atramenti ſcriptorii genus glutinoſius, tenaciusque excogitauit, adhibito in conſilium & partem curæ Thoma Petro, genero ſuo. Inde totos pinacas characteribus expreſſit: Extant hodieque illius operis aduerſaria, paginis tantum* 152 *aduerſis impreſſa, quæ paginæ glutine commiſſæ inter ſe cohærent, vt videantur eſſe opiſtographa. Liber eſt conſcriptus vernaculo ſermone, auctore anonymo, titulum præferens* Speculum noſtræ ſalutis. *Poſtea faginas formas plumbeis commutauit: has deinde ſtanneis, quo ſolidior eſſet materia. Ex horum typorum reliquiis conflata ſunt œnophora, quæ adhuc viſuntur in Laurentianis illis, quas commemoraui, ædibus. Manſiſſetque diutius tam præclari inuenti apud Harlemenſes gloria, niſi Ioannes quidam, ſiue, vt fert ſuſpicio, Fauſtus, hero ſuo infidus & infauſtus, a quo artem omnem fuerat edoctus, ipſo peruigilio natalis Dominici omne typorum choragium inuolaſſet, conuaſaſſet, aſportaſſetque primum Amſtelrodamum, inde Coloniam Agrippinam, denique Moguntiacum: vbi hic trifurcifer & ſeſquilauernio ſibi inuentionis nouæ laudem arrogans, intra vertentis anni ſpatium ad annum a nato CHRISTO MCCCCXLII, iis ipſis typis, quos hero ſuo fuerat ſuffuratus, in lucem edidit Alexandri Galli doctrinale cum Petri Hiſpani tractatibus.* Periiſti Moguntia, quæ ab infido, furaci, & fugitiuo ſeruulo, infauſto trifurcifero, & ſeſquilauernione inanem, falſamque hactenus gloriam quæſiiſti. Ni caueas, in te inuadent Hollandi: te vlciſcentur: ſua ſcilicet repetent. Clarigator eſt iſte Bertius, & quidem, vt audiiſti, vehemens & contumelioſus.

alii apud Sinenſes; Sed ecce Luſitanus, homo & grauiſſimus & eloquentiſſimus, *Hieronymus Oſorius* lib. XI de rebus Emmanuelis, omnem de nimio in ſe, patriamque ſuam, amore ſuſpicionem remouens, non Luſitaniæ ſuæ, neque genti aut populo, qui Luſitanico ſceptro pareat, ſed remotiſſimæ Sinarum nationi tam mirabilis inuenti laudem, eamque non nuper natam, ſed peruetuſtam, peneque canam tribuit. *In libris*, ait, *deſcribendis, & rerum memoria propaganda, aneis formis uti ſolent Sinæ. quarum vſus adeo antiquus apud illos eſt, vt qui primus eam artem excogitarit, ignoretur.* Italus vero *Iouius* ante ipſum ſimilia.

alii in nouo orbe; Gallus autem *Genebrardus* lib. IV Chron. fol. 391, *Addo*, inquit, *Themiſtaneos, quorum vrbem, patrum memoria, Caſtilii in nouo orbe occuparunt, Typographiæ auctores eſſe.* 153

Sed

Edit. I pag. Sed *Antonius Campanus* homini Gallo eandem inuentionem potius aſcribit, dum canit: *alii ab homine Gallo;*

Anſer Tarpeii cuſtos Iouis, vnde quod alis
Conſtreperes, Gallus decidit, vltor adeſt.
Vlricus Gallus, ne quem poſcantur in vſum,
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.

Quid, quod *Pomponius Lætus* hanc, vt infra dicetur, impreſſoriam artem a Saturno inuentam docuit. *alii a Saturno.*

II Sed in iſtis rebus *primo* ſtatuendum, a Deo O. M. eſſe omnem omnium bonarum artium ſolertiam & inuentionem, *Omne* ſiquidem, ait ſanctus Iacobus cap. I ℣. 17, *datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum.* Vnde ipſemet Dominus Exod. XXXI ℣. 2, *Ecce,* aiebat, *vocaui ex nomine Beſeleel, filium Vri, filii Hur, de tribu Iuda, & impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia, & ſcientia in omni opere.* ideoque ſtatuendum & illud, omnem omnium inuentorum gloriam & laudem illius laudi & gloriæ tranſcribendam. *Deinde* multo nobis Chriſtianis fore certamen vtilius & glorioſius, ſi ob huiuſmodi beneficium certaremus, quis in datorem Deum gratior, eius reuerentior, & in gratibus dicendis eſſet alacrior & prolixior. *Tertio*, infigendum illud Apoſtoli memoriæ diligenter, moribuſque ipſis & factis noſtris exprimendum diligentius Galat. V ℣. 26, *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.* *Quarto*, ab iſta quæſtione remouendos & Sinas, & omnes ignoti orbis alios. Cum enim an hoc vel illud hic aut illic omnium primo vſitari cœperit, diſſeritur, ſatis conſtat, non agi, niſi de notis gentibus. Quid enim ſi apud Antipodas, borealis, auſtraliſve poli homines, id iam, ignaris nobis, cœptum eſſet? *Quinto*, an Argentinenſis fuerit huius artificii auctor, itemque an inibi de hoc aliquid aut cogitarit, aut etiam tentarit, mihi haud liquere. Vnus, quod ſciam, tantum eſt, qui aſſerit *Quid hic obſeruandum ſit, ac ſtatuendum præmittitur,* *& vtrumque opinione ad libram expenſa,*

154 Wimphelingus. Poſſet videri velle iſtud, cuicuimodi eſt, ſupra veritatem, dare patriæ. Quia tamen potuit aliquis eſſe domo Argentinenſis, & ciuitate tamen Moguntinus, aliquid Argentinæ cogitare, atque conari, hocque idem ipſum Moguntiæ iam in lucem efferre ac perficere: denique quia citra cauſſam, idoneoſque auctores, non eſt quiſquam facile mendacii accerſendus, credat, qui volet, illi affirmanti. Credidit certe *Io. Arnoldus Bergellanus*, dum dixit: *in Chalcographi encomio, v. 49*

Quam veteres nobis argenti voce notarunt,
A puero fertur ſuſtinuiſſe virum. *Io. Gudenberg.*
Illa ſed huic ciuis largita eſt munera grata,
Cui clarum nomen Mogus habere dedit.
Primitias illic cœpit formare laboris:
Aſt hic maturum protulit artis opus.

De Gallo res facilis. Nam qui primus artem iſtam Italis plane admirabilem Romæ oſtendit, Germanus quidem fuit, Vdalricus nomine, ſed cui cognomen eſſet Germanicum *Han*, quod Latine valet gallum gallinaceum: Eaque res audita Campano impoſuit, vti loco citato indicat Wimphelingus. *Sexto*, an etiam in aliqua Hollandiæ ſilua quidquam tentarit Hollandus aliquis, an item domi litteras deformarit aliquas, nolim pugnare. Nam forte & alibi pluribus tale quid in mentem aliquando venire potuit. Quemadmodum viatores, ſic & hominum cogitationes in eadem aliquando incurrunt veſtigia. Et hoc forte tantum vult vulgaris illa Harlemenſium fama, de qua Ludouicus Guicciardinus. Et ne viros tantum ætate, ingenio, rerumque vſu acres in earundem poſſe artium excogitationem incidere arbitremur, ecce tibi e vicina Hollandiæ Friſia puerulus, nouus pæne typorum inuentor. Nam de ſancto Rudgero lib. I vitæ c. IV ita memoriæ proditum eſt. *Luſum, pueris admodum familiarem, tanquam peſtem fugiebat: ſcripturas, quas necdum per ætatem diſcere quiuit, iam ſe animi affectu præmeditari certis quibuſdam indiciis præmonſtrabat. Nam aliis pueris ludentibus, ipſe arborum cortices colligere, quibus vti ad luminaria ſolemus, & inde quaſi libellos componere conſueuit. Quos, cum forte liquorem inueniſ-*

ſet, feſtuca vtiliter, vt ſibi videbatur, inſcriptos nutrici, ac ſi proficuos admodum Edit. I p. 155 *libros, tradidit cuſtodiendos.* Poſſet e Caluinianis etiam hæreticis quiſpiam huc trahere, quod de Hildebrando puero narrat lib. IV Metrop. cap. XIX & XX *Crantzius, Zvvingerus* volum. V l. IV fol. 1364. Sed illud *ſeptimo* aſſero, æquum eſſe, vt bonis vel teſtimoniis, vel indiciis doceat Bertius, ſuo illi Hollando fuiſſe ſeruum, & quidem, tunc temporis, Moguntinum; aut illum cuiuſcunque vrbis, gentiſve hominem ex Hollandia profugiſſe Amſtelrodamum, deinde Coloniam appuliſſe: & cur potius hæ in via vrbes, quam aliæ tam multæ nominentur: an typographicum forte ibi aliquid inceptarit: doceat denique Moguntiam illum veniſſe: hic fugæ finem fuiſſe: hic furtum ſuum in lucem dediſſe: & quod alienum erat, quaſi ſuum venditaſſe. Alioqui ſi ſatis ſit dicere, aliquem eſſe furem, quis, vt a veterum quodam dictum eſt, innocens & non fur ? Teipſum, teipſum, cui, vt Poeta tuus canit,

—— mundus debetur, & ingens
Per tibi deuinctam fama refertur humum,

diceret eodem modo aliquis, Altorfii aut Norinbergæ alicuius compilaſſe ſcrinia, & ablatas furto tabulas primo Gedanum, deinde Leidam deportaſſe: illaque in ſchola quaſi tuas falſo iactitaſſe. Hic vero quid ageres? os accuſatori quemadmodum oppilares? Teſtes, opinor, & argumenta impoſiti plagii poſtulares: teſtes alios, qui pro te dicerent, tuumque librum illum defenderent, excitares. At hoc iam ii, quos accuſas, quoſque *triſurciferos* & *ſeſquilauerniones* tam late, quam mundus tuus patet, inclamas, cum pridem vixerint, facere non poſſunt. Patere igitur pro mortuis, adeoque pro viua & ſpirante adhuc, florenteque Moguntia, cui pro inuentæ artis beneficio probrum & dedecus regeris, dici aliquid. Dico igitur *octauo*, artis huius habendam inuentricem Moguntiam. quia & domeſtici, & exteri, recentes & vetuſtiores, plures & ab ſuſpicione omni alieniores idipſum teſtentur teſtes; inter quos libet *Eraſmo* primas dare: non quia omnium optimus, ſed quia Hollandus fuit, patriarum rerum peritiſſimus, typographicæ arti deditiſſimus, domeſticarum laudum præco vocaliſſimus, & quia primo loco ab ipſo Bertio collocatur. Is igitur ſuis in S. Hieronymi epiſtolam IX, quæ ad Gerontiam eſt, annotationibus. *Extat*, ait, *ho-* 156 *diernis quoque temporibus inclita ciuitas Mogontia, ſiue Magontiacum (vtrumque enim apud Oſorium legitur) cum plurimis aliis inſignis dotibus, tum vero Archiepiſcopali ſede præeminens, celebri bonarum litterarum gymnaſio nobilis, ac multis adhuc antiquitatis viſenda monumentis. Poſtremo, non ſolum veterum, hoc eſt alienis clara literis, ſed & ſuis ingeniis illuſtrata: quippe quæ cum alios permultos omni doctrinæ genere præſtantes viros edidit, tum vero præcipue Theodoricum Greſmundum, hominem ab ipſa natura ad humanitatem, ad bonas literas, ad eloquentiam illam vere Atticam, ſculptum ac factum. Huic vrbi omnes bonarum litterarum ſtudioſi non parum debent, ob egregium illud ac pene diuinum inuentum, ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant. Gens olim annumerata Gallis, vtpote citeriorem Rheni ripam incolens, nunc & ditione, & cultu, & lingua, denique (quod eſt præcipuum) morum quoque humanitate, modeſtia, fide ſic Germana, vt non alia Germanior.*

> concluditur, Moguntiam eſſe inuentricem, quod Eraſmi

> Polydori Vergilii,

Polydorus Vergilius lib. II cap. VII de inuentoribus: *Fuit omnino magnum mortalibus munus* (bibliothecarum ſcilicet) *ſed nequaquam conferendum huic, quod noſtro tempore adepti ſumus, reperto nouo ſcribendi genere. Tantum enim vno die ab vno homine litterarum imprimitur, quantum vix toto anno a pluribus ſcribi poſſet. vnde adeo diſciplinarum omnium magna librorum copia ad nos manauit, vt nullum amplius ſuperfuturum ſit opus, quod ab homine quamuis egeno deſiderari poſſit. Illud inſuper adde: quod auctores quoque plurimos tam Græcos quam Latinos ab omni prorſum interitus periculo vindicauit. Quare tantæ rei auctor non eſt ſua laude fraudandus: præſertim vt poſteritas ſciat, cui diuinum beneficium ac-*

ceptum

Edit.I *ceptum referre debeat. Quidam itaque Germanus nomine Petrus (vt ab eius con-*
p. 157 *terraneis accepimus) primus omnium in oppido Germaniæ, quam hodie Magun-*
tiam vocant, hanc imprimendarum litterarum artem excogitauit: primumque ibi ea exerceri cœpit: non minori induſtria reperto, ab eodem (prout ferunt) auctore, nouo atramenti genere, quo nunc impreſſores tantum vtuntur. Mox quidam nomine Conradus, itidem Germanus, Romam primo in Italiam attulit: quam dein Nicolaus Ienſon Gallicus primus mirum in modum illuſtrauit: quæ paſſim hac tempeſtate per totum fere terrarum orbem florebit: de qua plura loqui ſuperſedeo: eius inuentorem vel potius vnde ad nos delata fuerit (hoc enim palam eſt: de inuentore vero non ita fidem noſtram obſtringimus) prodidiſſe haud me parum feciſſe ratus, quum ea omnibus notiſſima ſit.

Trithemius lib. I Exhortationum hom. VII de labore monachorum manuali; Trithemii,
Induſtria, inquit, *quidem impreſſoriæ artis, noſtris diebus nuper apud Moguntiam inuentæ, multa quotidie volumina producit in lucem.* Et epiſtola XLVIII inter familiares: *Ars, quam impreſſoriam vocant, tempore infantiæ meæ apud Moguntiam, metropolin Francorum, inuenta, infinita pæne & veterum & nouorum volumina quotidie producit in lucem.*

Andreas Althamerus in Taciti Germaniam: *Quem fugit, quanta facta ſit* Althameri,
mutatio omnium populorum, rituumque, quod Germania, vt quæ olim litterarum diſciplinis erat inculta, agreſtibus populis horrida, ædificiorum tenuitate ac mera ruſticitate referta, nunc nulla non parte ſit florentiſſimis, ingeniiſque præclaris fecundiſſima: quæ dona cui accepta referam, niſi Deo Opt. Max. atque item mortalium induſtriæ, quæ diuinum illud excudendorum librorum ſtanneis formulis inuentum, apud Germanos noſtros, excogitauit, quod Moguntiaci cœpit, poſt incarnationem IESV Chriſti ſeruatoris noſtri, MCCCCXL, Friderico tertio Romanorum, ac Germanorum imperium adminiſtrante.

158 *Petrus Apianus* Coſmographiæ parte ſecunda; *Moguntia metropolis & limes* Apiani.
altæ & baſſæ Germaniæ: in qua laudabilis illa & vtiliſſima ars impreſſoria circa annum Domini MCCCCLIII per Ioannem Fauſtum inuenta eſt.

Conradus Peutingerus in ſermonibus de Germania: *Mouit mihi ſtomachum* Peutingeri,
præceptor meus, rerum vetuſtarum alioquin ſolertiſſimus inquiſitor, Pomponius Lætus. Voluit enim nobis Germanis inuentæ artis impreſſoriæ laudem præripere. Nam ad Auguſtinum Maphëum ſcribens, ita ait: Imprimendi facultatem, multis ſæculis intermiſſam, paulo ante reuocatam eſſe. *Vnde hoc diceret, ego plurimos percunctatus ſum; tandem ex Franciſco Cardulo Narnienſi didici, eum diui Cypriani ſententia fretum fuiſſe. Is enim de Idolis ſcribens inquit:* Saturnus litteras imprimere & ſignare nummos in Italia primus inſtituit. *qui, licet rarus apud Pomponium vetuſtatis inueſtigandæ Chriſtianus teſtis eſt, fidem tamen non facit, Diuum Cyprianum de ea impreſſoria arte (qua nunc vtimur) locutum fuiſſe. ſed & Saturni tempore calami vel pennæ vſus non erat: litteras forte ferro vel lignis impreſſit, ceteroſque docuit; non coniunctim, verum ſingulas particulatim imprimendo debito ordine locare: vel vt idem noſter Epiſcopus Tergeſtinus opinatur, Saturnum docuiſſe litteras imprimere eas, quæ in nomiſmatis expreſſæ ſunt, non quæ nunc papyro imprimuntur. Signauit enim æris primum in Italia cum Iano monetam, & in æs impreſſit literas. Sic Deus etiam verus apud Hieremiam capite XXXII ait:* Agri ementur pecunia; & ſcribentur in libro; & imprimetur ſignum.

Genebrardus Chron. lib. IV; *Moguntiæ, qui limes eſt ſuperioris & inferioris* Genebrardi
Germaniæ, inuenta eſt laudabilis illa ars typographica circa annum MCCCCLIII per Ioannem Fauſtum. Adiiciantur, ſi libet, *Middendorpius* in Acad. qui & Co- *aliorumque*
lonienſia citat Chronica; D. *Georgius Bruin* tom. I vrbium; *Celtes* ad Rhenum; *teſtimonia.*

Iamque Moguntiacum vaſtus te flectis ad vrbem, Edit. I p. 159
Quæ prima impreſſas tradidit ære notas.

Auentinus lib. XVII, *Carion* lib. III, *Sebaſt. Brand*, *Sebaſtianus Munſterus* lib. III, *Theodorus Zvvingerus* in theatro, *Petrus Ramus* in Mathematicis.

nec non primus artis huius modiolus.

Adiiciantur primi denique artis huius modioli, quos antiqua hic domus, quæ, in ceraſini horti platea, *Seuleſſel* vocatur, cuſtodit, quoſque mihi nuper Albinus typographus monſtrabat. *Io. Arnoldus* in chalcographici encomii præfatione: *Hodie*, ait, *vetuſtiſſima quædam in eum vſum ab auctoribus comparata, quæ vidi, inſtrumenta extant Moguntiæ.* Doctus Iuris Moguntinus Profeſſor, in lapide, qui Iuriſperitorum domus interiori ſtillicidio ſubiectus eſt, hæc inſcripſit: *Io. Gutenburgenſi Moguntino, qui primus omnium literas ære imprimendas inuenit, hac arte de orbe toto benemerenti Iuo Witigiſis hoc ſaxum pro monimento poſuit MDVIII**.

Monumento Io. Gudenberg poſito probatur.

* Monumentum hoc fruſtra hodie quæſiueris. Forſan, dum veteris ædificii in locum nouum ſucceſſit, obliteratum fuit. De reliquo perperam hic legi, quod id anno MDVIII *VVitigiſis* poſuerit, hinc patet, quod *Iuo* iam anno MDVII vita exceſſit, vt in epitaphiis videre eſt.

Tandem Hadr. Iunius vocatur ſub cenſuram.

III Cum vero iſta contra Bertium notaſſem, peropportune auctorem eum nactus ſum, e quo non rem modo, ſed verba etiam pæne ſumpſit ille, *Adrianum* ſcilicet *Iunium* in Batauiæ hiſtoria, vbi de Harlemo agit. Quoniam vero eius p. 255 ſq. aliqua iam interſperſi antea, interſpergam, & quæ huc pertinent, paucula. *Primo* igitur hanc inuentæ chalcographiæ laudem Harlemo patriæ ſuæ prorſus deberi, eamque velut magni momenti rem vindicandam affirmat. *Redeo*, inquit, *ad vrbem noſtram, cui primam inuentæ iſtic artis typographicæ gloriam deberi, & ſummo iure aſſerendam aio, vtpote propriam & natiuam. ſed luminibus noſtris ſola officit inueterata illa, & quæ encauſti modo inſcripta eſt animis opinio, tam altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulli cunei, nulla rutra reuellere, aut eruere valeant, qua pertinaciter credunt, & perſuaſiſſimum habent, apud Magontiacum, claram & vetuſtam Germaniæ vrbem, primo repertas literarum formulas, quibus excuderentur libri. Vtinam hic incredibilem illam dicendi vim, quæ in Carneade fuiſſe perhibetur, voto exoptare poſſem; qui nihil defendiſſe vnquam, quod* 160 *non probarit, nihil oppugnaſſe, quod non euerterit, dicitur, vt ſaltem refugam illam laudem poſtliminio reuocare, & hoc quaſi tropæum erigere poſſem, veri interpolator: quod ego non alio optarim, quam vt veritas, recte a Poeta vetere temporis filia nuncupata, aut (vt ego ſoleo) χρόνου ἔλεγχος, tandem detegatur, quæque iuxta Democritum, altiſſimo in puteo demerſa hactenus delituit, in apertum proferatur. Si glorioſum certamen ſuſcipere non piguit AEgyptios & Phœnicas de literarum inuentione, his, Deo duce, earum inuentum ad ſe trahentibus, quando tabulas* θεοχαράκτους, *hoc eſt, a Deo exaratas iactant: illis a ſe repertas Græciæ intuliſſe gloriantibus, quando Cadmus Phœnicum claſſe vectus, rudibus Græcorum populis, artis illius auctor, eas commonſtrauit. Rurſus ſi Athenienſes Cecropi ſuo, Thebani Lino, eandem laudem vindicant; Palamedi Argiuo excogitatorum characterum gloriam Tacitus & Philoſtratus deferunt; vt Hyginus Latinorum Carmentæ Euandri matri. Si itaque controuerſam, dubiamque gloriam cunctæ gentes ad ſe, ceu propriam, rapere non erubuerunt; quid vetat, quo minus indubitandæ laudis poſſeſſionem, de qua per ſocordiam auitam exturbati ſumus, quaſi poſtliminii iure repetamus?* Ait *deinde*, ſui teſtimonii magnam eſſe oportere auctoritatem, *qui nec mortuum, aut heredes poſteroſve cognatione attingat, neque gratiam aut beneficium inde expectet.* Attamen patriæ ſe ſuæ laudem quærere antea profeſſus eſt, cuius ad ipſum ſenſus pertineat aliquis. Ponit *tertio* ſenes, a quibus narrationem illam acceperit, aliquos; qui tamen omnes οἴκοθεν μάρτυρες. Ego autem non domeſticos tantum, ſed exteros etiam, ſenes ac iuuenes, Catholicos & hæreticos, pro Moguntia complures attuli. *Demum* ſe veritatis ſtudio, vt

iſta

Edit. I pag. iſta ſcriberet, adductum memorat. idque laudarem, ſi contra eam, quam faſſus eſt communem, inueteratam, altiſque infixam radicibus, opinionem paulo plures ac meliores argumentorum machinas: & ſi, vti cœperat, a conuitiis, quæ
161 in Bertio mihi maxime diſplicuerunt, abſtinuiſſet. At vero, *Tuendo*, inquit, *veritatem & conſtabit ſuus vrbi noſtræ honos, in ciue ereptam inuentionis pulcherrimæ gloriam recuperaturæ, & cadet eorum arrogantia, quos falſam alienæ gloriæ hereditatem cernere non puduit, & quaſi deiectis de ponte ſexagenariis alieni iuris poſſeſſionem ſuperbe vſurparunt.* Falſum id clamant citati antea cum teſtes, tum indicia. Sed pergit: *Quanquam dolendum minus foret, eam laudem in clariſſimam Germaniæ vrbem, velut aliam in familiam, tranſiſſe, ſi non plagio, ſed recta ratione factum id fuiſſet.* Rectiſſima vero ratione factum, abſque plagio vllo iidem teſtantur auctores. Quocirca illud vnum hac in re dolendum, tam acerbe Hollandos iſtos de Moguntia narrare. quibus tamen hæc, ſi vel in typis vel aliis in rebus laudem aliquam habeant, neque inuidet, neque adimit: ſed ſuam, quam a patribus accepit, in cuius poſſeſſione eſt, quam ratio nulla eripit, quam tot & tanti, etiam alieni & Bataui atteſtantur, defendit ac tuetur.

CAPVT XXXVIII

A quo Moguntiæ primum, & quonam tempore, inuenta typographia?

MOguntiæ inuentam typographicen, ſat multi, ſat clare ac ſolide nobis demonſtrarunt. In eorum tamen verbis duplex ineſſe videtur *de anno & auctore* ſcrupulus. Quidam enim annum, quo inuenta ſit, numerant MCCCCXL; quidam MCCCCL; alii etiam annos poſteriores. Rurſus quidam *Ioannem Fauſtum* ſeu *Gutmannum*, alii *Petrum Fauſtum*, alii *Ioannem Gutenberger*, nonnulli *Schœfferum* nominant. *Diſquirendum,*

Corn. Loos in fine catal. illuſtr. viror. anno MCCCCLIV (S.)

II Sed *de tempore* res facilior. Nihil enim ab hominibus cœptum ſimul & perfectum. quo *his tempore inuenta ſit hæc ars;*

Tempus in apricis maturat collibus vuas:
Tempus agit certo lucida ſigna die.

162 Plures annos in arte hac, eiuſque artis inſtrumentis inueniendis, concinnandis, & explorandis laboratum. Auctorum igitur alii, prima initia, progreſſum aliquem alii, perfectionem notant alii.

III De *Auctore* autem ſic res habet. Inuentor & excogitator primus fuit *Ioannes Gudenberger*: opibus conſilioque ſuo ei adiutores fuere duo alii Moguntini ciues, *Ioannes Fauſt*, ſiue, vt ipſi tum & loquebantur, & ſcribebant *Fuſt*, & *Ioannes Medinbach*. Eidem Gudenbergero fuit puer ſeu famulus primum, poſtea vero etiam gener*, *Petrus Opilionus* ſeu *Schöffer*, qui complura poſtmodum & magna opera edidit, vti S. Hieronymum, quem Eberbacenſis monaſterii ſeruat bibliotheca †. Quia igitur ſuo iſti modo ad artis inuentionem iuuerunt omnes, poſſunt quodammodo dici omnes eius auctores: ſed ita vt primas merito *Ioannes Gudenberger* teneat: quem tamen ex equeſtri ordine cur aliqui ſtatuant, non video, niſi quia ob rei tantæ partum, induſtriamque ipſius & labores, eum honore illo non indignum cenſuerunt *. quo *itidem* auctore. *is maxime omnium eſt* Gudenbergerus.

* Sequitur hic auctor manuſcriptum, quem tractauit, ac ſub finem citat. Quod miror. Cum *Trithemius* non ſolum (qui certe ab ætate artis inuentæ non longe abfuit, ac ipſius Petri Schæfferi ex ore, quæ narrat *, hauſit) verum ipſe etiam Ioannes Schæfferus, Petri filius, in verbis e fine breuiarii Trithemianarum hiſtoriarum huc allatis Petrum, patrem Ioannis, Fauſti generum fuiſſe teſtetur.

* *annal. Hirſaug. ad an. MCCCCL p. 421 & ſeq.*

† Inter hæc vero, bello tricennali, quum bibliotheca a milite Haſſo diriperetur, ſuo amiſit damno, vt mihi, cum de eo Erbaci quærerem, relatum eſt.

* *Ioannem Gudenberg* equeſtri ſtirpe natum, in dicta diſquiſitione quam clariſſime oſtendi. Auctori tamen confutando duo ſcriptorum, ætati iſti fere ſuppariūm, loca adducere non ab re erit. Prior eſt auctoris *chronici antiqui Colonienſis*: *Mer der eyrſte vynder der Druckerey iſt gewveſt eyn burger tzo Mens, ind vvas geboren van Straiſsburch, ind hieſch* Ioucker Iohann Gudenburch. Alter *Bergellani* in litteris dedicatoriis poematis ſui encomiaſtici; *in quibus elogium quoddam de chalcographia, eiuſque inuentione deprehendi, qui Moguntinæ vrbis incolæ*, equeſtris dignitatis *virtutiſque*, *nobiliſſimo* Ioanni Gutenbergo, *primo auctori* — *acceptam refert*.

Ne

Ne autem vel a me confingi videantur, vel ab aliis deinceps confundantur iſta iſtorum nomina; adſcribam Moguntini typographi, & manuſcriptorum noſtrorum verba. Ille in Trithemianarum hiſtoriarum breuiarii fine ſic: *Impreſſum & completum eſt præſens chronicarum opus anno Domini MDXV, in vigilia Margaretæ virginis, in nobili, famoſaque vrbe Moguntina, huius artis impreſſoriæ inuentrice prima, per Ioannem Schöffer, nepotem quondam honeſti viri, Ioannis Fuſth, ciuis Moguntini, memoratæ artis primarii auctoris. Qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare, ſpecularique cœpit anno Dominicæ natiuitatis MCCCCL, indictione XIII, regnante Illuſtriſſimo Romano Imperatore Frederico III, præſidente ſanctæ Moguntinæ ſedi Reuerendiſſimo in Chriſto Patre, Domino Theodorico, Pincerna de Erbach, Principe Electore. Anno autem MCCCCLII perfecit deduxitque eam (diuina fauente gratia) in opus imprimendi, opera tamen ac multis neceſſariis adinuentionibus Petri Schöffer de Gernsheim miniſtri, ſuique filii adoptiui, cui etiam filiam ſuam Chriſtinam Fuſthin, pro digna laborum multarumque adinuentionum remuneratione, nuptui* 163
dedit. Retinuerunt autem hi duo iam prænominati Ioannes Fuſth & Petrus Schöffer hanc artem in ſecreto (omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquomodo manifeſtarent, iureiurando aſtrictis) quoad tandem anno Domini MCCCCLXII per eoſdem familiares in diuerſas terrarum prouincias diuulgata haud paruum ſumpſit incrementum. Manuſcriptus autem ſic: *Hoc autem vrbis noſtræ Moguntiaci triumphale perpetuæ laudis eſt præconium, quod hanc ingenioſam characterizandi artem non ſolers Italorum indago, non celebris Græcorum ſapientia, non multiformis Gallorum ſcientia, neque callidum barbarorum reperit ingenium: ſed induſtrioſi nobilis vrbis Maguntiaci ciues, ſcilicet Ioannes Gudenberg, qui cum omnem ſubſtantiam ſuam propter artis difficultatem fere profudiſſet, tandem auxilio Ioannis Fuſth, Ioannis Medinbach & aliorum conciuium adiutus rem perfecit. Poſt quem Gudenberg, qui morabatur zum Iungen, qui vſque nunc eius artis nomine nuncupatur, Petrus Opilionis, id eſt,* Schöffer, *eius gener, artis impreſſoriæ dilatator extitit. Qui etiam ſuo tempore multa impreſſit opera. Eccleſiæ Dei quanta prouenerit ab hac arte vtilitas, quis ſufficienter eloqui valebit? dum multi codices obſoleti, puluerulentis olim recluſi bibliothecis, nunc impreſſi palam modico feruntur pretio venales.*

CAPVT XXXIX

Quinam libri omnium primi typo excuſi: & de typographices vſu ac abuſu.

Libri primo omnium excuſi.

HOllandus antea nominatus Profeſſor, Moguntiæ primo excuſum ait *Alexandri Galli* doctrinale, *Petrique Hiſpani* tractatus: *Ciceronis* vero libros de 146
officiis *Petrus Ramus*: *D. Auguſtini* libros de Ciuitate Dei, *Lactantiumque* alii apud *Genebrardum*. *Volateranus* philologiæ lib. XXXIII *iam*, ait, *diuina prouidentia ingeniorum immortalitati conſultum; quando nouo portento reperit hoc ſæculum non deſcribere libros, ſed fingere: ex æneis characteribus atramento ſcriptorio perfuſis pagina torcularibus expreſſa: auctores duo e Germania fratres Romæ cœperunt anno MCCCCLXV, primique omnium* Auguſtinus *de Ciuitate Dei &* Lactantius *prodiere.* Ego compertum nihil dum habeo. Illud autem ſatis ſcio, in libro, quem in Hollandia primum fuiſſe cuſum vult Hollandus, & inſcriptum, *Speculum noſtræ ſalutis*, non fuiſſe Caluinianæ, Anabaptiſticæ, ac ſimilium, quæ in eadem Hollandia modo graſſantur, hæreſeon ſpeculum, a quibus vt religioſa quondam regio, Europaque tota liberetur, cum oro, qui per
Ierem. 31 v. 17. Propheram ſuum dixit: *Eſt ſpes nouiſſimis tuis: & reuertentur filii ad terminos ſuos.* Amen. Ita fiat, DOMINE IESV.

Tarraeus Hebius, Nobilis a Sperga, ſiue, qui hoc ſub anagrammate Bataui perſonam induit, *Gaſpar Barthius* in ſatyra, cui titulus: *Caue Canem* &c. p. 289 & ſeq. *Vt quisque vetuſtum librum nactus eſt ante annos CXL impreſſum, eum putat primum omnium excuſum.* Volaterranus *in illam congeriem Commentariorum ſuorum multa temere & ſine delectu conjicere ſolet, in quibus illud: Auctores artis impreſſoriæ fratres duos, homines Germanos, edidiſſe Romæ* Auguſtini *libros* de ciuitate Dei *&* Lactantium, *eoſque primos omnium prodiiſſe anno MCCCCLXV, quibus ſignificat, eo anno natam typographiam, idque Romæ. Alii producunt libros* Ciceronis de Officiis *anno MCCCCLXVI a* Iohanne Fuſt *impreſſos. Vnde*

quidam

Edit. I *quidem ſomniant, & ipſum* Fuſt *artis inuentorem fuiſſe, & ante eos Ciceronis libros nullum fuiſſe typis excuſum. Alii ab eodem* Fuſt *primum omnium Moguntii impreſſum fuiſſe* Doctrinale Alexandri Grammatici. *Omnium vetuſtiſſimum, cuius tamen nomen reticetur, Venetiis excuſum profert* Rabbi Ioſeph, *Sacerdos, in chronico, anno Iudaico* 5188, *Chriſtiano* 1428, *quod nemo hactenus animaduertit, certe nemo indicauit. Vnde ille Iudaus colligit, artem imprimendi ab eo libro cœpiſſe. Sed falluntur omnes. Nam opus* Ciceronis de officiis *non eſt primus librorum, qui typis excuſi ſunt, ſed primus* Ciceronis *liber* de officiis. *Idem de reliquis indicandum. At illi libri eodem modo, quo hodierni impreſſi ſunt, ex plumbeis nimirum litteris ſimul compoſitis, & in formas quadratas ſtipatis. Atqui aliter rudimenta artis inchoata ſunt. Nam non ex diſcretis & ſingularibus typis inter ſe innexis, vt hodie fit, cœptum eſt imprimi, ſed in pagellis ligneis, quibus littera inciſa erant; qui modus excudendi in noſtra Hollandia Harlemii inuentus fuit, vbi etiam hodie ades oſtenduntur, in quibus inuentor artis eam primus periclitatus eſt. Harum pagellarum meminerat* Accurſius Mariangelus *in* Donato ſuo, *in membranis excuſo, qui liber poſtea in poteſtatem venit Aldi Manutii iunioris. Verba* Mariangeli *poſt alia ſunt:* impreſſus autem eſt heic (*Harlemi apud Batauos*) Donatus & Confeſſionalia, *primum omnium anno MCCCCL. admonitus certe fuit ex* Donato *Hollandia primum impreſſo, in tabula inciſa. In vrbe vero Harlemenſi inuentam teſtatur vir eruditiſſimus,* Hadrianus Iunius; *qui cum iure hanc patria ſua vindicauerit, & non pauca digna cognitu de eius incunabulis prodiderit, eam a tabulis inciſis, & ab editione Donati cœpiſſe, ignorauit.* Hæc ille.

Diſtinctius longe *Chriſtianus Iuncker* in programmate quodam Iſenaci anno MDCCVIII edito: *Has adeo artis typographica quaſi periodos ſi quidem colligimus, quod fieri omnino oportet, iam demum patet, quod* liber primus *omnium* tabulis ligneis *impreſſus* Harlemii *apud Batauos fuerit* Donatus *circa annum MCCCCXL* a. *Quod* litteris ligneis *impreſſus* Moguntiæ *fuerit* primus *omnium* Vocabularium Catholicon b. *Quod* litteris æneis *impreſſus* Moguntiæ *fuerit* primus *liber* Biblia latina *anno MCCCCL* c. *Quod* primus *liber* Moguntiæ *ſolo* Fauſti & Schæfferi *nomine notatus fuerit* Pſalmi Dauidis *an. MCCCCLVII* d.

a) Tenzelius *von Erfindung der Buchdrucker-Kunſt*, p. 30. Benthem *Holländiſcher Kirchen- und Schulen-Staat* p.

b) Tenzelius *l. d. p.* 17 & 32.

c) Idem *l. d. p.* 18 & 24 *ex chronico Colonienſi*; in dem iahr vnſers HErrn, da man ſchrieb 1450, da vvar ein gulden iahr, da begann man zu drucken, vnd vvar das erſte Buch (*intellige, litteris æneis*, idem *p.* 26) das man druckte, die Bibel zu Latein, vnd vvard gedruckt mit einer groben Schrift, damit man nun die Meſſ-bücher druckt.

d) Idem *l. d. p.* 48; *quo loco quidem extat annus* 1467, *ſed per errorem typotheta, qui an.* 1457 *ſignare debuit, vt ex p.* 54, *ipſoque contextu patet.*

II At reuerſioni huic, boniſque adeo moribus obeſſe non parum typographiam cenſet in libro de huius ſtatera *Guilelmus Inſulanus Menapius*, ita vt eius pæne inuentionem execretur. Nimirum ſpectat ille, ſicuti & apud *Philippum Callimachum* in oratione de Barbadici funere, alii nonnulli, rei alioqui præclaræ, abuſum, propter quem tamen vſus haud tollendus aut improbandus, ſicuti neque in aliis pæne rebus omnibus: ſed id potius, quod ſub libelli ſui finem ſuadet ille, agendum. vt vſus rectus retineatur, prauus coerceatur, quemadmodum fieri iubet SS. œcumenica ſynodus Tridentina ſeſſ. IV, & ante hanc Lateranenſis vltima ſeſſ. X: cuius verba, cum ſimul artis commendationem, ſimul etiam modificationem contineant, non immerito hunc de typographia ſermonem concludent. *Nos*, inquiunt eius Concilii Patres, *ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem ſalubriter eſt inuentum, in contrarium conuertatur, ac CHRISTI fidelium detrimentum pariat, ſuper librorum impreſſione curam noſtram habendam fore duximus: ne de cetero cum bonis ſeminibus ſpina coaleſcant, vel medicinis venena intermiſceantur. Volentes igitur de opportuno ſuper his remedio prouidere, hoc ſacro approbante Concilio, vt negotium impreſſionis librorum huiuſmodi eo proſperetur felicius, quo deinceps indago ſolertior diligentius & cautius adhibeatur: Statuimus & ordinamus, quod de cetero, perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque ſcripturam, tam in vrbe noſtra, quam in aliis quibuſuis ciuitatibus & diœceſibus imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in vrbe per Vicarium noſtrum, & ſacri palatii Magiſtrum, in aliis vero ciuitatibus & diœceſibus per Epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ, libri, ſeu ſcripturæ huiuſmodi imprimendæ ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac inquiſitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis, ſiue diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, gratis & ſine dilatione imponendam approbentur.* Adiiciuntur pecuniariæ pœnæ, quas imitari, ac inten-

Typographices abuſus, de quo coercendo

Synodus Lateranenſis conſtitutionem promulgans.

165

dere, aut remittere poſſunt Principes ac Reſpublicæ omnes, prout quolibet in loco neceſſarium aut vtile iudicatum fuerit.

ſalubri, optimoque conſilio. Si enim Magiſtratibus curæ eſt, & merito eſt, ne pro medicamentis venena, vel putrida certe ac euanida in pharmacopoliis pharmaca ſint, ne pro mercibus bonis vitioſæ atque corruptæ in foro veneant, quidni & iidem curent, ne noxii ac venenati a bibliopolis libri edantur, vendantur, ac diuulgentur? *Mala medicamenta & venena*, inquit l. *Ceteræ* ff. *familiæ erciſcundæ* Vlpianus, *veniunt quidem in iudicium: ſed iudex omnino interponere ſe in his non debet. Boni enim & innocentis viri officio eum fungi oportet. Tantumdem debebit facere & in libris improbatæ lectionis, magicis forte, vel his ſimilibus. Hæc enim omnia protinus corrumpenda ſunt.* Et ſane non in Apoſtolorum modo noſtrorum Actis cap. XIX, ſed apud gentiles etiam, flammis corruptos, penituſque abolitos perniciales id genus libros videmus, indicante idipſum *Cicerone* lib. I de natura Deorum, *Valerio* lib. I c. 1, *Liuio* lib. IX decadis III, *Tacito* 166
lib. VI & X annalium, *Seneca* lib. X Controuerſiarum, aliis bene multis. Quia vero libros, doctorum hominum liberos ac partus dicunt multi, a filiis ad patres porro tranſeamus.

CAPVT XL

Docti Moguntiæ homines.

Laudi eſt urbibus, doctos habuiſſe. SOlet in topographia ſua Strabo, ſi quem vrbs aliqua vel philoſophum, vel rhetorem, aut grammaticum habuerit, id recenſere, in eiuſque loci annumerare laudibus. Et laudis ac ornamenti huius ambitione, *Homerum*, ait pro Archia *Cicero*, *Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum: Chii ſuum vendicant: Salaminii repetunt: Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant. itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt. Permulti alii præterea pugnant inter ſe, atque contendunt.* Si enim qui herbarum florumque bonorum ferax eſt hortus, quæ vinum bonum affert, vinea, quod frumenti boni fertile aruum laudatur, quidni & ingeniorum, doctrinarumque optimarum ferax, fertiliſque ciuitas? In ſacris olim certaminibus non ipſi victores, ſed eorum patria coronari, *Plinio* (*lib. XVI c. V*) teſte, pronuntiabatur. Sed & laudata illa tellus, quæ traductas aliunde arbores, vites, herbaſque feliciter accipit, libenterque conſeruat.

Moguntia autem ſemper habuit plurimos. II Ac Moguntiæ quidem & ſuperioribus, & noſtro iſto ſæculo, qui eruditione ac doctrina excelluerint, vel ibidem nati, vel aliunde adducti, non defuerunt. in quibus primas Sancti quidam, & Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, quibus ſuus poſtea locus dabitur, facile obtinent. itemque *S. Hieronymus*, de quo antea c. XXXIV, & illi, de quibus, in prologo ſuo, S. Ferrutii ſcriptor *Meginardus* ſic: *Ambroſios Maguntia gremio confouet, qui diuinum vertice melliflui nectaris odorem adſpirent: Auguſtinos, qui diuinitatem inter Cherubim ſpeculando, miris armaria tractatibus adaugeant: Gregorios, qui verbi diuini pabula vigilantiſſime ruminantes, in promptuariis ex hoc in illud eructantibus opportune promendo recondant. Ibi fons philoſophicus prata virentia riuis ſeptenis inundat, gratiſque potantes dulcedine terni ſaporis inebriat.* Præter eos 167
vero, fuerunt & ſunt etiamnum non pauci, qui vel maioribus magiſque neceſſariis diſtenti occupationibus, vel ſuis quibuſdam cauſis adducti, Socratis, &, quemadmodum *Luciano*, *Plutarcho*, & *Ioſepho* placet, Pythagoræ inſtar, nihil omnino, quod quidem conſtet, litteris mandarunt, ſed vel in eccleſia, vel in republica operam cum fructu & dignitate ſuam poſuiſſe contenti vixerunt. Alii demum ſunt, quos vel propriæ, vel alienæ certe lucubrationes nobis commendant; e quibus, quos adhuc compererim, iſti ſunt. *Sunt ii,*

Laertius *l. VII*, Plinius *lib. XXIV c. XVII*, Plutarchus *lib. de fortitudine* Alexandri, Ioſephus *lib. contra* Apionem. (S.)

Theodoricus Præpoſitus. I THEODERICVS, maioris eccleſiæ Moguntinæ Præpoſitus. de quo ita in virorum Germaniæ illuſtrium catalogo *Trithemius* (*p. 131 part. I opp.*) *Thedericus Archiepiſcopus Treuerorum poſt S. Eucharium ſecundus & ſeptuageſimus, ex Præpoſito maioris eccleſiæ Moguntinenſis. Vir ſtudioſus & eruditus, & in agendis negotiis eccleſiaſticis præſtantis induſtriæ. Scripſit de laudibus*

beatiſſimæ

Edit. 1 pag. *beatiſſimæ Dei genitricis & virginis Mariæ librum vnum: vitam quoque ſanctæ Lindrudis libro vno, & quædam alia. Sub huius Theoderici Pontificatu, Canonici maioris eccleſiæ Treuerenſis deſierunt eſſe regulares. Claruit temporibus Ottonis II & III Imperatorum, anno Domini DCCCCXC*. ſepultus eſt Moguntiæ in eccleſia S. GANGOLPHI, quam ipſe pro XII fratribus conſtruens dotauerat.*

* Immo, anno DCCCCLXXVII ſupremum iam vitæ diem expleuit, vt in diſſertatione de *Doctis Moguntinis* notaui.

II Theodoricvs alter, S. Albani monachus, de quo ibidem *Tritbemius* (p. 135) *Theodericus monachus cœnobii S. Albani martyris apud Moguntiam, ordinis Diui Patris Benedicti. Vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſecularibus litteris egregie doctus, Philoſophus, & Poeta clariſſimus. Ingenio ſubtilis, & clarus eloquio. Fertur quædam præclara ſcripſiſſe opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendauit. e quibus extant ſubiecta. Ad Richardum Abbatem Fuldenſem de vita & miraculis ſanctiſſimi Patris noſtri Benedicti liber vnus. De tranſlatione quoque eius in Galliam ad eundem liber vnus. Epiſtolarum ad diuerſos liber vnus.* Theodoricus, Albani monachus.

168 *Carmina quoque multa & varia edidit: ſed & alia complura, quæ ad manus noſtras adhuc minime venerunt. Claruit ſub Henrico Imperatore II; Rege autem huius nominis III, anno Domini MXL.*

III Marianvs Scotvs; de quo ſic eodem libro *Tritbemius* (*p.* 133) *Monachus Fuldenſis, ordinis D. Patris noſtri Benedicti. vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſæcularium litterarum non ignarus, ingenio ſubtilis, & clarus eloquio: vita quoque & conuerſatione deuotus atque ſanctiſſimus emicuit. Hic amore cæleſtis patriæ natale ſolum deſerens, peregrinus venit in Germaniam. & primum quidem in monaſterio S. Martini, Coloniæ, monachus factus eſt: & duobus annis in eodem cœnobio vitam ſolitariam incluſus voluntarie duxit: ac deinde tranſlatus ad Fuldam, ibidem ſtetit in incluſorio annis XII; quouſque tandem iuſſu Archiepiſcopi, propter ſanctitatem & eruditionem, euocatus Moguntiam, apud S. Martinum incluſus XVII annis aliis, vſque ad mortem perſeuerauit. Fuit autem computiſta maximus, & temporis tranſacti diligentiſſimus cenſor, quod clariſſima monumenta, quæ edidit, probant. e quibus extant ſubiecta. Volumen inſigne Chronicorum ab exordio mundi vſque ad ſua tempora, libri tres. De concordantia Euangeliſtarum liber vnus. De computo quoque liber vnus. Sermones varii. & plures ad diuerſos epiſtolæ. Moritur ſub Henrico III, Rege autem IV, anno Domini MLXXXVI, indictione IX, ætatis ſuæ anno LVIII; & in eccleſia S. Martini, Moguntiæ, non ſine grandi opinione ſanctitatis, ſepultus eſt.* Marianus Scotus.

Vt autem fiant clariora iſta omnia, paucula ex ipſomet Mariano, aliiſque nonnullis adiungam. Ipſe igitur lib. III Chronici ſic: Anno MXXVIII, Imperatoris Conradi Iunioris quarto, *Ego miſer Marianus in peccatis fui in hoc anno natus.* Anno MLII, Imperatoris Henrici XIII, *Ego Marianus ſeculum*

169 *reliqui.* Anno MLVI *Ego Marianus, peregrinus factus pro regno cæleſti, patriam meam reliqui: & in Colonia, V feria, kalendis Auguſti monachus effectus ſum.* Anno MLVIII *Podelbrunna ciuitas cum duobus monaſteriis, feria VI ante palmas, igne conſumuntur. In monaſterio autem erat Paternus nomine, monachus Scotus, multiſque annis incluſus, qui etiam combuſtionem prænuntiabat. In ſua cluſa, ambiens martyrium, combuſtus eſt. Feria II poſt octauas Paſchæ, exiens de Colonia, cauſſa orationis, eundem locum viſitaui, ob bona, quæ narrantur de eius ſepulchro; & ſic cum Abbate Fuldenſi Fuldam veni.* Anno MLIX *Ego Marianus indignus cum Sigfrido* (Abbate Fuldenſi) *apud Virzeburgum ad Presbyteratum conſecratus, media quadrageſima, III Idus Martii, & feria VI poſt Aſcenſionem, II Idus Maii incluſus Fuldæ per annos X.* Atque huc ſpectat, quod per occaſionem an. MXLIII ſcripſit hoc modo: *Annuchadus Scotus & incluſus obiit III Calend. Febr. in monaſterio Fuldenſi. Super cuius ſepulchrum viſa ſunt lumina, & pſalmodia audita. Super quam ego Marianus*

Scotus, X annis incluſus, ſuper pedes eius ſtans, quotidie cantaui miſſas. Anno MLXIX *Ego miſer Marianus iuſſu Epiſcopi Moguntinenſis, & Abbatis Fuldenſis, feria VI ante palmas, nonis Aprilis, poſt annos X meæ incluſionis, ſolutus de clauſa in Fulda, ad Moguntiam veni, & in feſtiuitate ſeptem fratrum, ſecundo includor.* Anno MLXXXVI *Marianus Scotus & incluſus* (ait eius Appendix) *obiit, & apud S. Martinum ſepelitur.* Edit. I pag.

In ſchiſmate autem, quod inter Imperatorem Henricum IV & Pontificem Gregorium VII extitit, opinantur nonnulli ab Imperatore Marianum ſtetiſſe. Sed falli eos, monſtrat eius ipſius lectio, ab anno MLXXIV vſque ad MLXXXIII, vbi ſemper eos, qui Imperatori adhærerent, *ſchiſmaticos* & *hæreticos* appellat, ipſumque Pontificem, & omnes, qui eius venerati ſententiam ſunt, laudat, *Catholicoſque* ac *iuſtos* appellat.

Ipſum vero, quo hic vtor, Mariani huius Chronicon, totum cum eo, vnde primo editum fuit, Francofurtenſi ſuo prototypo, de quo cap. III in S. Kiliani 170
vitam dixi, contulit D. *Io. Latomus*, eique ſua manu epiſtolam præſcripſit, in qua ſummatim hæc. I Se octoginta circiter locis deprauatam lectionem correxiſſe. II Optare, vt & alii MS codices conſulantur. III Appendicem *Mariani*, quæ *Dodechino* aſcribitur, in prototypo, abſque huiuſmodi nomine ac interciſione, legi. Nec vero ei a *Trithemio* in catal. tribuitur. IV S. Diſibodi montem, in quo *Dodechinus* hic fuiſſe Abbas dicitur, eſſe Sobernheim, non longe a Maguntia monaſterium. Eum tamen *Abbatem* non dicit loco citato *Trithemius*: & Germanica B. Hildegardis vita cap. I montem illum ait a ſancto ipſo vocari *Diſenberg*, & vltra Creutzenacum tribus miliaribus eſſe prope Sobernheimum*. V Optare ſe, vt correctus recudatur Marianus, & Reuerendiſſimo ac Illuſtriſſimo Moguntino dedicetur, cum & illius primum auſpiciis prodierit.

* Monaſterium *D. Diſibodi*, cui *Dodechinus* præfuit, vulgo *Diſibodenberg* & contracte *Diſenberg*, in Comitatu Spanhemenſi citeriori montanum, ab oppidulo *Sobernheim* horæ diſtat ſpatio, vno ab oppido veteris Comitatus Veldentini, *Meiſenheim*, milliari, duobus vero a *Cruciniaco*. Vt adeo perperam hoc loco *Latomus* dixerit, *S. Diſibodi montem eſſe Sobernheim*; minus bene etiam ſcriptor vitæ *B. Hildegardis* germanicæ, tribus a Crucenaco abeſſe milliaribus.

Goſvvinus

IV Goswinvs. Bene de litteraria re meretur D. *Henricus Caniſius*, tam iuris quam hiſtoriæ inſigniter conſultus, dum antiquitatis tomos ita edit, vt & induſtrie abdita complura eruat, & eruta integre reddat, iiſque interdum notis, quas non iudicia, ſed coniecturas tantum eſſe velit, illuminet. Sic in tomo V vitam S. Albani edidit: eiuſque auctorem eſſe coniicit *Sigeardum*, de quo paulo poſt, præſertim cum & idem putare dicatur Trithemius. At manuſcriptorum meorum optimus clare ac deſignate illius auctorem pronuntiat Goswinvm; duaſque huius præfationes, vnam ad Sigefridum primum, Archiepiſcopum Moguntinum, alteram ad Bardonem, S. Albani Abbatem, præfigit, quas hic redderem, ſi operæ eſſet pretium. Sed ex iis colliguntur iſta. *Primo*, ſcripſiſſe circa Domini annum MLXXII; quod & poſtea in eo ipſo anno confirmat idem MS. *Deinde* videri quidem fuiſſe monachum, ſed non monaſterii S. Albani. Nam de hoc *coniecturam* ſolum eſſe ait idem MS. & de Abbate Bardone, ipſique commiſſo monachorum cœtu ita loquitur, quaſi ſuus neuter eſſet. licet illum vt ſcriberet, iubere ac vrgere dicat. eo ſcilicet modo, quo magni amicique homines, dum quidpiam rogant, imperare, ſuoque veluti iure poſtulare videntur. quod non dubitat Auſonius *potentiſſimum imperandi genus* appellare*. Quin & S. Albanum Bardonis quidem, eiuſque ſodalitii patronum vocat, non autem ſuum. *Tertio*, ex præfationis prioris initio videtur, in *Epiſcopali monaſterio*, de quo ſupra cap. XVIII, frater fuiſſe. Sic enim loquitur; *Antiſtiti Domino Sigifrido Archipræſuli humilis frater Goſvvinus, quidquid hominem Deo commendat acceptius. Quamuis Chriſtianæ religioni, ex ſacri ordinis profeſſione, debeam, vt Deo, & Sanctis eius, omnibuſque orthodoxis humili deuotione inſeruiam; tibi tamen, mi Pater ſanctiſſime, tibi, & eccleſiæ, cui auctore Chriſto præſides, ſpeciali quadam ſeruitutis lege, me met addicto, & ad humilitatis iugum ſub manu tua ceruicem mentis inclino.* *Quarto*, illo tempore doctus habebatur admodum, cum ab eo toties, tam ſerio, vt in iiſdem indicat præfationibus, Albanicam hiſto- 171

* Epiſt. ad Paulum in Centonem.

riam

Edit. I pag. riam flagitaret Archiepiſcopus, & S. Albani, toto cum cœnobio, Abbas. *Quinto*, profitetur in præfatione, ſe non indigenam, ſed exterum, aduenamque Moguntinum. neque hunc in præfatione ad Albertum *Trithemius*, ſed *Sigeardum* nominat, vti paulo poſt dicetur.

V *Claruit*, inquit Hirſaugienſe Chronicon, *circa hæc tempora*, anno Domini DCCCXCII, *apud Moguntiam in monaſterio S. Albani RVPERTVS monachus, vndecumque doctiſſimus, græce & latine peritus, qui ſcholæ monachorum in eodem loco præſidens, multa ingenii ſui monimenta poſteris reliquit. Extant eius homiliæ & ſermones non inelegantes. Vitam quoque S. Albani metrice deſcripſit* *. *De Muſica proportione nonnulla compoſuit.* Rupertus S. Albani *monachus.*

* An *Rupertus* hic idem ille ſit, qui *D. Albani* vitam metrice compoſuit, dubitat *Papebrochius*, quem adduxi in diſſertatione *de Doctis Moguntinis* n. IV.

VI Sigeardvs vel Sighardvs, S. Albani monachus, S. Aurei, & S. Iuſtinæ hiſtoriam lectionibus, ſeu capitulis LX, quæ in MS. meo ſunt, deſcripſit. Sed iis multa de Moguntiæ natalibus, aliiſque ſimilibus, quæ fidei parum probæ, inſeruntur. e quibus tamen auri a non imperitiſſimis colligi aliquid queat. eaſque ſemel & iterum citat *Piſcator*, de quo infra, & *Trithemius* ad Cardinalem Albertum præfatione de S. Maximo, prout lib. II cap. XXI patebit. Scripſit autem ſub MCCXCVII, & cum in MS. interdum ſola littera S indicetur, noua cuiuſdam non ſatis perita manu adſcribebatur, *Sigebertus*. Sighard⁹.

VII Iacobvs de alta villa (*Eltfeldt*) licet Moguntiæ non floruerit, quia tamen e vicinia fuit, merito ad illam reuocandus. Erat enim, vt apud *Trithemium* eſt *, *patria Rinkaugienſis*, ſeu Ringawienſis, *Abbas monaſterii Eberbacenſis, quindecimus ordinis Ciſtercienſis, quod in deſcenſu Rheni, duobus ferme miliaribus a Moguntia diſtat. Vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, & ſæcularium litterarum non ignarus: Gymnaſii Pariſienſis decus, & Doctor inſignis. Scripſit ſuper ſententias notabile opus, libros quatuor. Sed & quæſtiones varias diſputatas, librum vnum. Sermones quoque multos ad fratres, qui partim habentur, partim vero ex incuria ſubtracti ſunt. Epiſtolas etiam elegantes ad diuerſos edidit, & alia nobis incognita. Claruit ſub Carolo Imperatore IV, anno Domini MCCCLX.* Iac. de Alta villa. 172 *pag. 146

Poſſent fere ſimiliter huc reuocari *Conradus de Altzeia*, *Nicolaus* & *Franciſcus*, *Ioannes Fuſt*, & *Michaeles* duo *Creutznacenſes*, *Ioannes Diepurgenſis*, *Antonius Künigſteinius*, aliique ſimiles. Sed nolo vnis omnes includere mœnibus. Videantur *Trithemius* & *Cornelius Loos* in Catalogis.

VIII Iohannes Gawer, *ordinis fratrum B. MARIAE ſemper virginis de monte Carmeli, conuentus Moguntinenſis, ſacræ Theologiæ Lector, in diuerſis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularis litteraturæ non ignarus, ingenio promptus, & clarus eloquio, declamator ſermonum popularium egregius. Scripſit ſuper ſententias libros IV; in Exodum librum vnum. De concordantia Euangeliſtarum, quod opus prænotauit*, vnum ex quatuor, *lib. I. Sermones de tempore, & de Sanctis, libros duos. Sermones quoque per Quadrageſimam triplices, libros III. Sed & alia complura ſcripſiſſe dicitur, quæ ad manus noſtras non venerunt. Claruit temporibus Concilii Baſileenſis anno Domini MCCCCXL.* (Trithemius l. d. p. 156) Io. Gavver

IX Sifridvs de Mogvncia, *ordinis fratrum Prædicatorum, Epiſcopus Cyrenenſis titulatus, Archiepiſcopi Moguntini in pontificalibus Vicarius, Vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & ſæcularium litterarum non ignarus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, Hebraicæ linguæ peritus, diſputator acutus, & diuini verbi prædicator egregius. Scripſit ad Theodoricum Archiepiſcopum Moguntinum de vſura Iudæorum librum vnum. De cenſibus & redemptionibus libro vno quæſtiones varias. Sermones quoque multos, & orationes quaſdam ad Clerum; & quædam alia. Moritur ſub Friderico Imperatore tertio, anno Domini MCCCCLXXIII, indict. ſexta, XVI die menſis Maii* *. *ſepultus in conuentu ſuo Moguntino.* (Trithemius l. d. p. 162) Sifridus de Moguntia. 173

* Perperam, ſi non qua annum, certe, qua diem, vt oſtendi in diſſertatione *de Doctis Moguntinis*.

X Rvdolfvs de Rvdesheim, huc, vti & *Iacobus Eltfeldenſis*, de quo ſupra num. VII, reuocandus. Fuit enim ex eadem vicinia, & *primo quidem* Rudolfus de Rüdisheim.

fuit

fuit Decanus Wormacienſis, inquit *Trithemius*, (p. 163) *ac poſtmodum Epiſco-* Edit. I. pag.
pus Vratiſlauienſis, ſacrarum literarum Doctor, ingenio ſubtilis, eloquio clarus,
vita & conuerſatione honeſtus. In Gymnaſio Heidelbergenſi, tum legendo, tum
docendo multis annisglorioſe claruit. Scripſit multa præclara volumina, de quibus
extant ſubiecta. In Geneſin liber vnus. In Exodum liber vnus. In Leuiticum
liber vnus. In Numeros liber vnus. In Deuteronomium liber vnus. In Ioſue li-
ber vnus. In Iudicum librum liber vnus. In Eſaiam Prophetam liber vnus. Su-
per ſententias libri IV. Sermones multi & varii de tempore, & de Sanctis, liber
vnus. Orationes etiam complures habuit, quas longum eſſet per ſingulas deſcri-
bere. Sed & alia nonnulla edidit nobis prorſus incognita. Claruit ſub Friderico
Imperatore, anno Domini MCCCCLXX.

Angelus de Brunſuico. XI ANGELVS DE BRVNSVICO *Saxoniæ, qui vulgo dicebatur* Magiſter
Engelinus. *vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & in ſæculari philoſophia egre-*
gie doctus, ingenio clarus, ſermone ſcholaſticus, in declamandis ad populum
ſermonibus facundus, qui in Gymnaſio Erffordenſi docendo & legendo clarus ef-
fulſit. Scripſit inſigne opus ſuper Canone Miſſæ, quod Moguntiæ coram clericis 174
legiſſe perhibetur, & quidem ab eo ipſo, qui opus illud vtiliſſime compilauit,
cap. 34. *Gabriele Biel*, vt ſupra in academia Moguntina tactum, vbi & ex eodem Ga-
briele *Eggelinus* ſcribitur. *Sermones & multos, & varios, librum vnum. Quæ-*
ſtiones etiam diuerſas in ſcholis diſputauit, & quædam alia. Moritur Argen-
tinæ, in cœnobio Pœnitentium ſepultus, ſub Friderico Imperatore III, anno Do-
mini MCCCCLXXXI, indict. XIV. (Trithemius l. d. p. 164)

Gerard. de Caſtris. XII GERARDVS DE CASTRIS, *ordinis fratrum B. MARIAE ſemper*
Virginis, de monte Carmelitarum, Prior conuentus Moguntinenſis, vir doctus
& eruditus, ingenio præſtans, ſermone ſcholaſticus, vita quoque & conuerſa-
tione deuotus ac regularis obſeruantiæ cultor celeberrimus, declamator ſermonum
egregius. Scripſit de paſſione Domini librum vnum: Sermones de tempore, &
de Sanctis libros duos: & alia non ſpernenda. Claruit ſub Friderico Imperatore
* pag. 412 *III, an. Domini MCCCCLXX.* Hæc in Trithemiana proſtheſi *Wimphelingus* *.

Conrad. de Rodẽberg. XIII CONRADVS DE RODENBERG in eadem vicinia *Benedictinus Ab-*
bas monaſterii montis S. Io. Baptiſtæ Rinkaugienſis, vir deuotus & eruditus, &
* pag. 164 *regularis obſeruantiæ nouiter*, inquit Trithemius *, *introductæ cuſtos & amator*
integerrimus. Vnus ex his, qui noſtræ reparationi Burſfeldenſi fundamenta
iecerunt. Cum eſſet B. MARIAE ſemper virginis amator præcipuus, ſcripſit
in ipſius honorem aperto ſermone volumen celeberrimum, ſumpta de ſingulis mem-
bris eius (ſub typo botri) materia laudis, quod prænotauit de vinea Domini Sa-
baoth, *librum vnum: Exercitium nouitiorum librum vnum: de præparatione*
ſacerdotis ad Miſſam librum vnum. Orationes varias in Capitulis noſtris habuit;
quarum vna, de ruina ordinis, *incipit*, Cecidit corona capitis noſtri: *altera*,
de ruinæ cauſis, (*incipit*) Capite nobis vulpeculas: *Tertia*, de cura paſtorali, 175
(*incipit*) Beatus ſeruus. *Sermones quoque varios compoſuit ad fratres, qui par-*
tim habentur, partim ex negligentia ſubtracti ſunt. Moritur ſub Friderico Im-
peratore III, & Innocentio Papa VIII, anno Domini MCCCCLXXVI, in-
dictione IV, VIII Calend. Ianuarii. Sepultus in abſide dextra chori ad plagam
meridionalem, ante altare S. Patris noſtri Benedicti. Eadem fere in lib. de ſcri-
ptoribus.

Petr. Sorbillo. XIV PETRVS SORBILLO, in eodem monaſterio S. Ioannis monachus, epi-
ſtolam de *Moguntiæ initio* ſcripſit: cui reſpondens Piſcator, de quo paulo poſt,
ſic incipit: *Diſertiſſimo, ac multarum hiſtoriarum peritiſſimo Petro Sorbillo Mo-*
nacho in monte S. Ioannis profeſſo. Se autem vocat *Sorbillum* aut *Sorbillonem*,
quia Germanice dicebatur *Slarp*, ſeu, vt hodie pronunciamus, *Schlarpff*: quem,
ſicuti & ſequentem, ideo tantum hic nomino, quia eorum ſupra feci mentio-
nem cap. IV.

Herman. Piſcator. XV HERMANNVS PISCATOR: de eodem *Moguntinæ* vrbis initio bene
longam ad indictum Sorbillonem epiſtolam reſcripſit, ſeipſum vocans *F. Her-*
mannum Engelerum, Cœnobitarum in monte ſpecioſo minimum. Ille vero ſic ei
ſcripſerat: *Deuoto, ſtudioſoque fratri Hermanno Piſcatori, Diui Patris Bene-*
dicti monacho profeſſo in monaſterio S. Iacobi extra muros Maguntinenſes. Dum
autem

Edit. I pag. autem idem dicitur *Engeler* & *Piſcator*, ab hamo ſcilicet, qui *Angel*, eorum adiuuatur coniectura, qui ab hamatu & piſcatu vetus Anglorum nomen petitum opinantur, quod ab *Angul*, Iutiæ Principe, patre ipſius *Engel*, quæ Geroldo Saxonis filio nupſerit, extrahit *Suffridus* lib II de origine Friſ. cap. XI.

XVI Theodericvs Gresemvndvs de Meschede, inquit lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis *Trithemius*, (*p.* 369) *artium & Medicinæ Doctor, vir vndecumque doctiſſimus, adhuc ſuperſtes Moguntiæ reſidet, qui & ipſe inter alia tractatum elegantem compoſuit, de regimine ſanitatis tempore peſtilentiali.* Pa- Greſemundus Senior.
176 tria erat Weſtphalus, frater Godeſchalci de Meſchede, qui in Erfurtenſi gymnaſio, magnum Theologia egregie docenda, nonnulliſque quæſtionum libris edendis nomen conſecutus eſt. de quo tam in eodem libro, quam in catalogo idem *Trithemius*.

XVII Theodericvs Gresemvndvs Iunior, ſuperioris Theodorici filius, de quo adhuc adoleſcentulo in citato de ſcriptoribus libro ita *Trithemius*: (p. 176) *Vix tria ætatis luſtra implet, cuius admirandum ingenium, & ſingularis tum eruditio, tum eloquentia, multos prouectæ ætatis (doctores etiam) longe præcellit. Cuius ad me extat liber inſignis de ſeptem artibus liberalibus. Scripſit etiam tam ad me, quam ad alios pæne infinitas epiſtolas, cuiuſcunque argumenti ornatiſſimas, variaſque orationes Ciceronianam diſertudinem præferentes, adeo vt velut alter Adeodatus, Auguſtini quondam ſanctiſſimi filius, ſuo ingenio, & ſcribendi, argumentandique promptitudine, ac ſolertia, multis, doctis etiam viris, ſit admirationi & ſtupori.* Eadem etiam pluribus idem perſequitur in catalogo. Sed de Theodorico, iam viro, *Eraſmi* eulogium ante audiuimus cap. XXXVIII. Greſemundus Iunior.

XVIII Fridericvs Navsea, Blancicampianus, in omni pæne ſtudiorum genere, in iure tamen ac Theologia, cuius vtriuſque facultatis Doctor erat, præſertim, tantos progreſſus, quantos ipſius tot egregia monſtrant opera, fecerat. Concionum ſummam in principe apud Moguntinos eccleſia cathedram, magna cum Moguntinorum ipſorum vtilitate, ſuaque ipſius laude, annos tenuit aliquot. ibidemque anno MDXXXII homiliarum centurias quatuor edidit, quas & Imperatori Ferdinando, & Alberto Moguntino Archiepiſcopo Cardinali conſecrauit. Vnde ad idem in aula Cæſarea fungendum munus ab illo accerſitus, ita ſeſe omnibus probauit, vt, Cæſare ipſo volente ac annitente, poſt Ioannem Fabrum, Viennenſis Epiſcopus conſtitutus ſit. In eaque paſtorali cura & dignitate contra omnigenos hæreticorum impetus ac fraudes prudenter & conſtanter ad mortem vſque perſtitit. Ea vero illi annis laboribuſque feſſo contigit anno Domini MDL *. Magnus eius librorum catalogus eſt, quem Simleriana recenſet bibliotheca. Fridericus Nauſea.

* Quin anno MDLII demum, die VI Februarii fatis conceſſit, vt in diſſertatione de *Doctis Moguntinis* docui.

XIX Ioannes Dietenbergivs, e vico prope oppidum Oſtiam ſeu Ioan. Dietenbergius.
177 Hoechſt ſito, *Dietenberg*. Prædicatorum ordinem adoleſcens iniit. In cuius Francofurtenſi monaſterio Theologiæ lectorem egit: Moguntiæque illius Doctor effectus anno Domini MD. Cum vero Lutherus, aliique complures nouas ac deprauatas Bibliorum Germanicas verſiones, notationes, & gloſſas edidiſſent, multique diuinos ſacrarum litterarum fontes ab hæreſeon ſordibus, viroſiſque ſuccis repurgari optarent, rogatus ab iis fuit Dietenbergius, vt eum, cui ferendo par videretur, laborem ne grauaretur ſuſcipere. Suſcepit, & ea, quæ omnium in Germania Catholicorum manibus teri ſolent, Germanica Biblia perfecit. Scripſit etiam *Phimoſtomon* ſeu *Frænum Lutheranorum, & de diuortio*, itemque contra Lutherum *de votis monaſticis*. Viuendi finem fecit Moguntiæ anno MDXXXIV, in Dominicanorum ædis choro medio humatus.

XX Io. Cochlaevs, egregius contra Lutherum, alioſque recens exortos hæreticos pugil Catholicus, prout tot ipſius contra illos lucubrationes fidem faciunt teſtatiſſimam. Illas eadem recenſet Bibliotheca. Francofurti in ſacra B. Virginis æde bonum grauemque Decanum agebat. Sed turbulentis hæreticorum factionibus eiectus Moguntiam venit, vbi & S. Victoris Canonicatu, vir magnis quibusque ob modeſtiam, doctrinam, & labores præmiis dignus, donatus fuit. E viuis exceſſit anno Domini MDLII; ſed Viennæ an Vratislauiæ? Illam nominat *Simlerus*, hanc in catalogo *Corn. Loos.* Io. Cochlæus.

XXI

Io. Ferus. XXI Ioannes Fervs, ordinis S. Franciſci, Germanica eloquentia polluit plurimum, eaque ipſa Maguntinam ſummam ædem annos complures ornauit. Scripſit germanice ac latine ſatis multa. quorum in eadem Bibliotheca index. Abiit e vita MDLIV, noſtroque in templo, ad læuum aræ primæ latus, ſepultus eſt. Sed cum ſepulchralis eius lapis ligneorum, qui circum aram nunc ſunt, cancellorum poſitu nonnihil obſcuraretur, curatum, vt, in locum paulo inferiorem deduceretur idem lapis. Aiunt cum Brandeburgicus Albertus Moguntiam occuparet, incendiiſque, prout ſupra dictum, vexaret, hunc, Eccleſiaſticis, Religioſiſque aliis pleriſque diffugientibus, intrepidum manſiſſe: illum vero viri conſtantiam & virtutem admiratum, neque ipſi, neque eius monaſterio nocuiſſe: ſed cum eum aliquando ille ſolicitaret, vt monaſticam veſtem exueret, reſpondiſſe: *Tot annos, Domine, mecum hæc veſtis eſt, neque mihi quidquam nocuit: eam cur nunc abiicerem?* Illum vero graue ſimul, facetumque dictum approbaſſe e terroreque veluti perfuſum, cum animi eius firmitatem ſpectaret. Quia vero alicubi falſus ipſe Ferus eſt, e nouatorum ſterquilinio ſe nonnulla interdum, quandam veluti gemmam, exſcalpſiſſe, non defuere, qui Catholicum licet exiſtimarent, eius tamen ſententias & verba nonnulla minus Catholica cenſerent. in hiſque ſuum profitetur nomen ſub finem ſui in Sententiam quartam commentarii Dominicus Soto. At ei acriter obſtitit e D. Franciſci familia *Michael Mediña* libro, qui inſcribitur *Apologia Io. Feri*, in cuius præfatione: *Nullus eſt*, ait, *ex his, qui Chriſtiano populo doctrinam* (in Hiſpania) *inſinuant, qui his* (Feri) *operibus in eodem munere non vtatur.* Eorum tamen rarus iam in Germania vſus. Edit. I pag. 178

Michael Helding. XXII Michael Heldingvs, alias *Sidonius* aut *Mersburgenſis*, ob cauſas iam dicendas. E Sueuiæ vico Enslingen, obſcuris natus parentibus, ſed qui, Catholicæ religionis ergo, in voluntarium ſe dederunt exilium. Eos pius imitans filius Moguntinam venit: Ludi magiſtrum in ſummo templo, deinde Parochum, ac vna cum Ioanne Fero, de quo ſupra, Eccleſiaſten diu egit: in ſtudia interim ſtudioſiſſime ſemper incubuit, in ſacram præſertim Theologiam, cuius ibi Doctor publico ſolennique ritu renuntiatus anno Domini MDXLIII. Suffraganeus ab ipſo Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Moguntino expetitus, titulum *Sidonienſis* geſſit Epiſcopi. Anno autem MDXLVII a Carolo V Auguſtam, vt ſibi a concionibus eſſet, vocatus, interfuit hæreticis illis ſanctionibus, quæ Interim vocatæ ſunt, vna cum Iulio Pflugio, Ioanneque Islebio concinnandis. Poſtea vero, ad Merſeburgenſem Epiſcopalem ſedem, Cæſaris ipſius opera, euectus: ab eius denique fratre Ferdinando Imperatore poſt in Spirenſi Camera primo Aſſeſſor, tandem vero etiam Præſes & Gubernator ſummus conſtitutus eſt. De quo illud præclarum a quibuſdam audiui: fuiſſe ipſum in egentiores ſcholaſticos propenſiſſimum, eorumque mendicis ad oſtia cantibus, quodam veluti acroamate, vehementer oblectatum: adeo vt iam Epiſcopus, Princeps, ac Præſes, cum in magnifico amicorum epulo puerum huiuſmodi ad ianuam cantantem audiret, eum ad ſe introduci iuſſerit: tumque ad conuiuas omnes dixerit: *En Domini mei! Bonum eſt adoleſcentulis opitulari talibus. Bona ingenia, bonæque in his latent indoles. Huius & ego ſortis quondam fui.* Fuit ea inſignis modeſtia, & cum Agathoclis regis, de quo in Willegiſo lib. V dicam, conferenda, immo & ei tanto magis anteferenda, quanto erat hæc aliis vtilior, dum non in officio, demiſſique animi gyro ſeſe tantum continebat, ſed ad liberalitatem etiam atque beneficentiam alios inuitabat, liberaliſſima ſtudia commendabat, bonos Dei eccleſiæ, reique publicæ operarios comparabat. Ceterum e mortali terræ huius domicilio ad cæleſte, vti bene ſperandum, demigrauit anno MDLXI, aut, vt ſcribunt alii, LXII. 179

Extat *Germanicus concionum*, quas fere omnes Moguntiæ habuit, *tomus*: item *Catechiſmus*, *Canonis Miſſæ paraphraſtica explicatio* cum cæremoniarum declaratione: Germanicus etiam *in Salomonis Prouerbia commentarius*, & *de Miſſa XV conciones*, quas Latinas reddidit *Surius*, *cum vno* quodam *de Eucharistia ſermone*. Extat etiam, quod concionum ipſius tomo præfixum, *Cypriani Vomelii* Cl. V. in illum epitaphium; e quo hæc:

Infima tu iuuenis pueros elementa docebas,
Fræna ſcholæ Mogani ſumma moderatus in æde.

Mox verbi præco diuini factus ibidem,
Præſulis officium mitra redimitus obibas.
Poſt paulo Cæſar laudum rumore tuarum
Carolus incenſus, te fecit Epiſcopon eſſe
In Merſpurgenſi late ditione patente.
Quem Ferdinandus frater ſuperare laborans
Imperii Cameræ tibi committebat habenas,
Auſpice iuſtitia, grauitate, fideque regendas.
Et mox Auſtriacam iuſſus concedis in aulam,
Conſilia vt Præſes, præſenſque auguſta gubernes.
Pax quibus Europæ conſtat tranquilla, ſaluſque.
At tu, quæ ſtudiis Germana iuuenta dicata es,
Huius ad exemplum caſtis operare Camœnis
Magno animo: nec te rerum penuria tardet.
Ardua cuncta labor ſuperat: ſua præmia necdum
Virtuti deſunt, famamque, decuſque paranti,
Si quis eam toto ſectetur pectore ſolers.

XII THEOBALDVS THAMERVS, Alſatus, Latinis Græciſque litteris præclare inſtructus, graſſante nouarum opinionum œſtro percitus, Lutherum ſequebatur, adeo vt Witenbergæ Melanchthonem audiret, Marpurgi poſtea doceret, demumque Landgrauio, cum in Germanico bello Ingolſtadium obſideret, eſſet a concionibus. Sed mira eius narratur ad Catholicam fidem acceſſio. In pharmacopolio, vel mercatoris neſcio cuius officina, librum quendam laceꝛum vidit, e quo cuculli, emporeticæque chartæ deſringebantur. Et, vt fit, libri hoc quidnam eſſet, videre voluit. viditque eſſe D. Thomæ Aquinatis volumen, & quidem eam partis ſecundæ partem priorem, in qua de gratia & iuſtificatione agitur. Legit paucula & mirabatur tantam doctrinam, tantam veritatem, ordinem, & perſpicuitatem. Quoque legebat plura, eo mirabatur magis, & Luthericam iuſtificationem ſuſpectam habere incipiebat. Ea tandem diuinitus obiecta potius quam curioſa lectione ſic incenſus eſt, vt cogitaret alia etiam Catholica legere ac intelligere. Legit ac intellexit. cumque a ſuo quondam Domino, e Caroli V vinculis iam emiſſo Landgrauio, vt de abiectæ nunc hæreſeos cauſis audiretur, peteret, ab eo benigne cum nobili viro D. Friderico a Dan, litteriſque variis Ienam ad Schnepfium, Wittenbergam ad Melanchthonem, tandemque Tigurum ad Bullingerum miſſus eſt. Sed perindocte contumelioſiſſimeque ab illis acceptus, multo eſt in Catholica fide factus confirmatior, prout in Apologia ipſemet ſua exponit. Hinc Romam iit. vbi vnum vel alterum annum egit, doctorum piorumque hominum perutili vſus conſuetudine, & quidem Franciſci Turriani. Mindam inde ab Epiſcopo, qui erat *Georgius*, Brunſwicenſis & Luneburgenſis Dux, vocatus Concionatorem egit, idemque Francofurti ad Mœnum aliquandiu munus cum obiiſſet, huc Moguntiam totum ſe contulit, vbi Canonicatus ei datus. Ita vero ſe modeſte habuit, vt non raro ad Patrum Societatis Ieſu, qui recens illuc venerant, ſcholas Theologicas accederet, eaſque perlibenter audiret, Theologico alioqui doctoratu iam clarus. Ad Friburgenſe poſtea Gymnaſium, Theologiæ docendæ cauſa, vocatus, ibidem, quæ calcanda omnibus, necis viam iniit, ſub Domini annum MDLXX *. Tractatum ſcripſit, *An & quatenus Chriſtianis in perſecutionibus ſit fugiendum*, & librum *de calumniis variis, quas a Lutheranis pertulit*, editum hic Moguntiæ anno MDLXII. Theobald. Thamerus

* Viuendi quidem finem fecit anno MDLXIX, X Kal. Maii, vt in diſſertatione *de Doctis Moguntinis* planum feci.

XXIII GEORGIVS WICELIVS. Hunc lego primis adoleſcentiæ annis ad monaſticum ſeſe ſtatum applicuiſſe; ſed poſtea, carnis, Lutherique philtris dementatum, vxorem quæſiiſſe: magnoque, apud Lutheranos, propter aliquam eruditionis, linguarumque peritiæ opinionem, loco fuiſſe. Ab illis tamen cum Georgius Wicelius.

noua, neque cum eccleſiaſticæ antiquitatis norma ſatis conſentanea fingi ac re- Edit. I
fingi quotidie cerneret, variiſque illos & acerbis inter ſe opinionibus diſſidere, pag.
pedem retulit, ſed ita vt proprii neſcio qua cerebri pertinacia, ei quam par eſſet diutius, glutinatiuſque adhæſerit, in vxoria præſertim re: cui ſeruire, ſimulque ſacerdos eſſe cum vellet, dicitur Græcum neſcio vbi Epiſcopum, vt ab eo conſecraretur, quæſiiſſe. Sicque cum quodam veluti probro & riſu, *Græcus* audiebat *Sacerdos*. At ſellis ſedere duabus dum voluit, vtraque decidit. Neque enim Latinus ſacerdos bonus fuit, qui ad nuptias tranſiit: neque ſacerdos Græcus bonus, qui ad ſecundas & tertias, imo, *vt quidem ferunt*, ait in catalogo *Cornelius*, etiam *ad plures:* ſed prole, vti Moguntiæ notum, parum felici. Plurima vero conſcripſit, quæ ante citata dinumerat bibliotheca. Vitam ad annum ætatis ſuæ LXXIII, Dominique annum MDLXXIII, produxit.

Lambertus Gruterus. XXIII Lambertvs Grvtervs, non, vt in Simlero eſt, *Gualtherus*, Wenradius, ſuprema Theologiæ laurea, Moguntiæ, anno MDLXIX, 181
ornatus, aulicum aliquandiu concionandi munus obiit, quoad a Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Archiepiſcopo ad Imperatorem Maximilianum miſſus eſt. *Opera*, quæ *D. Clementis Romani* dicuntur, collegit, notiſque nonnullis ex- 182
plicauit.

Plures e S. I. XXIV Deinceps e Societate Ieſu, in academia Moguntina fuere ſemper, qui variis aut theſibus, aut libris contra noſtri temporis hæreſes depugnarent. ſed eorum teneat vitæ liber nomina. Id enim malo iam precari, quam plura, certas ob cauſas, de mortuis ac viuis dicere. De aliis vero, qui ſuperſtites, eloquar an ſileam? Illud quoquo tandem modo fiat, malam in partem rapi ab aliquibus poteſt. Hoc autem in illos ipſos, cum ad doctorum vtique hominum ſubſellia pertineant, iniurium. Sed præſtat me ab imprudente quopiam argui temere, quam prudentem ac ſcientem, iis quos & diligo, & obſeruo, iniuriam facere. Loquar igitur: ſed parce ac modice.

Vitus Miletus. XXV Vitvs Miletvs, *Gamundianus*, SS. Theologiæ Doctor. Cum enim eas, quibus ad humanitatem excoluntur animi, litteras ac philoſophiam affatim percepiſſet, felici ad Theologiam gradu perrexit, quam Romæ in Collegio Germanico, magna cum ingenii laude, totam decurrit. Inde in Germaniam reuerſus, fructuoſas Erfurti ad eos, qui eo loco ſuperſunt, Catholicos conciones habuit. Moguntiam poſtea vocatus, ibidem nunc B. Virginis Decanus, & S. Mauritii Præpoſitus eſt. Romana crebro ad Apoſtolicam ſedem, in Archiepiſcopalibus negotiis, legatione perfunctus. Edidit haſtenus

De iuſtificatione theſes.

De feſto corporis CHRISTI conciones.

Pro Societate IESV ſpeculum Ieſuiticum.

Speculum Catholicum.

De noſtri temporis hæreticorum mille ſexcentis, in ſola re ſacramentaria, erroribus.

Refutationem 600 errorum Pontificiorum, quos Tilmannus Heshuſius & eius gener Olearius Catholicis affinxerunt.

Alia ei vel confecta vel affecta in manibus opera eſſe dicuntur.

Iuſtus Baronius. XXVI Ivstvs Baronivs, Veteracaſtrenſis. Cognominatus is qui- 181
dem antea *Caluinus*. Sed cum Romæ a ſummo & laudatiſſimo Cardinale Baronio, ad ſacrum chriſma, quo cum ipſemet inſigniit Pontifex, deduceretur, δύσφημον illud εὐφημοτέρῳ cognomentum mutauit: & in Germaniam rediens, Theologiæ Senis, & Legum Peruſii Doctor eſt renuntiatus. Typis ab eo data, 183
De ſuo ad eccleſiam Catholicam acceſſu Apologia. Præſcriptionum aduerſus hæreticos perpetuarum e SS. Orthodoxis Patribus tractatus ſex. Pſeudoiubilæus Wittenbergenſis ſeu Hunnianus. In Caluiniana vero hæreſi natus & altus fuerat: ſed cum non ſcripturam modo, ſed ſanctos etiam Patres, & e recentioribus doctiſſimum Bellarminum diligenter legiſſet, doctos quoſdam Catholicos conueniſſet, omniaque ſecum accurate penſitaſſet, diuina tandem gratia, Catholicam vel ſuo quouis detrimento ac periculo profiteri fidem conſtituit: & ex Heidelbergenſi Academia Moguntiam venit. vbi perbenigne propriam quandam ſuam domum ei, vt illinc etiam vxorem ac liberos euocare poſſet, incolendam

dedit

Digitized by Google

dedit admodum Reuerend. ac Nob. D. Ioannes Schweichardus a Cronberg, Decanus Metropolitanus, quem ad Archiepiſcopalem modo Maguntinum thronum euexit, qui olim dixit: *Qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet.* Matth. 10 v. 41

XXVII In ſecundo autem pinguique ſolo nonnulla etiam interdum ſuccreſcunt zizania, e quorum comparatione multo maior lætas ſegetes laus excipit. Nam præter *Weſalienſem* illum, de quo antea, cap. XXXIV, fuit noſtro iſto ſeculo Moguntiæ inter Franciſcanos *Sebaſtianus Munſterus*, inter Carthuſianos *Otho Brunfelſius*, inter Theologos templi ſummi Concionator *Caſpar Hedio*, inter Philoſophos Anabaptiſta *Bernardus Rothman.* Cornelium vero *Loos Calldium*, cuius antea citaui catalogum, non audiui quidem ad hæreticos transfugiſſe: ſed librum in maleficorum & ſagarum patrocinium clam edere adlaborauit. Palinodiam tamen Treuiris coram Iudicibus cecinit: ſed inde expulſus cum in ſuſpicionem iterum veniſſet, Bruxellæ in carcerem coniectus fuit. prout omnia, cum ipſius palinodia, recenſet copioſius *Delrius* lib. V Magicarum Diſquiſ. ſect. IV indicio II, & in eiuſdem libri V appendice fol. 117 & ſequentibus. *alii, aliarũ in religione partium.*

284

CAPVT XLI

Fueritne vlla vnquam Moguntia femina, quæ ad Pontificatum Romæ obrepſerit maximum?

Quum cauſſæ mihi ſint, ob quas ſequentibus duobus de *Ioanna Papiſſa* capitibus nil obſeruationum mearum accedat, quamuis facile mihi fuiſſet, ex Pontificiis iuxta Proteſtantibuſque, qui quæſtionem hanc ſuam fecerunt, plures adſpergere: placuit, breui tantum recenſu complecti, qui ſingularibus de ea ſcriptis egere.

Pro vera vero traditionem hancce habuerunt hiſtoria & propugnarunt auctor libri, qui inſcribitur, *Puerperium Ioannis VIII*, anno MDXXX. vid. *VVolfius* lection. memorab. centur. IX p. 232. *Hermannus VVitekindus*, tractatu ſingulari, *quod mulier fuerit Papa*, vid. *Melchior Adami* Memor. Philoſophor. p. m. 210, *VVitte* diar. biograph. MDCIII, VII Febr. *Alexander Cooke*, dialogo Pontificium inter & Reformatum, qui inſcriptus: *Iohanna Papiſſa toti orbi manifeſtata.* vid. *Antonius a VVood* hiſtor. & antiquit. Vniuerſitat. Oxon. lib. II p. 64. *Anonymus* libro, quo Ieſuitas, ſingulares SS. Pontificiæ maieſtatis hoc tempore vindices, falſo & fruſtra negare, Papam Ioannem VIII fuiſſe mulierem, vt titulus habet, oſtendit, Ambergæ MDCIX, 8. *Conradus Deckerus*, Heidelbergæ quondam Collegii, cui vulgo a *Sapientia* nomen, Præceptor, in *de Papa Romano & Papiſſa Romana*, Oppenhemii an. MDCXII. *Ezbertus Grim*, Anglus, S. Theol. Lic. in Veſalienſi gymnaſio aliquandiu PP. commentario *de Ioanna Papiſſa*, quem anno MDCXXXVI, paullo ante obitum, lingua Belgica euulgauit. Sigillatim Blondello, cum *Elucidationem* ſuam (de qua poſt) edidiſſet, & traditionem hanc impugnaſſet, ſeſe oppoſuerunt *Cognardus*, in Normannia quondam Aduocatus, libro gallice ſcripto, & *Samuel Mareſius*, Theologus Groningenſis, libro, cui titulus: *Iohanna Papiſſa reſtituta, ſiue, animaduerſiones & annotationes hiſtoricæ ad Danidis Blondelli librum poſthumum, de Ioanna Papiſſa.* Groningæ MDCLVIII; cui tamen alias quidam animaduerſiones oppoſuit chronologicas. Poſt in arenam prodiere, traditionem hanc propugnaturi, auctor anonymus libri, hoc inſigniti titulo: *Hiſtoria Ioannis VIII, Romani Pontificis, virum primum ſimulantis, poſtea ſexum ſuum partu in publica via edito prodentis, a Ieſuitarum in primis technis vindicata. Accedunt in fine viri cuiuſdam clariſſimi celebriſque critici* (Matthiæ Berneggeri) *eandem in rem collectanea.* Recuſ. Helmæſtadii an. MDCLXII, 4. *Rudolfus Capelle*, diſſert. *de Ioanna Papiſſa*, Gieſſæ præſide Ioan. Cunrado Dieterichio habita. *M. Iohannes Lehmannus*, Ord. Philoſoph. in academia Witteberg. Adiunctus, diſſert. *de infelici puerpera, Iohanne Pontifice.* MDCLXIX, 4. *M. Ioan. Daniel Artopœus*, Trarbacenſis, diſſertatione Lipſiæ an. MDCLXXIII habita, *de Iohanne VIII Papiſſa.* *Petrus Megerlinus*, diſquiſitione chronologica *de Ioanna Papiſſa*, quæ habetur in fine commentarii chronolog. in tabulam mathematico-hiſtoricam. *Fridericus Spanhemius* libro, hac notato inſcriptione: *Diſquiſitio hiſtorica de Papa femina inter Leonem IV & Benedictum III, qua, vt Onuphrii, ſic præcipue Allatii, Labbei, Blondelli, Launoii, Mabillonii aduerſus Papiſſam præſidia excutiuntur.* Lugduni Batauor. MDCXCI. *L'Enfant* (is enim auctor eſt) diſſertatione ſic inſcripta: *Hiſtoire de la Papeſſe Ieanne, fidelement tirée de la diſſertation latine de Monſ. Spanheim, premier Profeſſeur en l'Vniverſité de Leyde. Seconde edition augmentée. A la Haye MDCCXX*, 12.

Commentum eſſe dixerunt ac impugnarunt e Pontificiis non modo, ſed illis etiam, qui alias in religionis negotio ſequuntur partes, viri eruditi complures. a) Ex illis quidem *Georgius Schererus*, S. I. libro peculiari (cuius & auctor Serarius iam meminit) italice & germanice edito, cui titulus: *Grundlicher Bericht, ob wahr ſey, daſs auf eine zeit ein Papſt zu Rom ſchwanger geweſen und ein*

Kind geboren habe. Ingolſtad. an. MDLXXXIV. Anonymus quidam, cuius eſt, *Simplex narratio, indicans & exponens, meretriculam quandam Anglam nunquam Papam fuiſſe, neque vnquam in rerum natura extitiſſe, & vnde figmentum illud originem duxiſſe creditur.* an. MDLXXXVIII. Citatur a *Ludouico Iacobo* in bibliotheca Pontif. lib. II p. 260. *Florimundus Ramundus* Vaſco, Senator Parlamenti Burdigalenſis, ſub cuius nomine *Ludouicus Richeomus*, S. I. Theologus, gallice ſcripſit *Errorem popularem de Iohanna Pſeudopontifice, dicta Papiſſa.* Burdigalæ MDCII; latine poſt verſum, editumque Coloniæ MDCXXIV. *Marcus Antonius Petilius*, Monte Coruinas, Ictus Neapolitanus, libro, quem iubente Vrbano VIII P. M. concinnauit, ſic inſcriptum: *Fabula de Ioanne id nominis VIII Papa parturiente ratio.* vid. *Allatius* apum Vrban. p. 264. *Leo Allatius*, libro, quem, eodem Vrbano VIII volente, edidit hoc titulo: *Commentario in Ioanna Papiſſæ fabulam.* Romæ MDCXXX cum Ciacconio in f. & ſeparatim in 4. *Ioannes Stalenus*, Paſtor & Canonicus Reeſenſis, libro, cui hic præfixus titulus: *Papiſſa monſtroſa & mera fabula, ſeu, diſſertatio hiſtorico-theologica, qua ex vulgi errore ortum de Papiſſa figmentum ex vera chronologia & alto ſcriptorum in ſubſequentibus annis de ea ſilentio, vti & leui ac incerta recentiorum narratione penitus profligatur & eliminatur.* Coloniæ MDCXXXIX. *Ioannes Chifletius*, Canonicus Tornacenſis, diſſertatione, quæ inſcribitur, *Iudicium de fabula Ioannæ Papiſſæ,* Antuerpiæ MDCLXVI, 4. recuſa in faſciculo IV collection. libror. rarior. n. III p. 737. *Philippus Labbeus*, qui dedit *Cenotaphium Ioannæ Papiſſæ euerſum*; quod habetur tom. II ad Bellarminum de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

b) Ex Reformatis *David Blondellus*, Catalaunenſis, olim in Gallia Paſtor, poſt in gymnaſio Amſtelædamenſi hiſtor. eccleſ. P. P. anno MDCXLVII *Elucidationem* edidit de hoc argumento, fratrique ſuo inſcripſit. & cum gallica vſus eſſet lingua, poſt latine eandem, ſed non parum immutatam, emittere ſecum conſtituit. Quum fato occupatus id præſtare haud potuiſſet, præſtitit poſt *Stephanus Curcellaus*, Remonſtrantium Amſtelædami P. P. Titulus libelli, ibidem an. MDCLVII emiſſi, hic eſt; *De Ioanna Papiſſa, ſiue famoſæ quæſtionis, an femina vlla inter Leonem IV & Benedictum III, Romanos Pontifices, ſederit, ἀνάκρισις.* *Petrus* item *Bayle* plenam huius fabulæ confutationem, quam in continuatione cogitationum ſuper Cometa tom. I p. 15 promiſit, conſcriptam reliquit, nouæ Lexici editioni inſerendam. vid. *acta Eruditorum germanica* faſcicul. XLV n. I p. 617. Tandem huc referendus, quiſquis ille eſt, *Gilbertus Beneuenuti* diſſertatione quadam MS. e qua nobis excerptum dedit *Ioan. Clericus* tom. XXIII bibliothecæ ſelectæ parte I artic. II p. 57 & ſeqq. hoc titulo: *Extrait d'une diſſertation Italienne MS. touchant la Papeſſe Ieanne & le domaine temporal des Papes, a l'occaſion d'une monoie de Iean VIII,* par Gilbert Beneuenuti, *communiquée, par celui a qui elle a été envoyée, a l'Auteur de la B. C.* Ceterum Illuſtris quoque Vir, *Godefridus Guilielmus Leibnitius* peculiari, quam concinnauit, diſſertatione hanc de Ioanna Papiſſa narrationem impugnauit. Sic enim ipſe in *ſcheda manuſcr.* quam *Eccardus* in præfatione *Collectaneis* eiuſdem *etymologicis* præmiſſa attulit, p. 61; *Adiecta diſſertatiuncula, qua inſcribetur,* Flores ſparſi in tumulum Papiſſæ: *vbi nouis allatis in hiſtoriam luminibus fabula illa explodetur, quæ ſolis hactenus tenebris chronologicis ſe tuebatur.* Ceterum eam tam ſolide infregiſſe dicitur, vt Vignolium, qui pro vera illam habebat hiſtoria, in eandem traduxerit ſententiam. vid. *Ephemerid. litterar. Lipſienſes,* quæ *aula bibliothecaria* prodeunt titulo, tom. I p. 894. Quæ diſquiſitio vt lucem videat, optandum. Hiſt. I p. 184

Illos, qui ſparſim ſuis in ſcriptis vel oppugnarunt eandem, vel aduerſus diſſentientes propugnarunt, magno numero videre eſt apud *Sagittarium*, quo hic vſus ſum, in introd. in hiſtor. eccleſ. cap. XXVI § XXIII ſeq. p. 676 & ſeq.

Mulierem quandam Moguntinã ad Pontificatum obrepſiſſe. plures volunt.

NOn eſt hoc loco vel decus, vel dedecus illud prætermittendum, quod in Moguntiam, vnde Papiſſa olim exorta ſit, conferunt nonnulli, præſertim vero nouatores, vt *Magdeburgici Centuriatores* cent. IX cap. XX, *Io. Carion* lib. III, *Franciſcus Iunius* controuerſiæ III lib. III cap. vlt. *Anonymus*, qui anno MDLXXXVIII fabulæ huius patrocinium ſuſcepit, valdeque apud hæreticos celebratur; &, omnium veluti nomine ac enthuſiaſmo, *Michael Stifelius* libro de numeris Danielis, & Apocalypſis, dum ſic vaticinatur:

Mulier Agnes, fit Papa Iohannes,
Meretrix illa Agnes ac Iohannes.
Iohannes octauus regnat.
Ecce regnat MVLIER MOGVNTINA,
Illa Papatum orbis deſignat.
En meretrix peſſima Romana.
Meretrix illa maxima mundi.
Meretrix Regum reuelanda.

Sed

Edit. I pag. Sed vllam vnquam eiuſmodi mulierem aut Moguntiæ, aut Romæ fuiſſe, prorſus nego: meramque aio eſſe ac raucidam fabulam; prout perſpicue demonſtrabunt pluſquam quinquaginta, quæ, ad mendacium hoc penitus elidendum, hic ſubtexo. Nam, *auctor contra negat.* *Rationes negandi.*

I Cum tot fuerint hactenus hiſtorici, annalium ſcriptores, & chronographi, poteſtne e toto vetuſtiorum numero vel vnus tantum citari, qui Moguntiæ talem aliquando feminam fuiſſe affirmet? Poteſtne vnus aliquis vel editus, vel manuſcriptus, qui priſcæ illius canitiei aliquid referat, proferri, qui aperte ac ſimpliciter idipſum aſtruat? Mirum eſt, rem tantam ſine teſte, ſine auctore vllo priſco & bono tam audacter ac impudenter a nouatoribus aſſeri, a ſimplicioribus quibuſdam tam facile ac prone credi. Ecce Marianus Scotus, cuius aliquando iſti auctoritatem, ſed falſo ac malitioſe, vt infra dicetur, citant, Moguntiæ annos complures, prout ſuperiore capite vidimus, egit: & tamen, nulla vel minima ſyllaba, e Moguntia talem vnquam prodiiſſe mulierem ſignificat. Lambertus Schafnaburgenſis ſeu Aſchaffenburgenſis fuit, vt alibi refero, & tamen Moguntiæ iſtiuſmodi nihil tribuit. In Martino Polono, prout quidem Baſileæ anno Domini MDLIX apud Oporinum, vel eius mercenarium Iacobum Parcum, editus eſt, *non Moguntina*, ſed *Margantina* femina ſcribitur. *Prima,*

185

II Si Moguntina eſſet, quæ ad tantam dignitatem perueniſſet femina, quæ tantæ vrbis antiſtita, quæ orbis totius archiflaminica, quæ S. Petri ſubſequa, CHRISTI Domini vicaria fuiſſet; non deeſſet aliqua Moguntiæ domus aut familia, quæ hoc ſe ornamento iactaret, aut iactare cuperet, atque conaretur. Videmus enim domos paſſim ac familias, quæ illos agnoſcunt libenter, a quibus inſigne ad famam & memoriam aliquid, licet malum, improbum, ac flagitioſum ſit, patratum eſt: & quidem tanto magis, quanto illud ingenioſius, rarius, mirabilius, hominum pleriſque gratius ac iucundius, multorum ſermone, approbatione, prædicatione, ac applauſu celebratius. Quid vero ingenioſius, quam feminam eo peruenire, quo vel virorum pauciſſimi aſpirare audent? altiſſimam illam honoris ſedem aſcendere, quam vix intueri virorum poteſt longe maxima pars? feminam tot annos, tanta in vrbe, in tot omnis generis hominum oculis, in ipſo totius orbis theatro ſic feminam tegere, vt femina nulli appareret, potuiſſe? feminam, cum tantam, in illa dignitate, aulicorum, qui a conſiliis, a chartis, a cubiculis, a rebus aliis tam multis eſſent, multitudinem haberet, cauiſſe tamen, ne in ſe femineum quid videret, vel de ſe loqueretur vllus? Quid rarius & inuſitatius? quid mirabilius, ſtupendumque magis? Gratiſſima vero iſta, qua Romanæ ciuitati, clero, ſedique Pontificiæ perinſigniter impoſitum fuiſſet, Moguntinæ mulierculæ ſimulatio, fraus, & dolus non noſtris tantum nouatoribus, qui Catholicæ religionis veris iuxta ac fictis offenſionibus & incommodis mirifice paſcuntur *Secunda,*

186 ac exultant, nunc eſt, ſed iis etiam iam pridem fuiſſet, qui ab eccleſia Romana quoquomodo diſſederunt, vti ſane diſſederunt quamplurimi, Græci præſertim, Schiſmatici, & in Italia, Gallia, Germania rixoſi, ambitioſi, libidinoſi, & flagitioſi, etiam ſumma dignitate, ſplendore ac potentia homines, de quibus poſtea. Omnis nouatorum noſtrorum ſermo, calamus, plauſus & cachinnus hoc in argumento verſatur libentiſſime. Profani fanorum ipſorum ambones, gymnaſiorum pulpita, confabulationum circuli, compotationum menſæ omnes mulierculam iſtam reſonant, iactitant, cantillant: plurimi de ea in bibliopoliis libelli, plurimæ apud minutiſſimos etiam inſtitores ſchedæ, plurimæ in œnopoliis ac nundinis imagines. Quomodo nulla igitur Moguntiæ familia ſiue illuſtrior, ſiue obſcurior, nulla cognatio, nullum opificum collegium, nullum hominum genus, nullus omnino aut ciuis, aut inquilinus, laicus aut clericus, qui vel nunc dicat, vel olim dixerit, ſe aut ſuos aliqua vel ſanguinis propinquitate, vel coniugiorum affinitate, vel amicitia, familiaritate, viuve quolibet feminam hanc, aut feminæ huius parentes ac maiores attingere? Nota eſt enim hominum, in vanis etiam improbiſque quorundam factis, gloriatio: nota gloriolæ, quantumuis falſæ ac inanis, in obſcuriſſimis etiam & ſtupidiſſimis hominibus cupiditas, & iactantia.

III Quin vero, neſcio an hactenus hunc a ſe partum aſpernata fuiſſet Moguntia. Nam ingenio mulier illa ſummo, doctrina eximia, ſingulari docendi, & agendi dexteritate viris præſtitiſſe omnibus traditur: *In diuerſis*, ait *Martinus* *Tertia,*

Polonus, *ſcientiis ita profecit*, *vt nullus ſibi par inueniretur* : *adeo vt poſt*, *Romæ*, *triuium legens*, *magnos magiſtros*, *diſcipulos & auditores haberet.* An Moguntiæ parua iſta laus foret? An eorum, quos ſuperiori capite recenſui, doctiſſimorum virorum vllus tantis ingenii, ſcientiarumque variarum opibus abundaſſe; ſicque aliis omnibus antecelluiſſe ab vllo refertur? *Sic in diuina*, inquit *Faſciculus temporum*, quem iſta in narratione magni facit Iunius, *ſcriptura profecerat*, *vt par ei non inueniretur.* Pergit vero Polonus ille : *Et cum in vrbe vita & ſcientia magnæ opinionis eſſet*, *in Papam concorditer eligitur.* Hoc tam ſublime honorum faſtigium, tam illuſtris in mundo iſto apex, & quo ad hunc aſcendiſſe a Polono iſto illa ſcribitur, modus ac via, nonne natalem illius vrbem decorent? Vt pro ſua in patriam pietate, inſigni Germaniam totam laude afficeret, *Iacobus Wimphelingus*, omnes Romanos Pontifices, qui ex illa ortum duxiſſent, ſtudioſe collegit, & ad Trithemii *de illuſtribus* eiuſdem *Germaniæ viris* libellum adiunxit. At de Moguntina femina verbum nullum. Typographiam a Batauia Moguntinis eripi non patimur. eidem Adrianum Pontificem edenti an non feminam ſaltem ſuam obiiciat Moguntia? Edit. 1 Pag. 187

Quarta. IV Quod ſi dedecus aliquod eſt, hic natam illam eſſe, quomodo in tot, tamque variis contentionibus & bellis, hoc in Moguntiam conuitium coniecit adhuc uſque nemo? Et in ipſa Moguntina vrbe quomodo prolem iſtam nulla familiæ familia, nulla domui domus, nullus aut ciui aut aduenæ ciuis aut aduena opprobrauit?

Quinta. V Belliſſimum vero in fabula iſta, quod idem ait *Polonus*, & ex eo *Magdeburgenſes*, & alii, *Anglicam* nihilominus eandem fuiſſe. Ehodum, diceret ille Plautinus, nunquid in Anglia eſt Moguntia, vel Anglia in Moguntia? Qui Moguntinus eſt, olim quidem Gallus erat, nunc Germanus eſt. An vero Anglus & Britannus vnquam? Non magis profecto, quam Perſa, vel Indus, ac AEgyptius. Agnoſcit argumenti huius vim Iunius, & Magdeburgicos, alioſque omnes, qui patrium feminæ huius nomen ex Anglia deuexerunt, *deceptos* pronuntiat; ne ſibi tamen ac ſuis tam iucunda, tamque adamata fabula elabatur, nouum ei ſtabilimentum ſubſtruit; vt *Moguntina* vere mulier fuerit, ſed cognomine *Anglicus.* Verum de huius nomine atque cognomine poſtea. Hic tantum moneo, non iam quæri, an fabulam nouam, nouis cum nominibus & circumſtantiis, fingere poſſit Iunius. (Nam prout ingenio ad fraudes excuſſiſſimo eſt, poteſt ſane) ſed an quæ hactenus a quibuſdam narrata eſt narratio, vera hiſtoria ſit, an mendax potius fabula? Iſtud nos Catholici argumentis ac ſignis arguimus, palamque facimus planiſſime, cum vnus idemque homo ſimul Moguntinus & Anglus eſſe non queat. Quod vero e Caluiniana nunc officina prodit Iunius, & narratores illos erraſſe ait, & quod a nemine ſcriptum dictumue hactenus eſt, cognomentum comminiſcitur *Anglicum*, id vero eſt cum Tyndaro dicere, *Occiſa eſt hæc res*, *niſi reperio atrocem aliquam mihi aſtutiam.* Reperit vero *Iunius* & quidem inſigni cum mendacio. *Anglicus enim*, ait, *dictus eſt cognomine*, *ſed natione Moguntinus.*, *vt diſerte ſcribit auctor faſciculi temporum.* At de *cognomine*, quod probandum iam erat, ne my quidem in illo, quo lectorem faſcinat, faſciculo temporum. Hæc enim eius verba; *Iohannes Anglicus natione Moguntinus*, & Polonum faſciculus iſte imitabatur, cum quadam tamen vel correctione vel explicatione, quia ſcripſerat ille : *Ioannes Anglus natione Marguntinus.* 188

Plaut. Capt. act. 3.

Sexta. VI Sed præterquam quod fieri ſimpliciter non poſſit, vt idem & Anglus & Moguntinus ſit, notanda etiam & examinanda eſt fabulatorum inter ſe iſtorum diſcrepantia. Quidam enim *Anglam* aiunt, ſed *e Moguntia oriundam*, vt *Platina*, & *Polonus* ſuo cum faſciculo. Quidam vero *Moguntinam*, ſed *ex Anglia oriundam*, vt Magdeburgici. Quidam *neque in Anglia natam neque inde oriundam*, ſed *illic educatam*, vt Bibliander. Quidam demum *neque ibi natam neque inde oriundam*, *neque illic educatam*, vt Iunius. cui autem credendum? Nulli opinor, cum a vero abeant omnes. ſed ſi cui credendum, eſſet omnium maxime credendum, in re antiqua horum antiquiſſimis. ſicque omnium excluſiſſimus, omnium maxime iuuenis Iunius. Sed & illi antiquiſſimi, quomodo Anglam e Moguntia oriundam volunt? An in Angliam migrarant eius parentes, aut maiores, ibique iſtam genuerunt? An contra, ex Anglia Moguntiam venerant, eamque

his

hic pepererunt? Nunquid vero illi exules, aut legati, aut mercatores, aut milites, aut denique pauperes ac mendici? Hæc enim fere hominum genera e regione in regionem proficiſcuntur, aliiſque in terris liberos ſuſcipiunt. An vero fuit mater Moguntina, pater Anglicus, aut mater Anglica, Moguntinus pater? Eſſet horum igitur aliquid probandum, ſi haberet fabula hæc fidei plus, quam tippula ponderis. & par eſſet eos, qui tam accurate videri volunt duplicem huius nationem ſciiſſe, iſta etiam non neſcire ac non reticere. Patriam igitur mulieris huius nullam ſcimus: nullos item inuenimus parentes. Nam nihil Magdeburgicis abſurdius, qui ſine teſte, ſine auctore huc miſeri decurrerunt, vt *ſacerdotis filiam* dicerent. Licetne in vetere igitur hiſtoria, quidquid collibitum, licenter aſſerere? Multo terræ filiam verius dixiſſent.

VII Nomen eius puellare, nullum ſimiliter. Nam a *Stifelio*, prout initio Septima.
audiuimus, & *Sebaſtiano Franck Agnes* vocabatur, ab aliis *Iſabella*, *Ioanna*, *Margareta*, *Dorothea*, *Gibberta*, *Tutta*, & quid non? *Cognomen* vero *Anglicum* ei fuiſſe, & primus & ſolus dicere nuper cœpit *Iunius*. Mira hominis frons; in re, cuius veritas quæritur, vbi nihil comminiſcendum, vbi teſtimoniis priſcis agendum, vbi obſignatis pæne auctoritatibus agendum, ipſe nouum, & nulli dictum, nulli auditum affirmare non erubeſcit cognominandi modum. Sed vel vult id priſcis illis temporibus *fictum* cognomen fuiſſe, vel *verum*. Si *fictum*, vel id ipſa ſibi, vt ſexum, genus, patriam diſſimularet, finxerat; vel alii, quia verum eius cognomen ignorabant, hoc illi impoſuerunt. Vtrum aſſerit Iunius? Neutrum: ſed *verum* fuiſſe. Quo auctore? Nullo. Coniecturam tamen, cui in obſcuris locum haud negarim, affert. *Eodem*, ait, *cognominis frequens adhuc familia ſupereſt* (*Germanis* Enghel) *in ditione Palatina ad Moguntiacum: & mihi quoque plures cognomines in eo tractu fuerunt noti.* At mihi in Treuerica & Sueuica plures, quibus hoc ipſum vel nomen vel cognomen, noti. Treuericam igitur & Sueuicam pari modo feminam iſtam dixerimus, imo Saxonicam, & Brunſwicenſem. Nam ſupra de *Engelo* Saxone, & Brunſwicenſi memoratum ſemel & iterum. Sed tam illi, quam in Palatina ditione *Angeli*, non autem *Anglici*, Latine appellantur, prout in Italia etiam *Angelus* Politianus, *Angelus* Peruſinus, *Angelus* de Clauaſio, alii. *Anglicus* vero idem, qui *Anglus*, vt apud Iunii faſciculum *Adrianus Anglicus*, apud *Trithemium* lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, *Anglicus Nicolaus de Lyra*, *Anglicus Osbertus*, *Anglicus Ioannes Eſtvvidi*, *Anglicus Ioannes de Bachone*, *Rupertus Holkoth*, & qui *primus Heidelbergenſis*, quod hæreſi ſua inquinauit non parum Iunius, *gymnaſii plantator* ab eodem dicitur, *Marſilius de Ingen.* Et ante Trithemium ac Faſciculum, iam olim *Rixfridus* Epiſcopus Traiectenſis in epiſtola ad S. Ludgerum; *Harmacarus*, inquit, *natione Anglicus*, *& Albricus*, *ſiue Albertus natione Anglicus.* Quod ſi vero ſuus cuilibet arbitratus ſit, vt in vetere hiſtoria non quid veri fuerit, ſed quid fingi iam poſſit, fingat & proloquatur, Anglicam iſtam dixerit quiſpiam, quia non Moguntinam ac Germanam, ſed *Anglam ſe* haberi malebat: alius, quia vultu & *forma* erat *Angelica*: alius, quia lingua, & ſcientia ei *Angelica*: alius, quia *arcem*, quam, *Carione* teſte, Leo IV ædificarat, *Anglicam* tenuit; alius, quia *piſcatrix*. Nam ſuperiori capite a piſcatu nobis erat *Engelerus*, & ab eodem forte olim *Ingelheim*, *Engelberga*, *Engeltrudis*, licet ab *Angul* omnia hæc arceſſere malit *Suffridus* lib. II de origine Friſiorum cap. XI. Verum hiſtoria rerum geſtarum narratio eſt, non fictarum, aut earum, quæ geri tantum potuerunt, geſtæ autem nunquam ſunt.

VIII Educatio tota illiterata, primique adoleſcentiæ anni vel analphabeti Octaua.
penitus, vel non plus certe aſſueti doctrinæ, quam aut nunc ſolet, aut olim ſolebat prima puellarum ætas: quæ ſi quando inſtitutæ ſunt liberalius, legere aliquid, litteraſque facere aliquas norunt. Aliæ ſiquidem puellarum occupationes. & hanc in patria ſua manſiſſe aiunt fabulatores, donec eius caperetur amore amaſius neſcio quis, eamque ſecum abduceret. Iſta vero libido, audaciuſque flagitium non niſi in grandiuſculam iam, ſalacem, minimumque puberem cadit ætatem. Vnde tanta igitur & tam eximia, de qua dixi ante, huic ſcientia, cum ex iis, qui vel a primis ſtatim, vt ita dicam, cunis incipiunt, vix ad illam,

ſummo

ſummo ingenio laboreque pertinaciſſimo pertingant, pauciſſimi? Cum exiſtima-rent aliqui eos litteris non inſtituendos, qui minores ſeptem annis eſſent, *Melius*, ait lib. I cap. I *Quintilianus*, *qui nullum tempus vacare cura voluerunt, vt Chryſippus. Nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam informandam quamoptimis inſtitutis mentem infantium indicat.* Nam, vt querebatur olim Hippocrates, *ars longa, vita breuis.* Magdebur- 191
genſes quidem eam in Fuldenſi monaſterio; inter viros, virili habitu manſiſſe; libroſque de magia ſcripſiſſe aiunt; ſed aiunt; quia ita ipſis placet: teſte nullo, quod aiunt, probant. vbi ergo ſcientiam tantam, & monaſticam inter monachos diſciplinam didicerat? Inter eos caſte viuebat, an non? ſi *caſte*, cum ætatis eſſet florentioris, quomodo grauidari anus poſtea voluit? ſi *non caſte*, quomodo femina non agnita? quomodo nec Romæ poſt recognita? præſertim cum iiſdem annis vel Fuldæ, vel Moguntiæ ſapientiſſimus fuerit Rabanus? Verum ſatis horum in fingendo patet audacia, cum aliis, qui fabulam iſtam fabricati ſunt, repugnent omnibus, tam Lutheranis, quam Caluinianis, ne Catholicis dicam.

Nona. IX Sed quiſnam iſte & qualis, qui e patria, e parentum gremio, æqualium conſortio, verecundiæ ſtudio, caſtimoniæ curriculo puellam hanc abduxit procus? Moguntinus an Wormatienſis? Germanus an Anglus? nobilis an ignobilis? opifex an Studioſus? *Studioſum* ſignificant fabulatores fuiſſe. quaſi ſuperioribus illis ſæculis academia Moguntiæ iam fuiſſet. Ideoque cum de amaſio iſto ſciſcitatus diligenter quidlibet a quolibet fueris, eum tandem inuenies fuiſſe Homericum *Outina*, Latinum *Neminem.*

Decima. X Quo eandem vero abduxit? quam in prouinciam? quam in vrbem? Submurmurant aliqui *Angliam*, Tragœdus quidam *Schernbergus*, *Pariſios.* Sed clare ac rotunde *Polonus*, *in Græciam* & quidem *Athenas* perductam illam narrat. Quis vero credat e Germania in Græciam, Moguntiaco Athenas, ſtudiorum cauſa, quempiam profectum? Aiebat *Propertianus* ille ad Cynthiam: l. 3 el. 10

Magnum iter ad doctas proficiſci cogor Athenas,
Vt me longa graui ſoluat amore via.

E contrario autem fabulantur hi noſtri, profectum Athenas perductorem, amaſiumque illum, vt ſuis maxime indulgeret amoribus, & quidem, cum multo ſit e Germania, quam ex Italia in Græciam, a Rheno, quam a Tiberi ad Caballinum fontem via longior. Et ille porro dicebat:

v. 25 *Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis* 192
Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.
Perſequar aut ſtudium linguæ, Demoſthenis arma,
Librorumque tuos, docte Menandre, ſales.
v. 31 *Aut ſpatia annorum, aut longa interualla profundi,*
Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.

Iſte vero, qui tam efflictim Moguntinam deperire fingitur, Athenis inſaniæ ſuæ vulnera non leniri, ſed exaugeri, & produci exoptat. quemadmodum locupletem, optimeque nummatum eſſe oportuiſſet, vt ſe, ſcortumque ſuum, tam longe, non vltra ipſas tantum Alpes, ſed Adriaticum etiam pelagus transferret, tantoque itinere, & in ipſo eius termino, Athenis aleret, ac, vt voluptatem expleret ſuam, genialiter tractaret. Magna etiam Athenienſis academiæ fama eſſe debuiſſet, quæ ab occidente tam procul adoleſcentes exciret, ac ad ſe tantis locorum interuallis, tot periculis, tanto ſumptu pertraheret. At vero quibus annis phantaſtica iſta profectio inſtituta dicitur, iacebant Athenis ſtudia, exceſſerant Muſæ; ſqualebant gymnaſia; euanuerat omne litterarum decus; omnis docentium diſcentiumque celebritas. Etſi enim, cum natu minores eſſent Sancti Baſilius, Nazianzenus, Chryſoſtomus, ſtudiorum adhuc ibi flos ac vigor aliquis, ea tamen conſecuta tempora ſunt, vt ſua iam ætate oſtenderet, in vltima ad fratrem epiſtola, *Syneſius*, Athenis, *præter ſolum* academiæ *nomen*, nihil fuiſſe. At hoc falſum, inquit *Iunius*. *Nam temporibus Baſilii, Nazianzeni, & Chryſoſtomi litteræ illic floruerunt.* Sed defloruerant poſtea, vti oculatus

testatur

Edit. I pag. teſtatur teſtis Syneſius. Num Iunio, tot poſt annos, qui Athenas vidit nun-
quam, fides potius, quam tanto illi viro adhibenda? Sed Syneſius *de Oratoria*
loquitur ſolum. Mira hæretici proteruia. Syneſium aut legit, aut non legit. Si
legit: magna impudentia eſt, dum aſſerere ipſum negat, quod ille aſſerit. Si
non legit, audacia magna eſt, dum ipſum contra ſuam ipſius mentem & diſerta
verba explicat. En hæc ipſa: *Malus male pereat nauclerus, qui me huc* (Athe-
nas) *vexit. Nam nunc temporis nihil habent Athenæ ſuſpiciendum, præter glo-*
193 *rioſa locorum nomina. Et ſicuti dum mactata eſt victima, pellis relinquitur, quæ*
illius, quod fuit, animalis indicium eſt; ita expulſa hinc philoſophia (non ora-
toria ſolum) *relinquitur, vt obambulans quiſpiam miretur ipſam Academiam,*
Lyceum, &, per Iouem, variam porticum, cognominem Chryſippi philoſophiæ,
quæ nunc varia non eſt. Aſſeres enim ſeu tabulas, quibus artem indiderat Tha-
ſius Polygnotus, abſtulit Proconſul. Et paulo poſt: *Athenæ olim quidem ciui-*
tas erat ſapientum ſedes: nunc autem ipſam celebrant mellarii. Hic igitur *&*
eorum, qui opibus eminere volunt, conſociatio eſt, qui non ſermonum, aut vt e
nouatoribus vertit Interpres, *non ſtudiorum fama congregant in theatris iuue-*
nes, ſed ipſis ex Hymetto vrnis. Satin plane, ſatin diſerte de toto ſtudiorum
genere, de ipſaque philoſophia, cuius in Academia, Lyceo, & Stoa ſeu por-
ticu ferbuerant olim ſcholæ, locutus Syneſius? At *hyperbolice* loquitur. Modo
aliquid *Iunius* dicat; ei quid & quam vere dicat, penſi nihil eſt. *Hyperbolice*
illum loqui quomodo probat? Quanquam *non omne, quod hyperbolice dicitur,*
id aut mendax, aut falſum eſt, prout ex ſcripturis, in quibus hyperbolarum etiam
vſus, docet *S. Auguſtinus* epiſt. LIX quæſt. III, & in Geneſeos quæſtionibus. Iam
vero poſt Syneſii æuum refloruiſſe Athenis eadem diſciplinarum gymnaſia nuſquam
legimus; quin potius ſub ipſa, in quæ femineum iſtud nugamentum confertur,
tempora in præcipuis etiam aliis Græciæ vrbibus, collapſa pæne funditus interiiſſe,
vſque ad Io. Bardæ imperium, qui vna iſta laude clarus, quod liberales ad vitam
artes Conſtantinopoli reuocarit. *Hæ ſiquidem a multis iam annis prorſus obſo-*
leuerant & euanuerant, inquit *Gregorius Cedrenus. Philoſophia*, inquit *Zona-* I. Georgius
ras, neglecta iacebat, ac prope omnino extincta erat, vt ne ſcintilla quidem eius
ſupereſſet. Externa quoque ſapientia, inquit *Curopalates, iampridem effluxerat,*
& ad nihil prorſus reciderat. In his quod infitiari poſſit Iunius, nihil eſt, licet ex
Bellarmini, dum eadem ab eo proponuntur, verbulis muſcas, quæ ad rem pror-
194 ſus nihil ſunt, captare ſatagat, & tandem: *Quid, ait, quod iam antea pater*
Michaelis Theophilus Leonem Philoſophum euexerat ex occaſione, quæ a Zona-
ra perſcribitur, & publice docere iuſſerat? Sed ex eo ipſo Leone confirmatiora
ſunt, quæ de Muſarum ab Athenis & Conſtantinopoli exilio dixi antea. Nam
primo Leo iſte doctiſſimus quidem erat Conſtantinopoli Mathematicus, priua-
timque aliquos docebat, ſed non publice, ita vt non niſi obſcurus ac ignotus intra
domeſticos parietes cum ſuis illis diſcipulis philoſopharetur, vt ex ea intelligitur
occaſione, qua Imperatori notus eſſe, & ab eodem publice docere, ſtatimque
Theſſalonicenſis eſſe Pontifex iuſſus eſt. Deinde idem Leo, prout narrat Curo-
palates, Grammaticam ſe ac Poeticam Conſtantinopoli, reliquas vero doctrinas
in Andro inſula, dum cum Michaele Pſello verſaretur, didiciſſe referebat. Cur
Athenis omnino nihil, Conſtantinopoli non niſi pueriles, poeticaſque litteras di-
dicerat? Cur non Athenas, ſed in Andron inſulam, maiorum ſcientiarum aui-
diſſimus ierat? Quia videlicet inane iam nomen erant Athenæ: Conſtantinopolis
non niſi puerilium quorundam ludorum magiſtros habebat. Cum, illo igitur tem-
pore, vbiuis potius, quam Athenis litteras quærerent ipſimet Græci, quomodo
illuc, vt eas inuenirent, noſtri proficiſcerentur, aut Moguntini, aut Germani, &
Angli? Quomodo præteritis, quos Pariſiis, & alibi collocarat Carolus Magnus,
doctiſſimis, optimiſque cygnis, Athenienſes audire noctuas cuperent? præſertim
cum, tunc temporis, inter Orientis Occidentiſque Principes non conueniret
optime.

XI Sed ſit iam Athenis Moguntina noſtra, ſit cum ea, qui impudenter ac Vndecima.
flagitioſe illuc eam abduxit, iuuenis. quid interim? Huicne ſuo nebat illa, co-
quebat, lauabat, aliave opera præſtabat? An vero in amoribus tantum & deliciis
ei erat? Si agebat priora, vel non ſtudebat ipſa, vel minus multum. Si poſte-

riora, & maximi fierent in otioſorum duorum alimonia ſumptus, & neuter in ſtudiis magnos faceret progreſſus. Quos enim libidinum agitant intemperiæ, iis plerumque parum ad litteras vel animi, vel curæ ac diligentiæ, quemadmodum e contrario iis euenit, qui toto, vt aiunt, pectore, ad meliora incumbunt ſtudia, prout in Tobiæ capite VIII quæſt. XV docui. *Virgines Muſæ ſunt. Inter eas non volat Cupido*, vti has ipſas Veneri aliquando dixiſſe, refert *Plato*. Quomodo igitur tam docta, tam diſciplinis omnibus inſtructa, tam doctis omnibus anteiiſſe dicitur hæc meretricula? 195

Duodecima. XII Accedit, quod aut nubilis, aut nupta, diſceſſit Moguntia, vt ſupra vidimus: & tunc primum Grammaticæ partes primas diſcere incepit. quando ſcilicet plerique alii deſinere incipiunt, quando Piſtocleri plerique ſuis audacter Lydis dicunt:

Plaut. Bacchid. act. I sc. 2 v. 21

Non omnis ætas, Lyde, ludo conuenit,
Magis vnum in mente eſt mihi nunc, ſatis vt commode
Pro dignitate obſonii hæc concuret coquus.

v. 40.

Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.

Horat. de arte poet. v. 61

Quando *imberbis iuuenis tandem cuſtode remoto*
Gaudet equis, canibus, & iis, quæ ſequuntur.

O hiſtoriam mirabilem! Coniunguntur in muliercula, quæ disiunctiſſima eſſe ſemper volunt, voluptas & acerrimum ſtudium: libido & magnus in litteris progreſſus, ſera doctrinarum inchoatio & ſumma velociter in iiſdem perfectio.

Decima tertia. XIII In illa vero, quæ fingitur Athenienſi academia, cum inter iuuenes, quorum non pauci laſciui ac petulantes, verſaretur, vt ſe habuit? vni illi ſuo tantum adhæſit, an pluribus? Peperitne aliquando, an nunquam? ſi vni illi ſuo tantum adhæſit, miranda pæneque laudanda eius erit caſtimonia, quod cum intemperantiæ libidiniſque cauſa, parentes, patriam, ſuaque omnia reliquiſſet, in tam remotas ſeſe regiones contuliſſet, verecundiæ temperantiæque frenos excuſſiſſet, ita ſe tamen temperanter inter tot & tam procaces, ætate, blanditiisque aliis pollentes, in ætate lubriciſſima, familiaritate illecebroſiſſima habuerit, alium neminem admiſerit. Solet enim alioqui ſemper fieri, vt, *Cicerone* teſte *, *qui ſemel verecundiæ fines tranſierit, bene ac nauiter impudens euadat.* Sin ſtupri cum pluribus conſuetudinem habuit, quomodo non pluribus nota? Quomodo infamiam hanc Romæ tegere, tantam præ ſe morum grauitatem ferre potuit, vt de impudicitia præterita nullus, ne tenuiſſimus quidem, eſſet rumuſculus? An e Romana vrbe, e tota Italia nulli Athenis ſtudioſi? e Germania vel Anglia ſoli iſti eo ſcortatores ierant? ſi illic peperit, quid factum liberis? quo deuenerunt? ſi peperit nunquam, vnde ille in pontificatu, in ætate iam inclinatiore partus? 196

* lib. 5 ep. 12

Decima quarta. XIV Athenis quas tandem litteras didicit? Græcas, an Latinas? Ridet Cæcilium quendam Tullius, quod *Græcas Lilibæi, non Athenis, Latinas non Romæ, ſed in Sicilia* didiciſſet. Quid noſtra igitur Moguntina? Latinane Athenis facta? Quod ſi Græcas ibi litteras didicit, quomodo Latinarum ignara, Romam cum veniſſet, litterarium ludum habere, Latinosque homines latine Germana mulier docuit? Græca cum Latinis forſan, vt Ciceronem filium volebat pater, coniunxit, vt in orationis vtriuſque par eſſet facultate. At vnde Athenis illo ſæculo vtriuſque orationis magiſtri & conformatores? Quotuſquiſque, in vtraque, vt excelleret, elaborabat?

1 Offic. c. 1

Decima quinta. XV Quot autem annos ibidem exegerit, tradit nemo. Bene tamen multos fuiſſe, veri eſt omnino ſimile. Neque enim, vt in omni ſcientiarum genere tam excellens eſſet, breui tempore, pauciſque annis conſequi potuit, cum non pauci, quibus a pueritia, vt in doctorum veniant numerum, elaboratur, vix mediocritatem aſſequantur aliquam. Primas vero vt teneret iſta, & Romæ quidem, vbi doctorum maior eſſe concurſus aſſolet, plurimis annis opus nonne habuit? Iungantur vero, ſi placet, iſti anni, cum illis, quos, e patria pedem cum efferret, nata erat, quanta illius, poſtea cum artes diſciplinasque bonas omnes perdidiciſſet, quamque prouecta ætas? Et tamen ipſa parere poſtmodum, velit nolit Lucina, debebit.

Edit. I pag. XVI Amaſio interim, qui ita eam arſerat, a parentibus abſtraxerat, e patria Decima
196 in remotiſſimas terras abduxerat, quid factum? Manſit cum ea ſemper Athenis, ſexta.
an in patriam rediit, eamque ibi reliquit? Vixitne is, cum illa ſeſe Romam ap-
pulit, an non? Mirum, de illo commenti extare nihil.

XVII Romam tandem venit Moguntina Hypatia Sappho Germanica, magna Decima
& admiranda philoſopha. Sexum tegit muliebrem. Virum agit, eumque ſa- ſeptima.
pientem & grauem: *Triuium*, ait *Polonus*, *legens*, *magnos magiſtros* diſcipu- Legit Onu-
los & auditores habet. Quid *Triuium*: Num triuialem diſciplinam Grammati- phrius, per
cam? At quomodo *magnos magiſtros* diſcipulos & auditores haberet? Neque biennium.
197 enim *magiſtri magni*, quibus Grammatice adhuc diſcenda. *Triuium* profecto eſt Ternus ſa-
philoſophia, cuius quaſi viæ ac genera tria ſunt, Ethice, Logice, ac Phyſice, vel por *inf. c.*
vt lib. I in Porphyrium a ſe traductum *Boetius*, *philoſophia ſpeculatiua*, *actiua*, *&* 40.
rationalis, ſiue, vt idem dialogo I in eundem Porphyrium a *Victorino* traductum,
philoſophia theoretica, *de intellectibus*, *intelligibilibus*, *& naturalibus*; *practi-*
ca, *quæ ſui*, *rei familiaris*, *reique publicæ curam gerit*; *& logica*, *quæ circa di-*
uiſionem, *definitionem*, *& argumentationem occupatur*. Hanc tantam tam varia-
rum magnarumque artium varietatem, tam plene cumulateque comprehendiſſe,
tantoſque Romæ viros tam egregie docere qui potuiſſet proſtibulum, niſi plurimos
Athenis annos commoratum fuiſſet? niſi acerrimo contentiſſimoque labore in
ſtudia incubuiſſet? At vetulo iam pæneque rugoſo, & exſucco, fortaſſis etiam
pallido corpore fuiſſet, in quo & deferbuiſſet ſanguis, & libidinis ardor, ſi non
omnino extinctus, admodum tamen imminutus eſſet, vt, cum caſtitate in ipſo
pontificatu opus eſſet maxima, eam facile perſonam ſimularet, neque ſe rurſum
vlli proſtituere neceſſe haberet.

XVIII Cum vero, per ætatem & annos, barbatus tantorum magiſtrorum ma- Decima
giſter eſſe deberet, imberbem vero viderent omnes, exilem femineamque vocem octaua.
audirent, eunuchum, opinor, vel alia quapiam ratione ac morbo debilitatum vul-
go credebant. Quomodo igitur Pontificem, tanta exſectionis ſuſpicione labo-
rantem, ſine cura & examine, contra grauiſſimos & clariſſimos eccleſiæ canones
creaſſent Romani? Quomodo Nicænum adeo Concilium neglexiſſent? *cap. 1.*

XIX Quid, quod aduena & peregrinus erat? quod ſe virum tantummodo Decima
litteratum & eruditum, non vero ſacerdotem profitebatur? Et talem, tot tantiſ- nona.
que aliis, Romæ notiſſimis & ſpectatiſſimis, penitus contemptis, ita inconſidera-
te, inexplorate, leuiter ac temere, vt ſummum eccleſiæ Chriſtianæ caput foret,
ad celſiſſimum humanæ dignitatis faſtigium ſuſtuliſſent omnes Romanorum ordi-
nes? Nemo ſane, cui cor, credit. Magnifice tamen ita *Polonus*: *Quum in vrbe*,
vita & ſcientia magnæ opinionis eſſet, *in Papam concorditer eligitur.* O con-
corditer! O eligitur!

198 XX Iam tamen imperitorum, malique nihil ſuſpicantium temerariis mani- Viceſima.
bus in pontificia S. Petri ſede collocata ſit Moguntina, quæ fingitur mulier. Nun-
quid ipſa ideo Pontifex? Hæreſis eſt in Pepuzianis, & Artotyritis, apud *S. Epi-*
phanium hæreſi XLIX iampridem damnata, *poſſe feminam vllam eſſe ſacerdotem*,
multo minus Pontificem. Ideo fruſtra ſunt nouatores, dum vel id aſſerunt, vel,
ſi Pontifex illa non fuit, ſublatam Pontificum Romanorum ſeriem, perpetuam-
que ſucceſſionem clamitant. Neutrum, o inſani! Pontificatu & ſacerdotio ini-
tiari non potuiſſet, quia femina. Non ſublata fuiſſet Pontificum ſucceſſio, quia
tantummodo dilata, quouſque nimirum verus electus fuiſſet Pontifex. Quemad-
modum enim dum hebdomadibus & menſibus aliquot vacat inſidente ſedes, non
ideo ſublata ſucceſſio dicitur, ita nec ſi annum vel annos etiam pluſculos vacua
eſſet: dummodo tandem via & ordine in eam tolleretur aliquis.

XXI At, etiamſi Pontifex non fuit, pontificalem laruam tamen induit, pon- Viceſima
tificalia quædam acta edidit. Nulla omnino proferuntur vel a *Polono*, vel ab aliis: prima.
non Epiſcopi alicuius conſecratio, non decretum aliquod, non ad vllum epiſto-
la, & tamen cum eo tempore ſumma doctrinæ, ſanctitatis ac nominis claritu-
dine Præſul Moguntinam ſedem regeret Rabanus, fieri vix potuiſſet, quin ad eum,
ſi alia nulla res, inſitus certe patriæ amor ſcribendum inuitaſſet:

Neſcio, ait quidam, *qua natale ſolum dulcedine cunctos* Ovid. 1
Allicit, *immemores non ſinit eſſe ſui.* E-p.

Soli Magdeburgici Ludouicum, Lotharii Cæſaris filium, ab laruata femina coronatum ſcripſerunt. Voluerunt enim mendaciorum Centuriatores non in Pontificiam modo ſedem, verum & in regiam Cæſareamque maieſtatem eſſe contumelioſi. ſed effrons eorum mendacium tenetur ex eo clariſſime, quod antequam feminæ huic ad ſacerdotii ſummi locum patuiſſe aditus dicitur, coronatus iam erat Ludouicus. Hoc enim & imperialia Lotharii diplomata, & boni auctores, Oſtienſis Leo, Viennenſiſque Ado, teſtantur. *Ludouico*, ait iſte, *Sergius iam tunc Pontifex coronam impoſuit, acclamante vniuerſo populo, Imperator & Auguſtus eſt ſalutatus. Martinus Polonus; Ludouicus ſecundus a Sergio Papa in Regem coronatus.* En quomodo, ſi quam aut rem aut circumſtantiam perſonatæ antiſtitæ narrent iſti, mendacii ſtatim arguantur: porroque arguendi magis ſint, ſi de coniecturis, quas propoſui, ſtatuere velint aliquid. Edit. I pag. 199

Viceſima ſecunda. XXII Vt nihil omnino geſſerit ſuo in pontificio commentitius iſte Pontifex, *nomine* tamen fuit aliquo. Id igitur quod? Omnium vox hic vna. *Ioannes eſt nomen eius.* Sed ſi *quotum* quæras, diſſonæ iam voces. Aliis eſt Ioannes *ſeptimus*, aliis *octauus*, aliis *nonus*. At legitimi fuere Pontifices, qui & nomen iſtud & numeros iſtos geſſerunt, prout e probis ac vetuſtis Pontificum nomenclaturis, & ex iis, quæ ſubduntur, argumentis perſpicuum.

Viceſima tertia. XXIII Cum vero neque S. Petri, neque hoc noſtro Clementis VIII tempore monſtrum hoc extiterit, merito quæritur, cuinam per nefas Pontifici ſucceſſerit? Confudit & hoc loco Babylonicæ turris linguas Dominus. Aiunt eam nonnulli *S. Martino* Pontifici ſucceſſiſſe: quidam autem *Stephano V*, alii *Leoni V*, Polonus, Faſciculus, & nouatores pæne omnes *Leoni IV*. Sed bene habet, quod omnes prorſus vel eorum temporum, vel iis certe proximi ſcriptores, Papas, qui hiſce ſucceſſerint, alios nominant. Nam vt de ceteris, qui minus audacter, & vix a paucis iactantur, ſileam, *Anaſtaſius*, qui ſuis oculis tam Leonem IV, quam eius ſucceſſorem conſpexit, hæc in verba ſcribit: *Sanctiſſimus Leo Papa IV obdormiuit in Domino XVI Calend. Auguſti, ſepultus ad S. Petrum, & ceſſauit Epiſcopatus dies XV. Quo mortuo, mox omnis clerus Romanæ ſedis, vniuerſi proceres, cunctuſque populus ac ſenatus congregati ſunt, Domini clementiam exorantes, vt beatificum illis in omnibus demonſtrare dignaretur paſtorem, qui Apoſtolatus culmen regere voluiſſet tranquille. Qui diuinitus æthereoque lumine inflammati, vno conſenſu, vno conamine Benedictum, pro tantis, quibus pollebat, ſacris opibus, Pontificem promulgarunt.* Et *Ado* Viennenſis; *Pontifex Romanus Gregorius moritur, atque eius loco Sergius ordinatur. Illo defuncto, ſuccedit Leo. Quo obeunte, Benedictus in ſede Apoſtolica conſtituitur.*

Viceſima quarta. XXIV Ceterum, ſi Moguntina noſtra fuit Pontifex, tempus aliquod deſignetur oportet, quo fuerit. Fabricentur, & concatenent quotquot liber mendacia nouatores, tempus certo deſignare nullum poſſunt. Sunt, qui fuiſſe dicant anno DCLIII, alii DCLXXXVI, alii DCCCXLVIII, alii DCCCLIII, alii DCCCLIV, alii DCCCLV, alii DCCCLVII, alii DCCCLVIII, alii DCCCCIV, vt non annis tantum, ſed totis etiam diſſentiant ſæculis. At annos iſtos omnes & ſingulos obtinent veri S. Petri ſucceſſores, prout eos eorum temporum compares, vel ſuppares recenſent chronologi, qui partim ſupra citati, partim vero infra citandi. 200

Viceſima quinta. XXV Neque inter fabulæ fabros in tempore illo conſenſio vlla eſt, quo pontificiam femina cathedram occupatam tenuerit. Hanc enim ſediſſe autumant nonnulli *menſes* tantummodo *quatuor*, alii *annum vnum, menſem vnum, dies quatuor*. Alii *annos duos ſolidos, menſeſque ſex*. Sed in tota Pontificum omnium ſerie non eſt, vbi temporis tantum vacui, quod miſeræ huic extorrique feminæ dari recte poſſit, inueniatur. Nam quocunque hanc iſtis ſuis cum menſibus aut annis intrudere volueris, reclamabunt iidem priſci ſcriptores, Pontificumque commentarii. Elabi vel ex hiſce ſolis argumentis duobus iam poſitis non poſſunt fabulatores. Fecundum tamen fraudum pectus concuſſit *Iunius*, & tandem hanc excuſſit aſtutiam. Ioannis huius VIII annos duos, *alii includunt Leonis IV annis, vt Sigebertus, alii diſcludunt & ſeparant, vt Marianus Scotus, & ceteri. Alii reticent, omittuntque, velut damnatæ memoriæ, quod Anaſtaſius & Ado Viennenſis fecit, annis circumſtantibus Leonis IV videlicet, & Benedicti III includentes.* Sed omnium iſtorum, quæ dicit, probat nihil. & vero, de Sigeberto

quod

Edit. I pag. quod ait, poſtea refelletur, itemque de Mariano, niſi quod hic notandum, in eius chronico, ex fabulæ huius infartu, fœdum in annis erratum exiſtere. Cum enim Leoni IV anni VIII recte, ipſius item ſucceſſori Benedicto III anni II menſes VI dies VI cum Anaſtaſio & Adone tribuantur, iiſdem vero fictitii Ioannis anni duo praue interſerantur, fit vt idcirco duobus annis tardius Nicolai I Pontificatus ibidem inchoetur. Anno ſiquidem DCCCLX inchoatur, cum inchoandus eſſet
202 anno Domini DCCCLVIII, vt non ex Anaſtaſio tantum, ſed ex eccleſiarum Bremenſis, & Hamburgenſis vnionis diplomatibus perſpicuum. Anaſtaſium vero & Adonem pſeudonymi Ioannis huius annos *circumſtantibus Leonis & Benedicti annis includere*, probabilitatis plus haud habet, quam ſi diceret quis, inter quoſcunque Imperatores interiiciendum aliquem, cui Iunius nomen fuerit: eius veró annos non perſcribi quidem ab auctoribus, eos tamen circumſtantibus Imperatorum aliorum annis includi.

CAPVT XLII

Plures eandem in rem rationes.

XXVI NVnc ſupereſt, vt ſcelus totum prodatur: & qui vir putabatur, mulier maximo ſuo malo appareat. Ergo, *in Papatu*, inquit *Polonus*, *per ſuum familiarem impraegnatur*. Scilicet, quæ tamdiu, tam continenter ſeſe, magna cum integerrimæ vitæ opinione, Romæ geſſerat, quæ Theclas & Catharinas, vel Ioſephos & Ioannes tam artificioſe ſimularat, Bacchanalia nunc & Aphrodiſia viuere incipit. Et *familiaris* ille quis? *ſeruus* a *Platina* dicitur. Vbi vero detectum facinus, nunquid omni iſte ſupplicio mactatus? An vel fuga, vel ſollenni pœnitentia liber & impunis? *Viceſima ſexta.*

XXVII Cum autem grauidam ſeſe ſentiret impudiciſſima illa quidem, ſed aſtutiſſima & callidiſſima mulier, ad occulendum facinus nihil tentauit? Non medicamentis partum abegit? Non ſibi vterum tumefieri conſpexit? Non tumefactum conſpiciebant alii tot quotidie interuentores, & rogatores? tot familiares & domeſtici? tot conſiliarii & medici? an non ſaltem ab iſtorum vllo tumorem illum conſpiciendum ſuſpicabatur? an emiſſitios vrbi & orbi oculos effoſſos omnes putabat. *Viceſima ſeptima.*

XXVIII Rurſum cum phyſicas egregie diſciplinas calleret, ignorare non poterat, menſium eorum aliquem, quibus partum tribuit natura. Quid Aulularia Staphyla? *Probrum*, ait, *atque partitudo prope adeſt, vt fiat palam. Quod celatum eſt, atque occultatum vſque adhuc, nunc non poteſt.* Et vero, vt in- *Viceſima octaua.* *Plaut. Aulular. act. 2 ſc. 5 v. 9*
202 doctiſſima fuiſſet, an neſcire poterat, quod vulgo, e fœtus motibus, ex vteri doloribus, e corporis totius variis affectionibus prænoſſe omnes conſuerunt muliercula, cum cunabula, faſcias, muliercularum aliarum præſentiam, aliaque neceſſaria præparant, imo & interdum antea de peccatis chriſtiane confitentur, eucharistia ſacra ſe communiunt? Quomodo igitur latebram non quæſiit aliquam? non in villam vel abſtruſum aliquod caſtellum ſeceſſit? non morbum, vel occupationes, cauſaſque alias finxit, quibus, vti pridem inceperat, & norat, dedecus labemque tantam obtegeret? At vero eam horum nihil feciſſe, nihil cogitaſſe volunt fabulatores: ſed, contra omnem conſuetudinem, & rationem, ipſo etiam inſtantis partus die, in hominum ſeſe conſpectum, in vrbis totius lucem, foras extra palatium dediſſe, viamque in vrbe longam, actionemque ſollemnem & conſpicuam inſtituiſſe. *Polonum* audi. *Tempus partus ignorans, cum de S. Petro in Lateranum tenderet, anguſtiata, inter Coliſeum & S. Clementis eccleſiam peperit.* Omnis profecto illius prudentiæ, ac ſcientiæ, qua eam antea iſti complebant, inaniſſimam, laruarumque pleniſſimam, & non tam puero, quam inſania grauidiſſimam fuiſſe oportuiſſet, ſi aut partum inſtare non præſenſiſſet parturiens, aut ſi præſenſiſſet, nihilo tamen minus ſe tam multis, tam curioſis, & ſuſpicioſis hominum oculis, publica in re ac loco, tam imprudenter ac inconſulte commiſiſſet. *Iunius* tamen, quaſi vel ſtupidi eſſent omnes homines, vel rerum natura immutata eſſet, probabile illud eſſe dicit. *Tum enim*, inquit, *femina periculum partus minime omnium ſentire ſolet, quum partui eſt propinqua maxime, quaſi fortificante eam natura aduerſus dolores.* Priorem verborum

 iſtorum

iſtorum partem refutat experientia. Cur enim ita ſe ad pariendum parant mulie- *Edit. I pag.*
res, niſi quia cum pariendi hora propior ſit, periculum illud præſentiſcunt vel maxime? Cur in plateis, & palam parit nulla, niſi forte paupercula quæpiam, cui vel domus nulla, vel quam ſumma domi egeſtas, ad quæritandum victum, e domo in agrum, aut alio quopiam expellit? Cur in Prophetis & Euangeliis toties *parturientis, parientisque dolores, preſſuræ, anguſtiæque* propoſitæ? Poſterior eorundem verborum pars in quibuſdam vera eſt, in quibuſdam falſa: in iis 203
nimirum, quas partu interdum extingui, ſæpe admodum debilitari videmus. Dixit IV Reg. XIX, & apud Iſaiam cap. XXXVII v. 3 Ezechias Rex: *Venerunt filii vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi.* Sed eſto, roboretur aduerſus ὠδῖνας in omnibus natura: enitantur omnes fortiſſime, feliciſſime: nulla non ſimilis exiſtat inopis illius mercenariæ, quam refert apud *Strabonem* lib. III Poſidonius, inter fodiendum, partus correptam doloribus ab opere non procul diſceſſiſſe, editoque fœtu ad opus, ne mercedulæ iacturam faceret, rediiſſe illico. Idipſum tamen animo præcipere, ſuasque ad enitendum vires colligi ac intendi, prius poſſunt aduertere. Atque id argumento huic ſatis eſt: quod aliter ſoluere non quiuit Iunius, niſi communem naturæ curſum, ac vſum frangendo, conuiciumque in Ieſuitas adiiciendo, quod, vt caſtis reuerentia ſit auribus, non refero.

Vicesima nona. XXIX Nihil igitur ſcilicet de partitudine cogitans, nihil præſciens, aut præſentiens, foras in hominum multitudinem maximam progreſſa eſt, *in Lateranum*, inquit *Polonus*, ſeu in Lateranenſem eccleſiam, & quidem, vt aiunt *Magdeburgici, vt miſſam illic ſolenni ritu celebraret:* alii vero, *vt proceſſionem quandam ſacram obiret*, ſeu vt vocat Anonymus, *litaniam.* Volitant enim huc illuc, tota Germania, picturæ, in quibus Papa iſte multis cum Cardinalibus, Epiſcopis, Clericis, & innumerabili hominum multitudine, ſacris prælatis crucibus & vexillis, venerabile ſacramentum geſtans, procedere pingitur. Quidam vero Egmondenſis Ioannes eundem equitaſſe vult Pontificem. Poſſet autem ab his merito ſciſcitari quiſpiam, cuiuſmodi proceſſio hæc, & quam ob cauſam inſtituta fuerit? cuiuſmodi ſolenne illud ſacrum, & quo anni tempore ac menſe iſta contigerint omnia? Nam & ex his, vti & ex aliis rei circumſtantiis falſitas coargueretur. Sed illud potius conſideremus, vnde puerperam hanc ad Lateranum veniſſe fabulentur iſti. *De Sancto Petro*, ait *Polonus*, & clarius adhuc *Magdeburgici, e Vaticano.* At certo certius eſt, Pontifices ante Bonifacii IX tempora, ſeu ante annum Domini MCCCXC, non in Vaticano, ſed in Laterano ipſo habitaſſe, prout libro de ſeptem Eccleſiis monſtrat quam clariſſime *Onuphrius.* Quomodo ergo ad ſacris operandum, vel proceſſioni vacandum *e S. Petro & Va-* 204
ticano exiit Moguntina prægnans? Hic defecerunt fallaciæ omnes *Iunium*, niſi quod mendacium dum fatetur, extenuat. *Eſto*, ait, *hoc ſane* ἴσως *Magdeburgenſium* ἁμάρτημα, *qui Platinæ, aliorumque verba non ſatis intellexerunt.* At vero lepidum eſt audire, quemadmodum Platinam ipſe intelligat. *Cum aliquandiu*, ait *Platina, occulte ventrem tuliſſet* Pontifex, *tandem dum ad Lateranenſem baſilicam proficiſceretur,&c. peperit.* Quid igitur eſt ad Lateranenſem baſilicam proficiſci? *Id eſt*, inquit *Iunius, domum verſus.* Sane ſi terminus a quo, vt philoſophice dicam, eſt terminus ad quem, tunc vterque Lateranum terminus eſt. Subdole vero appingit *Iunius*; *ſi credimus Onuphrio;* quaſi hæc iam poſita interpretatio eſſet illius diligentiſſimi auctoris, & non mendaciſſimi Iunii, colorem ex eo captantis, quod in Laterano, illis ipſis, in quæ fabula iſta coniicitur, ſæculis, & plurimis adhuc annis poſtea Pontificum domicilium non in Vaticano, ſed in Laterano eſſe demonſtraret. Prudentior iſtis fuit *Iſlebienſis Comœdus*, qui *non in itinere*, ſed in *palatii aula* peperiſſe, in ſcena dixit.

Tricesima. XXX Sed in illa non aula, ſed progreſſione, *anguſtiata*, inquit *Polonus*, *inter Coliſæum, & S. Clementis eccleſiam peperit.* Poloni vero explicator & perpolitor *Platina*, *inter theatrum (quod Coloſſæum vocant a Neronis Coloſſo) & S. Clementis, doloribus circumuenta peperit.* Alius vero quidam: *Papa peperit puerum, penes portam Petri Pauli.* Voluit iſte ſingulis verbis primam eandem tradere litteram: ſed & a ſuperioribus diſſonat: & vltimum vel vltimo potius poſteriorem, id eſt nullum, veritati locum dat. Neque enim vlla Romæ porta eſt, quæ *Petri* appelletur; neque locus vllus, qui *Petri Pauli.*

Edit. I XXXI Attamen peperit Pontifex. Monſtrum ſine dubio peperit monſtri- *Triceſima prima.*
pag. fica puerpera. Quodnam vero? Puellum, an puellam? Neutrum. Fortaſſe andro-
gynum? Ne hoc quidem. Quid ergo? Dici non poteſt. Neque fuit, neque eſt,
aut erit tale quidpiam. Quod baptizatumne ſit, an non, certo inſignitum no-
205 mine, an nullo, ſuperſteſne an mortuum fuerit, ignoratur. Anonymus partum
ilico in loco ipſo vna cum pariente mortuum aſſeuerat. Solus poſt tot ſæcula ex-
titit *Iunius*, qui puerum ab illa editum, ſuperſtitemque *multis annis* poſtea fuiſſe,
comminiſci ac effutire auſus fuerit. Vnde autem ſcierit, ſi roges, e ſuo dicet
cerebro. ita ei placet dicere. Placeat igitur & nobis credere. Si tamen tot annos
ſuperſtes fuit, qualem in virum euaſit? non omnium indicatus digitis? non velut
monſtrum, monſtrique proles, curioſiſſime ab omnibus viſus, conuiſuſque fuit?

XXXII Infelix porro puerpera mortua eſt. Quando autem, vbi, & quo- *Triceſima ſecunda.*
modo, non tradit *Polonus*. Tantum enim dicit, *Et poſtea mortua, ibidem, vt
dicitur, ſepulta fuit.* Sepulturæ quidem locum notat, ſed quanto tempore poſt
puerperium, quo etiam in loco & modo mortem oppetierit, reticet, quia fa-
bularum ſatis iam multum putabat. Poſteriores vero, vt *Platina, eo loci* mor-
tuam, & quidem ſtatim, ſpectantibus & *attonitis omnibus*, vti narrat Anony-
mus. Probatio autem vel auctoritas ab his non petenda. quia hi ipſimet aucto-
res. Quidam tamen cum hominem laudare teſtem nullum queant, angelum cæ-
lo deuocant, qui, velut e machina DEVS, Pontifici huic nuntiarit, ſiquidem
ſaluus eſſe vellet, hoc in ſceleratæ impuræque vitæ pœnam ei ferundum, vt pu-
blice, coram omnibus magno cum rubore ac dolore, abſque obſtetricibus vllis in
platea pariat. Ecquis vero mucoſæ, obeſæque adeo naris, vt fabulam non olfaciat?

XXXIII De funere tantummodo illud ait *Polonus*, quod ſupra retuli, *eo,* *Triceſima tertia.*
vbi peperit, *loco ſepultam eſſe:* addit autem eius dilatator & concinnator *Pla-
tina, ſine vllo honore:* omnium vero fabulantium patronus & amplificator *Iu-
nius*, idcirco lege ab ſucceſſore Benedicto III cautum eſſe, vt Clericorum fu-
nera Pontifex, Pontificis vero Clerici exequerentur. *Quum*, ait, *Ioannes VIII
ſine vllo honore tumultuarie & inconſulto ſepulta fuiſſet, Benedictum III credi-
bile eſt tuliſſe legem, quam refert Platina, vt funeribus Epiſcopi, Presbyteri,
aut Diaconi Pontifex vna cum Clero intereſſet, honorandi corporis defuncti &
206 commendandæ animæ gratia; mandauitque, vt viciſſim Clerus mortui Pontificis
funus celebraret: tanquam ſi palam oſtendere voluiſſet, intolerabilem ſegnitiem
eſſe hanc, quod Clerus anteceſſoris funus non fuerit proſequutus.* Amabo te Iu-
ni. Neſcis vnquam erubeſcere? non potes vnquam bene tacere? Quæ iſta væ-
ſana tua quidlibet, quod in buccam venit, ſine auctoribus, ſine rationibus effu-
tiendi audacia? Si *ſegnitiem*, eamque *intolerabilem* putabat Benedictus, quod
infamis huius puerperæ funus non celebraſſet Clerus Romanus; ergo illius non
valde improbabat facinus, non admodum deteſtabatur libidinem, non propu-
dioſam exhorrebat partionem. At prout omnes conteſtantur ſcriptores, ipſe et-
iam Platina, *vir fuit iſte Benedictus & doctiſſimus & ſanctiſſimus.* Quin vero
ſi ante ipſius Pontificatum, ſacram D. Petri ſedem ita inuaſiſſet, inuaſamque pol-
luiſſet atque contaminaſſet tam ſcelerata & nefaria vlla mulier, hanc, opinor, ſi
ſepulta vllibi fuiſſet, refodi, refoſſamque canibus & auibus, obiici, aut com-
buri, aut in Tiberim denique proiici iuberet iuſtitiæ, diuinique honoris aman-
tiſſimus Pontifex. Digniſſimum enim illud ſcelus ſepultura inſepultiſſima†, vel, †Cicero Phil. 1
vt ab Ieremia noſtro * vocatur, *aſini ſepultura.* Et illa eius lex ortum e ſumma *c. 22 v. 19.
potius miſericordia, qua in omnes, ægros præſertim & defunctos, ferebatur ille,
habuit, prout ipſemet ſatis indicat *Platina*, cum ſubdit: *Ipſe vero quod inſti-
tuit, dum in vita eſſet, non verbis tantum, ſed reipſa comprobauit. Sacerdo-
tum enim funeribus ſemper interfuit. AEgrotos præterea inuiſit, pauperes aluit,
deſperatos & calamitoſos conſolatus eſt, viduas & pupillos acerrime tutabatur.*
Accedit, quod eius tempore peſtis quædam, quæ ab exequiis nonnullos terrebat,
graſſata eſt, anno Domini DCCCLVI, teſte *Ioanne Diacono* in S. Gregorii vita.

XXXIV Cum autem D. Petri ſedem cadauere iſto vacuefeciſſet, ac libe- *Triceſima quarta.*
raſſet Dominus, ad illam euectus quis? Illi ſucceſſit quis? Nemo, nemo omnium.
Et patet hoc ex argumento XIX ſupra poſito. Si enim falſum eſt, vti falſiſſi-
mum eſſe illic probatum, Pontifici vlli ſucceſſiſſe feminam, falſum item eſt, fe-

minæ

minæ Pontificem ſucceſſiſſe vllum. De intermediis autem ſermo eſt, non de primo aut vltimo. Edit. I pag.

Triceſima quinta.

XXXV Atque hæc argumenta fere omnia ex ipſis rei aut fabulæ potius, quæ 207 narratur, viſceribus prompta ſunt: nunc alia etiam adiungenda, eaque varia & ſolida. Fuere ſiquidem illis ipſis annis, in quos contaminatiſſimum hoc incidiſſe puerperium dicitur, hiſtorici, ſcriptoreſque varii, qui & ſæculi illius res geſtas, & Pontificum acta, tempora, nomina, vel ex inſtituto, vel ex occaſione quapiam attigerunt, litteriſque mandarunt, vt Anaſtaſius Bibliothecarius, Guilelmus Bibliothecarius, Lupus Ferrarienſis, Nicolaus I Pontifex, Hincmarus, Ado Viennenſis, Ioannes Diaconus, alii. Ex omnibus autem ne vnus quidem eſt, qui vel minimam Pontificis feminæ mentionem vſquam fecerit. Et tamen viri iſti perinſignes fuere. Bibliothecarii etiam illi Romæ tunc commorabantur, ipſeque Anaſtaſius ſe Pontificum ſex, Sergii II, Leonis IV, Benedicti III, Nicolai I, Hadriani II, & Ioannis VIII, creationibus interfuiſſe affirmat. Num ſi quid eiuſmodi accidiſſet, ſi non longiſſime, breuiter tamen, vno ſaltem aliquo verbulo non innuiſſent? Reſpondet duo *Iunius*. Vnum: *Non ſequitur ex auctoritate negatiua, vt loquuntur: Non dixit aut ſcripſit ille. Hoc igitur non fuit.* At affirmatiua potius auctoritas eſt ſic: Illi tales tantique viri poterant, meritoque debebant momenti tanti rem, quæ ipſorum temporibus, rebuſque, quas ſcribebant, cohærenter contigiſſet, ſcribere. Vel igitur officio illi ſuo functi non ſunt, vel res talis nulla tum fuit. At non illud. Iſtud ergo. Alterum: *Non ſcripſerunt illi, quia damnata fuit publica auctoritate memoria illius, & eraſum e faſtis publicis nomen.* Et poſtea: *Reticuit Anaſtaſius ex iudicio & auctoritate publica, qua vel ſolam rei memoriam damnatam, ſepultam, extinctam, voluerat.* Et vt ſemel cum ratione inſaniat, Sigebertum, & Matthæum Palmerium citat. Sed vt de auctoribus nihil dum dicam; vterque hiſce tantum verbis vtitur: *Eam* puerperam *inter Pontifices non numerant quidam, ideo nomine numerum non facit.* Vbi vlla hic *auctoritas publica*, qua illius damnata dicitur memoria? vbi iuſſum, ſanctiove vlla, qua eius e faſtis publicis eraſum nomen? Neque vlla eſt, neque vlla opus fuit. Si enim mulier fuit, Pontifex non fuit. Si Pontifex non fuit, inter Pontifices non eſt numeranda. Si inter Pontifices non numeranda, neque ſuo nomine debet eorum, qui Pontifices fuerunt, Ioanneſ- 208 que vocati ſunt, numerum augere. Et tamen in iſtorum adhuc auctorum verbis obſeruandum illud, *Non numerant quidam*; quaſi dicerent, *Quidam vero numerant.* Ergo hi contra auctoritatem publicam? Quinam ii? cur non puniti? cur eorum libri non combuſti aut concerpti? Cur ex iis hoc ſaltem non eraſum? Senſit *Iunius* in hiſce duobus non eſſe illi, quam excogitauit, auctoritati publicæ præſidii ſatis, ad alium confugit dicens: *Sed omnium euidentiſſime auctor Faſciculi temporum his verbis: Hic ſextus videtur fuiſſe Papa, qui nomen ſanctitatis ſine re habuit vſque huc, & ſimiliter ſicut alii, a Deo plagatus fuit, nec ponitur in catalogo Pontificum.* Sed omnium euidentiſſime declarat Faſciculus iſte mendaciorum faſces, qui in Iunii libris colligati. Nam neque in iſto vlla *publicæ* vllius *auctoritatis* mentio: neque ex eo magis, quam ex duobus prioribus colligi poteſt, ideo in Pontificum catalogo feminam non poni *ex iudicio & auctoritate* publica. Sed tantum, quia res ipſa loquitur, poni non oportere. Nam cum Faſciculus iſte dicat, Papam hunc *videri ſextum,* qui ſine re ſanctitatis nomen habuerit, *de aliis quinque* quid Iunius? Num quia Pontificum eos non recipit catalogus, ideo auctoritate publica ſcriptoribus id vetitum affirmat? Sed eſto, vetitum id ſit, num etiam factum & cauſam, ob quam catalogo illo excludendi eſſent, ſcribere iis vetitum? At ſcribunt ſcriptores. Ideoque, etiamſi auctoritate publica, quæ nulla vſquam comparet, eſſet e Pontificali catalogo excluſiſſimus Pſeudoioannes, cauſſa tamen, cur in eum non reciperetur, perſcribi potuiſſet. Faceſſat igitur ſuis cum faſcibus Iunius, neque auctoritates nobis proloquatur publicas, quæ factæ nunquam, viſæ vel auditæ nuſquam. Quod vt magis adhuc perſpiciatur, quæro, a quo auctoritas illa manarit publica? Num a Pontifice Pſeudoioannis ſucceſſore Benedicto, an a ſenatu populoque Romano? Non a Benedicto, quia is, vt ſupra quidem voluit Iunius, ægre ferebat, abiecte ac inhonore illum ſepultum. Non a S. P. Q. R. quia facinoris tanti memoriam is cuſtodire ac perpetuare ſtuduit maxime, prout idem alia occaſione nugatur

Iunius,

… I p. 209 *Iunius*, dum de illius memoria & ſtatua ita loquitur: *Statim poſt Ioannis tempus, rem credibile eſt a populo Romano curatam eſſe.* Sed ſiue Pontifex, ſiue S. P. Q. R. decreto publico ſtatuiſſet, in Pontificum faſtis non collocandum hoc nomen, eiuſque prorſus abolendam memoriam; quomodo alias in oras indicio non manaſſet aliquo? Efflarat enim publice, coram populo vniuerſo, ſceleſtam animam gemens horrendumque clamans infeliciſſima meretrix. Quis dubitet, eo ipſo die in omnes pæne terrarum orbis partes, a tanta omnis generis hominum, qui Romæ eſſe ſolent, multitudine, a tot legatis, conuenis, & peregrinis miſſitandas fuiſſe litteras? Quis noua tam noua, mira tam mira, prodigia tam prodigioſa, ſi non a multis, a quibuſdam ſaltem in Galliam, Germaniam, Græciam, aliaſve regiones perſcribenda fuiſſe non putet? Quæ in magnorum domibus fiunt, celari vix poſſunt. Quomodo quæ in tam magno, tam magna, tanta in hominum frequentia, tam conſpecte ac palam eueniſſent, celarentur? Et vero decretum illud, quando factum fuiſſet? Num antequam nouus delectus eſſet Pontifex? Num antequam cadauer illud terra obrutum? Aliæ tum curæ fuiſſent, alia negotia. Poſt noui vero Pontificis electionem, teterrimique cadaueris humationem ſerum nimis fuiſſet ſilentium, cum tota iam Italia percrebuiſſet facile facinus. Accedit, quod adeo noluerint Romani ſuppreſſam, ſepultamque rei huius memoriam, vt ad eius perpetuitatem cathedras, imagines, & ſacella noua conſtituiſſe a fabulatoribus narrentur. Sed de his poſtea.

XXXVI Poſt falſum falſi huius portenti obitum, ſecuta eſt tota ſolidorum annorum centuria, ab anno ſcilicet DCCCLVI vel proximo, vſque ad DCCCCLVI vel proximum. & in hiſce varii rurſum, qui de Pontificibus ſcriberent, fuere. Quis omnium Pontificiæ vllius feminæ meminit? Quis vel vnica ſyllaba prodigiale hoc ſubindicat? An Iunianæ illius auctoritatis auctoritas & pondus adhuc vigebat? An *Tricesima sexta.*
212 perpetuo adhuc ſilentio ficti memoria Pontificis obruenda erat? Dicere non poteſt Iunius, qui ſtatim, poſt huius mortem, memorando facto ſtatuam a S. P. Q. R. ſtaturam vult.

XXXVII Secuta eſt alia ſolidorum item annorum centuria, ab anno nimirum *Tricesima*
210 DCCCCLVI vel proximo, vſque ad MLVI vel proximum. Et omnes iterum ſilent *ſeptima.*
hiſtorici, chronologi, & nomenclatores. Ne vnus quidem, qui intra illud temporis, vel vnam de hoc voculam aut apicem in chartas coniecerit, proferri poteſt. Nam poſt annum illum MLVI ſcribere primum cœpit Marianus Scotus, de quo poſtea; cum, vt ſupra dictum eſt, eo anno e patria exierit.

XXXVIII Poſt tot demum annos, tam elingues & mutos, cœpiſſe dicuntur aliqui hoc ipſum litteris tradere, vt dictus iam *Marianus*. de quo antequam dicam proprie, notatione dignum eſt, tam eum, quam poſteriores alios omnes, qui, ad exortam vſque nouatorum noſtrorum impudentiam, factum hoc memorarunt, omnes, inquam, ita memoraſſe, vt non aſſeuerarent verum, non certo, neque ſimpliciter, more, quo alia memorant, modo narrarent, ſed cum cautione, qua rem potius incertam, cuius non penes ſe, ſed penes rumorem quendam, & alios quoſcunque fidem eſſe vellent. Nam in manuſcripto *Mariani Scoti* codice, quem mihi *D. Ioan. Latomus* Francofurti monſtrauit, quemque in edito corrigendo ipſe ſequutus eſt, ita habetur: *Huic Leoni ſucceſſit, qui fuit mulier*, vt aſſeritur. In edito; Fama eſt, *hunc Ioannem feminam fuiſſe.* *Martinus Polonus*; *Hic*, vt aſſeritur, *femina fuit.* Hunc citat *S. Antoninus* II p. hiſt. tit. 16, & addit; *Vere valde mirandum, & cum populo clamandum, o altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius*, ſi verum fuit, quod vulgo dicitur, vt iſte refert, *&c. Vincentius tamen in ſpeculo, & Io. de Col. nihil de hoc referunt.* Faſciculus temporum, *Ioannes Anglicus natione Moguntinus circa hæc tempora* dicitur *fuiſſe.* *Nauclerus* generatione XXIX, *Hæc tacentur in auctoribus* certis. *Platina* cum citatum ſupra Martinum Polonum cultu elegantiore veſtiiſſet, narrationique ſuæ vberiorem ac ornatiorem intertexuiſſet, hiſce tamen verbis concludit: *Hæc quæ dixi*, vulgo feruntur: incertis *tamen & obſcuris* auctoribus. *Sabellicus* lib. I Enn. IX, *Platina parum ſin-*
212 *cera fide putat hæc, quæ de Ioanne Pontifice traduntur, ad poſteros prodita, quo-*
211 *niam ſcriptorum* auctoritate laborent. *Raphael Volaterranus* lib. XXII Anthrop. dicunt. *Ioannes Auentinus* lib. IV * fabula. *Ioannes Carion: Hunc Moguntiæ natum, & feminam fuiſſe*, ferunt. Ecce, ne ex iis quidem, qui tanto interuallo, poſt tot ariſtas, de hac femina quidquam ſcripſerunt, vnus eſt, qui cordate ac ſim- * c. 20, 51.

plicitet hiſtoriam affirmet, veramque aſtruat: ſed vel aliũ eius narratorem citant omnes aliquem, vel ſolum famam ac vulgus. At ſane

Fallitur, & fallit, vulgi qui pendet ab ore.

Trigeſima nona. XXXIX Rumor autem & fama eſſe tum primo cœpit, cum grauia, in eccleſia Dei, ſchiſmata inter Germanicos præſertim aliquot Imperatores, & Pontifices extitiſſent. Tum enim licentius in Pontificem ficta & falſa, fanda & infanda vulgo, vt in id genus fieri ſolet factionibus, iactata, cum & aliquod inaniſſimis alioqui ſermunculis fundamentum eſſe videretur in eunuchis, qui Conſtantinopolitanam cathedram aſcendiſſent, & in Romano quodam Pontifice, quem dementarant, pene que gubernabant mulieres.

Quadrageſima. XL Vidimus præterea non ſemel aut bis ſupra, quoties & quantis in periſtaſibus inter ſe eſſent iidem diſcordes. Veritatis inſigne ſymbolum, concordia.

Quadrageſima prima. XLI Vniuerſe iam monſtraui, quam ex eorum, qui de femina iſta locuti ſunt, teſtimonio firmi certique nihil habeatur: nunc ſingillatim de ſingulis illis addam aliquid, quorum audita, vel per ſe ſpectata ponderis aliquantum habere videntur nomina. Omnium facile princeps eſt *Marianus Scotus*. At præterquam quod non aſſerit, ſed *aſſeri* tantum *ait*, ſciendum, de tota iſta narratione, in quibuſdam manuſcriptis exemplaribus nihil omnino extare, vti teſtatur, qui Coloniæ Crantzii Metropolin edidit anno MDLXXIV, & alii, idque videtur ex mendis, quæ in tempore commiſit poſtea, qui infarſit, colligi. Alter eſt *Sigebertus*, cui ſane quam clariſſime hoc apparet inſertum ac inculcatum. Nam in ipſo Francofurti edito an. MDLXVI ſic in ipſo textu legitur: *Fama eſt* hunc *Ioannem*. At vero de eo nihil ante dictum erat, ne nomen quidem eius poſitum. Quomodo igitur dicit, *hunc?* In manuſcriptis vero idipſum in margine tantum, & quidem aliena manu, alio atramento, recentioribus characteribus ſcriptum cernitur. Et, narratiuncula iſta ſublata, cohæret textus optime. cumque *Sigebertum* ipſum ſua in Chronica tranſcripſerit Guilhelmus de Nangiaco, Papiſſa tamen iſta in calamum nunquam venit. Et teſtatur Molanus, ſe in ipſo Gemblacenſi cœnobio, vbi ſcripſit *Sigebertus*, antiquiſſimum manuſcriptum, quod illius autographum exiſtimatur, vidiſſe, in quo de hac eadem cauſa nihil prorſus. Faciunt ſane, vt *audacia* non ſit, quod abſque ratione vlla dicit Iunius, ſed prudentia potius, negare, ab hiſce auctoribus fabulæ huius quidpiam narratum. Tertius eſt ſæpe hactenus nominatus *Martinus Polonus*, qui homo fuit, vt apparet, ſimplex, non magna in veris aut falſis diiudicandis acritate, rumoribus nimium credulus, prout pluribus probat in Platinam Onuphrius. Atque hic recte a quibuſdam primus ſtatuitur, quem de fabula iſta ſcripſiſſe conſtet. Nam de duobus ante ipſum aliis, iam dictum, nihil quicquam proditum videri. Cum autem peruenerit ille ſcribendo ad annum Domini MCCLXXVIII, conſtat pluſquam quadringentos annos ab anno, quo illud in terris portentum extitiſſe dicitur, effluxiſſe abſque vlla de illo ſcriptione, aut memoratione. Alii, qui deinceps ſecuti ſunt omnes, ex hoc fonte, vel e turbidis ab eo manantibus riuulis hauſerunt: & quidem cum ea fere modificatione ac veluti præfatione, de qua dictum ſupra. Multi etiam plane proletarii ſunt, quos Anonymus vndique conſarcinauit. Sed omnium ſcilicet grauiſſimus veriſſimuſque teſtis, qui e temporum floribus ab Anonymo citatur, diabolus, cum neſcio cui, quando, aut vbi dixit:

Papa pater Patrum Papiſſa pandito partum:

Et tibi tunc edam, de corpore quando recedam.

Quadrageſima ſecunda. XLII E Græcis vero ſcriptoribus priſcis, quemadmodum de Latinis dictum, ne vnus quidem teſtis citatur: ſed quod mirabilius eſt, e recentioribus, qui bene multi tamen, & in Latinos æquo plus maledici ſunt, nec vnus etiam aliquis citari poteſt. Scio a quibuſdam, & ab Anonymo etiam ac Iunio citatum *Laonicum Chalcocondylam* lib. VI de rebus Turcicis, qui recentiſſime poſt occupatam a Barbaris Conſtantinopolin anno Domini MCCCCLX vixit. At veritatis ædes aureæ totæ ſunt, conſulgent vndique. Fabulam hanc ne iſte quidem Græcus vnus & nouiſſimus hiſtoria ſua dignatus eſt: ſed impoſturam lectoribus fecit hæreticus Interpres Clauſerus, qui Latine narrauit, quæ in Græco non ſunt, prout præclare technam detexit ſumma dignitate ac doctrina vir D. Florimundus loco poſtea indicando.

Quadrageſima tertia. XLIII Iam vero antiquitatis paulo ſcientioribus ignotum nullis, ex eo tempore, quo ab eccleſia Romana ſeipſos prætriſto ſchiſmate ſeiunxerunt & abſecuerunt Græci,

Edit. I Pag. Græci, quanto in eam odio arſerint, quantas lites ac tragœdias excitarint, quot & quam varias in illam calumnias, contumeliaſque interſerint. Quod ſi Romanæ ſedi meretricia iſta vnquam inſediſſet labes, quanta eam libentia excepiſſent? quanta verborum acerbitate identidem obiectaſſent? Prorſus vt noſtri nouatores. Sed ne oblique quidem eorum vllus id fecit vnquam.

XLIV Et profecto maxima, pæneque iuſtiſſima maledicto, probroque iſto Romanam eccleſiam vexandi data iis fuit non ſemel occaſio, cum nimirum ſimile quiddam in præcipua nobiliſſimaque ipſorum eccleſia Conſtantinopolitana crimen, non falſo, ſed vere accuſarunt Romani. Nam contra Nicæni Concilii decreta in metropolitano eccleſiæ huius throno collocarunt aliquando eunuchos Ignatium, Photium, & Polyeuctum. Id a Romanis Pontificibus vehementer improbatum, obiurgatum, eccleſiaſticaque pœna concaſtigatum. Si Romani ergo ſuo in Apoſtolico ſolio feminam, & quidem ſcortum aliquando conſtituiſſent, quid non obſecro iratiſſimi, procaciſſimique illis regeſſiſſent Græci? An non ſtomachoſiſſime, vehementiſſimeque dixiſſent, ὁ κατηγορούμενος κατηγορεῖς? *Qui alium doces, teipſum non doces?* Quid nobis, Romane, ſemiuiros obiicis & eunuchos, cum in Petri ſede tu mulierem ac meretricem collocaris? An non multo magis præſtat meretrici eunuchus, quam eunucho vir?

Quadrageſima quarta. Can. I. Rom. II, 21

Heu cæli, terræque pudor! Mitrata *per vrbem*
Oſtentatur anus, titulumque effeminat anni.

213 Claudianus *in Entrop. l. I v. 9* (S.)

XLV Quin & ipſi Romani, fuiſſentne adeo ſapientiæ, pudoriſque omnis immemores, vt quam in ſe culpam hærere ſcirent, eamque publicam, & in editiſſimo

214 veluti orbis totius pegmate admiſſam, hanc, vel hac potius multo minorem, & veniabiliorem in eccleſia Græca reprehenderent, atque damnarent? & quidem eodem ipſo pæne temporis articulo, quo Romæ macula illa ſuſcepta, quo recentiſſima illius memoria omnium adhuc animos exulceraſſet? nam Romanum illud ſcandalum aſcribitur, vti ſupra viſum, a pluribus anno DCCCLV, & ſecuto anno DCCCLVIII eunuchus Photius a Barda, cuius antea iterum fuit mentio, in Conſtantinopolitanam ſublatus eſt cathedram, ſtatimque cum factum intellexit, qui tum Romanus erat Pontifex, Nicolaus I, vir ſiue ſanctitatem ſiue doctrinam, animique magnitudinem ſpectemus, illo & nomine & honore digniſſimus, execratus eſt. & poſtea rurſus Leo IX; cuius hæc ad Conſtantinopolitanum Patriarcham Michaëlem, Leonemque Acridanum, qui eccleſiæ Romanæ dignitatem conuiciis plurimis concidebant, verba ſunt epiſt. I c. XXIII; *Abſit, vt velimus credere, quod publica fama non dubitat aſſerere, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ contigiſſe, vt eunuchos contra primum ſancti Nicæni Concilii capitulum paſſim promouendo, feminam in ſede Pontificum ſuorum ſublimaſſet aliquando. Hoc tam abominabile ſcelus, deteſtabileque facinus, etſi enormitas ipſius vel horror, fraternaque beneuolentia non permittit nos credere, conſiderata tamen incuria veſtra erga ſanctorum cenſuram Canonum, quia eunuchos, & aliqua ex parte corporis imminutos non ſolum ad clericatum, ſed pontificatum etiam indifferenter ac ſolenniter adhuc promouetis, fieri potuiſſe penſamus.* At quia Pontifex iſte, cui vitæ ſanctitas, morumque innocentia & benignitas gloriam peperit maximam, Caluinianorum parentem Berengarium in Vercellenſi olim Concilio damnauit; ei Caluinianus iraſcitur *Iunius*: eumque iſta Græcis dicendo, impudenter feciſſe ait, ἵνα βαλὼν πρότερος τὸ δ᾽ αὖθις ἄρηται. *vt prior occuparet, tanquam gnauus pugil, quod vulgo dici ſolet.* Sed impudentiſſime facit ipſe Iunius, qui calumniæ ſuæ argumentum nullum proferre cum poſſit, impudentiæ tamen, ipſe impudentiſſimus, pudentiſſimum ſanctiſſimumque illum accuſat. Credo, ἵνα βαλὼν πρότερος. At rem tamen ipſam, quod reſpondeat, nihil prorſus habet.

Quadrageſima quinta. Omnia ceſſerunt, eunucho praſuis, monſtra.

215 XLVI Conſideratio autem eunuchi illius Photii non tam poſitum iam argumentum auget, quam nouum dat. Fuit ille, vt ipſius libri, & alii de ipſo ſcriptores teſtantur, alioqui doctrina facundiaque inſigni armatus, in Romanos vero iracundia odioque tam acerbo imbutus, vt ab eo ad noſtra vſque tempora, maximo cum animarum detrimento, Græcum ſchiſma perſeueret, triſtiſſimumque Turcarum iugum miſeris Græcorum ceruicibus inuexerit. Hic igitur, qui tam multa, tanta orationis acerbitate, tam procaciter contra Romanos ſcripſit, quomodo, ſi fabulæ huius minima tum vſquam ſuſpicio fuiſſet, de ea penitus tacuiſſet? Quomodo, qui

Quadrageſima ſexta.

alia tam multa futilia & falſa petulantiſſime audaciſſimeque effutierat, hoc, quod maximum & probroſiſſimum, quod reuera geſtum, quod publicum, quod recentiſſimum, ne verbulo quidem attigiſſet vnquam? Quomodo eunuchiſmum ſuum meretricio illi propudio paraſangis, vt aiunt, non prætuliſſet quamplurimis? Edit. I pag.

Quadrageſima ſeptima. XLVII Pertinet eodem eius conſideratio, qui Conſtantinopolitanum tunc tenebat imperium, Michaelis III, cuius impuriſſimæ libidines, flagitioſiſſimi mores, ſceleratiſſima impietas a Græcis proſcinditur auctoribus Zonara, Cedreno & aliis. Quid iſte, a Romano Pontifice tam grauiter monitus & increpitus, quid, inquam, non reſpondiſſet? Quid eunuchum Patriarcham ſuum reſpondere non iuſſiſſet?

Quadrageſima octaua. XLVIII Bardas vero, qui illius vt imperii ac potentiæ, ſic & ſcelerum conſors, inſontem repudiarat vxorem, nouaſque ſua cum cognata ſceleratas nuptias inierat, qui eam ob rem a ſanctiſſimo Conſtantinopoleos Patriarcha Ignatio grauiter admonitus, eccleſiaque prohibitus, vehementiſſime ſtomachabatur, qui hunc ipſum ideo iræ furoriſque plenus ſuo e throno deturbarat, & in eius locum eunuchum Photium extulerat, qui Pontificem Romanum pro deturbato Ignatio priſtinam in ſedem reſtituendo adlaborare videbat, ægerrimeque ferebat; ſi Romanæ ſedi tantum inhæſiſſet dedecus, quas non turbas dediſſet? Quæ in illam amentata verborum minarumque tela non vibraſſet? Ac ſane tanti Principes ac Imperatores dedecus ignorare illud nunquam potuiſſent, ſi quidem vel per vmbram extitiſſet. Adulatores potentibus, indices, & corycæi ſemper multi.

Quadrageſima nona. XLIX Venerunt etiam ab eodem Imperatore illo Michaele Legati Græci Romam ad ſupra laudatum Nicolaum I Pontificem anno Domini DCCCLIX, quorum hæc, vt oculatus teſtis notat Anaſtaſius, nomina, Methodius Metropolitanus, Samuel Epiſcopus, Zacharias, Theophilus, Arſa Protoſpatharius, & poſtea Leo Secretarius. Rurſumque anno DCCCLXV alii Legati, quorum princeps Michael Protoſpatharius, & hic quidem miſſus ab iratiſſimo Imperatore, cum longiſſimis, litigioſiſſimis, contumelioſiſſimiſque litteris. Hi ergo Legati, Romæ cum hærerent, accuratiſſime obſeruarent omnia, captarent etiam quæcunque Conſtantinopolin referre poſſent noua, & Imperatori grata, nullumne ab vllo Romano, ab loquaculo vllo, ab menſarum aſſecla gratiam ac præmiolum quæritante vllo ſermunculum audire vnquam potuiſſent? 216

Quinquageſima. L Miſſi etiam eodem illo anno DCCCLIX ab eunucho ipſo Photio Patriarcha Romam ad eundem Pontificem Legati Theophilus Amorii Epiſcopus, Samuel Chonarum Epiſcopus, aliique duo homines aſtutiſſimi, Photioque ipſi coniunctiſſimi & fidiſſimi. Non aureos hi mererentur montes, ſi de Romana Papiſſa nuntium illi Conſtantinopolin afferrent? An Romæ ipſi ſurdi, aut parum curioſi? An Romæ, ſi non e grauioribus, e vulgo tamen ciuium, aulicorum, ſeruulorum nullus omnino inuentus, qui quod ante tres aut quatuor annos ibidem accidiſſet, palamque ab omnibus ſpectatum eſſet, narrare ipſis aut potuerit? In vna quapiam paulo ampliore domo emiſſitii ſæpe oculi plurimi ſunt: rimæ itidem ſexcentæ, per quas & quæ intro fiunt, ab aliis perſpiciantur, & a domeſticis foras efferantur. Quid in vrbe vna, & vrbe, quæ vt ait *S. Hieronymus* *, *arx imperii Romani eſt, vrbium domina, clariſſimum terrarum omnium lumen*: &, vt *Rutilius* ac *Iuriſconſultus* †, *communis patria*, vt apud *Athenæum* lib. I alius, *mundi totius epitome* eſt?

* *In fine Comment. ad Eph. & præfat. in Ezech.* † Alciatus *l. 2 diſpunct. c. 21* (S.)

Quinquageſima prima. LI Ab ipſo autem eodem Pontifice Nicolao, cum alii alias Conſtantinopolin legati miſſi, tum vero potiſſimum duo, quorum inſignis extitit in Pontificem ipſum perfidia, in Dei eccleſiam nequitia, Rodoaldus Portuenſis Epiſcopus, & Zacharias Anagnienſis. Vnde & poſtea pro meritis ſuis damnati, cenſi, & e Chriſtianorum cœtu eiecti fuerunt. Hi ergo dignam indigne pœnam ferentes, omnia, vt irati & nequam ſolent homines, circumſpectantes, quid, obſecro, non feciſſent? quid Græcis 217
ipſis non dixiſſent? quid Romana de cathedra non vulgaſſent, ſi qua eam labes inquinaſſet? Quam certum iis fuiſſet ad Græcos effugium? quam paratus apud Imperatorem Michaelem honos? quam certum apud eunuchum Photium cum dignitate ac applauſu hoſpitium?

Quinquageſima ſecunda. LII Nec deerant eodem etiam tempore in Occidente, qui commotiore ac infeſtiore in Romanum Pontificem eſſent animo, ii præſertim Epiſcopi, qui Lotharii Regis libidini obſecuti, vxorem ab eo legitimam Theutpergam repudiari, & impuram, quam deperibat, quaque adoleſcentior abuſus erat, feminam Waldradam

Edit. I duci approbarant. Cum enim ab eodem Nicolao I reprehenſi, paſtoraliſque officii
pag. grauiſſime admoniti eſſent, iras animo ingentes conceperant: ſed omnium maxime
Archiepiſcopi duo, Colonienſis & Treuirenſis, qui tanquam præcipui auctores faci-
noris Romam exciti, & Archiepiſcopali ſua dignitate mulctati erant. Ille Guntha-
rius, iſte Theutgaudus vocabatur. Adeo autem iſti exarſerant, vt in Pontificem Ni-
colaum Imperatoris concitare animum omni arte conniterentur; ad Photium et-
iam illum eunuchum litteras in eundem Pontificem calumniæ, biliſque pleniſſimas
mitterent; adeo, vt, cum in vlcere vnguis eſſe vellet Photius, in ſua ita encyclica ſcri-
pſerit: *Ex partibus Italiæ ſynodica quædam epiſtola ad nos allata eſt, ſexcenta conti-
nens mala, & delicta, quæ aduerſus proprium ipſorum Epiſcopum, illi qui Italiam*
217 *incolunt, conqueruntur.* Obſecro te, Lector, ſincero hæc animo expende. Iudica
ipſemet, an ſi ſacerdotium Romæ vſurpaſſet lupa vlla maximum, id illi tum Romano
Pontifici non obiectaſſent, non Græcis ipſis patefeciſſent? Guntharius ſane Coloni-
enſis, cum regiæ illius pellicis & ſcorti frater eſſet, cum ad ſaniorem nullis neque
monitis, neque cenſuris reuocari mentem potuerit, effudiſſet in Græcorum mundi-
que totius aures libentiſſime, quidquid Romanis infame, aduerſum, & acerbum ſcire
potuiſſet. Ac ſane iidem Archiepiſcopi, cum in ſuam factionem, impiique repudii
approbationem vicinum aut pellicere aut pertrahere Moguntinum nequiiſſent, an,
ſi falſam ſceleroſamque ſacerdotem illam noſtra vnquam effudiſſet Moguntia, ſilen-
tio idipſum preſſiſſent? An ex ea veluti optima occaſione, Moguntinum, a quo ſe
218 contemptos, improbatos, læſoſque putabant, egregie vlciſci, Moguntinamque inſi-
gniter collutulare ciuitatem non ſtuduiſſent? Cum vero in tanto irarum incendio, in
tanta vindictæ pertinacia, in tanta nocendi opportunitate, re adhuc calente, nullam
prorſus de Moguntina iſta ſobole, de Romano iſto puerperio voculam neque Græ-
ci, neque Galli, neque Germani, quantumuis exacerbati & coniurati miſerint, appa-
ret ſane apud omnes veritatis amantes clariſſimum, totam de Moguntina Papiſſa
orationem longe eſſe fabuloſiſſimam. Dicebat Dinarchus: *Quæ nunquam fuit præ-* Plaut. Truc. act. 1. sc. 2.
gnans, qui parere potuit? Ego autem ſimpliciter, *Quæ nunquam fuit.*

LIII Nullius autem, quibus fabula hæc fidem ſibi adiungere nititur, momenti Soluuntur obiectiones.
obiectiones quinque ſunt.

I *Primam* ita proponit *Polonus. Propterea quod Dominus Papa eandem viam* (de qua ſupra argumento XXVI) *ſemper obliquat, creditur omnino a quibuſdam, quod ob deteſtationem facti hoc faciat.* Reſpondet *Onuphrius: Quod Lateranum Papa illac non pergat, ea non eſt cauſſa, ſed quia per medium amphitheatrum, cui via illa correſpondet, ob loci anguſtiam, magna hominum & equorum manu comitatus tranſire nequit, ſiniſtra ad Coloſſeum deflectit, deinde recta progreditur verſus SS. Petrum & Marcellinum, ne tot gyris obequitans ordinem confundat, reuertendo domum circum theatrum ad viam, quæ ſub ſanctis quatuor coronatis Lateranum ducit. Eadem ratio eſt, cum reuertitur. Quam tamen rem a multis Pontificibus omnino neglectam ſcio.*

II *Altera obiectio.* Sacellum, vbi peperit illa, in rei memoriam, erectum fuit. *Omnino fabuloſum,* inquit idem *Onuphrius.* In loco illo ſacellum quidem fuit, ſed non in illius rei memoriam. Te ambulante tonat, non ideo tamen tu illius tonitru cauſſa.

III *Tertia obiectio.* Statua ibidem fuit parientis Pontificis. Et hoc fabuloſiſſimum.
Si ſtatua, inquit *Bellarminus, huius Ioannis eſſet, mulierem cum infantulo recens*
219 *nato repræſentaſſet. At imago illa neque feminam referebat, neque infantem in ſinu gerebat, ſed puerum ſatis magnum, & annorum multorum, quaſi præcedentem famulum referebat. Quare coniiciunt quidam, fuiſſe ſtatuam alicuius ethnici ſacerdotis parati ad ſacrificandum, quem ſuus miniſter præcedebat.* Sed *Iunius; Statuam illam memoria noſtra,* inquit, *de loco tolli curauerunt oſores antiquæ veritatis.* Imo amatores; ſicuti & ſublatæ mendaces illæ de S. Leone manum ſibi ob prauum carnis motum abſcindente, itemque de Silueſtri II funeſto interitu picturæ. Pictorum enim interdum coercenda licentia, prout etiam admonet Tridentinum Concilium. *At-* Seſſ. 25.
qui ſublatio iſta, inquit idem *Iunius, a vobis facta, nobis eſt confeſſio, quod ſtatua fuerit femina.* Talis a vobis ipſis ficta confeſſio veſtris parum admodum mendaciis patrocinatur, præſertim cum ſubiungas; *Et in quodam ſacello Ducum Florentiæ monumentum adhuc Romæ aſſeruari audio.* Si aſſeruatur, ex eo igitur cognoſci certo adhuc poteſt, *vir, mulierve fuat.* Nobis vir eſt. Pergit ille: *A populo Romano, aut certe a ſenatu poſt aliquot annos, re (quam diſſimulabant ſtrenue eccleſiaſtici) exa-*

minata & comperta, ſtatuam fuiſſe poſitam eſt probabile; & puerum iam grandio- Edit. I Pag.
rem, vt ſuperſtes erat, fuiſſe effictum in perpetuam rei memoriam. Si examinata res a populo aut S.R. fuit, iam igitur aut Romæ dubia erat, aut a quibuſdam negabatur. At vtrumlibet fieri qui potuit, cum tam publica, tam omnium Romanorum ipſorum oculis teſtata fuiſſet? Quid inquirere, quid examinare opus fuiſſet? Sed recte addit. *Eſt probabile.* Vnde vero? Quia ſcilicet ita dicis, quem pro arbitratu ac libidine comminiſci & commentari quod libet, non tam probabile, quam certiſſimum eſt. Puerum vero, vt ſuperſtes erat, fuiſſe effictum addit. Si puer adhuc aderat & ſuperſtabat, quid inquiſitione, quid examine, iterum dico, fuiſſet opus? *Et grandiorem* iſte ponit, quem, vt ſupra vidimus, alii in ipſo extinctum partu vociferantur. Sed vide Iunii huius improbitatem. Si ſtatua illa tollitur, id ait *antiquæ veritatis odio* 220
fieri: Si non tollitur; *idololatriæ vel incuriæ vitio. Si,* ait, *per tot ſæcula monimentum publicum idololatriæ ethnicæ palam ſiuiſſent exſtare ſenatus, populuſque Romanus, aut ipſi Pontifices. Quod ſi eſt, ſic quoque Romani Pontifices impietatis, aut certe pietatis neglectæ damnabuntur ex tam diuturna diſſimulatione.* Quaſi non Romæ & alibi, prout etiam ſupra in Moguntinis antiquitatibus notatum, multa gentilium monimenta ſeruentur, idque potius, vt, ad Chriſti Ieſu gloriam, idololatria iam deuicta, depulſaque monſtretur.

IV *Quarta obiectio.* Sede quadam perforata ex eo tempore Pontificum ſexus exploratur. Diligenter ac vere reſpondet *Bellarminus*, monſtratque, nullam illi fini; ſed alteri multo meliori ſedem fuiſſe, vt Pontifex admoneretur humanæ infirmitatis ac 221
vilitatis. Ideo enim & canebatur e lib. I Regum cap. II, *ſuſcitat de puluere egenum, & de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat.* Sed nolo in hoc hærere. quia ipſemet agnoſcit *Iunius*, nihil hic firmamenti. *Iſta,* inquit, *ſedes, ſi qua fuit, penes auctores fides eſto.* Deinde tamen vt fabulæ teſtimonium adhuc aliquod ſit, de exploratorum illa ſede ita præter gregalium ſuorum omnium ſententiam loquitur: *Illam potius eſſe crediderim, quæ non in publico, ſed in conclaui electionum eſt.* Et poſtea, *ſi diuinare licet, hanc potius fuiſſe perforatam ſedem crediderim.* Sed cur & vnde id credideris? vnde diuinaris? Num vbicunque in ſede aliqua ſedere Pontificem audieris, ibi ſtatim, an vir ſit, explorari credes? cur non ex electionum conclaui in intimum Pontificis conclaue ſedem hanc tranſtulerit alius? *Sed valeant ſordes*, inquit idem *Iunius*. Omnino valeant. quia & ſordida priorum nouatorum de ſede iſta mendacia ſunt, & ſordida in noua fabricanda Iunii temeritas.

Onuphr. *l. d. 7 Eccl. p.* 115 *& ſeq.* (S.)

V *Quinta obiectio.* Auctores aliqui hoc referunt. ſed tales & taliter, quales & qualiter notaui ſupra.

Qui fabulam hanc confutarint LIV E contrario autem plures iam Catholici copioſe ac valenter totam fabulæ 222
huius molem penitus deiecerunt, Latine quidem *Onuphrius* in Platinam, & *Bellarminus* lib. III de Rom. Pontif. c. XXIV, Reuerendiſſimus *Baronius* Annalium tomo X. Gallice vir excellenti dignitate ac doctrina Dominus *Florimundus* de *Raemound* libro de vulgari fabula. Germanice admodum clare ac ſolide, in concione de hac ipſa re, *P. Georgius Scherer*. quam concionem cum non ignotus mihi homo, in Lutherano errore ita pertinax, vt vrbem, in qua honeſto loco, neque lauta erat, quam illum mutare maluerit, legiſſet, dixerit: *ſe alia quidem omnia Lutheranum eſſe: deinceps tamen nunquam crediturum, fuiſſe Pontificem Romæ vllam feminam.* Quam eandem in hoc poſteriori mentem, & multo adhuc meliorem precor aliis, quibus 223
forte adhuc perſuaſum ſecus: & diſtichon, quod, annis abhinc pluribus, bellulis cum ſynecdochis, doctus fundebat vir, adiungo.

Roma viros Papas, Papiſſas Anglia molles,
Androgynæcomanes ſpurca Geneua colit.

Elizabetha enim (quam, me non ſemel audiente, *Thaidem* vocitabat nobilis, & doctrinæ fama, librorumque plurium editione apud ſuos clarus Anglus, & hæreticus) ſe non Reginam ſolum ac virginem, ſed & eccleſiæ Anglicanæ *caput* indigitabat. *Beza* vero Geneuenſis etiam *Papa* in Mompelgardenſi Colloquio a Schmidelino ſalutatus eſt: homo, qui eas de ſeipſo nefandas, in vulgatis *Gen. 19 v. 4 ſq.* libris, edidit libidines, quas cæleſti olim flamma in Sodomitis Deus, nunc vero qui viua Dei ſimulachra ſunt, boni Magiſtratus gladio & igne, prout ipſe ante annos non valde multos, Norimbergæ conſpexi, vindicant. De ſuo enim Ganymede *Audeberto*, ſuaque Venere *Candida* *,

Amplector, inquit, *ſi hunc & illam vt*

Abcido enim propter ſpurcitiem cetera: neque iſta quidem iam attigiſſem, niſi calumniæ a Moguntia, & a tota Dei eccleſia depellendæ coegiſſet diſputatio. Sanctiora deinceps tractanda.

* *In lib. Epigram. apud* Rob. Stephanum *Pariſ. anno* 1548. (S.)

221 # MOGVNTIACARVM RERVM
LIBER II
De MOGVNTIACENSIBVS EPISCOPIS Primis, *ab prædicationis Euangelicæ initio,* *vſque* ad Archiepiſcopum *primum.* & de aliis item SANCTIS.

PRAEFATIVNCVLA

De Moguntinorum Epiſcoporum ſucceſſionis vtilitate, ac numero, deque ipſorum primo.

HABET antiquitatis cognitio multas magnasque vtilitates, prout modice lib. I cap. I vel indicatum, vel certe ſubindicatum fuit. Inter eas vero perinſignis ea eſt, quam affert Epiſcoporum in ciuitate quapiam ſucceſſio, eiuſque a primis vſque ſacroſanctæ in CHRISTVM IESVM Dominum ac Saluatorem fidei denuntiatæ, ac fundatæ initiis conſideratio, quod in religione ab illis tradita, perque longæuam & conſtantem illorum ſibi mutuo ſuccedentium ſeriem ad nos vſque ducta Catholicorum animos confirmet, hæreticorum vero nouitia dogmata profliget. Ita enim præſcriptionum aduerſus hæreſes *Tertullianus* cap. XXXII: *Edant hæretici origines eccleſiarum ſuarum: euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum eccleſia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert: ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit: proinde vtique ceteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingunt tale aliquid hæretici.*

Vtilis de Epiſcoporum ſucceſſionibus cognitio.

vel ipſius Tertulliani teſtimonio.

222

223

II. Moguntini porro Epiſcopi, qui nobis deinceps erunt conſiderandi vel Epiſcopi tantummodo ſunt, vel etiam Archiepiſcopi. Dixi autem lib. I cap. XX, illos a quibuſdam numerari ſolum *ſedecim*: ab aliis vero, *quadraginta*. Et quia poſteriorem hanc illic amplexus ſum ſententiam, verbaque *Trithemii* e præfatione in S. Maximi vitam nondum, quod quidem ſciam, edita promiſi, ea iam do: *Recentiores, ait, quidam incerti ſcriptores temporum & Moguntinenſium hiſtoriarum, nec ordinem Pontificum, nec tempus deſignauere, nec numerum. Sanctus enim CRESCENS, qui primus eccleſiæ Moguntinæ reponitur Epiſcopus, anno Domini LXXX fuit ordinatus; & moritur ſub Euariſto Papa Romano, Dominicæ natiuitatis CVIII, Indictione VI. A cuius obitu vſque ad S. Bonifacium, qui anno CHRISTI DCCXX Epiſcopus fuit ordinatus per Gregorium Papam II depoſito Williebo, quem Carolus Martellus, Maior domus, laicum promouerat, anni tranſierunt DCXL, in quibus neoterici & incerti ſcriptores Moguntinenſium XVI duntaxat Epiſcopos cum S. Creſcente, Bonifacio excluſo, nominatim & ordine incerto connumerant. Verum niſi dicatur pontificio munere ſæpius vacaſſe ad multos annos eccleſia Moguntina, non poterit eſſe vera taliter opinantium ſententia. Sed in contrarium vt ego ſentiam, Megenfridi, fideliſſimæ auctoritatis viri, me compellit ad amuſſim exquiſita diligen-*

Epiſcopi Moguntini primi diuerſimode numerantur.

Creſcens

224

Trithemii indicatio numerando.

diligentia. Qui, temporibus Ottonis II & III Imperatorum, monachus Fuldæ viuens in humanis, libros XXIV hiſtoriarum de temporibus gratiæ compoſuit: in quibus aliter multo ſenſit ac ſcripſit, quam auctores incerti omnes memorati. Moguntinos namque Præſules ante S. Bonifacium XL fuiſſe commemorat: inter quos Beatum Maximum, non S. Aurei martyris, ut iſti aſſeuerant, ſed diui Lucii Annæi Pontificis octaui decimi, ſucceſſorem fuiſſe immediatum probat. S. vero martyrem Aureum ab Attila rege Hunnorum anno Domini CCCCLIV, Indict. Romanorum VII cum Iuſtina ſorore, multiſque Chriſtianorum millibus in eccleſia XVI Calend. Iulii paſſum, non ſextum, ſed quintum atque viceſimum eccleſiæ Moguntinæ fuiſſe Pontificem, luce clarius demonſtrat. Cui in epiſcopatu non Maximus, (qui annis ferme LXXII præceſſerat ab hac vita ſublatus) ſed Eutropius, cuius illi nullam faciunt mentionem, eodem anno ſucceſſit. Vnde ſatis admirari nequeo, qui fuerint, aut quo tempore vixerint in humanis iſti ſcriptores Moguntinenſium incerti: quorum nec volumina principium habent, nec titulos, nulliusque nomen inuenitur aſcriptum. Ecce Megenfridus XL Pontifices in eccleſia Moguntina S. Bonifacium præceſſiſſe aſſerit, quorum nomina, tempus & regiminis annos clare per ordinem expreſſit: cum recentiores iſti ſcriptores (etiam ſibi mutuo diſcordantes) nominatim duntaxat inuenerint XVI, quorum nec ordinem ſucceſſionis recte deſcribunt, nec annos, aut pontificatus tempora vel vnius expreſſerunt. Hæc ille *. Edit. I p. 224

* Tu vero huc confer, quæ *Papebrochius* habet tum in ſylloge de *S. Creſcente* hiſtorica VI p. 251, tum commentario de *S. Aureo* n. VI p. 44.

Nota, XVI illi inter XL hoc ſigno diſcernendi. III Vt autem inter XL internoſcantur illi ab aliis poſiti XVI, præfigam iis, cum minore numero, ſtellulam: ſed ſecundum Bruſchii ordinem, de quo poſtea cap. XXIII. Omnium ergo index ſic habet.

I EPISCOPVS MOGVNTINVS 225

* S. CRESCENS.

De *Creſcente* ad d. XXVII Iunii peculiari, quam modo dixi, ſylloge hiſtorica egit *Daniel Papebrochius*. Quam cum tomi II ſect. I n. I in excerptis dederim, operæ pretium erit, eam cum his, quæ auctor capp. ſequentibus habet, componere.

CAPVT I

De S. CRESCENTIS nomine.

Creſcentis nomen ſcribitur SAnctum CRESCENTEM fuiſſe primum in ſacra ſede Moguntina Epiſcopum, oſtenſum eſt antea, eodem lib. I c. XIX; ideoque paulo iam, vti tum recepi, de eo dicenda pluſcula. & primo quidem de ipſius nomine, quod apud S. Paulum eſt II Timoth. IV ℣. 10. Sed eum in locum dicit *Eraſmus*, in Græco eſſe *Criſces*. *Creſces,* Verum aut *Criſcis* dicendum fuit, aut potius *Creſces*, cum in vtraque ſyllaba ſit vna eademque littera ε. Solent autem iſto modo Græci exprimere nomina, quæ Latinis in *ens* deſinunt, vt II Tim. IV v. 21 Πούδης *Pudens.* Οὐάλης *Valens* apud *S. Athanaſium* Apol. II in Sardic. Concilio. Κλήμης *Clemens*, in Syriaco Philip. IV v. 3. qui Syriacus pro Creſcente poſuit citata ep. II Tim. c. IV. v. 10 *Criſpum.* Verum iis, quibus maxima Syriacarum litterarum C & P nota ſimilitudo, dubium nullum eſt, quin legendum ſit, non *Criſpus*, *Creſcus,* ſed *Creſcus*, aut *Creſcens in Galatiam profectus eſt.* Nam ita Græci libri omnes, *Creſcentinus.* quorum Syriacus eſt aſſectator, lectitant. Apud *Cochlæum Creſcentinus* etiam nominatur, ſimilemque nominis mutationem apud profanos etiam crebro legi notant Romanæ in S. Abundi & Abundantii martyrum hiſtoriam notationes.

CAPVT II

An noſter iſte S. CRESCENS B. Pauli diſcipulus fuerit?

Creſcentem Pauli diſcipulum fuiſſe dicunt IN ſuo Moguntinorum Epiſcoporum catalogo ſubtimide loqui videtur *Cochlæus*. Dum enim Creſcentem Epiſcopum primum nominabat, ſubiungit: *Quem ferunt Pauli Apoſtoli fuiſſe diſcipulum.* Sed vbi timor non eſt, omnis remouenda 226

trepi-

trepidatio : & ingenue, palamque profitendum, fuiſſe hunc eundem primum Moguntinæ ſedis Epiſcopum. Nam 1 docet id conſtans priſcorum narratio, & in Moguntinorum Epiſcoporum catalogis tam MS. omnibus, quos non paucos ipſe vidi, quam in editis, & Bruſchio, ac Demochare : itemque a Trithemio in vita S. Maximi, ſicque ſentiunt & ſcribunt *Rupertus Tuitienſis* lib. I de officiis c. XXVII, *Trithemius* in vita S. Maximi, *Clichtoueus*, *Eſpencæus* in Timoth. II c. IV, *Feuardentius* in Irenæi l. I c. III, *Ioannes Mutterſtatt* de Epiſcopis Spirenſibus, *Wolfgangus Bavarus* in vita Præſulum Nemetecernæ, *Gulielmus Eiſengrein* centen. I p. I diſtinct. II, *Arnoldus Mermannus* in theatro de conuerſione Gentium, *Cratepolius* in Annalibus : e Nouatoribus etiam *Munſterus* lib. III Geogr. *Auentinus* lib. II, (c. VII) *Theophilus Leberus* † in Onomaſtico Theologico, *David Chytræus* in Onomaſtico : *Creſcens*, ait, *diſcipulus Pauli Apoſtoli, primus prædicauit Euangelion in Gallia Moguntiæ* : & in nouo perelatoque Moguntinæ urbis templo hi, cum ſancti Præſulis appicta imagine, verſus :

Creſcentis fecit clarum ſacra pagina nomen,

Dum tibi fidus erat, PAVLE beate, comes.

† Leg. *Lebens*. Ceterum *Theophilus* iſte *Lebens* idem ille eſt, quem auctor ſtatim citat, *David Chytræus* : quippe qui *Onomaſticum* iſtud *theologicum* edidit, primum Witembergæ anno MDLVII, præfixis *Theophili Lebei* nominibus ; quorum quidem illud græci ſermonis idem eſt ac *David* ; iſtud vero ſimiliter ex vocabulo *lebes*, græce λέβης, efficum, loco vernaculi, quo cognominabatur, *Kochhave* ; poſtea vero, larua depoſita, *David*, quo vtebatur, *Chytræi*. Conſ. qui præ *Placcio*, de anonym. cap. II n. 811 & p. 144, & *Dahlmanno*, anonym. & pſeudonymor. parte II ſect. I n. 65 p. 381, hic legi meretur *Schutzius* commentar. de vita Chytræi tom. I § XXXII p. 155 & ſeqq.

Ex ipſo autem Apoſtolo ducitur argumentum ſatis, vt equidem videtur, perſpicuum. Cum enim de diſcipulorum ſuorum Demæ, Titi, Lucæ, Tychici, Eraſti, & Trophimi diſceſſu ageret, addidit : *CRESCENS in Galatiam abiit*, generatim ſcilicet regionem, in quam hic abiiſſet, indicans. Monet autem *S. Epiphanius* hæreſi LI, quæ eſt τῶν ἀλόγων, legendum non εἰς Γαλατίαν, ſed εἰς Γαλλίαν. Sed duo dicenda. *Vnum* ; Galatiæ lectionem videri retinendam †; quia ita in textu eſt, Latino, Græco, & Syriaco : ita in *Euſebio* lib. III hiſtoriæ c. IV, & omnibus Interpretibus, *D. Chryſoſtomo*, *Theodoreto*, *Theophylacto*, *OEcumenio*, *Anſelmo*, *Primaſio*, aliis. *Alterum* : Galatiam vocari ab Apoſtolo Galliam ; idque vult *S. Epiphanius*, *D. Hieronymus* in catalogo : *Creſcens*, ait, *in Galliis prædicauit Euangelium*. *Sophronius* : Κρήσκης ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον. *Marianus Scotus* l. II anno Domini LXXII, *Galatiam*, inquit *Theodoretus*, *Gallias appellauit Apoſtolus. Ita enim appellabantur antiquitus : ita etiam nunc eas nominant, qui ſunt externæ doctrinæ participes.* Cuiuſmodi ſane ſunt *Varro* apud Sextum Ruffum cap. de orientalibus regionibus, *Ammianus* lib. XV, *Pauſanias* in Phocicis, *Seneca* lib. ad Albinam c. VI, *Ioſephus* lib. XVII antiq. c. XV, lib. II capt. c. XI *.

† Ita quoque *Valeſius*, auctorem *Serarium*, quem citat, ſecutus, annotat. ad *Euſebii* lib. III hiſtor. eccleſ. cap. IV. p. 39. Contra *Petrus de Marca* epiſtola ad eundem § II Γαλλίαν mauult.

* Leg. lib. II *de bello Iudaico* cap. VI.

Speciatim vero, in certas Galliæ vrbes has ipſum veniſſe narrant boni auctores : *Viennam*, Ado, Beda, Vſuardus, Petrus Venerabilis lib. I epiſt. II, & Martyrologium Romanum die XXIX Decembris : *Coloniam*, Rupertus lib. I de officiis cap. XXVII ; *Moguntiam*, Ado in VI ætate, Beda, Vſuardus, Martyrol. Romanum die XXVII Iunii. Addit *Dorotheus* in ſynopſi *Chalcedonem*, *quæ in Gallia*, inquit, *eſt*. Sed vbi & quænam illa ? Sciendum *primo*, in Græco Dorothei codice, quem Sereniſſimi Bauariæ Ducis bibliotheca Monachienſis habet, rem illam iſtis legi verbis : Κρήσκης, οὗ μέμνηται ὁ ἀπόστολος, ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, ὃς καὶ ἐπίσκοπος Χαλκηδόνος τῆς ἐν Γαλλίᾳ ἐγένετο. id eſt, CRESCENS, *cuius meminit Apoſtolus in ſecunda ad Timotheum epiſtola, qui & Epiſcopus Chalcidis, quæ in Gallia eſt, fuit.* Sciendum *ſecundo*, ab *Stephano Byzantino* libro de vrbibus, Chalcidas enumerari pluſquam octo, nullam tamen in Gallia conſtitui : ſed nec ab alio, quem quidem viderim, auctore vllo antiquiore. Sciendum *tertio*, mendoſe in Latino Dorothei textu *Chalcedonem* pro *Chalcide* reponi cum diuerſa,

1 conſtans priſcorum narratio ;

2 Pauli 2 Timoth. 4, 10. teſtimonium.

vbi Galatiæ lectio retinenda,

& per Galatiam intelligenda Gallia.

In quas Galliæ vrbes Creſcens venerit.

Græcus Dorothei textus expendendus

diſtinctaque nomina ſint. *Quarto*, Chalcedonem iſtam, vel Chalcidem potius putat in Martyrologii notis Reuerendiſſ. *Baronius* eſſe *Viennam*, de qua dictum, *Gallicam*. At hanc ipſam ab eodem Stephano comperior Οὐίεννα appellari, a *Ptolemaeo* lib. II Geogr. in Narbonenſi Gallia; & a *Strabone* lib. IV Οὐιέννα; a *Furadino*, *Senatoriam*. Sed Chalcidem quis appellauit? & quæ, cur ita vocaretur, cauſa? *Quinto*, doctis aliquot illud allubeſcere video, vt *Chalcis*, vt Bithyniæ Chalcedon, partim quia Galatiæ haud proxima eſt, & Galatia interdum Bithynia dicitur: partim quia ſcribit lib. XII *Strabo*, eam quodammodo ambiri a fluuio, cui *Gallus* nomen eſt. At ſi Chalcedone Bithyniæ fuiſſet vnquam Creſcens Epiſcopus, ii, qui de Chalcedonenſi Concilio ſcripſerunt, id, opinor, non tacuiſſent, cum eam vrbem tantus maxime nobilitaſſet Epiſcopus. *Sexto*, ſi abſque ratione fas loqui eſſet, tam facile Moguntiam quam Viennam alio nomine dictam Chalcidem diceret aliquis: poſſetque addere, ſicuti certum ſatis non eſt, quiſnam ille libri de LXX diſcipulis auctor Dorotheus ſit, ita incertum eſſe, cur eam ille ita vocare voluerit. An quia, cum *Aurea* vocaretur, eam potius *Aeream* vocandam ei dixit aliquis? An quia ipſi roganti nominis *Mentz* ſignificationem, neque quod ei reſpondere poſſet, haberet interpres, videretque tamen aliquam, licet omnino perparuam, inter *Mentz* & *Ertz*, quod æs eſt, ſimilitudinem, a χαλκός, id eſt, ab ære vocatam ridiculus ille reſpondit? An quia fuit aliqua hic aut ſitus, aut ſtructuræ ſimilitudo cum vrbibus aliis eo nomine vocatis, vel cum ſerpentibus & piſcibus, qui apud *Ariſtotelem* lib. IV & VIII Animal. *Plinium* lib. XXIX c. V, *Columellam* lib. VIII c. XVII *chalcides* appellantur? An denique, quia hic olim militaria Romanorum ſtatiua, quædam veluti ærea contra Barbaros acies? præſertim cum bellatores armis bene inſtructos apud Homerum & alios paſſim videamus χαλκοκνήμιδας, χαλκοχίτωνας, [illegible] appellari, & ſic, quæ prius ærea, poſt aurea vocata fuiſſet. Aurum ego & argentum non habeo; ſi haberem, *chalcea* iſta donanti & explicanti, darem, ridente licet Martiale, non illibenter *chryſea*. 228

Qua via venerit Creſcens Moguntiam.

Sed ad S. Creſcentis viam redeamus, quem addunt alii veniſſe in Nemetum, Vangionum, Tribocumque vrbes, Spiram ſcilicet, Wormatiam, Argentinam; Sic enim citati Moguntinæ arcis verſus *:

Inde ſeil occiduas Gallorum ceſſit in oras,
Vt CHRISTI prompto ſpargeret ore fidem.

Sed vnde hoc habeatur, neſcio, niſi ex itinere, quo Moguntiam venit, coniectura petatur. Sic enim & Iulianum Cæſarem *Vienna Galliæ vrbe Maguntiacum veniſſe* narrat *Ammianus* lib. XVI & XVII. Iam vero meminiſſe oportet id, quod lib. I c. IX conſtitutum eſt, Moguntiam Galatiæ ſeu Galliæ vrbem fuiſſe. Si dicas non ſatis apte concludi: *Iuit S. Creſcens in Galliam. Ergo Moguntiam.* Nam potuit in aliam quamlibet Galliæ vrbem iiſſe: poſſetque pari modo, cum alia quælibet Galatica vrbs ſibi vendicare Apoſtolum & Epiſcopum. Sane vero, ſi ſola per ſe ſpectetur iſta concluſio, eſt, vt obiicitur, inepta. Sed ſi ea iungatur cum perpetua maiorum traditione, cum temporum, eccleſiæque huius monimentis teſtantibus, Creſcentem huc veniſſe, an in re hiſtorica vim paruam habet? Si aliunde conſtaret, aliquem e Saxonia profectum, & aliunde rurſum conſtaret, eum Francofurti viſum eſſe, nonne illum e Saxonia Francofurtum veniſſe ratiocinaremur optime? 229

* Leg. in *Moguntina arcis* templo *verſus*; vti ſupra eſt p. 226, & infra p. 233 & 236.

Dictis haud obſtat, quod 1. Viennenſis dicatur Epiſcopus.

II Obiiciuntur tamen adhuc nonnulla.

1, Viennæ fuit S. Creſcens Epiſcopus, & quidem *primus*, *Adone* Viennenſe teſte, in ætate VI, bis, anno ſcilicet LIX, & CI. Reſpondetur, eccleſiæ initio, cum Euangelii præcones huc illuc pergerent, vnum eundemque pluribus in locis Epiſcopum interdum fuiſſe, vti de S. Petro conſtat & de S. Tito notat *S. Thomas* in II Timoth. c. vltimo, & de aliis alii.

Nec 2, quod Cluniacenſis de eo ſileat, vbi de Galliæ apoſtolis agit.

2, Ad Iunii diem XXVII iſta notat Reuerendiſſimus *Baronius*: *De ſede Moguntina tradit Petrus Cluniacenſis lib. II epiſt. I.* At in ea eius libri epiſtola ne vnum quidem aut de S. Creſcente, aut de Moguntia verbum. Librarii mendum quin ſit, nullus dubitet. Quod emendatum, ſi legimus *lib. I epiſt. II.*

Atta-

Edit. I pag. Attamen, ne ſic quidem vlla ibi Moguntiæ mentio; ſed Viennæ tantum. Reſpondeo primo in citati auctoris exemplari fortaſſis etiam fuiſſe Moguntiam. Secundo loqui tantummodo Cluniacenſem de Galliæ, prout poſterioribus ſæculis à Germania diſtingui cœpit, Epiſcopis: ſicque Moguntiam, quæ in Germania, nominare haud oportuiſſe, licet de ea interim nihil neget. Quia vero verba, quibus Petrus ille doctiſſimus Bruiſanos quondam hæreticos, ſanctorum, templorumque hoſtes ac euerſores, verberat, noſtri etiam ſæculi nouatores tangunt, eorum, quod his bono ſit, tranſſcriptionem non defugiam. *Sed*, ait, *vt de primis Galliæ noſtræ Apoſtolis, quos veſtra impia fatuitas & fatua impietas hactenus ſcire non meruit, aliquid plenius dicam, ſicut ipſa teſtatur antiquitas: & a ſanctis viris nobis relicta tradunt hiſtoriæ: non ſolum nos, verum etiam omnes Chriſtiani populi, puſilli cum maioribus, ſenes cum iunioribus, veſtram inſaniam irridentes certiſſime tenent, quod Hireneus Lugduni, Creſcens Viennæ, Vrſinus Biturigis, Paulus Narbonæ, Saturninus Toloſæ, Auſtremonius Aruernis, Martialis Lemouicis, Burdegalæ, & Pictauis, Fronto Petragoris, Eutropius Xantonis, Gatianus Turonis, Iulianus Cenomannis, Pariſiis Dionyſius, Senonis Potentianus & Samnianus, Beluaci Lucianus, AEduæ Andochius, Lingonis Benignus, & quis omnes glorioſiſſimos fidei noſtræ Patres & Apoſtolos enumerare ſufficiat; Iſti certe vbicunque nomen Domini annuntiauerunt, ſtatim idolorum delubra (prout fas fuit) euertentes, aut nouas eccleſias fundauerunt, aut ipſa templa in eccleſias conuerterunt: adeo vt hodieque in pleriſque locis, ſicut ipſi noſtris oculis inſpeximus, eccleſiæ vel baſilicæ ab eis conſtructæ, altaria manibus eorum fundata & conſecrata in memoriam antiquitatis & ſanctitatis eorum a fidelibus populis reſeruata monſtrentur, quamque ridendi & deteſtandi ſitis omnibus hominibus, quadam viua voce loquantur.* Et deinceps ſubiungit templa, quæ ſunt ædificata ab Apoſtolis ipſis, & concludit: *Ita vniuerſi veteris & nouæ legis auctores vnanimi ſtudio vobis aduerſantur, vt neceſſe vobis ſit aut tantis teſtibus acquieſcere, aut ſine CHRISTO, Prophetis & Apoſtolis, fallaciter permanere.*

230

2. Moguntia etiam apud veteres, vt ſupra dictum, in Germania quandoque ponitur. Non igitur, ſi in Galatiam iuit S. Creſcens, veniſſet in Germaniam. Reſpondeo, Galatiæ nomine non Galliam tantum, ſed Germaniam etiam apud veteres, non raro comprehendi. Nam *Plutarchus* in Craſſo, quos *Galatas* vocarat, eoſdem in Spartaci exercitu paulo poſt vocat *Germanos*. *Herodotus* lib. II & IV Danubium in Celtis, qui *Galli* apud *Ammianum* lib. XV, & *Galatæ* (vnde apud *Ptolomæum* lib. II. κελτογαλάται) oriri ait. *Celtas* in Rhenum natos immerſare infantulos, ſcribit epiſtola ad Maxim. *Iulianus* & *B. Nazianzenus*. At qui hæc faciant, eos in Anthimii panegyrico nominant *Sidonius*, & lib. I Salubrium, *Galenus*, itemque *Claudianus*, & in Dionyſiacis *Nonnus*, *Germanos*. *Seruius* in AEneid. VII *tela Gallica*, ſimul etiam *Teutonica* indigitat. *Dio* lib. XXXIX *Antiquitus populi, qui ex vtraque parte Rheni habitabant, Celtæ vno nomine* ad 2, quod Moguntiam apud veteres quandoque in Germania ponatur.

231 *appellati ſunt.* Et lib. LIII, *Celtæ, quos Germanos appellant.* *Ariſtides* oratione in Regem, Quados, & Marcomannos appellat Celtas, vti & *Clemens Alexandrinus* in Pædagogo, & *Nazarius* in Anthologia Græca. At eoſdem quis Germanos paſſim vocari ac eſſe ignorat? *Ioſephus* lib. XIX c. I. Imperatoris Caii doryphoros fuiſſe *Germanos* ſcribit, ſed in Celticis ſeu Gallicis ordinibus, & c. X in funebri Herodis Tyranni pompa ſimul Germanos, Celtaſque iungit: & lib. I c. VII *Ii*, ait, *qui hodie a Græcis vocantur Galatæ, ſunt Gomaræi*, a Gomer ſcilicet Germani. Et paulo poſt, *Aſcenaxas* (ſic etiam hodie Germanos Hebræi vocant) *vocari* dicit, οἱ νῦν Ῥηγῖνες, *qui Rhenani*, ſeu *Rheingini a Græcis appellantur.* Quid *Ioſephus* alter, Gorionis filius? Nonne diſertim lib. III c. XV Galliam vocat Germaniam? Et qui Minturnis Marium interficere debebat ſeruus, nonne a Plinio & Floro *Gallus*, a Val. Maximo *Cimber*, a Velleio Paterculo *Germanus* vocatur? Siue igitur in Galatiam, quæ Gallia, ſiue quæ Germania eſt, ierit S. Creſcens, videmus omnia cum iis, quæ de Moguntino eius euangeliſmo & apoſtolatu tradita ſunt, admodum congruere.

Quos Polybius Celtas, *eos ſemper* Gallos *vocat Liuius: licet id* Hadrianus Iunius *improbet Batau. cap. 12.* (S)

Nec 4. quod nulla illius in Ritualibus Moguntinis fiat mentio.

4. Nulla S. Creſcentis in ritualibus Moguntinorum libris, Breuiariis, Miſſalibus, & ſimilibus mentio vſpiam eſt, cum tamen S. Bonifacii ſit die V Iunii; S. Albani eiuſdem die XXI; S. Seueri die XXII Octobris; S. Theoneſti eiuſdem die XXX; S. Bilhildis die XXVII Nouembris. Reſpondeo, mihi certam ſilentii huius non liquere cauſſam, quæ tamen, ſine dubio, poterit ab aliquo ſolertius inueſtigari. Quæ autem occurrit, eſt hæc: noluiſſe maiorum grauitatem ac modeſtiam in diuinis precibus & ſacrificiis illum nominare, quem ſibi depoſcerent, quemque in dubium reuocarent alii.

III Nunc autem horum argumenta cum ſoluta ſint, & in re antiqua indiciorum, quæ Moguntiam eundem illum adducant, ſatis allatum ſit, maneat S. PAVLI diſcipulum fuiſſe primum Moguntinum Epiſcopum, S. CRESCENTEM.

CAPVT III 232

Quando in has Galliæ partes venit S. Creſcens?

Venit in Galliam ante 2 ad Timotheũ ſcriptam.

VEniſſe antequam ſcriberet Apoſtolus Timotheicam ſecundam, claret ex his eius verbis cap. IV, *Creſcens iuit in Galatiam.* Quando autem epiſtola illa ſcripta fuerit, duplex opinio eſt. Quidam enim vltimo vitæ S. Pauli anno ſcriptam, omniumque ipſius epiſtolarum nouiſſimam arbitrantur, vt *Euſebius* lib. II hiſtoriæ, *S. Chryſoſtomus* in eandem epiſtolam, *D. Hieronymus* lib. de ſcriptoribus eccleſ. *Theodoretus* præf. in epiſtolas Apoſtoli, & recentiorum plerique. Reuerendiſſimus vero *Baronius* tomo I nouem, minimum annis ante Apoſtoli mortem, eandem epiſtolam conſcriptam probat, eique ob eius argumenta, & commodam omnium explicationem non illibenter, cum eandem exponerem epiſtolam, aſſenſus ſum. ita vt S. Creſcens in Galatiam ſeu Galliam iſtam venerit anno Domini LVIII, prout ex iis etiam patet, quæ in libello de S. Paulo attigi.

CAPVT IV

An ſponte ſua & ab Apoſtolorum nemine miſſus in eandem Galliam venerit S. Creſcens?

Non ſponte ſua [illegible] ſed alicuius iuſſu iter in Galliam ingreſſus eſt.

SOlus, quem quidem viderim, *Catharinus* citatum D. Pauli locum allegorice interpretans, eum ſignificat ſponte a S. Paulo diſceſſiſſe, ſicuti & Demas diſceſſerat. Omnes tamen alii fatentur non ſuapte ſponte, ſed alicuius iuſſu hoc aggreſſum iter; vti *S. Chryſoſtomus*, *Theodoretus*, alii. Non enim aliter abiiſſe hunc, quam Titum putandum eſt; qui ibidem in Dalmatiam iiſſe dicitur. Titum vero ab Apoſtolo profugiſſe, bonaque ipſius venia profectum non eſſe, quis dicat? Neque vero Apoſtolus hiſce duobus turpe illud appegit elogium, quod Demæ appegerat; *ſeculi* nimirum *huius amorem.* *Hi*, ait *Theodoretus*, *liberi ſunt ab illa reprehenſione. Ab eo enim miſſi fuerant gratia prædicationis.* Et e nouatoribus in eundem locum *Aretius*: *Creſcens*, ait, *in Galliam, Titus in Dalmatiam, non tam abierunt, quam miſſi ſunt ab Apoſtolo, & honeſto fine, vt docerent.* Idemque ſemel ac iterum repetit in epiſtolam ad Titum. *Albertus Magnus* in ſua litania, cum dixiſſet: *Omnes ſancti Apoſtoli*, dicit eiuſmodi *Apoſtolicos* eſſe, *qui, pro regenda eccleſia, Apoſtolatum, poſt Apoſtolos XII diuinitus acceperunt*, eorumque complures numerat, vt *Dionyſium Areopagitam*, *Maternum*, alios, & *Creſcentem*. 233

CAPVT V

A quo has in oras miſſus S. Creſcens.

Quibusdam videtur miſſus a Paulo; aliis a Petro;

APoſtoli omnes in lib. I conſtitut. Apoſtol. cap. XLVII ita loquuntur: *Creſcentem Epiſcopum eccleſiarum Galatiæ ordinauimus.* Sed feciſſe hoc ſe aiunt, quia, quod eorum vnus vel duo faciebant, id ita ratum gratumque omnibus, vt eorum toti collegio adſcribatur. *Theodoretus* & *D. Thomas* in citatum D. Pauli locum ab Apoſtolo Paulo miſſum ait. *S. Innocentius* epiſt. ad Ianuarium ab S. Petro, itemque *Rupertus* de offic. cap. XXVII, *MS.* noſter, *Genebrardus* lib. III circa annum Domini CII, & citati ex arcis templo verſus;

… Petrus, Apoſtolici coryphæus culminis, illum
Iuſſit apud Belgas Præſulis eſſe loco.

Sed 1 fieri potuit, vt quo tempore à S. Paulo Romæ tunc exiſtente diſceſſit, eſſet itidem Romæ S. Petrus: iſque, D. Paulo non renuente, quin volente ac laudante, S. Creſcentem Galliæ deſtinaret Epiſcopum & ſacrum euangelii præconem. 2 Potuit e contrario fieri, vt à S. Paulo miſſus fuerit, quia extraordinariam habuerunt omnes Apoſtoli in totum terrarum orbem poteſtatem, quaſi Pontifices maximi eſſent omnes. 3 Et quia S. Petrus, & S. Paulus Romanam eccleſiam *vbi tria obſeruanda.*
234 ſuo & verbo & ſanguine docuerunt & fundarunt, fit, vt interdum, quod ab vno in eccleſiæ gubernatione & propagatione Romæ geſtum eſt, id eorum alteri tribuatur, & non raro ſimul tanquam in Romano pontificatu ſocii iungantur; quemadmodum videre eſt apud *S. Irenæum* lib. III cap. III, *S. Epiphanium* hæreſi XXVII Carpocratitarum, h. XLI Cerdonianorum, h. XLIII Marcionitarum. *Societas Pauli S. Petro adiungitur*, ait *Nicolaus I* Pontifex in epiſt. Et *Beza* in II Cor. XI ℣. 6 licet verbis, more ſuo, calumnioſis vtatur, fatetur Catholicos agnoſcere, S. Petrum & Paulum duo eccleſiæ capita fuiſſe.

II. Ab alterutro igitur Apoſtolo miſſus fuerit S. Creſcens, a Pontifice ac ſede Romana miſſus eſt, proprie tamen à S. Petro miſſum, videtur veroſimilius. 1 quia cum proxime Apoſtolus adiungit Demæ illi, qui Theſſalonicam ierat, ab ipſo tamen non miſſus. 2, quia de aliis, quos miſit, aut alibi reliquit, clare paulo poſt addit, ſe illos aut miſiſſe aut reliquiſſe. Nam ibidem ℣. 12 *Tychicum miſi Epheſum.* ℣. 20 *Eraſtus remanſit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti*, ſeu, vt corrigendum cenſet Reuerendiſſimus *Baronius*, *Melitæ.* 3, quia licet, annis ſuperioribus, S. Titum, qui S. Creſcenti ibidem adiungitur, Cretæ creaſſet Epiſcopum Apoſtolus, vt ex epiſtolæ ad ipſum, quæ anno Domini LVIII miſſa fuit, cap. I ℣. 5 perſpicuum eſt; hoc ipſo tamen eodem tempore videtur idem Titus à S. Petro in Dalmatiam miſſus, vti ait loco citato *S. Thomas*, & *finaliter dicitur fuiſſe Epiſcopus*. 4, id plures, vti ſupra patuit, aſſerunt. Verba *MS.* ſunt hæc: *ſacroſancta eccleſia Magontina, tempore beati Petri Apoſtoli vicarii Chriſti, primum Catholicæ fidei radiis illuſtrata per Creſcentem, beati Apoſtoli Pauli diſcipulum, ipſum primum ſuæ ſedis meruit habere Antiſtitem.* Vnde *Rupertus* lib. I de offic. cap. XXVII *Initium*, ait, *fidei habentes ab Apoſtolica ſede, regulam hanc metropolitanæ obſeruant eccleſiæ, vt neminem habeant Pontificem, niſi ab eadem ſede miſſum, à qua primus illius prædicator fidei miſſus eſt.* *a Petro miſſum, veriſimilius.*

235

CAPVT VI

An recta Moguntiam venerit S. Creſcens?

Iſſe in Aſiaticam Galatiam videtur ſignificare martyrologium Romanum die XXVII Iunii, quia dicit cum eo e Galliis rediiſſe. 2 *Ado* veniſſe ait cum S. Paulo Viennam. Exiſtimo primo veniſſe in haſce ciſrhenanas Galliæ partes, & cum tentaſſet omnium animos, mores, & ingenia conſpexiſſet, nonnullos conuertiſſet; cognouiſſe anno Domini LXI aut per litteras, aut per alicuius rumorem, Roma S. Paulum velle in Hiſpaniam, ſicque ad illum properaſſe, ab eoque Viennæ relictum: inde, poſt temporis aliquantum, rediiſſe Moguntiam. Sic enim in Romano martyrologio *Galaticam gentem* accipio.

CAPVT VII

Quomodo, vbi, & quando mortuus S. Creſcens?

Conſenſu maximo docent omnes martyrio affectum, vt *Beda*, *Martyrologium Romanum*, *Ado.* Sed vbinam, quæſtio eſt. *Dorotheus* ait *Chalcedone.* Verum iam ſupra vel hinc ſemotus, vel expoſitus. *Martyrologium Romanum* ita loquitur; *In Galatia ſancti Creſcentis, diſcipuli beati Pauli Apoſtoli, qui in Gallias tranſitum faciens, verbo prædicationis multos ad fidem Chriſti conuertit: rediens vero ad gentem, cui ſpecialiter datus erat Epiſcopus, cum* *Martyrio affectus eſt, & ſepultus.*

Galatas ipſos vſque ad finem vitæ ſuæ in opere Domini confirmaſſet, demum ſub Traiano martyrium conſummauit. Sed ſupra iam dixi, poſſe per Galatiam intelligi Moguntinam iſtam Galliæ, Germaniæque regionem. Et hic profecto Moguntiæ mortuum & ſepultum hunc ſanctum eſſe, docet aperte *Trithemius* in vita S. Maximi, cap. XVIII, & *S. Hieronymus* in catalogo illuſtrium virorum, itemque *Sophronius.* Vterque, poſteaquam in Galliis eum prædicaſſe dixerat, addidit, ille quidem; *Et illic* (in Galliis) *ſepultus eſt:* hic vero καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. At non Viennæ, vti fatetur Viennenſis *Ado*, non in alio vllo Galliæ loco. Nulli enim præter Moguntinos eum ſibi hactenus theſaurum vendicarunt. Imo ne Græcorum quidem Menologium, quod Orientis maxime Diuos colligit, vllum de Creſcente in Aſiatica illa Galatia verbum iniicit. Moguntiæ igitur eius & martyrium, & ſepulchrum. In ſancti autem Hilarii templo ſepultum, & inde ad S. Albani translatum, dicetur poſtea*. (**cap.* 26, & *l.* 4 *p.* 679.)

Moguntiæ; — Edit. I Pag. 236

& quidem tempore Traiani;

II *Quando* autem id martyrium euenerit, conſentiunt omnes de Imperatoris Traiani tempore, *quo etiam glorioſiſſimus ſenex*, inquit *Ado*, *Zacharias Viennenſis eccleſiæ Epiſcopus* (ſecundus, ſanctique Creſcentis illic ſucceſſor) *martyrio coronatus eſt. Euſebius* quidem Traiani perſecutionem inchoatam vult anno ipſius X. ſed *Baronius* contendit, anno eiuſdem primo ſtatim cœpiſſe, tomo II Annalium. Sane, *manuſcripti* noſtri, & *Trithemius* loco citato aiunt, S. Creſcentem XXII ſolidos, vel XXIII inchoatos annos eccleſiæ Moguntinæ præfuiſſe, nimirum *poſtquam Vienna diſceſſerat*, vt habet *Ado*, ſicque incidit eius martyrium in Domini annum CII, vel CIII, Traiani tertium vel quartum a incipiendo, prout iidem numerant, ab Domini anno LXXX. vnde in Moguntinæ arcis templo verſus reſidui, ſunt hi:

> *Biſque Moguntinis vndenos præfuit annos:*
> *Et vita clarus, clarus & eloquio:*
> *Martyriumque tulit, Traiano Principe, CHRISTI*
> *Cum decades denas auxerat vna trias.*

ex quo ætas eius colligi poteſt.

Atque hinc intelligitur, quanta eius eſſe potuerit ætas, cum pro CHRISTO Domino ſanctam iſtiuſmodi mortem oppeteret. Si enim putemus, cum in Galliam veniret anno Domini LIX, fuiſſe ipſum annorum XL, fuiſſet in morte annorum LXXXII, vel LXXXIII: ſin iuniorem, cum ad idem ſeſe Gallicum iter accinxit, quot annos ex illis XL ſubduxerimus, totidem ex LXXXII & LXXXIII ſubducere licebit. v. c. fuerit in ſuo huc aduentu annorum XXX, in morte non niſi LXXII, vel LXXIII extiterit. ſicque deinceps. Facile autem mihi equidem perſuaſero, iuuenem adhuc fuiſſe, cum huc miſſus eſt. Sic enim 237
Timotheus I Tim. IV, & Titus, vti cenſent apud *S. Chryſoſtomum* hom. I ad Titum nonnulli, quibus etſi de vna ipſorum ratione, non tamen de re ipſe repugnat; itemque *S. Hieronymus* in Titianæ II; *iuuenes*, cum Epiſcopale iis munus imponeretur, *fuerunt, magna tamen & excellente virtute viri*, prout loco citato probat de S. Tito, *S. Chryſoſtomus.*

Admonitio ad Moguntinos, vt hoc ſtudioſius apoſtolicam retineant doctrinam.

III Nunc vero ſupereſt hoc vnum, vt quia tantum tanti Apoſtoli diſcipulum habuit Moguntia, ſtudioſiſſime Apoſtolicam, Catholicamque fidem retineat & excolat. Fuit nomen eius Creſcens, Eccleſiaſt. XLIII ℣. 8; quia creuit ipſius apud Deum & homines gloria, idque quia creuit ipſius apud eoſdem gratia, ſapientia, & virtus, prout de Iob. c. XXXI ℣. 18, & de CHRISTO D. Lucæ II ℣. 40 ſcriptum eſt: creuit per eum verbum Dei, Act. VI ℣. 7, eccleſia, diſcipulorumque numerus ibid. ſicut in AEgypto creuerunt filii Iſrael Exod. I ℣. 7 & 12. *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem;* Prouerb. IV ℣. 18. Cum Creſcente, vt nos quoque creſcamus æquiſſimum eſt, eo modo quo Corinthiorum fidem creſcere laudabat Apoſtolus II Corinth. X ℣. 14, & Coloſſenſium c. I ℣. 6. Nobis, ſicuti & is, a quo huc miſſus eſt, S. Petrus II Pet. III ℣. 18 e ſummo cælorum orbe, ſuauiſſima voce acclamat: *Vos fratres, imo filii, præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Creſcite vero in gratia, & in cognitione Domini noſtri & Saluatoris IESV CHRISTI.* Rurſumque cum ſuo magiſtro & præceptore S. Paulo Coloſſ. I ℣. 9 & 10; *Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtu-*

Digitized by Google

poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali: vt ambuletis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. Amen.

238

CAPVT VIII

Alii Epiſcopi vſque ad decimum.

II * 6 EPISCOPVS MOGVNTINVS S. MARINVS.

QVemadmodum eccleſiæ Romanæ Pontifex *Marinus*, interdum a quibuſdam *Martinus* appellatur: ſic & Moguntinus hic Antiſtes, quem *Martini* nomine afficit *Cochlæus* *. Præfuit annos 6. Baron. 10. an. 943.

* Conf. *Papebrochius* commentar. de *S. Aureo* § VI p. 44.

III S. CRESCENTIVS annos 18.

IV S. CYRIACVS annos 14.

V S. HILARIVS Martyr annos 20.

A *Tritbemio* c. V S. Maximi dicitur *vir ſanctus & martyr. Videtur*, ait *D. Latomus, in huius memoriam eccleſia in Dalheim ædificata*, vt ſupra dictum eſt lib. I c. XXX. Et eius rei, martyriique indicium aliquod ille cenſet picturam in templi eius pariete, quam oculis quidem requiſiui, ſed non inueni.

VI * 6 B. MARTINVS. annos 14.

Fuit ſub primos pene Arianorum furores Epiſcopus Agrippinæ Coloniæ quidam impius, cui Euphrates nomen, isque ſentiebat, & docebat, haud quaquam CHRISTO Domino concedendam diuinitatem. Ad eam igitur tantam, in tam nobili Vbiorum vrbe, flammam ilico reſtinguendam, habita inibi eſt doctiſſimorum, ſanctiſſimorumque Pontificum ſynodus, anno Domini CCCXLVI die IV Idus Maias: non autem anno CCCLXXV, prout ſcripſit *Trithemius*. Fuerunt enim Conſules Amantius, & Albinus anno CCCXLV, & in Concilii huius, quod in Conciliorum tomo I eſt, principio, dicitur iſtud celebratum *poſt Amantii, & Albini conſulatum*, quemadmodum recte Annalium tom. III notauit *Baronius*. Inter alios igitur Epiſcopos noſtrum hunc etiam ad hæreſis opprimenda initia concurriſſe Martinum, teſtatur idem eiuſdem Concilii principium; eandemque ob cauſam Sardicenſi eum ſubſcripſiſſe Concilio teſtatur *S. Athanaſius*, de quo infra c. XXIII iterum, & amplius. Vocatur a *Bruſchio Marinus*. Interfuit Concilio Colonienſi an. 346 habito.

239 VII S. CELSVS Martyr. annos 12.

VIII S. LVCIVS annos 10.

IX * 2 S. GOTHARDVS annos 15.

A quibuſdam *Bodardus* vocatur *, ab aliis *Budibardus*, a *Cochlæo Godeardus*, in *Manuſcripto*, ex Sigefridi Archiepiſcopi de S. Nicomedis eccleſia diplomate, *Bothardus*. *Vir ſanctiſſimæ vitæ*, ait *Tritbemius*, *qui ſua prædicatione multa gentilium millia conuertit ad CHRISTVM. Currebant enim tum adhuc plurimi ad idola, ac præſertim in monte Martis, ad Druſi memoriam, Galliæ populi ſtato die ſupplicabant, militeſque armati decurrebant*, vt Suetonius *in Claudio teſtatur: vt ab his militaribus ludis*, Martis montem *dictum putem, qui hodie* mons D. Iacobi. *Idem aſſerit* Beatus Rhenanus *in epiſtola ad Theodoricum Greſemundum, antiquarium Moguntinum longe doctiſſimum. Mons vero S. Albani locus erat publici ſupplicii, vbi multi paſſi ſunt Chriſtiani, ibique ſepulti, poſtea* mons Martyrum *vocatus. Erat noſtra adhuc ætate in foribus templi Albanici catena immenſi ponderis, ad quam pii homines alligati diuerſis pœnis affecti ſunt. Videns autem S. Gothardus populum idololatriam eo loci exercere, excitauit in confinio eccleſiam in honorem Domini noſtri IESV CHRISTI; poſtea ad ſanctum* Nicomedem *nominatam* **, *ibique prædicationis tubam inflans, vanum populum corripiebat. Sepultus eſt in Sacra valle, nunc Dalheim dicta. Translatus ad S. Albanum inter alios ab Hildeberto. Hunc ſub nomine* Bodardi, *aut Budibardi in matriculis, & apud* Bruſchium *intelligo. Ceterum an ſacellum ſummo*

diuerſimode vocatur; multos conuertit ab idololatria; qua occaſione excitauit eccleſiam S. Nicomedis.

templo adhærens (de quo ſupra lib. I c. XXX) huius Gothardi nomen in memoriam referat, affirmare non poſſum, quamuis refragari nolim; ipſa potiſſimum me antiquitate inuitante. Hæc omnia D. Latomus.

* Quos inter Dieffenbachius in catalogo manuſcr.
** Idem dicit Dieffenbachius l. d.

CAPVT IX 240

Epiſcopi alii vſque ad vndeuiceſimum.

X * 3 S. SOPHRONIVS 8.

A *Tritbemio, Bruſchio,* & *Cochlæo Suffronius* vocatur: ac ab eodem *Tritbemio* in vita S. Maximi c. V *Vir ſanctus,* c. XVIII *vir per omnia ſanctiſſimus* appellatur.

XI S. HERIGERVS MARTYR 4.

XII S. RVTHERVS MARTYR 20.

An non *Cochlæi Rudbarius?* an qui in *Bedæ* Epitome, poſt S. Bonifacium ponitur, *Redberus?*

XIII S. AVITVS 24.

A *Tritbemio* c. V *vir doctus* atque *ſanctiſſimus* dicitur.

XIV S. IGNATIVS MARTYR 13.

XV S. DIONYSIVS 16.

A *Tritbemio* c. V *vir ſanctus* dicitur.

XVI S. RVTHBERTVS 12.

XVII S. ADELHARDVS 10.

XVIII S. LVCIVS ANNAEVS 18.

Romanus, martyr, ab Arianis occiſus dicitur anno Domini CCCXLIII; a *Tritbemio* c. V vitæ S. Maximi, nominatur *vir Apoſtolicæ atque ſanctiſſimæ vitæ.*

CAPVT X

Epiſcopus vndeuiceſimus.

XIX * 4 S. MAXIMVS præfuit annos 24.

vir ſanctus & doctus. Ab hoc ſuum de Illuſtribus viris Germaniæ librum orditur *Tritbemius* hoc modo: *Maximus ſeptimus eccleſiæ Moguntinenſis Epiſcopus*, vir vita & conuerſatione ſanctiſſimus; & tam in ſecularibus litteris, quam in diuinis ſcripturis nobiliter eruditus, ingenio promptus, eloquio clarus, actione præcipuus fuit. Qui cum eſſet verbi diuini prædicator facundus & celebris, multos verbo & exemplo ad fidem CHRISTI conuertit: non ſolum per ſuam diæceſim, ſed per vicinas quoque extremaſque regiones verbum fidei ſeminando. Hic multas fertur ad diuerſos ſcripſiſſe epiſtolas, pluresque litteris commendaſſe homilias: ſed nihil eorum ad manus noſtras venire permiſit antiquitas. Denique contra Arianos, qui ſuo tempore multa in eccleſia Dei mala fecerunt, nonnulla egregia compoſuit. claruit apud Moguntiacum temporibus Conſtantini, Conſtantii & Conſtantis Imperatorum ſub Liberio Papa, anno Domini CCCLX.* 241

[illegible] ſcripſiſſe.

* Cur *ſeptimus* ab eo vocetur, poſtea patebit cap. 25. (S.)

Sed copioſius idem *Tritbemius* eius vitam deſcripſit, quam in tomum de Sanctis quintum retulit *Surius,* vbi c. VI ſic: *Maximus, beati Lucii Annæi Presbyter, & in miniſterio verbi Dei ſocius, natione Germanus, patria Moguntinus, & religione Chriſtianus fuit.* Et cap. VII: *B. Maximus, teſtante Megenfrido, honeſtis & Chriſtianis parentibus ortus, in vrbe Moguntina; more gentis, adhuc puer ſtudio deputatus eſt litterarum: in quo cum tempore adeo profecit, quod ſibi coætaneos pæne omnes ſuperauit. Erant in tempore illo plures cum Chriſtianis mixti gentiles, & quemadmodum perſecutione ceſſante nemo paganum cogebat fieri Chriſtianum, ita nec quiſquam impellebat credentem abnegare vel deſerere CHRISTVM. Multi tamen inter Chriſtianos ſurrexerunt hæretici: inter quos Ariani, Principum Romanorum fauore ſuffulti, multas intulerunt veris Chriſtianis perſecutiones & moleſtias, vnde cum publice non ſemper liceret, metu hæreticorum, fideles quique filios ſuos in priuato fidem ſeruare conſtanter orthodoxam*

patria Moguntinus.

parentibus Chriſtianis natus.

Edit. I p. 142 doxam vſque ad mortem docuerunt; ſic nimirum & Sanctus Maximus in his, quæ pertinebant ad fidem & veram religionem, teneris ab vnguiculis parentum & ſacerdotum magiſterio ſufficienter inſtructus, in virum cum tempore magnum creuit, atque meritis & doctrina glorioſum. Mox enim, vt per ætatem ſapere ac intelligere cœpit, diuina miſeratione præuentus, non minus, quam gratia ſemper comitatus, Deo ſe totum obtulit, pro cuius amore cuncta huius mundi blanda & dulcia contempſit. *ab iis ad veram religionem inſtructus;*

CAPVT XI

Clericus & Epiſcopus fit S. Maximus.

COnſuetudo fuit illo in tempore, valde neceſſaria Clericis ac ſacerdotibus, ſoli Deo vacare, ſacro miniſterio verbi & orationis inſiſtere, ad fidem & iuſtitiam populum non minus exemplo bonæ actionis, quam ſanctæ prædicationis verbo erudire, mundi honores, diuitias quoque & omnes voluptates moritura carnis vilipendere, & CHRISTVM opere & ſermone ſuper omnia veraciter amare. In quo viuendi genere beatus Maximus in clericatu ſuo perſeueranter enituit, & breui ceteris perfectionis in ſe normam dedit: merito ſanctitatis fuit admirabilis, & diuinarum ſcripturarum interpres & doctor inſignis. Propter quod ordinatus [illegible] a beato Pontifice Adelbardo clericus, vitam per omnia duxit Apoſtolicam, multorumque corda verbo & exemplo in diebus ſuis ad Dominum conuertit. Adelbardo poſt hæc vita defuncto, beatus Lucius Annæus in pontificatu ſuccedens, præfuit annis decem & octo, vir magnarum in CHRISTO virtutum, cui ſanctus ipſe Maximus ſtabili ſemper charitate adhæſit, & innumeras Arianorum perſecutiones pro defenſione Catholicæ fidei ſuſtinuit, ſed adiutorio ſaluatoris no- 143 ſtri IESV CHRISTI feliciter vbique triumphauit. Poſtremo tamen ſancto Lucio Annæo pro fide orthodoxa in exilio apud Phrygiam ſtrangulato cum duobus Presbyteris Paulo & Creſcentio, ſubordinatione & inſidiis Arianorum, beatiſſimus Presbyter Maximus, quem pro confirmandis in recta fide populis, apud Moguntiam, ordinatione diuina, reliquerat, fidelium omnium voto communi Præſul eccleſiæ iam dictæ nonuſdecimus conſtituitur, & præfuit in tribulationibus hæreticorum multis, quatuor ferme annis atque viginti. Facta ſunt hæc, vt ſupra diximus, anno Dominicæ natiuitatis trecenteſimo quinquageſimo quarto, decima die menſis Iulii, Indictione Romanorum duodecima.

Clericus ordinatur *ab Adelbardo.* *multa ab Arianis paſſus.* *Lucio Annæo in epiſcopatum ſurrogatur.*

CAPVT XII

S. Maximi ſancti mores, ſanctuſque contra hæreticos zelus.

ORdinatus autem Pontifex in eccleſia Moguntina beatiſſimus pater Maximus, per omnia ſe ſtuduit exhibere Domino miniſtrum irreprehenſibilem, paratus amore Dei pro ſalute fidelis populi non ſolum perſecutiones ſuſtinere & carceres, [illegible] ſed mortem quoque, & ſi quid morte eſſet crudelius, quod ei poſſet occurrere. Vitam in omni puritate ducens continuauit Apoſtolicam, mundi rebus pauper & modicus, virtutibus diues, humilitate profundus. Qui cum vir eſſet tam in diuinis ſcripturis, quam in ſæcularibus ſcientiis multum peritus atque doctiſſimus, hoc ſummopere curabat inprimis, vt vita conſtaret eius doctrinæ conformis, ne aliis bona prædicans, ipſe reprobus efficeretur. Corpus proinde ſuum ieiuniis, abſtinentia multa, & vigiliis pæne continuis pro CHRISTI ſaluatoris amore caſtigauit, ſanctis orationibus, & prædicationi ſalutaris doctrinæ verbi Dei ſine intermiſſione, quoties opportune licebat, intentus. *Sanctis moribus præditus,*

144 Per vicos circumibat & vrbes, vt plurimum Apoſtolorum exemplo pedibus nudis, Presbytero, Diacono & Subdiacono comitantibus, & cunctis per gyrum populis opportune & importune fidem CHRISTI, quanta potuit ſedulitate, prædicauit. Fide, actione, atque virtute Maximus Pontifex coram Deo & cunctis fidelibus extitit, qui nihil in hoc mundo aliud, quam Dei honorem & ſalutem proximi quæſiuit. Mentis deſiderio ſemper in Deum fuit eleuatus, quippe qui ſe huic mundo peregrinum & nouit, & exhibuit, & propterea nulla rerum tempo- *contra hæreticos vigilans;*

ralium cupidine vel occupatione detentus, vel implicatus fuit. O ter vere beatum, quaterque beatiſſimum Pontificem, cui Deus omnia ſolus extitit, qui mente ſimul & animo nihil aliud quam Dominum curauit, cuius etiam in amore ſemper occupatum ſe oſtendit! Amator enim CHRISTI cum eſſet feruidus, omnia pro honore caduca contempſit auctoris: nec vanis laxauit animum, qui ſanctum in ſe Dei meruit ſuſcipere commorantem Patris & Filii Spiritum. Electus Dei Pontifex, miniſter Chriſti ſobrius, vir ſanctitate maximus, virtute nitens ab intus, contempſit quicquid cernitur, amauit quod non tangitur, ſed pura mente colitur. O decus tu Pontificum, diuini cultor numinis, qui ſine mundi ſordibus, Chriſto vixiſti ſplendidus: Adeſto mitis omnibus, te mente recolentibus, nos ſoluens tuis precibus noſtris a ſceleribus. Non eſt eo tempore inuentus apud Germanos Pontifex doctior ſanctiorque præſule Maximo, qui tanta ſub innocentia & eruditione ſcripturarum, legem conſeruaret excelſi: quoniam & hæreticorum errores verbis & ſcriptis conſtantiſſime redarguit, & fundatus ſupra firmam petram diuini amoris, nullas eorum perſecutiones formidauit. Septies tempore ſui Pontificatus ab impiis Arianis vrbe Moguntina pulſus eſt: ſepties quoque diuina prouidentia reſtitutus, nunquam attædiatus mente, nunquam deiectus animo, nunquam victus aut ſuperatus.

CAPVT XIII 245

S. Maximi, ob Catholicam fidem, exilia & labores, ſummaque in egentes beneficentia.

In exilium ab Arianis eiectus,

IDem Tritbemius cap. XII; Cum autem beatiſſimus CHRISTI Præſul MAXIMVS in confeſſione veræ fidei ſinceriter viueret, fideli populo ſe Pontificem per omnia irreprehenſibilem exhiberet, fidem quoque orthodoxam gentibus non minus, quam Arianis conſtantiſſime prædicaret, multas illi poſuerunt inſidias, & nihil amplius, quam ipſum eius ſanguinem ſitiebant. Sed protegente miſericordia Domini famulum ſuum, permiſſi non ſunt illum, quod maxime cupiebant, occidere, quamuis id ipſum ſæpe iteratis vicibus pertentaſſent. Megenfrido, ſicut diximus, proteſtante in Chronicis de temporibus gratiæ; ſepties eum non ſine iniuriis multis & contumelia manifeſta, cum quibuſdam clericis extra Moguntinam ciuitatem eiecerunt, verberatumque ſæpius crudeliter, interficere minime potuerunt. At ille ſemper gaudens receſſit ab vrbe cum plerisque diſcipulis ſuis, religioſiſſimis viris, Sidonio, Achatio, & Clemente Preſbyteris, & aliis, quorum nomina præfatus non commemorat autor, DEO gratias agens omnipotenti, quoniam dignus eſt habitus pro recta fide & nomine IESV contumeliam pati. Reliquerat tamen ſemper e clericis in ciuitate, vel prope, Presbyteros quoſdam, zelo chriſtianæ fidei conſtantes, qui ſaltem per vicos & domos circumeuntes, occulte præmonerent CHRISTI fideles, vt ſeſe ab Ariana impietate ſolicite cuſtodirent. Quoties enim publice, ſicut dictum eſt, vtiliter & fructuoſe prædicare verbum Dei non permittebantur in vrbe, ſecretius id facere vel in domibus fidelium nocturno tempore clauſis, vel in nemori- 246
bus & latibulis montium cogebantur ad tempus. O quantis virtutibus Chriſtianorum fides eo in tempore claruit, quæ tantis aduerſitatum indeſinenter agitata procellis, non ſolum vinci aut ſuperari non potuit, ſed in tribulatione dilatata, conualeſcens quotidie, ſe ipſa tanto facta eſt conſtantior, quanto gentilium vel hæreticorum perſecutione amplius premebatur!

& quidem septies

relictis interim, qui fidelibus docendo & monendo inſeruirent.

Quid nos miſeri nimiumque tepidi, & propterea inutiles CHRISTI ſacerdotes atque miniſtri feciſſemus, ſi nos illis contigiſſet vixiſſe temporibus? putasne, tenuiſſemus in tanta perſecutione conſtantiam, qui nullam aut paruam ſeruamus in pace diſciplinam? Beatiſſimus præſul Maximus, ſub perſecutione impiorum fundatus in amore CHRISTI, longe cæleſtia præpoſuit terrenis, diuina humanis, ſempiterna caducis. Vitam in egeſtate peregit Apoſtolicam, ſciens naturam poſſe paucis eſſe contentam, ſi mens Deo credula bonam adhibuerit in corde voluntatem. Quocirca præcepto magiſtri humiliter obediens, non fuit de craſtina ſollicitus: aurum vel argentum in thecis nunquam repoſuit: diuitias mundi fallaces nunquam quæſiuit vel amauit. Victum, juxta conſilium Apoſtoli,

Edit. I pag. *habens tenuem, & amictum ſine curioſitate ſimplicem, fuit contentus, ſciens,
Pontificum opes, virtutem eſſe conſtantiæ: & gloriam, ſalutem & profectum ple-
bis in Domino commiſſæ. Si quid vltra quotidiani victus parci neceſſitatem for-
ſitan ſuperfuit, in craſtinum ſeruari non permiſit; ſed in vſus mox pauperum
manu propria expendit.*

247 # CAPVT XIV

Quanta, oppugnatarum hæreſeon ergo, perpeſſus S. Maximus, & quæ ſcripſerit?

ADiicit *Trithemius* c. XV, XVI nonnulla de Colonienſis Archiepiſcopi Eu- *Iniquiſſimis*
phratæ facta per hunc depoſitione, quæ ſuo poſtea loco cap. XXXIII ex- *iſtis tempo-*
plodetur: nunc vt S. Maximi principium & finis melius cognoſcantur, repetam *ribus,*
ex eiuſdem cap. I, II, & III nonnulla. *Lucio*, inquit, *Annæo feliciter vita de-
functo, ſanctus preſbyter Maximus communi populi voto fidelis in Epiſcopatu ſuc-
cedens anno Dominicæ natiuitatis trecenteſimo quinquageſimo quarto, indictio-
ne Romanorum duodecima, præfuit annis, vt Megenfridus refert in Chroni-
cis, quatuor & viginti, ſub Arianorum perſecutione grauiſſima, temporibus vi-
delicet Theodomeri & Clodionis Regum Francorum: quo tempore Dagobertus,
Genebaldi filius, Dux Francorum orientalium apud Wirciburg, Rheno tranſ-
miſſo, Moguntinos in odium Romanorum graviter afflixit: vrbem quoque Tre-
virorum, quæ tunc parebat Romanis, obſedit, cepit, ſpoliauit, incendit, fundi-
tuſque ſubuertit. Annis quippe nongentis bellum cum Gallis atque Romanis
Franci reges habuere continuum, quouſque tandem victores eorum effecti, pæ-
ne totam Europam ſuo dominio violenter ſubdiderunt.*

Sub his turbationibus eccleſiæ, multa Chriſtianorum millia propter Catholicæ *quibus Ari-*
fidei confeſſionem, ab infidelibus & hæreticis apud Moguntiam & in omnibus ter- *ani fideles*
minis eius crudeliter fuerunt occiſa: quorum apud mortales nulla penitus habe- *grauiſſime*
tur memoria propter malitiam temporum, & penuriam fidelium ſcriptorum. Nuſ- *perſequebantur,*
248 *quam erant tuti, nuſquam ſatis in vrbibus & oppidis ſecuri: quando & gla-
dius vbique ſæuiebat gentilium, & non minus perfidia inualuit hæreticorum. Nam
etſi pacem videretur habere eccleſia ab his, qui Romanis Principibus fuerunt
ſubiecti, vt abnegare CHRISTVM iam tunc nemo compelleretur: Ariano-
rum tamen in tantum illo tempore veſania præualuit, vt nihil aut parum a per-
ſecutione gentium differret. Denique Franci tam orientales, quam illi, qui ad* *Franci, aliique*
oſtia Rheni conſederant, occidentales, Gotthicæ quoque nationes & alii pagani *populi*
frequentes in Galliam motus & incurſus facientes, Moguntiam, Coloniam, Tre- *vrbes Rhe-*
uerim, Wormatiam, Spiram, Argentinam, & alias trans Rhenum vrbes ni- *nanas cru-*
mia crudelitate ſæpius moleſtabant, nulli parcentes gradui, ſexui, vel ætati. *deliter affli-*
Quapropter Pontifices, & miniſtri Domini ſacerdotes, in quos furor perſequen- *gebant,*
*tium crudelius ſæuiebat, in vrbibus & vicis publice non audentes comparere,
quoties perſecutio imminebat, cum ſuis ad nemora ſucceſſerunt, in ſpeluncis &
cauernis montium latitantes, inedia, fame, ac ſiti vltra, quam credi poteſt,
afflicti, longum pro fide Chriſti martyrium ſuſtinebant.*

Ea tempora beatiſſimus præſul Maximus incidit, quibus, niſi optimus, ne- S. Maximus
mo fuit Chriſtianus. Probauit perſecutio fidem, & contulit in paſſione amor Dei *multa per-*
conſtantiam. Beatus vero Pontifex, vt Megenfridus eſt autor in Chronicis, *peſſus eſt,*
*ab Arianis hæreticis multas & atrociſſimas inſidias & perſecutiones pro fide or-
thodoxa ſuſtinuit, & ſepties de ſua pulſus eccleſia, rurſuſque in exilium, toties
miſerante Deo reuerſus eſt. Nam cum eſſet vir in diuinis ſcripturis longe do-* *ſcriptiſque*
ctiſſimus, & ſæcularis litteraturæ non ignarus, malleo ſimilis, durus redargu- *confectis in-*
tor Arianorum extitit: contra quorum veſaniam non ſolum verbis, ſed etiam *claruit.*
ſcriptis multipliciter pugnauit. Scripſit enim, iam dicto Megenfrido teſtante,
contra Arianos *libros quatuor*, de incarnatione Domini *libros duos*, de Spiritu
249 Sancto *libros duos*, de conſtantia fidei Catholicæ *librum vnum*, de martyrio
ſanctorum *librum vnum*, Homilias *& ſermones multos & vtiles ad populum.
Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur, quæ ad notitiam noſtræ lectionis perue-*

minata & comperta, ſtatuam fuiſſe poſitam eſt probabile; & puerum iam grandiorem, vt ſuperſtes erat, fuiſſe effictum in perpetuam rei memoriam. Si examinata res a populo aut S. R. fuit, iam igitur aut Romæ dubia erat, aut a quibuſdam negabatur. At vtrumlibet fieri qui potuit, cum tam publica, tam omnium Romanorum ipſorum oculis teſtata fuiſſet? Quid inquirere, quid examinare opus fuiſſet? Sed recte addit. *Eſt probabile.* Vnde vero? Quia ſcilicet ita dicis, quem pro arbitratu ac libidine comminiſci & commentari quod libet, non tam probabile, quam certiſſimum eſt. Puerum vero, vt ſuperſtes erat, fuiſſe effictum addit. Si puer adhuc aderat & ſuperſtabat, quid inquiſitione, quid examine, iterum dico, fuiſſet opus? *Et grandiorem* iſte ponit, quem, vt ſupra vidimus, alii in ipſo extinctum partu vociferantur. Sed vide Iunii huius improbitatem. Si ſtatua illa tollitur, id ait *antiquæ veritatis odio* fieri: Si non tollitur; *idololatriæ vel incuriæ vitio. Si,* ait, *per tot ſæcula monimentum publicum idololatriæ ethnicæ palam ſiuiſſent exſtare ſenatus, populuſque Romanus, aut ipſi Pontifices. Quod ſi eſt, ſic quoque Romani Pontifices impietatis, aut certe pietatis neglectæ damnabuntur ex tam diuturna diſſimulatione.* Quaſi non Romæ & alibi, prout etiam ſupra in Moguntinis antiquitatibus notatum, multa gentilium monimenta ſeruentur, idque potius, vt, ad Chriſti Ieſu gloriam, idololatria iam deuicta, depulſaque monſtretur. Edit. I pag. 220

IV *Quarta obiectio.* Sede quadam perforata ex eo tempore Pontificum ſexus exploratur. Diligenter ac vere reſpondet *Bellarminus*, monſtratque, nullam illi fini; ſed alteri multo meliori ſedem fuiſſe, vt Pontifex admoneretur humanæ infirmitatis ac vilitatis. Ideo enim & canebatur e lib. I Regum cap. II, *ſuſcitat de puluere egenum, & de ſtercore erigit pauperem, vt ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat.* Sed nolo in hoc hærere. quia ipſemet agnoſcit *Iunius*, nihil hic firmamenti. *Iſta,* inquit, *ſedes, ſi qua fuit, penes auctores fides eſto.* Deinde tamen vt fabulæ teſtimonium adhuc aliquod ſit, de exploratorum illa ſede ita præter gregalium ſuorum omnium ſententiam loquitur: *Illam potius eſſe crediderim, quæ non in publico, ſed in conclaui electionum eſt.* Et poſtea, *ſi diuinare licet, hanc potius fuiſſe perforatam ſedem crediderim.* Sed cur & vnde id credideris? vnde diuinaris? Num vbicunque in ſede aliqua ſedere Pontificem audieris, ibi ſtatim, an vir ſit, explorari credes? cur non ex electionum conclaui in intimum Pontificis conclaue ſedem hanc tranſtulerit alius? *Sed valeant ſordes,* inquit idem *Iunius.* Omnino valeant. quia & ſordida priorum nouatorum de ſede iſta mendacia ſunt, & ſordida in noua fabricanda Iunii temeritas. 212

Onuphr. *l. d.* 7 *Eccl. p.* 115 *& ſeq.* (S.)

V *Quinta obiectio.* Auctores aliqui hoc referunt. ſed tales & taliter, quales & qualiter notaui ſupra.

Qui fabulam hanc confutarint LIV E contrario autem plures iam Catholici copioſe ac valenter totam fabulæ huius molem penitus deiecerunt, Latine quidem *Onuphrius* in Platinam, & *Bellarminus* lib. III de Rom. Pontif. c. XXIV, Reuerendiſſimus *Baronius* Annalium tomo X. Gallice vir excellenti dignitate ac doctrina Dominus *Florimundus* de *Raemound* libro de vulgari fabula. Germanice admodum clare ac ſolide, in concione de hac ipſa re, *P. Georgius Scherer.* quam concionem cum non ignotus mihi homo, in Lutherano errore ita pertinax, vt vrbem, in qua honeſto loco, reque lauta erat, quam illum mutare maluerit, legiſſet, dixerit: *ſe alia quidem omnia Lutheranum eſſe: deinceps tamen nunquam crediturum, fuiſſe Pontificem Romæ vllam feminam.* Quam eandem in hoc poſteriori mentem, & multo adhuc meliorem precor aliis, quibus forte adhuc perſuaſum ſecus: & diſtichon, quod, annis abhinc pluribus, bellulis cum ſynecdochis, doctus fundebat vir, adiungo. 221 215

Roma viros Papas, Papiſſas Anglia molles,
Androgynæcomanes ſpurca Geneua colit.

Elizabetha enim (quam, me non ſemel audiente, *Thaidem* vocitabat nobilis, & doctrinæ fama, librorumque plurium editione apud ſuos clarus Anglus, & hæreticus) ſe non Reginam ſolum ac virginem, ſed & eccleſiæ Anglicanæ *caput* indigitabat. *Beza* vero Geneuenſis etiam *Papa* in Mompelgardenſi Colloquio a Schmidelino ſalutatus eſt: homo, qui eas de ſcipſo nefandas, in vulgatis libris, edidit libidines, quas cæleſti olim flamma in Sodomitis Deus, nunc vero qui viua Dei ſimulachra ſunt, boni Magiſtratus gladio & igne, prout ipſe ante annos non valde multos, Norimbergæ conſpexi, vindicant. De ſuo enim Ganymede *Audeberto*, ſuaque Venere *Candida**, Gen. 19 v. 4 ſq.

Amplector, inquit, *ſi hunc & illam vt*

Abcido enim propter ſpurcitiem cetera: neque iſta quidem iam attigiſſem, niſi calumniæ a Moguntia, & a tota Dei eccleſia depellendæ coegiſſet diſputatio. Sanctiora deinceps tractanda.

* *In lib. Epigram. apud* Rob. Stephanum *Pariſ. anno* 1548. (S.)

MOGVN-

Edit. I pag. 222

MOGVNTIACARVM RERVM
LIBER II
De MOGVNTIACENSIBVS EPISCOPIS Primis, *ab prædicationis Euangelicæ initio, vſque ad Archiepiſcopum primum.* & de aliis item SANCTIS.

PRAEFATIVNCVLA

De Moguntinorum Epiſcoporum ſucceſſionis vtilitate, ac numero, deque ipſorum primo.

HABET antiquitatis cognitio multas magnasque vtilitates, prout modice lib. I cap. I vel indicatum, vel certe ſubindicatum fuit. Inter eas vero perinſignis ea eſt, quam affert Epiſcoporum in ciuitate quapiam ſucceſſio, eiuſque a primis vſque ſacroſanctæ in CHRISTVM IESVM Dominum ac Saluatorem fidei denuntiatæ, ac fundatæ initiis conſideratio, quod in religione ab illis tradita, perque longæuam & conſtantem illorum ſibi mutuo ſuccedentium ſeriem ad nos vſque ducta Catholicorum animos confirmet, hæreticorum vero nouitia dogmata profliget. Ita enim præſcriptionum aduerſus hæreſes Tertullianus cap. XXXII: *Edant hæretici origines eccleſiarum ſuarum: euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus, aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum eccleſia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert: ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; proinde vtique ceteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos, Apoſtolici ſeminis traduces habeant. Confingant tale aliquid hæretici.*

222 / 223 (left margin numbers, as printed beside the text)

Vtilis de Epiſcoporum ſucceſſione eſt cognitio. — *vel ipſius Tertulliani teſtimonio.*

II Moguntini porro Epiſcopi, qui nobis deinceps erunt conſiderandi vel Epiſcopi tantummodo ſunt, vel etiam Archiepiſcopi. Dixi autem lib. I cap. XX, illos a quibuſdam numerari ſolum *ſedecim*: ab aliis vero, *quadraginta*. Et quia poſteriorem hanc illic amplexus ſum ſententiam, verbaque *Trithemii* e præfatione in S. Maximi vitam nondum, quod quidem ſciam, edita promiſi, ea iam do: *Recentiores, ait, quidam incerti ſcriptores temporum & Moguntinenſium hiſtoriarum, nec ordinem Pontificum, nec tempus deſignauere, nec numerum. Sanctus enim CRESCENS, qui primus eccleſiæ Moguntinæ reponitur Epiſcopus, anno Domini LXXX fuit ordinatus; & moritur ſub Euariſto Papa Romano, Dominicæ natiuitatis CVIII, Indictione VI. A cuius obitu vſque ad S. Bonifacium, qui anno CHRISTI DCCXX Epiſcopus fuit ordinatus per Gregorium Papam II depoſito Williebo, quem Carolus Martellus, Maior domus, laicum promouerat, anni tranſierunt DCXL, in quibus neoterici & incerti ſcriptores Moguntinenſium XVI duntaxat Epiſcopos cum S. Creſcente, Bonifacio excluſo, nominatim & ordine incerto connumerant. Verum niſi dicatur pontificio munere ſæpius vacaſſe ad multos annos eccleſia Moguntina, non poterit eſſe vera taliter opinantium ſententia. Sed in contrarium vt ego ſentiam,* 224 *Megenfridi, ſolidiſſimæ auctoritatis viri, me compellit ad minuſſium exquiſita diligen-*

Epiſcopi Moguntini primi diuerſimode numerantur. — *Creſcens.* — *Trithemii iudicio de numerando.*

diligentia. Qui, temporibus Ottonis II & III Imperatorum, monachus Fuldæ viuens in humanis, libros XXIV hiſtoriarum de temporibus gratiæ compoſuit: in quibus aliter multo ſenſit ac ſcripſit, quam auctores incerti omnes memorati. Moguntinos namque Præſules ante S. Bonifacium XL fuiſſe commemorat: inter quos Beatum Maximum, non S. Aurei martyris, ut iſti aſſeuerant, ſed diui Lucii Annæi Pontificis octaui decimi, ſucceſſorem fuiſſe immediatum probat. S. vero martyrem Aureum ab Attila rege Hunnorum anno Domini CCCCLIV, Indict. Romanorum VII cum Iuſtina ſorore, multiſque Chriſtianorum millibus in eccleſia XVI Calend. Iulii paſſum, non ſextum, ſed quintum atque viceſimum eccleſiæ Moguntinæ fuiſſe Pontificem, luce clarius demonſtrat. Cui in epiſcopatu non Maximus, (qui annis ferme LXXII præceſſerat ab hac vita ſublatus) ſed Eutropius, cuius illi nullam faciunt mentionem, eodem anno ſucceſſit. Vnde ſatis admirari nequeo, qui fuerint, aut quo tempore vixerint in humanis iſti ſcriptores Moguntinenſium incerti: quorum nec volumina principium habent, nec titulos, nulliusque nomen inuenitur aſcriptum. Ecce Megenfridus XL Pontifices in eccleſia Moguntina S. Bonifacium præceſſiſſe aſſerit, quorum nomina, tempus & regiminis annos clare per ordinem expreſſit: cum recentiores iſti ſcriptores (etiam ſibi mutuo diſcordantes) nominatim duntaxat inuenerint XVI, quorum nec ordinem ſucceſſionis recte deſcribunt, nec annos, aut pontificatus tempora vel vnius expreſſerunt. Hæc ille *. Idic. I p. 224

* Tu vero huc confer, quæ *Papebrochius* habet tum in ſylloge de *S. Creſcente* hiſtorica VI p. 251, tum commentario de *S. Aureo* n. VI p. 44.

Nota, 16 illis inter 40 hoic digno-ſcendi. III Vt autem inter XL internoſcantur illi ab aliis poſiti XVI, præfigam iis, cum minore numero, ſtellulam: ſed ſecundum Bruſchii ordinem, de quo poſtea cap. XXIII. Omnium ergo index ſic habet.

I EPISCOPVS MOGVNTINVS 225

* S. CRESCENS.

De *Creſcente* ad d. XXVII Iunii peculiari, quam modo dixi, ſylloge hiſtorica egit *Daniel Papebrochius*. Quam cum tomi II ſect. I n. I in excerptis dederim, operæ pretium erit, eam cum his, quæ auctor capp. ſequentibus habet, componere.

CAPVT I

De S. CRESCENTIS nomine.

Creſcentis nomen ſcribitur SAnctum CRESCENTEM fuiſſe primum in ſacra ſede Moguntina Epiſcopum, oſtenſum eſt antea, eodem lib. I c. XIX; ideoque paulo iam, vti tum recepi, de eo dicenda pluſcula. & primo quidem de ipſius nomine, quod apud S. Paulum eſt II Timoth. IV ℣. 10. Sed eum in locum dicit *Eraſmus*, in Græco eſſe *Criſces*. **Creſces,** Verum aut *Criſcis* dicendum fuit, aut potius *Creſces*, cum in vtraque ſyllaba ſit vna eademque littera ε. Solent autem iſto modo Græci exprimere nomina, quæ Latinis in *ens* deſinunt, vt II Tim. IV v. 21 Πούδης *Pudens*, Οὐάλης *Valens* apud *S. Athanaſium* Apol. II in Sardic. Concilio. Κλήμης *Clemens*, in Syriaco Philip. IV v. 3. qui Syriacus pro Creſcente poſuit citata ep. II Tim. c. IV. v. 10 *Criſpum*. Verum iis, quibus maxima Syriacarum litterarum C & P nota ſimilitudo, dubium nullum eſt, quin legendum ſit, non *Criſpus*, **Creſcus,** ſed *Creſcus*, aut *Creſcens in Galatiam profectus eſt*. Nam ita Græci libri omnes, **Creſcentinus.** quorum Syriacus eſt aſſectator, lectitant. Apud *Cochlæum Creſcentinus* etiam nominatur, ſimilemque nominis mutationem apud profanos etiam crebro legi notant Romanæ in S. Abundi & Abundantii martyrum hiſtoriam notationes.

CAPVT II

An noſter iſte S. CRESCENS B. Pauli diſcipulus fuerit?

Creſcentē *Pauli diſcipulum fuiſſe dicunt* IN ſuo Moguntinorum Epiſcoporum catalogo ſubtimide loqui videtur *Cochlæus*. Dum enim Creſcentem Epiſcopum primum nominabat, ſubiungit: *Quem ferunt Pauli Apoſtoli fuiſſe diſcipulum*. ſed vbi timor non eſt, omnis remouenda 226

trepi-

trepidatio: & ingenue, palamque profitendum, fuiſſe hunc eundem primum Moguntinæ ſedis Epiſcopum. Nam 1 docet id conſtans priſcorum narratio, & in Moguntinorum Epiſcoporum catalogis tam MS. omnibus, quos non paucos ipſe vidi, quam in editis, & Bruſchio, ac Demochare: itemque a Trithemio in vita S. Maximi, ſicque ſentiunt & ſcribunt *Rupertus Tuitienſis* lib. I de officiis c. XXVII, *Trithemius* in vita S. Maximi, *Clichtoueus*, *Eſpencæus* in Timoth. II c. IV, *Feuardentius* in Irenæi l. I c. III, *Ioannes Muiterſtals* de Epiſcopis Spirenſibus, *Wolfgangus Bavor* in vita Præſulum Nemetecernæ, *Guilelmus Eiſengrein* centen. I p. I diſtinct. II, *Arnoldus Mermannus* in theatro de conuerſione Gentium, *Cratepolius* in Annalibus: e Nouatoribus etiam *Munſterus* lib. III Geogr. *Auentinus* lib. II (c. VII) *Theophilus Leberus* † in Onomaſtico Theologico, *David Chytræus* in Onomaſtico: *Creſcens*, ait, *diſcipulus Pauli* — 1 conſtans priſcorum narratio;

826 *Apoſtoli primus prædicauit Euangelion in Gallia Moguntiæ:* & in nouo præclaroque Moguntinæ arcis templo hi, cum ſancti Præſulis appicta imagine, verſus:

Creſcentis fecit clarum ſacra pagina nomen,
Dum tibi fidus erat, PAVLE beate, comes.

† Leg. *Lebeus.* Ceterum *Theophilus* iſte *Lebeus* idem ille eſt, quem auctor ſtatim citat, *David Chytræus*: quippe qui *Onomaſticum* iſtud *theologicum* edidit, primum Witembergæ anno MDLVII, præfixis *Theophili Lebei* nominibus; quorum quidem illud græci ſermonis idem eſt ac *David*, iſtud vero ſimiliter ex vocabulo *lebes*, græce λέβης, efficitum, loco vernaculi, quo cognominabatur *Kochhave*; poſtea vero, larua depoſita, *Davidis*, quo vtebatur, *Chytræi*. Conf. qui præ *Placcio*, de anonym. cap. II n. 811 z p. 144, & *Dahlmanno*, anonym. & pſeudonym. parte II ſect. I n. 65 p. 381, hic legi meretur *Schuetzius* commentar. de vita Chytræi tom. I § XXXII p. 155 & ſeqq.

Ex ipſo autem Apoſtolo ducitur argumentum ſatis, vt equidem videtur, perſpicuum. Cum enim de diſcipulorum ſuorum Demæ, Titi, Lucæ, Tychici, Eraſti, & Trophimi diſceſſu ageret, addidit: *CRESCENS in Galatiam abiit*, generatim ſcilicet regionem, in quam hic abiiſſet, indicans. Monet autem *S. Epiphanius* hæreſi LI, quæ eſt τῶν ἀλόγων, legendum non ἐν Γαλατίᾳ, ſed ἐν Γαλλίᾳ. Sed duo dicenda. *Vnum*; Galatiæ lectionem videri retinendam †: quia ita in textu eſt, Latino, Græco, & Syriaco: ita in *Euſebio* lib. III hiſtoriæ c. IV, & omnibus Interpretibus, *D. Chryſoſtomo*, *Theodoreto*, *Theophylacto*, *OEcumenio*, *Anſelmo*, *Primaſio*, aliis. *Alterum*: Galatiam vocari ab Apoſtolo Galliam; idque vult *S. Epiphanius*, *D. Hieronymus* in catalogo: *Creſcens*, ait, *in Galliis prædicauit Euangelium.* *Sophronius*: Κρήσκης ἐν Γαλλίαις ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον. *Marianus Scotus* l. II anno Domini LXXII, *Galatiam*, inquit *Theodoretus*, — 2 Pauli 2 Timoth. 4, 10, teſtimonium. vbi Galatiæ lectio retinenda, & per Galatiam intelligenda Gallia.

827 *Gallias appellauit Apoſtolus. Ita enim appellabantur antiquitus: ita etiam nunc eas nominant, qui ſunt externæ doctrinæ participes.* Cuiuſmodi ſane ſunt *Varro* apud Sextum Ruffum cap. de orientalibus regionibus, *Ammianus* lib. XV, *Pauſanias* in Phocicis, *Seneca* lib. ad Albinam c. VI, *Ioſephus* lib. XVII antiq. c. XV, lib. II capt. c. XI *.

† Ita quoque *Valeſius*, auctorem *Sera-pionem*, quem citat, ſecutus, annotat. ad *Euſebii* lib. III hiſtor. eccleſ. cap. IV. p. 39. Contra *Petrus de Marca* epiſtola ad eundem § II Γαλλίαν mauult.

828 * Leg. lib. II *de bello Iudaico* cap. VI.

Speciatim vero, in certas Galliæ vrbes has ipſum veniſſe narrant boni auctores: *Viennam*, Ado, Beda, Vſuardus, Petrus Venerabilis lib. I epiſt. II, & Martyrologium Romanum die XXIX Decembris: *Coloniam*, Rupertus lib. I de officiis cap. XXVII; *Moguntiam*, Ado in VI ætate, Beda, Vſuardus, Martyrol. Romanum die XXVII Iunii. Addit *Dorotheus* in ſynopſi *Chalcedonem*, *quæ in Gallia*, inquit, *eſt.* Sed vbi & quænam illa? Sciendum *primo*, in Græco Dorothei codice, quem Sereniſſimi Bauariæ Ducis bibliotheca Monachienſis habet, rem iſtam iſtis legi verbis: Κρήσκης, οὗ μέμνηται ὁ ἀπόστολος, ἐν τῇ πρὸς Τιμόθεον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ, ὃς καὶ ἐπίσκοπος Χαλκηδόνος τῆς ἐν Γαλλίᾳ γέγονε. id eſt, CRESCENS, *cuius meminit Apoſtolus in ſecunda ad Timotheum epiſtola, qui & Epiſcopus Chalcidis, quæ in Gallia eſt, fuit.* Sciendum *ſecundo*, ab *Stephano Byzantino* libro de vrbibus, Chalcidas enumerari pluſquam octo, nullam tamen in Gallia conſtitui: ſed nec ab alio, quem quidem viderim, auctore vllo antiquiore. Sciendum *tertio*, mendoſe in Latino Dorothei textu *Chalcedonem* pro *Chalcide* reponi, cum diuerſa, — In quas Galliæ vrbes Creſcens venerit. Dorothei ... emendandi.

diſtinctaque nomina ſint. *Quarto*, Chalcedonem iſtam, vel Chalcidem potius putat in Martyrologii notis Reuerendiſſ. *Baronius* eſſe *Viennam*, de qua dictum, *Gallicam*. At hanc ipſam ab eodem Stephano comperior appellari, a *Ptolemæo* lib. II Geogr. in Narbonenſi Gallia, & a *Strabone* lib. IV, & *Peradino*, *Senatoriam*. Sed Chalcidem quis appellauit? & quæ, cur ita vocaretur, cauſa? *Quinto*, doctis aliquot illud allubeſcere video, vt *Chalcis* ſit Bithyniæ Chalcedon, partim quia Galatiæ hæc proxima eſt, & Galatia interdum Bithynia dicitur: partim quia ſcribit lib. XII *Strabo*, eam quodammodo ambiri a fluuio, cui *Gallus* nomen eſt. At ſi Chalcedone Bithyniæ fuiſſet vnquam Creſcens Epiſcopus, ii, qui de Chalcedonenſi Concilio ſcripſerunt, id, opinor, non tacuiſſent, cum eam vrbem tantus maxime nobilitaſſet Epiſcopus. *Sexto*, ſi abſque ratione fas loqui eſſet, tam facile Moguntiam quam Viennam alio nomine dictam Chalcidem diceret aliquis: poſſetque addere, ſicuti certum ſatis 228
non eſt, quiſnam ille libri de LXX diſcipulis auctor Dorotheus ſit, ita incertum eſſe, cur eam ille ita vocare voluerit; An quia, cum *Aurea* vocaretur, eam potius *Aeream* vocandam ei dixit aliquis? An quia ipſi roganti nominis *Mentz* ſignificationem, neque quod ei reſpondere poſſet, haberet interpres, videretque tamen aliquam, licet omnino perparuam, inter *Mentz* & *Ertz*, quod æs eſt, ſimilitudinem, a χαλκὸς, id eſt, ab ære vocatam ridiculus ille reſpondit? An quia fuit aliqua hic aut ſitus, aut ſtructuræ ſimilitudo cum vrbibus aliis eo nomine vocatis, vel cum ſerpentibus & piſcibus, qui apud *Ariſtotelem* lib. IV & VIII Animal. *Plinium* lib. XXIX c. V, *Columellam* lib. VIII c. XVII *chalcides* appellantur? An denique, quia hic olim militaria Romanorum ſtatiua, quædam veluti ærea contra Barbaros acies? præſertim cum bellatores armis bene inſtructos apud Homerum & alios paſſim videamus χαλκοκνήμιδας, χαλκοχίτωνας, χαλκοβάρεας appellari, & ſic, quæ prius ærea, poſt aurea vocata fuiſſet. Aurum ego & argentum non habeo; ſi haberem, *chalcea* iſta donanti & explicanti, darem, ridente licet Martiale, non illibenter *chryſea*.

qua via venerit Creſcens Moguntiam.

Sed ad S. Creſcentis viam redeamus, quem addunt alii veniſſe in Nemetum, Vangionum, Tribocumque vrbes, Spiram ſcilicet, Wormaciam, Argentinam; Sic enim citati Moguntinæ arcis verſus *:

Inde ſed occiduas Gallorum ceſſit in oras,
Vt CHRISTI prompto ſpargeret ore fidem.

Sed vnde hoc habeatur, neſcio, niſi ex itinere, quo Moguntiam venit, coniectura petatur. Sic enim & Iulianum Cæſarem *Vienna Galliæ vrbe Maguntiacum veniſſe* narrat *Ammianus* lib. XVI & XVII. Iam vero meminiſſe oportet id, quod lib. I c. IX conſtitutum eſt, Moguntiam Galatiæ ſeu Galliæ vrbem fuiſſe. Si dicas non ſatis apte concludi: *Iuit S. Creſcens in Galliam. Ergo Moguntiam.* Nam potuit in aliam quamlibet Galliæ vrbem iiſſe: poſſetque pari modo, cum alia quælibet Galatica vrbs ſibi vendicare Apoſtolum & Epiſcopum. Sane vero, ſi ſola per ſe ſpectetur iſta concluſio, eſt, vt obiicitur, inepta. Sed ſi ea iungatur cum perpetua maiorum traditione, cum temporum, eccleſiæque huius monimentis teſtantibus, Creſcentem huc veniſſe, an in re hiſtorica vim 229
paruam habet? Si aliunde conſtaret, aliquem e Saxonia profectum, & aliunde rurſum conſtaret, eum Francofurti viſum eſſe, nonne illum e Saxonia Francofurtum veniſſe ratiocinaremur optime?

* Leg. in *Moguntina arcis* templo *verſus*; vti ſupra eſt p. 226, & infra p. 233 & 236.

Dictis haud obſtat, quod 1. Viennenſis dicatur Epiſcopus.

II Obiiciuntur tamen adhuc nonnulla.

1, Viennæ fuit S. Creſcens Epiſcopus, & quidem *primus*, *Adone* Viennenſe teſte, in ætate VI, bis, anno ſcilicet LIX, & CI. Reſpondetur, eccleſiæ initio, cum Euangelii præcones huc illuc pergerent, vnum eundemque pluribus in locis Epiſcopum interdum fuiſſe, vti de S. Petro conſtat & de S. Tito notat *S. Thomas* in II Timoth. c. vltimo, & de aliis alii.

Nec 2, quod Cluniacenſis de eo ſileat, vbi de Galliæ apoſtolis agit.

2, Ad Iunii diem XXVII iſta notat Reuerendiſſimus *Baronius*: *De ſede Moguntina tradit Petrus Cluniacenſis lib. II epiſt. I.* At in ea eius libri epiſtola ne vnum quidem aut de S. Creſcente, aut de Moguntia verbum. Librarii mendum quin ſit, nullus dubito. Quod emendatum, ſi legimus *lib. I epiſt. II.*

Atta-

Attamen, ne ſic quidem vlla ibi Moguntiæ mentio, ſed Viennæ tantum. Reſpondeo primo in citati auctoris exemplari fortaſſis etiam fuiſſe Moguntiam. Secundo loqui tantummodo Cluniacenſem de Galliæ, prout poſterioribus ſæculis a Germania diſtingui cœpit, Epiſcopis: ſicque Moguntiam, quæ in Germania, nominare haud oportuiſſe, licet de ea interim nihil neget. Quia vero verba, quibus Petrus ille doctiſſimus Bruiſanos quondam hæreticos, ſanctorum, templorumque hoſtes ac euerſores, verberat, noſtri etiam ſæculi nouatores tangunt, eorum, quod his bono ſit, tranſſcriptionem non defugiam. *Sed*, ait, *vt de primis Galliæ noſtræ Apoſtolis, quos veſtra impia fatuitas & fatua impietas hactenus ſcire non meruit, aliquid plenius dicam, ſicut ipſa teſtatur antiquitas: & a ſanctis viris nobis relicta tradunt hiſtoriæ: non ſolum nos, verum etiam omnes Chriſtiani populi, puſilli cum maioribus, ſenes cum iunioribus, veſtram inſaniam irri-*
[illegible] *dentes certiſſime tenent, quod Hireneus Lugduni, Creſcens Viennæ, Vrſinus Biturigis, Paulus Narbonæ, Saturninus Toloſæ, Auſtremonius Aruernis, Mar-*
250 *tialis Lemouicis, Burdegalæ, & Pictauis, Fronto Petragoris, Eutropius Xantonis, Gatianus Turonis, Iulianus Cenomannis, Pariſiis Dionyſius, Senonis Potentianus & Samnianus, Beluaci Lucianus, AEduæ Andochius, Lingonis Benignus, & quis omnes glorioſiſſimos fidei noſtræ Patres & Apoſtolos enumerare ſufficiat; Iſti certe vbicunque nomen Domini annuntiauerunt, ſtatim idolorum delubra (prout fas fuit) euertentes, aut nouas eccleſias fundauerunt, aut ipſa templa in eccleſias conuerterunt: adeo vt hodieque in pleriſque locis, ſicut ipſi noſtris oculis inſpeximus, eccleſiæ vel baſilicæ ab eis constructæ, altaria manibus eorum fundata & conſecrata in memoriam antiquitatis & ſanctitatis eorum a fidelibus populis reſeruata monſtrentur, quamque ridendi & deteſtandi ſitis omnibus hominibus, quadam viua voce loquantur.* Et deinceps ſubiungit templa, quæ ſunt ædificata ab Apoſtolis ipſis, & concludit: *Ita vniuerſi veteris & nouæ legis auctores vnanimi ſtudio vobis aduerſantur, vt neceſſe vobis ſit aut tantis teſtibus acquieſcere, aut ſine* CHRISTO, *Prophetis & Apoſtolis, fallaciter permanere.*

2. Moguncia etiam apud veteres, vt ſupra dictum, in Germania quandoque ponitur. Non igitur, ſi in Galatiam iuit S. Creſcens, veniſſet in Germaniam. Reſpondeo, Galatiæ nomine non Galliam tantum, ſed Germaniam etiam apud veteres, non raro comprehendi. Nam *Plutarchus* in Craſſo, quos *Galatas* vocarat, eoſdem in Spartaci exercitu paulo poſt vocat *Germanos*. *Herodotus* lib. II & IV Danubium in Celtis, qui *Galli* apud *Ammianum* lib. XV, & *Galatæ* (vnde apud *Ptolomæum* lib. II. κελτογαλάται) oriri ait. *Celtas* in Rhenum natos immerſare infantulos, ſcribit epiſtola ad Maxim. *Iulianus* & *B. Nazianzenus*. At qui hæc faciant, eos in Anthimii panegyrico nominant *Sidonius*, & lib. I Salubrium *Galenus*, itemque *Claudianus*, & in Dionyſiacis *Nonnus*, *Germanos*. *Seruius* in AEneid. VII *tela Gallica*, ſimul etiam *Teutonica* indigitat. *Dio* lib. XXXIX *Antiquitus populi, qui ex vtraque parte Rheni habitabant, Celtæ vno nomine*
251 *appellati ſunt.* Et lib. LIII, *Celtæ, quos Germanos appellant.* *Ariſtides* oratione in Regem, Quados, & Marcomannos appellat Celtas, vti & *Clemens Alexandrinus* in Pædagogo, & *Nazarius* in Anthologia Græca. At eoſdem quis Germanos paſſim vocari ac eſſe ignorat? *Ioſephus* lib. XIX c. I. Imperatoris Caii doryphoros fuiſſe *Germanos* ſcribit, ſed in Celticis ſeu Gallicis ordinibus, & c. X in funebri Herodis Tyranni pompa ſimul Germanos, Celtaſque iungit; & lib. I c. VII *Ii*, ait, *qui hodie a Græcis vocantur Galatæ, ſunt Gomaræi*, a Gomer ſcilicet Germani. Et paulo poſt, *Aſcenaxas* (ſic etiam hodie Germanos Hebræi vocant) *vocari* dicit, οἱ νῦν Ῥηγῖνες, *qui Rhenani*, ſeu *Rheingini a Græcis appellantur*. Quid *Ioſephus* alter, Gorionis filius? Nonne diſertim lib. III c. XV Galliam vocat Germaniam? Et qui Minturnis Marium interficere debebat ſeruus, nonne a Plinio & Floro *Gallus*, a Val. Maximo *Cimber*, a Velleio Paterculo *Germanus* vocatur? Siue igitur in Galatiam, quæ Gallia, ſiue quæ Germania eſt, ierit S. Creſcens, videmus omnia cum iis, quæ de Moguntino eius euangeliſmo & apoſtolatu tradita ſunt, admodum congruere.

Ad 2, quod Moguntia apud veteres quandoque in Germania ponitur.

Quos Polybius Celtas, *eos ſemper* Gallos *vocat Liuius: licet id* Hadrianus Iunius im- *probet Batav. cap. 22.* (S.) [illegible]

nec 4, quod nulla illius in Ritualibus Moguntinis ſiat mentio.

4. Nulla S. Creſcentis in ritualibus Moguntinorum libris, Breuiariis, Miſſalibus, & ſimilibus mentio vſpiam eſt, cum tamen S. Bonifacii ſit die V. Iunii, S. Albani eiuſdem die XXI; S. Seueri die XXII. Octobris; S. Theoneſti eiuſdem die XXX; S. Bilhildis die XXVII Nouembris. Reſpondeo, mihi certam ſilentii huius non liquere cauſſam, quæ tamen, ſine dubio, poterit ab aliquo ſolertius inueſtigari. Quæ autem occurrit, eſt hæc: noluiſſe maiorum grauitatem ac modeſtiam in diuinis precibus & ſacrificiis illum nominare, quem ſibi depoſcerent, quemque in dubium reuocarent alii.

III Nunc autem horum argumenta cum ſoluta ſint, & in re antiqua indiciorum, quæ Moguntiam eundem illum adducant, ſatis allatum ſit, maneat S. PAVLI diſcipulum fuiſſe primum Moguntinum Epiſcopum, S. CRESCENTEM.

CAPVT III 232

Quando in has Galliæ partes venit S. Creſcens?

Venit in Galliam ante 2 ad Timotheũ ſcriptam.

VEniſſe antequam ſcriberet Apoſtolus Timotheicam ſecundam, claret ex his eius verbis cap. IV. *Creſcens iuit in Galatiam.* Quando autem epiſtola illa ſcripta fuerit, duplex opinio eſt. Quidam enim vltimo vitæ S. Pauli anno ſcriptam, omniumque ipſius epiſtolarum nouiſſimam arbitrantur, vt *Euſebius* lib. II hiſtoriæ, *S. Chryſoſtomus* in eandem epiſtolam, *D. Hieronymus* lib. de ſcriptoribus eccleſ. *Theodoretus* præf. in epiſtolas Apoſtoli, & recentiorum plerique. Reuerendiſſimus vero *Baronius* tomo I nouem minimum annis ante Apoſtoli mortem, eandem epiſtolam conſcriptam probat, eique ob eius argumenta, & commodam omnium explicationem non illibenter, cum eandem exponerem epiſtolam, aſſenſus ſum. ita vt S. Creſcens in Galatiam ſeu Galliam iſtam venerit anno Domini LVIII, prout ex his etiam patet, quæ in libello de S. Paulo attigi.

CAPVT IV

An ſponte ſua & ab Apoſtolorum nemine miſſus in eandem Galliam venerit S. Creſcens?

Non ſponte ſua, ſed alicuius iuſſu iter in Galliam ingreſſus eſt.

SOlus, quem quidem viderim, *Catharinus* citatum D. Pauli locum allegorice interpretans, cum ſignificat ſponte a S. Paulo diſceſſiſſe, ſicuti & Demas diſceſſerat. Omnes tamen alii fatentur non ſuapte ſponte, ſed alicuius iuſſu hoc aggreſſum iter; vti *S. Chryſoſtomus*, *Theodoretus*, alii. Non enim aliter abiiſſe hunc, quam Titum putandum eſt, qui ibidem in Dalmatiam iiſſe dicitur. Titum vero ab Apoſtolo profugiſſe, bonaque ipſius venia profectum non eſſe, quis dicat? Neque vero Apoſtolus hiſce duobus turpe illud appegit elogium, quod Demæ appegerat; *ſeculi* nimirum *huius amorem.* *Hi*, ait *Theodoretus*, *liberi* 233
ſunt ab illa reprehenſione. Ab eo enim miſſi fuerant gratia prædicationis. Et e nouatoribus in eundem locum *Aretius*: *Creſcens*, ait, *in Galliam, Titus in Dalmatiam, non tam abierunt, quam miſſi ſunt ab Apoſtolo, & honeſto fine, vt docerent.* Idemque ſemel ac iterum repetit in epiſtolam ad Titum. *Albertus Magnus* in ſua litania, cum dixiſſet: *Omnes ſancti Apoſtoli*, dicit eiuſmodi *Apoſtolicos* eſſe, *qui, pro regenda eccleſia, Apoſtolatum, poſt Apoſtolos XII diuinitus acceperunt*, eorumque complures numerat, vt *Dionyſium Areopagitam*, *Maternum*, alios, & *Creſcentem.*

CAPVT V

A quo has in oras miſſus S. Creſcens.

Quibusdam videtur miſſus a Paulo; aliis a Petro;

APoſtoli omnes in lib. I conſtitut. Apoſtol. cap. XLVII ita loquuntur: *Creſcentem Epiſcopum eccleſiarum Galatiæ ordinauimus.* Sed feciſſe hoc ſe aiunt, quia, quod eorum vnus vel duo faciebant, id ita ratum gratumque omnibus, vt eorum toti collegio adſcribatur. *Theodoretus* & *D. Thomas* in citatum D. Pauli locum ab Apoſtolo Paulo miſſum ait. *S. Innocentius* epiſt. ad Ianuarium ab S. Petro; itemque *Rupertus* de offic. cap. XXVII, *MS.* noſter, *Genebrardus* lib. III circa annum Domini CII, & citat ex arcis templo verſus:

 Petrus,

Petrus, Apoſtolici coryphæus culminis, illum
Iuſſit apud Belgas Præſulis eſſe loco.

Sed 1 fieri potuit, vt quo tempore a S. Paulo Romæ tunc exiſtente diſceſſit, eſſet itidem Romæ S. Petrus: iſque, D. Paulo non renuente, quin volente ac laudante, S. Creſcentem Galliæ deſtinaret Epiſcopum & ſacrum euangelii præconem. 2 Potuit e contrario fieri, vt a S. Paulo miſſus fuerit, quia extraordinariam habuerunt omnes Apoſtoli in totum terrarum orbem poteſtatem, quaſi Pontifices maximi eſſent omnes. 3 Et quia S. Petrus, & S. Paulus Romanam eccleſiam *vbi prius obſeruanda.*
234 ſuo & verbo & ſanguine docuerunt & fundarunt, fit, vt interdum, quod ab vno in eccleſiæ gubernatione & propagatione Romæ geſtum eſt, id eorum alteri tribuatur, & non raro ſimul tanquam in Romano pontificatu ſocii iungantur; quemadmodum videre eſt apud *S. Irenæum* lib. III cap. III, *S. Epiphanium* hæreſi XXVII Carpocratitarum, h. XLI Cerdonianorum, h. XLIII Marcionitarum. *Societas Pauli S. Petro adiungitur*, ait *Nicolaus I* Pontifex in epiſt. Et *Beza* in II Cor. XI ÿ. 6 licet verbis, more ſuo, calumnioſis vtatur, fatetur Catholicos agnoſcere, S. Petrum & Paulum duo eccleſiæ capita fuiſſe.

II. Ab alterutro igitur Apoſtolo miſſus fuerit S. Creſcens, a Pontifice ac ſede Romana miſſus eſt. proprie tamen a S. Petro miſſum, videtur veroſimilius. 1, quia cum proxime Apoſtolus adiungit Demæ illi, qui Theſſalonicam ierat, ab ipſo tamen non miſſus. 2, quia de aliis, quos miſit, aut alibi reliquit, clare paulo poſt addit, ſe illos aut miſiſſe aut reliquiſſe. Nam ibidem ÿ. 12 *Tychicum miſi Epheſum.* ÿ. 20 *Eraſtus remanſit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti*, ſeu, vt corrigendum cenſet Reuerendiſſimus *Baronius*, *Melitæ.* 3, quia licet, annis ſuperioribus, S. Titum, qui S. Creſcenti ibidem adiungitur, Cretæ creaſſet Epiſcopum Apoſtolus, vt ex epiſtolæ ad ipſum, quæ anno Domini LVIII miſſa fuit, cap. I ÿ. 5 perſpicuum eſt; hoc ipſo tamen eodem tempore videtur idem Titus a S. Petro in Dalmatiam miſſus, vti ait loco citato *S. Thomas*, & *finaliter dicitur fuiſſe Epiſcopus.* 4, id plures, vti ſupra patuit, aſſerunt. Verba *MS.* ſunt hæc: *ſacroſancta eccleſia Magontina, tempore beati Petri Apoſtoli vicarii Chriſti, primum Catholicæ fidei radiis illuſtrata per Creſcentem, beati Apoſtoli Pauli diſcipulum, ipſum primum ſuæ ſedis meruit habere Antiſtitem.* Vnde *Rupertus* lib. I de offic. cap. XXVII *Initium*, ait, *fidei habentes ab Apoſtolica ſede, regulam hanc metropolitanæ obſeruant eccleſiæ, vt neminem habeant Pontificem, niſi ab eadem ſede miſſum, a qua primus illius prædicator fidei miſſus eſt.*

a Petro miſſum, veriſimilius.

235

CAPVT VI

An recta Moguntiam venerit S. Creſcens?

Iiſſe in Aſiaticam Galatiam videtur ſignificare martyrologium Romanum die XXVII Iunii, quia dicit eum eo e Galliis rediiſſe. 2 *Ado* veniſſe ait cum S. Paulo Viennam. Exiſtimo primo veniſſe in haſce ciſrhenanas Galliæ partes, & cum tentaſſet omnium animos, mores, & ingenia conſpexiſſet, nonnullos conuertiſſet; cognouiſſe anno Domini LXI aut per litteras, aut per alicuius rumorem, Roma S. Paulum velle in Hiſpaniam, ſicque ad illum properaſſe, ab eoque Viennæ relictum: inde, poſt temporis aliquantum, rediiſſe Moguntiam. Sic enim in Romano martyrologio *Galaticam gentem* accipio.

CAPVT VII

Quomodo, vbi, & quando mortuus S. Creſcens?

Conſenſu maximo docent omnes martyrio affectum, vt *Beda*, *Martyrologium Romanum*, *Ado.* Sed vbinam, quæſtio eſt. *Dorotheus* ait *Chalcedone.* Verum iam ſupra vel hinc ſemotus, vel expoſitus. *Martyrologium Romanum* ita loquitur; *In Galatia ſancti Creſcentis, diſcipuli beati Pauli Apoſtoli, qui in Gallias tranſitum faciens, verbo prædicationis multos ad fidem Chriſti conuertit: rediens vero ad gentem, cui ſpecialiter datus erat Epiſcopus, vſque*

Martyrio affectus eſt, & ſepultus.

 Galatas

Galatas ipſos vſque ad finem vitæ ſuæ in opere Domini confirmaſſet, demum ſub Traiano martyrium conſummauit. Sed ſupra iam dixi, poſſe per Galatiam intelligi Moguntinam iſtam Galliæ, Germaniæque regionem. Et hic profecto Moguntiæ mortuum & ſepultum hunc ſanctum eſſe, docet aperte *Tritbemius* in vita S. Maximi, cap. XVIII, & *S. Hieronymus* in catalogo illuſtrium virorum, 236
itemque *Sophronius*. Vterque, poſteaquam in Galliis eum prædicaſſe dixerat, addidit, ille quidem; *Et illic* (in Galliis) *ſepultus eſt:* hic vero καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. At non Viennæ, vti fatetur Viennenſis *Ado*, non in alio vllo Galliæ loco. Nulli enim præter Moguntinos eum ſibi hactenus theſaurum vendicarunt. Imo ne Græcorum quidem Menologium, quod Orientis maxime Diuos colligit, vllum de Creſcente in Aſiatica illa Galatia verbum iniicit. Moguntiæ igitur eius & martyrium, & ſepulchrum. In ſancti autem Hilarii templo ſepultum, & inde ad S. Albani translatum, dicetur poſtea*. (*cap. 26, & l. 4 p. 679.)

& quidem tempore Traiani;

II *Quando* autem id martyrium euenerit, conſentiunt omnes de Imperatoris Traiani tempore, *quo etiam glorioſiſſimus ſenex*, inquit *Ado*, *Zacharias Viennenſis eccleſiæ Epiſcopus* (ſecundus, ſanctique Creſcentis illic ſucceſſor) *martyrio coronatus eſt.* *Euſebius* quidem Traiani perſecutionem inchoatam vult anno ipſius X. ſed *Baronius* contendit, anno eiuſdem primo ſtatim cœpiſſe, tomo II Annalium. Sane, *manuſcripti* noſtri, & *Tritbemius* loco citato aiunt, S. Creſcentem XXII ſolidos, vel XXIII inchoatos annos eccleſiæ Moguntinæ præfuiſſe, nimirum *poſtquam Vienna diſceſſerat*, vt habet *Ado*, ſicque incidit eius martyrium in Domini annum CII, vel CIII, Traiani tertium vel quartum a incipiendo, prout iidem numerant, ab Domini anno LXXX. vnde in Moguntinæ arcis templo verſus reſidui, ſunt hi:

Bisque Moguntinis vndenos præfuit annos:
Et vita clarus, clarus & eloquio:
Martyriumque tulit, Traiano Principe, CHRISTI
Cum decades denas auxerat vna trias.

ex quo ætas eius colligi poteſt.

Atque hinc intelligitur, quanta eius eſſe potuerit ætas, cum pro CHRISTO Domino ſanctam iſtiuſmodi mortem oppeteret. Si enim putemus, cum in Galliam veniret anno Domini LIX, fuiſſe ipſum annorum XL, fuiſſet in morte annorum LXXXII, vel LXXXIII: ſin iuniorem, cum ad idem ſeſe Gallicum iter accinxit, quot annos ex illis XL ſubduxerimus, totidem ex LXXXII & LXXXIII ſubducere licebit. v. e. fuerit in ſuo huc aduentu annorum XXX, in morte non niſi LXXII, vel LXXIII extiterit. ſicque deinceps. Facile autem 237
mihi equidem perſuaſero, iuuenem adhuc fuiſſe, cum huc miſſus eſt. Sic enim Timotheus I Tim. IV, & Titus, vti cenſent apud *S. Chryſoſtomum* hom. I ad Titum nonnulli, quibus etſi de vna ipſorum ratione, non tamen de re ipſe repugnat; itemque *S. Hieronymus* in Titianæ II; *iuuenes*, cum Epiſcopale iis munus imponeretur, *fuerunt, magna tamen & excellente virtute viri*, prout loco citato probat de S. Tito, *S. Chryſoſtomus*.

Admonitio ad Moguntinos, vt hoc ſtudioſius apoſtolicam retineant doctrinam.

III Nunc vero ſupereſt hoc vnum, vt quia tantum tanti Apoſtoli diſcipulum habuit Moguntia, ſtudioſiſſime Apoſtolicam, Catholicamque fidem retineat & excolat. Fuit nomen eius Creſcens, Eccleſiaſt. XLIII ℣. 8; quia creuit ipſius apud Deum & homines gloria, idque quia creuit ipſius apud eoſdem gratia, ſapientia, & virtus, prout de Iob. c. XXXI ℣. 18, & de CHRISTO D. Lucæ II ℣. 40 ſcriptum eſt: creuit per eum verbum Dei, Act. VI ℣. 7, eccleſia, diſcipulorumque numerus ibid. ſicut in AEgypto creuerunt filii Iſrael Exod. I ℣. 7 & 12. *Iuſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem*; Prouerb. IV ℣. 18. Cum Creſcente, vt nos quoque creſcamus, æquiſſimum eſt, eo modo quo Corinthiorum fidem creſcere laudabat Apoſtolus II Corinth. X ℣. 14, & Coloſſenſium c. I ℣. 6. Nobis, ſicuti & is, a quo huc miſſus eſt, S. Petrus II Pet. III ℣. 18 e ſummo cælorum orbe, ſuauiſſima voce acclamat: *Vos fratres*, imo filii, *præſcientes cuſtodite, ne inſipientium errore traducti excidatis a propria firmitate. Creſcite vero in gratia, & in cognitione Domini noſtri & Saluatoris IESV CHRISTI.* Rurſumque cum ſuo magiſtro & præceptore S. Paulo Coloſſ. I ℣. 9 & 10; *Non ceſſamus pro vobis orantes, &*

poſtu-

poſtulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni ſapientia & intellectu ſpiritali: vt ambuletis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. Amen.

238

CAPVT VIII

Alii Epiſcopi vſque ad decimum.

II * 6 EPISCOPVS MOGVNTINVS S. MARINVS.

QVemadmodum eccleſiæ Romanæ Pontifex *Marinus*, interdum a quibusdam *Martinus* appellatur: ſic & Moguntinus hic Antiſtes, quem *Martini* nomine afficit *Cochlæus* *. Præfuit annos 6. Baron. 10, an. 943.

* Conf. *Papebrochius* commentar. de *S. Aureo* § VI p. 44.

III S. CRESCENTIVS annos 18.
IV S. CYRIACVS annos 14.
V S. HILARIVS Martyr annos 20.

A *Tritbemio* c. V S. Maximi dicitur *vir ſanctus & martyr. Videtur*, ait *D. Latomus*, *in huius memoriam eccleſia in Dalheim ædificata*, vt ſupra dictum eſt lib. I c. XXX. Et eius rei, martyriique indicium aliquod ille cenſet picturam in templi eius pariete, quam oculis quidem requiſiui, ſed non inueni.

VI * 6 B. MARTINVS. annos 14.

Fuit ſub primos pæne Arianorum furores Epiſcopus Agrippinæ Coloniæ quidam impius, cui Euphrates nomen, isque ſentiebat, & docebat, haud quaquam CHRISTO Domino concedendam diuinitatem. Ad eam igitur tantam, in tam nobili Vbiorum vrbe, flammam ilico reſtinguendam, habita inibi eſt doctiſſimorum, ſanctiſſimorumque Pontificum ſynodus, anno Domini CCCXLVI die IV Idus Maias: non autem anno CCCLXXXV, prout ſcripſit *Trithemius*. Fuerunt enim Conſules Amantius, & Albinus anno CCCXLV, & in Concilii huius, quod in Conciliorum tomo I eſt, principio, dicitur iſtud celebratum *poſt Amantii, & Albini conſulatum*, quemadmodum recte Annalium tom. III notauit *Baronius*. Inter alios igitur Epiſcopos noſtrum hunc etiam ad hæreſis opprimenda initia concurriſſe Martinum, teſtatur idem eiuſdem Concilii principium; eundemque ob cauſam Sardicenſi eum ſubſcripſiſſe Concilio teſtatur *S. Athanaſius*, de quo infra c. XXIII iterum, & amplius. Vocatur a *Bruſchio Marinus*. Interfuit Concilio Colonienſi an. 346 habito.

239 VII S. CELSVS Martyr. annos 22.
VIII S. LVCIVS annos 10.
IX * 2 S. GOTHARDVS annos 15.

A quibusdam *Bodardus* vocatur *, ab aliis *Budibardus*, a *Cochlæo Godeardus*, in *Manuſcripto*, ex Sigefridi Archiepiſcopi de S. Nicomedis eccleſia diplomate, *Bothardus*. *Vir ſanctiſſimæ vitæ*, ait *Trithemius*, *qui ſua prædicatione multa gentilium millia conuertit ad* CHRISTVM. *Currebant enim tum adhuc plurimi ad idola, ac præſertim in monte Martis, ad Druſi memoriam, Galliæ populi ſtato die ſupplicabant, militeſque armati decurrebant, vt* Suetonius *in Claudio teſtatur: vt ab his militaribus ludis*, Martis montem *dictum putem, qui hodie mons* D. Iacobi. *Idem aſſerit* Beatus Rhenanus *in epiſtola ad Theodoricum Greſmundum, antiquarium Moguntinum longe doctiſſimum. Mons vero S. Albani locus erat publici ſupplicii, vbi multi paſſi ſunt Chriſtiani, ibique ſepulti, poſtea mons* Martyrum *vocatus. Erat noſtra adhuc ætate in foribus templi Albanici catena immenſi ponderis, ad quam pii homines alligati diuerſis pœnis affecti ſunt. Videns autem S. Gothardus populum idololatriam eo loci exercere, excitauit in confinio eccleſiam in honorem Domini noſtri* IESV CHRISTI; *poſtea ad ſanctum* Nicomedem *nominatam* **, *ibique prædicationis tubam inflans, vanum populum corripiebat. Sepultus eſt in Sacra valle, nunc Dalheim dicta. Tranſlatus ad S. Albanum inter alios ab Hildeberto.* Hunc ſub nomine Bodardi, *vel Budibardi in matricula, & apud* Bruſchium *intelligo. Ceterum an ſacellum ſummo* Diuerſimode vocatur; multos conuertit ab idololatria; qua occaſione excitauit eccleſiam S. Nicomedis.

templo

templo adhærens (de quo ſupra lib. I c. XXX) *huius Gothardi nomen in memoriam referat, affirmare non poſſum, quamuis refragari nolim; ipſa potiſſimum me antiquitate inuitante.* Hæc omnia D. *Latomus.*

* Quos inter *Dieffenbachius* in catalogo manuſcr.

** Idem dicit *Dieffenbachius* l. d.

CAPVT IX 240

Epiſcopi alii vſque ad vndeuiceſimum.

X * 3 S. SOPHRONIVS 8.

A *Tritbemio, Bruſchio,* & *Cochlæo Suffronius* vocatur: ac ab eodem *Tritbemio* in vita S. Maximi c. V *Vir ſanctus,* c. XVIII *vir per omnia ſanctiſſimus* appellatur.

XI S. HERIGERVS MARTYR 4.

XII S. RVTHERVS MARTYR 20.

An non *Cochlæi Rudbarius?* an qui in *Bedæ* Epitome, poſt S. Bonifacium ponitur, *Redberus?*

XIII S. AVITVS 22.

A *Tritbemio* c. V *vir doctus* atque *ſanctiſſimus* dicitur.

XIV S. IGNATIVS MARTYR 13.

XV S. DIONYSIVS 26.

A *Tritbemio* c. V *vir ſanctus* dicitur.

XVI S. RVTHBERTVS 12.

XVII S. ADELHARDVS 10.

XVIII S. LVCIVS ANNAEVS 18.

Romanus, martyr, ab Arianis occiſus dicitur anno Domini CCCXLIII; a *Tritbemio* c. V vitæ S. Maximi, nominatur *vir Apoſtolicæ atque ſanctiſſimæ vitæ.*

CAPVT X

Epiſcopus vndeuiceſimus.

XIX * 4 S. MAXIMVS præfuit annos 24.

vir ſanctus & doctus. Ab hoc ſuum de Illuſtribus viris Germaniæ librum orditur *Tritbemius* hoc modo: *Maximus ſeptimus eccleſiæ Moguntinenſis Epiſcopus*, vir vita & conuerſatione ſanctiſſimus; & tam in ſæcularibus litteris, quam in diuinis ſcripturis nobiliter eruditus, ingenio promptus, eloquio clarus, actione præcipuus fuit. Qui cum eſſet verbi diuini prædicator facundus & celebris, multos verbo & exemplo ad fidem CHRISTI conuertit: non ſolum per ſuam diœceſim, ſed per vicinas quoque extremaſque regiones verbum fidei ſeminando.* diuerſas epiſtolas ſcripſiſſe. *Hic multas fertur ad diuerſos ſcripſiſſe epiſtolas, pluresque litteris commendaſſe homilias: ſed nihil eorum ad manus noſtras venire permiſit antiquitas. Denique contra Arianos, qui ſuo tempore multa in eccleſia Dei mala fecerunt, nonnulla egregia compoſuit. claruit apud Moguntiacum temporibus Conſtantini, Conſtantii & Conſtantis Imperatorum ſub Liberio Papa, anno Domini CCCLX.* 241

* Cur *ſeptimus* ab eo vocetur, poſtea patebit cap. 25. (S.)

Sed copioſius idem *Tritbemius* eius vitam deſcripſit, quam in tomum de Sanctis quintum retulit *Surius,* vbi c. VI ſic: *Maximus, beati Lucii Annæi Presbyter, & in miniſterio verbi Dei ſocius, natione Germanus, patria Moguntinus, & religione Chriſtianus fuit.* patria Moguntinus. Ex cap. VII: *B. Maximus, teſtante Megenfrido, honeſtis & Chriſtianis parentibus ortus, in vrbe Moguntina; more gentis, adhuc puer ſtudio deputatus eſt litterarum: in quo cum tempore adeo profecit, quod ſibi coætaneos pæne omnes ſuperauit.* parentibus Chriſtianis natus. *Erant in tempore illo plures cum Chriſtianis mixti gentiles, & quemadmodum perſecutione ceſſante nemo paganum cogebat fieri Chriſtianum, ita nec quiſquam impellebat credentem abnegare vel deſerere CHRISTVM. Multi tamen inter Chriſtianos ſurrexerunt hæretici: inter quos Ariani, Principum Romanorum fauore ſuffulti, multas intulerunt veris Chriſtianis perſecutiones & moleſtias, vnde cum publice non ſemper liceret, metu hæreticorum, fideles quique filios ſuos in priuato fidem ſeruare conſtanter ortho-*

doxam

Digitized by Google

Edit. I *doctam vſque ad mortem docuerunt ; ſic nimirum & Sanctus Maximus in his,* ab iis ad veram religionem inſtructus ;
p. 242 *quæ pertinebant ad fidem & veram religionem , teneris ab vnguiculis parentum*
& ſacerdotum magiſterio ſufficienter inſtructus , in virum cum tempore magnum
creuit , atque meritis & doctrina glorioſum. Mox enim , vt per ætatem ſapere
ac intelligere cœpit , diuina miſeratione præuentus , non minus , quam gratia
ſemper comitatus , Deo ſe totum obtulit , pro cuius amore cuncta huius mundi
blanda & dulcia contempſit.

CAPVT XI

Clericus & Epiſcopus fit S. Maximus.

COnſuetudo fuit illo in tempore , valde neceſſaria Clericis ac ſacerdotibus, ſo- Clericus ordinatur
li Deo vacare , ſacro miniſterio verbi & orationis inſiſtere , ad fidem & iu-
ſtitiam populum non minus exemplo bonæ actionis , quam ſanctæ prædicationis ver-
bo erudire , mundi honores , diuitias quoque & omnes voluptates morituræ car-
nis vilipendere, & CHRISTVM opere & ſermone ſuper omnia veraciter amare.
In quo viuendi genere beatus Maximus in clericatu ſuo perſeueranter enituit, &
breui ceteris perfectionis in ſe normam dedit : merito ſanctitatis fuit admirabilis,
& diuinarum ſcripturarum interpres & doctor inſignis. Propter quod ordinatus
a beato Pontifice Adelbardo clericus , vitam per omnia duxit Apoſtolicam , mul- ab Adelbardo.
torumque corda verbo & exemplo in diebus ſuis ad Dominum conuertit. Adel-
bardo poſt hæc vita defuncto , beatus Lucius Annæus in pontificatu ſuccedens,
præfuit annis decem & octo , vir magnarum in CHRISTO virtutum, cui ſan-
ctus ipſe Maximus ſtabili ſemper charitate adhæſit , & innumeras Arianorum multa ab Arianis paſſus.
perſecutiones pro defenſione Catholicæ fidei ſuſtinuit , ſed adiutorio ſaluatoris no-
243 *ſtri IESV CHRISTI feliciter vbique triumphauit. Poſtremo tamen ſancto*
Lucio Annæo pro fide orthodoxa in exilio apud Phrygiam ſtrangulato cum duo- Lucio Anneo in epiſcopatu ſurrogatur.
bus Presbyteris Paulo & Creſcentio , ſubordinatione & inſidiis Arianorum , bea-
tiſſimus Preſbyter Maximus , quem pro confirmandis in recta fide populis , apud
Moguntiam , ordinatione diuina , reliquerat , fidelium omnium voto communi
Præſul eccleſiæ iam dictæ nonuſdecimus conſtituitur, & præfuit in tribulationibus
hæreticorum multis , quatuor ferme annis atque viginti. Facta ſunt hæc , vt
ſupra diximus , anno Dominicæ natiuitatis trecenteſimo quinquageſimo quarto,
decima die menſis Iulii , Indictione Romanorum duodecima.

CAPVT XII

S. Maximi ſancti mores , ſanctuſque contra hæreticos zelus.

ORdinatus autem Pontifex in eccleſia Moguntina beatiſſimus pater Maximus, Sanctis moribus præditus ;
per omnia ſe ſtuduit exhibere Domino miniſtrum irreprehenſibilem , paratus
amore Dei pro ſalute fidelis populi non ſolum perſecutiones ſuſtinere & carceres,
ſed mortem quoque , & ſi quid morte eſſet crudelius , quod ei poſſet occurrere.
Vitam in omni puritate ducens continuauit Apoſtolicam , mundi rebus pauper &
modicus , virtutibus diues , humilitate profundus. Qui cum vir eſſet tam in
diuinis ſcripturis , quam in ſæcularibus ſcientiis multum peritus atque doctiſſimus,
hoc ſummopere curabat inprimis , vt vita conſtaret eius doctrinæ conformis , ne
aliis bona prædicans , ipſe reprobus efficeretur. Corpus proinde ſuum ieiuniis,
abſtinentia multa , & vigiliis pæne continuis pro CHRISTI ſaluatoris amore
caſtigauit , ſanctis orationibus , & prædicationi ſalutaris doctrinæ verbi Dei ſine
intermiſſione , quoties opportune licebat , intentus.
244 *Per vicos circumibat & vrbes , vt plurimum Apoſtolorum exemplo pedibus* contra hæreticos vigilans ;
nudis , Presbytero, Diacono & Subdiacono comitantibus , & cunctis per gyrum
populis opportune & importune fidem CHRISTI, quanta potuit ſedulitate, præ-
dicauit. Fide , actione , atque virtute Maximus Pontifex coram Deo & cun-
ctis fidelibus extitit, qui nihil in hoc mundo aliud , quam Dei honorem & ſalutem
proximi quæſiuit. Mentis deſiderio ſemper in Deum fuit eleuatus, quippe qui ſe
huic mundo peregrinum & nouis , & exhibuit , & propterea nulla rerum tempo-

ralium cupidine vel occupatione detentus, vel implicatus fuit. O ter vere bea- Edit. I
tum, quaterque beatiſſimum Pontificem, cui Deus omnia ſolus extitit, qui mente pag.
ſimul & animo nihil aliud quam Dominum curauit, cuius etiam in amore ſemper
occupatum ſe oſtendit! Amator enim CHRISTI cum eſſet feruidus, omnia pro
honore caduca contempſit auctoris: nec vanis laxauit animum, qui ſanctum in
ſe Dei meruit ſuſcipere commorantem Patris & Filii Spiritum. Electus Dei Pon-
tifex, miniſter Chriſti ſobrius, vir ſanctitate maximus, virtute nitens ab in-
tus, contempſit quicquid cernitur, amauit quod non tangitur, ſed pura mente
colitur. O decus tu Pontificum, diuini cultor numinis, qui ſine mundi ſordibus,
Chriſto vixiſti ſplendidus: Adeſto mitis omnibus, te mente recolentibus, nos ſol-
uens tuis precibus noſtris a ſceleribus. Non eſt eo tempore inuentus apud Ger-
manos Pontifex doctior ſanctiorque præſule Maximo, qui tanta ſub innocentia &
eruditione ſcripturarum, legem conſeruaret excelſi: quoniam & hæreticorum
errores verbis & ſcriptis conſtantiſſime redarguit, & fundatus ſupra firmam pe-
tram diuini amoris, nullas eorum perſecutiones formidauit. Septies tempore ſui
Pontificatus ab impiis Arianis vrbe Moguntina pulſus eſt: ſepties quoque diuina
prouidentia reſtitutus, nunquam attædiatus mente, nunquam deiectus animo,
nunquam victus aut ſuperatus.

CAPVT XIII 245

S. Maximi, ob Catholicam fidem, exilia & labores, ſummaque in egentes beneficentia.

in exilium ab Arianis eiectus,

IDem Tritbemius cap. XII; *Cum autem beatiſſimus CHRISTI Præſul MA-*
XIMVS in confeſſione veræ fidei ſinceriter viueret, fideli populo ſe Pontifi-
cem per omnia irreprehenſibilem exhiberet, fidem quoque orthodoxam gentibus
non minus, quam Arianis conſtantiſſime prædicaret, multas illi poſuerunt inſi-
dias, & nihil amplius, quam ipſum eius ſanguinem ſitiebant. Sed protegente
miſericordia Domini famulum ſuum, permiſſi non ſunt illum, quod maxime cu-
piebant, occidere, quamuis id ipſum ſæpe iteratis vicibus pertentaſſent. Me-
genfrido, ſicut diximus, proteſtante in Chronicis de temporibus gratiæ; ſepties *& quidem ſepties;*
eum non ſine iniuriis multis & contumelia manifeſta, cum quibuſdam clericis
extra Moguntinam ciuitatem eiecerunt, verberatumque ſæpius crudeliter, in-
terficere minime potuerunt. At ille ſemper gaudens receſſit ab vrbe cum pleriſ-
que diſcipulis ſuis, religioſiſſimis viris, Sidonio, Achatio, & Clemente Preſ-
byteris, & aliis, quorum nomina præfatus non commemorat autor, DEO gra-
tias agens omnipotenti, quoniam dignus eſt habitus pro recta fide & nomine
IESV contumeliam pati. Reliquerat tamen ſemper e clericis in ciuitate, vel *relictis interim, qui fidelibus docendo & monendo inſeruirent;*
prope, Presbyteros quoſdam, zelo chriſtianæ fidei conſtantes, qui ſaltem per vi-
cos & domos circumeuntes, occulte præmonerent CHRISTI fideles, vt ſeſe
ab Ariana impietate ſolicite cuſtodirent. Quoties enim publice, ſicut dictum eſt,
vtiliter & fructuoſe prædicare verbum Dei non permittebantur in vrbe, ſecre-
tius id facere vel in domibus fidelium nocturno tempore clauſis, vel in nemori- 246
bus & latibulis montium cogebantur ad tempus. O quantis virtutibus Chriſtia-
norum fides eo in tempore claruit, quæ tantis aduerſitatum indeſinenter agitata
procellis, non ſolum vinci aut ſuperari non potuit, ſed in tribulatione dilatata,
conualeſcens quotidie, ſe ipſa tanto facta eſt conſtantior, quanto gentilium vel
hæreticorum perſecutione amplius premebatur!

Quid nos miſeri nimiumque tepidi, & propterea inutiles CHRISTI ſacer-
dotes atque miniſtri feciſſemus, ſi nos illis contigiſſet vixiſſe temporibus? putaſ-
ne, tenuiſſemus in tanta perſecutione conſtantiam, qui nullam aut paruam ſer-
uamus in pace diſciplinam? Beatiſſimus præſul Maximus, ſub perſecutione im-
piorum fundatus in amore CHRISTI, longe cæleſtia præpoſuit terrenis, di-
uina humanis, ſempiterna caducis. Vitam in egeſtate peregit Apoſtolicam, ſciens
naturam poſſe paucis eſſe contentam, ſi mens Deo credula bonam adhibuerit in
corde voluntatem. Quocirca præcepto magiſtri humiliter obediens, non fuit de cra-
ſtina ſollicitus: aurum vel argentum in thecis nunquam repoſuit: diuitias mun-
di fallaces nunquam quæſiuit vel amauit. Victum, juxta conſilium Apoſtoli,
habens

Edit. I pag. *habens tenuem ; & amictum ſine curioſitate ſimplicem , fuit contentus , ſciens ,
Pontificum opes , virtutem eſſe conſtantiæ : & gloriam , ſalutem & profectum plebis in Domino commiſſæ. Si quid vltra quotidiani victus parci neceſſitatem forſitan ſuperfuit , in craſtinum ſeruari non permiſit ; ſed in vſus mox pauperum manu propria expendit.*

247
CAPVT XIV

Quanta , oppugnatarum hæreſeon ergo , perpeſſus S. Maximus , & quæ ſcripſerit?

ADiicit *Trithemius* c. XV, XVI nonnulla de Colonienſis Archiepiſcopi Euphratæ facta per hunc depoſitione , quæ ſuo poſtea loco cap. XXXIII explodetur : nunc vt S. Maximi principium & finis melius cognoſcantur , repetam ex eiuſdem cap. I, II, & III nonnulla. *Lucio* , inquit , *Annæo feliciter vita defuncto , ſanctus presbyter Maximus communi populi voto fidelis in Epiſcopatu ſuccedens anno Dominicæ natiuitatis trecenteſimo quinquageſimo quarto , indictione Romanorum duodecima , præfuit annis , vt Megenfridus refert in Chronicis , quatuor & viginti , ſub Arianorum perſecutione grauiſſima , temporibus videlicet Theodomeri & Clodionis Regum Francorum : quo tempore Dagobertus , Genebaldi filius , Dux Francorum orientalium apud Wirciburg , Rheno tranſmiſſo , Moguntinos in odium Romanorum graviter afflixit : vrbem quoque Treuirorum , quæ tunc parebat Romanis , obſedit , cepit , ſpoliauit , incendit , funditusque ſubuertit. Annis quippe nongentis bellum cum Gallis atque Romanis Franci reges habuere continuum , quouſque tandem victores eorum effecti , pene totam Europam ſuo dominio violenter ſubdiderunt.*

Iniquiſſimis iſtis temporibus ,

Sub his turbationibus eccleſiæ , multa Chriſtianorum millia propter Catholicæ fidei confeſſionem , ab infidelibus & hæreticis apud Moguntiam & in omnibus terminis eius crudeliter fuerunt occiſa : quorum apud mortales nulla penitus habetur memoria propter malitiam temporum , & penuriam fidelium ſcriptorum. Nuſ-
248 *quam erant tuti , nuſquam ſatis in vrbibus & oppidis ſecuri : quando & gladius vbique ſæuiebat gentilium , & non minus perfidia inualuit hæreticorum. Nam etſi pacem videretur habere eccleſia ab his , qui Romanis Principibus fuerunt ſubiecti , vt abnegare CHRISTVM iam tunc nemo compelleretur : Arianorum tamen in tantum illo tempore veſania præualuit , vt nihil aut parum a perſecutione gentium differret. Denique Franci tam orientales , quam illi , qui ad oſtia Rheni conſederant , occidentales , Gotthicæ quoque nationes & alii pagani frequentes in Galliam motus & incurſus facientes , Moguntiam , Coloniam , Treuerim , Wormatiam , Spiram , Argentinam , & alias trans Rhenum vrbes nimia crudelitate ſæpius moleſtabant , nulli parcentes gradui , ſexui , vel ætati. Quapropter Pontifices , & miniſtri Domini ſacerdotes , in quos furor perſequentium crudelius ſæuiebat , in vrbibus & vicis publice non audentes comparere , quoties perſecutio imminebat , cum ſuis ad nemora ſucceſſerunt , in ſpeluncis & cauernis montium latitantes , inedia , fame , ac ſiti vltra , quam credi poteſt , afflicti , longum pro fide Chriſti martyrium ſuſtinebant.*

quibus Ariani fideles grauiſſime perſequebantur ,

Franci , aliique populi vrbes Rhenanas crudeliter affligebant ,

Ea tempora beatiſſimus præſul Maximus incidit , quibus , niſi optimus , nemo fuit Chriſtianus. Probauit perſecutio fidem , & contulit in paſſione amor Dei conſtantiam. Beatus vero Pontifex , vt Megenfridus eſt autor in Chronicis , ab Arianis hæreticis multas & atrociſſimas inſidias & perſecutiones pro fide orthodoxa ſuſtinuit , & ſepties de ſua pulſus eccleſia , rurſuſque in exilium , toties miſerante Deo reuerſus eſt. Nam cum eſſet vir in diuinis ſcripturis longe doctiſſimus , & ſæcularis litteraturæ non ignarus , malleo ſimilis , durus redargutor Arianorum extitit : contra quorum veſaniam non ſolum verbis , ſed etiam ſcriptis multipliciter pugnauit. Scripſit enim , iam dicto Megenfrido teſtante , contra Arianos *libros quatuor* , de incarnatione Domini *libros duos* , de Spiritu
249 Sancto *libros duos* , de conſtantia fidei Catholicæ *librum vnum* , de martyrio ſanctorum *librum vnum* , Homilias *& ſermones multos & vtiles ad populum. Alia quoque nonnulla ſcripſiſſe dicitur , quæ ad notitiam noſtræ lectionis peruenire*

S Maximus multa perpeſſus eſt ,

ſcriptiſque confutauit [illegible]

nire minime potuerunt. Ciuitas enim Moguntina (anno) *poſt mortem eius tertia, ſicut diximus, euerſa & funditus deſtructa fuit.* Edit. I pag.

C A P V T XV

S. Maximi mors & ſepultura.

plenus dierū mortuus;

ET poſtea idem *Trithemius* cap. XVII; *MAXIMVS ſanctiſſimus Præſul poſt multa religioſiſſime geſta, poſt varias pro fide Chriſti perſecutiones & innumeras tribulationes, tandem plenus dierum atque virtutum, ad Dominum feliciter migrauit die menſis Nouembris octauadecima, anno Pontificatus ſui viceſimo quarto, qui fuit Dominicæ natiuitatis trecenteſimus ſeptuageſimus octauus, Indictione Romanorum ſexta. Quo anno, poſt ſeram Auxentii mortem, ſanctus Ambroſius Mediolani Præſul conſtituitur: qui, cum eſſet in omnibus ſcientiis doctiſſimus, non ſolum diuinarum ſcripturarum, ſed etiam ſæcularium litterarum, vitæ quoque merito celeberrimus, breui, miſerante Domino, eccleſiæ pacem obtinuit, & Arianos procul effugauit. Beatiſſimi vero Pontificis Maximi corpus, a diſcipulis in eccleſia diui Præſulis Hilarii, poſtea nuncupata in Dalheim, vbi ciuitas Moguntina eo tempore legitur fuiſſe conſtructa, debito cum honore, iuxta tumbam ſancti Creſcentis primi Epiſcopi fuit ſepultum: in quo quidem loco humatum permanſit annis quingentis quinquaginta ſeptem, vſque ad tempora Hildeberti, poſt ſanctum Bonifacium Moguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopi duodecimi: qui anno Dominicæ natiuitatis nongenteſimo triceſimo quinto, Indictione Romanorum octaua, die menſis Martii quartadecima, decem eccleſiæ Moguntinorum Pontificum oſſa de capella diui Hilarii memorata, ſolenni cum* 250 *proceſſione cleri & populi, ad eccleſiam monaſterii diui martyris Albani tranſtulit, & in choro ſumma cum reuerentia collocauit. Inter quæ corpus etiam beatiſſimi Pontificis Maximi, de quo loquimur, annumeratur.*

in D. Hilarii ant ſepultus.

C A P V T XVI

De eodem Sancto notatiuncula.

1, quod Trithemius loco poſteriori ſeipſum corrigat.

HActenus de S. MAXIMI vita Trithemius; ſed cum alia in ea, tum vero hæc notari poſſent: I, Eum in vita iſta corrigere, quod libro citato *de viris illuſtribus* ſcripſerat, Maximum eſſe ſeptimum Epiſcopum Moguntinenſem.

2, de Maximi libris errorem committant alii.

II, De Maximi libris fortaſſis errorem obortum aliquibus e *Maximorum* aliorum libris. Nam Taurinenſis Maximus *de Martyribus* homiliam ſcripſit, vt eſt apud *Gennadium*, e quo eandem aliaſque ibidem enumeratas male S. Ambroſio tribui perſpicuum eſt. Maximus vero, vt ait in Catalogo *S. Hieronymus*, Philoſophus, natus Alexandriæ, Conſtantinopoli Epiſcopus ordinatus eſt, & pulſus, inſignem *de fide* aduerſus Arianos ſcripſit librum; quem Mediolani Gratiano Principi dedit. Mirum eſt, quod in manu quodam ſcripto ſe legiſſe ait *D. Latomus*, hunc, de quo iam dixi, Philoſophum eſſe Moguntinum noſtrum. Et addit ipſe, *Tempus ſane non admodum diſcrepat: ipſeque in exilium actus forſitan occaſionem hic docendi non eſt aſpernatus, etſi Græcus eſſet, patria Alexandrinus.* At licet tempus non admodum diſcrepet, admodum tamen, & [illegible], diſcrepat vita, & mores omnes, niſi pœnitentiam idem magnam egiſſet, ſeſeque admodum correxiſſet. Nam aterrimo eum depingit carbone *S. Gregorius Nazianzenus* in carmine de ſua ipſius vita, & oratione XXVIII; itemque poſtea œcumenica octaua ſynodus Conſtantinopolitana in Photii anathematiſmis, & Adrianus Pontifex in epiſtola.

3, quis Maximus hic eſſe videatur

III, Videtur autem noſter iſte ſanctus Maximus eſſe, quem ſua in litania 251 inuocat vetuſtiſſimus Francofurtenſis eccleſiæ S. Bartholomæi liber, Ludouici Pii tempore conſcriptus, & *Albertus Magnus*, eum inter eccleſiæ Doctores numerans, ſicuti etiam Sturmium & Rabanum.

CAPVT

Edit. I pag.

CAPVT XVII

Alii ad XXVI Epiſcopi, & præſertim de S. AVREO.

XX * 5 SIDONIVS *Prior* 19.
Epiſcopus Moguntinus.

A *Trithemio* c. XVIII vitæ S. Maximi, dicitur *doctor gentium inſignis, & vere ſanctiſſimus*, & c. XVII *præfuit in multa ſanctitate.* Ad hunc non ſpectare, quæ lib. I c. XXIX citata ſunt, patet e tempore. Nam loquitur de Sidonio *Venantius*, tanquam de æquali. At floruit Venantius poſt Domini annum DLX.

XXI * 7 SIGISMVNDVS 6.

A *Cochlæo Sigismundus* appellatur, & a *Trithemio* c. XVIII vitæ S. Maximi, *per omnia ſanctiſſimus.*

XXII LVPOLDVS 17.

A *Trithemio* c. V vitæ S. Maximi, nominatur *vir ſanctus.*

XXIII NICETIVS 8.
XXIV MARIANVS 10.
XXV * 9 S. AVREVS MARTYR 16.

De *S. Aureo* ad d. XVI Iun. peculiari commentario docte non minus, quam cum cura egit *Papebrochius.* Cui proin locum feci in excerptis, vt cum his, quæ auctor habet, iis maxime, ad quæ paucis eum citaui, componere poſſis.

IN manuſcriptorum, quibus vtor, duobus deſcribitur ſancti huius AVREI martyrium copioſiſſime, ita vt lectiones, ſeu, vt eorum alter appellat, capitula contineat LX, præter duo proœmia, quorum prius eſt ad S. Albani Abbatem Conradum, totumque fratrum illius collegium: alterum ad lectorem. Illud incipit, *Spiritalis militiæ tironibus;* hoc vero, *Hortante Propheta Deum in Sanctis laudare:* ipſa hiſtoria, *conſubſtantialis patri.* Auctor fuit in eodem S. Albano cœnobita, de quo lib. I c. XL. [Cœnobita Albanenſis de eo liber.] [margin: 252]

Quia tamen ea narratio multa, de quibus aut libro ſuperiore actum, aut extra inſtitutum iam ſunt, complectitur, lectorem iis fore contentum puto, quæ vti breuius, ita & certius * in breuiario Moguntino Iunii die XVI referuntur. [Breuiarii iid. Moguntini relatio.] *Quo tempore Hunnorum frequentes incurſiones Rhenanas prouincias infeſtarent, omneſque CHRISTI eccleſias Ariana perfidia miſerabiliter perturbaret: contigit inter ceteros beatum Aureum Moguntinæ ſedis Epiſcopum, doctrina & ſanctitate celeberrimum, ipſa ſede ſua pontificali atque vrbe pelli. Quem in exilium proſecuta eſt ſoror eius Iuſtina, ſacra virgo, vna cum aliis quibuſdam orthodoxis hominibus. Poſtquam autem barbarorum & infidelium crebris iſtis incurſionibus tota euerſa ciuitas eſſet: tandem Epiſcopus reuerſus, ac diſperſas oues colligens, omnia boni paſtoris munera diligenter obire cœpit. Id cum Arianis, ex inueterato in Catholicam fidem odio, perquam moleſtum eſſet: opportunitatem nacti, Præſulem in altari ſacra facientem, crudeliſſime cum ſorore trucidant, atque in puteum vicinum præcipitant. In quo cum permultos annos ruderibus obruti iacuiſſent, ab Richulpho Archiepiſcopo, qui Carolo Magno Imperatore eccleſiæ præfuit, in cœnobium Diui Albani (quod ſplendidiſſime ædificauerat) honorifice ſunt tranſlati. Eo quoque loci, cum martyrum horum loculi poſteris eſſent incogniti, accidit, vt pauimenta monaſterii vetuſtate attrita, renouarentur: vbi inter alia beatorum quoque Auræi & Iuſtinæ corpora, copioſo quidem etiamdum ſanguine perfuſa †, at tanta oris venuſtate ac membrorum omnium integritate reperta ſunt, vt plane nil iuris communis natura in illos habuiſſe videretur. Quæ ſtatim, martyrum Deus, tantis miraculis illuſtrauit, & conſequentibus temporibus, tam innumeris erga humanum genus curationum, ſanitatumque, per ſanctas illorum reliquias beneficiis coboneſtauit, vt non immerito religioſius tantos patronos, & apud Deum interceſſores Moguntina colat eccleſia.* [margin: 253]

* At vide, quæ *Papebrochius* hic monet l. d. n. XIII p. 46.

† Enimuero conſ. huc, quæ idem *Papebrochius* habet l. d. n. XIV p. 46.

Hæc *Breuiarium*: in quo non definitur præciſe annus martyrii huius, ſed generatim tantummodo tempus exilii confertur in illos annos, quibus Rhenanas prouincias vexarunt Hunni: mortis vero tempus, in poſteriores annos, quibus ab iiſdem Barbaris euerſa fuit Moguntia. Poſſumus autem priores illos annos iam inde ab anno Domini CCCCXII putare. Nam contra Hunnorum vexationes Burgundi, qui, ad Rhenum, in Galliæ partibus, vt in Chronico teſtatur *Proſper*, ſedes fixerant, patronum CHRISTVM, eiuſque ſanctam fidem ac ſignum acceperunt anno CCCCXIII, vt ex *Oroſio* lib. VII c. vltimo poteſt intelligi. Poſteriores vero annos numerabimus ab anno Domini CCCCLI; quo his in locis & in aliis Galliæ pluribus admodum ſæuiit Attila, qui cum vel anno ſecuto CCCCLIV, vel etiam citius (neque enim concors chronologia, ita notat vitæ S. Seuerini Scholiaſtes) morte ſublatus ſit, vel a vero auia, vel commode interpretanda erunt hæc citati *Sigebardi* verba c. XXVIII & LX; *Paſſi ſunt ſancti martyres Aureus & Iuſtina cum ſociis ſub Attila Hunnorum Rege, XVI Cal. Iunii*, Mariano & Valentiniano Imperatoribus, Apoſtolicæ ſedi Leone I huius nominis præſidente, anno poſt partum Virginis CCCCLIV.* Nam *ſub Attila* proprie facta hæc non ſunt; cum a Gallia ille tam procul ſuas in ſedes iam fugiſſet, mortemque tum oppeteret: eius tamen facta temporibus dici poſſunt *.

[Margin: Edit. I pag. — Baronius tom. 5 — * l. Iulii]

* Putido adeo προχρονισμῷ rem ad annum CCCCIV referunt leonini iſti, *D. Aureo* olim, quaſi epitaphii loco, ſcripti, qui ita habent:

Curam ſeruorum Deus ipſe gerendo ſuorum:
Deputat eſſe locum pie ſanctis hic venerandum,
Sunt ibi quamplura & pie condita corpora ſancta,
Vt ſint propitii, dantur velut eſſe propinqui.
Ipſis proſtratis Aureus * *eſt ſociatus,*
Moguntinenſis Præſul, quem perculit enſis
Hunnorum, propria celebrans dum ſtaret in ara,
Virgine Iuſtina *poſt ſtante ſorore beata,*
Quæ mox occiditur, ac fratri conſepelitur.
Anno virgineo quatuor ſemel quaterque centum,
Ac placuit Iunii quindena dies *titulari,*
Vt monſtrat præſens genti lapis hic venienti.

[Margin: * Al. erat]

[Margin: Latomi de eo locus.]

In ſuis vero ad Breuiarium notis addit hæc *D. Latomus*: *Pauimenta illa monaſterii vetuſtate attrita, renouata ſunt anno MCXXXVII, ſub Adelberto Archiepiſcopo: ad quem fertur eſſe libellus de miraculis B. Auræi perſcriptus. Paſſus memoratur in ſacello prope Dalheim, vbi adhuc martyrico ſanguine altare rubricatum monſtratur, non abſque miraculo* †. *Ceterum neſcio quam belle Auræum dicamus media producta, quiſquis diphthongum affinxit: cum appellatiua, quando fiunt propria, communiter quantitatem ſeruent, qualia ſunt Germanicus, Atticus, Ruſticus, Origenes, penultima correpta.* Hæc ille.

† Vid. *Papebrochius* l. d. n. 5 p. 44.

[Margin: De nomine eius obſeruatio.]

Fieri tamen poſſet, vt *Aræus*, vel *Arræus*, vel *Oræus* vocatus fuerit *. 254
Si tamen ab auro eſt, vtique *Aureus* dicendus fuerit, vt a luce *Lucius*, & *Lucia*, prout valde & ſerio diſceptat *Nauarrus* libro de oratione c. XVI num IX & ſequentibus. Nam quod aiunt nonnulli, diſtinctionis cauſa, ita pronuntiandum, quænam iſta diſtinctio eſt? An niſi *Auræus* dicatur, plumbeus aut ferreus putabitur? Vide tamen, ſi placet *S. Hieronymum* in c. II ad Titum, vbi Iudæos, qui ob propriorum nominum pronuntiationem Chriſtianos ſubſannabant, contemnendos monet. Hi vero mihi placent verſiculi:

Auree, qui tanti fulgorem nominis æquas,
De cuius rutilat ſanguine relligio.
Aurea Moganicis pietas vt fulgeat oris,
Cælorum precibus culmina flecte tuis.

* Vid. *Papebrochius* l. d. n. 5 p. 44

CAPVT XVIII

Alii vſque ad XXXIII Epiſcopi.

XXVI EVTROPIVS annos præfuit 23.
XXVII ADALBERTVS.
XXVIII RADHERIVS.

Edit. pag.

XXIX ADELBALDVS.
XXX LAVDFRIDVS.
XXXI * 14 RVTHARDVS.
XXXII SIDONIVS *Poſterior.*

Abſque *Fortunato Venantio* fuiſſet, præter nudum & inane ſanctiſſimi huius viri nomen, nihil omnino reſidui nobis feciſſet eadem, quæ aliis tam multis inimiciſſima fuit, vetuſtas. Narrauit vero ille nobis ſupra lib. I cap. XXX, quemadmodum Domini cultum, templis innouandis, fouerit S. hic Sidonius. *Memoratur Venantio,*

Aliud vero hic vetuſti eiuſdem a Turonenſi Gregorio, Paulo Diacono, Hilduino, & Aimoino laudati ſcriptoris egregium attexo teſtimonium, quo e ſingulari & admiranda Sancti huius virtute, Sanctimonia, beneficentia Moguntiam *& ab eodem mire laudatur carmine quodam.*
255 multis grauibuſque malis ac ruinis, de quibus lib. I c. VII, VIII, & IX, afflictam erigit & conſolatur lib. IX epigr. IX.

Reddita ne doleas, Felix MAGVNTIA, caſus.
Antiſtes rediit, qui tibi ferret opem.
Ne mærore graui lachrymans orbata iaceres,
Te meruiſſe time ....
Porrigit ecce manum genitor SIDONIVS vrbi,
Quo renouante loca priſca, ruina perit.
Iura ſacerdotum ſacro moderamine ſeruans,
Per cuius ſtudium creuit & ipſe gradus.
Parturit aſſidue grauidos eccleſia fructus,
Quam vir Apoſtolico vinctus amore, regit.
Suſcipit heredes cæleſti germine natus,
Tali nupta viro quando marita placet.
Te vigili cuſtode, lupus non diripit agnos:
Te paſcente gregem, non ouis vlla perit. O veram veri paſtoris laudem!
Cautius in tuto per mitia paſcua ducis:
Toxica ne noceant, florea rura paras.
Sis cibus vt populi, placide ieiunia ſeruas:
Et ſatias alios, ſubtrahis vnde tibi.
Nudos veſte tegis, captiuis vincula ſoluens,
Depoſito reddens libera colla iugo.
Exulibus domus es, & eſurientibus eſca.
Felix, cui CHRISTVS debitor inde manet.
Te doctrina probum, prouidentia ſacra modeſtum
Fecit, & eloquio vincere mella tuo.
Templa vetuſta nouans, ſpecioſo fulta decore:
Inſeris hinc populis plus in amore Deum.
256 *Vt plebem foueas, & Rheni conſtruis amnes.*
Quid referat terris, qui bona præbet aquis?
Hic quod ſana micant, & inſtaurata quod extant,
Viuis in æterno laude fluente tibi.
Hac creſces longos meritorum fruge per annos:
Et creſcente diu de grege vota feres.

In quem *Venantii* locum Scholiaſtes hæc: *Sidonius Maguntinenſis Epiſcopus fama fuit celeberrima, Theodorico & Theodeberto Francorum Regibus, & Clodoueo ætate proximus, cuius nouo ſurgente in Belgis imperio, cum inſignis fuiſſet vaſtitas Germaniæ I & II vrbibus illata, eaque Moguntiaco hoc grauior accidiſſet, quo repetita crebrius; merito Fortunatus hic memorat caſus, & præteri-* *in quod Brovveri adfertur ſcholion.*

præteritas vrbis iſtius ruinas, quæ tamen Sidonii Epiſcopi, & Mediomatricum Regum opibus, in priſtinum paulatim redire nitorem, & additis templis, ſacriſque tectis, opere nouo reſarciri cœpit. Habet hoc poema & egregiarum virtutum Sidonii Epiſcopi exaggeratam molem, & veteris Epiſcoporum potentiæ argumentum haud obſcurum. Edit. I pag.

CAPVT XIX

Vſque ad XXXIX Epiſcopi alii.

XXXIII WILEBERTVS.

XXXIV * 8 LVDEGASTVS.

huiuſmodi nominatur, A pleriſque *Lindegaſius* nominatur, a Cochlæo *Benegaſius*: & fuit *magnarum virtutum in CHRISTO vir*, ait c. XVIII in Maximo *Trithemius*. Videtur autem hic eſſe Maguntiacenſis ille Antiſtes, qui ab *Aimoino* lib. III c. XCVII interdum *Leuniſius*, interdum vero *Leumſius* appellatur. *videtur eſſe Leumſius,* Nam & nomen, *Lindegaſii* præſertim, & tempus ſatis congruit, omninoque id affirmat e manuſcriptis meis præcipuus.

de quo Aimoinus. De eo autem, poſt Regum, fratrumque duorum Theoderici & Theodeberti, in Tullenſibus campis prœlium, narrat citatus auctor hoc modo: 257 *Euaſit Theodebertus, & fugiens de prælio, per Metenſem vrbem, ſaltumque Voſagum, Coloniæ ciuitatis receptacula petiit. Theodoricus fratrem perſequi e veſtigio feſtinans, beatum Leumſium Maguntiacenſem Antiſtitem obuium habuit: a quo huiuſmodi monita percepit: Incohatis, inquit, inſiſte, & ad perfectum, iuuante Deo, iſtius attinges operis. Ruſtica refert fabula, lupum catulos ſuos ad prædam ducentem, eos ad ſe in montem vocaſſe, taliaque mandata dediſſe: Neminem, ait, quæ vobis, filii, expediant per alienos quærere ſcitote, niſi per paucos, qui ex veſtro ſunt genere. Vnde vos moneo ſuſcepta non deſerere munia, & victui inueſtigare neceſſaria. His ſuggeſtionibus Theodoricus haud ſegnis executor paruit: præcipue ſciens, eum ſuæ fauere vtilitati, & Theodeberti ſtultitiæ aduerſari.*

XXXV * 10 RVDHELMVS.

Aliis eſt *Rudelinus* aut *Wencelinus*, in ſummi templi Moguntini matricula, & Cochlæo *Penzelinus* aut *Pezelinus*. Horum temporibus accidit, quod lib. XX de occidentali Imperio, anno DLXIV ita narrat *Sigonius*: *Narſes ad arbitrium ſuum omnia in Italia adminiſtrans, Vitalem Altini Epiſcopum, qui Moguntiacum profugerat, tandem in poteſtatem adductum retraxit, atque in Siciliam relegauit.*

XXXVI * 11 LVTHWALDVS.

Alio nomine *Ruthvvaldus* aut *Landovvaldus*, *Chriſtianiſſimus per omnia vir*, ait loco citato *Trithemius*.

XXXVII * 12 LEOWALDVS.

Alias *Haboaldus* & *Laboaldus*, *vir quoque ſanctiſſimus*, apud *Trithemium* loco citato.

XXXVIII * 13 RICHBERTVS.

vocatur etiam Sigebertus. Rigbertus vbi appellatur. In manuſcripto *Sigebertus*, in Cochlæo *Rigbertus*. Et ſane vtrumque nomen apud veteres inuenitur. 258 Nam in hiſtoria S. Bilhildis dicetur poſtea *Sigebertus* Epiſcopus illius auunculus. *Rigeberti* vero fit mentio quidem in monaſterii S. Petri Erfordienſis fundatione *; ſed quia eam multis & grauibus conuellit argumentis in ſuæ hiſtoriæ breuiario Trithemius, ecce tibi ſacellum in *Nolckheim*, quod prope Aſchaffenburgum eſt, in quo ſaxum, quod inciſa hæc habet: *Hic primo eccleſiam ſtruxit Adalbuno ſacerdos temporibus ** Theobaldi Ducis: ſed quam Regbertus Pontifex Moguntiacenſis honori dicauit martyris illius, & ſociorum* †.

* His quidem verbis: *fuit in præfata vrbe iuxta eccleſiam S. Blaſii martyris homo Dei nomine Adeodatus, rogatu meo a Moguntino Epiſcopo* Rigeberto *incluſus.*

** Otbaldi. *vid.* annal. Franc. *an. DCCXLII* (*S.)

† leg. *martyrum Dionyſii* illius & ſociorum.

Petrus

Edit. I pag.

Latomo videtur eſſe Reginbert' — *ad quem Walafrid' Strabo ſcripſit; ſed perperam.*

Putat *D. Latomus*, hunc eſſe illum Reginbertum, ad quem, & cuius rogatu ac iuſſu, ſe librum de rerum eccleſiaſticarum exordiis & incrementis, quem Bibliothecæ Patrum tomus quartus amplectitur, ſcripſiſſe, ſcripſit in illius præfatione *Walafridus Strabo:* & Rhemenſem quondam Epiſcopum fuiſſe, ſed a Carolo Martello pulſum has in partes veniſſe. Sed reclamat annorum ratio. Walafridum enim illum *Tritbemius*, aliique omnes fuiſſe aiunt Rabani diſcipulum. At Rabanus multo poſt hæc Richberti, imo & S. Bonifacii tempora extitit, prout fiet libro IV perſpicuum. Quomodo igitur diſcipulus ante magiſtrum annis tot fuiſſet, libroſque tam eruditos ſcripſiſſet? Fuit ſane Reginbertus ille rerum eccleſiaſticarum & ſtudioſiſſimus, & ſcientiſſimus, prout ibidem ab eodem aſſertum Walafrido; ſed alienis ornari plumis, quæ ingenuarum diſcupiat alitum? Sat huic noſtro laudum ex iis eſt, quæ *S. Bilhildi*, de qua poſt*, verbo & opere ſuaſit ac deſcripſit. Rhemenſis vero Rigbertus, ſeu Rigobertus in iſta quidem tempora incurrit, vir inſigni vitæ ſanctimonia; ſed cum eius apud *Surium* tomo I die IV Ianuarii vita extet, eum in Moguntina ſede collocat nemo; ne in Moguntinum quidem aut exilium, aut peregrinationem veniſſe vnquam videtur, cum e ſua depulſus ſede in Vaſconiam, illinc in patrimonii ſui villam redierit, mortemque obierit circa Domini annum DCCLXXIII. Extat in MS. Ingolſtadienſi S. Bonifacii epiſtola LXII ad Regeberthum, ſed quem *Præfectum* vocat, non *Epiſcopum*.

* cap. 30.

Quomodo ex Sigeberto effectus ſit Rigbertus.

Si quis autem roget, quomodo *e Sigberto Rigbertus*, aut contra effictus ſit, non aliud reſpondere iam poſſum, quam duo hæc: I, Olim Zeigenberthum vocatum, qui poſtea Sigenberthus nominatus, vt ait lib. de Habsburgica origine
259 cap. III *Pontus Heuterus*. Propter vero *Z* & *R* ſimilitudinem facilis ex vna in alteram migratio. II, Solent etiamnum hodie Germanorum quædam dialecti lit-
131 teras *R* & *S* permutare. vt dum pro *frieren*, id eſt, *gelare*, dicunt Weſtphali *frieſen*. vnde *Friſones* dictos putant quidam. Alia tamen forte cauſa eſt, quam Argus perſpexerit olim quiſpiam.

Rigebertum hunc aliis vocari *Sigbertum*, ac *S. Bilhildis* fuiſſe auunculum, & *Dieffenbachius* in catalogo tradit. Ceterum *Sigebertus* dicitur *conſtruxiſſe templa* S. Pauli, S. Georgii, S. Walpurgis, *quæ extra ciuitatem aliquando fuere.* Ita *Latomus* in catal.

CAPVT XX

Reſidui duo Maguntiacenſes Epiſcopi.

XXXIX * 15 GEROLDVS.

Caroli Martelli temporibus viuit;

CArolo Martello, eiuſque poſtea filio Carlomanno Francis imperante, Moguntinam inſedit cathedram *Geroldus*: fuitque tum *a Gaudinis fratribus Burgundis obſeſſa Moguntia, ſed Caroli opera, viribuſque liberata*, vt ſcribit *Gotfridus Viterbienſis* chronici parte XVII. Soliti autem fuere hi Principes, etiam Epiſcopos ad bella, præſertim quæ contra infideles gererentur, quaſi ſacra forent, ducere. Vaſtantibus ergo Thuringiam Saxonibus, Geroldum Moguntinum cum exercitu miſit Carolomannus, vt eſt in primo libro vitæ S. Bonifacii apud *Surium* tomo III. Sed cecedit in prœlio Epiſcopus multis cum aliis. Vnde poſteriores quidam, diſticho, quis eccleſiaſticos gladius deceret, ita expoſuerunt:

cecidit in prœlio.

Enſe Geroldus obit Præſul, dum dimicat enſe.
Perplacet ergo chorum, non adiiſſe forum.

XL * 16 GERVILIO.

pontificatu donatur Moguntino;

Ab aliis *Geruilius*, *Geruillo*, *Wiliebus*, *Gebiliebus*, *Gevvillobus*, & Geilep nominatur. De hoc autem ſcribit *Tritbemius* in Maximo c. V, *ignarum fuiſſe diuinarum ſcripturarum*, & per Carolum Martellum pontificatu Moguntino donatum; quemadmodum S. Luduuini filius Milo donatus erat Treuirenſi Archi-
132 epiſcopatu, vel potius Rhemenſi, prout narrat liber de S. Bonifacio prior, & Gregorius Romanus Pontifex epiſtola ad Turpinum, cuius meminit tomo IX
260 *Baronius*. Omnes tamen referre verum videntur, quia tam Rhemenſem, quam Treuirenſem Archiepiſcopatum obtinuit, vt conſtat ex *Hincmaro* epiſtola VI cap. XIX.

non fuit ſimul Wormacienſis Epiſcopus.

Hunc autem Geruilionem, eiuſque parentem non Moguntinum tantummodo, ſed Wormacienſem etiam Epiſcopum fuiſſe ait *Bruſchius*, & alii, quod libro ſuperiore cap. XXI improbatum; cum in S. Bonifacii vita vel apud veteres Wormacienſis Epiſcopus non dicatur. Quemadmodum vero fuerit e Moguntina ſua ſede in ſynodo depoſitus, ita in S. Bonifacii loco citato narratur. *Non diu poſt, Carolomannus rurſus colligit militem, proficiſcitur contra Saxones, Geruilionem ſecum ducit. Exercitu vtroque vltra citraque ripam fluminis Viſurgis* (autor vocat *Vuiſarabam*) *conſidente, Geruilio iubet puerum ſuum ire ad hoſtium caſtra, diligenter illic inquirere nomen eius, qui patrem ipſius interfecerat. Abit puer, diſcit ex quodam, non longe abeſſe eum, quem quæreret: rogat, vt ad domini ſui colloquium properare velit. Venit ille, & aduentu eius denuntiato, paratis equis Epiſcopus Geruilio ei procedit obuiam, & cum in medio flumine inter ſe colloquerentur, Geruilio clam ferens gladium, hominem confodit, ita dicens:* Accipe iam ferrum, quo patrem vindico charum. *Ille mox ex equo corruens, in flumine exhalat ſpiritum. Repente autem eius comperta cæde, ſublato clamore vtrinque ad arma concurritur: fit pugna atrox: Saxonibus victis, Carolomannus ad ſua ſe recipit, nemine tum id, quod Geruilio fecerat, pro homicidio ei imputante. Itaque reuerſus domum, perrexit, ſolito more, Epiſcopi munia obire. At S. Præſul Bonifacius, inter cetera, hoc etiam in ſynodo pronuntiauit, neminem, qui hominis cæde pollutus ſit, ſacerdotio fungi poſſe. Tum etiam obiecit ei, ſuis ſe conſpexiſſe oculis illum cum auibus & canibus ludentem, quod Epiſcopo fas non eſſet. Geruilio, his auditis, ſentiens ſe nullo pacto contra ſtimulum vel ſecularis potentiæ, vel Canonicæ autoritatis, quæ per ſanctum Bonifacium in præſentes omnes proferebatur, calcitrare poſſe, omnium de ſe calculis ſubſcripſit, & exautoratus eſt.*

v. Othlon. l. 1 c. 44.

patris necem vindicat;

ob propter exauctoratur.

quæ exauctoratus acceperit in beneficium.

In manuſcripto D. *Latomi* hæc addebantur: *Quicquid in pecuniis & mancipiis poſſedit, eccleſiæ reliquit. Aliam enim hereditatem in his regionibus non habuit, ait abbreuiator Willibaldi. Accepit autem in beneficium pro ſuſtentatione ſua Spansheim, & eccleſiam, quæ* caput montis *dicitur, vbi XIV annis honeſte vixit, hoſpitalitatem maxime exercens. Moguntiam vero ad aliquem conuentum vel ſynodum nunquam denuo eſt ingreſſus; aliquando tamen in cœna Domini lotionem pedum, humilitatis gratia, in eccleſiis exercuit, tandemque bono fine quieuit.* 261

Extant verſiculi antiquiſſimi de tanto facinore:

Quid laicus faciet, cum pergit ad arma ſacerdos?
Geruilio patris vindicat enſe necem.
Antiſtes baculo, gladio non vtitur vnctus.
Hoſtem, Geruilio, cur precor ergo necas?

Itemque alii pœnitentiam explicantes, quam patientiſſime expleuit: quos epitaphii loco adiiciam.

Patrius affectus me mouit ad arma cruenta,
Pœnam quam merui, dignius ergo tuli.
In clauſtro latui pro crimine tempore vitæ:
At licet hic lateam, ſpero ſalutis opem.

CAPVT XXI

De primis Moguntinorum Epiſcopis cur tam pauca cognita?

Ratio adducitur e reſponſo Trithemii,

Iniquitatem ſuperiorum temporum vrgentis;

IN S. Maximi vita cap. III & IV ita reſpondet *Trithemius*: *Trina Moguntinæ ciuitatis deſtructione, haud ſolum multa Chriſtianorum millia fuerunt occiſa, ſed etiam nomina eorundem ſimul & modus cum loco & tempore paſſionis, ad poſteritatis memoriam nequaquam peruenire potuerunt, eo quod ſcriptoribus nec opportunitas ſcribendi fuit, nec locus, vel tempus. Vnde mirandum non eſt, ſi & diui Præſulis Maximi lucubrationes vel interierint ignibus crematæ, vel alicubi ſitu lateant, aut puluere ſepultæ. Eadem eſt calamitate factum, quod præter ſedecim numero, eccleſia Moguntina ſuorum Pontificum, qui S. Bonifa-* 262

cium

Edit. I pag.

Edit. I pag. *cium Archiepiſcopum & martyrem praeceſſerunt, neque nomina, neque ordinem, neque tempora vſpiam potuit inuenire.*

II Et vero non hæc Moguntinæ tantum ciuitati querela eſt, ſed aliis multis & magnis. Scribebat ſeptingentorum tantummodo annorum hiſtoriam *Liuius*, vt in principio ait; & tamen primas vrbis Romæ res geſtas ſibi, ob vetuſtatem & vnam eiuſdem vrbis vaſtationem ac inflammationem, ignotas queritur; quanto magis poſt fere annos MDC idem dicere nos poſſumus? Citauit hanc & approbauit Liuii ſententiam *Plutarchus* libro de Romanorum fortuna. Sunt autem in decadis I lib. VI initio, ſic: *Quæ ab condita vrbe Roma ad captam eandem vrbem Romani ſub Regibus primum, Conſulibus deinde ac Dictatoribus Decemuiriſque ac Tribunis conſularibus geſſere foris bella, domi ſeditiones, quinque libris expoſui: res cum vetuſtate nimia obſcuras, velut quæ magno ex interuallo loci vix cernuntur: tum quod perraræ per eadem tempora litteræ fuere, vna cuſtodia fidelis, memoriæ rerum geſtarum: & quod etiam, ſi quæ in commentariis Pontificum, aliiſque publicis priuatiſque erant monumentis, incenſa vrbe pleræque interiere.* *quod illuſtratur* Liuii *teſtimonio de* Roma;

III Idem vero *Trithemius* in præfatione de eodem ſancto ad Cardinalem Albertum, quæ a Surio præterita, mihi autem in Latomiano MS. lecta eſt, cum eorum, qui de Moguntinorum Pontificum numero, & geſtis recens ſcripſerunt, aut errores aut ſilentium perſtrinxiſſet, ſubiungit tandem: *Poſſumus venia dignos iudicare ſcriptores iſtos neotericos duplici ratione; prima, quod veteres de his rebus ſcribentes in promptu non habuerunt autores, quorum poſſent veſtigia ſequi, cum nullus priſcorum res geſtas ſine lectione præcedentium autorum litteris committere poſſit. Secunda vero cauſſa fuit, quæ manet & hodie, quod* 263 *Pontifices eccleſiarum, aut Deo penitus aut vanitatibus dediti & hiſtorias contemnentes, nulla ſcriptoribus rerum ſeu temporum beneficia ac munera contulerunt: quemadmodum inter alios conqueritur Sigehardus monachus S. Albani, qui claruit anno Domini MCCXCVII, in prologo libri ſui de paſſione ſanctorum Aurei & Iuſtinæ martyrum, dicens:* Si laborioſa ſcribentium ſtudia, more veterum aut condigno remunerationis gauderent præmio, aut ſaltem magnatorum aſpectibus gratioſis & detractorum morſibus non paterent, ad diſcendum incognita & ſcribendum vtilia, remoto procul otio, multorum animos labor inclitus & induſtria naturalis incitaret. *Hinc reor factum, quod ſcriptores priſtinis rebus defuerunt atque temporibus, eo quod Principes Germanorum & Præſules neglexerunt hiſtorias, & ſua quidem facta commendari litteris minime curauerunt, qui ſcriptores comparare beneficiis atque muneribus recuſarunt. Inde fit, quod nec tua eccleſia Moguntina ſuorum habet hiſtorias Pontificum, nec ordinem eorum recte nouit nec numerum.* *ſimul adfertur* Trithemii *locus*, *de erroribus ſcriptorum poſteriorum excuſandis.*

CAPVT XXII

Cur primorum iſtiuſmodi Epiſcoporum nomina fere Latina ſint?

POnit & diſſoluit in eadem S. Maximi vita cap. VI hanc obiectionem *Trithemius*; ſed ex dictis de lingua ſuperius lib. I cap. XI patet. Tantum obſeruandum, nomina etiam ſemper adiuncta Germanica, vt *Gothardus*, *Herigerus*, *Rutherus*, & ſimilia: nonnulla etiam Græca vt *Cyriacus*, *Dionyſius*, *Eutropius*, & ſi quæ alia. Et quid mirum in Epiſcopis ita factum, cum in princi-
264 pio ii Roma mitterentur, aut a Romanis & Latinis inſtituerentur, cum videamus primis illis Auguſti, aliorumque ſecutorum Imperatorum temporibus, Batauos, Gallos, & Germanos nonnullos Latina & Græca, ſatis etiam vſitata ſumpſiſſe nomina? Quid enim *Ciuilis*, aliique ſimiles? Quid Mederici Regis filius *Serapio?* & cur, cum antea vocaretur *Agenarichus*, Græco inſigniri voluit nomine? Adi lib. XVI *Ammianum Marcellinum.*

CAPVT XXIII

An rectus eorum ordo?

DE numero Epiſcoporum egi lib. I cap. XVIII. Nunc de ordine. Qui XVI Epiſcopos tantum numerant *Cochlæus*, & *Bruſchius*, cumque ſecutus cap. *Diſcrepant hic, qui 16 tantum ſtatuunt,*

XXXIV *Demochares*, inter ſe de ordine diſcrepant, prout ſupra patet. Qui à Edit. I pag.
Megenfrido, cuius ego poſui ordinem, recenſetur ſecundus, *Marinus*, is Bru-
ſchio & MS. eſt ſextus, Cochlæo nullus. Qui apud eundem Megenfridum eſt
XXXI *Ruthardus*, idem Cochlæo quintus, aliis eſt poſt XXXIV, XXXV,
XXXVI, XXXVII, XXXVIII, proxime ante Geroldum & ita deinceps. Sed
& qui 40 numerant. & in iſto Megenfridi ordine, vidi manuſcriptam chartulam recentiſſimam, quæ
XXXVI poneret Sigebertum, qui eſt XXXVIII. Sed mendum, vt opinor, fuit
ſcriptoris. Rurſum Baronius in martyrologio die XVIII Nouemb. *Martinum*,
qui eidem Megenfrido eſt ſextus, eſſe vult poſt Maximum & Sidonium priorem,
ita vt ipſo e ſede ſexta dimoto, ſit Maximus XVIII, Sidonius XIX, ipſe Mar-
Martinum *concilio Colonienſi interfuiſſe, certum.* tinus XX. Ratio eſt, quia ſynodo Agrippinenſi non Maximus, ſed Martinus
interfuit, prout diſerte in eius ſynodi principio ſcribitur. Quod ſi quis, libra-
riorum mendo, propter litterarum ſimilitudinem, Maximum in Martinum
commutatum ſuſpicetur, debet is e Sardicenſi Concilio ſuam corrigere ſuſpicio-
nem. In illo enim, apud *S. Athanaſium* Apologia ſecunda, inter Galliæ, in
* l. 1 c. 10 qua, vt ſupra dictum*, numerabatur tum Moguntia, ſicuti & Agrippina Co-
lonia, quæ ibidem diſerte vocatur Μητρόπολις τ῀ ἄνω Γαλλίας, id eſt, *Metropolis
Galliæ ſuperioris*, Epiſcopos recenſetur *Martinus*. Et in eadem Apologia ex-
tat ad AEgyptios & Africanos epiſtola, in qua eorum Epiſcoporum, qui Sardi- 265
cenſi Concilio ſubſcripſerunt, nomina recenſentur. Inter Galliæ vero Epiſcopos
rurſum numeratur *Martinus*. Iam vero ſynodus illa Colonienſis habita eſt anno
Domini CCCXLVI; prout dictum antea cap. VIII. Atque tunc manet cetera
S. Maximi hiſtoria, modo, quæ Martini Epiſcopi ſunt, ei non aſcribantur, &
quæ hinc pendent de ordine, de temporibus, & ſimilibus alia. Ideoque totum
Trithemii caput XVI non Maximo aſcribendum, ſed *Martino* reddendum.

CAPVT XXIV

An eorum bene deſcripti anni?

In annis menda exiſtunt; IN annis, præſertim tam vetuſtis, adeoque raro & obiter expenſis, & con-
ſummatis exiſtunt menda quam creberrime. Annorum igitur poſitorum puto
quod oſtenditur duabus rationibus; aliquantulum deprauatam rationem. I, Quia ita illi a Trithemio contexuntur,
vt S. Maximi annus Epiſcopatus XXIV & mors incidat in annum Domini
CCCLXXVIII, & eiuſdem ad Agrippinenſem ſynodum profectio in annum Do-
mini CCCLXXV, triennium ſcilicet ante mortem, vt apparet ex eiuſdem Trit-
hemii cap. XVI & XVII. At vero ſi ſingulorum ante ipſum S. Maximum Epi-
ſcoporum annos accipiamus, eoſque cum ipſius Maximi annis XXIV coaceruë-
mus, exiſtunt tantum anni CCXCVI; e quibus ſi demamus triennium, erunt
CCXCIII; quibus ſi addamus, qui S. Creſcentem anteceſſerunt annos LXXX,
ſumma exiſtet annorum Domini CCCLXXIII, in quos incurrere debuiſſet
Agrippinenſe Concilium, cum, vt ſuperius dictum capitibus II, concilium hoc
habitum ſit anno Domini CCCXLVI, non CCCLXXV. II, A S. Maximi
obitu numerantur adhuc anni Epiſcoporum VII, vſque ſcilicet ad annum Do-
mini CCCCLXXV, reliquorum vero Epiſcoporum XIV nonnulli recenſentur
anni; eaque propter quæro, qui factum, vt priorum anni tam accurate deſcripti
habeantur, horum XIV poſteriorum ne vnius quidem pontificales anni tradan-
tur; cum tamen vero videatur ſimilius, poſteriorum annos magis potuiſſe a Me-
genfrido & aliis notari, quam eorum, quorum iam fama & memoria obſole-
tior? Deinde cum ab anno CCCCLXXV vſque ad S. Bonifacium, id eſt, vſ-
que ad annum DCCXX, prout quidem a Trithemio cap. V dicitur, anni eſſe 266
debeant CCXLVII, oportebit eorum XIV Epiſcoporum cuilibet dare annos
XVII, & reſiduos annos VII eorum alicui, vel aliquibus adiungere. cur id ha-
ctenus non factum? Quomodo tanta in priorum XXVI Epiſcoporum calculis
accuratio, in reſiduis XIV tanta negléctio?

propter id tamen numeri non delendi; II Deſideratur ergo in poſitis deſcriptiſque ſingulorum Epiſcoporum annis
aliquid; propter quod tamen non exiſtimarim, omnino eoſdem numeros delen-
dos: ſed ſeruandos, vt ſi forte aliunde aliqua eos corrigendi offerretur occaſio,
res facilius tota conficeretur. In rebus enim perobſcuris magnum affert ſæpe
momen-

Edit. I pag. momentum vnus vel tenuiſſimus beneficæ alicuius lucis radiolus. Foret alioqui, ſi arbitratu ſuo vellet quis annorum vſque ad S. Bonifacium explere calculum, non difficile, tot ſparſim his aut illis Epiſcopis annos aſcribere, quot neceſſarii viderentur. Neque tamen, vt opinor, a veri multum deflecteret linea, qui vel ob gentilium, vel hæreticorum tumultus & gladios, longiora quandoque interpontificia Moguntiæ ſuſpicaretur, prout Turonenſem aliquando ſedem Epiſcopis vacaſſe notat in hiſtoriæ primo ſub finem *Turonenſis Gregorius*. *Quod ſi quis*, ait, *requiret, cur poſt tranſitum Gratiani Epiſcopi, vnus tantum, id eſt, Litorius vſque ad S. Martinum fuiſſet Epiſcopus, nouerit, quia obſiſtentibus paganis, diu ciuitas Turonica, ſine benedictione ſacerdotali fuit. Nam qui Chriſtiani eo tempore videbantur, occulte, & per latebras, diuinum officium celebrabant. Nam ſi qui a paganis reperti fuiſſent chriſtiani, aut afficiebantur verberibus, aut gladio truncabantur.*

CAPVT XXV

Ex his LX quinam ſancti?

FVerunt vtique, quantum humana coniectura ſuſpicari & dicere poteſt, vſque ad poſtremos duos, vitæ ſanctimonia præſtantes: ſed, qui in cælitum numerum relati commemorentur, *Sancti*que titulo publice ornentur, ſunt XX;
267 vti eorum indicat catalogus; e quibus martyres VIII; ſex quidem ab ethnicis, duo vero ab hæreticis, *S. Lucius Annæus*, & *S. Aureus*, a quibus hæreticis plurima etiam paſſus, prout viſum ſupra, S. Maximus.

CAPVT XXVI

De eorum ſepultura quid?

IN vetere S. Hilarii baſilica omnes pæne priores XXXVIII Epiſcopos terræ mandatos fuiſſe, fama eſt. Ex iis autem, cum primum S. Albani excitata fuit baſilica, in eam tranſtulit Richolphus Archiepiſcopus S. Aurei, eiuſque ſororis S. Iuſtinæ reliquias, vti refert in Breuiario lectio II de *S. Aureo* die XVI Iunii: ſed anno Domini DCCCCXXXV die XIV Martii Hildebertus Archiepiſcopus, e priscis illis Epiſcopis in eandem Baſilicam importauit decem, quorum nomina ſunt

I	S. Creſcens.	VI	Sidonius prior.
II	S. Marinus.	VII	Sigiſmundus.
III	S. Gothardus.	VIII	Ludegaſtus.
IV	S. Sophronius.	IX	Luthwaldus.
V	S. Maximus.	X	Leowaldus.

II *De hac ſanctorum*, ait *Trithemius* lib. cit. c. XVIII, *tranſlatione Pontificum, quidam eo tempore carmine ſic ſcriptum poſteritati reliquit.*

A Bonifacio meruit qui pallia primo,
Is pater Hilvvertus Archipræſul duodenus
Comperiens oſſa patrum veneranda relicta
Intra baſilicam nunc Hilarii ſacroſanctam,
*E quibus * hinc denos tranſuexit in ordine priſcos,*
Vt locus inſignis conſeruet pignora dignis.
Attendens merita, ſimul ipſorum pia geſta.
** Huc vt confratres Aureo collaterales*
Efficit, & tumulo ſtricto concluſit in iſto.
CHRISTI nongentos X ter, ſemel V legis annos,
Vt decimamquartam lucem vult Martius addam.

*huc, Dyſſent. in catalogo.

* Hinc, ibidem l. d.

268 III Sed vbi S. Aureus & vbi eſſent iſti ſepulti, paulatim cœpit in obliuionem abire, donec S. Aurei & Iuſtinæ corpora ſanguine perfuſa tempore Adelberti inuenta ſunt anno Domini MCXXXVII, vt eſt in lectione III Breuiarii de S. Aureo, & nota-

& notationibus *D. Latomi.* At Conradi Archiepiſcopi tempore facta fuit reuelatio circa annum Domini MCC *. Iterumque poſtea Werneri tempore, anno Domini MCCLXVII †. Rurſum Bertoldi tempore anno Domini MDIII. Vnde *S. Maximum* cum *S. Rabano*, ſua & auctoritate, & D. Canonicorum conſenſu, anno MDXIV extulit Albertus Cardinalis in Saxoniam, & in Hallenſi S. Mauricii baſilica collocauit anno MDXV, vti refert c. XIX S. Maximi *Trithemius.* Edit. I pag.

* Immo, iam anno MCLXXV. *poſt inuentionem* vero *SS. Aurei & Iuſtinæ anno XXXV*, vt diſerte *Sigehardus*; e quo errorem hunc correxi in chronico Sanct-Albanenſi parte I c. VI §. II.

† Nec non MCCXCVII, tempore *Gerhardi II.* vid. Chron. Alban. l. d. §. IV.

IV Magnopere autem miretur quiſpiam, tantam horum ſanctorum obrepſiſſe maioribus obliuionem, vt non modo CCLXXXVII annorum, ſed LXVII etiam ſpatio, vbinam humati eſſent, neſciretur: totque reuelationibus opus foret. Cur locum ſcriptura, imagine, notave alia quapiam non inſigniebant? Cur minoribus natu non dicebant maiores? Deſines tamen mirari, ſi, cum hoc ipſo menſe Ianuario, & anno MDCIII ab Reuerendo & Nobili viro *D. Heuſenſtammio* ſacræ id genus reliquiæ conquirerentur, eas inuentas quidem ſcies, ſed nullo nomine; nulla nota inſignes, niſi quod locus indicaret. Erant enim aliæ ſub altari ſummo defoſſæ: aliæ ad altaris latera in muris ipſis incluſæ, ita affabre, vt nihil, tot iam annis; de iis notatum eſſet: tantumque in quadratis, poſt quos latebant, cruciculæ ineſſent inciſæ lapidibus.

DE SANCTIS ALIIS MOGVNTINIS.

CAPVT XXVII

De S. ALBANO.

De *S. Albano* martyre Moguntino eruditum commentarium hiſtoricum confecit, & Actis SS. tomo IV menſis Iunii inſeruit *Daniel Papebrochius.* S. I. e quibus cum dedi in *Excerptis*, cum dignus maxime ſit, quem lector cum his, quæ auctor affert, conferat iuxta componatque.

Vitam D. Albani qui ſcripſerint;

S. ALBANI hiſtoriam ſcripſit olim oratione ſoluta *Goſvvinus*, de quo dixi libro ſuperiore c. XL; vincta vero *Rupertus*, non Tuitienſis, ſed Moguntinus in eiuſdem Sancti cœnobio Monachus, de quo ibidem. Atque huius quidem lucubrationem vidi nunquam, illius autem vidi & legi cum manuſcriptam, 169
tum typis a C. V. *Caniſio* excuſam.

Breuiarii Moguntini de eo lectio;

II Sed ſunt in hac, quæ minus probem, nonnulla, vt infra ſubiungam; ideoque, quod in S. Aureo a me factum, hic iterum fiet, vt ea ſcilicet ſolum iam afferam, quæ die XXI Iunii ſolennes referunt *Breuiarii Moguntini* lectiones, hiſce verbis: *Albanus Presbyter, cum Theoneſto Epiſcopo ſuo Philippenſi, Hunericho Wandalo in Catholicos graſſante, Romam exul venit. Vnde in Galliam docendi gratia deſtinatus, Moguntiæ (quæ tum paſtore orbata erat) prædicandi occaſionem nactus, acriter Arianorum perfidiam gladio ſpiritus, qui eſt verbum Dei, retundebat. Accidit autem, vt aliquando Albanus, quo erat ingenio & facundia, acrius in hæreticos inuectus, validiſſimis eos argumentis conſtringeret, ſicque in iram & rabiem plurimos concitaret. Quare magno furore ad pœnam e medio fratrum raptus, ac multis iniuriis eſt affectus. Quorum crudelitate ille nihil motus, in fide Catholica tanquam columna immobilis perſtitit: donec inter diuerſos clamores & ſtudia populi verberibus grauiſſime mulctatus, extra ciuitatem eiiceretur, capitalemque acciperet ſententiam. Sic placens Deo hoſtia effectus, poſtquam ad locum ſupplicii peruenit, genibus flexis, mente in Deum porrectiſſima, nudam ſpiculatori præbet ceruicem, æternam pro caduca hac vitam recepturus. Quo loco prætereundum non eſt, quod fidelis traditio habet: dum caput eius a ceruice reuulſum eſſet, adhuc lingua in laudem CHRISTI palpitante, martyrem illud ſuis ipſius manibus ſuſtuliſſe, ac firmo greſſu aliquot paſſibus ad locum vſque detuliſſe, vbi poſtea honorifice fuit ſepultus.*

Theoneſtus

III De S. autem *Theoneſto* ita ibidem die XXX Octobris. *Theoneſtus Epiſcopus, Philippis vrbe Macedoniæ, Hunerichi Wandalorum regis Ariani perfidia euocatus, ab eodemque cum aliis pleriſque Catholicis Epiſcopis in exilium*

pulſus,

Edit. I pag. *pulſus, cum Albano ſacerdote, Vrſo, Thabraamo & Tabrashaamo Romam peruenit. A Pontifice autem ad Gallias euangelizandi gratia deſtinatus, Tuſciam,*
270 *Liguriamque docendo breui percurrit. Inde vero Auguſtam Vindelicorum perueniens, beatum Vrſum ſuum martyrio coronatum ibidem reliquit. Nihilominus propoſitum iter continuans, Moguntiæ, tum forte paſtore ſuo orbatæ, prædicationem rectæ fidei exorſus, Albanum quoque ab Arianis trucidatum vidit. Theoneſtus vero vltro progredi molitus, ab iiſdem fidei hoſtibus nauiculæ perforatæ, abſque omni inſtrumento nautico, cum diſcipulis, qui ſupererant, imponitur, Rheni fluctibus, vt pereat, commiſſus: at diuinitus omnes ſcapha ad littus incolumes deferuntur. Hinc per medias Gallias redeuntes ad mare, pleraque loca Italiæ ſana doctrina illuſtrarunt. Tandem apud Altinum, dum vbique, prædicationis officio fideliter incumbunt, comprehenſi, capite & ipſi plectuntur. Eorum corpora ſtatim excitata, capita ſuis ipſorum manibus excepta, aliquot paſſibus geſtaſſe in locum, vbi recondita ſunt, memorantur.*

CAPVT XXVIII

In S. ALBANI geſtis nodi.

Iſta Breuiarium. Sed non ſunt diſſimulanda, quæ in hiſce hiſtoriis videntur impeditiora.

Et *primo* quidem occurrit locus, vbi S. Theoneſtus egit Epiſcopum, & vnde cum S. Albano expulſus Moguntiam aduenit. Nominatur enim Macedoniæ vrbs, Philippi. Sed quomodo hinc eos eiicere potuiſſet Hunerichus Wandalorum Rex? Nonne in Africa tantummodo regnabat? An in eius aliquando poteſtatem venit Macedonia? an in Africa Philippenſis alia quæpiam vrbs? Reſponderi quæ poſſint, duo ſunt. Vnum; Africam quidem & Macedoniam magno vaſtoque terræ ac pelagi diſcluſas eſſe ſpacio; neque in Macedoniam vſque prolatum ipſius Hunerichi aut ipſius patris Genſerichi regnum: fieri tamen potuiſſe, vt Philippis Pon- *1 de loco, vbi Theoneſt° epiſcopum egerit.*
271 tificem, alioſque cum eccleſiaſticos tum laicos complures eriperent, ereptoſque alias in oras ablegarent. Quamuis enim Africanus Rex tantum eſſet Genſerichus, ſolebat tamen infeſtis Wandalorum ſuorum claſſibus omnia pæne Mediterranei, Adriatici, & Ionii maris loca diuexare, latrocinia, cædes, ac prædas vbique agere. Sic enim de eo *Victor Vticenſis* lib. II de perſecutione Wandalica: *Quæ in Hiſpania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutiis, Lucania, Epiro vel Hellada geſſerit, melius ibi ipſi, qui paſſi ſunt, miſerabiliter lugenda narrabunt.* Cum ad Helladam igitur, vel ad eius certe viciniam pertineat Macedonia, & a mari abſint non procul Philippi, potuit Genſericus S. Theoneſtum cum S. Albano & aliis cepiſſe, in Africamque ſuam duxiſſe, ac tandem exilio male mulctaſſe. Alterum tamen, quod dici queat, eſt, non Philippenſes iſtos fuiſſe, ſed *Ippenſes*, aut *Hipponenſes* *. Nam in Cæſarienſi Mauritania [illegible], & in prouincia, quæ ſpeciatim Africa vocatur, [illegible] duplex a Ptolemæo ponitur, [illegible] nimirum, vbi fuit S. Auguſtinus Pontifex, vt ex cap. III. *Poſſidii* perſpicuum; & [illegible], vbi eſſe potuit S. Theoneſtus. Et in eadem eſt [illegible] vnde *Cipipenſis*. Sed quia propter D. Pauli epiſtolam notiores plerisque Philippenſes, facile potuit pro horum aliquo ſcribi *Philippenſis*.

* At conf. hæc, quæ *Papebrochius* monet l. d. n. XV p. 90.

Nodus alter eſt de tempore, quo vel e priſtinis ſedibus, vel Moguntiæ hic e vita expulſus eſt S. Albanus. Sane *V. Beda* in Martyrologio tempore Diocletiani facta hæc ait. Alii, vt *Petrus* de *Natalibus* in Catalogo lib. X c. XCVII, *Galeſinius* in Martyrol. *Molanus* in additionibus ad Vſuardum editione II, Damaſi tempus malunt. Inſcriptio vero citata lib. I c. XXX poſterioribus adhuc temporibus, imperante Honorio, anno Domini CCCCIV. *Sigebertus* anno CCCCXXV *Theoneſtus*, ait, *Epiſcopus ab hæreticis vrbe ſua pulſus eſt Philippis, cum diſcipulis ſuis, Albano, Vrſo, Tabraham; ex quibus Albanus apud Moguntiam Galliæ ciuitatem, reliqui vero in diuerſis locis Italiæ pro CHRISTO martyrizantur.* Sigeberti veſtigiis inſiſtit in Annalium compendio *Trithemius*: *Anno*, ait, *Pharamundi ſexto, Dominicæ natiuitatis, CCCCXXV, *2 de tempore, quo Albanus in exſilium actus, & Moguntiæ ad martyrium ductus.*
272 *indictione Romanorum octaua, ſanctus Theoneſtus Epiſcopus Philippenſis in Græ-*

cia,

tia, eiectus de ſua eccleſia, violentia hæreticorum, cum Albano Presbytero, Vrſo Diacono, & Abraham Subdiacono, venit in Italiam: ac deinde in Germaniæ fines. E quibus Albanus apud Moguntiam pro fide CHRISTI patitur. Vulgus, inquit D. *Latomus*, *anno CCCCLIV cum B. Aureo & hunc occubuiſſe autumat:* ipſe vero poſt, Domini anno CCCCLXXXIII. Et ad hanc ego ſententiam accedo. Si enim, vt habet hiſtoria, graſſante Hunericho Wandalo has in oras venit, quando id magis factum, quam quando impius ille tyrannus, Ariana hæreſi totus furens, Catholicos, qui in Africa erant, Epiſcopos omnes Carthaginem vocauit, cum Arianis diſputare iuſſit eccleſiis, boniſque omnibus ſpoliauit, & in exilium eiecit? Factum autem hoc fuit an. Domini CCCCLXXXIV, vt ex *Vticenſi Victore* lib. II & III de perſecut. Wandalica, principio lib. III de bello Wandalico, *Nicephoro* lib. XVII c. LXI, *Euagrio* lib. IV c. XIV, & aliis patet, cum in regnum Genſerico patri ſucceſſerit Hunerichus anno CCCCLXXVI, & eam calamitatum tempeſtatem in Catholicos effuderit anno regni ſui ſeptimo. Vel igitur ab hiſtoria iſta omnis remouendus Hunerichus, vel poſt annum CCCCLXXXIV differenda S. Albani cædes. — *Edit. I pag.* — *Anno 483 occubuiſſe ſtatuitur.*

3 de locis, per quæ Moguntiã tendere. *Tertius nodus* eſt de locis, per quas iter Moguntiam habuerunt, & de perſonis, quibuſcum egerunt ſancti exules. Romam veniſſe ait capitulo XIV & XV *Goſvvinus*, & a B. Leone Pontifice benigne acceptos, & in Galliam Catholicæ fidei docendæ cauſſa miſſos fuiſſe. At magnus ille Pontifex in viuis eſſe iam deſierat anno CCCCLXI, ante ipſius ſcilicet Hunerichi regnum, & expromptam in Catholicos crudelitatem. Pergit *Goſvvinus* & capitulo XVI, XVII, XVIII Mediolanum veniſſe, multumque a S. Ambroſio adiutos & confirmatos illos narrat. Sed anno Domini CCCLXXXXVII mortuus erat S. Ambroſius. Addit *Goſvvinus* capitulo XIX & XX, ipſos per confraga & vadoſa vallium concaua deueniſſe Auguſtam, vrbem primæ Rhetiæ, ibidemque ab Arianis hæreticis e ſociis vnum S. Vrſum occiſum. Hanc Auguſtam citata Breuiarii lectio *Auguſtam Windelicorum* appellat. Sed id confutat nobiliſſimus vrbis huius Exconſul & Duûmuir *D. Marcus Velſerus* lib. VIII rerum Auguſtanarum anno CCCCXXV, docetque iſta contigiſſe in vrbe, quæ dicebatur *Auguſta prætoria Salaſſorum* *. Poſt hæc vero, *paucis*, ait cap. XXI *Goſvvinus*, *euolutis diebus, & ſalebroſis multo cum labore, tranſmiſſis alpibus, perueniunt ad Chriſtianiſſimum Sigiſmundum Regem Allobrogum, qui inter regiæ maieſtatis inſignia, crucem ſuam baiulans, Domini ſequebatur veſtigia, non tam ambiens temporali florere imperio, quam æternaliter cum Domino regnare; & hic ſanctos illos peregrinos cum egregie refocillaſſet, viatico eos, comitatu, & commendatitiis litteris ad Treuerenſem Epiſcopum Paulinum inſtruxit.* Sed bonus iſte Rex non niſi ſub Domini annum D ab Auito Viennenſi Epiſcopo in Chriſtiana fide inſtitutus eſt, cum Theoderici Gothi filiam duxiſſet vxorem, vt apud *Iordanum* eſt, in hiſtoria Getica. Congreſſus vero cum Treuirenſi Paulino ab hiſce abhorret omnino temporibus, cum ille, Conſtantio imperante, mortem in Phrygia exul oppetierit anno Domini CCCLXIII, vt apud *S. Hieronymum* in Chronicis legitur. Omnia fere iſta igitur prudenter in Breuiarii lectiones illata non ſunt, cum inter ſe ſatis haud cohæreant: &, ſiue S. Albanum citius, ſiue tardius morte affectum dicamus, horum aliqua neceſſario corrigenda ſint. 270

* *VVelſeri* verba adducit, ſimulque hunc *Goſvvini* errorem notat idem *Papebrochius* l. d. n. XV p. 89.

4 de Albani ſociis. *Quartus nodus* eſt, de aliis S. Albani ſociis. Qualia enim hæc eorum nomina *Tabraamus*, & *Tabrothaamus*? Iſta equidem reor Punica, cuiuſmodi ſanctorum illa, quæ ab gentili Maximo Madaurenſi Grammatico irridentur, & S. Auguſtino obiiciuntur epiſtola XLIII, *Mygdo, Sanaes*, *Lucitas*, & *Namphanio* archimartyr, de quo epiſtola ſequente XLIV idem *S. Auguſtinus*.

5 quis prior eorum paſſus ſit? *Quintus nodus* eſt, num ante S. Aureum paſſus martyrium ſit S. Albanus, an poſt? Plerique ante illum aiunt paſſum, dum in exilio cum Iuſtina ſorore ille alicubi erraret. At e dictis poſt apparet paſſum.

6 num vnus tantum Moguntiæ Al- *Sextus*, Num vnus tantum Moguntiæ S. Albanus ſit? Duos affirmat in ſuis Annalibus *Cratepolius*, quorum vnus eſt is, quo de agimus; alter vero ſic ab eo deſcribitur: *S. Albanus, cuius reliquiæ apud Moguntiam conſeruantur, martyr*

fuit

Edit. I p. 274 *fuit ex regio genere, ab Vngaria Rege, loco filii educatus. Verùm ille aulam regiam mature, vt alter Moyſes, deſeruit. Vt autem melioris & permanentis vitæ conditionem habere poſſet, factus eſt vltro peregrinus & eremita, ſicque tanquam aduena in terra obambulauit, & Dei verbum diligenter prædicauit. Apud Moguntiam in nemore a latronibus paganis comprehenſus, & cum ſe libere Chriſtianum profiteretur, ab aliis ſtrangulatus eſt, & corpus eius in quandam aquam proiectum. Ex qua cum multi leproſi biberent, ſanitatem conſecuti ſunt. Inde ob huiuſmodi miracula ex aqua leuatus, cum ſuo epitaphio apud eandem vrbem honorifice ſepultus eſt, qui miraculis infinitis claruit.* Sed iſte Albanus hodie quidem prorſus incognitus, & cum bonus ille auctor vndenam exſculpſerit, neſcio *. Non in templi monumentis & ſchedis, non in ritualibus libris, non in editis, aut ſcriptis manu libris, non in hominum etiam ſermonibus & memoriis vllis Moguntiæ reperitur. Si quid eſſet, ad hunc trahi quod poſſet, eſſent vtique *Sigeardi* verba hæc lectione XVII; *Antiquorum & valde veterum ſolers & fida ſenioribus noſtris tradita relatio ad nos vſque peruenit; Ducem quendam, vt vere præſumitur, Catholicum, cum magno promiſcui ſexus exercitu in ipſo monte* (S. Albani) *occiſum fuiſſe, & ſepultum.* Sed hic neque Albanus fuiſſe dicitur, neque cur fuiſſe ſuſpicari poſſit quis, cauſa vlla eſt. Et vero quis ille Hungariæ Rex, in cuius educatus aula fuiſſet? Quin & ipſe *Sigeardus* de ſuo illo Duce incognito tandem concludit: *Qui cuius profeſſionis extiterit, cum nec ipſius hiſtoria, nec veterum doceat relatio, poſt multa temporum curricula claruit euidenter.* banus ſit?

* Vid. hic denuo *Papebrochius* l. c. n. XXXIII p. 94.

Septimus nodus, an Moguntinus S. Albanus idem cum Anglicano illo, de quo lib. I hiſtoriæ. Angl. c. VII & VIII *V. Beda*? Putaſſe videntur nonnulli, maxime quia non iis nomen tantum, ſed martyrii etiam genus, decollatio nimirum, & fere dies idem. Sed diuerſi omnino ſunt, prout cetera tota declarat vtriuſque hiſtoria, & de Anglicano agit in Martyrologio idem *V. Beda* die X Calend. Iulii, de Moguntino die XI, cum aliquibus tamen & temporis & loci mendis. Sic enim habet: *In Moguntia natale S. Albani martyris, qui ſub Dio-* *7 an Moguntinus Albanus ſit idem cum Anglicano Bedæ*

275 *cletiano Imperatore de Inſula Nanſia pergens cum S. Theoneſto & Vrſo, Mediolanum venit: indeque exiens, auxiliante Domino peruenit ad Gallias: ibique in ſeruitio Dei manens, ad martyrium pro nomine Saluatoris promptus fuit. Poſtquam autem in Auguſta ciuitate Vrſus martyrium accepit, Theoneſtus cum S. Albano Moguntiam peruenit: dumque ibi prædicaret verbum Dei, Albanus diſcipulus eius martyrium expleuit, & ſepultus eſt ibi iuxta prædictam ciuitatem.* Sed ex dictis, illud de Diocletiano, qui ducentis minimum annis Hunerichum anteceſſit, apparet eſſe mendoſum. Et Nanſia inſula, quæ aut vbi? Nota vrbs *Naiſſum*, & *Naxos* inſula, de qua lib. IV c. XII *Plinius*, inſula item *Saſo* & fluuius *Naſana* in *Ptolemæi* Geographia lib. III, & in Lotharingia olim *Naſium*, hodie *Nanceium*, aut *Nancium*. Sed Nanſia inſula ignotiſſima.

Cum vero Colonienſes S. Martyrem Albanum habere ſe profiteantur, libet oſtendere, quemadmodum ab hoc noſtro diuerſum illum fateantur, ipſiuſque idcirco nomen aliquantulum immutarint. Scripſerunt enim anno Domini MDII ad Henricum Angliæ Regem libellum S. Pantaleonis cœnobitæ, in quo hæc: *Theophana Imperatrix ob affinitatem S. Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi, Colonienſe Benedictinum S. Pantaleonis monaſterium ſummo honore coluit, & ad illud S. Albani reliquias Roma, quo eas ex Anglia tulerat S. Germanus, pertulit. Eæ vero Moguntiam cum veniſſent, licet eiuſdem ſedis Antiſtes Auguſtam cum memoria martyris venerabiliter excepiſſet, donariis quoque non ſpernendis honoraſſet: verebatur tamen & auctoritate regia & martyris memoria recens adducti cognationem vocabuli ſui martyris Albani gloriam extenuari. Nam vterque eorum vocabatur Albanus. Hunc ergo protomartyrem Angliæ, Albinum vocari obnixe rogauit, & cum Optimatum regni conſilio ſimul & auxilio impetrauit.* Et hinc fortaſſe apud *V. Bedam* die X Calendas Iulii legitur: *In Britannia S. Albini martyris, qui tempore Diocletiani in Verelamio ciuitate capite* *Colonienſium Albanum itidem a Moguntino diuerſum profitentur.*

276 *plexus eſt*, prout ſupra dixi ex primo hiſtoriæ Anglicanæ c. VII *. Vnde &

veriſimile eſt, hoc Diocletiani tempus ad Moguntinum Albanum errore traductum eſſe. Edit. I pag.

* *Godefridus Henſchenius* S. I. in commentario hiſtorico prævio de *S. Albano & Amphibalo, ac his mille ſociis Verolamii & vicinis locis Angliæ* ad d. XXII Iun. §. IX p. 174; *Facile vnuſquiſque indicabit, alium omnino fuiſſe* S. Albanum martyrem Verolamii, *& alium* S. Albinum martyrem Romanum, *cuius glorioſum corpus a Romano Pontifice accepit Theophano Imperatrix,*

8 de Albani reliquiis; *Nodus octauus* de S. Albani reliquiis alicui eſſe poſſet, qui ſcriptam a Namurcenſi quodam S. Albani vitam legiſſet. Cum enim hunc ciuitatis diœceſiſque Namurcenſis patronum dicat celeberrimum, pieque hiſtoriam percurrat, ad extremum ſubiungit, hoc tempore S. Albani martyris caput Monachii aſſeruari in ſacro Alberti Ducis ſacello: ſeque hoc illic vidiſſe anno MDIC. Sed ſacrum aliud caput viderit, nomenque ipſi aut male indicauerit myſtagogus, aut bene indicatum memoria exciderit. Nam hic Moguntiæ aſſeruatur ab ipſis S. Albani
cap. 32. Dominis, & quidem nunc in Prædicatorum templo *, vbi, vt ſupra lib. I dictum, ſacra ſua peragunt: quod non oculis tantum, ſed & oſculis etiam tangere, manibuſque verſare mihi, licet indigno, datum ſæpius. Sed de S. Albano ſatis, in cuius olim vita hos fuiſſe lectos verſiculos ait *D. Latomus*:

Schiſmate ſub tali ſolio de Pontificali
Pellitur eiectus, Romamque petit Theoneſtus,
Inde Moguntinam ſedem deuenit opimam,
Quæ caput eſt regni Francorum maxima genti,
Inclitus Albanus, fidei virtute probatus,
Exponendo fidem ſectas damnabat ibidem.

Vbi vero ſacrum ei abſciſſum caput fuerit, idque ſuis ipſe poſt manibus tulerit, dixi lib. I cap. XXX.

* Hodie vero in ſacratio ſacelli, recens extructi, vulgo *auf dem Hof*, & quidem in thecа reconditum argentea. vid. *Chron. Alban.* parte II cap. IX.

De alia Albani vita in tomo V Caniſii; Extat alia S. Albani hiſtoria in *Caniſii* Antiquitatum tomo V, quæ incipit: *Temporibus piiſſimi Regis Honorii Perſarum atque Medorum Wandalorum Regis.* Sed, vt ex dictis oſtendi poteſt, næuos habet non paucos, quorum primus tamen in ipſo principio iam allatus poteſt e manuſcriptorum noſtrorum vno abſtergi, dum correctius ita loquitur: *Temporibus impiiſſimi Honorici Regis Wandalorum.*
alia ibidem in Baronii bibliotheca. Aliam item in bibliotheca ſua inueniri notat Reuerendiſſimus *Baronius* Martyrolog. die XXI Iunii, cuius eſt exordium: *Erat olim in partibus Aquilonis*: ſed, *quæ*, ait, *nullam ſibi, veriſimilem ſaltem, vendicet auctoritatem.*

CAPVT XXIX 277

De S. IVSTINA.

Cum de Iuſtina, B. Aurei ſorore, Papebrochius ſimiliter loco ſupra dicto egerit, ſufferim omnino, vt lector eum hic conſulat.

S. Iuſtina, S. Aurei ſoror cum fuerit, de ipſa in illo iam actum, ſed e *Sigeardo* adiungam paucula. Cum enim ab hæreticis pulſum illum dixiſſet, pergit c. XXVII
fratrem comitata, narrare ſic: *Comitata eſt beati viri veſtigia, non tam inceſſu pedum, vel mutatione loci, quam etiam ſacris actionibus, & vitæ munditia ſacratiſſima virgo IVSTINA, tam fide quam ſanguine ſoror eius germana, paſſioniſque eius fida comes in CHRISTO, & ſocia poſt futura. Erat quippe eis cor vnum, & anima vna in vnitate fidei, ſpei, & charitatis. Complures etiam aliæ religioſæ perſonæ, viri & feminæ, qui a fidei integritate recedere nefas ducebant, magis volentes relinquere patrem, & matrem, filios & vxores, aut agros, immo etiam mori pro CHRISTO in vnitate & veritate fidei, quam Arianorum ne-*
cum eo ab Arianis eiicitur, *fario communicare vel aſſentire errori, pari cum S. Epiſcopo ſententia eiecti ſunt: eiuſque doctrinæ & ſanctæ vitæ exemplis ſalubriter informati, & ipſius veſtigiis fideliter adhærentes, meruerunt cum ipſo & cum ſanctiſſima virgine Iuſtina feli-*
Eoque caeſo ſeruiens, *ci martyrio conſummari.* Et cap. XXXIII; *Beatiſſima virgo IVSTINA ſoror eius, fratri nec fide impar nec merito, carnem ſuam contra ſexus muliebris*

natura-

Edit. I pag. *naturalem infirmitatem cum vitiis & concupiſcentiis crucifigens, ſponſo ſuo cæle-*
ſti; regi virginum, virginis filio in caſtitate virgo ſeruiens, ſedulum exhibebat
obſequium. Agebat ſane beatiſſima puella, quo mentem femineam animum viri-
lem indueret: ſpirituque fortitudinis roborata ſpiritales nequitias, hoſteſque ani-
mæ publicos, mundum, carnem, & diabolum beata virgo viriliter euincebat.
Tandem cum in extremo vitæ periculo, ipſam, alioſque Catholicos Moguntinos & in agnita veritate conſtans,
278 *ad conſtantiam hortatus eſſet B. Aureus, ſalutaris eius admonitionis verbo ſa-*
cratiſſima, inquit idem *Sigeardus* cap. XXXVII, *virgo IVSTINA ſoror eius*
vt ſupra dictum eſt, germana, fratri ſanctitate per omnia ſimilis, & merito,
fratris veſtigia nequaquam deſeruit cum reliquo fidelium grege puſillo, qui exu-
lantem ab vrbe ſedeque ſua eiectum paſtorem dudum ſecuti fuerant, vt ſupra re-
tulimus, animati paſſioni ſe vltro ingerere deſiderabant, cupientes diſſolui, &
eſſe cum CHRISTO. Præibat igitur paſtor verus, non mercenarius, pa-
ſcens oues ſibi creditas doctrinæ verbo pariter & operum exemplo, tanquam fortis
aries boni gregis, dux ad hoſtiam ſalutis noſtræ immolandam, futurus mox ipſe
cum Iuſtina virgine, ceteriſque Catholicæ fidei alumnis, qui eum conſecuti fue-
rant, hoſtia viua, & immaculata Deo patri. Completo enim, vt dictum eſt,
ſacræ eruditionis verbo, beatus ſacerdos Aureus ſancta ſanctorum ingreſſus
eſt, pro ſe, proque commiſſo ſibi populo redemptionis noſtræ pretium oblaturus in
ordine vicis ſuæ ante Deum, beatiſſima Iuſtina, ceteriſque, quos fidei ſinceri-
tas, & erga tantum patrem in Deum dilectio non permiſit ſeparari, prope aſtan-
tibus. Vbi dum ad altare ſtans, miſſarum ſolennia pontifex inclitus celebraret, Vna cum illo crudeliter mactantur.
282 *ſeque ipſum corde contrito & humiliato mactans offerret Domino, repente turba*
Hunnorum, pariterque Arianorum irruens, circumdederunt eum, nec non & fi-
deles, qui erant cum eo: & in ſanctos Dei, gladios ſui furoris & arma con-
uertentes idololatræ impii, paſſim occiderunt eos in ore gladii. Primum vero,
iuxta quod ſcriptum eſt, A ſanctuario meo incipite, *enſes ſuos in beatum vibran-* Ezech. 9, 6.
tes Antiſtitem, eum deſuper altare trucidatum crudeliter mactant: deinde vene-
rabilem virginem, cum ceteris fidelibus, qui prope aſtabant: vniuerſos, furia-
li more ſæuientes, occidunt. Et cap. XXXIX: *S. Aureus, dum ad altare Deo*
patri, Deum Dei & hominis filium immolat, multiplicato iam ſacrificio, ipſe cum
279 *ſorore Iuſtina virgine, reliquiſque fidelibus ſuis diſcipulis victimatus, Dei pa-*
tris conſpectui, cum ipſo, quem offerebat, Dei filio, oblatus, exultantibus &
congaudentibus angelicis ſpiritibus, præſentatur. Hæc ille.

CAPVT XXX

De S. BILHILDE.

QVemadmodum in S. Aureo & S. Albano, appendam hic ea primo, quæ de S. BILHILDE narrat die XXVII Nouembris *Breuiarium Moguntinum*, & ex eo *Surius* tomo VI. Deinde, quoddam veluti ſuperpondium, adiiciam nonnulla. Et illorum quidem hæc narratio eſt. De S. Bilhilde lectio Breuiar. Moguntini.

Tempore, quo Clodoueus Francorum potiretur imperio, fuit in Orientalis
Franciæ oppido Hochemio vir clariſſimus, Iberinus nomine, qui ex Mechtrida
coniuge ſua, Bilhildem filiam ſuſcepit. Qua ætate, cum in Gallia atque Ger-
mania gentilium etiamnum ſuperſtitio apud pleroſque vigeret, parentes beatæ
Bilhildis occulte Chriſtianorum ſacris fauebant. Quo factum eſt, vt in ipſis in-
fantiæ annis filia Wircenburgum delata, ibidem Catechumena quidem facta ſit,
ſed baptiſmum tamen non conſecuta. Accedente autem ætate, licet ignoraret
puella, ſe regenerationis lauacro carere, purum nihilominus in ſuo pectore Chri-
ſto domicilium parare ſtudebat: corpus ab omni ſpurcitia continens: & parſimo-
nia, ceteriſque virtutum quibuſuis ornamentis exercens ac componens. Quod
quidem vt rectius perficeret, in virginitatis propoſito perſeuerare omnibus modis
conabatur: ſed victa parentum voluntate, nupſit cuidam viro nobili & militari.
280 *Etſi autem matrimonii legibus eſſet ſubiecta, CHRISTI tamen, quem toto cor-*
de dilexerat, obſequiis ſedulo incumbebat. Non multo inde elapſo tempore, cum
iam vnius prolis mater eſſet, marito in bello defuncto, prole etiam paulo poſt vi-
uis exempta, ex conſilio Sigeberti Epiſcopi Moguntini (qui fuit ante numeratus

XXXVIII) ſui temporis, *Moguntiam commigrat: renuntiatiſque patrimonii amplissimis cenſibus, ut pauper & expedita* CHRISTVM *ſequeretur, villam ibidem eſt adepta, in qua eccleſiam in honorem Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ conſtruxit. Quo in loco ſanctarum feminarum conuentu numeroſo collecto, quantum ſufficere poſſet prædiorum, ad communem ſuſtentationem iis contulit; in quibus ipſa quoque pie viuens, non ſolum corporis eis neceſſaria, ſed ſanctæ etiam conuerſationis exempla ſuppeditabat. Interim miſericors Deus, famulam ſuam diutius in vanum laborare non permittens, quibuſdam ſanctis eiuſdem monaſterii virginibus eam tantum Catechumenam eſſe, necdum baptiſmi gratiam percepiſſe, reuelat. Hoc illa cognito incerta quid ageret, Epiſcopum conſulit; qui & ipſe diuina reuelatione edoctus, eam regenerationis aqua cenſuit abluendam. Baptiſmo igitur percepto, multo feruentior illa Dei laudibus & piis exercitiis inſtabat: donec graui tacta infirmitate, præſens ſæculum reliquit quinto Calend. Decembris; ſepulta a Clero & populo Moguntino, in baſilica, quam ſuis ipſa ſumptibus exædificari curauerat: ubi deinceps plurimis miraculis claruit.* Edict. pag.

CAPVT XXXI

De ſancta eadem, plura.

HActenus Breuiarii narratio, cui quæ adiicienda videntur, ſunt hæc.

Molani de eo narratio conueniens.

I In *Vſuardi* Martyrologio, die menſis eiuſdem eodem, breuiter, ſed iam narratis conuenienter, ita *Molanus: Moguntiæ natalis Sanctæ Bilhildis vidua ſanctimonialis, quæ a Clero & populo Moguntino ſepulta eſt in baſilica, quam ſuis ipſa ſumptibus exædificari curauerat.* 281

Alberti M. litania, ipſam inter virgines recenſet.

II In *Alberti Magni* litania inuenitur huius cum ſanctis aliis inuocatio, ſed male inter virgines recenſetur, cum vidua fuerit, & prolis vnius mater; vt ex dictis perſpicuum *, niſi forte velit opinari aliquis, ea id cauſa factum, quod & ante nuptias, virginitatis; poſt vero, caſtitatis vidualis permanſerit.

* *At in peruetuſto Sacramentali, quod in Diuionenſi S. Benigni bibliotheca aſſeruatur, ſcriptum olim eccleſiæ Fuldenſis, Kalendarium præfixum mentionem facit* SANCTAE BIL- HILTAE *Virginis, V Kal. Decembr. quo die eius acta habentur apud Surium.* Ita *Mabillonius* actor. Ordin. Benedict. ſæculo IX p. 63. Ceterum conf. infra c. XXXIII §. 1 p. 286.

De eius vita liber MS.

III Extat in eius monaſterio manu ſcriptus pergamenus liber, quo eiuſdem vita refertur copioſiſſime, lingua quidem Germanica, ſed vetuſtiore, quam quæ Moguntinis hodie vernacula, prout lib. I cap. XI expoſitum; manus autem & exſcriptio centum ſolummodo annorum eſt, cum illa in fine notetur Abbatiſſæ ſtudio ac iuſſu facta anno Domini MDV. Auctor aſcriptus nullus, qui ſe tamen fuiſſe indicat poſt Dom. annum MCCXLII, cum de mutatione, quæ in cœnobio tum facta eſt, loquitur quaſi de re, quam non viderit, quæque antiquior ſit: citatque interdum vetuſtiores rerum, quæ ad cœnobium illud ſpectant, commentarios.

In ea vero vita ſcribitur: 1, Patrem S. Bilhildis vocatum fuiſſe Iberium, matrem Mathildim, ſummæ vtrumque nobilitatis, qui ad Mœnum arcem, fundos, & dominatum peramplum habuerint in loco, qui Wirtzburgo non procul eſt, & vrbs tunc erat, vocata *Hochheimum*.

2, Ex his natam primogenitam S. Bilhildin, cum ſorores duas alias, Hildegardin & Reinhardin, omnes a Chriſtianis boniſque parentibus chriſtiane ac bene educatas; voluiſſe ſuam omnes virginitatem Chriſto Domino dicare: & poſteriores quidem duas dicaſſe, ſanctam vero Bilhildin, maioris cuiuſdam boni ſpe, ad nuptias impulſam fuiſſe, prout infra tangetur.

3, Eandem adhuc tenellam infantulam ad propinquam Wirceburgenſem Dominam ac Ducem a parentibus, cum iſta id peteret, miſſam fuiſſe: & ibidem baptizanda cum eſſet, baptizatam tamen ob cauſſam, quæ ignoratur, non fuiſſe.

4, Ad parentes remiſſam poſtea, & apud eos cum adoleuiſſet, neque hos, neque ipſam putaſſe aliud, quam baptiſmo vere tinctam eſſe.

5, Moribus vero & forma fuiſſe tam præſtanti, vt eam ſuperioris Franconiæ Dux Babenburgenſis vxorem petierit. Sed quia tueri virginitatem volebat virgo, 282

Edit. I pag. & quia gentilis, idolorumque superſtitionibus alligatus hic erat, recuſaſſe illam coniugium: illo tamen vrgente, parentes eam in ſpem veniſſe, poſſe per ipſam cum Ducem, tum eius ditionem totam ad CHRISTVM Dominum adduci: ſicque filiæ, vt illi nuberet, perſuaſiſſe: nuptiaſque partim Hocheimii, partim Babenburgi, magno apparatu ac lætitia, celebratas.

5. Concepiſſe ipſam e marito; qui cum neque idololatriam, neque gentilem vitæ prauitatem mutaret, magnum illa ex eo dolorem cepiſſe, Deumque, vt matrimonio tam infelici ſolueretur, ſæpe, multis cum lachrymis, rogaſſe.

6. Ducem igitur ad ſubitum & difficile neſcio quod bellum iiſſe: ipſam vero ad matrem tunc viduam (mortem enim pie obierat pater) bona mariti veniſſe: ſed ab hac occulte, & clam ad auunculum ſuum Epiſcopum Moguntiam veniſſe, vbi maritum in bello cæſum audierit, filium pepererit, qui ab Epiſcopo baptiſmate, ſacroque chriſmate affectus fuerit, neque multo poſt ad vitam a Deo accerſitus ſit meliorem.

7. Ipſam vero totam ſeſe Chriſtianæ pietati, modeſtiæ, beneficentiæ, humilitati mancipaſſe; vixiſſe cum ancillis velut æqualem; immo iis interdum, præſertim ægrotantibus, miniſtraſſe, pedes & caput lauiſſe, & coxiſſe; precibus vacaſſe; ſacræ Euchariſtiæ ſacramentum crebro ſumpſiſſe; in Moguntinos, qui egentiores fuiſſent, beneficentiſſimam fuiſſe; paſcua illa, quæ in planitie Rhenum ſpectant, & *das Bruch* vocantur, emiſſe, ac ciuitati toti donaſſe †; tandemque auunculi Epiſcopi conſilio & ſuaſu, monaſterium Moguntiæ, in quod ſe poſt ipſa conderet, virgineſque ac viduas, quæ ſe CHRISTO Domino dedicatas vellent, reciperet, exædificare conſtituiſſe.

† Quæ ſane etiamnum ciuium Moguntinorum vſui cedunt, & recepta olim appellatione *auf dem Bruch* dicuntur.

8. De loco tamen cum incidiſſet deliberatio, & vel eum montem, in quo ſancti nunc Stephani ædes, vel humidum, & ab Cia irriguum aruum proponeret Epiſcopus, equos, quibus ad omnia oculis conſpicienda vehebatur, in montem illum noluiſſe vllo modo progredi: ſed in prata ipſa libenter ac exultanter decurriſſe, ideoque latifundium hoc totum, ſcutis ſeu parmis aureis, equiſque inſignibus, quorum in *ſyngrapho* poſtea mentio, coemiſſe, templum in beatiſſimæ Virginis honorem, monaſteriumque cogitatum exſtruxiſſe: in eo poſtea vidualem caſtimoniam cum aliis pluribus vouiſſe: multaſque virgines ſeſe Domino conſecraſſe: Sacerdotes item ſtatuiſſe, quibus vnus eſſet Præpoſitus: &
283 quia bonis, reliquiis, immunitatibus & priuilegiis quampluribus ornatum & in ſublimi veluti collocatum fuit, ideo appellatum *altum Monaſterium glorioſæ virginis MARIAE**. zu dem hohen Münſter vnſer lieben Frauen.

* Quo nomine illius etiam mentio fit a *Landolfo* in hiſtoria Seueri, his quidem verbis: *Qui* (Carolus Archiepiſcopus) *annuens precibus ſanctimonialium in* Alto-monaſterio *conſiſtentium, partem quandam de reliquiis S. Innocentiæ ad prædictum cœnobium, ſicut ipſe vidiſti, tranſtulit: vbi non paucas virtutes per eiuſdem ſanctæ virginis merita Dominus facere dignatus eſt; quas, ſi forte volueris, ab his ſanctimonialibus diſcere poteris.*

9. E Virginibus vero iſtis religioſiſſimas tres aut quatuor diuinitus noctu monitas, vt ipſam Bilhildin monerent, baptiſmum ab ea nondum eſſe perceptum. obſtupuiſſe iſtas, & multo maxime ipſam, ac Epiſcopum. Hunc tamen, cum preces indixiſſet, ſacriſque operaretur, ab angelo idem audiiſſe: ſicque ab Epiſcopo illam ſacris aquis admotam fuiſſe, chriſmate inunctam, nomenque quod ei antea Mathildis a matre fuiſſet, mutaſſe, ac BILHILDIS accepiſſe. Atque hæc quidem mutatio fuit in ſacro vſitata baptiſmate, vti monſtro alibi. ſed an hæc ideo facta, quod aut melius, aut magis voluntarie deinceps omnia ſeruare vellet, quæ ſacer exigeret baptiſmus, ipſeque Chriſtus Dominus? Nam in eadem vita idipſum innuitur: & in ſyngrapho, de quo poſtea, legitur BILEHILD; apud Cochlæum *Wilhildis*; apud Aimoinum, in alia tamen re, *Bilichildis* lib. III cap. XCVII; &, quoad poſteriorem partem, eadem ratio eſt in Brunechildis, Crothildis, Nantildis, Richildis, Bathildis, Rochildis, Schonhildis, B. Theolechildis, Theudechildis, & ſimilibus, quæ alibi, & in ſubiungenda ſyngrapha. Hildeſich.

10. Inter alias reliquias dono a principe quadam ſumtas, cui Kunegundis

 nomen,

nomen, accepiſſe ſudarium, quo Chriſti Domini caput & facies in ſepulchro tecta fuiſſet: illam vero Dominam Künigundin ſe, ſuorumque plurima monaſterio poſtea dediſſe, ac apud S. Bilhardin ſepulchro dignatam. Ibid. 183.

III, Ipſam porro S. Bilhardin Domino preces pro ſe ac ſuis obtuliſſe. & pro ſe quidem, vt in ſanctæ innocentiæ veſte moreretur, febrique correptam, poſt SS. Euchariſtiæ, oleique vltimi perceptionem, V Calendas Decembris mortuam: ſubitoque ſupra caſtiſſimum eius corpus fulgidum quendam radium emicuiſſe: odorem ex eo bonum fragraſſe: iuxta illud curatos cæcos, febricitantes, ambuſtos, infecundas & abortientes mulieres, infantulos mortuos, & quendam Rheni aquis, totum iam triduum, ſubmerſum. Hæc ex eo libro rerum ſumma.

IV Sunt in eo libro alia, quæ vel ex auctoris ingenio ſcripta, vel tempori parum conſentanea videntur, vt quæ de S. Walpurge, cum poſterior fuerit, de Iuſtino Imperatore Bambergam ad nuptias veniente, deque ſimilibus aliis dicuntur. Et vero dies illius morientis notatur, ſed annus nunquam. 284

CAPVT XXXII

Eius donatio.

Syngraphæ apographum. PEndet vero ad aram, quæ ipſius appellatur, tabula, in qua hic factæ ab illa donationis libellus, & ſyngrapha *.

* Tabula hæc non amplius ad aram pendet, ſed in monaſterio adſeruatur; quam cum inſpiceremus & cum hoc auctoris apographo componeremus, quas margini adleuimus, diſcrepantes reperimus lectiones. Ceterum *Mabillonius* annal. Benedictin. tom. II lib. XXI § XXVI p. 97, *viae*, inquit (Bilhildis) *hac de re litteras vendit* Nicol. Serarius, *quas mendoſiſſimas & fidei expertes eſſe conſtat.*

In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti. Ego Bilehilt, notum eſſe cupio tam præſentibus, quam & futuris, qualiter ego propter Dei amorem, proque ſpem retributionis futuræ, quaſdam res proprietatis, hoc eſt, aream vnam, prope murum Moguntinæ ciuitatis, in Auſtrali parte, a Sigeberto Archiepiſcopo auunculo meo acquiſiui cum rubeis ſcutis duodecim, auro paratis, & totidem equis nigris, & conſtruxi in ea domum Domini, & ſanctæ Mariæ Virginis. Ibique congregaui ſanctam congregationem mulierum, ac tradidi eis in eleemoſynam meam, & parentum meorum, quicquid proprietatis habere viſa fui, vel hereditatis, tam in areis, & ædificiis, pratis, paſcuis, ſyluis, terris, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, cultis, & incultis, & mancipiis, ita vt habeant, atque poſſideant vſque ad conſummationem huius ſeculi. Poſſeſſores vero eiuſdem areolæ vrbis præfatæ, vigilias non curent, nummorum collectionibus modo Epiſcopo, modo in reparandos muros dandis nihil addant, aliaſque vrbanas conſuetudines non obſeruent: tantum Abbatiſſæ & congregationis vſui, obſequio, imperio ſe parere cognoſcant. Si quis illorum homicidium, furtum, rapinam, aut aliquam aliam culpam commiſerit, vel aliquis de extraneis malefactor, qui talia fecerit, aream in illam fugiens ſe receperit, non Iudicum, aut Principum vrbanorum, verum eiuſdem loci Rectorum iudicio conſendus aſſiſtat. Mundiburdium†, & defenſionem ab Archiepiſcopo Moguntinenſis eccleſiæ habeant in perpetuum. Electionem vero Abbatiſſæ inter ſemetipſas habeant: nullam viduam, aut aliam quamlibet extraneam, niſi inter ſe nutritam accipiant. Et ſi vllus Epiſcopus propter ſuam temeritatem, huius conditionis chartulam infringere voluerit, iram Dei omnipotentis, & Sanctorum omnium ſentiat, & tamen, quod vult, nequaquam perficiat: ſed præſens chartula huius traditionis omni tempore firma, & ſtabilis permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Inſuper etiam ſi vlla vidua, vel extranea his ſanctimonialibus feminis extra conſenſum ſuarum præponatur, in peſſimum genus lepræ incidat, & poſtea turpiſſima morte damnata pereat, & hic non habeat locum putreſcere. Actum in prædicta vrbe, regnante Cleodoneo Rege ſereniſſimo, anno quarto decimo, Anno Dominicæ incarnationis ſexingenteſimo triceſimo quinto, Indictione decima, Kalend. Maii, feria quinta, coram teſtibus ſubnotatis. Signum Bilehildæ, quæ hanc traditionem perfecit. Signum Geroldi Epiſcopi. Signum Ruodberti Diaconi. Signum Rocholfi*. Signum Adelhelmi* Comitis. Signum Grimolfi.*

285

*obſequium

*Rocholfi *Adalhelmi

Signum

Ibid. pag. *Signum Haganonis. Signum Hildimini*. Signum Mimibilt. Signum Reginbilt.* * Hildinui
Signum Hobolſſi. Signum Gamolſſi*†. *Ego itaque Aſmundus iuſſu Domini mei* * Liobolſſi
Sigiberti Archiepiſcopi ſcripſi, notaui diem, tempuſque, vt ſupra. † Grimolſi

† *Mundebard.* in epiſt. *Caroli Martelli* anno DCCXXIV, vbi *Baronius* f. 37 tom. IX (S.)

II Sed cum alia, tum vero hæc non dormitanti ſeſe obiiciant lectori. Quomodo ante S. Bonifacium Moguntinus hic ponitur Archiepiſcopus? Quomodo cum Domini anno DCXXXV conſonat Indictio decima? Quomodo Clodouæus regnans? Nam ſane cum Clodouæi, qui Proſpero *Chlodii*, Sidonio *Chlodiones*, S. Remigio & Aimoino *Hludovvici*, Venantio *Chlodouechi* appellantur, numero pluſculi ſint, & cum de ſecundi maxime, qui & quoad religionem Chriſtianam primus, & omnium nominatiſſimus eſt, annis diſſideant eruditi, eorum
286 tamen Clodouæorum omnium nullus eo anno DCXXXV regnaſſe legitur. Sed omnia, prout accipere licuit, bona libet remetiri fide.

Nodi, qui in illo occurrunt.

Peccatum eſt in temporis annotatione, cum regnum Clodouei incidat in annum DCXLIV vſque ad an. DCXLVI. Quod emendari poſſet ex autographo, ſi extaret. Ceterum non aſſentior Serario, *cui ſuſpecta fuit inſtrumenti fides ex titulo Archiepiſcopi, quem ille a Zacharia tantum ſeculo ſequenti impoſitum putat.* Ita *Petrus* de *Marca*, ſua ex hypotheſi, in diſſertatione *de Primatibus* § LXXVII col. 55.

CAPVT XXXIII

De Berehilde & Berthoara.

QVæ autem lib. VI epigr. VI tribuit BERECHILDI *Venantius*, eadem BILEHILDI noſtræ tributa videri poſſunt omnia. Nam & hanc a quibuſdam virginem vocatam vidimus antea: & memini legere alicubi, opinor in pereruditto de Sanctis Auguſtanis Commentariolo, Virgines etiam interdum, honoris cauſa, vocari, quæ viduæ licet ſint, caſtimoniam tamen poſtea complectuntur, eamque immaculatam deinceps retinent.

De Berechilde

Sic vero illud fatur elogium:

Venantii carmen.

Mens deuota Deo Berechildis corde coruſcans,
Pectore ſub cuius CHRISTVS amore manet.
Deſpiciens mortale malum, vitalia ſeruans,
Vnde fugis terras, hinc petis aſtra magis,
Immaculata micans, neſcis contagia mundi,
Sordibus humanis libera membra geris.
Digna pudicitiæ debentur præmia ſacra,
Virgo dicata Deo, hinc rapienda polo.
Ille tenet celos, cui tu complexa videris:
Quo tuus eſt ſponſus, hic eris ipſa ſimul.
Non cupis auro humeros, nec collum pingere gemmis,
Sed melius caſto pectore pura micas.
Mutaſti veſtem, mutaſti gentis honorem:
Cum thalamis Domini ſponſa iuganda venis.
Quam meliore via meruiſti vota tenere,
Quando creatori forma creata places!
287 *Pauperibus largas das eſurientibus eſcas,*
Neſcit habere famem, qui tua tecta petit.
Qui ſine veſte iacet, tegmen pietate miniſtras,
Vnde calet nudus, frigora nulla timens.
Te redimente pii captiui vincula laxant;
Quæ ſoluis vinctos, libera ſemper eris.
Diſtribuis cenſum, nulli ſua vota negando,
Diuitiaſque tuas omnibus eſſe facis.

Colligis

Edit. I pag.

Colligis in cælis, quidquid diſpergis in aruis,
Semina nunc fundens, poſt meliora metes.
Quidquid habet mundus fugitiuo tramite tranſit:
Tempore tu modico ſemper habenda facis.
Hic tibi longæuis ſit vita ſuperſtes in annis:
Rurſus in æternum ſit tibi vera ſalus.

De Berthoara eiuſdem encomium. II Adiicerem aliud præclarum feminæ virtutis exemplar, laudatiſſimam Theodeberti Mediomatricum Regis filiam BERTHOARAM, niſi eam nobis lib. I cap. XXX depinxiſſet antea *Venantius*. *Equidem*, ait huius Scholiaſtes *, *Maguntiaci vſpiam, virginitate Deo ſponſa, eam vel in monaſterio vixiſſe, vel, religionis cauſſa, ſedem ibi habuiſſe, in proximo eſt, vt ex hoc Poetæ præconio coniecturam faciam.* Sed e ſummis eius laudibus & ornamentis, quatuor ſpectatu pulcherrima, & imitatu longe vtiliſſima ſunt; quod nimirum fuerit I Catholicæ *fidei ſplendor:* II *Pietate coruſcans:* III *Templorum cultrix:* IV *Prodiga pauperibus.*

* *Brovverus*, qui hæc repetit lib. VI annal. Treuirenſ. §. XXI p. 318.

CAPVT XXXIV

De S. FERRVTIO.

Meginhardi de S. Ferrutio ſermo AD Abbatem Bleiſtadienſem Adalgerum ſcripſit de S. FERRVTIO doctus vir *Meginhardus* homiliam ſeu ſermonem, quem e manuſcriptis Codicibus in tomorum ſuorum quintum tranſſcripſit *Surius*. Sunt autem in illo de Sanctorum gloria, imitatione ac inuocatione inſignes, vtileſque monitiones: ſed, quæ S. FERRVTIVM attingunt propius, proponuntur ibidem hæc: 288

dem, *In exercitu candidato triumphantium militum CHRISTI, qui cum patientia proni cucurrerunt in huius ſtadio ſæculi, velut pretioſiſſimum Dominici ſerti margaritum, ſpecialis noſter patronus, glorioſiſſimus videlicet Ferrutius, virtutum gloria clarus, meritorum prærogatiua præfulget venerandus. Hic itaque dum in his moribundis degeret membris, contempſit mortem quandoque venturam, vt vitam acquireret ſine fine manſuram, fideli prudentique conſideratione perdens, quod & retentum periret, vt quod perire non poſſet, moriens inueniret. Huic quippe præſagio quodam FERRVTII nomen eſt inditum: quia ſicut ferro non ſolum lapides & ligna, ſed & cetera vincuntur metalla, ipſum vero non niſi ſolo vincitur igne: ſic ille ſolo diuini amoris victus ardore, machinamenta cuncta mundanæ ſpiritualiſque deuicit malitiæ. Verum quia vitæ vel paſſionis eius tempora ſeu geſta non reperiuntur, laudis ipſius præconia non ſilebuntur, dum meritorum inſignia frequenti miraculorum atteſtatione panduntur.*
1 Cor. 14, 22. *Licet enim ſigna, ſecundum Apoſtolum, non fidelibus, ſed infidelibus data ſint, neceſſario tamen aliquando conferuntur & fidelibus, quatenus quorundam ſanctorum actus cum occulto Dei iudicio lateant, ſignorum experimento merita pateant.*
ſine geſtorũ rememoratione cum celebrari; *Non autem in laudibus diuinis FERRVTIVS ſolus abſque geſtorum rememoratione celebratur, cum in vtriuſque teſtamenti ſerie viri præcipui ſine genealogiis commemorentur. Sic quippe Melchiſedech ille, qui in veri ſacerdotii typo panem & vinum obtulit: ſic Elias, qui populum Iſrael in gladio & igne indicauit: ſic Prophetarum plurimi repente videntur induci: ſic in nouo Thomas, Bartholomæus, & Matthias Apoſtoli: ſic perplures Martyrum CHRISTI, quorum merita placeat non cominus venerari, quo conſtat ortus eorum vel actus* 289. *ſine periculo neſciri.*

cur id contigerit; *Quod autem S. FERRVTII latent actus, ſiue ſcriptorum penuria contigiſſe coniicimus, quos priſcis temporibus in Germanorum partibus non adeo floruiſſe cognouimus: ſeu certe, ſi quibuſcunque ſtudiis exarati fuerunt, bellorum deperiiſſe turbinibus.*
1 Machab. 1, 59. *Sic quippe Hieroſolymis lex diuina flammis legitur Chaldaicis incenſa: ſic vrbium plurimarum & nobiliſſimarum credibile indicatur periiſſe monimenta. Neque enim facile perſuaderi poteſt, Moguntiam, excellentiſſimis Galliarum ciuitatibus conferendam, litteralis immunem ſtudii tunc temporis torpuiſſe,*

Edit. I p. 78 *puiſſe, gentiumque cunctarum mercibus vberrimè refertam, liberalibus diſciplinis, quibus præſtantiſſimus omnium diuitiarum honor debetur, caruiſſe. Sed ex innumerabilibus forte bellorum cladibus, quæ Galliam, Germaniamque deuaſtauerunt, cum Moguntinæ, tum plurimarum vrbium, quæ non extant, monimenta perierunt. In Chronicis itaque curioſius requiſitis inuenimus Archadii, Honorii, Theodoſiique iunioris temporibus, ſub Faramundo, Clodio, Meroueoque Francorum Regibus, Romanis adhuc imperantibus, Gallias a diuerſis attritas gentibus, vrbes ſolo tenus dirutas incolis captiuatis, villas exuſtas *: vbi cum ſupellectili reliqua liberalis etiam, ſi qua fuerat, poterat aboleri diſciplina. Vnde ne pro certis incerta probaſſe videamur, quod habemus in promtu, ſequamur, magnaliumque Dei laudatores potius, quam iudiciorum eius incomprehenſibilium ſcrutatores inueniamur.* * ſupra l. 1 c. 7 & 8.

Propoſuimus autem hoc ſermone ad gaudium ſpirituale mentes audientium prouocare, quo plus, per charitatem ædificantem, ad Sanctorum ſocietatem proficiamus, quam per ſcientiam inflantem, ab interni gaudii delectatione deficiamus. Sed humani tarditas ingenii quia vix ad intellectualium perceptionem poteſt adduci, 290 *niſi cordis interna prius cognitione paſcantur exteriori, iuxta quod Apoſtolus ait,* Non prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale; *dicemus ſecundum quod percepimus, non quidem narratione plena, Martyris huius ſanctiſſimi certamina, ſed ſummatim perſtringentes nouiſſima.* 1 Cor. 15, 46.

Ex litteris itaque mauſolei, quo ſacratiſſima, medeleque ſcia reconduntur oſſa, vir iſte beatus cognoſcitur Moguntiæ demoratus, amoreque diuino cingulum militare ſoluiſſe, altaribuſque ſacris, CHRISTO *deinceps victurus, arma deuouiſſe. Hinc vrbis Præfectus ira commotus, incertum Chriſtianus an ethnicus, vltra Rhenum Caſtello* (zu Caſſel) *ſanctum tranſmigrauit exilio, ferroquè vinctum carceri mancipauit tenebroſo. Diutina vero maceratus inedia, per ſex menſes beneficia non experiebatur humana, ſed carnali deſtitutus iuuamine, ſpirituali diuinitus ſolamine fulciebatur. Hinc itaque poculum paſſionis amarum non exhorruit; ſecurus autem calicem mortis exhauſit, quem prius pro exemplo ſummus bibit medicus, ne lethalem eum, ſed medicinalem crederet ægrotus. Securus, inquam, mortis exhauſerat calicem, quia per hanc amaritudinem ad inæſtimabilem ſe peruenturum ſperauit dulcedinem. Pœnas igitur fortiter ferens, calicem Domini lætus bibit, ſicque menſe ſeptimo felix in Domino quieuit. Pulchre vero qui poſthabitis actualis vitæ laboribus, Deo vacare diſponebat in contemplationibus; impedimentis abſoluitur popularibus, loco munitiori atque ſecretiori deſtinatur, vinculis amoris* CHRISTI *conſtringitur, tenebris mundanæ noctis addicitur, vt lumine veri ſolis indeficienti potiatur: materialis fame panis afficitur, vt verbi diuini pabulo ſatietur. Et hic quidem ſenis menſibus, quaſi ſex ſæculi huius ætatibus, variis tribulationum preſſuris examinatus, menſe ſeptimo, velut ætate ſeptima cum electis omnibus requietionis ſabbatum celebrat feſtiuus,* 291 *expectans feliciter octauam, ſolennitatem ſcilicet reſurrectionis celeberrimam, cum corruptio mutabitur incorruptione, mortaleque veſtietur immortalitate; cum Hieruſalem cæleſtis ciuis effectus, agnum, quocunque ierit, comitabitur: cum ſpiritibus angelicis ſociatus, contemplatione diuina ſatiabitur.* *eiuratum vita militari miſſa. a Præfecto in carcerem conditum, & per ſex menſes maceratum, ſeptimo mortuum eſſe.*

Sed forte quæritur ab aliquo, cur Sanctus hic inter martyres ſolenni glorificetur officio, cum ſanguinem non fuderit pro Domino? Huic autem facilis obiicitur a ſano ſapiente reſponſio, quia martyrium ſola ſanguinis non facit effuſio, non etiam ſola carnis afflictio, ſed & mundi cordis contritio, ſalutariſque ſpiritus humiliatio. Neque enim minoris apud Deum meriti, ſqualoris carcerarii, tenebrarum, vinculorum, ſolitudinis, longæque famis moroſa credenda eſt excruciatio, quam momentanea capitis obtruncatio. Nec dubitandum reor, athletam CHRISTI *conſtantiſſimum, qui in his tormentis ſpiritum geſſit inuictiſſimum, ceruices ſponte carnifici præbiturum, ſi ſic iniquitatis dictaretur iudicium. Iniquiſſimus autem iudex maluit hunc in pœnis differri, ſperans eius vel fame conſtantiam flecti, qui non expaueſceret, fortaſſis autem optaret, pro* CHRISTO *gladio plecti. Martyr ergo digne prædicatur, inter martyres merito colitur, quem etſi ſanguinis purpura non venuſtat, virtutum tamen tormentorumque venuſtiſſime ornat varietas.* *Cur inter martyres referendus ſit.*

ubi ſepultus

Huius ergo viri beatiſſimi corpus Presbyter Eugenius, adnitente Berengario, ſumma cum diligentia collectum, caſtello tumulauit, titulumque cauſſam ſummatim perſtringentem compoſuit, ſperans in reſurrectione ſe cum eo partem habiturum, quem humanitatis obſequiis proſecutus eſt vel defunctum. Edit. I pag.

quo translatus.

II Subdit iſtis Meginhardus B. FERRVTII Caſtello in Bleiſtadienſe monaſterium translationem. ſed eam in B. LVLLVM Archiepiſcopum, a quo facta eſt, translaturus videor commodius. alioque poſtea loco, quando, monachatu depoſito, facti ſint Bleiſtadienſes Canonici, attingam. & ſupra iam lib. I c. XXXI de ſacro martyris capite attigi. In quibuſdam porro illius templi picturis, quæ anno Domini MDXVI renouatæ, vocatur *Abbatia Regalis*, eiuſque dedicatio a Richolpho Archiepiſcopo peracta notatur anno Domini DCCCXII. Et ſuperſunt eodem loco Archiepiſcopi eiuſdem verſus, quibus breuiter Sancti huius martyrium perſtrinxit:

lib. 5. — 292

veteres de eius morte & translatione verſus

Egregius meritis pauſat FERRVTIVS iſtic.
Cingula militiæ Chriſti qui vertit ad aram.
Idcirco eſt pœnis martyr maceratus acerbis,
Per menſes bis ter vinclis & carcere clauſus,
*Spiritus æthercam donec * ſuſcendit in aulam.*
Eugenius, Barger, conderunt oſſa ſepulchro.*
Poſt Leuita humilis Richolphus condidit iſta,
Quam cernis, Lector, ſignas & carmine tumbam.
Pro quo quiſque legis verſus, dic ſupplice voto:
Chriſte tui famuli ſemper miſerere, precamur.

* Surrexit

* veluti abſconderūt

Enimuero, tum picturas illas, tum verſus hos, quos auctor affert, in templo, quod nunc Bleidenſtadel eſt, fruſtra quæſiueris. Id enim ſub finem ſuperioris ſæculi demum excitatum fuit, nec ad prioris magnificentiam adſurgit. Vetus autem, in quo verſus iſti, picturæque cernebantur, bello tricennali, vna cum ædificiis Collegii euerſum eſt.

CAPVT XXXV

De S. RVPERTO, Duce, & Confeſſore.

Iuuabit huc nonnulla illorum, prooemii loco, afferre, quæ *Godefridus Henſchenius* huic *B. Ruperti* vitæ tomo III menſis Maii p. 504 præmiſit. Sic autem ille;

§ II *Eam vitam* (B. Ruperti ſcilicet) *ex mſ. codice bibliotheca Moguntina Societatis Ieſu edidit* Ioannes Buſæus, *eiuſdem Societatis, vna cum epiſtolis* Hincmari, *Archiepiſcopi Remenſis, & conſtitutionibus* Caroli M. *Moguntia an. MDCII. Eandem vitam recudit* Nicol. Serarius *lib. II rer. Moguntiacar. cap. XXXV. Eamdem more noſtro illuſtratam hic damus.* ———— *Eiuſdem* S. Ruperti *vitam, ſed contractam, inuenimus in MS. Vltraiectino eccleſia S. Saluatoris, & in MS. cœnobii Rubea vallis Canonicorum Regularium prope Bruxellas; quam & Germanice tranſtulit* Iacobus Kobelius, *Secretarius vrbis Oppenhemii, eamque, dicatam Adelheida, Abbatiſſa monaſterii in S. Ruperti monte, edidit Oppenhemii an. MDXXIV, praclaris imaginibus ornatam.*

§ III *Sacra memoria* S. Ruperti Confeſſoris, Comitis Palatini, *ad hunc XV Maii inſcripta eſt dictis verbis in* MS. Florario Sanctorum. *At* Ropertus Dux Palatinus Rheni & Confeſſor, *appellatur a* Greveno, *Carthuſiano Colonienſi, in auctario Vſuardi, excuſo ſub nota anni MDXV & MDXXI, & a* Caniſio *in martyrologio Germanico, atque a* Molano *in additionibus ad Vſuardum, a quo additur,* apud Bingam. Ferrarius *in catalogo generali,* Bingii, *inquit,* in Germania ſuperiore S. Roberti Comitis. *Ita etiam* Robertum *appellat* Sauſſaius *in martyrologio Gallicano, qui ex vita longum encomium addit.* Gelenius *in faſtis Agrippinis inter alia ſcribit iſta:* In antiquo Bingio .... requieſcit S. Rupertus, Dux Lotharingiæ & Comes Palatinus, ex cuius reliquiis Coloniam an. MDCXXXII translatis, articulus ex manu, iſt ſacello S. Margaritæ, beneficia recuperatæ ſanitatis ſebricitantibus impendit. *Videntur tunc reliquia* S. Hildegardis *aque ac* S. Ruperti *ob bella Suecica Coloniam translata. Nam MDCXXIV ſolennis Colonia proceſſio ad lucrandum Iubilaum in die Pentecoſtes habita eſt, in qua prater reliquias eccleſiarum Colonienſium circumlata fuerunt* S. Hildegardis cor *adhuc integrum &* lingua, *item* caput S. Roperti Ducis, *adhuc carne vndique fere veſtitum, vt tum Antuerpiam ſcripſit Franciſcus van der Vecken. Nos anno MDCLX fuimus in ipſo S. Hildegardis monaſterio, & inter reliquias* eius cor *adhuc integrum ſumus venerati.*

§ V *Huius Sancti recitatur officium eccleſiaſticum ſub ritu duplici Monachii in Collegio*

Socie-

Edit. I pag. *Ecclesiatis Ieſu, ob ſacras eiuſdem reliquias, quæ ibidem aſſeruantur, ſcilicet* ſpina dorſi, ſiue eiuſdem magna pars, vnciarum vndecim; item aliud os tredecim vnciarum. *Alia ibidem lectio habet:* de ſpina dorſi, os cum carne vndecim vnciarum. *Ita ad nos ſcripſit d. V Iun. an. MDCLXXIV* Simon Mair, *S. I. Sacerdos, & Monachii tunc Præfectus eccleſiæ; at poſtea ſucceſſor eius* Maximus Ponzen *ad nos miſit teſtimonium authenticum de variis huius* Sancti *obtentis reliquiis, & aliis* S. Hildegardis, *immo &* Berthæ, *matris eius, &* S. Satyriæ, *virginis & martyris, in Bauariam translatis; ex quibus Societati Monachienſi data fuerunt ante indicatæ reliquiæ. Ipſum teſtimonium poſt ipſam vitam integrum damus. In his omnibus agnoſcimus ſingulare beneficium admodum R. P.* Chriſtophori Scotrer, *qui nos Romæ tum Aſſiſtens Germaniæ & Vicarius generalis omni cum humanitate fouit, & ſtudia noſtra promouit tam ibi, quam in Bauaria & Germania ſuperiore, quam & Prouincialis & Viſitator rexit, vti & aliquoties Collegium Monachienſe.*

§ VI *Videtur hic addenda memoria* Berthæ *matris* S. Ruperti, *quod infra in vita, eodem modo, ſicut* Robertus *appellatur* Beatus, *ita &* Bertha *ſemper vocatur* Beata, *quæ eſt in filii ſui ſepulcro depoſita, & ſimul reliquiæ ipſius &* B. Ruperti *requieſcunt, & infra in inſtrumento æque* Sanctæ *titulo honoratur atque filius, & duo oſſa de* S. Bertha *matre ſunt cum aliorum reliquiis translata.* Sanctam feminam *appellat* Trithemius: *& in vita Germanica filii, æque ac ipſe, cum radiis depicta eſt iam ab anno MDXXIV. Demum* Arthurus du Monſtier *in Gynæceo ſacro hoc etiam die* S. Bertham *cum debito encomio celebrat.*

SAncti huius RVPERTI, alias ROPERTI, aut ROBERTI, neque Martyrologium Romanum, neque Breuiarium meminit Moguntinum. Apud *Vſuardum* tamen a Molano editum, Maii die XV, ſic legitur: *Apud Bingam ſancti Roperti, Ducis Palatini Rheni, & Confeſſoris.* Sed quonam modo Rheni vocetur Palatinus, videbunt alii. Ego autem, quia celebre quondam, vti *Tacitus*, vetereſque alii monſtrant †, oppidum Binga Metropolitano nunc Moguntiæ Capitulo paret, infraque Moguntiam quatuor tantum miliaribus, ad Rhenum, cis Nauam fluuium, ſita eſt; ſanctam Sancti huius vitam hic non omittendam duxi, quam in libro ad ſororum ſuarum congregationem deſcripſit beata Hildegardis, virgo, vt infra cap. XXXVII explicabitur, doctrinæ, ſanctitatis, diuinarumque illuſtrationum fama inclita: edidit vero, ſuperioribus hiſce annis, e chirographis ſchediis, vna cum Hincmari epiſtolis, Buſæus noſter. Et eam quidem vitam notat in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis *Trithemius* incipere: *Nam vt in vera viſione*, ſicque ipſam inchoant vetera illa ſchedia. Sed ne importunum, nimiſque abruptum ſit exordium, recte paulo altius eam e citato Beatæ libro exorſus eſt editor: recteque idem digreſſiunculas quaſdam omiſit; præſertim cum in MS. mendoſa prorſus vnius oratio ſit, hiulcaque ſententia.

D. Ruperti tantū apud Vſuardum fit mentio.

293 *Vita eius a B. Hildegardis deſcripta.*

† *Tacitus* lib. IV hiſtoriar. cap. LXX; *Notitia Imperii*; *Tabula* item *Theodoſiana*, quarum loca adduxit *Cellarius* geographiæ antiquæ l. II cap. III p. 313, *Ammianus* lib. XVIII cap. II.

II Eum imitabor: adhibita cum dictis iam ſchediis collatiuncula.

B. ROBERTVM Deus in infantia totum ſua gratia perfudit, & ad bonum fidem perduxit; qui clarus genere & diuitiis ſæculi, per liberalitatem benedictionis Dei, charus Deo extitit. Nam, vt in vera viſione video, beatus patronus noſter ROBERTVS, patre ſuo orbatus, cum matre ſua in hoc loco viuens, & operibus bonis inſudans, ac Deo in caſtitate, humilitate, & ſanctitate ſeruiens, cum caducis & temporalibus æterna præmia mercatus eſt. Sicut enim viuens lumen in vera viſione mihi oſtendit, & me docuit, ſic de ipſo loquar.*

Infantia ipſius cæleſtis gratia plena

Vbicunque opinio veræ ſanctitatis fuit, ibi ſanctitas ſtare & permanere diu potuit: vbicunque autem vera ſanctitas non fuit, ibi mendacium durare diu non potuit. In beato autem Roberto vera ſanctitas fuit, quemadmodum diuina maieſtas aperte oſtendit, cum me, & quaſdam ſorores mecum ad locum reliquiarum eius per magnum miraculum magnarum viſionum tranſtulit, vt omnibus cernentibus, & ſcire volentibus aperte apparet.

* Hic incipit *Trithemius* vitam. *Henſchenius.*

Pater igitur matris B. ROBERTI de Lothringin † oriundus, ibidem Princeps exſtitit, & magnam latitudinem prædiorum ac diuitiarum in regione natiuitatis ſuæ, & in aliis circumquaque poſitis regionibus, & circa fluenta Rheni in Pingis habens, magnus ac nominatus inter Principes ſæculi habebatur.

Auus maternus diuitiis & poſſeſſionibus polluit.

294 *Qui vere catholicus exiſtens in temporibus Imperatoris Magni Caroli claruit,* puel-

puellamque, matrem videlicet beatæ BERTHAE, ex longinquis regionibus in magnis diuitiis ortam, in matrimonium coniunxit. Edit. I pag.

† Nomen *Lotharingia* poſtea natum, ac initio dictum *regnum Lotharii*, vulgo *Lotherriick*, Poſt cuius Lotharii Regis obitum an. DCCCLXX diuiſio regni eius facta eſt inter Carolum Caluum & Ludouicum Regem, patruos eius, & huic tunc acceſſerunt Binga & vicina loca. *Henſchenius.*

Bertha ma-ter Robolao pagano in coniugium data.

Ex qua dum filiam, matrem ſcilicet B. ROBERTI habuiſſet, ipſam adultam pagano & tyranno cuidam, nobili tamen & Duci ſecundum ſæculi dignitatem, Robolao dicto, cum adhuc pagani & Chriſtiani propter rudimentum veræ fidei ſimul habitarent, gloria coniugii ſollenniter aſſociauit, & prædia ſua, quæ circa Rhenum in Pingis habebant, eidem filiæ ſuæ in dotem contulit, quatenus ob elegantiam generis ſui, & ob amplitudinem prædiorum ſuorum idem Robolaus ad Chriſtianum nomen cogi poſſet, quod tamen nihil profuit. Qui dum cum ea per aliquod tempus laudabiliter vixiſſet, poſtea, honeſtos mores ipſius videns, grauiter tulit, ac ſe alienis mulieribus coniungens, non illam tamen more coniugii deſeruit, ſed tyrannidem incredulæ mentis gerens, baptiſmum non amauit. Vnde beata mulier hæc valde cruciabatur in corde ſuo, Deo vouens, vt ſi ab illo liberaretur, thalamo alterius viri non aſſociaretur, & ob hoc etiam ſuſpiriis, lachrymis, orationibus ac eleemoſynis ſacrificium laudis Deo offerens dicebat; O! o! quando liberabor de occupatione ſæculi huius, quæ animæ meæ & corpori meo amarus carcer eſt.

Robolai huius peruerſa vita.

S. Ruperti natiuitas.

De beneuolentia autem beatæ BERTHAE magis, quam de ſanctitate eius loquamur, vt gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis ſit. Nam ipſa tandem filium concepit, & peperit, & ſi dicere liceret, pannis illum, vt beata Dei genitrix MARIA filium ſuum, inuoluit. Cuius pater plurima gloria ſæculi, vt præfatum eſt, pollens, in monte illo, qui Lubun *dicitur caſtrum valde munitum habuit, & per totam prouinciam illam, fere vſque ad Moguntinam ciuitatem, Ducatum tenuit. Cumque beatus infans ROBERTVS trium annorum eſſet, pater eius in magnis præliis contra Chriſtianos dimicans, occiſus coram Deo & hominibus interiit, & beata BERTHA vxor ipſius vidua remanſit.* 295

patris Robolai interitus.

Berthæ mariti ſeceſſus ac pietas.

Quæ ſe a vinculo mariti, & a ſolicitudine ſæculi ſolutam videns, præfatum caſtrum deſeruit, & ad alium locum, ſcilicet ſuper Nauam ſitum, in quo nunc reliquiæ ipſius, & B. ROBERTI, requieſcunt, ſe contulit, ibique eccleſiam ædificauit, pretioſitatem quoque & claritatem veſtimentorum abiecit, nec vlterius dignitatem generis ſui, & diuitiarum ſuarum attendit: ſed vili veſtitu & groſſo, velut ſacco induta, ac cingulo cincta, deinceps in continentia viduitatis, vt diu optauerat, Deo deuota ſeruiebat. Multos quoque perfectos, & alios quoſdam bonos homines ad ſe collegit, ac in prædicto loco permanſit, ibique vigiliis & ieiuniis ſe macerans, orationibus etiam & eleemoſynis DEO cottidie miniſtrans, filium ſuum bono exemplo in ſanctitate muniuit: quoniam timebat, quod per cognatos & amicos ſuos ad voluptatem ſæculi moueretur: &, ne hoc fieret, die noctuque illud Deo commendabat.

ſirmum itidem in viduatu permanendi propoſitum.

Sed tamen plurimi tyranni, tam Chriſtum colentes, quam idolis ſeruientes, eam interim infeſtabant, & tam elegantiam generis & corporis ipſius amplectentes, quam diuitiis & prædiis eius inhiantes, eam ſibi matrimonio coniungi affectabant. Ipſa vero omnes vno animo, & vna voluntate animæ a ſe repellebat, & ſoli Deo placere ſtudebat., & filium ſuum magis ad gloriam Dei, quam ad honorem ſæculi educare laborabat. In quo dum bonas virtutes bona ſpe cæleſtis vitæ exſurgere videret, animumque illius magis ad æterna, quam ad caduca innixum attenderet, de plurimis donis ſancti Spiritus gaudebat, quæ in ipſo videbat.

S. Ruperti infantia & pueritia.

Quoniam idem B. ROBERTVS, cum infans & lac ſugens eſſet, mores malitiæ infantis, plorando ſeu iraſcendo, non habuit, & a lacte abſtractus in pueritia ſua in moribus ſuis; velut homo, qui diligentiſſima intentione ad Deum anhelaret, fuit: quapropter pater ſuus eum odio habens, ipſum ſtultum & fatuum fieri multotiens affirmauerat, dum viuebat. Sed qui Deum bona & recta fide colebant, puerum hunc in pueritia ſua tam beneuolum exiſtentem cernentes 296

valde

Edit. I pag. *valde amabant, & beatum futurum, quamuis per ignorantiam, veraciter tamen dicebant. Spiritus ſanctus enim, qui Iacob Patriarcham in vtero matris ſuæ gratia ſua perfuderat, infantem iſtum etiam inſpirauit: quia DEVS miracula ſua ſæpius in iis etiam facit, qui præ mollitia venarum ac medullarum plenam ſcientiam nondum habent.* Mal. 1, 2. Rom. 9, 13. ** In plena etenim benedictione fructuoſæ terræ, ſcilicet beneuolentiæ DEVS Iacob, antequam naſceretur, diligebat, & in eadem inſpiratione beatum ROBERTVM in infantia ipſius viſitauit. DEVS namque præuidit, quod ſenſibilis terra huius pueri ad DEVM anhelare deſideraret, & quia hoc, lac adhuc ſugens, in moribus ſuis incipiebat, omnes qui eum videbant, ipſum valde diligebant: quoniam vbicunque beneuolentia in homine eſt, ad amorem illius deſideria hominum accenduntur, velut ros ſuper granum ad viriditatem illius cadit.*

* Hic digreſſio longa inſerta, tanquam minus neceſſaria a *Buſæo* omiſſa eſt, & a *Kobelio* germanice edita. (H)

† *Itaque cum puer ROBERTVS ſeptem annorum eſſet, litteras diſcere deſiderabat; quibus eum mater ſua inſtrui faciebat, ſed tamen clericum eum eſſe nolebat, ſed in loco patris ſui Ducem prouinciæ ſuæ ac defenſorem eccleſiarum eum eſſe diſponebat.* propenſa erga pauperes voluntas. *Ipſe autem gratia Spiritus ſancti miſericors ſuper pauperes erat, quod miniſterium ac ſuſtentatio beneuolentiæ eſt, quemadmodum viſcera, homini ſeruientes eum continent. Nam & ſecundum mores puerorum vbicunque pauperes puerulos inuenit, eos matri ſuæ obtulit, dicens: Mater, ecce filii tui. Quod factum illa benigne ſuſcipiens, ei reſpondit: Fili mi, fratres tui ſunt.*

† Hic incipiunt MSS. compendia, Vltraiectinum & Rubeæ vallis. (H)

297 *Qui cum competenter & honeſte nutriretur, ætate & ſapientia coram DEO & hominibus proficiens, ad iuuenilem ætatem, in ſanctis moribus ac virtutibus educatus, peruenit, vnctus oleo ſanctitatis, vt Dauid, oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis: atque gloriam totius mundi toto niſu mentis ſuæ ſpreuit, quamuis eam corporaliter coram hominibus habere videretur.* profectus in ſapientia & virtutibus. Pſalm 44, 8 *In bonis namque moribus ſancte viuebat, & eccleſiam piis orationibus aſſidue frequentabat, & quæ in ſacris voluminibus docebantur, bonæ memoriæ pio ſtudio commendabat.*

*Cumque ad duodecimum ætatis ſuæ annum perueniſſet, mater ſua ad ipſum dixit: Fili mi, quoniam plurimas facultates & diuitias habemus, oraculum * in honorem DEI, & ſalutem animarum noſtrarum faciamus.* pium pueri conſilium matri datũ. *Cui ille reſpondit: Non, mater mea, ſed prius, quod euangelium habet, intendamus. Dicit enim CHRISTVS**:* Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam. *Et iterum:* Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. *Quod mater ipſius audiens, quamplurimum gaudebat, quia filius eius tam ſanum conſilium ipſi dederat. Nam per Spiritum ſanctum bona & ſancta deſideria in animo illius iuuenis, ſicut balſamum, ſudabant: & quomodo hæc, quæ locutus fuerat, fieri poſſent, ſecum ſilenter tractabat, & ſic obdormiebat.*

* *Oraculum* pro *oratorio* ſumi, ſæpius annotauimus. (H)

** l. *Et Propheta dicit.* Ita MSS. & perperam apud *Buſæum* & *Serarium* legitur: *Dicit enim Chriſtus.* Eſt autem hic locus Iſaiæ LVIII, 7. (H)

Vnde per admonitionem Spiritus ſancti quendam ſenem in ſomnis vidit, qui pulchram faciem habens, quoſdam puerulos, quos in limpida aqua lauit, quos poſtea in quoddam pomerium omni genere florum & arborum amœniſſimum & odore cunctorum aromatum plenum inducens, candidiſſima veſte induit. ſomnium eiuſdem notabile. *At B. ROBERTVS amœnitate eiuſdem loci allectus, ad ſenem dixit: Hic manere volo; cui ſenex reſpondit; Hic modo non permanebis, quoniam fructuoſam ſcalam in*
298 *cælum tibi parabis, vbi ſocius angelorum eris. Quapropter, quod de pauperibus diſpoſuiſti, perficere non negligas, quatenus per victum & veſtitum illorum cibo vitæ paſcaris, ac veſte, qua Adam per inobedientiam exutus eſt, induaris, ſæculoque peregrinus mente factus, optimam partem tibi eligas.* Luc. 10, 42

Sed poſtquam beatus puer ROBERTVS euigilauit, hæc, quæ in ſomnis viderat, matri ſuæ narrauit. Vnde illa multum gauiſa, ad Dominum genua ſua flectens orabat, dicens: O Domine DEVS meus, deſiderium meum in filio meo implebis. cura pauperum commodis impenſa. *Et deinde tam mater, quam idem filius eius iuxta ripam deflu-*

ontium aquarum quædam habitacula domorum ædificantes, inibi pauperes & nu- Edit. I
dos conſeruabant. Quibus etiam victum & veſtitum per duos fideles & ſanctos pag.
viros ſubminiſtrabant. Quorum alter Wigbertus dictus, eis in ſacerdotio ſeruiebat, alter vero quidam miniſterialium ipſorum exiſtens indoctus erat.

propoſitum B. imitandi Alexium. Ipſe quoque B. ROBERTVS teneræ ætatis, & nobilitatis ſuæ propter amorem CHRISTI oblitus, pedes pauperum multotiens lauit, cibum & potum ipſis appoſuit, ac lectos ſæpius eis ſtrauit, & ſic vſque ad quintumdecimum ætatis ſuæ annum DEO fideliter ſeruiuit. Et quoniam in pompa ſæculi per multas diuitias & familiam pollebat, in quibus ſe ad ſæculum trahi videbat, apud ſe tandem tractare cœpit, quomodo B. Alexius patrem & matrem, domum ac diuitias ſæculi peregrinatus reliquit, & ſe illum in hoc imitari omnino elegit, *quod matri graue.* quatenus DEO tanto liberius ſeruire in quiete poſſet. Quod mater ipſius quibuſdam indiciis in eo ſentiens, quamuis eam hoc celaret, ipſi cum lachrymis dicebat: Fili, doloris maternorum viſcerum recordare, & gemitus matris tuæ viduæ attende, & familiam tuam in te ſolum confidentem aſpice, & ne nobis intolerabilem miſeriam inferas, præuide. Nam de facultatibus noſtris pauperibus & egenis, ac omnibus indigentibus, ſecundum quod tibi placuerit, erogare poteris. Et quid tibi melius & vtilius eſt, quam DEO ſic ſeruire? Hæc matre 299
ſua multis lacrymis, multiſque gemitibus loquente, in corde ſuo beatus hic iuuenis valde turbatus eſt.

ſollicitudo euitandi inſidias diaboli. Eodem quoque tempore quidam nobiles, tam de extraneis, quam de conſanguineis ſuis ad eum veniebant, dicentes: Tu, qui tantum honorem Ducatus, tantasque diuitias ſæculi habes, cur te tam contemptibilem facis? Et his aliiſque ſimilibus verbis eum cottidie lacerabant, tentantes, ſi ipſum a bono propoſito, & a bona via ſua auertere poſſent. Quod ille cernens, matri ſuæ dicebat: Ecce, per ſuggeſtionem diaboli, qui propoſito & vitæ meæ inuidet, irretitus ſæculo implicabor, & poſt vias patris mei, quamuis nolens, ibo. Nam peregrinationem ob hoc deſiderabam, vt ſoli DEO tanto liberius ſeruire poſſem. Quo audito mater ipſius, quæ totam ſpem ſuam in DEVM poſuerat, præ timore anguſtiata & grauata, metuebat, ne filius ſuus per nobilitatem generis ſui illectus ſæculo implicaretur: maluíſque herede carere, quam filium ſuum ſæcularibus implicamentis irretitum diabolo ſeruire, ipſi, quantum præ dolore potuit, aiebat: Fili, quoniam video te per multa conſilia turbatum inconuenienter ad ſæculum trahi, fac quod vis, & peregrinationem, quandiu optaſti, aggredere, & ille, *Luc. 24. 18* cui dictum eſt, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, in itinere tuo ſit, teque incolumem mihi ad gloriam nominis ſui remittat.

Suſcepta peregrinatio. At ille ex voluntate matris ſuæ peregrinationem arripuit, atque ad limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli cum quibuſdam hominibus ſuis profectus eſt. Quem cum homines regionis illius viderent, ſuper eo admirati ſunt, ad inuicem dicentes: Vere hic homo nobilis eſt; facies enim eius clara apparens in beneuolentia lucebat, quoniam gratia Spiritus ſancti ipſum perfuderat. Vnde & omnes, qui eum intuebantur, in amplexione caritatis ipſum diligebant. Nam ſicut ſtel- 300
la abſque nube clareſcit, & clara eſt, ſic etiam in facie hominis beneuolentia conſpicitur, quia idem homo in bona conſuetudine Spiritus ſancti eſt.

Et cum B. ROBERTVS ſe DEO meritiſque ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli cottidie commendaret, per aliquod tempus ibidem moratus eſt. Eo autem ibi moras faciente, a quibuſdam religioſis viris eiuſdem regionis interrogabatur, cuius conuerſationis, aut deſiderii foret: quibus ipſe omnia, quæ in corde ſuo habebat, aperuit. At illi conſilium ei dabant, vt Euangelium hoc *Matt. 19, 21* attenderet, vbi ſcriptum eſt: Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me: quoniam peregrinatio ipſi bona & vtilis eſſet, ne diuitiæ nobilitatis eum ad perditionem traherent. Qui conſilio eorum ſe ſubdidit, & ſe ita facturum in animo deliberauit.

reditus ad matrem; Ad matrem ſuam denique reuerſus, in prædio ſuo, quod latiſſimum fuit, villas & eccleſias, in quibus locis non erant, ædificari fecit, & hominibus ſuis ea diſtribuit, quatenus inibi manentes, & matri ſuæ, quamdiu viuerent, miniſtrarent, ac cunctis ſuperuenientibus, & in neceſſitate laborantibus in adiutorio ſubuenirent. Ipſe vero Ducatum, matrem, familiam, & poſſeſſiones

ſuas,

Edit. I pag. *ſuas, & omnia quæ habebat, relinquere, & pro Chriſti nomine peregrinus fieri cogitabat.*

* *Poſſeſſio autem prædiorum eius, quam hereditario iure tam a patre, quam a matre, & a ceteris progenitoribus ſuis poſſederat, a loco illo, vbi reliquiæ ipſius conditæ ſunt, videlicet, vbi Naua fluuius Rheno influit, ſurſum per ripam Rheni vſque ad* Sellam *fluuium* ** *ſe extendebat, & deinde ad alia duo flumina, quorum primum* Wiza, *ſecundum* Apffla *dicitur, tranſibat, & illic vltra Nauam fluuiolum* Elram *dictum, qui ibidem medius trium fluuiorum eiuſdem vo-* possessiones ipsius;

301 *cabuli eſt, aſcendebat, & ab hinc ad* Simeram *amnem* † *dirigebatur, & inde per ſiluam* Sane, *vbi amnis, qui* Heienbach *vocatur, Rheno ſe infundit, recuruabatur.*

* Hunc locum totum a ſe deſcriptum edidit *Freherus* in origin. Palatin. part. II cap. XI; at, quod expectabamus, ipſa loca, & maxime fluuii vbi ſint ſiti, non indicauit. H.

** *Kobelius* in vita germanica *Selſam* fluuium ſtatuit ad Ingelheimium oppidum, ſcilicet ſurſum ad Rhenum, nec procul inde fluuioli *VViza* & *Apffla* ſtatuuntur, vulgo *Selſs*, *VViiſs*, *Apffel* dicti. H.

† *Simera* vrbs Ducatus titulo celebris eſt ad amnem *Simeram*, qui in Nauim defluit, & hinc termini Ducatus S. Ruperti videntur aſſignandi.

Habitatio autem tam B. ROBERTI, quam matris ipſius eodem tempore propter ſuauitatem defluentium aquarum in ipſo loco erat, vbi reliquiæ eorum nunc conditæ ſunt. Ciuitas vero ipſorum ibidem ſita, & fortiſſimis ædificiis munita per totam adiacentem planitiem vſque ad radicem vicini montis, & vſque ad ripam Rheni tendebatur. Sed ex altera parte Nauæ fluuii vicus erat, in qua habitacula famulorum & piſcatorum eorum, & ſtabula equorum ipſorum, ac horrea, vbi frumentum eorum condebatur, & torcularia, vbi vinum ipſorum exprimebatur, fuerunt. In ipſis quoque locis maior celebritas, & maior copia diuitiarum, & omnium ſecularium dignitatum illo tempore pollebat, quam in aliis ciuitatibus eiuſdem regionis vigeret: quoniam ibi concurſus & tranſitus multorum hominum, diuitiarum, prouinciarum aſſidue frequentabatur. habitatio;

Denique cum B. ROBERTVS iuuenilem ætatem attigiſſet, ſcilicet, cum iam fere viginti annorum eſſet, multi propinquorum & miniſtrorum eius ipſum quamuis renitentem ad voluptatem ſeculi trahebant: quos ipſe, quia totus in DEI amore ardebat, a ſe piis & conuenientibus verbis repellebat, quia DEVS, qui omnia tam futura, quam præterita & præſentia nouit, aliud in eo præuiderat. Nam dum idem beatus, velut arbor fructuum plena, tam pinguis & elegantis naturæ eſſet, vt mens ipſius per generoſitatem & diuitias ſeculi in contrarietatem bonorum facile peruerti, & in ſanctitate areſcere poſſet, quemadmodum in quibuſdam hominibus ſæpe accidit, qui bona opera inceperunt, in quibus poſtmodum aruerunt, DEVS ipſum ad ſe tulit. iuuenis ad ſanctimoniam, aliaſque virtutes compoſita.

Quidam enim in conuiuiis peccatorum ſemper conuiuantes, DEO interdum

302 *ſecundum voluntatem ſuam promittunt, quod quandoque a peccatis ſuis reſipiſcere velint: & in hoc diabolus multotiens eos decipit, ita vt poſtmodum in laſciuia plus peccent, quam ſi votum iſtud in animo ſuo non haberent, quia tempus peccandi, & tempus peccata relinquendi ſibi conſtituunt. Hi namque tempus, quo peccare deſiſtant, in moribus ſuis diſponunt, & interim grauiora peccata, quam prius peccauerint, committunt, & ſic proprietatem voluptatis ſuæ pro DEO habent, & in ſuauitate iſta per diabolum decipiuntur, cum eis infundit, vt omnia, quæ deſiderant ſecundum voluntates ſuas, faciant, quoniam per breue tempus illas habituri ſunt,* * *&c.*

* Altera hic interiecta digreſſio. (S.)

DEVS autem in dilecto ROBERTO ſtipulam vento agitatam non inuenit, quia quicquid idem Sanctus de inſpiratione Spiritus ſancti accepit, ipſo adiuuante feſtinanter compleuit, quoniam tempora proprietatis ſuæ ſibi non propoſuit. Denique mater beati iuuenis huius ROBERTI, cum in viduitatis continentia DEO bonis & ſanctis operibus deuote ſeruiret, ſomnium diuina reuelatione vidit, coſtam, ſcilicet, de latere ſuo cecidiſſe, vnde multum perterrita, crebros gemitus, & crebra ſuſpiria cordis ſui pertulit, ſicut & poſtmodum non multo tempore tranſacto patuit. matris Berthae ſomnii præſagiens.

Nam filius eius B. ROBERTVS, cum in intentione deuotionis, quam DEO Ruperti

vouerat,

infirmitas, ſomnium memorabile.

vouerat, eſſet, quatenus eam compleret, magnis febribus infirmari cœpit, in Edit. I
qua infirmitate ſenex, quem dudum in ſomnis viderat, ei apparuit, dicens: Ego pag.
antiquus dierum, qui Danieli in viſu noctis apparui, ſum, & nunc etiam me
tibi manifeſto, teque ad gloriam infinitæ beatitudinis voco, quoniam per pome-
rium, quod tibi olim in viſu demonſtraui, bona & ſancta opera, quæ modo com-
pleſti, veraciter præmonſtraui. Qui vt de ſomno euigilauit, triſtitia & timore
perterritus, quia libenter compleſſet, quod DEO in deſideriis ſuis vouerat,
matri ſuæ, quæ viderat, indicauit. Sed illa protinus maximo mœrore percuſ- 303
ſa, quantos gemitus, quantoſque luctus his auditis ediderit, a quolibet ſimile
paſſo animaduerti poteſt.

beatus obitus. Sap. 4, 11.

Itaque cum beatus iſte per triginta dies in præfata infirmitate laboraſſet, vi-
ceſimo ætatis ſuæ anno DEVS eum in bona confeſſione & in DEI timore de hac
vita tulit: ne ſi ad perfectam ætatem perueniret, poſt vias patris ſui incederet,
quia qui omnia nouit, ſic illi expedire præſciuit. Deus enim illi præuenit, & ipſum
in innocentia fulgentem de hac vita ſubtraxit.

ſepultura.

In oratorio autem, quod ipſe &
mater ſua ſuper Nauam fluuium in ſupradicto prædio ſuo conſtruxerant, cum ma-
ximo concurſu populorum totius regionis ſepultus eſt: aliis quidem ſuper eum flen-
tibus, quoniam immaturus de præſenti vita ſublatus eſt; aliis vero ſuper eum
gaudentibus, quia per miracula, quæ DEVS ibidem per eum fecit, tota regio
illa, velut dies per ſolem, illuminata eſt. Per octo namque annos DEVS plu-
rima ſigna & miracula per merita huius dilecti ſui in prædicto loco in infirmis, in
claudis, & in captiuis fecit, ita vt quicunque in tribulationibus vexabantur,
ad ſepulchrum eius venientes per gratiam DEI liberati ſint.

matris Berthæ *ſingularis in virtutibus progreſſus,*

Beata autem BERTHA, vidua DEI electa, poſt felicem obitum filii ſui,
ſanctam vitam in magna contritione cordis ſui deinceps duxit, & omnia, quæ
habuit, ad ſepulchrum filii ſui pro ſeruitio DEI obtulit, & cuncta neceſſaria con-
gregationi fratrum, qui ibidem DEO in diuinis ſerniebant, ex his pleniter ſub-
miniſtrauit. Nam poſt finem filii ſui in omni bonitate ieiuniorum, eleemoſynarum,
& orationum fere per viginti quinque annos viuens, multos labores pro DEI
amore pie & iuſte conſummauit, & deinde corporali infirmitate correpta, ſpiri-
tum, quem ſemper in cæleſtibus deſideriis infixerat, DEO reddidit, & in pace in
ſepulchro filii ſui in præfato prædio ſuo honorifice ſepulta eſt.

& mors ſancta.

Binga poſt id temporis deuaſtatio,

Qua defuncta prædictus locus in honore ſanctitatis, & in pace quietis vs- 304
que ad tyrannidem Nortmannorum perſtitit. Quibuſdam etenim annis poſt feli-
cem tranſitum beatæ huius Berthæ tranſactis, gens Nortmannorum a finibus ſuis
egreſſa plurimas ciuitates circa fluenta Rheni diuino iudicio deuaſtauit. Treue-
rim quoque deſtruxit, & ſic graſſando ad ciuitatem Robolai**, patris ſcilicet*
B. Roberti, vbi Naua fluuius Rheno commiſcetur, de quo ſupra dictum eſt,
perueniens, hanc etiam ruina & incendio ad nihilum redegit.

* Treuirenſis vrbis excidium contigit an. DCCCLXXXII & ſequenti. *H.*

** *Binga* hic appellatur *ciuitas Robolai*, patris S. Ruperti. *Henſchenius.*

& ad alteram ripam translatio.

Quo facto, cum nefarii homines iſti, tandem repercuſſi, feritatem ſuam de-
poſuiſſent, & ad terras ſuas redirent, incolæ præfati loci, qui ſuperſtites re-
manſerant, & qui per diuerſa latibula diſperſi fuerant, reuertentes, & ciuita-
tem ſuam dirutam cernentes, altera parte Nauæ fluuii, propter munimen decur-
rentium fluminum, & adiacentium montium, alia habitacula ſibi ædificabant:
& omnia, quæ in lignis, & lapidibus, in eiectis fundamentis, atque in aliis
vtenſilibus a prædicto deſtructo loco deferre poterant, ad alteram ripam Nauæ,
illuc ad habitandum deportabant. Et ſic prior locus, qui dudum frequentia po-*
pulorum, celſitudine ædificiorum, amplitudine diuitiarum pollebat, deſolatus eſt,
atque per ſubſequentia tempora ad maiorem deſolationem perductus.

* Ex his patet, *vetus* Bingium ab *hodierno*, quod ad dextram Nauæ eſt, probe diſcernendum; illud vero Treueris adſcribendum eſſe: de quo alioqui dubitarunt *Cellarius* geographiæ antiquæ lib. II cap. III p. 314, nec non auctor præfationis ſcriptoribus Wirzburgenſibus præmiſſæ, *E. G. Rinckius* pag. 35; quod ὁδῷ πάρεργον notandum duxi.

Ruperti bona diſtracta.

Quoniam omnia prædia, quæ B. ROBERTVS hereditario iure poſſederat,
per extraneos, & diuerſos homines in contrarietatem diſſipationis diſtracta ſunt,
& nihil ex iis inconuulſum permanſit, excepta eccleſia, in qua idem DEI electus,

Edit. I pag. *vt ſupra dictum eſt; vna cum matre ſua requieuit: quæ & vſque ad tempora noſtra durauit: ſic etiam, quod eam oculis noſtris perſpeximus, cum ad eundem locum demonſtratione perueniſſemus, & exceptis quibuſdam paucis vinetis ad eandem*
305 *ecclesiam pertinentibus, quæ a Domino Hermanno Hildesheimenſi Epiſcopo *, & fratre ipſius nobili viro, Bernardo dicto, per nos pretio comparauimus.*

* *Hermannus* præfuit eccleſiæ Hildesheimenſi ab anno MCLX ad annum MCLXXIV, quo redux ex Palæſtina obiit in Italia. At *S. Hildegardis* vixit vſque ad annum MCLXXVII. *(H.)*

CAPVT XXXVI

De Sancti eiuſdem reliquiis, & parthenone.

I

Ceterum ſancti huius reliquiæ in eodem adhuc Virginum monaſterio viſuntur. Corpus enim, quamuis diſſolutum, pelle tamen adhuc pæne obtectum eſt, præſertim pedes, quorum vnum argenteus continet ibidem calceus; alterum ex altero, qui remanet, calceo, abſtuliſſe, alioque miſiſſe dicitur Cardinalis Albertus *. *Quæ earum ſuperſint;*

* Per litteras ſuper his interrogatus Reuerendus cœnobii Rupertino-Eibingenſis h. t. Præpoſitus, *Vitus Seidel*, ita reſpondit: *Omnia hodieque ita ſe habent. Corpus pelle, immo & carne obtectum. pes vnus integer & incorruptus: ſimiliter & pupillæ oculorum, alter pes ſeruatur in eccleſia metropolitana Moguntina, quo per Cardinalem Albertum translatus videtur.*

De cetero, quum, monaſterio Rupertino a Suecis exuſto, anno MDCXLI iuſſu Eminentiſſimi Archiepiſcopi, *Anſelmi Caſimiri*, de ſtatu illius inquirerent, quibus id commiſſum erat, *Ambroſius Saibaus*, Suffraganeus Moguntinus, *Adamus Freiſpach*, Prouicarius in ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis & Decanus ad gradus, nec non *Fridericus* a *Driel*, Scholaſticus ad S. Victorem, Abbatiſſa, de reliquiis his interrogata, reſpondit; *D. Ruperti, D. VViperti, D. Bertha, D. Hildegardis, & D. Giſelberti*, aſceterii Eibingenſis patroni, corpora Moguntiæ; Coloniæ vero *D. Ruperti* caput, pedem vnum & cor, vnumquodque ſeparatim argento incluſum, adſeruari: coſtarum vero *D. Ruperti* vnam ablatam eſſe.

II Et cum in cœnobium illud anno Domini MCLVIII veniſſet S. Bernardus, *obtulit* (verba *Trithemii* ex Hirſaugienſi Chronico iam loquar) *ſancta virgo Hildegardis, virgo Dei, poſtulanti particulam reliquiarum S. RVPERTI Ducis, & Confeſſoris, pro quibus & ipſe poſtea nonnulla Sanctorum capita ei remiſit. Facta ſunt hæc in monte S. RVPERTI in præſentia Meginhardi Comitis de Spanheim, ſub cuius ditione temporali præfatum cœnobium conſtructum eſt, in quo & filiam habuit ſanctimonialem, nomine Hiltrudem, virginem ſanctiſſimæ conuerſationis, quæ cum B. Hildegarde, ſub magiſterio B. Iuttæ in amore Dei fuerat inſtituta. Aderant ibi cum eo Comite præſentes Cuno Abbas S. Diſibodi, & Bernhelmus primus Abbas in Spanheim, cum multis aliis clericis, monachis, & ſæcularibus. Ibi tunc Bernhelmus præfatus, per medium S. Bernardi, ad inſtantiam ſui ac Comitis Meginhardi, dextrum crus, a genu infra vſque ad pedem excluſiue, de corpore S. RVPERTI Ducis, integrum cum cute & carnibus a B. Hildegarde, & tota eius congregatione ſanctarum virginum obtinuit, & cum magna reuerentia & honore ad ſuum monaſterium Spanheimenſe introduxit, quod, vſque in hodiernum diem, integrum habemus.* Eadem fere in Sponheimenſi Chronico, ſed anno MCL. *Dedit*, ait, *S. Hildegardis viro Dei Bernardo poſtulanti, particulam reliquiarum S. RVPERTI Ducis Bingionum & Confeſſoris. Et Bernhelmus Abbas, interuentu Comitis Meginhardi fundatoris, ab Henrico Archiepiſcopo Moguntino, & S. Hildegarde dextrum crus B. RVPERTI Confeſſoris & Ducis ſupradicti, a genu infra vſque ad pedem ſeſtalum, cum pelle, carne, & oſſibus integrum obtinuit. quod, cum magna reuerentia & bonore, huic monaſterio ſuo Sponheimenſi aduexit.* *quæ B. Bernhardo ceſſerint; quæ Bernhelmo Abbati Spanhemenſi.*

806

III Extat ſancti eiuſdem Ducis & Confeſſoris vita germanice, per *Iacobum Kobelium*, anno Domini MDXXIV Oppenheimii typis excuſa, nonnulliſque imaginibus ornata, quæ ex iam dato Hildegardis commentario fere prompta. Quomodo autem in Beati huius beata illa poſſeſſionem, montemque & arcem *de vita D. Ruperti ſibi germanice edita.*

venerit, &, ad eius tumulum, parthenona ſacrum excitarit, facient, quæ ſequuntur, manifeſtum. Edit.I p. 306

Monaſterium *D. Ruperti*, vt ex ſequentibus conſtat, initia ſua debet *D. Hildegardi*; quæ quidem id auxilio Meginhardi, Comitis Spanhemenſis, aliorumque ſtatuit in monte iuxta Bingam, ad Nauæ & Rheni confluentes: quo loci olim Ruperti Ducis fuerat regia.

Factum id ſub annum MCXLVII, vid. *Trithemius* in chron. Hirſaugienſi ad h. a. p. 416, Sponhemenſi p.

Quoniam vero ipſa, ceteræque, quas ſecum adduxerat, virgines bonorum ſuorum partem monaſterio D. Diſibodi, iuxta quod hactenus intra parietes ſacros incluſæ ſibi Chriſtoque vixerant, dotis obtulerant loco, Cuno, montis Abbas, ne haberent, quod quererentur, illorum loco VIII manſos, diuerſis in locis, eis adſignauit, ac in perpetuum tradidit: Heligerus vero, cum deceſſoris factam cum eis permutationem poſtea firmaret, hoc, quod Hildegardis excitarat, aſceterium ſimul liberum dixit, dimiſitque: modo quod ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſeruarit ius, boni teſtimonii monachos, qui ſacris locum curent officiis, ſanctimonialium ad petitum, ibidem conſtituendi. vid. *Arnoldi* Archiepiſcopi, de quo ſtatim, diploma.

Conditum autem fuit in vſus virginum, gemina natalium nobilitate conſpicuarum, ſiue, vt in veteri quodam fragmento eſt, *vere ex patre & matre nobilium, de quarum illuſtri generatione & familia nullum dubium ſit.*

Ordinis ac inſtituti eſt a D. Benedicto in orbem inuecti; & quum ſæculo XV temporum, morumque malignitate a priſcæ diſciplinæ ſanctimonia defeciſſet, ad intermortuæ religionis officia ſtudio atque auctoritate Archiepiſcopi *Bertholdi* fuit reuocatum. Is enim non ſolum anno MCCCCXCII, VII menſis Iunii die, *VVolfgango* de *Bicken*, ſuo in eccleſiaſticis Vicario, *Ioanni Bertramo*, Doctori & Profeſſori Theologo, *Andreæ Eler*, Decretorum Doctori, & *Ioanni Flich*, fratri congregationis Erbacenſis, in mandatis dedit, vt illud inuiſant, & tum in mores, vitamque ſanctimonialium, tum rei familiaris adminiſtrationem omni ſtudio inquirant: verum etiam poſt ad veteris diſciplinæ vigorem reduxit, ſanctimonialibus ſex Schönaugia accitis, & *Guda*, *Specht* nuncupata, de *Bubenheim*, omnium conſenſu parthenoni præfecta. Conf. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCCXCIV p. 554 & Sponheimenſ. p. 404.

Inter hæc vero egregiis exornabatur priuilegiis; de quibus reuerend. Præpoſitus *Seidel* ita ad nos: *Ceterum priuilegia exemptionis a Cæſaribus, Principibus Electoribus Moguntinis & Palatinis monaſterio Rupertino conceſſa ſunt certe inſignia, & a plurimis Imperatoribus, nouiſſime adhuc ab Auguſtiſſimo Carolo VI, glorioſiſſime hoc tempore regnante, confirmata, quorum autographa in monaſterio Eibingenſi adſeruantur.* Occurrit inter alia *Arnoldi* Archiepiſcopi editum XI Kal. Iun. an. MCLVII, quo non poſſeſſiones ſolum illius firmat, ſed monialibus etiam liberam Abbatiſſæ electionem concedit, eaſque in ſuam, ſuorumque in ſede Moguntina ſucceſſorum recipit clientelam; vt in cod. diplomat. quo id dedimus, videre eſt: cum maxime vero *Friderici I* Imperatoris an. MCLXIII, a. d. XIV Kalend. Maii Moguntiæ confectum; quo Arnoldino iſti non modo robur adiicit, verum etiam nouo augmento parthenonem hunc omnibus exactionibus atque oneribus exemptum voluit. quod, cum ad verbum legi dignum ſit, l. d. inſeruimus. His adde aliud *Sifridi II*, anno MCCXXV perſcriptum; quo omnia a deceſſoribus ſuis eidem indulta rata habuit atque corroborauit. *Helvvichius* elench. nobilitat. eccleſ. Moguntinæ ſect. I p. 2 & 4.

Enimuero bello tricennali triſtem plane cum pluribus aliis caſum ſuſtinuit, ſiquidem anno MDCXXXII, cum clauſtri Antiſtitam ageret *Anna Lerchin* de *Dirmſtein*, ipſa dominica *in albis* a milite Sueco in cineres fuit redactum. Auctor deuaſtationis fuit *Alexander Hanna*, gente Scotus, vigiliarum præfectus in legione Suecica tribuni Iacobi Ramſe: qui cum poſtea in conflictu apud Benfeldam, Alſatiæ oppidum, letale accepiſſet vulnus, prius quam ſpiritum effunderet, dixiſſe fertur, nil magis ſibi dolere, quam quod concremari iuſſerit monaſterium hoc Rupertinum prope Bingam. Referunt id nobis cum ephemerides monaſterii ad S. Iacob. in monte ſpecioſo, tum maxime cœnobii Eibingenſis, in quibus id, vaſtationis huius triſtis ſpectator, ac teſtis oculatus, *Caſpar Lerch* de *Dirmſtein*, Abbatiſſæ germanus, conſignauit.

Parthenone ita euerſo, ſacer virginum cœtus diſperſus eſt. quædam enim Coloniam, quædam Lucenburgum, quædam Moguntiam, aliæ ad affines & cognatos ſe receperunt. Poſt vero rurſum congregatus ac anno MDCXLI, iuſſu *Anſelmi Caſimiri* Archiepiſcopi, Eibingam translatus eſt, quo cum *Anna Lerchin*, pace reſtituta, licet aliquoties ab Eminentiſſimo Ordinario citata, redire nollet, ſed in monaſterio Kitzingenſi, in quod ſeceſſerat, perſeueranter moraretur, hæreret, perſtaret, ipſa adhuc in viuis exiſtente cœnobio præfecta fuit *Vrſula* de *Sickingen*; quam dein excepit *Anna Iuliana Schützin* de *Holzhauſen*; hanc, *Maria Scholaſtica* de *Manteufel*; qua fatis functa eligentium ſuffragiis regimen ſubiit *Maria Anna Vlnerin* de *Diepurg*; & poſt eam, quæ hodie adhuc eidem præeſt, *Maria Antonia Müll* de *Vlmen*.

Vtuntur tamen Abbatiſſæ etiamnum titulo Abbatiſſarum *montis Rupertini*, litterisque publicis ac contractuum, vt appellant, inſtrumentis ſic ſubſcribunt: *Abbatiſſa montis S. Ruperti & Eibingæ*.

Situm autem *Eibingenſe* hoc monaſterium eſt in Rhingauia, proxime Rüdishemium, montana verſus, ab ipſa B. Hildegarde, vt in vita eius eſt, excitatum: fuitque ſemper *Prioratus* titulo parthenoni Rupertino ſubiectum,

adunatam-

[illegible] pag. [illegible] ſiouanamque. Habetur de eo MS. antiquiſſimum, in quo inter alia legas, D. Hildegarden ſingulis hebdomadibus bis traiecisſe Rhenum, & Eibingenſe hoc clauſtrum*, qua par erat, vigilantia, inuiſiſſe.

Dedicatum eſt *S. Giſelberto*, cuius etiamnum religioſe ſeruat ac cuſtodit reliquias, vt ex ſupra dictis patet.

Id vero haud ſecus ac Rupertinum ſuperioribus temporibus auitæ puritatis perdiderat nitorem. quod cum *Iacobo* Archiepiſcopo, de ſanctiore diſciplina ſanctimonialium in mores reducenda ſerio cogitanti, grate admodum eſſet, id operam dedit, vt a vitiis & mundanæ contagionis illecebris repurgatum, ad veteris religionis cultum reduceretur.

Rupertinum interim ſuis adhuc lacerum horret ruinis, funeſtum omnino ac triſte malorum, quæ archidiœceſin Moguntinam bello Suecico afflixerunt, monimentum.

CAPVT XXXVII

De B. HILDEGARDE.

I

QVia non S. RVPERTI vitam & locum tantummodo, ſed totam quoque Moguntinam diœceſin egregie illuſtrauit B. HILDEGARDIS, æquum ſane videtur, ingrato hic eam non præteriri ſilentio. Eius vero hiſtoriam libris tribus contexuit Benedictinus Abbas *Theodoricus*; eaque a pio quodam, quem puer noui, ſacerdote, Coloniæ, vna cum Beatæ huius opuſculis aliquot in typographicum prelum data, & Reuerendiſſimo ac Illuſtriſſimo DANIELI noſtro dedicata eſt. Et priores quidem libri duo, magnam partem, ſunt ex ipſius excerpta Virginis voluminibus, poſtremus autem varia eiuſdem recenſet miracula, beatumque e mundi huius carcere in cælos abitum. Dignos vero libros eoſdem iudicauit *Surius*, quos in tomum ſuum quintum referret, ac ex iis, ſuperiori iam ſæculo, breuem veluti ſummulam collegit *Ioannes Trithemius*: & quidem non
307 vno tantum loco, ſed pluribus, in catalogo ſcilicet illuſtrium Germaniæ virorum, lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, lib. II de viris illuſtribus ord. S. Benedicti c. CXIX, l. III c. CCCXXXIV, in Spanheimenſi Chronico, itemque in Hirſaugienſi. Qui plura igitur volet, adire illos poterit. paucula ego tantum ex iſto Hirſaugienſi opere transſcribam.

B. Hildegardis vita a Theodorico, ſcripta,

& a nonnullis edita,

ſummatim expoſita a Io. Trithemio.

II *Fuit virgo HILDEGARDIS beatiſſima, oriunda ex comitatu Spanheimenſi, in villa, quæ vocatur Bickelnheim, patre Hildeberto, & matre Mechtilde progenita, temporibus Henrici Imperatoris IV, anno Domini MXCVIII*, Indictione VI; cuius pater Hildebertus vir nobilis, in curia Comitis Meginhardi de Spanheim nobiliſſimi & illo tempore potentiſſimi militabat, vir diues & honoratus in ſæculo.*

quod attinet ad locū eius natalem ac parentes,

* Conf. huc, quæ poſtea ex *Pagio* dabimus. *Kernerus* in *excerptis Fellerianis*, trimeſtri III n. XVI p. 163 perperam ad an. MCXL; *Hildegardis, altera Sibylla, naſcitur prope Pingriam* (Bingen) *ſuper Rhenum flumen, ſecundum* Vincentium *in* Speculo.

At Hildegardis anno ætatis ſuæ V monaſticis diſciplinis imbuenda tradita fuit a parentibus ſuis beatæ virgini Iuttæ in monte Diſibodi, pro Chriſti amore incluſæ, ſorori præfati Comitis Meginhardi, de qua ſuperius dictum eſt: a qua in timore Domini laudabiliter erudita, nihil aliud quam cæleſtia didicit amare, in eodem loco omnipotenti Deo multis annis in humili caſtitate ſeruiuit, donec tandem poſt obitum venerabilis Iuttæ, numero virginum augmentato, per diuinam reuelationem inſtructa, ad montem S. Ruperti iuxta oppidum Bingionum, vbi Nahus Rhenum influit, cum octodecim ſubiectis monialibus tranſmigrauit.

educatio in monte D. Diſibodi,

receſſum ſuum in montem D. Ruperti

Ibi Comite de Spanheim Meginhardo, aliiſque fidelibus Chriſti adiuuantibus, cœnobium pro ſacris virginibus conſtruxit, in eo videlicet loco, vbi S. RVPERTVS Dux cum matre ſua, Bertha nomine, ſancta femina, temporibus Ludouici I Imperatoris caſtellum & manſionem habuit; ſub cuius magiſterio inter alias feminas ſacras Hiltrudis, virgo deuotiſſima, fuit ipſius Comitis Meginhardi præfati ſpecioſiſſima filia, de qua ſupra dictum eſt, quæ amore cæleſtis regni latum in terra dominium reſpuit, & ſanctæ conuerſationis habitum ſub di-
308 *ſciplina ſororis genitoris ſuæ Iuttæ, in monte diui Præſulis Diſibodi ſuſcepit. ob huius virginis intuitum pater Comes Meginhardus multa bona ipſi cœnobio contulit, & ius loci, quod partim ad eccleſiam Moguntinam, partim ad ditionem*

parthenōn ibidem fundatum,

luiſſe linguā latinam; tum imperitis videri, tot epiſtolas & libros latine ab ea editos. Sed ſane non Edit. I.
verborum, latinæque linguæ, ſed rerum tantummodo ei peritia & cognitio tribuenda, prout recte admonet lib. II vitæ cap. I *Theodericus*. Nam & ipſamet, in quadam ad Adrianum Papam epiſtola, ſibi diuinitus dictum refert: *Cum deſuper tibi oſtenſa ad formam humanæ conſuetudinis non protuleris in latina lingua, quia hæc conſuetudo tibi non eſt data; ille, qui limam habet, ad aptum ſonum hominum explere non negligat.*

3. multis infirmitatibus corporis fuiſſe obnoxiam. III, Et rurſum tam hoc, quam crebras corporis infirmitates, & viſionum ſuarum modum breuiter ita indicat eo in libro, vbi S. Ruperti vitam ſcripſit: *Propter timorem Dei, qui vita & veritas eſt, hominem in feminea forma hæc ſcribentem ne deſpiciatis, quæ doctrinæ litterarum indocta eſt, & quæ ab infantia ſua, vſque ad ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum, imbecillis erat, & quæ
ſcripturam hanc, oculis & auribus exterioris hominis non vidit, nec audiuit: 313
ſed quæ tantum interiori ſcientia animæ ſuæ eam vidit & audiuit.*

CAPVT XXXVIII

De huius, aliarumque Sanctarum quarundam reuelationibus.

B. Hildegardis reuelationes ac viſa luculente approbarunt multi & ſpectati, prout quidem liquere ſupra potuit, homines, in quibus & S. Bernardus apud *Trithemium* in Hirſaugienſi & Spanheimenſi Chronicis; ſed quia de toto iſto, quæ ſanctioribus feminis tributæ ſunt, reuelationum genere, videtur *Delrii* noſtri excuſſum ſatis & exaſciatum iudicium, id e Diſquiſitionum Magicarum libro IV cap. I q. III ſect. IV malo nunc lector accipiat, quam meum.

II *Fuere*, ait, *multæ huiuſmodi, quarum extant reuelationes, vt S. Angela, filia Regis Bohemiæ, virginis ordinis Carmelitarum; quæ ſcripſit librum reuelationum ante annos CCCC. B. Brigittæ Sueticæ virginis, cuius extant multi libri reuelationum, quas qui tribuunt B. Brigidæ Scotæ virgini,* a) *falluntur: niſi & iſta forte reuelationes ediderit, quod non arbitror. Hæc virgo vixit anno DXVIII. at B. illa vidua poſt annum MCCCLXX exceſſit e viuis. Hac etiam longe antiquior Pepini Ducis Brabantiæ filia S. Gertrudis DCLXIV reuelationes quoque ſuas collegit. Claruit S. Hildegardis in Germania anno MCLXXX, cuius & aliæ ſuperſunt. Et eodem tempore S. Eliſabetha Schönaugienſis, cuius reuelationes libris duobus complexus Rogerus Ciſtercienſis Anglus, vir doctus & pius; quem, vt nullum Sanctorum, virulentiæ maledicentiæque fœtidi oris ſui Balæus immunem eſſe noluit in catalogo Scriptorum Britannicorum, quo libro nihil vnquam legi ſcurrilius, mendacius, aut
magis blaſphemum. Miror nondum ab aliquo Anglo Catholico laruam morioni 314
& ſceleroſiſſimo apoſtatæ detractam. Hac recentior, tempore Gregorii XI circa annum MCCCLX, quo tempore S. Brigitta viuebat, fuit S. Catharina Senenſis, & ipſa reuelationibus illuſtris. De harum itaque reuelationibus, maxime de B. Brigitta, quæ plurimas ſcripſit & habuit, nonnulli ambigunt, quo illas in pretio habere oporteat.*

a) Semlerus, Leloyher, alii. (S.)

Henricus de Haſſia, * *& Sibyllanus,* † *ambo Catholici, ambo religioſi, ſed (vt verum dicam) nonnihil audaces, volunt D. Brigittæ & ſimilium reuelationes, non debere haberi pro indubitanter veris, nec acceptari tanquam a Spiritu ſancto editas. Qui ſi hoc intelligerent de certitudine fidei Catholicæ, eiuſque veritate; item de editis a Spiritu ſancto dictante, vt credendum SS. editam, ſane verum dicerent: ſed puto neminem paulo prudentiorem tale quid vnquam opinatum. Argumenta quoque illorum, cum longe tendant vlterius, indicant eos longe aliud voluiſſe; ſcilicet, loqui de certitudine humana, ſeu morali, & de dictamine Spiritus ſancti, in diuinis reuelationibus ordinario; quod ſane nimis multum, de auctoritate & opinione ſanctarum CHRISTI ſponſarum, eſt decerpere. Sic illi argumentantur. 1, quia quæ prædixerunt poſſent aliunde prædici, vt ex induſtria ſolo lumine fidei, & doctrina confortata. 2, quia potuerunt ex illuſione dæmonum naſci, DEO hoc merito permittente; eo quod etiam ſine culpa, præſumebant facere, quæ mulieribus illicita, vt concionari, & decere.*

Edit. I *doctre.* 3, *quia potuerunt prouenire ex phantaſia nimis debilitata, & ex errore*
pag. *quodam mentis.* 4, *quoniam in illarum dictis quædam occurrunt minus, ſecundum communem Theologorum ſententiam, conſentanea rationi & veritati.* 5, *quia prophetica illarum doctrina ſuperuacua, & parum eccleſiæ videtur eſſe neceſſaria.*

* Comment. in Gen. † Decad. I peregrin. quæſt. 3. (S.)

Hæc momenta non me deterrent, non mouent a debita ſanctis mulieribus, ea-
315 *rumque dictis exhibenda reuerentia. Non quidem reuelationes illas, tanquam fidei Catholicæ aſſertiones, tueor: ſed vt reuerentia dignas, & a cæleſti lumine colluſtratis mentibus prolatas, venerabiles defendo, & quamdiu ab eccleſia, vt piæ approbantur, non niſi temere reiici poſſe contendo. Ad primum argumentum reſpondeo, plurima in his contineri, quæ, cum tot annis prius prædicta fuerint, non niſi a DEO potuerunt reuelari. Ad ſecundum, quod Epiſcopi varii, & Summi Pontifices modum illum Sanctarum extraordinarium in docendo & exhortando permiſerint; & ideo nihil illas indebitum vſurpaſſe. quare nec cauſa fuit vlla, cur ſponſas ſuas CHRISTVS tam fœde ab animarum adultero diabolo decipi & rideri pateretur. Ad tertium reſpondeo, nullum delirii, vel aberrationis a mente ſana ſignum vnquam in illis deprehenſum fuiſſe. quare non minus hæc coniectura, quam præcedentes, vanitatis & malitiæ plena cenſenda. Ad quartum negamus in reuelationibus illarum quidquam reperiri, quod Catholicæ fidei ſinceritati palam repugnet, vel cum ea conſiſtere nequeat. Si quid forte communiori Scholaſticorum ſententiæ repugnat, non ideo confeſtim damnandum, vt erroneum; cum pie & prudenter intellectum, ſuis quoque probatis auctoribus & rationibus non abſurdis ſtabiliatur. Alioqui Pontifices Romani, vt Eugenius III Hildegardis, Bonifacius vero IX Brigittæ, reuelationum libros, adhibito maturo Doctorum & Cardinalium concilio atque examine, non permiſiſſent, ad eccleſiæ vtilitatem, in vulgus edi. Ad quintum dico, ſolere Deum, ſæpe quædam permittere, imo & facere; quæ nobis videntur eccleſiæ non admodum neceſſaria, vel idcirco, vt maioris ſuæ munificentiæ nobis ſint ſigna, & famulos ſuos amicoſque amplius honoret. Præterea, quis conſiliarius Dei fuit, aut quis mentis eius abyſſum ſic penetrauit, vt pronuntiet aliquid ab eo factum ſuperuacue?*

316 Subiungit aliud de apparente quadam feminearum id genus viſionum repugnantia. ſed ea etiam a Soarezio noſtro, & Reuerendiſſimo ac Illuſtriſſimo Baronio accurate diſceptata. Ideoque quod ab eodem *Delrio* ibidem ſect. VI traditum eſt, ſubiungam hic potius: *Prudenter,* inquit, *Arſenius ſibi factas reuelationes nunquam, niſi aliorum poſceret vtilitas, narrabat: & tum narrabat, quaſi alteri accidiſſent, vt Simeon Metaphraſtes obſeruauit. Beata quoque Hildegardis vix ſuperiorum iuſſu induci potuit, nec inducta fuit, donec Eugenius III Pontifex eam ad reuelationes ſuas ſcribendum animauit.* Huius epiſtola ſuo ante loco viſa *.

* De *Hildegarde* alioqui *Chronographus Antiſſiodorenſis* ad an. MCXLVI; *Per idem tempus in Alemanniæ partibus habebatur admirabilis virgo quædam prouectæ ætatis, cui tantam gratiam virtus diuina contulerat, vt, cum ipſa laica & illiterata eſſet, mirabiliter tamen ab hoc mundo raperetur frequentius, & in ſummis diſceret, non ſolum, quod poſtea in imis diceret, ſed potius (quod ſatis mirabile eſt inauditum) etiam ſcribendo latine dictaret, & dictitando libros catholicæ doctrinæ conficeret.*

Richerius item, qui ſæculo XIII vixit, in chronico Senonienſi, quod tomo III *Spicilegii Dacheriani* inſertum, lib. IV cap. XV; *ante hos annos fere triginta fuit in inferioribus Alemanniæ partibus ſanctimonialis quædam incluſa, ſanctiſſimæ conuerſationis & vitæ,* Hildegardis *nomine, cui Deus etiam inter cetera gratiam prophetiæ contulerat, & quod mirum eſt dictu, quod nunquam antea didicerat, lingua loquebatur latina & ſcribebat. Prophetauit quippe de ſtatu regnorum & euentibus futurorum, & inde libros propria manu conſcripſit. Scripſit etiam librum medicinalem ad diuerſas infirmitates, quem ego Argentinæ vidi. Scripſit ſiquidem de ordine ſi-turorum Prædicatorum, & fratrum Minorum, qui temporibus noſtris primum eſſe cœperunt.*

Kornerus l. c. p. 163 & ſeq. „ Quantæ ſanctitatis fuerit hæc ſancta mulier, oſtenditur in epiſtola *Gebenonis* in *Pentacronon Sanctæ Hildegardis*, vbi dicitur: Sancta virgo Hildegardis & magiſtra monaſterii S. Ruperti, quod ſitum eſt apud Pinguiam, quantæ ſanctitatis, quantique meriti fuerit apud Deum & apud homines, caritatem veſtram latere non credo. Sed ſi forſitan ignoratis, legite libellum eius vitæ, legite diuerſas epiſtolas magnatum terræ ad eam tranſmiſſas, & præſertim trium Apoſtolicorum, puta Eugenii,

Edit. I pag.

genii, Anaſtaſii, & Adriani, Conradi quoque Regis & Friderici I Imperatoris, Patriarchæ Hieroſolymitani, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & Præpoſitorum, & tunc dicere poteſtis in veritate; *magnificauit eam Deus in conſpectu Regum, & facies Principum admirata eſt eam.* Hæc ſancta virgo libros quoſdam, Deo iubente, imo cogente, ſcripſit, in quibus quædam valde vtilia, & noſtris temporibus neceſſaria de præſenti ſtatu eccleſiæ, & de futuris temporibus vſque ad antichriſtum & de ipſo antichriſto prophetauit. Sed quia omnes libros eius pauci habere poſſunt, vel legere ea, quæ de futuris temporibus & de antichriſto in tribus libris ſuis ſeu *Scinias* (quem nominauit ſic, eo, quod doceat *ſcientia vias*) & libro diuinorum operum, & libro epiſtolarum ſuarum prophetauit, in hunc vnum libellum ex maxima parte collegi, & prout melius potui, in quinque tempora ordinaui. Quæ quidem quinque tempora qui diligenter legere & ſtudioſe diſtinguere voluerit, & præſentem ſtatum eccleſiæ, & omnia futura tempora & pericula, ac aduentum antichriſti quaſi in ſpecula præuidebit. Vnde, ſi placet vobis, vocetur liber ipſe *ſpeculum futurorum temporum*, ſeu *pentacronon S. Hildegardis*, id eſt, de quinque temporibus, de quibus in eo prophetat. *Penta* enim quinque, & *cronos* tempus græce dicitur.

Eraſmus Rhonaus Neopatrenſis in idea reform. Antichriſti tom. I part. II ſect. III cap. XXVII p. 380; *S. Hildegardis natalibus, pietate, & moribus pranobilis virgo & ſanctimonialis habuit iam inde ab infantia ſua illuminationes & viſiones, quas & ſcriptis retulit. Edidit libellos complusculos, e quibus apparet, quod hac femina aliquam-multum lucis & cognitionis habuerit. Eccleſia Pralatos in genere, Epiſcopos, Abbates, & ſimiles grauiſſime perſtrinxit, quod in docenda eccleſia negligentes eſſent, & malis moribus eccleſiam Dei offenderent &c.*

III In Rupertino ipſius cœnobio ſeruantur adhuc eius reliquiæ, ac magnum ſcriptorum in pergameno volumen *, ſicuti & epiſtolarum in Eberbacenſi Rhingauiæ monaſterio. Ceterum narrat Germanicus vitæ libellus, tot ad illas eius reliquias, diuina vi, miracula fieri ſolita, vt, propter ingentes hominum concurſus, valde impediretur Virginum quies, in temploque pietas ac religio. Veniſſe igitur Moguntinum Archiepiſcopum, & Beatæ ipſi præcepiſſe, mirabilium id genus operum finem vt faceret: ipſamque, vt maioribus obſequendum mortua etiam doceret, paruiſſe: illorum tamen vel oculatos, vel diligentes ac certos examinatores fuiſſe non paucos, qui anno Domini MCCXXXIII Decembris die XVI ſuis communita ſigillis ea Romam mitterent, & a ſede peterent Apoſtolica, vt in Sanctorum ac Sanctarum catalogum beata hæc referretur.

* Quo quidem continentur libri varii, a *S. Hildegarde* ſcripti: ſcilicet *Scinias*, liber *ſimplicis hominis*, liber *vita meritorum*, liber *diuinorum operum*, vita *S. Hildegardis, S. Ruperti*, & *S. Diſibodi*, item liber *epiſtolarum* S. Hildegardis; eiuſdem *varia homilia in dominicas*; *Explanatio regula S. Benedicti*, ignota lingua per S. Hildegarden prolata; eiuſdem *Hymnodia caleſtis*. Id quod nos docuit, quem ſupra laudauimus, reuerendus vir, *Vitus Seidel*.

IV Et vero in *Romano Martyrologio* die XVII Septembris legitur; *Apud Bingiam in diœceſi Maguntinenſi, ſancta Hildegardis virginis:* & ad Vſuardum eodem die *Molanus: Apud Bingam, S. Hildegardis virginis, quæ tempore S. Bernardi Abbatis, odorem ſua ſanctitatis late ſparſit.* Cum ibi tamen auguſtis Domini natalitiis, dies aliquot, confeſſionum, ſacrorumque cauſſa, diuerſarer, volumenque, de quo paulo ante, percurrerem, inueni notata hæc: *Anno MCCCCLXXXIX Nouembris die XVII ex commiſſione Reuerendiſſimi & gratioſiſſimi Domini D. Bertholdi, miſſi Reuerendus & Nobilis Dominus Wolffgangus de Bicken, Eccleſiæ Mog. Canonicus, & in ſpiritualibus Vicarius, & honorabilis D. Io. Bertram de Numburg, artium & ſacræ ſcripturæ Doctor,* 317
reliquias S. Hildegardis aperuerunt: ſed ſine teſtimonio litterali de eius canoniʒatione. Acta in præſentia Nob. & deuotæ Dominæ Albeidis de Reiffenberg Abbatiſſæ, & Virginum ſanctimonialium, & Nobil. ac venerabilis Domini Petri Nothafft Canonici Mog. & .... Rogandus Deus, vt, ſi velit, gloriam ſuæ deuotiſſimæ Virginis Hildegardis manifeſtet ad ſui gloriam nominis. Moguntinum porro Breuiarium de ea nihil. nec ego iam plura. Geſtit enim iamdudum meus ad Archiepiſcopum Maguntiacenſem primum animus.

MOGVN-

Edit. I pag. 318

MOGVNTIACARVM RERVM
LIBER III,
qui eſt
DE S. BONIFACIO MARTYRE,
ac Moguntinorum Archiepiſcopo primo.

HVius Maguntiacarum rerum ſcriptionis mihi, ſecundum DEVM, prora & puppis S. BONIFACIVS. Huic totus hic dicatur liber tertius. & complectitur is tria: I, paucula notationes Sancti vitam antegredientes. II, vitam ipſam, duobus a bono, qui infra nominabitur, auctore libris concinnatam. III, plures notationes vitam eandem ſubſequentes.

In ſequentem S. BONIFACII vitam notationes tres.

PRIMA

De variis vitæ S. BONIFACII ſcriptoribus.

I

ERga S. Bonifacium, a quo beneficiis tot & tantis affecta, quomodo beneuolens & grata ſatis eſſe poteſt Moguntia? Præcipuus igitur & honoratiſſimus in Maguntiacenſium rerum libris ei merito locus iam tribuendus; cuius aut vitam aut mortem ſanctiſſimam plures quidem attigere, quorum opportunioribus
319 poſtea locis edam nomina: quinque tamen e veteribus, qui res ab eo geſtas vberius pleniuſque litteris perſecuti ſint, inuenio.

Scriptorum vitæ D. Bonifacii, e veteribus, potiſſimum quinque.

II Primus eſt *S. Wilibaldus*, primus Eiſtatenſis Epiſcopus, ſancti huius diſcipulus, in Dominicæque vineæ cultura ſocius & adiutor, S. Richardi Anglorum Regis filius, S. Wunibaldi ſanctæque Walpurgis frater. Atque huius commentarium diu multumque, variis in locis, & per varios, quæſiui. A bono enim bonum, & a Sancto Sanctum celebrari, non parua quoad Dei laudem, hominumque vtilitatem res eſt. Deinde videbam in *Wicelii* Hagiologio ſcriptionem eam Fuldæ adhuc in bibliotheca extitiſſe anno MDXLI, & eam olim ab ipſo Sancto hic Moguntiæ conſcriptam, ab aliiſque Sanctis cenſam & probatam. Sic enim ſcriptum fuit: *Ego Wilibaldus Epiſcopus &c. vitam & paſſionem Bonifacii conſcripſi primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli & Megengaudi. Poſt eorum examen in pergamenis reſcripſi. atque hoc in loco, qui dicitur S. Victoris, extra muros Moguntiæ, vbi Lullus & Rabanus vacabant orationibus.* Vnde & *Centuriatores* cent. VIII c. X colum. 830 *Scripſit*, aiunt, *Wilibaldus non ineleganti ſtilo vitam Bonifacii, librum vnum, quem ante editionem Lullus & Megengaudus inſpexerunt, & approbarunt.* Accedebat, quod Bonifacianæ vitæ auctor, qui apud *Surium* tomo III eſt, & de quo dicam poſtea, Sancti huius ſeſe tantummodo dilatatorem, explicatorem, & veluti exegeten profiteretur, idque ob eam orationis ac ſtili antiquitatem & elegantiam, quæ tenebras imperitioribus nonnullis offunderet. Quod ſi vero huius explicator & interpres tanti eſt, vt merito ſane eſt; quanti ipſemet, qui explicaretur, S. Wilibaldus faciendus? Cupide igitur eum perquiſiui: triaque tandem exemplaria manuſcripta inuenta ſunt. Primum in Rebdorfenſi prope Eyſtadium monaſterio. alterum apud Academiæ Ingolſtadianæ Cancellarium Magnificum; *D. Albertum Hungerum.* Tertium in magno S. Bartholomæi Francofurtenſis bibliothecæ volumine,

1 Wilibaldus.

Cuius tria exemplaria manuſcr. auctor conſectatus.

quod *Moguntinam Matriculam* appellant. Et priora quidem duo vtiliter edidit in Antiquitatum tomo V ſacrorum in eadem Academia illa Profeſſor Cl. v. *D. Henricus Caniſius*: tertium vero, quia ſuperioribus duobus perfectius & emendatius animaduerti, edere hoc loco ſtatueram, niſi lectori cenſuiſſem moleſtum, duas de vno eodemque Sancto ſimul narrationes legere. Ideoque, quia id ab Francoſurtenſis illius eccleſiæ Decano, Reuerend. D. Andrea Webero, accepi, transferre quoque in illud opus decreui, quod ſancti eiuſdem Bonifacii epiſtolas continet, conſtitui. Edit. I pag. 320

Enimuero, vtrum *VVilibaldus*, qui vitam Bonifacii ſcripſit, is ſit, qui cathedram rexit Eichſtadenſem, iam olim dubitauit *Broverus*, annotat. ad vitam Gregorii, in Sideribus illuſtribus Germaniæ; cuius rationes in compendio proponit, nec improbat *Sagittarius* antiquitat. gentil. & chriſtian. Thuring. lib. III cap. XXVIII § I p. 346. *Antonius* vero *Pagi* critic. Baron. ad an. DCCLV n. XIX p. m. 300 explicate magis contendit, *VVilibaldum* hunc non eſſe Eichſtadenſem illum, ac, ſigillatim *Serarium* notando, ita diſſerit: *Is* Wilibaldus, *qui vitam Bonifacii ſcripſit, non eſt idem, qui* Wilibaldus Eiſtetenſis, *vt* Serarius *hic arbitratur*, Mabillonius *iisdem in obſeruat. præuiis ad vitam iſtam*, *&* Cointius *an. DCCXVI n. VII, ac an. DCCLXXXVII n. XXXII & ſeq.* Wilibaldus *enim vitæ Bonifacianæ ſcriptor his verbis prologum ſuum orditur:* Dominis ſanctis, & vere in Chriſto cariſſimis Lullo & Megingozo Coepiſcopis, Willibaldus licet indignus in Domino Presbyter. *Paullo poſt dicit, ſe eius miracula ſcribere*, ſicut diſcipulis eius, *inquit*, ſecum diu commorantibus vel vobis referentibus comperi. *Quare* Wilibaldus *iſte nec diſcipulus S. Bonifacii fuit, neque Epiſcopus, ſaltem quando vitam illam exarauit: cum tamen* Wilibaldus *Eiſtettenſis Epiſcopus cognatus S. Bonifacii fuerit, ab eodem Epiſcopus ordinatus, & aliquo tempore cum eo manſerit, vt* anonymus, *qui vitam eius edidit, in litteras miſit. Adhæc nec* auctor antiquus vitæ S. Wilibaldi, *nec* monialis Heidenheimenſis, *quæ aliam eius vitam compoſuit, prætermiſiſſet obſeruare, eum fuiſſe ſcriptorem vitæ S. Bonifacii: præſertim cum tam pauca de rebus eius geſtis calluerint. Immo, opinionem noſtræ contrariam ipſum, quo ea innititur, fundamentum euertit.* Georgius *enim* Wicelius *in Hagiologio ſuo refert, in bibliotheca Fuldenſi an. MDXLI vitam S. Bonifacii, & in fine eius ſcriptum:* Ego Wilibaldus Epiſcopus &c. vitam & paſſionem Bonifacii conſcripſi in ceratis tabulis ad probationem Lulli *&c. Cum enim hæc clauſula poſt Lulli mortem exarata ſit, vt ex eius lectione liquet, conſtetque inter omnes,* Wilibaldum *Eiſtettenſem ante Lullum vita functum; manifeſtum eſt,* Wilibaldum, *qui ea verba ſcripſit, eundem non eſſe cum* Wilibaldo *Eiſtettenſi, & priorem, qui Presbyter tantum erat, quando eam vitam elucubrauit, nonniſi poſt S. Bonifacii mortem quamuis eidem admoniſſe, ac aliquot poſt annis Epiſcopum renunciatum, illam clauſulam eidem adieciſſe.*

Ceterum hanc *VVilibaldi* de vita Bonifacii narrationem auctor *epiſtolis Bonifacianis* anno MDCVI editis ſubiecit. *Mabillonius* vero *Actis Benedict.* ſæc. III part. II n. I p. 1 & ſeq. quoque inſeruit, notiſque illuſtrauit.

2 S. Ludgerus. III Alter eſt *S. Ludgerus*, primus Minnegauordenſis ſeu Monaſterienſis Epiſcopus, & beati illius Gregorii diſcipulus, qui S. Bonifacii diſcipulus, itinerumque laborumque aſſecla & conſors fuerat, prout in huius vita refertur ab ipſo S. Ludgero. in quam plurima quidem de S. Bonifacio, quæ poſt citabuntur, inſperſit: ſed ſanctis eius præterea initiis librum attribuit ſingularem, de quo, qui eiuſdem S. Ludgeri acta expoſuit apud *Surium* tomo II ita loquitur c. XXXI: *Erat S. Ludgerus in ſcripturis ſacris non mediocriter eruditus, quod in pleriſque opuſculis, quæ ipſe fecit, liquido apparet. Nam ea, quæ in paſſione S. martyris Bonifacii de eo prætermiſſa nouerat, primordia ſcilicet vitæ eius, aduentum quoque atque ordinationem, pulchro ſermone conſcripſit.* Cuius ſane opuſculi magno vt deſiderio tenear, facit non hæc tantum boni prudentiſque ſcriptoris teſtificatio, ſed illa etiam S. Ludgeri & ſermonis & ſapientiæ, ſanctimoniæque guſtatiuncula, quam e Fuldenſi vitæ dicti iam S. Gregorii fragmento, & eiuſdem de S. Swiberto, apud Surium, epiſtola capere licuit.

3 Ruthardus. IV Tertius eſt *Ruthardus*, Hirſaugienſis monachus, de quo in Hirſaug. chron. anno DCCCLXIII ita *Trithemius*: *Vnus ex primis miſſis* (Hirſaugiam) *a Fulda, Rabani & Strabi monachorum quondam auditor, atque diſcipulus, vir vndecumque doctiſſimus, metro excellens & proſa, inter ſcriptores huius tempeſtatis celeberrimi nominis fuit. Qui, vt ſcribit Meginfridus monachus Fuldenſis in Chronica, vir in omni ſcientia & ſanctitate conſpicuus. Tantæ fuit eruditionis & probitatis, vt cum Ludouicus Imperator eum, poſt mortem Haymonis Epiſcopi, vellet, in locum eius, Haluerſtatenſis eccleſiæ ordinare Pontificem, conſentire noluit; dicens notabile verbum,* Da Epiſcopatum alteri, qui ſit idoneus: 321

Edit. I pag. neus: ego quietem vitæ regularis, & ſtudium ſcripturarum omnibus diuitiis & honoribus mundi incomparabiliter duxi præferendum. *Scripſit autem, inter cetera ingenii ſui opuſcula*, paſſionem S. BonifacI Archiepiſcopi, *heroico carmine, pulcherrime in duobus libris.* Ita ille.

V Quartus eſt *Ratbodus*, eccleſiæ Traiectenſis Epiſcopus quartuſdecimus, *vir*, vt idem refert in illuſtrium virorum catalogo *Trithemius*, *in diuinis ſcripturis valde eruditus, & ſecularium litterarum non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, vita & conuerſatione ſanctiſſimus, multis & viuus & defunctus miraculis coruſcauit. Scripſit autem in laudibus ſanctorum nonnulla præclara opuſcula: vt*, laudes S. Martini Epiſcopi Turonenſis, *lib.* 1. Laudes S. BonifacI Moguntini Archiepiſcopi & martyris, *lib.* 1. 4 Ratbodus.

VI Iam vero quintus eſt S. Wilibaldi exegetes, auctor illius vitæ, quæ apud *Surium* eſt tomo III; de quo paulo poſt plura. E ſuo etiam codice quodam MS. duas exſcribendi vitas poteſtatem fecit Colonienſis Carthuſiæ R. P. Prior: quarum prior incipit, *Incertam*; poſterior, *Poſtquam gens Anglorum**. Tertiam quoque in parochia Höfen ſe memorat reperiſſe mei MS. auctor, e qua delibat non pauca. Sed ſitne hæc a ſuperioribus duabus, vel hæ a Ludgeriana diuerſæ, non habeo coniicere. 5 Wilibaldi exegetes. *præter alios, e veteribus.*

* De hac poſterioris *Anonymi* lucubratione conf. *Mabillonius* in prolegomenis ad vitam Wilibaldi & Othloni Bonifacianam l. d. § IV p. 2.

VII Vidi autem eam, quam ſuperiori biennio, Germanice Lutheranus edidit Prædicans, *Ioannes Letznerus**; qui etſi Luthericis interdum phraſibus nonnullis vtitur, ineptumque Melanchthonis iudicium appendit, vir tamen minime fucatus, & a Catholica veritate haud valde alienus videtur; ad quam vt ſuis ſanctis precibus, eum, alioſque complures adiutet ipſe S. Bonifacius, voueo. *e recentioribus*, Letznerus.

* Erfurti typis Martini Wittelii anno MDCIII, hoc quidem inſignitam titulo: *Hiſtoria Bonifacii, der Teutſchen Apoſtel genant, erſter theil, welcher in Thüringen, Heſſen, vnd andern derſelben benachbarten landen die teufliſchen vnd heydniſchen götzen vmgeworffen, zerbrochen vnd abgeſchaffet, vnd an deren ſtatt den chriſtlichen glauben erſtlich angericht, aus allerhand alten vnd newen, geſchrieben vnd gedruckten chronicken beſchrieben, vnd in ordentliche vnd vnterſchiedliche capitel gebracht.* 4. Conf. *Sagittarius* l. d. § VIII p. 350 & ſeq.

Fuit autem hic *Leznerus* patria Hardeſſianus (*von Hardegſen*, quod Principatus Göttingenſis oppidum eſt) ac ab initio Leuthorſtī (*Ludhorſt*) haud procul Eimbecka, dein Iberæ, diœceſis Rodenkirchenſis in Principatu Grubenhagenſi villa, Parochum egit. Tandem ſenio confectus rude, vna cum certa ad vitæ dies penſione, donatus. Vnde in villam *Strothagen*, parœciæ Iberenſi in eccleſiaſticis contributam, conceſſit, ac paupere in tugurio, curta contentus ſupellectile, in tenuique e ſaxo arenario ſedili (quod etiamnum aduenis oſtenditur) ſedens in ſcriptis hiſtoricis concinnandis ſedulo perrexit; donec vitæ annorumque ſatur ſpiritum Deo redderet. In æde, quæ ibidem eſt, ſacra ſepulturæ nactus locum eſt, ſed ſine titulo. *Calvör* in append. Saxoniæ inferior. gentil. & chriſtianæ, de præcipuis hiſtoricis p. 570 & ſeq. Ceterum vir fuit hiſtoriarum maxime ſtudioſus, ſcriptiſque pluribus (quorum *Ioachimus Meierus* in præfat. libri german. *de origine gentis illuſtris Pleſſicæ* recenſum dedit) haud incelebris. *Meibomius* iunior introduct. ad hiſtor. Saxon. pag. 109; *Ioan. Leznerus, diligentiſſimus vir, multis & magnis commentariis de hiſtoria Ducatus Brunſuicenſis non male meritus, & plura, ſi vixiſſet, elaboraturus, memorari etiam hic a me omnino debet: magis tamen eum laudare poſſem, ſi diligentia eius par iudicium reſpondiſſet, & iis, quæ ſollicite vndique conquiſiuerat, recte vti, & falſa a veris, ſpuria a genuinis ſecernere ſciuiſſet. Interim qui iudicio valet, eius opera cum fructu legere & in rem ſuam conuertere poteſt.*

ALTERA NOTATIO

De Suriano auctore, VVilibaldino exegete.

QVinque videntur de Auctore, quem de S. BonifacI vita edidit Surius, notanda. *Primum:* eum profiteri eius vitæ, quam ediderat olim S. Wilibaldus, ſe amplificatorem, exegeten, ac interpretem. Nam ad Fuldenſes in præfatione, *Petiſtis*, ait, *vt S. Patris noſtri BonifacI vitam, præcipuo quidem eleganti que, vtpote S. Wilibaldi, ſtilo, antiquitus editam, ſed in locis quibuſdam ita infirmo intellectui obſcuram, vt difficile pateat, quo ratio tendat, hanc ego ſententia apertiori reſerarem.* Et poſtea: *Exhortatione eiuſmodi ſæpe incitatus*, 322 *Notandum 1 quod ſeſe dicat Wilibaldi exegeten.*

tandem tentaui veſtros implere precatus. Subdit & alia, quæ amplificationis modum tangunt, eique auctoritatem conciliant. Edit. I pag.

2 quod vocandus ſit Othlonus. II *Alterum;* Auctoris huius nomen fuiſſe hactenus incognitum; quia, vt ait Surius, *nomen ipſe ſuum premere maluit;* idque vel quia vehementius interdum in nonnullos æui ſui mores, ac homines inuehitur, vt in ipſa ſtatim præfatione, & alibi poſtea: vel quia, vt exiſtimat *D. Henr. Caniſius*, gloriam honoremque omnem fugitabat: vel denique, quia demiſſe adeo de ſeipſo ſentiebat, vt res alioqui magnas & vtiles, ſui appoſitu nominis, imminui vileſque fieri arbitraretur, prout argumento ſunt verſus, quos ſuo ipſe prooemio ſuppegit. Hoc ipſum tamen, vna cum vita tota, in Rebdorffenſi ante nominato MS. codice inuenit laudatus antea *D. Henr. Caniſius;* ita vt qui aduſque fuit anonymus, ſuo deinceps nomine vocandus ſit *Othlonus* †.

† Non *Othlonum* condidiſſe hanc de Bonifacio exegeſin, ſed alium quendam, vult *Brevverus.* vid. not. ad vitam Pirminii in Siderib. illuſtrib. German. p. 26. *Sed ratione,* inquit *Cauεus*, parte II hiſtor. litterar. eccleſ. p. m. 218, *plane nulla.*

3 quod non exploratum ſit, vbi vixerit. III *Tertium.* Ab eodem *D. Caniſio* editur *Fuldenſis Presbyter & Monachus;* ſed neque *Fuldenſem* ſcribebat Rebdorffenſis liber, neque, ad Fuldenſes cum ſcribat, admittere videntur hæ in præfatione phraſes; *apud vos, ex vobis, veſtrum monaſterium*, & ſimiles. Fuldæ tamen aliquando fuiſſe, videtur ex eadem colligi præfatione; ſed vbi alias vitam degerit, an Moguntiæ, an alibi, non liquet. De Ratiſpona ſuſpiciunculam iniiciebat illud, quod de S. Eimerammi monaſterio interſerit apud Surium; ſed hoc ipſum in Rebdorffenſi ſeu *pag. 484.* Caniſiano deeſſe video codice. Moguntiam vero me aut Fridslariam ducebat, aut Fuldam pæne reuocabat, quod in Prologi titulo appelletur ille, *Monachus & cænobii Bonifacii.* Nihil tamen affirmo*.

* Conf. huc *Mabillonius* in obſeruat. præuiis ad vitam Bonifac. § III p. 2.

4 quod claruerit ſæc. XI. IV *Quartum.* Quo autem vixerit Othlonus iſte ſæculo, poteſt aliqua ex eo capi coniectura, quod lib. I ſe poſt Caroli Magni poſteros vixiſſe fatetur, & in præfatione, poſt *Egbertum*, qui ab aliis *Ecbenus*, vel *Eppo* dicitur, Abbatem Fuldenſem, *Leonemque* Pontificem. Fuit autem Egbertus Fuldæ Abbas 323
XXV, anno Domini MLI, cum Leo IX, Pontifex integerrimus, ad Apoſtolicam ſedem euectus fuerit anno MXLIX. Plurimæ poſtea tempeſtates varia exagitarunt monaſteria, præſertim Fuldenſe, temporibus Wideradi, qui anno MLXI Abbas; & Gotfridi, qui anno MXCVI. Et ad has, in ſuis de monaſteriorum oppreſſione querelis, videtur alludere Othlonus, vt vel iis, vel proxime ſecutis annis vitam iſtam ſcripſerit. Vnde, quamuis recte a *R. Baronio* *an. 739.* tomo IX *recentior auctor* appelletur, quando nimirum cum eo, quem ampliat & explanat, S. Wilibaldo confertur; ante annos tamen circiter quingentos floruit; vir eo æuo doctus & pius, prout vita hæc ſubindicat, & Fuldenſium tam crebræ, tamque feriæ ad eum petitiones, quibus eius inuiti ac renitentis hanc ad ſcriptionem inflexere animum.

5 quod aliorum rogatu hanc Bonifacii ſcripſerit vitam. V *Quintum* & poſtremum, fuit autem hæc ab eo petita ſcriptio, quia S. Wilibaldus nimis quibuſdam elegans, eruditus, & obſcurus videbatur, vti ſupra iam tetigi. E contrario autem, noſtra iſta ætate, nimium quibuſdam ſimplex, rudis & inconcinnus videtur ipſe Othlonus. Hæc enim de ipſo apud *Surium* (*t. III p. 467*) præſcriptio: *Vſus eſt pleriſque locis ſtilo ſimpliciori, quam ferant huius ætatis homines. Itaque Laur. Surius, in gratiam lectoris, ſuo ſtilo pleraque omnia deſcripſit.* Sed ecce, quam verum vulgare illud, *Quot capita, tot ſenſus.* Dum ſæculi noſtri ſciolis & politulis, ſancto & laudabili zelo, accommodare omnia, etiam aliena, conatur Surius, iis haud placet, qui ipſiſſima veterum verba, quamuis inculta, inornata, & ſimilia multo audiunt libentius. In iis enim multa ſæpe ac recondita latet antiquitatis cognitio, & ineſt ſemper ad fidem auctoritatis & grauitatis plus. *Decorus*, ait *Tullius* (*de ſenect. c. IX*) *eſt ſermo ſenis, quietus & remiſſus: facitque perſæpe ſibi audientiam diſerti ſenis compta oratio & mitis:* immo vero apud eos, quibus veritatis & rerum momenta, quam verborum phaleræ ac lenocinia curæ magis, *indiſerti etiam ſenis incompta, cana, & ſimplex oratio.* Atque iſta mihi cauſſa, vt auctorem

Edit. I p. 194 rem iſtum integrum, nihilque immutatum, aut laruatum tanto hactenus opere deſiderarim, perquiſierim, nuncque ab D. H. Caniſio V. Cl. e puluere ac ſitu erutum, luceque publica donatum, gratiſſimo animo accipiendum, & ex eo, tanquam e veteri marmore, inſigniique cedro, librum hunc tertium conſtruendum & exornandum iudicem.

Præter *Caniſium*, quem auctor hic loci ſecutus eſt, vitam hanc ſine immutatione edidere *Brovverus* in Sideribus illuſtribus Germaniæ, & *Mabillonius*, vna cum adnotatiunculis, ſæc. Benedict. III parte II pag. 28 & ſeq.

TERTIA NOTATIO.

De iis, quæ ad Othlonianam hanc S. BonifacI vitam nunc adiuncta.

NIhil quidem in Othloni de S. Bonifacio ſcriptione, quæ libris duobus conſtat, immutandum, nihil ex ea ſubducendum exiſtimaui, ſed adiungenda tantum paucula, quorum duo genera ſunt. *Vnum* eſt, eius per capita diuiſio, cum breuicula ſingulorum capitum præſcriptione, quæ quid in illis narretur, lectorem admoneat. Citat quidem non raro eiuſdem commentarii capita *Baronius* Reuerend. tomo IX: ſed an ſibi ea ipſemet fecerit, an in libro quopiam viderit, neſcio; in Suriana certe, aut Caniſiana editione non ſunt. *Alterum*, ſunt notationes, quæ, vt earum monſtrabit lectio, varia vel addunt, vel exponunt & illuſtrant. *1 eſt, eius per capita diuiſio. 2 alterum ſunt, adnotationes.*

II Erat vero in Rebdorffenſi citato codice ante Othloni præfationem ab aliis ita præſcriptum; *Incipit prologus venerabilis Presbyteri Othloni & MS. cœnobii Bonifacii in vitam ipſius.* Et pro *M* ponit *D. Caniſius* Monachum: nec improbo; ſed quid ſi legeretur *e MS. e manu*, inquam, *ſcripto cœnobii Bonifacii?* aut etiam ſic, *& Monachi cœnobii S. Bonifacii?* Cum vero Moguntiæ monaſterium aliquod Sanctus habuerit, alibi plura ædificarit, vt Amaneburgi, Friedslariæ, Fuldæ, quodnam intelligitur? An per excellentiam, Fuldenſe? An potius Friedslarienſe? *Lupus* enim *Seruatus* in Wigbertina cap. V * diſerte illud *S. BonifacI cœnobium* vocat, dicens: *Wigbertum ſacerdotem ſecundi ordinis, Bonifacius cœnobio ſuo, cui nomen eſt gentili Germanorum lingua Friteſlar, Magiſtrum præfecit.* Sed proloquatur iam tandem *Othlonus*. *de litteris MS. in codice Rebdorfenſi, obſeruatio.* ** p. 197. eſſ. Lupi.*

325

OTHLONI PROLOGVS.

PEtitionibus veſtris, *fratres Fuldenſes*, prout ſcientiæ meæ permiſit paruitas, parere ſtudui: petiſtis enim, vt S. Patris noſtri Bonifacii vitam, præcipuo quidem elegantique, vtpote S. Willibaldi ſtilo antiquitus editam, ſed in locis quibuſdam ita infirmo intellectui obſcuram, vt difficile pateat, quo ratio tendat, hanc ego ſententia apertiori reſerarem. Quam nimirum petitionem inprimis miratus, cur tot patribus peritis, tam inter vos, quam circumquaque commorantibus, hucuſque relictis, mihi imperito, & liberalis ſcientiæ admodum ignaro, tam arduum opus iniungere, vel excogitaueritis, pro nihilo duxi. Deinde cum quidam ex vobis mihi referret, iam antea pro eodem opere laboratum fuiſſe apud ſanctum Leonem Papam*, ita vt nonnullos libros, vnde plenius ad hoc inſtrueretur Abbas Egbertus, ſcriptoremque ei ſimul Romam tranſmiſiſſet, ipſoſque libros eo defuncto, & opere petito minime expleto ibi remanſiſſe, tunc miſertus talium appoſui aliquando animum, volens ſcilicet implere petita, ſi vlla aſtipularetur ſcientia. Cumque diu velle mihi adiaceret, perficere autem in me non inuenirem, dicebam vobis, quod vellem, quodque nequirem; ſed vos, vt ſcitis, eadem crebro repetiſtis, dicentes, ſi mihi tantummodo ſolida ineſſet voluntas, a Domino cetera præſtari; exhortatione eiuſmodi ſæpe incitatus, tandem tentaui veſtros implere precatus, confidens in eo quam maxime, qui dixit, *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud:* quique ſicut in paucis ſæpe victoriam præſtans, ſic etiam in imperitis peritiam tribuens, gratiæ ſuæ potentiam oſtendit. *Occaſio operis.* *Pſ. 80, 11.*

* *Intellige Leonem Papam IX, a quo Egbertus, qui & Eppo, ab anno MXLVIII ad LVIII Abbas Fuldenſis, vetera monumenta, quibus patroni ſui acta illuſtrarat, poſtulauit. Hinc Othloni ætatem colligere licet.* Ita *Mabillo* l. d. p. 28.

entium aquarum quædam habitacula domorum ædificantes, inibi pauperes & nudos conſeruabant. Quibus etiam victum & veſtitum per duos fideles & ſanctos viros ſubminiſtrabant. Quorum alter Wigbertus dictus, eis in ſacerdotio ſeruiebat, alter vero quidam miniſterialium ipſorum exiſtens indoctus erat. Edit. I pag.

propoſitum B. imitandi Alexium. Ipſe quoque B. ROBERTVS teneræ ætatis, & nobilitatis ſuæ propter amorem CHRISTI oblitus, pedes pauperum multotiens lauit, cibum & potum ipſis appoſuit, ac lectos ſæpius eis ſtrauit, & ſic vſque ad quintumdecimum ætatis ſuæ annum DEO fideliter ſeruiuit. Et quoniam in pompa ſæculi per multas diuitias & familiam pollebat, in quibus ſe ad ſæculum trahi videbat, apud ſe tandem tractare cœpit, quomodo B. Alexius patrem & matrem, domum ac diuitias ſæculi peregrinatus reliquit, & ſe illum in hoc imitari omnino elegit, quod matri graue. quatenus DEO tanto liberius ſeruire in quiete poſſet. Quod mater ipſius quibuſdam indiciis in eo ſentiens, quamuis eam hoc celaret, ipſi cum lachrymis dicebat: Fili, doloris maternorum viſcerum recordare, & gemitus matris tuæ viduæ attende, & familiam tuam in te ſolum confidentem aſpice, & ne nobis intolerabilem miſeriam inferas, præuide. Nam de facultatibus noſtris pauperibus & egenis, ac omnibus indigentibus, ſecundum quod tibi placuerit, erogare poteris. Et quid tibi melius & vtilius eſt, quam DEO ſic ſeruire? Hæc matre ſua multis lacrymis, multiſque gemitibus loquente, in corde ſuo beatus hic iuuenis valde turbatus eſt. 299

ſollicitudo euitandi inſidias diaboli. Eodem quoque tempore quidam nobiles, tam de extraneis, quam de conſanguineis ſuis ad eum veniebant, dicentes: Tu, qui tantum honorem Ducatus, tantaſque diuitias ſæculi habes, cur te tam contemptibilem facis? Et his aliiſque ſimilibus verbis eum cottidie lacerabant, tentantes, ſi ipſum a bono propoſito, & a bona via ſua auertere poſſent. Quod ille cernens, matri ſuæ dicebat: Ecce, per ſuggeſtionem diaboli, qui propoſito & vitæ meæ inuidet, irretitus ſæculo implicabor, & poſt vias patris mei, quamuis nolens, ibo. Nam peregrinationem ob hoc deſiderabam, vt ſoli DEO tanto liberius ſeruire poſſem. Quo audito mater ipſius, quæ totam ſpem ſuam in DEVM poſuerat, præ timore anguſtiata & grauata, metuebat, ne filius ſuus per nobilitatem generis ſui illectus ſæculo implicaretur: maleniſque herede carere, quam filium ſuum ſæcularibus implicamentis irretitum diabolo ſeruire, ipſi, quantum præ dolore potuit, aiebat: Fili, quoniam video te per multa conſilia turbatum inconuenienter ad ſæculum trahi, fac quod vis, & peregrinationem, quandiu optaſti, aggredere, & ille, Luc. 24. 18 cui dictum eſt, Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, in itinere tuo ſit, teque incolumem mihi ad gloriam nominis ſui remittat.

ſuſcepta peregrinatio. At ille ex voluntate matris ſuæ peregrinationem arripuit, atque ad limina ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli cum quibuſdam hominibus ſuis profectus eſt. Quem cum homines regionis illius viderent, ſuper eo admirati ſunt, ad inuicem dicentes: Vere hic homo nobilis eſt; facies enim eius clara apparens in beneuolentia lucebat, quoniam gratia Spiritus ſancti ipſum perfuderat. Vnde & omnes, qui eum intuebantur, in amplexione caritatis ipſum diligebant. Nam ſicut ſtella abſque nube clareſcit, & clara eſt, ſic etiam in facie hominis beneuolentia conſpicitur, quia idem homo in bona conſuetudine Spiritus ſancti eſt. 300

Et cum B. ROBERTVS ſe DEO meritiſque ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli cottidie commendaret, per aliquod tempus ibidem moratus eſt. Eo autem ibi moras faciente, a quibuſdam religioſis viris eiuſdem regionis interrogabatur, cuius conuerſationis, aut deſiderii foret: quibus ipſe omnia, quæ in corde ſuo habebat, aperuit. At illi conſilium ei dabant, vt Euangelium hoc Matt. 19, 21 attenderet, vbi ſcriptum eſt: Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me: quoniam peregrinatio ipſi bona & vtilis eſſet, ne diuitiæ nobilitatis eum ad perditionem traherent. Qui conſilio eorum ſe ſubdidit, & ſe ita facturum in animo deliberauit.

reditus ad matrem; Ad matrem ſuam denique reuerſus, in prædio ſuo, quod latiſſimum fuit, villas & eccleſias, in quibus locis non erant, ædificari fecit, & hominibus ſuis ea diſtribuit, quatenus inibi manentes, & matri ſuæ, quamdiu viuerent, miniſtrarent, ac cunctis ſuperuenientibus, & in neceſſitate laborantibus in adiutorio ſubuenirent. Ipſe vero Ducatum, matrem, familiam, & poſſeſſiones ſuas,

Edit. I *ſuas, & omnia quæ habebat, relinquere, & pro Chriſti nomine peregrinus fieri*
pag. *cogitabat.*

* *Poſſeſſio autem prædiorum eius, quam hereditario iure tam a patre, quam* poſſeſſiones
a matre, & a ceteris progenitoribus ſuis poſſederat, a loco illo, vbi reliquiæ ipſius;
ipſius conditæ ſunt, videlicet, vbi Naua fluuius Rheno influit, ſurſum per ri-
pam Rheni vſque ad Sellam *fluuium* ** *ſe extendebat, & deinde ad alia duo flu-*
mina, quorum primum Wiza, *ſecundum* Apffla *dicitur, tranſibat, & illic vltra*
Nauam fluuiolum Elram *dictum, qui ibidem medius trium fluuiorum eiuſdem vo-*
301 *cabuli eſt, aſcendebat, & ab hinc ad* Simeram *amnem* † *dirigebatur, & inde*
per ſiluam Sane, *vbi amnis, qui* Heienbach *vocatur, Rheno ſe infundit, re-*
curuabatur.

* Hunc locum totum a ſe deſcriptum edidit *Freherus* in origin. Palatin. part. II cap. XI; at, quod expectabamus, ipſa loca, & maxime fluuii vbi ſint ſiti, non indicauit. H.

** *Kobelius* in vita germanica *Selſam* fluuium ſtatuit ad Ingelheimium oppidum, ſcilicet ſurſum ad Rhenum, nec procul inde fluuioli *VVıza* & *Apffla* ſtatuuntur, vulgo *Selſs*, *VViſs*, *Apffel* dicti. H.

† *Simera* vrbs Ducatus titulo celebris eſt ad amnem *Simeram*, qui in Nauim defluit, & hinc termini Ducatus S. Ruperti videntur aſſignandi.

Habitatio autem tam B. ROBERTI, quam matris ipſius eodem tempore habitatio;
propter ſuauitatem defluentium aquarum in ipſo loco erat, vbi reliquiæ eorum
nunc conditæ ſunt. Ciuitas vero ipſorum ibidem ſita, & fortiſſimis ædificiis mu-
nita per totam adiacentem planitiem vſque ad radicem vicini montis, & vſque
ad ripam Rheni tendebatur. Sed ex altera parte Nauæ fluuii vicus erat, in qua
habitacula famulorum & piſcatorum eorum, & ſtabula equorum ipſorum, ac hor-
rea, vbi frumentum eorum condebatur, & torcularia, vbi vinum ipſorum ex-
primebatur, fuerunt. In ipſis quoque locis maior celebritas, & maior copia di-
uitiarum, & omnium ſecularium dignitatum illo tempore pollebat, quam in aliis
ciuitatibus eiuſdem regionis vigeret: quoniam ibi concurſus & tranſitus multo-
rum hominum, diuitiarum, prouinciarum aſſidue frequentabatur.

Denique cum B. ROBERTVS iuuenilem ætatem attigiſſet, ſcilicet, cum iuuentus ad
iam fere viginti annorum eſſet, multi propinquorum & miniſtrorum eius ipſum ſanctimoniam,
quamuis renitentem ad voluptatem ſeculi trahebant: quos ipſe, quia totus in aliasque virtutes
DEI amore ardebat, a ſe piis & conuenientibus verbis repellebat, quia DEVS, compoſita.
qui omnia tam futura, quam præterita & præſentia nouit, aliud in eo præuide-
rat. Nam dum idem beatus, velut arbor fructuum plena, tam pinguis & ele-
gantis naturæ eſſet, vt mens ipſius per generoſitatem & diuitias ſeculi in con-
trarietatem bonorum facile peruerti, & in ſanctitate areſcere poſſet, quemad-
modum in quibuſdam hominibus ſæpe accidit, qui bona opera inceperunt, in qui-
bus poſtmodum aruerunt, DEVS ipſum ad ſe tulit.

Quidam enim in conuiuiis peccatorum ſemper conuiuantes, DEO interdum
302 *ſecundum voluntatem ſuam promittunt, quod quandoque a peccatis ſuis reſipiſcere*
velint: & in hoc diabolus multotiens eos decipit, ita vt poſtmodum in laſciuia plus
peccent, quam ſi votum iſtud in animo ſuo non haberent, quia tempus peccan-
di, & tempus peccata relinquendi ſibi conſtituunt. Hi namque tempus, quo pec-
care deſiſtant, in moribus ſuis diſponunt, & interim grauiora peccata, quam
prius peccauerint, committunt, & ſic proprietatem voluptatis ſuæ pro DEO ha-
bent, & in ſuauitate iſta per diabolum decipiuntur, cum eis infundit, vt omnia,
quæ deſiderant ſecundum voluntates ſuas, faciant, quoniam per breue tempus
illas habituri ſunt, * *&c.*

* Altera hic interiecta digreſſio. (S.)

DEVS autem in dilecto ROBERTO ſtipulam vento agitatam non inuenit, matris Ber-
quia quicquid idem Sanctus de inſpiratione Spiritus ſancti accepit, ipſo adiuuante tha ſomniũ
feſtinanter compleuit, quoniam tempora proprietatis ſuæ ſibi non propoſuit. Deni- præſagiens.
que mater beati iuuenis huius ROBERTI, cum in viduitatis continentia DEO
bonis & ſanctis operibus deuote ſeruiret, ſomnium diuina reuelatione vidit, co-
ſtam, ſcilicet, de latere ſuo cecidiſſe, vnde multum perterrita, crebros gemi-
tus, & crebra ſuſpiria cordis ſui pertulit, ſicut & poſtmodum non multo tempo-
re tranſacto patuit.

Nam filius eius B. ROBERTVS, cum in intentione deuotionis, quam DEO Ruperti

vouerat,

infirmitas, *vouerat ; eſſet, quatenus eam compleret, magnis febribus infirmari cœpit, in*
ſomnium memorabile. *qua infirmitate ſenex, quem dudum in ſomnis viderat, ei apparuit, dicens: Ego*
antiquus dierum, qui Danieli in viſu noctis apparui, ſum, & nunc etiam me
tibi manifeſto, teque ad gloriam infinitæ beatitudinis voco, quoniam per pome-
rium, quod tibi olim in viſu demonſtraui, bona & ſancta opera, quæ modo com-
pleſti, veraciter præmonſtraui. Qui vt de ſomno euigilauit, triſtitia & timore
perterritus, quia libenter compleſſet, quod DEO in deſideriis ſuis vouerat, 303
matri ſuæ, quæ viderat, indicauit. Sed illa protinus maximo mœrore percuſ-
ſa, quantos gemitus, quantoſque luctus his auditis ediderit, a quolibet ſimile
paſſo animaduerti poteſt.

Itaque cum beatus iſte per triginta dies in præfata infirmitate laboraſſet, vi-
beatus obitus. *ceſimo ætatis ſuæ anno DEVS eum in bona confeſſione & in DEI timore de hac*
vita tulit: ne ſi ad perfectam ætatem perueniret, poſt vias patris ſui incederet,
Sap. 4, 11. *quia qui omnia nouit, ſic illi expedire præſciuit. Deus enim illi præuenit, & ipſum*
in innocentia fulgentem de hac vita ſubtraxit. In oratorio autem, quod ipſe &
ſepultura. *mater ſua ſuper Nauam fluuium in ſupradicto prædio ſuo conſtruxerant, cum ma-*
ximo concurſu populorum totius regionis ſepultus eſt: aliis quidem ſuper eum flen-
tibus, quoniam immaturus de præſenti vita ſublatus eſt; aliis vero ſuper eum
gaudentibus, quia per miracula, quæ DEVS ibidem per eum fecit, tota regio
illa, velut dies per ſolem, illuminata eſt. Per octo namque annos DEVS plu-
rima ſigna & miracula per merita huius dilecti ſui in prædicto loco in infirmis, in
claudis, & in captiuis fecit, ita vt quicunque in tribulationibus vexabantur,
ad ſepulchrum eius venientes per gratiam DEI liberati ſint.

Beata autem BERTHA, vidua DEI electa, poſt felicem obitum filii ſui,
matris Berthæ ſingularis in virtutibus progreſſus, *ſanctam vitam in magna contritione cordis ſui deinceps duxit, & omnia, quæ*
habuit, ad ſepulchrum filii ſui pro ſeruitio DEI obtulit, & cuncta neceſſaria con-
gregationi fratrum, qui ibidem DEO in diuinis ſeruiebant, ex his pleniter ſub-
miniſtrauit. Nam poſt finem filii ſui in omni bonitate ieiuniorum, eleemoſynarum,
& orationum fere per viginti quinque annos viuens, multos labores pro DEI
amore pie & iuſte conſummauit, & deinde corporali infirmitate correpta, ſpiri-
& mors ſancta, *tum, quem ſemper in cæleſtibus deſideriis infixerat, DEO reddidit, & in pace in*
ſepulchro filii ſui in præfato prædio ſuo honorifice ſepulta eſt.

Qua defuncta prædictus locus in honore ſanctitatis, & in pace quietis vs- 304
Binga poſt id temporis deuaſtatio, *que ad tyrannidem Nortmannorum perſtitit. Quibuſdam etenim annis poſt feli-*
cem tranſitum beatæ huius Berthæ tranſactis, gens Nortmannorum a finibus ſuis
egreſſa plurimas ciuitates circa fluenta Rheni diuino iudicio deuaſtauit. Treue-
rim quoque deſtruxit, & ſic graſſando ad ciuitatem Robolai**, patris ſcilicet*
B. Roberti, vbi Naua fluuius Rheno commiſcetur, de quo ſupra dictum eſt,
perueniens, hanc etiam ruina & incendio ad nihilum redegit.

* Treuirenſis vrbis excidium contigit an. DCCCLXXXII & ſequenti. *H.*

** *Binga* hic appellatur *ciuitas Robolai*, patris S. Ruperti. *Henſchenius.*

Quo facto, cum nefarii homines iſti, tandem repercuſſi, feritatem ſuam de-
& ad alteram ripam tranſlatio, *poſuiſſent, & ad terras ſuas redirent, incolæ præfati loci, qui ſuperſtites re-*
manſerant, & qui per diuerſa latibula diſperſi fuerant, reuertentes, & ciuita-
tem ſuam dirutam cernentes, altera parte Nauæ fluuii, propter munimen decur-
rentium fluminum, & adiacentium montium, alia habitacula ſibi ædificabant:
& omnia, quæ in lignis, & lapidibus; in eiectis fundamentis, atque in aliis
vtenſilibus a prædicto deſtructo loco deferre poterant, ad alteram ripam Nauæ,
illuc ad habitandum deportabant. Et ſic prior locus, qui dudum frequentia po-*
pulorum, celſitudine ædificiorum, amplitudine diuitiarum pollebat, deſolatus eſt,
atque per ſubſequentia tempora ad maiorem deſolationem perductus.

* Ex his patet, *verus* Bingium ab *ho-dierno*, quod ad dextram Nauæ eſt, probe diſcernendum; illud vero Treueris adſcribendum eſſe: de quo alioqui dubitarunt *Cellarius* geographiæ antiquæ lib. II cap. III p. 314. nec non auctor præfationis ſcriptoribus Wirzburgenſibus præmiſſæ, *E. G. Rincking*, pag. 35; quod ὁδοῦ πάρεργον notandum duxi.

Quoniam omnia prædia, quæ B. ROBERTVS hereditario iure poſſederat,
Ruperti bona diſtracta. *per extraneos, & diuerſos homines in contrarietatem diſſipationis diſtracta ſunt,*
& nihil ex iis inconuulſum permanſit, excepta eccleſia, in qua idem DEI electus,

vt

Edit. I pag. *vt ſupra dictum eſt; vna cum matre ſua requieuit: quæ & vſque ad tempora noſtra durauit: ſic etiam, quod eam oculis noſtris perſpeximus, cum ad eundem locum demonſtratione perueniſſemus, & exceptis quibuſdam paucis vinetis ad eandem*
305 *eccleſiam pertinentibus, quæ a Domino Hermanno Hildesheimenſi Epiſcopo *, & fratre ipſius nobili viro, Bernardo dicto, per nos pretio comparauimus.*

* *Hermannus* præfuit eccleſiæ Hildesheimenſi ab anno MCLX ad annum MCLXXIV, quo redux ex Palæſtina obiit in Italia. At *S. Hildegardis* vixit vſque ad annum MCLXXVII. *(H.)*

CAPVT XXXVI

De Sancti eiuſdem reliquiis, & parthenone.

I

Ceterum ſancti huius reliquiæ in eodem adhuc Virginum monaſterio viſuntur. Corpus enim, quamuis diſſolutum, pelle tamen adhuc pæne obtectum eſt, præſertim pedes, quorum vnum argenteus continet ibidem calceus; alterum ex altero, qui remanet, calceo, abſtuliſſe, alioque miſiſſe dicitur Cardinalis Albertus *. *Quæ extent ſuperſint;*

* Per litteras ſuper his interrogatus Reuerendus cœnobii Ruppertino-Eibingenſis h. t. Præpoſitus, *Vitus Seidel*, ita reſpondit: *Omnia hodieque ita ſe habent. Corpus pelle, immo & carne obtectum. pes vnus integer & incorruptus: ſimiliter & pupillæ oculorum, alter pes ſeruatur in eccleſia metropolitana Moguntina, quo per Cardinalem Albertum translatus videtur.*

De cetero, quum, monaſterio Rupertino a Suecis exuſto, anno MDCXLI iuſſu Eminentiſſimi Archiepiſcopi, *Anſelmi Caſimiri*, de ſtatu illius inquirerent, quibus id commiſſum erat, *Ambroſius Saibaus*, Suffraganeus Moguntinus, *Adamus Freiſpach*, Prouicarius in ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis & Decanus ad gradus, necnon *Fridericus* a *Driel*, Scholaſticus ad S. Victorem, Abbatiſſa, de reliquiis his interrogata, reſpondit; *D. Ruperti*, *D. VViperti*, *D. Berthæ*, *D. Hildegardis*, & *D. Giſelberti*, aſceterii Eibingenſis patroni, corpora Moguntiæ; Coloniæ vero *D. Ruperti* caput, pedem vnum & cor, vnumquodque ſeparatim argento incluſum, adſeruari: coſtarum vero *D. Ruperti* vnam ablatam eſſe.

II Et cum in cœnobium illud anno Domini MCLVIII veniſſet S. Bernardus, *obtulit* (verba *Tritbemii* ex Hirſaugienſi Chronico iam loquar) *ſancta virgo Hildegardis, virgo Dei, poſtulanti particulam reliquiarum S. RVPERTI Ducis, & Confeſſoris, pro quibus & ipſe poſtea nonnulla Sanctorum capita ei remiſit. Facta ſunt hæc in monte S. RVPERTI in præſentia Meginhardi Comitis de Spanheim, ſub cuius ditione temporali præfatum cœnobium conſtructum eſt, in quo & filiam habuit ſanctimonialem, nomine Hiltrudem, virginem ſanctiſſimæ conuerſationis, quæ cum B. Hildegarde, ſub magiſterio B. Iuttæ in amore Dei fuerat inſtituta. Aderant ibi cum eo Comite præſentes Cuno Abbas S. Diſibodi, & Bernhelmus primus Abbas in Spanheim, cum multis aliis clericis, monachis, & ſecularibus. Ibi tunc Bernhelmus præfatus, per medium S. Bernardi, ad inſtantiam ſui ac Comitis Meginhardi, dextrum crus, a genu infra vſque ad pedem excluſiue, de corpore S. RVPERTI Ducis, integrum cum cute & carnibus a B. Hildegarde, & tota eius congregatione ſanctarum virginum obtinuit, & cum magna reuerentia & honore ad ſuum monaſterium Spanheimenſe introduxit, quod, vſque in hodiernum diem, integrum habetur.* Eadem fere in Sponheimenſi Chronico, ſed anno MCL. *Dedit*, ait, *S. Hildegardis viro Dei Bernardo poſtulanti, particulam reliquiarum S. RVPERTI Ducis Bingionum & Confeſſoris. Et Bernhelmus Abbas, interuentu Comitis Meginhardi fundatoris, ab Henrico Archiepiſcopo Moguntino, & S. Hildegarde dextrum crus B. RVPERTI Confeſſoris & Ducis ſupradicti, a genu infra vſque ad pedem ſeu talum, cum pelle, carne, & oſſibus integrum obtinuit. quod, cum magna reuerentia & honore, huic monaſterio ſuo Sponheimenſi aduexit.* *quæ B. Bernhardo ceſſerint;* *quæ Bernhelmo Abbati Spanheimenſi.*

306 (margin, beside "heimenſi Chronico")

III Extat ſancti eiuſdem Ducis & Confeſſoris vita germanice, per *Iacobum Kobelium*, anno Domini MDXXIV Oppenheimii typis excuſa, nonnulliſque imaginibus ornata, quæ ex iam dato Hildegardis commentario fere prompta. Quomodo autem in Beati huius beata illa poſſeſſionem, montemque & arcem *de vita D. Ruperti liber germanice editus,*

veneris, &, ad eius tumulum, parthenona ſacrum excitarit, facient, quæ ſe- Edit. I
quuntur, manifeſtum. p. 196

Monaſterium *D. Ruperti*, vt ex ſequentibus conſtat, initia ſua debet *D. Hildegardi*; quæ quidem id auxilio Meginhardi, Comitis Spanhemenſis, aliorumque ſtatuit in monte iuxta Bingam, ad Nauæ & Rheni confluentes: quo loci olim Ruperti Ducis fuerat regia.

Factum id ſub annum MCXLVII, vid. *Trithemius* in chron. Hirſaugienſi ad h. a. p. 416, Sponhemenſi p.

Quoniam vero ipſa, ceteræque, quas ſecum adduxerat, virgines bonorum ſuorum partem monaſterio D. Diſibodi, iuxta quod hactenus intra parietes ſacros incluſæ ſibi Chriſtoque vixerant, dotis obtulerant loco, Cuno, montis Abbas, ne haberent, quod quererentur, illorum loco VIII manſos, diuerſis in locis, eis adſignauit, ac in perpetuum tradidit: Heligerus vero, cum deceſſoris factam cum eis permutationem poſtea firmaret, hoc, quod Hildegardis excitarat, aſceterium ſimul liberum dixit, dimiſitque: modo quod ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus reſeruarit ius, boni teſtimonii monachos, qui ſacris locum curent officiis, ſanctimonialium ad petitum, ibidem conſtituendi. vid. *Arnoldi* Archiepiſcopi, de quo ſtatim, diploma.

Conditum autem fuit in vſus virginum, genuina natalium nobilitate conſpicuarum, ſiue, vt in veteri quodam fragmento eſt, *vere ex patre & matre nobilium, de quarum illuſtri generatione & familia nullum dubium ſit.*

Ordinis ac inſtituti eſt a D. Benedicto in orbem inuecti; & quum ſeculo XV temporum, morumque malignitate a priſcæ diſciplinæ ſanctimonia defeciſſet, ad intermortuæ religionis officia ſtudio atque auctoritate Archiepiſcopi *Bertholdi* fuit reuocatum. Is enim non ſolum anno MCCCCXCII, VII menſis Iunii die, *VVolfgango* de *Bicken*, ſuo in eccleſiaſticis Vicario, *Ioanni Bertramo*, Doctori & Profeſſori Theologo, *Andreæ Eler*, Decretorum Doctori, & *Ioanni Flich*, fratri congregationis Erbacenſis, in mandatis dedit, vt illud inuiſant, & tum in mores, vitamque ſanctimonialium, tum rei familiaris adminiſtrationem omni ſtudio inquirant: verum etiam poſt ad veteris diſciplinæ vigorem reduxit, ſanctimonialibus ſex Schönaugia accitis, & *Guda*, *Specht* nuncupata, de *Bubenheim*, omnium conſenſu parthenoni præfecta. Conf. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCCXCIV p. 554 & Sponheimenſ. p. 404.

Inter hæc vero egregiis exornabatur priuilegiis; de quibus reuerend. Præpoſitus *Seidel* ita ad nos: *Ceterum priuilegia exemptionis a Cæſaribus, Principibus Electoribus Moguntinis & Palatinis monaſterio Rupertino conceſſa ſunt certe inſignia, & a plurimis Imperatoribus, nouiſſime adhuc ab Auguſtiſſimo Carolo VI, glorioſiſſime hoc tempore regnante, confirmata, quorum autographa in monaſterio Eibingenſi adſeruantur.* Occurrit inter alia *Arnoldi* Archiepiſcopi editum XI Kal. Iun. an. MCLVII, quo non poſſeſſiones ſolum illius firmat, ſed monialibus etiam liberam Abbatiſſæ electionem concedit, eaſque in ſuam, ſuorumque in ſede Moguntina ſucceſſorum recipit clientelam; vt in cod. diplomat. quo id dedimus, videre eſt: cum maxime vero *Friderici I* Imperatoris an. MCLXIII, a. d. XIV Kalend. Maii Moguntiæ confectum; quo Arnoldino iſti non modo robur adiicit, verum etiam nouo augmento parthenonem hunc omnibus exactionibus atque oneribus exemptum voluit. quod, cum ad verbum legi dignum ſit, l. d. inſeruimus. His adde aliud *Sifridi II*, anno MCCXXV perſcriptum; quo omnia a deceſſoribus ſuis eidem indulta rata habuit atque corroborauit. *Helvvichius* elench. nobilitati eccleſ. Moguntinæ ſect. I p. 2 & 4.

Enimuero bello tricennali triſtem plane cum pluribus aliis caſum ſuſtinuit, ſiquidem anno MDCXXXII, cum clauſtri Antiſtitam ageret *Anna Lerchin* de *Dirmſtein*, ipſa dominica *in albis* a milite Sueco in cineres fuit redactum. Auctor deuaſtationis fuit *Alexander Hanna*, gente Scotus, vigiliarum præfectus in legione Suecica tribuni Iacobi Ramſe: qui cum poſtea in conflictu apud Benfeldam, Alſatiæ oppidum, letale accepiſſet vulnus, prius quam ſpiritum effunderet, dixiſſe fertur, nil magis ſibi dolere, quam quod concremari iuſſerit monaſterium hoc Rupertinum prope Bingam. Referunt id nobis cum ephemerides monaſterii ad S. Iacob. in monte ſpecioſo, tum maxime cœnobii Eibingenſis, in quibus id, vaſtationis huius triſtis ſpectator, ac teſtis oculatus, *Caſpar Lerch* de *Dirmſtein*, Abbatiſſæ germanus, conſignauit.

Parthenone ita euerſo, ſacer virginum coetus diſperſus eſt. quædam enim Coloniam, quædam Lucenburgum, quædam Moguntiam, aliæ ad affines & cognatos ſe receperunt. Poſt vero rurſum congregatus ac anno MDCXLI, iuſſu *Anſelmi Caſimiri* Archiepiſcopi, Eibingam translatus eſt, quo cum *Anna Lerchin*, pace reſtituta, licet aliquoties ab Eminentiſſimo Ordinario citata, redire nollet, ſed in monaſterio Kitzingenſi, in quod ſeceſſerat, perſeueranter moraretur, hæreret, perſtaret, ipſa adhuc in viuis exiſtente cœnobio præfecta fuit *Vrſula* de *Sickingen*; quam dein excepit *Anna Iuliana Schützin* de *Holzhauſen*; hanc, *Maria Scholaſtica* de *Manteufel*; qua fatis functa eligentium ſuffragiis regimen ſubiit *Maria Anna Vlnerin* de *Diepurg*; & poſt eam, quæ hodie adhuc eidem præeſt, *Maria Antonia Müll* de *Vlmen*.

Vtuntur tamen Abbatiſſæ etiamnum titulo Abbatiſſarum *montis Rupertini*, litteriſque publicis ac contractuum, vt appellant, inſtrumentis ſic ſubſcribunt: *Abbatiſſa montis S. Ruperti & Eibinga.*

Situm autem *Eibingenſe* hoe monaſterium eſt in Rhingauia, proxime Rüdisheimium, montana verſus, ab ipſa B. Hildegarde, vt in vita eius eſt, excitatum: fuitque ſemper *Priuatus* titulo parthenoni Rupertino ſubiectum,

adunatum

aſtonemque. Habetur de eo MS. antiquiſſimum, in quo inter alia legas, D. Hildegarden ſingulis hebdomadibus bis traieciſſe Rhenum, & Eibingenſe hoc clauſtrum*, qua par erat, vigilantia, inuiſiſſe.

Dedicatum eſt S. Giſelberto, cuius etiamnum religioſe ſeruat ac cuſtodit reliquias, vt ex ſupra dictis patet.

Id vero haud ſecus ac Rupertinum ſuperioribus temporibus auitæ puritatis perdiderat nitorem. quod cum Iacobo Archiepiſcopo, de ſanctiore diſciplina ſanctimonialium in mores reducenda ſerio cogitanti, graue admodum eſſet, id operam dedit, vt a vitiis & mundanæ contagionis illecebris repurgatum, ad veteris religionis cultum reduceretur.

Rupertinum interim ſuis adhuc lacerum horret ruinis, funeſtum omnino ac triſte malorum, quæ archidiœceſin Moguntinam bello Suecico afflixerunt, monimentum.

CAPVT XXXVII

De B. HILDEGARDE.

I

QVia non S. RVPERTI vitam & locum tantummodo, ſed totam quoque Moguntinam diœceſin egregie illuſtrauit B. HILDEGARDIS, æquum ſane videtur, ingrato hic eam non præteriri ſilentio. Eius vero hiſtoriam libris tribus contexuit Benedictinus Abbas *Theodoricus*; eaque a pio quodam, quem puer noui, ſacerdote, Coloniæ, vna cum Beatæ huius opuſculis aliquot in typographicum prelum data, & Reuerendiſſimo ac Illuſtriſſimo DANIELI noſtro dedicata eſt. Et priores quidem libri duo, magnam partem, ſunt ex ipſius excerpta Virginis voluminibus, poſtremus autem varia eiuſdem recenſet miracula, beatumque e mundi huius carcere in cælos abitum. Dignos vero libros eoſdem iudicauit *Surius*, quos in tomum ſuum quintum referret, ac ex iis, ſuperiori iam ſæculo, breuem veluti ſummulam collegit *Ioannes Tritbemius*: & quidem non 307 vno tantum loco, ſed pluribus, in catalogo ſcilicet illuſtrium Germaniæ virorum, lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, lib. II de viris illuſtribus ord. S. Benedicti c. CXIX, l. III c. CCCXXXIV, in Spanheimenſi Chronico, itemque in Hirſaugienſi. Qui plura igitur volet, adire illos poterit. paucula ego tantum ex iſto Hirſaugienſi opere tranſſcribam.

B. Hildegardis vita a Theodorico ſcripta, & a nonnemine edita, ſummatim expoſita a Io. Trithemio.

II *Fuit virgo HILDEGARDIS beatiſſima, oriunda ex comitatu Spanheimenſi, in villa, quæ vocatur Bickelnheim, patre Hildeberto, & matre Mechtilde progenita, temporibus Henrici Imperatoris IV, anno Domini MXCVIII*, Indictione VI; cuius pater Hildebertus vir nobilis, in curia Comitis Meginhardi de Spanheim nobiliſſimi & illo tempore potentiſſimi militabat, vir diues & honoratus in ſæculo.*

quod attinet ad loca eius natalem ac parentes,

* Conf. huc, quæ poſtea ex *Pagio* dabimus. *Kornerus* in *excerptis Fellerianis*, trimeſtri III n. XVI p. 163 perperam ad an. MCXL; *Hildegardis, altera Sibylla, naſcitur prope Pingriam* (Bingen) *ſuper Rhenum flumen, ſecundum* Vincentium *in Speculo*.

At Hildegardis anno ætatis ſuæ V monaſticis diſciplinis imbuenda tradita fuit a parentibus ſuis beatæ virgini Iuttæ in monte Diſibodi, pro Chriſti amore incluſæ, ſorori præfati Comitis Meginhardi, de qua ſuperius dictum eſt: a qua in timore Domini laudabiliter erudita, nihil aliud quam cæleſtia didicit amare, in eodem loco omnipotenti Deo multis annis in humili caſtitate ſeruiuit, donec tandem poſt obitum venerabilis Iuttæ, numero virginum augmentato, per diuinam reuelationem inſtructa, ad montem S. Ruperti iuxta oppidum Bingionum, vbi Nabus Rhenum influit, cum octodecim ſubiectis monialibus tranſmigrauit.

educationē in monte D. Diſibodi, ſeceſſum in, ad montem D. Ruperti

Ibi Comite de Spanheim Meginhardo, aliiſque fidelibus Chriſti adiuuantibus, cœnobium pro ſacris virginibus conſtruxit, in eo videlicet loco, vbi S. RVPERTVS Dux cum matre ſua, Bertha nomine, ſancta femina, temporibus Ludouici I Imperatoris caſtellum & manſionem habuit; ſub cuius magiſterio inter alias feminas ſacras Hiltrudis, virgo deuotiſſima, fuit ipſius Comitis Meginhardi præfati ſpecioſiſſima filia, de qua ſupra dictum eſt, quæ amore cæleſtis regni latum in terra dominium reſpuit, & ſanctæ conuerſationis habitum ſub di- 308 *ſciplina ſororis genitoris ſuæ Iuttæ, in monte diui Præſulis Diſibodi ſuſcepit. ob huius virginis intuitum pater Comes Meginhardus multa bona ipſi cœnobio contulit, & ius loci, quod partim ad eccleſiam Moguntinam, partim ad ditionem*

parthenon ibidem ſuſcitatum,

Bernhardi Comitis de Hilderheim, filii Ioannis, fratris ſui, pertinebat, ratione Edit. I
vſufructus, data pecunia emit, & ſanctæ Hildegardi tradidit, dans & conce- pag.
dens ei omnimodam libertatem eligendi protectorem, quemcunque voluiſſet, ipſum-
que locum a ſuo domino, poteſtate & aduocatione in perpetuum abſoluit.

varia ſcripta.

Porro ſancta virgo Chriſti Hildegardis ab infantia diuinis reuelationibus vi-
ſitata, cum præter Pſalterium & ſimplicem pſalmodiam Latini ſermonis ab ho-
mine nec artem didiciſſet, nec vſum haberet, mirabiliter tamen Spiritus ſancti
gratia illuſtrata, multa ſcripſit, multa dictauit, partim materno, partim Teu-
tonico diſtincta ſermone, quæ non humano ſenſu aut intellectu, ſed diuino potius
afflatu didicit, & ideo non niſi a ſpiritualibus ſcripta eius intelligi poſſunt. Scri-
pſit autem librum magnum & multæ ſubtilitatis, quem Sciuias prænotauit, qui
incipit: Et factum eſt in anno nono. Item diuinorum operum libros tres; vitæ
meritorum libros tres; de cauſis & remediis omnium morborum humani corpo-
ris, opus inſigne, quod medicinam prænotauit compoſitam, & incipit: DEVS
ante creationem mundi abſque initio fuit & eſt. item alium librum de naturis
herbarum, quantum ad curam humani corporis pertinent, ſatis pulchrum edi-
dit, quem ſimplicem medicinam prænotauit, item in regulam S. Patris noſtri
Benedicti breue quidem, ſed vtile, opuſculum compoſuit, ſic incipiens: Et ego
paupercula femina forma. item ad XXX ſubtiliſſimas quæſtiones Wiberti mo-
nachi per epiſtolam ſibi propoſitas, per Spiritum Sanctum edocta, tam profunde,
proprie & Catholice reſpondit, vt legentes merito vertat in ſtuporem. hoc opu-
ſculum ſic incipit: Charitas quæ cum abſtinentia peccatorum fidem inſtruit. 309
Scripſit etiam, per viſionem cælitus inſtructa, vitam S. Diſibodi, epiſcopi Hiber-
nienſis, de quo ſupra iam diximus; vitam quoque ſancti Ruperti Ducis & confeſ-
ſoris. In octo & quinquaginta euangelia Dominicalia per circulum anni homi-
lias, totidem multum ſubtiles, difficiles & profundas; epiſtolas etiam ad diuer-
ſas perſonas pluſquam CCL exhortatorias ſcripſit, in quibus ſingulos de occulto [illegible]
mentis ſtatu eorum, ad meliora admonitos facit. Ad Treuerenſes, Moguntinenſes, & Colonienſes litteras & plures & prolixas ſcripſit, in quibus futuram
his calamitatem prædicit. Inter alias etiam ad Abbatem & fratres huius cœ-
nobii Hirſaugienſis epiſtolas & litteras diuinis reuelationibus plenas ſcripſit: imo
& ſua perſonali præſentia in hoc monaſterio fuit, de quibus mentionem faciemus,
quum ad tempora Manegoldi Abbatis texendo hiſtoriam peruenerimus.

epiſtolas ad eandem exaratas,

Extant denique in præfato cœnobio ſancti Ruperti vſque in præſentem diem
copiæ litterarum & epiſtolarum, ad ſanctam ipſam Hildegardem miſſarum per
Conradum III & Fridericum I Romanorum Imperatores, perque Eugenium III,
Anaſtaſium IV, Adrianum IV, & Alexandrum III, Romanos Pontifices; per
Archiepiſcopos Moguntinos, Henricum, Arnoldum, & Chriſtianum, perque
Treuerenſes, Colonienſes, Bremenſem, Saltzburgenſem, Hieroſolymitanum,
Magdeburgenſem, & plures in Italia; ac per Epiſcopos, Bambergenſem, Spi-
renſem, Wormatienſem, Conſtantienſem, Virdunenſem, Leodienſem, Traie-
ctenſem, Pragenſem, & alios ex Germania, Gallia & Italia plures: per Ab-
bates ſanctos, in primis Bernardum Clareuallenſem, Adam Eboracenſem,
perque Eberbacenſem; ſancti Anaſtaſii ex Roma, de Keiſheim; per Hirſau-
gienſem Manegoldum, ſancti Hamerani Ratiſponenſem, Monichenſem, Nu-
neburgenſem, S. Mariæ ad Martyres Treuerenſis, S. Mathiæ Treuerenſis,
ſancti Diſibodi, Campidonenſem, Eluacenſem, Mulbrunnen, montis Mona- 310
chorum, Bambergenſem, Zuueifaldenſem, Spanheimenſem, Salenſem, Beſonis
villæ ſancti Martini, Colonienſem, Bruuuilerenſem, Wetelenſem, Heilsbron-
nenſem, Bellenallenſem, Carilocenſem, Clarefontenſem, Charitatis, Bethaniæ,
Sprengersbacenſem, Rodenkirchenſem, Eluerſtadenſem, Salueldenſem, in Wa-
degas, & alios complures: per Præpoſitos quoque in Flamheim regularium, in
Heyna regularium, in Veſtera regularium; in Herde Præmonſtratenſium, in
Himelauue noſtri ordinis monialium, in valle Dei monialium Ciſtercienſis ordi-
nis, in Cappenberg, S. Victoris Moguntinenſis, Sancti Caſtoris in Confluentia,
Sancti Andreæ in Colonia; Erfordenſem, maioris eccleſiæ Moguntinenſem, S. Si- 803
meonis Treuerenſem, in Rueſtede, Franckofordenſem, maiorum eccleſiarum
Treuerenſem, Colonienſem, Bonnenſem, & alios plures: per Abbatiſſas etiam

S. Eliſabeth Schonaugienſem, noſtri ordinis, eodem ſpiritu ſcribentem: per Gandersheimenſem, in Wechterſwinckel, de Alzen noſtri ordinis, in Altwich Traiectenſis diœceſis, in Kruncben, S. Mariæ Ratiſponenſem, in Keyſingen, Sancti Cyriaci Erphordenſem, in Lubbelsberg, in Widergoldeſdorff, in Sebach noſtri ordinis; in Gronechtal, Sancti Theodori Bambergenſem noſtri ordinis, in veteri monaſterio Moguntinenſem, Olſtatenſem, in ſuperiori monaſterio Ratiſponenſem, in Nuſia noſtri ordinis, ſanctarum virginum in Colonia, in Didenkirchen, in Adernacho, S. Glodeſindis Metenſem, in Ardendal, & per alias complures: ſed & per ſacerdotes, philoſophos, & magiſtros, tam de remotis quam de vicinioribus locis non paucæ, quibus litteræ ipſius reſponſales inſpirante Spiritu ſancto dictatæ, plenæ myſteriis & arcanis ſunt coniunctæ. Omnibus enim conſolationem Spiritus ſancti ab ea quærentibus, aut verbum ſanctæ admonitio-
313 nis poſtulantibus, ſcriptis & orationibus ſuccurrere conſueuit, & nullum vnquam, quantumcunque debilem, abiectum vel pauperem deſpexit. Multis tam in vita quam poſt mortem miraculis claruit, & infirmos quolibet modo grauatos ad ſe confluentes orationibus in Chriſti nomine curauit.

miracula eius poſt mortem.

Narrat præterea ibidem *Trithemius*, quemadmodum ad eam, cum Francofurti (*Francouadium* appellat ipſius ſancti vitæ Auctor lib. IV cap. IV) fuiſſet S. Bernardus, venire, ipſiuſque libros legere voluerit: quemadmodum eodem Sancto præſente, Pontifex Maximus Eugenius in Treuirenſi Concilio eoſdem libros recitari curarit, ad eamque diuinæ laudis, propriæque accuſationis & demiſſionis plenas dederit litteras; quæ ſic loquuntur: *Eugenius Epiſcopus, ſeruorum DEI ſeruus, dilectæ in Domino filiæ Hildegardi, Præpoſitæ in monte S. Ruperti, ſalutem & benedictionem Apoſtolicam. Miramur, o filia, & ſupra quam credi poteſt, miramur, quia Deus noſtris temporibus iam noua miracula oſtendit, cum te ſpiritu ſuo ita perfudit, quod diceris multa ſecreta videre, intelligere, & proferre. Hoc a quibuſdam veridicis perſonis ita eſſe percepimus, qui ſe fatentur te vidiſſe, & audiuiſſe. Sed quid nos dicere ad iſta valemus, qui clauem ſcientiæ habentes, ita quod claudere, & aperire poſſimus; & hoc prudenter facere per ſtultitiam negligimus? Congratulamur autem gratiæ Dei: congratulamur & dilectioni tuæ: & hoc te admonemus, vt ſcias, quoniam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Gratiam ergo, quæ in te eſt, per humilitatem ſerua, & cuſtodi: ita vt ea, quæ in ſpiritu proferenda ſenſeris, prudenter proferas, quatenus illud a Domino audias*, Dilata os tuum, & ego implebo illud. *Quod nobis de loco illo, quem tibi in ſpiritu præuidiſti, ſignificaſti; hoc permiſſione & benedictione noſtra, & Epiſcopi tui fiat, ita quod ibi regulariter, cum ſororibus tuis viuas ſecundum regulam S. Benedicti, ſub eiuſdem loci clauſtro.*

Eugenii Pontificis ad eam litteræ

Iacob. 4 v. 6.

415
312 Demum vero, cum eius, quam B. Hildegardis beatam ſcripſit diſcipulam, Hiltrudis mortem narraſſet anno MCLXXVII *Trithemius*, ſubiungit; *Anno MCLXXX Dominicæ Natiuitatis, XV Calendas Octobris obiit S. Hildegardis monialis noſtri ordinis, fundatrix & magiſtra cœnobii S. Ruperti iuxta Bingen, Moguntinæ diœceſis, anno ætatis ſuæ LXXXII, ſepulta in medio chori monaſterii ſui ante maius altare, quæ multis & in vita, & poſt mortem miraculis claruit. Hæc ſanctiſſima virgo diuinis reuelationibus a iuuentute ſua viſitari meruit, & ad vtilitatem poſteritatis diuina iuſſione conſcripſit.* Hæc ille.

Sed annoto nonnulla. I, Extare cum germanica S. Ruperti vita, de qua ſuperiore dictum capite, vitam huius etiam Virginis: & tam in ea, quam in latina lib. I cap. I dici, non anno ætatis V, prout aſſeruit *Trithemius*, ſed vere VIII ad B. Iuttam in virginalem S. Diſibodi domum veniſſe B. Hildegardin; e contrario autem mendoſe in germanica illa ſcribi mortuam, anno MCLXXVII, cum eius ætas & mortalitatis initium indicet MCLXXX *.

Adnotatio I, anno ætatis 8 fere ad B. Iuttam veniſſe eam;

* Theodoricus Abbas in vita Hildegardis cap. ultimo ait, eam LXXXII ætatis ſuæ anno, XV Kalend. Octobr. ad cæleſtem ſponſum migraſſe. Subdit, id contigiſſe primo crepuſculo noctis dominicæ diei. quare cum XV Kal. Octobr. ſeu dies XVII menſis Septembris hoc anno (MCLXXVIII) in dominicam inciderit, euidens eſt, Trithemium in chronico Hirſaugienſi, quem paſſim alii ſequuntur, perperam hanc mortem in annum MCLXXX diſtuliſſe. Pagi critic. Baronian. ad annum MCLXXVIII n. VIII p. 654.

II, Cum eiuſdem beatæ doctrina & eruditio prædicatur, eius rei argumen- 2) non ſol.

tum

luiſſe linguâ latinam; tum imperitis videri, tot epiſtolas & libros latine ab ea editos. Sed ſane non verborum, latinæque linguæ, ſed rerum tantummodo ei peritia & cognitio tribuenda, prout recte admonet lib. II vitæ cap. I *Theodericus.* Nam & ipſamet, in quadam ad Adrianum Papam epiſtola, ſibi diuinitus dictum refert: *Cum deſuper tibi oſtenſa ad formam humanæ conſuetudinis non protuleris in latina lingua, quia hæc conſuetudo tibi non eſt data; ille, qui limam habet, ad aptum ſonum hominum explere non negligat.* Edit. I.

3. multis infirmitatibus corporis ſuiſſe obnoxiam. III, Et rurſum tam hoc, quam crebras corporis infirmitates, & viſionum ſuarum modum breuiter ita indicat eo in libro, vbi S. Ruperti vitam ſcripſit: *Propter timorem Dei, qui vita & veritas eſt, hominem in feminea forma hæc ſcribentem ne deſpiciatis, quæ doctrinæ litterarum indocta eſt, & quæ ab infantia ſua, vſque ad ſeptuageſimum ætatis ſuæ annum, imbecillis erat, & quæ ſcripturam hanc, oculis & auribus exterioris hominis non vidit, nec audiuit;* 313
ſed quæ tantum interiori ſcientia animæ ſuæ eam vidit & audiuit.

CAPVT XXXVIII

De huius, aliarumque Sanctarum quarundam reuelationibus.

B. Hildegardis reuelationes ac viſa luculente approbarunt multi & ſpectati, prout quidem liquere ſupra potuit, homines, in quibus & S. Bernardus apud *Trithemium* in Hirſaugienſi & Spanheimenſi Chronicis; ſed quia de toto iſto, quæ ſanctioribus feminis tributæ ſunt, reuelationum genere, videtur *Delrii* noſtri excuſſum ſatis & exalciatum iudicium, id e Diſquiſitionum Magicarum libro IV cap. I q. III ſect. IV malo nunc lector accipiat, quam meum.

II *Fuere*, ait, *multæ huiuſmodi, quarum extant reuelationes, vt S. Angelæ, filiæ Regis Bohemiæ, virginis ordinis Carmelitarum; quæ ſcripſit librum reuelationum ante annos CCCC. B. Brigittæ Sueticæ virginis, cuius extant multi libri reuelationum, quas qui tribuunt B. Brigidæ Scotæ virgini,* a) *falluntur: niſi & iſta forte reuelationes ediderit, quod non arbitror. Hæc virgo vixit anno DXVIII. at B. illa vidua poſt annum MCCCLXX exceſſit e viuis. Hac etiam longe antiquior Pepini Ducis Brabantiæ filia S. Gertrudis DCLXIV reuelationes quoque ſuas collegit. Claruit S. Hildegardis in Germania anno MCLXXX, cuius & aliæ ſuperſunt. Et eodem tempore S. Elizabetha Schönaugienſis, cuius reuelationes libris duobus complexus Rogerus Ciſtercienſis Anglus, vir doctus & pius; quem, vt nullum Sanctorum, virulentiæ maledicentiæque fœtidi oris ſui Balæus immunem eſſe noluit in catalogo Scriptorum Britannicorum, quo libro nihil vnquam legi ſcurrilius, mendacius, aut magis blaſphemum. Miror nondum ab aliquo Anglo Catholico laruam morioni & ſceleroſiſſimo apoſtatæ detractam. Hac recentior, tempore Gregorii XI circa annum MCCCLX, quo tempore S. Brigitta viuebat, fuit S. Catharina Senenſis, & ipſa reuelationibus illuſtris. De harum itaque reuelationibus, maxime de B. Brigittæ, quæ plurimas ſcripſit & habuit, nonnulli ambigunt, quo illas in pretio habere oporteat.* 314

a) Semlerus, Leloyher, alii. (S.)

Henricus de Haſſia, * *& Sibyllanus,* † *ambo Catholici, ambo religioſi, ſed (vt verum dicam) nonnihil audaces, volunt D. Brigittæ & ſimilium reuelationes, non debere haberi pro indubitanter veris, nec acceptari tanquam a Spiritu ſancto editas. Qui ſi hoc intelligerent de certitudine fidei Catholicæ, eiuſque veritate: item de editis a Spiritu ſancto dictante, vt credendum SS. editam, ſane verum dicerent: ſed puto neminem paulo prudentiorem tale quid vnquam opinatum. Argumenta quoque illorum, cum longe tendant vlterius, indicant eos longe aliud voluiſſe; ſcilicet, loqui de certitudine humana, ſeu morali, & de dictamine Spiritus ſancti, in diuinis reuelationibus ordinario; quod ſane nimis multum, de auctoritate & opinione ſanctarum CHRISTI ſponſarum, eſt decerpere. Sic illi argumentantur.* 1, *quia quæ prædixerunt poſſent aliunde prædici, vt ex induſtria ſolo lumine fidei, & doctrinæ confortata.* 2, *quia potuerunt ex illuſione dæmonum naſci, DEO hoc merito permittente; eo quod, etiam ſine culpa, præſumebant facere, quæ mulieribus illicita, vt concionari, &*

docere.

Edit. I pag. *docere. 3, quia potuerunt prouenire ex phantaſia nimis debilitata, & ex errore quodam mentis. 4, quoniam in illarum dictis quædam occurrunt minus, ſecundum communem Theologorum ſententiam, conſentanea rationi & veritati. 5, quia prophetica illarum doctrina ſuperuacua, & parum eccleſiæ videtur eſſe neceſſaria.*

* Comment. in Gen. † Decad. I peregrin. quæſt. 3. (S.)

315 *Hæc momenta non me deterrent, non mouent a debita ſanctis mulieribus, earumque dictis exhibenda reuerentia. Non quidem reuelationes illas, tanquam fidei Catholicæ aſſertiones, tueor: ſed vt reuerentia dignas, & a cæleſti lumine colluſtratis mentibus prolatas, venerabiles defendo, & quamdiu ab eccleſia, vt piæ approbantur, non niſi temere reiici poſſe contendo. Ad primum argumentum reſpondeo, plurima in his contineri, quæ, cum tot annis prius prædicta fuerint, non niſi a DEO potuerunt reuelari. Ad ſecundum, quod Epiſcopi varii, & Summi Pontifices modum illum Sanctarum extraordinarium in docendo & exhortando permiſerint; & ideo nihil illas indebitum vſurpaſſe. quare nec cauſa fuit vlla, cur ſponſas ſuas CHRISTVS tam fœde ab animarum adultero diabolo decipi & rideri pateretur. Ad tertium reſpondeo, nullum delirii, vel aberrationis a mente ſana ſignum vnquam in illis deprehenſum fuiſſe. quare non minus hæc coniectura, quam præcedentes, vanitatis & malitiæ plena cenſenda. Ad quartum negamus in reuelationibus illarum quidquam reperiri, quod Catholicæ fidei ſinceritati palam repugnet, vel cum ea conſiſtere nequeat. Si quid forte communiori Scholaſticorum ſententiæ repugnat, non ideo confeſtim damnandum, vt erroneum; cum pie & prudenter intellectum, ſuis quoque probatis auctoribus & rationibus non abſurdis ſtabiliatur. Alioqui Pontifices Romani, vt Eugenius III Hildegardis, Bonifacius vero IX Brigittæ, reuelationum libros, adhibito maturo Doctorum & Cardinalium concilio atque examine, non permiſiſſent, ad eccleſiæ vtilitatem, in vulgus edi. Ad quintum dico, ſolere Deum, ſæpe quædam permittere, imo & facere; quæ nobis videntur eccleſiæ non admodum neceſſaria, vel idcirco, vt maioris ſuæ munificentiæ nobis ſint ſigna, & famulos ſuos amicoſque amplius honoret. Præterea, quis conſiliarius Dei fuit, aut quis mentis eius abyſſum ſic penetrauit, vt pronuntiet aliquid ab eo factum ſuperuacue?*

316 Subiungit aliud de apparente quadam feminearum id genus viſionum repugnantia. ſed ea etiam a Soarezio noſtro, & Reuerendiſſimo ac Illuſtriſſimo Baronio accurate diſceptata. Ideoque quod ab eodem *Delrio* ibidem ſect. VI traditum eſt, ſubiungam hic potius: *Prudenter*, inquit, *Arſenius ſibi factas reuelationes nunquam, niſi aliorum poſceret vtilitas, narrabat: & tum narrabat, quaſi alteri accidiſſent, vt Simeon Metaphraſtes obſeruauit. Beata quoque Hildegardis vix ſuperiorum iuſſu induci potuit, nec inducta fuit, donec Eugenius III Pontifex eam ad reuelationes ſuas ſcribendum animauit.* Huius epiſtola ſuo ante loco viſa *.

* De *Hildegarde* alioqui *Chronographus Autiſſiodorenſis* ad an. MCXLVI; *Per idem tempus in Alemanniæ partibus habebatur admirabilis virgo quædam prouectæ ætatis, cui tantam gratiam virtus diuina contulerat, vt, cum ipſa laica & illiterata eſſet, mirabiliter tamen ab hoc mundo raperetur frequentius, & in ſummis diſceret, non ſolum, quod poſtea in imis diceret, ſed potius (quod ſatis mirabile eſt inauditum) etiam ſcribendo latine dictaret, & dictitando libros catholicæ doctrinæ conficeret.*

Richerius item, qui ſæculo XIII vixit, in chronico Senonienſi, quod tomo III *Spicilegii Dacheriani* inſertum, lib. IV cap. XV; *ante hos annos fere triginta fuit in inferioribus Alemanniæ partibus ſanctimonialis quædam incluſa, ſanctiſſimæ conuerſationis & vitæ,* Hildegardis *nomine, cui Deus etiam inter cetera gratiam prophetiæ contulerat, & quod mirum eſt dictu, quod nunquam antea didicerat, lingua loquebatur latina & ſcribebat. Prophetauit quippe de ſtatu regnorum & euentibus futurorum, & inde libros propria manu conſcripſit. Scripſit etiam librum medicinalem ad diuerſas infirmitates, quem ego Argentinæ vidi. Scripſit ſiquidem de ordine futurorum Prædicatorum, & fratrum Minorum, qui temporibus noſtris primum eſſe cæperunt.*

Kornerus l. d. p. 163 & ſeq. „ Quantæ „ ſanctitatis fuerit hæc ſancta mulier, oſtendi- „ tur in epiſtola *Gebenonis* in *Pentacronon Sanctæ Hildegardis*, vbi dicitur: Sancta virgo „ Hildegardis & magiſtra monaſterii S. Ruper- „ ti, quod ſitum eſt apud Pinguiam, quantæ „ ſanctitatis, quantique meriti fuerit apud „ Deum & apud homines, caritatem veſtram „ latere non credo. Sed ſi forſitan ignoratis, „ legite libellum eius vitæ, legite diuerſas epi- „ ſtolas magnatum terræ ad eam tranſmiſſas, & „ præſertim trium Apoſtolicorum, puta Eu- „ genii,

Edit. I pag.

genii, Anaſtaſii, & Adriani, Conradi quoque Regis & Friderici I Imperatoris, Patriarchæ Hieroſolymitani, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, & Præpoſitorum, & tunc dicere poteſtis in veritate; *magnificauit eam Deus in conſpectu Regum, & facies Principum admirata eſt eam.* Hæc ſancta virgo libros quoſdam, Deo iubente, imo cogente, ſcripſit, in quibus quædam valde vtilia, & noſtris temporibus neceſſaria de præſenti ſtatu eccleſiæ, & de futuris temporibus vſque ad antichriſtum & de ipſo antichriſto prophetauit. Sed quia omnes libros eius pauci habere poſſunt, vel legere ea, quæ de futuris temporibus & de antichriſto in tribus libris ſuis ſeu *Scinias* (quem nominauit ſic, eo, quod doceat *ſcientia vias*) & libro diuinorum operum, & libro epiſtolarum ſuarum prophetauit, in hunc vnum libellum ex maxima parte collegi, & prout melius potui, in quinque tempora ordinaui. Quæ quidem quinque tempora qui diligenter legere & ſtudioſe diſtinguere voluerit, & præſentem ſtatum eccleſiæ, & omnia futura tempora & pericula, ac aduentum antichriſti quaſi in ſpecula præuidebit. Vnde, ſi placet vobis, vocetur liber ipſe *ſpeculum futurorum temporum*, ſeu *pentacronon S. Hildegardis*, id eſt, de quinque temporibus, de quibus in eo prophetat. *Penta* enim quinque, & *cronos* tempus græce dicitur. „

Eraſmus Rhonaus Neopatrenſis in idea reform. Antichriſti tom. I part. II ſect. III cap. XXVII p. 380; *S. Hildegardis natalibus, pietate, & moribus pranobilis virgo & ſanctimonialis habuit iam inde ab infantia ſua illuminationes & viſiones, quas & ſcriptis retulit. Edidit libellos complusculos, e quibus apparet, quod hac femina aliquam-multum lucis & cognitionis habuerit. Eccleſia Pralatos in genere, Epiſcopos, Abbates, & ſimiles grauiſſime perſtrinxit, quod in docenda eccleſia negligentes eſſent, & malis moribus eccleſiam Dei offenderent &c.* 316

III In Rupertino ipſius cœnobio ſeruantur adhuc eius reliquiæ, ac magnum ſcriptorum in pergameno volumen *, ſicuti & epiſtolarum in Eberbacenſi Rhingauiæ monaſterio. Ceterum narrat Germanicus vitæ libellus, tot ad illas eius reliquias, diuina vi, miracula fieri ſolita, vt, propter ingentes hominum concurſus, valde impediretur Virginum quies, in temploque pietas ac religio. Veniſſe igitur Moguntinum Archiepiſcopum, & Beatæ ipſi præcepiſſe, mirabilium id genus operum finem vt faceret: ipſamque, vt maioribus obſequendum mortua etiam doceret, paruiſſe: illorum tamen vel oculatos, vel diligentes ac certos examinatores fuiſſe non paucos, qui anno Domini MCCXXXIII Decembris die XVI ſuis communita ſigillis ea Romam mitterent, & a ſede peterent Apoſtolica, vt in Sanctorum ac Sanctarum catalogum beata hæc referretur.

* Quo quidem continentur libri varii, a *S. Hildegarde* ſcripti: ſcilicet *Scinias*, liber *ſimplicis hominis*, liber *vita meritorum*, liber *diuinorum operum*, vita *S. Hildegardis, S. Ruperti*, & *S. Diſibodi*, item liber *epiſtolarum* S. Hildegardis; eiuſdem *varia homilia in dominicas*; *Explanatio regula S. Benedicti*, ignota lingua per S. Hildegarden prolata; eiuſdem *Hymnodia caleſtis*. Id quod nos docuit, quem ſupra laudauimus, reuerendus vir, *Vitus Seidel*.

IV Et vero in *Romano Martyrologio* die XVII Septembris legitur; *Apud Bingiam in diœceſi Maguntinenſi, ſancta Hildegardis virginis:* & ad Vſuardum eodem die *Molanus: Apud Bingam, S. Hildegardis virginis, quæ tempore S. Bernardi Abbatis, odorem ſua ſanctitatis late ſparſit.* Cum ibi tamen auguſtis Domini natalitiis, dies aliquot, confeſſionum, ſacrorumque cauſſa, diuerſarer, volumenque, de quo paulo ante, percurrerem, inueni notata hæc: *Anno MCCCCLXXXIX Nouembris die XVII ex commiſſione Reuerendiſſimi & gratioſiſſimi Domini D. Bertholdi, miſſi Reuerendus & Nobilis Dominus Wolffgangus de Bicken, Eccleſiæ Mog. Canonicus, & in ſpiritualibus Vicarius,* 317 *& honorabilis D. Io. Bertram de Numburg, artium & ſacræ ſcripturæ Doctor, reliquias S. Hildegardis aperuerunt: ſed ſine teſtimonio litterali de eius canonizatione. Acta in præſentia Nob. & deuotæ Dominæ Albeidis de Reiſſenberg Abbatiſſæ, & Virginum ſanctimonialium, & Nobil. ac venerabilis Domini Petri Nothafft Canonici Mog. & .... Rogandus Deus, vt, ſi velit, gloriam ſuæ deuotiſſimæ Virginis Hildegardis manifeſtet ad ſui gloriam nominis.* Moguntinum porro Breuiarium de ea nihil. nec ego iam plura. Geſtit enim iamdudum meus ad Archiepiſcopum Maguntiacenſem primum animus.

MOGVN-

MOGVNTIACARVM RERVM

LIBER III,

qui eſt

DE S. BONIFACIO MARTYRE, ac Moguntinorum Archiepiſcopo primo.

HVius Maguntiacarum rerum ſcriptionis mihi, ſecundum DEVM, prora & puppis S. BONIFACIVS. Huic totus hic dicatur liber tertius. & complectitur is tria: I, paucular notationes Sancti vitam antegredientes. II, vitam ipſam, duobus a bono, qui infra nominabitur, auctore libris concinnatam. III, plures notationes vitam eandem ſubſequentes.

In ſequentem S. BONIFACII vitam notationes tres.

PRIMA

De variis vitæ S. BONIFACII ſcriptoribus.

I

ERga S. Bonifacium, a quo beneficiis tot & tantis affecta, quomodo beneuolens & grata ſatis eſſe poteſt Moguntia? Præcipuus igitur & honoratiſſimus in Maguntiacenſium rerum libris ei merito locus iam tribuendus; cuius aut vitam aut mortem ſanctiſſimam plures quidem attigere, quorum opportunioribus poſtea locis edam nomina: quinque tamen e veteribus, qui res ab eo geſtas vberius pleniuſque litteris perſecuti ſint, inuenio.

Scriptorum vitæ D. Bonifacii, e veteribus, potiſſimum quinque.

319

II Primus eſt *S. Wilibaldus*, primus Eiſtatenſis Epiſcopus, ſancti huius diſcipulus, in Dominicæque vineæ culturæ ſocius & adiutor, S. Richardi Anglorum Regis filius, S. Wunibaldi ſanctæque Walpurgis frater. Atque huius commentarium diu multumque, variis in locis, & per varios, quæſiui. A bono enim bonum, & a Sancto Sanctum celebrari, non parua quoad Dei laudem, hominumque vtilitatem res eſt. Deinde videbam in *Wiceli* Hagiologio ſcriptionem eam Fuldæ adhuc in bibliotheca extitiſſe anno MDXLI, & eam olim ab ipſo Sancto hic Moguntiæ conſcriptam, ab aliiſque Sanctis cenſam & probatam. Sic enim ſcriptum fuit: *Ego Wilibaldus Epiſcopus &c. vitam & paſſionem Bonifacii conſcripſi primum in ceratis tabulis ad probationem Lulli & Megengaudi. Poſt eorum examen in pergamenis reſcripſi. atque hoc in loco, qui dicitur S. Victoris, extra muros Moguntiæ, vbi Lullus & Rabanus vacabant orationibus.* Vnde & *Centuriatores* cent. VIII c. X colum. 830 *Scripſit*, aiunt, *Wilibaldus non ineleganti ſtilo vitam Bonifacii, librum vnum, quem ante editionem Lullus & Megengaudus inſpexerunt, & approbarunt.* Accedebat, quod Bonifacianæ vitæ auctor, qui apud *Surium* tomo III eſt, & de quo dicam poſtea, Sancti huius ſeſe tantummodo dilatatorem, explicatorem, & veluti exegeten profiteretur, idque ob eam orationis ac ſtili antiquitatem & elegantiam, quæ tenebras imperitioribus nonnullis offunderet. Quod ſi vero huius explicator & interpres tanti eſt, vt merito ſane eſt; quanti ipſemet, qui explicaretur, S. Wilibaldus faciendus? Cupide igitur eum perquiſiui: triaque tandem exemplaria manuſcripta inuenta ſunt. Primum in Rebdorfenſi prope Eyſtadium monaſterio. alterum apud Academiæ Ingolſtadianæ Cancellarium Magnificum, *D. Albertum Hungerum.* Tertium in magno S. Bartholomæi Francofurtenſis bibliotheca volumine,

I Wilibaldus

eius tria exemplaria manuſcr. auctor conſecutus.

quod *Moguntinam Matriculam* appellant. Et priora quidem duo vtiliter edidit in Antiquitatum tomo V ſacrorum in eadem Academia illa Profeſſor Cl. v. *D. Henricus Caniſius* : tertium vero, quia ſuperioribus duobus perfectius & emendatius animaduerti, edere hoc loco ſtatueram, niſi lectori cenſuiſſem moleſtum, duas de vno eodemque Sancto ſimul narrationes legere. Ideoque, quia id ab Francofurtenſis illius eccleſiæ Decano, Reuerend. D. Andrea Webero, accepi, transferre quoque in illud opus decreui, quod ſancti eiuſdem Bonifacii epiſtolas continet, conſtitui. Edit. I pag. 329

Enimuero, vtrum *VVilibaldus*, qui vitam Bonifacii ſcripſit, is ſit, qui cathedram rexit Eichſtadenſem, iam olim dubitauit *Brovverus*, annotat. ad vitam Gregorii, in Sideribus illuſtribus Germaniæ; cuius rationes in compendio proponit, nec improbat *Sagittarius* antiquitat. gentil. & chriſtian. Thuring. lib. III cap. XXVIII § I p. 346. *Antonius* vero *Pagi* critic. Baron. ad an. DCCLV n. XIX p. m. 300 explicate magis contendit, *VVilibaldum* hunc non eſſe Eichſtadenſem illum, ac, ſigillatim *Serarium* notando, ita diſſerit: *Is* Wilibaldus, *qui vitam Bonifacii ſcripſit, non eſt idem, qui* Wilibaldus Eiſtetenſis, *vt* Serarius *hic arbitratur*, Mabillonius *iisdem in obſeruat. præuiis ad vitam iſtam*, *&* Cointius *an. DCCXVI n. VII, ac an. DCCLXXXVII n. XXXII & ſeq.* Wilibaldus *enim vitæ Bonifacianæ ſcriptor his verbis prologum ſuum orditur:* Dominis ſanctis, & vere in Chriſto cariſſimis Lullo & Megingozo Coepiſcopis, Willibaldus licet indignus in Domino Presbyter. *Paullo poſt dicit, ſe eius miracula ſcribere*, ſicut diſcipulis eius, *inquit*, ſecum diu commorantibus vel vobis referentibus comperi. *Quare* Wilibaldus *iſte nec diſcipulus S. Bonifacii fuit, neque Epiſcopus, ſaltem quando vitam illam exarauit: cum tamen* Wilibaldus *Eiſtettenſis Epiſcopus cognatus S. Bonifacii fuerit, ab eodem Epiſcopus ordinatus, & aliquo tempore cum eo manſerit, vt* anonymus, *qui vitam eius edidit, in litteras miſit. Adhæc nec* auctor antiquus vitæ S. Wilibaldi, *nec* monialis Heidenheimenſis, *quæ aliam eius vitam compoſuit, prætermiſiſſet obſeruare, eum fuiſſe ſcriptorem vitæ S. Bonifacii: præſertim cum tam pauca de rebus eius geſtis calluerint. Immo, opinionem noſtræ contrariam ipſum, quo ea innititur, fundamentum euertit.* Georgius *enim* Wicelius *in Hagiologio ſuo refert, in bibliotheca Fuldenſi an. MDXLI vitam S. Bonifacii, & in fine eius ſcriptum:* Ego Wilibaldus Epiſcopus &c. vitam & paſſionem Bonifacii conſcripſi in ceratis tabulis ad probationem Lulli *&c. Cum enim hæc clauſula poſt Lulli mortem exarata ſit, vt ex eius lectione liquet, conſtetque inter omnes,* Wilibaldum *Eiſtettenſem ante Lullum vita functum; manifeſtum eſt,* Wilibaldum, *qui ea verba ſcripſit, eundem non eſſe cum* Wilibaldo *Eiſtettenſi, & priorem, qui Presbyter tantum erat, quando eam vitam elucubrauit, nonniſi poſt S. Bonifacii mortem manum eidem admouiſſe, at aliquot poſt annis Epiſcopum renuntiatum, illam clauſulam eidem adiecisse.*

Ceterum hanc *VVilibaldi* de vita Bonifacii narrationem auctor *epiſtolis Bonifacianis* anno MDCVI editis ſubiecit. *Mabillonius* vero *Actis Benedict.* ſæc. III part. II n. I p. 1 & ſeq. quoque inſeruit, notiſque illuſtrauit.

2 S. Ludgerus.

III Alter eſt *S. Ludgerus*, primus Mimegauordenſis ſeu Monaſterienſis Epiſcopus, & beati illius Gregorii diſcipulus, qui S. Bonifacii diſcipulus, itinerum laborumque aſſecla & conſors fuerat, prout in huius vita refertur ab ipſo S. Ludgero. in quam plurima quidem de S. Bonifacio, quæ poſt citabuntur, inſperſit: ſed ſanctis eius præterea initiis librum attribuit ſingularem, de quo, qui eiuſdem S. Ludgeri acta expoſuit apud *Surium* tomo II ita loquitur c. XXXI: *Erat S. Ludgerus in ſcripturis ſacris non mediocriter eruditus, quod in plerisque opuſculis, quæ ipſe fecit, liquido apparet. Nam ea, quæ in paſſione S. martyris Bonifacii de eo prætermiſſa nouerat, primordia ſcilicet vitæ eius, aduentum quoque atque ordinationem, pulchro ſermone conſcripſit.* Cuius ſane opuſculi magno vt deſiderio tenear, facit non hæc tantum boni prudentiſque ſcriptoris teſtificatio, ſed illa etiam S. Ludgeri & ſermonis & ſapientiæ, ſanctimoniæque guſtatiuncula, quam e Fuldenſi vitæ dicti iam S. Gregorii fragmento, & eiuſdem de S. Swiberto, apud Surium, epiſtola capere licuit.

3 Ruthardus.

IV Tertius eſt *Ruthardus*, Hirſaugienſis monachus, de quo in Hirſaug. chron. anno DCCCLXIII ita *Trithemius*: *Vnus ex primis miſſis* (Hirſaugiam) *a Fulda, Rabani & Strabi monachorum quondam auditor, atque diſcipulus, vir vndecumque doctiſſimus, metro excellens & proſa, inter ſcriptores huius tempeſtatis celeberrimi nominis fuit. Qui, vt ſcribit Meginfridus monachus Fuldenſis in Chronica, vir in omni ſcientia & ſanctitate conſpicuus. Tantæ fuit eruditionis & probitatis, vt cum Ludouicus Imperator eum, poſt mortem Haymonis Epiſcopi, vellet, in locum eius, Haluerſtatenſis eccleſiæ ordinare Pontificem; conſentire noluit; dicens notabile verbum,* Da Epiſcopatum alteri, qui ſit ido- 321

neus:

Edit. I pag. neus: ego quietem vitæ regularis, & ſtudium ſcripturarum omnibus diuitiis & honoribus mundi incomparabiliter duxi præferendum. *Scripſit autem, inter cetera ingenii ſui opuſcula*, paſſionem S. BonifacI Archiepiſcopi, *heroico carmine, pulcherrime in duobus libris.* Ita ille.

V Quartus eſt *Ratbodus*, eccleſiæ Traiectenſis Epiſcopus quartuſdecimus, *vir*, vt idem refert in illuſtrium virorum catalogo *Trithemius*, *in diuinis ſcripturis valde eruditus, & ſecularium litterarum non ignarus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, vita & conuerſatione ſanctiſſimus, multis & viuus & defunctus miraculis coruſcauit. Scripſit autem in laudibus ſanctorum nonnulla præclara opuſcula: vt*, laudes S. Martini Epiſcopi Turonenſis, *lib.* 1. Laudes S. BonifacI Moguntini Archiepiſcopi & martyris, *lib.* 1. 4 Ratbod.

VI Iam vero quintus eſt S. Wilibaldi exegetes, auctor illius vitæ, quæ apud *Surium* eſt tomo III; de quo paulo poſt plura. E ſuo etiam codice quodam MS. duas exſcribendi vitas poteſtatem fecit Colonienſis Carthuſiæ R. P. Prior: quarum prior incipit, *Incertam*; poſterior, *Poſtquam gens Anglorum**. Tertiam quoque in parochia Höfen ſe memorat reperiſſe mei MS. auctor, e qua delibat non pauca. Sed ſitne hæc a ſuperioribus duabus, vel hæ a Ludgeriana diuerſæ, non habeo coniicere. 5 Wilibaldi exegetes. præter alios, 2 veteribus.

* De hac poſterioris *Anonymi* lucubratione conf. *Mabillonius* in prolegomenis ad vitam Wilibaldi & Othloni Bonifacianam l. d. § IV p. 2.

VII Vidi autem eam, quam ſuperiori biennio, Germanice Lutheranus edidit Prædicans, *Ioannes Letznerus**; qui etſi Luthericis interdum phraſibus nonnullis vtitur, ineptumque Melanchthonis iudicium appendit, vir tamen minime fucatus, & a Catholica veritate haud valde alienus videtur; ad quam vt ſuis ſanctis precibus, eum, alioſque complures adiutet ipſe S. Bonifacius, voueo. e recentioribus, Letznerus.

* Erfurti typis Martini Wittelii anno MDCIII, hocquidem inſignitam titulo: *Hiſtoria Bonifacii, der Teutſchen Apoſtel genant, erſter theil, vvelcher in Thuringen, Heſſen, vnd andern derſelben benachbarten landen die teuffliſchen vnd heydniſchen götzen vmgewvorffen, zerbrochen vnd abgeſchaffet, vnd an deren ſtatt den chriſtlichen glauben erſtlich angericht, aus allerhand alten vnd neuen, geſchrieben vnd gedruckten chronicken beſchrieben, vnd in ordentliche vnd vnterſchiedliche capitel gebracht.* 4. Conf. *Sagittarius* l. d. § VIII p. 350 & ſeq.

Fuit autem hic *Leznerus* patria Hardeſſianus (*von Hardegſen*, quod Principatus Göttingenſis oppidum eſt) ac ab initio LeuthorſtI (*Ludhorſt*) haud procul Eimbecka, dein Iberæ, diœceſis Rodenkirchenſis in Principatu Grubenhagenſi villa, Parochum egit. Tandem ſenio confectus rude, vna cum certa ad vitæ dies penſione, donatus. Vnde in villam *Strothagen*, parœciæ Iberenſi in eccleſiaſticis contributam, conceſſit, ac paupere in tugurio, curta contentus ſupellectile, in tenuique e ſaxo arenario ſedili (quod etiamnum aduenis oſtenditur) ſedens in ſcriptis hiſtoricis concinnandis ſedulo perrexit; donec vitæ annorumque ſatur ſpiritum Deo redderet. In æde, quæ ibidem eſt, ſacra ſepulturæ nactus locum eſt, ſed ſine titulo. *Calvör* in append. Saxoniæ inferior. gentil. & chriſtianæ, de præcipuis hiſtoricis p. 570 & ſeq. Ceterum vir fuit hiſtoriarum maxime ſtudioſus, ſcriptiſque pluribus (quorum *Ioachimus Meierus* in præfat. libri german. *de origine gentis illuſtris Pleſſicæ* recenſum dedit) haud incelebris. *Meibomius* iunior introduct. ad hiſtor. Saxon. pag. 109: *Ioan. Leznerus, diligentiſſimus vir, multis & magnis commentariis de hiſtoria Ducatus Brunſuicenſis non male meritus, & plura, ſi vixiſſet, elaboraturus, memorari etiam hic a me omnino debet: magis tamen eum laudare poſſem, ſi diligentia eius par iudicium reſpondiſſet, & iis, quæ ſollicite vndique conquiſiuerat, recte vti, & falſa a veris, ſpuria a genuinis ſecernere ſciuiſſet. Interim qui iudicio valet, eius opera cum fructu legere & in rem ſuam conuertere poteſt.*

ALTERA NOTATIO

De Suriano auctore, VVilibaldino exegete.

322 QVinque videntur de Auctore, quem de S. BonifacI vita edidit Surius, notanda. *Primum:* eum profiteri eius vitæ, quam ediderat olim S. Wilibaldus, ſe amplificatorem, exegeten, ac interpretem. Nam ad Fuldenſes in præfatione, *Petiſtis*, ait, *vt S. Patris noſtri BonifacI vitam, præcipuo quidem eleganti que, vtpote S. Wilibaldi, ſtilo, antiquitus editam, ſed in locis quibuſdam ita infirmo intellectui obſcuram, vt difficile pateat, quo ratio tendat, hanc ego ſententia apertiori reſerarem.* Et poſtea: *Exhortatione eiuſmodi ſæpe incitatus,* Notandum 1 quod ſe ſe dicat Wilibaldi exegeten.

tandem tentaui veſtros implere precatus. Subdit & alia, quæ amplificationis modum tangunt, eique auctoritatem conciliant. Edit. I pag.

2 quod vocandus ſit Othlonus.

II *Alterum;* Auctoris huius nomen fuiſſe hactenus incognitum; quia, vt ait Surius, *nomen ipſe ſuum premere maluit;* idque vel quia vehementius interdum in nonnullos æui ſui mores, ac homines inuehitur, vt in ipſa ſtatim præfatione, & alibi poſtea: vel quia, vt exiſtimat *D. Henr. Caniſius*, gloriam honoremque omnem fugitabat: vel denique, quia demiſſe adeo de ſeipſo ſentiebat, vt res alioqui magnas & vtiles, ſui appoſitu nominis, imminui vileſque fieri arbitraretur, prout argumento ſunt verſus, quos ſuo ipſe procemio ſuppegit. Hoc ipſum tamen, vna cum vita tota, in Rebdorffenſi ante nominato MS. codice inuenit laudatus antea *D. Henr. Caniſius;* ita vt qui aduſque fuit anonymus, ſuo deinceps nomine vocandus ſit *Othlonus* †.

† Non *Othlonum* condidiſſe hanc de Bonifacio exegeſin, ſed alium quendam, vult *Brovverus.* vid. not. ad vitam Pirminii in Siderib. illuſtrib. German. p. 26. *Sed ratione,* inquit *Caueus*, parte II hiſtor. litterar. eccleſ. p. m. 218, *plane nulla.*

3 quod non exploratum ſit, vbi vixerit.

III *Tertium.* Ab eodem *D. Caniſio* editur *Fuldenſis Presbyter & Monachus;* ſed neque *Fuldenſem* ſcribebat Rebdorffenſis liber, neque, ad Fuldenſes cum ſcribat, admittere videntur hæ in præfatione phraſes; *apud vos, ex vobis, veſtrum monaſterium*, & ſimiles. Fuldæ tamen aliquando fuiſſe, videtur ex eadem colligi præfatione; ſed vbi alias vitam degerit, an Moguntiæ, an alibi, non liquet. De Ratiſpona ſuſpiciunculam iniiciebat illud, quod de S. Eimerammi monaſterio interſerit apud Surium; ſed hoc ipſum in Rebdorffienſi ſeu
pag. 484.
Caniſiano deeſſe video codice. Moguntiam vero me aut Fridslariam ducebat, aut Fuldam pæne reuocabat, quod in Prologi titulo appelletur ille, *Monachus S. cœnobii Bonifacii.* Nihil tamen affirmo*.

* Conf. huc *Mabillonius* in obſeruat. præuiis ad vitam Bonifac. § III p. 2.

4 quod claruerit ſæc. XI.

IV *Quartum.* Quo autem vixerit Othlonus iſte ſæculo, poteſt aliqua ex eo capi coniectura, quod lib. I ſe poſt Caroli Magni poſteros vixiſſe fatetur, & in præfatione, poſt *Egbertum*, qui ab aliis *Ecbenus*, vel *Eppo* dicitur, Abbatem Fuldenſem, *Leonemque* Pontificem. Fuit autem Egbertus Fuldæ Abbas 323
XXV, anno Domini MLI, cum Leo IX, Pontifex integerrimus, ad Apoſtolicam ſedem euectus fuerit anno MXLIX. Plurimæ poſtea tempeſtates varia exagitarunt monaſteria, præſertim Fuldenſe, temporibus Wideradi, qui anno MLXI Abbas; & Gotfridi, qui anno MXCVI. Et ad has, in ſuis de monaſteriorum oppreſſione querelis, videtur alludere Othlonus, vt vel iis, vel proxime ſecutis annis vitam iſtam ſcripſerit. Vnde, quamuis recte a *R. Baronio*
an. 739.
tomo IX *recentior auctor* appelletur, quando nimirum cum eo, quem ampliat & explanat, S. Wilibaldo confertur; ante annos tamen circiter quingentos floruit; vir eo æuo doctus & pius, prout vita hæc ſubindicat, & Fuldenſium tam crebræ, tamque feriæ ad eum petitiones, quibus eius inuiti ac renitentis hanc ad ſcriptionem inflexere animum.

5 quod aliorum rogatu hanc Bonifacii ſcripſerit vitam.

V *Quintum* & poſtremum, fuit autem hæc ab eo petita ſcriptio, quia S. Wilibaldus nimis quibuſdam elegans, eruditus, & obſcurus videbatur, vel ſupra iam tetigi. E contrario autem, noſtra iſta ætate, nimium quibuſdam ſimplex, rudis & inconcinnus videtur ipſe Othlonus. Hæc enim de ipſo apud *Surium (t. III p. 467)* præſcriptio: *Vſus eſt pleriſque locis ſtilo ſimpliciori, quam ferant huius ætatis homines. Itaque Laur. Surius, in gratiam lectoris, ſuo ſtilo pleraque omnia deſcripſit.* Sed ecce, quam verum vulgare illud, *Quot capita, tot ſenſus.* Dum ſæculi noſtri ſciolis & politulis, ſancto & laudabili zelo, accommodare omnia, etiam aliena, conatur Surius, iis haud placet, qui ipſiſſima veterum verba, quamuis inculta, inornata, & ſimilia multo audiunt libentius. In iis enim multa ſæpe ac recondita latet antiquitatis cognitio, & ineſt ſemper ad fidem auctoritatis & grauitatis plus. *Decorus*, ait *Tullius (de ſenect. c. IX) eſt ſermo ſenis, quietus & remiſſus: facitque perſæpe ſibi audientiam diſerti ſenis compta oratio & mitis:* immo vero apud eos, quibus veritatis & rerum momenta, quam verborum phaleræ ac lenocinia curæ magis, *indiſerti etiam ſenis incompta, cana, & ſimplex oratio.* Atque iſta mihi cauſſa, vt aucto-

rem

Edit. I p. 384 rem iſtum integrum, nihilque immutatum, aut laruatum tanto hactenus opere deſiderarim, perquiſierim, nuncque ab D. H. Caniſio V. Cl. e puluere ac ſitu erutum, luceque publica donatum, gratiſſimo animo accipiendum, & ex eo, tanquam e veteri marmore, inſignique cedro, librum hunc tertium conſtruendum & exornandum iudicem.

Præter *Caniſium*, quem auctor hic loci ſecutus eſt, vitam hanc ſine immutatione edidere *Brovverus* in Sideribus illuſtribus Germaniæ, & *Mabillonius*, vna cum adnotatiunculis, ſæc. Benedict. III parte II pag. 28 & ſeq.

TERTIA NOTATIO.

De iis, quæ ad Othlonianam hanc S. BonifacI vitam nunc adiuncta.

NIhil quidem in Othloni de S. Bonifacio ſcriptione, quæ libris duobus conſtat, immutandum, nihil ex ea ſubducendum exiſtimaui, ſed adiungenda tantum paucula, quorum duo genera ſunt. *Vnum* eſt, eius per capita diuiſio, *1 eſt, eius per capita diuiſio.* cum breuicula ſingulorum capitum præſcriptione, quæ quid in illis narretur, lectorem admoneat. Citat quidem non raro eiuſdem commentarii capita *Baronius* Reuerend. tomo IX: ſed an ſibi ea ipſemet fecerit, an in libro quopiam viderit, neſcio; in Suriana certe, aut Caniſiana editione non ſunt. *Alterum*, *2 alterum ſunt, adnotationes.* ſunt notationes, quæ, vt earum monſtrabit lectio, varia vel addunt, vel exponunt & illuſtrant.

II Erat vero in Rebdorffenſi citato codice ante Othloni præfationem ab a- *de litteris MS. in codice Rebdorfenſi, obſeruatio.* liis ita præſcriptum: *Incipit prologus venerabilis Presbyteri Othloni & MS. cœnobii Bonifacii in vitam ipſius.* Et pro *M* ponit *D. Caniſius* Monachum: nec improbo; ſed quid ſi legeretur *e MS. e manu*, inquam, *ſcripto cœnobii Bonifacii?* aut etiam ſic, *& Monachi cœnobii S. Bonifacii?* Cum vero Moguntiæ monaſterium aliquod Sanctus habuerit, alibi plura ædificarit, vt Amaneburgi, Friedslariæ, Fuldæ, quodnam intelligitur? An per excellentiam, Fuldenſe? An potius Friedslarienſe? *Lupus* enim *Seruatus* in Wigbertina cap. V * diſerte il- ** p. 297. edit. Lupi.* lud *S. BonifacI cœnobium* vocat, dicens: *Wigbertum ſacerdotem ſecundi ordinis, Bonifacius cœnobio ſuo, cui nomen eſt gentili Germanorum lingua Friteſlar, Magiſtrum præfecit.* Sed proloquatur iam tandem *Othlonus.*

325

OTHLONI PROLOGVS.

PEtitionibus veſtris, *fratres Fuldenſes*, prout ſcientiæ meæ permiſit paruitas, parere ſtudui: petiſtis enim, vt S. Patris noſtri Bonifacii vitam, præ- *Occaſio operis.* cipuo quidem eleganticque, vtpote S. Willibaldi ſtilo antiquitus editam, ſed in locis quibuſdam ita infirmo intellectui obſcuram, vt difficile pateat, quo ratio tendat, hanc ego ſententia apertiori reſerarem. Quam nimirum petitionem inprimis miratus, cur tot patribus peritis, tam inter vos, quam circumquaque commorantibus, hucuſque relictis, mihi imperito, & liberalis ſcientiæ admodum ignaro, tam arduum opus iniungere, vel excogitaueritis, pro nihilo duxi. Deinde cum quidam ex vobis mihi referret, iam antea pro eodem opere laboratum fuiſſe apud ſanctum Leonem Papam*, ita vt nonnullos libros, vnde plenius ad hoc inſtrueretur Abbas Egbertus, ſcriptoremque ei ſimul Romam tranſmiſiſſet, ipſoſque libros eo defuncto, & opere petito minime expleto ibi remanſiſſe, tunc miſertus talium appoſui aliquando animum, volens ſcilicet implere petita, ſi vlla aſtipularetur ſcientia. Cumque diu velle mihi adiaceret, perficere autem in me non inuenirem, dicebam vobis, quod vellem, quodque nequirem; ſed vos, vt ſcitis, eadem crebro repetiſtis, dicentes, ſi mihi tantummodo ſolida ineſſet voluntas, a Domino cetera præſtari; exhortatione eiuſmodi ſæpe incitatus, tandem tentaui veſtros implere precatus, confidens in eo quam maxime, qui dixit, *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud:* quique ſicut *Pſ. 80, 11.* in paucis ſæpe victoriam præſtans, ſic etiam in imperitis peritiam tribuens, gratiæ ſuæ potentiam oſtendit.

* *Intellige Leonem Papam IX, a quo Egbertus, qui & Eppo, ab anno MXLVIII ad LVIII Abbas Fuldenſis, vetera monimenta, quibus patroni ſui acta illuſtrarat, poſtulauit. Hinc Othloni ætatem colligere licet.* Ita *Mabill.* l. d. p. 28.

Hæc autem ideo præmiſi, ne quis me forſitan tantum opus vltro arripuiſſe per arrogantiam arbitratus diceret, magnæ præſumptionis eſſe cauſam, illa quæ a quolibet ſancto viro vtcunque fuerunt prolata, ab vllo deinceps quaſi emendatore in aliud transferri; quaſi non ipſa ſanctorum Prophetarum, ſanctiſſimaque euangelii dicta multis obſcuritatibus inuoluta a nonnullis ſcriptoribus in aliam linguam, vel in apertiorem ſententiam fuerint translata. Edit. I pag.

His itaque prælibatis contra detractores vniuerſos, quibus nihil eſt dulcius, quam alios lacerare, aliis laqueos ponere in via, qua ipſi nolunt incedere, iam deinde lectori pandere cupio, quia id mihi maxime fuit ſtudii in opere iſto, vt ſententiam eandem verbis apertioribus proferrem, exceptis his, quæ ob ſui difficultatem & obſcuritatem inueſtigare penitus nequiui. 326

Stilus, II In tantum autem faciliora ſequebar, vt ſicuti probari poteſt, alicubi eadem verba ponerem. Quid enim nobis infimis, qui ſpectaculum facti ſumus mundo, nodoſa & perplexa oratio? Habeant amatores ſapientiæ ſecularis Tullium, nos imperiti & ignobiles, deſpecti & contemptibiles, ſequamur Chriſtum, qui non philoſophos, ſed piſcatores elegit diſcipulos.

vtilitas ex inſertis epiſtolis. III Inter hæc illud notum facio dilectioni veſtræ, quia cum in ipſo libro, quem me explanare petiſtis, inſpicerem plurima, tam miraculorum, quam epiſtolarum inſignia non haberi, quæ in aliis libris inueni, molitus ſum ex ipſis colligere, & in locis, quæ opportuna videbantur, inſerere. Fortaſſis enim ille venerandus vir, qui vitam S. Bonifacii in primis ſcripſit †, virtutes eius multas, epiſtolaſque neſciens, prætermiſit. Sed mihi conſideranti litteras omnes, quas de eo habetis, in nullis maior tanti Præſulis autoritas, quam in epiſtolis ab ipſo vel ad ipſum directis videtur eſſe. Ibi namque apertiſſime inſpicitur, quanta veneratione primitus fuerit ſuſceptus a Pontifice Romano, qualiterque eum ordinatum miſerit ad prædicandum cunctis Germaniæ populis, quanto etiam labore eandem Germaniam ad Chriſti fidem conuertit, & quod non ſolum a paganis & hæreticis, ſed etiam a pſeudochriſtianis & prauis ſacerdotibus eam velut a luporum morſibus eripuerit *; quantam gratiam a Francorum Principibus, Karlomanno ſcilicet & Pipino, obtinuerit, qui poſtquam eum eccleſiæ Mogonciacenſi Præſulem decreuerat, eandem, quæ prius eccleſiæ alteri ſubdita erat, pro illius amore ſimul & honore, metropolim totius Germaniæ, Apoſtolico Pontifice conſentiente, effecerit, quot ſedes Epiſcopales ſtatuerit, quæ priuilegia quibuſdam eccleſiis obtinuerit. Poſtremo & illud ibi ſpeculatur, quod etiam vobis modo peropus eſt, quomodo corporis ſui locum, cœnobium videlicet veſtrum, poſſeſſionibus & decimis ſpecialibus ſublimauerit.

† *S. VVilibaldum intelligit.* (S.)

* *Nicolaus Serarius,* ita *Mabillo* l. d. p. 29, *hæc refert † ad tempora VVideradi, Abbatis Fuldenſis, quando Hecelonis Hildesheimenſis Epiſcopi factione monaſterium Fuldenſe rebus fere omnibus ſpoliatum eſt, teſte Lamberto Schafnaburgenſe ad an. MLXIII, at querela hæc de ſolis decimis rectius quadrat pſeudoſynodo Erpesfordenſi an. MLXXIII habitæ, ob exigendas decimas Thuringorum; quæ res Thuringos cum Saxonibus contra Regem exacuit, vt legitur in manuſcr. chronico Magadaburgenſi.*

† notat. II præuls, § IV.

querela, de inualeſcente paſſim veterum conſtitutionum neglectu. IV Tanta igitur authoritas licet a modernis quibuſdam ſacerdotibus adnulletur, continget tamen eis in teſtimonium damnationis, quod ſcientes terminos antiquos, & ſanctorum Patrum decreta non debere tranſgredi, ſummopere tranſgrediuntur, obliti verborum illorum, quæ Dominus ad electos paſtores vel doctores in euangelio dicit: *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Neque enim hæc verba de præcedentium temporum rectoribus ſolummodo dicta ſunt, ſed etiam de illis, qui vſque ad conſummationem ſæculi eccleſiam ſuam ſunt recturi, non deſtructuri. Nam de deſtructoribus & peruerſis paſtoribus Dominus alibi dicit; *Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clauem ſcientiæ, & ipſi non intraſtis, nec alios intrare permiſiſtis.* Et rurſum: *Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum, & grauiora legis præcepta reliquiſtis, hoc eſt, iudicium, miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Multa quoque in Ezechiele Propheta huiusmodi paſtoribus dicuntur. Sed ſi placet, interrogemus eoſdem paſtores, quomodo velint ſua roborare, ſi præcedentium Patrum ſtatuta iudicauerint eſſe deſtruenda;

327 (right margin, beside "antiquos … trans-")

Luc. 10, 16. (beside "ſpernit.")

Luc. 11, 52. (beside "ſis paſtoribus")

Matth. 23, 23. (beside "entiæ … hypocritæ")

Edit. I pag. ſtruenda; vel quomodo ædificium ſuperpoſitum ſtare poſſit, ſi fundamenta eius ſunt eiicienda. fundamenta namque eccleſiæ ſuæ primi Patres fuere, ſicut ſcriptum eſt: *fundamenta eius in montibus ſanctis.* Quicunque igitur lapidum ſuperpoſitorum fundamenta talia ſequi dedignatur, de ædificio cæleſti eliminatur. *Pſ. 86, 1.*

Ad hæc etiam dicamus quoddam argumentum, quod omnibus conſtat notum. Si quis itaque ditionis ſuæ ſiluam extirpandam pro agri cultura aggreditur, quantæcunque longitudinis & latitudinis voluerit agros exinde ſibimet metitur, aliis vero non ea, ſed qua vult, menſura partitur, habens poteſtatem vnicuique, prout vult, diuidere. Cum ergo hoc ita eſſe ſciatur ab omnibus, cur rogo ignoratur, quod primi principes eccleſiarum, Apoſtoli ſcilicet, omneſque, qui eorum veſtigia ſequentes, vnicuique genti ſacram fidem primitus tradiderunt, extirpatis errorum variorum ſiluis, in quibuſdam populis ac prouinciis poteſtatem habuerunt, poſſeſſiones vel decimas, quæ ſibi contingebant, illi & illi eccleſiæ donare; quandoquidem iuxta ſanctorum Canonum decreta † decimas in quatuor portiones diuidentes, vnam ſibi, alteram clericis, tertiam pauperibus, quartam reſtaurandis eccleſiis tradiderunt? Nunquid auaritiæ ſuæ tantummodo conſulentes, in diſtributione decimarum, obliti ſunt pauperum, reſtaurationiſ- *item, de defraudatione pauperum: decimarum in distributione;*
328 que eccleſiarum, ſicut modo, proh dolor, cernimus agi? Canones enim ſancti, ex quorum autoritate exiguntur decimæ, non ſolum decimas dari, ſed etiam inter varios iubent diſtribui; vt in vrbibus quibuslibet, & vicis xenodochia habeantur, vt pauperes & peregrini alantur. Sed tam ſanctum, tam neceſſarium præceptum in plurimis locis non ſolum minime curatur, ſed etiam pæne ignoratur. Nam ſolummodo illud legitur, quod Epiſcopis decimæ ſint tribuendæ: quid vero exinde agendum ſit, vel ſi quidquam aliud curandum ſit circa monaſteria, tam a clericis, miſerabile dictu, quam a laicis deſtructa,* circaque iudicia Chriſtianæ religionis ſubuerſa, obliuioni ſeu ignorantiæ commendatur. *citraque* Vnde vereor, ne de præſentis temporis rectoribus auaritia inexplebili corruptis Pſalmiſta prophetizans, dixerit: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis*; *Pſ. 13, 1.* cum enim nihil dicendum ſit corruptum, niſi quod prius fuit integrum, rectores vel paſtores, quique in hoc quidem dici poſſunt fuiſſe integri, quia a Deo ſapientia omnimoda ad iudicium verum faciendum erant inſtructi; ideo autem corrupti, quia non ſecundum datam ſibi ſapientiam, ſed iuxta lucri obtinendi quantitatem iudicant.

* *Id etiam præcipit Gregorius Papa II ex eius capitulari cap. XVI. Lege conſtit. lib. I cap. XVIII* (XXIII Serar.) *quod cil. I Aurelianenſe can. V.* Ita *Mabillonius adhuc vigebat tempore Hincmari, vt patet* l. d. pag. 30.

Atque vtinam ipſi paſtores tantummodo dedignarentur pauperibus decimas diuidere, & non alios quoſdam, monachos dico, apud quos aliqua adhuc huiuſmodi cura exercetur, prohiberent; moliti antiquæ traditionis decimas ab eorum iure auferre. *nec non ægritudine quorundã, qui inuident monachis.* Cur igitur S. Bonifacius, cui Deus tantam in omni Germania poteſtatem contulit, vt quouis vellet eccleſias, cœnobiaque fundaret, ſedes epiſcopales ſtatueret, parochiaſque earum diuideret, non cuilibet loco, quem ſibi ſpecialiter elegit, poſſeſſiones & decimas aliquas donare potuit? Nonne per eandem auctoritatem, qua moderni Pontifices militibus, aliiſque ſæcularibus hominibus decimas dare ſolent, ſanctus Bonifacius monachis vel pauperibus erogare eaſdem potuit? ſi reliqua eius ſtatuta videntur ſancta, ſi omnia, quæ Canonicis diſtribuit, ſunt laudanda, cur quæſo hoc ſolum, quod monachis & pauperibus dedit, decernitur iniuſtum? Heu, heu, quod is, cui plurima diuitibus dare licuit, licentiam dicitur non habere pauperibus vel pauca erogare. Super hoc obſtupeſcite cæli, orbis quoque terrarum, & vniuerſi, qui habitant in ea, doleant, quia mundus jam in maligno poſitus eſt adeo, vt eis viuere inuideat, illos extinguere ſtudeat, qui ad hoc ſpecialiter electi, & ſegregati ſunt de mun-
329 do, vt maiori ſtudio intercederent pro ipſo.

V. Sed huius querimoniæ interiectio iam finiatur, vt ad id, vnde receſſimus, ſtilus reuertatur. Dixi namque prius, quod iterum dico, quia inter omnes literas, quas de S. Bonifacio habetis, epiſtolæ illius mihi præcipuæ viderentur. *Repetitio dictorum, de epiſtolis inſpectis.* Vnde quaſcunque huic operi neceſſarias inuenire potui, in vnum colligere ſtudui, ſperans aliquem æmulum, & tantæ auctoritatis ignarum [illegible] exinde

poſſe

poſſe ædificari. Proinde & vos, fratres Fuldenſes, vnice peto atque admoneo, vt eaſdem epiſtolas intentione ſumma legatis, Deo ſupplicantes, vt per eius preces, a quo vel per quem ſcriptæ ſunt, quique, vt in eis legitur, ſanctam eccleſiam in Germania poſitam, maximo labore a prauis ſacerdotibus quondam eripuit, nunc etiam a ſimilium poteſtate vos locumque veſtrum defendere dignetur. Edit. I pag.

Operis diuiſio. VI Duos autem libellos, adiuuante Domino, tam de vita ſancti viri, quam de epiſtolis ſupradictis ſcribere geſtio; in *priori* quidem referens, quis fuerit, quidque ante acceptam Mogonciacenſis eccleſiæ ſedem in ſancta eccleſia laborauerit: in *altero* vero, quæ poſtea vſque ad finem vitæ ſuæ glorioſum egerit.

Quis ſim, qui vobis fero munus tale laboris,
Vos quoniam ſcitis, nolite precor dare multis,
Ne perſona mei vilis faciat mea ſperni.
Sit magis hoc ſtudium vobis, depoſcere CHRISTVM,
Vt ſibimet placita maneant præſentia ſcripta.

CAPVT I

S. Bonifacii patria.

CVM gens Anglorum ſacræ fidei iugo per S. Gregorii Papæ Apoſtolatum ſubdita, eius ſuffragantibus meritis, in ſanctorum virorum procreatione præ multis nationibus ſplendere cœpiſſet, multaque lumina ſanctæ eccleſiæ, quibus variæ cordium obcæcationes illuſtrarentur, protuliſſet, inter huius mundi lumina ſanctum quoque Bonifacium, velut luciferum quendam, ceteris ſideribus clariorem, huic mundo edere meruit.

V. Beda *l. 1 hiſt. c. 15 l. 2 c. 1.* Egilvvaldus *l. 1 c. 1. Religioſa Anglia,* Sladus; *Paradiſus Dei, MS. 1 col.* (S.)

CAPVT II 330

De pueritia, puerilique inſtitutione ac indole.

QVi nimirum magna parentum ſolicitudine nutritus, magnarum etiam virtutum, per incrementa temporum, amator eſt factus. Nam cum adhuc paruulus eſſet, ſi quem forte clericum vel laicum verbi diuini notitiam deferentem audire contigiſſet, mox quantum ætatis ſuæ teneritudo præualuit, quid ſibi ſuæque qualitati exinde profectuoſum foret, tractare cœpit.

Beda *in Cuthberto cap. 9.* (S.)

CAPVT III

De ipſius in cœnobium ingreſſu, primoque religioſæ vitæ tirocinio.

I

CVmque ita meditatione diuturna ſeſe ad ſuperna erigeret, patri etiam ea, quæ animo gerebat, reuelauit, & vt ſuæ conſuleret voluntati, rogauit. Audiens hæc autem pater eius, primum obſtupuit, deinde eum increpans, nunc minis, nunc vero blandimentis ad ſæcularis vitæ curam impellere ſtuduit. Ad hæc etiam, vt eius animum adhuc tenerum a concepti perfectione propoſiti facilius declinaret, promiſit, ſe poſt vitæ ſuæ tempora, eum & prædiorum, & omnium rerum ſuarum heredem facturum. Præterea proteſtatus eſt, lubricæ ætati, humanæque fragilitati tolerabiliorem eſſe actiuam vitam, quam contemplatiuam, meliuſque eſſe inter mediocres vel extremos regni cæleſtis ciues quemlibet ſtudiis facilioribus contubernium quærere, quam per maxima, & pæne impoſſibilia perfectionis certamina incipere, deinde vero, dum ea nequit percurrere, in via deficere.

II Sed puer ſanctus, virtute diuina iam plenus, quanto magis eum pater reuocare

Edit. I reuocare ad ſæcularia ſtudebat, tanto conſtantius in inceptis perdurare, & ad ſa-
pag. crarum litterarum notitiam pertingere anhelabat. Vnde miro diſpenſationis iu-
dicio factum eſt, vt pater, qui ſolus erat impedimento, repentina infirmitate cor-
331 reptus, priſtinam mentis pertinaciam deponeret, puerumque per legatos idoneos ad monaſterium, quod priſco nuncupatur vocabulo * Adeſcancaſtre dirigeret, commendans cum Wolfhardo, venerabili eiuſdem monaſterii Abbati, a quo protinus, ſicut monaſticus ordo poſcebat, benigne ſuſceptus, fratribus commendatus, vniuerſa religionis munia, quæ huiuſmodi ætas permiſit, bene cœpit, meliuſque de die in diem compleuit. *Surius Adeſcancaſter*

* Wilibaldo, *Adeſtancaſtre*, ad quem *Mabillo* p. 6 in notis ſubiungit: *al.* Adeſcancaſtre, *&* ad Eſcam caſtrum; *quod* Edvvardus Maihevv *in martyrolog. Anglo-Benedictino non male interpretatur* Exoniam, *vulgo* Exceſter, *primariam Deuoniæ ciuitatem, ad Iſcam flumen, qua* Adeſcancaſtrum *dicta ſit, quaſi caſtrum* ad Iſcam, *tametſi monaſterium apud Exoniam tum fuiſſe, nullum prodit monumentum. Hæc* Mabillo. *Conf. quoque* Sagittarius *antiquitat. gentil. & chriſtian. Thuring. lib. III cap. I § V p.* 121.

CAPVT IV

De ipſius in veris ſolidiſque virtutibus progreſſu: & ingenti ſacrarum litterarum ſtudio: aliarumque cum illis diſciplinarum coniunctione.

I

POſtquam vero pueritiæ annos tranſcendit, in tantum ſe venerabilium inſtitutis Patrum, & ſacræ lectionis ſubdidit exercitio, vt quibuslibet momentis augerentur in eo multarum inſignia virtutum, implereturque in illo, quod Pſalmiſta de quorundam profectu teſtatur, dicens: *Ibunt de virtute in virtutem.* Denique cum inceſſabili ſacrarum ſcripturarum meditationi deditus, omnem regularis vitæ diſciplinam ſub præfati Abbatis gubernatione per annos plures cuſtodiret, ibique tam pro deſiderii ſui quantitate, quam doctorum penuria, in lectione diuina ſatiari nequiret, cum conſenſu Abbatis, fratrumque ſuorum, ad monaſterium, quod vſque hodie dicitur Nuiſcelle, peruenit, & beatæ memoriæ Winberti Abbatis, qui venerabiliter eidem monaſterio tunc præfuit, magiſterium elegit. Vbi tandem tam Grammaticæ artis, metricæque ſubtilitatis, quam ſpiritualis intelligentiæ deſiderata eruditione potitus, adeo in hac pollere cœpit, vt eius ſcientiæ fama vndique diuulgata, ad ipſum etiam alii cauſa diſcendi confluerent. *Pſalm 83, 8* *v. notat. IV* *Surius, Nuſcelle.*

II Verumtamen ex tantæ ſcientiæ dono ſeſe nullatenus extollebat, nullum minoris ingenii ſpernebat, ſed quanto maiori vel literatoriæ intelligentiæ, vel aliarum virtutum excellentia a Deo præ ceteris promouebatur, tanto humilior,
332 tanto deuotior ad eius compaſſionis & ſubiectionis ſtudium ſentiebatur, recolens iugiter illud Sapientis: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* *Eccl. 3, 20.*

CAPVT V

De ipſius ad ſacerdotii ordinem initiatione, veraque ad ſacris operandum præparatione.

CVm ergo eo, quo diximus, niſu, & ipſe alios humilitate ac ſubiectione præueniret, & illum alii, ſapientiæ eius rumore incitati, vel ipſius ſaluberrima doctrina inſtructi, mutuo honore præuenirent, vt patrem, vniuerſis in eius laudem conclamantibus, atque ad ſingulos eccleſiaſtici ordinis gradus eum promouentibus, tandem ad ſacerdotalis officii dignitatem, XXX aut eo amplius annos habens, eligitur. Suſcepta vero ſacerdotii dignitate, qualem ſe exhibuerit, in vtriuſque hominis contritione, vt ſacramenti cæleſtis dignus fieret participatione, melius colligitur ex operum ſuorum teſtimonio, quam vllo verborum iudicio. *v. notat. V*

Digitized by Google

Edit. I pag.

CAPVT VI

Quomodo a ſynodo & Rege ad Cantuarienſem Archiepiſcopum legatus ſit.

EOdem vero tempore regnante in Weſt * Saxonum Rege, noua quædam ſeditio in partibus illis exorta eſt, pro qua compeſcenda ſtatim prædicti Regis præcepto, primatumque ſuorum conſilio ſynodale ſeruorum Dei ſtatuitur concilium. Quo dum omnes conuenirent, & diſſenſionis exortæ cauſam diffinirent, ſapientibus quibuſdam placuit, vt vniuerſa ibi diffinita ad Archiepiſcopi venerabilis Cantuariæ ciuitatis, qui dictus eſt Berthwaldus **, notitiam deferrent.

* Weſt, *occidens eſt, in qua Angliæ parte Saxonum aliqui.* (S.)

** *Surius*, Beretvvaldum, *vel* Brichtvvaldum. (S.)

II Cui Rex vna cum omnium clericorum atque laicorum multitudine conſentiens, ſciſcitatus eſt, quis potiſſimum huius legationis delator eſſe potuiſſet. Tunc præcipuus inter eos Archimandrita Winberth, cuius ſuperius mentionem fecimus, & Wintra, qui monaſterio * Weſſesburch dicto præſidebat, & Beor- 333
wart, qui cœnobium, quod Gleſtingaburch † nuncupatur, regebat, nec non & alii multi venerabiles viri ſanctum Bonifacium accitum adduxerunt ad Regem, dicentes, eum legationi tantæ idoneum.

III Moxque commiſſa a Rege legationis eiuſdem cauſa, adhibitiſque ſecum
Cantuaria. ſociis, profectus eſt ad Cent, & Archiepiſcopo prænominato ſapienter, quemadmodum edoctus erat, omnia per ordinem intimauit, & poſt non multos dies reuerſus, præfato Regi, ac prædictis ſeruis Dei ex legationis commiſſæ reſponſo ſtrenue peracto, magnum vniuerſis contulit gaudium.

* Surius, vt auctor in margine iam obſeruauit, *Tiſſerburg*. Wilibaldus *Tiſſelburg*.

† *i. e.* Glaſtonienſe. *Sic enim in tomo I monaſtici Anglicani p. 13 legitur*: Hemgiſlus Abbas (*Glaſtonienſis*) fato perfunctus in vetuſta eccleſia pauſam corporis ſui ſuſcepit: cui ſucceſſit Berwaldus anno gratiæ ſeptingenteſimo quinto. Rex Ina dedit ei viginti hidas &c. *In charta donationis ab Ina facta dicitur Kentvvinus Rex Glaſtingiæ* matrem ſanctorum *vocare ſolitus fuiſſe, & eam ab omni ſæculari & eccleſiaſtico obſequio immunem ſtatuiſſe, ac conceſſiſſe priuilegium fratribus eligendi Abbatem* ſecundum regulam S. Benedicti. *Lege* Wiethberti Presbyteri *epiſtol. LIII inter Bonifacianas* ad fratres monaſterii Gleſtingaburg. Ita *Mabillo* ad Wilibaldum pag. 9.

CAPVT VII

De illuſtri eius fama, & euangelii prædicandi zelo: longaque & difficili eum ob finem rogata & impetrata peregrinatione.

QVa de re nomen eius tam apud ſæculares, quam apud eccleſiaſtici ordinis viros celebre habebatur, adeo vt poſtmodum in eorum ſynodali ſæpiſſime
conſ. notat. VI peteretur intereſſe conuentu. Sed quia mens eius Deo iam dedita, & ab omni humano fauore fuerat ſequeſtrata, cœpit omni modo tractare, qualiter parentum affiniumque ſuorum conſortia relinquere, & ad aliqua procul poſita loca pro Chriſti nomine poſſet tranſmigrare. Cumque hæc ſecum diutiſſime tractaret, ſolertiſſimeque deliberaret, tandem ad prædicti Abbatis notitiam detulit, & eum ad voluntatis ſuæ conſenſum magna precum inſtantia declinare ſtuduit. Qui licet talia admirans diu poſcenti obſtiterit, licentiamque huiuſmodi negauerit, poſtremo tamen, prouidentia diuina prædeſtinante, conualuit ſermo petentis, & tantam Abbatis, fratrumque ſuorum deuotionem ſimul & curam adoptato itineri habere meruit, vt ei neceſſaria quæque pro viatico impenderent, variaſque ſupplicationes cum lacrymis prolatas pro eo agerent, poſtulantes, vt angelus Domini bonus comes eius vbique eſſet, eumque ad proſpera cuncta dirigeret. Ad hæc etiam duos fratres, quorum corporali, ſpiritualique iuuamine ſuſtentaretur, ſecum abire permiſerunt.

CAPVT

Digitized by

Edit. I p. 334

CAPVT VIII

De ipſius itinere & aduentu in Friſiam.

SIcque vtriuſque hominis ſupplemento ſuffultus, proſpero curſu profectus eſt, peruenitque ad locum, qui antiquo Anglorum & Saxonum vocabulo appellatur Lundenwic *, ac non multo tranſacto poſtliminio, tranſiit ad Dorſtet †, ibique aliquandiu commoratus, debitas Deo perſoluit die noctuque laudes. Sed quoniam per idem tempus hoſtilis diſſenſio, exorta inter Karolum Principem glorioſumque Ducem Francorum, & Ratbodum Regem Freſonum, populos ex vtraque parte perturbabat, maximaque pars eccleſiarum Chriſti, quæ Francorum prius in Freſia ſubiectæ erant imperio, Ratbodi perſecutione incumbente, idolorum culturæ lugubriter reddebatur **: ideoque vir Dei, perſpecta tantæ peruerſitatis mole, ex illis partibus diſceſſit, & peruenit ad Treht, ibique etiam commoratus aliquantis diebus, aduenientem Regem Ratbodum allocutus eſt, obſecrans, vt a tanta prauitate quieſceret. conf. notat. VI conf. notat. VII

* Londinum *hodie.* Beda *lib. II hiſtor. cap. II* Londoniam *vocat, multorum emporium populorum, terra marique venientium; qua vrbs h. l. ſignificatur. Idem auctor* Londoniam *dicit metropolim orientalium Saxonum, qui* Tameſi fluuio, *inquit*, dirimuntur a Cantia & ipſi orientali mari contigui. Ita *Mabillo* ad Wilibaldum, cap. IV p. 8.

† Sunt, qui locum hunc *Batauodurum* eſſe velint. vid. auctor infra notatione VI. *Sagittarius* l. d. lib. III § II p. 126 ſibi, qui fuerit ille, adhuc ignotum eſſe, haud diffitetur.

** *Hinc refutantur ii, qui primam Bonifacii in Friſiam profectionem anno DCCIV conſignant; tum quia Berwaldus ſupra memoratus nondum eo anno erat Abbas Glaſtonienſis, tum quia Carolus Martellus vix dum infantiam exceſſerat, qui anno dumtaxat DCCXVI cum Ratbodi bellum gerere cœpit.* *Mabillo* ad Wilibald. cap. IV p. 8.

CAPVT IX

Ipſius in Angliam e Friſia reditus, & delatæ cœnobiarchiæ modeſta recuſatio.

POſthæc vero peragratis illius terræ partibus ſollicite explorauit, ſi alicubi in ea prouincia prædicationis pateret locus; cumque diuturna inquiſitione intelligeret, ſe fruſtra ibidem prædicando laboraturum, arida ſpirituali fertilitate arua reliquit, & ad natale ſolum tranſmigrauit. Interea accidit, vt monaſterii ſui pater, depoſito carnis ergaſtulo, vitam præſentem finiret. Cuius obitu fratres nimium contriſtati, ſed a beato viro ſpiritualibus colloquiis lætificati, & vt regularis vitæ normam conſeruantes, patrem quemlibet ſpiritualem eligerent, omnimodo inſtructi, omnes ipſum Sanctum, qui eo tempore Winfrid dicebatur, vnice
335 precabantur, vt paſtoralem ſuper eos ſuſcipere curam dignaretur.

At ille altiora quæque in animo gerens, non eorum preces vllo ſuperbiæ faſtu deſpexit, ſed quæ intentio ſua eſſet, humiliter pandens, quod ſcilicet deſpectis cunctis patriæ facultatibus atque honoribus, pro Chriſti amore, proque aliorum ſalute peregrinari vellet, cum omnium charitate & licentia fratrum, vota ſua obtinuit.

Conf. Mabillo in obſeruat. prævlis ad vitam Bonifacian. § VIII p. 2.

CAPVT X

Romana eius profectio prima cum magna præditis pietate ſociis pluribus.

ET vt eiſdem votis maior auctoritas eueniret, adiit etiam ipſius loci Epiſcopum venerandum, nomine Danielem, petens, quatenus eius benedictione, & litteris commendatitiis ad Romam profecturus vti mereretur. Quam petitionem Epiſcopus idem, nutu diuino inſtinctus, benigne ſuſcepit, efficaciter compleuit. Nam paſtoris prouidi intentionem gerens, & bonæ indolis virum, nomine Stephanum, orbatæ congregationi præeſſe fecit: & hunc Dei famulum per longas peregrinationis vias ire cupientem ad loca deſiderata cum litteris dimiſit. Tali igitur benedictione ſuſcepta protinus valedicens fratribus, proficiſcitur per longa terrarum ſpatia, perque ignotas maris vias, donec collecta vndique conf. notat. VIII

non modica multitudo ſeruorum Dei, eodem ſpiritu feruentium, ad eum conueniret. Hi ergo omnes vnanimiter per ſingulos dies multas Sanctorum eccleſias adierunt, obſecrantes, vt opitulante Deo tutius alpium iuga tranſcenderent, Longobardorumque ferocitatem erga ſe leniorem ſentire mererentur. Edit. I pag.

CAPVT XI

In Romanam vrbem aduentus: & quid ibi egerit, acceperit.

conf. notat. VIII CVmque vniuerſa ferociſſimæ gentis diſcrimina illæſi pertranſirent, atque limina beati Petri Apoſtoli proſpere adirent, ſtatim debitas Chriſto grates 336 perſoluunt, ibique abolitionem peccaminum atque itineris ſui felicem exitum deprecantes, ſperata ſuffragia inuenerunt. Nam poſtquam ſanctus vir venerabilem ſedis Apoſtolicæ Præſulem, nomine Gregorium, qui eiuſdem nominis ſecundus tunc habebatur, allocutus, ei aduentus ſui cauſſam manifeſtauit, & quali deſiderio diutius deſudaſſet, aperuit. Mox idem Præſul hilari vultu intuitus in eum, inquiſiuit, an litteras ab Epiſcopo ſuo commendatitias detuliſſet. At ille concitus chartam ex more inuolutam proferens dedit Apoſtolico. Apoſtolicus vero, acceptis lectiſque litteris, & comperto ſancti viri deſiderio, ſedulum deinceps cum eo colloquium habuit, reuerenterque eum ibi commorantem retinens, pro qualibuſque Sanctorum reliquiis poſtulabat, illi tradidit. Ad hæc etiam illi committens in cunctis Germaniæ populis curam prædicandi, tradidit epiſtolam, cuius exemplar tale inuenitur.

CAPVT XII

Pontificis Gregorii II, de facta S. Bonifacio prædicandi euangelii poteſtate, diploma.

conf. notat. IX EXigit manifeſtata nobis religioſi propoſiti tui pie in Chriſto flagrantis intentio, & approbata ſinceriſſima fidei tua prolata relatio: vt ad diſpenſationem verbi diuini, cuius per gratiam Dei curam gerimus, te comminiſtro vtamur. Experientes proinde, te ab infantia ſacras litteras didiciſſe, profectuſque indolem ad augmentum crediti cælitus talenti proſpectu diuini timoris extendere, videlicet gratiam cognitionis cæleſtis oraculi in laborem ſalutiferæ prædicationis, ad innoteſcendum gentibus incredulis myſterium fidei inſtanti conatu expendere, collætamur fidei tuæ & adiutores effici cupimus gratiæ prærogatæ. Igitur quia præmiſſi conatus pium affectum vſque ad Apoſtolicæ ſedis, modeſta prouiſione, perduxiſti conſultum, vt membrum ex membro proprii corporis caput requirens, motum mentis probares, capitiſque arbitrio humiliter te ſubmittens,
Surius, ſoliditati & eius directioni iuſto tramite properans * ſolidati compaginis plenitudo exiſtas.
Ideo in nomine indiuiſibilis Trinitatis, per inconcuſſam auctoritatem beati Pe- 337
tri Apoſtolorum principis, cuius doctrinæ magiſterio fungimur, & locum ſacræ ſedis adminiſtramus, modeſtiam tuæ religionis inſtituimus, atque præcipimus, vt in verbo Dei (quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere venit in terram, enitere videris) ad quaſcunque gentes infidelitatis errore detentas properare, Deo annuente, potueris, myſterium regni Dei per inſinuationem nominis Chriſti Domini Dei noſtri veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum virtutis & dilectionis ac ſobrietatis prædicationem vtriuſque teſtamenti mentibus indoctis conſona ratione transfundas. Diſciplinam denique ſacramenti, quam ad initiandos Deo præuio credituros tenere ſtudeas ex formula officiorum ſanctæ noſtræ ſedis Apoſtolicæ, inſtitutionis tuæ gratia prælibata, volumus vt intendas. Quod actioni ſuſceptæ tibi deeſſe perſpexeris, nobis vt volueris inſinuare, curabis. Bene vale. Data Id. Maii imperante Domino piiſſimo Auguſto * Leone a Deo coronato. Anno III Imperii eius, indictione II †.

* *Surius*, Leone II. *Alii vocant* tertium. (S.)

† *Anno DCCXIX.* Ita *Mabillo* p. 34. Aliter *Sagittarius* l. d. cap. IV § IV p. 135; quippe qui litteras has haud in an. DCCXIX reiiciendas, ſed ad an. DCCXVIII referendas vult. In compendium eas miſit *Auentinus* lib. III annal. Boicor. cap. VIII ſect. 24, vt tamen nonnulla immutarit, nonnulla de ſuo addiderit. Speciatim vero inſperſit hæc: *tu vero non fabulas hominum, nec quæſtum tuum, ſed Chriſtum & ſacras vtriuſque teſtamenti litteras prædicato.*

CAPVT

CAPVT XIII

Roma in Bauariam & Thuringiam venit S. Bonifacius, & in hac prædicandi acceptam poteſtatem exercere cœpit.

HIs litteris acceptis a venerabili Papa, profectus eſt inde ad Longobardorum Regem Luitprandum, a quo honorifice ſuſceptus, aliquandiu cum eo eſt hoſpitatus. Profectus vero exinde, ardua & prærupta alpium iuga tranſcendit, incognitoſque * Bagoariorum & Germaniæ terminos perluſtrans, in Thuringiam deuenit, conſiderans & explorans in omnibus inſtar prudentiſſimæ apis, vbi poſtmodum nectaream ſanctæ fidei dulcedinem colligere poſſet. Cumque per aliquot dies in Thuringia commoraretur, interim omnes illius prouinciæ Principes verbis ſpiritualibus alloquens, ad ſacræ fidei agnitionem, totiuſque religionis tramitem reuocauit. Sed & ſacerdotes, quos ſceleribus variis deditos comperit, ſermonibus euangelicis admonens, ad inſtitutionis canonicæ normam correxit.

conf. notat. XIII

* *Surior*, Baioariorum

338

CAPVT XIV

In Friſiam, eiuſdem obeundi muneris cauſſa, proficiſcitur.

INterea vero audita Ratbodi Freſonum Regis morte, qui perſecutionem magnam per idem tempus in Chriſtianos exercuit, magno repletus gaudio in Freſiam nauigando deuenit, ibique verbi diuini ſemina ſpargens, plurimos ab errore idololatriæ retraxit. Sub eodem quoque tempore per venerabilem Willibrordum Traiectenſis eccleſiæ Præſulem buccina cæleſtis doctrinæ in Freſiam inſonuit. Cuius ſtudio ſanctus Dei famulus Bonifacius omnimodo congaudens & adhærens, per tres continuos annos * laborauit cum illo, tam in deſtruendis fanis, quam in conſtruendis eccleſiis, omnibuſque negotiis diuinis.

conf. notat. X & XI

* Ita quoque *VVilibaldus*, ad quem *Mabillo* in notis p. 14; *Tredecim annos ſcribunt* S. Liudgerus *in vita S. Gregorii, Traiectenſis Abbatis*, Hucbaldus *in vita S. Lebuini*, Ioannes de Beka *in chronico, & ſi qui alii. At tres annos duntaxat legendum eſſe perſuadent tum* Othlonus *lib. I vita S. Bonifacii cap. XI, tum pontificatus Gregorii Papæ II, a quo S. Bonifacium anno DCCXXIII, hoc eſt, poſt quatuor annos, quam in Germaniam ab eodem directus fuerat, ordinatum fuiſſe, ex ſequentibus manifeſtum eſt.*

CAPVT XV

Epiſcopatum, ne ab ſuo in Germania munere auocaretur, in eove impediretur, recuſat.

VNde factum eſt, vt quia prædictus Pontifex ætate iam decrepita grauatus, ſuggerentibus diſcipulis, ſolatium ſuæ ſenectuti prouidere cupiebat, hunc Dei famulum ad Epiſcopalis regiminis ſuſcipiendum gradum, regendumque ſibi commiſſum populum vnice obſecraret. Sed ille talia humiliter reſpuens, minime ſe dignum eſſe Epiſcopali gradu referebat; & ne ſibi in annis adoleſcentiæ adhuc conſtituto tantæ dignitatis faſtigium imponeret, precibus omnibus inſtabat; atteſtans etiam, quia, iuxta canonicæ inſtitutionis præcepta, nec dum quinquageſimi anni ætatem, qui huius gradus culmini conueniret, pleniter reciperet.

conf. notat. XI

Prædicto vero Pontifice blandis illum verbis increpante, & ad ſuſcipiendum Epiſcopatus ordinem inſtigante, diuerſiſque pro hac ſpirituali contentione verbis inuicem prolatis, hic ſanctus vir in tanto agone poſitus, placidum tandem
339 excuſationis ſermonem protulit, dicens: Onus regiminis, quod mihi indigno imponere cupis, ſancte Præſul, ſuſcipere non audeo, quia a beato Gregorio Papa in Germaniam, ob euangelizandi cauſſam, directus ſum, ipſiuſque legationis gratia in has barbaras nationes adueniens, ſponte me tuæ gubernationis imperio ſubieci. Tantum ergo mandatum præterire, & aliud quodlibet negotium ſubire nullatenus præſumo. Vnde, Pater venerande, obſecro, vt in illas regiones, ad quas a Præſule Apoſtolico miſſus ſum, cum tua gratia ſimul & licentia tranſire iubeas.

Edit. I pag.

CAPVT XVI

In Germania plurimos conuertit, monaſterium excitat.

conf. notat. XXVII HAEc audiens ſanctus Willibrordus, data benedictione, permiſit eum abire. Ille vero exinde proficiſcens, peruenit ad locum, cui nomen eſt Amanaburg, Deum vbique habens conuiatorem; cuius etiam virtute atque protectione ſuffultus, quocunque perrexit, vbique ſacræ doctrinæ notitiam dilatauit. Cumque ingentem populum Domino in Freſia prædicando acquireret, multi ab eius ſpirituali doctrina educati, ad agnitionem veritatis peruenerunt, adeo, vt ſupradictum locum, cui gemini præerant germani, Dietih videlicet & Dierorolf*, Domino Deo auxiliante obtinens, collecta non pauca fratrum congregatione, monaſterium conſtrueret.

* *Surius*, Dietichus & Dierolphus.

CAPVT XVII

In Haſſia plurimos Christiana fide initiat: & de felici euangelii ſucceſſu Romanum facit certiorem Pontificem.

conf. notat. XIV TVnc etiam alias Germaniæ partes prædicandi cauſſa adiit, Heſſones videlicet in Saxonum confinio poſitos. Quos cum ſimiliter a paganicæ ſuperſti- 340
tionis cultu magna ex parte conuerteret, multaque millia hominum baptiſmatis ſacramento abluiſſet, miſit quendam ex ſuis fidelem, nomine Binnam, ad Romam cum litteris, denuntians venerando Præſuli Apoſtolico vniuerſa, quæ circa illum diuina pietas egerit, quantaque multitudo hominum ſancti Spiritus gratia illuſtrata, regenerationis lauacrum ab eo ſuſceperit. Sed & de rebus variis, quæ ad quotidianam regulæ eccleſiaſticæ neceſſitatem, populique nouiter conuerſi curam pertinebant, prudenti interrogatione conſcripſit. Prædictus vero legatus cuncta ſibi commiſſa fideliter complens, Apoſtolico Præſuli miſſas detulit litteras, aliaſque ab illo, ſuper vniuerſis quæſtionibus propoſitis continentes reſponſa, magiſtro ſuo deferens quantocius rediit.

CAPVT XVIII

Romam a Pontifice vocatus, profectionem, quæ ſecunda eſt, inſtituit: & ab illo multa ſuper Germanorum conuerſione rogatus, de fideique quæſtionibus examinatus, Epiſcopus creatur.

CVm autem ſanctus vir delatas legiſſet litteras, ſeque inter cetera inuitatum ad Romam intellexiſſet, mox ſummum obedientiæ gradum contendens, clientum, fratrumque circumſeptus agmine Italiæ fines adiit. At Romanæ vrbis mœnibus inſpectis, omnipotenti Deo condignas gratiarum laudes retulit, ſeſeque beatorum Apoſtolorum patrocinio commendauit.

Deinde comperto ſancti viri aduentu, ſtatim venerabilis Papa Gregorius illum ad ſe inuitauit, & verbis familiaribus ſalutatum honorifico xenodochio deputauit. Aduoniente vero opportuno collocutionis eorum die, ad eccleſiam beati Petri Apoſtoli hic Dei famulus inuitabatur. Vbi cum ſe mutuis ac pacificis ſatiaſſent colloquiis, Præſul Apoſtolicus illum de ſymbolo, fideique Catholicæ traditione inquiſiuit. Ad hæc vir Dei reſpondit, dicens: Quia, Domine Apoſtolice, inquiſitioni tantæ in communi ſermone idoneus non ſum reſpon- 341
dere, quæſo, vt fidei, quam a me exigis, conſcribendæ tempus mihi concedas, ſicque mutis tantum litteris denudatam agnoſcere valeas. Quam petitionem cum Papa benigne ſuſciperet atque concederet, paruo dehinc tempore tranſacto, vir Domini ſanctæ atque Catholicæ fidei ſententiam omni conuenientia & eloquentia prolatam litteris præfato Principi obtulit.

At ille lectis eiſdem litteris, eum iuxta ſe ſedere facit, & vt huiuſmodi fidem conſtanter retineret, diligenter edoceret, admonuit. Multa quoque de religione ſpiritalis vitæ cum illo conferens, ita vt interdum integrum pæne diem col-

loquendo

Edit. I pag. loquendo ducerent. Ad extremum, quot populi per deuia idololatriæ, vel facinorum prius oberrantes, fidei documenta prædicatione perciperent, ſciſcitatus eſt. Cumque Apoſtolico de his omnibus ſatisfeciſſet reſpondendo, tunc ille intimauit ſancto viro, quia Epiſcopatus gradum ſibi imponere voluiſſet, vt eo conſtantius errantes quoslibet corrigere, & ad viam veritatis conuertere poſſet, quo maior autoritate Apoſtolicæ dignitatis fulciretur, eſſetque cunctis tanto acceptior in prædicandi officio, quanto plus clareſceret, quia ad hoc a Præſule ordinatus eſſet Apoſtolico. Quæ omnia vir Dei ſagaciter perpendens, ſimulque cauens, quod ſcriptum eſt: *Qui noluit benedictionem, elongabitur ab eo*, benedictionis Pſ.108,18. tantæ gratiam non recuſauit.

Adueniente ergo ordinationis eius die, quæ erat pridie Kalendarum Decembrium, hoc eſt, in natali ſancti Andreæ Apoſtoli, impoſuit ei venerabilis Papa & Epiſcopatus ordinem, & alterius nominis, quod eſt *Bonifacius*, dignitatem. conf. notat. XVI Nam antea *Winfrid* dicebatur. Deinde vt eum ad obedientiam ſibi, ſucceſſoribuſque ſuis exhibendam, nec non ad omnem ſacræ fidei traditionem obſeruandam arctius conſtringeret, exegit & accepit ab eo iuramentum, quod ſcilicet in antiquis exemplaribus inuenitur ita ſcriptum.

* *Mabillo* ad Wilibald. cap. VII p. 16; *Iam ante ordinationem ſuam* Winfridus *nomen habebat* Bonifacius, *vt conſtat ex epiſt.* Gregorii *ab* Othlono *relata lib. I c. IX*, data Idib. Maii anno tertio imperii Leonis, indictione ſecunda, *i. e. anno DCCXIX: qua tamen epiſtola* Bonifacio religioſo Presbytero *inſcripta eſt. Exſtat & alia* Buggæ *Abbatiſſa eodem anno directa* Bonifacio ſiue Winfredo, digniſſimo Dei Presbytero: *qua epiſtola inter Bonifacianas eſt XXXV.*

342

CAPVT XIX

S. Bonifacii iuſiurandum, quo ſe ad Catholicæ fidei veritatem tuendam, Romanoque Pontifici obedientiam præſtandam ſancte obſtrinxit.

IN nomine Domini Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperante domino Leone Magno Imperatore, anno VII poſt conſulatum eius †, ſed & Conſtantini conf. notat. XV Magni Imperatoris eius filii anno IV, Indictione VI, promitto ego Bonifacius, Dei gratia Epiſcopus, tibi, beate Petre Apoſtolorum princeps, vicarioque tuo beato Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus eius, per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctæ fidei Catholicæ exhibere, & in vnitate eiuſdem fidei, Deo operante, perſiſtere, in quo omnis Chriſtianorum ſalus eſſe, ſine dubio comprobatur, nullo modo me contra vnitatem communis & vniuerſalis eccleſiæ, ſuadente quopiam, conſentire, ſed, vt dixi, fidem & puritatem meam atque concurſum, tibi & vtilitatibus tuæ eccleſiæ, cui a Domino Matth. 16, 19. Deo poteſtas ligandi ſoluendique data eſt, & prædicto vicario tuo atque ſucceſſoribus eius per omnia exhibere. Sed & ſi cognouero, Antiſtites contra inſtituta antiqua ſanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem aut coniunctionem; ſed magis, ſi valuero prohibere, prohibeam; ſi minus; hoc fideliter ſtatim domno meo Apoſtolico renuntiabo. Quod ſi, quod abſit, contra huius profeſſionis meæ ſeriem aliquid facere quolibet modo, ſeu ingenio, vel occaſione, tentauero, reus inueniar in æterno iudicio, vltionem Ananiæ, & Act. 5, 3 ſq. Saphiræ incurram, qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præſumpſit. * Hoc autem indiculum ſacramenti ego Bonifacius exiguus Epiſcopus manu propria ſcripſi, atque ponens ſupra ſacratiſſimum corpus ſancti Petri †, ita vt præſcriptum, Deo teſte & iudice, feci ſacramentum, quod & conſeruare promitto.

† *Mabillo* ad h. l. p. 36; Sirmondus *ex codicibus Remenſi & Pithœano reponit*, anno VI, *probatque ex eo, quod Leo Iſaurus imperium inierit VIII Kal. April. & mox, vt coniectura eſt, conſulatum proximis Kalendis an. Chriſti DCCXVII obtinuerit, indictione XV; Bonifacius autem conſecratus ſit prid. Kal. Decembr. indict. VI; proindeque anno imperii & conſulatus. Leonis VI, Chriſti DCCXXII.* *Sirmondo fauet* Marianus Scotus *in chronico. Verum retinendus videtur annus Leonis VII & indictio VI, non a die XXV Sept. ſed a Kalend. Ianuariis hoc loco numeranda. Quippe Bonifacius ex primo itinere Romano ſe recepit in Germaniam ſub finem anni DCCXIX; tum VVillibrordo adhæſit per annos tres: deinde Saxones & Heſſones conuertit ad fidem, quo negotio minimum intra vnum annum expleto*

Romam

Romam euocatus, a Gregorio II Epiſcopalem conſecrationem accepit an. DCCXXIII. Certe Gregorius Papa in epiſtol. c. XVII referenda, data Kal. December. Leonis Imperatoris annum VII *&* indictionem VI *apponit.* At vid. quæ mox ad finem cap. XXII ex *Pagio* dabimus.

* *Surius*, hunc autem indiculum. (S.)

† *Hinc recte colligit* Serarius *lib. III notat. XV, Bonifacium fuiſſe ordinatum in Vaticano, vbi S. Petri corpus quieſcit.* Ita *Mabillo* ad h. l. p. 37.

Edit. I pag.

C A P V T XX 343

Canonum libro, Epiſcopatus diplomate, litteriſque ad varios variis donatus, Roma in Germaniam redit S. Bonifacius.

conf. notat. XVII Poſtquam ergo huiuſmodi promiſſionem iurando coram Gregorio Papa peregit, tunc & ipſe eum in omnibus adiuuare, præferre, & venerari ſtuduit. Nam libellum, in quo ſacratiſſima eccleſiaſticæ inſtitutionis iura, pontificalibus digeſta conuentibus, habebantur, ei donauit; præcipiens, vt tam clerus, quam ceteri populi, ſuo regimini ſubiiciendi, inſtitutis talibus erudirentur. Sed & familiaritatem ſedis Apoſtolicæ ſibi omnibuſque ſibi ſubiectis perenniter reſeruandam priuilegio confirmauit, ſicque eum litteris tranſmiſſis non ſolum Karolo Duci glorioſo, qui per idem tempus Francorum regnum gubernabat, ſed etiam vniuerſis Eccleſiaſticis viris, Principibuſque in Germania conſtitutis, muniendum commendauit.

Litterarum autem tunc miſſarum exemplaria, quia locus præſens exigit, vt inſerantur, hic iam inſerere cupimus, primum quidem, quæ ad Karolum Ducem, deinde vero, quæ ad ceteros Principes directæ ſunt, ponentes.

C A P V T XXI

Pontificis Gregorii II litteræ ad illuſtrem Francorum Ducem Carolum Martellum.

* *Domno glorioſo filio Karolo Duci Gregorius Papa.*

* *Surius* Domino.

COmperientes te, in Chriſto dilectiſſime, religioſæ mentis affectum gerere, in multis opportunitatibus, debito ſalutis præmiſſo, notum facimus Deo dilectæ tuæ dignitati, præſentem fratrem Bonifacium, fide & moribus approbatum, a nobis Epiſcopum conſecratum, atque inſtitutionibus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, cui Deo auctore præſidemus, eccleſiæ generali ſollicitudine informatum, ad 344
prædicandum plebibus Germaniæ gentis, ac diuerſis in orientali Rheni fluminis parte conſiſtentibus, gentilitatis errore detentis, vel adhuc ignorantiæ obſcuritatibus præpeditis, neceſſario deſtinare. Pro quibus eum glorioſæ beneuolentiæ tuæ omnimodo commendamus, vt in omnibus neceſſitatibus adiuuetis, & contra quoslibet aduerſarios, quibus in Domino præualetis, inſtantiſſime defendatis; certiſſime retinentes, vos exhibere Deo, quæcunque huic promptiſſimo
Joan. 13, 20 impenderitis fauore: qui ſanctis Apoſtolis ſuis, ad lucem gentium deſtinatis, ſuſcipientibus eos, ſe ſuſcipiendum prædixit; quorum inſtitutionibus per nos informatus præmiſſus Antiſtes in ſorte prædicationis procedit.

C A P V T XXII

Eiuſdem Pontificis ad Germaniæ Epiſcopos, Duces, alioſque litteræ.

*Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis reuerendiſſimis & ſanctiſſimis Fratribus, Coepiſcopis, religioſis Presbyteris ſeu Diaconibus, glorioſis Ducibus, magnificis * Caſtellis, Comitibus etiam, vel cunctis Chriſtianis Deum timentibus.*

* *Surius*, Caſtaldis (*Ser.*) *al.* Guaſtaldis, *qui villas ſeu cortes regias procurabant, Gallis* Domeſtici *dicti. Mabillo* ad h. l. p. 38.

SOllicitudinem nimiam gerentes pro ſpeculatione credita, quia in vmbra mortis aliquas gentes in Germaniæ partibus, vel plaga orientali Rheni fluminis, anti-

antiquo hoſte ſuadente, errare quaſi ſub religione Chriſtiana idolorum culturæ eos ſeruire cognouimus, aliquos vero, qui nec dum cognitionem Dei habentes, nec baptiſmatis ſacra vnda ſunt loti, ſed comparatione brutorum animalium pagani, factorem non recognoſcunt; neceſſario pro vtrorumque illuminatione ad prædicandum rectæ fidei verbum, harum litterarum portitorem Bonifacium, reuerendiſſimum fratrem noſtrum Epiſcopum, ad eaſdem partes dirigere ſtuduimus, vt & illis prædicando verbum ſalutis vitam prouideat ſempiternam; & ſi quos forte, vel vbicunque a rectæ tramite fidei deuiaſſe cognouerit, aut aſtutia diabolica ſuaſos erroneos repererit, corrigat, atque ſui educatione ad portum reſtituat ſalutis, eoſque ex Apoſtolicæ ſedis huius doctrina informet, & in eadem Catholica fide permanere inſtituat. Cui, hortamur ob amorem Domini noſtri
345 Ieſu Chriſti, & Apoſtolorum eius reuerentiam, vt in omnibus ſolatium exhibeatis, eumque in nomine Ieſu Chriſti recipiatis, vt ſcriptum eſt de ſuis diſcipulis, *Qui vos recipit, me recipit.* Prouidentes inſuper neceſſaria itineris eius, comiteſque tribuentes, cibum etiam ac potum, vel ſi quid eguerit, largientes, vt vno labore & ſocia voluntate, opus ſibi creditum pietatis, & negotium ſalutis, annuente Deo, perficiatur, atque præmium laboris percipere mereamini, * deque conuerſatione errantium merces vobis aſcribatur in cælis. Si quis itaque huic Dei famulo, ad illuminationem gentium ab hac Apoſtolica atque Catholica Dei eccleſia deſtinato, aſſenſum vel concurſum præbuerit, exorantibus Apoſtolorum principibus, conſortium mereatur ſanctorum martyrum Chriſti Ieſu. Si quis vero, quod non optamus, aduerſari eius labori conatus fuerit, aut contrarius extiterit miniſterio ſibi credito, ſucceſſorumque eius in eundem laborem intrantium, ex ſententia diuina, anathematis vinculo ligatus, perpetuæ damnationi ſubiaceat. Data Kal. Decembris. Imperante Domno piiſſimo Auguſto Leone, Imperii eius anno VII. Sed & Conſtantini Imperatoris eius filii anno IV, Indictione VI †.

Ioan 13,20

* *Serius*, conuerſione. (S.)

† *Mendoſa indictio, legendumque, indi*ctione VII. Sirmondus *quidem mendum in annis vtriuſque Imperatoris eſſe putat, ideoque anno elapſo* (DCCXXII) *Bonifacium creatum eſſe Epiſcopum. At ex eiuſdem Pontificis litteris annis ſequentibus datis liquet, non in annos Imperatorum, ſed in indictionem errorem irrepſiſſe. Præterquam quod librarium in vno, quam in duobus peccaſſe, longe veriſimilius. In iuramento, quod Bonifacius eidem Gregorio præſtitit, eadem indictio VI legitur. Sed vtrobique mendoſe.* Ita *Pagi* ad an. DCCXXIII n. II p. m. 198.

CAPVT XXIII

Eiuſdem ad reliquum Germaniæ Clerum, & populum littera.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Clero & Plebi, dilectiſſimis filiis in Domino ſalutem.

PRobabilibus deſideriis nihil tarditatis præſtantes, fratrem iam & Coepiſcopum noſtrum Bonifacium vobis ordinauimus ſacerdotem, cui dedimus in mandatis, ne vnquam ordinationes præſumat illicitas, ne bigamum, aut qui virginem non eſt ſortitus vxorem, neque * in litterarum, vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut † expœnitentiæ vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, notatumque ad ſacros ordines permittat accedere. Sed & ſi quos huiuſmodi reperit, non audeat promouere, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati ſæpius ſunt probati. Miniſteria atque * ordinatum eccleſiæ, vel quidquid illud eſt, in patrimonio eiuſdem non minuere ſtudeat, ſed augere. De reditu vero eccleſiæ vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum vnam
346 ſibi retineat, alteram Clericis pro officiorum ſedulitate diſtribuat, tertiam pauperibus & peregrinis, quartam eccleſiaſticis fabricis nouerit reſeruandam, de quibus diuino erit redditurus iudicio rationem. Ordinationes vero Presbyterorum ſeu Diaconorum non niſi quarti, ſeptimi, & decimi menſis ieiuniis, ſed & in ingreſſu quadrageſimali, atque medio, veſpere ſabbato ſacro nouerit celebrandas. Sancti autem baptiſmi ſacramentum non niſi in paſchali feſtiuitate & pentecoſte nouerit eſſe præbendum; exceptis his, quibus mortis vrgente periculo, ne in æternum pereant, talibus oportet remediis ſubuenire. Huic ergo ſedis

noſtræ præcepta ſeruanti deuotis animis obſequi vos oportet, vt irreprehenſibile placidumque fiat corpus eccleſiæ per Chriſtum Dominum noſtrum. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi filii.

* *Serius*, illiteratum. (Ser.)

† *Serius*, ex pœnitente. (Ser.)

* *Serius*, ornatum. (Ser.)

Has quidem duas ſupra ſcriptas epiſtolas communiter omnibus Principibus in Germania conſtitutis, duas vero ſequentes ſpecialiter Thuringis Principibus miſit prædictus Papa.

CAPVT XXIV

Ad Thuringos, quos & generis nobilitas, & opum abundantia, ſed multo magis conſtans in ſuſcepta Chriſti Domini fide perſeuerantia, inſigniſque confeſſio nobilitabat, eiuſdem Pontificis litteræ.

*Viris magnificis * Aſolfo, Godolao, Wilario, Cunthario, Alberdo, & omnibus Deo dilectis Thuringis fidelibus Chriſtianis Gregorius Papa.*

* *Serius*, Aſolpho, Godolao, Wilario, Gunthario, Alboldo. (S.)

INſinuatam vobis magnificæ fidei conſtantiam agnoſcens, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda, fide plena reſponderitis, magis velle feliciter mori, quam fidem ſemel in Chriſto acceptam aliquatenus violare, repleti nimia exultatione grates debitas perſoluimus DEO noſtro, redemptori, bonorum omnium largitori, cuius gratia comitante, vos ad meliora & potiora optamus proficere, & ad confirmandum fidei veræ propoſitum, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ religioſis mentibus adhærere, & prout opus popoſcerit, ſacræ religionis a memorata ſancta ſede Apoſtolica, ſpirituali omnium fidelium matre, ſolatium quærere, ſicut decet filios coheredes regni. Miniſterio quoque præſentis fratris chariſſimi Bonifacii, quem ad vos Epiſcopum conſecratum in ſorte prædicationis deſtinauimus, Apoſtolicis inſtitutionibus informatum, ad inſtruendam fidem veſtram, in omnibus volumus & hortamur obedientes ei conſentire ad complementum in Domino veſtræ ſaluationis. 347

CAPVT XXV

Ad cæteros Thuringos catechiſtica eiuſdem Pontificis epiſtola.

Gregorius ſeruus ſeruorum Dei vniuerſo populo Thuringorum.

DOminus Ieſus Chriſtus, Filius Dei, verus Deus, qui de cælo deſcendit, homo factus eſt, pro nobis pati, & crucifigi dignatus eſt, & ſepultus tertia die reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cælum, diſcipulis etiam ſuis ſanctis ait: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*; ipſe in ſe credentibus vitam æternam promiſit. Cupientes ergo vos in perpetuum nobiſcum gaudere, vbi finis nullus eſt, nec tribulatio, nec aliqua amaritudo, ſed gloria ſempiterna, ideo fratrem noſtrum ſanctiſſimum, Bonifacium Epiſcopum, ad vos direximus, vt vos debeat baptizare, & fidem Chriſti docere, & ab errore ad viam ſalutis deducere, vt ſalutem habeatis, & vitam ſempiternam. Sed vos ei in omnibus obedite, & ſicut patrem veſtrum illum honorate, & ad eius doctrinam corda veſtra inclinate, quia illum non pro lucro aliquo temporali acquirendo direximus, ſed pro lucro animarum veſtrarum ad vos eum miſimus. Diligite ergo Deum, & in nomine eius baptiſmum ſuſcipite: quia Dominus Deus noſter, *quod oculus hominis nunquam vidit, nec in cor hominis aſcendit, præparauit* Deus *diligentibus ſe*. Iam recedite a malis operibus, & agite bene: non adoretis idola, nec immoletis carnes; quia Deus non recipit iſta, ſed in omnibus, ſecundum quod frater noſter Bonifacius docuerit, obſeruate, & agite, & ſalui eritis vos & filii veſtri in ſempiternum. Facite ergo & domum, vbi debeat ipſe pater veſter habitare, & eccle- 348

Matth. 28, 19.

Iſa. 64, 4.

1 Cor. 2, 9.

ſias,

Edit. 1 pag. ſiis, vbi debeatis orare, vt Deus vobis indulgeat peccata veſtra, & donet vobis vitam perpetuam.

CAPVT XXVI

Ad omnes antiquos Saxones ſiue gentiles, ſiue iam Chriſtianos, Pontificis eiuſdem epiſtola.

Eandem hanc Gregorii e Bonifacianis epiſtolam excerpſit, & tom. I rer. Brunſu. n. XXXVIII p. 68, ceteris veterum ſcriptorum, quæ de Saxonibus agunt, locis inſeruit *Leibnitius.* *Alt-Saxones* autem hi fuere, qui e Holſatia progreſſi, terras, quas Franci vacuas reliquerant, occuparunt, ac nomen *Ealt-Saxonum*, quo tum ab *Anglo-Saxonibus*, Ealt-Saxonum progenie, diſtinguebantur, aliquandiu adhuc retinuerunt. quo vid. *Gundlingius* faſcic. VI Gundlingianor. obſeruat. V § VI p. 91.

Gregorius Papa vniuerſo populo prouinciæ Alt-Saxonum.

SApientibus & inſipientibus debitor ſum, fratres chariſſimi. ideoque volens vos ſcire, qualem ſollicitudinem habeam pro vobis, & pro his, qui verbum exhortationis fidei Ieſu Chriſti Domini noſtri ſuſceperunt, & qui adhuc ſuſcepturi ſunt, vt conſolentur corda veſtra inſtructa in charitate, & in omni plenitudine ſapientiæ, annuntio vobis, quoniam prope eſt regnum Dei, vt nemo vos amplius decipiat, in ſublimitate verborum, aut in quocumque metallo ſalutem veſtram quæratis, adorantes idola manu facta, aurea, argentea, ærea, lapidea, vel de quacunque materia facta, quæ falſidica nomina a paganis antiquitus quaſi dii facti ſunt, in quibus dæmones habitare noſcuntur. quoniam omnes dii gentium, vt ait ſcriptura, *dæmonia ſunt, Deus autem noſter cælos* Pſ. 95, 5.
fecit. Quicunque autem in vobis ſuſceperit Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, in ipſo ambulent radicati, & ſuperædificati, & confirmati in fide, abundantes in gratiarum actione. Videte, ne quis vos amplius decipiat per philoſophiam Coloſſ. 2, 8.
& inanem fallaciam. Aſtutiores enim ſunt filii tenebrarum, quam filii lucis. Luc. 16.
Diſcedite ab idolorum cultura, & accedite, & adorate Dominum Deum noſtrum, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: & vultus veſtri non erubeſcent. Vnus enim Dominus hominum, volucrum, quadrupedum, & piſcium, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Expoliate vos vete- Col. 3, 8.
rem hominem, & induite Chriſtum nouum, deponentes iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem quoque ſermonem nolite de ore veſtro profer-
549 re. Iam enim adueſperaſcit dies ſæculi, & appropinquat tempus tenebrarum. Ideoque nolite eſſe otioſi, ſed potius operamini opus bonum, vt Chriſtus habi- Col. 3, 17.
tet in vobis, & quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine D. N. I. Chriſti, gratias agentes Deo patri per ipſum: reſpuentes gentilitatis ſectam, ſcientes vos Dominum habere in cælis. Orationi inſtantes, ad ipſum Dominum cor erigite: quoniam magnus eſt Dominus Deus noſter, & laudabi- Pſ. 95, 4.
lis nimis, & terribilis ſuper omnes deos: qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire. Hoc etiam commoneo, fratres, vt qui- 1 Tim. 2, 4.
cunque ex vobis voluerit ad Chriſtum conuerti, nullo modo eum prohibeatis, nec vim ei faciatis, ſculptilia adorare. Miniſtrum quoque & conſeruum in Domino, quem miſi ad vos, Bonifacium fratrem ac Coepiſcopum meum, ad hoc ipſum, vt cognoſcat, quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra cum exhortationis verbo, in Ieſu Chriſto Domino noſtro ſuſcipite, vt a diabolica fraude liberati mereamini adoptionis filiis aggregati.

CAPVT XXVII

Roma redux S. Bonifacius cœptam in Haſſia fidei Chriſtianæ prædicationem perficit, falſa diſturbat numina: in D. Petri honorem templum ſtruit & conſecrat.

TAntarum itaque litterarum auctoritate ſuffultus ſanctus Præſul Bonifacius conf. notat. XIX, XX, XXI.
proficiſcitur in Germaniam, veniensque ad præfatum Principem Karolum, litteras ei Romani Pontificis detulit, ſeſeque illius dominio atque patrocinio

ſubiiciens, cum conſenſu eius in Heſſorum metas, quibus & antea prædicare cœperat, perrexit. Illuc ergo adueniens reperit plures ex eis, relicta Chriſtianæ religionis cultura, variis erroribus implicatos. Alii namque lignis & fontibus clam vel aperte ſacrificabant, alii vero aruſpicia, & diuinationes, præſtigia, & incantationes exercebant. Quidam autem alia nefanda quædam ſacrilegia intendebant, pauci vero in via veritatis, quam ſemel acceperant, perſtiterunt. Quorum etiam conſilio arborem quandam miræ magnitudinis, quæ priſco paganorum vocabulo appellabatur arbor Iouis, in loco, qui dicitur Geſmere, ſeruis Dei ſecum aſtantibus ſuccidere tentauit. Ad eiuſmodi autem arboris inciſionem magna paganorum multitudo concurrit, cupientes in ſanctum virum, velut inimicum deorum ſuorum, inter ipſa inciſionis opera irruere & interficere. Sed dum arbor eadem paululum incideretur, mox quaſi nutu diuino agitata, in quatuor partes diſrupta eſt. Quo viſo pagani, qui illuc mente peruerſa conuenerant, abiicientes omnem malitiam, benedicenteſque Deo crediderunt. Tunc ſanctus Præſul conſilio inito cum fratribus, ex illa ingentis arboris mole oratorium conſtruxit, hocque in honorem ſancti Petri Apoſtoli dedicauit.

Edit. I pag. 350

CAPVT XXVIII

Thuringiam reuiſit S. Bonifacius, lapſantemque religionem erigit: hereticos & impoſtores excommunicat.

conf. notat. XXII

HIs itaque peractis, ad Thuringiam quoque profectus eſt, illiuſque populi Principes magna ex parte a Chriſtiana religione deficientes, corrigere ſtuduit. Poſtquam enim religioſorum Ducum dominatio in eis ceſſauit, ceſſare etiam Chriſtianæ religionis intentio cœpit, falſique quidam Chriſtiani, quorum nomina ſunt * Drothwin & Bertheri, Canbereth & Hunred, inter eos hoſpitantes, maximam hæreticæ prauitatis introduxerunt ſectam. Qui ſcilicet fornicatores & adulteri cum validiſſimum aduerſus hominem Dei excitarent conflictum, veris verborum oppoſitionibus confutati, dignam recompenſationis ſortiti ſunt ſententiam. Nam excommunicati & expulſi ſunt de eccleſia.

* *Surius*, Dorthvvinus, Bertherus, Eambertus, & Humedus. (S.)

CAPVT XXIX 351

In Thuringia plurimos Chriſto Ieſu aggregat: monaſteria ædificat, & quidem in S. Michaelis honorem vnum, vbi & Miſſarum ſolennia celebrauit.

conf. notat. XXIII

CVm autem prædicationis eius fama vndique emanaret, credentiumque multitudo excreuiſſet, eccleſiæ inſtaurantur, monaſteria ædificantur. Tunc etiam congregata ſeruorum Dei multitudine, conſtructum eſt monaſterium in loco, qui dicitur Ordorf, ſub honore ſancti Michaelis Archangeli. Qui ſcilicet omnes Apoſtolico more viuentes, labore proprio victum, veſtitumque acquiſierunt.

Cur autem in honore ſancti Michaelis conſtructum fuerit idem monaſterium, breuiter dicendum. Nam cum S. Bonifacius prædicando & baptizando in Thuringia tranſiret, & prope flumen, cui nomen eſt Oraha, tentoriis fixis pernoctaret; tunc per totam noctem lux magna de cælo ſeſe protendens, locum, vbi manebat Epiſcopus, circumfulſit. In qua etiam luce S. Michael Archangelus adueniens, Epiſcopo apparuit, eumque alloquens, in Domino confortauit. Mane itaque facto, laudans & benedicens Deum, ibidem Miſſarum ſolemnia celebrauit. Deinde in eodem loco prandium ſibi parari præcipiens, ſed a miniſtro ſuo audiens, cibum, quo veſci poſſet, ſe non habere, reſpondit; Nonne qui multitudinem populi in deſerto XL annis, manna de cælo miſſo, potuit paſcere, mihi indigno ſeruo ſuo non præualet ad vnius diei refectionem eſcam impendere? Hæc cum dixiſſet, vt menſa ſibi apponeretur, præcepit. Interea quædam auis aduolans, piſcem talem, qui ad vnius diei refectionem ſufficeret, attulit, & ante menſam proiecit. Quo viſo, ſanctus Præſul

Edit. I pag. 352 ſul Deo gratias retulit, piſcemque allatum cito præparari iuſſit. Illo vero præparato & comeſo, reliquias in flumen proiici præcepit. Exinde cœptum carpens iter, & Thuringiam peragrans diligenter inueſtigauit, cuius ille locus eſſet, vbi viſio tanta ſibi apparuit. Compertoque, quod Hugo, qui dicebatur ſenior, illius loci poſſeſſor eſſet, petiit ab eo, vt ſibi dare dignaretur. At ille petita annuens, primus omnium Thuringorum, hereditatem ſuam tradidit venerando Præſuli. Deinde vero Albolt, aliique plures contigua prædicto loco prædia tradiderunt. His igitur adeptis, S. Bonifacius rediens, in eodem loco frutecta extirpare, terramque incolere iuſſit, & iacto fundamento, eccleſiam conſtrui fecit.

Hæc autem in libro quodam antiquo ſcripta reperiens, ideo inſerere decreui, vt agnita cauſſa, vnde monaſterium prædictum extructum fuerit, & ipſe locus, & fundator eius, angelica viſitatione digni, ſub veneratione maiori habeantur.

Ex hiſce verbis *Sagittarius* l. d. cap. XI § VIII p. 175 colligit, quendam poſteriorum tempor. cœnobitam, ſiue Ordurfi is vixerit, ſiue alibi locorum, quæ de duobus hic miraculis narrantur, Othlono attexuiſſe. Dici enim; *hæc in libro quodam antiquo* &c. cum tamen Othlonus non ita multis poſt Bonifacium annis vixerit. At falli ipſum, quiuis, puto, videt. quandoquidem notum, Othlonum tribus integris & quod excurrit, a Bonifacii obitu, ſæculis demum ſcripſiſſe.

CAPVT XXX

Tantam in euangelico reti multitudinem piſcium videns S. Bonifacius, doctis, piiſque viris & feminis, qui in Anglia erant, annuit, vt in Germaniam veniant & adiuuent.

PRædicans ergo & baptizans S. Præſul Bonifacius in Thuringorum & Heſſorum regionibus, perſpexit meſſem quidem eſſe multam ibi, ſed operarios paucos, ad copioſam multitudinem credentium inſtruendam. Vnde in prouinciam, patriamque ſuam mittens, exinde tam feminas, quam viros religioſos, ſcientiaque varia imbutos, plures venire fecit, ſuique laboris onus inter eos diuiſit. Inter quos erant præcipui quidem viri, Burchardus & Lullus, Willibalt, & Wunnibalt frater eius, Witta & Gregorius †; feminæ vero religioſæ, matertera ſcilicet ſancti Lulli, nomine * Chunihilt, & filia eius † Berathgit, Chunidrut, & Tecla, Lioba, & Waltpurgis, ſoror Willibaldi & Wunibaldi; ſed Chunihilt, & filia eius Berathgit valde eruditæ in liberali ſcientia, in Thuringorum regione conſtituebantur magiſtræ; Chunitrud in * Bagoariam deſtinata eſt, vt verbi diuini ſemina ibidem ſpargeret; Tecla vero iuxta fluuium † Moin, in locis, * Kihhingen & Ochſnofrutt nuncupatis, collocauit. Liobam quoque ad † Biſcofesheim, vt illic multitudini virginum congregatæ præeſſet, conſtituit. *conf.* notat. XXIV

† *Mabillo* ad h. l. p. 42; *Paullo aliter anonymus:* » Alios ex gente ſua, alios ex parte Franciæ, nonnullos etiam de finibus Hiberniæ elegit, quatinus adeſſent ſibi cooperatores in vinea Domini. Ex quibus fuerunt hi: Wigbertus ex parte Anglorum; B. vero Gregorius ex nobili proſapia Francorum: Sturmi vero venerabilis & Lul, Megingoz, Willibaldus, ſuuſque germanus, Vunibaldus, & alii quamplurimi. » *Lege acta* SS. Liobæ *&* Walpurgis *infra.*

* *Surius vocat* Cunigildem. (S.)

† *Surius*, Bertgitem. (S.)

* *Surius*, Baioariam. (S.)

† *Surius*, Moganum. (S.)

* *Surius*, Kiſſingæ & Ochnofurti. (*Serar.*) Vtrumque non ita bene. Prior enim, quem Othlonus intelligit, locus non geminato S ſcribitur, vti quidem id Epiſcopatus Wirzburgenſis oppidum, quod ad Salam fluuium, tribus a Suinfurto milliaribus, ſitum, & thermis iuxta acidulisque non ita prorſus incelebre eſt, *Kiſſingen* vulgo; ſed litteris T & Z iunctis, *Kitzinga*. Kitzinga *appellatur in vita S. Sturmii n. XIV. nunc oppidum ſitum ad Mœnum fluuium in Franconia, ſub ditione Marchionis Ambacenſis.* ita *Mabillo* ad h. l. p. 42. ad quem tamen duo notanda veniunt. Primum, librarii, vt mihi quidem videtur, hic occurrere errorem; dum pro *Anſbacenſis*, vt *Mabillo* ad vitam B. Sturmii cap. XIV p. 277 bene habet, ille poſuit, *Ambacenſis*. Dein vero Mabillonii ipſius hic effugiſſe quid diligentiam. Iam ante namque, quam hæc commentaretur, Kitzinga vna cum monaſterio, cui Tecla olim præpoſita erat, e poteſtate Marchionum Brandenburgenſium domus Anſpacenſis exiuerat, a Præſule Wirzburgenſi tempore belli tricennalis occupata. cuius etiam ſub ditione manſit iam atque etiamnum eſt; controuerſia, quæ

Brandenburgicis cum Herbipolentibus de oppido hoc intercesſerat, diuque ſatis agitata fuerat, amica tandem tranſactione an. MDCLXXX compoſita, finitaque.

Alter deinde locus, quem Othlonus memorat, ſcribitur *Ochſenfurtum*, vulgo *Ochſenfurt*, non *Ochnoſurtum*. Ceterum vero is oppidum eſt ad ſiniſtram Mœni ripam, tribus a Kitzinga horis, imperio Collegii cathedralis Herbipolitani ſubiectum; de quo pluribus locis *Friſens* in chronico Wirzburgenſi, in *Mangoldo* quidem cap. XIII p. 597, in *Othone II* cap. V p. 622, in *Ioanne II* cap. LIX p. 755, cap. LXXXVII & ſeq. p. 741 & ſeq. in *Sigiſmundo* cap. XVII p. 781, cap. XXX p. 789, in *Godefrido IV* cap. XIX p. 803, in *Ioanne III* cap. IV p. 815, in *Conrado III* p. 874. Edit. I pag.

† *Surius*, Biſchofeshemium. (*Serar.*) *Biſchofsheim* in vita S. Liobæ cap. XI p. 251 ſæc. Benedict. III parte II p. 251. Cuius quidem parthenonis ſola nunc ſupereſt memoria in oppido, illi poſtea adſtructo, *Biſchofsheim* ſcilicet, quod ad Tubarim amnem ſitum diœceſis Moguntinæ eſt, præfecturæ titulo inſigne. conf. *Brovverus* lib. II antiquit. Fuldenſ. cap. X. *Mabillo* ad vitam S. Liobæ l. d.

CAPVT XXXI 353

Ad nouum Pontificem Gregorium III mittit legatos: eique obedientiam ſpondet: quæſtiones varias proponit.

CVmque millia hominum tam per ſe, quam per ſuos prouinciales ad fidem ſacram perducta, baptiſmatis vnda diluiſſet, iam defuncto beatæ memoriæ Gregorio ſecundo, ſedis Apoſtolicæ Præſule, & tertio Gregorio eandem ſedem obtinente, iterum beatus Bonifacius Romam legatos miſit, qui apud Præſulem prædictum prioris amicitiæ fœdera renouantes, omnem familiaritatis gratiam, quam ab anteceſſore ſuo habuiſſet, expeterent, omnemque ſubiectionem, Apoſtolicæ ſedi debitam, a ſe promitterent, conuerſionem quoque plurimorum in Germania habitantium intimarent.

CAPVT XXXII

S. Bonifacium facit Gregorius III Archiepiſcopum: eique Archiepiſcopale pallium & litteras mittit.

conf. notat. XXV & XXVI POſtquam vero legati ſupradicti Romam venientes, venerabili Papæ talia denuntiabant, ſtatim Deo gratias retulit. Deinde non ſolum omnia familiaritatis & amicitiæ iura a S. Bonifacio poſtulata promiſit, ſed etiam ea, quæ minime petiit. Idem Archiepiſcopatus pallium direxit; epiſtolam quoque continentem diuerſa, pro quibus interrogatus fuerat, Præſuli ſancto remiſit. Cuius exemplar ſubſequenter inſeretur.

Reuerendiſſimo & Sanctiſſimo Fratri Bonifacio Coepiſcopo ad illuminationem gentis Germaniæ, vel circumquaque in vmbra mortis morantibus gentibus, in errore conſtitutis, ab hac Apoſtolica ſede directo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.

MAgna nos habuit gratulatio, lectis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ litteris, cum in eis relecta ſerie fuiſſet repertum, Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia plurimos te a gentilitate & errore ad veræ fidei agnitionem conuertiſſe. 354
Quod quia inſtitutione diuina docemur in parabolis, cui quinque talenta credita fuerant, alia quinque lucratum fuiſſe, in talis commercii lucro cum tota plaudimus eccleſia. Hinc iure tibi ſacri palatii direximus munus, quod B. Petri Apoſtoli auctoritate ſuſcipiens, induaris, atque inter Archiepiſcopos vnus, Deo auctore, præcipimus, vt cenſearis *. Qualiter autem eo vtaris, ex mandato Apoſtolico informatus cognoſce. Itaque dum Miſſarum ſolennia geris, vel Epiſcopum te contigerit conſecrare, illo tantummodo tempore eo vtaris.

* *Nempe Archiepiſcopus vaga & incerta ſedis, quod an. DCCXXXII contigit, Gregorio III ſuffecto in demortui locum anno ſuperiori, quo Bonifacius nuntios ſuos Romam miſerat. De ſede Moguntiacenſi Bonifacio attributa lege cap. XXXVII infra* (Serar. XLIV) *Ad pallium ſpectat id, quod ſcribit Bonifacius in ep. CV ad Cudbertum, Archiepiſcopum Cantuarienſem*: Maior nobis ſollicitudo eccleſiarum & cura populorum propter pallia credita & recepta, quam ceteris Epiſcopis, qui proprias tantum procurant parochias, incumbit. *Lege epiſt. VI ad populares ſuos, vbi ſe duorum Pontificum Romana eccleſia benedictionem accepiſſe ſcribit.* Ita *Mabillo* ad h. l. pag. 43.

Quia

Ehr. I pag. [illegible] Quia vero [illegible], Domini gratia, in eiſdem partibus [illegible] fidem [illegible] ſeruiſti [illegible], ideoque nequimus [illegible] omnibus, quæ [illegible] ſunt [illegible] pendere aut intimare, cum iam longe lateque [illegible] Chriſto [illegible] illis partibus propagaretur, præcipimus, vt iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta, [illegible] ex vigore Apoſtolicæ ſedis debeas ordinare Epiſcopos [illegible] contemplatione, vt non vileſcat dignitas Epiſcopatus. Presbyterum namque, quem præterito aſſeruiſti anno ad nos veniſſe, [illegible] iudicio fuiſſe a ſuis [illegible] abſolutum actionibus, credas, neque nobis confeſſionem aliquam fecit, nec a nobis, vt ſuos expleat libitus, abſolutus eſt. Sed ſi eum errori deditum reperis, hunc Apoſtolicæ ſedis vigore, vt iuxta ſanctorum Canonum cenſuram corrigas, & emendes, præcipimus; vel ſi quos forſan tales inueneris. Ille enim veniens, Presbyter [illegible] & [illegible] ad filium noſtrum Karolum litteris expetiit. Nullam illi aliam conceſſimus licentiam, quem vitari, ſi praue conuerſatur, cum reliquis, volumus, eoſdemque, quos a paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti, ſi ita habetur, vt denuo baptizes in nomine ſanctæ Trinitatis, mandamus. Inter cetera agreſtem caballum aliquantos comedere adiunxiſti, pleroſque, & domeſticum. Hoc nequaquam fieri deinceps, ſanctiſſime Frater, ſinas, ſed quibus potueris, Chriſto iuuante, modis, per omnia compeſce, & dignam eis impone pœnitentiam. Immundum enim eſt, atque execrabile. Pro obeuntibus quoque conſuluiſti, ſi liceat oblationes offerri. Sancta ſic tenet eccleſia, vt quiſque pro ſuis mortuis vere Chriſtianis offerat oblationes, atque Presbyter eorum faciat memoriam. Et quamuis omnes peccatis ſubiaceamus, congruit tamen, vt Sacerdos non niſi pro mortuis Catholicis

355 memoriam faciat, & intercedat. Non enim pro impiis, quamuis Chriſtiani fuerint, tale quid agere licebit. Eos etiam, qui ſe dubitant fuiſſe baptizatos, vel qui a Presbytero Ioui mactante, & immolatitias carnes veſcente, baptizati ſunt: vt baptizentur præcipimus. Progeniem ſuam vnumquemque vſque ad ſeptimam generationem obſeruare decernimus. Et ſi valueris, deuitandum doce, ne cui [illegible] obtineri, ** & amplius quam duabus debeat copulari. De his vero dicimus, qui patrem, vel matrem, vel fratrem, aut ſororem, occiderint, vt toto [illegible] tempore corpus dominicum non ſuſcipiant, niſi in ſuo exitu pro viatico: abſtineant etiam a carnis commeſſatione, & potu vini, donec aduixerint. Ieiunent ſecunda, quarta, & ſexta feria, vt ſic deflentes poſſint diluere commiſſum ſcelus. Hoc quoque inter alia crimina agi in partibus illis dixiſti, quod quidam ex fidelibus ad immolandum paganis ſua venundent mancipia, quod vt magnopere corrigere debeas, Frater, commonemus, nec ſinas fieri vltra. Scelus enim eſt, & impietas. Eis ergo, qui hoc perpetrauerunt, ſimilem homicidæ indices pœnitentiam. At quoties Epiſcopum conſecraueris, duo vel tres conueniant tecum Epiſcopi, vt Deo ſit gratum, quod geritur, & eis conuenientibus, ipſiſque præſentibus conſecres. Hæc te, chariſſime Frater, diligenter obſeruare volumus, & ſtudio pietatis cœptum negotium ſalutis exequi, vt de lucro apportato valeas a Domino Deo noſtro mercedem percipere in æterna beatitudine. Priuilegium vero, iuxta quod petiſti facientes, his iunctum direximus; optantes, te Domini Dei noſtri præſidio de conuerſione errantium pleniſſimum apportare lucrum. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime Frater.

* *Serius*, in illis propagetur. (S.)
** *Serius* non habet particulam &. (S.)

CAPVT XXXIII

Fritzlariæ & Amaneburgi eccleſias cum monaſteriis erigit.

REdeuntes ergo nuntii, & gratioſa Præſulis Apoſtolici dona, ſcriptaque reportantes, lætiſſimum efficiunt ſanctum Bonifacium. Vnde & debitas Deo *conf.* notat. XXVII

356 laudes, gratiaſque agens, duas mox eccleſias Domino conſtruxit, vnam quidem in † Frideslar, quam in honore Principis Apoſtolorum S. Petri conſecrauit, alteram vero in * Hamanaburch, quam in honore S. Michaelis Archangeli

gili dedicauit. Duo quoque monaſteriola duabus ſubiunxit eccleſiis, hiſque non minimam Deo ſeruientium concionem ſubrogauit, vbi hucuſque laudis & ſeruitutis diuinæ officia peraguntur. Edit. I. p. 6.

† al. Fritslar. (Ser.)

‡ Serius, Amanaburg (Serar.) At vero cap. XVI legas, Bonifacium quo iam, quam ſecundo Romam iuerit, Amanaburgi monaſterium exciſſe. Putat igitur Sagittarius l. c. cap. XIV § III p. 107 veriſimilius eſſe, hoc illum ſitum, quam iam tum conſtitueret, non ſolum inaugurasse, vel nondum penitus perfectam demum abſoluiſſe, vel loco prioris alium maiorem & auguſtiorem conſtruxiſſe.

CAPVT XXXIV

In Bauariam vadit: ibidemque compertum hæreticum profligat: Chriſti fidem propagnat & amplificat.

conf. nom. XXVIII

QVæ poſtquam geſta ſunt, S. Bonifacius * Bagoariorum terras, quibus per idem tempus Hugbertus Dux præerat, adiit, prædicationiſque ſtudium apud eos diligentiſſime exercens, tanto diuinæ æmulationis zelo armatus eſt, vt quendam ſchiſmaticum, hæretica prauitate plenum, nomine Ermwolfum, iuxta Canonum decreta, damnaſſet *, atque ab eccleſia expuliſſet †. His peractis, rurſum ad eos, qui ſub ſuæ gubernationis diœceſi commorabantur, remeauit, circuiens vbique, & inſtaurans, quæ cura popoſcit eccleſiarum.

* al. damnauerit

* Serius, Baioariorum (Serar.)

† Id hoc circiter tempore (an. DCCXXXVI) contigit; cum ſtatim VVilibaldus de tertia profectione Romana Bonifacii verba faciat, aſſeratque, eum, cum Roma rediit, inuitatum fuiſſe ab Odilone, Baioariorum Duce, vt ſuis incolis verbum Dei prædicaret. Quare cum Bonifacius anno DCCXXXIX Roma reuerſus ſit, Hucbertus Dux non longe ante obiiſſe, eique Odilo ſucceſſerit. Arnolfus lib. I de miraculis S. Emmerani c. I: " Theodo (II) filios habuit ſucceſſuri, Dietpertum videlicet atque Grimoaldum: poſt quos Ducatum gerere huic præbuit Hucbertus &c. Huius Ducis temporibus beatiſſimus Præſul Bonifacius ingreſſus Baioariam nonnullos hæreticorum ex ea depulit. Quo Franciam reuerſo, & prædicto Duce defuncto, ſub Principe Pippino * gratia huius Ducatum Odilo adeptus eſt." Hæc Pagi ad annum DCCXXXVI num. VIII p. m. 231. 355

* perperam, vt oſtendit Pagi l. c.

CAPVT XXXV

Romam ad Pontificem iam tertio proficiſcitur, & quam ob cauſſam.

EO etiam tempore Romam ire decreuit, tam pro hoc, vt Apoſtolici patris, cuius faciem nec dum agnouerat, ſalubri frueretur agnitione ſimul & colloquio, quam vt ſe ſanctorum Apoſtolorum, aliorum Sanctorum, in vrbe Romana quieſcentium, orationibus commendaret. Profectus ergo illuc, multa comitante turba Francorum & Bagoariorum, nec non ex Britannia conuenientium, præſentatuſque Apoſtolico, benigne ſuſceptus eſt ab eo, tantaque a cunctis Romanis veneratione habebatur, vt multi ad ſalutarem eius doctrinam confluerent, illumque diu ſecum retinerent. 357

Tertia hæc Bonifacii profectio Romana contigit haud dubie anno Chriſti DCCXXXVIII, circiter autumnum: reditus vero anno inſequenti, quo cum Epiſcopos in prouincia Baioariorum inſtituiſſet, ſaluti ſui approbationem a Gregorio Papa accepit IV Kal. Nouembr. imperii Leonis XXXIII, indictione VIII, i. e. anno DCCXL. infra cap. XXXII (Serar. XL) Mabillo ad h. l. p. 44. Idem dicit ad cap. D. Willibaldi p. 19.

CAPVT XXXVI

Cum Sanctorum reliquiis, & pontificiis ad varios litteris in Germaniam Roma reuertitur: quarum hic prima ſunt.

POſthæc vero, cum remeare decerneret, muneribus, & reliquiis Sanctorum, pro quibuſcunque petiit, datis, honorifice dicatus eſt a Præſule Apoſtolico. Adhæc etiam ei epiſtolas quaſdam Epiſcopis, Abbatibus, atque Principibus

Edit. I pag. cipibus cunctis in Germania conſtitutis tranſmittendas dedit. Quarum exemplaria ſubſequenter hic inſerentur.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectiſſimis nobis omnibus Epiſcopis, venerabilibus Presbyteris, religioſis Abbatibus omnium prouinciarum.

DOmino cooperante, & ſermonem * confirmante, ſanctiſſimus vir Bonifacius, Frater ac Coepiſcopus noſter a deceſſore noſtro ſanctæ recordationis, Præſule Gregorio, in Germaniæ partes miſſus prædicare verbum Dei, poſt multum temporis, orationis cauſſa, liminibus ſacris beatorum Apoſtolorum Petri ac Pauli præſentandus aduenit. Qui perfecta oratione, ad acceptum laborem, angelo Domini præueniente, a nobis eſt abſolutus; cui noſtra omnium dilectio, ſeu reuerentia, & religioſitas, propter Chriſti amorem, iuuamina impendere dignetur: dum & agnoſcitis, quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus promiſit, di-
cens: *Qui ſuſcipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ acci-* Matth. 10,
piet; & qui ſuſcipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et ſi for- 41.
ſan quis ex veſtris miniſtris ſeſe ipſi ſanctiſſimo viro in miniſterio exhortationis ſanctæ Catholicæque fidei adiungere voluerit, nullo modo prohibeatis, chariſſimi, ſed magis concurſum præbete, & ex veſtro ouili adiutores ei tribuite, qui poſſint per Dei gratiam ſufficienter gentibus miniſtrare verbum prædicationis, vt
358 omnipotenti Deo noſtro animas lucrifaciant: & vt veſtra communitas boni ope-
ris portionem ſortiatur, atque illi mereantur dominicam vocem audire: *Vos,* Matth. 19,
qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam ater- 29.
nam poſſidebitis.

* *Surius*, confirmante, præſens ſanctiſſimus. (S.)

CAPVT XXXVII

Altera Pontificis littera.

*Gregorius Papa vniuerſis optimatibus, & populo prouinciarum Germaniæ, Thuringis, & Heſſis, Borthariis, Niſtreſis, Wedreuis, & Lognais, * Suduoſis, & Grabfeldis, vel omnibus in orientali plaga conſtitutis.*

* *Surius*, Suduodis & Graueldis. (S.)

QVoniam deceſſor noſter ſanctæ recordationis Gregorius Præſul, nutu diuino motus, ad faciendam Deo plebem perfectam, præſentium portitorem litterarum Bonifacium, reuerendiſſimum Fratrem noſtrum, ac Coepiſcopum, ordinans, ad vos vſque deſtinauit, eumque regulam & normam Apoſtolicæ & Catholicæ * fidei Romanæ, cui, auctore Deo, deſeruimus, eccleſiæ edocens, direxit: & poſt temporum ſpatia, orationis cauſſa, ad limina B. Apoſtolorum ſeſe præſentauit, & quæ ad ſalutem animarum pertinent, a nobis expoſcit imbui: nos, Deo fauente, vt docet ſacra ſcriptura, eum educantes † ad vos, chariſſimi, remeandum abſoluimus; hortantes vos in Domino, vt digne ſuſcipiatis ab eo verbum exhortationis, & Epiſcopos vel Presbyteros, quos ipſe ordinauit per Apoſtolicam ſibi datam auctoritatem, in eccleſiæ miniſterio recipiatis. Et ſi quos forſan deuiantes inuenerit a rectæ fidei tramite, ſeu canonica doctrina, eoſque prohibuerit, a vobis nullo modo impediatur: & quod eis impoſitum fuerit, obediendo propter Deum ſuſcipiant. Nam qui temerator extiterit ad obediendum, ſibimetipſi damnationem acquirit.

* *Surius*, fidei edocens direxit. (S.)

† *i. e.* erudientes. *conf. epiſtol. ſeq.* *Mabillo* ad h. l. p. 45.

Vos autem, chariſſimi, qui in nomine Chriſti baptizati eſtis, Chriſtum Gal. 3, 27.
induiſtis, abſtinete ab omni cultu paganorum, non tantum voſmetipſos corrigentes, ſed & ſubditos veſtros. Diuinos, vel ſortilegos, vel ſacrificia mortuorum, ſeu lucorum, vel fontium auguria, vel phylacteria, & incantatores, & maleficos, & obſeruationes varias, quæ in veſtris finibus fieri ſolebant, omnino
359 reſpuentes, atque abiicientes, tota mentis intentione ad Deum conuertimini,
ipſum timere, adorate, & honorificate, *ſanctorum memoriis communicantes,* Gal. 6.
vt ait Apoſtolus. Si enim *fides veſtra*, iuxta Domini noſtri dicta, *fuerit ſicut* Luc. 17, 6.

Digitized by Google

granum ſinapis, † *diceretis monti huic, Tollere, & mittere in mare: & transfertur.* Ipſe enim Dominus & Saluator noſter in ſuo ſacro eloquio docet, dicens: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua.* Et iterum: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui in cælis eſt.* Item alibi promittit, dicens: *Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis.* Et iterum: *Petite, & accipietis; quærite, & inuenientis; pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur.* & vos, chariſſimi, facite fructus dignos, vt in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſidereas adipiſci mereamini manſiones. * Bene valete. Edit. I Pag.

Matth. 22, 37. Luc. 12, 8. Ioan. 14, 13. Matth. 7, 7. 8.

† *Surius*, dicetis monti huic; transfer & transferretur. (*Serar.*)
* *Hæc duo verba*, Bene valete, *abſunt in Surio.* (*Serar.*)

CAPVT XXXVIII

Tertiæ Pontificis litteræ.

*Dilectiſſimis nobis Epiſcopis in prouincia * Bagoariæ & Alemanniæ conſtitutis, Wigoni, Luidoni, Rudolto, & Viulo ſeu ** Adde, Gregorius Papa,*

* *Surius*, Baioariæ. (*Serar.*)
** *Surius*, Addæ. (*Serar.*)

CAtholica & ſanctorum Patrum auctoritas iubet, vt bis in anno pro ſalute populi Chriſtiani, ſeu exhortatione adoptionis filiorum, ſynodalia debeant celebrari, vt cauſſarum canonicarum examinatio prouenire poſſit, atque, vt neceſſitas vniuſcuiuſque popoſcerit, pia educatio agatur. Vnde ſecundum Apoſtoli doctrinam admoneo & adhortor vos, chariſſimi, per miſericordiam Dei, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, vt miniſterium veſtrum perfectum ſit coram Domino. Opportunum namque eſt, vos noſſe fratrem, ac Coepiſcopum noſtrum, præſentem Bonifacium, noſtram agentem vicem, cum digno & debito honore pro Chriſti nomine ſuſcipere, & miniſterium eccleſiaſticum cum fide Catholica, ſecundum morem & normam ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Dei eccleſiæ, cui, miſericordia Dei præueniente, præeſſe videmur, ſicut Apoſtolica auctoritate a nobis deſtinatus eſt, ab eo ſuſcipientes, dignanter teneatis, & gentilitatis ritum, & doctrinam, vel venientium Brittonum, vel falſorum ſacerdotum, & hæreticorum, aut vndecunque ſint, renuentes, ac prohibentes, abiiciatis; & vt populum vobis a Deo commiſſum piis admonitionibus edoceatis, & a ſacrificiis mortuorum omnino abſtineatis, & iuxta quod fueritis a prædicto noſtro conſacerdote edocti, ita Catholicam & Apoſtolicam doctrinam tenentes, Domino Deo * Salutari noſtro placeatis, & in quo vobis loco ad celebranda conſilia conuenire mandauerit, ſiue iuxta Danubium, ſiue in ciuitate Auguſta, vel vbicunque indicauerit, pro nomine Chriſti parati eſſe inueniamini: quatenus cognoſcamus per eius mandatum de veſtro conuentu, vt in die aduentus Chriſti Ieſu cum fructu boni operis ante eius tribunal aſſiſtere mereamini, dicentes: *Ecce nos & pueri, quos dediſti nobis, Domine, non perdidimus ex eis quenquam.* vt & vos dominicam vocem audire mereamini, dicentem: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* 360

Epheſ. 4, 1. Ioan. 18, 9. Matth. 25, 34.

* *Surius*, Saluatori. (S.)

CAPVT XXXIX

Bauariam reuiſit: eamque in Epiſcopales diœceſes quatuor diuidit.

ACceptis ergo talibus epiſtolis S. Bonifacius a Roma diſceſſit, Italiamque perueniens, Ticinæ vrbis ingreſſus eſt mœnia, & apud Luitprandum Longobardorum Regem aliquandiu commorabatur. Inde vero digrediens, terras * Bagoariorum ab Otilone Duce inuitatus viſitauit, manſitque apud eos diebus multis, verbum Dei prædicans, veræque fidei ſacramenta illic renouans. Inter

Digitized

Edit. I pag. Inter quæ etiam deſtructores quoſdam eccleſiarum, populique ſeductores abigebat, quorum alii falſo ſe Epiſcopatus gradu prætulerunt, alii vero Presbyteratus officio ſe deputarunt, alii etiam innumera peruerſitatis figmenta ſequentes, magna ex parte populum ſeduxerunt. Sed ſanctus Præſul, cum tantam ſacerdotum fallaciam, atque malitiam aliter non poſſe prohiberi, conſpiceret, pro-
361 uinciam Bagoariæ, Otilone Duce conſentiente, in quatuor diuiſit parochias, treſque magnarum virtutum viros eis præfecit, quos ordinatione facta in Epiſcopalem gradum ſublimauit. Quorum primus nomine Iohannes, in oppido, quod dicitur Saltzpurg, cathedram Epiſcopalem ſuſcepit. Secundus ** Erinbertus, in Friſingenſi eccleſia regimen pontificale ſubiit. Tertius Gowibolt †, in Ratiſponenſi ciuitate, quæ metropolis * Bagoariæ eſt, Pontifex conſtituitur. ** Viualus quoque, a Præſule Apoſtolico iam ordinatus, Patauienſi eccleſiæ prælatus eſt; ſed eius parochia, quæ quarta erat, a S. Bonifacio, ſicut ceteræ, diuidebatur.

* *Surius*, Baioariorum ab Vtilone. (S.)

** *Surius*, Erimbertus. (*Serar.*) *Is nepos ac ſucceſſor fuit S. Corbiniani, de quo ſupra ad an. DCCXXX.* *Mabillo* ad h. l. p. 46.

† Gaubaldum *vocat* Arnolfus, *ex Comite monachus, lib. I de vita S. Emmerami cap. I apud Caniſium tomo II antiqu. lection. qui Gaubaldus* ſepulcrum aperuit B. Emmeramo. *Addit* Arnolfus *lib. II, ex eo tempore, quo primum a B. Bonifacio in Baiaria* ordinabantur Epiſcopi, viciſſim ſibi ſuccedebant in huius Epiſcopatu Monachi atque Canonici, ita vt ſi anteceſſor eſſet Canonicus, fieret ſucceſſor Monachus: *quæ conſuetudo ad ſua ipſius tempora durauerit. Ex quo factum ſit, vt eatenus monachi* S. Emmerami *non alium Abbatem habuerint, quam Epiſcopum.* Hæc *Mabillo* ad h. l. p. 46. Plura, eaque doctiſſima, quæ quidem huc faciunt, habet *Pagius* critic. Baron. ad an. DCCXXXIX n. II p. 235 ſeq. quem adeo audire iuuabit. *Ante illam Baiaria in quatuor diœceſes diuiſionem iam* Vichterpus *Ratisbonenſis Epiſcopus ordinarius erat, &* Viuolus *Patauienſis.* Mabillonius *enim tom. IV Analect. verſus incerti* Poetæ, *qui medio ſeculo ſequenti floruit, publicauit, quorum hic titulus:* De ordine comprouincialium Pontificum. *In iis,* Vichterpus, *quod hactenus ignoratum fuerat, dicitur primus Epiſcopus ordinarius Ratisbonenſis, &* Garibaldus *ſeu* Gaubaldus *vel* Gaibaldus *h. a. a Bonifacio Ratisbonæ præpoſitus, dicitur ſecundus. Horum verſuum beneficio eccleſiaſtica Germaniæ hiſtoriam hoc & ſequenti ſeculo variis in locis illuſtraui. Hæc de Epiſcopis Ratisbonenſibus in aureo illo opuſculo:*

Hic Reginenſis ſedis vocitatur ab vrbe,
Quam rexit primo *VVichterpus* Epiſcopus ille:
Poſt alios *Cawipaldus*, qui nomine dictus.
Tertius *Sigiricus* erat ſacratus ad aulam.

Cauvipaldus *ſeu* Cawibaldus *idem eſt ac* Garibaldus, *qui variis his nominibus indigitatus reperitur. Sed in his ſecundus tantum Ratisbonenſis Epiſcopus fuit, non primus.*

* *Surius vbique vocat* Baioariam. (*Serar.*)

** *Surius*, Viuilus. (*Serar.*) Ceterum idem *Pagi* l. d. n. III & IV p. 236; *Quoad Epiſcopatum Patauienſem perperam credidit* Velſerus *lib. III rer. Boicar. eum antiquitus fundatum fuiſſe, pluresque ante* Viuilum *ſeu* Viuilonem *Epiſcopos ordinarios habuiſſe: qua etiam in ſententia fuere* Hundius, Cointius, *aliique, quia laudatum Poetam videre non poterant. Hic enim Epiſcopos omnes Patauienſes, qui ante eum, qui tunc ſedebat, quando verſus ſuos ſcripſit, Epiſcopi ordinarii in illa eccleſia fuerant, hoc ordine recenſet:*

Pattauienſi ergo ſedi eſt hæc aula dicata,
Quam tenuit primo *Viuolus* iam ipſe ſacerdos,
Nomine poſt illum Antiſtes mox rite *Beatus.*

Viuilus *itaque, qui iam ordinatus erat Epiſcopus in Baiaria, cum S. Bonifacius prouinciam illam in quatuor diœceſes diſtinxit, primus fuit Epiſcopus ordinarius eccleſiæ Patauienſis, & vno aut altero ante anno a Gregorio Papa conſecratus fuerat.* Hæc *Pagi.* Legi alioquin hic etiam meretur *Sagittarius* l. d. cap. XVII § IX & ſeq. p. 237 & ſeq.

CAPVT XL

Quæ in Bauaria geſſerit, ſignificat S. Bonifacius Pontifici, qui approbat omnia.

HIs ergo Pontificibus conſtitutis, & quæcunque tunc corrigenda erant in Bagoaria correctis, ad proprias rediit eccleſias. Poſt non multum vero temporis omnia, quæ tunc in Bagoaria corrigendo geſſit, litteris tranſmiſſis, Præſuli Apoſtolico denuntiauit. At ille geſta eius laudans, remiſit huiuſmodi ſcripta.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo Fratri, Bonifacio Coepiſcopo, Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.

DOctoris gentium egregii & beati Pauli Apoſtoli vox eſt, dicentis: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Agnoſcentes itaque in ſyllabis Rom. 8. 28.

 frater-

fraternitatis tuæ, quia de Germaniæ gentibus, quas ſua pietate Deus noſter de poteſtate paganorum liberauit, & ad centum millia animas in ſinum ſanctæ matris eccleſiæ tuo conamine & Karoli Principis Francorum, aggregare dignatus eſt. Sed & in Bagoariorum prouincia, quæ a te acta ſunt, agnoſcentes, datori omnium bonorum Domino Deo noſtro extenſis ad cælum manibus gratias retulimus: quia ianuam miſericordiæ & pietatis in illis partibus Heſperiis ad cognoſcendam viam ſalutis aperuit, & miſit angelum ſuum, qui præparauit viam tuam ante te. Igitur quia indicaſti, te perrexiſſe ad gentem * Bagoariorum, & inueniſſe eos extra ordinem eccleſiaſticum viuentes, dum Epiſcopos non habebant in prouincia niſi vnum, nomine Viuilum, quem nos paullo ante ordinauimus, & quia cum aſſenſu Otilonis Ducis eorundem * Bagoariorum, ſeu Optimatum prouinciæ illius, tres alios ordinaſſes Epiſcopos, & in quatuor partes illam diuiſiſti, id eſt, in quatuor parochias, vt vnuſquiſque ſuam habeat parochiam: bene & ſatis prudenter peregiſti, Frater, quoniam Apoſtolicam præceptionem ex noſtra vice impleſti, & ſicut tibi præcepimus, ita egiſti. Itaque non deſinas, Frater reuerendiſſime, docere eos ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanæ ſedis traditionem, vt illuminentur rudes, & viam ſalutis teneant, per quam poſſint ad æterna præmia peruenire. Presbyteros vero, quos ibidem reperies, ſi incogniti fuerint viri illi, a quibus ſint ordinati, & dubium eſt, eos fuiſſe Epiſcopos, qui eos ordinauerunt, ſi bonæ actionis & Catholici viri ſunt ipſi Presbyteri, & in miniſterio Chriſti, omnique lege ſancta educati, ab Epiſcopo ſuo benedictionem Presbyteratus ſuſcipiant, & conſecrentur, & ſic miniſterio ſacro fungantur. Illi vero, qui baptizati ſunt per diuerſitatem, & declinationem linguarum gentilitatis, ſi tamen in nomine ſanctæ Trinitatis baptizati ſunt, oportet eos per manus impoſitionem, & ſacri chriſmatis conſirmari. Nam Viuilus Epiſcopus a nobis eſt ordinatus. Hic ſi aliquid excedit contra canonicam regulam, doce & corrige eum iuxta Romanæ eccleſiæ traditionem, quam a nobis accepiſti. De concilio vero, vt iuxta ripam Danubii debeas celebrare, noſtra vice præcipimus fraternitati tuæ Apoſtolica auctoritate, te ibidem præſentari, & in quantum Dominus tibi vires dederit, prædicare verbum ſalutis non ceſſes, vt religio Chriſtiana in nomine Domini creſcat & multiplicetur. Nec enim habebis licentiam, Frater, pro incepti laboris vtilitate in vno morari loco, ſed confirmatis cordibus fratrum, & omnium fidelium, qui rareſcunt in illis Heſperiis partibus, vbi tibi Dominus aperuerit viam ſalutis, prædicare non deſinas, & vbi locum inueneris, ſecundum Canonicam regulam Epiſcopos ordina ex noſtra vice, & Apoſtolicam atque Canonicam traditionem eos tenere edoce. Ex hoc enim magnum mercedis præmium tibi præparabis, quoniam omnipotenti Deo noſtro facies plebem perfectam. Non pigeat, dilectiſſime Frater, itinera carpere aſpera & diuerſa, vt Chriſtiana fides longe lateque tuo conamine extendatur. Scriptum namque eſt: *Arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam.* Operare itaque, Frater, opus bonum, quod cœpiſti, vt in die Chriſti Ieſu merearis dicere: *Ecce ego & pueri, quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam.* Et iterum: *Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum,* vt ſubſequenter audire merearis vocem Domini, dicentis: *Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui.* Deus te incolumem cuſtodiat, Reuerendiſſime Frater. Data IV Kal. Nouembris, imperante piiſſimo Auguſto Leone, Imperii eius anno XXIII, ſed & Conſtantini Imperatoris, eius filii, anno XX, Indictione VIII.

Margin notes: * Baioariorum (ad Bagoariorum, bis) — conf. notat. XXXI (ad "De concilio vero") — Matt. 7, 14. (ad "Arcta & anguſta") — Ioan. 18, 9. (ad "Ecce ego & pueri") — Matth. 25, 20. ſq. (ad "Domine, quinque talenta") — Edit. I pag. 362 (ad "viam tuam ante te"), 363 (ad "longe lateque").

CAPVT XLI

Carolomannum accedit, ab eoque cum alia plura, tum vero, vt auctoritatem, potentiamque Ducalem ſuam ad ſynodi congregationem, Chriſtianorumque tam Clericorum, quam laicorum correctionem ille interponeret, impetrat S. Bonifacius.

PEr idem tempus Karolo Duce glorioſo temporalis vitæ curſum conſummante, filii eius Karolomannus & Pipinus in patris ſucceſſerunt imperium. Sed quia

Edit. I quia ad nutum Karolomanni, qui maioris ætatis erat, omnia paterni regni iura
pag. diſponebantur, hunc S. Bonifacius adiens, Præſuliſque Apoſtolici ſcripta defe-
rens, omnino popoſcit, vt Chriſtianæ religionis culturam, quam pater eius
* in promptiſſimo animo cœpit & excoluit, ipſe quoque pro Dei amore, ſui- *mſ. impromptiſſimo*
que regni ſtabilitate, nec non pro communi omnium ſibi ſubiectorum ſalute
eodem animo excoleret. His ille precibus, quaſi diuino affatu compunctus,
omnes ſub imperio ſuo degentes, laicos ſimul & Clericos, a religione Chriſtia-
na deuiantes, tam regali, quam Canonica auctoritate ad viam iuſtitiæ reuocare
364 ſtuduit. Præcipiebat enim, vt, conuentu ſynodali habito, ibi omnia iuxta Ca-
nonum decreta corrigerentur, cuius nimirum conuentus ſynodalis ſtatuta, quia
non ſolum ſæcularibus, ſed eccleſiaſticis etiam rectoribus ædificationem magnam
conferre poſſe videntur, prout in antiquis exemplaribus ſcripta inuenimus, hic
ponere volumus; ſic enim ſcripta inueniuntur.

Duo ſub Karolomanno concilia celebrata ſunt; vnum in Germania, loco incerto, XI Kal. Mai. anno Chriſti DCCXLII; alterum Kalendis Martii anno ſequenti apud Liptinas, agri Cameracenſis, in quo ſuperioris ſynodi canones relecti & approbati ſunt, additis canonibus quatuor; quorum vnum duntaxat refert Othlonus vltimo loco. Lege acta ſynodi vtriuſque apud Sirmondum. Mabillo ad h. l. p. 48.

C A P V T XLII

Synodi duæ a S. Bonifacio congregatæ.

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, ego Karlomannus Dux & Prin- *conf. notat.* XXXI
ceps Francorum, anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo quadrageſi-
mo ſecundo, XI Kal. Maii, cum conſilio ſeruorum Dei & Optimatum meo-
rum, Epiſcopos, qui in regno meo ſunt, cum Presbyteris, ad concilium &
ſynodum pro timore Chriſti congregaui, id eſt, Bonifacium Archiepiſcopum,
Burchardum & Reginfridum, Witanum, & * Willibaldum, † Dadanum, & *Surius.* Wilibaldum,
Addanum, cum Presbyteris eorum, vt mihi conſilium dediſſent, quomodo *D.* & Adanum (S)
lex Dei & Chriſtiana religio recuperetur, quæ in diebus præteritorum Princi-
pum diſſipata corruit, & qualiter populus Chriſtianus ad ſalutem animæ perue-
nire poſſit, qui per falſos ſacerdotes hucuſque deceptus eſt.

† *Hinc reuincuntur ii, qui* Burckardum *VVirzburgenſi*, Witanum *Buriburgenſi*, Willibaldum *Eiſtettenſi ſedibus prepoſitos a S. Bonifacio fuiſſe in ſynodo Liptinenſi aiunt: cum Germanica ſynodo (cuius hæc eſt præfatio) vno ante Liptinenſem anno iam Epiſcopi interfuerint. Iſtius ſynodi acta perſtringit Bonifacius in epiſt. CV ad Cudbertum Archiepiſcopum Cantuarienſem. Mabillo* in annotat. ad h. l. p. 48.

Itaque per conſilium ſacerdotum religioſorum & optimatum meorum, or-
dinauimus per ciuitates Epiſcopos, & conſtituimus ſuper eos Archiepiſcopum 1
Bonifacium, qui eſt miſſus S. Petri. Statuimus quoque per annos ſingulos ſyn- 2
odum congregari, vt nobis præſentibus Canonum decreta, & eccleſiæ iura re-
ſtaurentur, & religio Chriſtiana emendetur. Fraudatas pecunias eccleſiarum 3
eccleſiis reſtituimus, falſos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores, Diaco- 4
nos, & clericos de pecuniis eccleſiarum abſtulimus & degradauimus, & ad
pœnitentiam coegimus. Seruos Dei per omnia omnibus armaturam portare, 5
vel pugnare, aut in exercitum vel hoſtem pergere prohibuimus omnino; niſi
illos tantum, qui propter diuinum myſterium, Miſſarum ſcilicet ſolennia ad-
implenda, & ſanctorum patrocinia, ad hoc electi ſunt, id eſt, vnum vel duos
365 Epiſcopos cum Capellanis * Presbyteris Princeps ſecum habeat, & vnuſquiſ- ** al.* & Presbyteris.
que Præfectus vnum Presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indica-
re pœnitentiam † poſſit; nec non & illas venationes, & ſiluaticas vagationes 6
cum canibus, omnibus ſeruis Dei interdiximus, & vt accipitres & falcones non
habeant. Decreuimus quoque, vt iuxta ſacrorum canones vnuſquiſque Preſ- 7
byter, in parochia habitans, ſubiectus ſit illi Epiſcopo, in cuius parochia habi-
tat, & ſemper in quadrageſima rationem & ordinem Miſſarum ipſi Epiſcopo
reddat & oſtendat; & quandocunque, iure Canonico, Epiſcopus circumit ad 8
confirmandos populos, ſemper Presbyter paratus ſit ad ſuſcipiendum Epiſcopum
cum collectione & adiutorio populi, qui ibi confirmari debet: & in Cœna Do- 9

 mini

10 mini nouum chriſma accipiat ab Epiſcopo; & vt Epiſcopus teſtis ſit caſtitatis, Edit. I
11 & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. Statuimus, vt ſecundum Canonicam cau- pag.
telam omnes vndecunque venientes Epiſcopos ignotos, vel Presbyteros, ante
12 probationem ſynodalem, in eccleſiaſticum miniſterium non admittant. Decre-
uimus, vt ſecundum Canones vnuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia ſollicitudi-
nem gerat, adiuuante * Grauione, qui defenſor eccleſiæ eius eſt, vt populus
Dei paganias non faciat, ſed omnes ſpurcitias gentilitatis abiiciat, ſiue ſacrifi-
cia mortuorum, ſeu ſortilegos, vel diuinos, ſiue phylacteria, & auguria, ſiue
incantationes, vel hoſtias immolatitias, quas ſtulti homines iuxta eccleſias ritu
pagano faciunt ſub nomine ſanctorum martyrum, vel confeſſorum, Deum &
13 Sanctos ſuos ad iracundiam prouocantes †. Statuimus ſimiliter, vt poſt hanc
ſynodum, quæ fuit XI Kal. Maii, quiſquis ſeruorum Dei vel ancillarum Chri-
ſti in crimen fornicationis lapſus fuerit, in carcere pœnitentiam faciat in pane
& aqua. Et ſi ordinatus Presbyter fecerit, duos annos in carcere permaneat,
antea flagellatus*. Si autem clericus vel monachus in hoc peccatum inciderit,
poſt tertiam verberationem in carcerem miſſus, vnum annum ibi pœnitentiam
agat †. Similiter & Nonnæ velatæ eadem pœnitentia teneantur, & radantur
omnes capilli capitis eius.

† *Mabillo* p.49, *indicere pœnitentiam*. al. *iudicare & indicare.*

* *i.e.* Comite. *Mabillo* ad h. l. pag. 49. *Surius*, grauiore. (*Serar.*)

† Sirmondus *addit:* ſiue illos ſacrilegos ignes, quos *Nedfratres* vocant; ſiue omnes, quæcunque ſunt paganorum obſeruationes, diligenter prohibeant. *Mabillo* ad h. l. p.49.

* *Sirmondus*, flagellatus & ſcorticatus videatur, & poſt Epiſcopus adaugeat. *addit ſimiliter nonnulla in fine canonis VII. Idem* ad h. l.

† *Sirmondus*, vertente anno. *Idem* ad h. l.

14 Decreuimus quoque, vt Presbyteri vel Diaconi non ſagis, laicorum more,
15 ſed caſulis vtantur †, ritu ſeruorum Dei, & nullus in domo ſua mulieres habi-
tare permittat; & vt monachi & ancillæ Dei monaſteriales, iuxta regulam S. Be-
16 nedicti, viuere ſtudeant. Statuimus quoque cum conſilio ſeruorum Dei, & po- 366
17 puli Chriſtiani propter imminentia bella & perſecutiones multarum gentium,
qui in circuitu noſtro ſunt, vt ſub precario cenſu aliquam partem eccleſialis pe-
cuniæ in adiutorium exercitus noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore re-
tineamus, ea conditione, vt annis ſingulis de vnaquaque caſata ſolidus, id eſt,
XII denarii ad eccleſiam vel monaſterium reddantur, eo modo, vt ſi moriatur
ille, cui pecunia commendata fuit, eccleſia cum propria pecunia reueſtita ſit.
18 Et iterum ſi neceſſitas cogat, vt Princeps iubeat, precarium renouetur, & re-
ſcribatur nouum, & omnino reſeruetur, vt eccleſiæ vel monaſteria penuriam
paupertatemque non patiantur, quorum pecunia * imprecario præſtita eſt, ſed
ſi paupertas cogat eccleſiæ, domui Dei integra reddatur poſſeſſio. Similiter præ-
19 cipimus, vt iuxta decreta Canonum, adulteria & inceſta matrimonia prohibe-
antur, & emendentur Epiſcoporum iudicio, & vt mancipia Chriſtiana paga-
nis non tradantur.

† *i.e.* tunicis talaribus. *Idem* ad h. l.

* *Surius*, in precario. (*Serar.*)

CAPVT XLIII

Gravis VVilibaldini exegetæ querela, & poſteriorum quorundam Principum cum Carolomanno & Carolo Magno comparatio.

TAntæ ergo religionis ſtatuta a Principibus neophytis tunc facta, ſi comparentur legibus his, quæ modo a quibuſdam rectoribus noſtris a pueritia vſque in ſenectam in omni diſciplina Chriſtiana inſtructis proferuntur, facile poteſt agnoſci, quantum perfectiores fuerint illi neophyti iſtis patribus doctiſſimis, qui non ſolum apud Reges & Principes pro locorum ſanctorum vtilitate intercedere negligunt, ſed etiam ipſi loca ſancta ſibi commiſſa omnino deſtruunt. O mores praui cunctis omnino dolendi! o miſeranda nimis morum mutatio talis! cum pueri ſenibus, cæci videntibus, imperiti peritis, laici clericis religioſiores inueniantur.

Quondam namque in prouinciis multis, vbi ſanctæ eccleſiæ vinea nouiter plan-

Edit. I p. 367 plantata, necdum vel notitia fructuum ſpiritualium ad omnes peruenit, a plurimis ſæcularibus viris dicebatur: Qui pro fragilitate noſtra a conſuetis mundi deliciis penitus nos continere nequimus, ſaltem vel alios continentes ad ſeruitium Dei congregantes, illos noſtris corporalibus ſubſidiis paſcamus, vt & orationibus ſuis, aliisque ſpiritualibus ſubſidiis nos paſcant, ne pereamus. Nunc autem cum omnium virtutum ſcientia, & experientia aliqua, & in libris prolata pæne ad omnium notitiam peruenit, nullusque Chriſtianorum dicere poteſt: *Quia nemo nos conduxit*, tam clerici, quam laici plurimi dicere ſolent: Quid Matth, 10, 7 proſunt tot cœnobia, vel tanta monachorum agmina? Multo enim melius eſſet, vt prædia, quibus iidem monachi inutiliter ſaginantur, ſeruitio noſtro præſtarentur. Hæc quidem multi verbis, ſed multo plures operum ſuorum atteſtatione ita eſſe fatentur, quaſi malitia & irreligioſitas eorum minus a Domino puniatur, ſi nullus monachus, vel religioſus in hoc ſæculo inueniatur.

At Karolomanno præfato longe alia mens erat, qui licet ante S. Bonifacii prædicationem de religione Chriſtiana parum quid nouerit, eo tamen admonente & exhortante, citius in timore & amore Dei ita perfectus eſſe cœpit, vt humana ſimul & diuina prudenter diſponeret, nihilque ſæcularia iura ſine diuini adminiſtratione ſeruitii, ad quod cœnobialis, monaſticaque deputatur congregatio, proficere ſciret. Similiter & Karolus Magnus, filius ſcilicet fratris ſui Pipini ſupradicti, qui a Roma vſque in Freſiam, ab Vngaria vſque in Britanniam, omnia regna ſuo ſubegit imperio, cum contra eadem decertaret, non aliter victoriam ſe adipiſci credidit, niſi interim omnia cœnobia, in eiſdem regnis iam conſtructa, ſupplemento aliquo adiuuaret. Si quis in his dubitet, legat inprimis ſua geſta, deinde circumeat monaſteria, quæ ſub tempore ſuo fundata habuit Italia, vel Gallia, ſiue Germania, & inueniet ea aliqua Karoli largitate ſublimata, quædam quidem priuilegio libertatis, quædam vero prædiorum donis, niſi forte ex ſubſequentibus Regibus ſeu Epiſcopis ſint ablata. Multi namque Reges eiuſdem Karoli ſucceſſores, licet in præclaris moribus ac ſtudiis pluribus effulſerint, in hoc tamen nimis deliquerunt, quod monaſteria nonnulla, vel ipſi tam immenſa obſequii ſui exactione, quam prædiorum ablatione, deſtruxerunt, vel Epiſcopis, ſeu etiam laicis quibuſdam, nihil minus, quam monaſticam religionem curantibus, deſtruenda tradiderunt. At Karolus noſter non ſolum hæc minime feciſſe fertur, ſed etiam hæc contra, quædam ad Epiſcopatum pertinen- 368 tia, prædiis duplicibus redditis, cum conſilio communi, ab Epiſcopali ditione abſoluit, libertateque regali ſublimauit. * prænoſcens, vt reor, prophetiæ ſpiritu, quod & nos cernimus, & anteriores noſtri iam diu impletum viderunt, loca ſancta, quæ neceſſariis omnibus ſufficienter erant redimita a ſuis inſtitutoribus, tradita vero Epiſcopis, & in penuriam maximam, & in deſtructionem totius diſciplinæ regularis ventura fore.

* *Surius*, ſicut, verbi gratia, S. Emmerammi monaſterium.

Sed hoc nequaquam idcirco dico, quod omnia cœnobia, Epiſcopis ſubiecta, deſtructa ſciam, ſed partem maximam. Quod tamen eo magis dolendum & miſerandum videtur, quo minus ab ignorantibus legis diuinæ præcepta, ſed a doctiſſimis agitur, qui commiſſa ſibi deſtruentes cœnobia, non ſolum ipſi peccant, ſed etiam laicos peccare faciunt in eadem deſtructione. Quis enim laicorum non putat ſibi iam licere, quidquid clericos cernit facere? Vnde in his omnibus Karolum proponere poſſumus ad exemplum. Sicut enim inter Reges ſucceſſores, videlicet ſuos, non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi, ita nullus eorum poſt eum tanta gloria, tantaque potentia potitus eſt in hoc ſæculo; meritoque de illo dicitur: *Non recedet memoria illius, & nomen eius re-* Eccl. 39, 13 *quiretur a generatione in generationem.*

Quia ergo occaſio talis ſe præbuit, vt commemorantes, quanta religio ſub antiquis Principibus, quantaue fuerit deſtructio religionis eiuſdem ſub modernis, per huiuſmodi appoſita, quibus quid ſit melius, declaratur, aliquos etiam incitaremus ad meliora. Nemo, precor, hæc indigna lectu & auditu decernat, ſed potius attendens, ſi in tanta deſtructione reus exiſtat, pœnitere & emendare ſtudeat, dum veniæ tempus Domino præſtante tenemus, ne forte occupati die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus. Sed de his ſatis dictum. Reuertamur iam ad incepti ſermonis exordium.

CA-

Edit. I p. 369

CAPVT XLIV

Synodus tertia, in qua, ſi non ante, duo damnati heretici: de gradu deiectus Moguntinus Epiſcopus: initium Archiepiſcopatui datum, dum in illius locum ſuffectus, cum Archiepiſcopi titulo ac dignitate, S. Bonifacius.

conf. notat. XXXI & XXXIII

CVm ergo Karlomanni præcepto, ſanctique Bonifacii conſilio ſynodalis conuentus haberetur, multi ibi non ſolum Clerici quilibet hæretica prauitate decepti, ab eccleſiæ communione expellebantur, ſed etiam Epiſcopi, qui pro aliqua capitalis criminis macula diffamati erant, deponebantur. Erroris autem totius, qui tunc in Germania exereuerat, maximi fuerant auctores, duo hæretici, quorum vnus Clemens, alter vero * Eldebertus dicebatur. De quibus poſtmodum, cum epiſtolas ad Zachariam Papam miſſas proferre cœperimus, dicetur congruentius. In his enim omnis mortifera eorum hæreſis replicatur.

* *rectius*, Aldebertus

Quidam enim Epiſcopus, nomine † Gewilieb, Mogontiæ ciuitati prælatus, tunc deponebatur. Cur autem depoſitus fuerit, hic ſubſequenter enarrabo. In illis namque temporibus Saxones deuaſtabant Thuringiam regionem. Quamobrem populi eiuſdem regionis confugientes ad ſupradictum Principem Karolomannum, quærebant ab eo auxilium. Qui mox pro eorum ereptione exercitum miſit, in quo ſimul Geroldus, Mogontiacenſis tunc Epiſcopus, pater ſcilicet præfati Gewiliebis, iuſſus tranſiuit. Cumque congreſſio facta fuiſſet bellantium, & inuicem ſemet ferientium, Geroldus Epiſcopus interfectus ibi inter alios occubuit. Deinde filius eius Gewilieb, adhuc laicus in palatio conſtitutus, pro ſedando patris dolore, clericatus officio promouebatur, & ad regendam eccleſiam Mogontiacenſem poſt obitum patris ſubrogabatur. Poſt non multum vero temporis iterum Karolomannus exercitu congregato contra Saxones perrexit, ſecumque eundem Gewilieben duxit. Conſidentibus autem vtriuſque populi exercitibus * eis citraque ripam fluminis Wiſaraha, præcepit Gewilieb puerum ſuum inter hoſtes pergere, illicque nomen eius, qui patrem ſuum occiderat, diligenter inquirere. Cumque puero iuſſa complenti reſponderetur a quodam, proxime illum adeſſe, quem quæreret, Venire rogate, inquit, eum hunc quantocius, quia ſecum ſermocinari ſenior * appetit meus. Quo veniente, & vtrinque alterius aduentu denuntiato, mox præparatis equis ab vtroque itur, & in medio amne occurrentibus, atque colloquentibus, ait Gewilieb Epiſcopus, *Accipe iam ferrum, quo patrem vindico carum.* Hæc igitur dicens, gladio mox perfodit illum, qui ſtatim corruens ex equo, in flumine exhalauit ſpiritum. Cumque ſui talia agnoſcerent, ab omnibus clamabatur, vtrinque conſertis cuneis ſummopere dimicabatur, ſuperatiſque Saxonibus, Karlomannus cum ſuis ad propria remeauit, nemine id, quod factum eſt a Gevviliebe, in homicidii crimen imputante. Vnde & reuerſus ſolitos Epiſcopales ſibi vendicauit vſus.

370

forſan eis (S.)

* *Gallice* Seigneur. *Mabillo.*

† *al.* Gevviliob. *Mabillo* ad h. l. qui dein in notis p. 51 ſubdit: *VVillibaldus omiſit hanc hiſtoriam. Gevviliebis ſcilicet depoſitionem & Bonifacii ſucceſſionem: quod vtrumque an. DCCXLV contigiſſe colligitur ex lib. II c. VII & IX. Conf. notas ad cap. X VVillibaldi.*

conf. notat. XXXIII

At ſanctus Præſul Bonifacius inter cetera correctionis colloquia, hæc pariter in conuentu ſynodali protulit, atteſtans nullum homicidii reatu pollutum debere Epiſcopali ſacerdotio fungi. Ad hæc etiam ei obiecit, propriis oculis ſe perſpexiſſe, illum cum auibus, canibuſque iocantem, quod Epiſcopo nullatenus liceret. Audiens autem hæc Gevvilieb, ſentienſque ſe nullo modo contra ſtimulum vel ſæcularis potentiæ, ſeu auctoritatis Canonicæ, quæ, mediante S. Bonifacio, in omnes coram poſitos deferebatur, calcitrare poſſe, iudicio conſentit communi, depoſituſque eſt ab ordine Epiſcopali.

Quo depoſito ſtatim S. Bonifacius a ſupradictis Principibus, Karolomanno videlicet & Pipino, fratre eius, eccleſiæ Mogonciacenſi præficitur. & vt eius dignitas eminentior foret, decreuerunt iidem Principes, eccleſiam Mogonciacenſem, quæ prius alteri ſubiecta erat, metropolim omnium in Germania poſitarum eccleſiarum efficere. moxque legatione facta, illud a Præſule Apoſtolico impetrauere †.

† *Zachariæ litteras hac de re Othlonus refert infra lib. II cap. IX* (Serar. XV) *Mabillo* ad h. l. p. 52.

CAPVT

Edit. I p. 371

CAPVT XLV

Quæ iam Archiepiſcopus Moguntinus ſummatim geſſit S. Bonifacius.

TAli ergo autoritate ſuffultus S. Bonifacius cœpit vndique quaſi nouus Archi- *conf. notat.*
mandrita, quæ diuina ſunt plantare, diabolica vero extirpare, cœnobia, XXX & XXXIV
eccleſiaſque ædificare, paſtores cautiſſimos eccleſiis eiſdem præponere. Nam
præter multos, quos antea conſtituit, Epiſcopos, in quibus erant venerabiles
viri, Willibaldus & Burchardus, quorum priorem in loco, Eichſtat nuncupa-
to, Epiſcopum, alium vero in vrbe, quæ Wirzburg dicitur, Epiſcopum con-
ſtituit, tunc vero Gregorium Attrieth * Epiſcopali ordine conſecratum direxit.
Lullum etiam in Magontia ipſe adhuc viuens ſibi ſubrogauit Epiſcopum.

* *Mabillo* legit, Gregorium *ad Trieth.* in notis vero p. 52 ſubdit: *Sic corrige, cum in editis legatur* Attriech. *Nec tamen ante Bonifacii paſſionem Gregorius prefectus eſt Traiecto inferiori, quod lingua Gallica tum dicebatur* Tiech *ſeu* Tiecht, *vt ex Othlono ipſo ſupra lib. I cap. VI* (8.) *diſſimus. Conf. Willibaldum cap. X n. XXXI, vbi nullam de Gregorio mentionem facit. Lege vitam S. Gregorii infra.*

Multa quidem & alia tunc ab eo geſta ſunt in Germania, quæ in epiſtolis tantummodo inueniuntur ſcripta. Vnde libet inſerere epiſtolas eaſdem, vel ab eo ad Zachariam Papam, qui per idem tempus ſedem Apoſtolicam gubernabat, vel ab eodem Zacharia ad illum, ſeu pro illo ad quoslibet Germaniæ Principes tranſmiſſas, quas vndecumque colligere poſſumus. Nam illas, quas ad gentis ſuæ populos, id eſt, Anglos, tranſmiſit, prætermittere volumus, ne legentibus aliquod tædium conferre videamur, maxime cum nobis noſtra ſufficiant. Noſtra autem dico, quæ pro patribus noſtris, Germanis ſcilicet, ſaluandis ſcripſit, vel ab vllo ſcripta recepit.

CAPVT XLVI

Vere Germanorum pater S. Bonifacius, ab iisque merito audiendus, & colendus.

IN quibus nimirum epiſtolis maxime poteſt agnoſci, quantam curam & diſci- *conf. notat.*
plinam, quantam paternitatem & pietatem habuerit circa omnes eccleſiæ ſuæ LV & ſeq.
372 filios, quos ipſe per euangelium genuit, quodque, iuxta Apoſtolum, omnibus 1 *Cor.* 9, 22.
omnia factus ſit, vt omnes lucrifaceret. Vnde confidenter dico, quia quicun-
que filiorum eius, Germanorum videlicet, agnito tanti patris labore, vel ex
ſcriptis, vel vulgaribus dictis, non eum, quantacunque præualet, veneratione
amplectitur, in honore, quem parentibus exhibere iubemur, negligens inuenitur.
Quod ſi negligentia peccatum eſt, & peccatum omne punitur, negligentia ergo
ſimul punienda creditur. At hæc etiam ſi, iuxta Apoſtolum, patres carnis no-
ſtræ habuimus eruditores, & reuerebamur, nonne multo magis obtemperabi-
mus patri ſpirituum? Pater namque ſpiritalis non ſolum Deus omnipotens dici- *Heb.* 12, 9.
tur, ſed etiam omnes, quorum doctrina & exemplis ad agnitionem veritatis in-
ſtruimur, ad ſtabilitatem religionis incitamur, ſicut & Abraham ob fidei, obe- *Gen.* 17, 4.
dientiæque ſuæ meritum, cunctis imitandum, pater omnium dictus eſt Chriſto *Rom.* 4, 11.
credentium. Haud aliter S. Præſul Bonifacius omnium Germaniæ incolarum
dici poteſt, pro eo, quod illos verbo ſanctæ prædicationis primitus Chriſto ge-
nuit, exemplis confirmauit, poſtremo animam quoque ſuam pro ipſis poſuit, *Io.* 5, 15, 13.
qua charitate nemo maiorem valet exhibere. Quæ cum ſit bonorum omnium
origo & finis, nos quoque in hoc terminum ponamus libelli præſentis, qua-
tenus ad tempus, ceſſante labore legendi, lector & auditor
vires poſſit reparare.

Finis libri primi.

Digitized by Google

Edit. I pag. 373

VITAE S. BONIFACII
LIBER SECVNDVS,
OTHLONO PRESBYTERO AVCTORE.

CAPVT I

Othloni indicium, vnde & quomodo S. Bonifacii res in Archiepiſcopatu Moguntino geſtas narrare velit.

IN priori quidem libello, prout ingenioli noſtri paruitas permiſit, vtque ſcriptorum antiquorum teſtificatio edocuit, de conuerſatione, & peregrinatione, nec non prædicatione ſancti patris noſtri Bonifacii diximus; iam libet, vt, donante Deo, poſſum, in hoc libello ſequenti pandere, quantum poſt acceptum Mogonciacenſis eccleſiæ Præſulatum, pro ſancta eccleſia laborauerit, contra hæreticos, vel falſos Chriſtianos certando, qualique exitu felicem paſſionis ſuæ palmam compleuerit. Sed illud ſuperius cum epiſtolis tantummodo explanandum eſt; quia in his ſufficienter, & euidenter ſcriptum inuenitur: nec debet, vt prætermittentes ea, quæ ſatis prudenti aperta ratione prolata ſunt, alia quaſi meliora componamus; cum huius vitium nec in ipſis ſæcularibus litteris, ne dum in ſacris agi conueniat. His ergo prælibatis, nunc ad ipſas, quas promiſimus, epiſtolas ſcribendas tranſeamus, ponentes in primis illam, quam & primo ad Zachariam Papam direxit epiſtolam. Quæ licet ante ſynodum ſubſcriptam * directa fuerit, tamen quia ad ſequentium epiſtolarum relationem ex parte reſpicit, & ſub vnius Præſulis tempore hæc, omneſque, quæ ſubſequentur, ſcriptæ ſunt, nos quoque ſimul ſcribere decreuimus.

* l. ſupraſcriptam. Mabillo ad h. l.

CAPVT II 374

Quæſtiones Zachariæ Pontifici ponit Bonifacius.

Domno chariſſimo ſummi Pontificatus infula prædito viro Apoſtolico Zachariæ, Bonifacius ſeruus ſeruorum Dei.

COnfitemur, Domine Pater, quia poſtquam per nuntios referentes audiuimus, quod venerandæ memoriæ Apoſtolatus veſtri præceſſor Gregorius, Pontifex Apoſtolicæ ſedis, ergaſtulo corporeo abſolutus ad Dominum migrauit, quod maiorem lætitiam & maius gaudium nobis non audiuimus: & ſuſpenſis ad æthera palmis, Deo gratias egimus: quam quod clementem paternitatem veſtram altiſſimus arbiter canonica iura regere, & Apoſtolicæ ſedis gubernacula gubernare conceſſit. Ergo non aliter, quam vt ante veſtigia veſtra geniculantes, intimis ſubnixe flagitamus precibus: vt ſicut præceſſorum veſtrorum pro auctoritate ſancti Petri ſerui deuoti & ſubditi diſcipuli fuimus: ſic & veſtræ pietatis ſerui obedientes ſubditi ſub iure canonico fieri mereamur: optantes Catholicam fidem & vnitatem Romanæ eccleſiæ ſeruare, & quantoſcunque audientes vel diſcipulos in iſta legatione mihi Deus donauerit, ad obedientiam Apoſtolicæ ſedis inuitare & inclinare non ceſſo.

Neceſſe quoque habemus indicare paternitati veſtræ, quia, per Dei gratiam, Germaniæ populis aliquantulum percurſis vel correctis tres ordinauimus Epiſcopos: & prouinciam in tres parochias diſcreuimus: & illa tria oppida ſiue vrbes, in quibus conſtituti & ordinati ſunt, ſcriptis auctoritatis veſtræ confirmari & ſtabiliri precantes deſideramus. Vnam eſſe ſedem Epiſcopatus decreuimus in caſtello, quod dicitur *Wirzaburg;* & alteram in oppido, quod nominatur *Buraburg;* tertiam in loco, qui dicitur *Erphesfurt* †, qui fuit iam olim

conf. notat. XXIX

vrbs

Edit. I pag. vrbs paganorum *ruſticorum* *. Hæc tria loca propria carta & auctoritate Apoſtolatus veſtri roborari & confirmari diligenter poſtulamus: vt ſi Dominus voluerit, per auctoritatem & præceptum ſancti Petri, iuſſionibus Apoſtolicis, fundatæ & ſtabilitæ ſint tres in Germania Epiſcopoles ſedes: & vt præſentes vel fu-
375 turæ generationes non præſumant vel parochias corrumpere: vel violare præceptum Apoſtolicæ ſedis.

† Willibaldus *cap. X ſcribit* Eichſtat, *cui ſe fuiſſe præpoſitum dicit. Sic vero* Anonymus 1 Willibaldo paſtoralis officii regimen in loco, qui appellatur *Eſtede*, commendauit. Sigfridus *Presbyter Miſnenſis epit. lib. I teſtatur*, *Erfordiæ ſedem Epiſcopalem non fuiſſe conſtitutam. Quippe* Bonifacius eccleſiam B. Virginis in Erfordia cathedralem eſſe conſtituerat, ſed ſuaſu litterarum papalium, quod decreuerat, reuocauit. *Tamen ex Zachariæ litteris infra cap. II* (3) *relatis rem aliter ſe habuiſſe intelligitur. Mabillo* ad h. l. p. 54.

* *In* Surio *deeſt. ſed eſt in* MS. *p. 73 b. &* *in* MS. Hung. *p. 448. Nauc.* (Serar.)

Notum ſimiliter ſit paternitati veſtræ, quod Carolomannus, Dux Francorum, me accerſitum ad ſe rogauit: vt in parte regni Francorum, quæ in ſua eſt poteſtate, ſynodum facerem congregari: & promiſit ſe de eccleſiaſtica religione, quæ iam longo tempore, id eſt, non minus quam per ſexaginta vel ſeptuaginta annos, calcata & diſſipata fuit, aliquid corrigere & emendare velle. Quapropter ſi hoc, Deo inſpirante, veraciter implere voluerit conſilium: & præceptum veſtræ auctoritatis, id eſt, Apoſtolicæ ſedis habere & ſapere. Franci enim id ſeniores dicunt, plus quam per tempus octoginta annorum * ſynodum non fecerunt: nec Archiepiſcopum habuerunt †: nec eccleſiæ canonica iura alicui fundabant, vel renouabant. Modo autem maxima ex parte per ciuitates Epiſcopales ſedes traditæ ſunt laicis cupidis ad poſſidendum: vel adulteratis clericis, ſcortatoribus, & publicanis ſæculariter ad perfruendum. Nam ſi per verbum veſtrum hoc negotium, Duce rogante ſupradicto, amouere & corrigere debeo, præceptum & iudicium Apoſtolicæ ſedis cum canonibus * eccleſiaſticis præſto habere cupio. Si inuenero inter illos Diaconos, quos nominant, qui a pueritia ſua ſemper in ſtupris, ſemper in adulteriis, & in omnibus ſemper ſpurcitiis vitam ducentes, ſub tali teſtimonio venerunt ad Diaconatum: & modo in Diaconatu concubinas quatuor vel quinque vel plures noctu in lecto habentes, euangelium tamen legere, & Diaconos ſe nominare nec erubeſcunt, nec metuunt †. & ſic in talibus inceſtis ad ordinem Presbyteratus venientes: in iiſdem peccatis perdurantes: & peccata peccatis adiicientes: Presbyteratus officio fungentes, dicunt ſe pro populo poſſe intercedere, & ſacras oblationes offerre. Nouiſſime, quod peius eſt, ſub talibus teſtimoniis per gradus ſingulos aſcendentes, ordinantur, & nominantur Epiſcopi. Si inquam tales inuenero inter illos, rogo, vt habeam præceptum, & conſcriptum auctoritatis veſtræ, qui de talibus diffiniatis: & per reſponſum Apoſtolicum conuincantur & arguantur peccatores. Et inueniuntur quidam inter eos Epiſcopi, qui licet dicant ſe fornicarios & adulteros non eſſe, ſed ſunt ebrioſi, & iniurioſi *, vel venatores **: & qui pugnant in exercitu armati, & effundunt propria manu ſanguinem hominum, ſiue paganorum, ſiue Chriſtianorum. Et quia ſeruus, & legatus Apoſtolicæ ſedis eſſe dino-
376 ſcor: vnum ſit verbum & meum hic, & veſtrum ibi, ſi contingat, ad iudicium auctoritatis veſtræ vt pariter miſſos dirigamus.

conf. notat. XXXI

* *Ante ſynodum Liptinenſem an. DCCXLIII à Bonifacio conuocatam, celebratum eſt concilium Cabilonenſe, regnante Chlodoueo, Dagoberti I filio: cui concilio, quod nationale cenſeri poteſt, interfuerunt Francorum ſeu Neuſtraſiorum Epiſcopi complures. Habita eſt ſub Leodegario ſynodus Auguſtodunenſis, quæ prouincialis minimum fuiſſe videtur. Habita etiam Rotomagenſis ſub Ansberto Metropolita, cuius ſynodi nulli extant canones.* Ita *Mabillo* ad h. l. p. 54.

† *Succeſſio Epiſcoporum apud Francos per totum illud tempus pæne continua fuit, non tamdiu interrupta, vt ex Pontificum Rotomagenſium, Senonenſium, & Remenſium indicibus conſpicuum eſt. Explicanda ergo ſententia Bonifacii de tempore præſenti, quaſi dicat*, nec Archiepiſcopos habent. *Vt proinde neceſſe fuerit, ab ipſo inſtitui & ordinari in dictis ſedibus Metropolitanos; de quibus poſtea cap. XI* (12) *Mabillo* ad h. l. p. 54.

* *Mabillo* legit *canonicis*, & in notis p. 54 ſubiungit: Canonica *pro* canones *vſurpaſſe videtur Bonifacius h. l. vbi mſſ. codices conueniunt omnes.*

† *Omittere non poſſum*, inquit *Mabillo* in not. p. 54, *id quod refert* Willelmus, *Malmesburiæ monachus, lib. II de geſt. Reg. Angl. cap. XII, de quodam Diacono, qui cum de nocte in peccatum carnis lapſus fuiſſet, die ſequenti*

quenti rogatus ab Henrico Magno Imperatore, ne quidem exſilii interminatione ad cantandum in Miſſa euangelium adduci potuit.

* *al.* incurioſi, *id eſt*, negligentes & torpidi. *Serar.*

† *Venationem clericis interdicunt canones: & in ſynodo Romana aduerſus Iohannem Papam XII, iuſſu Othonis Imperatoris coactam, hoc crimini datum eſt Iohanni, quod venationem publice exercuiſſet, teſte Liutprando Diacono Ticinenſi in hiſtor. lib. VI cap. VII. Mabillo* ad h. l. p. 55. Edit. I pag.

Præterea de vna re & conſilium quærere & licentiam petere neceſſe habeo, eo quod venerandæ memoriæ prædeceſſor veſter, ſicut audiſtis, in præſentia veſtra mihi præcepit: vt Presbyterum poſt obitum meum, Deo volente, in eccleſiaſtico miniſterio heredem & ſucceſſorem conſtituere deberem. Et hoc hoc mihi, ſi Dei voluntas eſt, placet. Sed modo dubito & neſcio ſi fieri poſſit, quia poſtea frater illius, auunculum Ducis Francorum † occidit, & adhuc ignoramus, qualiter iſta diſcordia pacificari & finiri valeat. Et * obſecro, vt auctoritatis veſtræ licentia ſit, vt cum conſilio ſeruorum Dei, de iſta electione faciam, quod nobis in commune, pro Deo, & pro eccleſiæ vtilitate, vel fructu ſpiritali, & defenſione religionis, optimum eſſe videatur, vt conſenſum veſtrum habeam de hoc facere, quod optimum eſſe mihi inſpirare dignetur Deus: quia hoc non videtur poſſe fieri, ſi contrarius Princeps fuerit.

* *al.* Sed (S.)

† *Theudoaldum ſcilicet, Grimoaldi filium, caſum anno DCCXLI. Mabillo* ad h. l. p. 55.

Præterea quærere & interrogare paternitatis veſtræ conſilium debeo de quadam confuſione & ſcandalo prædicationis, quæ nuper ad nos veniens mentem noſtram conturbauit: & ſacerdotibus eccleſiarum verecundiam incutiebat, quia laicus quidam magnæ perſonæ ad nos veniens, dicebat, ſibi ab Apoſtolicæ ſedis Pontifice ſanctæ memoriæ Gregorio datam fuiſſe licentiam, vt in matrimonium acciperet viduam auunculi ſui: quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ipſa, illo viuente, diſceſſit ab eo, & iſti viro, qui nunc eam accipere deſiderans, affirmat ſibi licentiam datam; in * tertia generatione, illa propinqua illius eſſe dinoſcitur: & votum vouit Deo caſtitatis, & velata fuit; & iterum abiecto velamine maritata. Tale enim matrimonium ſupradictus homo ſibi ab Apoſtolico affirmat eſſe permiſſum. Quod non æſtimamus eſſe verum: quia ſynodus & eccleſia, in qua natus & nutritus ſui, id eſt, in tranſmarina Saxonia, Lundunenſis ſynodus, quæ inprimis a diſcipulis ſancti Gregorii, id eſt, Auguſtino, Laurentio, Iuſto, Melito, Archiepiſcopis conſtituta & ordinata fuit, talem copulam & matrimonium maximum ſcelus & inceſtum & horribile flagitium & damnabile piaculum fieri ex auctoritate ſacræ ſcripturæ iudicabant. Quapropter paternitas veſtra huius rei veritatem indicare non dedignetur, vt eccleſiæ ſacerdotibus vel populo Chriſtiano inde ſcandala & ſchiſmata, vel noui errores non 377
oriantur, & concreſcant, quia carnales homines, idiotæ Alemanni, vel Baioarii, vel Franci, ſi iuxta Romanam vrbem aliquid facere viderint ex his peccatis, quæ nos prohibemus, licitum & conceſſum a ſacerdotibus eſſe putant, & nobis improperium deputant, ſibi ſcandalum vitæ accipiunt. Sicut affirmant, ſe vidiſſe annis ſingulis in Romana vrbe, & iuxta eccleſiam in die vel nocte, quando Kal. Ianuarii intrant, paganorum conſuetudine choros ducere per plateas, & acclamationes, ritu gentilium, & cantationes * ſacrilegas celebrare: & menſas illa die vel nocte dapibus onerare: & nullum de domo ſua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino ſuo præſtare velle. Dicunt quoque, ſe vidiſſe ibi mulieres pagano ritu phylacteria, & ligaturas & in brachiis & cruribus ligatas habere: & publice ad vendendum venales ad comparandum aliis offerre. Quæ omnia eo, quod ibi a carnalibus & inſipientibus videntur, nobis hic & improperium & impedimentum prædicationis & doctrinæ perficiunt. De talibus, ait Apoſtolus increpans: *Dies obſeruatis & tempora: timeo, ne ſine cauſa laborauerim in vobis.* Et ſanctus *Auguſtinus* dixit: *Nam qui prædictis malis, id eſt, caragis, & diuinis, & aruſpicibus, vel phylacteriis, & aliis quibuslibet auguriis crediderit: etſi ieiunet, etſi oret, etſi iugiter ad eccleſiam currat, etſi largas eleemoſynas faciat, etſi corpuſculum ſuum in omni afflictione cruciauerit, nihil ei proderit, quamdiu ſacrilegia illa non reliquerit.* Nam ſi iſtas paganias ibi paternitas veſtra in Romana vrbe prohibuerit *, & ſibi mercedem, & nobis maximum profectum in doctrina eccleſiaſtica acquiret.

* *al.* tertio geniculo (S.)

* *incantationes*, Mabillo. *cantiones*, Surius.

Gal. 4, 10.

ſerm. 241 *de temp.*

* *al.* perfecerit. (S.)

Epiſco-

Edit. I pag. Epiſcopi quoque & Presbyteri gentis Francorum, qui fuerunt adulteri, vel fornicatores acerrimi, quos in gradu Epiſcopatus vel Presbyterii, fornicationum filii nati arguunt, reuenientes ab Apoſtolica ſede, dicunt ſibi Romanum Pontificem licentiam dediſſe miniſterium Epiſcopale in eccleſia miniſtrare. Quos contra contendimus, qui Apoſtolicam ſedem contra decreta Canonum nequaquam audiuimus iudicaſſe †.

† *Ex hac epiſtola & Zacharia Papa reſponſione non immerito ſcrupulus animo occurrit, an pars vulgata epiſtola Gregorii M. ad Secundinum, qua ſacerdotes ob lapſum depoſitos reſtituit, a Gregorii ſententia ſit profecta. Lege, qua de ea re in prafatione ſaculi ſuperioris n. XLIX obſeruauimus. Mabillo* ad h. l. p. 55.

Hæc omnia, Domine chariſſime, propterea nota vobis facimus, vt veſtræ auctoritatis reſponſum talibus dare poſſimus, vt per cautelam veſtræ do-
378 ctrinæ oues eccleſiæ non ſeducantur, ſed lupi rapaces conuicti & ſuperati pereant. Interea munuſcula parua vobis direximus: non quia digna ſint paternitati veſtræ: ſed pro indicio charitatis, & obedientiæ, deuotionis: id eſt, villoſam vnam, & argenti & auri tantillum. Dextera Domini protegente incolumem valere, & in Chriſto proficere beatitudinem veſtram in longitudine dierum optamus.

Te Deus altithronus ſancta conſeruet in ade,
Sedis Apoſtolica rectorem tempora longa.
Melliflua gratum populis doctrina per orbem
Perficiatque Deo dignum pragratia CHRISTI.
Splendida percipiat florens ſua gaudia mater,
Atque domus Domini letetur prole ſecunda.

CAPVT III

Reſponſio Pontificis Zacharia ad Bonifacium.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo Fratri, Bonifacio Epiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

SVſceptis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ litteris per Denehardum religioſum Presbyterum tuum, quia te ſoſpitem, vt ſemper cupimus eſſe, cognouimus, omnipotenti ac miſericordiſſimo Deo noſtro magnas retulimus grates, qui tibi in omnibus bonis proſperari dignatur. Magnam enim cordibus noſtris infundis lætitiam, quoties nobis ſanctitatis tuæ ſcripta mittuntur: quando reperimus, quæ ad ſalutem reſpiciunt animarum: dum quotidie in gremio ſanctæ matris eccleſiæ, per tuam prædicationem, noui populi adduntur.

Vbi & tres Epiſcopos per loca ſingula, ſecundum ſeriem ſyllabarum tuarum, te ordinaſſe cognouimus, qui eidem populo, quem ſibi Dominus Deus noſter, per tuam ſanctitatem, aggregare dignatus eſt, præeſſe debeant: & petiſti, vt per auctoritatem ſedis noſtræ Epiſcopales ibidem ſedes firmentur. Sed tua ſancta fraternitas pertractet mature & ſubtili conſideratione diſcernat, ſi expediat:
379 aut ſi loca vel populorum turbæ talia eſſe probantur, vt Epiſcopos habere mereantur. Meminiſti enim, chariſſime, quid in ſacris canonibus præcipimur obſeruare: vt minime in villulas vel in modicas ciuitates Epiſcopos ordinemus *: ne vileſcat nomen Epiſcopi. Sed nos tuis ſinceriſſimis atque a nobis dilectis ſyllabis prouocati, quæ popoſciſti abſque mora concedi patimur: & ſtatuimus per Apoſtolicam auctoritatem, Epiſcopales illic eſſe ſedes, quæ per ſucceſſionem Epiſcopos mereantur: & populis præſint: atque verbum prædicationis ſubiectis inſinuent: id eſt, in caſtello, quod dicitur *Wirtzeburg*; & alteram in oppido, quod nominatur *Buraburg*; tertiam in loco, qui dicitur *Erpheſfurt*. ita ut nulli poſthæc liceat cuiquam hæc, quæ a nobis ſancita ſunt, quoquomodo violare, quæ auctoritate beati Petri Apoſtoli firma eſſe decreuimus.

* *In Anglia ſub VVillelmo duntaxat Rege factum eſt*, vt ex canonum decreto ſedes Epiſcoporum ex villis ad vrbes migrarent, *teſtante* Willelmo *Malmesburia monacho in lib. II* de Epiſcopis Schireburnenſibus *in* Hermanno. Mabillo *ad h. l. p.* 57.

De eo autem, quod nobis intimaſti, quod te Carolomannus filius noſter Edit. I pag.
apud ſe rogauit accedere: vt in parte Francorum, in ſua ditione ſiue poteſtate
conſtituta, ſynodum celebrares, eo quod omnis eccleſiaſtica regula ſiue diſci-
plina ab eadem prouincia funditus abolita eſt, nimis mœrendum eſt, quod per
ſpatia tanta temporum ibidem ſynodus ſacerdotum minime celebraretur: vnde
neque quid ſit ſacerdotium ab eis, qui ſe ſacerdotes eſſe exiſtimant, cognoſcitur:
ſed dum iuuante Deo, quæ a præfato filio noſtro promiſſa ſunt, ad effectum per-
ducta fuerint: tuaque fraternitas memorato concilio conſederit cum eodem ex-
cellentiſſimo viro: ſi quos repererit Epiſcopos, Presbyteros, aut Diaconos con-
tra canones vel ſtatuta Patrum exceſſiſſe: id eſt, in adulterio, vel ſi plures vxo-
res habuerunt: aut ſi ſanguinem Chriſtianorum vel paganorum effuderunt: vel
etiam aliis capitulis, quibus canones obuiaſſe repererit tua ſanctitas, nulla ratio-
ne Apoſtolica auctoritate permittat ſacerdotio fungi: quia tales a ſuo tantum pro-
prio ore falſe nominantur ſacerdotes: & deteriores ſæcularibus eſſe noſcuntur,
qui ſe neque a fornicationibus, neque a nefariis matrimoniis abſtinent: neque
ab hominum ſanguinis effuſione manus ſeruant innoxias, ſe eſſe ſacerdotes exiſti-
* Leuit. 21. mant. Aut quid inde ſentiunt, dicente Deo *, *Sacerdotes mei ſemel nubant.*
v. 13. 14. Et Apoſtolus †, *vnius vxoris virum*, & cetera. & hoc ante ſuſceptum ſacer-
† 1 Tim. 3, 2. dotium vti licitum eſt. Nam a die ſuſcepti ſacerdotii, etiam ab ipſo proprio
coniugio prohibendi ſunt. Quomodo ſe ſacerdotio fungi conſiderant, qui tali- 380
bus ſceleribus inuoluti eſſe monſtrantur, vt neque ſæculares fideles his facinori-
bus obuolutos optemus? Quomodo non pertimeſcunt diuina myſteria continge-
re? Aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præſumunt? dum
ſacri canones neque purum clericum, cui ſacerdotium non eſt, ſecundis copula-
ri nuptiis præcipiunt: Iſti enim e contrario non ſolum poſt ſuſceptum ſacerdo-
tium ſe abſtinere nolunt ab vna vxore, immo luxuria obuoluti peiora ſæculari-
bus ſcelera committunt, vt plures vxores habere præſumant, quibus neque vnam
conceſſum eſt poſt ſuſceptum miniſterium attrectare. Sed & iſta parui penden-
tes, atque Dominum ad iracundiam prouocantes maiora committunt facinora, dum
propriis manibus Chriſtianos atque paganos homines necant. Et fit, vt quibus
in remiſſionem peccatorum debuerunt lauacrum regenerationis impendere, at-
que Chriſti ſacramenta donare, ne in æternum perirent; eorundem ſacrilegis
manibus extinguantur. Quis enim ſapiens, habens cor, eos æſtimet ſacerdo-
tes, qui neque a fornicationibus abſtinent: neque ab effuſione ſanguinis manus
ſeruant innoxias? Quiſve eorum ſacrificiis Deum eſſe credit placatum, dicente
Pſal. 5, 7. Propheta: *Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus?* Iſti namque,
vt præmiſi, ne ſacerdotio fungi patiantur: neque diuina contingere myſteria,
commonemus. Quidquid vero aliud, vt dictum eſt, eos contra eccleſiaſticam
regulam exceſſiſſe repereris, canones ſiue inſtituta Patrum præ manibus habeto:
& iuxta quod in eis edoctus fueris, diſcerne.

Quod autem tibi ſucceſſorem conſtituere petiſti, vt te viuente in tuo loco
eligatur Epiſcopus, hoc nulla ratione concedi patimur †: quia contra omnem
eccleſiaſticam regulam vel inſtituta Patrum eſſe monſtratur: ſed volumus, vt tibi
1 Tim. 3, 13 miniſtret, & ſit in euangelio adiutor, dicente Apoſtolo: *Si quis bene miniſtra-
uerit, gradum ſibi bonum acquirit.* Nimis enim reprehenſibile ac deteſtabile
eſſe manifeſtum eſt: vt, te viuente, tibi alium ſubſtituamus. Sed hoc commo-
nemus, vt quamdiu te diuina iuſſerit clementia execute ſupereſſe, ſine intermiſſione o-
rare non ceſſes: vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe pla-
cabilis, & populum, quem ad ſuam gratiam, per tuæ ſanctitatis induſtriam,
vocare voluit, irreprehenſibiliter regere valeat, atque ad viam vitæ elaboret per- 381
ducere. Nam quo modo hæc, quæ popoſciſti (etiamſi voluerimus) concedere
poſſumus, dum nos fragiles homines exiſtentes, & ſub conditione mortis con-
ſtituti, ignorantes, quid ſuperuentura pariat dies, non valentes inueſtigare, quis
e nobis propior de præſenti ſæculo migret? Sin autem & eundem diuina volue-
rit clementia poſt tui diem tranſitus ſupereſſe, ſi eum aptum cognoueris, & in
tua voluntate fuerit definitum, ea hora, qua te de præſenti ſæculo migraturum
cognoueris, præſentibus cunctis, tibi ſucceſſorem deſigna, vt huc veniat ordi-
nandus;

Edit. I pag. nandus: quod nulli alii * concedi patimur; quod tibi charitate cogente largiri cenſuimus. * *al. dio.*

† *Quid rei*, inquit *Mabillonius* in not. p. 58, *h. l. poſtulet a Zacharia Bonifacius, non ſatis conſtat. Forſitan poſtulabat alium ſuo loco deſignari legatum, vt colligimus ex Zacharia litteris infra cap. IX* (10) *Nam anno data huius epiſtolæ, i. e. anno DCCXLIII, nulli adhuc ſedi addictus erat, ex notatione ad cap. VIII* (8) *infra.*

De illo vero, qui viduam auunculi ſui, quæ & ipſa fuit vxor conſobrini ſui, & ſacrum velamen habere monſtrata eſt, & a beatæ memoriæ præceſſore noſtro ſibi licentiam conceſſam eſſe diuulgauit, vt ei in pernicioſo matrimonio aſſumi debuiſſet, abſit hoc, vt deceſſor noſter iſta permitteret. Nec enim ab hac Apoſtolica ſede illa diriguntur, quæ contraria eſſe Patrum ſiue canonum inſtitutis probantur. Admonere, adhortari, increpare eos, frater chariſſime, ne ceſſes, quatenus a tali ſceleſto recedant matrimonio, vt non in æternum pereant. Reminiſcantur enim ſe Chriſti ſanguine eſſe redemptos: & non ſponte ſe contradant (niſi ab iſto receſſerint inceſto matrimonio) diaboli poteſtati: ſed magis omnipotenti Deo, & Chriſto filio eius, Spiritui quoque ſancto, in cuius nomine ab illius antiqui hoſtis erepti ſunt poteſtate. Elabora igitur, ſanctiſſime frater, in eis, quia ſcriptum cognoſcis: *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius a morte: & ſuorum operit multitudinem peccatorum.* Nam & nos ei pro hoc commonitoria ſcripta direximus. *Iac. 5, 19. 20.*

De Calendis vero Ianuariis, vel ceteris auguriis, phylacteriis, & incantationibus, vel aliis diuerſis obſeruationibus, quæ gentili more obſeruari dixiſti, apud beatum Petrum Apoſtolum, vel in vrbe Roma, hoc & nobis & omnibus Chriſtianis deteſtabile, & pernicioſum eſſe, iudicamus, dicente Domino †; *Non augurabimini*, vel certe, *non obſeruabitis ſomnia.* Et iterum Scriptura †*Lev. 19. 26*
382 dicit *: *Non ſint auguria in Iſrael, nec obſeruatio in domo Iacob.* Ita & a nobis cauendum eſſe cenſemus, vt nullis auguriis vel obſeruationibus attendamus. * *Num. 23, 23.* Quia omnia hæc abſciſſa eſſe a Patribus ſumus edocti. Et quia per inſtigationem diaboli iterum pullulabant: a die, qua nos iuſſit diuina clementia, quanquam immeriti exiſtamus, Apoſtoli vicem gerere, ilico omnia hæc amputauimus. Pari etenim modo volumus tuam ſanctitatem populis ſibi ſubiectis prædicare, ad viam æternæ perducere vitæ. Nam & ſanctæ recordationis prædeceſſoris atque nutritoris noſtri Domini Gregorii Papæ conſtitutione, omnia hæc pie atque fideliter amputata ſunt, & alia diuerſa quamplura, quæ, diabolo ſuggerente, pullulabant in CHRISTI ouili, cuius inſtar, pro illius populi ſalute dirigere maturauimus.

Nam de ſacerdotibus illis, qui falſa opinantur, qui etiam adulteri & fornicatores probantur, &, ſibi ab Apoſtolica ſede indultum eſſe, teſtantur: & e contrario ſibi licentiam prædicationis largitam eſſe, hoc nulla ratione credat ſancta tua fraternitas, ſed ſimiliter in eis canonicam exerce vindictam, quemadmodum his, quibus ſuperius a nobis edoctus monſtraris. Non enim aliud te agere volumus, præterquam quod ſacri præcipiunt canones, vel etiam ab hac Apoſtolica ſede inſtructus eſſe dinoſceris.

Secundum tuæ namque ſanctitatis petitionem & tribus Epiſcopis tuis ſingulas confirmationis epiſtolas miſimus, quas per tuæ ſanctitatis manus eis largiri volumus. Et Carolomanno filio noſtro alia ſcripta direximus, vt quæ tibi popoſcit, adimplere feſtinet, adminicula præſtet.

Sed hæc, frater chariſſime, de omnibus ſuperius comprehenſis capitulis, vt Dominus donauit, reſpondimus, ad omnia amputanda diabolicæ fraudis ſcandala. Tua vero ſancta fraternitas, ſi quid de cetero euenerit, vt ſacri docent canones, ſtudeat emendare in plebibus ſibi a Deo commiſſis. Non enim aliud nobis conuenit prædicare, præter quod a ſanctis Patribus ſumus edocti. Si vero & noui aliquid, inimici aſtutia agente, acciderit, quod tua ſancta fraternitas minime per canonum inſtituta diſcernere poſſit: huc nobis non pigeat inſinuare, quatenus DEO iuuante quæque ad emendationem nouæ plebis eſſe poſſunt, tibi abſque tarditate reſpondere maturemus. Cognoſcat enim, frater
383 chariſſime, tua ſancta fraternitas, ita dilectionem tuam in noſtris habere præcordiis, vt te præſentialiter quotidie videre deſideremus, & ita te in noſtro conſortio

ſortio habeamus, vt certe miniſtrum Dei, & diſpenſatorem eccleſiarum CHRISTI. Edit. I p. 383
De cetero namque confortare in Domino, frater chariſſime, & eſto robuſtus, & elabora in opere, ad quod te diuina voluit euocare clementia. Magna enim te ſpes remunerationis exſpectat, quam promiſit Deus diligentibus ſe. Et nos, licet peccatores exiſtamus, tamen Dei noſtri non ceſſamus abſque intermiſſione immenſam exorare clementiam, vt qui cœpit in vobis, perficiat opus bonum vſque adhuc. Et beatus Apoſtolorum princeps Petrus cooperetur tibi in omnibus bonis, qui * ei parere deſideras. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime & ſanctiſſime frater. Data Kalend. April. imperante Domino piiſſimo, Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore, anno viceſimo quarto imperii eius, indictione XI **.

* *al.* quæ (S.)

** *al.* pater eius an. XI (S.)

Addit Baronius *ex Romana editione*, imperii eius anno ſecundo. *ſcilicet anno XXIV, quo cum patre imperare cœpit, ſecundo vero, quo ſolus.* Baronius *etiam monet, legendum*, indictione X. *Quanquam & manuſcr. codices ſcribunt*, indictione XI, *idemque legitur apud* Sirmondum, *cuius hæc lectio*: imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato anno XXIV, imperii eius anno II, indictione XI. *Certe Synodus Liptinenſis, quam Zachariæ Pontificis epiſtola hæc præceſſit, habita eſt* Kal. Martiis *anno DCCXLIII, indictione XI currente.* Hæc *Mabillonius* ad h. l. p. 59. *Pagi* vero fuſius paullo, curatiusque ad an. DCCXLII n. VI & VII p. 250 & ſeq. *Hæ litteræ ante ſynodum Germanicam ſine dubio datæ: cum ea nondum celebrata Bonifacius Zachariam conſuluerit, hicque prædictæ ſynodi conuocationem non ſolum permiſerit, ſed etiam præceperit: & tamen ſynodus illa incerto loco in Germania habita his verbis in omnibus editionibus inchoetur*: Ego Carlomannus Dux & Princeps Francorum, anno ab incarnatione Domini DCCXLII, XI videlicet Kalendas Maias. *Quare errorem vel in numeros in epiſtola expreſſos, vel in ſynodo memoratos irrepſiſſe neceſſe eſt.* Cointius *hoc anno n. II exiſtimat, mendum cubare in chronologicis ſynodi characteribus, corrigendamque eſſe notam vel anni vel diei, vt deleto anno DCCXLII ſubſtituatur annus XLIII, aut expuncto XI Kal. Maii, reponatur dies, qui paſcha præceſſerit anni DCCXLIII, pertinueritque ad annum DCCXLII, initio anni a paſchali ſollemnitate ducto. Indeque hanc ſynodum congregatam putat XI Kal. April. anni Chriſti inſequentis. Mitto aliorum opiniones, vtpote non magis veriſimiles. Certum enim exiſtimo, ſynodum coactam die in eadem enuntiata, litteraſque Zachariæ duobus circiter ante menſibus ſcriptas eſſe, ideoque errorem irrepſiſſe tam in annos Conſtantini, quam in indictionem ac menſem, quibus ea data dicuntur. Cum enim Artabaſdus ſuperiori anno poſt diem XXVII menſis Iunii Imperator ſalutatus ſit, ſi Zacharias anno ſequenti litteras illas ad Bonifacium miſiſſet, non annos Conſtantini, ſed Artabaſdi in iis appoſuiſſet, vt poſtea in more habuit. Quare in ſubſcriptione eiusdem Zachariæ expungendus annus II Imperii, in editionem Romanam & Labbeanam perperam intruſus, eaque ſic reſtituenda eſt*: data Kalend. Februar. imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore, anno XXII, indictione X. *Duo autem certa videntur. Primum hoc ſæculo annos incarnationis a die natiuitatis Chriſti in Francia inchoatos fuiſſe. Secundum, huius anni initio Artabaſdum nondum Romæ agnitum fuiſſe Imperatorem; alioquin eius, non Conſtantini nomine laudata epiſtola ſubſcripta fuiſſet.*

CAPVT IV

De baptiſmi exorta controuerſia.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri, Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

conf. notat. XXXV Virgilius & * Sedonius, religioſi viri, apud Baioariorum prouinciam degentes, ſuis nos litteris viſitarunt. Per quas intimauerunt, quod tua reuerenda fraternitas eis iniungeret Chriſtianos denuo baptizare. Quod audientes nimis ſumus conturbati, & in admirationem quandam incidimus, ſi habet, vt dictum eſt. Retulerunt quippe, quod fuerit in eadem prouincia ſacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizaret, neſciens, latini eloquii infringens linguam diceret: *Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritus ſancti** ; ac per hoc tua reuerenda fraternitas conſiderauit † rebaptizare. Sed, ſanctiſſime frater, ſi ille, qui baptizauit, non errorem aut hæreſim introducens, ſed, pro ſola ignorantia, Romanæ locutionis infringendo linguam, vt ſupra fati ſumus, baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, vt denuo baptizentur. Quia, quod tua bene compertum habet ſancta fraternitas, quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis,

Edit. I reticis, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, nullo modo rebaptizari *
p. 384 debeat, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debeat. Nam, ſanctiſſime frater, ſi ita eſt, vt nobis relatum eſt, non amplius a te illis prædicetur huiuſmodi †, ſed vt ſancti Patres docent & prædicant, tua ſanctitas ſtudeat conſeruare. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. * Data Kalendis Iuliis, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore, anno viceſimo ſexto, Imperii eius anno quarto, Indictione quarta decima †.

† al. *Sidonius* * al. *Spiritus ſancta* (S.)
† *Surius*, iuſſerit (S.)
* al. *debet*, † *Surius* addit, *doctrina* (S.)
* *Deſunt in* Surio (S.)
† Ita etiam *Brouuerus*. *Male*, inquit *Mabillonius* in not. p. 60, *& pro* indictione XIV *habet* indictione XII. *Pagi* vero ad an. DCCXLIV n. II p. 261 ait; *in nonnullis exemplaribus hi characteres chronologici deſunt. Sed error tantum cubat in* anno XXVI. *Legendum enim* anno XXV, *&* indictio XII *retinenda.*

CAPVT V

Romana ſynodus de hæreticis a S. Bonifacio damnatis, ad eundem, & alios in Germaniam miſſa.

IN nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore, anno XXVI *, poſt conſulatum eius anno quinto, menſe Octobris die viceſima quinta, indictione quarta & decima: reſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo Domino Zacharia Papa in Patriarchio Lateranenſi, in baſilica, quæ appellatur Theodori: conſidentibus autem cum eo ſanctiſſimis Epiſcopis Epiphanio Silua candida, Benedicto Nomento, Venantio Præneſte, Gregorio Portuenſi, Niceta Gabiis, Theodoro * Ortenſi, Gratioſo † Villitrias, ſeu venerabilibus Presbyteris, id eſt, Ioanne Archipresbytero, Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anaſtaſio, Georgio, Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Euſtochio, Procopio, atque Theophanio, propoſitis in medio ſacroſanctis euangeliis: aſtantibus quoque Diaconibus, vel cuncto clero, Gregorius Notarius regionarius & Nomenculator dixit: Deneardus religioſus Presbyter, legatus Bonifacii ſanctiſſimi Archiepiſcopi prouinciæ Germaniæ, directus apud veſtrum ſanctum Apoſtolatum, præ velo eſt, & petit ſe ingredi. Quid præcipitis? Dictum eſt; Ingrediatur.

* *Oſtienſi* † *Velitras*

* *Addit Surius*, imperii eius, *& ſequentia non habet.* (S.) *Mabillonius* legit; *anno VI Imperii eius*; & hanc ſubiungit annotationem: *Ita Sirmondi & Caniſii editio corrigunt* Surianam, *in qua legitur*, *anno* XXVI.

Cumque ingreſſus, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa ſanctæ Dei
385 Catholicæ atque Apoſtolicæ vrbis Romæ dixit: Ante hos dies ſyllabas * reuerendiſſimi atque ſanctiſſimi fratris noſtri Bonifacii Archiepiſcopi nobis retuliſti, per quas nobis, quæ opportuna ei viſa ſunt, indicauit. Quid ergo denuo noſtris ſecretariis te ingredi poſtulaſti? Deneardus religioſus Presbyter dixit. Domine mi, dum iuxta ſancti Apoſtolatus præceptionem, meus Dominus Bonifacius Epiſcopus, famulus pietatis veſtræ, in prouincia Francorum ſynodum aggregaſſet, & reperiſſet illic falſos ſacerdotes, hæreticos, & ſchiſmaticos, id eſt, Aldebertum **, & Clementem, ſacerdotio priuans, vna cum Principibus Francorum, retrudi fecit in cuſtodiam. Illi autem non in pœnitentia degunt, vt iudicatum eſt: ſed e contrario adhuc populum ſeducunt. Pro quo & hanc epiſtolam præfati mei Domini, quam manibus gero, veſtro ſancto Apoſtolatui miſſus offero, vt eam coram ſacroſancto concilio relegi faciatis. Dictum eſt: Suſcipiatur epiſtola, & coram noſtra præſentia relegatur. Et accipiens Theophanius Notarius regionarius, & Sacellarius relegit in his ſermonibus.

* *Surius*, litteras. ** *Surius*, Adelbertum.

Digitized by Google

Edit. I pag.

Epiſtola Bonifacii ad Zachariam.

Excellentiſſimo Patri atque Apoſtolico Pontifici, & ex auctoritate ſancti Petri, principis Apoſtolorum magiſterio freto, Zachariæ Papæ, Bonifacius exiguus ſeruus ſeruorum Dei, optabilem in Chriſto charitatis ſalutem.

POſtquam me ante annos prope triginta ſub familiaritate & ſeruitio Apoſtolicæ ſedis, annuente & iubente venerandæ memoriæ Antiſtite Apoſtolico Gregorio, anteriore voto conſtrinxi, quidquid mihi lætitiæ acciderat Apoſtolico Pontifici ſolebam indicare, vt in lætis ſimul laudaremus Deum, & in triſtibus eius conſilio roborarer. Ita & nunc mihi liceat, pietati veſtræ ſupplico.
Deut. 32, 7. Sicut ſcriptum eſt: *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, ſeniores tuos, & dicent tibi.* Notum enim ſit paternitati veſtræ, quia poſtquam indigno mihi mandaſtis in prouincia Francorum, ſicut & ipſi rogauerunt, ſacerdotali concilio, & ſynodali conuentui præeſſe, multas iniurias & perſecutiones paſſus ſum, maximè a falſis ſacerdotibus, ab adulteratis Presbyteris ſeu Diaconibus, & fornicariis clericis. Maximus tamen mihi labor fuit contra duos hæreticos peſſimos, 386
& publicos, & blaſphemos contra Deum, & contra Catholicam fidem. Vnus, qui dicitur Aldebert, natione generis Gallus eſt. Alter qui dicitur Clemens, genere Scotus eſt *. Specie erroris, diuerſi, ſed pondere peccatorum, pares.

* *Is*, inquit *Mabillonius* in not. p. 61, *eſſe videtur, de quo ſcribit* Bonifacius *in epiſt. XIII ad Eadburgam Abbatiſſam*: „ Super omnia, *inquit*, grauiſſimum, quod vincunt inſidiæ fratrum malitiam infidelium paganorum. Rogate ergo pium defenſorem vitæ noſtræ, vt ubi debuerunt eſſe ſpecioſi pedes portantium lucernam pacis euangelicæ, non inueniantur tenebroſa errantium apoſtatarum veſtigia. „.

Contra iſtos obſecro Apoſtolicam auctoritatem veſtram, quod meam mediocritatem defendere & adiuuare, & per ſcripta veſtra, populum Francorum & Gallorum corrigere ſtudeatis: vt hæreticorum fabulas & vana prodigia & ſigna præcurſoris antichriſti non ſectentur: ſed ad canonica iura, & ad viam veræ doctrinæ conuertantur, & vt per verbum veſtrum iſti hæretici duo mittantur in carcerem, ſi vobis iuſtum eſſe videatur, cum vitam & doctrinam illorum vobis intimauero, & nullus cum eis loquatur, vel communionem habeat, ne forte fermento doctrinæ fermentatus aliquis pereat: ſed ſegregati viuant, & iuxta dictum Apoſtoli, huiuſmodi *traditi Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini.* (*1 Cor. V*, 5. *1 Tim. I*, 20) Et iuxta euangelicum præceptum, *dum eccleſiam non audierunt, ſint nobis ſicut ethnici & publicani*; (*Matth. XVIII*, 17) donec diſcant non blaſphemare, nec ſcindere tunicam CHRISTI. Propter iſtos enim perſecutiones, & inimicitias, & maledictiones multorum populorum patior: & eccleſia CHRISTI impedimentum fidei & doctrinæ rectæ ſuſtinet.

In Surio deſunt pluſcula. (*S.*)

Dicunt enim de Aldeberto, quod eis ſanctiſſimum apoſtolum abſtuliſſem, patronum, & oratorem, & virtutum factorem, & ſignorum oſtenſorem abſtraxiſſem. Sed pietas veſtra audiens vitam eius, iudicet ex fructu, vtrum veſtimentis ouium indutus, intus autem lupus rapax fuiſſet, an non. (Matth. VII
*al. *igitur* Mab. 15 ſeq.) In primæua * enim ætate hypocrita fuit, dicens, quod ſibi angelus Domini, in ſpecie hominis, de extremis finibus mundi, miræ & tamen incertæ ſanctitatis reliquias attuliſſet, & exinde potuiſſet omnia, quæcunque poſcerit, a Deo impetrare: & tunc demum per illam ſimulationem, ſicut Apo-
2 Tim. 3, 6. ſtolus Paulus prædixit, penetrauit multorum domos, & captiuas duxit poſt ſe mulierculas oneratas peccatis, quæ ducebantur variis deſideriis, & multitudinem ruſticorum dicentium, quod ipſe eſſet vir Apoſtolicæ ſanctitatis, & ſigna & prodigia multa feciſſet. Deinde conduxit Epiſcopos indoctos, qui ſe, contra præcepta canonum, abſolute ordinarunt. Tum demum in tantam ſuperbiam elatus eſt, vt ſe æquipararet Apoſtolis CHRISTI, & dedignabatur in ali- 387
cuius honore Apoſtolorum vel martyrum eccleſiam conſecrare. Et interrogauit, quid voluiſſent homines viſitando limina ſanctorum Apoſtolorum. Poſtea (in

pro-

Edit. I pag. proprio honore ſuo dedicauit oratoria, vel, vt verius dicam, ſordidauit: fecit cruciculas, & oratoriola in campis, & ad fontes, vel vbicunque ſibi viſum fuit, & iuſſit ibi publicas orationes celebrare, donec multitudines populorum, ſpretis ceteris Epiſcopis, & dimiſſis antiquis eccleſiis in talibus locis conuentus celebrabant, dicentes: Merita ſancti Aldeberti adiuuabunt vos. Vngulas ſuas & capillos dedit ad honorificandum, & portandum cum reliquiis ſancti Petri principis Apoſtolorum. Tum demum, quod maximum ſcelus & blaſphemia contra Deum eſſe videbatur, fecit. Venienti enim populo & proſtrato ante pedes eius, & cupienti confiteri peccata ſua †, dixit: Scio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt occulta veſtra: *Non eſt opus confiteri, ſed dimiſſa ſunt peccata veſtra præterita: ſecuri & abſoluti, reuertimini ad domos veſtras cum pace:* & omnia quæcunque ſanctum euangelium hypocritas feciſſe teſtatur, ſuo habitu, inceſſu, & moribus imitatus eſt.

* *Incluſa parentheſi deſunt apud* Sirmondum, *& in nonnullis* manuſcr. *Mabillo* h. l. pag. 61.

† *Hinc collige*, inquit idem ad h. l. *diſciplinam illius temporis in reuelandis peccatis ſacerdoti & quidem genubus flexis.*

Alter autem hæreticus, qui dicitur Clemens, contra Catholicam contendit eccleſiam, canones eccleſiarum CHRISTI abnegat, & refutat tractatus, & intellectus ſanctorum Patrum, Hieronymi, Auguſtini, Gregorii recuſat. Synodalia iura ſpernens, proprio ſenſu affirmat, ſe, poſt duos filios, ſibi in adulterio natos, ſub nomine Epiſcopi eſſe poſſe legis Chriſtianæ Epiſcopum. Iudaiſmum inducens, iudicat iuſtum eſſe Chriſtiano, vt ſi voluerit, viduam fratris defuncti accipiat vxorem. Qui contra fidem ſanctorum contendit, dicens: quod CHRISTVS filius Dei deſcendens ad inferos, omnes quos inferni carcer detinuit, inde liberaſſet, credulos & incredulos, laudatores DEI ſimul & cultores idolorum: & multa alia horribilia *de prædeſtinatione DEI* contraria fidei Catholicæ affirmat. Quapropter de hoc quoque hæretico precor, vt per litteras veſtras mandare curetis Duci Carolomanno, vt mittatur in cuſtodiam, vt ſemina Satanæ latius non ſeminet, ne forſitan vna ouis morbida totum gregem polluat. Valere ſanctitatem veſtram, & proſperis profectibus gaudere in longitudinem dierum optamus.

388 Cumque relecta eſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Audiſtis, chariſſimi fratres, quid in iſta epiſtola relectum ſit ex ſacrilegis illis, qui ſe ad ſuam condemnationem Apoſtolos populis prædicauerunt. Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles Presbyteri reſponderunt: Audiuimus certe per omnia non Apoſtolos, ſed miniſtros Satanæ, & præcurſores antichriſti. Qui enim aliquando Apoſtolorum, aut quilibet Sanctorum ex capillis ſuis, aut vngulis pro * ſanctuali populis tribuerunt, vt iſte ſacrilegus & pernicioſus agere conatus eſt Adelbertus? Sed hoc ſcelus a veſtro ſancto Apoſtolatu eſt reſecandum, tam de illo, quamque etiam de tranſgreſſore Clemente, qui ſacros canones ſpernit, atque expoſitiones ſanctorum Patrum Ambroſii, Auguſtini, & ceterorum reſpuit dicta Sanctorum. Sed iſti iuxta, factis & tranſgreſſionibus ſuis dignam ſuſcipiant ſententiam.

* Surius, *pro ſanctitate* (S.) Ita quoque legit *Mabillonius*, additque; *al. ſanctuaria populis tribuerunt. Sanctuale*, pergit *Serarius*, *vocatur res ſancta, aut earum theca.*

Quia hodie iam tardior hora eſt, venturo ſecretario * etiam conſcriptam vitam & orationem, quam ſibi expoſuit, vel cetera eius conſcripta, dum nobis relecta fuerint, communi conſenſu, mediante Deo, quid fieri debeat, pertractandum eſt †.

* Surius, *de conſcripta vita & oratione & ceteris* (S.)

† *Hic finita actione Concilii incipit ſecunda, quæ in quibuſdam codicibus repetit exordium Concilii, vti apud* Sirmondum, *quod etiam in aliis actionibus ſeruatur.* Mabillo ad h. l. p. 61.

In nomine Domini Dei & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, magno Imperatore, anno viceſimo ſexto, poſt conſulatum eius anno quinto, menſe Octobri die viceſima quinta, indictione quarta & decima; reſidente ſanctiſſimo Domino Zacharia Papa in Patriarchio Lateranenſi, in baſilica, quæ appellatur Theodori: conſidentibus etiam cum eo ſanctiſſimis Epiſcopis, Epiphanio Silua candida, Benedicto Nomento,

Digitized by Google

*Præneſt. Venantio Peneſtræ *, Gregorio Portuenſi, Niceta Gabiis, Theodoro Oſtienſi, Edit. I pag.
Gratioſo Villitrias, ſeu venerabilibus Presbyteris, id eſt, Ioanne Archipresbytero. Gregorio, Stephano, item Stephano, Dominico, Theodoro, Anaſtaſio, Georgio, Sergio, Iordane, Leone, item Leone, Gregorio, Stephano, Euſtachio, Procopio atque Theophanio: propoſitis in medio ſacroſanctis euangelus, aſtantibus quoque Diaconibus vel cuncto clero; Gregorius Notarius regionarius & Nomenculator dixit: Iuxta veſtri ſancti Apoſtolatus præceptionem, quam in præterito ſecretario iuſſiſtis, Deneardus religioſus Presbyter adeſt præ velo. Quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur.

Cumque ingreſſus eſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: 389
Actus illius nefandiſſimi Aldeberti ſiue cetera illius conſcripta, quæ præterito ſecretario præ manibus gerebas, coram præſente concilio porrige legenda. Et accipiens Theophanius Notarius regionarius & Sacellarius relegit vitam illius, cuius initium tale eſt.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Incipit vita in ſanctum & beatum Dei famulum præclarum atque totum ſpecioſum ex electione Dei natum ſanctum Aldebertum Epiſcopum.

Mabillo in not. p. 62; *vita ſancti & beati Aldeberti. Sirmondus*; h. l. *& beati Dei famuli, præclari atque per totum ſpecioſi ex electione Dei nati, S. Aldeberti Epiſcopi.*

De ſimplicibus parentibus fuit procreatus, & de gratia Dei eſt coronatus. Quia dum in vtero matris ſuæ erat, ibidem gratia Dei cœpit, & antequam perueniſſet beatiſſima natiuitas eius, ſic vidit genetrix eius, quaſi per viſionem, egredientem vitulum de dextero latere ſuo, qui vitulus illi deſignabat gratiam illam, quam ab angelo acceperat, antequam exiret de vulua. Cumque hic libellus vſque ad finem relectus fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Quid ad hæc blaſphema reſpondetis, ſanctiſſimi fratres? Epiphanius ſanctiſſimus Epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ ſiluæ candidæ dixit: Certe, Apoſtolice Domine, ex diuina inſpiratione motum eſt cor ſancti veſtri Apoſtolatus, vt prædictum Bonifacium, ſanctiſſimum fratrem noſtrum Epiſcopum, vtque Francorum Principes commoneretis, quatenus in partibus illis, poſt longa tempora, concilium aggregaretur ſacerdotum, vt hæc ſchiſmata, & blaſphemiæ vſquequaque ſancto veſtro Apoſtolatui minime celarentur.

Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Si quid adhuc habet Deneardus religioſus Presbyter nobis porrigere relegendum, porrigat. Deneardus religioſus Presbyter reſpondit: Ecce, Domine, epiſtolam, qua vtebatur, & diuulgabat, eſſe Ieſu, & de cælo cecidiſſe. Et accipiens Theophanius Notarius regionarius, & Sacellarius relegit, cuius initium tale eſt.

In Dei nomine, incipit epiſtola Domini noſtri Ieſu Chriſti filii Dei, quæ in Hieroſolyma cecidit, & per Michael Archangelum ipſa epiſtola inuenta eſt ad portam Effrem, & per manus ſacerdotis, nomine Icore †, epiſtola iſta relecta, ipſa exemplata: & tranſmiſit ipſam epiſtolam ad * Hieremiam ciuitatem alio ſacerdoti Talaſio. Et ipſe Talaſius tranſmiſit ipſam epiſtolam ad Arabiam ciuitatem alio ſacerdoti Leoban. Et ipſe Leobanus tranſmiſit epiſtolam iſtam ad Vetfaniam ciuitatem, & recepit epiſtolam iſtam Macruis ** ſacerdos Dei, & 390
tranſmiſit ipſam epiſtolam in montem ſancto Archangelo Michael, & ipſa epiſtola per manus angeli Domini peruenit ad Romanam ciuitatem ad locum ſepulchri ſancti Petri, vbi claues regni cælorum conſtitutæ ſunt, & duodecim Papati, qui ſunt in Romana ciuitate, triduanas fecerunt vigilias, in ieiuniis & orationibus, per dies ac noctes, & cetera vſque ad finem perlecta.

† *Mabillo* p. 63, *Icora. Sirmondus* vero *Leora.*

* Ita quoque *Sirmondus*, vt *Mabillo* adnotauit p. 63, qui quidem cum *Surio* legit *Germaniam.*

** *Surius* & *Mabillo* p. 63, *Macrius. Sirmondus* autem *Macherius.*

Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Pro certo, chariſſimi fratres, eſt prædictus in inſaniam conuerſus Aldebertus, omnes qui hac vtuntur commendata † epiſtola, paruulorum more, * abſque memoria mentium eſſe poſſunt, & quibuſdam mulieris vtuntur ſenſibus. Sed vt ne leuiores adhuc amplius decipiant, indiſcuſſam & abſque ſententia cauſſam hanc in eum relinquere minime

Edit. I pag. minime poſſumus. Sanctiſſimi Epiſcopi & venerabiles Presbyteri reſponderunt: Ex diuina illuſtratione cognoſcimus cor ſancti veſtri Apoſtolatus illuminatum, & quæ a vobis dicta ſunt, ex adminiſtratione ſancti Spiritus emanarunt. Et idcirco, vt a vobis præuiſum fuerit, in vtroſque ſententia promulgetur. Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Non vt a nobis ſolum præuiſum fuerit, ſed pariter cum ſanctitate veſtra eſt pertractandum. Sed ſi Domino placuerit, in futuro ſecretario, quod rectum præuiſum fuerit, & Dominus ſuis famulis adminiſtrauerit, ex omnibus actis, promulgabitur ſententia.

† *Mabillo legit, commentata. Sirmondus vero ſcelerata.* * *abſque ſenſu ſunt, & muliebri errore inſanientis. ita Surius* (S.)

In nomine Domini Dei Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Magno Imperatore anno XXVI, poſt conſulatum eius anno V, menſe Octobris die XXV, indictione XIV, præſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo Domino Zacharia Papa in patriarchio Lateranenſi in baſilica, quæ appellatur Theodori; conſidentibus etiam cum eo ſanctiſſimis Epiſcopis, &c. *vt ſupra.* Propoſitis in medio ſacroſanctis euangeliis, aſtantibus quoque Diaconibus vel cuncto clero, Gregorius Notarius regionarius & Nomenculator dixit: Secundum quod a veſtro ſancto Apoſtolatu præceptum eſt, in præterito ſecretario, vt Denehardus religioſus Presbyter hodie ſe veſtris obtutibus præſentaret, præſto eſt præ foribus, quid præcipitis? Dictum eſt: Ingrediatur. Cumque ingreſſus fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Habes adhuc ex ſacrilegorum illorum conſcripto, vt coram concilio porrigere debeas relegendum? Denehardus religioſus Presbyter reſpondit: Etiam, Domine 591 mi, habeo orationem, quam ſibi Aldebertus componere niſus eſt. Et ecce præ manibus eam gero, iubete eam ſuſcipi. Et accipiens relegit in his ſermonibus orationem, cuius initium tale eſt.

Scelerati Adelberti oratio.

DOmine Deus omnipotens, Chriſte fili Dei, Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, & α & ω, qui ſedes ſuper ſeptimo throno, & ſuper Cherubin, & Seraphin, pietas magna, & dulcedinis ſatis eſt apud te pater ſanctorum angelorum, qui feciſti cælum & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt. Te inuoco, & clamo, & inuito te ſuper me miſerrimo, quia tu dignus fuiſti dicere: *Quodcunque petieritis a Patre in nomine meo, dedi vobis*; a te peto, ad te Ioan. 16, 23. clamo, a Domino Chriſto confido animam meam *.

* *Sirmondus*, vt *Mabillo* annotat; *Ergo ego te peto, quia in te confidit anima mea.*

Cumque per ordinem legeretur, peruenit ad locum, vbi ait: Precor vos, & coniuro vos, & ſupplico me ad vos, Angelus † Vriel, Angelus Raguel, Angelus Tubuel, Angelus Michael, Angelus Adinus *, Angelus Tubuas, Angelus Sabaoc, Angelus Simiel. Dum vero hæc oratio ſacrilega vſque in finem perlecta fuiſſet, Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Quid ad hæc, ſanctiſſimi fratres, reſpondetis? Sanctiſſimi Epiſcopi, & venerabiles Presbyteri reſponderunt: Quid aliud agendum eſt, niſi vt omnia, quæ nobis relecta ſunt, igni concrementur? auctores vero eorum anathematis vinculo percellantur? Quia octo nomina Angelorum, quæ in ſua oratione Aldebertus inuocauit, non Angelorum, præterquam Michaelis, ſed magis dæmones † in ſua oratione ſibi ad præſtandum auxilium inuocauit. Nos autem, vt a veſtro ſancto Apoſtolatu edocemur, & diuina tradit auctoritas, non pluſquam trium angelorum nomina cognoſcimus, id eſt, Michael, Gabriel, Raphael *. *Alioqui de myſterio, ſub obtentu angelorum, dæmonum nomina introduxit.* Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Prouiſum eſt a veſtra ſanctitate, vt conſcripta illius omnia igne cremarentur. Sed opportunum eſt, vt, ad reprobationem eius, in ſancto noſtro ſcrinio reſeruentur ad perpetuam eius confuſionem.

† Sirmondus, *angele.* Mabillonius h. l. p. 64.

* *Mabillo* legit *Adimis*, & in margine hæc notat: al. *Adimis. Sirmondus h. l. Inias.*

Surius, vt auctor in margine habuit: *Adimis, Sabaoth, Simihel.*

† *Surius* h. l. *dæmonum nomina ſunt, quibus.*

* *Et tamen nonnullæ eccleſiæ venerantur* Vrielem.

lem, *cuius nomen in* Eſdr. *lib. IV cap. IV, V, & X; qui liber cum auctoritatem in eccleſia non habeat*, Vrielis *cultum ab antiquis repudiatum approbare non poteſt. In litania quadam principatu Caroli M. vſitata exprimuntur* Orihel,Raguhel, Tobihel. *Lege eruditi viri* Iohannis Thierſii *epiſtolam nuncupatoriam ad diſſertationem de voce* Paracliti. *Porro poſt hac verba* Sirmondus *addit:* alioqui de myſterio —— introduxit. Hæc *Mabillo* ad h. l. p. 64. *Deſunt*, ait *Serarius* in margine, *in Surio*, *& al.* vel ſi qui.

Edit. I pag.

Nunc vero, quia omnia peracta ſunt, de vtrorumque ſententia, quorum ſuperius mentio facta eſt, pertractandum eſt. Vniuerſum concilium dixit: Aldebertus, cuius nobis actus, & nefaria commenta relecta ſunt, & quia ſe Apoſtolum cenſuit nominare, & capillos & vngulas ſuas populis, pro ſanctuali, tribuebat, ſeducens populum diuerſis erroribus, quin etiam, ſub obtentu angelorum, in ſuo auxilio dæmones inuocat: ſit ab omni officio ſacerdotali alienus, agens pœnitentiam pro commiſſis, & amplius iam populum minime ſeducat. Sin autem in his erroribus perſeuerauerit, & populum amplius ſeduxerit, ſit ei anathema, & æterno Dei iudicio condemnetur, vel omnis, qui ei conſenſerit, vel eius ſecutus fuerit doctrinam, aut adiunctus fuerit illi. Similiter autem & Clemens, qui per ſuam ſtultitiam ſanctorum Patrum ſtatuta reſpuit, vel omnia ſynodalia acta: inferens etiam Chriſtianis Iudaiſmum, dum prædicat fratris defuncti accipere vxorem, inſuper & Dominum IESVM CHRISTVM deſcendentem ad inferos, omnes pios & impios exinde prædicat abſtraxiſſe, ab omni ſit ſacerdotali officio nudatus, & anathematis vinculo obligatus: pariterque Dei iudicio condemnatus, vel omnis qui eius ſacrilegis conſenſerit prædicationibus. 392

* *In Surio*, Catholicæ

Zacharias Epiſcopus ſanctæ Dei eccleſiæ * atque Apoſtolicæ vrbis Romæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſit. *Epiphanius* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Siluæ candidæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſit. *Benedictus* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Nomentanæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſit. *Venantius* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Prænestinæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſit. *Gregorius* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Portuenſis his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Nicetas* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Gabinatis his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Theodorus* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Oſtienſis his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Gratioſus* Epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Velliternenſis his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Ioannes* Archipresbyter tituli ſanctæ Suſannæ his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſit. *Gregorius* humilis Presbyter * ſanctæ Romanæ eccleſiæ tituli ſancti Clementis, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatis ſubſcripſit. *Stephanus* gratia Dei Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſancti Marci, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. 393

* *Deeſt in Surio ſemper fere.*

Stephanus indignus Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſancti Euſebii, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Dominicus* humilis Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctæ Priſcæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Theodorus* humilis Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſancti Laurentii, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Anaſtaſius* indignus Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctæ Mariæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Georgius* humilis Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctorum Ioannis & Pauli, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Sergius* humilis Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctæ Potentianæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Iordanes* indignus Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctæ Sabinæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Theophanius* humilis Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctorum quatuor coronatorum, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Leo* indignus Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Leo* humilis Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli Damaſi, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Gregorius* indignus Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſanctæ Balbinæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Stephanus* Presbyter ſanctæ Romanæ eccleſiæ, tituli ſancti Chryſogoni, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Euſtachius* humilis Presbyter ſanctæ Roma-

Ordo in Surio mutatus (S.)

Edit. I pag. Romanæ eccleſiæ, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit. *Procopius* indignus Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tituli ſancti Cyriaci, his geſtis atque ſententiæ a nobis promulgatæ ſubſcripſit.

394

CAPVT VI

Pontificis Zachariæ ad variarum prouinciarum Epiſcopos laudatoria & commonitoria.

Dilectiſſimis Regiufrido Rothomagenſi Epiſcopo, Deodato a) *Belbocanenſi Epiſcopo, Remberto Ambianenſi Epiſcopo,* b) *Hebeſco, Nouianenſi Epiſcopo,* c) *Fulnerico Tungrenſi Epiſcopo, Dauid Spironenſi Epiſcopo, Aitherio* d) *Toroanenſi Epiſcopo* e) *Trevvardo Camerocanenſi Epiſcopo, Burchardo Wirtzenburgenſi Epiſcopo, Agilolfo Colonienſi Epiſcopo,* f) *Heddo Strasburgenſi Epiſcopo, & ceteris amantiſſimis Coepiſcopis, Presbyteris etiam & Diaconibus, cunctiſque orthodoxis eccleſiarum Dei Clericis, Apoſtolicam doctrinam tenentibus, Zacharias diuina gratia præditus, Apoſtolicæ ſedis Pontifex, ſeruus autem ſeruorum Dei, in Domino ſalutem dicit.*

a) *Surius* & *Mabillonius p. 65 Belbocanenſi.* quorum quidem hic in notis ſubdit: Sirmondus *legit* Bellouacenſi, *& præponit* Raimbertum Ambianenſ. *qui* Lambertus *in codicibus a* Caniſio *viſis ſcribitur.* Fulcarius Tungrenſis *Epiſcopus apud* Sirmondum Dauidi *Spirenſi Epiſcopo præponitur. Hæc vero epiſtola apud eundem ante concilium collocatur, quemadmodum & ſequens.*

b) *Surius* ita: *Heliſæo Nouiomenſi.*

c) *Surius* legit *Felerico*, *Mabillonius* autem *Folcrico.*

d) *Sirmondus* l. *Taruanenſi.*

e) Ita & *Sirmondus. Mabillon* l. *Trewvarto.*

f) Ita quoque *Sirmondus. Surius* & *Mabillo* l. *Hatteni*; qui & ordinem mutant, & plures habent. quos inter pro *Genebaudo Laudenſi* Sirmondus legit *Laudunenſi.*

GRatias ago Deo Patri omnipotenti, & Domino IESV CHRISTO vnico filio eius, & Spiritui ſancto, qui veſtra omnium corda inflammare dignatus eſt, per diffuſam a ſe gratiam, vt in vnitate fidei & vinculo pacis ambuletis, & ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper vos, dilectiſſimi mihi, & abundans gratia pacis & charitatis, vt ſitis vnum corpus ſpiritalis matris veſtræ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Dei eccleſiæ, in qua Deo auctore præſumus, implentes illud Propheticum dictum: *Ecce, quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.* Etſi, pro itineris longitudine, corpore ſumus abſentes, in ſpiritu tamen dilectionis ſemper ſumus vobis præſentes, habentes vos in viſceribus noſtris, & aſſidue orantes, vt Deus & Dominus noſter IESVS CHRISTVS multo amplius confirmet corda veſtra, & corroboret in exhortatione euangelii, in miniſterio, quo fungimini, vt credita vobis plebs piis veſtris admonitionibus, adiutore Deo, a diabolica fraude liberata ſalua perſiſtat, voſque mereamini de eorum animabus in diem CHRISTI apportare lucrum. Scriptum quippe eſt: † *Filii ſapientiæ eccleſia iuſtorum, & natio eorum obedientia, & charitas.* * *Obſecro ergo vos, chariſſimi mihi, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, vt decet ſanctos cum multa patientia: ſupportantes inuicem in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpiritus, in vinculo pacis & charitatis, quia finis præcepti charitas eſt: de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.*

Pſ. 132, 1. † Eccl. 3, 1. * Eph. 4, 1. 2. 1 Tim. 1, 5. 395

Ita quoque ſua in editione *Sirmondus. Mabillon* vero hæc non habet, & in notis p. 65 ſcribit: *Addit* Sirmondi *editio*: Scriptum eſt —

Gaudeo in vobis, fratres chariſſimi, quoniam fides veſtra, & vnitas erga nos pretioſa eſt & manifeſta, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus, dum ad fautorem & magiſtrum veſtrum a Deo conſtitutum, beatum Apoſtolorum principem Petrum, benigniſſima voluntate conuerſi eſtis. * Laudabilis fides veſtra ex bona fama, quoniam idipſum ſapitis, quod oportet ſapere **. & nunc Deo cooperante eſt aggregata ſanctitas veſtra noſtræ ſocietati in vno paſtorali ouili, & eſt nobis vnus paſtor, qui a paſtore paſtorum Domino Deo & Saluatore noſtro IESV CHRISTO princeps Apoſtolorum & noſter doctor eſt inſtitutus. Habetis itaque noſtra vice ad confortandam dilectionem veſtram & collaborandum vobis in euangelium CHRISTI, ſanctiſſimum ac reue-

reuerendiſſimum Bonifacium, fratrem noſtrum, Archiepiſcopum, Apoſtolicæ ſedis Legatum, & noſtram præſentantem vicem. Sit ergo conſtantia veſtra aduerſus contentiones eorum, qui aduerſa ſapiunt, & non quæ Dei ſunt, & erit
† *Matth.* 10, 28. fortior petra conſtantia veſtra, ſicut eſt ſcriptum †: *Ne timueritis ex eis, neque terreamini a facie eorum, qui corpus occidunt: animam vero non poſſunt occi-*
* *Luc.* 12, 3. *dere.* * *Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui poteſt animam & corpus occidere, & mittere in gehennam.* Fratres mei, in car-
2 *Cor.* 10. 4/5. ne enim ambulantes non *ſecundum carnem militamus. Arma enim militiæ noſtræ non carnalia, ſed potentia Dei, ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem exaltationem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei: & in*
Eph. 6, 10. *captiuitatem redigentes omnem cogitationem in obſequium Chriſto perducentes.* De cetero, fratres, confortamini in Domino, & in potentia fortitudinis eius. Pax vobis multa & gratia a Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto miniſtretur. Amplectimur & oſculamur, ac ſi præſentes, charitatem veſtram in vnitate ſpiritus, in vinculo pacis & charitatis Chriſti. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi nobis.

* *Surius* legit; *& in hoc laudabilis* —— ** Quæ *Surius*, vt auctor in margine obſeruauit, non habet. Similiter non habet *Mabillonius. Sirmondus* vero legit, vt idem notat p. 66. item iſta: *& nunc Deo* —— *inſtitutus.* quin his ſubiungit: *ſunt & alia varietates minores.*

CAPVT VII 396

Eiuſdem alia ad Francorum Epiſcopos, eiuſdem fere argumenti.

Zacharias Papa vniuerſis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, Abbatibus, cunctis etiam Ducibus, Comitibus, omnibuſque Deum timentibus per Gallias & Francorum prouincias conſtitutis.

REferente nobis reuerendiſſimo atque ſanctiſſimo fratre noſtro, Bonifacio Epiſcopo, quod dum ſynodus aggregata eſſet in prouincia veſtra, iuxta noſtram commonitionem, mediantibus filiis noſtris Pipino & Carolomanno, Principibus veſtris, peragente etiam vicem noſtram prædicto Bonifacio, Dominus autem inclinaſſet corda veſtra cum Principibus veſtris in prædicatione eius, vt omnibus commonitionibus eius obediretis, & falſos, & ſchiſmaticos, & homicidas, & fornicarios a vobis expelleretis ſacerdotes, omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, & pro vobis inceſſanter ſumus orantes, vt qui cœpit in vobis opus bonum, perficiat vſque in finem. Obſecro enim omnes vos, coram Deo, vt eius commonitionibus firmiter obediatis. Ipſum enim vice noſtra in partibus illis ad prædicandum habemus conſtitutum, vt vos, Deo propitio, ad viam perducat rectitudinis, & a cunctis facinoribus ſalui eſſe poſſitis. Habuiſtis enim, peccatis facientibus, nunc vſque falſos & erroneos ſacerdotes. Vnde & cunctæ paganæ gentes vobis pugnantibus præualebant. Quia non erat differentia inter laicos & ſacerdotes, quibus pugnare licitum non eſt. Qualis enim victoria * datur, vbi ſacerdotes, vna hora, dominica pertractant myſteria, & Chriſti dominicum * porrigunt corpus pro ſuarum animarum redemptione, & poſtea Chriſtianos, quibus hoc miniſtrare debuerant, aut paganos, quibus Chriſtum prædicare, propriis, ſacrilegiſque manibus necant, & fit ſecundum Domini verbum: *Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit, in quo * condietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus.*

* *Surius*, dabitur * *Surius*, conſecrant * *Matth.* 5, 13 ſalietur.

Et dum hæc ita ſint, & tales in vobis fuerint ſacerdotes, quomodo victores contra veſtros inimicos eſſe poteritis? Nam ſi mundos & caſtos ab omni fornica- 397
tione & homicidio liberos habueritis ſacerdotes, vt ſacri præcipiunt canones, & noſtra vice prædicat præfatus Bonifacius, frater noſter, & ei in omnibus obedientes extiteritis, nulla gens ante conſpectum veſtrum ſtabit, ſed corruent ante faciem veſtram omnes paganæ gentes, & eritis victores. Inſuper & bene agentes vitam poſſidebitis æternam. Vos enim, chariſſimi fratres, qui eſtis veri ſacerdotes, vel ſub regulari diſciplina conſtituti: ſic voſmetipſos exhibete, vt decet

Edit. I pag. cet Dei miniſtros & diſpenſatores myſteriorum Dei, vt non vituperetur miniſterium veſtrum, ne fiat in vobis, quod ſcriptum eſt: *Erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* Is. 24, 2. Et ſi hoc fuerit, qualis vobis erit ab hominibus laus? aut qualis a Deo exſpectatur retributio? * Sed ſic vos corrigite, vt veri ſacerdotes, & tales ad ſacerdotium † producite, vt & vobis & illis teſtimonium maneat bonum, ab his, qui foris ſunt, quatenus ab hominibus vobis acquiratis laudem, & a Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini: eo quod per vos ad Chriſti perducti ſunt rectam fidem, innoxios habentes ſacerdotes. Ad ſynodum quoque omni anno conuenite, ad pertractandum de vnitate eccleſiæ, vt ſi quid aduerſi acciderit, radicitus amputetur, & Dei eccleſia maneat inconcuſſa. Bene valete.

* *Surius*, quamobrem † prouehite
Hanc Zachariæ epiſtolam recte Baronius *reuocat ad ſynodum I Germanicam*, *licet* Othlonus *lib. II cap. VII eam memoret poſt aliam epiſtolam an. DCCXLVIII ſcriptam. Is enim epiſtolas a Bonifacio vel ad eundem datas ordine chronologico non diſpoſuit*, *& ipſemet Zacharias teſtatur*, *iſtam a ſe mitti*, *poſtquam in prouincia eorum*, *quibus ſcribit*, *celebrata eſt ſynodus*, *in qua Bonifacii commonitionibus obediere*; *& a ſe ſacerdotes expulerunt falſos*, *& ſchiſmaticos*, *& homicidas*, *& fornicarios*. *vbi de hac ſynodo Germanica cum verba facere oſtendunt eiuſdem concilii canones apud* Baronium *n. IX.* *Pagi* ad annum DCCXLII n. X p. 252.

CAPVT VIII

De Moguntino Archiepiſcopatu, variiſque quæſtionibus reſponſio Zachariæ Pontificis.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri, Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

CVm nobis ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ ſyllabæ delatæ fuiſſent, atque per ſingula relegi feciſſemus, reperimus in earundem litterarum tuarum ſerie, quod, peccatis noſtris facientibus, dum dominici tritici ſemina quæreres elaborare ad augendam ſegetem ſpiritalem, ſubito inimici ſuperſeminauerunt zizania,
398 vt ſanctitatem tuam in bono opere impedirent. Sed tua ſancta fraternitas inceſſanter orationi inſtet pariter cum fratribus, qui tecum laborant, & ſpiritales ſurculos conſtruens, zizaniam eradicans deportes ad comburendum: vt beatus Gregorius Papa: *Bonum*, inquit, *opus vobis ſit in voluntate: nam ex diuino adiutorio erit in perfectione.* His ita ſe habentibus, chariſſime frater, confortare in Domino, & ipſe erit adiutor tuus.

De incurſione autem gentium, quæ in tuis plebibus facta eſt, mœrendum nobis eſt: ſed hæc aduerſitas nullatenus tuam fraternitatem conturbet: quia & Romana ciuitas ex accidentibus facinoribus eſt depopulata: & tamen omnipotentia ſua Dominus ex ſupernis eam dignatus eſt conſolari. Sic etenim credimus, quia & vos conſolabitur. * Sed populis tibi commiſſis, reuerendiſſime *aliter* Surius. frater, prædica ieiunium, ſupplicationes apud Deum litaniarum, & ſuperemiſſa nens clementia eius adiuuabit vos. Te autem, vt prædiximus, nullatenus aduerſa conturbent, ſed in bono opere, quod cœpiſti, nullo modo deficias. Nos vero, licet immeriti & peccatores exiſtamus, noſtris precibus vel conſacerdotum noſtrorum, in quantum poſſumus, adiuuamus *.

* *Mabillonius* hæc non habet. *Aliis*, inquit p. 67, Sed populis tibi commiſſis —— adiuuamus.

De ſynodo autem congregata apud Francorum prouinciam, mediantibus Pipino & Carolomanno, excellentiſſimis filiis noſtris, iuxta noſtrarum ſyllabarum commonitionem peragente vicem noſtram tua ſanctitate, qualiter egiſſes, cognouimus, & omnipotenti Deo noſtro gratias egimus, qui eorum corda confirmauit, vt in hoc pio opere adiutores exiſterent. Et omnia optime & canonice peregiſti tam de falſis Epiſcopis & fornicatoriis, & ſchiſmaticis, quam & in reliquis nomine ſacerdotibus contra canonum inſtituta agentibus, vel contra Catholicam & Apoſtolicam Dei eccleſiam, de quibus ſecundum tuam relationem per ſingula reſpondemus.

De eo autem quod ſuggeſſiſti, quod elegerunt vnam ciuitatem omnes Francorum Principes, pertingentem vſque ad paganorum fines, & in partes Germanicarum gentium, vbi antea prædicaſti, quatenus ibi ſedem metropolitanam perpetuo habere debeas *, & inde ceteros Epiſcopos inſtrueres ad viam rectitudinis, & poſt tui ſucceſſores perpetuo iure poſſideant, hoc, quod decreuerunt, nos læto ſuſcipimus animo, eo quod ex Dei nutu factum eſt. Quod vero quidam falſi ſacerdotes & ſchiſmatici hoc impedire conati ſunt, eorum vanum agonem Dominus diſſipabit, & illa faciet ſtabilita, quæ ſanctorum Patrum ſtatutis ** conueniunt concordare. Et quia tibi ipſi Principes Francorum etiam in hoc adiutores extiterunt, retribuat illis omnipotens Deus viciſſitudinis præmium, & innumera largiatur bona. Edit. I. pag. 399

* *Nempe apud Coloniam Agrippinam, vt pates ex fine huius epiſtolæ, quæ tamen res effectu caruit, Bonifacio translato in locum Gewiliebi Archiepiſcopi Moguntini, de quo ſupra lib. I cap. XXXVII* (44) *& in fine cap. IX* (10) *Ex hoc loco intelligitur, Bonifacium ſub finem anni DCCXLV, quo data eſt epiſtola (nam indictio XIV a Septembri inchoata erat) nondum eccleſiæ Moguntinæ addictum fuiſſe, ſed tantum ſequenti. Niſi ſi eo tempore, quo Zacharias epiſtolam ſcribebat, Franci mutato conſilio iam Bonifacium prædictæ ſedi Moguntinæ præpoſuerant: quod quidem veriſimile credimus. Certe anno DCCXLVIII iam aliquot annis ſedem iſtam rexerat, vt qui de ſucceſſore cogitabat, infra cap. IX* (10) *Conf. lib. I cap. XXXVII* (44) *Mabillonius* ad h. l. p. 68. Enimvero conf. infra notat. XXXIII § II & III.

** *Serius l. videntur concordare.*

Nam de illo ſimiliter falſo Epiſcopo, quem dixiſti, quod adulterati clerici, & homicidæ filius, in adulterio natus, & abſque diſciplina nutritus; & cetera mala & horribilia, quæ per ſingula enarraſti, ac per hoc is ſui ſimiles ſacerdotes conſecrauit; de hoc meminit tua reuerenda fraternitas, quia iam tibi ſæpius ſcripſimus, vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator ſacrum miniſterium debeat tractare. Sed neque ex pœnitente quis, aut talis, qualem ſacri canones prohibent eſſe ſacerdotem.

De baptizatis vero ab illis ſeu eccleſiis conſecratis requirat tua fraternitas, ſi aut eccleſias in nomine Trinitatis conſecrarunt, aut paruulos ſimiliter baptizarunt, dum ſacerdotio fungebantur. Et ſic conſecratio eccleſiarum, & paruulorum baptiſma ſit confirmatum.

Et hoc pariter ſuggeſſiſti, quod hi, qui ante proiecti ſunt ſacerdotes, a nobis ſe abſolutos apud Francorum prouinciam diuulgent. Quod tua ſancta fraternitas nullo modo credat. Quia (quod impoſſibile eſt) ſi hoc feciſſemus, tuæ charitati per noſtras indicaſſemus litteras. Sed hoc, quod impoſſibile, nullo modo credas. Quia non aliud prædicamus, & aliud agimus, & dirigimus, vt illi garriunt: ſed, auxiliante Deo, illud, quod prædicamus, ſinceteius obſeruandum cenſemus. Hoc autem ſanctitatem tuam, firmiſſime vt teneas, hortamur, vt ſanctorum Patrum inſtitutis, & conſultis ſacrorum canonum omnimodo obſequi * debeas; quia nos nullatenus aliud prædicamus, aut aliud agimus.

* for. ſtudeat.

Nam de eo, quod obſecraſti, vt Francorum Principibus ſcriberemus, vel ceteris Francis, vt petiſti, eis per ſingula ſcripſimus, vt tibi & amici ſint, & adiutores in dominico opere exiſtant.

De cenſu vero expetendo, eo quod impetrare a Francis ad reddendum eccleſiis vel monaſteriis * non potuiſti, quam ut in vertente anno ab vnoquoque coniugio ſeruorum duodecim denaria reddantur, ex hoc gratias ago Deo, quia hoc potuiſti impetrare, & dum Dominus donauerit quietem, augentur & luminaria ſanctorum pro eo, quod nunc accidit tribulatio Saracenorum, Saxonum, vel Freſonum, ſicut tu ipſe nobis innotuiſti. 400

* for. plus non p.

De eo namque quod interrogaſti, quod illi, qui depoſiti ſunt pro capitalibus peccatis, de gradu ſacerdotali, dum eos reperiſſes adulteros, homicidas, vt nec ſacerdotes nec clerici eſſe poſſint, nec ſub pœnitentia monachi eſſe volunt, ſed pergentes apud palatium Regis Francorum, rogant, vt eis loca tribuat eccleſiarum, vel monaſteriorum, vt laicam vitam viuant, diſpergentes ſanctorum loca. Sed & de hoc pariter, qualiter fieri debeat, Francorum Principibus * commonentes direximus.

In alia quippe tua epiſtola reperimus contineri omnia, quæ contra te egerunt falſi & ſchiſmatici Epiſcopi, id eſt, Aldebertus, & Clemens, per quæ

omnia

Edit. I p. 8. omnia acta ipſorum, & impiiſſimum errorem ſingillatim indicaſti. Nos vero, congregatis fratribus, & conſacerdotibus noſtris, eorundem prauorum ſceleratiſſima acta in eorum præſentia relegi fecimus: & dum nobis coram concilio relecta fuiſſent, pio ſtudio omnes, eadem ſchiſmatica dogmata ipſorum, ſeu ſceleratiſſima vita, quam ſibi Aldebertus conſcribere fecit, vna voce exclamauerunt, vt igni cremarentur. Sed nos hoc non fieri rectum iudicauimus, pro eo quod ad reſeruandum ſiue in æternum eos condemnandum, in ſcrinio ſanctæ eccleſiæ reſeruanda mandauimus. Suſceperunt ipſi dignam ſententiam, cuius inſtar actionis, ad tuam direximus fraternam ſanctitatem, vt relecta in prouincia Francorum omnis ſchiſmaticus audiens, taliter a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica eccleſia iudicatum, a ſenſus ſui prauitate reſipiſcat.

* *Surius*, commonitoria direximus ſcripta.

In tertia tua namque epiſtola intimaſti de alio ſeductore, nomine Geoleobo *, qui antea falſe Epiſcopi honore fungebatur; & quia, ſine cuiuſcunque conſultu, ad nos properat, dum aduenerit, vt Domino placuerit, fiet. Tua autem reuerentia, vt cœpit, auxiliante Domino, vice noſtra volumus, vt omni anno, apto tempore, in Francorum prouincia, concilium debeat celebrare, vt frequentia ſacerdotum, ſiue inſtitutis ſacrorum mediantibus, illic quid aduerſum nullo modo valeat pullulare, ſed magis eccleſiæ Dei vnitas, & diſciplina Catholica atque Apoſtolica vbique in illis partibus dilatata †, cunctæ populorum turbæ etiam, in occiduis partibus, veri Catholici eſſe poſſint, & non amplius per falſos
401 ſacerdotes erroribus inuoluti demergantur in interitum. Dum vero concilium aggregaueris, ſic tua fraternitas conflictum habeat cum Metropolitanis, quos confirmauimus, de eo quod dixiſti, vt nullus ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis. Tamen & pro hoc ipſo, & pro omnibus vtilitatibus ſanctæ eccleſiæ Francorum Principibus, commonitionis direximus litteras, vt iam ſuperius fati ſumus. De ciuitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, iuxta petitionem Francorum *, per noſtræ auctoritatis præceptum nomini tuo metropolim confirmauimus, & tuæ ſanctitati direximus, pro futuris temporibus, eiuſdem metropolitanæ eccleſiæ ſtabilitatem. DEVS te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime, & ſanctiſſime frater. Data pridie Kalend. Nouemb. imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore anno XXVII, imperii eius ** anno quinto, indictione quarta & decima. In Surio deeſt.

* *Mabillonius* leg. *Gevvilicbo*, & ſimul p. 69 addit; *al.* Gevvilibo, Geolebo. *de quo lib. I cap. XXXVII* (44)

† *Mabillonius* leg. *dilata exiſtat*. Sequentia verba: *cuncta populorum* &c. *Sirmondus* ſimiliter habet. *Mabillonius* vero omittit, & in adnotat. p. 69 ſubiungit: *Sirmondo*; cunctæ populorum —— catholici eſſe poſſint.

* Quid Optimates Francorum a Papa petierint, ſibi non penitus perſpectum eſſe fatetur *Sagittarius* l. d. cap. XXII § VI p. 286.

** Cointius *an. DCCXLVI n. XXXI* dicit, *delendum eſſe annum* quintum, *imperii ſcilicet Conſtantini poſt mortem patris regnantis*, & indictionem XIV. *Verum, cum indictio XIV in omnibus exemplaribus reperiatur, & in annum V imperii Conſtantini conueniat, nullus dubito, quin annus ille XXVII corruptus ſit, & legendum an. XXVI. Pagi* ad an. DCCXLV n. II p. 265.

CAPVT IX

De nonnullis ad ſacerdotum integritatem, illicita coniugia, hæreticorum quorundam examen & pœnam ſpectantibus.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

EGregius nos admonet beatus Apoſtolus Paulus, in eo quod ait: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego CHRISTI.* 1 Cor. 11, 1. Hinc eſt ergo, vt per ſpiritale charitatis vinculum, etſi corpore abſentes, ſpiritu vero ſemper fraternæ ſanctitati tuæ ſimus præſentes: ita vt noſtris viſceribus te habentes chariſſimum fratrem, & conſacerdotem, licet peccatores, tamen ſpe diuina freti, aſſidue in noſtris orationibus memoriam tui agere non deſiſtimus: petentes immenſam CHRISTI Dei diuinitatem, vt ad peragendum ſuum te confirmet miniſterium, quatenus in diem aduentus eius, illam placabilem merearis exprimere vocem: *Ecce, ego & pueri,* Iſ. 8, 18.

Ioan. 18, 9. *quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam.* vt continuo altiſona & deſiderabilis vox inter illos, qui ab initio mundi ei placuerunt, conſonanter te in illo- Edit. I p. 403
Matth. 25, 34. rum inuitatione ſubmittat, in qua dicturus eſt: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.*

His ita ſe habentibus, agnoſcas, chariſſime, flagitaſſe a nobis Pipinum excellentiſſimum, Maiorem domus gentis Francorum, per ſuum hominem nomine Ardobanium, religioſum Presbyterum, aliquanta capitula * de ſacerdotali ordine, & quæ ad ſalutem animæ pertinent: ſimul etiam & pro illicita copula, qualiter ſeſe debeant cuſtodire iuxta ritum Chriſtianæ religionis, & ſacrorum canonum inſtituta. Et quanquam de hoc iam experta ſit tua fraterna ſanctitas, quæ a nobis ſunt decreta, illius tamen vocibus aurem accommodantes, in breui eloquio conſcripta Apoſtolica documenta direximus: pro quibus, vt in ſacerdotali collegio lectioni pandantur, tuam fraternam ſanctitatem inibi euocari dedimus in mandatis.

* *Hæc capitula exſtant numero ſeptem & viginti apud* Sirmondum *in tomo I Conciliorum Galliæ p. 562.* *Mabillonius* in adnot. ad h. l. p. 70.

Et dum pro hac re fuerit aggregatum concilium, ad medium deducantur ſacrilegi illi, & contumaces, Aldebertus, & Godalſacius, & Clemens * Exepiſcopi, vt eorum denuo, ſubtili indagatione, cribretur cauſa. Quos ſi deuiantes a rectitudinis tramite vſquequaque repereritis, & conuicti fuerint inclinati ad viam conuerti rectitudinis, vt bonum atque placitum in oculis veſtris paruerit, cum Principe prouinciæ diſponite, ſecundum ſacrorum canonum ſancita. Sin autem in ſuperbia perſtiterint, contumaciter proclamantes, reos ſe non eſſe, tunc cum probatiſſimis atque prudentiſſimis ſacerdotibus duobus aut tribus prædictos ad nos dirigatis viros, vt, profunda inquiſitione, coram ſede Apoſtolica eorum inquiratur cauſa, & iuxta quod meruerint, finem ſuſcipiant. Age itaque, dilectiſſime frater, in miniſterio tibi commiſſo, vt ab omnipotente Deo mercedis præmium recipiens æternam vitam conſequi merearis. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. †. Data nonis Ianuariis, imperante Domino noſtro piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore, anno XXVIII, imperii eius anno ſexto, indictione XV. *

* deeſt in Surio.

al. in Surio.

† *Deſunt in Surio & ſunt in* Mariano. (Ser.)

Sic deſinunt codices manuſcripti; at in exemplaribus epiſtolarum Zachariæ additur: Data Nonis Ianuariis &c. *Mabillon.* in adnot. ad h. l. p. 70.

* *Subſcriptio hæc etiam extat in editione* Anton. de Aquino *tomo II, & in codice epiſtolar.* Bonifacii *in epiſt. CXXXIX. Sed in editione* Surii, *in actis S. Bonifacii ad diem V Ian. epiſtola hæc reperitur ſine anno & indictione. Denique* Mabillonius *in not. ad vitam S. Bonifacii ab Othlono ſcriptam p. 70 eam epiſtolam Zachariæ repræſentat ſine illa ſubſcriptione, aitque, deeſſe in codicibus mſſ. quos ipſe legerat.* Baronius *exiſtimat, errorem irrepſiſſe in annum imperii poſt patris mortem adminiſtrati, & loco,* imperii eius anno ſexto, *legendum eſſe,* imperii eius anno octauo. *Sed cum fateatur, Conſtantinum viuente patre creatum eſſe Imperatorem, ipſo die Paſchatis, anno Chriſti DCCXX, ſolumque poſt patris mortem imperio potitum menſe Iunio an. Chr. DCCXLI, hæc emendatio ſtare non poteſt.* Cointius *an. DCCXLVIII n. I, ubi hanc epiſtolam recitat, arbitratur, errorem eſſe in poſteriori epocha Conſtantini, & in indictione, ac duos illos characteres, annum ſcilicet VI ſecunda epocha Conſtantiniana, & indictionem XV corrigit, ac loco anni VI ſeptimum, & indictionis XV loco* primam *reponit.* Pagi *non dubitat, quin in ſolam priorem Conſtantini epocham error irrepſerit, & loco,* anno XXVIII, *legendum ſit,* an. XXVII; *cum ſic omnes illi temporum characteres recte inter ſe cohæreant, liqueatque, epiſtolam hanc datam eſſe* an. XLVII, Non. Ianuar. indictione XV, anno XXVII prioris epochæ Conſtantini, & VI poſterioris. *Ratio cur hæc Zachariæ ad Bonifacium epiſtola pertineat ad an. XLVII, & cur tantum annus prioris epochæ Conſtantini vnitate minuendus ſit, ex eo petitur, quod* Marianus Scotus *in chron. ad an. DCCXLIII referens aliquot ſubſcriptiones epiſtolarum Bonifacianar. a ſe ſine dubio lectarum, ſcribat:* aliâ epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium, data Nonis Ianuar. anno imperii Conſtantini VI, indictione XV. *Vbi tantum omittit annum prioris epochæ Conſtantini mendoſe deſcriptam. Denique certum eſt, Zachariæ epiſtolam poſt annum DCCXLIV ſcriptam eſſe. Is enim, vt videre eſt apud* Baronium *n. XX, loquitur de Aldeberto, de Godalſacio, & de Clemente, vt de contumacibus, iam exauctoratis, quorum cauſſa denuo* ſubtili indagatione cribranda eſt. Dum fuerit, *inquit Zacharias,* aggregatum concilium — ad medium deducantur — cribretur cauſa. *Synodus autem Romana, in qua Zacharias Aldebertum & Clementem damnavit, habita eſt ſequenti anno Chriſti (DCCXLV) tamque vterque ſub cuſtodia detinebatur, vt conſtat ex ſermonibus a Denardo*

Edit. I pag. *neardo Presbytero habitis, in primo eiusdem ſynodi ſecretario, vt videre eſt apud* Baronium *an. DCCXLV. n. XXIII. Quare cum Aldebertus & Clemens in illa ſynodo Romana an XLV habita damnati fuerint, epiſtola hec nonniſi poſt illum annum data, poſt eorum ſcilicet contumaciam, & nouas, quas concitabant, turbas. Neque enim Zacharias epiſtolam laudatam ad Bonifacium* Nonis Ianuar. *datam miſit, niſi vt eos tumultus compeſceret, & illorum hæreticorum cauſam, ſi opus eſſet, rurſus ventilaret, vel, vt ipſe loquitur, cribraret. Pagi* l. d. ad an. DCCXLIV n. IV & V p. 262.

403

CAPVT X

Ad S. Bonifacium aliæ Zachariæ Pontificis litteræ de variis quæſtionibus.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri, Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

SAcris liminibus beati Apoſtolorum principis Petri, & noſtris obtutibus præſentatus præſens Buchardt, dilectus nobis Epiſcopus, fraternæ ſanctitatis tuæ attulit affatus, per quorum ſcriptum tenorem agnouimus, magnum te habere certamen, & ſudorioſe elaborare fraternitatem tuam, in prædicatione euangelii CHRISTI Dei noſtri, & exhortatione ſanctæ, Catholicæ, & orthodoxæ, rectæ *Surius breuius.*
fidei, quam a redemptore noſtro Deo & Domino IESV CHRISTO per a ſe inſtitutum beatum principem Petrum, & vas electionis Paulum, omnesque Apoſtolos traditam ſuſcepimus. Quibus agnitis, etſi peccatores, extenſis ad æthera palmis, omnipotenti Deo immenſas egimus gratias: petentes eius ineffabilem diuinitatem, vt multo amplius confirmet, atque corroboret cor fraternitatis tuæ, & ſoſpitem, atque robuſtum corpore annuat permanere, vſquequo eius diuinitas te ſuperſtitem in hac iuſſerit eſſe vita, ad perficiendum miniſterium tibi impoſitum, & ad portandum lucrum animarum in diem CHRISTI IESV, vt illam merearis audire deſiderabilem vocem, quam dicturus eſt Dominus diligentibus ſe: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum vobis paratum ab origine mundi.* *Matth. 25, 34.*
Erant autem inſerta in eiſdem tuis affatibus diuerſa capitula, de quibus iudicium atque conſilium & ſolatium ſedis Apoſtolicæ tibi dirigi flagitaſti.

Primum capitulum pro ſynodo prouinciæ, in qua natus & nutritus es, quam & in gentem Anglorum & Saxonum in Britannia inſula primi prædicatores ab *Surius, in gentem, omiſſo &*
Apoſtolica ſede miſſi, Auguſtinus, Laurentius, Iuſtus, & Honorius, nouiſſime & tuis temporibus Theodorus, Græcolatinus ante Philoſophus, & Athenis eruditus,
404 Romæ ordinatus, pallio ſublimatus, ad præfatam Britanniam tranſmiſſus, iudicabat & gubernabat; in illa tale decretum & iudicium firmiſſime præceptum, & diligenter demonſtratum eſſe dinoſcitur, vt quicunque ſine inuocatione Trinitatis lotus fuiſſet, quod ſacramentum regenerationis non haberet, quod omnino verum eſt. Quia ſi merſus in fonte baptiſmatis quis fuerit ſine inuocatione Trinitatis, perfectus non eſt, niſi fuerit *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti baptizatus.*

De illo autem, quod per quoſdam affirmari ſcripſiſti, vt ſi euangelicis quis verbis, inuocata Trinitate, iuxta regulam a Domino poſitam, quicunque merſus eſſet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, quod ſacramentum ſine *tranſpoſ. in Surio.*
dubio haberet, & tam fortiter verbis euangelicis fuiſſet conſecratum baptiſma, vt quamuis ſceleratiſſimus quiſque hæreticus, vel ſchiſmaticus, aut latro, vel fur, ſiue adulter hoc homini petenti miniſtret, tamen CHRISTI eſſet baptiſma euangelicis verbis conſecratum. Et e contra, ſi miniſter iuſtus fuiſſet, & Trinitatem iuxta regulam a Domino poſitam in lauacro non dixiſſet, verum baptiſma non eſſet, quod dedit. Pro illis itaque immundis, & incertis viris, hæreticis, *omiſſ. in Surio.*
atque ſchiſmaticis, qui in nomine Trinitatis petentes baptizant, ſed & de his, qui ſine inuocatione Trinitatis mergunt in fonte baptiſmatis, fraternitati tuæ notum, quid de illis ſacrorum canonum ſeries contineat, quod & tenere te firmiter hortamur. Scriptum quippe eſt, dicente Domino: *Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum.* *Leuit. 11, 44.*
Quod ſuſcepiſti, frater, a noſtro prædeceſſore ſanctæ recordationis Gregorio, huius Apoſtolicæ ſedis Pontifice, in eo permane, & ab Euangelica & Apoſtolica, ſeu ſanctorum Patrum tradita doctrina nullo modo declines, ſed indutus loricam fidei, & galeam ſalutis viriliter contra nequitias

* in Sur. non tias diabolicæ fraudis, * Apoſtolicam præſentando vitam, reſiſte. Scriptum namque eſt: Edit. I pag.
Ier. 1, 17 ſq. *Ecce, dedi faciem tuam potentem aduerſus faciem eorum: & conſtantiam tuam confortabo aduerſus contentiones eorum, & erit fortior petra conſtantia tua.* 6

In Surio ſunt hæc omiſſa omnia. Pro ſacrilegis itaque Presbyteris, vt ſcripſiſti, qui tauros, hircos, diis paganorum immolabant, manducantes ſacrificia mortuorum, habentes & pollutum miniſterium, ipſique adulteri eſſe inuenti ſunt, & defuncti: modo veró 405 incognitum eſſe, vtrum baptizantes Trinitatem dixiſſent, an non, & timent illi, qui viui ſunt, quod in tali miniſterio non ſint baptizati, quibus reſpondens iuſſiſti omnes baptizare. Hoc quoque obſeruaſſe in ſupra dicta ſynodo ſacerdotes, vt qui vel vnam perſonam de Trinitate in baptiſmo non nominaret, illud baptiſmum eſſe non poſſe. Quod pro certo verum eſt. Quia qui vnum ex ſancta Trinitate confeſſus non fuerit, perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt. Qui enim confitetur Patrem & Filium, ſi confeſſus non fuerit Spiritum ſanctum, nec Patrem habet nec Filium. & qui confeſſus fuerit Patrem, & Spiritum ſanctum, & Filium non fuerit confeſſus, nec Patrem habet, nec Spiritum ſanctum, ſed vacuus eſt a gratia diuina.

Eos autem quos reperiſſe affata eſt fraternitas tua pſeudoſacerdotes, multo maioris numeri, quam Catholicos †, erroneos ſimulatores ſub nomine Epiſcoporum vel Presbyterorum, qui nunquam ab Epiſcopis Catholicis fuerunt ordinati, illudentes populo, & miniſteria eccleſiæ confundentes, & conturbantes, aut falſos, gyrouagos, adulteros, ſacrilegos, hypocritas, & multos ſeruos tonſuratos, qui fugerunt a Dominis ſuis, ſeruos diaboli, transfigurantes ſe in miniſtros CHRISTI, qui ſine Epiſcopo, proprio arbitrio viuentes, populares de-

Surius prohibeant. fenſores habentes contra Epiſcopos, vt ſceleratos mores eorum non * confringant, ſeorſum populum conſentaneum congregant, & illud erroneum miniſterium non in eccleſia Catholica, ſed per agreſtia loca, per colles ruſticorum, vbi eorum imperita ſtultitia celari Epiſcopos poſſit, perpetrant, nec fidem Catholicam paganis prædicant, nec ipſi fidem rectam habent, ſed nec ipſa ſollennia verba, quæ vnuſquiſque catechumenus, ſi talis ætatis eſt, vt iam intellectum habeat, ſenſu cordis ſui percipere & intelligere, nec docent, nec quærunt ab eis, quos baptizare debent, id eſt, abrenuntiationem Satanæ, & cetera. Sed neque ſignaculo crucis CHRISTI eos muniunt, quæ præcedere debent baptiſmum, ſed nec aliquam credulitatem vnius Deitatis, & ſanctæ Trinitatis do-

Rom. 10, 10. cent, neque ab eis quærunt, vt corde credant ad iuſtitiam, & oris confeſſio fiat illis ad ſalutem.

† *Hic multum variant exemplaria litterarum Zachariæ ab Orbleni lectione; quas tu conferre, ſi lubet.* Ita *Mabillonius* ad h. l. p. 71. *Serrarius* olim in margine addidit; *non in* Surio.

Hos itaque miniſtros Satanæ, & non CHRISTI, vbicunque repereris, chariſſime nobis, aggregato prouinciali & ſacerdotali collegio, omnimodo deuita, & a ſacerdotali honore priuatos, ſub regula monachica & pœnitentia 406 ſubmiſſos, vitam finire ordinabis, vt carne afflicti ad viam quandoque rede-

* S. ſalutis ant * rectitudinis, & ſi corde crediderint, oris eorum vera confeſſio illis fiat

† S. peribit omiſſa in Serario. in ſalutem. Si vero non fuerint conuerſi, tuæ prædicationis non † periet iuſtitia. Habebis enim ſolatiantem te, contra nequitiam malignantium, ſanctorum Apoſtolorum, & ceterorum probabilium Patrum canonicam ſanctionem. Confortare itaque, reuerendiſſime mihi, & præuale in lege, in euangelio CHRISTI, & prædicatione Catholicæ ac orthodoxæ fidei, quia ipſe glorificabit te.

Rom. 5, 4. 5. Tribulatio enim corporis noſtri temporalis eſt, & finem habet: *Probatio autem ſpem, ſpes vero non confundit*, vt ait Apoſtolus, *quia charitas Dei diffuſa eſt*

Rom. 8, 35. *in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Quis namque ſeparabit nos a charitate Chriſti, tribulatio an anguſtia*, &c. Et ſi deiicimur, frater, non perimus. Conferamus autem mortem IESV in corpore noſtro, vt vita IESV in die aduentus ſui in corpore noſtro manifeſta fiat, ſicut per eius di-

Matth. 5, 10 uinam edocti ſumus vocem: *Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Conforta itaque & dilectiſſimos nobis omnes orthodoxos Epiſcopos, & Sacerdotes, atque Leuitas, vel clericos religioſos, Abbates & Monachos, ſeu glorioſiſſimos Duces, cunctoſque

que

Edit. I pag. que * optimates, Chriſtianæ legis ſeruatores, vt nobis ſint adiutores contra aduerſarios orthodoxæ fidei, omneſque hæreticos atque ſchiſmaticos, quatenus & ipſi de fructu boni operis gaudere mereantur in cælestibus regnis, ſicut ſcriptum eſt: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo meo, & ſcribam ſuper illum nomen meum.* *S. optimates Francorum. Apoc. 3, 12.

Interea ſcripſit reuerenda fraternitas tua reperiſſe quendam Presbyterum, genere Scotum, nomine Samſon, errantem a via veritatis, dicentem & affirmantem, ſine myſterica * inuocatione, aut lauacro regenerationis poſſe fieri Catholicum Chriſtianum, per Epiſcopalis manus impoſitionem. Hic autem qui dicit, vacuus eſt Spiritu ſancto, & alienus a gratia CHRISTI, atque a conſortio ſacerdotali abiiciendus. Quis enim niſi baptizetur, iuxta præceptum Domini, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & ſic per manus impoſi- *S. myſtica aliter Sutrius.
407 tionem conſecretur, poteſt eſſe Catholicus? Hunc nequiſſimum virum talia prædicantem ab eccleſia Dei ſancta condemnatum expelle. Illos autem viros, qui ab hæreticis baptizati ſunt, & dubietas tenet, quod in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti non ſunt baptizati, inquiſita rei veritate, ſi ab erroneis ſacerdotibus baptizati ſunt, hos ſine dubio iuxta prædeceſſoris noſtri beatæ memoriæ Gregorii Papæ, & ſacrorum canonum traditum tibi mandatum, implere non omittas, ne in æternum pereant, ſed potius euangelica conſecratione ſaluentur.

Intuiti autem ſumus & volumen * a te directum vniuerſis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, vel ceteris religioſam vitam degentibus, *de vnitate fidei Catholicæ*, & doctrinam Apoſtolicam ſcriptam valde nobis acceptabilem eſſe cognoſcas: quoniam per Spiritus ſancti gratiam in te diffuſam, chariſſime, hoc operari ſtuduiſti.

* *Quodnam ſit iſtud volumen, incertum. forte acta ſynodi Germaniæ, poſtea apud Liptinas confirmata, de qua* Bonifacius *in epiſt. CV ad Cuthbertum:* iſti confeſſioni vniuerſi conſenſimus & ſubſcripſimus, & ad corpus S. Petri principis Apoſtolorum direximus, quos gratulando clerus & populus Romanus ſuſcepit. *Quanquam ſynodi hic poſt pauca mentionem facit Zacharias, forte Sueſſionenſis, in qua fides Nicana, aliorumque conciliorum vniuerſalium approbata eſt. Mabillonius* ad h. l. p. 72.

Interea per alia ſcripta fraternæ ſanctitatis tuæ petiſti, vt ſacerdos a nobis dirigatur in partibus Franciæ & Galliæ ad concilia celebranda. Sed dum, Deo propitio, tua ſanctitas ſuperſtes exiſtit, qui ſedis Apoſtolicæ & noſtram illic præſentas vicem, alium illic dirigere neceſſarium non eſt. Quos autem reperceris, amantiſſime frater, habentes ſcientiam ſacræ doctrinæ, & ſanctam tenentes legem, atque orthodoxam ſine dubio defendentes fidem, hos mittere ſtude, in quibus præuideris locis ad prædicandum verbum ſalutis.

Concilia vero, aggregatis Epiſcopis prouincialibus, vt tibi, & vbi rectum videtur, celebranda procura, & quos deuiantes inueneris, confunde facies eorum ignominia, vt ſint coram omnibus ſine honore. Dominus enim Deus noſter erit tecum.

Suſcepimus vero & chartam conſcriptam veræ atque orthodoxæ profeſſionis & Catholicæ vnitatis, quam cum dilectiſſimis nobis Epiſcopis partis Francorum tua direxit reuerenda fraternitas. Quam reſerantes nimio gaudio ſumus repleti, innumerabiles gratias agentes Deo Patri omnipotenti, quia vnanimitatem eorum ad ſocietatem noſtram reuocare dignatus eſt, vt ſpiritalis eorum mater lætetur ſancta eccleſia. Noſtra autem vice, chariſſime, omnes in oſculo pacis CHRISTI ſaluta: quia & nos dilectioni eorum gratias agentes Apoſtolicas miſimus litteras.

Nam & hoc intimatum eſt a tua fraterna ſanctitate, quod Virgilius ille (ne-
408 ſcimus, ſi dicatur Presbyter) malignatur aduerſum te, pro eo quod confundebatur a te, erroneum ſe eſſe a Catholica doctrina, immiſſiones faciens Otiloni Duci Baioariorum, vt odium inter te & illum ſeminaret: aiens, quod & a nobis eſſet abſolutus, vnius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinauit fraternitas, diœceſin obtinere. Quod nequaquam verum eſt, quia mentita eſt iniquitas ſibi. De peruerſa autem & iniqua doctrina, quam contra Deum & animam ſuam locutus eſt, ſi clarificatum fuerit, ita eum confiteri, quod alius mundus, & alii homines ſub terra ſint, * hunc accito conſilio ab eccleſia pelle, ſacer-

ſacerdotii honore priuatum. Attamen & nos ſcribentes prædicto Duci euocatorias de prænominato Virgilio mittimus litteras, vt nobis præſentatus, & ſubtili indagatione requiſitus, ſi erroneus fuerit inuentus, canonicis ſanctionibus condemnetur. Qui enim ſeminant dolores, ipſi metunt eos. Sic enim ſcriptum eſt †*: *Peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo; probata autem virtus corripit inſipientes.* Edit. I pag.

† Sap. 1, 3.

* *Addit* Surius, *aliuſque ſol & luna* (S.)

* Surius, ſynodo

Pro * Sidonio autem ſupra dicto, & † Virgilio Presbyteris, quod ſcripſit ſanctitas tua, agnouimus. Illis quidem, vt condecebat, comminando ſcripſimus: tuæ autem fraternitati plus credulitatis quam illis admittetur. Si autem placuerit Deo, vita comite, ſedi Apoſtolicæ eos, miſſis Apoſtolicis litteris, vt prælatum eſt, euocabimus. Docuiſti enim eos, & non ſuſceperunt: & factum eſt in illis, ſicut ſcriptum eſt*, Sapientia: *Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat teſtam*†: *arenam & ſalem & maſſam ferri facilius eſt portare, quam hominem imprudentem & fatuum, & impium. Quoniam qui minoratur corde, cogitat inania, & vir imprudens & errans cogitat ſtulta.* Non ergo ad iracundiam prouocetur cor tuum, frater, ſed in patientia tua, vbi tales repereris, admone, obſecra, increpa, vt conuertantur ab errore ad viam veritatis. Et ſi conuerſi fuerint, ſaluaſti animas eorum, ſi vero in duritia permanſerint, mercedem miniſterii tui non perdes, illos autem iuxta Apoſtoli vocem deuita.

Eccl. 22, 7. & 18. ib. c. 16.

Iac. 5, 20.

* *An Sidonius ex Augienſi monacho Conſtantienſis Epiſcopus? qui S. Othmarum Abbatem relegauit.* Sic *Mabillo* p. 72.

† *Et tamen Zacharias ſupra cap. III* (4) Sidonium & Virgilium *religioſos viros appellat. Certe* Virgilius *inter ſanctos eccleſiæ Salzburgenſis Antiſtites locum habet, vt videbimus inferius ad an. DCCLXXX.* Sic *Mabillonius* l. d. p. 72.

* *Surius*; in libro Sapientiæ.

† *Mabillonius* pag. 73; conglutinat teſtarenam.

* Surius, quia

* Surius, idoneum

Alia denique ſcripta tuæ fraternitatis continebant, quod iam olim de Agrippina ciuitate ſcripſiſti,* quod Franci non perſeuerauerunt in verbo, quod promiſerunt, & nunc moratur tua fraternitas in ciuitate Maguntia †. Petiſti autem, vt cum noſtro conſultu pro ſuperueniente tibi ſenectute, & plena dierum ætate, atque imbecillitate corporis, vt ſi inuenire potueris * alium in eandem ſedem, in qua præes, pro tui perſona debeas collocare: tu vero, chariſſime, legatus & miſſus eſſe, vt fuiſti, ſedis Apoſtolicæ. Nos vero, adiutore Deo, conſilium præbemus tuæ reuerendæ ſanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium, fautore CHRISTO, ſedem, quam obtines ſanctæ Moguntinæ eccleſiæ, nequaquam relinquas, vt impleatur in te dominicum præceptum: *Qui perſeuerauerit vſque ad finem, hic ſaluus erit:* Sin vero, ſi Dominus dederit iuxta tuam petitionem hominem perfectum, qui poſſit ſollicitudinem habere, & curam pro ſalute animarum; pro tui perſona illum ordinabis Epiſcopum, eritque in euangelio tibi credito, & miniſterio CHRISTI portando in omni loco requirens, & confortans eccleſiam DEI. 409

Matth. 24. 13.

† *Id qua ratione factum ſit, diſce ex lib. I cap. XXXVII* (44). *Quod dicit Zacharias de mutato Francorum conſilio, ex ſuperiori capite VII* (8) *intelligitur. Lege cap. XIV* (15) *infra.* Ita *Mabillonius* in adnotat. ad h. l. p. 73.

* Sur. non habet.

* Surius XXXIX

Oramus itaque Dominum & Redemptorem noſtrum, vt ſacris interuentionibus ſuæ ſanctæ genitricis ſemper virginis Mariæ, dominæ noſtræ, & beatorum principum Apoſtolorum Petri & Pauli orantem pro nobis fraternam ſanctitatem tuam ſoſpitem & incolumem conſeruare dignetur. * Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime & ſanctiſſime frater. Data Kalendis Maii, imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore, pacifico, imperii anno * XXIX, Pater eius anno ſeptimo †, indictione prima a).

† *Videtur eſſe tranſpoſitio, & ſic legendum:* imperii eius anno ſeptimo (S.)

a) *Hæ notæ chronologicæ reſpondent anno Chriſti DCCXLVIII, quo Bonifacius iam ſedi Moguntiacenſi præfectus erat, id quod his litteris Zacharias confirmat. Alio proinde ſpectat alia eiuſdem epiſtola infra c. XIV* (15) *relata, nempe in nonam eccleſiarum acceſſionem metropolitana ſedi Maguntina a Zacharia factam in Bonifacii gratiam.* Mabillo ad h. l. p. 73.

CAPVT

Edit. I [illegible]

CAPVT XI

De quibuſdam Archiepiſcopis & hæreticis.

Reuerendiſſimo fratri Bonifacio Zacharias.

Legimus in libro actuum Apoſtolorum, Spiritum ſanctum Apoſtolis præcepiſſe: *Separate mihi Barnabam & Paulum in opus, ad quod aſſumpſi eos.* Act. 13, 2.
Propter hoc & beati principis Apoſtolorum Petri illuminatam doctrinis, ex inſpiratione diuina, tuam ſanctitatem in partes Germaniæ credimus deſtinatam, vt, ad inſtar eorum, idem Spiritus ſanctus in eodem opere te aſſumpſerit ad il-
410 luminationem gentium; vnde nimis exultamus in Domino, & eius petitioni immenſas referimus laudes. Dum vero & ſeries litterarum tuarum nobis panderetur, per ſingula, multo amplius lætati ſumus in Domino, qui tibi ſuam gratiam ita largiri dignatus eſt, vt dura gentis corda lenires, & ad obedientiam ſacræ fidei inclinares. Indicaſti etiam nobis, quomodo tetigiſſet Deus corda excellentiſſimorum filiorum noſtrorum, Pipini & Karolomanni, vt tibi in prædicatione adiutores eſſe niterentur, quorum merces copioſa manet in cælis.

De Epiſcopis vero Metropolitanis, id eſt, Grimone †, quem nos iam compertum habemus, Abel quoque & Harteberto *, quos per vnamquamque * al. Alberto
metropolim conſtituiſti, hos per tuum teſtimonium confirmamus, & pallia ad eorum firmiſſimam ſtabilitatem, vt in meliori proficiant ſtatu, tranſmittimus. Qualiter autem mos pallii ſit, vel quomodo fidem ſuam exponere debeant hi, qui pallio vti conceduntur, litteris directis docuimus, informantes eos, vt ſciant, quid ſit pallii vſus, & qualiter debeant ſubiectis prædicare viam ſalutis, & eccleſiaſtica diſciplina in eorum eccleſiis inconcuſſa maneat, & ſacerdotium, quod in eis eſt, non pollutum, vt antea fuit, ſed mundum & acceptum Deo eſſe poſſit.

† Grimonem *Rotomago*, Abelem *Durocortoro Remorum*, Hartebertum *Avarico Senonum præfecit Bonifacius, petita facultate a Zacharia ſupra cap. I* (2) *De* Abele *dictum eſt ſupra ad an. DCCXXXVII in appendice ad vitam S. Erminonis Abbatis. Lege epiſtolam ſequentem & caput XII* (13) *Mabillonius* ad h. l. p. 73.

Retuliſti etiam nobis, chariſſime frater, quod duos pſeudoprophetas in Francorum prouincia reperiſſes, quos non pſeudoprophetas, ſed magis pſeudochriſtianos appellare debemus, ex quibus vnum * nouum quidem Simonem, * Aldebertum Mab.
iuxta tenorem litterarum tuarum, reperimus; qui ſibi & ſacerdotium vendicabat, & a luxuria ſe minime continebat, ſeduxitque populum per varias falſitates, ita vt cruces ſtatuens in campis & oratoriola, illuc faciat populum concurrere, publicaſque eccleſias relinquere; quique ſanctitatis nomine ſe vocari cenſuit, & in ſuo nomine eccleſias conſecrauit, affirmans ſe angelorum nomina ſcire, quæ in tuis litteris nobis conſcripta direxiſti; quæ nomina nos non angelorum, ſed dæmoniorum affirmamus. Alium * vero ita luxuriæ deditum * Clementem Mab.
intimaſti, vt concubinam haberet, & duos ex ea filios procrearet, & tamen ſacerdotium ſibimet vendicaret, affirmans hoc iuſtum eſſe iuxta traditionem veteris Teſtamenti, vt defuncti fratris ſuperſtes frater ducat vxorem, & quia Chriſtus reſurgens ab inferis nullum ibi reliquiſſet, ſed omnes inde abſtraxiſſet.
411 Quæ omnia deteſtabilia & ſceleſta iudicamus. Bene autem tua ſancta fraternitas iuxta eccleſiaſticam regulam eos damnauit, & in cuſtodiam miſit, optimeque vocauit antichriſti miniſtros & præcurſores.

De cetero decerta, chariſſime, & viriliter age, & peruigil permane in miniſterio Chriſti, vt amplius ſanctæ eccleſiæ grex augeatur, & præmium æternæ retributionis creſcat copioſum *.

* *Addunt alii:* & cum ſanctis & electis Dei (vt credimus) inueniaris particeps & Apoſtolorum conſors. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime Frater. Data X Kal. Iul. imperante Domino Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore, anno tertio, & Nicephoro, magno Imperatore, anno tertio, indictione XI. *Hinc patet, epiſtolam iſtam proceſſiſſe concilium Romanum, de quo ſupra cap. IV* (5) *Mabillonius* ad h. l. p. 74.

Harum litterarum ſubſcriptio, quæ deeſt apud Serarium *in vita S. Bonifacii lib. II cap. XI, magnam patitur difficultatem, & variis modis apud alios auctores effertur, Apud* Baronium

ronium *num. VII his verbis exprimitur :* Data decimo Kalendas Iulii imperante Domino Artabaſdo *&c. Vbi* Baronius *in margine reponit,* decima , *& in additionibus ad* Surium *in vita Bonifacii ad diem V Iun. vtraque legitur. Apud* Antonium de Aquino *tom. II Epiſcop. Decret. habetur :* Dat. X Kalend. Iul. imp. Dom. Arthavaſdo a Deo coronato magno Imp. an. III, Pat. eius an. III, ſed & Nicephoro magno Imp. anno III, indictione X. *Denique* Sirmondus *hanc ſubſcriptionem ſic exhibet :* Data X Kal. Iulias, imperante Domno Artavaſdo, a Deo coronato magno Imperatore anno III , poſt conſulatum eius anno III , ſed & Nicephoro magno Imperatore anno III , indictione XII, *qua a Kalend. Septembr. huius Chriſti anni (DCCXLIII) initium ſumit. De die conueniunt omnes , qui tamen mendoſe deſcriptus eſt , vt mox demonſtrabimus. Conueniunt & de anno tertio Artabaſdi & Nicephori Auguſtorum : ſed cum vterque menſe Nouembri currentis Chriſti anni ſolio exturbatus fuerit , & Nicephorus circa Kalend. Maias huius Chriſti anni a patre coronatus ſit , non dubium , quin loco ,* ſed & Nicephoro magno Imperatore anno III , *legendum ſit ;* ſed & Nicephoro magno Imperatore anno I. *Annus tertius poſt conſulatum Artabaſdi recte cum anno tertio eius imperii , quem certum eſt , tum attigiſſe, copulatur , recteque etiam in editione* Sirmondi *legitur indictio* XII *loco* indictionis X *aut* XI , *& loco* indictionis XIII, *quam poſuit* Cointius *anno DCCXLV num. XLVIII. Subſcriptio itaque huius epiſtolæ Pontificiæ , quæ ordine eſt IV inter epiſtolas Zachariæ, ſic reſtituenda , vt ex mox dicendis conſtabit :* Data X Kalend. Octobr. imperante Domino Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore , anno III , P. C. anno III , ſed & Nicephoro magno Imperatore anno I, indictione XII. *Pagi* ad an. DCCXLIII n. II, qui n. III ita pergit : *Zacharias Papa, poſtquam ſcripſit præcedentes litteras , alias a Bonifacio accepit , quæ ad nos non peruenere , ſed quarum mentionem facit Zacharias , & quibus reſpondet epiſtola V, recitata hoc anno a* Baronio. *(v.* Othlonus *lib. II cap. XII) Cum itaque epiſtola Bonifacii ad Zachariam, qua tria pallia ab eo poſtulauit, data ſit menſe Auguſto , teſte ipſomet Zacharia , epiſtola eiuſdem Pontificis , numero ſuperiori explicata , nonniſi per librariorum errorem dicitur data X Kal. Iul. ſeu die XXII menſis Iun. Cum enim epiſtola Bonifacii menſe Auguſto exarata fuerit , & ad eam reſpondeat Zacharias , mittatque tria pallia ab eo petita , reſponſum poſt menſem Auguſtum datum fuiſſe , neceſſe eſt : alioquin illud trium palliorum petitionem non ſubſecutum eſſet , ſed præceſſiſſet, cum tamen Zacharias contrarium ſcribat, eaque pallia a ſe poſtulata diſerte adſerat.* Tandem concudit n. IV ; *Ceterum vtramque Zachariæ epiſtolam , tam ordine IV, quam ordine V, currente indictione XII , currentique anno (DCCXLIII) poſt celebrationem concilii Liptinenſis Kalend. Mart. habiti , ſcriptam eſſe, oſtendunt laudata Zachariæ verba :* Concilium , adiuuante Deo , & Carolomanno præbente conſenſum , factum eſt. Hæc *Pagi* p. 256 ; qui etiam num. V p. 257 fundamenta *Sirmondi* atque *Cointii* , rationibus adductis , euertit.

CAPVT XII

De Palliis , & ex iiſdem , ſimonia.

Reuerendiſſimo fratri Bonifacio Zacharias ſeruus ſeruorum Dei.

SVſcipientes ſanctæ fraternitatis tuæ litteras per præſentem gerulum , & relegentes , quæ in eis continebantur , in extaſin quandam incidimus , & admirationem magnam , eo quod nimis diſſonare videntur ab eis litteris , quæ a tua directæ ſunt fraternitate per elapſum Auguſtum menſem , vbi nobis indicaſti , quod concilium , adiuuante Deo , & Karolomanno conſenſum præbente , factum eſt , & qualiter falſos ſacerdotes , qui diuinum non erant digni attrectare miniſterium , a ſacro munere ſuſpendiſti , & quia tres Archiepiſcopos per ſingulas metropoles ordinaſſes , reſeraſti , idem Grimonem in ciuitate , quę dicitur Rodoma : ſecundum vero in ciuitate , quæ dicitur Remoram : tertium Hartbertum , in ciuitate , quæ dicitur Sennis , qui & apud nos fuit , & tua nobis pariter , & Karolomanni atque Pipini detulit ſcripta , per quæ ſuggeſſiſtis , vt tria pallia tribus prænominatis Metropolitanis dirigeremus ; quod & fecimus pro adunatione & reformatione eccleſiarum Chriſti. Nunc autem denuo tuas ſuſcipientes litteras valde ſumus , vt diximus , mirati , eo quod antea nobis ex petitione prædictorum Principum , pro tribus palliis ſuggeſſiſti , & poſtea pro ſolo Grimone. Sed volumus , vt nobis indicet tua fraternitas , cur tantæ rei facta ſit permutatio.

Recte Serarius *textum illum epiſtolæ Zachariæ ſic reſtituit :* Grimonem in ciuitate Rothomagum , ſecundum vero Abel in ciuitate, quæ dicitur Rhemorum , tertium denique Harthbertum , in ciuitate , quæ dicitur Sennis. *Confirmo hanc reſtitutionem ex* Flodoardo *lib. II cap. XVI , vbi probat,* Abel *fuiſſe* Epiſcopum Rhemenſem *ex epiſtolis* Zachariæ,

Edit. I pag. *ad S. Bonifacium directis*; in quarum vna, *inquit* Flodoardus, commemorat indicaſſe B. Bonifacium ſuis litteris inter cetera, quod tres Epiſcopos per ſingulas metropolitanas vrbes ordinaſſet, i. e. Grimonem in ciuitate, quæ dicitur Rotomagus; ſecundum vero Abel in ciuitate, quæ dicitur Rhemorum; tertium denique in ciuitate, quæ dicitur Senonis *&c.* Ita doctiſſimus *Pagi* l. d. ad an. DCCXLIII p. 258.

Reperimus etiam in litteris tuis, quæ nimis animos noſtros conturbauerunt, quod talia nobis a te referantur, quaſi nos corruptores ſimus canonum, & Patrum reſcindere traditiones ſtudeamus, ac per hoc, quod abſit, cum noſtris cle-
412 ricis in ſimoniacam hæreſim incidamus, expetentes & accipientes ab illis præmia, quibus tribuimus pallia. Sed hortamur, chariſſime frater, vt nobis deinceps tale aliquid minime ſcribas, quia faſtidioſum & iniurioſum nobis videtur, dum nobis ingeritur, quod nos omnino deteſtamur. Abſit enim a nobis & a noſtris clericis, vt donum, quod per Spiritus ſancti gratiam ſuſcepimus, pretio venundemus, quia illa tria pallia, pro quibus te ſuggerente, vt prædiximus, flagitati ſumus, nullum expetentes commodum, tradidimus. Inſuper & chartas, quas ſecundum morem, a noſtro ſcrinio, pro confirmatione & doctrina, de noſtro conceſſimus, nihil pro eis accipientes.

Suggeſſiſti etiam nobis per alia ſcripta tua, quod in Bagoaria vnum repeiſſes falſum ſacerdotem, qui affirmabat, ſe a nobis ordinatum eſſe Epiſcopum. Sed tua fraternitas optime egit, dum ea non credens, quæ falſo retulit, ſacerdotio illum priuaſti. Sic etenim auctoritate beati Petri Apoſtoli præcipimus, vt quemcunque repereris ſacris canonibus deuiare, nulla ratione patiaris ſacrum miniſterium tractare.

Et quia ſciſcitatus es, ſi deberes in Bagoariæ prouincia ius habere prædicationis, quam a deceſſore noſtro habuiſti conceſſam, nos quoque, auxiliante Deo, omnia, quæ tibi largitus eſt deceſſor & prædeceſſor noſter, non minuimus, ſed augemus *. Nam non ſolum Bagoariam, ſed etiam omnem Galliarum prouinciam, donec te diuina iuſſerit ſupereſſe maieſtas, noſtra vice per prædicationem tibi iniungimus, vt quæ repereris contra Chriſtianam religionem, vel canonum inſtituta ibidem detineri, ad normam rectitudinis ſtudeas reformare †.

* *Hinc mirari ſubit & Bonifacii libertatem intrepidam, & Zachariæ Pontificis lenitatem, qui a Bonifacio inſimulatus ſimonia, auget gratiam, nedum minuit inſimulatori.* *Mabillon* h. l. p. 75.

† *Alii addunt*; Dominus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime & ſanctiſſime Frater. Data Non. Nouembr. imperante piiſſimo Auguſto Artabaſdo, a Deo coronato magno Imperatore, anno tertio, Patriciatus eius anno tertio; ſed & Nicephoro, magno Imperatore, eius filio, anno tertio, indictione XI. *Mabillonius* h. l. p. 75. *Pagi* vero ad an. DCCXLIII n. XI p. 258 & ſeq. non docte minus, quam acute: Data Nonas Nouembr. *&c. Ita habet* Baronius; *qui in margine, loco* indictionis XI reponit X. *Subſcriptionem illam ex codice Cæſareo ſic publicauit* Serarius: Data Nonis Nouembris imperante Domino piiſſimo Aug. Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, Patriciatus eius anno tertio, ſed & Nicephoro magno Imperatore eius filio anno tertio, indictione XIII. *Idem denique habet* Sirmondus, *niſi quod loco* Patriciatus *recte legit* P. C. *i. e.* poſt Conſulatum. *Verum, cum inter omnes conſtet, hanc vltimam epiſtolam eodem, quo ſuperior, anno ſcriptam eſſe, non dubium, quin legendum ſit:* Data Nonis Nouembris imperante Domino piiſſimo Aug. Artabaſdo a Deo coronato magno Imperatore anno tertio, poſt Conſulatum eius anno tertio, ſed & Nicephoro magno Imperatore eius filio anno primo, indictione XII, *qua menſe Nou. huius anni (DCCXLIII) obtinebat: quoue Artabaſdus & Nicephorus a Conſtantino Imperatore capti excæcati ſunt. Vnde male* Cointius *indictionem* XIV *legendam, & vtramque epiſtolam an. DCCXLV datam contendit, vt ex dictis de initio & fine Artabaſdi manifeſtiſſimum ſit.*

CAPVT XIII

S. Bonifacii ad eundem Pontificem petitio indulgentiæ, conſilii, & confirmationis monaſterii Fuldenſis.

Reuerendiſſimo Patri, dilectiſſimo Domino, cum timore & honore venerando Magiſtro, Apoſtolici honoris priuilegio prædito, Pontificatus infula Apoſtolicæ ſedis ſublimato, Zachariæ, Bonifacius exiguus ſeruus veſter, licet indignus & vltimus,

timus, tamen Legatus Germanicus deuotiſſimus, optabilem in Chriſto immarceſcibilis charitatis ſalutem. Edit. I pag.

conf. notat. XXXVI. PAternæ pietatis veſtræ ſanctitatem ſubnixis precibus obſecro, vt hunc Presbyterum meum, portitorem litterarum mearum, nomine *Lul*, grato animo clementer ſuſcipiatis. 413 Habet enim ſecreta quædam mea, quæ ſoli pietati veſtræ profiteri debet, quædam viua voce vobis dicere, quædam per litteras notata oſtendere, de quibuſdam vero neceſſitatibus meis inquirere & interrogare, & mihi paternitatis veſtræ reſponſum & conſilium ex auctoritate ſancti Petri principis Apoſtolorum ad ſolatium ſenectutis repræſentare, vt his omnibus auditis & conſideratis, ſi quæ ſint, quæ vobis placeant facta, adaugere, Deo volente, ſtudeam: ſi autem quid, vt timendum eſt, diſpliceat, & præcepto ſancti Apoſtolatus veſtri vel indulgentiam merear, vel dignam pœnitentiam perſoluam. Anteceſſor etenim præceſſoris veſtri venerandæ memoriæ Gregorius, dum me indignum ordinauit, & ad prædicandum verbum fidei Germanicis gentibus miſit, ſacramento me conſtrinxit, vt canonicis & iuſtis Epiſcopis & Presbyteris in verbo, in facto, in conſenſu aſtipulator & adiutor fierem. Hoc autem cum diuina gratia implere ſtudui. Falſos autem ſacerdotes, hypocritas, & ſeductores populorum, vel corrigerem ad viam ſalutis, vel declinarem, & abſtinerem a communione ipſorum, quod ex parte ſeruaui, & ex parte cuſtodire & implere non potui. Spiritaliter impleui ſacramentum, quia in conſenſum & in conſilium illorum non venit anima mea. Corporaliter autem ab eis omnino abſtinere non potui. Dum veniſſem ad Principem Francorum, cogente eccleſiarum neceſſitate, cum tales ibi reperi, quales nolui: ſed tamen in ſancta communione corporis CHRISTI illis non communicaui. Præcepit quoque mihi præfatus Apoſtolicus Pontifex, vt populorum quoſcunque viſitaſſem, conuerſationem & mores Apoſtolicæ ſedis Pontifici indicarem, quod in Domino confido me feciſſe. De eo autem, quod iam præterito tempore de Archiepiſcopis & de palliis a Romana eccleſia petendis, iuxta promiſſa Francorum, ſanctitati veſtræ notum feci, indulgentiam Apoſtolicæ ſedis flagito: quia quod promiſerunt, tardantes non impleuerunt, & adhuc differtur & ventilatur, quid inde perficere voluerint, ignoratur, ſed mea voluntate impleta eſſet promiſſio.

Eſt præterea locus ſiluaticus in eremo vaſtiſſimæ ſolitudinis, in medio nationum prædicationis noſtræ, in quo monaſterium † conſtruentes, monachos 414 conſtituimus ſub regula ſancti Patris Benedicti viuentes, viros ſtrictæ abſtinentiæ, abſque carne & vino, abſque ſicera & ſeruis, proprio manuum ſuarum labore contentos. Hunc locum ſupradictum, per viros religioſos & Deum timentes, maxime Carolomannum quondam Principem Francorum, iuſto labore acquiſiui, & in honore ſancti Saluatoris dedicaui. In quo loco, cum conſenſu pietatis veſtræ, propoſui aliquantulum vel paucis diebus feſſum ſenectute corpus requieſcendo recuperare, & poſt mortem iacere. Quatuor etenim populi, quibus verbum CHRISTI per gratiam Dei * diximus, in circuitu loci huius habitare dinoſcuntur. (* ſ. prædicauimus.) Quibus, cum veſtra interceſſione, quamdiu viuo vel ſapio, vtilis eſſe poſſum. Cupio enim veſtris orationibus, comitante gratia Dei, in familiaritate Romanæ eccleſiæ, & veſtro ſeruitio, inter Germanicas gentes, ad quas miſſus fui, perſeuerare, & præcepto veſtro obedire, ſicut ſcriptum eſt: *Iudicium patris audite, filii dilecti, & ſic facite, vt ſalui ſitis.* Et alibi *: *Qui honcrat patrem ſuum, vita viuet longiore.* Et iterum: *Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio a Domino, & benedictio patris firmat domus filiorum.* (Eccl. 3, 2. 7. v. 7. v. 9. 10.)

† *Fuldenſe ſcilicet; ita dictum a præterfluente amne Fulda: cui monaſterio Zacharias priuilegium concedit epiſtola ſequente. De Fuldenſi monaſterio ſuſius agendum in actis S. Sturmii ad an. DCCLXXIX. Zacharias aliud priuilegium pro libertate Fuldenſis monaſterii Othlonus refert infra.* Sic *Mabillon* h. l. p. 76.

CAPVT

Edit. I pag.

CAPVT XIV

Reſponſio Pontificis ad Bonifacii litteras, variarum quæſtionum pleniſſimas, quæ non extant.

Reuerendiſſimo & ſanctiſſimo fratri Bonifacio Coepiſcopo, Zacharias Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

BEnedictus Deus Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, qui diſperſa congregat, & congregata conſeruat, augetque fidem & fiduciam ſeruis ſuis ad prædicandum verbum euangelii IESV CHRISTI Domini noſtri, cum in eodem
Patre, & Spiritu ſancto in vnitate viuenti in ſæcula ſæculorum: ipſi gloria & *non in Surio*
415 laus, qui adiutor & protector eſt in ſe credentibus. Ipſe enim dixit: *Qui credit in me, vita viuet, & non morietur, quoniam ego ſum via, vita, & veritas.* *Ioan. 11, 26.* *Ioan. 14, 6.* Laudamus & ſuperexaltamus nomen eius læti, gaudentes, per harum gerulos, & ſanctæ fraternitatis tuæ litteris allatis ſuperſtitem te in hac vita, & in Domino te valere cognoſcentes, petentes immenſam Dei noſtri diuinitatem, vt ad prædicandum multo amplius euangelii atque ſanctæ fidei eius ſacramentum longæuum te conſeruet, ſuaque protectione te muniat, & ab aduerſantium inſidiis pie miſerendo cuſtodiat.

Suggeſſit itaque fraterna ſanctitas tua in ſuis apicibus, quod prædeceſſor noſter beatæ memoriæ Gregorius huius ſedis Apoſtolicæ Præſul, dum ad prædicandum verbum euangelii tuam miſiſſet fraternitatem in Germaniæ partibus & gentibus illis paganis, verbo pollicitationis a te eſſe munitum: ita vt orthodoxos Epiſcopos, ac Presbyteros, vel quoſque reperire potuiſſes in verbo exhortationis perfectos, amplius confirmares, & eis communicares, quod & factum eſt. *Surius, ab eo conſtrictus fuiſſes* Si quos vero ſeductores Epiſcopos, aut pſeudopresbyteros, vel quoſque a recto fidei tramite deuiantes reperiſſes, nulla tibi cum eis communio, quod, te Deo ſolatiante, vſque ad præſens ſpiritualiter ſeruaſſe confeſſus es. Vel ſi omnino propter principalem & humanum fauorem gentis Francorum, dum ad eos acceſſiſſes, corporaliter abſtinere non valuiſti, cogente neceſſitate eccleſiarum Dei, & tamen in eorum conſilio & conſenſu communionis anima tua non eſt coinquinata. Itaque propter hoc, quod cum eis conuerſatus es, non conſentiens iniquitati eorum, nullum tibi eſt detrimentum coram Deo. Te enim prædicante, ſi obedirent, ſalui eſſent: ſin autem in iniquitate permanent, ipſi peribunt, tu autem, iuxta Prophetæ dictum *, ſaluaſti animam tuam. **Ezech. 33, 5*

De * Epiſcopis autem Francorum, & palliis ſcripſiſti, quod iuxta promiſſionem ſuam nondum impleuerunt, qui ſi impleuerint iuxta verbum, habebunt ex eo laudem: ſin vero aliter egerint, ipſi videbunt. Nos enim, diuina gratia largiente, quod gratis accepimus, gratis damus. Tua quidem benigna voluntas propter hoc ** a nobis ſuſcepta eſt.

* *Surius* l. *Principibus* (S.)
** *Surius* l. *mercede non priuabitur.* (S.)

Igitur & hoc petiſti, vt monaſterium in vaſtiſſima ſolitudine, & in medio
416 gentium, quibus prædicas, conſtitutum, & a te fundatum, atque in honore Saluatoris Dei noſtri dedicatum, vbi etiam & monachos ſub regula B. Benedicti degere ordinaſti, illud venerabile monaſterium nomini tuo priuilegio ſedis Apoſtolicæ munire deberemus. Quod votis tuis acquieſcentes ordinauimus iuxta deſiderium & petitionem tuam. Congruit enim diuini miniſterii prædicatorem, optimumque miniſtrum ad deſiderata pertingere, & cœptum bonum opus vſque in finem perficere, ſicut ſcriptum eſt in Dominico præcepto: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Et beatus ſeruus ille, quem, cum venerit Dominus, inuenerit ſic facientem. Etenim ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.* *Matt. 10, 22* *Luc. 12, 44.*

Interea prædictus tuus gerulus *Lul*, cum ceteris ſuis comitibus, quæ iniuncta fuerunt a tua fraterna ſanctitate tam in verbo quam per ſcripta, omnia liquidius ſuggerentes innotuerunt. De quibus tam in verbo reſponſum dantes, & per ſcripta tuæ remiſimus fraternitati. Continebant enim capitula in pyctacio ab

 eis

Digitized by Google

ctis porrecto, quæ inferius annexa ſunt, de quibus flagitaſti a nobis, quæ recipienda, quæ reſpuenda ſint. In primis de volatilibus, id eſt, graculis, & corniculis, atque ciconiis, quæ omnino cauendæ ſunt ab eſu Chriſtianorum. Etiam * fibri, & lepores, & equi ſiluatici † multo amplius vitandi. Attamen, ſanctiſſime frater, de omnibus e ſcripturis ſacris ** bene compertus es. Edit. I pag.

* *In Surio non.* (S.)

† *Alii*, inquit *Mabillon* in notis p. 77, *inſerunt*: etiam fibri, & lepores, & equi. *Ex quibus atque etiam ex Canonibus Theodori Cantuarienſis Epiſcopi diſcimus, etiam tum animalium veteri lege probibitorum habitam fuiſſe rationem.*

** *Surius* l. *ſatis bene inſtrui poteris* (S.)

In Surio aliter. De igne autem paſchali quod inquiſiſti, a priſcis ſanctis Patribus, ex quo, per Dei & Domini noſtri IESV CHRISTI gratiam, & pretioſo ſanguine eius dedicata eſt, quinta feria Paſchæ, dum ſacrum chriſma conſecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diuerſis candelis eccleſiæ oleo collecto, in ſecretiori eccleſiæ loco, ad figuram interioris tabernaculi inſiſtentes indeficienter, cum multa diligentia inſpectæ ardebunt, ita vt oleum ipſum ſufficere poſſit vſque ad tertium diem. De quibus candelis, ſabbato ſancto, pro ſacri fontis baptiſmate ſumptus ignis, per ſacerdotem renouabitur. De chryſtallis * autem vt aſſeruiſti, nullam habemus traditionem.

* *Surius* l. *de igne, qui ex chryſtallis ſumitur* (S.) *Mabillonius* vero.; *de igne vero, qui ex chryſtallis*

De his, qui regio morbo vexantur †, inquiſiſti, ſiue homines ſiue equi ſint, quid faciendum ſit de illis. Si homines ex natiuitate, aut genere, iſtius morbi ſunt, hi extra ciuitatem conuerſari debebunt: eleemoſynam vero accipiendam a populo non vetari *. Si autem contigerit magnum vel paruum, non natiuitate, ſed ſuperueniente ægritudine vexari, non eſt proiiciendus, ſed, ſi poſſibile eſt, curandus: attamen in eccleſia, dum ad communionem venerit, poſt omnium ſuppletionem erit ingreſſurus ad participandum munus **. Equi vero, qui præfato morbo fuerint coinquinati, ſi curari non valuerint, in puteis & foueis proiiciendi ſunt, ne eiuſdem contagione ceteri coinquinentur. De animalibus autem, quæ a furentibus, id eſt, rabidis lupis, & canibus fuerint lacerata, oportet ea a ceteris ſeparari, ne furentes & mordentes cetera coinquinent †. Quod ſi pauca ſunt, vt ſupra diximus, in foueam proiicienda ſunt. 417

† *Hoc nomine lepram ſignificarunt antiqui.* Ruffinus *lib. X hiſtor. cap. XXV de* Eunomio *loquens*; vir corpore & anima leproſus, & interius exteriuſque morbo regio correptus. *item lib. II aduerſus Hieronymum. Et* Hieronymus *ipſe aduerſus Ruffinum, ſub finem*: poſt aliquantum temporis computruit morbo regio. *Mabillon* ad h. l. p. 77.

* Al. *ad eleemoſynam vero accipiendam a populo non deuitari* (S.)

** *Surius* l. *poſt omnes accedere debet ad percipiendum S. muneris myſterium* (S.)

† *Addunt*, inquit *Mabillon* in not. p. 78, *alia exemplaria*: Quod ſi pauca &c.

Nam & hoc inquiſiuit fraternitas tua, ſi licet ſanctimoniales feminas, quemadmodum viri faciunt, ſibi inuicem pedes abluere, tam in cœna Domini, quam
Ioan. 13, 14 & ſeq. in aliis diebus. Hoc Dominicum præceptum eſt, quod qui per fidem impleuerit, habebit ex eo laudem. Etenim viri & mulieres vnum Dominum habemus, qui in cælis eſt.

Pro benedictionibus autem, quas faciunt Galli, vt noſti frater, multis vitiis variantur. Nam non ex Apoſtolica traditione † hoc faciunt, ſed per vanam gloriam operantur, ſibi ipſis damnationem adhibentes, dum ſcriptum eſt: *Si quis*
Gal. 1, 9. *vobis euangelizauerit præter id, quod euangelizatum eſt, anathema ſit.* Regulam Catholicæ traditionis ſicut ſuſcepiſti, frater amantiſſime, ſic omnibus prædica, omneſque, ſicut a ſancta Romana, cui, Deo auctore, deſeruimus, eccleſia accepiſti ......

† *An ſuperſtitioſas quarundam muliercularum benedictiones intelligit? an potius eccleſiaſticas benedictiones nonnullas, ſicuti ignis eliciti ex chryſtallo? de quo ſupra. Cur enim alias traditionem Apoſtolicam opponeret? Mabillon* h. l. p. 78.

Inquiſiſti etiam & hoc, ſi ante triceſimum annum, liceat ſacerdotem ordinari. Bonum & congruum eſt, chariſſime, ſi fieri & inueniri poteſt, vt prouectæ ætatis & boni teſtimonii viri, iuxta ſacrorum canonum inſtituta, ordinentur ſacerdotes. Si autem minime reperiuntur, & neceſſitas expoſcit, a viginti quin-

Edit. I pag. quinque annorum, & ſupra, Leuitæ, & Sacerdotes ordinentur; quemadmodum in lege Domini continetur. Num. 4, 3 & 8, 24 ſeq.

De Milone * autem & eiuſmodi ſimilibus, qui eccleſiis Dei plurimum nocent, vt a tali nefario opere recedant, iuxta Apoſtoli vocem, *opportune importune prædica.* Si acquieuerint admonitionibus tuis, ſaluabunt animas ſuas: ſin vero, ipſi peribunt obuoluti in peccatis ſuis, tu autem, qui recte prædicas, non perdes mercedem tuam. 2 Tim. 4, 2.

* Milo tonſura clericus: moribus, habitu, & actu religioſus laicus, Epiſcopia Rhemorum ac Treuirorum vſurpans, inſimul per multos annos peſſumdedit, *vt ſcribit* Hincmarus *epiſt. VI cap. XIX.* Ita *Mabillon* ad h. l. p. 78.

418 Nam & hoc inquiſiſti, poſt quantum temporis debet lardum comedi. Nobis a Patribus inſtitutum pro hoc non eſt. Tibi autem petenti conſilium præbemus, quod non oporteat illud mandi, priuſquam ſuper fumo ſiccetur, aut igne coquatur. Si vero libet, vt incoctum manducetur, poſt paſchalem feſtiuitatem erit manducandum *.

* *Non quod laridi ſiccati eſum quouis tempore, etiam quadrageſimali probet: ſed ne recens aut crudius aut quadam quaſi ſanie infectum manderetur, eius vſum poſt Paſcha remittit. Cui Zachariæ conſilio Thuringi, VVeſtphali, Heſſi, & alii, qui crudo etiamnum larido libenter veſcuntur, morem gerunt, vt* Serarius *obſeruauit. Mabillon* ad h. l. p. 78.

Epiſcopus autem condemnatus, de quo quæſiſti, qui pugnator & fornicator exiſtit, atque res eccleſiæ, poſt degradationem, ſibi vendicare nititur, hic omnino ac deteſtabiliter reſpuendus eſt. Quæ enim portio infideli cum fideli? aut quæ communio CHRISTO & Belial? Has ſanctorum Patrum traditiones, & ſanctorum canonum inſtituta condemnauerunt. 2 Cor. 6, 14. 15 in Surio non

De ordinatione etiam Presbyterorum, & Diaconorum, qui, cogente neceſſitate, & paupertate rogantium, non legitimis temporibus & diebus, ad te peruenerunt, ſi aliquam haberes ex hoc offenſionem, inſinuaſti. Dicimus autem tibi, frater; Bene noſti, quod ſacri canones docent aptis temporibus ſacerdotes ordinandos. Attamen in eo, quod a te propter zelum fidei actum eſt, a Domino Deo noſtro indulgentiam poſtulemus.

De cenſu autem eccleſiarum, id eſt, ſolidum de * caſſata ſuſcipe, & nullam habeas hæſitationem, dum ex eo poteris eleemoſynam tribuere, & opus perficere ſanctarum eccleſiarum, iuxta canonum inſtituta. Si quos vero Presbyteros, qui de laicis promoti fuerunt, & ante criminalibus cauſſis obuoluti, celantes peccatum ſuum ordinati ſunt, poſtmodum vero manifeſtata eſt eorum iniqua actio, hos a ſacerdotali habitu priuatos pœnitentiæ ſubmitte. Non enim odit Deus peccantem & confitentem, ſed peccantem & negantem. * Surius de caſa.

Nam & hoc flagitaſti a nobis, ſi liceat perſecutionem paganorum fugere, an non? Et pro hoc ſalutare conſilium damus, frater. Si fieri poteſt, & locum inueneris, inſta ad prædicandum illis; ſi autem ſupportare non valueris eorum perſecutionem, habes præceptum Dominicum *, vt in aliam ingrediaris ciuitatem. Matth. 10, 23.

Nam & hoc inquiſiſti, quid faciendum ſit de excommunicato Epiſcopo & Apoſtolicam auctoritatem negligente. Hic deteſtabilis eſt coram Deo & hominibus, cuius condemnationi incondemnatus non communicabit. Ipſi enim condemnabuntur in die iræ & reuelationis Domini & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, dum ſederit ad iudicandum genus humanum, ſicut ſcriptum eſt: *Superbis ego reſiſtam*, dicit Dominus. 419 Iac. 4, 6.

Etenim de Sclauis Chriſtianorum terram inhabitantibus, ſi oporteat cenſum accipere, interrogaſti, frater. Hoc quidem conſilio non indiget, dum rei cauſſa eſt manifeſta. Si enim ſine tributo ſederint, ipſam quandoque propriam ſibi vendicabunt terram: ſi vero tributum dederint, norunt dominatorem ipſam habere terram.

Nam & hoc flagitaſti a nobis, ſanctiſſime frater, in ſacri canonis prædicatione, quot in locis cruces facere debeamus, tuæ ſignificemus ſanctitati. Votis autem tuis clementer inclinati, in rotulo dato prædicto *Lul*, religioſo Presbytero tuo, per loca, ſigna ſanctæ crucis quanta fieri debeant, infiximus. His ita ſe habentibus, Domini deprecamur clementiam, licet peccatores, vt ſuo te

Digitized by Google

te muniat & confortet auxilio, noſque annuat proſperitatis tuæ ſemper læta ſuſcipere nuntia. Deus te incolumem cuſtodiat, reuerendiſſime frater. Data pridie nonas Nouembris: imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino, a Deo coronato, magno Imperatore, anno XXXII, * imperii eius anno vndecimo, indictione quinta. Edit. I pag.

Mabillonius p. 79; *Domino Auguſto Conſtantino, imperii eius anno XXXII,* qui dein ſubiungit: *Aliis*; Piiſſimo Auguſto Conſtantino a Deo coronato magno Imperatore anno XXXII, Imperii eius anno VI, indictione V.

CAPVT XV

Eiuſdem Pontificis ad eundem S. Bonifacium iterata Moguntinæ ſedis confirmatio.

Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo ſanctæ eccleſiæ Maguntiæ perpetuam ſalutem.

In Sirmondiana *habetur*: Bonifacio Coepiſcopo, *loco*, Bonifacio Epiſcopo eccleſiæ Moguntinæ. *Sed priorem inſcriptionem præferendam eſſe, manifeſte indicat textus, in quo* Moguntia *dicitur* ſupradicta eccleſia, *quod nonniſi cum reſpectu ad ipſam inſcriptionem, in qua prius Moguntia nominata ſit, aſſeri poteſt. Pagi* ad an. DCCLI n. VIII p. 279.

QValiter Dominus DEVS noſter eccleſiæ ſuæ propitiatus ſit, & laboribus ſanctiſſimæ fraternitatis tuæ cooperator extiterit, per ſingula edicere longum eſt: tamen vt hæc, quæ obiicimus, confirmemus, quæ ex parte, te narrante, perſpeximus, enarramus. Igitur dum in Germania prouincia ſanctitas tua ad prædicandum fuiſſet directa a ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro Domino Gregorio Papa, & poſt inchoatum opus, & ex aliqua parte ædificatum, Romam reuerſus ab eo Epiſcopus ordinatus, & ad prædicandum denuo remiſſus es, & 420 elaboraſti, DEO præuio, nunc vſque per annos XXV * in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum accepiſti: ſed & in Francorum prouincia noſtra vice concilium egiſti, & iuxta canonum inſtituta, omnes flexi ſunt tibi obedire: & dum in his piis operibus occupata eſſet ſanctitas tua, nunc vſque cathedralem ſedem ſibi minime vendicauit. At vbi DEVS prædicationem tuam auxit, obtinere voluiſti, vt tibi Epiſcopalem eccleſiam, vel ſucceſſoribus tuis confirmare debeamus, iuxta eorundem filiorum noſtrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate B. Petri Apoſtoli ſancimus, vt ſupra dicta eccleſia Moguntia †, perpetuis temporibus, tibi & ſucceſſoribus tuis in metropolin ſit confirmata, habens ſub ſe has ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per ſuam prædicationem CHRISTI lumen cognoſcere fecit. His a nobis definitis, per huius noſtræ confirmationis paginam, in tua eccleſia perpetuis temporibus, pro ſui confirmatione, hæc conſeruari mandamus. Data pridie Non. Nouemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino, anno XXXII imperii eius, indictione V *.

* *Cum hac Zacharia epiſtola ſcripta ſit indictione V prid. Non. Nou. i. e. anno DCCLI, indictione a Septembri inchoata (nam Zacharias Martio menſe defunctus eſt) hic legendum videtur per annos XXVIII. Bonifacius enim an. DCCXXIII ordinatus eſt Epiſcopus. Mabillon* h. l. p. 79. Aliter ſentit *Pagi* in ſequentibus; quem huc confer.

† *Notanda hac pronominis appoſitio. Non enim Zacharias metropoleos dignitatem Maguntiæ primum concedit, quam dignitatem vrbs illa a primis temporibus obtinuit: ſed eam Bonifacio, eiuſque ſucceſſoribus confirmat, ſeu ratam habet Bonifacii in metropoli Moguntina ſeſſionem, & poſterorum ſucceſſionem. Zacharia ſententia intelligitur tum ex ipſius verbis ſuperioribus:* obtinere voluiſti, vt tibi Epiſcopalem eccleſiam vel ſucceſſoribus tuis confirmare debeamus. *quibus non nouam ſedis Epiſcopalis erectionem, ſed certa eccleſiæ attributionem deſignat: tum ex alia eiuſdem Zacharia epiſtola ſupra cap. VII (8) relata:* De ciuitate etiam illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc vero Colonia, iuxta petitionem Francorum per noſtræ auctoritatis præceptum nomini tuo metropolim confirmauimus, *hoc addito quaſi explicandi gratia:* & tuæ ſanctitati direximus eiuſdem metropolitanæ eccleſiæ ſtabilitatem. *Accedit, quod Bonifacius iam ante aliquot annos (vt conſtat ex cap. IX) impoſitus fuerat ſedi Moguntiacenſi, qua haud dubie metropolis erat, vtpote Bonifacii Archiepiſcopi ſedes. Quanquam Zacharias hac epiſtola Maguntinam eccleſiam auxit attributa ipſi Colonia Agrippina, Germaniæ ſecundæ metropoli: qua poſtea detracta,*

Edit. I pag. detracta, & priſtinæ dignitati reſtituta variarunt Moguntiacenſium Suffraganeorum nomina & numerus. Lege Serarium hiſtor. Mogunt. lib. I cap. XXIII. Ceterum mirari ſubit, cur Zacharias, enumerans eccleſias Maguntiæ ſubiectas, Argentoratum ſeu Strateburgum, Germaniæ primæ vrbem prætermiſit. Mabillonius ad h. l. p. 80.

* Cointius an. DCCXLVIII n. LXXX recte notauit, harum litterarum ſubſcriptionem mendoſe deſcriptam. Hæc ſcilicet verba: Data pridie —— indictione V, aut, vt habet editio Sirmondi, anno XXXII P. C. eius anno XI, indictione V, cum anno DCCLI epiſtola hæc ſcripta non fuerit. In ea enim dicit Zacharias: elaboraſti, Deo præuio —— ſibi vindicauit. Quare cum anno DCCXXIII exeunte Bonifacius Archiepiſcopus regionarius Romæ ordinatus fuerit, anni illi XXV demonſtrant, hanc epiſtolam anno DCCXLVIII datam. Vidit hanc difficultatem Mabillonius in not. ad vitam S. Bonifacii ab Othlono ſcriptam p. 79, vbi dicit, loco, per annos XXV, legendum videri, per annos XXVIII. Verum locus ille purus eſt. Hincmarus enim in epiſt. VI cap. XIX hanc emendationem euertit. Gregorius, inquit, a primo ſecundus, ſed & tertius, Winfrid, cognomento Bonifacium, legatum Apoſtolicæ ſedis ad reformandam Chriſtianitatis religionem, primo Presbyterum, poſtea vero Epiſcopum ordinatum dixerunt, cui per annos XXV in eadem prædicatione ſine cardinali ſede laboranti præfatorum ſucceſſor Zacharias Papa inter cetera in priuilegio ſibi directo ſcripſit atque firmauit ad locum, nempe Moguntinam metropolim. Pagi ad an. DCCLI n. VIII p. 279 ſeq. qui dein n. IX p. 280 ſubdit: Ideo in ſubſcriptione: Data pridie —— indictione V, legendum: Data pridie Non. Nouembr. imperante Domno Auguſto Conſtantino anno XXIX imperii eius, indictione II.

CAPVT XVI

Eiuſdem ad eundem monaſterii Fuldenſis confirmatio.

Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo, & per eum fratribus in monaſterio ab eo conſtructo. Tota ex Surio.

QVoniam ſemper ſunt concedenda, quæ rationabilibus congruunt deſideriis, oportet vt deuotioni conditoris piæ conſtructionis oraculum in priuilegiis præſtandis minime denegetur. Igitur quia poſtulaſti a nobis, quatenus monaſterium Saluatoris a te conſtructum in loco, qui vocatur erga ripam fluminis Fuldæ, priuilegio ſedis Apoſtolicæ decoretur, vt ſub iuriſdictione ſanctæ (Monaſt. Fuldenſe (S.)) noſtræ, cui Deo auctore deſeruimus, eccleſiæ conſtitutum, nullius alterius ecclesiæ poteſtati ſubmittatur: pro qua re piis deſideriis fauentes, hac noſtra auctoritate id, quod expoſcitur, effectui mancipamus. (421) Et ideo omnem cuiuslibet eccleſiæ ſacerdotem, in præfato monaſterio ditionem vllam habere aut auctoritatem, præter ſedem Apoſtolicam, prohibemus: ita vt niſi ab Abbate monaſterii fuerit inuitatus, nec Miſſarum ſolennitatem ibidem quiſquam præſumat celebrare, vt profecto iuxta id, quod ſubiectum Apoſtolicæ ſedi conſiſtit, inconcuſſe dotatum permaneat: locis quoque, & rebus tam eis, quas moderno tempore tenet, vel poſſidet, quam quæ futuris temporibus in ius ipſius monaſterii diuina pietas voluerit augere ex donis & oblationibus, decimiſque fidelium, abſque vllius perſonæ contradictione, firmitate perpetua perfruatur. Conſtituimus quoque per huius decreti noſtri paginam, vt quicunque cuiuslibet eccleſiæ Præſul, vel quacunque dignitate prædita perſona, hanc priuilegii noſtri chartam, quam auctoritate principis Apoſtolorum firmamus, temerare tentauerit, anathema ſit, & iram Dei incurrens, a cœtu ſanctorum omnium extorris fiat, & nihilominus præfati monaſterii dignitas, a nobis indulta, perpetualiter inuiolata permaneat, Apoſtolica auctoritate ſubnixa. Data pridie Nonas Nouemb. imperante Domino Auguſto Conſtantino, anno XXXII imperii eius, indictione quinta*.

*al. ſecunda Mab p. 80.

CAPVT XVII

Othloni de epiſtolis hactenus allatis concluſio.

HVcuſque cum epiſtolarum ſerie ſufficiat intimaſſe, qualis labor, quantaue cura ſancto Bonifacio fuerit circa omnes, quos ipſe ad Chriſtianitatis cultum conuertit. Si quem vero moueat, quod plurimæ epiſtolæ, quarum mentio fit in ſupraſcriptis epiſtolis, hic pariter ſcriptæ non habentur, ſciat illud hac de cauſſa accidiſſe, quoniam nuſquam eas inuenire potui.

Edit. I p. 422

CAPVT XVIII

Carolomanni pietate ac munificentia exſtructum a S. Bonifacio monaſterium Fuldenſe.

DEinde in primis dicere volo, quanta Karolomanni Principis deuotio fuerit circa Fuldenſe monaſterium. Rationabile etenim videtur, eandem deuotionem intimare, non ſolum ad declaranda tanti viri beneficia, verum etiam ad profectum illorum, qui exemplis bonis ædificari merentur, pariterque ad confuſionem eorum, qui licet optima quæque ſciant, videant, audiant, in nequitia tamen ſolita perſeuerant; ore tantummodo Deum confitentes, ſed factis negantes; cordium aures ad ſæcularis vitæ amorem reſerantes, ſed ad præcepta diuina obdurantes.

Princeps igitur prædictus, quamuis vndique adiacentium prouinciarum bello comprimeretur, non tamen ideo a procuratione ſanctorum locorum, ſeruorumque Dei retrahebatur; credens vtique arma ſpiritualia, id eſt, virtutes animæ, multo fortiora eſſe, quam corporalia; nullamque ſpem habens in multitudine
Pſ. 32, 16. abſque ſpirituali fortitudine, iuxta illud: *Non ſaluatur rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ.* Poſtquam ergo omnia Chriſtianæ religionis iura, vt in præcedentibus libri huius ſcriptis agnoſci poteſt, tam falſos Chriſtianos, quam hæreticos expellendo, iuxta S. Bonifacii conſilium, correxit, illius etiam vota in monaſterio Fuldenſi nouiter conſtructo impleuit.

Nam cum Abbas Sturmi, illum locum, vbi nunc ſitum eſt idem monaſterium, cum fratribus quibuſdam incolere cœpiſſet, eiuſdemque loci qualitatem S. Bonifacio denuntians, ſatis laudauiſſet, tunc ille ad Karolomannum pergens, ſuppliciter obſecrauit eum, dicens: „Perpetua remuneratione tua omnipotentem „Deum exoro, ſi mihi ſuccurrere dignaris, vt in orientali regno tuo monaſte„rium conſtruere, monaſticamque vitam inſtituere poſſim. Habemus enim in „ſolitudine, quæ Bochonia nuncupatur, iuxta fluuium, qui dicitur Fulda, lo„cum ſatis aptum famulantibus Deo repertum, qui ad veſtram pertinet ditionem. 423
„Quem ſcilicet locum a pietate veſtra nobis concedi petimus, quatenus in hoc „Chriſto ſeruire queamus„. Quo audito Karolomannus nutu Dei gauiſus eſt, & conuocans omnes palatii ſui milites, petitionem Epiſcopi eis intimauit, atque coram eis locum poſtulatum tradidit Epiſcopo, dicens: „Locum igitur quem „petis, & quem iuxta ripam fluminis Fuldæ ſitum aſſeris, totum, quidquid in „hoc ſub mea poteſtate conſiſtit, ab hodierna die in ius Domini trado, ita vt ab „illo loco vndique, ab oriente ſcilicet & occidente, a ſeptentrione & meridie „marcha * per tria milliaria paſſuum tendatur„.

* *Id eſt, limes. Vnde Marchiones dicti, quod limites regni vel prouincia cuſtodirent. Huiuſce donationis limites ſignantius expreſſit Bonifacius in quodam inſtrumento a ſe confecto, anno dominicæ incarnationis DCCXLVII. Principatus vero nobilium virorum Karlmanni & Pippini fratris eius anno VI, menſe Martio XXII. apud* Brovverum *lib. I antiquit. Fuldenſ. cap. IV. Conſ. vitam Sturmii ad an. DCCLXXIX* Sic *Mabillonius* ad h. l. p. 81.

Hac itaque traditione facta, miſit etiam nuntios, qui omnes nobiles, in regione Grabfelt habitantes, congregarent, eoſque ſuppliciter rogarent, vt omnes, qui infra marcham ſupra nominatam aliquid proprietatis haberent, facerent, quæ & Princeps feciſſet, tradens videlicet in obſequium Domini, monaſteriique a S. Bonifacio conſtruendi. Cumque a nuntiis præſignati omnes fuiſſent congregati, Principiſque petitionem cognouiſſent, mox cum omni deuotione, quidquid proprietatis ibidem habuerunt, Deo ſanctoque Bonifacio, nec non Abbati venerando Sturmi poſſidendum tradiderunt. Vt autem hæc traditio in perpetuum corroborata permaneret, Karolomannus, cuius inſtinctu hæc omnia agebantur, iuſſit chartam ſuæ traditionis ſcribi, quam ipſe ſigillo proprio firmare ſtuduit.

CAPVT

CAPVT XIX

Carolomannus regno, ſeculoque nuntium remittit, ſeque religioni addicit: eius vero pietatem imitatur frater Pipinus.

CVm igitur hæc & his ſimilia idem Karolomannus faciens, in dilectione Dei & proximi magis ac magis proficeret, ſed eandem dilectionem non ea, qua voluit integritate, in ſeculari habitu conſtitutus, implere præualeret, elegit optimam partem, quæ non auferetur ab eo. Nam reliquit ampla terrenæ poteſtatis regna, & ad Caſſinum montem, in quo tunc arctiſſima monaſticæ vi-
424 tæ diſciplina habebatur, veniens, monachus ibi efficitur, Pipino fratri committens munia regni. Hic itaque accepta paternæ & fraternæ poteſtatis monarchia, qui tunc Maior domus * dicebatur, eandem deuotionem, eandemque ſollicitudinem, quam & frater eius excoluit, tam in diuinis, quam ſecularibus negotiis, ſecutus per omnia S. Bonifacii concilia. Qua de re contigit, vt cum ſe Deo, qui deponit potentes de ſede, & exaltat humiles, ſubmittere iugiter ſtuderet, regalis potentiæ excellentia obniteret *. Tanta vero dignitate ſublimatus, eodem modo, quo & antea S. Bonifacium diligere ſimul & venerari ſtudebat; vnde etiam traditionem fraternam ſuis litteris roborare curauit. Quarum litterarum exemplar hic inſerere cupio, vt fideles quique inde inſtruantur, raptores vero iniqui videant, & confundantur.

* *Maior domatus* Mab. p. 82.

* *Et quidem a Bonifacio vnctus in Regem, quod infra in appendice demonſtrandum. Mabillonius* h. l. p. 82.

CAPVT XX

Monaſterium Fuldenſe Pipinus, regio iam titulo ac dignitate auctus, confirmat.

Pipinus Rex Francorum, vir illuſtris, Bonifacio Archiepiſcopo & Legato Germanico ab Apoſtolica ſede directo.

QVia veneranda paternitas tua noſtram excellentiam poſtulauit pro monaſterio, quod a te nouiter conſtructum eſt, in ſolitudine Bochonia, iuxta fluuium Fuldæ, in loco quem beatæ memoriæ Karolomannus * germanus noſter, legitima donatione tibi conceſſit, vt ſicut ex autoritate S. Petri principis Apoſtolorum, pro quo legatione fungeris, priuilegio ſedis Apoſtolicæ ſublimatum eſſe conſtat, ita etiam noſtræ autoritatis præcepto roboretur, placuit nobis petitionibus tuis aſſenſum præbere. Et ideo hanc noſtræ præceptionis ſeriem ob honorem Dei & venerationem S. Petri conſcribi iuſſimus, per quam priuilegium ſedis Apoſtolicæ a beato Zacharia tibi collatum, cum conſenſu Epiſcoporum ceterorumque fidelium noſtrorum, per omnia roboramus; præcipientes, vt nullus ſacerdotum in regno diuinitus nobis conceſſo, in præfato monaſterio ditionem aliquam ſibi vendicet, præter ſedem Apoſtolicam; ita vt, non ab Abbate fuerit inuitatus, nec miſſarum ſolennia ibidem quiſquam præſumat celebrare, ſed iuxta id, quod ſubiectum conſtat Apoſtolicæ ſedi, firmitate pri-
425 uilegii inconcuſſa roboratum permaneat: locis etiam & rebus, quas tam moderno tempore tenet vel poſſidet, quam quas futuris temporibus viri ipſius monaſterii diuina pietas augere voluerit, ex donis & oblationibus, decimiſque fidelium abſque vllius perſonæ contradictione firmitate perpetua perfruatur.

* *Hæc verba, quibus Karlomannum ſuperſtitem Bonifacio* (l. quibus Karolomanno ſuperſtitem Bonifacium) *innuitur, ſubdititia videntur. Nam Karlomannum deceſſiſſe poſt Bonifacium conſtat ex eius elogio, quod referemus anno inſequenti. Mabillon* ad h. l. p. 82.

Si autem quiſpiam noſtræ autoritatis præcepto repugnare voluerit, ſententiam Apoſtolicæ diſtrictionis, quæ in priuilegio expreſſa eſt, experiatur. Et tamen hoc, quod ob amorem Dei & venerationem S. Petri, noſtra autoritate firmauimus, ſtabilitate permaneat, manu noſtra roboratum, & tam annuli noſtri impreſſione, quam fidelium noſtrorum aſtipulatione ſubnixum.

Edit. I pag.

CAPVT XXI

Quæ Deo dicata erant, intervertere volentium periurium & pœna diuinitus inflicta.

EOdem tempore contigit, vt quidam clericus, nomine Adalger, bonæ conuerſationis vir, ſancto Bonifacio adhæreret, eique fideliter miniſtraret. Poſt modicum vero temporis infirmitate graui captus, cum ſe in extremis huius vitæ poſitum ſentiret, cum conſilio viri Dei, quæcunque prædia ex hereditate paterna habuit, ad ſanctum Martinum tradidit. Sed eo defuncto fratres eius Aſperth, & * Truttmunt, omnia, quæ tradidit in locis ſubternominatis, id eſt, ad ** Amanaburg, ad Brettenbrunum † & Seelheim *, in ſuam poteſtatem redigebant. Cumque pro hac cauſſa a defenſoribus Epiſcopi admonerentur, reſponderunt, ſe velle cum iuramento affirmare, quod fratris prædia merito ſibi vendicarent. Cui iuramento Epiſcopus ſe affuturum promiſit.

* *Surius* l. *Trutmundus.* ** *Idem* l. *ex Adamanaburgo.* (S)

† *Surius* l. *Breitenbrunnen.* (S)

* *Locus iſte vicinus Amanaburgo ac monaſterio Fritislarienſi, in confinio Haſſiæ & Thuringiæ. Mabillonius* h. l. p. 83.

Adueniente ergo die ſtatuto, & congregata multitudine copioſa propinquorum ſuorum, vt promiſſum iuramentum complerent, aduenit etiam vir Dei pariter. Cum autem prædicti homines iuramenti faciendi adiutores ſecum ad altare traxiſſent, dixit Epiſcopus: Vos ſoli iurate, ſi vultis; nolo, vt omnes hos congregatos perdatis. At illi nihil morantes, iuramentum fecerunt. Quo facto Epiſcopus dixit ad illos, iuraſtis? Qui reſpondentes, iurauimus, inquiunt. 426
Tunc Epiſcopus ait ad Aſpertum: Maior vrſus te occidat. Deinde ad Truttmundum dixit: Nunquam ex ſemine tuo videas filium vel filiam. Quod ſcilicet vtrumque, vt a S. Epiſcopo prædictum eſt, euentus rei probauit. Nam poſt modicum temporis, Aſperto ad menſam ſedente, venerunt, qui dicebant, vrſum magnum diſcurrere per campum. At ille equo celeriter aſcenſo, & venabulo arrepto, cœpit vrſum perſequi, antequam præpararent ſe comites ſui, in quo itinere equo delapſus, totusque per membrorum compagines confractus interiit. Cum autem ſerui illius ad illum properantes perueniſſent, inuenerunt eum iam mortuum. Truttmunt vero audiens ſancti viri prophetiam in fratre ſuo eſſe completam, nimis expauit, & mox prædia iniuſte ablata ad altare S. Martini reddidit.

CAPVT XXII 427

Statuit iam ſenex in Friſiam, euangelii cauſa, redire S. Bonifacius.

POſt hæc igitur cum S. Præſul Bonifacius verbi diuini ſemina, quæ infra Germaniæ Galliæque confinia iecit, in cordibus credentium iam pullulaſſe, & fructum facere cerneret, nec non vicinam corporis ſui ſolutionem prænoſcens, ſitiret omni modo, quando veniret & appareret ante faciem Dei, decreuit adire Freſonum populos, olim quidem eius doctrina ad chriſtianæ religionis culturam conuerſos, ſed fallente diabolo, iterum quoſdam eorum ad priſtinum gentilitatis errorem deuolutos, vt aut eos Deo reconcilians ibi præſentem vitam fructuoſa pace finiret, aut ſi hoc magis Deo placeret, pro eius nomine, quæcunque ibidem aduerſa & cruciamina ſibimet occurrerent, vſque ad mortem ſuſtineret.

CAPVT XXIII

Succeſſorem in Moguntino Archiepiſcopatu ſibi ſtatuit B. Lullum: eumque Moguntinis, Thuringis, aliisque commendat S. Bonifacius.

SEd priusquam tanti diſcriminis iter arriperet, ſciens non conuenire, vt pro alienis ouibus ſaluandis laborans, proprias ſibique commiſſas oues perire permitteret, ſanctum Lullum, qui fideliſſimus prædicationis & laboris ſui comes extitit, cuiusque probitatem omni dignitate condignam ſatis agnouit, cum conſenſu

Edit. I pag. ſenſu venerandi Regis Pipini, nec non Epiſcoporum & Abbatum, atque Canonicorum, omniumque Procerum ad ſuam diœceſin pertinentium pro ſe Epiſcopum elegit & ordinauit. Nam ab Apoſtolico Præſule iam ante eundem pro ſe ordinandum impetrauit. Quo facto mox illum manu propria apprehendens commendauit cunctis Principibus, ibidem congregatis, vt ipſi tanquam patri obedirent, & adiutores ei in omnibus neceſſitatibus exiſterent.

CAPVT XXIV

Eidem B. Lullo monita, mandataque varia dat S. Bonifacius.

DEinde profectus ad eos, qui in Thuringia, & qui circa Rhenum habitabant, eadem faciebat. Nouiſſime vero ipſum Lullum admonens, dixit: Quoniam reſolutionis meæ tempus appropinquat, voluntas mea eſt, proficiſci, vbicunque me diuina gratia dirigere voluerit. Sed tu, fili chariſſime, commiſſarum animarum curam age, tu populum ab errore reuoca, tu inchoatam monaſterii mei baſilicam prope Fuldam perfice, ibidemque corpus meum, quocunque
428 abiero, ſepulturæ committito. Adhæc etiam, quæ itineri noſtro iam neceſſaria ſunt, prouide, & linteum, quo iſtud decrepitum corpus poſt obitum meum inuoluatur, in theca librorum meorum repone. Poſtquam loquendi finem fecit S. Bonifacius, B. Lullus, licet ex imo pectore ſuſpiria multa traheret, licet ex nimio dolore lacrymatus fuiſſet, non tamen aliud, quam tantus pater propoſuit, ſuggerere præſumpſit.

CAPVT XXV

In Friſiam cum ſociis tandem nauigat, ibidemque Chriſtum nuntiat, Epiſcopum ſtatuit, aliaque id genus efficit.

PAucis itaque diebus tranſactis naui cum conuiatoribus, ad huiuſmodi iter electis, aſcendit, & Rheni fluminis alueo differtur, donec aquoſa Freſonum arua ingrediens in ſtagnum, quod lingua eorum Almeri dicitur, ſoſpes perueniret. Vbi circumquaque pergens, verbum Domini cum fiducia prædicauit, eccleſias ingenti ſtudio conſtruxit. Tantam autem gratiam Dominus famulo ſuo contulit, vt poſt paucos dies multa millia virorum ac mulierum cum commilitone ſuo Chorepiſcopo † Eoban baptizaret. Hunc namque ad ſubleuandam ſenectutem ſuam, iniuncto ſibi Epiſcopatu, in vrbe, quæ dicitur Thret, ſubrogauit. Erant etiam ei fautores Presbyteri tres, & totidem Diacones, quorum hæc ſunt nomina; Wintrug, Waltheri, & Adalheri: Hamunt, Skirbalt & *Bderſo; Vaccar vero, & ** Kundekar, Williheri, & Hadolf ex monaſtico ordine erant, ſequentes eum. Qui omnes vnanimiter cum S. Bonifacio laborantes in prædicatione euangelii meruerunt conſortes fieri in palma martyrii.

† *Legendum videtur* Coepiſcopo. *Eobanus enim vere erat Epiſcopus, vt initio vitæ obſeruatum. Certe* Willibaldus *in vita præmiſſa n. XXV,* Vſuardus, *aliique* Martyrologi *Eobanum Bonifacii* Coepiſcopum *vocant.* *Mabillon* ad h. l. p. 84.

* *Surius* l. *Boſo.*

** Idem l. *Gundeharus.*

CAPVT XXVI

Sacrum S. Bonifacii martyrium.

NAm cum per latas Freſonum regiones prædicandi cauſſa diſcurriſſent, veniſſentque ad flumen quoddam, * Borthne vocatum, quod eſt in finibus *Sur. Bortnam vocat.*
429 eorum, qui ruſtica dicuntur lingua * Oſter & Weſterriche, ſanctus Bonifacius, ſuorum tantummodo clientum comitatu ſtipatus, iuſſit ibi tentoria figi, cupiens videlicet in eodem loco, eorum qui nuper baptizati erant, aduentum expectare confirmationis gratia. Dies enim appropinquabat, qui ad eandem confirmationem ſtatutus erat. Cumque dies prædeſtinatus adueniſſet, & ortus ſol altiores lineæ ſuæ gradus iam præoccupaſſet, tunc omnes, qui quaſi filii a patre expectabantur, indignam ad accipiendam S. Spiritus gratiam, quæ ipſo die per

* *Surius* Oeſter & Weſterreiche.

per ſacram confirmationem offerenda erat, ſuper illos, verſa vice pro amicis inimici, pro nouitiis fidei cultoribus *, noui lictores cum ingenti ſtrepitu, horrendoque armorum ſumptu in caſtra Sanctorum proruperant. Edit. I Pag.

* *Fallitur Othlonus, vt in appendice n. IX probabimus.* Ita *Mabillon* ad h. l. p. 84. In appendice vero n. IX p. 89 ſic: *Othlonus ex VVillibaldi contextu male intellecto ſcripſit in lib. II cap. XXI (26) Bonifacium* a nouitiis fidei cultoribus, *qui ipſo die confirmationis ſacramentum accepturi erant, martyrio fuiſſe affectum. Quod certe non ſenſit VVillibaldus, ſed loco neophytorum* inimicos ſeu paganos *dicit irruiſſe in Bonifacium die præſtituto, quo neophytis manus impoſitio fieri debebat. VVillibaldi mentem explicat* Anonymus *his verbis:* Euangelici ſermonis præco totam tuba ſalutari intonuit Freſiam. Aſt ſerpens antiquus omnium bonorum inuidus, & ab initio ſæculi ſemper inimicus humano generi, quoſdam inſtigauit de gente crudeli, qui necdum fuerant a diabolicis ſuperſtitionibus emancipati, ſuos videlicet ſatellites, contra famulum Dei, ſuosque commilitones. Dicebant enim ſe mori malle, quam patrios ritus derelinquere. Mox vt hæc athletæ Dei audierunt, cum proprio paſtore quantocius ad vicum, qui vocatur Dokinga, gaudentes ibant, in quo nouerant carnifices cum cruenta multitudine congregatos, vt trucidarent Dei famulos. *Quanquam martyres ſancti non ſeſe carnificum manibus obieciſſe, ſed eas potius in ſe generoſe admiſiſſe ab aliis auctoribus dicuntur. Sunt, qui dicunt, iſtorum ſicariorum progeniem hactenus exſtare, albo capillorum globo in vertice notatam diuinitus in diri ſacrilegii ſignum.*

Ita quidem *Mabillonius.* Vtrum vero Othloni mentem recte ceperit, neſcio. Si quid enim iudico, Othlonus non id voluit, ac ſi in beatum Dei virum irruerint cultores fidei nouitii, eumque cum ſociis affecerint martyrio: ſed, quod loco nouitiorum fidei cultorum, qui tum exſpectabantur, illo ipſo die confirmationis accepturi ſacramentum, ex inopinato infeſtis irruperint animis pagani, Deique hos ſeruos indigniſſime iuxta atrociſſimeque ſuſtulerint.

Quo viſo, pueri ex caſtris proſilientes, armisque ſeſe accingentes, Sanctos contra populi furentis multitudinem defendere geſtiebant. Sed S. Bonifacius audito tumultuantis turbæ impetu, primo quidem ad munimenti ſpiritualis aſylum confugit, ſumens videlicet Sanctorum reliquias, quas ſecum indeſinenter habere conſueuerat; deinde vero accitis ad ſe clericis e tentorio proceſſit, & pueros ſuos ad reſiſtendum paratos compeſcuit, dicens: „Nolite, quæſo, pueri mei, pu-
„gnare, nolite aduerſariis noſtris bellum inferre, quia ſacræ ſcripturæ verbis edo-
Rom. 12, 17. „cemur, vt non ſolum malum pro malo non reddamus, ſed etiam bonum pro
1. Pet. 3, 9. „malo exhibeamus. Iam enim diu optatus adeſt dies, iam tempus illud aduenit,
„quo de laborioſa huius ſæculi ærumna ad æternæ beatitudinis inuitamur gaudia.
„Cur ergo tantam gratiam, tantam gloriam a nobis ſecernere & auferre vultis?
„Quin potius confortamini in Domino, & oblata gratiæ diuinæ dona nos gra-
„tanter ſuſcipere permittite. Sperate duntaxat in Domino, & ipſe liberabit nos ab omnibus periculis.„ Hæc & ſimilia dicens, animos virorum ſuorum compeſcuit ab omni tumultu bellorum. Deinde etiam clericos cuiuſque ordinis patria liberaque voce admonens, ait: „O fratres chariſſimi, ſi qua diuini amoris
„cura, ſi qua admonitionis meæ memoria maneat in vobis, in hora oſtendite præ-
Matth. 10, 28. „ſenti, recolentes illa dominica verba: *Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, quoniam animam non poſſunt occidere:* Spei itaque veſtræ anchoram in
„DEO figite, quia poſt breue huius vitæ ſpatium perpetuæ remunerationis vobis
„brauium conſortes faciet ſupernorum ciuium. Nolite precor diuturna inuictiſ- 430
„ſimæ mentis bella in hac paruiſſima perdere hora, nolite peruerſis gentilium adu-
„lationibus implicari, ſed ſubitaneum, quod nobis iam imminet, mortis pericu-
„lum, pro illius amore, qui pro nobis paſſus eſt, conſtanter & viriliter ſuſtine-
„te, vt cum illo perenniter poſſitis gaudere „.

conf notat. XLVI. Necdum vero huius ſalutiferæ admonitionis verba a S. Bonifacio, diſcipulos ad coronam martyrii incitante, completa ſunt, & ecce furens multitudo paganorum cum gladiis omnique infeſta armatura ſuper eos irruit, eorumque corpora felici cæde cruentauit. Quod cum feciſſent, confeſtim victricem damnationis ſuæ cauſſam augentes, primo quidem ingreſſi ſunt caſtra, & omnia quæ illic erant repoſita tam in libris, quam in capſellis reliquiarum ſuarum abſtulerunt, arbitrantes ſe in eis reperturos multos auri & argenti theſauros. Deinde vero ad naues currentes, aſportauerunt etiam ea, quæ de quotidiano clericorum puerorumque victu illic remanſerant. Vbi cum aliquid vini inter cetera repeiſſent, cœperunt ex eo guſtare, furentemque animum inebriare. Poſt hæc vero

Edit. I pag. vero tractare, & conſulere ſtuduerunt, qualiter illum, qui putabatur inuentus eſſe, auri & argenti theſaurum inuicem diuiderent. Cumque prolixius de tantæ pecuniæ ſermocinantes diuiſione nequirent rem pacifico conſenſu definire, tanta inter eos ſubito diſcordia & diſceptatio exorta eſt, vt eodem furore, eadem veſania, eiſdem armis, quibus antea S. martyres iugulabant, ſemetipſos mutua condigna cæde necarent, iuſto Dei iudicio illis occurrente, & in tam reprobum ſenſum cadere permittente, vt eundem gladium, quem euaginauerunt ad interficiendos ſalutis ſuæ miniſtros, transfigerent in corda ſua. Huiuſmodi igitur ſtrage finita, qui ſupererant iterum de pecuniarum opinione gaudentes concurrebant, & fractis librorum repoſitoriis, pro auro, volumina; pro argento, diuinæ doctrinæ chartas reperiebant. Vnde ſolita dementia arrepti, eoſdem libros, quos inuenerunt, alios quidem per campi planitiem, alios vero per paluſtria loca diſperſerunt, quoſdam autem in quibuſlibet locis incongruis proiicientes abſconderunt.

Veruntamen omnipotentis Dei gratia, vt clareſceret, quanti eſſet meriti, cuius iidem fuerant libri, poſtea magno temporis ſpatio tranſacto, reperti ſunt intemerati & ad eccleſias, in quibus vſque hodie haberi poſſunt, a ſingulis in-
431 uentoribus reportati. Inter eoſdem vero libros repertus eſt S. Euangelii liber, quem beatus vir pro ſanctitate ſua ſecum iugiter ferre ſolebat: Hic ergo quamuis gladio acuto, vt adhuc ab inſpicientibus probari valet, per medium inciſus fuerit, nullius tamen literæ integritatem eadem inciſione perdidit *. Quem, vt fertur S. Bonifacius in illa hora, qua ad caput eius abſcindendum vibrabatur gladius, habens in manibus, vel pro tutela capitis, vt multi ſolent, ſeu etiam pro clipeo ſpirituali, quem in libro tali eſſe credidit, percuſſori oppoſuit. In quo nimirum ſigna & miranda virtus DEI, & veneranda ſanctitas beati Bonifacii poteſt agnoſci. Mirabilius namque videtur, quod nulla inciſi libri littera delebatur, quam ſi nullum inciſionis ſtigma per ferientem gladium in libro reperiretur.

* *Iſte codex cum aliis nonnullis, de quibus ſupra, in ſacrario Fuldenſi hactenus adſeruatur, teſtibus* Serario & Browero. *Mabillon* h. l. p. 84.

CAPVT XXVII

Quomodo ſacrum S. Martyris corpus e Friſia Moguntiam aduectum ſit.

POſtquam ergo carnifices, qui remanſerant, nulla æſtimatæ pecuniæ indicia inuenerant, ſatis contriſtati domum ſunt reuerſi, ſumpturi poſt trium dierum inducias dignas facinoris ſui pœnas. Audita enim ſanctorum virorum improuiſa nece, omnes Chriſtiani, qui in eiuſdem regionis confinio habitabant, conuenerunt, terramque eorum, qui Sanctos trucidabant, cum armata manu inuaſerunt. Quibus cum pagani conuenientes reſiſtere vellent, ſed minime præualerent, in fugam verſi magnam, perſequentium Chriſtianorum virtute proſtrati corruerunt. At Chriſtiani victoriam in paganos obtinentes, omnem ſubſtantiam eorum abſtulerunt ſicque ad propria redierunt; factumque eſt, vt qui ſalutis ſuæ miniſtros trucidare non verebantur, duplici contritione contererentur; nam in vita præſenti cœperunt conteri, & poſtmodum æternæ damnationi ſunt deputati.

Corpus vero B. Pontificis a Traiectenſis eccleſiæ clericis raptum, poſt dies paucos ferebatur ad Traiectum, ibique magna veneratione eſt ſepultum. Quod cum S. Lullus comperiſſet, congregata multitudine venerabilium virorum, tam
432 laicorum, quam clericorum, intimauit eis & glorioſam S. Bonifacii paſſionem, & qualiter humatus eſſet apud eccleſiam Traiectenſem, pariterque reſerans omnibus, in quo loco S. Præſul adhuc viuens ſibi præciperet corpus ſuum ſepelire, petiit, vt pro Dei amore auxilium præberent, quatenus ſancti viri iuſſa poſſet implere. Cumque plurimi ad huiuſmodi auxilium ſe promptiſſimos exhiberent, elegit ex eis, qui ſibi aptiſſimi videbantur, & miſit tam nauigantes, quam equitantes ad prædictam vrbem cauſſa auferendi corpus S. Bonifacii.

Eiſdem autem legatis omnimodo properantibus, & peruenientibus ad Traiectum, ciues illius loci audientes, cur veniſſent, congregauerunt & ipſi ſeniores *conf. notat. XLVII.*
populi,

populi, iudicesque ad reſiſtendum. Et quia multitudini aduenientium congregi non poſſe viderunt, teſtati ſunt a Rege Pipino iuſſum fuiſſe, ne corpus S. Bonifacii inde auferretur *. Veruntamen legati hoc magis fictum, quam verum arbitrantes, viribus totis in ea, qua venerant cauſſa, inſtabant, virtute ſcilicet diuina eos roborante & adiuuante, vt voti compotes exiſterent. Quod etiam ita eſſe rei probauit euentus. Nam cum vtrinque ageretur altercatio de corpore ſancto; interea ſignum eccleſiæ, quod vulgo appellari ſolet Glocca **, abſque humano motu ſonare cœpit. Quo audito incolæ omnes, qui illic aderant, ad pugnam congregati, nutu diuino perterriti obſtupuerunt, & ſancti viri corpus reddendum eſſe decreuerunt; ſtatimque redditum eſt corpus, & a venerabilibus prædictis legatis ſuſceptum cum debito honore, & ſine remigantium labore, triceſima obitus ſui die, quaſi ad hoc ſtatuto, multi virorum ac mulierum procul habitantium conuenerant, qui neſcientes aduentum ſancti corporis, gratia tantum præſtolandi ſeu occurrendi legatis illuc venire diſpoſuerant. Sed & venerandus Præſul Lullus, qui legatis tranſmiſſis mox ad regiam curiam properabat, ipſo die, licet ignarus de ſuorum reditu, ſanctique corporis aduentu, ſimul aduenit, Deo tantam conuenientiam ordinante, vt illis communiter aduenientibus, quibus magna mœſtitia ex amiſſo patre & doctore contigit, fieret etiam commune gaudium, cum eum perennem patronum apud Deum habere poſſe agnouiſſent. Edit. I pag.

* *Pippini mandatum in gratiam Moguntinorum ſignificatum eſſe tradit Eigil Abbas in vita Sturmii n. XVI. Mabillon.* ad h. l. p. 86.

** al. *clocca* & *clogga. Mabillon.* qui ante ad Willibald. n. XXXVIII p. 26 hæc ſubiungit: *Hac hiſtoria aliter omnino refertur ab Eigile in actis S. Sturmii n. XV, vbi nulla clocci ſeu campana mentio. Quippe S. Bonifacii corpus, dum illud ad maiorem baſilicam deferre vellent Traiectenſes, immotum loco haſiſſe dicitur: ipſoque miraculo deterritis Traiectenſibus, Fuldam tranſlatum fuiſſe.*

CAPVT XXVIII 435

Quomodo idem ſacrum corpus Moguntia Fuldam delatum.

SVſcepto igitur theſauri tanti pignore fuerunt plurimi in vrbe Mogonciacenſi, qui cenſebant, illic ſepeliendum eſſe ſancti viri corpus, vbi erat Epiſcopus, affirmantes huiuſmodi ius eſſe omnium eccleſiarum, vt quo quis ſedem Epiſcopalem habuerit, illic quoque ſepeliendus ſit. In tantum autem quorundam illud affirmantium præualuit certamen, vt pæne eorum conſilio S. Lullus conſentiret, niſi cuidam venerabili Diacono, qui dicebatur Otpertus, apparuiſſet S. Bonifacius in viſione dicens; Dic Epiſcopo Lullo, vt corpus meum abſque omni ambiguitate ad monaſterii mei locum transferat. Cumque hanc iuſſionem multi audientes minime crederent, præſul Lullus, allatis Sanctorum reliquiis, iuſſit Otpertum probare iurando, ſi vera eſſet eius viſio. At ille nihil dubitans, iuſſa impleuit, viſionem iurando probauit.

Ob illam contentionem Maguntiacenſibus eſſerunt exta S. Bonifacii, *quæ hodie quoque apud illos in veneratione ſunt, teſte* Serario *hiſtor. Mogunt. lib. III notat. XLVII. Conſ.* vitam Sturmii *n. XVI.* Ita *Mabillonius* ad h. l. pag. 87.

Quod cum factum fuiſſet, omnes non ſolum ea, quæ prius renuerant de ſancti corporis translatione, fieri conſenſerunt, ſed etiam adiutores eſſe cœperunt, in his, quæ huiuſmodi cura poſcebat. Quidam enim ad afferendas naues, vt celeriter trans Rhenum proficiſci poſſent, properabant, quidam vero litaniam, pſalmodiam, aliaque diuinæ laudis cantica, ſanctum funus ſequentes, dicebant. Cumque turba vna longius procedens, vltraque procedere non valens, rediret, alia nihilominus turba de regione vicina acceſſit, gaudens illius ſancto obambulare corpori, quem credidit & ſperauit ſibimet apud Dominum ſuffragari. Quæ ibi lætitia & compunctio de tanti viri patrocinio plurimis fuerit exorta, hoc nequeunt noſtra digne depromere ſcripta. Vnde etiam in quibuſdam locis, vbi cum ſancto corpore pernoctabant vel meridiabant, in eius honore eccleſias poſtea conſtruebant. Tali itaque gaudio perductus eſt monaſterii Fuldenſis loco, quo ipſe ſepeliri ſæpius optauit, ſæpiusque id beato Præſuli Lullo peragendum commendauit. Qui & petitionem eius complere ſummopere niſus, cum venerationo

Edit. I p. 434 ratione debita terræ, quod ſuum erat, reddidit, animam vero cæleſtibus gaudiis ſociandam omnimodis precibus commendare curauit.

CAPVT XXIX

De miraculis ad ſacras eius reliquias.

IN cuius venerando tumbæ loco, per eius merita, multis, quod fides congrua ad obtinenda ea, quæ poſcunt, incitat, plurima eueniunt beneficia, tam interioris, quam exterioris hominis; interioris quidem, cum veniam delictorum ſuorum obtinuerint; exterioris vero, cum infirmitatem vel debilitatem aliquam corporalem euaſerint. Quæ videlicet vtraque beneficia, quotieſcunque ibi non impetrantur, non imputandum eſt vel diuinæ inclementiæ, vel inualido apud Deum S. Bonifacii patrocinio: ſed potius his, qui infidelitate capti non merentur exaudiri, atteſtante Euangeliſta, qui de Domino noſtro dicit: *Quia non potuit vllas virtutes facere, propter incredulitatem quorundam.* Math. 13, 58. Ceſſant etiam interdum miracula; tam pro ſeruitutis diuinæ negligentia, quam pro incorrigibili inhabitantium malitia; ceſſant & idcirco, quia cum aliquando per interceſſionem Sanctorum eueniunt, non ſolum laudes vel grates Deo debitæ, Sanctisque eius minime referuntur, ſed nec memoriæ commendantur.

CAPVT XXX

Summa vitæ ac mortis S. Boniſacii.

HAbuit autem S. Bonifacius in Epiſcopatu annos XXXVI, menſes VI, & dies VI. Paſſus eſt vna cum ſociis Nonis Iunii, anno ſcilicet peregrinationis ſuæ XL, ſed incarnationis Domini ſeptingenteſimo quinquageſimo quinto, * regnante eodem Domino noſtro. Cui laus & gloria per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

* *Deeſt*, quinto, *in editione Ingolſtadienſi, ſed ex Surio & VVillibaldo addendum.* Ita *Serarius.* olim in margine. Conſentit *Mabillonius* in adnotat. ad h. l. p. 87, & *adde*, inquit, *quinto ex VVillibaldo. Sed hac de re pluribus agendum poſtea.*

Edit. I p. 435

In ſuperiorem OTHLONIANAM S. BONIFACII vitam Notationes.

I Notatio de S. Bonifacii patria.

Patria Bonifacii generatim ſpeciatimq́ Anglia.

DVpliciter poteſt hominis alicuius patria ſpectari; primo quidem *generatim*, quænam ſcilicet regio, e qua prodiit, & *ſpeciatim*, quæ aut vrbs, aut vicus & pagus. Priorem monſtrat Othlonus *Angliam*. Poſteriorem reticet.

ita vocata ab Anglis Germanis.

II Anglia vero, notiſſima hodie inſula, olim vocata fuit *Albion*, vt ait lib. I Anglicanæ hiſtoriæ cap. I *V. Beda*: & *Lhagria*, vt lib. de Mona inſula vult *Humfredus*. deinde cum Auſtraliorem eius partem occupaſſent, qui ex Armoricano tractu venerant, Britones, dicta eſt *Britannia*, vt ibidem ab eodem *Beda* dicitur. Tandem vero etiam dicta eſt *Anglia*, cum in eam e Germania veniſſent Angli, prout idem eodem libro cap. XV explicat.

vbi ii ſedes ſuam habuerint?

Ptol. ἀγγριουάριοι.

III Sed de Germanis hiſce Anglis cum aliæ nonnullæ, tum vero tres potiſſimum agitantur quæſtiones. *Prima*, qua in Germaniæ parte ipſorum regio, quæ Germanica dici Anglia queat, fuerit? *Crantzius* lib. I Saxoniæ (*c. XXI*) & qui deinceps eum ſecuti ſunt, complures, in Weſtphalia veterem illorum ſedem fuiſſe tradiderunt, & quidem in ea potiſſimum Weſtphaliæ parte, quæ hodie Angria, veteribus Angriuaria dicitur. E contrario autem *Saxo Grammaticus*, & *Suffridus Petrus* lib. II de origine Friſiorum (*c. XI*), Angliam Germanicam in Cherſoneſo ſtatuunt Cimbrica, Holſatiam inter & eam, quæ Iutia vel Iutlandia hodie dicitur, vbi amnis Slia, & vrbs Flenſburgum. Vnde & *Ethelwerdus*: *Anglia*, inquit, *vetus ſita eſt inter Saxones, & Giutos, habens oppidum capitale, quod ſermone Saxonico Sleſwik vocatur.*

vnde Anglorum nomen adepti fuerint.

Altera quæſtio eſt. Vnde hi ipſi Germaniæ Angli nomen hoc adepti ſint? Apud *Tacitum Anglios*, apud *Ptolemæum* Geogr. lib. II συήβες τὺς ἀγγειλὰς legimus; de nominum vero cauſſa nihil. Varias coniiciunt varii. e quibus indicaui duas lib. I c. XL * & XLI †.

* num. 15
† num. 7

num iidem cenſendi Germanici Angli & Saxones?

Tertia eſt, num iidem cenſendi Germanici Angli, & Saxones? Eoſdem omnino eſſe, ſolaque nomina, ſeu vt loquitur, titulos diuerſos eſſe, multis contendit loco citato *Crantzius*. Sed peracriter ei repugnat citatus antea *Suffridus*. Nimium vero, in hoc præſertim notationum limine, a propoſito exerrarem, ſi de hiſce vellem diſſerere accuratius, in quibus duo iam nominati antagoniſtæ integros pæne libros conſumunt. De poſtrema tantum, quia maiori deinceps erit vſui, dico, Anglos interdum conſiderari velut populum a Saxonibus diſtinctum, interdum vero Saxonum nomen ita late pandi, vt ipſos etiam Anglos complectatur, & contra. Prius illud patet ex *V. Beda* lib. I cap. XV. *Aduenerant*, inquit, in Britanniam, *de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt, Saxonibus, Anglis, Vitis.* Et ſtatim oſtendens, e tribus hiſce diſtinctis Germanorum populis quinam in Britannia proſeminati populi ſint, 1, *De Vitarum*, ait, *origine ſunt, Cantuarii & Vectuarii, hoc eſt, ea gens, quæ Vectam tenet inſulam, & ea, quæ vſque hodie in prouincia occidentalium Saxonum, Vitarum natio nominatur, poſita contra ipſam inſulam Vectam.* Vitas vero aut *Vitos* vocat *Beda*, quos alii *Iutas*, *Iutos*, Giutos. 2, *De Saxonibus, id eſt, ea regione, quæ nunc antiquorum Saxonum cognominatur, venere Orientales Saxones, meridiani Saxones, occidui Saxones.* 3, *Porro de Anglis, hoc eſt, de illa patria, quæ Anglia dicitur, & ab eo tempore vſque hodie manere deſerta inter prouincias Vitarum & Saxonum perhibetur, Orientales Angli, mediterranei Angli, Mercii, tota Nordhumbrorum progenies, id eſt, illarum gentium, quæ ad Boream Humbri fluminis inhabitant, ceterique Anglorum populi ſunt orti.* Atque hinc non infrequens Angloſaxonum appellatio. Similia lib. II cap. III, V, IX. Poſterius vero colligitur, quia eodem capite *V. Beda*, *Tunc*, ait, *Anglorum ſiue Saxonum gens inuitata a Rege Vortigerio, alias Vurtigerno, Britanniam tribus longis nauibus aduehitur.* Ac cap. XXII, *Hoc* 436

Suffridus p. 231.

Anno Dom. 449.

Edit. I pag. *addebant, vt nunquam genti Saxonum ſiue Anglorum Britanniam ſecum incolenti verbum fidei prædicandum committerent.* Et cap. XIV, *Vt Saxonum gentem de tranſmarinis partibus in auxilium vocarent.* Cap. XXIII, *Aduentus Anglorum in Britanniam anno circiter CL.* Similia lib. I cap. I & XXVII,
437 XXIX, XXXII, XXXIV. lib. II c. I, II. lib. V c. X. Accedit, quod ſicuti Britannia, prout Germanicas illas gentes tres complexa eſt, *Anglia* vocatur, ita etiam & *Saxonia*, ſed ad Germanicæ diſtinctionem, *tranſmarina* dicitur, vti paulo infra e S. Bonifacii verbis liquebit.

In ipſa hodie Anglia, qui veterem Britannicam linguam retinent, quid Anglus, vel Anglia ſit, ignorant: ſed Anglos appellant *Saiſſons*, id eſt, *Saxones*, teſte citato antea *Humfredo* Cambrobritanno. *Lupus Seruatus* l. de S. Wigberto c. I *Indigenas Britanniæ, qui Angliſaxones appellantur, ab eis, qui Germaniæ ſeptentrionalem tractum incolunt, Saxonibus originem ducere, documentis approbatur.* *Marcellinus* de S. Swiberto c. I & VI; *Affectans ſalutem omnium hominum, & præcipue paganorum Friſonum, & Saxonum, eo quod Angli ab eis propagati ſunt.* Eademque iterum paulo poſt.

Tranſmarina vero ſimiliter Anglia dici quidem poteſt: ſed non ſolet, quia, vti ante retulit *Beda*, tota Germanicorum Anglorum gens ita Britanniam nauigauit, vt eorum poſt *patria deſerta* manſerit; & ſi qui Anglorum in Germaniam poſtea venerunt, vel in ea reſtiterunt, aliis Germaniæ populis adiuncti fuerunt, vt e *Ptolemæo* antea cognitum, dum *Sueuos, qui Angili eſſent*, nominauit *. Vnde & factum, vt dum ſimpliciter Anglia dicitur, non niſi Britannia intelligatur.

* Similiter *Otho Sperlingius*, in litteris ad *Ioan. Mollerum* an. MDCXCII datis, ſcribit, Anglos gentem fuiſſe Vandalicam, & antequam in Britanniam abiiſſent, maris Balthici in Sleſuicenſi & Wagria Ducatibus, ad fines vſque Megapolitanos, accolas: quorum, poſt expeditionem iſtam, in tractum Angliæ Cimbricæ hodiernæ exiguum, Flenopoli vicinum, compulſorum ſedes reliquas vacuas Sarmatæ ac Slaui deinceps occuparint. vid. quem dixi, *Mollerus.*

V Atque hæc S. Bonifacii patria eſt, prout non *Othlonus* tantum noſter, *(l. I c. I)* ſed ipſemet index in epiſtola ad Zachariam, quæ in vitæ libro II prima eſt. *Synodus*, ait, *& eccleſia, in qua natus & nutritus fui, id eſt, in tranſmarina Saxonia.* In MS. Carthuſ. Colon. *Beatus Bonifacius genitale ſolum in inſula, quæ Britannia dicitur, habuit, quam modo incolit gens Anglorum, quæ a Saxonibus traxiſſe originem putatur.* *Egilvvardus* lib. I de S. Burchardo c. II, *Winfridus indigena Angliæ* *. Vnde apparet, a *Trithemio* lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis † eum non recte affirmari *natione Scotum*, ſicuti neque ſanctum, quem paullo poſt ſubiicit, Willibaldum. Nam Scotus aut proprie Hibernus eſt, vt in S. Kiliani notis dixi c. III, aut aquilonarioris Britanniæ aduena, prout lib. I c. I indicat *Beda.* Neutro autem modo aut S. Bonifacius,
438 aut S. Wilibaldus Scotus eſt, ſed vel Anglus, vel Saxo tranſmarinus.

Anglia Bonifacii patriam fuiſſe probatur.

p. 249.

* Et præter hos *VVandelbertus* Non. Iun. *Nonis Antiſtes fulget* Bonifacius, Anglis Editus, *ad Chriſtum oceani qui traxit alumnos, Freſonum puro ſubmittens colla lauacro,* vt *Mabillonius* iam notauit in obſeruat. præuiis ad vitam Bonifacii § V p. 2.

† Et lib. II de viris illuſtrib. Ord. S. Benedicti cap. XXXIV, item lib. III cap. CLXI; immo iam ante Trithemium a *Mariano Scoto* lib. II chron. ad an. DCCXV & DCCXLI, lib. itidem III ad an. DCCXLIII, & poſt a *Thoma Dempſtero* lib. II hiſtor. Scot. cap. CXXX.

VI *Speciatim* vero eiuſdem S. Bonifacii patria vocatur a *Letznero* cap. I *Crediodum* **; a *Thomſono*, quem licet nunc non habeam, habui tamen, cum eum loco citato in S. Kilianum citarem, *Roſmarky.*

patria eius ſpeciatim ſpectata, Crediodū.

** Guil. Camdeno & Nicol. Harpesfeildo *Cridiadunum*, quod oppidum Deuoniæ contributum eſt, ac hodie *Kirton* appellatur. *Mabillonius* in obſeruat. præuiis § VI p. 2; *Bonifacius natus eſt in Saxonia occidentali, & quidem in hodierno Comitatu Deuoniæ, vrbe* Credianto, Crediton *ſeu* Kirton, *quæ quondam ſedes Epiſcopalis, ab Exona ſex circiter milliaribus diſtat. Id quod ex popularium traditione, & virente memoria* Guillelmus Camdenus & Ioannes Spedus *affirmant in deſcriptione Deuoniæ.*

Edit. I pag.

II NOTATIO

De S. Bonifacii parentibus.

I

Parentes Bonifacii fuere chriſtiani.

SI animum ſpectemus, eos cap. I dicit Lutheranus *Letznerus*, ethnicos ac infideles fuiſſe. Sed tam ab Othlono, *(l. I c. II)* quam Wilibaldo refellitur, qui puerulum ab illis in timore Domini, cura magna nutritum ſignificant. itemque ad paternam illius domum venticare ſolitos ſacerdotes & monachos: & ſanctum ipſum Bonifacium *a cunabulis Deo devotum* fuiſſe, narrat altera vita MS. Carthuſ. Colon.

nonnullis regia ſtirpe orti dicuntur;

II Si corpus vero intueamur, regium ei genus à nonnullis tribuitur. In arcis Moguntinæ templo hi verſus ſunt:

E ſtirpe natus regia Bonifacius,
Britanniam vltro deſerens,
Auctoritate Pontificis ſummi, fuit
Apoſtolus Germaniæ.

Memini autem chartam de S. Walpurge, aut eius fratre S. Wilibaldo editam, in qua S. Bonifacius eorum diceretur propinquus. At illos S. Richardi Anglorum Regis prolem fuiſſe conſtat: & in Lucenſi Italiæ vrbe hoc epitaphium legitur:

Hic Rex Richardus requieſcit ſceptrifer almus.
*Rex fuit Anglorum *: regnum tenet ipſe polorum*
Regnum dimiſit, pro CHRISTO cuncta reliquit.
Ergo Richardum nobis dedit Anglia ſanctum.
Hic genitor ſanctæ VValburgæ virginis almæ,
Et VVillebaldi ſancti ſimul, & VVinibaldi:
*Suffragium quorum det nobis regna polorum. Amen *.*

** Baronius tom. V anno 750.*

** Bruſch. paulo aliter p. 178.*

* Enimuero, *Richardum*, Wilibaldi & Wunibaldi patrem, Regem fuiſſe, nondum exploratæ veritatis res eſt. Vid. præter *Iac. Gretſerum* lib. I obſeruat. in commentar. Philippi, Eiſtettenſis Epiſcopi, cap. I, *Sagittarius* l. d, cap. XVI § II p. 216.

Et, propinquitatis huius cauſſa, tanto videri poſſent fidentius a B. Bonifacio in Germaniæ labores ac meſſem vocari: tantoque libentius acceſſiſſe illi. *Bruſchii* ſane verba in Aychſtetenſium catalogo ſunt hæc: *Cum audiret S. Bonifacius Anglus, ſororis ſuæ Bonnæ maritum, Regem Richardum, ex hac vita emigraſſe, ſuoſque ex chariſſima ſorore nepotes, Wilibaldum in Palæſtinam peregrinatum, Wunibaldum vero Romæ propter inſignem eruditionem cum ſumma pietate coniunctam in pretio eſſe, vocatum ipſum ad ſe, in præſentia Pontificis Gregorii, poſt varios vltro citroque habitos ſermones, vt ſecum in Germaniam abeat, orat ac facile perſuadet.* Accedit, quod Cangyth & Eadburga, Cantiorum Regis conſanguineæ, ab eo in epiſtolis vocentur *ſorores*, & ipſe ab ipſis *frater*. Et quamuis poſſet fortaſſis poſtremum hoc, quoad religioſam & ſpiritalem coniunctionem exponi, Othloni tamen de regia iſta proſapia ſilentium e Wilibaldi ſilentio profectum videri poteſt: huius vero e modeſtia, honorisque fuga, ne ſuum ipſe proderet ſtemma nobiliſſimum, ſicuti & de huius eiusdem S. Wilibaldi Rege parente ſiluit, quæ ipſius aut vitam aut hodœporicon ſcripſit; quia eius aut ſoror, aut propinqua erat, vti recte in illam notat *H. Caniſius* tomo IV Antiqu.

p. cit. l. — 439

** quod dubium.*

Sed *V. Beda* in Epitome *, cum Egbertum Archiepiſcopum non *diuina* tantum *ſcientia imbutum*, ſed *regali proſapia ditatum* ſcripſerit anno DCCLXVI, cur de S. Bonifacii proſapia nihil etiam paulo ante indicaſſet anno DCCLIV? An quia non quidlibet de quolibet, in Epitome præſertim, dicendum? Wilibaldus *villam & domum patrisfamilias*, non vllam arcem, aut palatium regis, patris eius, domum appellat.

* *p. 477 & ſeq.*

III Illud

Edit. I pag. III Illud ſane minimum conſtat, ſumma generis claritudine ac nobilitate noſtrum hunc Sanctum fuiſſe. *Egilvvardus* lib. I cap. I cum *nobilem* dixiſſet *nobiliſſimi Burchardi parentelam*, ſubiunxit: *Tradunt etiam nonnulli, hos germanos fratres Burchardum, & Svvithanum, magni Bonifacii Epiſcopi non ſolum conterraneos, ſed etiam carne conſanguineos fuiſſe.* In *MS. Colonienſi* altero dicitur *nobili proſapia Anglorum oriundus*: in *Moguntino Breuiario* die V Iunii, *honeſta origine. Letznerus* cap. I, *Von fürnemen vnd hohen adelichen eltern zur vvelt geboren.* & cap XXII *nach dem fleiſch von hoher vnd*
440 *adelicher geburt* †. Nomen porro ei fuit impoſitum *Winfridus*. Sed de illo mutato dicam poſtea *.

nobili proſapia fuiſſe clarum.

* notat. 16.

† Breuiter, ſcite tamen, *Mabillonius* in obſeruat. præuiis § VII p. 2; *Bonifacii parentes, quos nobis ignotos eſſe voluit antiquorum ſilentium, vanis coniecturis inquirere non vacat, certe nec decet. Qui regium ei genus tribuunt, & SS. VVilibaldi & VVunibaldi conſanguineum dicunt, nullo argumento nituntur legitimo. Illud exploratum, quod* anonymus vitæ conditor *tradit*, nobili proſapia *oriundum fuiſſe Bonifacium, qui Leobgytha ſanctimoniali adfinitate coniunctus erat.*

III NOTATIO

Qua ætate cœnobium inierit S. Bonifacius.

I

TEſtatur c. I *Marcellinus (de S. Svvibert.)*, ſolitos in Anglia complures *Principum, Militumque*, id eſt, nobilium virorum monaſticam vitam capeſſere; idque ita ſub hiſtoriæ ſuæ finem anno Domini DCCXXXI ſcribit *Beda*: *Arridente pace ac ſerenitate temporum, plures in gente Nordanhumbrorum, tam nobiles quam priuati, ſe ſuoſque liberos, depoſitis armis ſatagunt magis, accepta tonſura, monaſterialibus aſcribere votis, quam bellicis exerceri ſtudiis.* Et alii quidem anno ætatis ſuæ XV, vt apud *Marcellinum* cap. III. S. Swibertus; alii XIV, vt apud *V. Bedam* l. V hiſt. cap. XX B. Wilfridus; apud *Metaphraſten* magnus Theodorus; citius alii: quos inter videtur ſanctus eſſe Bonifacius. De eo ſiquidem *S. Willibaldus* ſic: *Qui iam labentia cuncta animo ſubiecerat, & æterna magis quam præſentia cogitare diſpoſuerat, cum eſſet annorum circiter quatuor, ſeu quinque, Dei ſe ſeruitio ſubiugare ſtuduit: multoque mentis conamine, de monaſteriali iugiter vita inſudare, & ad ea mentis quotidie niſibus anhelare.* Quamuis vero non tunc, ſed poſtea monaſterium adierit, vt in eodem auctore monſtrant, quæ ab eo ſubduntur, vix tamen alios quatuor aut quinque, aut certe non multo plures annos ab ſanctiſſimo puerulo expectatos, videntur apud eundem Willibaldum indicare ſequentia, in quibus ætas ipſius *pueritia* & *infantia* vocatur. Faciamus igitur ſummum anno ætatis XII vel XIII religioni eum ſe dicaſſe *.

Cum alii ætatis anno 15 vel 14, alii citius, monaſticam vitam capeſſiuerint, Bonifacius id 12 vel 13 ætatis anno feciſſe videtur.

* Hanc *Serarii* ſententiam præ illa, qua *Spangenbergius* VI ætatis anno Bonifacium cœnobium iniiſſe vult, melioribus niti rationibus cenſet *Sagittarius* l. d. cap. I § V p. 121.

II Quam vero bonum ſit, a puero Domini iugum ſic ferre, docet non Ieremias tantum Threnorum III; ſed *Hieronymus* etiam *Platus* lib. III de bono ſtatus religioſi cap. XXXIII. *D. Ambroſius* epiſt. LIX de S. Acholio: *Benedictus Dominus, & benedicta adoleſcentia eius, quam exegit in tabernaculis Dei*
441 *Iacob, poſitus in monaſteriis.* Huius, cum ſimili exemplo, cauſſam monſtrat *Albinus Flaccus*, dum de S. Willibrordo, Bonifacii noſtri olim magiſtro & Epiſcopo, ita narrat: *Statim ablactatum infantulum tradidit pater Ripenſis eccleſiæ fratribus, religioſis ſtudiis, & ſacris litteris erudiendum, vt fragilior ætas validioribus inualeſceret diſciplinis, vbi nihil videret niſi honeſta, nihil audiret niſi ſancta.* B. *Pachomius* apud Metaphraſten: *Cœnobium*, ait, *habet multos, qui recenter aduenerunt, quorum ſunt diuerſi mores, & nondum ſciunt nec ipſum quidem monachi habitum; inter quos ſunt etiam pueri adeo ſimplices, vt ne ſuam quidem norint dextram, aut ſiniſtram.*

Surius Nouemb. p. 118

Surius Maio p. 272.

Edit. I pag.

IV NOTATIO

Ex vno monaſterio in aliud cur migrarit S. Bonifacius, & de ipſius in litterarum ſtudiis præceptore, feruore, ac progreſſu.

I

Litterarum amore ſe confert in aliud.

Abbatis notus fama.

DIſcendi erat ſanctus adoleſcens cupidiſſimus. Cum in eo igitur monaſterio, in quod primo venerat, litterarum ac doctrinæ minus perſpiceret, quam optabat, fieri ſibi a ſuperioribus poteſtatem petiit, ad aliud, vbi eruditionis copia & occaſio maior, commigrandi. Annuerunt illi, & ad Abbatem, qui eo tempore ſanctimonia, doctrinaque inſigni pollebat, ſeſe is contulit. Sic S. Ludgerus ad Albinum, vti narrat eius vita cap. VII, & S. Willibrordus ad Hibernos profectus eſt, apud *Surium*, t. VI f. 128.

cuius nomē varie ſcribitur.

II Huius vero Abbatis, doctoriſque nomen varie ſcribitur, *Wynberctht*, *Winbertus*, *Wimbertus*, *Wiribertus*, *Wigbertus*, de quo etiam cap. VI, & in quadam ad Tauinum, & alios epiſtola ſic ſanctus noſter: *Paterno amore dilectionem veſtram obſecro, vt eo maiorem monaſterialis normam vitæ cuſtodire ſtudeatis, quo pater noſter Wigbertus defunctus eſt;* & ad Danielem Epiſcopum: *Paternitatis veſtræ clementiam de vno ſolatio peregrinationis meæ intimis precibus diligenter rogare velim, ſi præſumam, id eſt, vt librum Prophetarum, quem venerandæ memoriæ Wimbertus Abbas & magiſter quondam meus, de hac vita ad Dominum migrans dereliquit, vbi ſex Prophetæ in vno corpore claris & abſolutis litteris ſcripti reperiuntur, mihi tranſmittatis.* Ab hoc alius ille eſt, cuius vitam ſcripſit Lupus Seruatus, & Fridslarienſis Abbas fuit. 44[illegible]

Hoc doctore multum profecit, in litteris.

III Tanto igitur diſcendi ardore cum ſanctus flagraret adoleſcens, tamque idoneum in melioribus diſciplinis procedendi locum & magiſtrum conſecutus fuiſſet, in grammaticis, poeticis, theologicis tantos fecit progreſſus, quantos Anglia tum admirata eſt, & nos hodie in effectis, & pauculis, quæ ſuperſunt, litterariis eius monumentis, de quibus poſtea *, ſuſpicimus. Hinc *Gregorius II* cap. XII lib. I vitæ: *Experimur*, inquit, *te ab infantia ſacras litteras didiciſſe, profectuſque indolem ad augmentum talenti cælitus crediti, proſpectu diuini timoris, extendere, videlicet gratiam cognitionis cæleſtis oraculi, in laborem ſalutiferæ prædicationis expendere.*

*notat. 48.

* Cantuariam quoque Bonifacium conceſſiſſe, tradit *Spangenbergius*, Bedam quidem vt audiret: tantos etiam ſub eo feciſſe profectus, vt Magiſtri in theologicis titulum atque honores conſecutus ſit. Sed non immerito l. d. cap. II § I p. 123 ſubdit *Sagittarius*, ſe veterum, qui id habeant, deſiderare teſtimonia.

quam amor in eo nec in ſenectute refrixit.

IV Neque vero per occupationes maximas, labores plurimos, ipſum etiam ſenectæ frigus, refrixit honeſtiſſima hæc in ſancto maioris doctrinæ flamma, ſed tota cum eius vita vixit, & arſit ſemper, vt præter alia, quæ alio dicentur loco, indicat præceptoris ſui librorum paulo ante allata petitio; præſertim cum addat, *ſibi iam ſeniori caligaſſe oculos*, neque libros tamen legendi finem facere adhuc vellet; vt tanquam alter Angliæ Germaniæque Solon diceret: Γηράσκω αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. De ipſo *S. Willibaldus* cap. III, *Ab infantia ſua vſque ad decrepitam ætatis ſenectutem, præteritorum non mediocriter Patrum ſapientiam imitatus eſt, dum Prophetarum, iugiter, & Apoſtolorum verba ſtilo ſanctitatis conſcripta, & glorioſam martyrum paſſionem litterarum apicibus inſertam, ſed & euangelicam Domini Dei noſtri traditionem quotidie commendabat memoriæ.* Rurſumque poſtea: *In tantum ſcripturarum exarſit deſiderio, vt omni ſe intentione, earum imitatione & auditione coniungeret* *.

* id eſt, *iungeret ſe cum imitatione & auditione.* (S.)

V NOTATIO 443

Quo ætatis anno ſacerdos creatus S. Bonifacius?

I

Sacerdos ordinatus 30 habens annos

SAnctum ſacerdotio initiatum Bonifacium *anno ætatis triceſimo exacto*, ait *Breuiarium Moguntinum* & Schwabenheimenſis in *Wicelii* Hagiologio hiſtoria.

Digitized by Google

Edit. I pag. ſtotiæ. (*p.* 156) Non tam definite *Othlonus* (*l. i cap.* 5.) & *Willibaldus* loquuntur: ſed iſte quidem ſic: *Triginta, aut eo amplius annorum habens ætatem, magiſteriali & familiari ſubleuatus electione, iuxta canonicæ conſtitutionis regulam, ſuſcepit, & ad ſacerdotalis officii gradum, diuerſis donorum ditatus muneribus acceſſit.* Canonica vero illa conſtitutio videtur in Angliæ monaſteriis tum viguiſſe, vt ante annum XXX ad ſacerdotium non eueheretur vllus. Ideoque in Epitomes extremo *V. Beda* de ſeipſo ſic: *Decimonono vitæ meæ anno Diaconatum, triceſimo gradum Presbyteratus, vtrumque per miniſterium Reuerendiſſimi Epiſcopi Ioannis, iubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi.*

ſecundum conſtitutionem in Anglia tum receptam.

II Eodemque anno ad tabernaculi miniſterium accedebant olim Leuitæ, vt habet cum Hebræo textu noſter Numer. IV ℣. 3, & admonet in Ezechielis caput I *S. Hieronymus* (*p.* 315 *tom. V opp.*) Annales tamen iſtæ leges poſſunt nonnunquam pro locorum ac perſonarum varietate aliquantulum mutari. Ideoque Presbyteratum capere quis poteſt hodie anno ætatis viceſimoquinto, vt eſt in Tridentino Concilio ſeſſ. XXIII cap. XII; qui annus ſacerdotii etiam fuit D. Ioanni Euangeliſtæ, vt oſtendit tom. II Reuerendiſſ. *Baronius* anno CI, & eſſe potuit miniſterii veteribus etiam Leuitis, vt in citato Numerorum loco clare aiunt ſeptuaginta Interpretes, & ipſe etiam textus Hebræus Numer. cap. VIII ℣. 24, ſuoque id tempore ab iis factum annotat Iudæus *Philo* lib. *Quod deterius potiori*; & ipſius etiam S. Bonifacii æuo fieri potuiſſe, reſpondet ab ipſo interrogatus Zacharias Pontifex lib. II vit. cap. XIV. Et rurſus hodie Diaconatus ante annum XXIII, per eandem Tridentinæ ſynodi ſanctionem, non ſuſcipitur; cum a Beda, vti paulo ante audiuimus, anno XIX ſuſceptus ſit.

quæ tamen leges annales nonnunquam poſſunt mutari

444 III Nimirum eam naturale ius ætatem in munere quolibet requirit, quæ illi gerundo par ac idonea ſit. Quænam vero ea iudicanda ſit, iuris humani eſt decernere. Sicque apud *S. Willibaldum* cap. VI dicit S. Bonifacius, ad Epiſcopatum, *iuxta canonicæ rectitudinis normam*, annum requiri quinquageſimum, & *Othlonus* cap. XV, prout etiam apud *Clementem* eſt lib. II Apoſtol. Conſtit. c. I. Poſtea vero triceſimus annus, quo & CHRISTVS Dominus, & S. Ioannes Baptiſta prædicationem orſi ſunt, viſus eſt ſufficere. c. *Cum in cunctis. x. de electione.* & c. *Cum nobis.*

ætatem ſacerdotio dignam iuris humani eſt decernere.

VI NOTATIO

Quomodo Chriſti cauſſa, eiuſque fidei propagandæ zelo, parentes, patriamque ipſam primo reliquerit S. Bonifacius.

I

DE ſæculo poſt mundi Saluatorem natum ſeptimo ſcribit in Swibertina hiſtoria cap. IV *Marcellinus* *: *Eo tempore tanta erat deuotio hominum Angligenarum, poſtquam tota inſula fidei ſacramentis erat imbuta, vt non ſolum nobiles, ignobiles, clerici, laici, verum etiam Reges, & filii Regum de gente Anglorum, ſpretis regnis & deliciis mundi, eligerent ex maxima deuotione ad tempus peregrinari pro CHRISTO in terris: quidam ad docendum indoctos, vt S. Columbanus Abbas, qui cum XII clericis Galliam perluſtrauit, & in fide confirmauit: quidam ad viſitandum loca Sanctorum, vtpote Craduualla prapotens Rex Angliæ, & Offa Rex Cantuariorum, qui anno ab incarnatione Domini DCLXXXIX Romam proficiſcentes, relictis regnis temporalibus, vt cæleſtis regni introitum, & æterna gaudia adipiſci poſſent, a S. Papa Sergio attonſi, Regi regum deuote militauerunt: quidam ad conuertendum incredulos, vel in ſolitudine anachoreticam vitam ducentes, vt S. Iudocus, S. Winotus, filii Regis Angliæ, & plures alii; & hi omnes, vt familiarius a Deo, & Sanctis*

445 *eius recipi mererentur in cælis.*

Anglorum olim apud exteros fidem propagandi zelus.

* apud *Surium* tomo II p. 9. (S)

II E piorum iſtorum numero, quos diuini honoris, miſerorumque mortalium ſalutis accendit fax, fuit S. BONIFACIVS, neque tamen præcipiti aliqua temeritate, monaſticis poſthabitis obedientiæ legibus, alias in oras peregrinari voluit: ſed ab Abbate, totoque fratrum cœtu diu & multum imis contendit precibus, bona ipſorum venia, in horridas idolorumque adhuc ſuperſtitione

quo feruens Bonifacius parentes & patriam reliquit.

cæcas

cæcas Germaniæ terras proficiſci liceret. Initio quidem tantum eruditionis a ſe abire iubar, tantum virtutis omnis exemplar diſcedere nolebant: ſed incenſo ipſius zelo, aſſiduiſque peruicti obteſtationibus, non e patria tantum excedendi copiam fecerunt, ſed neceſſariis etiam ad tantum ac tale iter corporis animique ſubſidiis inſtruxerunt; viatico nimirum, comitibus, & multis ad DEVM precibus *poſtulantes*, inquit *Othlonus*, (l. 1 c. 7) *vt angelus Domini bonus comes eius vbique eſſet*; quo de angelo dixi in Tobiæ caput V quæſt. vnica. Edit. I Pag.

per quæ loca in itinere venerit. III Loca vero, quorum incidit ſæpicule mentio ſunt, 1, *Cent* aut *Kent*. & eſt *Cantuaria*, vti recte in cap. IV S. Willibaldi notat *H. Caniſius*, a quo neſcio an non differat *Cuentewvich* apud eundem *Willibaldum* c. V.

Omnino differt. Caue tamen, *Gandauum*, cum *Sagittario* l. d. cap. IV § III p. 131 intelligas. Quippe *Cuent* apud *VVillibaldum* l. d. eſt *Quantia*, fluuius in Morinis, *Cuentawic* vero *Quentauicus* portus. Vtrum vero *Quentauicus, cella Iudoci* ſit, vulgo *S. Ioſſe ſur Mer*, an *Stapula*, vulgo *Eſtaples*, non vna omnium ſententia eſt. *Mabillonius* vult eſſe *Stapulas*. Sic namque ad dictum *VVillibaldi* locum p. 12; Quantiam *ſcilicet fluuium in Morinis, Galliæ populis, ad Britannicum fretum; vulgo* la Canche *appellatum; a quo* Quentauicus portus *denominatus, modo* Stapulæ, Eſtaples *dictus*. *Baluzius* vero adnotat. ad Lupi epiſtol. XI p. m. 339 & ſeq. *cellam Iudoci* potius intelligendam contendit. *Sancti*, inquit, Iudoci *monaſterium, ſiue cella maritima, ſitum eſt haud procul oſtio* Quenti *fluminis, vulgo* Canche, *aduerſum nimirum oppido* Stapularum, *quod in ora fluminis ſitum eſt. Poſitam fuiſſe hanc cellam haud procul* Quentauico, *in Comitatu Pontinenſi, arbitratur R. P.* Philippus Labbeus. Sammarthani *vero ſcripſere eſſe ipſum* Quentauicum. *Iſtorum autem ſententiæ ego accedo propter auctoritatem* Alcuini, *qui in epiſtola XCIII* cellam S. Iudoci *locat in loco, cui* Vicos *nomen*. Martinus, *inquit*, in Vicos apud S. Iudocum infirmus remanſit. *de quo haud dubie loquitur etiam in epiſt. XII ad Carolum M.* Reuertente me de Vicos propter cauſſas neceſſarias. *Locus ergo* (*quod* Sirmondus *quoque obſeruat ad capitula Caroli Calui tit. XXXI*) *dicebatur ſimpliciter* vicus Quenti —— *Id nos docuit* Willibaldus *in vita S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini cap. V, vbi ait, hunc Sanctum ex Anglia profectum appuliſſe cum ſociis ſuis ad fluuium* Cuent *ſiue* Quentum, *deinde vero paullulum ſubſtitiſſe apud* Cuentauuc *ſiue* Quentauicum —— *Hodie* Quentauicus, *vt pleraque alia Gallorum oppida, relicto veteri nomine*, S. Iudoci *nomen retinet, vulgo* Saint Ioſſe ſur Mer.

2, *Lundenwich* videtur eſſe *Londinum* c. IV Willibaldi. 3, *Trebt* aut *Trecht*, l. II vit. c. XV *Trectis*, olim *Traiectum*, nunc fere *Vltraiectum*; de quo *V. Beda* l. V c. XII ſic: *Donauit* S. Willibrordo *Pipinus locum cathedræ Epiſcopalis in caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo gentium illarum vocabulo Wiltaburg, id eſt, oppidum Wiltorum, lingua autem Gallica Traiectum vocatur*, vel *Trechtum*, quod, inquit *Bertius* p. 213, *antiquis Batauis eſt forum*. Vnde etiam *Halſtrechtum*, *Mærendrechtum*, *Papendrechtum*, *Barendrechtum*, & ſimilia; prout in Italia ſunt *forum Varronis, Liuii, Cornelii*, aliorum. Subſcribit & *Marcellinus* c. VI & VII, *Hucboldus* c. VIII. Sed veteri huic Traiecto, quod nunc *Vtricht*, ſyllabam *ul* & *u* acceſſiſſe putat *Adrianus Iunius* ex eo, quod vulgus ibi legeret V. TRIC. LEG. STAT. id eſt, *quintæ*
p. 209 *tricesimæ legionis ſtatiua*. Et placet hæc Bertio, & P. Heutero coniectura. Mihi tamen illa magis, vt veteris a Beda & Marcellino proditi nominis *Wiltaburg*, prima quaſi ſyllaba, vno i extrito remanſerit, & ex *Wiltatrecht* factum ſit *V- 446
tricht* & *Vltraiectum*.

Chriſtophoro contra Cellario, lib. II geograph. antiqu. cap. III p. 350, a *vetere Traiecto*, vt Caroli M. ætate dicebatur, hoc nomen eſſe videtur: in quo *alt* (ſeu alia dialecto *oud*) ad *Traiectus* vocabulum acceſſerit. *Sponero* itidem, qui nouiſſime notit. German. antiq. lib. IV cap. IV § X p. 324; *Iſti autem* veteri Traiectui, *quod nomen habet* Caroli M. *diploma apud* Hedam *in Albrico, maiores nomen dederunt*, Olt-trecht. *Vnde inepte quidam* Vltraiectum *vocarunt, cum* Olt-traiectum *fortaſſe non male dici potuiſſet*.

4, *Dorſtet* vel *Torſtat*, apud Ptolemæum & Tacitum *Batauodurum*, quod, ait Bertius, *noſtris eſt Wyck te Duerſte*; de quo in Swiberto *Marcellinus* cap. XIII ſic: *Sancti Epiſcopi Willebrordus & Swibertus cum ſacerdotibus & clericis Hollandiam & Friſiam vbique peruagantes, rudem populum documentis euangelicis informauerunt, docentes profanum idololatriæ cultum abolendo relinquere, catechumenos baptizauerunt, neophytos confirmauerunt, ſacros ordines celebrauerunt, ac in pagis ſingulis euangelium pacis conſtanter & deuote prædicauerunt, & per loca ſingula Presbyteros & Diaconos ordina-*

Digitized by Google

ordinauerunt, qui eos in verbo fidei & miniſterio baptizandi adiuuarent, maxime in magno vico Duerſtat, in quo per biennium prædicantes, totum populum ad fidem perduxerunt CHRISTI, ac fana idolorum commutantes in eccleſias CHRISTI, quinquaginta duas dedicauerunt eccleſias parochiales in eo, adiutorio Guntheri Militis, & aliorum amicorum.

O vtinam prima hæc in Hollandia & Friſia Chriſtianæ fidei primordia, primique regionum illarum in CHRISTO patres in memoriam populis illis redeant, & Luthero, Caluino, Mennoneque abiectis, primam illam fidem teneant, primaque opera faciant. Apoc. II.

VII NOTATIO

De celebrioribus in Occidente Principibus, quorum tempore venit in Friſiam primo S. Bonifacius.

I.

DVo nominantur Principes, qui in ſeptentrionalibus Germaniæ partibus, ipſaque in Friſia dominabantur. Vnus erat Chriſtianus, *Karolus*, qui & apud veteres crebro *Karlus*, prout hodierna etiam noſtras habet pronuntiatio, ſcribitur. Alter ethnicus, idololatriæ deditiſſimus, *Ratvuodus* ſeu *Ratbodus*. *Illorum duo nominantur,*

447 Fuit autem *Carolus*, cognomento *Martellus*, eius Pipini filius, qui, vt a priore dicto Landenſi, e cuius filia Begga & Anſegiſo Principe, poſt Metenſi Epiſcopo, natus erat, diſtinguatur, *iunior & ſecundus*, *Craſſus* & *Herſtallus* appellatus, quique Carlomanni & Pipini, de quibus in vita ſæpius, pater fuit: &, vt ait *Othlonus* (*l. I c. 8*) *Princeps, glorioſusque Dux Francorum*, immo re Rex, nomine autem tantum Dux, Regi ſubiectus. Eius enim pater Pipinus *obtinuerat*, prout veteres *Pithœani Annales* loquuntur, *regnum Francorum per annos XXVII, cum Regibus Ludouuico, Hildeberto, & Dagoberto*, & quidem, vt poſtea ſubditur, *ſub honore Maiordomatus*, quem honorem qui tenebat, *Maior domus*, interdum etiam *Palatii Comes*, *Aulæ Præfectus*, & *Equitum Magiſter* dicebatur, regnique totius adminiſtrandi poteſtatem ſummam habebat. Sic enim citati Annales: *Reges Francorum ex antiqua Merouingorum ſtirpe deſcendentes, Reges quidem dicebantur: ſed poteſtas regni tota apud Maiorem domus habebatur, excepto quod chartæ & priuilegia Regis nomine ſcribebantur, & in Martis campum, qui Rex dicebatur, plauſtro bobus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno a populis viſus, publica dona ſollemniter ſibi oblata accipiebat, ſtante coram Maiore domus, & quæ deinceps agenda eſſent, populis annuntiante, ſicque Rege domum redeunte cetera regni negotia Maior domus adminiſtrabat.* Eadem copioſius lib. II cap. 1 *Egiluualdus*, & in vita Caroli Magni, ſub initium *Eginhartus*, (*c. I p. m. 13 ſeq.*) aliique alibi poſtea citandi. *1 Carolus: de cuius genere & dignitate. Aimoinius l. 4. in an. 752 p. m. 7.*

II Porro *Ratbodus* interdum quidem *Dux Friſonum*, vt apud Ionam in S. Wulfranni vita, dicitur; ſed in *S. Willibaldo*, *Othlono*, *Alcuino*, *Annalibus* citatis, *Marcellino* c. V, VII, & aliis, *Rex*, de quo cap. XIV. (*l. I Othlon.*) Ei cum Francorum aut Regibus, aut Ducibus, ſeu domus Maioribus multa & grauia bella erant. Nam Caroli pater Pipinus citeriorem ei Friſiam ademerat, eumque Wiltenburgo, quod nunc Vltraiectum dici, dictum ſupra, expulerat, vt ait c. VII *Marcellinus*. cumque fuiſſet ipſe Pipinus mortuus an. Domini DCCXIV, ille magno & valido cum exercitu Coloniam vſque contra eius filium Carolum venit, huicque damna magna, menſe Martio, prælio inito, anno DCCXV intulit, vt in iiſdem Annalibus eſt. *2 Ratbodus; de cuius bellis cum Regibus Francorum,*

448

Et illud eſt graue luctuoſumque illud tempus, de quo (*lib. I*) c. VIII *Othlonus*; quod, pacis euangelio inimicum, effecit, vt abſque vllo pæne prædicationis fructu ſuam in Angliam redire debuerit S. Bonifacius, prout (*lib. I*) c. IX refert *Othlonus*. quemadmodum ſcilicet antea e ſtetit eodem arduo in eandem illam, cum eiuſdem Ratbodi Regis animum inflectere nequiiſſet, abſque manipulis redierat Angliam ſub annum DCLXXVII S. Wilfridus, vt ait in Swiberti vita cap. V *Marcellinus*. *Sanctorum*, ait *S. Willibaldus*, *ſingulare munus eſt ſanctitatis, vt dum ad tempus, ſuum ſine ſpirituali vigore germinis, laborem* *Et Bonifacio impedimento fuit.*

minime pollentem perſpiciunt, ad alia prorſus loca ſecunda, laboris cum fructu, Edit. I
migrent. quoniam in caſſum inhabitatur locus, ſi & fructus deeſt ſanctitatis. Sic p. 448
tom. 6. Sur. p. 130. de S. Willibrordo *Alcuinus: Cum apud Ratbodum vir Dei fructificare ſe non poſſe ſentiret, ad ferociſſimos Danorum populos iter euangelizandi conuertit. Ibi tum, vt fertur, regnabat Ongendus, homo omni fera crudelior, & omni lapide durior, qui tamen, iubente Deo, veritatis præconem honorifice tractabat. Quem dum obduratum moribus, & idololatriæ deditum, & nullam melioris vitæ ſpem habentem offendit, acceptis tunc XXX eiuſdem patriæ pueris* (quos in Chriſtiana fide inſtitueret) *ad electos Dei populos regni Francorum reuerti feſtinauit.*

VIII NOTATIO

De prima S. Bonifacii profectione Romana.

I

Prima hæc inſignis eſt

ROmam minimum ter aut etiam quater profectus inuenitur S. Bonifacius. Prima vero profectio, inſignis eſt litteris Danielis Epiſcopi commendatitiis, ſociorum multitudine ac pietate, Romani Pontificis, qui ſimpliciter *Apoſtolicus* c. XI (l. I *Othlon.*) vocatur, humanitate. 449

Cum enim primo ſuo in Germaniam acceſſu fructus, quos vellet, minus collegiſſet Sanctus, neque tamen idcirco diuinus eius aut intepeſceret zelus, alia rem aggredi via conſtituit, vt ſcilicet ab Apoſtolica ſede, tanquam ab Apoſtolicæ prædicationis fonte, benedictionem hauſturus, Romam pergeret, plurimoſque ad maximum, quod animo agitabat, opus ſocios & adiutores compararet.

1 litteris commendatitiis

Danielis Epiſcopi.

II Moris autem erat, vt, ſi qui ſancto euangeliſmi deſiderio tenerentur, Romamque venirent, litteras prioris vitæ, ſanctique ſtudii & doctrinæ indices ac teſtes Pontifici offerrent, vt eodem cap. XI monſtrat *Othlonus.* Monaſterii porro, in quo tum S. Bonifacius, Epiſcopus erat Daniel, de quo in hiſtoria ſæpe *V. Beda.* Nam lib. IV c. XVI; *Poſtquam*, ait, *omnes Britanniarum prouinciæ fidem CHRISTI ſuſceperant, ſuſcepit & inſula Vecta; in qua tamen ob ærumnam externæ ſubiectionis, nemo gradum miniſterii ac ſedis Epiſcopalis ante Danielem, qui nunc Occidentalium Saxonum & Gevviſſorum* (iidem, aut non valde diuerſi eodem lib. c. XV) *eſt Epiſcopus, accepit.* Et lib. V c. XIX; *Occidentalium Saxonum Heddi, qui vir bonus ac iuſtus, defuncto, Epiſcopatus prouinciæ illius in duas parochias diuiſus eſt. Vna data eſt Danieli, quam vſque hodie regit: altera Aldhelmo, cui annis quatuor ſtrenuiſſime præfuit. Ambo & in rebus eccleſiaſticis, & in ſcientia ſcripturarum ſufficienter inſtructi.* Et libri eiuſdem cap. vltimo: *Prouinciæ occidentalium Saxonum Epiſcopus Daniel.* Et præfatione ad Ceoluulphum Regem; *Daniel reuerendiſſimus occidentalium Saxonum Epiſcopus.* Ab hoc autem commendatitias accepit S. Bonifacius, alias quidem veluti patentes & communes ad omnes, quæ, vt in epiſtolarum libro videbitur, extant: alias ad Pontificem proprias, quas cum prioribus illis eaſdem non eſſe, prout inſinuat non nemo, videtur ex eo clare colligi, quod in illis de hoſpitalitate tantum, non autem de Bonifacii voto, doctrina, & virtute quidquam agitur: quod in illis Reges primo loco, & generatim Epiſcopi, non autem *Apoſtolicus* ſalutatur: quod illæ apertæ ac euolutæ: quæ vero ad Pontificem erat epiſtola, *inuoluta de more* traditur a *Willibaldo* c. V, & *Othlono* c. XI fuiſſe, inſtar voluminis ſcilicet, quod Hebræi *megillah*, Zacharias Pontifex lib. II vitæ; cap. XIV *rotulum* appellat. 450

2 Sociorum multitudine & pietate

III Sociorum non modica multitudo ab eodem dicitur cap. X; qui & dum Cuentauicii congregarentur, & poſtea dum in itinere fuerunt, *multas*, inquit *S. Willibaldus*, *Sanctorum eccleſias orando adierunt.* Longe ſiquidem hi primi Germaniæ Apoſtoli a nouitiis noſtrorum pſeudoapoſtolorum erroribus, de Sanctis non inuocandis, abfuerunt; ideoque *Sanctorum*, ait idem *S. Willibaldus*, *ſuffragante patrocinio, ac Deo diſpenſante, limina B. Petri proſpere* tota cum ſua cohorte *aggreſſus eſt* S. Bonifacius; & omnes *eccleſiam*, ait idem, *S. PETRI, principis Apoſtolorum, magno cum gaudio, ingreſſi, abolitionem peccaminum poſtulantes, diuerſa quidem munera quam plurima detulerunt.*

IV In

Edit.I pag. IV In Apoſtolica vero ſede cœperat ſedere iam inde ab anno DCCXIV Gregorius II, qui, vt ab *Anaſtaſio* ſcriptum eſt, fuit *vir caſtus, diuinæ ſcripturæ eruditus, facundus loquela, & conſtans animo, eccleſiaſticarum rerum defenſor, & contrariorum fortiſſimus impugnator.* Et propter magnam cum Dialogorum ſcriptore Gregorio magno ſimilitudinem, vocatur quandoque a Græcis *Gregorius Dialogus*, prout ex ipſius de ſacris imaginibus libro ad Leonem Iſaurum Imperatorem, & Cedreno patet. *Gregorii II, qui tum ſedebat, laus.* Baronius tom.9 f.64.

IX NOTATIO

Quomodo a Pontifice Maximo in Germaniam miſſus S. Bonifacius.

I

QVemadmodum in Angliam, quæ Germanorum quædam veluti colonia & ſoboles fuit, primos Chriſtianæ fidei præcones & Apoſtolos, Auguſtinum, Iuſtum, Mellitum & alios Roma miſit *S. Gregorius primus*: ſic nunc in Germaniam ipſam S. Bonifacium cum ſociis aliquot, *Gregorius ſecundus*. Et hic quidem roganti Bonifacio (non ſane aut Lutherano, aut Caluiniano) *plurimas variorum Sanctorum dedit reliquias*, c. XI, lib. I, ſeu, vt c. VI loquitur *S. Willibaldus: numeroſam reliquiarum multitudinem.* *Mittitur,*

451

II Deinde ipſum nondum quidem Epiſcopum proprie, ſed Chriſtianæ fidei præconem, *Apoſtolicæ ſedis Legatum* creauit, prout in eodem apud *S. Willibaldum* capite, ipſemet S. Willibrordo indicat Bonifacius; hancque ipſi datam euangelii longe lateque diſſeminandi poteſtatem diplomate, quod l. I (*Othl.*) c. XII poſitum eſt, confirmauit. In cuius extremo tria notanda. *Primum* eſt; vſitato ac legitimo Chriſtianorum Imperatorum titulo *piiſſimum* vocari Leonem Iſaurum, cum alioqui parum pius, quinimmo potius totus eſſet impius. *Alterum*; apud *Surium* dici Leonem ſecundum; in *Othlono* autem (*l. I c. XII*), & manuſcriptis S. Bonifacii epiſtolis, neque ſecundum neque tertium. *Tertium*; *Annus* illius imperii conſtanter in libris omnibus legitur *tertius*, & *indictio ſecunda.* Vnde indicatur annus Domini DCCXIX. Refert enim *Paulus Diaconus* factum Imperatorem Iſaurum die XXV Martii, anno Domini DCCXVII, indictione XV, quæ nimirum cœperat ab anni DCCXVI, vt in Imperatoria indictione moris eſt, Septembri. & ſic prima incipiebat ab anni DCCXVII Septembri, ſecunda ab anno DCCXVIII Septembri, & ad DCCXIX anni Septembrem porrigebatur. Datæ autem litteræ Pontificis, ipſis *Maii Idibus*, quæ ſecunda incluſæ adhuc indictione *. Et hinc apparet, ſi Leonis imperium libeat, cum Reuerendiſſimo *Baronio*, anno DCCXVI adſcribere, in hiſce litteris ſcribendum fuiſſe annum Leonis *quartum*. Illud vero valde placet, quod his idem adiunxit *Baronius*, dicens: *Ex iis videas priſcos mores, & antiquos ritus, quomodo quis munere Apoſtolatus initiari ſoleret.* *vt ſedis Apoſtolicæ legatus,* *traditio diplomate,* *infra notat. 54 decemq.*

* Audire hic iuuat doctiſſimum *Pagi*, qui critic. Baron. ad an. DCCXIX n. III p. m. 192 ita: Baronius —— *initium Apoſtolatus S. Bonifacii non bene in h. a. diſtulit, quod ex* Willibaldo *euidenter patet. Scribit is de Bonifacio*; Sedit in Epiſcopatu an. XXXVI, menſes VI & dies VI. *qui characteres leguntur etiam apud* Othlonum *lib. II cap. XXX*; *vbi vterque Epiſcopatum pro concionandi munere impropria vſurpant, eumque* Epiſcopum *dicunt, quem Gregorius II præconem fidei, legatumque ſedis Apoſtolicæ per Germaniam creauit, quia euangelii prædicatio eſt inter præcipua Epiſcopi munia, & quandoque* Apoſtolatus *vocatur. Verum Apoſtolatum illum* Willibaldus *&* Othlonus *deducunt a die vltimo menſis Nouembris, D. Andreæ Apoſtolo ſacro anni DCCXVIII; ab illo enim anno & die ad diem V menſis Iunii an. DCCLV intercurrunt anni XXXVI, menſes VI, dies VI. Quare licet litteræ Apoſtolicæ, quibus legatus per Germaniam inſtituitus eſt Bonifacius, datæ ſint currente anno (DCCXIX) die XV menſis Maii,* Willibaldus *tamen &* Othlonus *Bonifacii Apoſtolatum ab eo die & anno non deducunt, ſed a die XXX menſis Nouembr. anni ſuperioris, quo Gregorius II viua voce poteſtatem fecit Bonifacio, euangelium gentibus annuntiandi, eumque legatum ſuum declarauit. Sic licet Auguſtinus & monachi ad prædicandum genti Anglorum euangelium a D. Gregorio M. miſſi, nonniſi an. D XCVII in magnam Britanniam venerint, eodemque anno verbum Dei prædicare cœperint,* Beda *tamen in hiſtoria gentis Anglorum annum acceptæ ab Anglis fidei non diſtinguit ab anno, quo Auguſtinus Epiſcopus cum ſociis ad prædicandum genti Anglorum directus eſt.*

Edit. I pag.

X NOTATIO

De Ratbodi Friſonum Regis morte.

I

Anni mortis eius 719 ANno tandem Domini DCCXIX, vt in S. Wulfrano diſerte notat *Ionas*, cum amplius annos XL Franciæ Regum ac Ducum arma exercuiſſet, variaſque Chriſtianorum initiis & templis clades ac vaſtitates intuliſſet Friſonum tyrannus *Ratbodus*, de quo ſupra not. VII, ex infelice hac ad multo infeliciorem vitam, vel mortem potius, infelix abreptus eſt. 452

genus mortis infauſtū II De eo multa Francorum *Annales*, *Marcellini* Swibertina c. V & VII, & *Alcuini* Willibrordina. Sed e citato iam Iona de ipſius morte paucula tantum, quæ vtilitatis afferant aliquid, transſcribam. Cum enim tot ſanctorum Dei hominum, Wigberti, Swiberti, Bonifacii, Willibrordi, Wulfranni ſermonibus, exemplis, & miraculis commotus eſſet, ſacrumque ſuſcipere baptiſmum decreuiſſet, audi extremam hominis pertinaciam, ſummamque diaboli fallaciam: *Præfatus Princeps Ratbodus*, inquit *Ionas*, *cum ad percipendum baptiſma imbueretur, percontabatur a ſancto Epiſcopo Wulfranno, iuramentis eum per nomen Domini aſtringens, vbi eſſet maior numerus Regum & Principum, ſeu Nobilium gentis Friſonum: in illa videlicet cæleſti regione, quam ſi crederet & baptizaretur, percepturum ſe promittebat, an in ea, quam dicebat tartaream regionem. Tunc S. Wulfrannus; „Noli, inquit, errare inclite Princeps. Apud „Deum certus eſt numerus ſuorum electorum. Nam prædeceſſores tuos Principes „gentis Friſonum, qui ſine baptiſmi ſacramento deceſſerunt, certum eſt damna„tionis ſuſcepiſſe ſententiam. Qui vero ab hinc crediderit, & baptizatus fuerit, „cum CHRISTO gaudebit in æternum„. Hæc audiens Dux incredulus (nam ad fontem proceſſerat, vt ferunt) a fonte pedem retraxit, dicens, non ſe carere poſſe conſortio prædeceſſorum ſuorum Friſonum Principum, & cum paruo pauperum numero reſidere in illo cæleſti regno. Quin potius non poſſe facile nouis dictis aſſenſum præbere, ſed potius permanſurum ſe in his, quæ multo tempore, cum omni Friſonum gente, ſeruauerat. At B. Pontifex: „Heu proh dolor, in„quit, deceptum te video a ſeductore, qui humanum decipit genus. Sed niſi pœ„nitentiam egeris, & credideris, & in nomine Trinitatis baptizatus fueris, ia„nuam regni perennis non intrabis: ſed æternæ damnationis pœna plecteris„. Hæc dicente & docente S. Pontifice, multi Friſonum credebant, & baptizabantur, prædicto Rege in paganiſmo perſeuerante. Nam a ſacro fonte infeliciter receſſit: & iam Willebrordum cognomento Clementem, Epiſcopum & doctorem præfatæ gentis accerſiri fecit, vt ad eius conſulta, ſimul cum B. Wulfranno, in doctrina ſuæ religionis concordante, efficeretur Chriſtianus. Sed quoniam, vt ſcriptum eſt, in* 453 *e Iona.*

Sap. 1, 4. *maleuolam animam non introibit ſapientia; quia, dubitando per omnia in fide Catholica, & tentando ſanctos Antiſtites, loquebatur, ideo obtinere non meruit, quod ficte quærebat. Cum vero eius legatum ſuper hoc facto ſuſcepiſſet Willebrordus, reſpondiſſe fertur: „Quia prædicationem ſancti fratris noſtri Wulfran„ni Pontificis Dux veſter audire contempſit, meis quomodo obſecundabit dictis? „Nam, hac nocte, vidi illum, in viſu, catena religatum ignea. Vnde certum „fore conſtat, damnationem illum iam ſubiiſſe æternam„. Cumque iter carperet, quod ad domum eiuſdem damnati Ducis ducebat, nuntiatur ei, ipſum ſine baptiſmi ſacramento iam eſſe mortuum.* Hinc veteris & Chriſtiani Poetæ Chriſtiana in illum exclamatio:

O iocus! o dirum, & tibi formidabile ſemper
Elogium, Radbode, tuum poſt triſtia fata!

maior filioli Ratbodi felicitas. *tom. 6. p. 615* III Multo felicior eius filiolus, qui baptiſmo luſtratus, baptiſmate in beatiſſimas cælitum ſedes delatus, multo & ex ipſius poſteris, eique cognominis felicior, de quo apud *Surium* ſic: *Beatus Radbodus e nobili Francorum ſtirpe prognatus, parentes Chriſtianiſſimos habuit, & ipſe ſuis meritis magno ornamento mundo fuit. Nam ab ipſis prope incunabulis iam animo tendebat ad cælos. Nomen eius myſterio non vacat, quod* conſilii nuntium *latine poſſis reddere.*

A Chri-

Digitized by Google

Edit. I p.454 *A Chriſto enim mittendus erat optimi conſilii legatus ad Friſios, a quibus maternum duxerat genus, quibus certe optime conſuluit. Dux Friſonum Ratbodus, quem alii Regem vocant, matris eius atauus fuit, cuius nomen ei mater impoſuit.* Sed impio illi Ratbodo *Medenblici*, quod in ſeptentrionali Hollandia duobus Horna miliaribus abeſt, regiam ſedem fuiſſe notant Hollandi ſcriptores Adr. p. 225. Iunius, & Petrus Bertius.

XI NOTATIO

De S. VVillibrordo, qui S. Bonifacium Epiſcopum facere voluit Traiectenſem.

I

S. Willibrordi, quem a munificentia & liberalitate in pauperes vocant quidam *Willigbrodum*, vitam ſe ſcripſiſſe indicat in S. Svviberto c. VI *Marcellinus*. ſed eam, quæ tomo VI die VII Nouembris, apud *Surium* eſt, conſcripſit Caroli Magni præceptor Alcuinus. Vtrique autem conſonant, quæ a *V. Beda* lib. V hiſt. c. X, XI, & XII ſcripta ſunt. *De Willibrordo ſcriptores.*

II Narrant omnes, mira Germanorum ſalutis, & eius, quæ ad iſtam fert, fidei cupiditate flagraſſe S. Egbertum, multis cum ſociis ex Anglia in Germaniam nauigationem adornaſſe: inſtar S. Pauli tamen & Timothei, qui Act. XIII v. 7 *tentabant ire in Bithyniam*, fuiſſe a ſpiritu IESV prohibitum: miſiſſe tamen, qui ſuas veluti partes explerent, viros & diuinarum rerum ſcientia, & morum integritate præſtantes duodecim, quos inter tenebat S. Willebrordus primas: *Elegit*, inquit *Marcellinus* c. VI, *& congregauit S. Egbertus, inſtar XII Apoſtolorum, XII Apoſtolicos viros, in fide conſtantes, ex diuerſis monaſteriis ad prædicandum Germanis Catholicam fidem. Fuerunt autem miſſi, Willebrordus, Svvibertus, Acca, Wigbertus, VVillibaldus, Lebuinus, duo Evvaldi, VVerenfridus, & ego minimus omnium Marcellinus. Omnes præfati, Presbyteri & Sacerdotes fuerunt, ac ſanctiſſimus Adelbertus, Leuita, filius Regis Deirorum, qui pro CHRISTO dimittens regale patrimonium cum prædictis electus a S. Egberto, amore CHRISTI, peregrinum non recuſauit* *Is ab Egberto miſſus venit in Friſiam,*
455 *exilium.* Venerunt autem in Friſiam omnes anno DCXC. & ex iis in Angliam poſtea remiſſus S. Svvibertus, ordinatus eſt a S. Wilfrido, Merciorum tunc Epiſcopo, Epiſcopus Friſonum anno DCXCV. Marcellin. c. 10.

III Sed *primis ſane temporibus aduentus eorum in Friſiam* (*Bedæ* verba ſunt l. V cap. XII) *mox vt comperit Willibrordus datam ſibi a Principe* (Pipino, Caroli Martelli patre) *licentiam ibidem prædicandi, accelerauit venire Romam, cuius ſedi Apoſtolicæ tunc Sergius Papa præerat, vt cum eius licentia & benedictione deſideratum euangelizandi gentibus opus iniret: ſimul & reliquias beatorum Apoſtolorum ac martyrum Chriſti ab eo ſe ſperans accipere: vt dum in gente, cui prædicaret, deſtructis idolis, eccleſias inſtitueret, haberet in promptu reliquias Sanctorum, quas ibi introduceret, quibuſque ibidem depoſitis, conſequenter in eorum honorem, quorum eſſent illa ſingula, quæque loca dedicaret. Sed & alia perplura, quæ tanti operis negotium quærebat, vel ibi diſcere, vel inde accipere cupiebat. In quibus omnibus cum ſui voti compos eſſet effectus, ad prædicandum rediit.* Et interiectis paucis, pergit idem *Beda*: *Poſtquam per annos aliquot in Friſia, qui aduenerant, docuerunt, miſit Pipinus, fauente omnium conſenſu, virum venerabilem Willibrordum Romam, cuius adhuc Pontificatum Sergius habebat, poſtulans, vt eidem Friſonum genti Archiepiſcopus ordinaretur. Quod ita, vti petierat, impletum eſt anno ab incarnatione Domini DCXCVI.* *it Romam,*

IV Anno autem DCXCVII, inquit *Marcellinus* cap. XIII, *adepta iam Apoſtolicæ benedictionis auctoritate, conſecratuſque Archiepiſcopus a S. Sergio Papa, rediit ad Germaniam. Cui occurrens S. Svvibertus cum clericis, & diſcipulis, & multis Chriſtianis vſque Embricam, recepit eum cum magna honorificentia, & gauiſi ſunt in Domino. Donauit autem*, ait *Beda*, ei (Willebrordo) *Pipinus locum cathedræ Epiſcopalis in caſtello ſuo illuſtri, quod antiquo* *conſecratus Archiepiſcopus redit in Germaniam*
456 *gentium illarum vocabulo, Wiltaburg, id eſt, oppidum Wiltorum, lingua autem Gallica Traiectum vocatur: in quo, ædificata eccleſia, reuerendiſſimus* *Traiecti ſe-*

 Pontifex

dem epiſcopalem erigit

Pontifex longe lateque verbum fidei prædicans, multoſque ab errore reuocans, plures, per illas regiones, eccleſias, & monaſteria nonnulla conſtruxit. Et *licet*, inquit ibidem *Marcellinus*, *S. Svvibertus egregius Pontifex, præceſſerit S. Willebrordum tempore, tamen S. Willebrordus præcedit S. Svvibertum dignitate, & primus Archiepiſcopus Traiectenſis reputatur, eo quod a S. Sergio Papa Archiepiſcopus Friſonum ſpecialiter conſecratus, & a ſede Apoſtolica ad eundem populum miſſus fuerit: atque quod ab illuſtri Principe Pipino de Herſtallo, & a glorioſo filio eius Carolo Martello, ex regali donatione ciuitatem Traiectenſis eccleſiæ impetrauerit. Et ideo S. Svvibertus non Epiſcopus Traiectenſis appellatur, ſed Coepiſcopus S. Willebrordi.* Edit. I pag.

Bonifacium cathedra Traiectenſi vult imponere.

V Cum autem ſuis a laboribus conquieſſet, eorumque in cælis mercedem accepiſſet anno DCCXVII S. Swibertus, & triennio poſt, anno DCCXX S. Wulfrannus, accidit, quod (*l. 1*) cap. XV refert *Othlonus*, vt in S. Bonifacium Traiectenſis Epiſcopatus dignitatem transferre voluerit S. Willebrordus, eam vero ille conſtanter ac demiſſe, Pontificis etiam auctoritate interpoſita, recuſarit, dicens apud S. Willibaldum cap. VI, *ſine Apoſtolicæ ſedis conſultu, & authenticæ iuſſionis mandato, tam præclaræ ſublimitatis ordinem ſuſcipere non audeo.* Quo autem id anno factum ſit, pendet ex aliorum, de quibus poſtea *, cognitione. Nam S. Bonifacium cum S. Willibrordo in Friſia degiſſe tres annos tradunt noſtri Willibaldus & Othlonus *: tredecim vero annos *Marcellinus* cap. XIV, & *S. Ludgerus* in S. Gregorii vita, quæ poſt citabitur *. Sed apud S. Willibaldum loco citato, dum Pontificiam auctoritatem citat Bonifacius, hiſce, inter alia, verbis vtitur: *Ego a Beato ſanctæ recordationis Gregorio Papa, Germanicis mandatum gentibus detuli.* An qui *ſanctæ recordationis* dicitur, iam tum, iſta cum Bonifacius diceret, mortuus erat Gregorius II? An eo modo, eaque adiectione loquutus eſt Willebaldus, quo loqui iam ſolebant homines eo tempore, cum illa non diceret Bonifacius, ſed ipſe ſcriberet Willibaldus? Pendet hoc iterum e tacta iam annorum difficultate, quam defugit Othlonus, dum mortuale illud epitheton omiſit. 457

* notat. 54

* l. 1 c. 14

* notat. 12 & 13

XII NOTATIO

Quam mirabiliter, in Germaniam interiorem veniens, S. Bonifacius, nobilem adoleſcentulum S. Gregorium, in ipſo itinere, ſuam in diſciplinam allegerit.

I

D. Ludgero vita Gregorii ſcripta.

EST manuſcriptus Fuldæ codex, in quo præceptoris & magiſtri ſui S. Gregorii, Vltraiectini poſt S. Willebrordum, & S. Bonifacium Præſulis, vitam litteris conſignauit S. Ludgerus. Ex eo mihi fragmentum eſt, quo cum alia, tum hoc oſtenditur, quanto felicius ad ſuaue Chriſti iugum, Apoſtolicæque vitæ philoſophiam Gregorium illum, adhuc puerum vel adoleſcentulum, permouerit S. Bonifacius, quam ad profanam mundi huius philoſophiam aut Xenophontem, Socrates *, aut Protagoram, Democritus †.

* *Laert. l. 2.* † *Gellius l. 5 c. 3*

II Sic autem in fragmento illo narrat *S. Ludgerus:*

Gregorii genus.

Eſt mihi ſermo iſte de Domino Gregorio Abbate, & præceptore meo ab infantia, qui de nobili ſtirpe Francorum progenitus, nobilitate morum & ſapientiæ documentis, nobilitatem ſæculi ornauit in omnibus ac ſuperauit. Quam vtique ſpiritalem nobilitatem & prudentiam aſſecutus a S. martyre Bonifacio Archiepiſcopo & magiſtro ſuo, qui in diebus nobiliſſimi Principis Francorum Regis Caroli, de Britannia & gente Anglorum clariſſimum quoddam ſidus Franciam veniens, ſub Regibus Karolomanno & Pipino eiuſdem Regis Caroli glorioſiſſimis filiis, quaſi ſol rutilans, in virtute expandit radios ſanctitatis & prædicationis ſuæ, omniaque prope regna Francorum viuens in corpore largiſſimis dapibus doctrinæ ſuæ reficiens & fide melioranit & vita. Atque poſt tranſitum ſuum de hoc mundo per ſanctum martyrium, eadem Francorum regna per electa grana diſcipulorum ſuorum in exemplum dominici ſeminis fructificare fecit & perficere vſque in hodiernum diem; inter quos B. Gregorius columna eccleſiæ Dei inuentus 458

Edit. 1 pag. *tus eſt, qui in diebus religioſiſſimi Francorum Regis Pipini, ſuccedens magiſtro, genti Freſonum miſſus eſt prædicator. Cui magiſtro & martyri Bonifacio B. Gregorius hoc modo adhærere cœpit & diſcipulatum eius ſubire.*

III *Cum ipſe electus DEI Bonifacius martyr poſt XIII annos peractæ in Freſonia prædicationis, quibus in auſtrali parte laci Almari pauper euangelizans, & propemodum ſolitarius S. ſeſſionem ſuam tribus in locis peregiſſet: quorum vocabula ſunt hæc, primus vocatur Wyrda, in ripa fluuii Rheni, vbi ſeptem annis habitauit: ſecundus appellatur Attingahem, iuxta amnem Febra, vbi habitauit annis tribus; quo in loco primum cœpit vnum habere diſcipulum nomine Gembertum: tertius locus appellatur Feliſa, qui propior erat gentilibus & paganis, vbi tribus ſimiliter annis manſit. Poſt hos inquam XIII annos,* loca, quæ Bonifacius tum inſedit; P. Bertius p. 223. *dum admonitus a Deo ad Haſſos & Thuringos, Orientales regiones Francorum, iter agere cœpiſſet, lucrandorum Deo populorum cauſſa, peruenit ad* admonitus ... Treuiros, 234 *Palatiolum monaſterium virginum prope Treuiris ciuitatem in ripa fluminis Moſellæ, cui tunc præerat Abbatiſſa nomine Addula, religioſa valde ac timens Deum; quæ cum vidiſſet athletam Dei peregrinum & egentem, gratulabunda recepit eum in hoſpitium ſuum, implens dominicam adhortationem:* Hoſpes eram, & collegiſtis me. Matth. 25. 35. *Cumque ille ſacer ſanctus viator Bonifacius, ſecundum ſolitum morem ſuum, miſſarum myſteria peregiſſet, vt propemodum omni die agere conſueuit, ſederunt ad menſam, ipſe ſcilicet & ancilla DEI Addula Abbatiſſa cum familia ſua.*

459 IV *Cœperunt autem ad ipſum S. conuiuium, plus quam epulas, ſolatium S. Scripturæ expetere, quo fieret fides audientium accenſa, ſpeſque & charitas nouata in Deum, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* colloquium cum Addula 1 Tim. 2. 4. *Tunc quæſitus eſt lector, & iuxta Dei prouidentiam inuentus eſt electus puer Gregorius, qui, per idem tempus, nuper a ſchola & palatio reuerſus, ſub laico adhuc habitu quaſi XIV aut XV agens ætatis annum, Dei inſtinctu venit ad auiam ſuam, id eſt, matrem patris ſui Albrici, ſupra dictam Abbatiſſam Dei timentem Addulam, datuſque eſt ei liber; qui accepta benedictione cœpit legere, & iuxta modum ætatis ſuæ bene perlegere. Intelligens vero S. magiſter ſagacem mentem pueri, bonamque indolem, cœpit eum, conſummata lectione, his verbis moderate laudare, & dicere; Bene legis, fili, ſi intelligis, quæ legis.* cum Gregorio puero. *Ipſe autem adhuc temporis ſapiens vt paruulus & loquens, ſe ſcire profeſſus eſt, quæ legebat: Dic mihi, inquit, quomodo intelligis, quæ legis. Ipſe vero repetebat ab exordio lectionem ſuam, volens legere ſicut prius. Præceptor autem ſanctus paululum diſtulit eum, & dixit: Non ita, fili, quæro vt dicas mihi lectionem tuam, ſed ſecundum proprietatem linguæ tuæ, & ſecundum naturalem parentum tuorum loquelam, ediſſere mihi, quæ legis. Hac ille* 235 *ratione conuictus confeſſus eſt, quia non poſſet facere. S. vero ait Bonifacius: Vis, fili, vt ego tibi dicam? Volo, inquit. Tunc B. Bonifacius, Repete, ait, ab exordio lectionem tuam, & diſcrete lege. Quod dum faceret, exorſus eſt S. magiſter, & clara voce cœpit prædicare, & matri, & omni familiæ.*

V *Quæ prædicatio ex quo fonte proceſſerit, claret in conuerſione Gregorii ingenioſi pueri & ſagacis; quia non ab humana facundia, quæ frequenter ad tempus delectat, ſed ex Spiritus S. gratia ſecundum promiſſum Euangelii in modum fluminis aquæ viuæ de ventre fluxit doctoris, & cor prudens & docile* Gregorii propoſitum ſequendi Bonifacium. Ioan. 7. 38. 460 *pueri Gregorii tanta virtute ac velocitate penetrauit, vt ad vnam incogniti hominis magiſtri exhortationem & prædicationem obliuiſceretur & parentum & patriæ; ipſaque hora, cum compleſſet magiſter ſanctus prædicationem ſuam, nolens ab eo vltra disiungi, iuit ad auiam ſuam prædictam Abbatiſſam venerabilem Addulam, dicens, ſe velle cum homine pergere, & ad diſcendos libros diuinos diſcipulatum eius ſubire. At ipſa carnali affectu conſtricta illico repulit eum, & omnimodis hoc fieri poſſe renuit, quia vtique non noſſet hominem, neque quo iret. Sed, ſicut ſcriptum eſt; aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, puer Gregorius in propoſito ſuo permanſit, & dixit ad Addulam auiam ſuam: Si non vis mihi donare equum, vt equitare poſſim cum eo, pedibus ambulando abſque dubio vadam cum illo. Sic ergo altercando de ignoto itinere, diutius diſceptabant ad inuicem. Sed tandem præualuit charitas electi pueri* Cant. 8. v. 7

Edit. I pag.

*Gregorii, & vt dignum erat, carnalem amorem vicit dilectio ſpiritalis. Vi-
dens ergo famula Dei Addula, quia prudens erat femina, inflexibilem animum
pueri, dedit illi pueros & equos, & dimiſit eum ire cum ſancto magiſtro inopus,
quod compleuerunt ſimul vſque ad ſanctum martyrium eius.*

Iter eius cum S. viro.

VI *Intelligit lector pius & prudens, quem ſecutus ſit electus puer Grego-
rius in hoc facto, vt inconſultis parentibus, omnibus propinquis, & ipſa, quæ
præſens erat, reſiſtente, tam ſubito mutaretur. Idem enim ſpiritus videtur mihi
in hoc tunc operatus puero, qui Apoſtolos Chriſti & diſpenſatores myſteriorum
Dei ad illud inflammauit, vt ad vnam vocem Domini, relictis retibus & patre,
ſequerentur Redemptorem. Contemptis igitur parentibus & patria, omnibuſque
retro relictis, quæ carnaliter blandiri poterant menti adoleſcentis, ſecundum*

Pſal. 16. v. 4.

*Pſalmiſtæ dictum, beatus puer Gregorius, propter verba labiorum Dei ſecutus
eſt vias duras. Durum namque erat & valde aſperum, vt qui in patris domo
multum in diuitiis, iocis, & deliciis erat nutritus, vnum peregrinum & pau-* 461
*perem hominem ſequeretur, neſciens quo iret, & in tantum ei obediret, vt o-
mnes alios homines & potentes ſæculi, & proprios parentes, tanquam ſurdus,
non audiret, dummodo ipſius præceptis obſecundaret in omnibus. Quanta enim
auctoritas lucebat iam tunc in futuro S. martyre Bonifacio, æſtimare quis pote-
rit, quæ cor pueri tam ſubita immutatione incitauit? Aut quis ardor charita-
tis, ad obediendum ignoto magiſtro, mentem iuuenis inflammauit, vt, ſubito
oblitus ſui, ſecutus ſit Chriſti pauperem, omnis mundanæ ſubſtantiæ inopem?
Non hoc fecit amor auri & argenti, non cupido prædiorum & ſuperba iactan-
tia, quorum nihil erat in cauſſa, ſed hoc fecit artifex ſummus vnus atque idem
Spiritus Dei, qui omnia operatur in omnibus, diuidens ſingulis prout vult.*

XIII NOTATIO

Quomodo ſe tantus magiſter, tantuſque diſcipulus in Germania habuerint.

I

Aduentus Bonifacii & Gregorii in Thuringiam

PErgit vero in cœpta narratione *S. Ludgerus* ſic: *Tunc electi Dei iter deſi-
deratum peragentes venerunt Thuringiam: porro ad augmentum boni ſui,
ad comprobandam mentis eorum conſtantiam & longanimitatem in tanta pauper-
tate inuenerunt populum illum, vt vix ibi vllus haberet, vnde viueret, niſi de*

ipſorum indigentia,

*longinquo parum quid colligeret, vt ad modicum tempus ſuſtentaret penuriam
ſuam. Nam tota illa regio in confinio paganorum rebellium poſita illo tempore*

patientia,

*incenſa erat & hoſtili manu vaſtata. Quæ tamen penuria nequaquam terrere
poterat miniſtros Dei, vt ob id ſubterfugerent, quo minus annuntiarent eis o-
mne conſilium Dei: ſed iuxta exemplum Apoſtolicum cœperunt laborare manibus
ſuis, quæ opus erant ſibi & eis, qui cum illis erant. Atque cum illo populo in* 462
*tentationibus ſuis firmiter permanere, & circumquaque prædicando inuitare ad
cæleſtia regna. In his ergo ſtudiis perſeuerantes ſecundum formam primitiuæ*

Act. 4, 32.

*eccleſiæ, erat eis cor vnum & anima vna, & augebat Deus quotidie multiplici
numero, qui ſalui fierent in idipſum.*

Bonifacii fama & diſcipuli profectus.

II *Tunc fama S. magiſtri & futuri martyris Bonifacii cœpit dilatari per
omnia orientalia regna Francorum. Cœpit quoque & electus adoleſcens Grego-
rius in diſcipulatu eius proficere ætate & ſapientia, & in tantum amabilis fieri
magiſtro, vt quaſi vnicum filium eum diligeret, iam adiutorem fidelem illum
habens in omni opere bono. Hic autem tantus profectus electorum Dei non eſt
initiatus per opulentiam & mundanas delicias, neque per ſecuritatem & proſpe-*

vtriuſque diſcrimina.

*ritatem vitæ mortalis, ſed in fame & nuditate & laboribus multis. In quibus
omnibus & opere manuum viuere cogebantur, & nonnunquam vicinam pagano-
rum perſecutionem ob metum mortis cum populo ſimul in ciuitatem fugere, ibi-
que in atro pane & anguſtiis per dies plures habitare, donec collecta multitu-
dine ſua ciues manu validiore eos iterum effugarent. Hoc ergo certamen, quo-
niam per innumeras vices inter paganos & Chriſtianos gerebatur, idcirco hinc
& inde magna pars regionum illarum redacta erat in ſolitudinem.*

& in cœpto labore con-

III *In tam forti autem & periculoſa in illis diebus decertatione, in tanta
pugna & perturbatione dimicantium populorum, electus paſtor Bonifacius nun-*

quam

Edit. [illegible] *quam ceſſare potuit a cuſtodia & inſtructione gregis ſui. Verum tanto fuit con-* ſtantia.
pag. *ſtantior & paratior, pro ouibus ſuis animam ſuam ponere, quanto rabiem lupo-* Ioan. 10, 11
rum frequentius vidit & atrocius imminere. Sanctus & fidelis eius diſcipulus
Gregorius, adiutor infatigabilis in opere DEI, cum magiſtro permanſit in cu-
ſtodia & educatione gregis CHRISTI factus ſecundus paſtor. Eo vſque
463 *autem hæc ita gerebantur, donec per gratiam CHRISTI triumpharet Chri-*
ſtiana manus, & pax plena DEI eccleſiis redderetur; & erant magis ac magis
creſcentes & proficientes in opere Domini, ſicut in præſentiarum cernitur conſi-
derantibus regiones illas.

IV Sed quid nos miſeri, pigri & inertes in pace eccleſiæ DEI dicturi ſu-
mus, qui non gregis lucra, ſed commoda noſtra ſemper quærentes, vix vnquam
in cuſtodia ouium contra rabiem luporum vel vnum latratum minimi ſermonis e-
miſimus, qui, ſicut dixi, in pace eccleſiæ pigri ſumus & ſomnolenti in cuſtodia
gregis, in lucris vero carnalibus nimium ſtrenui & peruigiles? Iſti autem, de
quibus loquimur, in tanta perturbatione & bellorum certamine non ſolum in ſui
intima & caſta cuſtodia mundis cordibus permanſerunt, ſed etiam in lucro gregis
& diſcipulorum documentis tanta benedictione DEI dilatati ſunt, & propria vi-
gilantia per DEI adiutorium multiplicati.

XIV NOTATIO

Quantos in Thuringia & Haſſia, euangelii, per Bonifacii patientiam
& conſtantiam, prædicatio fructus attulerit.

I

Licet eorum, quæ iam ſubduntur, nonnulla poſt alterum S. Bonifacii ex v- Bonifacii
be reditum, & ſuſceptum ab eo Epiſcopatum contigerint, vt in ſancti tamen gratia apud
Ludgeri cœpta narratione diuulſio iam nulla fit, attexam. *Tunc priores, ait* Optimates
S. Ludgerus, & prudentiores Francorum, qui electum DEI martyrem Boni- Francorum.
facium, eiusque diſcipulos, venerabilem Gregorium & ſocios eius, in tanta
virtute operum & fortitudine conſtantiæ noſſe & intelligere potuerunt, cœperunt
464 *eis & ſua offerre diligentius de die in diem, & laudem tantæ beatitudinis & ve-*
ritatis apud Regem Francorum, ſeniorem videlicet Carolum, non celare, cœpit-
que & ipſe Rex virum DEI Bonifacium velle videre. Iuſſitque eum venire ad
ſe. Qui cum veniſſet, non ſtatim, in initio, honore ſibi condigno receptus eſt iter ad Ca-
a Rege. Sed ſic competenter dilatus, quia fuerunt quidam pſeudodoctores & rolum Mar-
adulatores, qui famam ſancti viri & diſcipulorum eius obfuſcare & impedire co- tellum;
nati ſunt apud Regem.

II Veruntamen ex illo die creuit amor & honor hominis DEI & diſcipulo- reditus in
rum eius apud omnes, qui fidem illorum & vitam ſcire & inueſtigare interius Thuringiā
deſiderabant, & iuxta dictum euangelii, iuſtificata eſt ſapientia a filiis ſuis, re- Luc. 7, 35.
dierunt electi DEI iterum ad ſua, & in cœpto opere ſine vlla hæſitatione perma-
nentes in Thuringis & in Haſſis, vbi tunc temporis maxime opus erat doctrina
illorum, ob vicinitatem paganorum, & indoctam plebem. Ibique cœperunt of-
ferentibus propter amorem DEI & ſalutem animarum ſuarum modica loca, ter- in opere cœ-
ritoriaque ſuſcipere, & in eis eccleſias conſtruere, & in hoc quoque opere, ſicut pto progreſ-
& in prædicatione ſua cum benedictione DEI multum proficere. De quibus lo- ſus.
cis eſt vnus in Thuringia, nomine Erpesford, & alius in Haſſia, Frideſlar,
cum ceteris nonnullis, quos initiauerunt electi DEI, & excoluere cultu diuino.
Tunc creuerunt loca diuitiis, creuitque numerus diſcipulorum, ac virtute ope-
rum proficiebat. Creuit etiam B. adoleſcens Gregorius cum ſuo magiſtro in omni
operum virtute & decore ſapientiæ diuinæ ſecundum formam magiſtri, a quo di-
dicerat. Et ſic in his omnibus ſecundum Pſalmiſtæ dictum, qui electis DEI legem Pſ. 83, 7. 8.
dedit in virtute operum, dedit & benedictionem in multiplicatione & profectu di-
ſcipulorum, & ſic ibant de virtute in virtutem quotidie in melius proficientes &
creſcentes in omni opere bono.

Edit. I pag.

XV NOTATIO

De Catholicæ fidei profeſſione, dum a Pontifice creatus Epiſcopus eſt S. Bonifacius.

I

Mos fidei profeſſionem edendi,

AEquiſſimum eſt, vt qui eſſe debent fidei Chriſtianæ magiſtri, cuſtodes & amplificatores, ii eam habeant quam optimam & ſinceriſſimam. Neque enim ſupinam ſecitatem habere debet paſtor: neque diſcipulorum imperitiam ac ruditatem doctor. Huius ergo rei accuratum ſemper examen in vetere viguit eccleſia, & etiamnum hodie, qui ad Epiſcopatus euehuntur, ſanorum ſacrorumque dogmatum puritatem profiteri, & Apoſtolicæ D. Petri cathedræ, in qua eccleſiarum omnium principatus, & auctoritas, obedientiam, ſolenni iureiurando, ſpondere aſſolent. Quidni enim? Qui ciuiles ineunt magiſtratus non diſſimilibus ſeſe deuinciunt ſacramentis, vt eſt in *Nouella* 8 tit. 3, cuius verba retuli Tobiæ III, q. III.

& Pontifici obedientiam ſpondendi.

Bonifacii iusiurandum; vbi notes, cur Petrum alloquatur.

II Sic igitur in *Othlono* l. I c. XIX eſt Bonifaciani ſacramenti aut indiculus, vt mauult *Surius*; aut indiculum, vt habent antiqui MS. In eo autem alloquitur Sanctus noſter S. PETRVM tanquam præſentem, ſpectantem, & audientem, *Tibi B. PETRE, & vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præſumpſit;* quia vel in æterna & beante Dei viſione iſtud & audit & videt Apoſtolus; vel in eiuſdem Dei & Angelorum reuelatione. *Puncturis*, ait *Vegetius* lib. II de re militari cap. V, *in cute punctis milites ſcripti, & matriculis inſerti iurare ſolent. Et ideo militiæ ſacramenta dicuntur. Iurant autem per Deum, & Chriſtum, & per Spiritum ſanctum, & per maieſtatem Imperatoris, quæ, ſecundum Deum, generi humano diligenda eſt, & colenda. Nam Imperatori, cum Auguſti nomen accepit, tanquam præſenti & corporali deo, fidelis eſt præſtanda deuotio, & impendendus peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militans ſeruit, cum fideliter eum diligit, qui Deo regnat auctore. Iurant autem milites, omnia ſe ſtrenue facturos, quæ præceperit Imperator: nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana republica.* Quanto id pro *Romana & Catholica eccleſia* iuſtius? 466

quod iurarit in Vaticano.

III Indicat vero S. Bonifacius ſe, in Vaticano templo, ad S. Petri reliquias, inſigne hoc promiſſum, religioſumque ac Epiſcopale iuſiurandum iuraſſe. Non enim tantummodo ait; *Promitto ego per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem inſeparabilem;* ſed addit: *& hoc ſacratiſſimum corpus tuum.* *Onuphrius* lib. de VII vrbis eccleſiis, * *Epiſcopi, ait, & Metropolitani obedientiam ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſuper altare S. Petri iurabant; ex quo tantum pallia aſſumuntur pro Archiepiſcopis & Patriarchis.*

p. 51.

XVI NOTATIO

De facta, eodem tempore, nominis mutatione.

Nominum mutatio fit 1 in baptiſmo;

DE nominum mutatione dixi lib. I in Ioſue cap. II q. IV & V bene multa. Sed quia clauſum illum tenet adhuc muſeoli mei angulus, noto breuiter, *quatuor fere modis*, in eccleſia Chriſtiana, vetera immutari nomina: *I, Si quis natu iam grandior baptizatur:* & ſic apud *Metaphraſten*, & *Damaſcenum* oratione de imaginibus; qui antea vocabatur *Placidus*, dictus eſt *Euſtathius*, eiuſque vxor *Theopiſte*, quæ prius *Traiana*: *Ceaduella* Rex, poſt baptiſmum apud *Bedam* lib. V hiſt. Angl. c. VII *Petrus* eſt: & apud *Saxonem* lib. X Sueciæ Rex *Olaus* fit *Iacobus*; *Hungarus* apud *Marcellinum* cap. XXIV *Petrus*: *Hathagerus* cap. XXIX *Stroibertus*: *Eilda* apud S. *Ludgerum* epiſtol. ad Rudfridum c. VIII *Bruno*. & alii alias cum multis, de quibus *Euſebius* lib. VIII hiſt. cap. XXI, & vero etiam nunc in Iaponia, India, & Peruana. *II, Si ſacro quiſpiam chriſmate confirmetur;* & ſic *Hermenegildus* Leonigildi Regis filius, ex hæretico factus Catholicus, dum *chriſmaretur* (libet enim ipſiſſimum *Turonenſis* hæc narrantis

2 in ſacramento confirmationis

Edit. I p. 467 *lib. V c. XXXVII* verbum vſurpare) vocatus eſt *Ioannes: Voicechus, Adelbertus*, qui ſanctus Pragenſis Epiſcopus: *Wenceſlaus*, poſtea *Carolus IV* *.

* Imperator ſcilicet. Conf. rerum Bohemicarum ſcriptores *Aen. Silvius* cap. XXXIII p. m. 28, *Dubravius* lib. XX p. m. 193, *Mart. Boregk* p. 290.

III, *Si religioſæ quis vitæ ſtatum capeſſat.* Et ſic qui pridem *Ferdinandus*, poſtea vocatus fuit *Antonius de Padua.* & de Bencio noſtro in miſcellanea centuria epiſtola LXXXVII ita *Lipſius: Fui Romæ familiariſſimus Plauto Bencio, qui Franciſci poſtea nomen ſanctius cum ſanctiore vita aſſumpſit.* IV, *Si ſacro quis Pontificatu inſigniatur*, ſiue is ſummus ſit, vt cum ex *Simone Cepham* ſeu *Petrum* fecit CHRISTVS Dominus, & eius exemplo fecere deinceps alii; ſiue inferior. 3 in ingreſſu vitæ monaſticæ. 4 in adeundo Pontificatu.

D. Chryſoſtomus *in Ioan. homilia* 8.

II Et ſic Sanctus noſter *Winfrid* olim nuncupabatur, in Epiſcopali vero conſecratione nuncupatus fuit *Bonifacius:* ſicuti & S. *Willibrordus, Clemens*, vt ait *Alcuinus*, & *V. Beda* lib. V hiſt. cap. XII, & noſter in quadam ad Stephanum Papam epiſtola Sanctus. Winfridi nomen mutatum in conſecratione.

Winfridus autem interdum etiam *Winefridus, Binfridus*, & *Winefres* legitur; & a vini forſan, aut venti, aut victoriæ voce nomen illud petitum erat, ſicuti & S. *Winefreda*, & alter *Winfridus* Epiſcopus apud *Bedam* lib. IV hiſt. c. III. Nota enim Germanis *Frid, Win, Wind*, & *Winnen*, de quo lib. I cap. VIII. Vnde Winfrid petitum;

Quin, quæ *Spangenbergii* coniectura eſt, *Sagittario* l. d. c. I § III p. 119 haud improbabilis viſa, a vocabulo germanico *VVunne* ſiue *VVonne*. quod lætitiam ſignificat ac voluptatem, & *Friede*, quod pax eſt, compoſitum.

Cæterum Bonifacius primum nomini huic a Pontifice accepto priſtinum iſtud, quo Chriſto per baptiſmi initiatus lauacrum, adpellatus fuit, paſſim adpoſuit. Sic enim ad Buggam: *Veneranda & dilectiſſima ſorori Buggam* Bonifacius Winfridus. & ad Abbatem Duddo: *Dilecto filio Duddo Abbati* Bonifacius, *qui &* Winfredus. Poſt vero Archiepiſcopi exornatus titulo ac honoribus, id plane depoſuiſſe videtur. Sane nonniſi in vnica, quam ad Anglos ſuos dedit, epiſtola, quæ in Serariana editione VI eſt, id ſubiunxit: *Vniuerſis reuerendiſſimis Coepiſcopis —— immo generaliter omnibus Catholicis Deum timentibus, de ſtirpe & proſapia Anglorum procreatis, eiuſdem gentis vernaculus, & vniuerſalis eccleſia legatus Germanicus, & ſeruus ſedis Apoſtolicæ*, Bonifacius, *qui &* Wynfrethus, *ſine prærogatiua meritorum nominatus Archiepiſcopus.* Videatur, qui ante nos id obſeruauit, *Sagittarius* l. d. cap. VII § VI p. 147.

A *bonis* vero *factis* tam præteritis, quam futuris, eum appellari voluit Bonifacium Gregorius II. Et *præterita*, quibus ille pridem excelluiſſet, benefacta reſpexit lib. II cap. III *Egiluvaldus*, de ipſo dicens: *Hic Domini electus, & inter ſuos primo per omnia laudatiſſimus, litteris Anglorum apud eccleſiam Romanam commendatus, eiuſdemque cunctarum matris eccleſiarum contubernio iunctus, adeo vt bonis ex factis ſuis mutato nomine per Gregorium Papam Bonifacius appellatus, & Pontifex ſit conſecratus, atque legatus Apoſtolicus in partes Germanicas deſtinatus.* Et ſic etiam fere *Hucbaldus* de S. Leuino cap. IX. *Futura* vero benefacta conſiderauit verſuum illorum Poeta, quos ad Moguntinum extorum Sancti huius tumulum appictos referam poſtea *. vnde Bonifacii nomen * notat. 47.

III Sed cur Bonifacius quandoque *Winfridi* cognomentum dicitur? Legitur enim hæc inter S. Bonifacii litteras epigraphe: *Domino beatiſſimo, & Pontificali infula merito decorato, Archiepiſcopo Winfrido, cognomento Bonifacio, Hedilbertus Rex Cantiæ.* Et *Hincmari* epiſt. VI c. XIX verba ſunt: *Gregorius a primo ſecundus, ſed & tertius Gregorius Winfrid, cognomento Bonifacium, Legatum Apoſtolicæ ſedis ad reformandam Chriſtianitatis religionem, primo Presbyterum, poſtea vero Epiſcopum ordinatum direxerunt.* Erraſſe Hincmarum putare videtur eius *Scholiaſtes* dicens, *non fuit Bonifacius proprie VVinfridi cognomen, ſed nomen.* At non eſt apud veteres inſolens *cognomen* & *cognomentum* pro *nomine alio;* ita vt aliud nihil dicatur, quam *VVinfrid, qui & nomine alio Bonifacius*, prout ab hoc ipſo in quadam ad Stephanum Papam epiſtola dictum eſt: *Presbyter nomine VVillebrord, & alio nomine Clemens vocatus.* Ita S. *Paulinus* Natali IX de S. Felice:

468 Cur nomen Bonifacius interdum dicatur Winfridi cognomentum. Baron. tom. 9 p. 230.

Hinc dubius gemino Didymus cognomine Thomas.

S. *Hieronymus* in caput I Ezechielis *: *Vſque ad quintum captiuitatis annum* * tom. V opp. p. 114.

Ioachim, cognomento Iechoniæ. Ex in *Euſebii* Chronico, *Apis, quem Srapin cognominant.* Edit. I pag. 4

XVII NOTATIO

De variis ad varios commendatitiis & hortatoriis, S. Bonifacio datis a Pontifice litteris.

SEx omnino (*l. 1 c. 21–26*) ponuntur ab Othlono litteræ, quas Epiſcopo creato, in Germaniamque remiſſo S. Bonifacio tradidit Pontifex Gregorius II,
* v. not. 49 in quibus eſſent iam aliqua notanda, niſi alium in locum ea differrem. *

Illud nunc vnum ſatis fuerit, eam tum Romani Pontificis auctoritatem fuiſſe, vt apud omnes non Chriſtianos tantum Reges, Principes, ac populos, ſed apud gentiles etiam ac barbaros multo eſſet ille tutior, acceptior, & ad ſanctiſſimam CHRISTI IESV Domini ac Saluatoris fidem ſuadendum ac perſuadendum gratior, aptiorque, qui ab illo conſecratus, miſſus, & commendatus eſſet. 469
Vnde *voluit* Bonifacio *Epiſcopatus gradum imponere* idem Pontifex, *vt*, ait
lib. 1 cap. XVIII *Othlonus, in eo conſtantius errantes quoſlibet corrigere, & ad viam veritatis conuertere poſſet, quo maiori auctoritate Apoſtolicæ dignitatis fulciretur: eſſetque cunctis tanto acceptior in prædicandi officio, quanto plus clareſceret, quia ad hoc a Præſule ordinatus eſſet Apoſtolico.* Carolus vero Martellus, Francorum Dux, qui ſe initio S. Bonifacio, prout antea innuit notatione XIV S. *Ludgerus*, aliquanto minus affabilem præbuerat, vbi Pontificias legiſſet litteras, ipſumque Roma reducem Bonifacium in ſuam ſe fidem, dominatum, ac tutelam committentem, vti refert caput XXVII, vidiſſet, illico eum perhumane accepit, &, in Germaniæ totiusque Francici regni partibus omnibus, eſſe ipſum, litterarum ſuarum auctoritate, ſartum tectum iuſſit. quæ litteræ in Virdunenſis eccleſiæ MS. Codice non ita pridem a Frontone noſtro inuentæ, ab
an. 91. 37 ipſoque Reuerendiſſimo *Baronio* pluribus cum exemplaribus collatæ *, ſuperſunt: quas, vt opinor, ſi habuiſſet Othlonus, haudquaquam omiſiſſet. Ad eam ſiquidem, quæ in manibus eſt, hiſtoriam valde faciunt.

* An auctor hæc *Serarius* de ſuo? Baronius namque ne verbo quidem meminit, ſe cum plurimis exemplis eam contuliſſe. *Sagittarius* l. d. cap. IX § III p. 262.

XVIII NOTATIO

Caroli Martelli Francorum Ducis protectoria pro S. Bonifacio littera.

D*OMINIS ſanctis, & Apoſtolicis Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Domeſticis, vel omnibus agentibus Iunioribus noſtris, ſeu Miſſis decurrentibus, & Amicis noſtris, Illuſtris vir Carolus Maior domus benecupiens veſtri.*

Cognoſcatis, qualiter Apoſtolicus vir in CHRISTO, *Pater Bonifacius Epiſcopus ad nos venit, & nobis ſuggeſſit, quod ſub noſtro mundeburde vel defenſione eum recipere deberemus. Quod ita nos gratanti animo feciſſe, cognoſcite.* 470 *Proinde vos taliter, vti fecimus ei manu noſtra roboratam dari, vt vbicunque, vbi & vbi ambulare videtur, cum noſtro amore vel ſub noſtro mundeburde & defenſione quietus, & conſeruatus eſſe debeat; in ea ratione, vt iuſtitiam reddat, & iuſtitiam ſimpliciter accipiat. Et ſi aliqua cauſatio, vel neceſſitas ei aduenerit, quæ per legem definiri non potuerit, vſque ante nos quietus, vel conſeruatus eſſe debeat, tam ipſe, quam qui per ipſum ſperare videntur, vt ei nullus vllam contrarietatem, vel damnationem aduerſus eum facere debeat, niſi vt omni tempore, ſub noſtro mundeburde, vel defenſione quietus & conſeruatus reſidere debeat. Et vt certius credatur, manu propria ſubter firmauimus, & de annulo noſtro ſubter ſigillauimus.*

XIX NO-

Edit. I pag.

XIX NOTATIO

De Iouis arbore a S. Bonifacio ſucciſa, & constructo ex illa S. Petri oratorio.

I

DE vaniſſimis in Germania olim cultis numinibus dixi alias in S. Kiliani vitam, nota XIV. Addo nunc paucula. Nominant Francici Annales (*anno 772*) quoddam Saxonum idolum *Irminſul*. An quod τῦ ἑρμῦ, id eſt, *Mercurii* aut *Hermanni* columna eſſet *? *Marcellinus* in Swibertina c. VII, *Foſtan* aut *Foſtan*; vita S. Ludgeri c. XV, *Foſeten*, a quo & *Foſtilandia* dicta ſit, annotant †. *Stuffonem*, *Bielem*, *Lbaram*, & alios neſcio quos Deos, ex quæ ſequentur, proximæ indicabunt notationes. *Varis olim a Germanis culta numina,*

* Aeque dubitanter *G. Fabricius*, qui vel Martis vel Mercurii ſtatuam fuiſſe vult, in medioque relinquit, Martisne fuerit, an Mercurii, lib. IV Origin. Saxon. p. 426. Ceteroquin *Adamus Bremenſis* hiſtor. eccleſ. lib. I cap. VI p. m. 2 *Irmenſeul* quaſi *Iedermans-Seule*, i. e. commune perfugium & aſylum omnium fuiſſe putat; quem dein ſecuti plures. *Gobelinus Perſona* Coſmodromii ætate VI cap. XXXVIII p. 325 ſtatuam Mercurii fuiſſe dicit, qui alias *Hermes* dictus. *Guernerus Rolevvinck* de laudibus antiquæ Saxoniæ parte II cap. III p. 621 Martis præcipue ſtatuam fuiſſe cenſet. *Auentinus* annal. Boicor. lib. I cap. VI ſect. 8, & lib. IV cap. II ſect. 1 Hermioni, antiquiſſimo Germanorum Duci, poſitam dicit; nec prorſus abit *Leibnitius* in notis ad Taciti locum tomo I ſcriptor. Brunſuicenſ. inter alia excerpta præmiſſum p. 9. *G. Spalatinus* honori, memoriæque Arminii, Cheruſcorum Ducis, erectam vult, hiſtor. Arminii cap. XXX. Nec aliter recentiorum plerique. Plura qui velit, adeat Celſiſſimum auctorem *monumentorum Paderbornenſium* p. m. 101 & ſeq. *Turckium* S. I. in faſtis Carolinis ad an. DCCLXXII, notat. III & IV, p. 4 & ſeq. *Cruſium* de vita & rebus geſtis Witichindi cap. VI p. 85 & ſeq. *Maſium* de Diis Obotritis cap. I § V & ſeq. p. 1055 & ſeq. opp. *Arnkiel* cap. XI libri, *Cimbriſche Heiden-Religion* inſcripti, § III p. 76, *Meinders* diſſertatione II de ſtatu religionis & reipublicæ in veteri Saxonia p. 127, *Calvôr* antiquitat. Saxoniæ inferioris antiquæ gentil. & Chriſtianæ parte I lib. I cap. XI p. 35 & ſeq. *VViberum* diſſertatione de Puſtero, ſect. II § V p. 35 & ſeq. & quos primo loco nominare debui; *Melbomium* diſſertat. de Irmenſula p. 6 & ſeq. *VVaſſerbachium*, diſſertat. de ſtatua Arminii, Duisburgi primum habita, dein an. MDCXCVIII Lemgouiæ cum additionibus recuſa; e quibus rem in compendium miſit *Struuius* diſſertat. II ſyntagmatis hiſtor. Germanicæ § XIV & ſeq. p. 39 & ſeq.

† *Foſa* feminini generis fuit idolum, de quo, præter auctores citatos, vid. *Arnkiel* l. d. cap. XII § II p. 79.

II Noſter vero nunc *Othlonus* (*lib. I*) cap. XXVII *lignis & fontibus* ab Heſſis narrat ſacrificatum. Sane vero celſiſſimam olim *quercum* pro Celtico Ioue adoratam refert in oratione, *Vtrum Diis dicanda ſigna*, *Maximus Tyrius*. Et lib. I de bello Gothico *Agathias*; *Alemannorum*, ait, *genti legitima quædam & patria ſunt inſtituta. Siquidem in rebuspublicis adminiſtrandis & magiſtrati-* *ligna etiam & fontes.*
478 *bus, Francorum politiam ſectantur, & leges: in his tamen, quæ ad religionem ac Deum ſpectant, ab his longe diſſentiunt, nimirum qui arbores quaſdam adorent, propitientque: nec ſecus & fluminum aquas, colleſque & ſaltus, quibus, vt religioſe agant, equos & boues, & infinita huiuſmodi pecora, deſectis ceruicibus, immolant.* *Tacitus* de Germanis *, *Lucos*, inquit, *ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident.* *Fama*, inquit lib. V rerum Boicarum D. *Marcus Velſerus*, p. 290 *manet, nec a nominis ratione* (alt Aich) *nec a vero abhorrens, ſtetiſſe iis locis ad Danubii ripam prægrandes & annoſas quercus, Deorum ſuperſtitioni dicatas, quas victimarum ſanguis ſæpe reſperſerit* †.

* cap. IX; quem exſcripſit *M. Adamus Bremenſis* hiſtor. eccleſ. lib. I cap. VI p. m. 2. Videatur etiam *Claudianus* lib. I de laudibus Stiliconis v. 228.

† Conf. *Auentinus* annal. Boicor. lib. III cap. I ſect. 24.

III Ex iſto igitur genere fuit ingens hæc *Iouis* arbor, quam, vt in ſimili quadam arbore fecerat apud *Sulpitium* cap. X antea S. Martinus; primo quidem Gentilibus inuitis ac frementibus, poſtea vero admirantibus, CHRISTVMque laudantibus & amplectentibus, exſcidit ac diffidit S. Bonifacius. *ſpeciatim Iouis arbor.* *infra notat. 21, 27.*

Quia vero ſingulari erga S. Petrum, qui Apoſtolorum princeps, Apoſtolicæ ſanctionis auctor & adiutor apud DEVM præcipuus, religione ferebatur, cum

Edit. I pag.

in eius templo pontificiam non multo ante poteſtatem adeptus, ſanctiſſimeque ſanctas eius reliquias ſacramento deueneratus eſſet; in eiuſdem nunc honorem DEO ter Opt. Max. ex infelici illa, quæ Dea putata ſtolideque culta fuerat, arbore ſacram excitare ſtatuit ædiculam, quæ quia *domus orationis* eſt, a Græcis εὐκτήριον, a Latinis *oratorium* ſæpe appellatur. Vnde *S. Auguſtinus* epiſt. CIX, qui & in Canonico iure diſtinct. 42 citatur; *In oratorio*, inquit, *nemo aliquid agat, niſi ad quod eſt factum, vnde & nomen accepit.* Excreuit vero procedente tempore ſacra hæc ædicula in peramplam ac perinſignem ædem, prout etiamnum hodie cernere eſt; ſed quæ, proh nefas! exſtructoris, primique Chriſtiani doctoris ſui doctrinam ac religionem amiſit, S. Petri ſedem ac honorem deſpuit. Eſt enim *Geiſmaria* in Haſſia inferiore pagus quondam, vrbs modo, nouitiis impurata opinionibus, quæ a *Lupo Seruato* Wigbertinæ c. XX (*p. 306 opp.*) vocatur *villa Geiſmari*, & ad Schönenbergenſem hodie toparchiam ſpectat *. 472

Iſa. 56, 7. Matth. 21, 13.

locus, quo ſteterit.

* Atenim *Schminckius* differtat. de cultu religioſæ arboris Iouis § XIV & ſeq. ſolidis euicit rationibus, locum, quo Iouis iſtud robur ſtetit, haud eſſe *Geiſmariam*, vti *Serarius* hic vult, præfecturæ Schönenbergenſi contributam, vulgo *Hofgeiſmar*, ſed *Geiſmariam* diœceſeos Gudensbergenſis, ad auriferam Atranam. quocum etiam facit *VVeberus* diſſertatione de Puſtero, ſect. I § V p. 40.

Ceterum hæc de Geiſmaria, in toparchia Schönenbergenſi oppido, *Serarii* verba exſcripſit, & ad cap. VIII Willibaldi in notis, ſed ſine *Serarii* mentione, p. 27 attulit doctiſſimus *Mabillonius*.

Plura vero in eiuſdem S. Petri honorem alibi ab Sancto noſtro excitata eiuſmodi oratoria, prout in ſecutis vitæ capitibus narratum.

XX NOTATIO

Quomodo in Eichsfeldiam venerit S. Bonifacius, in edito ibidem monte, qui adiutorii *vocatur, idolum deturbarit, & oratorium conſtruxerit.*

I

Eichsfeldiæ nomen vnde.

ESt inter Haſſiam & Thuringiam ditio, Archiepiſcopo Moguntino ſubiecta, quæ vel a veteribus quercetis *Eichsfeldia*, vel a gelu ac frigore *Eisfeldia* dicitur. In hanc ex Haſſia Werram fluuium tranſgreſſus, venit S. Bonifacius. In præcelſo autem regionis illius monte idolum, cui diuinos cæca & miſeranda gens honores tribueret, *Stuffo* vocabatur: & ab eo mons ipſe *Stuffenberg* ſeu *Stuffonius* *. Cum igitur e cæcitate miſeriaque illa populum illum extrahere ac liberare ſerio adlaboraret Sanctus, montem iſtum aſcendit, caſſumque hoc montanum numen execratus, dæmonem, qui ex eo reſponſa dabat, hominesque dementabat, in CHRISTI IESV nomine ilico excedere imperauit, & ſimulachrum ipſum deiecit, penitusque confregit. Fama porro ad hodiernam vſque poſteritatem tulit, tanto imperio, tantique vi nominis preſſum nequam illum genium exceſſiſſe ſtatim, ſeque in montis cauernas neſcio quas proripuiſſe & condidiſſe, vnde ſuperſit hodie nomen *Stuffens loch*, & *Stuffens höle*.

Idoli Stuffo, a quo monti Stuffonio nomen, deturbatum a Bonifacio.

* Ita forte dictum putat *Sagittarius* l. d. cap. IX § III p. 165, quod illi, neceſſitate præſenti, tanquam firmo præſidio ſeſe inniti poſſe, ſibi, quamuis inaniter ac falſo, perſuaſerint Haſſi, ab Chriſtiana religione tunc alieni. *Leibnitius* vero in aliam concedit ſententiam, & Bacchi vult fuiſſe idolum (vid. *Felleri* otium Hanoueranum § CXXIV p. 200) Cum enim *Luca* de *Linda* adduxiſſet de *Stuffone* hoc verba, ſubdit: *Ego addo, fuiſſe idolum* Bacchi. *nam* Stauffen *veteribus Germanis eſt* calix, *vt patet ex gloſſariis, item, ex Nobilium* de Stauffenberg *inſignibus, in quibus eſt calix.* Vtrum bene, loci huius non eſt diſquirere. Id certum, Nobiles *Orſcelaer* de *Stauffenberg*, quorum vltimus an. MDCLXVI in æde vici *Durbach*, ad pedem montis, in quo arx illorum gentilitia eminet, ſiti, cum galea & clipeo ſepultus eſt, tres calices in ſcuto habuiſſe.

ac in vertice, quo ſteterat,

II De ſancto autem Martino dixit olim cap. X ipſius vitæ *Sulpitius*: *Vbi fana deſtruxerat, ſtatim ibi aut eccleſias, aut monaſteria conſtruebat.* Idem ſane cum de Sanctis aliis plurimis, tum vero de S. Bonifacio dicere licet maxime. Vidimus ſuperiore iam notatione, videmus & hic, aliis etiam locis poſt viſuri. Sacram igitur ædiculam in montis huius vertice conſtruxit ille, ac e ſuis vnum eodem loco ſacerdotem reliquit, a quo vberiorem poſthac in ſacroſancta CHRISTI fide inſtitutionem & ſacramenta circumſiti perciperent populi.

excitatum oratorium:

III Sed

Eliet. p.183. III Sed ex illa ædem bene amplam fieri poſtea curauit Carolus Magnus, in eaque crucem, quam ſuis, per inſignem quendam virum, *Heiſonem* nomine, copiis præferre ſolitus erat, collocauit; cum illuſtrem de Saxonibus & Thuringis victoriam poſt tria Verræ vada, quæ hodiernæ vrbi *Treffurt* nomen dedere, tranſita, Dei auxilio, conſequutus eſſet. Tunc enim Deo gratias acturus, ad S. Bonifacii ſacellum aſcendit: & propalam clareque dixit: *Hic nos adiuuit Deus.* Atque hinc mons ille *auxiliaris*, aut vero *adiutorii mons* dictus eſt *. eamque appellationem corroborauit crebra poſtmodum & mirifica opitulationum variarum in morbis, vulneribus, claudicationibus, aliisque id genus difficultatibus diuinitus concesſa operatio. cuius teſtes tot illic anathemata, ſigilla, grallæ, oblationes, quarum tanta olim fuit abundantia, vt, quemadmodum lib. V attingam **, ex earum parte Carthuſiam Erfurtenſem pius erexerit, redditibuſque conſtabilierit Sacerdos. *quod amplificatur a Carolo M.* *vnde monti appellatio. magna olim*

* Vulgo *Hulffensberg*, non autem *S. Gehulffensberg*, vt *Sagittarius* habet l. de cap. X p. 165; de quo alioqui peculiarem libellum an. MDCLXXI Duderſtadii edidit *P. Ioannes Muller*. Alius ab hoc eſt, quamuis eodem fere appellatus nomine, *Sans Hulffe*, mons vno ab Lemgouia lapide diſtans, ab antiquo *Aſneggi* ſiue *Oſnegg* dictus; de quo pluribus Celſiſſimus *monumentorum Paderbornenſium* auctor, in notis ad monumentum ſaltus Teutoburgenſis, p. m. 39.

** p. 861, in Archiepiſcopo *Ioanne* I, § V.

Et quamuis, ante annos plures, ea, quæ in circumiacentibus adhuc regionibus graſſatur, Lutherana lues veterem maxima ex parte religionem proſtrauerit, nunc tamen in dies magis & magis in auxiliari monte hoc refloruit: & hoc etiamnum tempore, tanta illuc peregrinantium, e locis etiam interdum hæreticis, hominum multitudo eſt, vt aliquot ſubinde millia in proceſſione numerentur: cuiusque rei auditione ac fama excitatus hodiernus Pontifex CLEMENS VIII pœnarum, quæ peccatis debentur, indulgentiam iis conceſſerit, qui, vera cum pœnitentia, & peccatorum confeſſione, ſacroſanctam ibi euchariſtiam certis quibuſdam anni diebus accipiunt; prout huius diploma Romæ anno MDXCVIII die XX Ianuarii datum totamque hanc hiſtoriam copioſe refert Lutheranus ante citatus Prædicans * in ſuo Carolo Magno cap. XIX, & aliquantulum in Bonifacio delibat cap. XI. *& hodie ſupplicantium huc peregrinatio.*

* p. 321. Eſt autem is, de quo ibi pluribus, *Ioannes Letzerus*.

XXI NOTATIO

De Diis aliis alibi a S. Bonifacio diſiectis.

I

FVere citato iamiam ſcriptori codices tam manu quam prelo ſcripti, qui mihi adusque inuiſi. Ex iis pergit ille in eodem cap. XI memorare, S. Bonifa- *Sunt ii.*
474 cium e Staffonis monte, Aquilonem verſus, progreſſum in Gœtingenſe territorium, illic in monte, vbi hodie *Hardeſianum* oppidum, *fortunæ* numen ſeu idolum ſtetiſſe; quod cum diſiicere vellet Sanctus, a furente gentilium multitudine impeditum quidem tunc fuiſſe, atque *Gœtingam* verſus, in ſolitudinem, vbi nunc *Weenda* pagus eſt, veniſſe, ibidemque pernoctaſſe, ac in S. Petri honorem erigi ſacellum, prout factum poſtea eſt, voluiſſe: poſtridie vero in Eichsfeldiam reuertiſſe. ac ab illa reuerſione nomen Weendæ ortum, *darumb, daſs ſich allhie Bonifacius wider wandt hat.*

II Hinc, ait idem ille cap. XII, Moguntiam venit Sanctus, & pro ſumma, quam a Pontifice indeptus erat, poteſtate, monaſteria & eccleſias viſitauit; & in Friſiam, per Hildesheimenſem ditionem, Bremenſi via, excurrit; tumque inter *Brunſteinium*, & *Wibbrechthuſium* monaſterium, inclitæ famæ, ſumptuoſarumque victimarum idolum, cui *Retto* nomen, deturbauit. a quo nunc etiam temporis Rettonis mons, *der Rethberg*. Factum autem adhuc hominum memoria, vt in deturbatæ ſuperſtitionis memoriam, luculentus, ipſo reſurrectionis die, ignis, qui *Paſchalis* etiam alibi vocatur (*Oſterfewr*) excitaretur. *Retto,*

Schatenus hiſtoria Weſtphal. lib. VI p. 377 & ſeq. *Multa, inquit, veſtigia, quæ Bonifacium VVeſtphalos & Angarios adiiſſe, haud obſcure commonſtrant.* Hameliæ cumprimis *ad Viſurgim, vbi iſtic cis flumen* Bernardus *Comes, qui in Engerbergo monte habitationis ſedes ſuis, vna cum coniuge a Bonifacio ſacris chriſtianis imbutus traditur. Is deinde*

partem bonorum in Hamelenſem eccleſiam, partem illi Fuldenſi monaſterium dotandum convertit. Hamelia, quæ antiquitus Fuldenſium patrimonium fuit, anno demum MCCLIX abalienata ceſſit alteri poſſeſſori. Oſtenditur & alia ædes in Engerbergo monte per Bonifacium D. Dionyſio ſacrata; perinde vt Hamelenſe templum S. Romano martyri, ab eodem Epiſcopo dicatum memoratur, quod Leo III Pontifex, cum ad Carolum in Saxoniam deſcenderat, magnificentiùs ſtructum a D. Bonifacio patrono nomen referre voluit. Comitem ſeu Satrapam primi Everhardum dictum volunt, coniugem Odelgundinam; *poſtquam baptiſmo abluti, illi* Bernardi, *huic* Chriſtinæ *nomen datum. Vulgare huius rei monumentum ex veteri lapide apud Hamelenſes, cui inſcriptum:*

Anno Domini DCCCXII Bernardus Comes, Chriſtiana Comitiſſa regni Angariæ de Oſten fundarunt hanc eccleſiam.

quanquam epigraphe illa neque ſeculum Bonifacii, neque annum referat, ſed Caroli M. potius ac Leonis Pontificia. Reperio etiam auctorem, qui Fuldenſes monachos Hamelenſi eccleſia a Bonifacio primum impoſitos refert. Plerique ex cognomento de Oſten *orientalis Angariæ Comitem fuiſſe cenſent: quanquam & pagus hodiedum ad Viſurgim* Olen, *in quo alii Satrapam conſediſſe volunt.*

Alterum Bonifacii monumentum acta D. Walgeri *exhibent. Aiunt is memoratum habuiſſe virum inter Satrapas Angariæ nobilem, Adolfum nomine, quem D. Bonifacius primum Chriſtiana doctrina imbuit, & fonte baptiſmatis abluit. Is deinde Doddam filium iiſdem Chriſtianorum ſacris a puero excoluit, Dodda VValtgerum filium. Hic ille VValtgerus, qui Carolo M. & Ludouico Pio Imperatoribus, nobilem illum virginum parthenonem Hervordiæ condidit, & paternis opibus tam large ditare cœpit. Quæ vel ex eo mihi commemoranda hoc loco fuere, quod Hamelia intra Mindenſis, Hervordia vero intra iuriſdictionem ſacram Epiſcopi Paderbornenſis comprehenſa.*

Haud ſecus Monaſterienſes ex inferiori VVeſtphalia Bonifacii ad ſe acceſſum commemorant. Vetus apud eos collegium virginum Freckenborſtenſe, *haud procul ab Amaſi & VVarendorpio. Conditor eius D. Evvervvordus, ex prima eius loci nobilitate, cuius proauus ac proauia a D. Bonifacio, dum iter in Friſiam haberet, & hoſpitio exciperetur, Chriſti fidem edocti, tranſmiſere illam in filios ac nepotes. Aſſeruatur hodiedum apud virgines eius loci D. Bonifacii baculus, teres & lamellis inductus, quem proauiæ olim dederat Bonifacius, monumentum pietatis & poſteritatis. Haud dubium, quin huiuſmodi complura ex rebus per VVeſtphaliam a Bonifacio geſtis habituri eſſemus, ſi perinde, ut commiſſum ſibi a Pontifice, veterem Saxoniam perreptando, docendo & peragrando, ſcriptor aliquis poſteritati conſignaſſet.* Hæc ille.

Edit. I p. 474

III Hinc in Thuringiam ſeſe contulit Sanctus: & in itinere, in Bielis montanis, Rhumam flumen verſus, vbi hodie Katelnburgum eſt, deaſtrum alium *Bielem* deiecit: eoque in loco, vbi nunc *Oſteroda* monaſterium, olim *Brunonisroda*, rurſus alium, qui *Aſtarod* vocatus. Supra tamen illum Bielem cura magna requiſierunt idololatrarum Saxonum aliqui, & iuxta locum, in quo *Ilefeldenſe* modo cœnobium, illum rurſus erexerunt, & adorarunt; vnde adhuc hodie appellatus locus *Bielſtein*. Verum iſta cum accepiſſet S. Bonifacius, hoſtem inſequutus eſt: & priſtinas idololatriæ copias renouantem rurſus proſtrauit, proſtratumque penitus comminuit.

Biel,
Aſtarod.

Eodem fere tempore alia confregit idola Sanctus, *Labram* & *Iecham*, a quibus hodie arx *Labra* in Haynenſibus montanis, & *Iecheburgum*. Sicque Thuringiam ingreſſus S. Bonifacius.

Labra & Iecha.

Ita quidem auctor, *Letznerum*, vt ab initio notationis monuit, ſecutus, quem tamen veterum teſtimoniis hic deſtitui, *Sagittarius, Heinecciusque* monent, *ille*, de gentil. & Chriſtianiſmo Thuring. lib. III cap. X p. 166, *iſte*, diſſertatione de Crodone Harzburgico § XXVII p. 32.

Statuam, vt id addamus, Fauni *Flinz*, in confiniis Pliſſæ & Bardæ fluminum ſub tilia quadam ramoſa culti, Bonifacium confregiſſe, *Peccenſteinius* theatri Saxon. parte III c. XIV p. 79 & ſeq. tradit: de quo tamen dubitat *VVeberus* diſſertat. de Puſtero ſect. I § IV p. 29, hac adductus ratione, quod ad iſta Miſniæ loca Bonifacium veniſſe, nusquam repererit.

Ceterum de idolis his, quæ deſtruxiſſe dicitur Bonifacius, videantur alii. De *Aſtarod* quidem, *Leuckfeldius* antiquitat. Gandersheimenſ. c. I § II p. 3, *Calvör* Saxon. inferioris antiquæ gentil. & chriſtianæ part. III lib. II cap. V § XLVI p. 300. De *Biele*, idem *Leuckfeldius* antiquitat. Ilfeldenſ. cap. I § II p. 2. De *Iecha Struvius* diſſertat. II ſyntagmat. hiſtor. German. (quæ de Diis Germanorum agit) § XI p. 36 *forſan*, inquit, *hæc Romanorum Diana, venationum Dea*, *a venando*, iagen, *ſic dicta*. A Friſiis cultam ſcribit *Ioannes Picardus* in antiquitatibus Drenthiæ p. 65; a Thuringis, non procul Sondershuſa (vbi hodie adhuc villa *Iechaburg*) *VVeberus* diſſertat. dicta (ſect. II § II p. 54 in not. lit. f) qui ſimul notat, Sagittarium Letzneri de ea narrationem in dubium vocare, cum tamen apud non vnum rerum Thuringicarum ſcriptorem idoli huius ſit mentio.

Bibl. pag. 475

XXII NOTATIO

De profligatis a S. Bonifacio in Thuringia hæreticis.

I

In Thuringia ſub Regibus Francis non nulla Chriſtianiſmi principia.

IDololatriæ ſoror, hæreſis eſt. Pugnas cum illa pugnauit hactenus feliciter S. Bonifacius: iſtam nunc aggreditur. Sciendum enim, fuiſſe in Thuringia religionis Chriſtianæ nonnulla iam olim principia, quæ poſt Domini annum DXXVII ſtatuerant Francorum Reges, cum Theodericus Rex Hermanfridum Thuringorum Regem ad *Oneſtrudin* fluuium (hodie *Onſtrut*) ingenti prælio ſuperauit, Thuringiam ipſam occupauit, eiuſque frater Clotharius Rex alterius Thuringorum Regis Berthari, ab altero illo pridem occiſi, filiam *Radegundem* abduxit, coniugemque poſt accepit, vti referunt *Gregorius Turonenſis* lib. III hiſt. c. IV, VII, IX; *Venantius* in ſupplementis, & lib. VI epigr. II; *Caſſiodorus* lib. IV var. ep. I; *Aimoinus* lib. II cap. XXVII; *Baronius* CHRISTI anno DXXVII.

ſub Saxonū imperio repullulauit idololatria, & introducta hæreſis.

II Poſtea vero Francorum habenas excuſſit, & Saxonibus ſeſe adiunxit, imo & ſubiunxit Thuringia: ſicque qui eſſe Chriſtiani cœperant, vel in idololatriam relapſi, vel in hæreſes prolapſi ſunt. Quod paulo declarat vberius cap. VIII *S. Willibaldus*, quam eius exegetes *Othlonus* (*l. I c. XXVIII*) Cum enim a S. Bonifacio dixiſſet *Thuringici populi ſeniores ac Principes ad acceptam dudum Chriſtianitatis religionem prouocatos*, adiecit: *Quia faceſſente ſuorum Regum* (Francorum) *dominio, magna quidem eorum Comitum multitudo ſub Theotbaldi & Hedenes periculoſo primatu, (qui lugubre ſuper eos tyrannici ducatus, & infeſtum vaſtationis potius, quam deuotionis obtinebant imperium) vel corporali per eos præuenta morte, vel hoſtili ſiquidem eductione captiuata eſt, in tantumque diuerſis conſtricta malis, vt cetera, quæ manebat, reſidua populi turba, Saxonum ſe ſubiiceret principatui.* * *Quo ceſſante religioſorum Ducum* (Francorum) *dominatu, ceſſauit etiam in eis Chriſtianitatis & religionis intentio,* 476
& falſi ſeducentes populum introducti ſunt fratres, qui, ſub nomine religionis, maximam hæreticæ prauitatis introduxerunt ſectam.

* *Sic legunt duo MS. monaſt. S. Galli* (S.) Conf. huc *Sagittarius* antiquitat. gentiliſmi & Chriſtianiſmi Thuring. lib. I c. III § III & ſeq. p. 42 & ſeq. vbi hæc *Serarii* fuſius deduxit.

qui hæreticorū fuerint præcipui. p. 368.

III Hos autem numero plures fuiſſe idem Sanctus indicat, ex iis tamen, velluti præcipuorum, quatuor edit nomina, quæ leguntur varie. Nam in editione Ingolſtadienſi ſunt hæc: *Torthunne*, *Berehthere*, *Tanbercht*, & *Hunred*. In Hungeriano MS. *Torchvvine*, *Berchthere*, *Enbercht*, & *Hunreth*. In monaſterii S. Galli duobus MS. *Torthvvine*, *Berthere*, *Eanberth*, & *Hunred*: in *Othlone* (*l. I c. XXVIII*) *Drothvvin*, *Bertherus*, *Canbereth* & *Hunred*: in *Surio*, *Dorthvvinus*, *Bertherus*, *Eanbertus*, & *Humedus*. Sed cum impiorum, Salomone teſte, debeant putreſcere nomina, de his quid laborem amplius? *Prov. 10, 6.*

quæ eorum dogmata.

IV Quales potius, & qualia eorum dogmata fuerint, eſſet, opinor, cognoſcere vtilius. Non parua enim eorum, qui hodiernas per eandem Thuringiam, Saxoniam, aliaque Germaniæ loca hæreſes diſſeminarunt, cum veteribus illis appareret ſimilitudo. Si hi eſſent illi pſeudodoctores, de quibus antea notatione XIV S. Ludgerus, fuiſſent ſane Clerici, & ipſorum quidam Epiſcopi, vt ab eodem ſancto Willibaldo poſtea ſubditur. Sed obſcurum & incertum hoc; illud vero clarum & certum, quod & a *S. Willibaldo* (*c. VIII*) & ab *Othlono* (*l. I c. XXVIII*) diſerte traditur, fuiſſe illos *fornicatores, & adulteros* *. Qualis vero fuit, cum monacham monachus inceſtauit, Lutherus? Quales eius imitatores tam multi, tam impuri aut ſacerdotes, aut monachi, & apoſtatæ? De illorum vero dogmatibus ita c. XII Lutheranus Prædicans †: *Non eſt memoriæ proditum, in quibuſnam Chriſtianæ ſanctæ fidei articulis errarint, & hæretici comperti fuerint. Exiſtimant aliqui, eos Bonifacio, variorum eccleſiæ rituum cauſa, repugnaſſe.* Quod ſi eſt, an non iiſdem de rebus nobiſcum hodie pugnat Lutherus, Spangenbergius, alii? An priſcis illis falſis doctoribus non potius, quam S. Bonifacio adhærent? Cum magnas vero illi aduerſus S. Boni-

facium turbas cierent, perfecit tamen ipſe Sanctus, qua modeſte ac patienter omnia ferendo, qua contra illos erudite ac ſapienter diſputando, vt damnationis in eos lata ſit ſententia. *Nam*, vt Willibaldum explicat *Othlonus* (*l.* 1 *c.* 28) *excommunicati, & expulſi ſunt de eccleſia.* Edit. I pag. 478

* His verbis clericos vxoratos denotaſſe Willibaldum & Othlonum putat *Sagittarius* l. d. lib. II cap. VII § III & ſeq. p. 80 & ſeq.

† Sæpius iam dictus *Ioannes Letznerus*; quem & notatione ſequenti § I intelligit, dum ſcribit: *citatus Prædicans.*

XXIII NOTATIO

De Ordorffenſis monaſterii origine, portatilibus altaribus, & S. Michaele.

I

Condendi illius occaſio fuit viſio nocturna. E Cæleſti quadam luce, miraque S. Michaelis apparitione cœptam monaſterii huius occaſionem ample ſatis memorat Othlonus (*l.* 1 *c.* 29) Non eſt tamen ſtatim, atque viſio hæc facta eſt, inchoatum monaſterium, ſed meliore opportunitate, quam ex eo tempore quærebat Sanctus, poſtea. Refert enim citatus Prædicans, ideo in vaſta loci huius eremo noctem agere coactum S. Bonifacium, quia ob hæreticorum, de quibus ſuperiore notatione, damnationem & excommunicationem, tumultuabantur eorum aſſeclæ, ita vt cornuum clangore, propter quem morem, apud ipſos receptum, a *Tacito* & aliis *Tubantes* vocati olim fuerunt *, ad Sancti cædem furentes ruerent. Poſt nocturnum vero illuſtre illud viſum, *mane*, inquit *Othlonus* (*l. d.*) *facto, laudans & benedicens Deum S. Bonifacius, ibidem Miſſarum ſolennia celebrauit.* Neque enim, qui tantummodo clamaret, Prædicans erat, ſed Sacerdos & Epiſcopus, qui *Miſſas* etiam faceret, prout de S. Auguſtino & aliis primis Angliæ in Chriſti fide magiſtris, loquitur lib. I hiſt. cap. XXVI *V. Beda.*

* A latina voce, *tuba*, quod cornuum genus inſtare ſoliti fuerint, *Tubantes*, veterem antiquæ Germaniæ populum, olim dictos, quis ſibi perſuadent? Perſuaſit tamen ſibi loco, quem auctor citat, *Letznerus*. Vtrum & *Serarius*, non dixerim. Ceterum *Tubantes* memorarunt *Tacitus* lib. I annal. cap. LI, & lib. XIII cap. LV ac LVI, *Ptolemaeus* lib. II cap. XI, *Nazarius* panegyr. Conſtantino Imperatori dicto, cap. XVIII ſect. I. Conſ. *Cellarius* notit. orbis antiqui lib. II cap. V p. 470, *Hertius* notit. veteris Germaniæ populor. parte II § X p. 90, cum maxime vero *Spenerus* notit. Germaniæ antiquæ lib. IV cap. III § XXX & XXXI p. 243 & ſeq.

de portatilibus altaribus digreſſio. II Solebant vero primi illi gentium Apoſtoli, Chriſti Ieſu præcones, viatoriam arulam, ceterumque ſacrorum inſtrumentum ſecum deferre. De ſanctis martyribus Edwaldis, cum ad Saxones antiquos, vt Chriſto eos adiungerent, veniſſent, ita *V. Beda* lib. V cap. XI; *Cum cogniti eſſent a barbaris, quod alterius eſſent religionis (nam hymnis, & pſalmis ſemper, & orationibus vacabant, & quotidie ſacrificium Deo victimæ ſalutaris offerebant, habentes ſecum vaſcula ſacra, & tabulam altaris vice dedicatam) ſuſpecti ſunt habiti.* Inter S. Wulfranni, cum ad Friſonum gentem nauigaret, miracula, recenſet vnum *Ionas* (*apud* Surium *t. II p.* 294) de ſacra patena, quæ e naui, *in qua Miſſarum* ille *ſolennia celebrabat*, in mare medium cecidit, &, Eliſeanæ ſecuris 479
4 Reg. 6, 6. inſtar, ſuapte ſurſum ſponte aſcendit ac emerſit. *Nam & ipſa patena*, inquit Ionas, *in cœnobio Fontanellenſi, pro munere ſacro, ſeruata tenetur; quam idem venerandus Præſul cum calice ſuo ibidem largitus eſt, dum monachicum ſponderet votum. Altare quoque conſecratum, in quatuor angulorum locis, & in medio reliquias continens Sanctorum, in modum clypei, quod ſecum, dum iter ageret, vehere ſolitus erat. Vaſcula quoque & inſtrumenta largitus eſt, & tabernacula eccleſiaſtici miniſterii plurima.* Gratias DEO ſuperiore anno egi, cum *S. Anſgarii*, ſeptentrionalium populorum Apoſtolatu incliti, portatile altare vltima e Saxonia huc allatum, in eandemque, paulo poſt, pie relatum, mihi videre, ac in eo ſacris operari datum fuit.

de S. itidem Michaele. III Dum autem S. Michael S. Bonifacio apparet, ipſumque non in ſe, ſed *in Domino confortaſſe* dicitur, nouitiam illorum hæreſim peſſundat, qui Archangelum illum non alium quam Chriſtum Ieſum eſſe, muſſant, prout de iis & contra eos plura notaui lib. II in Ioſue cap. V q. 40, 41, 43, 44.

cura monaſ- IV Fuit porro monaſterium hoc S. Bonifacio curæ admodum. Cum enim S. Wig-

S. Wigbertum Fridslariæ Abbatem feciſſet, *haud quaquam*, inquit *Lupus Seruatus* cap. VI (p. 297 opp.) *paſſus tanti viri lumen vnius loci tenebras, præter Chriſti gratia, diſpuliſſe, monitu paterno ad alterum compulit migrare monaſterium, quod* Ordorff *nominatur*. Nominis autem origo ex *Ora* fluuio, ad quem id ſitum eſt, manat, qui ab Othlono ſic *Oraha* vocatur, quemadmodum cap. XLIV Viſurgis, *Wiſaraha*, & apud Saxoniæ ſcriptores *Miſſaha* ſeu *Muſſaha*. In S. Willibaldo autem priſca pronunciatione ſcribitur *Ordop*. — *ſerio huic impoſita.* — *eius nomen unde.*

Fabricius orig. Saxon. lib. I p. 96, Welſerus lib. II rer. Boicar. p. 284. (S.)

Monaſterium hoc *Ordorfenſe* plurimus ...e ſequimur *Olearius* ſyntagm. rer. Thuringic. part. I p. 273 & ſeq. Ceterum id originem dedit oppido cognomini, quod tribus Gotha diſtat milliaribus, ac Comitibus Gleichenſibus olim paruit: ab his vero, vna cum villis præ-diisque contribulis, hereditario iure ad Comites Hohenloicos vtriuſque familiæ, Neuenſteinenſis ac Langenburgenſis, vltimo Gleichenſium an. MDCXXXI extincto, peruenit: a quibus etiamnunc communi, indiuiſoque poſſidetur iure atque imperio. Ex his tum corrigendi, tum ſupplendi *Bebelius* ad Lupum de vita Wigberti p. m. 105, *Iunckerus* iſagog. in Geograph. medii æui part. II cap. XIV n. 49 p. 579.

Sacella, ædeſque adhuc alias, cultui deſtinatas diuino, dum in Thuringis erat Bonifacius, ac ad vicinos Sorabos excurrebat, excitatas legas. De ſacello inter Eliſtrum & Pliſnam, quo loco hodie Lipſia eſt, ita *Peiferus* lib. III Origin. Lipſienſ. § III p. 279 & ſeq. *Primus Bonifacius, Moguntinenſium Antiſtes, cum Thuringos ad Chriſtianæ religionis diſciplinam erudiret, eadem vicinos etiam Venetos excoleret conſtituit, ſacello inter Eliſtrum & Pliſnam, quo hodie loco Lipſia eſt, D. Iacobo dedicato. Sed cum Bonifacius paullo poſt in Friſiam profectus eſſet, ut feroces gentis barbaræ animos doctrina cæleſti excoleret, & ab improbiſſimis ſicariis percuſſus vitam cum morte commutaſſet, non equidem opus diuinum, quod in Sorabis inſtituerat, perfici non potuit.* Idem narrat *Spangenbergius* lib. ſupra citato cap. LI, quem *Peiferus* hic ſecutus videtur.

Enimuero non in Thuringia ſolum & Haſſia, ſed Francia etiam orientali, populo in paganiſmi errores relapſo, vna fidei Chriſtianæ capita tradidit, non parochos, qui doctrinæ ei præeſſent, dedit: nec contentus id feciſſe, ſacra etiam, in quibus conuenirent, loca conſtituit.

In monte, qui ſuburbio Herbipolenſi ad ſiniſtram Mœni ripam imminet, *Dianæ* erat templum, caſtro contiguum. Id, idolo eiecto, honori *B. M. V.* conſecrauit. Primum omnium in Franciæ orientalis tractu id fuiſſe templum, veri Dei dicatum cultui, ſcribit, quem hic ſequimur, *Friſius* chron. Wirzburg. in *D. Kiliano* cap. VIII p. 38.

Ad Tubarim, Mergenthemium inter ac Biſchofsheimium locus eſt, cui nomen *ſuperiori Landa*, vernacula *Ober Landa*. Ibi quoque Bonifacium, Pipini tempore, ædem ſacram extruxiſſe, tradunt verſus hi, lapidi ſupra valuas illius inciſi:

Hanc ædem martyr Bonifacius Archiſacerdos
Nempe olim Domino dicauit, tempore, quo Rex
Pipinus vixit, ſub Confeſſoris honore
Martini. veniam hic, qui petit, accipiet.
Quam nunc reſtaurat Cunibertus presbyter ecce
Nobilis inſtanti Ludouici tempore quinti.
Anno MCCCXXX.

Friſius l. d. in *VVolframo* cap. VIII p. 615.

479 # XXIV NOTATIO

De auxiliaribus tam virorum quam feminarum copiis, in Germanicæ vineæ opus, a S. Bonifacio ex Anglia euocatis.

I

VEniſſe, S. Bonifacii euocatu, in Germaniam, ex Anglia, ſacri operis adiutores & ſubadiutas vtriuſque ſexus complures, indicat *Othlonus* (*l. 1 c. 30*) ſed e viris, ſex tantum numerat præcipuos, & e feminis præcipuas totidem. Illorum — *Operis adiutores fuere*

I S. BVRCHARDVS, Epiſcopus Herbipolenſis I, aut II, prout in S. Kiliani vitam expoſui nota XXII. Eius vitam libris duobus complexus eſt ſæpius a me citatus *Egvvaldus*, & ex eo *Surius* tomo V in Octobri: rurſumque *Anonymus* alius apud H. *Caniſium* tom. IV p. 651 *. — Burchard.

* Tum vero *Mabillonius* ſæc. III Actor. ord. Benedictin. parte II.

II B. LVLLVS, Moguntinus Archiepiſcopus II, ideoque poſtea lib. IV memorandus. — Lullus,

III S. WILLIBALDVS, Aichſtatenſis Epiſcopus I. de quo ſupra in notationibus, quæ antegreſſæ, not. I & II; quæ ſecutæ, not. II. Multa tomus quartus Antiq. *Caniſii* *. — Willibald.

* Et præter *Sagittarium* l. d. lib. III cap. XVI § II & ſeq. p. 215 & ſeq. & *Pagium* ad an. DCCXXV n. X p. m. 204, *Mabillonius* ſæcul. Benedict. III part. I p. 698 & ſeq.

Winibaldus. IV S. WINIBALDVS Presbyter, S. Willibaldi frater; de quo ibidem; & de quo breuiter *S. Ludgerus* ſic: *Germanus prædicti Willibaldi, nomine Winnebaldus, Presbyter; magiſtro meo Gregorio valde carus; qui poſt obitum ſuum, quid viuens fecerit, magnis miraculis oſtendit.* Eum a S. Bonifacio ſeptem præfectum monaſteriis Abbatem fabulatur in Eichſtadienſi catalogo *Bruſchius.* Edit. I pag.

Septem in Thuringia eccleſiis a Bonifacio præfectum ſcribit *Philippus Eiſtettenſis* in vita Willibaldi cap. XV, his quidem verbis: *Videns autem Archiepiſcopus, quod B. Winibaldus in omni iuſtitia & ſanctitate vita proficeret, ſeptem ei eccleſias in Thuringia, ſicut ſoror eius S. Walpurgis in ſcriptis ſuis commemorat, regendas commiſit.* Quin & auctor vitæ *D. VVinibaldi* tom. IV Caniſii: *& ad primitus quidem ſeptem eccleſiarum commendatus erat ille ſacra moderationis regimine, vt illis præeſſet, & ſaluberrimam vitæ panderet viam.* vid. *Sagittarius* l. d. cap. XVII § III pag. 218.

Ceterum mortuus anno Chriſti DCCLXI, vti *Bollandus* in not. ad vitam S. Richardi & S. Walpurgis e vita Winibaldi a ſanctimoniali Heidenheimenſi ſcripta conficit: a quo non recedunt *Mabillonius* ſæc. Benedict. III part. I, & *Cointius* ad iſtum annum n. XIV. Colitur S. Wunibaldus, primus Heidenheimenſis Abbas, die XVIII menſis Decembr. in tabulis Eiſtettenſibus. *Pagi* ad an. DCCXXV n. XI p. 204.

Witta, V WITTA, qui & *Witanus* infra c. XLII, aut *Wettanas* & *Wera* dicitur, in quadam S. Bonifacii epiſtola, ac inter Epiſcopos recenſetur. *Birburgi* autem, de qua vrbe poſt not. XXIX, Epiſcopus traditur a Zacharia Pontifice in epiſt. II tomo II epiſtolarum Decretalium Rom. Pontificum. Eſt alioquin *Wittha* emporium iuxta Moſæ oſtium, vt aiunt *Francici Annales* anno
* notat. I. DCCCXXXV, & *Vittarum gens* antea expoſita *.

Lupo in vita Wigberti cap. XXIV p. 308 opp. *Manuſcripto* itidem, quem auctor infra notatione XXIX citat, *Albuinus*, per latinam, vt bene *Serarius* obſeruat, barbari nominis interpretationem.

Adfuit an. DCCXLI Bonifacio, cum Willibaldum crearet Epiſcopum, teſte *Anonymo* in vita S. Wilibaldi cap. XXIX. Præſens etiam fuit in concilio Germanico, ſequenti anno Carolomanni iuſſu conuocato, vt ex *Othlono* lib. I cap. XLII patet. Præterea Wigberti reliquias Buriburgo Hersfeldiam tranſtulit, vt apud *Lupum* in vita Wigberti cap. XXIV legere eſt. Vita exceſſit an. DCCLXXXVI, cum ſedi Buriburgenſi XLV annis præfuiſſet. Qui plura velit, adeat, quem hic ſequor, *Schminckium* de Epiſcopatu Buriburgenſi § XIII p. 11 vsq; ad XXIII p. 19, quibus fuſe, eruditeq; de eo egit.

Gregorius VI S. GREGORIVS. Dicitur infra c. XLV *Traiectenſi eccleſiæ ordinatus Epiſcopus*; non quod conſecratus, & ordine illo ſacro inauguratus fuerit, ſed quod decretus, deſignatus. Nam clare in *S. Ludgeri* vita c. VII ita ſcribitur: *Gregorius non erat ad gradum Epiſcopalem ordinatus, ſed Presbyter Pontificali cathedræ præſidebat*; ideoque & ibidem *Abbas* vocatur. Et c. VI: *Erat ea tempeſtate, & litterarum ſcientia, & morum probitate vir merito non infimus, nomine Gregorius, qui diſcipulus, ſimulque ſucceſſor S. martyris Bonifacii, Traiectinæ ſedi in gradu Presbyter reſidebat* *. 480

Sic in S. Greger. vita (S.)

* Bene *Serarius*, Gregorium eccleſiæ Traiectenſi non *Epiſcopi* præfuiſſe titulo, ſed *Abbatis* tantum. Addit *Mabillonius* obſeruat. præuiat. ad vitam Bonifacii § IX p. 3, non Bonifacio eum ſucceſſiſſe, ſed Eobano. *Verumtamen*, inquit, *illud monet, quod Bonifacius, Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopus factus,* Gregorium ad Trech ordinaſſe *dicitur tum apud* Othlonum *lib. I c. XXXVIII* (ſupra cap. 45) *tum apud* S. Liudgerum *in vita ipſius Gregorii. Siquidem Bonifacius VVillibrordo, Bonifacio Gregorius in Traiectenſis eccleſiæ regimen ſucceſſiſſe feruntur, his* Liudgeri *verbis:* Migrante ad Dominum de hac luce S. Willibrordo ſucceſſit Bonifacius, cui & ſucceſſit pius heres eiusdem Gregorius. *At fides potius habenda videtur æquali* Willibaldo, *qui cap. X nullam* Gregorii *promotionis mentionem facit, & cap. XI agit de S. Eobano, martyrii ſocio,* quem ad ſubueniendum ſuæ ſenilis ætatis debilitati Fresonibus iniunctum Epiſcopum, in vrbe, quæ vocatur Trech, ſubrogauit. *Vere proinde Eobanus, etſi breui tempore, Traiectenſem eccleſiam Bonifacii cura poſt S. VVillibrordi mortem obtinuit, rexit, ſucceſſoremque habuit S. Gregorium, non Epiſcopum, ſed Abbatem, & rectorem eccleſiæ Traiectenſis, vt dicemus in actis huius ad an. DCCLXXII.*

Fuit is cum aliorum plurimorum, tum vero S. Ludgeri, prout ibidem dicitur, magiſter & inſtitutor; ideoque & huius, ille diſcipulus longe optimus, & in præceptorem gratiſſimus, vitam deſcripſit, prout a Werdenenſibus ſcriptum fratribus c. XXXI, & ex ea citaui antea notatione XII & XIII non pauca. e quibus illud etiam intelligitur, iſtum hic numerari, non quod ex Anglia venerit, ſed quod inter præcipuos Bonifacii diſcipulos & adiutores fuerit; eamque ob
* l. d. cauſſam poſt eos, quos ex Anglia veniſſe dicit Othlonus *, poſtremo hic loco recenſetur.

Sunt

Edit. T. pag. Sunt in eadem vero vita MS. multarum virtutum documenta, ſed paucu-
la tantum ſublegam. I, de amore ergo ſuos diſcipulos: *Singulis*, inquit S. *Liud-*
gerus, *tanto charitatis glutino iungebatur, vt Apoſtolicum illud ſanctum & præ-*
clarum teſtimonium, non tantum ex ore proferret ad ædificationem audientium,
ſed opere & veritate ad imitandum cunctis oſtenderet, quod de vocatione & elec-
ctione omnium gentium a B. Petro Apoſtolo dictum conſtat, quomodo in omni gen- Act. 10, 35
te, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi. Non enim ex vna
884 *qualibet gente eius erant diſcipuli congregati, ſed ex omnium vicinarum natio-*
num floribus adunati: & tanta familiaritate, & manſuetudine, lætitiaque ſpi-
rituali illuminati ſunt, vt hoc clarius daretur agnoſci, quia de vno patre ſpi-
rituali, & de matre omnium charitate generati eſſent, & conditati. Quidam
enim eorum erant de nobili ſtirpe Francorum: quidam & de religioſa gente An-
glorum: quidam vero & de nouella Dei plantatione diebus noſtris inchoata Fre-
481 *ſonum & Saxonum: quidam autem de Baguariis* *, *& Sueuis: vel de quacum-* * Baioariis
que natione & gente miſiſſet eos Deus, quorum minimus ego (Ludgerus) *ſum,*
modicus & infirmus alumnus. II, de paterna erga eos quoad corporis, animi-
que victum ſollicitudine. *Quibus omnibus vndecumque quaſi ad vnum ouile col-*
lectis pius pater & paſtor Gregorius & ſpiritalia nutrimenta doctrinarum atque
eloquiorum Dei, & corporalia alimenta eadem deuotione procurauit, & donauit.
III, de promptiſſima omnes docendi voluntate & aſſiduitate. *Et ita inſpira-*
tus a Deo, exarſit in amore & inſtructione diſcipulorum, vt nullus pene præ-
teriret dies, quo non, primo mane, paterna ſollicitudine, confidens, ſingulis
quibusque venientibus, prout quiſque quæſiuit, poculum vitæ propinaret, & ir-
rigaret eloquiis Dei. IV, de ſumma in pauperes liberalitate. V, de omnis aua-
ritiæ fuga. *Eam enim quaſi immane præcipitium, & inferni foueam exhorruit.*
VI, de accurata linguæ cuſtodia. VII, de veſtium, ciborumque frugalitate.
VIII, de ſobrietate. *De potu eius*, ait idem *S. Ludgerus*, *quid dicam? In quo*
tantum erat ei temperamentum, vt vix vnquam, ſecundum Apoſtoli dictum, mo- 1 Tim. 5, 23.
dico vino vteretur, quod non eſſet aqua mixtum. Et non tantum in ſemetipſo
hoc adimpleuit Apoſtoli dictum, ſed & omnes ſibi ſubditos vehementer ſemper ad-
monuit, vt nunquam ebrietatis malum incurrerent, ſed velut inferni foueam
præcauerent, atque vitarent. IX, de vitiorum reprehenſione. X, de hoſtium
& detractorum dilectione. XI, de iniuriarum obliuione. XII, de aſſidua in
ſumma ætate, ac triennali ægritudine, librorum diuinorum lectitatione ac ex-
plicatione. *Cum prope iam ad LXX annorum ætatem tam charus DEO, quam*
cunctis hominibus perueniret, tribus annis ante obitum ſuum arreptus eſt illa
infirmitate, quam paralyſin medici vocant. Sed erat languor talis, vt in primis
ambulare poſſet, vel manu deduci, ad profectum proprium & ſubditorum ſuo-
482 *rum, & loqui, quæ ad ædificationem pertinebant. Quod vtique agere non eſt*
oblitus: ſed, ſicut ſemper ſolebat, tradere non deſtitit auditoribus ſuis libros di-
uinæ legis, & monita ſalutis æternæ. Tertio tandem anno inchoatæ ægritudi-
nis, quaſi auri more, quod per ignem tranſiit, corporis fatigatione purgatus,
ad id peruenit, vt vbicumque opus erat, inter diſcipulorum manus portari ne-
ceſſe eſſet. Et nec tunc quidem vir venerabilis ab opere Dei vnquam ceſſauit:
ſed aut libros diuinos legere, aut pro eadem ſanctæ mentis ſuæ exercitatione ad
cæleſtia, pſalmos cantare aſſidue fecit. XIII, de ſupremo eius die ſanctoque
obitu. *Circumſteterunt eum diſcipuli eius, deſiderantes adhuc, quamuis infir-*
mum, patrem diutius ſecum habere, & de eo, optando, dicere ad inuicem;
Non moritur hodie, non moritur hodie. Ipſe vero viribus aſſumptis, quibus va-
luit, Hodie, inquit, volo licentiam habere. Et his dictis, iuſſit ſe ante orato-
rium ſancti Saluatoris a diſcipulis portari, & oſtium aperiri: ibique oratione fa-
cta, & communione ſacri corporis & ſanguinis Domini accepta, aſpiciens ad al-
tare, mente cæleſtibus intentus, ad Dominum perrexit, cui tanto tempore, ſin-
cera mente ſeruiuit. Atque hæc e MS. Fuldenſi, quia nondum, quod quidem
norim, typis vulgata, perutilia tamen ſunt, non negligere volui.

II Addi vero his poſſunt — *His addendi*

I S. STVRMIS, qui & *Sturme*, *Sturmus*, aut *Sturmio*, Abbas Fuldenſis I, Sturmio,
de quo ſupra lib. II (*Othl.*) c. XVIII, & infra not. XXXVI.

* Quod ſi plura cupis, adi Egilum, qui Actor. Benedictin. ſæc. III partis II p. 267 vitam eius ſcripſit, a *Mabillonio* repetitam & ſeqq.

Sola, II S. SOLA ſeu SOLVS, *in quo conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis*. Nam poſt ſuſceptos cum S. Bonifacio euangelii labores, ſolitudinem conſecratus eſt, Edit. I pag.
eiusque locus vulgo *Solonis cella* vel *curtis* (*Solenhouen*) dictus fuit, cum ipſe
p. 158 *Sol* verius, quam *Solus* vocandus eſſet, vt in *Wiceliano Hagiologio* legitur. Eius vitam *Ermenoldus*, ſeu *Ermenricus* Diaconus texuit, Rabani, Fuldenſis adhuc Abbatis, tempore, prout ipſemet indicat; & eam in tomo IV Antiquitatum a duobus MS. codicibus exſcripſit D. *H. Caniſius* p. 144, & 712 †. Inter cetera vero exclamat Diaconus ille ſic: *O quam felix collegium beatiſſimi Bonifacii!* 483
Dum enim lucernæ Epiſcoporum, Presbyterorum, ac ceterorum graduum copioſe de ſuis per totum mundum lucerent, nec ſolitarios diuina bonitas ex his abeſſe paſſa eſt.

† Et ex eo *Mabillonius Annal. Benedict.* ſecul. III part. II p. 429 & ſeqq.

Wigbertus III S. WIGBERTVS, Abbas Fridslarienſis I. cuius vitam pulchre doctiſſimus vir *Lupus Seruatus*, Rabani eiuſdem æuo, poſteritati conſignauit, quam
p. 196 ſqq. & ad Hincmari epiſtolas non ita pridem adiunxit e MS. *Buſæus* noſter *. In quarto autem capitulo ita ſcriptum eſt: Bonifacius *cum induxiſſet in animum, incredulis aperire viam ſalutis, quique aberraſſent, in eam, cooperante DEO, reducere, non multo poſt, quam in Germaniam venerat, B. Wigberchtum, futurum in prædicatione ſolatio, diligenti accerſendum curauit induſtria. Atque ille S. Bonifacio, immo DEO parens vocanti, quo tempore Dux Francorum Carolus rerum potiebatur, iniit conſortium ſancti propoſiti. Quem B. Bonifacius, vt par fuit, & excepit gratiſſime, & germana ſibi charitate fœderatum ſumma veneratione ſuſpexit, quippe quod, vt natu maior, ille ſtudiis flagraſſet ante diuinis.*

* Ex quo repetiit eam in editione operum *Lupi*, ac notis illuſtrauit doctiſſimus *Stephanus Baluzius*.

Ceterum dignus maxime eſt, quem hic conferas, *Schminckius* in diſſertatione *de antiquitatibus Fritislarienſibus*, quippe qua § XV, quodnam Wigbertus in Anglia incoluerit monaſterium; § XVI, qualem honoris gradum in eccleſiaſticis tenuerit, antequam Abbas Fritislarienſis crearetur: § XVII & ſeq. ad XXIII vsque, quo anno Fritislarienſi cœnobio præfectus fuerit: § XXIII, qua vigilantia & contentione Fritislarienſes ſuos ad veterem morum reuocarit ſeueritatem: § XXIV, vt Orduff rem curarit; § XXV, num & aliis præfuerit monaſteriis; ſequenti (qui ſimiliter n. XXV præfert) quo anno diem obierit ſupremum: § XXVI, quo itidem die: § XXVII, quod metu Saxonum e ſepulcro Buriburgum; § XXVIII, metu ſublato, Hersfeldiam translatus fuerit: § XXIX, monumento aureo ibidem a Lullo cohoneſtatus: § XXX, tanta etiam ibidem in veneratione habitus, vt monaſterium *Simonis & Thaddei* (in quo repoſitus) ab eo dictum fuerit cœnobium *S. VVigberti*. § XXXI & ſeqq. vt a variis, qui ea ætate vixerunt, Wigbertis diſcernendus, & docte pertractauit, & cum cura.

E feminis adiutus, III Ceterum feminæ fuerunt
Chunihild *I CHVNIHILT.* apud Surium *Cunihildis*, aut *Cunigbildis*, vt lib. II (*cap. 30*) *Bilhildis*.

Gunthildis, lib. II. *Gundechari* de patronis & Epiſcopis Eichſtadenſibus, *Tu prece condigna*, Gundhildis, *adeſto benigna*. vti iam pridem obſeruauit *Gretſerus* lib. II obſeruat. in commentar. *Philippi Eichſtettenſis* de vita Willibaldi.

Berathgit, *II BERATHGIT.* apud Surium *Bergitis*.
Chunidrut *III CHUNIDRVT.*
Tecla, *IV TECLA.* de qua Romanum Martyrol. d. XV Octob. In hiſtoriarum epitome a *Trithemio* vocatur *Hadelonga*, & *Hadelloga*.
Lioba, *V LIOBA* ſeu *LIEBA*, id eſt, *Agape*, ſeu *Charitas*, cuius vita eſt a Rabani diſcipulo conſcripta, & legi poteſt in *Surio* tom. V, Romano Martyrologio d. XXVIII Sept.

Lioba varie appellata fuit. Audiamus modo *Mabillonium*, qui in obſeruation. præuiis ad vitam illius § I p. 245; *Non vno modo effertur S. Liobæ nomen. Rudolfo appellatur* Truthgeba, cognomento Lioba, eo, quod eſſet dilecta. *In epiſtolis S. Bonifacii non raro laudatur, vocaturque* Leobgytha, *ep. XXV, XXXI, & XLVI. Exſtat etiam vna S. Liobæ epiſtola, inter Bonifatianas ordine XXXVI, cuius hæc inſcriptio:* Domino reuerendiſſimo & ſummæ dignitatis infula prædito, *Bonifacio*, atque in Chriſto chariſſimo, & mihi affinitatis propinquitate connexo, *Leobgytha*, vltima ſeue iugum Chriſti portantium famula, perennem ſoſpitatis ſalutem.

Bonifacio ſanguinis nexu, vt modo audiuimus, fuit iuncta. Et quidem in epiſtola, quam *Mabillonius* modo citauit, XXXI patrem *Tinne* ante annos VIII denatum Bonifacio commendat, matremque adhuc ſuperſtitem, cogno-

Edit. I pag.

cognomento *Ebban*, quæ *tibi*, inquit, *conſanguinitatis nexibus copulatur.* Vid. etiam *Rudolfus* cap. X. At Bonifacii neptem fuiſſe, quod recentiores nonnulli adfirmant, nullus veterum prodidit. *Mabillonius* l. d.

Liberalium diſciplinis artium a primis ſe dedit annis; *ab ipſis*, inquit *Rudolfus* in vita cap. XII p. 252, *infantiæ rudimentis Grammatica & reliquis liberalium artium ſtudiis inſtituta.* Poeticen ab Eadburga didicit. Vide *Mabillonius* ad Rudolfum cap. XII p. 252.

In D. Benedicti leges eam iuraſſe, claris patet indiciis. *Eam*, inquit *Mabillonius* l. d. § IV, *ad præſcriptum regulæ Benedictinæ vixiſſe, probat tum S. Bonifacii præceptoris Benedictina profeſſio, tum vita cap. XII, vbi meridianam in æſtate quietem, haud dubie ex regula S. Benedicti cap. XLVIII, fertur præſcripſiſſe diſcipulabus ſuis, quas in varios parthenones diſtribuit.*

S. Lioba ſanctimonialium in Germania inſtitutarum anteſignana & Apoſtola haud immerito dici poteſt. Ita *Mabillonius* l. d. § IV, & ex eo *Pagi* ad an. DCCXXV p. m. 203.

Multum apud Pipinum, Carolum, & Carolomannum valuit gratia. Hildegardis quidem, Caroli M. vxor, voluit, vt aſſidue ſibi adeſſet, *quatenus ad viam vitæ verbis eius proficeret & exemplis.*

Mortua eſt die XXVIII Septembr. quo eius etiam meminit *HRabanus* in ſuo martyrologio, & his quidem verbis: *In Germania depoſitio* Leobæ *virginis, quæ in Britannia inſula ex Saxonum gente nata, virginitatis propoſitum in monaſterio poſita nobiliter ſervavit. Poſtea vero a S. Bonifacio Archiepiſcopo Magontiacenſis eccleſiæ in Germaniam aduocata, vt famulas Dei in monaſteriis Germaniæ diuinis ſcripturis inſtrueret; vbi non ſolum multa miracula viuens fecit; immo poſt obitum in Bochonia ſilua, h. e. in monaſterio Fulda, iuxta decretum S. Bonifacii ſepulta, non paucis miraculis ſanctitatem ſuam declarauit.* Sed quo anno obierit, incertum. Cum tamen Hildegardi, Caroli M. vxori, quæ huic circa annum DCCLXVIII nupſit, familiaritate coniuncta fuit, vltra annum illum vitam propagauit. *Pagi* l. d.

Locum ſepulturæ inuenit Fuldæ, ad tumulum præceptoris Bonifacii. vid. *Rudolfus* in vita cap. XXXVI p. 258. *HRabanus* l. d. Poſt a HRabano in montem S. Petri translata. *Ibi hodieque*, inquit *Brovverus* lib. II antiquitat. Fuldenſium cap. V, *in cryptoporticu cenotaphium extat, virginis memoria, præſenti ſæpe & prodigioſo pellendis infantium morbis auxilio. Sed recepta demum oſſa in ſecuriora, nunc temporis in ædis primæ ſacrario tumba incluſa adſeruantur.*

Vitam, cuius auctor *Serarius* meminit, a tribus ipſius diſcipulabus & Magone, cœnobita Fuldenſi, in ſchedulas relatam collegit, redegitque *Rudolfus*, itidem monachus Fuldenſis: quam ſæc. III actor. ord. Benedict. parte II p. 245 & ſeqq. inſeruit *Mabillo.*

VI *WALTPVRGIS* ſeu *WALPVRGA*, ſancta Sanctorum duorum, de quibus ante, Willibaldi & Winibaldi ſoror. Eius vitam narrat Haſenrietanus *Wolfardus* Presbyter apud *Surium* tomo VII, & integrius apud *H. Caniſium* tomo IV *. Ex eius corpore oleoſus & ſalutaris, hoc adhuc tempore, liquor manat, ſicuti & e S. Andreæ, ſanctique Nicolai reliquiis. *Auentinus* lib. III
484 *Waldopyrga* (ſic enim græciſſare, quam Walburgam appellare mauult) *cuius e corpore adhuc oleum ſudat, & religioſe Aichſtadii colitur.*

Walpurgis

c. 8.

* Quem pariter ac *Philippum Eichſtadienſem* de vita D. huius *VValpurgis* poſt recenſuit, notisque illuſtratum an. MDCXVI, 4. Ingolſtadii edidit *Petrus Stevartius.*

Ceterum magna pietatis laude *VValpurgis* hæc inclaruiſſe dicitur. *S. VValpurgis profecta eſt in Thuringiam, vbi S. VVunibaldus ei, ſociisque monaſterium conſtruxit Heidenheimii, a ſuo monaſterio ſegregatum quidem, ſed non longe poſitum. Creuit locus ille per vtriusque merita, & breui tempore in exterioribus fidelium oblationibus eſt amplificatus. Sed cum viderent, fines prædiorum ſuorum dilatari, veriti extollentiam oculorum ex ſuperfluitate diuitiarum generari; partem eccleſiaſticarum rerum in vſus pauperum diſtribuerunt, fuitque illo tempore ipſarum eccleſia aſylum & portus omnium laborantium: nec erat, qui in tribulationibus ſuis non inueniret ibi certum refugium. Poſtquam vero S. VVunibaldus ad DEVM migrauit, VVillibaldus frater eius, Eiſtetenſis Epiſcopus, eiusque Diœceſanus, ſorori iniunxit, vt gubernacula & regimen tam ſuper monachos, quam ſuper ſanctimoniales ſuſciperet: cui ipſa obediens, XVI annis ſuperſtes fuit, vtrisque ſe ipſam formam & exemplum bene viuendi præbuit. Frequens erat in manuali labore, frequentior in lectione, frequentiſſima in oratione. In tanto coæuorum ſcriptorum de anno mortis eius ſilentio nil certius ſtatui poteſt, quam eam circa an. Chriſti DCCLXXX animam Deo reddidiſſe, die etiam incerto. Eius veneratio magna eſt per Germaniam, Burgundiam, & Galliam, vt videre eſt in actis SS. Bollandianis ad diem XXV menſ. Febr. vbi variæ huius Sanctæ vitæ referuntur. Prima ſcripta fuit a* Wolfhardo *Presbytero, ſub finem ſæc. IX, quam etiam recitat* Mabillonius *ſæc. III Benedictin. parte II. Secundus auctor eſt* Adelbordus, *Traiecti inferioris Epiſcopus, qui anno M viuebat. Extant & aliæ quatuor in eiſdem actis SS. Bollandianis relatæ.* Ita *Pagi* critic. Baron. ad an. DCCXXV n. IX p. m. 203 & ſeq.

Vocantur quidem hæ feminæ interdum *Apoſtolæ*, ſicuti de aliis loquitur procemio in Sophoniam *S. Hieronymus*, Græcorumque *Horologium*; quia earum opera vtebatur S. Bonifacius ad priuatam feminarum inſtitutionem, ſed il-

Cur illæ interdum vocentur Apoſtolæ?

quibus præpoſitæ fuerint monaſteriis.

larum maxime, quæ in caſtitate, ac virginitate Deo ſeſe dicatas voluiſſent. Vnde monaſteriis pæne omnes præpoſitæ fuerunt; *duæ* quidem *primæ* in Thuringia, *tertia* in Bauaria, *quarta* in Franconia, *Kitzingæ* nimirum, vbi, ſuperiori adhuc ſæculo, virginum monaſterium eminuiſſe, (quod per Anſpacenſis Marchionis Lutheriſmum, alios in vſus vel abuſus nunc translatum *) dixit in hiſtoriarum Breuiario *Trithemius*; & *Ochſenfurti*. *Quinta*, *Biſchoffsheimii*, quod ad Tuberam in Moguntina diœceſi eſt; *cuius*, ait ibidem *Trithemius*, *cœnobii hodie nihil ſupereſt.* *Sexta* denique, rurſus in Bauaria *Heidenheimii*. Edit. I pag.

* Monaſterium hoc *Kitzingenſe*, mortua anno MDXLIV Veronica Hundin, Rectrice ſiue Abbatiſſa, vſibus Burggrauiorum ceſſit Norimbergenſium. Ceſſit autem vtriusque familiæ Principibus, Alberto, Caſimiri Biruthini, & Georgio Friderico, Georgii Anſpacenſis, filiis, patruelibus; qui id per Præfectos adminiſtrarunt (vid. *Bruſchius* centur. I monaſter. German. p. m. 280) quod itidem illorum fecere heredes, ad vsque tempus belli Germanici, quo id, vna cum oppido, occupauit Wirzburgenſis, & a profanis, vt loquuntur, priſtinos ad vſus, immiſſis poſtliminio illius in poſſeſſionem virginibus ſacris, ſecundum D. Benedicti regulam victuris, tranſtulit: Ioannes Godefridus vero, Epiſcopus itidem Herbipolitanus, e gente Guttenbergia, circa annum MDCXC, veteri ædificio, quod æuo laboraret, deiecto, inſigni munificentia ad nouum decorem reuocauit.

XXV NOTATIO

Cuiusnam loci a Gregorio II Epiſcopus, a Gregorio III Archiepiſcopus factus ſit S. Bonifacius.

I

Epiſcopi & Archiepiſcopi *vel ſunt vagi, ſine certa ſede,*

EPiſcoporum & Archiepiſcoporum genera duo ſunt. Quibuſdam certa ſedes, certusque locus & fixus eſt, cuius Epiſcopi aut Archiepiſcopi appellentur. Quibuſdam vero incerta ſedes, nullusque certus & fixus locus; & poſterius hoc genus in iis plerumque gentibus ac prouinciis inuenitur, quæ ad Chriſti fidem aggregari primo inceptant. Cum enim ii, qui euangelium iis annuntiant, huc illuc procurrere debeant, neque congregatum adhuc ouile in vna quapiam aut ditione aut vrbe obtineant, Epiſcopalem quidem Presbyterorum ordinandorum, variisque in locis collocandorum, vel Archiepiſcopalem etiam creandorum Epiſcoporum poteſtatem ab Apoſtolico accipiunt: ſed incertis interea vagantur ſedibus, & ad verum ſummumque animarum paſtorem CHRISTVM IESVM, quotquot & vndecumque poſſunt, oues congregant. Et hi quidem præciſe ac ſimpliciter 485 *Epiſcopi*, vel generatim eius regionis, in qua laborant, gregemque Domino conquirunt, Epiſcopi & Archiepiſcopi nuncupantur: Illi vero quandoque *definitarum* quarundam *vrbium & locorum*, verbi cauſſa, Antiochiæ, Alexandriæ, Coloniæ, Moguntiæ, Treuirorum Epiſcopi vel Archiepiſcopi: quandoque *Epiſcopi & Archiepiſcopi Cardinales*; quia nimirum ii, cardinum inſtar in ianua, fixi ſunt, aut vero certæ vrbis, certique ouilis oſtium figunt ac ſuſtinent.

vel definitarum ſedium,

Bonifacius *primũ fuit* regionari⁹.

II Sanctus igitur Bonifacius a Gregorio II Epiſcopus præciſe, a Gregorio III Archiepiſcopus conſimiliter, non autem in vna quapiam Germaniæ definita ſede ac loco factus fuit. Enodat iſtud ampliter *Hincmarus* epiſtola VI cap. XIX ſic: *Gregorius a primo ſecundus, & tertius Gregorius, Winfrid, cognomento Bonifacium, Legatum Apoſtolicæ ſedis ad reformandam Chriſtianitatis religionem, primo Presbyterum, poſtea vero Epiſcopum ordinatum direxerunt. Cui per annos XXV in eadem prædicatione, ſine cardinali ſede, laboranti præfatorum ſucceſſor Zacharias Papa inter cetera in priuilegio ſibi directo ſcripſit atque firmauit ad locum*, vt Moguntinus videlicet Archiepiſcopus fieret. Obſerua illud, *ſine cardinali ſede.* ideoque creatus tantum fuerat Epiſcopus & Archiepiſcopus, non cardinalis. Atque hinc apud eccleſiaſticos ſcriptores *cardinare* & *incardinare*: & in libro, cui *Imperii notitiæ* inſcriptio; *Magiſteriæ officium per Orientem cardinale.* Alia tamen interdum etiam & nunc & olim ratione, vocati Romæ ſunt *Epiſcopi Cardinales.* Ita enim libro de VII vrbis eccleſiis cap. I *Onuphrius*: *Baſilicæ Lateranenſis ſeruitio, propter Pontificis Romani ibidem tunc commorantis ſupremam maieſtatem, dignitatemque, ſeptem Epiſcopi ex*

finitimis

Edit I pag. 486 *finitimis vrbi oppidis decreti ſunt, qui ſingulis hebdomadæ diebus, ſinguli, vel præſente vel abſente Papa, ſuper aram maximam baſilicæ Lateranenſis diuina myſteria celebrarent, vel Pontifici, ſolennibus, ſtatiſque diebus, ſacra celebranti, aſſiſterent. Atque hanc ob cauſam, ſeptem hi Epiſcopi Cardinales, id eſt, principales, cum Romani Pontificis miniſterio ſpeciatim inter omnes Epiſcopos adſcripti eſſent, appellati ſunt.* Vide & *Toloſatem Gregorium* lib. XV Syntagm. cap. IV.

XXVI NOTATIO

De pallio Archiepiſcopali.

IAm inde a S. BONIFACII temporibus *pallium* a Romano Pontifice petit & accipit, qui electus eſt Moguntinus Archiepiſcopus. Et putant rudiores aliqui, purpureum neſcio quod auro gemmiſque diſtinctum veſtimentum eſſe. Notabo igitur de eo aliqua.

Palliorum *genus*

I *Palliorum genus* vnum *profanum* eſt, *ſacrum* alterum. De illo multa *Tertullianus* lib. de pallio; quod, ob eximiam ſimplicitatem ac facilitatem, a philoſophis, & modeſtioribus ethnicis ad Chriſtianos translatum cum eſſet, hac ille librum illum exclamatione concluſit: *Gaude pallium, & exulta. Melior iam te philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianum veſtire cœpiſti.*

vel profanum vel ſacrum.

II *Sacrum pallium* vel eſt linteum, & pannus, quo ſolet operiri altare; vel eſt ſacrorum in eccleſia Chriſtiana hominum, qui infra pandentur, quorundam veſtis, & inſigne. Et de hoc iam agitur.

Sacri *differentia*,

III Vocatur a Græcis in VIII Synodo, quæ eſt Conſtantinopolitana quarta poſterior, ſub Ioanne VIII celebrata, ἀρχιερατικὴ ςολὴ, id eſt, *ſtola Pontificalis.*

Synonyma.

Per totam fere 9. q. 3 & § fide Monac. & § de non alien. reb. eccleſ. in Auth. Rebuff. ad § 1 de inſt. in Concil.

IV Id accipere, ipſoque vti poſſunt tantummodo hi quatuor: *Pontifex Maximus*; *Patriarchæ*, *Primates*, *Metropolitani*, qui iidem in iure *Archiepiſcopi* nuncupantur, hiſque adduntur pauciſſimi quidam ex priuilegio Epiſcopi, vt in Germania Bambergenſis, teſte *Sigeberto*, in Italia Lucenſis, & Oſtienſis, prout notat lib. de vocibus eccl. *Onuphrius.*

vſus quibus conceſſus.

V Eius finis varius eſt. Nam 1 diſtinguit exterior iſte cultus illos illa digni-
487 tate affectos ab inferioribus aliis, 2 eos poteſtate quadam auget. 3 eoſdem honore quodam præcipuo afficit. 4 eos perutilium rerum admonet.

finis eiuſdem varius

Gregorius lib. 15 *Synt. c.* 11.

De 1 ait *Paſchalis* II, *Pallium eſt inſigne Archiepiſcopalis dignitatis. Innocentius* III lib. I myſteriorum Miſſæ cap. X, cum dixiſſet, Pontificum ſpecialia ornamenta eſſe nouem, videlicet caligas, ſandalia, ſuccinctorium, tunicam, dalmaticam, mitram, chirothecas, annulum, & baculum, ſubiungit: *Pallium autem Metropolitanorum, & Primatum, & Patriarcharum eſt proprium, vt ſuper illud a ceteris Epiſcopis diſcernantur, & priuilegiatam obtineant dignitatem.* Quemadmodum enim politici etiam in republica ordines ipſo veſtium quarundam genere diſparantur, purpura, paludamento, latoclauo, argentea vel aurea fibula, torque, pileo, gladio, & ſimilibus; ita etiam eccleſiaſtici. Et in veteri Teſtamento, e veſtitu internoſci poterant Sacerdotes & Leuitæ, adeo vt hi, apud *Ioſephum* lib. XX c. VIII magno ab Iuniore Agrippa opere rogarent, vt quemadmodum Sacerdotibus, ita & ſibi lineas genere veſtes liceret. Sacerdotibus autem omnibus communes erant 1 *cidaris* ſeu *mitra* byſſina. 2 *tunica byſſina*, quæ ſtricta, & *poderis* dicitur. 3 *zona* ſeu *baltheus.* 4 *femoralia.* Ex horum tamen Sacerdotum genere, ſi qui forte mutili fuiſſent, ii non iſtis, ſed ἰδιωτικαῖς *veſtibus* vtebantur, inquit idem *Ioſephus* lib. V c. XV. Præter haſce vero communes veſtes, erant quinque aliæ Pontificis propriæ. 1 *Tiara*, ſeu *mitra altera* cum aurea lamina, in qua inſcriptum Dei nomen ineffabile; eaque interdum vocatur *Sacerdotis corona*, Iſaiæ XXII in Septuaginta; interdum *corona ſancta* in *Thargum* Cantic. VI. 2 *hyacinthina tunica.* 3 *ephod* ſeu *epomis* & *ſuperhumerale*, quod a *Ioſepho* etiam *diploïs*, & *ſtola hieratica* dicitur.

Primus,

qui explicatur e veſtitu ſacerdotum & Pontif. V.T.

4 *Rationale*, τὸ λόγιον, ſeu pectorale. 5 *baltheus*, ſeu *zona altera*. Sic igitur & in eccleſia Chriſtiana, *communitas*, inquit loco citato *Innocentius*, *& ſpecialitas poteſtatum inter Epiſcopos & Presbyteros ipſo numero communium & ſpecialium veſtium deſignatur.* Edit. I pag.

ſecundus. De II autem patet, quia pallii conceſſu omnis Archiepiſcopalis poteſtas & 488 iuriſdictio conceditur: & ante ipſius receptionem, non poteſt quis ea, quæ Epiſcopalis ordinis ſunt, iura exercere, non virgines conſecrare, non ſynodum celebrare, quamuis eſſet ille iam a Pontifice confirmatus, Gloſſ. in c. *Quoniam quidam*, & c. *Pallium*, diſt. 100. c. *Quod ſicut.* & c. *Quod ſignificaſti.* Vide *Bertachinum* tract. de Epiſc. c. fin. tit. III, *Gregorium.* lib. XV Syntag. cap. XI; & Colonienſis Archiepiſcopus, quia pallio donatus nondum erat, Conradum Regem vngere non potuit, vt apud *Othonem Friſingenſem* eſt lib. VII c. XXII; neque Imperatoris Othonis ſoror a Pontifice alio quam palliato velari voluit, vt in *S. Gothardi* vita legere eſt c. XVII. *Tarvvini*, ait in Epitome *V. Beda, accepto ab Apoſtolica auctoritate pallio, ordinauit Epiſcopos;* & ſimiliter *S. Egbertus*, ibidem.

tertius. De III perſpicua ratio eſt, quia veſtem quamcunque, cuiuſcumque illa materiæ, coloris ac figuræ ſit, gerere, quæ aliis haud concedatur, quæque poteſtatis maioris notam ac ſymbolum præferat, honoris quædam forma eſt, vt in omni pæne hominum ordine ac ſtatu cernitur. Hinc *poteſtatis culmen*, *& exterioris cultus ornamentum* a *S. Gregorio* lib. IV epiſt. LI vocatur iſtud pallium, & lib. V epiſt. VIII *decor*, epiſt. XCVIII, itemque lib. VII c. V *honor*, & apud *V. Bedam* lib. I. cap. XXIX *honoris pallium*, apud *Rabanum* lib. I de inſtit. Cler. cap. XXIII *pallii honor.* Et cum de multis in Mediolanenſem eccleſiam a Romana ſede, tanquam a matre in filiam, collatis beneficiis dixiſſet *S. Bernbardus* epiſt. CXXXI, *En*, ait, *ad complementum, pallium præſto eſt, plenitudo honoris.* Vnde & S. Gregorius apud *Bedam* loco indicato, & lib. XII epiſt. XV, cum primo Anglorum Apoſtolo S. Auguſtino pallium hoc mitteret; *Cum*, ait, *certum ſit, pro omnipotenti Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reſeruari, nobis tamen eis neceſſe eſt honorum beneficia tribuere, vt, in ſpiritalis operis ſtudio, ex remuneratione, valeant multiplicius inſudare.*

quartus. De IV ex iis, quæ paullo poſt dicentur, & vero quæ iam dicta ſunt, colligi poteſt. Nam ſane maior præſtantia palliatum exſuſcitare debet, vt legis Domini obſeruatione, omnique virtute aliis præſtare ſtudeat: maior poteſtas, vt ea non abutatur, eiusque rationem recte olim Deo reddat: maior honor, vt eo 489 ſe non indignum præbeat, maioremque de impoſito munere bene fungendo curam & laborem ſuſcipiat. Significauit hoc paullo ante *S. Gregorius*, idemque repetit lib. IV epiſt. LI, dum ad Childeberti Francorum Regis petitionem, Virgilio Arelatenſi Epiſcopo miſit pallium. *Iam nunc*, ait, *ſtudio maiori res indiget, vt cum honor creſcit, etiam ſollicitudo proficiat, & erga ceterorum cuſtodiam vigilantia excreſcat: vitæ quoque merita ſubiectis in exemplum veniant, & nunquam ſua, per ſuſcepti honoris gratiam, ſed lucra cæleſtis patriæ veſtra fraternitas acquirat.* Et lib. XI epiſt. XLII. Similia *Zacharias* Pontifex in epiſtola, quæ tota recitatur lib. II vitæ S. Bonifacii cap. XI. Sed colligentur adhuc alia ex iis, quæ præterea de pallio ſequuntur.

materia pallii. VI Eius materia, lana eſt ſimplex, & candida, e candidulis & immaculatis agnellis, qui *antiquitus*, ait *Onuphrius* lib. citato, *nutriebantur a monialibus albis S. Andreæ prope S. Marcellum de Vrbe, poſtea ea cura ad moniales S. Hagnetis extra vrbem via Nomentana, tranſlata fuit; hodie eſt monialium turris ſpeculi. Qui agni Dominica in albis circumibant altare S. Petri.*

forma eiuſdem. VII Forma vero eſt eiuſmodi, vt lana illa ſimpliciter, mapparum inſtar, texta ſit, & circulo collum humeroſque ambiat; duas ex ſe lineas, ante ac retro, deorſum vix ad genua vſque demittat, & tam harum, quam ſuperioris circuli latitudo trium aut quatuor digitorum; eique toti magna cum ciliciolis quibuſdam aut monachorum ſcapularibus ſimilitudo eſt: & habet inferne plumbi aliquid ad grauitatem inſutum, & cruces aliquot purpureas exterius aſſutas. Et ex iſta tenuitate videtur Colonienſi Archiepiſcopo S. Heriberto precatus Imperator, non ſimpliciter pallium, ſed *pallii cubitum vnum*, apud vitæ illius ſcriptorem *Rupertum* cap. VII.

VIII

Edit. I pag. VIII Efficiens cauſſa Pontifex eſt, qui hoc, quicquid eſt, geſtaminis vnus annuere ac largiri ſolet. Quemadmodum enim ſummi in republica Principis eſt, politicas dignitates, earumque inſignia & ornamenta tribuere; ita & in eccleſia Chriſtiana eccleſiaſticos honores, eorumque teſſeras & ſymbola, quis
490 præter eum, quem eccleſiæ vniuerſæ præpoſuit Dominus, recte det? S. Gregorius apud *V. Bedam* lib. I cap. XXIX, *Lundonienſis ciuitatis Epiſcopus honoris pallium ab hac ſancta & Apoſtolica, cui, Deo auctore, deſeruio, ſede percipiat*; & illud *ſacri palatii munus* appellat *Gregorius III* lib. I vitæ c. XXXII. Vnde in epiſtola quadam ad Cudbertum, quæ in MS. Ingolſt. eſt LXXVIII, ſcribit *S. Bonifacius*, fuiſſe à ſe, aliisque Germanis Epiſcopis in ſynodo ſtatutum, vt a Romana ſede pallium quærerent Metropolitani.

IX Modus autem illud quærendi & petendi poteſt e rebus variis varius conſiderari. 1) *Priſca*, inquit *S. Gregorius* lib. VII epiſt. V, *conſuetudo obtinuit, vt honor pallii, niſi exigentibus cauſſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat.* 2) Soliti fuerunt non pauci Romam ipſimet adire, vt præſentes ab ipſo palliarentur Pontifice, Angli præſertim, bruma etiam ſæuiſſima, probus oſtendit tomo X *Baronius*: idipſum tamen neceſſe non eſt; ſed per legatum quempiam accipi poteſt, vti non hoc tantum tempore, ſed olim etiam factum, patet e *S. Gregorio* *, & *V. Beda*. Sed cauendum, ne legatus aut ſit hæreticus aut ſchiſmaticus. Ideo enim Siagrio, licet a multis eius laudaretur integritas, & humanitate magna, quem in Angliam Chriſtianæ lucis importatorem miſerat Pontifex, B. Auguſtinum accepiſſet, ab ipſaque etiam Francorum Regina Brunichilda petente ac rogante commendaretur, pallium dare noluit S. Gregorius, *quia*, inquit ipſe lib. VII epiſtol. V, *is, qui pallium ipſum accepturus Romam ierat, ſchiſmaticorum tenebatur errore implicatus.* 3) Pallium aut per ſe, aut per ſuos accepturi fidem Catholicam profitentur, & iurant S. R. E. obedientiam ſuper altare S. Petri, ex quo tantum pallia aſſumuntur; vt in *Onuphrio* notatur l. de VII vrb. eccleſ. cap. IV, *Pallium*, inquit *Paſchalis II. Papa*, *eſt inſigne Archiepiſcopalis dignitatis, quod aſſumitur de corpore, id eſt, de altari B. PETRI, in ſignum vnitatis Apoſtolicæ ſedis.* Zacharias lib. II vitæ c. XII. *Quomodo fidem ſuam exponere debeant hi, qui pallio vti conceduntur, litteris direbtis docuimus.* 4) Gratis dandum, & accipiendum eſt; adeo, vt cum rumigeruli mendaces falſo dixiſſent, pecunias accepiſſe pro pallio Zachariam
491 Pontificem, Simoniaco eum crimine illigatum putarit, & ſcripſerit noſter S. Bonifacius, ſeque diligenter ille purgarit, prout lib. II vitæ noſtræ cap. XII perſpicitur. In Romana ſynodo S. *Gregorius*, prout habetur in eius epiſtolarum lib. IV cap. LXXXVIII, *Antiquam*, inquit, *Patrum regulam ſequens, nihil vnquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia enim ordinando Epiſcopo Pontifex manum imponit, euangelicam lectionem miniſter legit, confirmationis autem epiſtolam Notarius ſcribit, ſicut Pontificem non decet, manum, quam imponit, vendere: ita miniſter vel Notarius non debet in ordinatione eius vocem ſuam, vel calamum venundare.* Videtur autem illa noua *paſtelli* appellatio ſigillum ſignificare: & repetuntur eadem lib. XII in eiuſdem Pontificis decretis, Mauricii tempore. ſed vtrobique additur: *Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſſa, dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus. quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non proceſſit.* Idem Gregorii decretum confirmarunt Leo XI & Vrbanus XI, ſummi Pontifices, inquit lib. de voc. eccl. *Onuphrius*.

X Pallii vero vſus duo notari vult. Vnum, extra eccleſiam illo vtendum non eſſe. In Ioannis Epiſcopi Rauennatis reprehenſione, *D. Gregorius* lib. IV epiſt. XIV, *Vltimum*, ait, *eſt, quod tamen pondere elationis primum eſt: ſcilicet de vſu pallii extra eccleſiam. Quod deceſſorum meorum temporibus facere nunquam quiſquam præſumpſit: nunquam a deceſſoribus eius præſumptum eſt, ſicut reſponſales noſtri teſtantur; excepto, ſi reliquiæ conderentur.* Et epiſt. LI ad Virgilium: *Pallium tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra eccleſiam, ad*

Cauſa efficiens.

Pallii quærendi & petendi modus.

* *L. 7. ep. 61.*

p. 51.

Vſus duo notari vult.

ſola Miſſarum ſolennia, vtatur. Alterum eſt, quando palliatum eſſe liceat? & Edit. I
hoc iam expreſſit idem *S. Gregorius*, tantummodo ſcilicet, *quando ſacra Miſ-* p.492
ſarum peraguntur ſolennia. Et ſic etiam lib. VII epiſt. CXXV, lib. XII ep. XV,
quæ etiam apud *Bedam* eſt lib. I cap. XXIX, & ad Bonifacium noſtrum lib. I
cap. XXXII; *Dum Miſſarum ſolennia geris, vel Epiſcopum te contigerit con-
ſecrare, illo tantummodo tempore, eo vtaris.* Fuit autem Ioannes Rauennas
Epiſcopus D. Gregorio moleſtus, cum in litaniis ſeu proceſſionibus illo vti vel-
let. Negauit ſanctus: & tamen lib. IV epiſt. XIV *hac, ait, de re iam Diacono
noſtro ad Conſtantinopolin ſcripſi, vt per omnes, qui ſub ſe, etiam tricenos &
quadragenos Epiſcopos habent, requirere debeat. Et ſicubi iſte vſus eſt, vt
in litaniis cum palliis ambulent, abſit, vt per me Rauennatis honor eccleſiæ in
aliquo imminui videatur.* Epiſtola vero ad illius ſucceſſorem Marinianum:
*Pallio non aliter, ait, te vti memineris, niſi in propria tuæ ciuitatis; dimiſſis
iam filiis, eccleſia, procedens a ſalutatorio ad ſacra Miſſarum ſolennia celebran-
da. Peractis ergo Miſſis, id in ſalutatorio rurſum curabis deponere. Extra
eccleſiam vero non amplius illo tibi, niſi quater in anno, in litaniis, quas ad
deceſſorem tuum Ioannem expreſſimus, vti permittimus.*

priſcus eiuſdem vſus.

XI Non eſt pallium hoc Gregorii tertii, ſecundi, aut etiam primi natum
tempore, ſed multo ante vſitatum fuit, prout ex ipſo intelligitur Gregorio pri-
mo & ſancto, dum ſupra vocauit *priſcam conſuetudinem, antiquamque regu-
lam.* & lib. IV epiſt. LI *antiquum morem.* lib. XII ad IX Auguſtini interrogatio-
nem, quæ etiam inuenitur c. *In Galliarum*, 15. q. 2 & apud *V. Bedam* lib. I
hiſt. cap. XXVII, *Ab antiquis, ait, prædeceſſorum meorum temporibus, pal-
lium Arelatenſis Epiſcopus accepit.* Quot vero & quanti pallia eiuſcemodi ha-
ctenus acceperint, quis percenſeat, cum in ſolis D. Gregorii epiſtolis, & in ſo-
la Bedæ hiſtoria tot & tanti ſint? A ſancto certe Bonifacio manauit ad hodier-
num vſque Moguntinum Archiepiſcopum perpetuus iſte honos.

quarum rerum pallii honor quemuis illorum admoneat.

XII Ex his denique colligitur, eos qui amiculi huius honore afficiuntur,
moneri 1) *ſimplicitatis*, quæ tam in veſtibus, quam aliis in rebus tenenda ſit. 493
Si enim apud Iuriſconſultum l. veſtis, *de aur. & argent.* pallium *commune ve-
ſtimentum* eſt; ſi apud *Tertullianum* cap. V * *leue*, parabile, ac *expeditum* eſt, * lib. de pall.
quanto eccleſiaſticum iſtud magis? 2) moneri *candoris ac innocentiæ.* Nam &
color, & ipſa, e qua ſumptum illud, pecus, animal ſine fraude, doloque id
ſignificant. 3) moneri *curæ paſtoralis.* Qui enim ouium vellere veſtiri ſe ſentit,
nonne debitam merito de illis cogitationem ſuſcipiat? ne in eorum ſcilicet infe-
liciſſimorum numero paſtorum inueniatur, quibus per Prophetam ait Dominus:
Ezech. 34, 2. *Væ Paſtoribus Iſrael. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſ-
ſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis.* 4) moneri *graui-
tatis*, quæ in Epiſcopali onere pluſquam plumbea merito eſt. 5) moneri feren-
dæ, aliiſque prædicandæ *crucis. Hoc indumenti genus*, ait palliatus noſter lib. I
Inſtit. cap. XXIII *Rabanus, crucis ſignaculum purpureo colore exprimit, vt
ipſo indutus Pontifex, a tergo & pectore crucem habeat: ſuaque mente pie &
digne de paſſione Redemptoris cogitet: ac populo, pro quo Dominum deprecatur,
redemptionis ſuæ ſignaculum demonſtret.* 6) moneri ſummæ cum ſummo in ter-
ris paſtore, ſummi illius in cælis paſtoris vicario, *coniunctionis & vnitatis:* dum
Ioan. 21, 17 ab eo lanam hanc ouillam, & ex ipſo S. Petri, cui paſcendas oues ſuas commi-
ſit Dominus, altari accipiunt, prout ſupra notatum. *S. Bonifacius* in epiſtola
ad Cuthbertum Epiſcopum, quæ in MS. Ingolſt. eſt vltima; *Decreuimus, ait,
in noſtro ſynodali conuentu, & confeſſi ſumus fidem Catholicam, & vnitatem,
& ſubiectionem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, fine tenus velle ſeruire S. Petro, & Vi-
cario eius velle ſubiici: ſynodum per omnes annos congregare: Metropolitanos
pallia ab illa ſede quærere, &, per omnia, præcepta Petri canonice ſequi deſi-
derare, vt inter oues ſibi commendatas numeremur.* 7) moneri humanæ *fragi-
litatis*, quando e veſtibus, quibus amiciuntur, hæc fere vna eademque nume-
ro eſt, quæ cum ipſis eodem in ſepulchro ſepelitur, ita vt eam iſto ſenſu non ma-
le vocarit quidam, feralem veſtem, *ein Todskleid.* Vnde 8) ac poſtremo ſe- 494
quitur, eos etiam ſimul moneri temporis ac *iudicii*, de quo per Ezechielem
cap. XXXIV ℣. 10 Dominus: *Ecce, ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem*

meum

Edit. 1 pag. *nium de manu eorum.* Sed iſta de pallio iam ſatis. Myſteriorum aliorum explicationem videri iubet *Onuphrius* lib. cit. apud Innocentium III. Sed & mendoſe annotatus eſt liber X cap. XII. pro libro I cap. X, & myſteria ibi nulla comparent: licet de pontificalibus veteris Teſtamenti veſtibus exiguum quid ſubiungatur cap. XI & XII.

XXVII NOTATIO

De Fridslarienſi & Amæneburgenſi eccleſiis a S. Bonifacio erectis.

I.

NOta hodie, in Haſſia, vrbs *Fridslar*, quæ & *Frideslar* ac *Fritislar* ſcribi ſolet. Pro ſua vero ſolita, de qua ſuperius not. XIX & XXI in S. Petrum pietate, ad huius honorem, Deo hic eccleſiam erexit S. Bonifacius, in qua, poſt eius martyrium, Caroli Magni tempore, anno DCCLXXIV inſigne miraculum referunt editi a Nuenario Comite *Francorum Annales* hiſce verbis: *Dum hæc* (contra Deſiderium Longobardorum Regem) *in Italia geruntur, Saxones velut opportunam de abſentia Regis nacti occaſionem, contiguos ſibi Haſſorum terminos ferro & igne populantur; cumque in eo loco, qui nunc Frideslar ab incolis nominatur, baſilicam a B. Bonifacio Martyre dedicatam incendere molirentur, atque hoc efficere caſſo labore conarentur, immiſſo ſibi diuinitus pauore ſubitaneo, turpi trepidatione confuſi, domum fugiendo reuertuntur.* Idem referunt etiam *Lambertus Schaffnaburgenſis, Regino, Marianus* & *manuſcriptorum* meorum vnus, qui addit: *Hanc eccleſiam S. Martyr per ſpiritum prophetiæ nunquam incendio violari prædixit. Inuentus eſt autem vnus ex eiſdem Saxonibus, mortuus iuxta eccleſiam ipſam, genibus acclinis, ligna & ignem habens in manibus, & quaſi* Fritislarienſis miraculo ſeruata.
495 *ore flans ad incendendam ipſam baſilicam.* Atque hoc idem in Caroli Magni vitæ Anonymo vetere nuper Francofurti edito auctore inuenio, cum eorum etiam, quæ ſubiungam, auctario. *Lupus* vero *Seruatus* cap. XVII; *Saxones fuſa cælitus clariſſima luce ambiri conſpicantur eccleſiam, cuius memoria iam ſupra facta eſt: & per illius culmen, inſignem quendam lineamentis quidem humani corporis circumſcriptum, at valentiam, dignitatemque mortalium longe præſtantem, albis etiam veſtibus amictum, hac & illac deambulare. Diuino itaque nutu, & huius viſionis exterriti maieſtate, relictis impedimentis, & omnibus aliis neceſſariis, vitæ tantum conſulere feſtinantes, ad fugam ſe denuo contulere.* Et cap. XIX; *Neque ita multo poſt, cum iidem Saxones reuertiſſent, inſtauraturi male toties experta certamina, vnus eorum capit ignem, fomenta ſubiicit, eccleſiam conflagrare iam dictam molitur. Sed caſſo infectoque niſu, diuina virtute, per interceſſionem S. Wigberchti repulſus, conatibus vere ſacrilegis digna retulit præmia, paralyſi ſcilicet perenni multatus.* Cap. XX; *Eandem etiam domum quidam ex illis exſpoliare conatus, defracta ianua irrupit; crucisque argenteam laminam affabre inauratam rapuit, profaniſque manibus nequaquam efferre cunctatus eſt. At confeſtim diuina vltio inſecuta, ita hunc reddidit impotem ſui, vt brutum magis animal, quam hominem duceres. Sic cum lamina circa eccleſiam repertus oberrans, quod ſciens male ſublegerat, iuſte neſciens reddidit. Sanctorum quoque reliquiæ, quas iidem aſportauerant, in villa Geſmari, quæ non longe abeſt, repertæ ſunt integræ.* Cap. XXI; *Nec illud tranſierim, quod ſæpe dicti Saxones adhibito igni, & multiplici fomite, amica ſane igni materia, frequenter inculcatam domum illius eccleſiæ comburere conati ſunt: ſed interuentu B. Wigberchti deluſa eſt illorum inſania.* Denique c. XXII; *Saxonum poſt diſceſſum, pars haud exigua Haſſonum* (Haſſones quippe dicuntur, qui incolunt ipſum pagum) p. 238
496 *mundatum eccleſiam conuenire; ſordere illam quam grauiſſime ferentes, propterea quod Saxones equorum in ea præſepia fecerant, nihilque religioni detulerant. Verum introgreſſi nihil penitus, quod eſſet verrendum, inueniunt; ita ſordium ſqualorem diuina virtus deterſerat; nulla vſquam veſtigia immunditiæ totius reſederant.* Sanctus vero Wigberchtus eſt ille, quem hic loci Abbatem primum a S. Bonifacio conſtitutum dixi notatione XXIV.

Legatis, quos Romam miſerat, reuerſis, Bonifacium Fritislarienſe monaſterium ſtatuiſſe, *Orthlenus* dicit. Veriſimile igitur videtur *Schminckio*, § IX antiquitat. Fritislarienſ. p. 10, anno

anno DCCXXXII exſtrui cœptum hoc cœno- nunc templum occupat cathedrale: cuius conie- Edit. I
bium; tum vero exſtructum eo in loco, quem cturæ anſam § X p. 11 pluribus perſequitur. pag.

Amanaburgenſis quæ ſit, ambiguum.

II Quemadmodum S. Petri, ſic & S. Michaelis cultor magnus fuit S. Bonifacius; ideoque vt ſupra, notatione XXIII, Ordorfii, ita & nunc eius venerationi ſacram cum monaſterio ædem excitauit *Amanaburgi*, quod lib. II (*Othl.*) cap. XXI videtur *Adamanaburgum* vocari. Sed an ſit *Homburgum*, aut *Homberga*, quæ a Friſlaria minus diſtat, an *Ameneburgum*, quod Marburgo vicinum, ambigitur. Nam iſtud ad *Omam* fluuium ſeu *Amanam* * ſitum cum ſit, ex eo videtur *Amanaburgum* vocari. Ab amœnitate ſiquidem, licet ea ibi aliqua ſit, non eſt, vt putemus Haſſos veteres, cum Latinæ linguæ, amœniorumque Muſarum ignari prorſus eſſent, nomen mutuatos. Deinde proximus huic oppido pagus eſt *Selhemium*, cuius eodem cap. XXI lib. II mentio fit †. Eſt illic Canonicorum adhuc hodie Collegium, vrbsque Catholica eſt, Moguntinoque Archiepiſcopo ſubdita: ſed illorum templum non *S. Michaelis*, verum *S. Ioannis Baptiſtæ* dicitur *. In his ac ſimilibus,

Vtilis ille vir eſt, multas qui viderit vrbes.

* die Ohm

† *Hamanaburgum* ſeu *Amanaburgum* non eſſe *Hamelburg*, Franciæ orientalis oppidum, nec *Homburgum* ad Ehzam, ſed oppidum, quod hodie *Amaeneburgum* vocatur, ex ipſo *Othlono*, qui *Selenheimum* & *Amanaburgum* vicina loca fuiſſe ſcribit: *Groß & Klein Selheim* vero Amœneburgo proxima ſint, § III & IV differt. c. *de Epiſcopatu Buriburgenſi* p. 4 & ſeq. probat, quem modo laudaui, *Schminckius*.

* Vide ſis, quæ auctor his addit lib. V in *Gerlaco* § VI p. 859.

XXVIII NOTATIO

De quodam in Bauaria hæretico, & falſis, prauiſque ſacerdotibus ab S. Bonifacio dimotis, nouiſque parochiis conſtitutis.

I

Erenvvolfi damnatio

TRia potiſſimum, quæ in Bauaria geſſerit S. Bonifacius cap. XXXIV & XXXIX ab *Othlono* memorantur. Primum, antequam tertio Romam ille proficiſceretur, de quodam hæretico, quem S. Willibaldus *Eremuulfum*, vel vt 497
codex habet alius MS. & *Othlonus* (l. 1 c. 34) *Eremuulfum*, *D. Velſerus* lib. V rerum Boicarum, *Erenuolfum*, qui, vt alia omnia, nitide, ornateque iſtud ita narrat anno Domini DCCXXXIII. *Vix obierat Corbinianus, cum infauſtum nomen Erenuolfus, homo hæreticus, primus, cuius memoria inter Boios extet, ſi hic quoque peſtibus annotandis operæ pretium facimus, flagitioſa impiorum dogmatum labe fœcunda graſſari cœpit. Bonifacius, vt erat acri in diuinum cultum ſtudio, propere accurrens, ne virus latius ſerperet, auctorem ſceleris, mature ex ſacrorum canonum præſcripto damnatum, ab eccleſiæ communione reiicit, ſimul populum ſalutaribus concionibus admonitum in viam reuocat* *.

Wolff

* Conf. *Sagittarius* l. d. cap. XV § II p. 213 & ſeq.

pſeudodoctorum remotio.

II Duo reliqua poſt reditum e Romana profectione tertia contigerunt. Tum enim flagitioſos ac impios pſeudoepiſcopos & pſeudopresbyteros, quorum & dogmatibus & exemplis prauis Bauarica inquinabatur eccleſia, coarguit, puniit, ac remouit S. Bonifacius; cumque Bauaria tota plures quidem Epiſcopales antea ſedes habuiſſet, vna tamen ſola Paſſauienſis legitimum tunc Antiſtitem Paſſau.
haberet, regionem totam quatuor in partes diſtribuit, & vnam Paſſauienſi illi, qui a Gregorio III antea fuerat initiatus, attribuit, tres alias tribus aliis, qui ab ipſo conſecrati S. Bonifacio: videlicet *Iohannes*, Saltzpurgenſis Epiſcopus; *Erinbertus* Friſingenſis; *Govvibolt* Ratiſponenſis. Explicat vero citatus iam *D. Velſerus* non ſolum quo modo, ſed etiam qua de cauſſa duo iſta euenerint: & explicat iis verbis, quæ hic a me, velut in rudi ac depexo centone, dibaphus, aut purpura, & gemma, inſeruntur. *Erenuolfo*, ait anno DCCXXXIX, *quamuis repreſſo, multæ adhuc eius generis peſtes tota prouincia volitabant. Pars ſe Epiſcopos mentiri, pars Presbyteros, alii alia, vt cuique commodum fingere, eccleſias peruertere, populum* (vulgus enim nouando in primis capitur) *ſeducere. Sedes ſacræ per Boicam habebantur quatuor, Laureacum ſiue Bataua, Salisburgum, Friſinga, Reginoburgum. Sabionæ ratio non habita, quod*

Bauaria in 4 dioeceſes diuiſio,

quæ explicatur verbis Welſeri.

Lango-

Edit.I 498 *Langobardicum imperium reſpiceret. Nuenburgum Reginoburgo credo accenſa. Verum ea nec continentibus Epiſcoporum ſucceſſionibus, nec certa finium deſcriptione ſatis conſtituta. Soliti praterea Pontifices Romani, legare homines perſæpe exteros, magna & excellenti virtute, Corbinianos & Bonifacios puta, qui Epiſcoporum munere vbique libere, ſine exceptione, fungerentur. Fraudatoribus, dolo obtegendo, vtraque cauſſa ſeruiebat, poſterior maxime, qua peregrini & ignoti facilius irreperent, Pontificiam miſſionem credulis perſuadebant: ſi qui præſertim Britanni fuci, eiuſdem cum apibus patriæ conſortes, eſſent;* quod ipſum ſuperior (in cap. XXXVIII vit. l. I) *Gregorii* (tertii) *epiſtola innuit* (illis verbis *venientium Brittonum*) *Vtilo* (Bauariæ Dux) *tantam, & tam late patentem, tamque pernicioſam improbitatem coercendam ratus, Bonifacii opem implorat. Is Roma reuerſus, commodum apud Luitprandum Ticini hærens, ſtatim, vocatus, affuit: & omni Boica perluſtrata, impuros nebulones profligauit: populum prauis opinionibus corruptum, Chriſtianis myſteriis, ab ipſis iterum rudimentis, inſtituit. Multum ei rei operæ, multumque temporis impenſum. Vt fructus reſponderet, & ne res ad hanc aliquando perturbationem relaberetur, placuit ſedibus, quarum nomina poſuimus, quod vacarent pleræque, Epiſcopos, Vtilone & Optimatibus volentibus, præficere, tum iuriſdictionem, deſcriptis diœceſium limitibus, diſtinguere. Salisburgenſibus, poſt Rupertum & Vitalem, deinceps Anſologus, Sauolus, Ezius, Flobargiſus præfuerant, Abbates omnes monaſterii Petri Apoſtoli, quod Rupertus in ea vrbe inſtituit. Tunc quoque Ioannes inde datus eſt. Friſingenſibus Erimbertus, Corbiniani nuper defuncti frater. Reginoburgo, Boiorum regiæ, Gaubaldus, ſiue Garibaldus. Laureacenſis & Batauenſis Epiſcopatus coaluerunt paullatim.*
499 *Philoni & Brunoni vnus Theodorus ſucceſſerat: Theodoro Viuilum ſiue Viuilonem Gregorius* (tertius) *non ita dudum ſurrogarat, quem exciſa ab Hunnis* c. 34.
Laureaco, ſub Hugiberti (Ducis Bauariæ, quem *Othlonus* noſter *(l. I c. 34)* Hugber- c. 1.
tum, *Willibaldini* codices *Hutpertum, Hucpertum & Hugobertum* ſcribunt) *demum mortem, ſacra ſacerdoteſque in Batauam tranſtuliſſe auctores habeo. Bonifacius de Viuilo, qui vnus legitimus in Boica eſſet Epiſcopus, nihil mutauit: diœceſin perinde ac reliquas deſcripſit.* Hæc Auguſtanus ille, Boicuſque Tacitus *.

* Conf. præter *Sagittarium*, qui hic omnino legi meretur, l. d. cap. XVII § IX & ſeq. p. 237 & ſeqq. quæ ſupra ex *Pagio* attulimus ad lib. I Othloni cap. XXXIX.

III Ceterum definitas Epiſcopatuum *diœceſes* vocant hoc loco *S. Willibaldus* & *Othlonus* (*lib. I c. 39*) *parochias*. Et ſic etiam Karolomannica ſynodus, & S. Bonifacius epiſtola ad Zachariam lib. II (*Othl.*) c. II & epiſt. ad Stephanum Papam, *Rixfridus* in epiſt. ad S. Ludgerum, ipſe *S. Ludgerus* epiſt. c. III *V. Beda* c. XXXIV de S. Cuthberto, & lib. IV hiſt. c. V, l. V, c. XIX; *Cæleſtinus III* cap. *Significauit*, *x de officio ind. ord. Lucius III c. Ad Apoſtolica, x de decimis. Toletanum* Concilium IX c. *Bonæ rei* 12 q. 2. *D. Auguſtinus* lib. XIV ciuit. cap. XXIV: quem in locum miretur quiſpiam *Ludouicum Viuem* dupliciter; 1, quia dubitat, quæ, & vbi *Calamenſis* eccleſiæ *parochia* ſit, an in Africa, Italia, vel, quod magis credit, in Phœnicia. Diuum enim Auguſtinum, eiuſque res legentibus conſtat, eſſe in Africa. *Poſſidius* c. XII, *Vnus ex iis, quos de ſuo monaſterio & clero Epiſcopos eccleſiæ propagauerat* Auguſtinus, *ad ſuam curam pertinentem Calamenſis eccleſiæ diœceſin* (quæ citato de ciuitate libro *parochia* dicitur) *viſitabat*; & poſtea *Calamenſis ciuitas*, & *Calamenſes Epiſcopi* nominantur. Præterea, qui valde fidenter ait, *Melius parœcia*, quæ parochia; παροικία *quaſi vicinia, circumhabitatio, a* παροικεῖν. Ego autem non improbo quidem parœciam & parœcos aut dici aut ſcribi, prout in Græcæ linguæ commentario dicendum & ſcribendum putat *Budæus*, cumque ſecuti alii: ſed *recte*, immo *melius*, parochos & parochias dici ac ſcribi opinor. *Recte* quidem. Cum enim ὁ πάροχος ἀπὸ τοῦ παρέχειν, *parochus a præbendo* generatim *præbitor* dici queat, ſpeciatim tamen, bonorum auctorum vſu, is vocatus eſt, qui quæ
500 legatis publice miſſis, ac hoſpitibus præbenda eſſent, præberet; apud *Gellium* lib. XV c. IV, *Horatium* ſatyr. V,

Proxima Campano ponti quæ villula tectum
Præbuit, & parochi, quæ debent ligna, ſaleſque.

obſeruatio, diœceſes vocari etiā parochias.

parochi itidem & parochiæ vocem vſurpari pro parœcia & parœcis.

Cicero

Cicero lib. XII ad Atticum epiſt. I; *Eum Sextius noſter parochis publicis occupauit.* *Parochos*, inquit *Nonius Marcellus*, *a græco tractum eſt nomen, quod vehicula præbeat. Hoc ſchemate enim græce, latine vehicula appellantur; & eſt officii genus, quod adminiſtrantibus paret. Varro Seſquiulyſſe. Hic enim omnia erat: idem ſacerdos, prætor, parochus, denique idem ſenatus, idem populi caput.* Si ergo generatim vox iſta conſideretur, nonne in eccleſia ii recte parochi vocantur, qui commiſſis populis præbere tam multa, immo & ſeipſos, debent? *Bonus* enim *paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis*, Ioan. X, v. 11. Si ſpeciatim, nonne cæleſtem eos demandatis hoſpitibus, & hoc in mundo peregrinis verbi diuini, euchariſtiæ, ſacramentorumque omnium panem ac ſalem, aſſidua, quibus diuinus in iis ignis accendatur, ſanctaque charitate concaleſcant, monitorum, precum, & exemplorum ligna optima, quibus in æthereas beatorum regiones peruehantur, vehicula curare, præbere, ac ſuppeditare oportet? cumque *lignorum*, *ſalisque* nomine neceſſaria omnia ſignificari, dicant Acron & Porphyrio, qui idcirco illos etiam *Copiarios* appellat; & cum rurſus præbenda omnia παροχαὶ vocentur, quas & *Heſychius* δωρήματα ἢ χαρίσματα interpretatur; nonne parochi ſunt, qui quæ ad animorum ſalutem hominibus neceſſaria ſunt, maximo ſtudio, cura, & labore, omnia præſtare ac exhibere tenentur? *Melius* autem parochos quam parœcos dici vel inde reor, quod in antiquioribus libris illa viitatior, immo & pæne ſola ſcriptura ſit: & quod ipſe paſtor neque magis, neque aliter vocaretur parœcus, quam eius ouium quælibet. Nam *paraci* ſunt accolæ; ita vt qui templum aliquod accolunt, circum illud habitant, ad illud pertinent, eiuſdemque viciniæ ſunt, parœci omnes appellentur. Et ſic in Decretalium libro III titulus fuit *de parochiis & alienis parochianis*, qui a recentioribus editur, *de parœciis & alienis parœcianis*; in quo titulo modo Epiſcopalem diœceſin, modo ex iis, quæ plures in Epiſcopali diœceſi eſſe ſolent, vnam 501
quampiam particulam, vtputa oppidum aut pagum aliquem, aut aliquos, vrbiſve alicuius maioris plateas aliquot, *parochia* ſignificat. Et ab hac poſteriore notione vocantur fere hodie *parochi*, qui alias *Plebani*, *Curati*, *Curiones*; parui veluti Epiſcopi, omni certe amore, honoreque digniſſimi, cum in Domini vinea ii nunc maxime pondus diei & æſtum perferant, animarum curam gerant, diu noctuque ad earum auxilium in paruulis & maioribus, valentibus, & ægrotantibus, viuis & mortuis excubent. *Qui enim bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina.* 1 Timoth. V, v. 17. Magnum ſane onus, magnuſque labor: ſed multo maxima in cælo merces.

Matth. 20, 2.

Alex. *conſil.* 74. Gregor. *ſynt.* l 15 c. 24 (S)

XXIX NOTATIO

De tribus nouis in Franconia, Haſſia, & Thuringia conſtitutis Epiſcopis.

I

Epiſcopatuum locum primus in Franconia Wirzburgi.

ARchiepiſcopus & Apoſtolicæ ſedis in Germaniam legatus cum eſſet S. Bonifacius, diſpexit, vbi Epiſcopales tum temporis erigi ſedes commode vtiliterque poſſent; & tria ei occurrerunt loca. Primus, *Wirceburgum* in Franconia; & hic S. Burchardum Epiſcopum ſtatuit, de quo ſupra notatione XXIV, totamque rei ſeriem copioſe denarrat lib. I, cap. VIII, IX, X *Egilvvaldus*. De Wirceburgo autem actum a me in S. Kiliani libello c. VII.

Secundus Buriburgi

II Locus alter eſt *Buriburg*, ſeu vt in aliis libris eſt, *Buraburg*, in Caroli M. vita, cuius auctor anonymus, caſtrum *Buriaberg*; & hic *B. Vitta*, de quo eadem not. XXIV ſuperius, primus factus Epiſcopus; cuius confirmatio legitur in Zachariæ litteris tom. II decret. epiſt. II hac inſcriptione: *Dilectiſſimo nobis Vittæ, ſanctæ eccleſiæ Birburgenſis, Zacharias Papa*; idemque a *Lupo Seruato* cap. XXIV vocatur *Albuinus*, per latinam ſcilicet barbari nominis interpretationem. Nam *vvitt* album ſignificat, prout aterrimus ex hæreticis quidam, per antiphraſin dicitur *Wittaker*, id eſt, *albus ager*. Hinc MS. meus: *In oppido* 502
Bura-

Edit. I p. 502 *Buraburg iuxta Fritzlar, ſedi Epiſcopali poſt ſuum receſſum ordinat Epiſcopum Albuinum, diſcipulum ſuum Hibernienſem, monaſterii vrbis monachum; cuius feſtum agitur VII Kalend. Nouembris.* Et quia idem Albuinus ipſi S. Bonifacio ſuperſtes fuit, eapropter ab *Lupo*, ibidem *B. Lulli Suffraganeus* dicitur.

Locus autem ille vbi hodie ſit, cum nomina vel omnino mutata, vel alium in ſonum inflexa ſint, promptum non eſt affirmare. Inter Fritzlariam & Paderbornam occurrit *Varburg*, quod ad *Buraburg* accedit, & tanto forte illud acceptum libentius, quanto videtur ſplendidius, cum alioquin hoc poſteriori ſignificetur *burorum*, aut *ruſticorum*, aut etiam *Vari*, de quo lib. I c. VIII, prout hodie volunt aliqui, burgus *. In hunc autem locum fuit S. Wigberchti corpus translatum, & hinc in Herolsfeldenſe monaſterium, ea occaſione ac modo, qui a *Lupo* deſcribitur c. XIII: *Effera*, inquit, *Saxonum gens, proprium transgreſſa limitem, in finitimorum ſe agros effuderat: & indigenae non ſatis fidentes propriis viribus in oppidum, cui Buriburch nomen eſt, formidine ſui compulerat. Qui concluſi, iudicantes adhuc infirmum, tenui murorum inſtitutione ſalutem tueri, oſſa beati viri ad ſui munimentum in oppidum transferenda curarunt.* Poſtea c. XXIV, *Interiectis aliquot annis, Albuino Praeſuli Fritiſlarienſis oppidi, per quietem aliquis obuerſatus, qui ſe diuinitus miſſum diceret ad monaſterium, cui eſt vocabulum Herolſesfeld, quo & oſſa B. viri transferri praecepit.* Cetera ibi legantur.

quis ille locus & vbi.

Herſchfeld.

* De *Buriburgo* tacet doctiſſimus Germaniae Epiſcopus, *Ferdinandus*, in monument. Paderbornenſ. vti iam pridem monuit *Schurtzfleiſchius* diſſertat. historicar. LXXXV § XIII p. m. 1091. *Sagittarius*, antiquit. regni Thuringici lib. II cap. VII § V p. 207 in hiſtoria de Bonifacio ſe de oppido hoc acturum pollicitus quidem eſt; promiſſo tamen fidem poſtea haud ſubdidit. Non tacuere contra alii: *Brouuerus* in not. ad HRabani epigramma CXVIII, *Schatenus* hiſtor. Weſtphal. lib. VI p. 387. *Pagi* ad an. DCCXL n. XXII p. m. 249, *Baluzius* ad Lupi Seruati vitam Wigberti c. XIII p. m. 506, *Mabillonius* notat. ad vitam eiuſdem actor. ordin. S. Benedicti ſaec. III parte I p. 677, & nouiſſime *Schminckius* diſſertat. de Epiſcopatu Buriburgenſi § VIII, IX, X, XI p. 7 & ſeqq. qui docuit fuiſſe oppidum, in monte ſatis edito, inferioris Haſſiae, ad Adranam, qui in hunc vſque diem nomen antiquum ſeruat, & ab accolis *der Burberg* vocatur.

Huic primo alterum ſucceſſiſſe Epiſcopum Mengottum, ait meus MS. p. 78, & videtur ſuffragari *Lupus*, c. V, dum ait: *Fritzlariae cum Megingo ſuo, qui poſtea culmen Epiſcopale ſubiit, diu conuerſatus eſt Wigberchtus.* Fortaſſe tamen idem hic eſt, qui S. Burchardo Wirtzburgi ſucceſſit *Megingaudus* **. Sed vtut ſit; cum circa Domini annum DCCXIV Padebornenſis Epiſcopatus erectus eſt, Burburgenſis deſiit, vel in illum potius coaluit †.

** Probat hanc auctoris coniecturam *Baluzius* in not. ad hunc Lupi locum p. m. 505, *Et fuerat*, inquit, *ante Epiſcopatum Abbas monaſterii Neoſtadienſis ad Mœnum, vt obſeruat* Nicol. *Serarius in not. ad epiſtol. Bonifacii Moguntini. Aſſentior vero eidem Serario, qui* Magingaoz *ſiue* Megingum *eſſe putat, qui aliis vocatur* Megingozus, Mengozus, *&* Megingaudus. Verum enim vero, probe non minus quam docte *Schminckius* antiquit. Friſlar. § XXXVIII p. 42; *Hunc* (Megingodum) *ex monacho Fritislarienſi factum fuiſſe Abbatem Neuſtadienſem ad Mœnum, & tandem Epiſcopum VVirzburgenſem poſt Burchardum contendit* Serarius. *Burchardum excepiſſe* Megingaudum *quendam in Epiſcopatu, certe nouimus ex* Egilwardo, *qui vitam Burchardi conſcripſit; num vero hic idem ſit, qui monachus Friteslarienſis, ego quidem valde dubito; cum Egilvuardus nihil hac de re memoret, & monumenta Friteslarienſia plane ſileant; ex quibus potius effici poſſe videtur, Meingotum ſucceſſiſſe Albuino, Epiſcopo Buraburgenſi. vid. § XXVIII, vbi ipſa verba MS. dedimus. Praeterea clariſſimis verbis in martyrologio huius Seminarii legitur ad XVII Kal. April.* Meyngotus Epiſcopus loci ipſius, *ſcilicet Buraburgi. Potior ergo hac in re eſt fides* MSS. Friteslarienſium, *quam Serarii, qui nullum, niſi nominis conuenientiam, ſuae ſententiae profert argumentum.*

504 † Operae pretium erit, hic demo audire *Schminckium*, qui cum haec *Serarii* verba, de Epiſcopatu Buriburgenſi, § XXIII p. 19 attuliſſet, ita pergit: *Verum coaluerit vterque hic Epiſcopatus, nec ne, id ſaltem non ſtatim poſt mortem Albini accidiſſe mihi videtur. Nam ei ſucceſſit Meingotus, monachus & Abbas Fritislarienſis, teſte* martyrologio Fritislarienſi MS. *in quo ad XVII Kal. April. legitur:* Meyngotus Epiſcopus loci ipſius. *Hic* Meingotus *eſt monachus ille, quem in vita S. VVigberti cap. V Lupus* Megingum *vocat, & culmen Epiſcopale ſubiiſſe tradit, non* Witzburgi, *vt* Serarius, Baluzius, Mabilio, *aliique, ſed* Buraburgi, *ſeu mauis* Friteslariae. *Hic enim, vt munere illo duplici rite defungeretur, nam & Abbatiae & Epiſcopatus curam gerebat; poſt electionem ſuam in Praeſulem, Buraburgo ſedem Epiſcopalem Friteslariam tranſtuliſſe videtur*

detur: cuius etiam veſtigia in hunc vsque diem in hoc oppido reperiuntur: habemus enim in ſuperiori vrbis parte locum, qui adhuc vocatur der Biſchofs-Hof; *quod ibi ædes Epiſcopi exſtructæ eſſent, & plateam eo tendentem* die Biſchofs-Gaſſe. *Huic coniecturæ ſi locum relinquimus, faciliori longe negotio rationem reddere poſſumus, cur Lupus* Albinum *vocauerit* Epiſcopum oppidi Friziſlarienſis, *non* Buraburgenſis. Edit. I p. 502

tertius Erfurti.

Locus tertius in *Surio* quidem libro II capite II & III, & in meo MS. dicitur *Erphesfurt*: ſed in *Othloni* exemplaribus quibuſdam MS. *Erpesfurt*: hodie notiſſima Erfordia, *quæ fuit olim*, ait S. Bonifacius, *vrbs paganorum ruſticorum.* Nam iſtud *ruſticorum* quamuis a Surio præteritum ſit, eſt tamen in *Nauclero* gener. XXV, itemque meo MS. & in Othlono MS. & in S. Bonifacianarum epiſtolarum Ingolſtadienſi MS. codice *. Ac niſi libri omnes hoc Erfordiæ attribuerent, putare quis poſſet, Buriburgici potius vocabuli explicationem eſſe. Ampliſſima interim hodie vrbs illa eſt, totiusque Thuringiæ caput, adeo vt a ruſticis, prout ab Ariſtotele olim de Babylone in Politicis dictum, non *vrbs*, ſed *prouincia*, referente cap. XVII *Letznero*, appelletur. Quemadmodum enim 503

vrbis huius amplitudo.

Flumina magna vides paruis e fontibus orta: ſic &

Mœnia magna vides paruis e cortibus orta.

* *In ep. 16 ad Turſ. p. 73 b. p.* 448 (S.)

E paruis igitur obſcuriſque initiis ita ſenſim illa, poſteaquam Catholicam fidem accepiſſet, creuit, vt eam merito pii omnes doleant, ab eadem vetere Catholica religione, per nouitios infelicis huius ſæculi errores, abſtractam. Ob maximum tamen in illam Archiepiſcopi Moguntini ius & poteſtatem, ſuperſunt Catholica illic egregia Canonicorum collegia, & monaſteria: & cum, Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi piæ memoriæ Archiepiſcopi nuper vita functi iuſſu, ſacrarum ibidem indulgentiarum promulgatio fuiſſet, dicuntur, ipſo S. Martini, tam ex vrbe, quam e vicinis locis amplius decem hominum millia confluxiſſe.

Primus & vltimus Epiſcopus Adelarius.

Primus vero & vltimus ibi B. Adelarius ſeu Adelharius fuit Epiſcopus, cuius, vt in MS. & Miſſali Moguntino (*p. 73 b.*) annotatur, anniuerſaria memoria eſt XII Kalend. Maii: eiusque corpus in Collegiata illic B. Virginis eccleſia aſſeruatur, & quidem velut integrum. Sed an, vti τὰ εὐσαρκά, humanitus, an diuinitus ita maneat, inter eos, qui viderunt, video ambigi *. Soliti vero ſunt Archiepiſcopi Moguntini Suffraganeum illic aliquem interdum habere, qui remotioribus illis locis Epiſcopalia ſacra impertiatur; quorum, memoria noſtra, vltimus fuit magni zeli & doctrinæ vir, *D. Nicolaus Elgardus*, a Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo DANIELE collocatus †.

* Conferri huc merentur, quæ *Sagittarius* l. d. cap. XII § XIV & ſeq. occaſione horum *Serarii* verborum de *Adelarii* reliquiis habet, & ex eo auctor anonymus, *de memorabilibus Erfordiæ*, lib. II cap. II § III p. 200 & ſeqq. *Sagittarium* ceteroqui de Epiſcopatu Erfordiæ inſtituto ſuſe in vita Bonifacii egiſſe, ſupra iam dictum.

† De hoc, ceteriſque ad præſens vſque tempus, videatur catalogus *Suffraganeorum* per Haſſiam & Thuringiam Moguntinenſium, vulgo *Erfurtenſium*, quem tomo II reperies.

de Buriburgenſi & Erfurtenſi locus e MS.

IV De vtroque autem iſto Epiſcopatu poſteriore, ita meus MS. *Hi Epiſcopatus a D. Bonifacio inſtituti, ob litterarum Papalium ſuaſionem qualemcumque retractando fuerunt poſtmodum, vt nunc conſtat, reuocati & depoſiti.* Litteræ autem iſtæ Papales videntur illæ Zachariæ Pontificis eſſe, quæ in villulis, modicisque ciuitatibus Pontifices fieri vetant lib. II vitæ (*Bonif.*) cap. III & illæ Gregorii III cap. *Præcipimus*, 16 q. 1 ex epiſtola citata l. I vit. cap. XXXII. 504

Et *Buriburgenſem* & *Erfurtenſem* Epiſcopatus ſublatos conſtat. Verum vero ille hac de cauſſa, quam *MS.* affert, reuocatus ſit, forſan plane negandum.

Erfurtenſis vero cur ſublatus fuerit, & quando, non eadem omnibus opinio eſt. Sunt, qui iam ante Bonifacii obitum reuocatum velint, vt tamen de cauſſis varient. *Quidam*, inquit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § III p. 14, *Zachariæ Pontificis adhortationem adferunt*, „ recordaretur, quæ in ſacris canonibus præcipimur obſeruare, vt minime in „ villis, aut modicis ciuitatibus Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi, „ *nondum autem indicaſſe parem Epiſcopali dignitati hanc vrbem ono proximam. Alii melius aſſequuntur, dum negatis decimis non ſuffeciſſe Epiſcopo reditus cenſent, atque agitaſſe iam conſilia de euehendo Moguntinenſi Epiſcopatu Bonifacium, eoque proniorem in eius commoda, vt Archiepiſcopatum non contemnenda diœceſi decoraret.* Sunt contra, qui veriſimilius iudicant, ad Adelarii vſque mortem perennaſſe illum; poſt vero mutationem fuiſſe paſſum, Erfurto vel a Saxonibus penitus exciſo, vel ſaltem extremas in anguſtias

Edit. I pag.

ſtias redacto, ac tandem ſublatum. Primum in his locum occupat, ſententiæ auctor, *Sagittarius* l. d. cap. XII § XI p. 189; a quo non abit ſcriptor anonymus libri germanici, *Nachricht von den vornehmſten Begebenheiten der Stadt Erfurt*, inſcripti, lib. I c. IV § 4 p. 21.

XXX NOTATIO

De aliis alibi Epiſcopis inſtitutis.

I

S. *Willibaldum* ab eodem S. Bonifacio primum Eichſtadii Epiſcopum conſtitutum ſcribunt omnes, ipſeque adeo *S. Willibaldus* cap. X, *Iuxta eccleſiaſticæ*, inquit, *diſpoſitionis normulam, paſtorale populis præuidit magiſterium, vt ſiue viuente illo, ſiue moriente, medicinali plebs paſtorum officio minime careret: & duos bonæ induſtriæ viros, ad ordinem Epiſcopatus promouit, Willibaldum & Burchardum: eiſque in intimis Orientalium Francorum partibus, & Baioariorum terminis eccleſias ſibi commiſſas impertiendo diſtribuit: & Willibaldo ſuæ gubernationis parochiam commendauit in loco, cuius vocabulum eſt Eichſtat; Burchardo vero in loco, qui appellatur Wirzaburg, dignitatis officium delegauit.* Quibus in verbis, ſi quis miretur S. Willibaldum ſeipſum laudare, ſeque *bonæ induſtriæ virum* appellare, aduertat, eam non eſſe niſi neceſſariam laudationem, vt oſtenderet, a S. Bonifacio neque erratum, neque carni & ſanguini, ſed illorum induſtriæ ac virtuti hoc datum, vt Epiſcopos eos deligeret *. (Eichſtadii *conſtitutus* Willibaldus,)

* At conferantur huc, quæ ſupra iam dicta ſunt ad notationem præuiam primam.

II *S. Gregorium* item ab eo factum Traiecti in Friſia Epiſcopum tradunt alii: quod verum, ſi delectus & deſignatus, illique eccleſiæ reipſa præpoſitus intelligatur, non autem Epiſcopali ſacra inauguratione affectus, prout ſupra notatione XXIV expoſitum. Ideoque ſic accipienda *Othloni* cap. XLV lib. I verba hæc: *Tunc Gregorium Attrieth Epiſcopali ordine conſecratum direxit.* & in
505 iiſdem verbis corrigendum *ad Trieth*, vel *Trecht*, vt apud *V. Bedam* eſt lib. V cap. XII; de qua vrbe pluſculum alias. (Traiecti Gregorius.)

III De *S. Eobano* ibidem Epiſcopo conſtituto inferius dicetur, cum ad S. Bonifacii extrema tendam ex lib. II vitæ cap. XXIV. (*ibidem* Eobanus.)

XXXI NOTATIO

De Synodis a S. Bonifacio habitis.

I

SVmmam in eorum, quæ ad fidem & mores ſpectant, aut correctione aut conſeruatione, ſacrarum Synodorum vim ac vtilitatem eſſe cum ſciret optime S. Bonifacius, in eam totus curam incumbebat, vt vbi hactenus Chriſtiana fuiſſet religio, & per aſſiduos bellorum tumultus, ac eorum, qui eccleſiis præerant, incuriam, doctrinæ vitæque labes non parua contigiſſet; in concilia vocarentur Epiſcopi ac Sacerdotes, ab iisque de tot tantorumque publice graſſantium morborum remediis accurate diſpiceretur, quodque in rem ad populorum ſalutem eſſet, decerneretur. *Sanctus Domini Antiſtes* Bonifacius, inquit *S. Willibaldus* cap. X, *hac ſolertiſſimæ ſollicitudinis cura inſpiratus, plebem a peſtifera tortuoſi ſerpentis perſuaſione eripere curauit, & Carlomannum Ducem ad congregandum ſupradictum ſynodorum conuentum ſæpiſſime incitauit.* Huiuſmodi autem conuentum videtur *Othlonus* cap. XLI, XLII, & XLIV vnicum ſignificare, ſed intelligendus in eo generatim *conuentus*, ſiue vnus, ſiue alter & tertius fuerit, aut *conuentus ſynodorum*, quotquot hæ tandem fuerint. (Synodorū *magna vtilitas.*)

II Fuiſſe autem plures ab eo, qui & Archiepiſcopus & Apoſtolicæ ſedis Legatus erat, conuocatas ſynodos, perſuadet Pontificis lib. I vitæ cap. XXXVIII præceptio & S. Willibaldi de ingraueſcente illius ætate, ob quam non ita frequenter, vti antea, conciliis intereſſe poſſet, monitio cap. X. Clare vero *Egilvvaldus* lib. I cap. III; *Generalia*, inquit, *concilia ciſalpinis in eccleſiis congregauit, ibique multa corrigenda correxit. Benedictus Leuita* in lib. V præfatione: *Sequuntur*, ait, *duo ſynodales conuentus, quos ſanctæ & Apoſtolicæ* (*quarū plures habuit Bonifacius.*)

Romanæ eccleſiæ Legatus Bonifacius Moguntiacenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, vice Papæ Zachariæ, vna cum Carolomanno Francorum Principe canonice tenuit. Duas item ſynodos recenſet generatione XXV *Nauclerus.* Quomodo autem ab Egilwaldo *generalia* vocentur concilia, expoſui lib. I c. XXXIII; viderique poteſt *Bellarminus* lib. I de Concil. c. IV. Et cum tam a Benedicto, quam Nauclero ſynodales duo tradantur conuentus, iam quidem vna plures demonſtrantur ſynodi, non tamen duabus plures negantur. Ideoque *tres* minimum ſtatuendas ſtatuit Annalium tomo IX Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus *Baronius*: vnam anno Domini DCCXLII, alteram DCCXLIII: tertiam DCCXLV *. Ac de temporibus, quæ in his, aliisque geſtis pluribus occurrunt, difficultates vnum in locum coniicere poſtea conabor. nunc de locis, vbi ſacri iſti cœtus coacti; de iis, qui aſſuerunt, Epiſcopis; deque ſtatutis ipſis breuiſſime tangam aliquid.

(Margin: n. 16. — Edit. I p. 506)

* Immo, ſi *Pagium* audias ad an. DCCXLII n. IX p. 250, & an. DCCXLVII n. II p. 270, *quinque* ſunt, quæ Bonifacius celebrauit, concilia: *Germanicum I, Liptinenſe, Sueſſionenſe, Germanicum II,* & *Germanicum*, quod ab Conciliorum collectoribus, aliisq; prætermittitur, *III*

Prima illarum an Auguſtæ habita fuerit,

III *Primæ* igitur ſynodi locum Windelicorum *Auguſtam* exiſtimant aliqui, coniectura ex hiſce Gregorii III verbis ſupra lib. I *(Othl.)* c. XXXVIII poſitis accepta: *Bonifacio, quo vobis loco ad celebranda concilia conuenire mandauerit, ſiue iuxta Danubium, ſiue in ciuitate Auguſta, vel vbicunque indicauerit, pro nomine CHRISTI parati eſſe inueniamini.* At, inquit liber de *S. Auguſtanorum* imaginibus, *hæc, concilium nibilo magis Auguſtæ, quam ſiue ad Danubium, ſiue alio quocunque loco indictum euincunt. Baronius* tomo IX, *Auguſtæne, an alibi prope Danubium fuerit celebratum concilium (vterque enim locus litteris Pontificiis nominatus reperitur) haud ſatis exploratum habetur.* Iam tamen ego pridem lib. *de S. Kiliano* cap. IX hanc ratus ſum Ratisbonæ collectam ſynodum, & in ea opinione vnus me tantum ſuccuſſat, de quo poſtea, ſcrupulus, plures vero confirmant rationes. 1, Cum tria diſiunctiue loca notaſſet Gregorius Pontifex ſupra lib. I c. XXXVIII, videlicet, aut Danubianum, aut Auguſtanum, aut alium, quicumque & vbicumque allibuiſſet; antequam ei reſponderet S. Bonifacius, e tribus locum vnum delegit, eumque ſolum, ceteris omiſſis, abs ſe delectum Pontifici reſcripſit: eratque is Danubianus, prout Ratisbona eſt. Colligitur autem illud non ex iſta Bonifacii reſcriptione, quæ an vſpiam extet, neſcio, ſed ex Pontificis ad eam reſcriptionem reſponſione ſupra lib. I (*Othl.*) cap. XL; *De Concilio*, ait, *vt iuxta ripam Danubii debeas celebrare, noſtra vice præcipimus fraternitati tuæ, Apoſtolica auctoritate, ſe ibidem præſentari.* 2, Videtur Danubianus iſte locus S. Bonifacio ex Italia venienti, Bauariamque colluſtranti placuiſſe adeo, vt Epiſcopum ei nouum dederit, & *Othlonus* l. I c. XXXIX eam vrbem præ aliis tribus, quibus nouos etiam præfecerat ille Pontifices, commender, vocans eam non ſimpliciter *ciuitatem Ratisbonenſem*, ſed addens, *quæ metropolis Bagoariæ eſt.* 3, Vbi aut commodius aut vtilius, quam in tanta metropoli ſacrum haberi poterat concilium? cum ad illam præſertim Bauari Ducis Vtilonis in religionem & S. Bonifacium ſumma inuitaret, de qua ibidem c. XXXIX, & notatione XXVIII, obſeruantia? 4, Erat eadem vrbs in Carlomanni regno. At in eo ſynodum ille congregari cupiebat, vt ex Bonifacii ad Zachariam Pontificem epiſtola conſtabit lib. II (*Othl.*) c. II.

(Margin: *Anno 740 p. 125.* — *an Ratisbonæ,* — 507)

Hanc auctoris in ſententiam, præter *Miraum* cod. piar. donation. annotat. ad cap. IX p. 38, *Sagittarius* etiam concedit, l. d. lib. III c. XX p. 267. Plures generatim ſynodum vocant *Germanicam*; vt *Schilterus* de libertat. eccleſ. Germanicar. lib. I. cap. VIII § VII p. 186, *le Cointe* tom. V annal. eccleſ. ad an. DCCXLIII ſ. 93, n. 63, *Natalis Alexander* hiſtor. eccleſ. tom. V ſæc. VIII cap. IV p. 689 2. *Oſiander* vero epit. hiſtor. eccleſ. centur. VIII lib. II cap. II p. 70, *Maderus* in præfat. ad chronic. Montis ſereni p. 6, aliique *Francicam.* Vnde nonnullis error obrepſit, ac ſi Francofurti ad Mœnum habita fuiſſet: quos icciteo, haud ſecus ac illos, qui Moguntiæ celebratam volunt, pluribus confutat *Martinus Dieſenbachius*, F. diſſertatione de hac Synodo Ienæ ſub præſidio *B. G. Struuii* an. MDCCVIII habita, ſect. II § I & II p. 31 & ſeq. & § VII pag. 41 ſeq. Ceterum de ea pluribus agit *Pagi* ad annum DCCXLII num. VI —— X, p. 250 – 252.

Secunda illarum ad

IV *Secundæ* vero ſynodi locus in *Benedicto Leuita* dicitur *ad Liptinas*: a *Baronio, Liptinenſis ſynodus*, & quidem *in Germania*, prout eius habet margo

in

Edit. pag. in anno DCCCXLIII; & a *Magdeburgicis Centuriatoribus* centuria VIII c. IX *Liſtinenſis.* Sed cum *Lepte* ac *Leptis* e *Ptolemæo* ac *Plinio* nota mihi ſit, hæ tamen in Germania *Liptinæ ac Liſtinæ* ignotæ: iui mente aliquando *Lippium*, aliquando in *Liuoniam*; quæ vulgo *Liſland.* Et quia, *Reginone* teſte, fuit ad *Valentinianas* anno DCCLXXI ſynodus, ſuſpicatus, fortaſſis etiam S. Bonifacii tempore aliquam fuiſſe, quæ *ad Veltinas* diceretur, cum & hodie *Valentinus* vulgo *Veltin* dicatur. Sed cum inanes viderentur cogitationes, magiſtros conſului plures, tam mutos, quam loquentes. Ex his, quod præ aliis allubeſceret, reſponſum dedit *Io. Hammerus*, Societatis noſtræ Collegii Hildesheimenſis Exrector, in hæc verba: *De* nomine, *arbitror* Liſtinas *vel* Liphtinas *numero multitudinis*, *vel etiam* Liphtinam *aut* Liſtinam *dici*, *vnde alii abiecta aſpiratione fecerint* Liptinas. *Cur vero Baronius aliquoties* Leptinas *&* Leptinenſe 318 *nominet concilium*, *ſecundamque vocalem pro tertia vſurpet*, *non video*, *niſi forſan affinitas*, *quam nomen hoc cum Græcis nonnullis voculis habere videtur*, *ei perſuaſerit*, *vt* η *in e Latinum putauerit mutandum. At meo iudicio barbarum hoc nomen eſt*, *quod diuerſi ſcriptores iuxta patriam quiſque dialectum diuerſimode ſcripſerint*, *nunc* Liſtinas, *nunc* Liphtinas, *nunc* Liptinas *appellando*, *cuiuſmodi varietas in nominibus propriis aut litterarum aliqua immutatio non raro nec difficulter contingit*, *& apud auctores frequens eſt. De loco vero ſuſpicor* Liphtinam *ſeu* Liptinam *eſſe regiam quandam ſedem*, *in Gallia Belgica non longe a Valentianis*, *aut Aquiſgrano ſitam*, *quam* Baronius *ex Surio*, *&* Surius *ex Einhardo*, *ſeu* Eginhardus *ipſe vocat* Liſtinam, (*tom. IX* Baron. *an. DCCCXXVII*) *Ibi namque commemorat* Eginhardus *miraculum apud reliquias SS. Martyrum Petri & Marcellini Valentianis contigiſſe in iuuene quodam de villa Regis*, *quæ* Liſtina *vocatur. Suſpicor Einhardum ſcripſiſſe* Liftinas, *& Surium legiſſe* Liſtinas (*niſi error typographo apud Surium imputetur*) *vnde etiam Baronius tranſcripſerit* Liſtinas *pro* Liftinas. *facilis fuit error*, *pro* ſt *ponere aut legere* ſt. *Nec veriſimile eſt*, *a Ludouico vel Carolo villam hanc Regis primum ædificatam*, *ſed potius a prioribus Regibus*, *& inter hos a Carolomanno inhabitatam. Conſtat præterea Imperatores hoſce*, *in eiuſmodi villis regiis frequenter ſynodos cogere conſueuiſſe*, *& maxime in Aquiſgranenſi ditione*, *eo quod ſuos Comites*, *Præfectos*, *& ſimiles interdum aduocarent ad concilia* (*vt ex hoc ipſo Liſtinenſi patet*) *vel vt ſimul de aliis politicis tractarent*: *vel certe vt ſcirent*, *quænam ipſis exequenda forent conciliorum decreta.* In anonyma vero *Caroli M.* vita, *ſuper fluuium Adarnia locus eſt*, *qui dicitur* Lieſi.

Liptinæ vnde dictæ; quis ille locus & vbi;

Schilterus lib. II de libert. eccleſ. German. cap. VIII § VIII p. 187 putat, locum, in quo habitum fuit hocce concilium, eſſe *Lesdain* prope Creveceur & Vinchy in Cambreſio. *Hadrianus* vero *Valeſius* Hannoniæ intelligit vicum, non procul a Binchio, qui hodieque villæ regiæ *Liptinarum* ſiue *Liſtinarum* cum nomen, tum reliquias ſeruet, & *Leſtines* dicatur. Idem ſentiunt *Miraus* cod. piar. donat. cap. IX in adnotat. p. 38, *Mabillonius* de re diplomat. lib. IV p. 293, ex eoque *Didericus von Stade* in ſpecimine lection. antiq. Francicar. p. 17.

Ceterum fallitur *Cointius*, dum in annum eam DCCXLIV reiicit, h. a. n. I & ſeq. Cum enim Germanicum ab an. DCCXLII remoueri non poſſit, Liptinenſe hoc non alio, quam DCCXLIII, celebratum. *Pagi* ad annum DCCXLIII n. I p. 255; qui dein ita pergit, *annus ibidem* (in concilio ſcilicet) *non legitur*: *ſed dicitur tantum* conuentus congregatus ad Kalend. Martias. Baronius *hunc h. a. indictum eſſe colligit ex epiſtola Zachariæ Papæ ad Bonifacium*, *qua confirmantur*, *quæ in ſynodo Liptinenſi acta ſunt. Eam vide apud* Othlonum *lib. II cap. XI.* Coactum vero fuit a Carolomanno, ſuo & Pippini fratris nomine, vid. *Baluzius* ad Lupi epiſt. LXXXI p. 419.

Proxima ab Liptinenſi ſynodo fuit *Sueſſionenſis*: non autem illa, in qua exauctoratus Gevvielibus. Habita autem fuit ſynodus hæc tertia Sueſſionis, & quidem *anno DCCXLIV ſub die VI Non. Mart. & luna XIV*, *in anno ſecundo Childerici Regis Francorum*, vt præfatio eius habet. Vid. *Sagittarius* l. d. § V p. 276. Quamuis enim in actis ſynodi Bonifacii haud fiat mentio, patet tamen ex litteris Zachariæ, Bonifacium illi non tantum interfuiſſe, ſed præfuiſſe etiam. In illis enim, quæ ſunt apud *Othlonum* lib. II c. XI, Romanus Pontifex tria ſibi a Bonifacio præcipue ſignificata teſtatur: nempe quod non vnum duntaxat Carolomannum, ſed ambos ſimul fratres *Carolomannum & Pipinum in prædicatione* ſocios & *adiutores* expertus ſit: deinde, quod *Abelem* & *Ardobertum*, quos in ſynodo Sueſſionica ex III eius canone conſtitutos Archiepiſcopos conſtat, per vnamquamque metropolin conſtituerit: poſtremo, quod duos inuenerit & in cuſtodiam retruſerit pſeudoprophetas (*Adalbertum* videlicet & *Clementem*)

 quorum

quorum prior in Sueſſionenſi damnatus ſynodo eſt, vt liquet ex can. II. In iſtis autem, quæ apud *Othlonum* lib. II cap. XV habentur, & an. DCCXLVII datæ ſunt, a *Baronio* autem an. DCCLI n. XV recitantur, *Zacharias* ait: *dum in Germania prouincia Sanctitas tua ad prædicandum fuiſſet directa a ſanctæ recordationis prædeceſſore noſtro Domino Gregorio Papa, & poſt inchoatum opus, & ex aliqua parte ædificatum, Romam reuerſus ab eo Epiſcopus ordinatus, & ad prædicandum denuo remiſſus es, & elaboraſti, Deo præeunte, nunc vſque per annos XXV in eadem prædicatione, ex quo Epiſcopatum accepiſti: ſed & in Francorum prouincia noſtra vice concilium egiſti, & iuxta canonum inſtituta omnes flexi ſunt tibi obedire.* Vbi Pontifex geſta a Bonifacio ab iis, quæ in Galliis ſeu in prouincia Francorum ac Maioratu Pipini geſſit, diſtinguit, & de eius in concilio Sueſſionenſi præſidentia diſerte mentionem facit; vt *Pagi* monet ad an. DCCXLIV n. VIII p. m. 263.

Tertia verò Moguntiæ celebrata.

V *Tertiæ* ſynodi locus dici poteſt *Moguncia*, quia *Epiſcopus nomine Gevvilieb* (de quo lib. II cap. XX) *Mogontiæ ciuitati prælatus tunc deponebatur*, inquit l. I vitæ cap. XLIV *Othlonus*: tumque Moguntinus Archiepiſcopus primus deſignabatur ipſe S. Bonifacius, vt ibidem narratur. Quia tamen hinc nondum certo ſatis locus iſte definiri ac aſſeuerari quibuſdam videbitur, ideo ſupra lib. I c. XXXIII in Moguntinis conciliis de iſto, quod primas alioqui meritiſſimo ten at, reticui *.

* Haud male. Et his quoque de cauſſis ſimpliciter *Germanicam II* vocari puto doctiſſimo *Pagi* l. d. p. 250 & 270. Ceterum loco *tertiæ*, vt auctor hanc vocat, in poſterum dices *quartam*.

Quinta ſynodi, quam *Germanicam*, vt dictum, *III* vocaueris, nec Baronius, nec Collectores conciliorum, nec Serarius noſter, nec alii meminere. *Pagi* vero tom. III ad an. DCCXLVII n. II p. 270 de ea ſic: *Eſt illud* (concilium) *magni momenti, cum ex eo conſtet, ante annum DCCXLII nullum a Bonifacio concilium coactum fuiſſe, & poſt Germanicum I, eo anno habitum, IV tantum alia ab eo indicta, & non plura, videlicet* Liptinenſe, Sueſſionenſe, Germanicum II & Germanicum III. *Hæc porro* Willibaldi *de hoc V concilio verba cap. X*; Conuenientibus in vnum Epiſcopis & Presbyteris, Diaconibus atque Clericis, omnique gradu eccleſiaſtico, quas inclitæ recordationis Dux (*ita loquitur* Willibaldus, *quia hæc poſt Carolomanni obitum ſcripſit*) ſub regni ſui imperio accerſere fecit, quintum ſynodale factum eſt concilium, in quo Bonifacius Archiepiſcopus Mogunt. ciuitatis, ipſo Carolomanno conſentiente ac donante, Pontificatu præſidens Romanæ eccleſiæ, ſedisque Apoſtolicæ legatus, quatuor primitus ſynodorum numeroſa canonum conſtituta —— ob ſalutare doctrinæ cæleſtis augmentum admonuit conſeruari. *Memorat poſtea* Willibaldus *IV priora concilia generalia, & præcipuos hæreticos in iis damnatos, ſubditque*: Itaque equidem apud Franciam omni funditus eradicata hæreticorum perfidia, & extirpata iniquorum coniuratione, legis diuinæ augebantur (*loco*, aucta ſunt, *iuxta horum temporum loquendi modum*) incrementa, & ſynodales generalium conciliorum canones recipiebantur (*loco*, recepti ſunt) ſynodaliſque ſpiritualis concilii Epiſcoporum congregatio iuxta præfinitam authenticæ conſtitutionis definitionem pariter conueniebat (*loco*, conuenit) —— quam ob cauſſam hic ſanctus Domini Antiſtes hac ſollertiſſimæ ſollicitudinis cura inſpiratus plebem a peſtifera tortuoſi ſerpentis perſuaſione eripere curauit, & Carolomannum Ducem ad congregandum ſupra dictum ſynodorum conuentum ſæpiſſime incitauit. *Quatuor aliæ ſynodi a Bonifacio ad reparandam eccleſiaſticam diſciplinam, & aliqua peculiaria negotia congregatæ: quinta vero ob ſolam quatuor ſynodorum œcumenicarum receptionem indicta, in quantum coniicere licet.*

Quinam affuerint Epiſcopi in prima,

VI In harum vero ſynodorum ſingulis, quinam affuerint Epiſcopi, difficile eſt affirmare.

In *primæ* initio numerantur hi:

1 *Bonifacius* Archiepiſc.
2 *Burchardus.*
3 *Reginfridus* l. II c. VI.
4 *Witanus.*
5 *Willibaldus.*
6 *Dadanus* vel *Edanus.*
7 *Adanus* vel *Adda* ſup. lib. I c. XXXVIII. Alius ab illo, de quo *S. Willibaldus* cap. X.

} cum Presbyteris ſuis, ſupra l. I vit. c. XLII.

in ſecunda,

In *ſecunda*, præter alios, fuiſſe videntur præſentes Metropolitani *Grimo*, *Abel*, *Arbertus*, ſeu, vt lib. II vit. cap. XII, *Hartbertus*; quia his pallia, de quibus ſupra notat. XXVI petita ſunt, vt ex *Zachariæ* literis patet lib. II vitæ cap. XI.

Tertiæ, quæ *Sueſſionenſis* eſt, cum Bonifacio interfuere *Georgius* (quod hactenus a Nicolao Serario & aliis ignoratum ſcribit *Miræus* cod. piar. donat. p. 39) *Epiſcopus Romanus*, i. e. Portuenſis, vt *Baluzius*, quem hic exſcribimus, arbitratur, in ſpeciali Romani Pontificis prouincia, & *Ioannes Sacellarius*, vt patet ex cap. VII epiſtolæ Epiſcoporum ad Ludouicum, Regem Germaniæ, Attiniaci agentem, ſcriptæ an. DCCCLVIII, & ex *Hincmaro* in epiſt. XXXVII, ad Rodulfum & Frodoarium Archiepiſcopos. Ita vero Epiſcopi ad Ludouicum Regem:

Pipinus,

Edit. I pag. *Pipinus*, inquiunt, *ſynodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum ſancto* Bonifacio *Legatus Apoſtolicæ ſedis* Georgius *nomine*. *Hincmarus* in dicta epiſtola cap. V; *Et in ſynodo apud Liptinas habita, cui ſub Karlomanno Principe* Georgius *Epiſcopus &* Ioannes Sacellarius *ac ſanctus* Bonifacius *ex præcepto Zachariæ Papæ præſederunt*.

In *tertia*, ex epiſtola S. Bonifacii ad Ethebaldum Angliæ Regem; quæ in MS. Ingolſt. eſt LV, colliguntur hi — In tertia,

Bonifacius.
Wera — forte *Wetta*,
Burchart. ſeu *Witta*,
Werbeth. de quo ſupra,
Abel. not. XXIX.
Wilibald.

Scrupulus vero, de quo ſupra, eſt, Ratisbonenſis Epiſcopi *Govviboldi*, de quo not. XXVIII, in his nomen haud extare; ſed neque Saltzburgenſis *Ioannis*, aut Friſingenſis *Erimberti*, aut denique Paſſauienſis *Viuili* extat.

VII Statuta priorum duarum ſynodorum a *Benedicto*, & *Baronio* citatis locis ita diuiduntur, vt ad primam ſpectent omnia, quæ ſunt lib. I * cap. XLII excluſiue vſque ad *Decreuimus quoque, vt Presbyteri vel Diaconi non ſagis*: a Nauclero autem ad eadem verba vſque, ſed incluſiue. Quia vero in ſecunda ſynodo tam propter temporis, quam rerum vicinitatem recepta omnia ſunt, quæ in prima ſancita erant, idcirco interdum, velut vna & eadem, coniunguntur. Ita enim apud *Benedictum* loquuntur eiuſdem ſecundæ Patres: *Modo*
510 *in hoc ſynodali conuentu, qui congregatus eſt Kalendis Martiis in loco, qui dicitur Liptina, omnes venerabiles ſacerdotes Dei, & Comites, & Præfecti, prioris ſynodi decreta conſentientes firmauerunt, ſeque ea implere velle & obſeruare promiſerunt.* Tertiæ non tam ſtatuta, quam geſta ſunt lib. I vitæ c. XLIV. — Statuta ſynodorum harum. * Othl.

XXXII NOTATIO

De hæreſiarchis duobus a S. Bonifacio deuictis, & coercitis.

I

VIdimus iam notatione XXII & XXVIII præclaras D. Bonifacii contra hæreticos pugnas. Sed omnium veluti magiſtri ac patriarchæ duo inſignes erant, prout indicat *Othlonus (lib. I)* cap. XLIV, nebulones, qui, per ſpeciem a *D. Velſero* antea (*notat.* 28) indicatam, peregre in Germaniam venerant; Gallus vnus, *Adelbertus* nomine, Scotus alter, *Clemens* appellatus. Sceleratiſſimi eorum mores, dogmata & impoſturæ pateſiunt clariſſime in S. Bonifacii epiſtola, quæ lib. II vitæ cap. V ad Romanam recitata eſt ſynodum. Videtur autem ita horum coercitionem Othlonus loco citato deſcribere, quaſi eadem in ſynodo contigiſſet, a qua S. Bonifacius in Archiepiſcopali fuit Moguntino throno collocatus, a tertia ſcilicet. At in ſecunda debellatas & compreſſas iſtas mauult *Baronius* beluas. — Adelberti & Clementis coercitio — vbi facta.

Secundum ea, quæ ſuperius adnotauimus, *Adelbertus* & *Clemens* vtique compreſſi fuere in *tertia*, ſed non ea, quam auctor intelligit, ſed nos, *Sueſſionenſi* ſcilicet.

II Mirum tantum de S. Bonifacii cum illis diſputatione quidpiam notabo, quod refert *Hagiologus*, velut a S. Willibaldo acceptum, licet neque in hoc, prout iam editus eſt, neque prout in *Francofurtenſi MS.* legitur, inueniri videam: *Reuicit S. Bonifacius diſputando Adelbertum. Nam is pæne ſeduxerat Carolum. Porro ab eo conflictu dehortati fuerant Bonifacium ſui clerici, Lullus, Megingauzus, Sturmio, & alii. At ille reſponderat: Maior eſt, qui in nobis regnat, quam diabolus, qui illum poſſidet. Victus phantaſta, & carcere Fuldenſis monaſterii recluſus diu vexabatur.* At neſcio quo poſtea modo elapſus eſt, & nouas rurſum cum Clemente, ac tertio quodam Godalſchalcho concitare turpas cœpit; adeo vt nouum contra hydras iſtas prœlium iterandum fue-
511 rit, prout indicat Zacharias Pontifex in epiſtola lib. II vitæ cap. X. — De hac diſputatione locus quidam ex Hagiologo.

XXXIII NOTATIO

Quemadmodum S. Bonifacius ex incerta infinitaque ſedis Archiepiſcopo factus ſit certæ ac finitæ Archiepiſcopus: in Moguntina ſcilicet metropoli fixus iam & cardinalis.

I

ORigenes in Numeros homilia XI *In ciuitate*, inquit, *aliqua, vbi nondum Chriſtiani nati ſunt, ſi accedat aliquis, & docere incipiat, laboret, inſtruat, adducat* — Bonifacius merito dicitur Ger-

Digitized by Google

manorum Apoſtolus. *adducat ad fidem, ipſe poſtmodum iis, quos docuit, Princeps & Epiſcopus ſit.* Edit. I pag.
At, inquies. Moguntiæ, antequam illuc veniret S. Bonifacius, iampridem nati erant Chriſtiani, vt patet e tot Epiſcopis totq; geſtis rebus, de quibus lib. I & II hactenus. *Nauclerus*, cum vtramque priorem antea notatam ſynodum retuliſſet: *Hæc, ait, decreta ideo inſerui, vt probarem, Carolomannum in anno DCCXLII ripam Rheni vltra citraque tenuiſſe, & quod Germania pleraque, dudum ante aduentum S. Bonifacii ad fidem CHRISTI conuerſa fuit, cum referatur hæc ſynodus habita, vt religio Chriſtiana repararetur.* Sed ſane

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.

Et quamuis multi iam in Germania Chriſtiani eſſent, multo tamen plures adhuc idololatræ, in Friſia præſertim, Haſſia, Thuringia, Weſtphalia, & Saxonia. Et in his, eorum, qui Chriſtiani aut fuerant aut erant, multi multis grauibusque impliciti tenebantur erroribus, ſuperſtitionibus, ac flagitiis, prout ex tota patet hac hiſtoria. Illos vero ab idolis, hos vero a dictis iam errorum, ſuperſtitionum, flagitiorumque prauitatibus abducere, nouam illis, renouatam his religionem indere, ſuadere, ac perſuadere, an non Apoſtolicus labor ac munus? an qui hæc facit, non merito nouos CHRISTO IESV ac eius ſponſæ filios, nouam 512
potuitque in Germania fixam obtinere ſedem, eccleſiæ Catholicæ ſobolem generare cenſendus? Potuit igitur, Origene iudice, in Germania, Haſſia præſertim, ac Thuringia, ſedem Pontificatus fixam ac ſtabilem obtinere S. Bonifacius. Et Origeni ſubſcribunt Africani concilii Patres cap. LXXXVI, & ex eo *Hincmarus* epiſt. VI cap. XIX; *Sacri*, ait, *Africæ prouinciæ canones decreuerunt, vt quos, adminiculante diuina gratia, Epiſcopus potuerit lucrari ad Catholicam vnitatem, ad ipſum pertineant.*

ad quam Moguntia delecta, II Cum vero eadem hæc etiam ſententia omnium & Principum, & Eccleſiaſticorum animis inſideret, deliberatio inter eos fuit, qua in Germaniæ vrbe potiſſimum Archiepiſcopalis Bonifacio Archiepiſcopo, & nouo partium earum Apoſtolo ſedes locanda. Et principio quidem aliam alius vrbem nominabat: ſed tandem propenderunt Principes, propendit S. Bonifacius, propenderunt & alii omnes, ipſeque etiam, horum propenſione ac ratione cognita, Pontifex Maximus Zacharias in Moguntiam. Nam & religio Chriſtiana, & Epiſcopalis in ea ſedes iam inde ab Apoſtolorum ſæculo peruetus: & in eius reſtauranda, exſuſcitanda, & amplificanda pietate, laboris, operæque a S. Bonifacio poſitum plurimum. Nobilis præterea, & Francorum Regibus, ac Ducibus, qui rerum in Germania potiebantur, pergrata & perdilecta vrbs erat; ideoque & inſigni hoc Archiepiſcopatus ornamento affectam, multoque magis nobilitatam optabant. Accedebat, quod Bonifacium in primis, Pontificemque Romanum mouebat, ſumma ex ea vrbe proferendi & conſeruandi vicinis in locis, & in tranſrhenanis Haſſiæ, Thuringiæque finibus euangelii opportunitas, cum nonnullo etiam ſecuritatis maioris auctoramento coniuncta.

ad eſdem imponitur, III Cum igitur eueniſſet, vt illo tempore, Moguntina Epiſcopali ſede indignum ſe reddidiſſet, qui tum erat Epiſcopus, de quo ſupra lib. II c. XX, & lib. I c. XXIII; Geruilius: totaque deliberatio initio quidem, vt fit, varians, conſentiens tamen poſtea & conſpirans Moguntiam deligeret, ea in Germaniæ metropolin euecta eſt, primusque in ea fixus & cardinalis Archiepiſcopus conſtitutus S. Bonifacius lib. I vitæ c. XXIII. Confirmat iſta Zacharias Pontifex lib. II
accedente Pontificis M. confirmatione. vitæ c. VIII epiſt. ad Bonifacium: *De eo, quod ſuggeſſiſti, quia elegerunt vnam ciuitatem omnes Francorum Principes, pertingentem vſque ad paganorum fines, & in partes Germanicarum gentium, vbi antea prædicaſti, quatenus ibi* 513
ſedem metropolitanam perpetuo tempore habere debeas, & inde ceteros Epiſcopos ad vitam inſtrueres rectitudinis, & poſtmodum tui ſucceſſores perpetuo iure poſſideant; hoc quia decreuerunt, nos lætí ſuſcepimus, eo quod ex DEI nutu factum eſt. Et in alia epiſtola eodem lib II c. XV, cum enumeraſſet breuiter Pontifex, quæ in Germania fuiſſent ad illud vſque tempus bene a S. Bonifacio facta, ſubiungit: *Dum in his piis operibus occupata eſſet ſanctitas tua, nunc vſque * cathedralem ſedem ſibi minime vendicauit. At vbi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluiſti, vt tibi Epiſcopalem eccleſiam, vel ſucceſſoribus tuis confirmare debeamus, iuxta eorundem filiorum noſtrorum petitionem. Et idcirco auctoritate B. Petri Apoſtoli ſancimus, vt ſupradicta eccleſia Moguntia, per-*

petuis

Edit. I [illegible] *petuis temporibus, tibi & ſucceſſoribus tuis in metropolin ſit confirmata: habens ſub ſe has ciuitates, id eſt, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam *, & Trectis †, & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas, per ſuam prædicationem, CHRISTI lumen cognoſcere fecit.* Et iſta verba citat etiam indicato loco *Hincmarus*, ſicuti & cap. XX alia, quibus declarat, ita S. Bonifacium Archiepiſcopum Moguntinum ſtabilitum, vt tamen perpetuus Romani Pontificis legatus maneret; quæ verba extant in Zachariæ epiſt. l. II vitæ huius c. XII, rurſumque fere ſimilia cap. VI. Atque hinc manifeſtum, *Ermenoldo*, c. I vitæ B. Solæ, mendum ineſſe, dum a *Leone* Pontifice factum ait Archiepiſcopum S. Bonifacium.

* *f.* Cardinalem, *vt* Hincmarus *ſupra not.* 25 * *Spira* † *Traiectum.* (S)

XXXIV NOTATIO

Iiſdem de rebus, de ſancti ſcilicet Bonifacii Epiſcopatu, & Archiepiſcopatu tam vago, quam ſtabili, compendiaria S. Ludgeri narratio.

I

514 CONiunxi antea, notatione XII, XIII, & XIV e *S. Ludgero* nonnulla. Quæ vero de Pontificali eius dignitate ab eodem breuiter conglobata, opportunum fuerit hic lectori non negare. *Interea*, inquit, *dum hæc ita geruntur ab electis DEI Bonifacio & diſcipulis eius, ſucceſſerunt in regno patri Caroli religioſi filii Carlmannus & Pipinus, patre debitum vniuerſæ carnis perſoluente & tranſeunte de hoc mundo. Tunc pii filii patri ſuccedentes in regnum, quia eis vndique per gratiam CHRISTI maior quies erat largita bellorum, quam fuiſſet patri, cœperunt in regno ſuo, inſpirante DEO, religionis officia intentius quærere & meliorare; cœpit & hoc audire B. Bonifacius, futurus martyr, & diſcipuli eius, cœperuntque frequentius approximare palatio, quam feciſſent, & loqui cum Regibus, & prædicare ſecundum datam ſibi a DEO ſapientiam populo DEI in ipſo palatio. Et in tantam gratiam venerunt apud Reges ſupra dictos & omnem populum Francorum, vt omnes vna voce dicerent & concordarent, B. Bonifacium digniſſimum eſſe Epiſcopatu & omni honore, exceptis illis pſeudodoctoribus & adulatoribus, quos ſuperius dixi; qui & eum interficere aliquando moliti ſunt; ſed non dimiſit illum Dominus protector eius venire in maleuolas manus eorum, donec annuntiaret, ſecundum dictum Pſalmiſtæ, brachium & potentiam DEI generationi, quæ ventura erat. Igitur ipſi ſoli cœperunt contradicere & eum blaſphemare quantum potuerunt, atque affirmare, non eſſe eum dignum Epiſcopatu, quod peregrinus erat. In tantum erant tunc ſanioris conſilii laici, quam clerici; videntes ſapientiam DEI & gratiam eſſe in homine illo, vt quo amplius illi peruerſiſſimi, non dico, Epiſcopi, quibus nomen illud datum eſt immerito, eum vituperare conati ſunt, tanto amplius diligeretur ab omnibus & laudibus efferretur, quoad vſque in certamen venirent coram Regibus & coram vniuerſo ſenatu populi Francorum.*

Bonifacii in aula regia dignatio.

pſeudodoctorum in eum maleuolentia.

Sed quid opus eſt dicere de illa diſceptatione, quam habuerunt tunc ad inuicem, illi ſcilicet peruerſiſſimi, quos nominare nolo, ex vna parte; & S. Bonifacius ex altera cum diſcipulis ſuis, Gregorio & ſociis eius, dum confuſi & re-
515 *futati ab omni ſenatu & ab ipſis Regibus inde diſcederent aduerſarii, & B. Bonifacius futurus martyr ad hoc perueniret, vt abſque vllius contradictione vna omnium voce eligeretur in Epiſcopatus ſublimiſſimum gradum & Maguntiæ metropolitana ſedes ei daretur a Regibus prouidenda & regenda.*

euectio illius ad Archiepiſcopatum.

Ex eo die quantum claruerit ſapientia ipſius omni regno Francorum, quantaſque ſynodos cum religioſis Regibus ad correctionem poſtea inſtituiſſet, non in iſto opuſculo modo dicendum eſt, dum in modum ſolis effulſerit in templo DEI, ac prædicatione ſua & exemplis omnes nebulas effugarit infidelitatis & hæreticæ prauitatis, quomodo & iſta omnia in libello de paſſione eius ſcripto plene & lucide manifeſtantur. Ad hæc autem vniuerſa non modice adiutus eſt ab electis diſcipulis ſuis, poſt magiſtrum clariſſimis prædicatoribus & columnis eccleſiæ DEI, quo-

labor in corrigendis per ſynodos eccleſiarum defectibus.

rum vnuſquiſque ciuitatem & regionem ſuam, ſicut lucifer mane oriens, illuminauit exemplis & doctrina ſua. Edit. I pag.

iter Romanum.

Tunc B. Bonifacius martyr futurus lubentibus religioſis Regibus, cum conſenſu omnis ſenatus populi Francorum, miſſus eſt Romam ordinandus in Epiſcopatus gradum ad Gregorium Papam III a. I, ibique ei nomen ſuum modo omnibus notum & diuulgatum, ſimul cum benedictione & gradu Epiſcopatus, ob facundiam linguæ & gratiam labiorum a DEO ſibi donatam, inditum eſt ab Apoſtolico Pontifice Bonifacius, qui antea Winfridi vocabulo cenſebatur: Sicque beatus vir & gradu decoratus & nomine coram omni clero & familia S. Petri, Principis Apoſtolorum, & coram ipſo Gregorio Papa proſtrauit ſe & orauit, vt propter DEVM & amorem S. Petri ibidem ilico in ipſa eccleſia cum ſupplici deuotione per ſe flecteret genua ſua omnis clerus, qui præſens aderat, & vnanimiter omnes orarent Dominum, beatumque Petrum interceſſorem inuitarent, & auxiliatorem orationis ſuæ, vt bono fine & DEO placabili terminare 516
mereretur, & concludere dies ſuos: qui etiam omnes, inſpirante DEO, vnanimiter cum ſumma deuotione inclinantes ſe coram reliquiis B. Petri principis Apoſtolorum, compleuerunt petitionem eius ſacra oratione & paſtoris & gregis fuſa ad DEVM. Quæ oratio cum ſanctis meritis ipſius conueniens quantum valeret apud DEVM omnipotentem, teſtatur ſanctum martyrium eius peractum in diebus ſenectutis, & iam tunc nimiæ imbecillitatis corporis ſui, dum in decrepita ætate poſitus viuere in hoc mundo diutius non valeret. Ecce, quomodo ſapiens architectus & electus DEI Pontifex Bonifacius non ſuper fluidam arenam humani conſilii & ſuperbæ contumaciæ, ſed ſuper tutiſſimam petram diuini conſilii & Apoſtolicæ humilitatis ædificauit domum ſuam. Et idcirco, dum venirent flumina humanæ aduerſitatis ac perturbationis, flarentque venti diabolicæ tentationis & calliditatis, & impingerent in domum eius, non potuerunt eam mouere, quia ſecundum Domini dictum fundata erat ſuper firmam petram, quæ petra erat Chriſtus, noſter modo interceſſor & certiſſimus patronus apud DEVM. Conſiderauit perpendens, in quanto periculo, & miſeria humana ſit conſtituta infirmitas, non in ſemetipſo poſuit fiduciam ſuam, iuxta morem ſuperborum partis aduerſæ, ſed ad humilitatem Apoſtolicam & filiorum DEI recurrit in largitatem diuinæ miſericordiæ, & deuotam ſupplicationem eccleſiæ DEI ſolidauit ſpem ſuam. Sic enim & Apoſtoli Chriſti, eorumque ſucceſſores & coheredes in regno DEI in omni labore & tribulatione ſua, oratione eccleſiæ DEI ſine intermiſſione adiuti, omnia potuerunt implere, quæ eis præcepta erant a Domino.

Cleri, dum ordinabatur preces.

Matth. 7. 24 ſq.

S. Gregorius eius in hoc itinere comes.

Eia præſules & prædicatores populi DEI, eodem honore & pari gradu in hoc ſæculo decorati: Aſpicite & intelligite & aſſumite exemplum iuſti huius, vt cum vocati a DEO & electi ab eccleſia DEI, non muneribus obcæcati ad gradum Epiſcopatus & ad regimen ſanctum acceſſeritis, iuxta formam eius vos inſtituere, 517
fructumque adferre valeatis permanſurum in vitam æternam.

Et in illo quoque itinere, dum S. martyr Bonifacius Romæ, ſicut ſuperius dictum, ſacro gradu ſublimatus eſt, B. Gregorius præceptor meus cum electo magiſtro infatigabilis comes permanſit, intrans & egrediens & pergens ad imperium eius, ſicut ſemper ſolebat in omni opere bono. Et non ſolum in hoc eodem itinere meritum humilitatis & obedientiæ ſuæ peregit, vt dignum eſt iuniores ſubdi ſenioribus & maioribus ſuis in omnibus: ſed etiam plura volumina ſanctarum ſcripturarum largiente Domino illic acquiſiuit, & ſecum inde ad profectum proprium diſcipulorumque ſuorum non modico labore aduexit domum.

Marchelmus & Marcellinus in diſcipulatum adſumti.

Sed & pueros duos cum conſenſu magiſtri in diſcipulatum ſuum, Marchelmum videlicet & Marcellinum, germanos, de gente Anglorum, ſecum inde adduxit: de quorum ſeniore Marchelmo religioſiſſimo & S. viro, vt dignum eſt, donante DEO, ſuo loco aliquid plenius dicam. Tunc felix comitatus, magiſter videlicet ſanctus & diſcipuli eius dilecti, & propriis meritis & interceſſione cleri omnis ac familiæ S. Petri, commendati DEO & ſanctis eius, reuerſi ſunt domum, creſcentes & proficientes ex illo die in omni opere bono, docentes & inſtruentes in via DEI, qua ipſi ibant, non ſolum Proceres Francorum, ſed etiam ipſos Reges religioſos ſale ſapientiæ diuinæ non mediocriter condierunt: & ſic in conſenſu & vnanimitate Regum, & cuncti populi per omne regnum Francorum

cœperunt quotidie magis magiſque detrimenta fieri diabolo, & incrementa eccleſiæ Dei; hæreticæ prauitates non apparere, & Catholica fides in omnibus rutilare, ac religio munda & immaculata longe lateque clareſcere.

518

XXXV NOTATIO

De quadam, inter S. Bonifacium, & ſanctos ac religioſos viros, Virgilium & Sidonium, a diabolo excitata diſcordia.

I

CVm neque per idololatras, neque per hæreticos, pro animi ſui nequitia & libidine, S. BonifacI virtutem ac zelum impedire ſatis poſſet diabolus, occultis eum inſidiis appetiit; & primo quidem, vt a magiſtro diſcipulum, a patre filium, a capite membrum auelleret, rumores de Zacharia Pontifice falſos diſdidit, prout lib. II vitæ cap. XII, & ſupra notatione XXVI * vidimus: deinde inter eundem Bonifacium, & doctrina, vitæque ſanctitate claros homines, Virgilium ac Sidonium, partim ob ſacra baptiſmi verba, partim ob quandam de antipodibus quæſtionem, contentiones excitauit, quæ indicantur lib. II vitæ cap. IV & X; itemque apud *Burchardum*, *Iuonem*, *Gratianum* de conſecr. diſt. 4 cap. 86; *Baronium* tomo IX anno DCCXLIV; *Velſerum* lib. V Boicarum anno DCCXLVI, & ſequentibus *.

Quam ob rem inter eos oborta fuerit contentio.

* § IX

* pag. 282

II Huius verba ſane quam optima & appoſitiſſima ſunt hæc: *In Boica iam tunc Virgilius & Sidonius pietatis docendæ cauſſa verſabantur, quorum ſequentibus temporibus virtus & dignitas magnopere inclaruit. Virgilio Hibernia patria; quæ Sidonio fuerit, non eſt proditum. Iis grauis cum Bonifacio diſceptatio inciderat de ſacerdote, qui latinitatis ignoratione, in ſacra baptiſmatis formula peccare ſolitus.* Et poſtea: *Diſcordia inter Bonifacium & Virgilium interim gliſcebat, improbis peſſimorum hominum rumoribus excitata auctaque: tanto nimirum facilius, quod Moguntiaci vnus Epiſcopus, alter apud Boios, procul agerent. Suffundit enim vires calumniæ longinquitas. Bonifacius Zachariæ queſtus, reſponſum ſibi honorificum, in aduerſarium aſperum abſtulit. Ceterum Pontifex ſe Virgilium euocaturum, coram de cauſſa cogniturum oſtendit.*

Welſeri de hac diſceptatione loc.

p. 284

519 Cumque Pontificiarum litterarum, quæ citato lib. II * cap. X ſunt, caput recitaſſet, *Diſceptationis*, ait, *exitum non comperio. Fit veriſimile, aut purgaſſe ſe Virgilium Pontifici, ſiue coram, ſiue per litteras: aut cognitis inuidorum vtrimque fraudibus (nam qua Virgilius animi probitate & vitæ ſanctimonia fuit, quæ Bonifacio renuntiata neque dixiſſe, neque feciſſe potuit) vltro, quod inter bonos ſolet, in gratiam eſſe reditum. Sane Bonifacius toto deinde ſeptennio ſuperfuit: neque iſtius tamen diſſenſionis præterea veſtigium apparet. Quod quidam coniecere, non abnuerim, Virgilium de terræ ſpecie acutius, quam pro vulgi captu, diſputaſſe, globoſam eſſe, & viuere e contraria parte, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos antipodas vocemus: hos perinde ac nos ſole & luna luſtrari: ea, ignoratione audientium, perperam accepta, detortaque, longe alio ſenſu ad Bonifacium perlata, offenſionum præbuiſſe ſementem.*

* Othl.

Verum, inquit *Pagi* ad an. DCCXLVI n. VII p. 269, *S. Virgilius hac excuſatione non indiget, cum ab illo Virgilio, qui cum Sidonio aduerſus Bonifacium de forma baptiſmi diſputauit, diuerſus ſit. Sicut enim hoc tempore præter Sidonium iſtum vixere duo alii Sidonii, quorum alter Epiſcopus Conſtantienſis ac Abbas Augiæ; alter vero Laureacenſis Epiſcopus: ſic præter Virgilium eius ſocium extitit alius Virgilius, qui poſtea Salisburgenſis Epiſcopus fuit. Præterea Virgilius, qui Bonifacium accuſauit, Romam ob eam cauſſam profectus eſt, vt manifeſte deducitur ex epiſtola Zachariæ ad Bonifacium, quæ ordine eſt CXL inter Bonifacianas: in qua dicit Pontifex de Virgilio:* aiens, quod & a nobis eſſet abſolutus, vnius defuncti ex quatuor illis Epiſcopis, quos tua illic ordinauit fraternitas, diœceſin obtinere. *Si enim* abſolutus fuit, *ſeu, vt nunc loquimur*, dimiſſus *a Zacharia, eum Romam profectum fuiſſe oportet. Sed in vita* S. Virgilii *nulla neque diſcordiæ, neque profectionis Romanæ mentio.* Ita *Pagi*. Aliter, qui Pagii hæc expendit, & Virgilium, qui cum Bonifacio diſceptauit, nullum alium eſſe, quam Virgilium Salisburgenſem, rationibus allatis contendit *G. R.* faſciculo XXII Ephemerid. litterariar. quæ Halæ Magdeburgicæ, titulo *noua bibliotheca*, euulgantur, p. 139 & ſeqq. quem vt conferas ſuaſerim.

Lib. I pag.

XXXVI NOTATIO

De Fuldenſi Monaſterio.

I

Nomen. AB inſigni & piſcoſo amne *Fulda*, nomen accepit, primo quidem *monaſterium*, quod opportuniſſime illi adſitum eſt: deinde *vrbs* eodem appellata *Vrbs.* nomine. Locus ille antea incultus, & fagorum ſiluis, a quibus, cum *buch* fagus ſit, ditio tota *Buchonia* dicitur, horridus, ac ab hominibus deſertus erat; ideoque ad pias monachorum exercitationes viſus ipſi Sancto aptiſſimus. Sed cum in Franciæ Regum aut Ducum poteſtate totus eſſet, eum ab Carlomanno & Pipino impetrauit, lib. II vitæ cap. XVIII & XX, eique partim ædificando, partim *primus Abbas,* monaſticis inſtitutis inſtruendo, primum Abbatem præfecit B. Sturmium, quem nobilibus ortum parentibus, & ex Norica regione ait in Germaniæ mona- *p. 57.* ſteriorum chronologia *Bruſchius*, qui & de eodem plura memorat: ſed ita, vt, ſtilo hæretico, e monaſteriis ſcholas conflet libenter.

II Vnum hic tantummodo e *S. Ludgeri* libro ſæpius laudato elogium afferam. 520
Sturmi, ait, venerabilis Abbas, vnus ex numero illo electorum Dei, quantum profecerit in eremo ſua poſt martyrium S. magiſtri, Bocanna ſilua in teſtimonio eſt, quæ prius omnimodis inculta erat ac deſerta: nunc autem ab oriente vſque ad occidentem, a ſeptentrione vſque ad meridiem, eccleſiis Dei & electis palmitibus monachorum repleta eſt. Qui etiam Sturmi Abbas hoc meruit priuilegium a Deo & S. magiſtro præ ceteris condiſcipulis ſuis, vt ipſum locum, quem S. magiſter elegit ad ſepulturam corpori ſuo, poſſidere mereretur, & initiare, ac ſanctum corpus eius martyrizatum in eodem ſuſcipere & in tantum prouehere & glorificare eundem locum, vt ante obitum ſuum de hoc mundo quadringentorum circiter monachorum, exceptis pulſantibus & aliis minoribus perſonis, quorum numerus multiplex erat valde, in ipſo monaſterio poſito iuxta fluuium Fulda pater extiterit & præceptor.

Abbatum Fuldenſiũ dignitas. III Eſt vero loci huius Abbas ſacri Romani (*Imperii*) Princeps, Abbatumque Benedictini ordinis in Germania & Gallia Primas, Romanæ Imperatricis Archicancellarius.

A primo autem illo ad hodiernum vſque Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Dominum *D. Balthaſarem*, neutro tamen excluſo, Abbates numerantur tot, quot, rotundo numero, Iſraelitici populi ſeniores ac iudices, quot Græci Bibliorum interpretes, quot Ieſu Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri diſcipuli, ſeptua- *Numerus.* ginta * videlicet; quorum hic attexerem nomina omnium, niſi ea vel minime neceſſaria, vel æquo longior videretur nomenclatura.

* Aliis, quos inter *Brovverus* lib. IV antiquit. Fuldenſ. p. 366, *Imhof* notit. Procer. Imper. lib. III cap. XXIII § 7 p. 146, numero illorum aliter inito, *ſeptem & ſexaginta.*

Balthaſaris laus. Poſtremi certe ſeu hodierni iam nominati conſtantia, virtus, auitæque pietatis ſtudium ac zelus multis ſtatim, poſteaquam anno MDLXX electus fuiſſet, Societatiſque Collegium anno MDLXXII erexiſſet, argumentis patuere: ſed tanto nunc in toto terrarum orbe conſpectiora & ſplendidiora omnia, quanto moleſtiarum & acerbitatum plus, totos XXVI annos, excepit, fortiterque tolerauit.

Ouid. lib. 4 Triſt. eleg. 3.

Hectora quis noſſet, felix ſi Troia fuiſſet?
Ardua per præceps gloria vadit iter.

In Abbatiam vero, Principatumque ſuum, auguſta RODOLPHI Cæſaris ſen- 521
tentia & auctoritate, anno MDCII, reſtitutus eſt, Abbatialemque ac principalem vrbem ſuam Fuldam, magna bonorum omnium gratulatione, tanto annorum interuallo, redux iniit, anni eiuſdem die XIX Decembris, ex quo tempore apparuit hactenus, quam æternæ populorum ſuorum ſalutis amans eſſet, cum, circumfrementibus licet fidei antiquæ deſertoribus, Deo tamen ipſi fidens, animo excelſo, curaque indefeſſa, tot errantium ouium centurias in Chriſti Domini ouile reduxit, reducitque in dies, magis & magis.

Vid. *Zeilerus* topograph. Haſſiæ p. 68, 69. Sane, vt id, ὡς ἐν παρόδῳ addamus, idem Seminarii, quod Fuldæ eſt, fundamenta iecit. Videns namque ciues, odio religionis ductos,

neminem

Bill. I pag. ſeminorum parentum, & adoleſcentum peregrinorum, ſcholas PP. Societatis Ieſu frequentantium, vel tecto vel in conuictum recipere velle, anno MDLXXII contiguam Collegio domum, & ſequenti quatuor alias ſuo coemiſſe; operarumque diligente cura breui conuictoribus vulgo neglectis certam ſtatuit habitationem. Quorum numerus cum non ita multo poſt ſupra centenarium excreuiſſet, & ſua eis ad ſumtum minuendum liberalitate ſubuenit, & PP. Societatis partes tam nobile reip. Seminarium ſtudioſe curandi commiſit. Quas & illi omni obiere diligentia. Quippe, ne, Balthaſare de rerum adminiſtratione depulſo, ad nihilum id, deficientibus ſubſidiis, veniret, Petrus Lopperſius, gente Friſo, qui domum ita conſtitutam aliquot annis rexerat, negotiorum cauſſa Romam anno MDLXXXIV delatus, ad Gregorii XIII confugit opem. Nec fruſtra. Plus enim, quam expetierat ille, indulſit pius, munificuſque Pater, & ſtatim XL adoleſcentibus nobilibus, qui ex ſeptemtrionibus orti in ſpem collapſæ maiorum fidei reſuſcitandæ alerentur, ac in liberalibus diſciplinis pie caſteque educarentur, legitimum ſumtum; ſexaginta vero ſtudioſis pauperibus ſubſidium conſtituit. Quem aluminorum nobilium numerum anno MDCXXVIII, quum Bulla peculiari hoc bonæ mentis ſeminarium confirmaret, Vrbanus VIII ad XXX, ob annonæ difficultatem, reduxit; conſtitutis ſimul, vt hoc magis ſartum tectumque, vt aiunt, ab omnique detrimento integrum conſeruaretur illud, protegendo et tum Eminentiſſimis Cardinalibus congregationi de propaganda fide præfectis, tum Nuntiis in his partibus Apoſtolicis; vice-protectore vero Reuerendiſſimo Abbate Fuldenſi; munere tandem educandorum, inſtituendorumque alumnorum Societati Ieſu commiſſo. vid. *Seminarii Fuldenſis ludi ſeculares*, an. MDCLXXXIV celebrati panegyri I; e quibus *Brovverum* antiquit. Fuldenſ. lib. IV p. 368 ſuppleas.

IV Quia vero rerum magnarum initia quoad executionem aut deliberationem varia eſſe ſolent, ideo varie nobiliſſimi huius monaſterii annus primus conſtituitur. Sed optime doctiſſimus eiuſdem monaſterii monachus *Marianus* libro III in anno DCCXLIV, *His*, ait, *temporibus fundari cœptum eſt Fuldenſe cœnobium a S. Bonifacio in ſolitudine Bochonia.* *qui anno cœptum fuerit hoc monaſterium.*

Scilicet *Sigebertus Gemblacenſis* anno DCCXLII inchoatum tradit p. 548; Abbas contra *Vrſpergenſis* an. DCCXLV; *Godefridus Viterbienſis* an. DCCXLVII. Ceterum, eundem hoc, quem *Marianus* ſignat, anno initium ſumſiſſe produnt *Hermannus Contractus*, p. 127, auctor *annal. Fuldenſ.* p. 6, *Lambertus Schafnaburgenſis* p. m. 11 b, *chronicon Quedlinburgenſe* p. 275, *Compilatio chronologica* p. 728, Fr. *Cornelius* in Breuiario Fuldenſi p. 424) aliique plures. Vid. *Pagi* ad ban. XI & XII p. 264; vbi *Cointium*, qui ad an. DCCXLV, n. LXXIV, initia monaſterii huius in an. DCCXLVII reiicit, confutat. Nec conferre pœnitebit *Sagittarium* l. d. cap. XXIII § VIII p. 308, qui ceteroqui tempus inchoati huius cœnobii ex Eigile, aliiſque fuſe perſequitur.

XXXVII NOTATIO

An a S. Bonifacio baptizatus Carolus Magnus?

I

AFfirmant quidam. Sic enim e *manuſcriptis* meis loquitur vnus. *Anno DCCXLII Pipino Francorum Duci ex Domina Bertrada, ſeu Berta Græca, naſcitur filius Carolus nomine, cui Magno poſtea cognomen fuit, in Ingelheim pago, duobus a Mogoncia miliaribus, vbi & altus eſt; &, vt quidam volunt, in eccleſia Magonciacenſi a D. Archiepiſcopo Bonifacio baptizatus eſt, cum procerum regni, & totius populi Francorum magno gaudio.* Sed quæ affirmationi huic ſuggeri queant argumenta? An quod Ingelheimum Moguntiæ vicinum? At Carolum alibi, vel in Bauaria *Caroleburgi*, quod Monachio tribus abeſt miliaribus, vel in Franconia in ſimilis nominis arce ad Mœnum, quæ *Caroloſtadio* e regione obiicitur, vel in Eburonibus, *Leodii* natum volunt alii. Et etiamſi natus Ingelheimi fuiſſet, ibidem quoque baptiſmo initiari potuiſſet. *Quidam ita volunt.* *quod tamen maxime dubium.*
522 An quod ponte Moguntiam, multiſque & magnis viuens ac moriens Moguntinenſem eccleſiam opibus donarit? At, quæ ipſius erga Deum, cæliteſque omnes fuit religio, ſummam eius munificentiam aliæ plurimæ ſenſerunt vrbes & eccleſiæ. Quid igitur? Non ita me tranſuerſum rapuerit Moguntiæ noſtræ amor, vt quod firme ſatis aſtructum non video, aſſeuerem. Scripſit *Eginhartus* Caroli Magni vitam, & quidem cum ipſo, & in eius aula diu multumque verſatus, ipſius Cancellarius. Et tamen, *De Caroli*, ait, *natiuitate atque infantia, vel etiam pueritia, quia neque ſcriptis vſquam aliquando declaratum eſt, nec quiſquam modo ſupereſſe inuenitur, qui horum ſe dicat habere notitiam, ſcribere* *Eginharti locus notabilis.*

ineptum iudico. Quod ſi, illo ipſo Caroli tempore, iſtud ille, talis & tantus, quanto nos nunc magis tales & tantuli dicamus? Edit. I. pag.

Auctoris ſententia.

II Fateor tamen, ſi in illa noſtra Ingelheimenſi vicinia magnum hoc imperii chriſtiani ſidus ortum certo ſtatueretur, veri admodum ſimile futurum, ei ab Archiepiſcopo, & Apoſtolicæ ſedis Legato, aut ibidem, aut hic Moguntiæ ſacrum affuſum fontem.

Atenim certo id ſtatui nequit. Veriſimilius quidem eſſe dicit *Schminckius*, Ingelhemii natum Carolum, quam Aquiſgrani, adnotat. in Eginhart. c. IV p. 35; ſigillatim vero, quæ *Mabillonius* ſententiæ, de eo Ingelhemii in lucem ſuſcepto, lib. IV de re diplomatica n. LXVIII p. 287 oppoſuit, infringere ſtudet: tum vero verba *monachi S. Galli* de vita Caroli M. cap. XXX *(in genitali ſolo)* quæ idem *Mabillonius* ſupplement. ad lib. de re diplomat. cap. IX vrget, attingit, ac latioris eſſe ſignificationis contendit, quam vt certum, definitumque notent locum. Enimuero iam monuit *N. H. G.* dum *Pfeffingeri* Vitriarium illuſtratum faſcic. XXIII ephemerid. litterar. quæ Halis Magdeburg. titulo *nouæ bibliothecæ* prodeunt, recenſuit p. 211, cum *S. Galli monachus* ita loquatur; *adeo vt* in genitali ſolo *baſilicam antiquis Romanorum operibus præſtantiorem fabricari iuſſerit:* hæc baſilica vero, vti notum, Aquiſgrani ſit; cuiuis patere, *genitale ſolum* hic minime latioris eſſe ſignificatus, ſed ad certum, definitumque locum, *Aquiſgranum* ſcilicet, reſtringendum.

XXXVIII NOTATIO

An a S. Bonifacio Caroli Martelli filius, Caroli Magni pater, Pipinus, Francorum Rex renuntiatus, inunctus, & coronatus ſit?

I

Merouingorum mollities & ignauia.

FRancorum in Germania & Gallia Reges a Merouæo Rege ad vltima vſque S. Bonifacii tempora *Merouingi* appellabantur. Ii vero mollitia, luxu, ignauiaque ſic diffluxerunt, vt ſenſim præter caſſum & inane nomen, regis nihil haberent: ſed omnia pro imperio & ſumma ſua poteſtate obtinerent ac adminiſtrarent, qui *Maiores domus* dicebantur, prout dictum ſupra notatione VI. Omnes

Chilperici præcipue.

autem ante ſe priores nequitia, ſtuporeque animi, ac ignauia vicit omnium vltimus, qui, temporibus illis viuebat, Chilpericus. Viſum igitur potentiſſimo

Francorum conſilium de alio rege creando.

tum Maiori domus Pipino, aliisque Francorum Optimatibus, & populo vniuerſo, vt qui regni rem ac vim non haberet, regis quoque nomine careret: ac e contrario, cui regni opes, potentia & virtus adeſſet, regis quoque nomen gereret. 523 Quia tamen erant iſti Principes ac populi Chriſtiani, conſilia hæc ſua neque aut tunc aut in poſteritatem rata, neque Deo grata ſatis futura exiſtimarunt, niſi a communi eccleſiæ Chriſtianæ patre ac paſtore, CHRISTI Domini vicario, ſanctique Petri ſucceſſore vim & auctoritatem acciperent. Legatos igitur, in quibus facile omnium princeps fuit S. Burchardus, Herbipolenſis Epiſcopus, de quo ſupra notat. XXIV & XXIX, ad Zachariam Pontificem Romam

Pontificis aſſenſus.

miſerunt, qui ab eo illa peterent. Annuit is, decreuitque ac reſcripſit, vti Pipinum Francorum in Germania & Gallia Regem renuntiaret S. Bonifacius, quod & fecit.

Hæc hiſtoriæ ſumma, quæ aut ſtrictius aut diffuſius ab hiſtoricis, qui Francicas res perſequuntur, deſcribitur omnibus, veteribus ac recentioribus, Latinis & Gallicis, Catholicis & hæreticis. *Hiſtoriam narrant omnes*, inquit e Caluinianis vnus controuerſiæ III lib. II c. XVII n. 47 *Iunius*, & auctorum non paucorum afferentur non multo poſt & nomina, & verba.

An Pipinum vnxerit Bonifacius.

II Sed incurrunt in hiſtoriam hanc quæſtiunculæ, quarum prima eſt, quam notationi huic præſcripſi; *An Pipinum non renuntiarit tantummodo, ſed vnxerit etiam & coronarit Regem Bonifacius?* Opiniones duæ ſunt. Ait *vna*, vnctum a Bonifacio Pipinum: negat *altera*, ſed a Stephano potius vnctum Pontifice Maximo. In *priore* illa ſunt priſci Francorum Annales tam *Nuenariani*, quam *Pithœani*, *Aimoinus* lib. IV c. LXI, *Marianus*, *Regino*, *Sigebertus*, *Lambertus*, & *hiſtorici omnes Latini*, vt ait anno DCCLIV *Baronius*. In *poſteriore* ſunt *Anaſtaſius Bibliothecarius* in Stephani vita, *Paulus Diaconus* lib. VI cap. V, *Egiluualdus* lib. II c. I, & ipſe *Ludouicus* Imperator, Caroli Magni filius, in epiſtola ad Hilduinum, quæ in Areopagitæ antiqua verſione inuenitur. *Sanctæ*, ait, *recordationis auus noſter Pipinus, propter altare, quod*

Edit. I pag. *quod ante ſepulchrum ſæpe fati ſæpiusque dicendi Dionyſii, per diuinam & memorabilem reuelationem, iuſſu ipſius ſanctiſſimi martyris, in honorem Dei, & Apoſtolorum Petri & Pauli, qui præſentes oſtendebantur, a beato & angelico viro, Stephano, ſummo Pontifice, dedicatum eſt, inter ſacra Miſſarum ſolennia, vna*
524 *cum duobus filiis, Carolomanno videlicet, & diuæ memoriæ Domino ac genitore Carolo, iure prænominato Magno, ab eodem Apoſtolico Papa in Regem Francorum vnctus, ſuper innumeris benedictionem accepit.*

Poſſunt tamen, qui diſcordes videntur, in concordiam non difficulter adduci, ſi dicamus ab vtroque vnctum Pipinum; a Bonifacio ſcilicet vno tempore, tanquam a Pontificis ipſius Legato, a Stephano deinde, alio ſecuto tempore, tanquam ab ipſomet Pontifice *. *modus, illos inter ſe conciliandi.*

* Idem dicit *Mabillonius* append. ad Wilibald. & Othlon. n. IV p. 88. *Neque opponas*, inquit, *vulgatum* Anaſtaſium *in vita Stephani Papæ III &* Ludouici Pii *Imperat. epiſtolam ad Hilduinum, in qua (ſicut & apud* Anaſtaſium) *vnctio Pipini a Stephano facta dicitur his verbis:* Propter altare, quod ante ſepulcrum S. Dionyſii, vna cum duobus filiis, Carolomanno & Carolo in Regem Francorum vnctus dicitur. *Ne, inquam, hac opponas. Bis ſiquidem Pipinus, a Bonifacio primum, deinde a Stephano Papa, inunctus memoratur in annal.* Eginharti: *cuius hac verba:* Anno DCCL. Hoc anno *&c.*

Nam eundem vngi Regem ſæpius quid vetat? An non etiam aliquando factum? Mitto Caroli Magni eiuſque filiorum hiſtorias, Saul Rex nonne bis vnctus? I Reg. X. Dauid vero nonne ter? I Reg. XVI, lib. II Reg. cap. II & V. Huiuſmodi enim interdum cæremoniæ ac ritus ad maiorem auctoritatem, ſolennitatem, & confirmationem iterantur, prout recte dixit lib. II Reg. cap. V q. 4 *Toſtatus*, qui & q. 5, capitiſque quinti q. 4 legi poteſt. Atque ita in Pipino factum notat *Aimoinus* lib. IV c. LXII, *Tilius* lib. de Regibus Franciæ *(lib. I p. m. 23)* fateturque Caluinianus *Iunius* animaduerſionibus in Bellarminum de translatione Imperii cap. II n. 73, ſed inſigni cum calumnia: *Politicos hic ego, ait, omnes appello, qui regnorum, rerumque publicarum adminiſtrationem tenent, vtrum fando vnquam audiuerint, id eſſe legitimum, vt Reges bis coronentur.* At paullo ante id e veteri etiam Teſtamento audiuimus. In Bibliis tantum Caluiniſmi magiſtrum tam hoſpitem quis crederet? Pergit tamen audacter, quia ſemel cœpit, criminari: *Faciunt quidem tyranni: idque tum faciunt illi, quum diffidentes iuri ſuo, vel potius conſcii iniuſtitiæ ſuæ, miſeram ditionem volunt per religionem iuriſiurandi frequentius iniectam grauius obſtringere, ne facile reſilire poſſit.* Ergone Dauid, qui vt dictum eſt, vnctus & coronatus frequentius, tyrannus? Ergone Chriſtiani Imperatores, qui variis coronari coronis, & variis in locis aſſolent? *Sed viri*, ait, *boni non ſunt ſuſpicaces: non iuri ſuo, non alienæ fidei diffidentes, vt in re iuſta, legitima, publice recepta, & communi iure naturæ firmata, ſic ſancto Dei nomine, & iuriſiurandi religione frequentata abutantur.* Pietatis laruam induit criminator: ſed vanam plane
525 ac mendacem. Iuriſiurandi religione abutitur, qui, etiamſi ſemel tantum, male iurat: non autem, qui bene ac legitime, licet id ſæpius, debita cum reuerentia & ſolennitate iteret.

Coronatum porro a S. Bonifacio Pipinum diſertim memorat epiſtola ad *Rixfridum* cap. II *S. Ludgerus*. Atque hæc de prima iſta quæſtiuncula: de reliquis deinceps.

XXXIX NOTATIO

Quo anno in Francorum Regem vnctus a S. Bonifacio Pipinus?

VT *anonymum* Caroli Magni vitæ ſcriptorem omittam, triplices a variis eduntur anni, videlicet DCCL a *Mariano*, *Reginone*, *Lamberto*, *Sigeberto*, & *Nuenarianis* Francorum annalibus. DCCLI ab *Aimoino* loco citato, prout ex eo ratiocinatur anno eodem *Baronius*. DCCLII ab annalibus *Pithœanis* *. Sed non magnus inter hos diſſenſus. Cum enim tanti momenti res neque temere, neque ſubito facta ſit, plures in deliberationibus, legationibus, reſponſionibus, reique ipſius inchoationibus & perfectionibus effluxerunt anni, ſic vt totum pæne quinquennium indicet *Regino*. Si ergo inter hos aliæ annorum generales *De anno inter ſcriptores diſſenſus; qui tamen facile tolli poteſt.*

nerales conſtitutæ forent epochæ, videremus & hac in re ipſos alioſque plures concordes, dum alii actionis huius principium, alii aliquid in progreſſu inſigne, alii denique finem conſiderant. Quod generatim de tempore hic dictum, ſatis eſt. Edit. I pag.

Annales Pithoeanos ſequuntur *Cointius*, *Schminckc*, *Pagi.* Quorum quidem hic ad an. DCCLII n. II & III p. 281 non docte minus, quam curate: *Hanc opinionem hæc argumenta mihi extra omne dubium ponere videntur. Primum* Continuator Fredegarii, *teſtis oculatus, & omni exceptione maior, narrata Pipini electione & conſecratione ſtatim ſubdit*: „ His tranſactis ſequenti anno „ iterum Saxones contra eorum fidem, quam „ præfato Regi dudum promiſerant, ſolito „ more iterum rebelles contra ipſum exiſtunt. *Hanc vero Saxonum rebellionem ad annum DCCLIII ſpectare, tam certum, quam quod in hiſtoria Francorum certiſſimum. Quare Pipini electionem & unctionem hoc anno peractas eſſe, non video poſſe amplius in controuerſiam venire. Præterea charta a* Goldaſto *tomo II rer. Alemannic. n. XL relata bis verbis clauditur*: „ Ego Landanus Presbyter „ roitus (*i. e. rogatus*) ſcripſi. Data VII „ Id. Sept. anno X rigni Domini noſtri Ilderici Regis. *Quare non tantum Childericus III, qui anno DCCXLII rex conſtitutus fuit, menſe Septembri ſuperioris Chriſti anni* (DCCLI) *regnabat, ſed etiam nondum eo anno Pipinus a S. Bonifacio rex unctus fuerat. Hunc enim in regem ſublimatum fuiſſe, Kalend. Mart. vel circiter, infra* (v. n. IV p. 281) *patebit. Tertio rem inuicte demonſtrat alia charta ibidem tom. III p. 56 recitata, quæ ita concluditur*: „ Ego Arnulfus „ rogitus (*i. e. rogatus*) anno ſexto Pipini „ Regis, die Mercuris XII Kalend. Ian. ſcripſi & ſubſcripſi. *Data ea an. DCCLVII, litera Dominicali B. inſignito. Quod ſi die XXI Decembr. anni DCCLVII Pipinus annum regni ſui ſeptimum nondum ingreſſus erat, anno DCCLI eodem die nondum regnare cœperat. Nec ſequentibus diebus ea electio fieri potuit: tum quia conuentus ſingulis annis pro rebus publicis menſe Martio de more celebrabatur: tum quia Epiſcopos, regnique Proceres, ſæuiente hieme, & ipſo Chriſti natali die congregatos fuiſſe, nullus facile ſibi perſuaſerit. Quarto, idem demonſtramus ex alia charta a* Goldaſto *tom. III n. LXVII producta, cuius hæc eſt concluſio*: „ facta precaria ſub die Lunis V Id. Maias an. X re- „ gnante Domno noſtro Pipino Rege Fran- „ corum ſub Warino Comite. *Scripta hæc charta anno Chriſti DCCLXI, litera Dominicali D ſignato. Quare cum Pipinus Kal. Mart. ad ſolium regium euectus ſit, alio anno id non contigit, quam currenti* (DCCLII) *alioquin die XI Maii anno DCCLXI non decimum, ſed undecimum regni ſui numeraſſet.*

Vtrum menſe Martio vnctus fuerit, an menſe Maio, diſquirit *Schminckius*, l. d. p. 11, & contra Natalem Alexandrum, alioſque ſtatuit, menſe Maio inauguratum fuiſſe.

XL NOTATIO

In Regem Francorum an recte a S. Bonifacio unctus idem Pipinus Carolis Magni pater?

Quod res illa bene expenſa fuerit,

DE hac quæſtione, quiſquis cum modeſtia prudentiam copularit, doctrinamque vera in maiores ac ſanctos pietate condierit, ita ſuo in animo ſecum diſputabit: Magna omnino res eſt, regium alicui nomen ac titulum eripere: magna ſceptrum & diadema e familia in familiam transferre. Huius iſtius ereptionis & translationis cauſſa, vtique ac modus, diligenter ac ſapienter, omnibus 526
rationes; cum circumſtantiis, expendi debet. Id autem tunc temporis factum eſſe perſua-
1 det mihi *primo* eorum, qui negotium hoc in deliberationem primum vocarunt,
2 diuturna & oculata experientia, Chriſtiana mens, ac prudentia: *deinde* eorum,
qui a Pontifice petierunt, tot ac tantorum eccleſiaſticorum & politicorum Opti-
3 matum, populorumque conſenſus: *tertio* eorum, qui ad legationem iſtam de-
4 lecti & miſſi fuerunt, doctrina & ſanctitas: *quarto* ſumma ipſius Pontificis Za-
chariæ poteſtas, maximus rerum vſus, inſignis in conſiliis ac reſponſis, decre-
5 tiſque omnibus maturitas, vitæque integritas, *quinto* eius, qui quod a primis il-
lis poſtulatum, ab hoc vltimo conceſſum effectui dedit, S. Bonifacii eximia di-
uinarum rerum cognitio, ingens iuſtitiæ amor, morum grauitas ac ſanctimonia,
6 ſenile maturumque tandem iudicium. *ſexto*, nulli, qui talibus in rebus excitari
7 ſolent, conſecuti bellorum motus, factiones, magnive queſtus; *ſeptimo* Dei
ipſius approbatio, dum & nouum Pipini regnum tam felix, & filium eius Ca-
rolum Magnum tot tantarumque prouinciarum acceſſionibus, tot ac tantis, contra
tam varios ac multiplices tam barbaros ac feroces, tam robuſtos, ac inſtructos trium-
8 phis ac laureis florentiſſimum reddidit. *octauo*; exempli eiuſdem approbatio, & in

ſacros

Edit. I pag. ſacros canones relatio c. *Alius*, 15 q. 6. *nono* illuſtriſſima facti eiuſdem non 9
multo poſt ſecuta per eandem poteſtatem imitatio, vel potius exſuperatio, dum non iam ab vna in aliam eiuſdem tamen gentis familiam regia poteſtas, ſed a gente in gentem aliam, a Græcis ad Germanos auguſta imperii translata maieſtas.
decimo egregia ſcriptorum, qui aut tunc aut poſtea conſecuti ſunt, teſtificatio, 10
dum vel approbant ipſi, vel certe neque improbant, neque a quoquam improbarum commonſtrant. *vndecimo* eorum, qui hoc improbare ac damnare cœpe- 11
runt, nouitas, nouitatis amor, iudicii aliis in rebus plurimis & maximis peruerſitas, arrogantia, perduellio. cuiuſmodi ſunt *Illyricus*, aliique *Magdeburgici Centuriatores* cent. VIII cap. X, *Caluinus* l. IV inſtit. c. VII § 17, *Hotomanus*
527 in Francogallia c. XIII, *Iunius* lib. de translatione Imperii c. I n. 9 c. II n. 73, Controu. III lib. II c. XVII num. 45 & ſeq. lib. V c. VIII. *duodecimo*, verbo- 12
rum prauitates, contumeliæ, ac mendacia, quibus hac in re vtuntur iſti.

Caluinus ſane, citato iam loco, ait 1) *Pipinum, perfidum ac latronem fuiſſe.* 2) *legitimum Regem pepuliſſe, ac regno ſpoliaſſe.* 3) *regnum quaſi prædæ expoſitum rapuiſſe.* 4) *Zachariam Pontificem Pipino ad perfidiam ac latrocinium adiutorem fuiſſe.* 5) Pipinum *Galliam in Pontificis redegiſſe ſeruitutem.* 6) *mercedis hoc Pontifici dediſſe, vt in eccleſias Gallicanas iuriſdictionem haberet Romana ſedes.* quaſi ſcilicet antea non habuiſſet. 7) *Ambos, tam Pipinum quam Pontificem, prædonibus eſſe ſimiles. Quemadmodum*, inquit, *prædones commune ſpolium ſolent partiendo diripere, ita boni iſti viri inter ſe compararunt, vt Pipino quidem cederet terrenum ac ciuile dominium ſpoliato vero Rege: Zacharias autem caput fieret omnium Epiſcoporum, ac ſpiritualem poteſtatem haberet.* 8) *Carolum Magnum ſpiritualem Pontificis in Gallia poteſtatem ſimili fere de cauſſa confirmaſſe.* 9) *Eum quoque Romano Pontifici fuiſſe obnoxium, quod eius ſtudio ad honorem imperii peruenerat.* 10) *Credibile*, inquit, *eſt prius valde deformatas fuiſſe vbique eccleſias.* 11) *conſtat tamen veterem eccleſiæ formam tunc demum in Gallia & Germania fuiſſe prorſus obliteratam.* 12) *Extant adhuc in archiuis curiæ Pariſienſis breues illorum temporum commentarii, qui, vbi de rebus eccleſiaſticis agitur, mentionem pactionum faciunt tum Pipini, tum Caroli cum Romano Pontifice.* 13) *Inde colligere licet, factam tunc fuiſſe veteris ſtatus mutationem.* Quam in iſtis multa & magna latent peruerſiſſima, contumelioſiſſima, mendaciſſima! Nam & de pactionibus ita loquitur impoſtor, quaſi de pecuniis, aut opibus, ſimilibusue rebus ex iuſtitia dandis & accipiendis reciproci & occulti, quales male aut vendentium aut ementium, immo vt clare ipſe ait, *prædonum* eſſe ſolent, contractus quidam fuerint. cum

Calvini narratio, confutata.

528 aliud prorſus pactum nullum inueniatur, quam quod ab hiſtoricis omnibus narratur, quodque palam & publice tunc geſtum eſt, & etiamnum hodie in Regum & Imperatorum inaugurationibus geritur: vt nimirum promittant ſe CHRISTI Domini ſanctiſſimam legem, eccleſiam, eiuſque iura conſeruaturos & defenſuros, prout in Areopagiticis clare ſignificat *Hilduinus*. Quod ſi, ſponte ſua, citra pactionem vllam, aut Pipinus, aut Carolus Magnus, magna vere Chriſtianorum Principum, heroumque lumina & columina, Pontifici arces, vrbes, principatus dederunt, an gratus eorum ac religioſus in Deum, S. Petrum, eiusque ſucceſſorem animus non vel maxime laudandus? An hæreticorum oculus nequam eſt, quia Catholici Principes boni? An beneficiorum ab eccleſia Dei acceptorum apud Reges ac Imperatores adeo nulla eſſe debet memoria, vt ad illius neceſſitatem, honorem, amplitudinem, ac maieſtatem dare nihil debeant? Ita vellent, ſecuſque factum, acerbiſſime, vt inuidia pæne rumpantur, dolent inuidentiſſimi ac infeliciſſimi cum immaniſſimis Turcis hæretici. De CHRISTI eccleſia loquens apud Prophetam Dominus: *Me*, inquit, *inſulæ expectant, &* Iſ. 60, v. 9.
naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longe. Argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & ſancto Iſrael, quia glorificauit te. Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum mi- 10
niſtrabunt tibi. Suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. 16

Magiſtrum tamen ſuum Caluinum ita ſequitur *Iunius*, vt non aſſequatur modo, ſed ei etiam temeritate ac maledicentia præcurrat. Nam 1) *Omnino*, ait, *inter Pipinum & Zachariam iniuſta fuit nundinatio.* 2) cum de hiſce duobus

Iunii [illegible]

Contr. 3 p. 287.284. bus tantum fere loquatur *Culuinus*, iſte de aliis etiam omnibus. *Singuli, tan-* Edit. I
quam ex collatitia præda, ſpolia ſua reportarunt. 3) Probare hoc nititur, ſed [illegible]
cum imposturis ac mendaciis; *Pipinus regnum heredi ereptum obtinuit, vt omnes*
teſtantur. Quinam illi *omnes*, qui, tanquam ſpolium, & tanquam heredita-
tem *heredi ereptam* (quod verbum vim aut fraudem importat) teſtentur? 4) *Tum*
ex hoc Romani Pontifices, ait Otto Friſingenſis *l. V c. XXIII, regna mutandi*
auctoritatem trahunt. ex hoc, tanquam acceptæ diuinitus auctoritatis exemplo;
non tanquam auctoritatis cauſſa & principio. 5) *Item S. Burchardus ordina-* 529
tus eſt primus Epiſcopus in Wirtzburgo, inquit Hermannus Contractus, *quum*
Romam iturus eſſet in legationem Pipini. Immo quia ordinatus Epiſcopus, ac
vir doctus, grauis ac ſanctus erat, ideo legationi præpoſitus. 6) *Volradus ſum-*
mam obtinuit adminiſtrationem, Reginone *teſte.* Quid tum? In re tali debe-
bantne cerdones, alutarii, proletarii quilibet legatorum fungi munere? 7) *An-*
no DCCLIII, inquit Regino, *Stephanus Papa reductus eſt per miſſos Regis Pi-*
pini Volradum & alios plurimos. Quid ergo? An in Longobardorum gladiis &
incendiis ab eo, qui Francorum Rex Chriſtianiſſimus, & Pontificis quidem au-
ctoritate pronuper factus, deſerendus erat communis eccleſiæ pater? 8) *Boni-*
facius quoque ſuæ operæ pretium reportauit. Scribitur enim hiſtoria Erfordien-
ſis de Landgrauiis Thuringiæ cap. VI, Pipinus fecit creari S. Bonifacium in
Archiepiſcopum Moguntinenſem. & fuit primus Archiepiſcopus. Num vero per
ſimoniam? quæ ſane fuiſſet iniquiſſima, ſi Archiepiſcopatum tam improbo fa-
cinore nundinatus eſſet. 9) Non veretur tamen iſte impudentiſſimus de eodem
287 ſubdere: *Si de Pontificis mandatorum æquitate iuſtitiaque cognouit (quod mihi*
quidem videtur) Bonifacius, fuit nundinationis conſors. Etenim eadem fide
potuit eſſe nundinationis illius conſors, qua fide celebratam illam & famoſam re-
285 *gulam perſcripſit diſt.* 40 *c. Si Papa.* De hac alibi poſt regula. 10) De totius
283 etiam regni proceribus: *Nullo iure illi poſtulare a Pontifice potuerunt rem alie-*
nam. 11) Rurſum; *Omnes vt perfidiæ, ſceleris, atque feloniæ, vt vocant,*
labem eluerent, publicam facti ſui confirmationem a Papa deſiderauerunt. 12) *Quis*
actionem iſtam iniuria ac ſcelere vacare putat, qua de regno deiectus eſt is, qui
heres legitimus erat naturæ ordine? 13) *Nullum profecto ius fuit iſtorum cui-*
quam, naturalem propriumque Regem de poſſeſſione ſua deturbandi. * 14) *Pro-*
ceres Galliæ Pipinus perfide redemerat. 15) *Hominium factum leuitate, am-* 530
bitione, perfidia maculatum. 16) *Proceres perfidiæ ſuæ mantelum quæſiue-*
runt, puta auctoritatem, approbationemque eccleſiæ per Papam Zachariam, vt
ſibi & aliis, hac iuris diuini ſpecie, facerent fucum. 17) *Cæremoniam vn-*
ctionis & conſecrationis eccleſiaſticæ adiecerunt, religioſo hoc (vt videri vole-
Contr. 3 f. 288 *bant) mendacio maleficium ſuum defenſuri.* 18) *Politici, qui petunt ab ec-*
cleſiaſticis regiam vnctionem, coronationem, regnorum translatorum confirma-
tionem, vulpes ſunt, alienam hereditatem iniuſte appetentes, & mantelum re-
ligionis obducentes iniuſtitiæ ſuæ. 19) *Translatio iſta regni Francorum, quæ*
ab hominibus fuit, iniuſta fuit.

* *lib. de translat. Imp. c. 7 f. 63.*

Dua aduerſus diſſentientes notationes.

II Poſſent vero contra Nouatores omnes, & præſertim veterum omnium Momum iſtum Iunium afferri plura, ſed ſatis hic duo. *Vnum* eſt; acrius hic Iunium contra ſuos Hollandos, ſeque ipſum, qui tantus apud ipſos Rabbinus, loqui, quam contra Catholicos. Illos enim conſtat, propria ſua ipſorum auctoritate ac libidine, naturalem ſuum dominum ac regem, hereditate ac patrimonio iuſtiſſimo inuitum ac reclamantem ſpoliare, arma contra illum gerere, omnibus eum verborum, rerumque iniuriis, afficere. Catholici vero, Pipini tempore, nulla contra dominum arma ſuſceperunt; turbarum nihil excitarunt; quidquid fecerunt, fecerunt iure, conſilio, poteſtateque publica & legitima. *Alterum*; veterum orationem, optimam iſtorum vaniloquentiæ confutationem apud ſapientiæ tribunal merito ſemper iudicandam. Illi vero ſimul adducentur poſtea.

XLI NO-

XLI NOTATIO

An Romani Pontificis auctoritate, Francorum Rex victus & auctoratus idem Pipinus?

CHilpericum, qui & Childericus dicitur, exauctoratum, & eius in locum auctoratum Pipinum non Pontificis Maximi, ſed ſolennis e tota Francorum Hotomanni ſententia
631 gente concilii auctoritate contendit Caluinianus Iuriſconſultus *Hotomanus* Francogalliæ cap. XIII, eiuſque vna hæc ratio eſt, quod creandorum & abdicandorum Regum ius penes ſolenne gentis concilium fuerit, & quod ſcriptores nonnulli, ab hoc ipſo concilio Chilpericum adminiſtrando regno ineptum referant abdicatum, & in eius locum ſuffectum Pipinum.

Id ſane futilis & erudito viro parum digna eſt hæc argumentatio. Ad eandem enim rem efficiendam plures non raro vel diuerſi, vel eiuſdem generis cauſæ, prout Phyſicis, Ethicisque notum omnibus, concurrunt. Et ne multis agam, dum in Academiis creatur quiſpiam Artium Magiſter, Medicinæ, Iuriſprudentiæ, aut Theologiæ Doctor, nonne auctoritas interdum triplex aut quadruplex adhibetur? Nonne Cancellarii Academici, & Senatus eius diſciplinæ, cuius honor ac inſignia tribuuntur, & Cæſaris, & Pontificis auctoritate Magiſter & Doctor ille auctorari dicitur? An recte hic ratiocinetur Hotomanus; *Iſte Doctor fieri dicitur auctoritate Pontificis, non igitur Cæſaris; auctoritate Collegii Iuridici, non igitur Academici Cancellarii, & contra?* Poſſunt in eccleſiaſticis & politicis officiis, dignitatibus, actionibus exempla iſtiuſmodi ſexcenta promi: ſed alia hic noto quatuor. Eius confutatio.

Primum, ad ſententiam ſuam probandam, vti Hotomanum hiſtorici veteris a Vercellenſi Venerico laudati teſtimonio, quod plane contra ipſum eſt. Sunt enim illius verba hæc: *Vna cum concilio & conſenſu omnium Francorum, miſſa relatione ad ſedem Apoſtolicam, & auctoritate percepta, præcelſus Pipinus, electione totius gentis, ſublimatus eſt in ſedem regni, cum conſecratione Epiſcoporum, & ſubiectione Principum.* Viden' illud, *auctoritate percepta?* Et rurſum, *Pipinus electus fuit primus ex Præfectis palatii in Regem, atque ordinatus fuit: prius, ſuper hoc, expetito Zachariæ Papæ iudicio, quia conſenſus & auctoritas Romani Pontificis neceſſaria huic videbatur negotio.* Quid contra Hotomanum dici queat clarius? Ipſi ſolenni Francorum gentis concilio dicit iſte vetus ab Hotomano productus teſtis, viſam Pontificis Romani *auctoritatem neceſſariam.* Hoccine eſt, totam penes Francorum placitum aut conci-
632 lium regiæ huius inaugurationis auctoritatem reſediſſe? *ſolumque a Pontifice conſilium* (quanquam & hoc) petitum eſſe? *Alterum;* veterum aliorum verba paullo poſt audienda. *Tertium*, pugnare Iuriſconſultum iſtum, cum factionis ſuæ primipilo ante citato Iunio. Vult hic iniuſte Chilperico regni ablatum nomen, Pipinoque datum, etiamſi Procerum, totiuſque Francorum gentis auctoritate id factum ſit. Hotomanus vero iuſte quidem factum ait, ſed ſola Francici populi auctoritate; quod tamen etiam falſum eſſe, iam oſtenſum eſt, & porro e veterum verbis oſtendetur. *Quartum*, eundem Hotomanum ſecum etiam pugnare. Cum enim Franciæ gentis calculo & auctoritate, eaque ſola Pipinum regem creatum pugnet cap. XIII, eundem tamen eiuſque filios *laboraſſe inuidia* ſcribit cap. XII. Nam quod gentis totius conſenſu tanto factum, quis carpebat? Nullum, qui quenquam carpſiſſe, aut inuidiſſe ſcribat, profert auctorem. Et tamen, *Hoc*, ait, *credi par eſt;* ſcilicet, quia Iuris prudens hoc aſſerit Caluinianus. p. 103. Quæ autem nouatorum iſtorum calumniandi libido, inſanumque cacoethes eſt, e nuda ſua iſta & falſa inuidiæ aſſertione non veretur ille ampliſſimum grauiſſimumque Caroli Magni Cancellarium *Eguinarthum*, vetuſtoſque ſcriptores omnes, qui quod Caluiniani dictum ac teſtatum nollent, dicunt ac teſtantur, falſitatis vel mendacii potius inſimulare: *Reperti*, ait, *ſunt homines ingenioſi, qui & Childerici, & ſuperiorum regum deſidiam verbis maiorem facerent, inertiamque grauius accuſarent. In his Eguinarthus.* At fatetur ipſe tantam illam fuiſſe, vt recte illum e regio ſolio deiecerit ſacroſancta & ſola publici Francorum concilii auctoritas. Si deſidia inertiaque minor, quam ſcri-

bunt veteres, fuiſſet, quomodo non imprudenter, ac iniuſte publicum illud gentis concilium feciſſet? Sed ingens nequitia eſt, in veteres, abſque cauſa, teſtimonio, & indicio vllo ſuſpicioſe quidlibet effutire: tantum, quia ſcripſerunt ſecus, quam vellent nouatores.

Cuius vero Pontificis auctoritate ſolio deiectus fuerit Childericus, Pipinus vero eidem impoſitus, publiceque primum a Bonifacio vnctus, diſquiri videas. Sunt enim, qui *Zachariæ*, ſunt contra, qui *Stephani* id factum auctoritate tradant. In illis ſunt *annal.* auctor *Fuldenſium* p. 7, *Egilvvaldus* in vita Burchardi lib. II cap. I, *Rhegino* lib. II ad annum DCCXLIX & DCCL, *Lambertus Schafnaburgenſis* ad eundem annum, *Marianus Scotus* lib. III ad an. L, aliique plures. In his *Eginhartus* de vita Caroli M. auctor *miraculorum S. Benedicti*, *chronici* auctor *VVirzburgenſis*. Enimuero facile hæc poterunt conciliari ex *Hermanno Contracto*, qui ad annum DCCLII ait: *auctoritate Zachariæ Papæ, & non multo poſt Stephani (qui eidem in Pontificatu ſex annis ſucceſſit) depoſito ac detonſo Rege Hilderico Pipinus Rex Francorum electus & Sueſſionis a B. Bonifacio Archiepiſcopo vnctus.* Scilicet conſenſu Zacharias, legatis miſſis conſultus, ſuaque auctoritate Procerum Francorum conſilium, de Childerico exauctorando, Pipinoque ſedi regiæ imponendo, ratum habuit: quod anno DCCLI, vt *Mabillonius* ſupputat, factum. Eo prius, quam id effectui daretur, mortuo, qui ſucceſſit Stephanus II, vel potius III (qui namque ſecundus nomen hoc tulit, nonniſi quatuor dies cathedram Pontificiam inſedit) Zachariæ iſtud decretum approbauit, ac ipſe quoque Pipinum per Bonifacium vngi iuſſit. v. *Schmincke* ad cap. I Eginharti p. 11 ſeq. *Struuius* ad annal. Fuldenſ. tomo I Freheri p. 7 & ſeq.

XLII NOTATIO

Chilperico exauctorato quid factum?

DE vltima iſta in Pipino Rege creando quæſtiuncula, breuiter & examuſſim, lib. V Boicarum rerum, anno DCCLII. ita *D. Velſerus*: *Childericum,* 533
ſiue in Medardi monaſterium Sueſſionum vrbe compactum, ſiue Emmerani Reginoburgi, ſiue Nouientum in Triboccis, ſiue Germani aut Dionyſii ad Pariſiorum Lutetiam, varie proditum. Vxorem feminarum cœnobio ad Cochelum Boicæ lacum concluſam. Ego in tanto diſſenſu, nihil mea fide affirmatum volo.

Haud abſimiliter *Brunnerus* annal. Boicor. parte I lib. V p. 172, *Adlzreitterus* parte I lib. VIII § XXXIV p. 169. Enimuero Childericus exauctoratus, & monaſtico more attonſus in Sitivenſe ſeu Bertinianum monaſterium detruſus fuit. MS. quippe Paderbornenſis Eginharti verbis cap. I, *in monaſterium truſus eſt*; addit, *Sithiu*, ſiue S. Bertini, quod in vrbe Audomaropoli eſt, vt *Bollandus* iam notauit in not. ad vitam Caroli M. ad diem XXVIII menſ. Ianuar. Sithienſis monaſterii & *Ducheſnius* in ſuis MSS. mentionem fieri, ad marginem notauit, quibus Sionenſe conſentit. Et in hoc quidem vixit ad annum vſque DCCLIV, quo, prius quam Pipinus a Stephano Papa inungeretur, mortuus eſt. In fragmento namq; *Iperii*, quod *Labbeus* in miſcellaneis curioſis luci expoſuit, legas: *Secunda coronationis Pipini tempore Rex Hildericus monachus huius* (i. e. Sithienſis) *eccleſiæ obiit.* Hinc non male *Schminckius*, ad Eginhart. p. 133 *cum hoc fragmentum ſit antiquiſſimum, & breuiſſimum temporis ſpatium, quod in monaſterio vixit* (Childericus) *varias cœnobiorum mutationes non facile patiatur, malo cum eo ſtatuere, Hildericum poſt biennium in monaſterio Sithienſi mortuum, quam cum recentioribus quibusdam dicere, eum ex monaſterio Sithiu in Luxonienſe, inde ad S. Emeramum tranſlatum fuiſſe.* Conf. *Mabillonius* præf. ad tom. II ſec. III § I obſeru. XI p. 12, *Pagi* ad an. DCLII n. IX p. 282. Addit *Chronographus Fontanellenſis*, Theodoricum, Childerici Regis filium, Fontanellenſi monaſterio concluſum fuiſſe.

XLIII NOTATIO

Veterum, de Caroli Magni patre Pipino, Francorum Rege a S. Bonifacio, tam gentis ipſius, quam Pontificis Maximi conſilio, voluntate, ac auctoritate facto, teſtimonia.

Primum merito locum occupat *Continuator Fredegarii* in appendice: *Et quieuit terra a præliis annis duobus* (DCCL & DCCLI) *Quo tempore vna cum conſilio & conſenſu omnium Francorum miſſa relatione a ſede Apoſtolica auctoritate percepta, præcelſus Pipinus electione totius Franciæ in ſedem regni cum conſecratione Epiſcoporum ſubiectione Principum, vna cum Regina Bertradane, vt antiquitus ordo depoſcit, ſublimatur in regno.*

Adhæc conſultum fuiſſe Zachariam, ſcripſit, Pipino adhuc viuente, *anonymus* anno DCCLXVII in veterrimo codice, qui complectitur quædam Sanctorum vitas, cum libro Gregorii

Digitized by Google

Edit. I pag. Gregorii Turonenſis de gloria confeſſorum, cui ſubiecit clauſulam de abdicatione Childerici Regis, quam retterunt *Henſchenius* in exegeſi præliminari ad tom. III Sanctor. menſ. Mart. & *Mabillonius* de re diplomat. p. 384. Eam hic integram exhibere iuuat, quia nullum monumentum vetuſtius hanc in rem proferri poteſt. *Si noſſe vis, lector, quibus hic libellus temporibus videatur eſſe conſcriptus, & ad ſacrorum martyrum pretioſam edoctus laudem, inuenies anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, temporibus feliciſſimi atque tranquilliſſimi & Catholici Pipini, Regis Francorum & Patritii Romani, filii beatæ memoriæ quondam Caroli Principis: anno feliciſſimi regni eius, in Dei nomine ſexto decimo, indictione quinta, & filiorum eius, eorumdemque Regum Francorum Caroli & Carlomanni (qui per manus ſanctæ recordationis viri, beatiſſimi Domni Stephani Papæ, vnacum prædicto patre Domno viro glorioſiſſimo Pippino Rege, ſacro chriſmate, diuina prouidentia, & Sanctorum Petri Pauli interceſſionibus conſecrati ſunt) anno tertio decimo. Nam ipſe prædictus Domnus florentiſſimus Pippinus, Rex pius, per auctoritatem & imperium ſanctæ recordationis Domni Zachariæ Papæ, & vnctionem ſancti chriſmatis, per manus beatorum ſacerdotum Galliarum, & electionem omnium Francorum, tribus annis antea in regni ſolio ſublimatus eſt. Poſtea per manus eiuſdem Stephani Pontificis, die vno in beatorum prædictorum martyrum, Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii eccleſia (vbi & venerabilis vir Folradus Archipresbyter & Abbas eſſe cognoſcitur) in Regem & Patricium, vna cum prædictis filiis, Carolo & Carolomanno, in nomine S. Trinitatis vnctus & benedictus eſt. In ipſa namque beatorum martyrum eccleſia, eodem vero die, nobiliſſimam atque deuotiſſimam, & ſanctis martyribus deuotiſſime adhærentem Bertradam, iam dicti florentiſſimi Regis coniugem, prædictus venerabilis Pontifex regalibus indutam cycladibus gratia ſeptiformis ſpiritus benedixit, ſimulque Francorum Principes benedictione & Sp. S. gratia confirmauit, & tali omnes interdicto & excommunicationis lege conſtrinxit, vt vnquam de alterius lumbis Regem in æuo præſumant eligere, ſed ex ipſorum, quos & diuina pietas exaltare dignata eſt, & ſanctorum Apoſtolorum interceſſionibus per manus vicarii ipſorum, beatiſſimi Pontificis confirmare & conſecrare diſpoſuit: hæc ideo chartulæ veſtræ breuiter in noviſſima paginula libelli inſeruimus huius, vt per ſuccedentium temporum curſum vulgi relatione propago in æuo valeat cognoſcere poſterorum.* Laudatum anonymi teſtimonium diſſimulauit Cointius, & Continuatoris Fredegarii locum interpolatum dixit, quia ad illud reſponderi non poſſe vidit, vt *Pagius* monet ad an. DCCLI n. VI p. 279, & his ſequentia ſubiicit: *Tota itaque difficultas ſolum eſſe poteſt de anno miſſæ legationis: nam enim annaliſta Tilianus & Loiſelianus in an. DCCXLIX, Rhegino & annaliſta Metenſis in an. DCCL, Egilvvardus in vita S. Burchardi, Eginhartus & annaliſta Fuldenſis in præſentem DCCLI conferunt. Sed ab hac vltima ſententia, quam Baronius ſecutus eſt, non videtur recedendum.*

I

EGinhartus in Caroli M. vitæ principio: *Gens Merouingorum, de qua Franci reges ſibi creare ſoliti erant, vſque in Hildericum regem, qui iuſſu Stephani Romani Pontificis depoſitus ac detonſus, atque in monaſterium truſus eſt, duraſſe putantur, quæ licet in illo finita poſſit videri, tamen iamdudum nullius vigoris erat, nec quicquam in ſe clarum, præter inane regis vocabulum præferebat. Nam & opes & potentia regni penes palatii præfectos, qui Maiores domus dicebantur, & ad quos ſumma imperii pertinebat, tenebantur: neque regi aliud relinquebatur, quam vt regio tantum nomine contentus, crine profuſo, barba ſubmiſſa, ſolio reſideret, ac ſpeciem dominantis effingeret, legatos vndecunque venientes audiret, eisque abeuntibus reſponſa, quæ erat doctus vel etiam iuſſus, ex ſua velut poteſtate redderet, cum præter inutile regis nomen, & precarium vitæ ſtipendium, quod ei præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud proprii poſſideret, quam vnam præparui reditus villam, in qua domum,* 534 *ex qua famulos ſibi neceſſaria miniſtrantes, atque obſequium exhibentes, pauca numeroſitatis habebat. Quocunque eundum erat, carpento ibat, quod bobus iunctis, & bubulco, ruſtico more, agente trahebatur: ſic ad palatium, ſic ad publicum populi ſui conuentum, qui annuatim ob regni vtilitatem celebrantur, ire, ſic domum redire ſolebat. At regni adminiſtrationem, & omnia, quæ vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, præfectus aulæ procurabat. Quo* cap. II *officio tum, cum Hildericus deponebatur, Pipinus Caroli regis pater iam velut hereditario iure fungebatur. Nam pater eius Carolus, qui tyrannos per totam Franciam dominatum ſibi vendicantes oppreſſit, & Saracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis præliis, vno in Aquitania apud Pictauium ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud Byrram fluuium, ita deuicit, vt in Hiſpaniam eos redire compelleret. Eundem magiſtratum a patre Pipino ſibi dimiſſum egregie adminiſtrauit. Qui honor non aliis a populo dari conſueuerat, quam iis, qui &* Eginhard.

clari-

claritate generis, & opum amplitudine ceteris eminebant. Hunc cum Pipinus pater Caroli Regis, ab auo & patre ſibi & fratri Karolomanno relictum, ſumma cum eo concordia diuiſum, aliquot annis velut ſub rege memorato tenuiſſet, frater eius Carolomannus, incertum quibus de cauſis, tamen videtur, quod amore conuerſationis contemplatiuæ ſuccenſus, operoſa temporalis regni adminiſtratione relicta, Romam ſe contulit in otium, ibique habitu permutato, monachus factus, in monte Soracte apud eccleſiam B. Silueſtri conſtructo monaſterio, cum fratribus ſecum ad hoc venientibus, per aliquot annos optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota ſoluenda Romam ſolenniter commearent, & eum velut dominum quondam ſuum præterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra ſalutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam cum huiuſcemodi frequentiam ſuo propoſito officere vidiſſet, relicto monte, 535 *in Samnium prouinciam ad monaſterium S. Benedicti, ſitum in arce Caſſina, ſeceſſit, & ibi quod reliquum erat temporalis vitæ, religioſe conuerſando compleuit.* cap. III *Pipinus autem per auctoritatem R. Pontificis ex præfecto palatii Rex conſtitutus.*

Annalium Francorũ. II Annales Francorum; *Anno DCCLI Pipinus, miſſa Romam legatione, Zachariam Papam interrogat de regibus Francorum, ex antiqua Merouingorum ſtirpe deſcendentium, qui reges quidem dicebantur, ſed poteſtas regni tota apud Maiorem domus habebatur, excepto quod chartæ & priuilegia regis nomine ſcribebantur, & in Martis campum qui Rex dicebatur plauſtro bobus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno a populis viſus, publica dona ſolenniter ſibi oblata accipiebat, ſtante coram Maiore domus, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis annuntiante: ſicque rege domum redeunte, cetera regni negotia Maior domus adminiſtrabat. Orat ergo ſibi decerni, quis eorum iuſte Rex debeat dici & eſſe, is qui ſecurus domi ſedeat, an ille, qui curam totius regni, & omnium negotiorum moleſtias ſufferat.*

DCCLII Zacharias Papa, ex auctoritate S. Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Ita Hyldricus rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperauit, depoſitus, & in monaſterium miſſus: Pipinus vero in ciuitate Sueſſionum a S. Bonifacio Archiepiſcopo in regem vnctus, regni honore ſublimatus eſt.

Pauli Diaconi. III *Paulus Diaconus* lib. XXII; *Prædictus Papa Stephanus, vi preſſus & crudelitate coactus Aſtulphi, ſimul etiam cohortatus eſt ab eodem ire in Franciam, & facere, quæcunque poſſet. Qui veniens, Pipinum prouehit in regem, virum probatiſſimum, qui tunc quoque præerat rebus poſt reges, & debellauerat Arabes, qui ab Africa in Hiſpaniam tranſmeauerant, quique tenent vſque* 536 *nunc eandem Hiſpaniam, & properauerant nihilominus contra Francos. Quibus e contra idem Pipinus cum multitudine reſiſtens, occidit quidem Principem eorum Habdirracinem, filium Muhauiæ, qui principatum huius tenebat gentis; interfecit autem ſimul & multitudinem haud facile numerabilem iuxta fluuium Rhodanum, & admirationi habetur, & amatur a gente non ſolum propter hoc, ſed & propter alia præcipua geſta, & præficitur genti non ignobiliter primus, ſoluente ſcilicet eum a periurio in regem commiſſo eodem Stephano: qui & totondit deceſſorem eius regem, & in monaſterio cum honore & requie circumſcripſit.*

Egilwaldi IV *Egilvvaldus* lib. II cap. I; *Quo officio tunc, cum prædicti legati mittebantur, Pipinus, Caroli filius, id eſt, Caroli Magni pater, iam velut hereditario iure fungebatur. Zacharias Papa ſuper huiuſmodi negotio conſultus, remandauit per Burchardum Pontificem & Fotradum Abbatem, melius eſſe vocari illum regem, apud quem ſumma poteſtatis conſiſteret. Dataque auctoritate ſua, Pipinum regem conſtitui iuſſit. Qua legatione peracta, Pipinus per auctoritatem Apoſtolicam, quam tam probabiles viri in audientia Primatum ſcriptis ac dictis deferebant, more Francorum electus, ad regnum, per manus S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntiacenſis eleuatus eſt in regni ſolium in Sueſſionum ciuitate. Qui poſt per Stephanum Papam vnctus in regem & confirmatus, atque a iuramento, quod Childerico regi cum ceteris Primatibus fecerat, abſolutus, poſtea regnauit annis quindecim. Childericus vero, qui falſo regis nomine fungebatur, tonſo capite, in monaſterium miſſus eſt.*

V *Maria-*

Edit. I p. 537 V *Marianus Scotus* lib. III; *Pipinus, miſſa Romam legatione, Zachariam Papam interrogat de regibus Francorum, ex antiqua Merouingorum ſtirpe deſcendentium, qui reges quidem dicebantur, ſed poteſtas regni tota apud Maiorem domus habebatur: excepto quod chartæ & priuilegia regis nomine ſcribebantur: & ad Martis campum, qui rex dicebatur, plauſtrum bubus trahentibus vectus, atque in loco eminenti ſedens, ſemel in anno a populis viſus, publica dona ſollenniter ſibi oblata ſuſcipiebat, ſtante coram Maiore domus, & quæ deinceps eo anno agenda eſſent, populis annuntiante. Sicque rege domum redeunte, cetera regni negotia Maior domus adminiſtrabat. Orat ergo ſibi decerni, quis eorum rex iuſte dici debeat, & eſſe, is, qui ſecurus domi ſedeat, an ille, qui curam totius regni & omnium negotiorum moleſtiam perferat? Tunc Zacharias Papa, ex auctoritate S. Petri Apoſtoli, mandat populo Francorum, vt Pipinus, qui poteſtate regia vtebatur, etiam nominis dignitate frueretur. Ita Hildricus rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperabat, depoſitus & in monaſterium miſſus eſt. Pipinus vero in ciuitate Sueſſionum a S. Bonifatio Archiepiſcopo in regem vnctus, regni honore ſublimatus eſt: & deinde ob id, poſt Papam ſecundus habetur Moguntinus Archiepiſcopus vſque in hodiernum diem.* Mariani Scoti (ad annum 750 p. 436)

VI *Regino* lib. II; *Anno Dominicæ incarnationis DCCXLIX Burchardus, Wurtzburgenſis eccleſiæ Epiſcopus, & Folradus Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam, vt interrogarent de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regiam poteſtatem, reges tamen vocabantur, ſi bene eſſent reges. Et præfatus Papa mandauit Pipino, melius ſibi videri, illum regem vocari, qui poteſtatem haberet, quam illum, qui ſine regali poteſtate manebat, & ne perturbaretur Chriſtianitatis ordo, per auctoritatem Apoſtolicam iuſſit Pipinum regem creari, & ſanctæ vnctionis oleo inungi.* Rheginonis p. 22 ſq.

Anno Dominicæ incarnationis DCCL Pipinus ſecundum morem Francorum
538 *electus, & vnctus per manum ſanctæ memoriæ Bonifacii Moguntiacenſis vrbis Archiepiſcopi, & eleuatus eſt a Francis in regno, in Sueſſionis ciuitate. Hildericus vero, qui falſo rex vocabatur, attonſus eſt, & in monaſterium miſſus.*

VII *Sigebertus* in Chronico; *Hildericus rex Francorum in monachum tonſuratur, Pipinus vero princeps auctoritate Apoſtolica & Francorum electione a S. Bonifacio Moguntiæ Archiepiſcopo in regem vngitur & conſecratur, & regnat annis XVIII. Poſt annos circiter LXXXVIII, poſtquam Maiores domus cœperunt principari ſuper reges Francorum.* Sigeberti, ad an. 750. p. 549.

VIII *Lambertus* in hiſtoriis Germanorum: *Pipinus decreto Zachariæ Papæ, per vnctionem S. Bonifacii Archiepiſcopi, rex appellatus eſt, qui antea Maior domus vocatus eſt, & Hildericus rex tonſuratus in monaſterium mittitur.* Lamberti ad an. 750.

IX *Otho Friſingenſis* lib. V cap. XXI: *Anno ab incarnatione Domini DCCLI, cum, vt ſæpe iam dixi, regibus Francorum ſolo nomine regnantibus, Maiores domus omnem regni curam adminiſtrarent, Pipinus, qui hanc dignitatem per ſucceſſorem acceperat, Burchardum Herbipolenſem Epiſcopum, & Folradum Capellanum ſuum, ad Zachariam ſciſcitandi gratia miſit. Pontifex ergo melius eſſe, vt ille, qui curam omnium haberet, rex diceretur, quam qui ſolum nomen regis gereret, remandauit. Eo tempore Hildericus ex antiquorum Francorum regum, qui a Meroueo, Clodii filio, Merouingi dicebantur, ſanguine deſcenderat, inane, vt ſupra dixi, regium nomen tenebat. Igitur anno ab incarnatione Domini DCCLII, reuerſis a Roma nuntiis, auctoritate Zachariæ Papæ, Pipinus a S. Bonifacio Moguntino Archiepiſcopo, aliiſque regni Principibus in Sueſſiona ciuitate ad regnum eligitur. Anno ſequenti Zacharia defuncto, Stephanus Papa ſucceſſit. Is cum multa ab Aiſtulfo Longobardorum*
539 *rege pateretur, Pipino ab expeditione Saxonum reuertenti, vbi & nuntium de fratris ſui morte Griphonis habuit, in villa, quæ Cariſius dicitur, occurrit, eumque, vt ſanctæ eccleſiæ ſuæ Romanæ ſuccurreret, rogauit. Anno ab incarnatione Domini DCCLIV Pipinus a Stephano Papa primo a fidelitatis ſacramento, quod Hilderico promiſerat, cum aliis regni Francorum primoribus, abſoluitur, ac detonſo Hilderico, & in monaſterium detruſo, poſtmodum in regem vngitur. Hic Merouingorum regno finito, Carolingorum, per quod etiam Conſtantinopolitanum* Othonis Friſing. chronic. p. 111

politanum minuendum erat, ſapit. Ex hoc Romani Pontifices regna mutandi Edit.I
auctoritatem trahunt. Pipinus igitur re prius, ex hinc nomine ſimul ac re, re- pag.
gnum Francorum gubernauit. Huius diebus floruerunt clariſſimi regni Chriſti Principes, Bonifacius prædictus Moguntinus Archiepiſcopus, Virgilius Iuuauienſium Præſul, Corbinianus Friſingenſis eccleſiæ Antiſtes, & alii quam plures.

Adonis. X *Ado* ætate VI, fol. 213: *Interim dum copiæ parantur, miſit Pipinus Vigardum* *, *Vuisburgenſem Epiſcopum, & Fulradum Capellanum ſuum ad Zachariam tunc temporis Pontificem Romanum, vt interrogarent eum, ſi ita manere deberent reges Francorum, cum pene nullius poteſtatis eſſent, iam ſolo regio nomine contenti. Quibus Zacharias Pontifex reſponſum dedit, regem potius illum debere vocari, qui rempublicam regeret. Reuerſis legatis, abiectoque Childerico, qui tunc regium nomen habebat, Franci per conſilium legatorum & Zachariæ Pontificis electum Pipinum regem ſibi conſtituunt: Childericus tonſuratus, & in monaſterium miſſus eſt.*

* Burchardum (S.)

Aimoini. XI *Aimoinus* lib. IV cap. LXI: *Richardus* * *Vuiziburgenſis Epiſcopus, & Fulradus Capellanus miſſi ſunt Romam ad Zachariam Papam; vt conſulerent Pontificem, de cauſſa regum, qui in illo tempore fuerunt in Francia: qui nomen* 540
tantum regis, ſed nullam poteſtatem regiam habebant. Per quos prædictus Pontifex mandauit, melius eſſe illum vocari regem, apud quem ſumma poteſtas conſiſteret: dataque auctoritate ſua, iuſſit Pipinum regem inſtitui. Hoc anno, ſecundum Romani Pontificis ſanctionem, Pipinus rex Francorum appellatus eſt: & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacra vnctione, manu ſanctæ memoriæ Bonifacii Archiepiſcopi & martyris: & more Francorum, eleuatus in ſolium regni Sueſſionis ciuitate. Hildericus vero, qui falſo regis nomine fungebatur, tonſo capite in monaſterium miſſus eſt. Eodem anno Stephanus Papa venit ad Pipinum regem in villam, quæ vocatur Cariſiacus: ſuggerens ei, vt ſe & Romanam eccleſiam ab infeſtatione Longobardorum defenderet. Venit & Carlomannus frater regis, iam monachus factus, iuſſu Abbatis ſui: vt apud fratrem ſuum precibus Romani Pontificis obſiſteret. Inuitus tamen hoc feciſſe putatur: quia nec ille Abbatis ſui iuſſa contemnere, nec Abbas ille præceptis regis Longobardorum, qui ei hoc imperauit, audebat reſiſtere. Et poſtea: *Stephanus Papa, poſtquam a rege Pipino Romanæ eccleſiæ defenſionis firmitatem accepit: ipſum ſacra vnctione ad regiæ dignitatis honorem conſecrauit, & cum eo duos filios eius, Carolum & Carlomannum: manſitque hiberno tempore in Francia.*

* l. Burchardus. (S.)

Landulfi. XII *Landulphus* etiam a quibuſdam citatur, ſed mihi lectus non eſt, ſicuti neque *Adelmus*, qui cum de legatis ad Pontificem miſſis anno DCCXLIX,
lib. 3. Pontificiſque reſponſo ageret, de hoc apud *Papirium Maſſonum* ſic loquitur: *Data auctoritate ſua, iuſſit Pipinum regem conſtitui.*

aliorum. XIII Recentiores, Naucleros, AEmylios, & alios, qui plurimi ſunt, prætermitto: E vetuſtioribus vero etiam illum, cuius mentio fuit notatione XLI, ex *Venerico*, qui citat etiam libri VIII epiſtolam XXI *Gregorii VII*, pro quo 15 q. 6 can. *Alius*, & in *Hotom.* c. XIII mendoſe *Gelaſius* citatur, qui ante Zachariam tamen & Pipinum annis fuit plurimis.

XLIV NOTATIO 541

Qua in Romana profectione quarta, & Herbipolenſis Epiſcopatus noui erectione dixiſſe ac feciſſe ab Egilvvaldo narratur S. Bonifacius.

I

Zacharia P. R. laus. IN librorum de S. Burchardo duorum priore, capitibus vltimis hæc *Egilvvaldi*, crebrius iam nuncupati, narratio eſt: *Præerat his temporibus Romanæ eccleſiæ Zacharias Pontifex, ſummus ouilis dominici paſtor, tam verbis quam exemplis aptiſſimus, ab Apoſtolo Petro huic Apoſtolico Pontificatui nullo modo incongruus. Hic amplo ſinu charitatis viros ex Germaniæ partibus Romam aduentantes colligere ſolitus erat, ſatagens modis omnibus nouellæ plantationis*

in fide

Edit. I pag. *in fide Chriſti gentes elicere ad expeditionem loci, qui ſicut antiquitus per ſecularem potentiam mundi caput extiterat, ita ſub euangelicæ gratiæ tempore per ſuſceptum Chriſti imperium, & principis Apoſtolorum, gentiumque doctoris martyrium ac ſepulturam, in primatum vniuerſalis eccleſiæ profecerat.*

II *Cum autem eidem Apoſtolico patri Moguntini Archipræſulis aduentus innotuiſſet, præmeditari cœpit, ſi quid cum tanto viro dignum Deo cooperari valeret. Audierat enim iamdudum ſanctitatis eius famam longe lateque vulgatum. Veruntamen cum ad hoc peruentum eſſet, vt, poſt ſibi datos amplexus, mutuis fruerentur colloquiis, cœpit Romanus Pontifex percontari, quo rudis adhuc Germanorum fides munimine fulciretur religionis, vtrumne gentibus ſub diſciplinatu proficientibus nouæ eruditionis, diuini reſpectus lucerna ſemper reſplendeat in augmentatione populi fidelis. Hinc B. antiſtes Bonifacius, cum de*
542 *his & de omnibus, quæ interrogatus fuerat, veram ac diſtinctam reddidiſſet rationem, in extremis faſſus eſt, hanc ſibi maxime fuiſſe veniendi cauſſam, vti Vuirciburgenſe oppidum, diœceſi ſuæ contiguum, Apoſtolicæ auctoritatis munimento cathedram Epiſcopalem ſortiatur. Retulit etiam venerandus heros cauſſam eiuſdem religioſæ intentionis in audientia tam Domini Apoſtolici, quam vniuerſalis, quæ tunc forte congregata fuit, ſynodi, ſcilicet quod quidam ſanctiſſimæ conuerſationis vir Scotigena Kilianus, olim ab Apoſtolica ſede Francis orientalibus prædicator directus, & apud ciuitatem prædictam martyrio cum ſociis conſummatus, modo multis miraculis ad tumbam ſuam clareſcat, & propter ipſum diuini fauoris indicium, Regi Francorum, cunctiſque ſuis Optimatibus placere, vt ad incrementum eccleſiæ, ſalutemque tam nobilis prouinciæ, ſedes Epiſcopalis ibidem fiat. Laudabant omnes Chriſtiani Regis deſiderium, magnificabant ad hoc beneuolentiam Principum, induſtriam Præſulis, profectum eccleſiæ creſcentis.*

eius & Bonifacii mutuum colloquium.

III *Tunc Bonifacium diligenter cœpit percontari primo, quænam huic officio perſona poſſet legari, dicens, rudibus in fide plebibus minime congruere neophytum, ſecundum præcepta doctoris gentium. Dehinc ſi adhuc de fidelium collationibus vel oblationibus Epiſcopio ſufficerent prædia, quibus pauperum neceſſitas, cleritorumque ſuſtentaretur inopia: aſſerens, Epiſcopum familiæ Chriſti diſpenſatorem, ſibi ſubiectis non modo ſpiritualem, ſed etiam victum prouiſurum eſſe carnalem. B. igitur Bonifacius munificentia charitatis præditus, prædiorum Epiſcopii ſui partem, Romano Pontifici complacitam, Vuirceburgi Epiſcopio delegauit: vt futurus ibidem Epiſcopus, ſicut conſors exiſteret laboris dominici, ita etiam fieret temporalis particeps ſuſtentationis, iuxta illud Apoſtoli: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.*

Speciatim de instituendo Wirzburgi Episcopatu.

His rite peractis a Romano Pontifice iterum perſona diſquiritur, quæ huic
543 *officio idonea deſtinetur. Tum vero admirandæ prudentiæ vir, Moguntinus Antiſtes, omni honore dignum Presbyterum Burchardum in medium deducens, cœpit illum laudibus proſequi, ſuumque probabile teſtimonium illius ſuperaddere probitati: aſſerens, hunc ab occiduis partibus ante annos aliquot in ſuorum ſociorum contubernium aduenisse, & ex hoc nihil vnquam in eo, quod Pontificali dignitate videretur indignum, reperiſſe. Adhæc Papa glorioſus, corde vultuque iam hilarior effectus, Agamus, inquit, fratres gratias prouidentiæ Saluatoris noſtri: quia, vt vere dicitur, a ſolis ortu vſque ad occaſum laudatur nomen Domini. Ab occaſu veniſſe teſtatur, per quem diuina pietas veri ſolis ortum rudibus miniſtrabit populis. Proſequamur ergo alacriter per noſtrum officium, quod diuina credimus ordinatione diſpoſitum: ſed antea communi deuotione Chriſti pulſemus clementiam, quatenus ſuam noſtro miniſterio porrigere dignetur dextram.*

IV *Poſt hæc inito conſilio Coepiſcoporum, Cardinalium, totiusque Romani concilii, cunctorum corda ſimul & ora fauorabiliter concordantia ſibi inuenit, quatenus Vuirceburgenſis ciuitas orientalis Franciæ, cathedra Pontificatus inſigniretur: nec non & Burchardus, tam excellentis teſtimonii Presbyter, ibidem primus ab ipſo ſummo Sacerdote Præſul ordinetur & conſecretur. Quod mox ipſe cum omni deuotione & gaudio ſpiritali, tota Romana cooperante eccleſia, feſtinauit adimplere, ritéque peractum Apoſtolica auctoritate, ratis quoque tam*

Episcopatus Wirzburg. institutio & Burchardi electio.

ſæcularibus, quam eccleſiaſticis adſtipulationibus, canonice ac iure gentium mo- Edit. pag.
ordinatio. *dis omnibus curauit confirmare. Nam vbi S. Zacharias electum Burchardum*
Chriſti chriſmate propriis manibus perfuſum, Chriſto chriſtum Domini ſatis ſu-
perque myſticis imprecationibus eccleſiaſtico more commendauit, atque ſacrauit,
priuilegiis eum Romanæ auctoritatis ſufficienter contra improbitates reproborum 544
armauit: monitis paternis, quomodo paterne nouellam Chriſti vineam excoleret,
inſtruxit: qualiter etiam paruam adhuc & inexercitatam nauiculam inter immen-
commendatio. *ſos fluctus ſeculi gubernet, diligenter conſolatione S. Spiritus animauit. Ad ex-*
tremum litteris commendatitiis, ſuo nimirum ſigillo more maiorum impreſſis, ad
Principis Pipini patrocinia, cunctorumque fidelium Chriſti remiſit: & quod omni-
bus his excellit, Sanctorum reliquiis ad ædificationem & tutelam nouæ eccleſiæ co-
pioſe ditauit.

Bonifacii & Burchardi abitus. V *Deinde vterque Præſul facultatem recedendi rogant a magiſtro, eius-*
que pedibus aduoluti, benedictionis Apoſtolicæ contra omnia tam inſtantis itine-
ris diſcrimina, quam vniuerſa vtriuſque hominis in huius ſæculi pelago pericu-
la, benigno muniuntur ſolatio. Sic vtique de cunctis, pro quibus venerant,
reſponſis apprime certificati, proprias ad ſedes redituri, cum maximo gaudio
ſunt iter aggreſſi. Quos Romanus Pontifex, non ſine lacrymis paternæ pieta-
tis, huiuſmodi proſequutus eſt vocibus & votis: Ite, inquit, iam in pace Chri-
ſti, fratres chariſſimi, cooperatores agri dominici, ſeminatores verbi diuini.
Creſcat & multiplicetur fructus laboris veſtri, rore vel imbre nutritus S. Spiri-
tus. Cauete, quæſo, ne vobis, quod abſit, torpentibus vel dormientibus, in agro
ſummi patrisfamilias zizania ſuperſeminet inimicus. Continuo intendite tempus
meſſis, quando manipuli laborum veſtrorum dominici condantur in horreis potius,
quam faſciculi zizaniorum tradantur incendiis. Comitetur vos ſemper angeli-
cæ protectionis auxilium, quo perficere poſſitis omni tempore ſuſceptum ſacerdo-
tale miniſterium. Suffragetur inſtanter, & in dies veſtræ ſollicitudini ianitor
cæleſtis aulæ, a cuius ſacratiſſima cathedra officium ſuſcepiſtis paſtoralis curæ.
Ipſius & preces vitam veſtram tueantur, quæ tempore tentationis Saluatoris
tutela defenſa eſt, ne a Satana velut triticum cribraretur.

Aduentus Wirzburg. VI *Tranſmiſſa dehinc, gratia* CHRISTI *eos protegente, abſque vl-* 545
lius læſionis impedimento, alpium difficultate, DEI *quoque cum laudibus & can-*
ticis ſpiritualibus, poſt longa Bauariæ prouinciæ ſiue Alemanniæ ſpatia emenſa,
gratos orientalis Franciæ fines attingunt, in cuius pæne medio poſitum ad oppi-
dum Vuirceburgenſe perueniunt. Quibus tam inibi inhabitantium, quam ex vicinis
locis multitudo hominum ingens occurrebat. Nam fama præueniens huc illos
Procerum Franciæ lætitia. *congregauerat. Qui omnes ad fontem vitæ corda ſitientia Chriſti ſacerdotibus*
offerebant; ac ſupplicibus admodum clamoribus ipſum aerem vſque ad ſidera, vt
ita dictum ſit, implebant: Bene, inquiunt, venite patres benedicti a Domino,
venite ſerui DEI *excelſi, venite laboratores animarum noſtrarum: augmenta-*
te diuini ſemina verbi, a B. Kiliano olim nobis miniſtrata, quo vomere ſermo-
num veſtrorum exculta tellus noſtrarum mentium, dignos queat fructus ferre fi-
Bonifacii item & Burchardi, *dei bonorum operum. Quibus auditis, vterque Præſul præ gaudio lacrymas*
fuderunt: ſuisque benedictionibus Chriſti gregem conſignantes, eidem paſtori pa-
ſtorum tam deuotas oues intimis precibus commendarunt.

illiusq; vaticinium. VII *Inter hæc egregius Archipræſul Bonifacius, in exultatione Spiritus S.*
iam hilarior factus, in auribus omnium, huiuſmodi benedictionis & vaticinii
ſermonem protulit: Felix eris amodo Vuirceburgum, & inter Germaniæ non
ignobilis vrbes: & quamuis temporibus quarundam ciuitatum poſtrema haberis,
tamen exornata corporibus martyrum, inferior vltra non haberis. In numero
Trinitatis martyribus tribus fulciris, ad ſuppletionem te tradis: ecce probitas
iam acceſſit Burchardi Pontificis.

Burchardi præſentatio. VIII *Interea peruentum eſt ad locum orationis: vbi fuſis precibus, ar-*
reptum manu nouum Pontificem Romanus Legatus, id eſt, magnus Bonifacius,
conſpectibus præſentauit totius populi circumſtantis. En, inquit, noſtra ſolli-
citudine vobis, fratres, acquiſitum, a Romana & Apoſtolica ſede conſecratum at- 546
que directum repræſento Pontificem, neceſſarium nouellæ fidei veſtræ, a magi-
ſtro meo Zacharia mihi commendatum, exhibeo patrem. Huic non adulato-

rium

Eck. I p. 8 ctum vel fictum, ſed verum & experimentis probatum, in conſpectu & auribus omnium veſtrum, exhibeo teſtimonium, idipſum nimirum, quod tam coram Principe Pipino, quam coram vniuerſali Sacerdotum magiſtro me conſtat perhibuiſſe nuper in Romano Concilio, in medio fratrum noſtrorum, videlicet quod meritis, ſcientia, conditione & ætate, omnimodaque conuerſatione, pontificali eſt officio dignus & idoneus, ſicuti iuſtum eſt, ita me ſentire de huiuſmodi collaboratore, cui ſecurus mei laboris impertiar onus. Neminem autem veſtrum volo ignorare, filioli, cauſſam iſtius, quod hodie in nomine Chriſti eiuſque ſponſæ coniunctione initiamur, officii. Primus itaque fundator veſtræ fidei Kilianus, ab Apoſtolica vobis paſtoralitate tranſmiſſus, fidem, quam verbis docuit, hoc ipſo in loco martyrii teſtimonio comprobauit. Ecce idipſum præſentis tumuli loquitur confeſſio, vbi ad eius ſociorumque illius corpora, per ſanitates & miracula credulitatis veſtræ diuinitus exercetur diu noctuque confirmatio. Hæc mihi primum gratia Chriſti per quendam fratrem noſtrum innoteſcere voluit, Adelhelmum ſcilicet Presbyterum, qui lumen oculorum, DEI iudicio ſibi ablatum, hic iuxta glebas martyrii meritis eorundem recepit. Deinde numeroſis tanta ſanctitudo ſignis in noſtra diœceſi manifeſtata, viſa eſt tam mihi, quam cunctis circumquaque fratribus noſtris non eſſe negligenda. Nunc vero virum hunc, omni honore dignum, conſenſu Principum electum, Apoſtolica confirmatione conſecratum, vice noſtra & legatione Romana, qua fungimur, vobis hodie proprium conſtituimus & præſentamus Epiſcopum: quatenus ab hodierna die & deinceps vniuerſa ſacramenta eccleſiaſtica, id eſt, chriſma, & conſe-
847 crationes & ordinationes, pœnitentiæ ac indulgentiæ per hunc patrem veſtrum, ſuosque ſubiectos ac ſucceſſores canonice adminiſtrentur, neque hæc vltra, vt prius, Moguntiæ vel vſpiam alibi, a nobis ſeu poſteris noſtris expetantur. Hunc vice Chriſti, cui credidiſtis, honorate. Huic Chriſti vobis præcepta tradenti, ac de cælis miſſo diligenter auſcultate: ipſi etiam, vtpote pro vobis in die iudicii rationem redditoro, per omnia & in omnibus obedite. Decimas & oblationes, ſynodales conuentus, feſtiuitates & ieiunia, ac quaſlibet alias chriſtianitatis obſeruationes, vt vere chriſtiani Chriſtique coheredes, per ipſum vobis impoſita, iuxta canonum decreta perſoluite: ſed & de his omnibus in illa æterna vita mercedem æternam a iuſto iudice, eodemque pio remuneratore, certiſſime ſpectate.

IX *Hæc multaque ſimilia bis poſtquam perorauit, ilico vox omnium quaſi vox vna in electionem & ſuſceptionem tanti Pontificis vnanimiter concordauit.* *Cetera Bonifacii acta ibidem.* *Tunc Senior almus litteras Apoſtolicas, Vuirceburgenſis Epiſcopatus inſtitutionem confirmantes, plebique præſenti, nec non in futurum vſque ad finem mundi ibidem Chriſto crediture, conſolationem abundanter exhibentes, publice recitari præcepit: ſicque tam a DEO, quam ab hominibus electum Antiſtitem eccleſiaſtico more cum infinita cunctorum, qui aderant, alacritate atque tripudio inthronizauit. Deinde plebem ad propria remittens, ipſe cum Magnatibus cuncta, quæ ius Epiſcopii, iuxta patriæ morem, exigebat, per aliquot ibidem dies commorans, venerabiliter diſponebat: id eſt, terminum vndique nouæ diœceſi, prout competens videbatur, diſtinguebat, parochias Presbyteris per ſingulas plebes gubernandas diuidebat: & ſi qua, præter hæc, res expoſtulauit, vna cum notitio Præſule conſtituebat. Tundem vniuerſis, quæ ad præſens negotium per-*
848 *tinebant, domi foriſque, prout poterat, non ſegniter compoſitis, vnanimi valefecit amico & Coepiſcopo Burchardo: quem in propria ſede relinquens, ipſe Moguntiæ metropoli ſe præſentaturus, poſt mutuas vtriuſque lacrymas, ad propria repedauit. Acta eſt hæc noua inſtitutio noui Pontificatus apud vrbem Vuirceburg, anno Dominicæ incarnationis DCCLI, anno vero LXII poſt paſſionem SS. martyrum Kiliani ac ſociorum eius, quæ incidit in annum incarnationis Dominicæ DCLXXXIX.*

X Sed quomodo hæc iſto facta tempore? Nonne in Carlomannica ſynodo, quæ anno DCCXLII habita, inter Epiſcopos, & quidem primo ſtatim poſt S. Bonifacium loco, recenſetur Burchardus? An librariorum aliqua in numeris erratio? Ita in Kiliani vitam nota VIII ratus ſum. Sed Zacharias, qui S. Burchardum Epiſcopatu inauguraſſe traditur, anno primum DCCXLI die Decem- *Temporis ratio ex hac narratione.*

bris quinto, Pontifex electus eſt: ſynodus vero illa, ſequente anno, die XXI Edit. … Aprilis, conuenit. Valde igitur cito S. Burchardum feciſſet Epiſcopum Pontifex, valde cito ille factus iam Epiſcopus in Germaniam Roma, qui ſynodo intereſſe illi potuit, rediiſſet, cum eoque S. Bonifacius. Poſſunt iſta eſſe omnia. Nouos tamen adhuc ſcrupum illum eximendi modos duos propono. *Vnus* eſt, vt alius dicatur Burchardus, qui in ſynodo, alius qui Herbipoli poſtea fuit Epiſcopus. Nam lib. II vitæ cap. X, qui a S. Bonifacio ad Zachariam miſſus eſt, vocatur *Buchardt*, & a *Crantzio* lib. I Saxoniæ cap. vltimo, *Burchardus*, qui in regia Pipini cauſſa, Romam cum Fulrado miſſus fuit, dicitur *Archiepiſcopus Bituricenſis*. Sed iſtud negant ſcriptores alii omnes. Ideoque *modus alter* eſt, vt S. Burchardus anno DCCXLII eſſet iam a S. Bonifacio Epiſcopus deſignatus, Epiſcopique in fide Chriſti prædicanda munus obiret, poſtea vero a Zacharia conſecratus, & a S. Bonifacio Herbipolenſibus datus fuerit, prout varie ipſemet S. Bonifacius fuit Epiſcopus, eiuſque diſcipuli Gregorius, Eobanus, alii; quin *Wion* lib. III *Abel*, ait, *vocatur a Trithemio & nonnullis aliis Archiepiſcopus Rhemenſis, non quod eccleſiam gubernarit Rhemenſem, ſed quia in ea metropoli Archiepiſcopus fuit ad infidelium conuerſionem.* Eſt autem iſte Abel, de quo antea.

Modi duo illi eximendi.

p. 263.

Enimuero, iuuat hic audire doctiſſimum *Mabillonium*. Is vero ſecul. III Benedict. parte I in obſeruationibus præuiis ad vitam S. Burchardi, *Egilvvardo* auctore ſcriptam, n. V p. 699 ſic: *Ordinationis Burchardi tempus non an. DCCXLVI*, vt Lamberto, Hermanno & Sigeberto *videtur*, *non DCCL*, *quod* Mariano *placet*, *aut* DCCLI, *quod* Egilwardo, *ſed anno DCCXLI collocandum eſſe, certiſſimum videtur; tum, quia iam Epiſcopus ſynodo interfuit Germanica an. DCCXLII, XI Kal. Maii, in cuius ſynodi actis in lib. I vita Bonifaciana cap. XXXIV (42) ab* Othlono *relatis primus poſt Bonifacium nominatur* Burcardus: *tum quia confirmatoria* Zachariæ *epiſtola ad Bonifacium ſcripta, & alia ad ipſum* Burchardum de ſua ordinatione *data ſunt* indictione XI, Kal. April. *i. e. ineunte anno DCCXLIII; tum denique, quia* Zacharias *Papa encyclicas litteras initio ſui Pontificatus Gallia & Germania Epiſcopis directas etiam* Burchardo Wirtzenburgenſi Epiſcopo *inſcribit: qua epiſtola inter Bonifacianas eſt ordine CXXXVI. Accedit, quod epiſt. XIX, quam Ethelbaldo, Anglorum Regi, direxerunt* Bonifacius, Wera, Burckart, & Warbert, & Abel, & Willibald Coepiſcopi, *ſcripta fuit ante concilium Cloveshovienſe. an. DCCXLVII celebratum, cui occaſionem epiſtola prabuit. Pene oblitus eram, Burchardum iam Epiſcopum Bonifacio, VVillibaldum Epiſcopum Eiſtetenſem ordinanti, miniſtrum adfuiſſe, vt ſcribit ſanctimonialis, illius temporis aqualis, in vita* S. Willibaldi, *vbi* Burchardus S. *dicitur.*

XLV NOTATIO 549

An Traiecti fuerit Archiepiſcopus S. Bonifacius?

I

Multis ita viſum.

R*ixfridus* Traiectenſis Epiſcopus in epiſtol. ad S. Ludgerum, Monaſterienſem Epiſcopum, diſerte S. Bonifacium *Archiepiſcopum Traiectenſem ſecundum* appellat: ipſe vero *S. Ludgerus* in epiſtola de S. Swiberto cap. II *Moguntinenſis & Traiectenſis eccleſiarum Archiepiſcopum.* Sicque in Belgii Sanctorum indiculo *Molanus*, *Hadrianus Barlandus*, & *Gerardus Nouiomagus* in Traiectinorum Epiſcoporum catalogis *.

* *Mabillonius* itidem obſeruat. præuiar. ad vitam Bonifacii § IX p. 3, *Pagi* critic. Baron. ad an. DCCLV n. X p. 297, Liudgeri nixus teſtimonio; quin & *Schurzfleiſchius* hiſtor. veteris regni, populique Burgundionum cap. III § III p. opp 198, *Bonifacius, qui ex Anglia in Freſonum, Francorumq; oras venit,* Moguntiæque & Traiecti ad Rhenum *Antiſtes euaſit.*

quomodo id accipiendū videatur.

II Sed videtur aut latiore modo id accipiendum, aut dicendum, non ſtatim atque in Friſiam remigrauit, Archiepiſcopatum illum tenuiſſe. Extat enim eius ad Stephanum Papam epiſtola, qua narrat, abs ſe, Carlomanni Francorum, antequam monaſticum vitæ inſtitutum complecteretur, Principis iuſſu, poſt S. Willibrordi mortem, *Epiſcopum illic ordinatum.* Ideoque vel tantummodo qua legatus Apoſtolicus & inſignis ea in vinea operarius, eccleſiæ illius Archiepiſcopus dicendus, vel vere fuit Archiepiſcopus, ſed ab eodem Sergio Papa poſtea inſtitutus, cum B. Lullum Moguntiæ Archiepiſcopum iam feciſſet, in ipſaque Friſia plura hominum millia CHRISTO Domino adiungeret.

Edit. I pag. III Atque hoc poſterius videtur verius, partim quia & citatorum Rixfridi, ſanctique Ludgeri atteſtationibus magis conſonum, & obſcure quidem ſatis, ab noſtro tamen *Otblono* etiam ſignificatum, dum lib. II c. XXIV (*l g. XXV*) ait: *Tantam gratiam Dominus famulo ſuo* (Bonifacio) *contuiit, vt poſt paucos dies multa millia virorum ac mulierum cum commilitone ſuo Chorepiſcopo Eoban baptizaret. Hunc namque ad ſubleuandam ſenectutem ſuam, iniuncto ſibi Epiſcopatu, in vrbe, quæ dicitur* Thret, *ſubrogauit* †. *vero ibi archiepiſcopus fuiſſe, verius videtur.*

† Idem viſum doctiſſimis, quos modo laudaui, viris, *Mabillonio* & *Pagio* locis citatis.

Eadem aliis paulum verbis in *S. Willibaldo* ſunt cap. X; ſed *Eobani* nomen in edito illic legitur *Doban:* in manu vero ſcriptis bibliothecæ S. Galli codicibus, quos inſigni diligentia excuſſit *Gretſerus* noſter, *Eoban.* Ex ea tamen lectionis varietate, temporiſque ratione ipſum fere ſuſpicor, qui ſupra notat.
550 XXXI in Carolomannica ſynodo ſcribitur *Dadanus* aut *Edanus:* ſicque Traiectenſis Epiſcopus quidem ſecundus fuiſſet Eobanus; ſed Archiepiſcopus ſecundus S. Bonifacius, cuius in Friſia præſentis, & laboribus plurimis, grauiſſimiſque diſtenti ac ætate fracti eſſet ille *Chorepiſcopus*, ſeu vicarius Epiſcopus, aut loco eius Epiſcopales obiens functiones, quo modo in *S. Ludgeri* vita cap. VII Albertus S. Gregorii *Chorepiſcopus* dicitur: ſicuti ab ipſo etiam *S. Ludgero* in eiuſdem Gregorii vita: vbi, quod ad iſtum item locum ſpectat, ſic ſcriptum: *Seneſcente S. Willibrordo in opere Dei, & ſtabilito in Epiſcopatu in loco, qui nuncupatur Traiectum, & alio nomine Wiltaburg, & migrante ad Dominum de hac luce, ſucceſſit S. Bonifacius, idem Archiepiſcopus & martyr, quem oculis meis ipſe vidi candidum canitie, & decrepitum ſenectute, plenum virtutibus, & vitæ meritis.* Hæc *S. Ludgerus.*

De Chorepiſcopis Bellarminus *lib. I de Cler. cap. XVII.* (S.) Ceterum res ita habet. Poſt Willibrordum Epiſcopus Traiectenſis fuit Bonifacius, & quum ſenio prægrauaretur, Coepiſcopum adſumſit Eobanum. Conf. *Mabillonius* & *Pagi* locis citatis. Eobano iuxta cum Bonifacio indigniſſima morte affecto, eccleſiam Olt-traiectenſem regendam ſuſcepit Gregorius; quo rurſum videatur *Mabillonius* l. d. *Licet autem*, ita *Pagi* ad an. DCCLV n. XIV p. 298, *S. Bonifacius* Archiepiſcopus *tunc appellaretur, vt liquet ex diplomate* Pippini *Regis an. DCCLIII n. VI citato*; Vltraiectenſis *tamen* Epiſcopus *tantum erat: indeque idem* Pippinus, *qui ibidem Bonifacium* Archiepiſcopum *ſimpliciter & ſine addito vocat, in alio diplomate in fauorem eccleſiæ Vltraiectinæ emiſſo, & a* Cointio *an. DCCLIII n. XXVI relato, ita loquitur:* Apoſtolicus vir & in Chriſto pater Bonifacius, vrbis Traiectenſis Epiſcopus, clementiæ regni noſtri ſuggeſſit *&c.*

IV Porro qui tam Eobano Epiſcopo, quam Bonifacio Archiepiſcopo illa in eccleſia ſuccederet, ordinatus ſeu deſignatus fuit ab ipſo S. Bonifacio idem S. Gregorius; ſed quia is, vt ſupra monſtratum eſt, notat. XXX, Epiſcopali ordine initiatus nunquam fuit, *Chorepiſcopum* habuit *Alubertum* Anglum, ſucceſſorem vero *Albricum* nepotem, quem S. Ludgeri vita commendat cap. VIII & IX, & *S. Ludgerus* in B. Gregorii vita, vocans eum *huius electum filium, in quo totius domus ſpes magna incubuit.* *Bonifacii in eodem ſucceſſores.*

V Ceterum S. Eobani corpus eodem loco & modo Erfurti eſt, qui de S. Adelario notatus notatione XXIX, prout ſuis quidem litteris mihi ſignificauit eccleſiæ illic B. Virginis R. D. Decanus, *Io. Cornerus* *; & tamen in citato Indiculo Belgico ita *Molanus* †: *Corpus Athalarii in tumba portatili quieſcit Traiecti in antiquo, vel potius in antiquato monaſterio S. Saluatoris.* Et poſtea *: *S. Eobanus, qui etiam Euban dicitur, Epiſcopus & martyr. Collega fuit ſanctiſſimi Bonifacii Archiepiſcopi, in Friſonum conuerſione, & die V Iunii in martyrii perceptione. Quieſcit in feretro Traiecti ad S. Saluatorem, vbi inſcribitur Chorepiſcopus. Sed Becanus in hiſtoria Hollandiæ Coepiſcopum vocat. Similiter* *Eobani reliquiæ Erfurtum translata dicuntur.*
551 *ter legitur in Bedæ martyrologio, & conſtanter apud Vſuardum, cuius, ea de cauſſa, permulta exemplaria conſului.* Immo & ſecundus liber hiſtoriæ Bonifacii expreſſe *Epiſcopum* nominat. Sed nimirum eam Epiſcopi vocem pro *Chorepiſcopo* Suriana poſuit immutatio. Francofurtenſis vero MS. S. Willibaldi codex cum Becano *Coepiſcopum* vocat *Cœbaneum*, qui & a *Trithemio* lib. III de viris illuſtr. ord. Bened. cap. CLXXVI *Cobanus*, a *Petro* in Catal. lib. V c. LXXXVII corrupte *Eobaricus*.

* *hoc anno die XXVIII Febr.* † *p. 15.* * *p. 18.* (Serar.)

Ex his vero colligitur, vel e Friſia ſanctas illas reliquias Erfurtum translatas, vel Eobanos & Adelarios eſſe diuerſos. Translatos ait *Wion* lib. III, & *Erfurtenſe Breuiarium* *, in quo duplex horum indicatur translatio: vna e Friſia Erfurtum, altera e veteri & collapſo B. Mariæ Erfurtenſi templo in nouum. Et prior quidem facta eſt, cum ſanctus ipſe Bonifacius ex eadem Friſia reueheretur; poſterior vero anno MCLIV, ſed diuerſis diebus. Beati enim Eobani oſſa translata VII Kal. Auguſti: beati vero Adelarii XII Kalend. Maii. quo die beatum iſtum martyrio affectum incaute ſcripſit lib. III de viris illuſtr. ord. Bened. c. CLXXV & l. IV c. CLXXXIII *Trithemius*. Sed de hoc iterum ſequente notatione, & in Archiepiſcopo XXIX ac XXXI. Edit. I pag.

* lib. 4.

XLVI NOTATIO

De S. Bonifacii martyrii occaſione, loco, & ſociis.

I

Occaſio. MArtyrii occaſio fuit eiuſmodi. Poſteaquam plurimos baptizaſſet S. Bonifacius, altero Chriſtianorum ſacramento, quod *confirmationis* dicitur, ipſos initiare volebat, prout Apoſtoli Act. VIII ℣. 16. 17. Et quia magna illorum erat multitudo, in patentibus campis, quod ſanctum etiam Cuthbertum Epiſcopum feciſſe narrat in eius vita cap. XXXII *V. Beda*; ei myſterio dandam iudicauit Sanctus operam. Atque vt ordine ac modo fierent omnia commodiore, diem ei rei certum præſtituerat, qui Nonarum eſſet Iuniarum pridianus, idque tempus, & locum, in quem conueniendum eſſet, de quo paullo poſt, longe ac late omnibus promulgari curarat.

Locus. II *Locus* autem in Friſia eſt, & vocatur in *S. Ludgeri* vita cap. IX *pagus Oſtrache*: in epiſtola vero *Rixfridi*, & in epiſtola vero *S. Ludgeri* ad hunc, *vicus Dokem*, in meo MS. *villa Dockum*, hodie vrbs *Doccomium* Leowardienſis diœceſis, vt ait *Molani* Indiculus, & apud *Wionem* lib. III ligni vitæ *Cornelius Kempius* Docomienſis lib III de origine Friſiorum c. XXII & XXIII. Sed ſi vel modice animum aduertimus, nullus erit diſſenſioni vlli locus. Quos enim vocat in lib. de Germania *Tacitus Friſios maiores & minores*, eos appellant *Ooſtfriſios & Weſtfriſios*, id eſt, orientales, & occidentales Friſios. *Ooſtfriſios*, ait *Bertius*, *voco non eos, qui hodie illud ſibi nomen vſurpant, Embdanos (hi enim ſunt Chauci minores) ſed eos, in quibus numerantur Stauria, Sneca, Franicum, Harlinga, Doccomium, Leouardia. Weſtfriſios dico eos, qui in extrema Hollandiæ ora Northollandi appellantur, ſuntque continui Caninefatibus ex deſcriptione Pliniana. Diuiditur autem omnis iſte tractus in Comitatus Ooſtergovv & Weſtergovv*, ſiue, vt olim loquebantur, in regnum orientale *Oſterreich* & occidentale *Weſterreich*. Has autem duas partes diuidebat amnis *Bordne*, aut *Borthne* vocatus *, ad quem ſitum *Dokomium* †. 157

p. 273.

* Item *Burdo*, *Burde*. Conſentit hac in parte *Fredegarii continuator* cap. XIX, vbi *VVeſtrachiam & Oſtrachiam* (ſic enim legendum) *inſulas Friſionum penetraſſe* dicitur Carolus Dux Francorum, *& ſuper fluuio* Burdone *caſtra poſuiſſe*. *Mabillonius* ad Willibaldi vitam Bonifacian. n. XXXVI p. 23.

† *S. Anſgarius* in vita Willehadi cap. III p. 656; *Venit in Freſiam ad locum, qui dicitur* Docyncyrca, *quod eſt in pago* Hoſtracha, *vbi & Dominus Bonifacius olim martyrio coronatus fuit*.

Sanctus igitur Bonifacius in regni orientalis ſiue ipſius *Oſtrache*, aut vt vocat S. Willibaldus, *Oſtarr* interfectus eſt vico, cui *Dokem* appellatio. Atque hoc ſignificant *S. Willibaldus* c. II, & *Othlonus* lib. II c. XXV *, dum ait, *cum veniſſent ad flumen quoddam Borthne vocatum, quod eſt in finibus eorum, qui dicuntur ruſtica lingua Oſter & Weſterriche* †. Atque hinc inſignis poſtea fratrum conuentus Doccomii extitit, vti monſtrant citati *Rixfridus* & *S. Ludgerus*. atque duorum iſtorum iſte, cum Presbyterii gradum percepiſſet, conſtitutus ibidem ab Traiectenſi Epiſcopo Albrico fuit paſtor, ac eorum, quæ ad ſalutem ſpectarent, magiſter, prout in eius vita c. IX hiſce verbis, quæ loco huic ſplendoris non parum conciliant, recitatur: *Quia Friſones adhuc rudes erant in fide, Ludgerum Albricus tam propter fidei puritatem, & mentis conſtantiam, quam propter ſuos parentes, qui apud eos potentiſſimi habebantur, doctorem*

* leg. c. XXVII

eccleſiæ

Edit. I p. 553 *eccleſiæ conſtituit in pago Oſtrache, in loco, quo S. Bonifacius martyrio eſt coronatus. Dignus plane vel tali loco ſacerdos, vel tanto locus ſacerdote. Nam & talis ſacerdos non iniuria illum meruit locum, qui tanti martyris ſanguine eſſet dedicatus: & locus talis tanto dignus erat ſacerdote, qui ipſi, cuius martyrio locus ipſe inſignis habetur, non immerito adæquandus videretur. Ita viciſſim vel locus ſacerdotem, vel locum commendat ſacerdos.*

Apud *Wionem* loco citato, de eccleſia ibidem in S. Pauli & S. Bonifacii memoriam exſtructa, verſus iſtos fundit *Alcuinus* *:

Hic pater egregius meritis Bonifacius almis
Cum ſociis pariter fundebat ſanguinis vndam.
Inclita martyris ſumentes ſtemmata ſacri.
Terra beata nimis Sanctorum ſanguine diues!
Tranſvolat hic victor miles ad præmia cæli,
Vltima ceſpitibus iſtis veſtigia linquens.
Suadeo quapropter, curuato poplite ſupplex,
Tu quicumque legis, terris his oſcula fige.
Speſque tibi fiat, lachrymis aſcendere cælum.
Hic potuiſſet ....
Hic manet ille cruor, cuncto pretioſior auro,
*Membraque cæleſti rore hac * perfuſa quieſcunt.* * *hic*, Mabillonius.
Adiuuat hinc Paulus, doctor Bonifacius inde.
Hæc illis quoniam conſtat ſimul aula dicata.

553 * Qui tamen inter *Alcuini* epigrammata non exſtant, vt iam obſeruauit *Mabillonius* append. ad vitam S. Bonifacii n. XII p. 90.

III Sacræ porro laureæ quot & qui fuerint *ſocii*, non eſt vna eademque omnium aſſeueratio. *V. Beda* in Epitome ita loquitur; *Bonifacius, qui & Winfridus, Francorum Epiſcopus cum LIII martyrio coronatus eſt.* *Hucbaldus* de S. Lebuino cap. VIII; *B. Pontifex Bonifacius verbum Dei euangelizans Friſonibus, cum ſuis comminiſtris, vt ferunt, LII martyrio eſt coronatus.* *Rixfridus* vero in epiſtolæ ſuæ ad S. Ludgerum principio: *Apud nos in noſtro con-* Socii.
554 *uentu Friſiæ in vico Dockam, in quo B. Bonifacius, II Traiectenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, vt tibi peroptime conſtat, cum LI fratribus, martyrium pertulit.*

Ac omnium quidem nomina litteris in vitæ libro exarata ſunt: ex iis tamen ſola hæc XI ab *Othlono* recenſentur cap. XXIV * lib. II. * *leg.* c. XXV

I *Eoban*, ſeu vt ſupra dictum eſt, *Eobanus*, Epiſcopus Traiectenſis.

II	*Wintrung*	Presbyteri tres.	Eadem vero nomina varie in MS. & impreſſis efferuntur. ſed in Bedæ Martyrologio decem ſic:	I	*Vuintruge*	Huiuſmodi enim nominum terminationes in eiſdem Bedæ hiſtoria ſæpe ſunt.
III	*Waltheri*			II	*Vvalthere*	
IV	*Adalberi*			III	*Scirpalde*	
V	*Hamunt*	Diaconi tres.		IV	*Boſan*	
VI	*Skirbalds*			V	*Hamond*	
VII	*Bderſo*			VI	*Adelhere*	
VIII	*Vaccar*	Monachi quatuor.		VII	*Wancare*	
IX	*Kundekar*			VIII	*Gundacare*	
X	*Williberi*			IX	*Vvillehere*	
XI	*Hadolf*			X	*Athaliolfe*	

Socios martyres ita deſignat Anonymus: Illuceſcente igitur glorioſi certaminis die S. Eobanus eius cooperator & Coepiſcopus, vita cum decenis ſociis, videlicet Preſbyteris, Monachis, Diaconibus, quorum hæc ſunt nomina, *VVintrung* & *VValthere*, ſimul & *Adelhere*, ſacerdotali gradu ſublimati; *Hamund*, *Scirbald*, & *Boſa*, Leuitici ordinis officio deputati; *VVaccar* & *Gundecar*, *Illehere* & *Bathewolf*, monachicæ vitæ ſubditi &c. *Eadem fere nomina habent, cum* Willibaldus & Othlonus, *tum* HRabanus Maurus, & Notkerus *monachus in Martyrologiis; niſi quod* Othlonus *pro* Boſa *legit* Bderſo; *&* pro Illehere, Williheri; *&* Hadolf *pro* Batheuulf *ſiu* Batuvolf; HRabanus *vero &* Notkerus, Hadovvlfe [illegible] quoque [illegible] martyrum [illegible]

B. Pon-

Edit. I pag.

B. Pontifice Boneſacio paſſi ſunt pro Chriſto quinquaginta duo. Sed corpora ſupra nominatorum martyrum, aliorumque tredecim a fidelibus in ſarcophago collocata ſunt, & in nauim cum B. Pontifice Boneſacio immiſſa, felici gaudio, curſuque proſpero vſque Traiectum peruenerunt. Illic vero cum hymnis & pſalmis Dei ſuſcepta fuerunt, & in eccleſia, quæ eſt in honore S. Trinitatis conſecrata, cum omni timore & veneratione ſepulta. Non poſt multos autem dies corpus S. Boneſacii ad Fuldenſe cœnobium perlatum eſt. Alia quoque ſanctorum martyrum corpora, quorum propter deſidiam & negligentiam obliuioni tradita ſunt nomina, ſed in libro vitæ procul dubio ſcripta, in eodem loco, vbi palmam martyrii ſuſceperunt, a fideli populo ſuſcepta ſunt: in quo poſtea Chriſto propitio, regalique præcepto pro honore ſanctorum martyrum conſtructa eſt eccleſia. His in locis, videlicet *Traiecti, Fulda, Dockinge*, in ſignis & virtutibus per ſanctorum martyrum merita fideli populo diuinitus præſtantur beneficia. *Hactenus* Anonymus, *cuius lucubrationem in mſ. codice Compendienſi legimus. In* Bedæ *epitome dicitur* Bonifacius cum quinquaginta tribus martyrio coronatus *fuiſſe. Numerum* LII *habent* Hucbaldus *Elnonenſis monachus in vita S. Lebuini*, Ioannes de Beka *&* Willelmus Heda *in chron. Traiectenſi, item* Ioannes Gerbrandus *in chron. Belg. cap. XVI.* Ita *Mabillonius* append. ad vitam Boniſac. n. X p. 90.

De eo tantum, qui loco quarto numeratur *Adelberus*, quæri poteſt, ſitne is *S. Adelarius*, de quo ſupra notatione XXIX & XXXIX. In citato Indiculo *Molani* hæc verba ſunt: *S. Athalarius martyr fuit vnus ex præcipuis, quos S. Bonifacius ſecum in Friſia habuit, & prædicationis & martyrii collegas. Vnde nomen eius & in litaniis Traiectenſis eccleſiæ exprimitur, & in Collecta diei V „ Iunii; „ Deus, qui multitudinem populorum deuota ſanctorum tuorum, Bo„ nifacii, Eobani, atque Athalarii, & ſociorum eorum inſtantia, ad agnitio„ nem tui nominis vocare dignatus es, concede propitius, vt quorum ſolennia „ colimus, eorum apud te patrocinia ſentiamus. „* † *Ab Anonymo, qui iuſſu Fuldenſium, poſt S. Willibaldum, Bonifacii hiſtoriam libris duobus conſcripſit, nominatur, vt arbitror, Adalberus.* At licet nomina poſſent conuenire, ordo tamen haud conuenit. Fuit enim *Adalberus* tantummodo Presbyter, vt ait diſtincte *S. Willibaldus* cap. X, *Othlonus* lib. II c. XXV; *Adelarius* vero etiam 555 Epiſcopus, prout viſum ante notatione XXIX; niſi ſi quis contenderet, hunc eo modo Epiſcopum fuiſſe, qui S. Bonifacii diſcipulo B. Gregorio tribuebatur notatione XXIV & XXX. Quod ad Breuiarium Erfurtenſe, de quo ſuperiore notatione, valet exponendum. Alioqui potuiſſent duo nomine *Adelarii* concedi.

† Quin & die, qui memoriæ illius Erfurti ſacer eſt, XX ſcilicet Aprilis, rythmi hi cani ſolent:

ADELARI, martyr Chriſti,
Qui, in terra dum vixiſti,
Huic loco præfuiſti,
Pro grege tibi credito
Ora cum tuo ſocio,
Beato Eobano.
Vt per veſtram potentiam
Valeamus conſequi 412
Peccatorum indulgentiam.

vid. *Sagittarius* l. d. cap. XII § XIII p. 198.

XLVII NOTATIO

De ſacri corporis reliquiis.

I

Sacri corporis reliquia Moguntiam delata.

FVit apud veteres, & hodie apud pios omnes Chriſtianos eſt theſaurus ingens ſacræ Sanctorum reliquiæ. Hinc eas qui habebant, inuitiſſimi alio dimittebant: qui non habebant, cupidiſſimi appetebant, & flagitabant. Idem in ſancti huius martyris corpore accidit. Sed quia id Moguntinis ac Fuldenſibus adiudicaret, diuina veluti vox omnibus viſa eſt; ſpontaneus ſ abſque humano motore vllo, campanæ, qua ad ſacros in templa conuentus cieri homines aſſolent, ſonitus. Hæc vero *S. Willibaldo* vocatur in MS. Francofurtenſi *cloceum*, in edito Ingolſt. *gloccum*, in S. Galli MS. *clocca*, in *Othlono* (*l. II c. 27*) *glocca*: & ab ſono ipſo, per onomatopœiam, Germanice cuſum nomen eſt, vti etiam lib. II de Lutheri magiſtro cap. III attigi, eoque vtitur vitæ *S. Liobæ* auctor. Moguntiam vero, *ſine remigantium*, inquiunt *Willibaldus* & *Othlonus* (*l. d.*) *labore*, aduerſo licet flumine, aſcenderetur, peruenit ſacrum corpus, die V. Iulii, qui, ab ipſo fuſi pro CHRISTO ſanguinis die, triceſimus erat.

Facta exenteratione exta ibi retenta.

II Videtur autem eius exenteratio Moguntiæ tum facta: & cum in Fuldenſi abs ſe conſtructo monaſterio ſuum eſſe vellet Sanctus corpus: exta hic tamen retenta & in peruetuſto S. Ioannis templo condita, quorum tumulum cum deformaret

Edit. I pag. maret ac obſcuraret vetuſtas, eum anno MCCCLVII renouari curauit Archiepiſcopus Gerlacus, prout in ſepulchrali celſiore ſaxo inciſi, parum licet amœni, monſtrant verſus: *exta ibi retenta & in æde D. Ioannis condita.*

Anno milleno, Saluatoriſque triceno
Ac quinquageno ſepteno Præſul amæno.
556 *Gerlacus flore renouans tumbam ſub honore,*
Qua ſunt intexta Bonifacii Præſulis exta.
Nunc ibi condigna clareſcunt cælica ſigna.

Sed cum rurſus per annorum plurium longinquitatem, ſæculique huius incuriam neſcio quam, pulueribus is ac ſordibus indecore obſitus iaceret, eum eleganter templi eius Decanus Reuerendiſſimus in CHRISTO Pater ac Dominus, *D. Stephanus Weberus*, clathris ferreis, picturis, nouiſque verſibus interpolatum exornauit. Verſus autem illi a Poeta bono fuſi, & loco iſto digni, ſunt.

In duas, ad S. BONIFACII tumbam, picturas, in quarum vna ipſe occiditur; in altera ſacræ ipſius exuuiæ ſuſcipiuntur.

Quam diuerſa hominum contentio! Friſo Parentem P. Ph. B.
Occidit; cæſum geſtit habere Mogus.
Corpus habere nequit? Spirantia ſuſcipit exta;
Spiret vt hic pietas Præſulis, atque fides.

DIVO BONIFACIO,
qui & *Winfridus* olim dictus.

Quam bene Romuleus commutat nomina Paſtor,
Dum te Teutonicas iuſſit adire plagas.
Scilicet augur erat, tanti præſaga boni mens,
Vt pro VVinfrido Bonifacium indigitet.
Tuque adeo egregie magni vim nominis imples,
Dum bona multa aliis, vita, obituque facis,
Dum mala profligas, inconceſſosque Hymenæos;
Atque fidem, mores, iuraque ſacra doces.
Ne mala ſint aliis, vltro mala deligis vnus;
Ne plures pereant, eligis ipſe mori.
Sentiat, o, ſacri, clerus vim nominis! heres
Sit fidei, atque tuæ ſit pietatis amans:
557 *Vt qui Pontificem gaudet te habuiſſe, ſequatur*
Virtutem, & factis æmula facta tuis.

EIDEM SANCTO BONIFACIO,
S. Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo I & Germanorum Apoſtolo.

Primus, ſacrata qui tenuia vellera lana
Das Moganis, auro nobiliora, tuis.
Primus in egelidos auſus penetrare triones,
Teſquaque, Romanis vix adeunda aquilis.
Ad Friſonas, Boios, ad Saxonas, atque Thuringes,
Quos male culta illo tempore terra tulit.
Aſpice, Diue, tuos, ſupera procul arce, nepotes,
Et quam plantaſti voce, tuere fidem.
Fac ſanctis precibus, DEVS annuat incrementum,
Et male diſtractos rurſum in ouile trahat.

Digitized by Google

Gens Alemana, tuo quæ aſpexit munere lumen, Edit. 1 pag.

Tradita per te, optet, dogmata pura ſequi.

Nec iam legitimos exploret gurgite Rhenus;

CHRISTO at legitimos, vita, fideſque probent.

Tumulus hic extorum D. Bonifacii poſt cancellis fuit circumdatus, vt locus hodie ſacelli habeat formam. Picturæ vero, de quibus auctor h. l. cum poſt in ſacello hoc ara poneretur, euanuere. quin & verſus eandem ad extremum ſubiere ſortem; & priores quidem quatuor, cum *θυσιαστήριον* dedicaretur ibi: poſteriores vero (quorum prima pars ad dextram, altera ad ſiniſtram aræ legebatur) anno demum MDCCXVI, quum a ſordibus ſacellum repurgaretur. Tum enim a rectore, cum albarium parieti induceret, penicillo tectorio obducti ſunt. digni omnino, qui reſtituantur.

reliquum corporis Fuldam translatum. III Fuldæ vero pluribus a Deo nobilitatum miraculis, vti *S. Willibaldus*, *Othlonus*que noſter conteſtantur, ſitum corpus fuit. An hodie autem ibidem, propter tot & tam grauia ſuperiorum annorum in Ruſticano, Smalcaldico, & ſimilibus inteſtinis bellis, pericula occultatum, an alio deuectum ſit, ambigi audio. *quæ ibi hodie exhibeantur B. reliquiæ.* In reliquiarum certe, quæ in ipſius Sancti eccleſia exhiberi Fuldæ ſolent, habentur hæc:

Caput S. Bonifacii.

Item arca S. Bonifacii Archiepiſcopi, & martyris, qui corporaliter requieſcit in iſto monaſterio.

Item libri S. Bonifacii. 558

Paſtorale S. Bonifacii pedum e polito marini piſcis oſſe.

Item monſtrantur præparamenta S. Bonifacii.

Item monſtrantur cingula & annulus eius.

Et vero Sancti eiuſdem in illius templi crypta ſepulchrale monumentum eſt.

XLVIII NOTATIO

De S. Bonifacii libris.

I

B. Bonifacii φιλομαθία. FVit omnino S. Bonifacius a puero ὁ φιλομαθὴς καὶ φιλόβιβλος, id eſt, diſcendi, libroſque verſandi & ſcribendi cupidiſſimus; adeo vt in Germania iam verſans, opuſque operoſiſſimum & occupatiſſimum prædicationis Apoſtolicæ obiens, quidquid ab euangelicis laboribus, peregrinationibus, & precibus vacui nanciſci, aut ſuffurari poſſet temporis, id vero totum ad diuinorum librorum lectionem & meditationem conferret. Hinc ex Anglia ſibi ab amicis libros iſtiuſmodi, ſanctorumque Patrum, & eruditorum Catholicorum lucubrationes mitti enixe ac frequenter obſecrabat; vt *Prophetarum libros* epiſt. XI; *S. Petri Epiſtolas*, & quidem ob ſuam erga illum obſeruantiam religionemque ſummam, *litteris auratis* conſcriptas, epiſt. XXXI; *quæſtiones D. Auguſtini*, Anglorum Apoſtoli, & ad eas D. Gregorii reſponſa epiſt. XXXV; eiuſdem *S. Gregorii epiſtolas*, epiſt. V; *Commentarios in D. Pauli epiſtolas* epiſt. XXVIII; *V. Bedæ Commentarios* epiſt. XLIV; omnigenos *S. Patrum tractatus* ibidem, *S. Martyrum acta* epiſt. XXXV.

In extrema etiam ſenectute. II Operæ foret pretium, hic totam pæne ipſius ad Dudonem epiſtolam, quæ in MS. Ingolſt. eſt LVIII, proferre, niſi Bonifacianam doctrinæ, librariæque gazæ cupiditatem demonſtrarent euidenter, quæ de ipſius martyrio a *S. Willibaldo* c. X & *Othlono* l. II c. XXVI conſcripta ſunt. Videmus enim in extrema etiam ſenectute, in euangelicis itineribus, Apoſtolicis occupationibus, eum abſque libris nunquam fuiſſe, ita vt opum arcas, putarent ſacrilegi eius homicidæ, quæ librorum erant, tanto vtique illa, in qua Homerum, Darius, & Alexander habuerunt, pretioſiores, quanto vate illo cæco ſacri noſtri *videntes*, Euan-
1 Reg. 9, 9. geliſtæ, Apoſtoli, horumque interpretes, & hyphegetæ maiores ac diuiniores. 559
Videmus etiam, quanto miraculo bonam librorum, quos barbari illi, a libris, & iis, quæ ſanctiſſima libri præciperent, alieniſſimi diſtraxerant, dilacerarant, in paludes abiecerant & immerſerant, partem conſeruarit Deus; & quidem ita, vt

Edit. pag. vt ſuperſint adhuc aliqui, prout notat *Hagiologus*, & ego, ſtrictim licet ac per tranſennam, Fuldæ aliquando aſpexi.

III *Arnoldus Wion* lib. V *p.* 688. ligni vitæ: *Scripſit*, ait, *S. Bonifacius plurima opuſcula, doctrina Catholica referta, inter quæ feruntur:* Contra hæreticos *liber I, qui aſſeruatur MS. in monaſterio Fuldenſi:* Pro rebus eccleſiæ *liber I.* De fidei vnitate *lib. I.* Inſtituta ſynodalia. De ſuis in Germania laboribus. Ad Ethebaldum Regem *liber I.* De ſua fide, doctrina, & religione *lib.* I. De virtutibus & vitiis, *carmine lib. I.* Epiſtolarum ad diuerſos *lib. I.* Vita S. Liuini *Epiſcopi, & martyris, quam extare MS. refert Molanus.* Vita S. Libuini *Epiſcopi & aliorum nonnullorum Sanctorum.* Scripta eius

De vnitate fidei catholicæ librum, quem Zacharias Papa laudat, nullum alium eſſe, quam ſynodalia quædam ſtatuta, qualia *Lucas Dacherius* ſpicileg. tom. IX p. 63 ſeq. edidit, veriſimile iudicat *Mabillonius* prolegom. ad Willibaldi vitam Bonifac. § XII p. 4.

Vitam S. Liuini Epiſcopi & martyris, quam Bonifacium conſignaſſe volunt *VVion*, & cum eo alii, non Bonifacii huius noſtri eſſe, ſed alius cuiuſdam, qui ſæc. VII floruerit, idem *Mabillonius* contendit, quem ideo audire iuuabit. Sic autem is in obſeruat. præuiis ad vitam S. Liuini n. I p. 449 ſeq. *Quo minus* Serario *aſſentiamur, prohibent argumenta nonnulla. Bonifacius: iſtius vitæ ſcriptor,* geſta S. Liuini tribus diſcipulis illius retexentibus, Foillano, Helia, & Kiliano, *ſibi comperta affirmat: quibus enixe poſtulantibus huic ſcriptioni dederit operam. S. Burchardus ſedi Herbipolenſi a S. Bonifacio Maguntino impoſitus dicitur ab Egilvvardo LXII poſt paſſionem SS. martyrum Kiliani ac ſociorum eius, quæ incidit in annum incarnationis dominicæ DCLXXXIX, & quidem in Germania: quo tempore S. Bonifacius vix fortaſſe in Anglia pueritiam agebat, qui an. DCCXIX legationem Apoſtolicam in Germaniæ partes a Gregorio Papa II adeptus, an. DCCLIV, ætate adhuc virenti, martyrium ſubiit. Qui igitur fieri potuit, vt S. Liuini geſta a Kiliano & ſociis didicerit? Adde S. Bonifacium in ſuis epiſtolis bene multis nuſquam* peccatoris *nomen præferre, quod nomen S. Liuini encomiaſtes in præfationis ſalutatione ſibi vſurpauit. Alius ergo eſt a S. Bonifacio Moguntino, & quidem antiquior Bonifacius iſte, Epiſcopus, an Abbas, incertum.* Ita *Mabillonius* l. d. Idem vult prolegom. ad vitam Willibaldi Bonifacian. l. d. p. 4. Nec abit *Pagi* critic. Baron. ad an. DCCLV n. XVIII pag. 299.

Vitam S. Libuini, quam Bonifacio itidem adſcribit *VVion*, & ex eo auctor noſter, *Hucbaldi* eſſe, idem obſeruat *Mabillon* § XII prolegomen. ad vitam Willibaldi Bonifacian. p. 4.

IV Ac illius quidem *de fidei vnitate* honorificam facit Zacharias Pontifex lib. II vitæ c. X mentionem, eumque laudat, dum addit: *& doctrinam* in illo ſcilicet libro contentam, *Apoſtolicam ſcriptam valde nobis acceptabilem eſſe cognoſcas.* Poſſet opinari tamen aliquis, alium potius hiſce verbis librum ſignificatum, cuiuſmodi a *Wione* iam notatus eſt, *De ſua fide, doctrina & religione.* Liber *ad Ethebaldum Regem*, ſi ab eo, cui ſubiungitur *de ſuis in Germania laboribus*, differt, videtur eſſe longior illa eius epiſtola, quæ in MS. Ingolſtadienſi eſt quinquageſima quinta. Solent enim librorum etiam nomen ſortiri longiores quædam litteræ, vt ex *S. Hieronymi* patet præfatione in Ionam, & libro aduerſus Ruffinum, *D. Auguſtini* lib. II Retract. c. XX, & libro contra Secundinum c. XII. Optare vero iſta S. Bonifacii opera extare omnia, ſtudioſi fortaſſis atque pii eſt: conſequi vero publicique vſus facere, felicis. *Obſeruatio de libro, qui* de vnitate fidei *inſcribitur; de libro itidem ad Ethebaldū.*

V Sed ponam hic, quæ mihi, anno ſuperiore, pridie ipſius S. Bonifacii, ſtilo ſuo denotata in quadam charta dabat Fuldenſis Collegii noſtri Rector, *Chriſtophorus Brovverus.* Broweri *de tribus B. Bonifacii libris, qui Fuldæ adſeruantur, narratio.*

560 *In eccleſiæ Fuldenſis ſacrario tres reperiuntur, viſunturque* S. Bonifacii *libri, antiquitate & characterum genere venerabiles.*

Primus in folio oblongo, latitudine palmari, in quo noui teſtamenti harmonia, *& eius* canon, *per tabulas & numeros in fronte digeſtus.*

Alter martyrii notis & cicatricibus inſignis, folio fere iuſto, ſed breuiore. Ille ſemiuncialibus; hic litteris admodum Langobardicis exaratus, hac argumentorum varietate:

Epiſtola Leonis *Papæ ad Theodorum Epiſcopum Foroiulienſem.*

Diſputatio B. Cerealis *contra* Maximinum Ariomanitam *de Trinitate & Vnitate.*

Epiſtola Agnelli *ad* Arminium *de ratione fidei.*

Libellus S. Fauſti *Confeſſoris.*

Sermo S. Ambroſii *Epiſcopi de* Spiritu ſancto. Edit. I
Teſtimonia de Patre *&* Filio , *&* Spiritu ſancto. pag.
Regula fidei Catholicæ.
Libellus S. Ambroſii *de bono mortis.*
Notitia regionum & ciuitatum , in quibus ſanctorum Apoſtolorum & Euangeliſtarum venerabilia corpora requieſcunt.
Synonymorum Iſidori *lib. II.*

Tertius liber eſt Euangeliorum *in octaua , ſed breuiore , ſcriptus in pergameno , currente manu ab ipſo glorioſo martyre Bonifacio , lectuque perdifficilis ob inſolentiam characteris , & crebras abbreuiationes. Sua cuique Euangeliſtæ præfixa imago cum verſibus , qui vix leguntur. Sanctum Bonifacium vero hunc ſcripſiſſe librum , ſtatim conieci , poſtquam ſcripturæ genus cum ea comparaui, quæ in* Harmonia *inuenitur ad epiſtolam S. Iacobi , quam gloſſis & annotationibus martyr ſuis illuſtraſſe videtur. Sed nobilius extat documentum ad calcem Euangeliorum in aureis litteris abſolutiſſimæ manus ſcriptura , quam vulgo iam* 561
typographi canonem vocant mediocrem.

*„ Hoc Euangelium S. Bonifacius , martyr Domini glorioſus , vt nobis ſeniorum relatione compertum eſt , propriis conſcripſit manibus. Quod etiam „ venerabilis Abba Huggi obnixis precibus a Rege piiſſimo Arnolfo impetrauit ; „ & ſanctæ Fuldenſi * eccleſiæ honorabiliter reſtituit. Cui Saluator Ieſu Chriſte præmia ſempiterna pro deuotione ſua in cæleſtibus clementer redde , eumque nobis feliciter dominari , tempora longa concede.*

Iſta notabat , qui a me ante laudatus. a quo adiiciebantur , exempli cauſſa , ex hiſce libris nonnulla. Sed ea , cum meos recudendi Apoſtolos occaſio dabitur , dabo. Ad hos enim pertinent.

* *Adſcriptum recentiore manu* ; Anno Dom. DCCCLXXIV. *At rex factus Arnulphus anno* 888. (S.)

XLIX NOTATIO

De S. Bonifacii epiſtolis.

Illarum volumen

SAncti noſtri epiſtolas valde commendat *Othlonus* in prologo & lib. II cap. XVII , vbi & ſe omnes haud inuenire potuiſſe queritur , earum tamen & lib. I & lib. II ponit , vti viſum eſt , complures. Sed earum extat in quibuſdam hodie bibliothecis volumen , quod , aliorum tam multorum tam multæ cum prodeant in dies epiſtolæ, miretur merito quis foras non prodiiſſe hactenus. Fuit in Fuldenſi bibliotheca vnum , ſed id , quemadmodum alia plura , furax harpagauit Illyricus. Duo earundem epiſtolarum exemplaria ſe nactum profitetur Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus *Baronius* : vnum e Romana S. Mariæ ſuper Mineruam bibliotheca ; alterum ex Antonii Auguſtini, viri ſane doctiſſimi, voluminibus. Ex his in tomo IX exſcripſit complures. Sed cum in eo eſſem totus , vt qualecunque mihi exemplar videre liceret , ecce , commodum , viri boni & publicæ rei amantes , qui eam in rem opem operamque conferrent , aliquot , de quibus dicam , dum eas per ipſos inuentas ac e tenebris erutas epiſtolas , poſt hoſce Moguntiacarum rerum libros , ſi vita , vitæque & omnium auctor Dominus annuerit, in lucem dabo. Cum enim vnum ex inclitæ Ingolſtadienſis Aca- 562
demiæ MS. codicem habeam , remoratur me iam nihil, præter vnius e Cæſarea Viennenſi bibliotheca exemplaris , quod pro ſummo ſuo erga honeſta omnia ſtudio petiit , & pro auctoritate iam impetrauit admodum Reuerendus & Ampliſſimus vir , D. D. *Io. Piſtorius* , expectationem. Nam huius anni die XV Maii , Praga , ſe iam accepiſſe , primaque occaſione quam ociſſime miſſurum ſcribebat. Et tum iis , quas attulit *Othlonus* , epiſtolis eas, quas iam idcirco prætermiſi, notatiunculas ſubiungam. Sed norit Lector , pleraſque lib. II vitæ , quæ ab *H. Caniſio* præteritæ ſunt , editas hic epiſtolas , non prout in Surio , ſed prout in MS. Ingolſtadienſi leguntur.

olim fuit Fulda.

duo earundem exempla fuere Baronio.

Vnum obtigit auctori e biblictheca academia Ingolſtad. vnum, e Cæſarea Viennenſi.

Eruit illas auctor, vt hic promiſit, in lucemq; protulit, ac cum notis vulgauit Moguntiæ anno MDCV, quæ dein a. MDCXV ibidē recuſæ ſunt, ſi modo titulus nouā haud mentitur editionem.

Edit. I pag.

L NOTATIO

De S. Bonifacii dictis, & apophthegmatibus nonnullis.

I

Primum

DVo maxime Diui noſtri vel dicta vel apophthegmata celebrantur. *Vnum* eſt, *Papam a mortalium nemine iudicari debere.* Idipſum enim *ex dictis*, vel, vt habent libri quidam, *ex geſtis*, *Bonifacii martyris*, citatur diſt. 40 can. *Si Papa*, *Iuone*, parte V cap. XXIII, Cardinale Presbytero *Deuſdedit*, qui ante annos D ſcripſit, lib. I de rebus Eccleſiaſticis cap. CCXXXI, adeo vt ex hæreticis *Iunius* Controu. III lib. II c. XVI n. 53 *celebratam & famoſam regulam* appellet. quam tamen, quia hæreticus eſt, & ex eorum, qui *in eadem*, ſecundum Apoſtolum Philip. III v. 16 *regula permanent*, numero pridem exiit, aſpernatur.

veterrimorum etiam Patrum fuit regula.

Sed ea non ſolius Bonifacii noſtri, quamquam vel ipſe ſolus ſuo pro CHRISTO IESV fuſo cruore ruborem nouatoribus iniicere merito deberet, regula eſt, verum veterrimorum etiam & grauiſſimorum Patrum, quorum ante annos amplius MCCC hæc in Sinueſſano concilio clariſſima vox extitit: *Prima ſedes a nemine iudicabitur.* Et Conſtantini Magni, beatique Sylueſtri tempore, in concilio Romano can. vlt. ducenti & octoginta Patres, *Neque ab Auguſto, neque a Regibus, neque ab omni Clero, neque a populo iudicabitur prima ſedes.*
563 Sed videatur hac de re *Bellarminus* lib. II de Rom. Pontifice cap. XXVI; contra quem ſi quid, quod momenti aut probabilitatis aliquam præ ſe ſpeciem ferret, a Iunio afferretur, idipſum iam refellerem.

integrum affertur.

Nunc, vt Martyris noſtri dictum, cuius in canonem particula tantum relata, integrum deinceps a pluribus habeatur, integriuſque intelligatur, id a citato *Deuſdedit*, prout in Gregoriano quidem Decreto iam conſignatum, ex aſſe accipiam. *Sancta*, inquit *S. Bonifacius* martyr & Archiepiſcopus Moguntinus, *Romana eccleſia priuilegio ſpecialis auctoritatis diuinitus & humanitus caput omnium eccleſiarum poſt Chriſtum Ieſum effecta, ſecundum Antiſtitis, vel rectoris ſui qualitatem, & valetudinem afficit totius Chriſtianitatis membra, vt illius incolumitati ſua reſpondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominus eius languoribus ſuo languore conſentiant: & ſicut eius gloria, iuxta Apoſtolum, conglorificantur;* (*1 Cor. 12.*) *ſic eius deiectione deiiciuntur, vt illud Propheticum in eo præcipue compleri deprehendatur (omne caput languidum, & omne cor mærens: a planta pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas)* (*Iſ. 1.*) *Et reuera tanta reuerentia apicem præfatæ Apoſtolicæ ſedis omnes ſuſpiciunt, vt nonnullam ſanctorum canonum diſciplinam, & antiquæ Chriſtianæ religionis inſtitutionem magis ab ore præceſſoris eius, quam a ſacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, vt ad eius arbitrium ſuam conuerſationem, & ipſi remittant, aut intendant. Quod ſi, vt ſummopere ſibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei ſine intermiſſione tabeſcens, fidelis diſpenſator, & prudens exiſtens, Deo & hominibus opere & ſermone irreprehenſibilem ſeſe conſeruare ſtuduerit, vt vere fatear, vniuerſum pæne mundum ſecum attonitum, & ſollicitum poſt Deum currere facit; ex vtroque ſexu populos diuerſæ profeſſionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino ſuo ſuper omnia bona ipſius con-*
564 *ſtituendus ducit. Si vero ſuæ & fraternæ ſalutis negligens deprehenditur, inutilis, & remiſſus in operibus ſuis, & inſuper a bono taciturnus (quod magis officit ſibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim ſecum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipſo plagis multis in æternum vapulaturus: cuius culpas iſtic redarguere præſumit mortalium nullus: quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus, niſi forte deprehendatur a fide deuius: pro cuius perpetuo ſtatu vniuerſitas fidelium tanto inſtantius orat, quanto ſuam ſalutem poſt Deum ex illius incolumitate animaduertunt propenſius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotentiæ myſterio, vt dignum eſt, loco ab ipſa ſecundo illud B. Iob non incongrue aptari S. Romanæ eccleſiæ poteſt (ſi deſtruxerit, nemo eſt, qui ædificet: & ſi incluſerit hominem, nullus eſt, qui aperiat ei: ſi continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram)* (*c. 12.*) *nec immerito:*

cum ipſa ſpecialius Petro cæli, terræque retentet habenas. ***Hæc cum omnium*** Edit. I pag.
fidelium in Chriſto ſpiritalis ſit mater, nemo debet renuere illius feriri diſciplina,
Prou. c. 1, & 18. *vel emendari cenſura, iuxta illa prouerbia Salomonis (Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abiicit diſciplinam, infelix eſt: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam) & rurſus* * *(Eſt maledictus a DEO, qui exaſperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta) illa vtique, quæ arrogant diuiſa a ſede illius, cui dictum eſt (Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam) & ſuper arenam concupiſcentiæ carnalis, ſeu humanæ præſumptionis probantur poſita: curſus riui minimi proſperatur, ſi a ſuo fonte diuidatur.*

* Eccl. 3.

Secundum.

II *Alterum* Sancti apophthegma eſt: *Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc e contra, lignei ſacerdotes aureis vtuntur calicibus.* Sic ſane id recitatum in Triburienſi, de quo ſupra lib. I c. XXXIII Concilio cap. XVIII & c. *Vaſa*, diſt. 1. *de conſecratione.*

quomodo accipiendum.

Quibus verbis non negat Sanctus, bonum eſſe, diuinoque honori ac vene- 565
rationi magis conſentaneum, ſacroſancta eius myſteria vaſis quam auguſtiſſimis peragi: ſed *primo* quidem de ſeipſo, ſuique ſimilibus, quibus aurei iam ſuppetebant calices, loquitur, quaſi ad primos naſcentis eccleſiæ ſacerdotes, qui per ſummam temporum tyrannidem pretioſi habere nihil poterant, tam ipſe quam alii comparati eſſent lignei. *Secundo*, vniuerſe totum ſacerdotalem monet ordinem, enitatur potius aureas ad ſacroſanctum Domini altare mentes, ac mores, quam patenas calicesque aureos afferre: illudque magis eſſe neceſſarium, prout etiam a *Tullio* lib. II de legibus diſputatum. *Tertio*, ſacerdotes illos omnes carpit ac perſtringit, quorum in manibus aurei fulgent calices: in animis vero lignea hæret inicitia, vitaque vilis, & inferorum flammis addicenda. Conſtat alioquin, ex eo ſtatim tempore, quo paululum e tyrannorum gladiis ac tempeſtatibus emergere Chriſtiana potuit eccleſia, immo etiam pæne iam ante, ſacris, inſigni vaſorum præſtantia & magnificentia, operatos ſacerdotes. Sæuiebant profecto adhuc S. Laurentii tempore tyranni: & tamen in Chriſtianorum templis auri iam tantum & argenti erat, vt & inuiderent illi, & ſacrilege illud ſibi rapere conarentur. Eorum enim, apud veterem ſcriptorem *Prudentium* hymno de S. Laurentio, vnus, CHRISTI martyrem ſic affatur:

Hunc eſſe veſtris orgiis
Moremque & artem proditum eſt.
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent vt auro Antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare ſacrum ſanguinem,
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

Nos, ait *S. Auguſtinus* in Pſal. CXIII, *pleraque inſtrumenta & vaſa ex auro & argento habemus, in vſum celebrandorum ſacramentorum, quæ ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur.* Videatur *Bellarminus* lib. III de cultu Sanctorum c. VI, & lib. II de Miſſa cap. XIV.

repetitum Trithemio p. ?

Iſtud porro apophthegma imitatus quodammodo eſt in Hirſaugienſi Chro- 566
nico *Trithemius*, cum ſcripſit: *Veteres olim monachi cellas quidem, eccleſias, & alias manſiones habebant, tenebroſas: ſed eorum corda erant lucida valde in amore DEI omnipotentis, & in ſcientia diuinarum ſcripturarum. Noſtri autem eccleſias, cellas, domosque, & omnes manſiones iam lucidiſſimas fabricant, ſed corda eorum vitiis & deſidia plena, tenebroſa ſunt; quoniam nec DEVM, ſicut debuerant, diligunt, nec lectionibus ſcripturarum animum intendunt. Ita quoque, cum calices eſſent cuprei, ſacerdotes aurei fuerunt. Hodie autem calices ſunt aurei, & cuprei ſacerdotes.* Ad quorum oram verborum aſcripſit hæreticus editor: *Notate vos monachi: & vos omnes presbyteri.* Sane, ſi a bono & catholico proficiſceretur ea monitio pectore, digna, cui morem gerant omnes, & perutilis eſt. Sed quid Lutherani Prædicantes, Caluiniani Mi-

niſtri;

Edit. I pag. niſtri: Nonne ſua in cœnoſa cœna pateras, crateraſque aureos, & quidem a Catholicis fere raptos, adhibent? An ad eos bonorum nihil vſquam pertinet monitorum? An ſiue aureis, ſiue cupreis, aut ligneis vtantur, cuprei ſemper ac lignei ſunt? Res ipſa eſt. Alioqui poſſet in margine ſimiliter ſcribi, *Notate vos Iuriſconſulti & Anteceſſores, voſque Lutherani & Caluiniani omnes*, cum e *Boetio* iſta recitantur lib. II de conſ. metro V;

Felix nimium prior ætas
Contenta fidelibus aruis,
Facili quæ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande.

Ex *Ouidio* item lib. I Metamorph.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua, ſine lege fidem, rectumque colebat.
Pœna metuſque aberant: nec vincla minacia collo
Aere ligabantur, nec ſupplex turba timebat
567 *Iudicis ora ſui: ſed erant ſine iudice tuti.*
Non galea, non enſis erat.

Et e *Tibullo* tandem lib. I eleg. X.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enſes,
Quam ferus, & vere ferreus ille fuit!
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.
Diuitis hoc vitium eſt auri. Non bella fuerunt,
Faginus aſtabat cum ſcyphus ante dapes.

LI NOTATIO

De S. Bonifacii feſto die.

I

NOn effluxit a ſancto Sancti martyrio annorum multum, cum ſtatim anniuerſaria eius memoria, feſtuſque dies agi cœpit. Nam ad Caroli Magni Secretarium Eginhardum, ſæpius ante laudatum, ipſius Sancti temporibus ſupparem ſuppar, & ipſe ſcribit Ferrarienſis *Lupus* epiſtola V (*p. 20 opp.*) ſic: *Illuſtris Abbas Rabanus hortatus eſt, vt reditum meum ad nonas Iunii differrem, quando ſolemnitas S. Bonifacii ſe abeſſe minime ſineret.* *Walafridus* etiam *Strabus* in poematibus, quæ e manuſcriptis nunc primum extraxit, & in Caniſianum Antiq. tomum VI contulit *Grețſerus* noſter, in eiuſdem Sancti natalem canit: *Anniuerſaria S. viri memoria nō longe ab eius martyrio agi cœpit.*

Gaudia præſentis Bonifacii ſancte diei
Nos ſaluent, Domino dante, tuis meritis.

In Ephemeride, menſe Iunio, concinit *V. Beda*, vel potius, doctorum virorum iudicio, *Wandelbertus Prumienſis*:

Nonis Antiſtes fulget Bonifacius, Anglis
Editus, ad CHRISTVM oceani qui traxit alumnos,
Freſonum puro ſubmittens colla lauacro.

568 Atque hinc, ex ipſiſque martyrologiis, Romano, Moguntino, cui & Miſſale conſentit, apparet, perperam in *Pithœanis Annalibus* notari diem IV Iunii, cum ſit quintus.

Sic quoque *S. Meinvvercus*, Paderbornenſis Epiſcopus, ineunte ſæc. XI diem S. Bonifacii & ſociorum eius celebrari per totum Epiſcopatum Patherbronnenſem annua obſeruantia inſtituit. vid. *vita Meinvverci* c. LIV p. 546. Quin, haud multo poſt martyrium S. Bonifacius ſollemni cultu apud Anglos etiam coli cœpit. Facit eius rei fidem *Cuthbertus*, Archiepiſcopus Cantuarienſis, epiſtola, quæ Bonifacianas inter ordine LXX eſt, his verbis:

Digitized by Google

verbis: *Hunc inter egregios & optimos orthodoxæ fidei doctores & amabiliter habemus, & laudabiliter veneramur. Vnde in generali ſynodo noſtra, vbi & de ceteris omnibus, quæ veſtra modo ſanctitati paucis depromimus, & plenius inter nos conferebamus, eius diem natalitium, illiusque cohortis cum eo martyrizantis inſinuanter ſtatuimus annua frequentatione ſollemniter celebrare.* lege epiſt. LXXIV & LXXVIII *Mabillon* append. ad vit. Bonif. n. XI p. 90. Edit. I pag.

Singularis P. Aurei pietas ac zelus.

II Ceterum in quodam, de Collegii Societatis IESV Moguntini primordiis, commentariolo reperi, primum illius Rectorem, de quo aliquid alicubi poſtea *, magnæ doctrinæ, magnique animarum zeli hominem, cum S. Bonifacii vitæ ac laborum in Moguntina diœceſi exantlatorum recordatione admodum ipſe accenderetur, accendique alios percuperet, adiunxiſſe ſibi anno Domini MDLXII ſpiritu eodem flagrantes, quorum nunc ſuperſtes nemo, ſocios aliquot: & pridie feſti S. Martyris, cum ſuper menſa lectum eſſet, veſperi, martyrologium; ingreſſum cum illis triclinium, flagris ſeſe acriter diuerberaſſe, hasque identidem clare voces iteraſſe: *S. Bonifacius XXXVI annis in vinea Domini laborauit: & nos quid boni fecimus miſeri?* Quod ego dum refero, vellit mihi aurem quidam, & ait: *Scribe, Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos.* (Apoc. 14, 13.)

* Lib. V in *Daniele* cap. VII p. 923.

De Sanctorum cultu Maximi locus.

III De huius vero, & S. Aurei, S. Albani, aliorumque Maguncíacenſium Diuorum feſto ac pio cultu ſanctus audiri fructuoſe queat vel *Ambroſius*, vel *Maximus* ſerm. LXXVII, *Cum*, ait, *omnium ſanctorum martyrum, fratres, deuotiſſime natalem celebrare debemus, tum præcipue eorum ſollemnitas tota nobis deuotione curanda eſt, qui in noſtris domiciliis proprium ſanguinem profuderunt. Nam licet vniuerſi Sancti vbique ſint, & omnibus proſint, ſpecialiter tamen illi pro nobis interueniunt, qui & ſupplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cum patitur, non ſibi tantum patitur, ſed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmium, ciuibus ad exemplum. Sibi patitur ad requiem, ciuibus ad ſalutem. Beati martyres, nec ſibi vixerunt, nec ſibi ſunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerunt, bene viuendo, conuerſationis: tolerando fortiter, paſſionis.* Et paullo poſt: *Cuncti igitur martyres deuotiſſime percolendi ſunt: ſed ſpecialiter ii venerandi ſunt a nobis, quorum reliquias poſſidemus. Illi enim nos orationibus adiuuant: iſti etiam adiuuant paſſione. Cum his autem nobis familiaritas eſt. Semper enim nobiſcum ſunt: nobiſcum morantur: hoc eſt, &* 569
in corpore nos viuentes cuſtodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. Hic, ne peccatorum nos labes abſumat: ibi, ne inferni horror inuadat. Nam ideo hoc a maioribus prouiſum eſt, vt Sanctorum oſſibus ſociemus (per oſculum, contactum, & eodem in loco ſepulturam) *vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangat: dum illos CHRISTVS illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat.* Hæc & alia ibidem plura doctiſſimus, & ſanctiſſimus ille vir.

ADDITIO
de templis Bonifacii *memoriæ dicatis,* ex *Appendice Mabillonii* ad vitam eiusdem l. d. p. 90 & ſeq.

(n. 12) Prima ſit eccleſia *SS. Pauli & Bonifacii* in loco martyrii *Dockinga* nomine extructa, de qua *VViemius* refert hos verſus *Alcuino* adſcriptos, qui tamen inter Alcuini epigrammata non extant:

Hic pater egregius &c. v. ſupra *notas. XLVI.*

Dockinga, vulgo *Dockem* & *Dockum* ad *Burdonem* amnem, eccleſiæ adiuncto monaſterio (vt ex fine vitæ a S. Willibaldo ſcriptæ diſcimus) euaſit in oppidum diœceſis Leowardenſis; vbi codex Euangeliorum S. Bonifacii manu exaratus cuſtodiri dicitur.

(n. 14) Eccleſia parthenonis *in Cellis* appellati, qui parthenon Fulda diſtat octodecim fere millibus paſſuum ad ortum ſolſtitialem, iuxta collimitium orientalis Franciæ & tractus Hennebergii, an. DCCCXV *dedicata eſt ab Heiſtulfo Mogontiacenſi Archiepiſcopo, rogatu Raitgeri Fuldenſis eccleſiæ Abbatis in honorem Domini noſtri I. C. &* S. Bonifacii *martyris, S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, Martini, Benedicti, Cæciliæ,* vt legitur apud *Brouuerum* in lib. II antiquit. Fuldenſ. cap. XII.

(n. 15) Mitto alias eccleſias ſeu oratoria, quæ *Bonifacio*, tum primæuo illo tempore, tum procedente dedicata ſunt, vt veniam ad celebrem baſilicæ Fuldenſis dedicationem. Vbi primum ſancti martyris corpus Fuldam translatum eſt, *porticu ſeu arcuato opere incluſum prope ab ara, quam viuus condiderat vir ſanctus, vbi tumulari mortuus optauit: atque diſtinctis interuallis hinc a ſeptentrione Liobam, præſtanti religione & explorata ſanctitatis feminam, quæ virginibus Biſchofsheimenſis monaſterii præfecta fuerat; inde Sturmii Abbatem ad auſtralem plagam, pari item ſanctimonia, in ſua quemque abſida conditum habuit.*

Edit. I pag. *habuit*; quod etiam *Candidus* in vita S. Sturmii Abbatis, & *Ruodulſus* in actis S. Liobæ ſuo loco referendis tradunt. Huc pertinent verſus *Hrabani Mauri* inſcriptione LXXXII in eccleſia S. Mariæ iuxta ſepulcrum *S. Bonifacii* poſiti.

Poſtquam martyrium expleuit Bonifacius *almus,*
Martyr & Antiſtes æthera celſa petens.
De Freſia huc vectus, cum theca hac rite locatus,
Sanguinis hic partem liquerat hinc abiens.
Deſuper hunc tumulum Hrabanus condere iuſſit,
Ad laudem Sancti, exiguus famulus,
Indignus Præſul, vernaculus attamen huius,
Pro quo tu, lector, funde preces Domino.

Anno DCCLXXVIII, ſicuti in annalibus *Fuldenſibus* legitur, *monachi Fuldenſis cœnobii propter timorem Saxonum, adſumtis ſecum* S. Bonifacii *martyris oſſibus fugerunt de monaſterio per millia fere XIV.* Lege vitam *S. Sturmii* n. 23 ad an. DCCLXXIX. Reliquiæ ſacræ in tumulum relatæ, noua baſilica a S. Eigile exædificata, de qua in vita eius ſæculo proximo, in crypta orientali repoſitæ ſunt, & ſuper fornicis conuexum locata ara in S. Bonifacii honorem dedicata, vti & principalis eccleſia, quod ex vetuſto inſtrumento conſtat, relato a *Brovvero* lib. II cap. III in hunc modum: *Anno dominicæ incarnationis DCCCXVIII, indict. XII, menſe Nouembr. prima die menſis dedicatum eſt hoc templum ab Heiſtolfo Archiepiſcopo Moguntinenſis eccleſiæ in honorem S. Saluatoris, videlicet N.I.C. & in honorem ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & S. Petri Apoſt. & ceterorum Apoſtol. Domini, & S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Bonifacii martyris Chriſti, & aliorum plurimorum Sanctorum, & translatum eſt ipſa die ab eodem Archiepiſcopo & ceteris Epiſcopis atque Sacerdotibus corpus S. martyris Bonifacii, poſt martyrium eius expletis annis LXV, menſibus IV diebus XXVI, in locum, quem præparauerat ei venerabilis Abbas Eigil vna cum fratribus eiuſdem monaſterii, magno ſtudio & pia deuotione.* Hæc *Mabillonius*; cui velim addas *Sagittarium* in præfatione ad antiquit. gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring. b 3)

Ceterum Hofhemii quoque ædes *D. Bonifacii* memoriæ & honori conſecrata, in qua beati martyris imago, cum hac lapidi inciſa inſcriptione: ANNO DOMINI MCCCCLXXXIX VENERABILIS DNS ADOLFVS DE BREITHARD SCOLASTICVS ET PASTOR HVIVS ECCLESIE PROCVRAVIT HANC YMAGINEM SCI BONIFACII EPI ET MRIS PATRONI H9 ECCLIE. *VVinkelmannus* parte II chron. Haſſ. cap. II p. 107.

LII NOTATIO

Quomodo a S. VVillibaldo cap. X S. Bonifacius vocetur ſummus Pontifex?

I

SVmmus Pontifex duobus potiſſimum modis dici ſolet. I ratione *virtutis*. Sic enim & ſummos viros interdum vocant Latini. Et hoc modo quin ſummus fuerit Pontifex, noſter Bonifacius, e dictis ambigi haud poteſt. II ratione *dignitatis*, a qua etiam *Summates* appellati. Sed *eccleſiaſtica* iſta *dignitas duplex* eſt. *Vna*, qua quis omnibus omnino in terra Pontificibus aliis antecellit, ac ſupereminet, cuiuſmodi Romanus Pontifex eſt, qui ſuperiorem vnum in cælo Pontificem Chriſtum Ieſum, de quo Heb. V & ſequentibus capitibus, tantummodo agnoſcit. *Altera*, qua quis non quidem Pontificibus omnibus, ſed aliquibus tamen præſtat ac præpollet.

Duobus modis Summi Pontificis *titulus in vſu eſt.*

poſteriori rurſus dupliciter accipiendus.

II Sicque omnis Archiepiſcopus, ideoque & S. Bonifacius, Pontifex ſummus eſt. Et ſic ab eodem *S. Willibaldo* cap. IV Cantuarienſis Archiepiſcopus dicitur *ſummi Pontificatus infula præditus*. Sic S. Bonifacius ipſemet in quadam ad Archiepiſcopum Egbertum epiſtola ei *ſummi Pontificatus infula prædito* ſalutem dicit. Sic *Wolfardus* Presbyter tom. IV antiq. Caniſ. Moguntinum Archiepiſcopatum vocat *ſummi Pontificii infulatum*. Sic in Archiepiſcopi Theodori epitaphio refert lib. V c. VIII *V. Beda* inſcriptum:

acceptione vltima Bonifacius *ita vocatur ſicuti & multi alii.*

570 *Princeps Pontificum felix, ſummuſque Sacerdos.*

Sic apud Paulum Diaconum & alios eadem vſitata nomenclatio: ſicuti & apud Clementem Romanum S. Iacobus Apoſtolus, Hieroſolymorum Pontifex, vocatur *Epiſcoporum Epiſcopus*, prout ex Turriano in lib. de Apoſtolis n. 97 alias monui. Et Epiſcopi, immo & Presbyteri omnes olim vocabantur *Papæ*; vnde & ii paſſim adhuc hodie in Saxonia & Weſtphalia *Papen*, in Germania ſuperiore *Pfaffen* audiunt, eiuſmodi ſcilicet accedente mutatiuncula, cuiuſmodi cernitur, dum pater fit *Fatter* aut *Vatter*, piper *Pfeffer*, Parochus *Pfarherr*, Pentecoſte *Pfingſten*, porta *Pfort*.

LIII NOTATIO

An Germaniæ Apoſtolus a compluribus recte appelletur S. Bonifacius?

I

Nomen hoc Bonifacio quidam inuident. INuident noſtri huius temporis pſeudoapoſtoli glorioſum S. Bonifacio Apoſtoli nomen, eoque illum indignum memorant, quia Chriſtiana fide imbuta iam erat Germania, priuſquam in hanc e ſua ille Anglia veniret; immo *iam inde ab Apoſtolorum temporibus fidem*, inquit Caluinianus *Pleſſius* lib. II de Miſſa c. IX, *receperat Germania, quemadmodum in Irenæo legimus, & illam, ſecundum inſtitutionem primam, continuarat, prout fidem faciunt S. Hilarius *, S. Ambroſius †, S. Hieronymus in quibuſdam epiſtolis **.*

* *l. I c. III* † *ad Epiſcop. Germ.* ** *ad Reginam Fridgildam; ad Suninm & Fredelam.* (Ser.)

Duobus modis aliquis Apoſtolus vocatur. II Sed, in meridie, argumentorum face quid opus? E tota rerum Moguntinarum hactenus tradita explicatione, adeoque e tota ipſius S. BonifacI vita, liquet planiſſime, ante Sancti huius tempora, plurimos & optimos fuiſſe hic Moguntiæ Chriſtianos, & in Haſſia, Thuringiaque nonnullos. Sed ſciendum, *varia* eſſe *Apoſtolorum genera*, vt oſtendit *S. Hieronymus* in Galat. I ſemel & iterum. Breuiter tamen dico duobus modis, Chriſtiana phraſi, *Apoſtolos* vocari, *proprie,* proprie nimirum ac metaphorice. *Proprie* quidem homines illi omnes, qui a Deo immediate ad aliorum procurandam ſalutem mittuntur; & hi, Teſtamenti noui tempore, ſunt *primo* quidem ipſe Chriſtus Dominus, qua homo Heb. III 571
℣. 1; *deinde S. Ioannes Baptiſta* apud *S. Hieronymum* in Galat. I, *Chryſoſtomum* hom. XV ex variis in Matth. *Cyrillum* lib. II in Ioan. cap. I, *Damaſcenum* l. IV cap. VI; *tertio* duodecim illi, qui hoc potiſſimum nomine afficiuntur Matth. X, Luc. VI; *demum* ipſe D. Paulus, qui & κατ' ἐξοχὴν ſolet vocari Apoſtolus Rom. I ℣. 1, c. XI ℣. 13, I Cor. I ℣. 1, & IX ℣. 1, II Cor. I ℣. 1, Gal. I ℣. 1, & aliis in epiſtolis; de quo *S. Hieronymus* ibidem, *Tertullianus* initio lib. V contra Marcionem, *Auguſtinus* lib. I cum Felice cap. I, & epiſt. LXXX, *Ribera* in cap. *metaphorice* XXI Apocalypſis; fortaſſis etiam S. Barnabas Act. XIII (*v.* 1, 2.) *Metaphorice* autem ſunt illi Apoſtoli, qui ſuperiorum inſignem aliquam in eadem aliorum ſalutis procuratione gerunt ſimilitudinem, quæ duabus e rebus exiſtit maxime. *Vna* eſt cauſſa, qua ſeſe aliorum quærendæ ſaluti dant. *Altera* eſt effectus, cura ſcilicet ac labor, quem illud in opus conferunt: & curæ, laboriſque huius fructus. Cauſſa vero eſt, partim eorum charitas & zelus erga DEI gloriam, hominumque ſalutem, partim legitima miſſio & auctoritas. Effectus primo quidem cernitur in cura & ſedulitate, quæ in animarum conuerſionem impenditur, in laboribus, peregrinationibus, moleſtiis, & periculis, quæ rei eiuſdem cauſſa ſuſcipiuntur: deinde vero etiam in ſecuta multorum ad CHRISTVM IESVM traductione, in gentium ab idololatria, & erroribus ac vitiis abductione.

Poſteriori hoc modo multi vocantur Apoſtoli. III Et vero quia intendi ac remitti poſſunt hæc omnia, tanto maior alicuius cum veris ac primis Apoſtolis ſimilitudo eſt, tantoque verius, ac minus improprie Apoſtolus dicitur, quanto iſtorum, quæ indicaui, plura & maiora in vnum aliquem congruerint. Et ſic vocantur *Apoſtoli*, Andronicus & Iunias, Rom. XVI ℣. 7. Silas & Iudas II Cor. VIII, Epaphroditus Philipp. II, 25, & LXXII diſcipuli, apud *Origenem* homil. XXVII in Numeros, D. Gregorius Magnus apud *Bedam* lib. II hiſtoriæ Angl. cap. I; D. Auguſtinus ab eo in Angliam miſſus apud *Burchardum* lib. V cap. XLII; alii complures in Græcorum Menologio, & meo de Apoſtolis libello n. 4. Quin vero, cum eccleſiæ naſcen- *vti omnes olim Epiſcopi* tis eſſent primordia, primique tunc Epiſcopi, magni animarum zelotæ, Chriſti præcones ac Apoſtolorum imitatores populum regerent ac erudirent, omnes 572
Epiſcopi nominabantur *Apoſtoli*, prout explicat in c. I Philip. & I Timoth. III *Theodoretus*.

Ita etiam & Bonifacius ſic vocari poteſt. IV Ex his igitur fit perſpicuum, iure ac merito ſanctum noſtrum Bonifacium, Germaniæ indigitari Apoſtolum. In eo enim, quæ indigitationem iſtam concedunt, fuere omnia, vt ex tota eius intellectum hiſtoria. Quanta enim erga

Edit. I pag. erga Deum & proximos charitas eius fuit, animarum zelus quantus, qui a patria eum, a charorum ſinu, a quietis portu, a dignitatum acceptione abſtraxit, auulſit, in alienas regiones, ignotoſque populos tranſtulit? Quam inſignis & luculenta eius ab Apoſtolico in Germaniam fuit miſſio, qui tot ad tam multos litteris commendatus, tam illuſtri legationis functione inſignitus, tam ſacro Epiſcopatus & Archiepiſcopatus munere ornatus fuit? Quanta eius animi virtus, quanta in æternæ aliorum ſalutis curatione ſollicitudo, induſtria, labor, & patientia, qui tot, eam ob cauſſam, itinera confecit, egeſtatem ac inopiam ſummam pertulit, pericula plurima, contumelias maximas, vexationes maximas, ipſamque demum mortem excepit? In Friſia certe, Haſſia, Thuringia, & Saxonia publicus adhuc & ſolennis vigebat idolorum cultus. Horum iſte inanitatem iis in regionibus docuit: horum aras, delubra, & ſtatuas euertit ac deturbauit: hominum ab iis myriadas quamplurimas abduxit, Chriſtoque Ieſu adiunxit, baptiſmo luſtrauit, myſteriis Chriſtianorum, & ſacris omnibus initiauit, & cum Germaniæ Apoſtolum infitiari quiſquam audeat? An hæ in Germania gentes non ſunt? An quia pauci quidam in iis erant Chriſtiani, & horum plerique vitiis ac ſuperſtitionibus non paucis contaminati, Apoſtolatus eius idcirco nullus? An eadem in regione plures Apoſtoli eſſe non poſſunt? An quia S. Petrus Romanorum Apoſtolus eſt, eorumdem non eſt etiam S. Paulus? An quia in Anglia Chriſtiani iam aliqui erant, cum eo B. Auguſtinum mitteret B. Gregorius, ideo Angliæ iſti Apoſtoli non ſunt? Moguntia vero tota quidem iam erat Chriſtiana. Sed Galliæ accenſeri poterat, vt lib. I cap. X vidimus; ideoque licet Moguntiæ non eſſet Apoſtolus S. Bonifacius, *Germaniæ* tamen, eo, quo expoſitum eſt, modo, *germanus omnique veneratione digniſſimus Apoſtolus* eſt.

V *Moguntinorum* tamen aliquo etiam modo recte dici poteſt *Apoſtolus*. *ſpeciatim Moguntinorum.*
573 1 Quia primus eorum fuit Archiepiſcopus, & quidem talis, qualem antea in Theodoreti ſignificabam Epiſcopis. 2 Quia & ad eos ab Apoſtolica ſede miſſus fuit. 3 Quia Moguntia metropolis Thuringiæ, Haſſiæ, aliarumque Germaniæ partium, in quibus illius eminuit Apoſtolatus, facta fuit. 4 Quia conſopitam & pæne iacentem hic religionis feruorem exuſcitauit & conſtituit, nonnullam in clero ac populo morum licentiam compreſſit, abuſuſque ſuſtulit. Quod ſi Lutherum non verentur Lutherani, vt in citato de *Apoſtolis* libello n. 67 monſtraui, Apoſtolum iactitare, Caluinum Caluiniani, vt ex periphraſi ac deſcriptione, quam in Gallicæ ſuæ Confeſſionis articulo XXXI collocant, perſpicitur, pudere ipſos plurimum deberet iſtam S. Bonifacio, qua digniſſimus eſt, illi vero indigniſſimi, detrahere, ipſiuſque vel minimum obſtruere luminibus. Ipſum certe nos, ipſum prudentiores ac modeſtiores omnes Friſii, Thuringi, Haſſi, & Saxones, gratiſſime, libentiſſimeque audient, Paulinum illud acclamantem: *Non ſum Apoſtolus? Nonne opus meum vos eſtis in Domino? Et ſi* 1 Cor. 9. 1. *aliis non ſum Apoſtolus: ſed tamen vobis ſum. Nam ſignaculum Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.* Repete, ſi videtur, quæ dicta ſuperius, notatione XXXIII.

LIV NOTATIO

De annorum in S. Bonifacii vita, ratione.

VLtimum Othlonianæ vitæ capitulum annorum ſummam quandam propo- *1 Quando martyrio affectus.* nit; ſed quæ, in recentiſſima Ingolſtadienſi editione, mendo non leui deformatur, quod, vt in margine illic notaui, ex eo, quem habuit *Surius*, MS. Codice, & ex ipſo iam ibidem edito *S. Willibaldo* emendandum, in quo ſic legitur: *Glorificant Dominum, qui ſuum dignatus eſt ſeruum, coruſca miraculorum patefactione oſtenſa, quadrageſimo peregrinationis eius anno reuoluto, glorificare, qui & incarnationis Domini DCCLV annus.*

Atque hic martyrii annus diligenter omnium primo notandus, præſertim cum apud *Wionem* lib. III *Cornelius Kempius* paſſum dicat anno Domini DCCLXXXII, & non deſint, qui annum numerent DCCLIV, vt *Pithœani Annales*, *V. Beda*
574 in epitome, *Hincmarus* epiſt. VI cap. XXIX, *Marianus*, *Sigebertus*. Sed

S. Willibaldo aſſentitur non Surianus tantum Othlonus, ſed alii etiam ſcriptores, qui tam manuaria quam typographica opera extant, omnes, adeo vt Reuerendiſſ. *Baronius*, cum in Martyrologii notis citiorem illum annum amplexus eſſet, ad ſeriorem ſeſe, poſterioribus curis, contulerit Annalium tomo IX, illaſque corrigi voluerit. Et confirmatur ex eo, quod in Othlono quidem etiam Suriano non eſt, ſed in Willibaldo additur: *Qui* annus DCCLV *cum indictione VIII computatus*, vel, vt in Francofurt. & S. Galli MS. eſt, *computatur*. Nam ſane anno DCCLIV in Iunio menſe, quo, vt ſupra dictum eſt, obtruncatus Sanctus, indictio erat ſeptima. Edit.I pag.

2 Quando factus Epiſcopus.

II Pergit vero *S. Willibaldus; Sedit hic in Epiſcopatu annos XXXVI, menſes VI, & dies VI.* Vnde apparet euidenter, Epiſcopum a Gregorio II factum eſſe anno Domini DCCXVIII, & quidem ipſo S. Andreæ, pridie Calendas Decembres. Nam eo ipſo cœptæ hiemis tempore Romam aduenerat Sanctus, vti monſtrat c. V *B. Willibaldus*. Verum *Epiſcopi* nomen hic accipiendum *improprie*, pro eo, qui auctoritate, iuſſuque Pontificio ad eas gentes, euangelii prædicandi cauſſa, mittitur, quibus CHRISTVS nondum annuntiatus: nulluſque adhuc datus Epiſcopus. Nam huiuſmodi ſolent earum gentium poſtea Epiſcopi proprie fieri, vt ex Origene atque Hincmaro dictum antea: & inter præcipua Epiſcopi munia eſt ipſum prædicandi officium, quod & interdum *Apoſtolatus* vocatur. Non fuiſſe vero proprie tunc Epiſcopum factum patet, ex eo, primo, quod tam in *Othloni* verbis cap. XI lib. I, quam in *Gregorii II* litteris ibidem cap. XII de Epiſcopatu nulla, ſed de ſolo prædicandi euangelii munere ac poteſtate fiat mentio: deinde, quod ab eodem Gregorio poſtea, Romam reuerſus, Epiſcopalem acceperit ordinem lib. I c. XVIII & XIX; tertio, quod eum idem Pontifex deinceps fratrem & Epiſcopum appellet cap. XXI, XXII, XXIII, & ſequentibus. Ad Epiſcopalem vero hunc ordinem euectus, proprieque creatus ab eo ipſo Gregorio II Epiſcopus fuit anno DCCXXIII. Cum enim priore illo improprio modo factus Epiſcopus fuiſſet anno DCCXVIII, ſequens annus DCCXIX, quo, vere iam adulto (hoc enim per Hebraicorum menſium *Niſan* & *Iair* nomina ſignificat c. VI *S. Willibaldus*) Roma diſceſſit, ſcribitur ab ipſo Gregorio II l. I (*Othlon.*) cap. XII fuiſſe *Leonis imperii tertius, & indictio ſecunda*. Iam vero annus, quo *proprie* in Epiſcoporum aſcriptus eſt numerum, dicitur eodem lib. I cap. XXII fuiſſe *Leonis ſeptimus, & indictio ſexta*. Prioribus igitur illis annis DCCXIX adiungendi quatuor, ſicque verus proprie dicti Epiſcopatus annus eſt DCCXXIII, ſed vnus idemque *S. Andreæ dies, pridie Calendarum Decembrium*, vt ait cap. VII *S. Willibaldus*. Secuto autem anno DCCXXIV in Germaniam rediit, prout referunt c. VIII idem *Willibaldus* & cap. XX lib. I *Othlonus*.

1, improprie ſupra not. 9

2, proprie.

575

3 Quãdo Archiepiſcopus. 1, inſtabilis.

III Archiepiſcopum vero, ſed *indefinitum*, ac, vt ita vocare liceat, *ambulatorium* S. Bonifacium, pallio in Germaniam miſſo, fecit Gregorius III anno DCCXXXII, quo ad illum ſuperiore anno Pontificem factum legatos miſerat idem Bonifacius. Licet enim anno DCCXXXI miſſos iſtos fuiſſe putet *Baronius*, potius tamen DCCXXXII id factum collegerim ex ipſius *Gregorii* epiſtola, quæ lib. I vitæ cap. XXXII eſt, hiſce verbis: *Presbyterum, quem præterito aſſeruiſti anno ad nos veniſſe, noſtroque iudicio a ſuis nefariis abſolutum actionibus, credas, quod neque nobis confeſſionem aliquam fecit, nec a nobis, vt ſuos expleat libitus, abſolutus eſt.* Aſſerebat S. Bonifacius præterito anno improbum iſtum ad Pontificem iiſſe, qui idem Roma interim reuerterat, mendaciaque illa Bonifacio dixerat. Non priore igitur anno, ſed poſteriore ſcripſerat, legatoſque ad nouum Pontificem Gregorium III miſit S. Bonifacius, qui ſane id officii neque vltra DCCXXXII diſtulit. Archiepiſcopus vero *definitus ac fixus*, & quidem Moguntinus ab Francorum Ducibus Carlomanno & Pipino, totaque ſynodo tum congregata, quæ illarum, de quibus ante, fuit tertia, delectus eſt, & a Zacharia Pontifice petitus anno Domini DCCXLV, & ab eodem Pontifice bis confirmatus. *primum* quidem anno DCCXLV, vt apparet ex Zachariæ litteris lib. II vit. c. VIII, quæ datæ fuerunt prid. Cal. Nouemb. imperante Conſtantino Copronymo, anno XXVII imperii eius, indict. XIV, a Septembri ſcilicet inchoata, & ad Octobris exitum iam progreſſa. Quod ideo moneo,

2, ſtabilis ſeu Moguntinus.

Edit. I pag. 376 moneo, quia ſi a Ianuario inchoaretur indictio, tribuenda foret anno DCCXLVI, cum tamen veriſimile nullo modo ſit, ad Franciæ Ducum & S. Bonifacii litteras anno DCCXLV datas, non fuiſſe a Zacharia reſponſum, niſi ſub anni DCCXLVI finem. *Secundo* autem confirmatus fuit eodem Conſtantino Imperante *anno XXXII imperii eius, indict. V*, pridie Nonas Nouemb. vt habetur eodem lib. II c. XV, id eſt, ſecundum eandem putandi rationem, anno DCCLI, licet Conſtantini annus XXXII videatur potius ad annum DCCLII attinere.

IV Synodorum vero trium a S. Bonifacio habitarum annus primæ quidem fuit DCCXLII, & dies XI Cal. Maii, vt in eius principio ſcribitur; ſecundæ DCCXLIII, & dies Martii primus, *Benedicto Leuita* teſte lib. V Capitularium; tertiæ DCCXLV, prout iam dictum eſt. Atque hinc habentur *anni prope XXX*, de quibus in Bonifacii epiſtola lib. II c. V. *(Othl.)* Non enim a primo Sancti ad Gregorium II acceſſu & euangelii Germanis prædicandi poteſtate ab illo accepta ſolidi anni ſunt XXX, ſed XXVIII tantum. *4 Quando ſynodi.*

V Sed illud nunc examinandum, quod tam ab Othlono quam a Willibaldo, vti eum ante audiuimus, aſſeritur, Martyrem factum S. Bonifacium *anno peregrinationis ſuæ XL*. Nam quæ *peregrinatio iſta?* Non ſane vita eius, cum ſenex & canus mortem exceperit, & antequam aut Romam aut in Germaniam veniret, ſacerdotii ordine honeſtatus, & quidem anno ætatis eius aut XXX, aut poſteriore, prout notatione alia viſum eſt. *Peregrinatio* igitur eſt, qua, ſua e patria, peregre in Friſiam primo, in reliquam deinde Germaniam venit. eaque, vt annorum XL ſit, incipienda eſt ab anno DCCXV. Et quia Romam eum anno DCCXVIII profectum, dictum eſt, ſupereſſent anni tantum *tres*, quibus *in Friſia* prius fuiſſet, iique non integri, quia horum trium hiemem vltimam in Anglia exegit, vt ex *Willibaldo* conſtat c. IV & V. *Extra patriam quot annos peregrinatus?* *annot. 5.*

VI At vero calculum iſtum valde turbat citatus notatione XII *S. Ludgerus*, dum XIII annos prædicationis eum in Friſia peregiſſe ait, & ne quis forte cenſeat tres pro tredecim reponendos, diſerte iſtos XIII partitur, & eum ait Werdæ commoratum annos VII, Attingoæ annos III, Feliſæ alios III. Præterea vero, in Svvibertina cap. XIV *Marcellini* verba ſunt: *S. Winfridus ſacerdos, poſtquam tredecim annis in eccleſia Traiectenſi vt canonicus degiſſet, Archiepiſcopus Moguntinenſis conſecratur, & Bonifacius appellatur.* At iſti teſtes oculati ſunt. hi S. Bonifacium ambo viderunt. An ab iis ipſius etiam Sancti diſcipulus & comes diſcrepare ac diſſentire poteſt S. Willibaldus? Opinari malim, ab *Obiectio ex Ludgero.* *Reſponſio ad eam.*

377 hoc & ab eius exegeta *quinquageſimum peregrinationis annum* fuiſſe initio ſcriptum. Si enim decem anni tribus iam dictis Friſiacis addantur, habebuntur anni peregrinationis XIII; qui iuncti cum Epiſcopatus, aut Apoſtolicæ functionis a Pontifice Maximo demandatæ annis XXXVI & menſibus, diebusque antea nominatis, annos efficiunt L. Atque huic putationi probabilitatis dare aliquid poteſt, *canities* maxima, & *decrepita ſenectus*, *oculorumque caligatio*, de qua vel ipſe in epiſtolis ad Fulradum, Danielem, & Dudonem, vel alii loquuntur, vt *S. Willibaldus* cap. III, *S. Ludgerus* in Gregorio, meus MS. alii. *p. 74. 75.* Nam alioqui non multo vltra LXX ætatis annum prouectus fuiſſet, cum ſacro laureatus eſt martyrio. Nam ſi ante peregrinationem demus ei ſacerdotii annos XXX, aut paullo plures etiam poſt, dum in patria ſacerdos manſit, & ad hos adiungantur anni peregrinationis XL; vita ei tota non multum vltra ſeptuageſimum annum propagata fuerit. At ſi eum quinquaginta peregrinatum annos ducamus, octogeſimum etiam ſuperauerit. Deinde vero cum vellet Epiſcopum eum creare S. Willibrordus, ad eam fugiendum dignitatem, annali ordinis eius lege potiſſimum vſus eſt, ſe *quinquageſimi anni necdum plene*, vti loquitur c. VI *Willibaldus*, *ætatem recepiſſe*. Quid, *necdum plene?* Illud, opinor, ſe quidem amplius quam annorum XL eſſe, quinquageſimum tamen haud dum iniiſſe. At ſi XL tantum in peregrinatione ſua tota, non autem L conſumpſiſſet annos, tunc ſane ſe *quadrageſimi anni necdum plene ætatem recepiſſe*, dixiſſet potius. Qui enim per ætatis minoris excuſationem aliquid a ſe amoliri conantur, ſolent ii libenter minimum, quem vere poſſunt, annorum ſuorum numerum afferre. vnde & eodem loco ſe *in adoleſcentiæ annis adhuc conſtitutum* pronuntiat; *adoleſcentiam* vocando ætatem, maturiore illa, quæ annorum L eſt, minorem.

Et vero cum, non multo poſt, a Gregorio II Epiſcopus proprie creandus eſſet, de ætate prorſus tacuit: quæ tamen, ſi eccleſiaſticis tum conſentanea legibus non fuiſſet, ab eo commemorata ſaltem & indicata fuiſſet. Denique, quomodo a Zacharia, eius Pontificatus anno ſtatim ſecundo, immo iam a Gregorio III antea, vt ex lib. II vitæ c. II perſpicuum, in Archiepiſcopatu ſuo, alioqui tum adhuc mobili, ſucceſſorem tanto petiiſſet ſtudio, niſi ætate admodum prouecta fuiſſet? Quomodo, antequam Lullum a Pontifice ſucceſſorem depoſceret, dicitur *Willibaldo* cap. X tanta *corporis infirmitate prægrauatus, vt ſynodalia conciliorum conuenticula, per omnia, adire* non poſſet? Edit. I pag. 578

Alia obiectio

VII Hiſce tamen videtur omnino repugnare *Willibaldus* cap. IV, dum ita inchoatam S. Bonifacii peregrinationem deſcribit, vt altero ſtatim ſui in Friſiam aduentus anno, illinc in patriam ad monaſterium priſtinum, cum Chriſtianæ fidei per Radbodica bella impediretur prædicatio, redierit, cumque hiemem in Friſia vnam egiſſet, egerit iam in Anglia *ſecundam.* At ſecundam, *ſecundive anni hiemem* videtur ille appellare, non eam quæ primam in Friſia exactam conſecuta eſt, ſed quæ vnam in monaſterio poſt reditum iam abſolutam. ita vt in Anglia hiemes duas e Friſia, vnde autumno ſoluerat, reuerſus tranſegerit, &, ſub initium tertiæ, Romam perrexerit, quemadmodum idem narrat *S. Willibaldus* c. III, bienniumque in natali ſolo ſolidum tunc manſerit.

Alia rurſus obiectio.

VIII At *S. Ludgerus* in Gregorio, poſt XIII Freſonicæ prædicationis annos confeſtim veniſſe in Thuringiam & Haſſiam S. Bonifacium narrare videtur. Sane: quia, cum Sancti huius vitam ex inſtituto non ſcribat, ſed rerum quarundam, quæ B. Gregorium attingunt, capita perſtringat, illius & in patriam reditum, & Romanam profectionem, miſſionemque Pontificiam omiſit, ſtatimque ad Thuringicos, Haſſicosque Sancti labores accedit. ſicuti & poſtea omnes de Sancti Epiſcopatu proprie dicto, & Archiepiſcopatu tam mobili quam fixo hiſtorias in vnam conglobat. Quinquaginta igitur peregrinationis eius annos teneamus, & eis annectamus duos illos, quos poſt Friſiacam reuerſionem in patria ipſum egiſſe dictum eſt, rurſumque initi ſacerdotii annos minimum XXX, exiſtet annorum ſumma LXXXII. Iam vero poſt initum ſacerdotium tres aut quatuor in patria, priuſquam peregrinationem inſtitueret, annos egiſſe declarat magna de ipſo iam ſacerdote *fama*, eiusque ad Archiepiſcopum Cantuarienſem Berthwaldum, de quo *Beda* lib. V hiſt. c. XX & vltimo, *legatio*, & creberrima *in ſynodis præſentia*, prout a *Willibaldo* narratur cap. IV, ab *Othlono* lib. I cap. V, VI, & VII.

Quot vitæ totius anni.

IX Ita vt vita ſancti martyris tota videatur annis conſtitiſſe non LX, prout a *Wicelio* in Hagiol. ſcriptum; ſed LXXXV vel LXXXVI. 579

Neſcio, quid *Pagio* in mentem venerit, vt ad an. DCCLV n. XVIII p. 299 ſcriberet: *S. Bonifacius, iuxta* Serarium, *in notat. LIV, vixit tantum annos LXXIV, ſed ſecundum ſupputationem* Cointii *ad annum DCCXXII n. XLVIII & ſeqq. annos circiter octoginta.* Nam *Serarius* diſerte hic annos ei dat LXXXV vel LXXXVI.

Vnde poſteriorem hunc amplectendo numerum, hæc eius vitæ dari poteſt chronologia.

Annorum ſynopſis.

I	Natus S. Bonifacius anno Domini	670
II	*Cum eſſet annorum IV ſeu V, Dei ſe ſeruitio ſubiugare ſtuduit,* ait c. V *Willibaldus*	674
III	Aetatis anno XII vel XIII factus Monachus, lib. I c. III not. III,	683
IV	Presbyter factus	700
V	In Friſiam, euangelii cauſſa, peregrinari cœpit primo	704
VI	In patriam cœnobiumque ſuum rediit	716

Operæ pretium erit, hic audire *Pagium.* Is vero tom. III ad an. DCCXVI num. XVI & XVII p. 188 ſic; *Aduentus Bonifacii in Friſiam contigit hoc anno* (DCCXVI) *quo duntaxat cum Radbodo Carolus Martellus bellum gerere cœpit, non vero anno ſuperiori, vt perperam eo anno* Cointius *num. LXV & ſeq. tradidit, vbi & reditum eius in hunc annum differt. Is tamen ſolide refellit* Serarium, *lib. III rer. Moguntiacar. notat. LIV in vitam S. Bonifacii, vbi initium peregrinationum eius ab anno DCCIV repetit, reditumque in patriam hoc anno recte collocat. Anno enim DCCIV Carolus vix infantiam egreſſus erat, & Bonifacium Carolo Maioratum gerente in Galliam veniſſe teſtatur non ſolum* Willibaldus *in eius vita, ſed etiam* S. Luidgerus *in vita S. Gregorii, Rectoris eccleſiæ Traiectenſis*

ad

Edit. I p. 579 *ad Rhenum. Quare vbi* Luidgerus *ait, Bonifacium in Thuringiam profectum eſſe*, poſt XIII annos *peracta in Freſonia prædicationis, loco* tredecim *legendum* tres; *quot annos Bonifacium in Friſia verbum Dei annuntiaſſe ſcribit* Willibaldus *citatus. Qua emendatio videtur certa, quia* Luidgerus *auctor coæuus vix hac in re errare potuit. Auctor* chronici Wirzburgenſis *a* Baluzio *publicatus huius profectionis annum notauit:* DCCXVI S. Bonifacius, qui & Winfridus, a Gregorio Papa in Franciam ad prædicandum verbum Dei miſſus eſt. *Vbi tamen Chronographus hanc Bonifacii peregrinationem cum miſſione ei a Gregorio II ſerius commiſſa confundit, vti &* Petrus Bibliothecarius *apud* Ducheſnium *tom. III p.* 540. *Ipſemet* Bonifacius *in epiſt. n. CXXXV Zachariæ Papæ data an. DCCXLV, & ibidem a* Baronio *n. XXIV recitata inquit:* Poſtquam me, ante annos prope triginta, ſub familiaritate atque ſeruitio Apoſtolicæ ſedis, annuente & iubente venerandæ memoriæ Antiſtite Apoſtolico, Gregorio anteriore, (*ſcil. ſecundo*) voto conſtrinxi, quidquid mihi lætitiæ vel triſtitiæ accideret, Apoſtolico Pontifici ſolebam indicare. *Ab hoc autem anno DCCXLV anni XXX incompleti intercurrunt. Adhæc* Willibaldus *citatus teſtatur, hunc S. Germaniæ Apoſtolum anno DCCLV martyrio coronatum eſſe, quadrageſimo peregrinationis eius anno reuoluto: quæ ideo hoc anno incepta fuit.* Othlonus *vero ait:* Paſſus eſt anno peregrinationis ſuæ XL. *Quare hæc epocha certa & indubitata.* Serarius, *qui Bonifacii in Angliam reditum cum hoc anno* (DCCXVI) *accurate illigauit, ita vltima VVillibaldi verba, numero ſuperiori recitata, interpretatur, vt Bonifatius in Anglia hiemes duas e Friſia, vnde autumno ſoluerat, reuerſus tranſegerit, & ſub initium tertiæ Romam perrexerit, anno ſcilicet DCCXVIII, bienniumq; in natali ſolo ſolidum tunc manſerit.*

VII Romam vadit & Epiſcopus improprie tum factus a Gregorio II Pontif. in Germania prædicandi poteſtatem accipit 718

VIII Maio menſe, Roma, in Germaniam, prædicandi gratia, venit, & B. Gregorium puerum in diſciplinam ſuam accepit 719

IX Poſt Radbodi tyranni mortem in Friſiam iit ſecundo, tresque circiter annos S. Willebrordi cooperator fuit, in cap. VI S. *Willibaldi* & *Marcellini* c. XIV. 720 721 722

X Epiſcopatum refugiens in Germaniam rediit, & fidem in ea Chriſtianam propagauit eodem 722

XI Romam iit ſecundo, & proprie a Gregorio II factus Epiſcopus, ad cœptos in Germanica vinea labores rediit 723

XII In euangelicis laboribus perſtrenue verſatus 724 & ſeq.

XIII Fit incertæ ſedis Archiepiſcopus a Gregorio III, & ſolitis in laboribus nauiter deſudat 732 & ſeq.

XIV Romam vadit tertio ac redit 738

XV Bauariam in diœceſes IV partitur 739

XVI Synodum habuit Ratiſponæ 742

XVII Alteram Liſtinis 743

XVIII Tertiam Moguntiæ, & Moguntinus ipſe Archiepiſcopus delectus 745

Atenim conf. quæ ſupra ad notat. XXXVI monuimus,

XIX Circa hæc tempora de Fuldenſi monaſterio agebat, eodem & ſeq.

XX Romam profectus vltimo, indidemque reuerſus 750

XXI Wirceburgi Epiſcopum promulgat S. Burchardum 751

Enimuero repetas hic velim, quæ ſupra ad notat. XLIV attuli. Stat enim adhuc *Mabillonii* ſententia, Bonifacium non anno LI, ſed anno XLI Wirzburgi promulgaſſe, Burchardum eccleſiæ Herbipolitanæ a Gregorio III datum eſſe Epiſcopum.

XXII Pipinum, Caroli M. patrem, Francorum regem vnxit 752

XXIII In Friſiam ſe vltimo contulit 754

Ex iis, quæ ad vitam *Lulli* e *Pagio* dabimus, patebit, Bonifacium iam an. DCCLIII, Lullo in Archiepiſcopatu Moguntino ſibi ſuffecto, in Friſiam profectum: ex hac, cum multos ibi chriſtianis initiaſſet ſacris, in Germaniam quidem reuerſum, ſuas aliquandiu inuiſiſſe eccleſias: ſed año ſequenti Friſiam denuo reuiſiſſe, Chriſtoq; militantem morte occubuiſſe glorioſa.

XXIV Martyrio ibidem affectus 755

Mirum mihi accidit, inquit *Pagi* ad an. DCCLV n. XVI p. 299, Labbeum *in chronico*, Henſchenium *in vita S. Ludgeri, Epiſcopi Monaſterienſis, ſect. III ad d. XXVI Martii recitata*, Mabillonium *ſac. III Benedictin. in obſeruationibus præuiis ad vitam S. Bonifacii* (leg. in append. n. VII) *alioſque viros eruditiſſimos S. Bonifacii martyrium ad d. V menſ. Iunii an. DCCLIV retuliſſe. Si enim S. Bonifacii martyrium anno ſuperiori* (DCCLIV) *contigiſſet, eius Apoſtolatus initium ſumſiſſet a die vltima menſis Nouembr. an-*

an. DCCXVII ; ſicque duas hiemes Romæ tranſegiſſet : cum tamen certum ſit, eum inde menſe Maio an. DCCXIX digreſſum eſſe, & tam Willibaldus, *quam* Othlonus *tradant ; vnicam hiemem Bonifacium Romæ tranſegiſſe. Secundo, Bonifacius Carolomanno monacho, Pippini fratri, ſuperſtes fuit, vt etiam dictis patet. Carolomannus autem ante diem V menſis Iunii antecedentis Chriſti DCCLIV anni mortuus non eſt; cum bellum Italicum menſe tantum Martio illius anni a Pippino Rege decretum fuerit, & eius occaſione Carolomannus, qui in monaſterio Caſinenſi vitam monaſticam agebat, legatus ab Aiſtulfo Rege, qui Ticini morabatur, in Franciam miſſus fuerit, conſulto etiam antea Rachiſio monacho, Aiſtulfi Regis fratre: quibus ſi addas tempus a Carolomanno in itinere conſumtum, & aliqualem eius in Gallia moram, comperies, huius mortem ante diem V menſis Iun. illius anni accidere non potuiſſe. Denique* S. Eigil, *Abbas Fuldenſis quartus, qui hoc ſæculo vixit, eam opinionem plane iugulat, vt ex dictis manifeſtum eſt**. Ita *Pagi,* qui § XVII ſequenti *Mabillonii* ſententiam refellit. Edit. I pag.

* Quæ leges ad vitam Lulli.

LV NOTATIO 580

Ad Anglos, Friſios, Hollandos, Haſſos, Thuringos, & Saxones Chriſtiana, vt ad S. Bonifacii, primorumque ſuorum in Chriſto magiſtrorum fidem redeant, obteſtatio.

I

a adAnglos *V. Beda l. 1 hiſt. c. 23 & ſequenti l. 2 c. 1.*

O Anglia, Anglia, *quomodo* primæ tuæ in CHRISTO IESV fidei & charitatis *obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus !* (Thren. 4, 1) Fidem illam, quæ vna æternæ ſalutis principium, caput, & fundamentum eſt, ab iis olim didiciſti, qui Catholici & Romani ſacerdotes erant, qui Miſſarum ſolennia celebrabant, qui Sanctos in beato cælorum regno cum ſummo omnium Rege regnantes colebant & inuocabant, qui ſummam Pontificis Romani auctoritatem agnoſcebant, qui ab eo ad te, vt CHRISTVM ſacerrimumque ipſius cultum, & ſacra tibi in cæciſſima idolorum nocte caliganti ac pereunti traderent, miſſi, abs te pie ac obſequenter accepti, auditi, & retenti ſunt; & ita quidem, vt ex hiſce initiis, ex horumque Sanctorum diſciplina quamplurimos deinceps tuo in gremio feliciſſime habueris inſigni admodum doctrina, pietate, ac ſanctitate præſtantiſſimos: atque vt bono tanto non ſola fruereris, ſed aliis etiam gentibus cæleſtis, quam diuinitus acceperas, lucis lampadem accenderes, quamplurimos eximia prorſus charitate flagrantiſſimos alias in regiones, ac potiſſimum quidem noſtram in Germaniam, ſacras veluti colonias, miſeris, qui ſacroſanctam Chriſtiani euangelii veritatem, rudes, incultos, barbaros, immanique idolorum, ſuperſtitionum, ac vitiorum mole oppreſſos, miſerrimeque humi afflictos populos docerent, ad veri Dei conſpectum, æternæque vitæ ſpem erigerent ac inſtituerent. Abs te, tanquam fecundiſſima Sanctorum matre, ſunt Egberti, Swiberti, & Wigberti; abs te Chiliani, Coloneti & Todnani; abs te Willibrordi, Adelberti, Marcellini; abs te Columbani, Corbiniani, Amandi, Arbogaſti; abs te Willibaldi, Winibaldi, Burchardi, Elwaldi; abs te tot & tanti CHRISTI præ- 581
cones, fidei propagatores, Dei martyres, & inter omnes clariſſimum veluti ſidus, ſanctus noſter Bonifacius, vt a quibuſdam *religioſa* quondam Anglia, *Deique paradiſus* merito ſane vocata ſis **. Quid igitur tibi cum Caluino, Bucero, &
Ier. 49, 1. Beza nunc? *Cur,* vt cum Propheta dicam; *hereditate poſſedit Melchom, Gad? Cur* eiuſdem *Melchom populus*, in Sanctorum tuorum vrbibus, eccleſiis, mona-
Thren, 4. 1. ſteriis habitat? *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus?* Certe
Apoc. 2, 4. 5. fidem nunc, certe charitatem tuam primam reliquiſti. *Memor eſto itaque, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Quæ noſtri olim naufragii miſerta per tuos opem tuliſti, accipe hanc a nobis modo, tuis quondam in vera Dei cognitione ac veneratione natis, gratiſſimi erga te obſeruantiſſimique animi vocem, quos tui huius erroris, exitiique miſeret vel maxime. *Nouerimus,*
Serm. 92. inquit vel *D. Ambroſius*, vel *S. Maximus*, *quia non ſine magno diſcrimine de religionis veritate dubitamus, quam tantorum ſanguine confirmatam videmus. Magni periculi res eſt, ſi poſt Prophetarum oracula, poſt Apoſtolorum teſtimonia, poſt martyrum vulnera, veterem fidem quaſi nouellam diſcutere præſumas, & poſt tam manifeſtos duces in errore permaneas, & poſt morientium ſudores, otioſa diſputatione contendas.*

* Othlonus *præf.* Marcell. *l. I c. IV & VI,* S. Ludgerus *in S. Greg.* Beda *l. V c. XI XII.*

II Vos

Edit. I pag. II Vos vero Friſii, Hollandi, Haſſi, Thuringi, & Saxones, Anglorum, *ſecundum carnem*, aut fratres, aut patres, *ſecundum ſpiritum* filii; vos, inquam, per CHRISTVM IESVM rogo, obſecro & obteſtor; *ſtate ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona; & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus veſtris.* Semitas in CHRISTO IESV antiquas, viamque bonam vobis monſtrarunt, qui ad vos ex Anglia nauigarunt, qui multis apud vos ſignis & portentis diuina vi factis coruſcarunt, qui ſuis apud vos laboribus nocentiſſimas idololatriæ ſtirpes euulſerunt, Chriſtianam fidem plan-
582 tarunt, ſuisque ſudoribus & lachrymis, immo etiam ſanguine rigarunt & conſignarunt Willibrordus, Swibertus, Bonifacius. In horum viis inſiſtite, per horum incedite veſtigia, in horum ambulate ſemitis, & inuenietis cum in iſto; tum vero, & multo quidem magis, in futuro ſæculo, refrigerium animabus veſtris. Noua via illa eſt; recentes illi calles, nullis omnino Sanctorum veſtrorum tritæ veſtigiis illæ ſemitæ, quas apud vos nuper moliri, oſtendere, ac laudare cœperunt Lutherus, Schwenkfeldius, Menno, Caluinus: ſi in his gradi porro ac ambulare pergatis, præſentiſſimam animabus veſtris perniciem conciliabitis. Audite nos, o cariſſimi & deſideratiſſimi, attendite verbis oris noſtri, qui Moguntiæ cum ſimus, veſtri & *ſecundum carnem*, & *ſecundum ſpiritum* fratres ac germani ſumus, ex eadem Germanorum gente, ab eodem ſanctiſſimo patre geniti Bonifacio. *Ne abſtrahatur in viis* nouatorum iſtorum *mens veſtra: neque decipiamini ſemitis eorum. Multos enim vulneratos deiecerunt: & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab eis. Viæ inferi domus eorum, penetrantes in interiora mortis. Sed ſtate ſuper vias, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea.*

a ad Friſios Haſſios &c.

Ier. 6, 16.

Prou. 7, 24, 25. 26.

LVI NOTATIO

De S. Bonifacio quidnam hodie degeneres quidam filii, cuculique ingratiſſimi.

I

CVm apud citatum Prophetam (*Ier. 6, 16*) dixiſſet Dominus, vt ſtarent ſuper vias Iudæi, viderent, & interrogarent de ſemitis antiquis, vbi & quæ via bona eſſet, in eaque ambularent, improbi, contumaces, & præfracti quidam reſponderunt, *Non ambulabimus*. Idem, proh dolor, dictitant e nouatoribus noſtris non pauci hodie, quibus nouæ, incertæ, auiæque viarum ambages magis, quam vetuſtæ, certæ, rectiſſimæque maiorum viæ placent. Perrexit vero apud eundem Prophetam dicere Dominus: *Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores: Audite vocem tubæ.* An non & idem nobis iam dicit? Nonne *ſpeculatores* nobis
583 ab eo dati, qui primi horrenda æternæ nobis gehennæ diſcrimina, formidabiles tartareorum hoſtium copias & machinationes, liberatorem ac ſaluatorem Chriſtum Ieſum, cæleſte Dei auxilium, præſentemque opem & gratiam, e quadam veluti diuinæ cognitionis & charitatis editiſſima ſpecula proſpexerunt, & denuntiarunt? Nonne *ſpeculatores* a Deo nobis conſtituti, qui primi, depulſis ac deturbatis idolorum aris, victimis, ac flaminibus, noſtri fuerunt in Chriſtiana religione σκοποὶ, prout illic verterunt ſeptuaginta, ſeu *Epiſcopi* vel *Archiepiſcopi*? Nonne hi euangelicam nobis tubam contentiſſima cum voce ac ſonitu inflarunt? idolomanias omnes, errorum portenta, ſcelerumque monſtra clangore ſuo exterruerunt, fugarunt, ac diſſiparunt? nos ad verum Deum, verum eius cultum ac religionem, vera ſacra & cæremonias vocarunt, excitarunt, & adduxerunt? Ad horum igitur ſonos animum attendere, horum tubis aures pateſacere, horum vocem nos audire iubet Dominus. Duricordes vero, ceruicoſi, & peruicaces cum veteribus, quibus aſſimiles ipſi, Iudæis clamant, *Non audiemus*; immo, cum ſortis ac furfuris eiuſdem nebulonibus aliis, in ſacros iſtos ſpeculatores atque tubicines impudentiſſime inuadunt, eorumque cuilibet, quantumuis graui, ſancto, martyriique purpura verendo, vt Ieremiæ vati olim illi, audaciſſime contumeliam facere, atque in os dicere non verentur; *Mendacium tu loqueris; non miſit te Dominus Deus noſter.*

Similes Iudæis auctore videntur nouatores.

Ib. v. 17.

v. 43.

Speciatim Franc. Iunius. II Nam ecce tibi quadruplatorum iſtiuſmodi & ingratiſſimorum, qui ſuum in parentem conniſcant, arietum quaternio. Duo ex Hollandia, duo e Germania noſtra reliqui. 1 *Franc. Iunius* Controu. IV l. IV c. XII n. 6. *Quis pius ſecum habitans laudet impium illius Bonifacii ſcriptum diſt.* 40 *c.* Si Papa? *Edit. I Pag.*
Franc. Gomarus. 2 *Franc. Gomarus* in ſpeculo veræ eccleſiæ Chriſti pag. 111 & ſequentibus; *Pontificum & Bonifacii epiſtolas ſi quis diligenter euoluat, & hiſtoriam ſcrutetur, certo comperiet, quantopere a vera Chriſti doctrina, & ab Apoſtolorum fide Pontifices illi cum Bonifacio veſtro declinarint.* Et, *Quanta in Bonifacio & Zacharia Pontifice fuerit ſuperſtitio, & diuinarum rerum imperitia, patet ex &c. Conſtat, quanta in Bonifacio ſacrarum litterarum & officii fuerit imperitia, qui adeo doctrinæ Chriſtianæ fuit ignarus, vt quando lardum comedi* 584
poſſet, ignorabat? ſeu, vt qui alios ignorantiæ accuſat, ſcribere debuit, *ignoraret. Quanta denique in vtroque* (Zacharia & Bonifacio) *a Chriſti doctrina diſſenſio, quæ vitæ improbitate ſe amplius prodidit ac patefecit.* Et, *Improbiſſimum Zachariæ Papæ & Bonifacii facinus eſt, quamuis id iuris humani & diuini ſpecie fucare ſtudeant Marianus & Gelaſius Papa, pii tamen & prudentiores non obſcure vident ſummam Pipini in legitimum Dominum ſuum perfidiam, & Papæ ac Bonifacii arrogantiam, & iniuſtitiam ſingularem.* Denique, *Sancta Dei præcepta quum profane Bonifacius violarit, immerito a Pontifice in*
Phil. Melanchthon. *Sanctorum relatus eſt album.* 3 *Philip. Melanchthon* lib. III Chronic. apud *Letznerum*, (in fine vitæ S. Bonifacii) *Horrendum eſt, eum Bonifacium Gregorii doctrinam & exemplum ſecutum eſſe.* 4 *Magdeburgici Centuriatores*
Centuriatores. præfatione in centuriam VIII, eum dixiſſent *Pontifici Romano dromones quoſdam eſſe audaces, temerarios, qui præmiis & honoribus illecti & irretiti ſedulam illi operam in omnibus nationibus & regnis nauarent*, ſuum tandem, vti loco citato monet *Iunius*, ita de Sancto iſto iudicium exponunt: *Talis fuit dromo Bonifacius ille Germanorum Apoſtolus dictus, qui in hoc ſummo ſtudio, arte, ac vi incubuit, vt vniuerſam Germaniam in poteſtatem Papæ Romani redigeret. Etſi autem in nonnullis locis ethnicam idololatriam aboleuiſſe narratur, tamen religionem Chriſtianam non ſeminauit puram & incorruptam.* Et infra; *Ea fuit inſolentia inflatus iſte pſeudoapoſtolus, vt non modo monitores omnes ex alto deſpiceret, verum etiam apud tyrannum illum Romanum inuidioſe deferret tanquam hæreticos & turbatores eccleſiæ.*

Audin' lector, Iudæorum contra Ieremiam voces? Audin' degenerum contra parentes filiorum murmurationes? Audin' raucos ac ſtreperos ingratiſſimorum cuculorum coccyſmos? Adelberti ſcilicet, Clementis, & Godaſcalci hæreticorum, de quibus antea, ſceleratiſſimorum reuixit in his arrogantia, proteruia, impietas. Oſtendunt reipſa diſplicere ſibi CHRISTVM, eiusque ſacrum 585
baptiſma & fidem, qui in primos eius nuntios & præcones tam contumelioſi ſunt. Quid enim de S. Bonifacio aliud aut Radbodus, aut vero nefariorum illorum, a quibus ille obtruncatus, diceret aliquis? Quid impuri, ſacrilegi, & conſcelerati, a quibus tot & tantas viuus adhuc & bene ipſis, aliisque omnibus facere annitens, calumnias, criminationes, iniurias, prout gemebunda ipſius, aliorumque ſcripta teſtantur, perpeſſus eſt, aliud omnino aut facere aut effutire poſſent?

Mornæus & Spangenbergius. III Hiſce quatuor addi poſſet e Gallia *Pleſſius* lib. II c. IX, & e Germania *Spangenbergius*. Sed illius antea inanitatem oſtendi: huius vero ab alio mihi quidem nuntiatæ infames chartæ, nondum tamen viſæ. At iſtorum tam paucorum, tam ſcurrantium audaciæ, procacitati, ac impudentiæ obiicio totam eius vitam integerrime a puero traductam, labores ob CHRISTI gloriam exantlatos plurimos & difficillimos, ſanguinem pro ſanctiſſima huius fide profuſum, diuina per eum viuentem & mortuum edita miracula, fructus in tot & tantis regionibus, tot ac tantis animabus conſecutos maximos, eccleſiæ denique ipſius, Pontificum Maximorum, ſanctorum hominum, variorumque omnis pæne generis ſcriptorum, Catholicorum, & hæreticorum iudicia, & elogia plurima, & præclariſſima.

LVII NO-

Edit. I pag.

LVII NOTATIO

Eccleſiæ, Pontificum, Sanctorum, ſcriptorumque variorum, de S. Bonifacio teſtimonia.

I

AC eccleſiæ quidem de S. Bonifacio iudicia atque teſtimonia, ex eo quod in cælitum eum numero reponat & colat, quod in eccleſiaſticis martyrologiis anniuerſariam eius agat memoriam, quod feſtum ei diem, religioſamque illam, quæ infra diuinam eſt, venerationem & cultum annuat, perſpicua ſatis & euidentia ſunt. Pontificum item Gregorii II, Gregorii III, Zachariæ, ac Stephani epiſtolæ illius laudum, chriſtiana tamen & pontificia cum grauitate ac modeſtia, plenæ nunquid ſunt? A quibus vero eius vita & martyrium litteris,
586 magno cum ipſius illuſtriſſimarum virtutum elogio, mandata, ſancti nonne ſunt Willibaldus & Ludgerus? Eccleſiæ & Pontificum.

II Ex ipſo autem ſcriptorum, qui eius æuo aut æquales, aut etiam poſteriores fuerunt, genere audiantur, non quidem omnes (foret enim æquo longius) ſed hi ſaltem aliqui, ſpectatiſſimi tamen & fide digniſſimi omnes. Scriptorum,

1 *Elbvvaldus* Angliæ Rex in epiſtola, *Domno*, ait, *glorioſiſſimo, & cum honoris affectu venerandiſſimo Bonifacio.* Elbvvaldi,

2 *Hedilbertus* Cantiæ Rex in epiſt. *Domno beatiſſimo & Pontificali infula merito decorato Archiepiſcopo Winfrido cognomento Bonifacio.* Cumque ſe precum impetratarum pollicitatione admodum exhilaratum ſignificaſſet; *Vtile mibi ait, omnino ac conueniens eſſe videtur, vt perfulgidam longe lateque beatitudinem tuam amicabilem litterarum lectione, ſeu fidelium legatorum allegatione alloquar.* Et poſtea: *Nos primo declaramus, omnes, in communi, omnipotenti Deo gratias vberiores rependere, qui tantam in vos miſericordiæ ſuæ gratiam contulit, vt innumeroſam multitudinem gentilium, idololatriæ vetuſtiſſimo errore miſerabiliter deceptam, ad Chriſtianæ fidei normam, prædicationis veſtræ verbo, & labore conuerterit.* Hedilberti

3 *Daniel,* occidentalium in Anglia Saxonum Epiſcopus, *vir in rebus eccleſiaſticis & in ſcientia ſcripturarum, Beda* teſte lib. IV hiſt. c. XVI, lib. V c. XIX *ſufficienter inſtructus;* in epiſtola etiam; *Mi frater,* ait, *conſacerdosque cariſſime, te primam virtutum promereri gaudeo palmam, qui ſaxea, ſteriliaque hactenus gentilium corda, fidei magnitudine fretus, fiducialiter aggrediendo, vomere euangelicæ prædicationis, infatigabiliter ſubigens, in glebas fertiles, quotidiano labore conuertere niteris, vt vere tibi aptari propheticum, euangelicumque dictum poſſit, Vox clamantis in deſerto.* Danielis, Iſ. 40, 3. Luc. 3, 4.

4 *Torthelmus* Epiſcopus epiſt. *Domino ſinceriſſimo meo, & dulciſſimo caritatis cultu, & præcipue Dei gratia copioſo, ſemperque in CHRISTO
587 paſtoralis curæ regimina gubernanti Bonifacio; qui & Winfridus, Archiepiſcopo. Cognouimus tuam piiſſimam deuotionem, feruentiſſimumque amorem, quem habes propter beatam vitam, vt, dextera Domini protegente, mediteris die ac nocte, ad fidem Catholicam atque Apoſtolicam, pro tua anima redemptione, corda paganorum Saxonum conuerti.* Similia in aliis aliorum epiſtolis multa. Torthelmi

5 *V. Beda,* qui licet multo ante S. Bonifacii mortem, hiſtoriæ Anglicanæ libros ſuos abſoluerit, illi tamen ſuperſtes fuit, in epitome, *Bonifacius,* inquit, *cum quinquaginta tribus martyrio coronatus eſt.* In *martyrologio* Nonis Iunii; *Sancti Bonifacii Archiepiſcopi, cuius, in Freſonis, martyrii paſſio peracta eſt, cum aliis ſeruis DEI.* Ex eius vero aut Wandelberti potius ephemeride verſus antea iam audiimus not. LI. Bedæ,

6 *Marcellinus,* qui, *S. Ludgero* teſtante *, *magnarum virtutum ſacerdos, propheticique ſpiritus plenus vltra LXX annos, euangelizando feruenter Chriſtum, præfuit paganis & gentilibus,* & quidem cum S. Bonifacius in viuis eſſet, ac ex iis poſtea exceſſiſſet, S. Swiberti geſta perſequens; *Sanctus,* ait, *Winfridus ſacerdos, qui poſtquam XIII annis in eccleſia Traiectenſi vt Canonicus degiſſet, Archiepiſcopus Moguntinenſis conſecratur, & Bonifacius appellatur: qui* Marcellini.

poſt obitum S. Willebrordi rediens, ſecundus Archiepiſcopus Traiectenſis ordinatur, qui poſtquam decem & ſex annis per Friſiam prædicaſſet, martyrio in Friſia coronatur cum ſuis. Edit. I pag.

(* *In epiſt. apud Sur. tom. II p. 31*)

Rixfridi. 7 *Rixfridus* Traiectenſis Epiſcopus epiſt. ad S. Ludgerum *, *Beatus Bonifacius II Traiectenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, cum LI fratribus martyrium pertulit.*

(* *ib. p. 30*)

Ludgeri. 8 *S. Ludgerus* antea iam e B. Gregorii vitæ libello auditus, & ex epiſtola, quam ad ſuperiorem Rixfridum dedit †.

(† *ib. p. 31*)

Rabani. 9 *Rabanus* in libello, quota generatione licitum ſit connubium, *B. Bonifacius*, inquit, *martyr, noſterque patronus.*

Wolfhardi. 10 *Wolfhardus* Presbyter lib. de S. Walpurge *: *Bonifacius orthodoxus Antiſtes, ob fidei cunctis imitabile meritum, fines patrios, & dulcia rura poſtponens, dum ignotum, exulando, adiit callem, ſummi Pontificii Moguntiæ infulato ſuſcepto, alienam in nobis, quaſi propriam cœpit habere tellurem.* 518

(* *Tom. IV Caniſ. p. 607*)

Hincmari. 11 *Hincmarus* Rhemenſis Archiepiſcopus epiſt. VI c. XIX & XX, Bonifacium *ad reformandam Chriſtianitatis religionem a Pontificibus Roma in Germaniam ablegatum, primatuque donatum* refert; ſed poſtea cap. XXIX ita loquitur: *Sanctus, & venerandus vir Bonifacius, in Friſia verbum Domini prædicans, anno incarnationis Dominicæ DCCLIV martyrio coronatus eſt, & ſimoniacæ hæreſis prauitas, & neophytorum præſumptio, ac cetera quæque pro temporum opportunitate, & qualitate compoſita.*

Lupi Seruati. 12 *Lupus Seruatus* lib. de S. Wigberchto cap. III; *Dum felix vbertim S. Wigberti ſpargeretur opinio, ad clariſſimi viri Bonifacii aures vſque nutu diuino peruenit. Hic Bonifacius tantæ ſanctitatis extitit, vt eum conſenſus omnium, non in Germania modo, vbi in agro Dominico, incertum ſtudioſius, an felicius, laborauit: verum etiam in Gallia, & in aliis partibus orbis, maiorum per omnia gloriæ coæquandum & conſtantiſſime credat, & liberrime fateatur. Fuit enim fidei Chriſtianæ cum propugnator acerrimus, tum propugnator vigilantiſſimus, neſciens aucupari fauorem Principum fœdiſſimis adulationibus, nec honorem ſeu rigorem eccleſiaſticum mortiferis compendiis, ac male dulcoratis refrigeriis eneruare. Ita, poſtquam ſe totum Deo deuouerat, deſudantem, nouamque gentem Freſonum eccleſiæ gremio conſciſcentem, inuictiſſimum Chriſti militem gladio violare non verita rabies barbarorum, martyrii coronam fecit referri de prœlio.*

Egilvvaldi. 13 *Egilvvaldus* lib. I de S. Burchardo cap. III; *Rutilabat his temporibus ſtella vere cæleſti fulgore, a multis, quæ tunc temporis videbantur, ſtellis differens, Winfridus indigena nihilominus Angliæ, qui dudum patria & parentibus, immo cunctis tranſitoriis pro Chriſto derelictis, ac per hoc S. Spiritus præ participibus ſuis vnctus oleo, ſemina verbi Dei ab Apoſtolica ſede ſibi tradita, iam euangelicæ ſummopere inſudans agriculturæ, per vaſtiſſima regnorum Germaniæ deſerta ſpargebat. Hic Domini electus, & inter ſuos primo per omnia laudatiſſimus, quemadmodum litteris Anglorum apud eccleſiam Romanam commendatus, eiuſdemque cunctarum matris eccleſiarum contubernio ſit iunctus, adeo vt bonis ex factis ſuis, mutato nomine, per Gregorium Papam Bonifacius appellatus, & Pontifex ſit conſecratus, atque Legatus Apoſtolicus in partes Germanicas deſtinatus, plurimum Chriſto populum acquiſiuerit, Regum ac Principum adeptus beneuolentiam, nobilis Moguntiæ metropolitanam ſuſceperit cathedram, ipſamque poſtea Archiepiſcopatus pallio ſublimauerit, generaliaque concilia ciſalpinis in eccleſiis congregauerit, ibique multa corrigenda correxerit, ſed & multiplicem prorſus quæſtum Domino ſuo de accepto talento longo tempore villicationis ſuæ lucratus ſit: Hæc, inquam, multaque alia Deo digna; ſcituque neceſſaria, in plurimis, quæ eleganter de eo ſcripta reperiuntur, diligenter inueſtigare quiſque poteſt.* 519

Aimoini. 14 *Aimoinus* lib. IV cap. LXI; *Sanctæ memoriæ Bonifacius Archiepiſcopus & martyr.* Et cap. LXII; *Bonifacius Archiepiſcopus Magontienſis in Friſia verbum Dei prædicans a paganis interfectus, martyrio coronatus eſt.*

15

Edit. I pag. 15 *Marianus Scotus* lib. III ætate VI eadem.

16 *Regino* item lib. II Chronicorum.

17 *Sigebertus* item.

590 18 Et *Lambertus*.

19 *Otho Friſingenſis* lib. III cap. XXIII; *Clariſſimus regni CHRISTI princeps Bonifacius.*

20 *Hucbaldus* Elnonenſis lib. de S. Lebuino cap. VIII *; *Bonifacius ex Anglorum patria progenitus, a pueritia Deo dicatus, cum ſuccreſcentis ætatis profectibus de die in diem, ſapientiæ & totius ſanctitatis augeretur profectibus, ſanctæ paupertatis ac ſuæ peregrinationis ſpontaneam viam ingreſſus, officium quoque plurimis euangelizandi populis, Dei gratia ſibi cooperante, aggreſſus, ſub Carlomanno & Pipino Francorum Principibus, apud Apoſtolicam ſedem legatione Germanica functus, decretioni clericorum ac fauori populorum annuentibus præfatis Principibus, ab ipſo Papa Gregorio, græca latinaque lingua ſatis erudito, qui alterius Gregorii ſucceſſor, ab illo mirabili doctore eccleſiæ B. Gregorio, Anglorum Apoſtolo, ordine pontificatus fuit XXVI, Moguntiæ ciuitati ordinatur Archiepiſcopus: & qui antea vocabatur VVinfridus, gratia meritoque bonorum factorum, vt quidam volunt, dictus eſt Bonifacius. Qui vir, ſicuti de eo legitur, prædicatione ſua Thuringos, Haſſos, atque Auſtraſios ad fidem rectam religionemque Chriſtianam, a qua diu aberrauerant, conuertit, nec non & monaſteria monachorum & virginum primus in Auſtraſiæ partibus conſtruxit. Hic etiam inter egregia bonorum actuum inſignia, vt non modo ſua, ſed & aliorum quoque Præſulum vigilantia, Catholica propagaretur, augmentaretur, ac confirmaretur eccleſia, annuente ſibi Carlomanno, auctoritate fultus Apoſtolica, in caſtro Wiltenburg, quod nunc Traiectum dicitur, conſtituit, vt Epiſcopalis eſſet cathedra. Cumque idem glorioſus Carlomannus felici nimium commutatione terrenum ac temporale reſpuiſſet regnum, vt cæleſte mereretur adipiſci, quod eſt æternum, profectuſque Romam ad beatorum limina Apoſtolo-*
591 *rum, clericatus ibi ſuſcepit habitum, non poſt multum temporis in monte Soracte ædificato monaſterio, ad ſummæ perfectionis aſcendens gradum, in cœnobio B. Benedicti profeſſus monachum, optimam cum Maria dilectrice ac dilecta Domini, viſus eſt elegiſſe partem, quæ iuxta Domini promiſſum, a nullo electorum eam perſeueranter deſiderantium auferetur in æternum. Regni vero, quod ante diuiſerant, & Principatus ſui Pipino fratri ceſſit faſtigium. Sed Pipinus totius ditionis compos effectus, conſultu Papæ Zachariæ, & vnanimi Francorum conſenſu, per vnctionem ſanctiſſimi Archiepiſcopi Bonifacii, Sueſſionis ciuitate habito conuentu, Rex appellatus, & regali ſede eſt donatus, repudiato ac tonſurato Childerico; qui caſſo nomine antea Rex vocabatur. At vbi B. Pontifex Bonifacius verbum Dei euangelizans Friſonibus, cum ſuis comminiſtris, vt ferunt, LII martyrio eſt coronatus.* Hucbaldi Elnonenſis

(* *apud Sur. tom. VI p. 281*)

21 *Rodulphus* lib. de S. Lioba cap. IX *; *Eo tempore, quo cæleſtis vitæ ſtudiis B. Virgo Lioba in monaſterio floruerat, S. martyr Bonifacius a Gregorio, Romanæ ſedis Antiſtite, qui Conſtantino in Pontificatu ſucceſſit, Epiſcopus ordinatur, & ad prædicandum verbum Dei Germaniæ populis mittitur. Vbi cum meſſem quidem multam, & pronos ad fidem populos reperiſſet, operarios autem, qui ſibi collaborarent in agro dominico, paucos haberet: in terram Anglorum, vnde ipſe ex parentibus erat, legatos & epiſtolas miſit, atque ex diuerſo clericorum ordine nonnullos accerſiuit doctos lege diuina, & ad prædicationem verbi, vitæ merito morumque probitate idoneos: quorum adminiculo iniunctam ſibi legationem non ſegniter adminiſtrauit. Magnam enim Germaniæ partem doctrina ſalutari virtutumque miraculis CHRISTO acquiſiuit. Nam cum quotidie populorum frequentia fidei ſacramentis imbueretur, diuinus ſermo non ſolum*
592 *in eccleſiis, verum etiam per pagos & caſtella diffundebatur in tantum, vt & fideles Catholici aſſiduis exhortationibus firmarentur, & deprauati viam correctionis agnoſcerent, & pagani fide inſtructi, certatim ad gratiam baptiſmatis conuolarent.* Rodulfi

(* *Sur. tom. V p. 399*)

Digitized by Google

Videns itaque vir beatiſſimus eccleſiam Dei creſcere, & certantibus ſtudiis ad vota perfectionis accendi, duplicem viam ad profectum religionis inſtituens monaſteria conſtruere cœpit, vt ad fidem catholicam populi non tam eccleſiaſtica gratia, quam monachorum ac virginum congregationibus, raperentur. Volens ergo vtriuſque profeſſionis ordinem regulariter obſeruari, idoneum vtrique magiſterium ſtuduit adipiſci: miſitque in Caſſinum montem Sturmi diſcipulum ſuum, virum genere & moribus nobilem, vt in monaſterio, quod P. Pater Benedictus inſtituit, diſciplinam regularem, & vitam moresque monaſticos agnoſceret: paſtorque futurus, diſcipulus fieret: atque in ſua ſubiectione diſceret, quomodo aliis praeeſſe debuiſſet. Similiter & in patriam cum epiſtolis legatos direxit ad Tettam Abbatiſſam, cuius in præcedentibus mentio facta eſt: deprecans, vt ad ſolatium ſuæ peregrinationis, atque ad auxilium legationis ſibi iunctæ, tranſmitteret ei Liobam virginem, quam fama ſanctitatis & doctrina virtutum tunc per longinqua terrarum ſpatia diuulgarat, & laude celebri multorum ora repleuerat. Eius itaque abſceſſum mater congregationis moleſtiſſime quidem ferebat, ſed tamen, quia diuinæ diſpenſationi reſiſtere non potuit, beato eam viro, ſicut rogauerat, cum honore direxit, vt ſomnii. quod olim viderat, interpretatio vera fuiſſe probaretur. Quam, cum veniſſet, vir DEO plenus cum ſumma veneratione ſuſcepit, diligens eam non tantum propter affinitatem, qua ſibi ex materno ſanguine iungebatur, quantum propter ſanctitatem vitæ & ſapientiæ doctrinam, qua plurimis & verbo profuturam nouerat, & exemplo. Edit. I pag.

Igitur, ſicut deſiderauerat, monaſteriis cuſtodiam & regularis diſciplinæ normam inſtituit: & monachis quidem Sturmi Abbatem prætulit: Liobam vero virginem, ſpiritalem virginum matrem eſſe decreuit: ſtatuitque ei monaſterium in loco, qui vocatur Biſchoffsheim, vbi non paruus ancillarum Dei numerus collectus eſt. 593

Et cap. XX idem Rodulphus: *Beatus Bonifacius Archiepiſcopus in Friſiam ire parans, gentemque paganicis ritibus deditam, atque infidelitatis morbo decubantem, cæleſti medicina viſitare decernens, vocauit Lul diſcipulum ſuum, qui ſibi poſtmodum in Epiſcopatu ſucceſſit, & ei ſingula, prout voluit, commendauit: & generaliter quidem illi curam credentium populorum, ac prædicationis inſtantiam, ſtructuramque eccleſiarum, a ſe per diuerſa loca inchoatarum, iniunxit: ſpecialiter autem de monaſterio Fuldenſi, quod cum auctoritate Zachariæ Papæ, & cum fauore Carlomanni regis Auſtriæ, in vaſtiſſima ſolitudine ſaltus Boconiæ ipſe conſtruxerat, præcepit, vt quia monachi locum illum inhabitantes, pauperes erant, & nec dum alia habebant ſeruitia, ſed ſolo manuum ſuarum labore victitabant, ædificium fundatæ ibi iam eccleſiæ ad perfectionis terminum deduceret, atque poſt mortem ſuam corpus eius illic ſepeliendum transferret. Cumque hæc & alia huiuſmodi ei mandata dediſſet, accerſitam ad ſe Liobam virginem exhortatus eſt, terram peregrinationis ſuæ non deſerere, nec in aſſumpti propoſiti vigore laſſeſcere: ſed quotidie bonum, quod cœperat, omni ſtudio ampliare: dicens ei, corporis fragilitatem non eſſe conſiderandam, nec prolixa ætatis ſpatia computanda, nec arduum virtutis finem, nec grauem exiſtimandum perueniendi laborem: præſertim cum huius temporis ſpatia ad æternitatem comparata, breuia ſint, & non ſint condignæ paſſiones præſentis temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Commendauit autem illam Lul Epiſcopo & ſenioribus monachorum ſupra dicti monaſterii, qui aderant, monens eos, vt cum honore & reuerentia curam eius agerent: ſuæque voluntatis eſſe affirmans, vt poſt obitum eius corpus illius ad oſſa ſua in eodem ſepulchro poneretur, quatenus pariter diem reſurrectionis exſpectarent, qui pari voto ac ſtudio in vita ſua Chriſto ſeruierant. Quibus dictis, dedit ei cucullam ſuam, rurſus eam admonens atque conteſtans de non relinquendo peregrinationis ſuæ loco. Et ſic præparatis omnibus, quæ in itinere erant neceſſaria, in Friſiam perrexit. Vbi cum non paruam gentis illius portionem Chriſto acquiſiſſet, labores ſuos glorioſo conſummauit martyrio: corpusque eius translatum eſt Fuldam, & ibi, ſicut ante præceperat, digno honore ſepultum.* 594

Anonymi. 22 Libellus de S. *Willebado**: *Vir Dei gratulabundus acceſſit ad mare: eoque transmiſſo venit in Friſiæ locum quendam, quem Dockinge vocant, vbi iam*

Edit. 1 *iam ante B. Bonifacius fuerat martyrio coronatus, cuius concionibus multi illic*
[illegible] *fidem edocti, & Chriſtiana religione initiati fuere. Vnde factum eſt, vt honorifice illic Willebaldus exciperetur.*

(* Surius *tomo VI p.* 176)

23 *Meginhardus* lib. de S. Ferrutio: *Sanctiſſimus martyr atque Pontifex Bonifacius.* Meginhardus.

24 *Werdenenſes* in lib. de S. Ludgero c. VI & IX; *S. martyr Bonifacius martyrio eſt coronatus.* Werdenenſium.

Ecce de S. Bonifacio quam præclare ac honorifice iudicant, loquuntur, ac ſcribunt viginti quatuor iſti ſeniores! ad quos reſpondere nihil habet *Iunius* loco citato, quam, *Nempe laudauerunt, quod bonum fuit ac laudabile, non quidquid erat in hoc Bonifacio.* quaſi vel aliter vlli laudentur: vel ea exceptio vllam ſanctiſſimi viri auctoritatis ac famæ partem imminuat. Sed & nouatores contra Iunios, nouosque omnes S. Bonifacii contemptores, audiamus aliquot.

595

LVIII NOTATIO

Nouatorum, contra nouatores alias, de S. Bonifacio teſtimonia.

I

EDidit Lutheranus, cuius antea non ſemel fuit mentio, Prædicans *Io. Letznerus*, annorum pluſquam LXX ſenex, duobus ab hinc annis, Germanico idiomate, S. Bonifacii hiſtoriam, Hildeſii. In ipſa vero ad Chriſtianum Braunſchweigenſem & Luneburgenſem Ducem præfatione ita ſcribit: *Hominum ſalutis cauſſa, & ne in æternum illi damnarentur, ſuis Apoſtolis ac diſcipulis, ac poſt eos multis Dei hominibus eruditis Spiritum ſanctum miſit ac dedit CHRISTVS: iisque ſerio præcepit & commendauit, vt tam ipſi, quam ipſorum ſucceſſores ſeculi vnius hominibus, quæ ipſe CHRISTVS docuiſſet ac feciſſet, proponerent, pœnitentiamque ac peccatorum remiſſionem in ſuo nomine prædicarent ac docerent. Et, vt ſpeciatim de nobis Saxonibus dicam; deberemus merito de ſalutis noſtræ initio, & quemadmodum ad Chriſtianam religionem venerimus, cogitare ac reminiſci. quod videlicet maiores noſtri, in hiſce regionibus, ethnici fuerint, de Deo & clementi eius voluntate nihil ſcierint, neque Deum cognouerint, ſed mutis, mortuis, & diabolicis idolis ſeruierint, eaque, tanquam Deum, coluerint & adorarint, donec per S. Bonifacium, Carolum Magnum, Ludouicum Pium, aliosque ſimiles ex horrendis gentilibus tenebris, & e cæco ethniciſmo extracti, & omnium primo ad CHRISTVM, de quo nec minimum quid antea ſciebant, adducti ſunt.* In eandem plura & ibi & poſtea ſententiam ſubnectit: ſed ex iis nolo iam plus afferre, quam verſus iſtos: Letznerus.

596

DEr heiliger BONIFACIVS
Der iſt von Gott geſendet aus,
Das Heydenthumb zu greiffen an,
Damit beſchmeiſt vvar iederman,
Allhie in dieſen Landen groſs,
Der Götzen möchten vverden loſs,
Vnd kommen zu dem vvahren Gott,
Vnd den zu ruffen an in Noth.
Davon zuvor niemandt gevvuſt,
Alſo vvar dieſes Volck ein Wüſt,
Voll Vnglaubens, bey groſs vnd klein,
Die Götzerey vvar gar gemein.
Das ſein hat BONIFACIVS
Gethan, vnd vvolgerichtet aus,
Durch Gottes Geiſt vnd ſtarcke Handt,
Bekehrt Heſſn vnd Düringer Landt.
Der Götzen Häuſer vmbgeſtoſſen,
In Sachſen auch viel vmbgevvorffen.

Chri-

Chriſtum zum Heyl gepredigt hat, Edit. I pag.
Erhaben hoch Gotts Wunderthat,
Damit das Volck zum Chriſtenthumb
Gebracht hat von dem Heydenthumb.

DIVVS ſupremo a numine *BONIFACIVS*
Emiſſus in Germaniam
Idololatriæ vt auferat tyrannidem,
(Quæ taminabat ſingulos
Diffuſa late in hiſce tractibus) diis
Terram hanc profanis liberet;
Vero vt propinquent numini, &, quicquid premat,
Precentur edocti DEVM,
Quem nemo fando nouerat. Tali incola
Iacebat in caligine.
Pueri ſeneſque idololatria ebrii
Commune patrabant ſcelus.
Hic Diuus ille munere eſt functus ſuo,
Omneſque numeros attigit.
DEIque fretus ſpiritu, ac manu, attrahit
Haſſos, Thuringos, in viam;
Fanis profanos eiicit paſſim Deos,
In Saxonum prouinciis;
In vno IESV ſpem ſalutis nuntiat,
Portentaque eius ingerit;
Queis ille tandem Chriſtianis aggregans
Gentem hanc ab idolis rapit.

Auentini. 2 *Auentinus* lib. III hiſtoriæ Boicæ: *Ob ignauiam regum, & crebra bella, licentia (vt fit) populum Chriſtianum in Francia inuaſerat. Nihil ſalacius, nihil ſuperbius ſacerdotibus erat: canes & ſcorta alebant, luxu atque auaritia perditi. Decimas & huiuſmodi donaria intercipiebant contra inſtituta maiorum: nil egenis elargiebantur, eccleſiaſticas opes, bona pauperum ſoli abliguriebant. In concionibus non rem Dei Opt. Max. ſed negotium ſuum agere ſolebant. Quotidie liberis operam dabant, nihilo ſecius ſacrificabant. Sacroſanctam victimam impuris manibus, pollutiſſima conſcientia contaminabant. Ipſi temperantiæ, omnibus virtutibus, maxime caſtitati bellum indixerant. Nec facile, nec tutum erat, huiuſmodi vlcus tangere, atque iſthanc lacunam mouere. Diuus Vinofridus vir cum eruditus, tum bonus, vbi huiuſcemodi ſacerdotum cupiditatem, nequitiamque inualuiſſe videt, Romam pergit, rem omnem ad Gregorium ſecundum Pontif. Max. defert. Qui Vinofridum, ſanctæ philoſophiæ magiſtrum, Germa-* 597
niæ gentibus deſignat, fidemque diplomate facit.

Carionis, 3 *Carion* lib. III Chron. *Diuus Bonifacius in Germania prædicauit.*

Munſteri, 4 *Sebaſtianus Munſterus* lib. III Coſmographiæ: *Decimus ſeptimus Archiepiſcopus fuit Bonifacius Anglus, ante Vunefridus appellatus, fundator Fuldenſis Abbatiæ, qui plenius in Chriſtianiſmo erudiuit Germaniam, præfuitque ſedi Moguntiæ annis XXXV. Tandem vero ſenex proficiſcitur in Friſiam, vbi martyrii accepit coronam. Corpus eius Fuldæ quieſcit.* Recte, niſi quod Archiepiſcopum Moguntinum facit XVII, qui primus fuit: & quod ſedi Moguntinæ aſſerat annis XXXV præfuiſſe, niſi de omnibus Epiſcopatus, qui ad Moguntiam tamen alligatus haud erat, annis parum proprie loquatur.

Chytræi, 5 *David Chytræus* in Onomaſtico Theologico: *Bonifacius, Euangeliſta Germaniæ, & Archiepiſcopus Moguntinus, natione Anglus fuit. Tempore Leonis Iconomachi, & Conſtantini Imperatorum, & Gregorii II, Gregorii III, & Zachariæ Pontificum Romanorum propagauit euangelion ſua voce in Bauaria, Franconia, Thuringia, Haſſia, Friſia, euocauit ex Anglia viros pios & doctos, quos eccleſiis præfecit. coegit ſynodos adiutus a Carolomanno, patruo Caroli Magni, in quibus decreta de abolendis ethnicis idolomaniis, & pie conſtituendis eccleſiis facta ſunt. Sibi viuo elegit ſucceſſorem Lullum. Tandem rediens*

Edit. I pag. *rediens in Friſiam; quæ ab euangelio defecerat, a Friſiis interfectus eſt, anno Chriſti DCCLV, die V Iunii. Cum Germaniæ eccleſias rexiſſet annos XL. Condidit monaſterium Fuldenſe, in quo ſepulchrum illius vidi.* Similiter in Saxoniæ Chronico pag. 82 idem ſcribit *Chytræus*, & lib. VII pag. 205.

6 *Centuriatores* contra ſeipſoſmet in centuria VIII cap. II columna 20 ſic: Centuriatorum,
598 *Hoc ſæculo poſtquam illuxit tempus, quod Dominus ſuæ miſericordiæ præfiniuit, maiori cum fructu res ſucceſſit; nam excitauit Dominus Vinofridum, quem Romani dixerunt Bonifacium, cum ſuis collegis ad eccleſiæ ſuæ in Germania propagationem, & opus manuum eorum ipſe gubernauit, & promouit.* Audiuimus antea, quibus Centuriatores iſti S. Bonifacium maledictis confixerint: nunc vero, veritatis ipſius vi perpulſi, ſpongiam adhibent, & (quod laudo) canunt palinodiam. notat. LVI
At ne iſto quidem eos laudari modo patitur *Iunius*: *In hiſtoria*, inquit loco citato, *verba Crantzii retulerunt: in præfatione vero expoſuerunt iudicium ſuum. Itaque non ſecum ipſi, ſed cum Crantzii iudicio pugnant.* Immo ſane ſecum etiam, & quidem admodum. Cum enim ſcripſerit Crantzius Daniam, Succiam, Norwagiam, Saxoniam, Wandaliam, Metropolim, alia, vbi tandem loci verba hæc poſuit? Cur, ſi ea tam improbabant Centuriatores, ſuas in hiſtorias ita ſuccenturiarunt, vt lector non Crantzii, ſed ipſorum narrationem ac iudicium cenſeret? Cur, ſiue centuriam illam præfatione, ſiue centuria præfationem poſteriorem dicamus, ſecundas nunquam curas ſuas verbo vllo ſapientiores indicant? Si coniicere liceret, putarem vnius alicuius aut Illyrici, aut ei cum ira, tum acerbitate ſimilis *præfationem* eſſe: *hiſtoriam* vero, ſi non omnium, plurium certe Centuriatorum eſſe. Et ſic iſtorum plurium contra hunc vnum valeret de S. Bonifacio teſtimonium, aut vero tam hiſtoriam, quam præfationem omnium calculo approbatam: ſed verti- quod aduerſus Iunium defenditur.
103 ginoſo a ſeipſis eos ſpiritu diſſidere. Vtrumlibet eligant, S. Bonifacii encomium, ab ipſis etiam Catholicæ pietatis hoſtibus, præclarum habetur. Quamquam ſi ſolius eſſet hoc Crantzii teſtimonium, an non tanto eſſet melius, quanto is Centuriatoribus vir melior? Nam quod a nouatoribus in editionibus nouis aliquantulum fœdatus ſit, non ipſius, ſed horum culpa eſt.

599

LIX NOTATIO

Recentiorum cum veteribus Catholicis conſonæ de S. Bonifacio voces.

I

CVm veteribus, in S. Bonifacii virtutum admiratione ac laude conſonant Catholici recentiores omnes; vt in libro de ſcriptoribus eccleſ. & lib. de illuſtrib. viris ord. S. Bened. rurſumque in hiſtorico breuiario *Trithemius*, *Crantzius* in Saxonia, *Genebrardus* in Chronol. *Turrianus* lib. contra Boquinum; & lib. I de Hierarchia c. XIII, *Bellarminus* lib. IV de eccleſia c. XII, Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus *Baronius* Annalium tomo IX, D. *Marcus Velſerus* lib. V rerum Boicarum. Sed horum tantummodo duorum, quæ inſtitutum attingunt propius, paucula, illuſtrem velut inſertam, inſeram. Recentiores omnes veteribus conſonant.

II *Vidiſti*, ait prior, *puto, lector, & conſideraſti, vnde prodierit Germanis in tenebris conſiſtentibus gentilitii erroris, lumen euangelii, vnde prouenerit inuiæ ſiluæ cultus, vnde euerſæ domui acceſſerit reſtitutor, vnde infidelitatis diuturno morbo languentibus venerit medicus & medicina, vnde adhuc inſanientibus in idolis, aduenerit de vero DEO certa ſcientia, vnde feris barbaris inhæſerit humanitas, & politicæ vitæ cultus, vt cœperint eſſe homines, qui pæne beſtiæ videbantur, vnde leges legum exortibus, & rudibus diſciplina. Non aliunde quidem, quam ab eccleſia Romana, a qua Bonifacius prædicare euangelium miſſus eſt. Eluxit Germanis a Romana eccleſia lumen, DEI cultus, inſtauratio diſciplinæ, medicus, medicina animorum morbis, ſcientia ac ſapientia ſtultis, humanitas rudibus, feris atque indomitis lex. Quis neget iſta nouator? Quod omnes fatentur, negare puto nec audebunt inſani. Pudeat ingratos in Romanam eccleſiam inſanire: de illis loquor, qui per deuia hæreſeos a fi-* Baronii teſtimonium huc faciens.
600 *de Catholica aberrantes deſierunt etiam eſſe quod nati ſunt, homines participes rationis: cum alioqui ſciamus in compluribus eius prouinciis vigere fidem Catho-*

dicam, quo ſi ſancto ſemine caruiſſent, diriora vtique ſupplicia, quam Sodoma & Gomorrha ab irato Domino ſubiiſſent. Ita magnus ille in eccleſia vir. Edit. I pag.

Velſeri iisdem. III. Poſterior vero & ipſe in republica magnus ſic: *Bonifacius impiorum latronum ſcelere in Friſia trucidatus, ſpiritum Deo iam olim deuotum ſancte reddidit. Quem cum vita multis & præclaris exemplis acta bonis omnibus commendaſſet, tum multo magis mors, pro religione conſtanter adita, & quæ mortem diuinitus prodigia conſequuta ſunt, in æterna laude poſuerunt. Quod ſi qui nunc demum, virtutem quam venerari debebant, ieiunis & ineptis calumniis inceſſere pulchrum exiſtimant, vnum aſſequuntur, vt importunum irreligioſæ mentis morbum aperiant. Bonifacii memoria, ſupra omnem iudiciorum aleam, Boicæ ſemper ſancta erit. Neque non fructus eius doctrinæ conſtitit, nunquam pietas culta impenſius. Quod ipſum pleraque monaſteria per id tempus poſita indicant, poſt tot ſeculorum etiam ætates, & ſtructuræ dignitate, & vectigalium magnitudine adhuc miranda.*

LX NOTATIO

Ad Catholicos, germanosque S. Bonifacii filios, Moguntinos præſertim, monitiuncula.

VOs vero, quotquot in Germania, quam viuus ac ſpirans, verbo & exemplo, docuit; peremptus & exſpirans, ſanguine ac miraculis, confirmauit S. Bonifacius; fidem auitam & priſcam, in iſto tanto ſæculi huius naufragio, retinetis Catholici, voſque præſertim Moguntini, quos ille quidem Chriſtianos nouos primo non fecit, ſed inueteratos renouauit, inquinatos perpurgauit, obtorpentes excitauit, tepeſcentes inflammauit, a ſcandalis & vitiis liberauit, inte- 601
gritate ac ſanctimonia exornauit, Archiepiſcopali ac metropolitana dignitate amplificauit; vos, inquam, omnes agite: & primum quidem conſtantiſſimo eiuſdem ſacroſanctæ fidei cultu & obſeruatione, dehinc vero ſcandalorum omnium amolitione, vitiorum exterminatione, virtutum imitatione genuinos vos ipſos monſtrate tanti doctoris diſcipulos, tanti paſtoris oues, tanti patris filios. *Audite*, ait Salomon, *filii diſciplinam patris, & attendite, vt ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuet vobis, legem eius ne derelinquatis.* Lex eius vita eius eſt: lex eius, ſacrorum lex canonum eſt, lex Apoſtolorum eſt, lex CHRISTI eſt. Hanc ne derelinquatis: & *donum bonum tribuet vobis*, donum hac in vita tranquillitatis, bonæ famæ, illuſtriſque gloriæ: donum in futura vita immortalitatis ac felicitatis æternæ. Abſint Moguntia hæreſeon omnium portenta, ſcandalorum labes, flagitiorum turpitudines: vigeat in Archiepiſcopali S. Bonifacii ſede pontificalium virtutum exemplar, Bonifacianus animarum zelus, paſtoralis vigilantia: vigeat in clero toto Bonifaciana in ſanctis precibus, officiiſque diuinis ſedulitas, in ſacrarum litterarum lectione ac meditatione aſſiduitas, in omni vitæ ratione ſobrietas, & caſtitas: vigeat in populo Bonifacianus in Deum amor: in maiores obſeruantia, in proximos charitas, erga omnes comitas, in omnibus modeſtia & candor. Et Moguntina metropoli, quæ locorum vſque illuſtrior alia? quæ aduerſus hoſtes omnes munitior? quæ laudatior? Suis e cælo precibus gratiam vobis pacem ac tranquillitatem a communi Domino ac Saluatore CHRISTO IESV impetrabit, qui ſi nullis aliis, vobis certe ſemper eſſe cupit Bonifacius. *Ille* (libet enim, quibus Conſtantinopolitanos affatus olim *Caſſianus*, iiſdem vos, o *Moguntini* omnes, verbis nunc affari) *Ille vobis in ſenſu ſemper & quaſi in conſpectu ſit: ille in animo atque in cogitatione verſetur. Ille denique ipſe verbis etiam hæc, quæ a me ſunt ſcripta, commendet: quia hæc, quæ ego ſcripſi, ille me docuit: ac per hoc non tam mea hæc, quam illius eſſe credite: Quia riuus ex fonte conſtat, & quicquid putatur eſſe diſcipuli, totum ad hono-* 602
rem, referri conuenit magiſtri.

Prov. 4. 1. — lib. de incarnat. c. vii.

Sed ad eos, qui Moguntinam deinceps cathedram eandem tenuerunt, magiſtros & Archiepiſcopos alios, porro iam gradiendum.

MO-

Edit. I pag.

MOGVNTIACARVM RERVM

LIBER IV

de iis,

Qui S. BONIFACIVM ſubſecuti ſunt, & Electoratus titulo inſigniti nondum erant, ARCHIEPISCOPIS.

PRopior eſt, *inquit in Pſalmum XXXVII* S. Ambroſius, qui ſubſequitur, quam ille, qui ſequitur. *Sancto igitur iam expoſito, &, minus licet quam ipſius poſtulat meritum ac dignitas, ante omnium oculos conſtituto S. BONIFACIO, aget quartus hic Moguntiacarum rerum liber de Moguntinis iis Antiſtitibus, qui, in Archiepiſcopali Moguntina ſede illum ſubſequuti ſunt: quintus vero de iis, qui ſecuti, magnum deceſſorem magni ſucceſſores.*

B. LVLLVS.

I

S. BONIFACIO ſucceſſiſſe *Redgerum* refert *Bedana* epitome. Sed hiſtoriæ, libri, catalogi, martyrologia, & breuiaria omnia reclamant. Nec de *Redgero* vllo vlla poſt S. Bonifacium mentio: ſed B. Lullum ſucceſſorem clamant
604 omnia. Hallucinatur vero *Bruſchianus Catalogus*, dum electum ait an. DCCLVI, a ſuperſtite adhuc Pipino. Non enim a Pipino, ſed a S. Bonifacio adhuc ſuperſtite electus eſt, & quidem anno DCCLV, vt habet *Marianus Scotus*, vel anno 754, vt apparet ex dictis in vita lib. II cap. XIII, & XIV, (*l. cap. XXIII & XXIV*) & ſequentibus, vbi, antequam nauigaret in Friſiam, & ibidem moreretur, tam multa adhuc in Moguntina diœceſi geſſit S. Bonifacius. Is enim ſucceſſoris ſubſtituendi cum a Pontifice Maximo poteſtatem ſibi fieri petiiſſet ſæpius, repulſamque ſemper paſſus fuiſſet, vt ex dictis lib. II vitæ S. Bonifacii cap. X & aliis, perſpicuum; ob nouos tamen, quos in ſenili, & imbecilla adhuc ætate, vltro ſibi depoſcebat, labores, in Friſiam profecturus, voti tandem compos factus eſt, & Lullum ſucceſſorem impetrauit, eundemque accedente Pipini Regis conſenſu, & voluntate conſecrauit, lib. II vitæ cap. XIV, (l. *cap. XXIII*) Huius enim Lulli pietatem, doctrinam, in opere Dei zelum, in operarios charitatem, & pro iis ſollicitudinem, & ſapientiam longo iam vſu cognitiſſimam habebat, cum eum ex Anglia euocaſſet lib. I vit. cap. XXX, fere ſecum aſſidue habuiſſet, vel, quæſtionum, negotiorumque cauſſa, Romam ad Pontificem miſiſſet lib. II cap. XIII, vbi, ſicuti & alibi ſæpius, vocatur *Lul*, quem locis infra citandis *Lullonem* dixerunt Rabanus & Carolus Magnus.

Lullus ſucceſſor S. Bonifacii.

quando Archiepiſcopatum inierit.

quo item auctore

Lullum iam an. DCCLIII ad Pontificatus Moguntini titulos adſumtum fuiſſe, *Antonius Pagi* critic. hiſtorico-chronolog. in annales Baronii, ad an. DCCLIII n. V & VI p. m. 168, his contendit iuxta docteque rationibus: Serarius *lib. IV rer. Moguntiacar. ipſe initio dicit id factum eſſe an. DCCLV, vt habet* Marianus Scotus, *vel anno LIV ex lib. II* Othloni *cap. XIII & ſeq. quem vltimum annum elegit* Mabillonius *ſec. III Benedict. parte II in elogio hiſtorico* Lulli, *Epiſcopi Moguntini.* Baronius *an. DCCLV n. XXXVI & ſeq. hanc Lulli ad Epiſcopatum Moguntinenſem euectionem;* Cointius *an. DCCLII n. CXCVI recitant, quia iis annis eam contigiſſe arbitrantur.* Willibaldus *enim &* Othlonus *in vita S. Bonifacii annum rei geſtæ non deſignarunt. Hanc tamen litem dirimam collatione vitæ S. Sturmii, Abbatis Fuldenſis I, cum vtraque vita S. Bonifacii.* Eigil, *Fuldenſis Abbas, in vita Sturmii, in qua ait, ſe in beati Sancti diſcipulatu pluſquam viginti annos conuerſatum fuiſſe, poſtquam docuit, Fuldenſe monaſterium XII die menſis Martii an. DCCXLIV conditum fuiſſe, n. XV ſcribit:* „ Anno decimo, poſtquam ad ſanctum commigrauit locum ſanctus Archiepiſcopus

Digitized by Google

ſcopus Bonifacius, inito cum Rege & ceteris Chriſtianis conſilio, ad vlteriora Freſonum loca, paganico ritu (l. *ritui*) dedita, ingreſſus eſt, ingentemque ibi multitudinem hominum Domino docendo & baptizando acquiſiuit. Inde poſt multum temporis migrans, ſoſpes ad ſuas in Germaniam peruenit eccleſias. Sequenti vero anno (*vndecimo a condito monaſterio Fuldenſi*) iterum ad aquoſa Freſonum peruenerat arua, cœptum opus prædicationis implere deſiderans „. *Subdit* Eigil, *tunc Bonifacium a gentibus occiſum fuiſſe.* Willibaldus *cap. X refert tantum*, „ quod S. vir infirmitate corporis prægrauatus, ſynodalia conciliorum conuenticula per omnia adire non poterat; iam conſultu atque conſilio glorioſi Regis præponere miniſtrum ſupradicto gregi definiuit, & Lullum ſuum, ingenioſæ indolis diſcipulum, ad erudiendam tantæ plebis numeroſitatem conſtituit. „ *tum cap. ſequenti ſubdit, eum in Friſiam*, olim corpore, non quidem mente omiſſam, *ſeſe contuliſſe, vnaque ſerie, qua Bonifacius in Friſia geſſit, recitatis, de martyrio eius ſermonem habet.* Othlonus *vero lib. II cap. XIX* (22 & 23) *diſerte aſſerit*, ideo Bonifacium ſibi Lullum ſubſtituiſſe, *quia* decreuit adire Freſonum populos. *Deinde vno tenore, quemadmodum VVillibaldus, peracta a Bonifacio in Friſiorum conuerſione, eiusque martyrium narrat, & de eius in Germaniam reditu neuter mentionem facit. Verum, quod illi omiſerunt, retulit* Eigil, *auctor grauis, pius, ac ſanctus, & Abbas quartus monaſterii Fuldenſis, ab an. DCCCXVIII ad DCCCXXII, qui S. Sturmio, primo Abbati Fuldenſi, an. DCCLXXIX morienti adfuit.* Edit. I pag. *Quare cum* Willibaldus *&* Othlonus *teſtentur, Bonifacium occaſione miſſionis Friſicæ Lullum ſibi in Epiſcopatum Moguntinenſem ſubſtituiſſe, & parte alia* S. Eigil *adſerat, huius profectionis exordium incidiſſe in annum X poſt fundatum monaſterium Fuldenſe, annusque ille X a die XII menſis Martii currentis Chriſti anni* (DCCLIII) *proficiſcatur, manifeſtum eſt, præſenti anno DCCLIII eccleſiæ Moguntinenſis Præſulatum adeptum eſſe. Immo, Lulli ordinationem factam eſſe inter diem XII menſis Martii, quo annus X fundationis Fuldenſis cœpit, & diem XXIII menſis Maii, deduco ex diplomate* Pippini *Regis, quod extat apud* Vilhelmum Hedam *in hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium, & apud* Cointium *an. DCCLIII n. XXX, quo Pippinus Rex varias aui ac patris ſui, & fratris Carolomanni donationes confirmat eccleſiæ Vltraiectenſi factas. In eo quippe ait Pippinus:* Venerabilis Bonifacius Archiepiſcopus nobis expetiit *&c. Datum vero diploma* menſe Maio, die XXIII, anno ſecundo regni ipſius glorioſi Regis. *Ideoque hoc anno, quo menſe Maio annus II Pippini Regis in curſu erat. Quare cum Bonifacius tunc Archiepiſcopus Vltraiectenſis eſſet, Epiſcopatum Moguntinum depoſuerat, Lullumque ſibi ſubrogarat.* Hæc ille. Iam ad auctorem, qui de Lulli dotibus ita pergit.

de dotibus Lulli,

II Liquebunt iſta illuſtrius, & vtilius, ſi extrema de ipſo ipſius S. Bonifacii verba, quæ ad nominatiſſimum illum Fulradum Presbyterum, qui apud Pipinum regem Capellanus erat, ſcripſit, audiamus, ex epiſtola, quæ in MS. codice Ingolſtadienſi eſt LXXIV. *Almitatis*, inquit, *veſtræ clementiam diligenter in nomine DEI deprecor, vt filiolum meum, & Coepiſcopum Lullum, ſi Deus voluerit, & ſi clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum, & eccleſiarum componere, & conſtituere faciatis prædicatorem, & doctorem Presbyterorum, & populorum. Et ſpero, ſi DEVS voluerit, quod in illo habeant Presbyteri magiſtrum, & monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem, & paſtorem. Propterea hoc fieri maxime peto, quia Presbyteri mei, prope marcam paganorum, pauperculam vitam habent; panem acquirere ad manducandum poſſunt, ſed veſtimenta ibi inuenire non poſſunt, niſi aliunde conſilium, & adiutorem habeant, vt ſuſtinere, & adiuuare in illis lo-* 605
cis ad miniſterium populi poſſit, eodem modo ſicut ego adiuui.

& quod ſtudioſe obierit munus ſuũ.

III Quam induſtrie vero, ac diligenter in ſuſcepto Archiepiſcopatus munere verſatus ſit, monſtrat breuiter lib. III de viris illuſtr. ord. Bened. c. CXCIII, & lib. IV c. LXXVIII *Trithemius*. Sed quæ hic ponentur, declarabunt magis. Errat vero in *Erfurtenſi Breuiario* lectionis tertiæ auctor, dum ait: *S. Bonifacii obitum Lullus ex reuelatione diuina agnoſcens cum Rege Pipino in Friſiam perrexit, vbi corpora Sanctorum inhumata repererunt. Et decem martyribus Traiecti tumulatis, corpora ſanctorum Pontificum Bonifacii, Eobani, & Adelarii per Rheni alueum reuexerunt.* Non enim iacuerunt inhumata Sanctorum corpora, neque in Friſiam Lullus ipſe perrexit, ſed qui illa illinc afferrent, certos miſit homines, vt ex *S. Willibaldo* cap. X, & *Othlono* lib. II cap. XXVII perſpicuum. Poſtea tamen ab hoc Moguntia Erfurtum deportatos B. Adelarium & Eobanum refert MS. L *.

Bonifacio quidem in viuis adhuc exiſtente, Burcardo, Antiſtiti Herbipolenſi, rogatus, conceſſit, vt in Epiſcopatu ſucceſſorem ſibi ſtatuat, tanto muneri idoneum & parem; id quod temporis ratione habita hic notare conuenit, cum auctor id infra § X demum referat.

* Quod eo martyrii laurea coronato, e ſociis tam glorioſi laboris *Adelarium &*

Eobanum

Edit. I pag. *Eobanum* Erfordiam deportarit, præter *MS.* Latomianum, quem auctor adducit, & alii referunt. Sunt tamen, qui haud nihil ambigant, an iſtos Lullus vnquam iſtuc tranſtulerit. Vid. quæ pluribus docet *Sagittarius* antiquitat. gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring. lib. III cap. XII § XIV & ſeq. p. 194 & ſeq.

IV Exſtruxit autem perinſignia duo cœnobia. Vnum ab eo, quod ipſius doctor, & in CHRISTO parens S. Bonifacius erexerat Fuldæ, non procul Herolfesfeldii in Haſſia. Dilexit autem iſtud quam maxime, & reditibus ampliſſimis ornauit: inprimis vero etiam Sanctorum reliquiis, inter quas fuerunt S. Wigberti, de quo in S. Bonifacii vita lib. I cap. X. Deſcribit illarum tranſlationem in huius Sancti vita cap. XXIV & XXV (*p. 308 & ſeq. opp.*) *Lupus Seruatus* hiſce verbis: *Interiectis aliquot annis Albuino Præſuli Fritislarenſis oppidi per quietem aliquis obſeruatus, qui ſe diuinitus miſſum diceret ad monaſterium, cui eſt vocabulum Herolfesfeldt, quo & oſſa beati viri transferri præcepit. Id memoratus Epiſcopus Lullo Moguntiacenſis eccleſiæ Pontifici reuelauit, iſque rem ad Magnum Carolum detulit, ac eius aſſenſum protinus impetrauit. Ita Lullo iubente, Suffraganeus Albuinus tribus monachis præfati cœnobii, Erneſto ſcilicet, Baturicho, & Wolffo, noctu ſacros B. Wigbberchti cineres tradidit clam perferendos ad monaſterium: ſiquidem id facere interdiu veritus*
606 *eſt, ne tanti viri populus amore deuinctus fratres memoratos cæca ſeditione conuexaret, vel quibuſlibet iniuriis inceſſeret, viribuſque ſuperior ſibi tam inſignis theſauri priuilegium vindicaret. Non quo venerabilis Præſul S. Wigberchto diffideret, qui profecto ſuas ferentes reliquias tueri poterat interceſſione, ſed quod perquam ſcite perpenderit, quanquam manifeſte Deus faueret, conſiderationem humani conſilii, vtpote iuſti, nullatenus poſthabendam. Plenum eſt quippe Chriſtianæ deuotionis, quamdiu habet homo quod faciat, non tentare Dominum Deum ſuum. Quod ſi cui hæc exauctorari poſſe videatur aſſertio, illud ei obuertemus exponendum, cur cum Iſraeliticum populum Pharao dimiſiſſet, non* Exod. 13. *duxerit eum Dominus per viam terræ Philiſthiim? videlicet, ne forte pœniteret populum, ſi videret aduerſum ſe bella conſurgere. Quem plane locum aliter tranſire ſano nequaquam poterit intellectu, niſi in noſtram concedens, immo maiorum ſententiam, ibi oſtendi fateatur, fieri debere omnia, quæ conſilio recto* D. Auguſtinus q. 40 in Exod. *fieri poſſunt, ad euitanda, quæ aduerſa ſunt, etiam cum Deus apertiſſime adiutor eſt. Ergo præfati fratres munus ampliſſimum ſibi ab Epiſcopo traditum monaſterio Herolfesfeldt celeres inuexerunt, & a reliquis Dei ſeruis illic exceptum munifice, principe loco eſt in eccleſia conditum.* Monaſterii huius conditionem tribuunt, alii quidam S. Bonifacio, quidam Sturmio. Sed nimirum tres iſti Sancti de eo ſimul deliberarunt, id ſimul deſignarunt: ſed inchoarunt priores, perfecit Lullus *.

monaſterium Hersfeldenſe perficit & inſtruxit.

* Ita vero ſe res habet, vt auctor heic monet. Sturmio namque iam an. DCCXXXVI Herolsfeldi monaſterium inſtituerat. Vnde auctor *chron. S. Aegidii Brunſuic.* p. 577. *Sub præfato Gregorio Papa anno Domini DCCXXXVI initium Hersfeldenſe monaſterium habuit.* & mox; *anno Domini DCCXLIV initium Fuldenſis eccleſia habuit a S. Bonifacio fundatore, ſicut & Heresfeldenſis eccleſia.* Conf. *Lambertus Schafnaburg.* ad an. DCCXXXVI. Lullus vero id perfecit. *Bodo* chron. Cluſin. p. 352; *hic beatiſſimus Præſul* (Lullus) *monaſterium Hirſeldenſe ædificauit.*

Ceterum, quo anno Wigberti reliquias in id transferri iuſſerit, *Lupus* haud adnotauit. *Brovverus* putat, id factum haud multo poſt Saxonum incurſiones, i.e. circa an. DCCLXXX. vid. *Baluzius* ad cap. XXV Lupi p. opp. 508.

V Alterum vero cœnobium, fuit duobus a Moguntia milliaribus vltra Rhenum, *Bleidenſtat*, quod, progreſſu temporis, vt in *Bertholdo* (*l. V*) notabitur, verſum in Canonicorum poſtea collegium fuit, & hodie in hæretico quidem loco, Catholicum tamen cernitur. Eo tranſtulit e Caſtello, quod ad alteram Rheni ripam, e Moguntiæ regione eſt, & *Caſſel* hodie vocatur, S. Ferrutii martyris reliquias, prout in ſermone de Sancto iſto, apud *Surium* tom. V narrat hiſce, quæ lib. II cap. XXXIV adpromiſi, verbis *Meginhardus: Ibi*
607 (ſcilicet in Caſtello, ſeu *Caſſel*) *membra ſacratiſſima beneficiis diuinitus comitata, a ciuibus frequentata, vſque ad Lulli venerabilis pacifice quieuerunt Pontificatus tempora, qui poſt ſanctiſſimum martyrem, atque Pontificem Bonifacium, ſedis Moguntiacenſis ſtrenue rexit populum. Hic itaque prædeceſſoris, atque magiſtri ſui ſequax egregius, cum per ſedis ſuæ diœceſim eccleſias*

Bleidenſtadenſe excitauit.

quo tranſtulit S. Ferrutii reliquias.

 con-

conſtrueret, monaſteria fundaret, regnumque Francorum Chriſtianæ religionis cultu longe, lateque nobilitaret, reliquias ſancti Ferrutii in Lætantium locum tranſtulit, Deoque ſub cœnobialis normæ diſciplina militantes adunare curauit, ſpiritu feruentes, ſpe gaudentes, idipſum inuicem ſentientes, animas ſuas caſtificantes in obedientia charitatis, in amore fraternitatis. Boni vero paſtoris vſus prouidentia, fratribus ipſis, ne deficerent in mandatorum Domini via, victus, atque veſtitus ſufficientes reditus contradidit, ipſumque locum, donec in corpore vixit, ſumma deuotione, pro Sancti reuerentia, coluit. Poſtquam autem eius domus terreſtris habitationis huius luteæ ſoluta eſt, vt non manufactam, ſed æternam in cælis inhabitaret, Pontificatus illius pariter, & religionis ſucceſſores Richolfus, Haiſtolphus, & Rabanus, eadem deuotione locum ſanctum coluerunt, eccleſiam amplificauerunt, tumbam ſanctarum exuuiarum decenter compoſuerunt, pauperes Chriſti ſacris oſſibus excubantes humanitatis ſummæ conſolatione fouerunt. Edit. I pag.

vox Bleidenſtadt quid ſignificet; Locus autem *lætantium* ideo *Bleidenſtat* dicitur, quia hoc adhuc tempore Belgis *Bly*, *Blie*, & *Bley* eſt *lætus*, & *Verbleiden* eſt *lætari* *.

* Bene locum *Bleidenſtadt*, quem cœnobio condendo Lullus elegit, *locum lætantium* vocari, obſeruat auctor. Quod vt hoc magis pateat, notandum, *blide* Germanis olim idem fuiſſe ac *gaudium*, *lætitia*. Ita namque *Otfridus* I, VIII, 20, *Sie habetun thar ſelbon Chriſt, ther alles* blides *furiſta iſt.* i. e. *habebant ibi ipſum Chriſtum, qui omnis gaudii principium eſt.* Vti *blidu* adiectiuum, *lætus:* quo ſignificatu idem XII, 21; *thes uuirdit uuorolt ſinu zi euuidan* blidu. i. e. *quo ipſo mundus ipſius æternum lætus euadet.* *Bliden* vero *lætari*; vt denuo *Otfridus* XVII, 109, *ſi* blidtun *ſih es gahun.* i. e. *gaudebant confeſtim.* Conf. *Paltbenius* animaduerſ. in Tatiani cap. II p. 283, & *Leibnitius* collectan. etymologic. parte I ſect. III, qua gloſſarii Celtici exhibet ſpecimen, p. 96.

Fuldenſe ceteroqui cœnobium prædiis, quæ in villa *Fargalaha* coemerat, locupletauit. quo vid. quam tum edidit *Traditio*, a nobis e *Breuvero* deſcripta, codicique diplomatico inſerta.

S. item Goaris conſecrauit eccleſiam. VI Sancti *Goaris* eccleſiam, Caroli Magni iuſſu, conſecrauit, prout memoriæ mandauit *Wandelbertus* lib. II (*cap. I*) hiſce verbis: *Perfecta baſilica, vbi iam tempus, quo diuino nomini eſſet conſecranda, ſucceſſit, miſſi ſunt ab excellentiſſimo Principe Carolo Lullus Moguntiæ Archiepiſcopus, vir Anglorum gente, moribus, & vita laudabilis: Baſilius Nemeti, quæ ciuitas nunc Spira vocatur: & Mehingodus, vrbis, quæ trans Rhenum ſita, ſermone barbaro Wirziburg appellatur, Epiſcopi, qui omnes a beato Bonifacio Pontifice, & martyre fuerant ordinati: vt per eos & eccleſia conſecrari, & corpus beatiſſimi viri in eum, quo nunc ſitum eſt, locum transferri deberet.* Pergit deinde idem narrare auctor, quemadmodum Sancti eiuſdem reliquiæ poſt triduanum ieiunium inuentæ, in eccleſiam magna, inſignique pompa importari debuerint. Sed *cum leuare* (verba iam *Wandelberti* tranſcribo) *feretrum Epiſcopi voluiſſent, ita eſt prægrauatum, vt moueri omnino non poſſet. Hinc omnibus ſuſpenſis diutiſſime, & hærentibus, Archiepiſcopus* * *Deo, vt poſt claruit, inſpiratus, alloquitur plebem, B. Goarem, quoad vixerit, inanem gloriam mundi, plauſuſque hominum, & fauores, vt rem fragilem, & caducam amore bonorum perennium contempſiſſe, eaque nihilo minus eum poſt obitum quoque contemnere. Proinde oportere corpus ſimpliciter, & cum humili deuotione leuatum, ab ipſa eccleſia in nouam domum per illud, quod intererat, ſpatii reportari, neque ad vulgi fauorem longius, vt ſtatuerant, circumduci. Vix Pontifex verba finierat, & motum continuo feretrum tanta facilitate leuatum eſt, ac ſi oneris aliquid habuiſſet nunquam, relatæque in ædem nouam per Epiſcopos, & Abbatem reliquiæ venerabiles in eo, quo nunc coluntur, loco cum ſummo honore, & reuerentia ſunt conditæ.* 608

* Archiepiſcopus, quem hic *VVandelbertus* memorat, eſt ipſe Lullus noſter; qui & antea, cum nihil vſquam ſacri pignoris appareret, ad ardens precum ſtudium confugiendum eſſe, fideli monuerat conſilio. Conf. *Breuverus* annal. Treuirenſ. lib. VII § CCII p. 379.

& S. Nazarii Lauriſhamenſem. Anno DCCLXXIV ædem *S. Nazarii* memoriæ Lauriſhami dicatam, Carolo Rege, iuxta cum coniuge & liberis præſente, ſollemni inaugurauit ritu. Sic enim auctor *chronici Lauriſhamenſ. Anno Domini DCCLXXVII* (reſtituendum annum *LXXIV* monet *Pagi* ad h. a. n. XVIII p. 344, nixus verbis annalium a *Lambecio* tomo II bibliothecæ Cæſareæ iuris publici factorum *, *annalium* itidem *Fuldenſium* auctiorum, nondum editorum, apud eundem *Lambecium* l. d. p. 347) *Gundelandus Abbas perfecta iam templi fabrica, & vt de-*

mum

Edit. I pag.

mum Dei decebat, omni ſpecie decoris exornata, apud Spiream ciuitatem Regi occurrit; cui pius Rex benigne aſſentiens, cum Regina Hildegarde, filiiſque Carolo, Pippino, Ludouico (delendum, inquit *Pagi* l. d. p. 745, nomen *Ludouici*, quia nondum natus erat) *ac pluribus regni Principibus, per Lullum Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum, atque per Epiſcopos Megingozum, VViomadum, Argitrammum, VValdricum, magnifico apparatu & ſumma veneratione in capite Kalendar. Septembrium dedicationem eiuſdem eccleſiæ celebrauit.*

* *Karlus ab Italia regrediens dedicationem eccleſiæ Nazario & translationem corporis ipſius in monaſterio Lauresham. celebrat anno incarnationis dominicæ DCCLXXIV, die Kal. Sept.* Idem habent *annales Fuldenſes* auctiores; die tamen & menſe, quibus dedicatio facta, non memorata.

VII Verum, vt breuiter Sancti huius vita tota, & mors narretur, ſubiungo, quæ in *Moguntini Breuiarii* lectionibus die XVII Octobris: *Lullus apud* — vt vixerit,
Angloſaxones in Britannia natus, a primis annis CHRISTVM cum litteris imbibit. Nam adhuc ſeptennis, cuiuſdam monaſterii patribus commendatus nihil omiſit, quod ad promerendam Dei gratiam pertinere poſſet. Corpus, cum adoleuiſſet, aſſidua edomans abſtinentia ſpiritui ſubiiciebat: in ſanctarum vero ſcripturarum meditatione tanta diligentia verſabatur, vt omnes in admirationem ſui conuceret. Fama autem eo tempore per Britanniam crebreſcente de
609 *feliciter rebus geſtis Bonifacii, Moguntinæ vrbis Archiepiſcopi, cui Lullus ſanguine iunctus erat, iiſque in locis meſſem quidem vberrimam, at operariorum maximam eſſe penuriam: cœpit animo voluere, quomodo tam ſancta, & neceſſaria functione occupato opem ferre poſſet. Ita iam Diaconatus gradum adeptus ex ſuperiorum ſuorum voluntate iter ad Bonifacium ſuſcepit. Sic longo terra, marique emenſo itinere, Germaniam adiit, cuius aduentu Bonifacius mirifice eſt recreatus. Qui cum ſanctiſſimæ ipſius conuerſationis, affluentis doctrinæ, flagrantiſque in Deum animi certiora experimenta cepiſſet, inuitum ad ſacerdotii dignitatem prouexit, & lateri ſuo ſemper adhærere voluit. Poſtquam autem diu prædicationi ſedulo incubuiſſet, multiſque aliis grauibus negotiis obeundis fidem, & induſtriam ſuam probaſſet: Bonifacius iam in Friſiam iturus illum, præſente Pipino rege, ſucceſſorem ſibi in Moguntina ſede conſtituit. Quam ille prouinciam in decrepitam vſque ætatem docendo, monendo, arguendo ſancte & prudenter tanquam boni patris haud degener filius adminiſtrauit. Tandem per ſpiritum cognoſcens dormitionis ſuæ inſtare diem, vocato Coepiſcopo ſuo Alboino, viro valde religioſo, iniunxit, vt ſacris prius celebratis myſteriis, ſe ad Heresfeldenſe monaſterium præcederet. Ille ſine mora ſacrum perficiens, etſi toto corpore incolumis videretur, & ſanus, cum ſacramentis Dominicis participaſſet, vna cum Miſſa finiuit & vitam. Nihil hoc caſu motus Lullus, obitus ſui praenuntium, naui ſecum impoſitum per Moganum in Heresfeldenſe cœnobium (prius a ſe extructum) aduehens honorifice ſepeliuit. Vbi etiam morbo protinus correptus, Archiepiſcopatus ſui anno XXXII placida morte in Domino defunctus eſt.* — vt obierit.
Corpus ibidem repoſitum, cum poſt ſexageſimum annum e terra leuaretur, eo membrorum omnium decore, ac ve-
610 *ſtium quoque nitore inuentum eſt, vt illo ipſo die exſpiraſſe, ac ſopore potius, quam morte ſepultus videretur.* Eadem in tomum de Sanctis V tranſcripſit *Surius*, cum iſtiuſmodi auctario: *Manuſcripti codices addunt, eum deceſſiſſe decimo ſeptimo Calendas Nouembris;* vbi etiam hæc leguntur: *Quantis emineret meritis apud altiſſimum, innumerabilia, & quaſi infinita, quæ ad eius memoriam facta ſunt miracula, declararunt. Viuens enim multorum, propter virtutes & merita: mortuus vero pæne cunctorum, propter miracula, aures & mentes feliciter occupauit.*

VIII Præclarum quoque eſt, quod ibidem legitur, eum, *vt bonum paſtorem*, cum eſſet inſtitutus Moguntinus Præſul, *omnes intra ſuam diœceſim ſitas eccleſias, & monaſteria cœpiſſe viſitare, & omnium mores in melius reformare, & cum pridem ceteros fide, ac pietate ſuperaſſet, atrox cum animo ſuo geſſiſſe certamen, ita vt indies ſeipſo religioſior, atque in ſtudio morum prouectior haberetur. Denique miraculum illic habetur: quod tum perpetratum eſt, cum poſt ſexageſimum annum corpus eius e terra leuaretur. Saxum immane tumulo eius impoſitum cum amoueretur, forte manus fugit volutantium illud, & fratris cuiuſdam prope adſtantis ita pedem contriuit, vt oſſibus pariter cum carne comminutis* — vt miraculis inclaruerit.

minutis, forma etiam pedis amiſſa, fœdum ac miſerabile ſpectaculum præberet Edit. I pag.
circumſtantibus. Sed cito B. Lullus mœrentium fratrum pectora expediuit. Nocte enim proxima cum languidum ſopor oppreſſiſſet, ita repente omnibus ſuis membris vigor rediit, vt hymnis quoque matutinalibus intereſſet, nulla tantæ calamitatis ne cicatrice quidem ſuperſtite. De eodem beato Præſule hi quoque verſus extant apud Beluacenſem *Vincentium* lib. XXIV hiſtor. ſpeculi cap. CLVII;

> *Antiſtes Lullus, quo non eſt ſanctior vllus,*
> *Pollens diuina, tribuente Deo, medicina*
> *Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.*

Alboinus vero *Coepiſcopus* vocatur, quia is Præſul erat Buriburgenſis, de quo ſu- 611
pra lib. III notatione XXXIX *.

* l. 29.

Bonifacii vitam ſcribi curat.

IX *Audiens autem B. Lullus S. Bonifacii martyrium, ſtuduit*, inquit MS. *quantocius hoc inſinuare viro ſancto, & docto Coepiſcopo ſuo in Eychſtet Willibaldo, rogando, vt magiſtri ipſorum vitam, cuius ipſe opera plenius noſſet, ſtilo dignaretur annotare, ne ipſorum negligentia tanta eccleſiæ lucerna ſub modio celaretur, ſed magis ſupra candelabrum poſita cunctis poſtfuturis hominibus lumen vitæ oſtenderet. Quod idem ſanctus Præſul Willibaldus diligenter adimpleuit.* Atque hæc eſt vita, de qua libri III principio antea, notatione I dictum eſt *.

* Falli hic auctorem MS. dum putat, illum, qui Lulli rogatu, vitam S. Bonifacii litteris conſignarit, eſſe Willibaldum Eichſtadenſem Epiſcopum, iam ſupra ad lib. III notationem præuiam I, adductis *Pagii* rationibus notaui atque oſtendi.

De conſenſu quem Burcardo præſtitit.

X Ipſius vero B. Lulli tanquam Archiepiſcopi conſenſum petiit ac impetrauit S. Burchardus Herbipolenſis Epiſcopus, vt ſibi, viuo quidem, ſed ſeni & imbecillo admodum, ſucceſſorem ſtatueret Megingaudum, & rurſum iſte poſtea, vt ſibi Bernwelfum, *Egilvvaldo* narratore lib. II c. XI, & lib. III cap. I *.

* Si auctorem *chronici VVirzburgenſis*, & e recentioribus *Bruſchium* in catalogo Epiſcop. Herbipol. p. 952, *Mullerum* p. 361, & *Friſeum* p. 398 & ſeq. conſulas, errare dixeris Egilvvaldum. Secundum iſtos enim Burchardus ſucceſſorem ſibi ſtatuit Megingaudum an. DCCXC, Megingaudus Bernvvolfum anno DCCXCIV, aliquot ſane poſt Lulli obitum annis. Quo minus tamen ita ſtatuas, S. facit *Ludgerus*, qui in vita S. Gregorii Abbatis de S. Bonifacii diſcipulis ſcribit: *VVigbertus & Burchardus ante Magiſtrum migrarunt a ſæculo.* Quod cum ita ſit, & Bonifacius an. DCCLV, die V Iun. martyrium in Friſiis ſubierit, conſtituto iam an. DCCLIII vt ſupra oſtenſum, Lullo in ſede Moguntina ſucceſſore, patet vtique, Burchardum Lulli de conſilio ſucceſſorem ſibi ſtatuere potuiſſe. Vid. *Pagi* l. d. ad an. DCCLIV, quo Burchardus obiit, n. XXI p. 293.

S. Willehadum *approbaſſe dicitur*

XI Primum eccleſiæ Bremenſis Epiſcopum S. Willehadum, ſi non conſecrauit, (quod feciſſe tamen vero eſt ſimillimum, cum Wormatiæ, vt apud *Surium* tomo VI narratur, conſecratus fuerit) approbauit certe. Ita enim apud *Crantzium*, Saxoniæ lib. II c. XV, in ſuo de illius eccleſiæ priuilegiis diplomate loquitur Carolus Magnus: *Summi Pontificis & vniuerſalis Papæ Hadriani præcepto, nec non & Moguntinenſis Epiſcopi* Lullonis, *omniumque, qui affuere, Principum conſilio, Bremenſem eccleſiam, cum omnibus ſuis appendiciis, Willehado, probabilis vitæ viro, coram Deo & Sanctis eius commiſimus: quem etiam primum eiuſdem eccleſiæ III Idus Iulii conſecrari fecimus Epiſcopum, vt populis diuini ſemina verbi, ſecundum datam ſibi ſapientiam, fideliter diſpenſando, & nouellam hanc eccleſiam canonico ordine, & monaſteriali competentia inſtruendo, interim plantet & riget, quouſque precibus Sanctorum ſuorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus* *.

* Atenim dubites, nec ſine cauſſa, an diploma hoc, quod ante *Crantzium* iam protulit *Adamus Bremenſis* hiſtor. eccleſ. lib. I cap. X p. m. 4 & ſeq. genuinum ſit. Dubitat ſane, & præter illos, quos iam citauit *Ludevvigius* in præfat. ad reliquias manuſcriptorum § XVIII p. 46, *vobtias* iſtud ſuſpectum cenſet *Caſp. Calvör* Saxon. inferioris gentil. & chriſtianæ parte II lib. II cap. X § 104 p. 233 & ſeq. Pone tamen genuinum eſſe. Id patebit, Lullum, ſententiam forte rogatum, cenſuiſſe, Willehadum Epiſcopatui, quem Carolus inſtituere decreuerat, Bremenſi imponendum eſſe; non itidem, quod & ipſe Willehadum iſtius ad officii partes ſacro etiam ritu inunxerit. Vti ſane pluribus iam contra Cointium & Mabillonium *Pagius* l. d. ad annum DCCLXXXVI n. XI oſtendit, Lullum id muneris haud peregiſſe. Illum alioqui Vormatiæ præſentem fuiſſe, cum Willehadus Epi-

ſcopatu

Edit. I Pag. ſcopatu initiaretur, iam ante auctorem Serarium voluit *VVolterus* chron. Bremenſ. p. 23.

Ceterum eodem hoc anno, quo Epiſcopatum Bremenſem approbaſſe dicitur, illum & Verdenſem, a Carolo M. inſtitutum, iuxta cum Hildeboldo Colonienſi & Amalhario Treuirenſi, confirmaſſe volunt auctor *chron. Epiſcopor. Verdenſium* p. 211, & e recentioribus *Turckius* in faſtis Carolinis ad h. a. p. 30, diplomate nixi, vt patet, Carolino, quod in auctario diplomatum ad *Adamum Bremenſem* p. m. 178 legere eſt. Atenim & id ſublestæ fidei eſſe, præter alios, indicant *Mainders* diſſertat. III de ſtatu religionis & reipublicæ in veteri Saxonia cap. IV de veritate & falſitate Carolinorum diplomatum p. 244 & ſeq. &, quem modo dixi, *Calvör* l. d. cap. IX § 87 p. 225.

XII Interfuiſſe ipſum Gentiliacenſi Concilio exiſtimat *Latomianus* MS *. *Gentiliacenſi concilio interfuiſſe dicitur,*
Illud autem *Ado* anno Domini DCCLXVII, alii, quos inter *Baronius*, anno
612 DCCLXVI congregatum putant, in quo *quæſtio*, inquit *Ado*, *ventilata inter Græcos & Romanos de Trinitate: & vtrum Spiritus ſanctus, ſicut procedit a Patre, ita procedat a Filio: & de Sanctorum imaginibus, vtrumne fingendæ, an pingendæ eſſent in eccleſiis.* Adonem ſequitur *Aimoinus* lib. IV cap. LXVII, ſed quæſtiones iſtas minus accurate deſcribens. Anno autem DCCLXXVII eccleſiam in S. Petri honorem dedicauit Ordorffii, de quo ante lib. III not. XXIII. *ac Ordorfenſem eccleſiam inauguraſſe.*

* Vnde hauſerit *Latomus*, Gentiliacenſi illum concilio interfuiſſe, ego ſane neſcio. Nec memini, apud veterum quendam; fide dignorum, me legere, Orduffi illum, quod auctor habet, ædem ſacram, de nouo excitatam, anno DCCLXXVII D. Petri honori conſueto cæremoniarum ordine & apparatu dedicaſſe.

XIII In cælos vero abiiſſe traditur beatus iſte Archiepiſcopus XVII *Calendas Decembr. anno Domini DCCLXXXVII*, vt ait *Marianus Scotus*, & *catalogus Bruſchianus*; ſiue, vt *Pithœani* Annales, *anno DCCLXXXVI*; & vtroque modo ſunt eius Archiepiſcopatus anni XXXII, incipiendo ab anno DCCLIV vel DCCLV, vt ſupra dictum. Sed conſenſio maior in obitus *anno DCCLXXXVII* *; vt ſcilicet annos XXXII ſolidos, XXXIII inceptos præſederit. *Lambertus Schaffnaburgenſis*: *Anno DCCCLII translatio*, ait, *Lulli in cœna Domini.* *quo anno & die mortuus ſit,*

* Lullum an. DCCLXXXVI morte interceptum, præter *annales Pithœanos*, aliosque, quos *Sagittarius* antiquitat. Ducat. Thuring. lib. II cap. III § I p. 92 iam memorauit, *Fragmentum* ſcilicet *annal. Francor.* & *Schafnaburgenſem*, tradunt auctor *chron. VVirzburgenſis* p. 503, auctor itidem *chronici Quedlinburgenſis* p. 276; vt adeo haud nihil ambigas, vtrum conſenſio maior ſit in anno, quo alii eum obiiſſe dicunt, DCCLXXXVII. Quin immo, nec *Marianum* dicere, quod auctor dicit *Serarius*, ac *Marianum* dixiſſe vult, videas. Is enim potius an. DCCLXXXVI Lullum naturæ conceſſiſſe confirmat, dum ad an. DCCLXXXVII his vtitur verbis; *Lullus Archiepiſcopus moritur. Richolfus ordinatur in Epiſcopum Moguntia IV Non. Mart. apud Fritislar.* Dicit, Richolfum, Lullo rebus humanis erepto, cathedræ Moguntinæ impoſitum, & an. DCCLXXXVII ſacra Epiſcopali vnctione inauguratum fuiſſe, quod bene notandum. Mos nimirum erat, vt Epiſcopi diebus conſecrarentur dominicis; at vero dies IV Martii an. DCCLXXXVII, littera G dominicali inſignito, in diem dominicam incidit. Si vero tum ſollemni conſecratus fuit cæremonia, & Lullus, vt codices manuſcr. *Surio* teſte habent, XVII Kalend. Nouembr. obiit, illum fatis vtique anno præcedenti DCCLXXXVI functum oportet. Conf. *Pagius* l. d. *Engelhuſium* vero, dum an. DCCLXXXV morte oppreſſum vult, manifeſto labi, per ſe ſam patet.

Herſfeldi ſe- De reliquo Herolfesfeldi ſepultum eſſe, præter *Breuiarium Moguntinum*, ab auctore adductum, tradit *Bodo* chronic. Cluſin. p. 322; vt tamen ſimul indicet, multis poſt annis alio translatum fuiſſe. Sic enim ibi: *Hoc quoque minime prætereundum cenſuerim, ſed ratione ſumma poſteritati præſentibus notificandum, quod iſdem venerabilis Pater* (Wedego Abbas, qui Cluſinenſi monaſterio ab anno MCCCCLX præfuit) *multis precibus, licet ſæpe repulſam paſſus, a Domina Abbatiſſa e Capitulo Gandeſianæ eccleſiæ, matris noſtræ, dini Patris Lulli, Moguntinæ quondam eccleſiæ Archiepiſcopi, venerandum caput obtinuit. Eſt autem ſuperior pars capitis tota, frontem habens & occipitium: deſcendit vero ad naſum vsque, & ad aures, ita vt orbes oculorum pateant ex parte —— Eo tempore integrum D. Patris Antiſtitis Lulli corpus (dico autem oſſa illius omnia) in eccleſia Gandeſiana erat, ab aliisque ſeparatum Sanctorum reliquiis. Illius pollicem poſtea, dextrum puto, Hermannus VVreden, Abbatiſſæ ſcriptor, obtinuit. Hic beatiſſimus Præſul monaſterium Hirſeldenſe ædificauit, vbi & ſepulchrum illius eſt, pulchrum valde. Et nonniſi moleſtiſſime ferunt fratres, ſi quis dicat, illis patronum tantum ſublatum. At volint, nolint, ſurrexit, non eſt hic.* *ſepultura locum inuenit*

Colitur *S. Lullus* die XVI menſis Octobris. *Pagi* l. d. criticæ n. XII p. m. 377.

Plura alia, breuitatis ſtudio hic prætereimus. Qui noſſe ea cupit, adeat *Mabillonium* in elogio, quod tom. II ſectione I dedimus, *Lulli* hiſtorico.

Caput Beati Moguntiam aſſeruatur.

XIV Sacrum eius caput rediit e Saxonia nuper Moguntiam, Collegio huic, beneuolentia beneficentiaque inſigni, donatum ab eo, quem cum doctrina, præſertimque matheſeos ac iuris peritia commendet, multo tamen magis commendant & exornant vera religio, integritas, & humanitas, adeo vt ipſum etiam ſuſpiciant, diligant, ac venerentur hæretici, præclarum Benedictini noſtra in Germania ordinis, cuius aliquando Præſidentem, vt appellant, egit, decus & ornamentum. Iſta vero, eiusque nomen, & bene de Societate noſtra merendi ſtudium (nobis alias modis aliis pluribus perſpectum) demonſtrant ipſæ donationis illius tabulæ: quas, quia rem, quæ modo agitur, narrant, & vero quia elegantes ac piæ ſunt, totas hic bonis lectoribus dare volui. Edit. I pag. 613

HERMANNVS, MONASTERII S. GODEHARDI, ordinis Diui Benedicti, in ciuitate Hildesheimenſi Abbas, omnibus patentes haſce litteras lecturis ſalutem & felicitatem ſempiternam.

QVemadmodum olim populus Iſraëliticus ſancti Patriarchæ Ioſeph oſſa ex Aegypto, vbi vltra trecentos annos quieuerant, diligenti cura in terram ſanctam abſportauit decenterque condidit, ita & meum & cuiuslibet Chriſti fidelis officium eſſe ſemper arbitratus ſum, vt Sanctorum Deo placentium pretioſas reliquias hoc infelici ſæculo ab hæreticorum iniuria contemptuque pro viribus vendicemus & eripiamus. Quare cum anno MDLXXXI eccleſia S. Eliſabeth extra muros Hildesheimenſis ciuitatis ſita (in qua inter ceteras Sanctorum reliquias beati quoque Confeſſoris Lulli, Archiepiſcopi quondam Moguntini, caput hactenus aſſeruatum & in bonore habitum fuerat) ciuium huius loci opera ſubuerteretur, ſacrumque hoc pignus cum aliis reliquiis quaſi neglectum in ſeparato quodam iuxta cœmeterii murum loco collocaretur, e veſtigio per ſacerdotem Catholicum fidum ac Deum timentem dictum S. Confeſſoris caput, cum aliis ſacris lipſanis, illæſum & integrum, antiquis adhuc inuolucris tectum, inde auferri, & ad monaſterium noſtrum tranſportari curaui, in quo hactenus ſacrum hunc theſaurum honorifice aſſeruatum, ſucceſſoribus meis tanquam ſingulare monaſterii præſidium relinquere decreueram. Quia vero veneranda Societas IESV magnis a me precibus Beati Lulli pretioſum caput pro Collegio ſuo Moguntino ſibi donari petiit, pro eo amoris & charitatis affectu, quo dictam Societatem IESV diligo, malui tali me theſauro potius priuare, quam illius piis precibus eum denegare. Igitur vna cum his litteris ſæpe nominatum S. Confeſſoris Lulli caput integrum & illæſum, prout ad me tranſportatum fuit, prædicto Collegio Moguntino offero & dono, illud rogans, vt hoc charitatis obſequium ſupra memorata Societas, & præcipue eiuſdem Collegium Moguntinum precum ſuarum aſſiduitate compenſet. In horum omnium fidem maiorem litteras haſce manu propria ſubſcripſi, & ſigillo monaſterii conſueto muniui. Hildesheimii die XII Decemb. Anno Domini MDCIII.

Salefeldam alioqui, Thuringiæ oppidum, amplificaſſe illum, & muniuiſſe, mentitur inſcriptio quædam, quam Erfordiæ in monte D. Petri repertam fuiſſe prodit *Silveſter Liebe* Salfeldio-graphiæ manuſcr. cap. VII: *LVLLVS ANGLVS NATIONE DIACONVS ECCLESIAE MOGVNTINENSIS OPPIDVM SALFELDIAM IN HONOREM B. VITI ET BONIFACII AMPLIAVIT ET MVNIVIT ANNO CHRISTI REDEMPTORIS ET SALVTIFERI DCCLXI.* Conf. *Sagittarius* antiquit. Ducat. Thuring. l. d. § VIII p. 103.

Dein Romæ an. DCCLXXIII fuiſſet, ſi quidem tabulis ſtandum, quas *Schilterus* ex *Iacobi* von *Kônigshoven* chronico manuſcr. latino ad eiusdem chronicon Alſatiæ germanice confectum in adnotat. n. VI § VI p. 495 protulit. In iis namque legas: *Idcirco notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter Etto, venerabilis ſanctæ Argentinenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſecum adducens Magiſtrum ſuum,* Lullum *videlicet, Moguntinum Metropolitanum,* & Iohannem *venerendum Conſtantienſem Epiſcopum, coram multis Principibus celſitudinem noſtram adiit &c.* Datæ autem dicuntur *Romæ an. DCCLXXIII, indictione XI.* Quo minus autem fidem illis adhibeam, & Lullum tum temporis Romæ apud Carolum egiſſe credam, facit, quod multis de cauſſis ſpuriæ mihi videantur, quas, ni fallor, Schilterus in genuinis habuit, litteræ illæ.

Perperam adhæc *Ioanni de Polda* in chroni-

co

Edit. I pag. co eccleſ. Hamelenſis, quod e mſcr. tomo I ſcriptor. Germanicor. dedit *Meibomius* p. 514. ſuppletum itidem tomo II ſcriptor. Brunſui-cenſ. *Leibnitius* p. 509, fuiſſe dicitur in comitatu Leonis Papæ ad Carolum M. in Weſtphaliam profecti, & tum Leonem permouiſſe, vt ædem ſacram Hamelenſem, a Bonifacio extructam, denuo conſecraret; Carolum vero M. vt eam, iuxta cum omnibus reditibus, monaſterio Fuldenſi confirmaret: quandoquidem Leo Papa anno demum DCCXCIX, indignis Romæ tractatus modis, ad Carolum in Weſtphaliam conceſſit; quum Lullus iam anno DCCLXXXVI diem obiiſſet.

RICHOLFVS.

I

FVit *in Caroli Magni aula vir præpotens, eiuſdemque conſiliarius intimus,* vti narrat *MS.* Ac licet excellenti admodum ingenio, auctoritate, viri- *Richolfus dicitur fuiſſe Caroli M. conſiliarius,*
614 buſque polleret, *præſentia tamen, & hæc caduca deſpiciebat, æterna toto animo concupiſcebat* †, adeo, vt hoc ipſo nomine, idem *MS.* aſſerat, *pio illum Imperatori fuiſſe chariſſimum.* Sed pergit narrare idem *MS.* audita B. Lulli morte, *ipſi deſignatum ab eodem Imperatore ſucceſſorem Richolffum, idque vi priuilegii eius, quod ab Adriano Pontifice, poſt Deſiderium Longobardorum Regem, regnumque proſtratum, anno DCCLXXVII ille acceperit;* Poteſtque conceſſionis huius laudari teſtis *Gratianus* Diſt. 63. c. *Hadrianus.* Verum quomodo aulicus, & ſæcularis tam ſubito, tamque ſaltuatim Archiepiſcopus ab Imperatore, ſacrorum canonum & ſciente, & metuente, fieret? quomodo in Richolffo, quod in Photio Conſtantinopolitano Patriarcha tantopere poſtea improbatum eſt anno DCCCLIX, ferretur? Sed pluribus verbis nihil opus. Oſtendit iampridem Reuerendiſſimus *Baronius* tomo IX anno DCCLXXIV, totum hoc priuilegium eſſe commentitium: Gratianumque & poſteriores omnes a Sigeberto, commenti eius auctore, deceptos *, idque in ſequentibus aliquot Archiepiſcopis notandum. Succeſſit igitur *Richolfus*, ſed rite, ac ordine ab aula iam ad clerum antea translatus, & ab Moguntinis, ipſoque Imperatore Pontifici nominatus, ab hoc vero approbatus, & Moguntinus Archiepiſcopus conſtitutus **.

& ab eo ſedi Moguntinæ impoſitus — § XIV & ſq.

appellatur Damoeta. 1 *Riculfus* —— Damoeta *non ſemel appellatus ab* Alcuino, *qui eum* filium ſuum, *id eſt*, diſcipulum *appellat.* *Mabillon* lib. XXVI annal. Benedictin. § XXXIV p. 313 tomi II.

In cultu fuit magnificus. 2 † Vtrum vero caduca hæc & præſentia animo tam magno infra ſe duxerit, dubites, ſi vera ſunt, quæ *Latomus* in catalogo mſ. his narrat verbis: *quare cum eſſet Archiepiſcopus admodum magnificus & opulentus, geſtaretque lituum ſiue pedum aureum, reprehenſus fertur a Rege, quod a ſimplicitate maiorum deflecteres, & ſuperfluum ornatum ſequeretur.*

3 * Ita quidem *Baronius.* At illuſtriſſimus iuxta doctiſſimusque Pariſienſium Præſul, *Petrus* de *Marca* lib. VIII de concordiæ ſacerdotii & imperii cap. XIX § VI col. 1191 contra ipſum æque ac Binium demonſtrauit, dictum c. *Hadrianus*, nequaquam eſſe ſuppoſititium. Conf. etiam *Schilterus* de libertate eccleſ. Germanic. lib. II cap. XI § I p. 261, *Sagittarius* antiquit. Ducatus Thuring. lib. II cap. V § II p. 107.

quando Archiepiſcopus factus. 4 Ceterum an. DCCLXXXVI Richolfum Archiepiſcopum factum teſtantur *chron. VVirzburgenſe* apud *Baluzium* p. 503, *chronicon Quedlinburgenſe* p. 176. Sequenti a. d. IV Nonar. Mart. Fritislariæ conſecratum ſcribit *Marianus Scotus* p. 439. quod anno demum XCVIII factum memorat auctor *chronici*, quod modo citaui, *VVirzburgenſis*, l. d.

Leonem honorifice excepit. 5 Leonem vero Pontificem, ad Carolum Imperatorem profectum, ſummo excepit honore. Carolo namque tum in Saxonia agenti præſto erat Richolfus. vid. *Marianus Scotus* ad an. DCCXCVIII p. m. 439.

II Aedificauit vero S. ALBANI nobiliſſimam, de qua ſupra lib. I c. XXXI, (*ſect.* 2) eccleſiam, Caroli Magni ſingulari erga Deum, eiusque Diuos munificentia excitatus, & adiutus. quam tandem ſumptu, laboreque plurimo abſolutam in *Saluatoris*, & *S. Albani* honorem conſecrauit anno Domini DCCCV, prout declarat MS. & quæ in ſuperſtantis ſeptentrionalis muri occidentali facie legitur hodie in lapidem inciſa inſcriptio hæc: *Eccleſia hæc eſt conſecrata in honorem Saluatoris Domini noſtri IESV CHRISTI Kalend. Decemb. anno incarnationis ipſius DCCCV, indictione XIII.* *Aedificauit S. Albani ædem,*

Quin potius amplificauit, & auguſtiorem ad formam redegit *D. Albani* ædem; vti quidem vel ipſe ſupra lib. I cap. XXX ſub finem monuit auctor hic noſter *Serarius.*

Ceterum ἐπιγραφὴ, quam hic dat, interciddit plane, nec amplius occurrit, vt adeo dolendum ſit, vetuſtorum id genus monumentorum, quibus nobilis olim D. Albani baſilica

Videns itaque vir beatiſſimus eccleſiam Dei creſcere, & certantibus ſtudiis ad vota perfectionis accendi, duplicem viam ad profectum religionis inſtituens monaſteria conſtruere cœpit, vt ad fidem catholicam populi non tam eccleſiaſtica gratia, quam monachorum ac virginum congregationibus, raperentur. Volens ergo vtriuſque profeſſionis ordinem regulariter obſeruari, idoneum vtrique magiſterium ſtuduit adipiſci: miſitque in Caſſinum montem Sturmi diſcipulum ſuum, virum genere & moribus nobilem, vt in monaſterio, quod P. Pater Benedictus inſtituit, diſciplinam regularem, & vitam moresque monaſticos agnoſceret: paſtorque futurus, diſcipulus fieret: atque in ſua ſubiectione diſceret, quomodo aliis præeſſe debuiſſet. Similiter & in patriam cum epiſtolis legatos direxit ad Tettam Abbatiſſam, cuius in præcedentibus mentio facta eſt: deprecans, vt ad ſolatium ſuæ peregrinationis, atque ad auxilium legationis ſibi iniunctæ, tranſmitteret ei Liobam virginem, quam fama ſanctitatis & doctrinæ virtutum tunc per longinqua terrarum ſpatia diuulgarat, & laude celebri multorum ora repleuerat. Eius itaque abſceſſum mater congregationis moleſtiſſime quidem ferebat, ſed tamen, quia diuinæ diſpenſationi reſiſtere non potuit, beato eam viro, ſicut rogauerat, cum honore direxit, vt ſomnii, quod olim viderat, interpretatio vera fuiſſe probaretur. Quam, cum veniſſet, vir DEO plenus cum ſumma veneratione ſuſcepit, diligens eam non tantum propter affinitatem, qua ſibi ex materno ſanguine iungebatur, quantum propter ſanctitatem vitæ & ſapientiæ doctrinam, qua plurimis & verbo profuturam nouerat, & exemplo.

Igitur, ſicut deſiderauerat, monaſteriis cuſtodiam & regularis diſciplinæ 593
normam inſtituit: & monachis quidem Sturmi Abbatem præfecit: Liobam vero virginem, ſpiritalem virginum matrem eſſe decreuit: ſtatuitque ei monaſterium in loco, qui vocatur Biſchoffsheim, vbi non paruus ancillarum Dei numerus collectus eſt.

Ex cap. XX idem Rodulphus: *Beatus Bonifacius Archiepiſcopus in Friſiam ire parans, gentemque paganicis ritibus deditam, atque infidelitatis morbo decubantem, cæleſti medicina viſitare decernens, vocauit Lul diſcipulum ſuum, qui ſibi poſtmodum in Epiſcopatu ſucceſſit, & ei ſingula, prout voluit, commendauit: & generaliter quidem illi curam credentium populorum, ac prædicationis inſtantiam, ſtructuramque eccleſiarum, a ſe per diuerſa loca inchoatarum, iniunxit: ſpecialiter autem de monaſterio Fuldenſi, quod cum auctoritate Zachariæ Papæ, & cum fauore Carlomanni regis Auſtriæ, in vaſtiſſima ſolitudine ſaltus Boconiæ ipſe conſtruxerat, præcepit, vt quia monachi locum illum inhabitantes, pauperes erant, & nec dum alia habebant ſeruitia, ſed ſolo manuum ſuarum labore victitabant, ædificium fundatæ ibi iam eccleſiæ ad perfectionis terminum deduceret, atque poſt mortem ſuam corpus eius illic ſepeliendum transferret. Cumque hæc & alia huiuſmodi ei mandata dediſſet, accerſitam ad ſe Liobam virginem exhortatus eſt, terram peregrinationis ſuæ non deſerere, nec in aſſumpti propoſiti vigore laſſeſcere: ſed quotidie bonum, quod cœperat, omni ſtudio ampliare: dicens ei, corporis fragilitatem non eſſe conſiderandam, nec prolixæ ætatis ſpatia computanda, nec arduum virtutis finem, nec grauem exiſtimandum perueniendi laborem: præſertim cum huius temporis ſpatia ad æternitatem comparata, breuia ſint, & non ſint condignæ paſſiones præſentis temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Commendauit autem illam*
Lul Epiſcopo & ſenioribus monachorum ſupra dicti monaſterii, qui aderant, mo- 594
nens eos, vt cum honore & reuerentia curam eius agerent: ſuæque voluntatis eſſe affirmans, vt poſt obitum eius corpus illius ad oſſa ſua in eodem ſepulchro poneretur, quatenus pariter diem reſurrectionis exſpectarent, qui pari voto ac ſtudio in vita ſua Chriſto ſeruierant. Quibus dictis, dedit ei cucullam ſuam, rurſus eam admonens atque conteſtans de non relinquendo peregrinationis ſuæ loco. Et ſic præparatis omnibus, quæ in itinere erant neceſſaria, in Friſiam perrexit. Vbi cum non paruam gentis illius portionem Chriſto acquiſiſſet, labores ſuos glorioſo conſummauit martyrio: corpusque eius translatum eſt Fuldam, & ibi, ſicut ante præceperat, digno honore ſepultum.

Anonymi. 22 Libellus de *S. Willehado* *: *Vir Dei gratulabundus acceſſit ad mare: eoque tranſmiſſo venit in Friſiæ locum quendam, quem Dockinge vocant, vbi*

iam

Edit. I pag. *iam ante B. Bonifacius fuerat martyrio coronatus, cuius concionibus multi illic fidem edocti, & Chriſtiana religione initiati fuere. Vnde factum eſt, vt honorifice illic Willebaldus exciperetur.*

(* Surius *tomo VI p.* 176)

23 *Meginhardus* lib. de S. Ferrutio: *Sanctiſſimus martyr atque Pontifex Bonifacius.* Meginhardi,

24 *Werdenenſes* in lib. de S. Ludgero c. VI & IX; *S. martyr Bonifacius martyrio eſt coronatus.* Werdenenſium.

Ecce de S. Bonifacio quam præclare ac honorifice iudicant, loquuntur, ac ſcribunt viginti quatuor iſti ſeniores! ad quos reſpondere nihil habet *Iunius* loco citato, quam, *Nempe laudauerunt, quod bonum fuit ac laudabile, non quidquid erat in hoc Bonifacio.* quaſi vel aliter vlli laudentur: vel ea exceptio vllam ſanctiſſimi viri auctoritatis ac famæ partem imminuat. Sed & nouatores contra Iunios, nouosque omnes S. Bonifacii contemptores, audiamus aliquot.

595

LVIII NOTATIO

Nouatorum, contra nouatores alios, de S. Bonifacio teſtimonia.

I

EDidit Lutheranus, cuius antea non ſemel fuit mentio, Prædicans *Io. Letznerus*, annorum pluſquam LXX ſenex, duobus ab hinc annis, Germanico idiomate, S. Bonifacii hiſtoriam, Hildeſii. In ipſa vero ad Chriſtianum Braunſchweigenſem & Luneburgenſem Ducem præfatione ita ſcribit: *Hominum ſalutis cauſſa, & ne in æternum illi damnarentur, ſuis Apoſtolis ac diſcipulis, ac poſt eos multis Dei hominibus eruditis Spiritum ſanctum miſit ac dedit CHRISTVS: iisque ſerio præcepit & commendauit, vt tam ipſi, quam ipſorum ſucceſſores ſeculi vnius hominibus, quæ ipſe CHRISTVS docuiſſet ac feciſſet, proponerent, pœnitentiamque ac peccatorum remiſſionem in ſuo nomine prædicarent ac docerent. Et, vt ſpeciatim de nobis Saxonibus dicam, deberemus merito de ſalutis noſtræ initio, & quemadmodum ad Chriſtianam religionem venerimus, cogitare ac reminiſci. quod videlicet maiores noſtri, in hiſce regionibus, ethnici fuerint, de Deo & clementi eius voluntate nihil ſcierint, neque Deum cognouerint, ſed mutis, mortuis, & diabolicis idolis ſeruierint, eaque, tanquam Deum, coluerint & adorarint, donec per S. Bonifacium, Carolum Magnum, Ludouicum Pium, aliosque ſimiles ex horrendis gentilibus tenebris, & e cæco ethniciſmo extracti, & omnium primo ad CHRISTVM, de quo nec minimum quid antea ſciebant, adducti ſunt.* In eandem plura & ibi & poſtea ſententiam ſubnectit: ſed ex iis nolo iam plus afferre, quam verſus iſtos: Letzneri,

596

DEr heiliger BONIFACIVS
Der iſt von Gott geſendet aus,
Das Heydenthumb zu greiffen an,
Damit beſchmeiſt vvar iederman,
Allhie in dieſen Landen groſs,
Der Götzen möchten vverden loſs,
Vnd kommen zu dem vvahren Gott,
Vnd den zu ruffen an in Noth.
Davon zuvor niemandt gevvuſt,
Alſo vvar dieſes Volck ein Wüſt,
Voll Vnglaubens, bey groſs vnd klein,
Die Götzerey vvar gar gemein.
Das ſein hat BONIFACIVS
Gethan, vnd vvolgerichtet aus,
Durch Gottes Geiſt vnd ſtarcke Handt,
Bekehrt Heſſn vnd Düringer Landt.
Der Götzen Häuſer vmbgeſtoſſen,
In Sachſen auch viel vmbgevvorffen.

Chri-

Chriſtum zum Heyl gepredigt hat, Edit.I pag.
Erhaben boch Gotts Wunderthat,
Damit das Volck zum Chriſtenthumb
Gebracht hat von dem Heydenthumb.

DIVVS ſupremo a numine BONIFACIVS
Emiſſus in Germaniam
Idololatriæ vt auferat tyrannidem,
(Quæ taminabat ſingulos
Diffuſa late in hiſce tractibus) diu,
Terram hanc profanis liberet;
Vero vt propinquent numini, &, quicquid premat,
Precentur edocti DEVM,
Quem nemo fando nouerat. Tali incola
Iacebat in caligine.
Pueri ſeneſque idololatria ebrii
Commune patrabant ſcelus.
Hic Diuus ille munere eſt functus ſuo,
Omneſque numeros attigit.
DEIque fretus ſpiritu, ac manu, attrahit
Haſſos, Thuringos, in viam;
Fanis profanos eiicit paſſim Deos,
In Saxonum prouinciis;
In vno IESV ſpem ſalutis nuntiat,
Portentaque eius ingerit;
Queis ille tandem Chriſtianis aggregans
Gentem hanc ab idolis rapit.

Auentini. 2 *Auentinus* lib. III hiſtoriæ Boicæ: *Ob ignauiam regum, & crebra bella, licentia (vt fit) populum Chriſtianum in Francia inuaſerat. Nihil ſalacius, nihil ſuperbius ſacerdotibus erat: canes & ſcorta alebant, luxu atque auaritia perditi. Decimas & huiuſmodi donaria intercipiebant contra inſtituta maiorum: nil egenis elargiebantur, eccleſiaſticas opes, bona pauperum ſoli abliguriebant. In concionibus non rem Dei Opt. Max. ſed negotium ſuum agere ſolebant. Quotidie liberis operam dabant, nihilo ſecius ſacrificabant. Sacroſanctam victimam impuris manibus, pollutiſſima conſcientia contaminabant. Ipſi temperantiæ, omnibus virtutibus, maxime caſtitati bellum indixerant. Nec facile, nec tutum erat, huiuſmodi vlcus tangere, atque iſthanc lacunam mouere. Diuus Vinofridus vir cum eruditus, tum bonus, vbi huiuſcemodi ſacerdotum cupiditatem, nequitiamque inualuiſſe videt, Romam pergit, rem omnem ad Gregorium ſecundum Pontif. Max. defert. Qui Vinofridum, ſanctæ philoſophiæ magiſtrum, Germaniæ gentibus deſignat, fidemque diplomate facit.* 597

Carionis. 3 *Carion* lib. III Chron. *Diuus Bonifacius in Germania prædicauit.*

Munſteri. 4 *Sebaſtianus Munſterus* lib. III Coſmographiæ: *Decimus ſeptimus Archiepiſcopus fuit Bonifacius Anglus, ante Vinefridus appellatus, fundator Fuldenſis Abbatiæ, qui plenius in Chriſtianiſmo erudiuit Germaniam, præfuitque ſedi Moguntiæ annis XXXV. Tandem vero ſenex proficiſcitur in Friſiam, vbi martyrii accepit coronam. Corpus eius Fuldæ quieſcit.* Recte, niſi quod Archiepiſcopum Moguntinum facit XVII, qui primus fuit: & quod ſedi Moguntinæ aſſerat annis XXXV præfuiſſe, niſi de omnibus Epiſcopatus, qui ad Moguntiam tamen alligatus haud erat, annis parum proprie loquatur.

Chytræi. 5 *Dauid Chytræus* in Onomaſtico Theologico: *Bonifacius, Euangeliſta Germaniæ, & Archiepiſcopus Moguntinus, natione Anglus fuit. Tempore Leonis Iconomachi, & Conſtantini Imperatorum, & Gregorii II, Gregorii III, & Zachariæ Pontificum Romanorum propagauit euangelion ſua voce in Bauaria, Franconia, Thuringia, Haſſia, Friſia, euocauit ex Anglia viros pios & doctos, quos eccleſiis præfecit. coegit ſynodos adiutus a Carolomanno, patruo Caroli Magni, in quibus decreta de abolendis ethnicis idolomaniis, & pie conſtituendis eccleſiis facta ſunt. Sibi viuo elegit ſucceſſorem Lullum. Tandem rediens*

Edit. I pag. *rediens in Friſiam; quæ ab euangelio defecerat, a Friſiis interfectus eſt, anno Chriſti DCCLV, die V Iunii. Cum Germaniæ eccleſias rexiſſet annos XL. Condidit monaſterium Fuldenſe, in quo ſepulchrum illius vidi.* Similiter in Saxoniæ Chronico pag. 82 idem ſcribit *Chytræus*, & lib. VII pag. 205.

6 *Centuriatores* contra ſeipſoſmet in centuria VIII cap. II columna 10 ſic: Centuriatorum,
598 *Hoc ſæculo poſtquam illuxit tempus, quod Dominus ſuæ miſericordiæ præfiniuit, maiori cum fructu res ſucceſſit; nam excitauit Dominus Vinofridum, quem Romani dixerunt Bonifacium, cum ſuis collegis ad eccleſiæ ſuæ in Germania propagationem, & opus manuum eorum ipſe gubernauit, & promouit.* Audiuimus antea, quibus Centuriatores iſti S. Bonifacium maledictis confixerint: nunc vero, veritatis ipſius vi perpulſi, ſpongiam adhibent, & (quod laudo) canunt palinodiam. notat. LVI
At ne iſto quidem eos laudari modo patitur *Iunius*: *In hiſtoria*, inquit loco citato, *verba Crantzii retulerunt: in præfatione vero expoſuerunt iudicium ſuum. Itaque non ſecum ipſi, ſed cum Crantzii iudicio pugnant.* Immo ſane ſecum etiam, & quidem admodum: Cum enim ſcripſerit Crantzius Daniam, Sueciam, Norwagiam, Saxoniam, Wandaliam, Metropolim, alia, vbi tandem loci verba hæc ponunt? Cur, ſi ea tam improbabant Centuriatores, ſuas in hiſtorias ita ſuccenturiarunt, vt lector non Crantzii, ſed ipſorum narrationem ac iudicium cenſeret? Cur, ſiue centuriam illam præfatione, ſiue centuria præfationem poſteriorem dicamus, ſecundas nunquam curas ſuas verbo vllo ſapientiores indicant? Si coniicere liceret, putarem vnius alicuius aut Illyrici, aut ei cum ira, tum acerbitate ſimilis *præfationem* eſſe: *hiſtoriam* vero, ſi non omnium, plurium certe Centuriatorum eſſe. Et ſic iſtorum plurium contra hunc vnum valeret de S. Bonifacio teſtimonium, aut vero tam hiſtoriam, quam præfationem omnium calculo approbatam: ſed vertiginoſo a ſeipſis eos ſpiritu diſſidere. Vtrumlibet eligant, S. Bonifacii encomium, ab ipſis etiam Catholicæ pietatis hoſtibus, præclarum habetur. Quamquam ſi ſolius eſſet hoc Crantzii teſtimonium, an non tanto eſſet melius, quanto is Centuriatoribus vir melior? Nam quod a nouatoribus in editionibus nouis aliquantulum fœdatus ſit, non ipſius, ſed horum culpa eſt. quod aduerſus Iunium defenditur,

599
LIX NOTATIO

Recentiorum cum veteribus Catholicis conſonæ de S. Bonifacio voces.

I

CVm veteribus, in S. Bonifacii virtutum admiratione ac laude conſonant Catholici recentiores omnes; vt in libro de ſcriptoribus eccleſ. & lib. de illuſtrib. viris ord. S. Bened. rurſumque in hiſtorico breuiario *Trithemius*, *Crantzius* in Saxonia, *Genebrardus* in Chronol. *Turrianus* lib. contra Boquinum; & lib. I de Hierarchia c. XIII, *Bellarminus* lib. IV de eccleſia c. XII, Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus *Baronius* Annalium tomo IX, D. *Marcus Velſerus* lib. V rerum Boicarum. Sed horum tantummodo duorum, quæ inſtitutum vtrinque propius, paucula, illuſtrem velut inſertam, inſeram. Recentiores omnes veteribus conſonant.

II *Vidiſti*, ait prior, *puto, lector, & conſideraſti, vnde prodierit Germanis in tenebris conſiſtentibus gentilitii erroris, lumen euangelii, vnde prouenerit inuiæ ſiluæ cultus, vnde euerſæ domui acceſſerit reſtitutor, vnde infidelitatis diuturno morbo languentibus venerit medicus & medicina, vnde adhuc inſanientibus in idolis, aduenerit de vero DEO certa ſcientia, vnde feris barbaris inhæſerit humanitas, & politicæ vitæ cultus, vt cœperint eſſe homines, qui pæne beſtiæ videbantur, vnde leges legum exortibus, & rudibus diſciplina. Non aliunde quidem, quam ab eccleſia Romana, a qua Bonifacius prædicare euangelium miſſus eſt. Eluxit Germanis a Romana eccleſia lumen, DEI cultus, inſtauratio diſciplinæ, medicus, medicina animorum morbis, ſcientia ac ſapientia ſtultis, humanitas rudibus, feris atque indomitis lex. Quis neget iſta nouator? Quod omnes fatentur, negare puto nec audebunt inſani. Pudeat ingratos in Romanam eccleſiam inſanire: de illis loquor, qui per deuia hæreſeos a fi-*
600 *de Catholica aberrantes deſierunt etiam eſſe quod nati ſunt, homines participes rationis: cum alioqui ſciamus in compluribus eius prouinciis vigere fidem Catho-* Baronii teſtimonium huc faciens.

ticam, quo ſi ſancto ſemine caruiſſent, diriora vtique ſupplicia, quam Sodoma & Gomorrha ab irato Domino ſubiiſſent. Ita magnus ille in eccleſia vir. Edit. I pag.

Velſeri itidem. III Poſterior vero & ipſe in republica magnus ſic: *Bonifacius impiorum latronum ſcelere in Friſia trucidatus, ſpiritum Deo iam olim deuotum ſancte reddidit. Quemcum vita multis & praeclaris exemplis acta bonis omnibus commendaſſet, tum multo magis mors, pro religione conſtanter adita, & quae mortem diuinitus prodigia conſequuta ſunt, in aeterna laude poſuerunt. Quod ſi qui nunc demum virtutem quam venerari debebant, ieiunis & ineptis calumniis inceſſere pulchrum exiſtimant, vnum aſſequuntur, vt importunum irreligioſae mentis morbum aperiant. Bonifacii memoria, ſupra omnem iudiciorum aleam, Boicae ſemper ſancta erit. Neque non fructus eius doctrinae conſtitit, nunquam pietas culta impenſius. Quod ipſum pleraque monaſteria per id tempus poſita indicant, poſt tot ſeculorum etiam aetates, & ſtructurae dignitate, & vectigalium magnitudine adhuc miranda.*

LX NOTATIO

Ad Catholicos, germanosque S. Bonifacii filios, Moguntinos praeſertim, monitiuncula.

VOs vero, quotquot in Germania, quam viuus ac ſpirans, verbo & exemplo, docuit; peremptus & exſpirans, ſanguine ac miraculis, confirmauit S. Bonifacius; fidem auitam & priſcam, in iſto tanto ſaeculi huius naufragio, retinetis Catholici, vosque praeſertim Moguntini, quos ille quidem Chriſtianos nouos primo non fecit, ſed inueteratos renouauit, inquinatos perpurgauit, obdorpentes excitauit, tepeſcentes inflammauit, a ſcandalis & vitiis liberauit, integritate ac ſanctimonia exornauit, Archiepiſcopali ac metropolitana dignitate amplificauit; vos, inquam, omnes agite: & primum quidem conſtantiſſimo eiuſdem ſacroſanctae fidei cultu & obſeruatione, dehinc vero ſcandalorum omnium amolitione, vitiorum exterminatione, virtutum imitatione genuinos vos ipſos monſtrate tanti doctoris diſcipulos, tanti paſtoris oues, tanti patris filios. *Audite*, ait Salomon, *filii diſciplinam patris, & attendite, vt ſciatis prudentiam. Donum bonum tribuet vobis, legem eius ne derelinquatis.* Lex eius vita eius eſt: lex eius, ſacrorum lex canonum eſt, lex Apoſtolorum eſt, lex CHRISTI eſt. Hanc ne derelinquatis: & *donum bonum tribuet vobis*, donum hac in vita tranquillitatis, bonae famae, illuſtrisque gloriae: donum in futura vita immortalitatis ac felicitatis aeternae. Abſint Moguntia haereſeon omnium portenta, ſcandalorum labes, flagitiorum turpitudines: vigeat in Archiepiſcopali S. Bonifacii ſede pontificalium virtutum exemplar, Bonifacianus animarum zelus, paſtoralis vigilantia: vigeat in clero toto Bonifaciana in ſanctis precibus, officiisque diuinis ſedulitas, in ſacrarum litterarum lectione ac meditatione aſſiduitas, in omni vitae ratione ſobrietas, & caſtitas: vigeat in populo Bonifacianus in Deum amor; in maiores obſeruantia, in proximos charitas, erga omnes comitas, in omnibus modeſtia & candor. Et Moguntina metropoli, quae locorum vſque illuſtrior alia? quae aduerſus hoſtes omnes munitior? quae laudatior? Suis e caelo precibus gratiam vobis pacem ac tranquillitatem a communi Domino ac Saluatore CHRISTO IESV impetrabit, qui ſi nullis aliis, vobis certe ſemper eſſe cupit Bonifacius. *Ille* (libet enim, quibus Conſtantinopolitanos affatus olim *Caſſianus*, iiſdem vos, o *Moguntini* omnes, verbis nunc affari) *Ille vobis in ſenſu ſemper & quaſi in conſpectu ſit: ille in animo atque in cogitatione verſetur. Ille denique ipſe verbis etiam haec, quae a me ſunt ſcripta, commendet: quia haec, quae ego ſcripſi, ille me docuit: ac per hoc non tam mea haec, quam illius eſſe credite: Quia riuus ex fonte conſtat, & quicquid putatur eſſe diſcipuli, totum ad honorem, referri conuenit magiſtri.*

Margin notes beside this paragraph: 601 (right margin, beside "obdorpentes excitauit … integritate"); Prou. 4. 1. (left margin, beside "Audite, ait Salomon"); Lib. de incarn. c. vlt. (left margin, beside "Ille (libet enim … Caſſianus"); 602 (right margin, beside "ſcripſi, ille me docuit").

Sed ad eos, qui Moguntinam deinceps cathedram eandem tenuerunt, magiſtros & Archiepiſcopos alios, porro iam gradiendum.

MO-

Edit. I pag.

MOGVNTIACARVM RERVM

LIBER IV

de iis,

Qui S. BONIFACIVM ſubſecuti ſunt, & Electoratus titulo inſigniti nondum erant, ARCHIEPISCOPIS.

PRopior eſt, *inquit in Pſalmum XXXVII* S. Ambroſius, qui ſubſequitur, quam ille, qui ſequitur. *Sancto igitur iam expoſito, & , minus licet quam ipſius poſtulat meritum ac dignitas, ante omnium oculos conſtituto S. BONIFACIO, aget quartus hic Moguntiacarum rerum liber de Moguntinis iis Antiſtibus, qui, in Archiepiſcopali Moguntina ſede illum ſubſequuti ſunt: quintus vero de iis, qui ſecuti, magnum deceſſorem magni ſucceſſores.*

B. LVLLVS.

I

S. BONIFACIO ſucceſſiſſe *Redgerum* refert *Bedana* epitome. Sed hiſtoriæ, libri, catalogi, martyrologia, & breuiaria omnia reclamant. Nec de *Redgero* vllo vlla poſt S. Bonifacium mentio: ſed B. Lullum ſucceſſorem clamant *Lullus ſucceſſor S. Bonifacii.*
604 omnia. Hallucinatur vero *Bruſchianus Catalogus*, dum electum ait an. DCCLVI, a ſuperſtite adhuc Pipino. Non enim a Pipino, ſed a S. Bonifacio adhuc ſuperſtite electus eſt, & quidem anno DCCLV, vt habet *Marianus Scotus*, vel anno 754, vt apparet ex dictis in vita lib. II cap. XIII, & XIV, (*l. cap. XXIII & XXIV*) & ſequentibus, vbi, antequam nauigaret in Friſiam, & ibidem moreretur, tam multa adhuc in Moguntina diœceſi geſſit S. Bonifacius. *quando Archiepiſcopatum inierit.* Is enim ſucceſſoris ſubſtituendi cum a Pontifice Maximo poteſtatem ſibi fieri petiiſſet ſæpius, repulſamque ſemper paſſus fuiſſet, vt ex dictis lib. II vitæ S. Bonifacii cap. X & aliis, perſpicuum; ob nouos tamen, quos in ſenili, & imbecilla adhuc ætate, vltro ſibi depoſcebat, labores, in Friſiam profecturus, voti tandem compos factus eſt, & Lullum ſucceſſorem impetrauit, eundemque accedente Pipini Regis conſenſu, & voluntate conſecrauit, lib. II vitæ cap. XIV, (*l. cap. XXIII*) *quo item auctore* Huius enim Lulli pietatem, doctrinam, in opere Dei zelum, in operarios charitatem, & pro iis ſollicitudinem, & ſapientiam longo iam vſu cognitiſſimam habebat, cum eum ex Anglia euocaſſet lib. I vit. cap. XXX, fere ſecum aſſidue habuiſſet, vel, quæſtionum, negotiorumque cauſſa, Romam ad Pontificem miſiſſet lib. II cap. XIII, vbi, ſicuti & alibi ſæpius, vocatur *Lul*, quem locis infra citandis *Lullonem* dixerunt Rabanus & Carolus Magnus.

Lullum iam an. DCCLIII ad Pontificatus Moguntini titulos adſumtum fuiſſe, *Antonius Pagi* critic. hiſtorico-chronolog. in annales Baronii, ad an. DCCLIII n. V & VI p. m. 268, his contendit iuxta doceteque rationibus: Serarius *lib. IV rer. Moguntiacar. ipſo initio dicit id factum eſſe an. DCCLV, vt habet* Marianus Scotus, *vel anno LIV ex lib. II* Othloni *cap. XIII & ſeq. quem vltimum annum elegit* Mabillonius *ſec. III Benedict. parte II in elogio hiſtorico* Lulli, *Epiſcopi Moguntini.* Baronius *an. DCCLV n. XXXVI & ſeq. hanc Lulli ad Epiſcopatum Moguntinenſem euectionem;* Cointius *an. DCCLII n. CXCVI recitans, omnis iis annis eam contigiſſe arbitrantur.* Willibaldus *enim &* Othlonus *in vita S. Bonifacii annum rei geſtæ non deſignarunt. Hanc tamen litem dirimam collatione vitæ S. Sturmii, Abbatis Fuldenſis I, cum vtraque vita S. Bonifacii.* Eigil, *Fuldenſis Abbas, in vita Sturmii, in qua ait, ſe in beati Sancti diſcipulatu plusquam viginti annos conuerſatum fuiſſe, poſtquam docuit, Fuldenſe monaſterium XII die menſis Martii an. DCCXLIV conditum fuiſſe, n. XV ſcribit:* „ Anno decimo, poſtquam ad ſanctum commigrauit locum ſanctus Archiepi-

ſcopus Bonifacius, inito cum Rege & ceteris Chriſtianis conſilio, ad vlteriora Freſonum loca, paganico ritu (*l. ritui*) dedita, ingreſſus eſt, ingentemque ibi multitudinem hominum Domino docendo & baptizando acquiſiuit. Inde poſt multum temporis migrans, ſoſpes ad ſuas in Germaniam peruenit eccleſias. Sequenti vero anno (*vndecimo a condito monaſterio Fuldenſi*) iterum ad aquoſa Freſonum peruenerat arua, cœptum opus prædicationis implere deſiderans „. *Subdit* Eigil, *tunc Bonifacium a gentibus occiſum fuiſſe.* Willibaldus *cap. X refert tantum*, „ quod S. vir infirmitate corporis prægrauatus, ſynodalia conciliorum conuenticula per omnia adire non poterat; iam conſultu atque conſilio glorioſi Regis præponere miniſtrum ſupradicto gregi definiuit, & Lullum ſuum, ingenioſæ indolis diſcipulum, ad erudiendam tantæ plebis numeroſitatem conſtituit. „ *tum cap. ſequenti ſubdit, eum in Friſiam*, olim corpore, non quidem mente omiſſam, *ſeſe contuliſſe, vnaque ſerie, qua Bonifacius in Friſia geſſit, recitatis, de martyrio eius ſermonem habet.* Othlonus *vero lib. II cap. XIX* (22 & 23) *diſerte aſſerit*, ideo Bonifacium ſibi Lullum ſubſtituiſſe, *quia* decreuit adire Freſonum populos. *Deinde vno tenore, quemadmodum VVillibaldus, peracta a Bonifacio in Friſiorum conuerſione, eiusque martyrium narrat, & de eius in Germaniam reditu neuter mentionem facit. Verum, quod illi omiſerunt, retulit* Eigil, *auctor grauis, pius, ac ſanctus, & Abbas quartus monaſterii Fuldenſis, ab an. DCCCXVIII ad DCCCXXII, qui S. Sturmio, primo Abbati Fuldenſi, an. DCCLXXIX morienti adfuit. Quare cum* Willibaldus *&* Othlonus *teſtentur, Bonifacium occaſione miſſionis Friſicæ Lullum ſibi in Epiſcopatum Moguntinenſem ſubſtituiſſe, & parte alia* S. Eigil *adſerat, huius profectionis exordium incidiſſe in annum X poſt fundatum monaſterium Fuldenſe, annusque ille X a die XII menſis Martii currentis Chriſti anni* (DCCLIII) *proficiſcatur, manifeſtum eſt, præſenti anno DCCLIII eccleſiæ Moguntinenſis Præſulatum adeptum eſſe. Immo, Lulli ordinationem factam eſſe inter diem XII menſis Martii*, *quo annus X fundationis Fuldenſis cœpit, & diem XXIII menſis Maii, deduco ex diplomate* Pippini *Regis, quod extat apud* Vilhelmum Hedam *in hiſtoria Epiſcoporum Vltraiectenſium, & apud* Cointium *an. DCCLIII n. XXX, quo Pippinus Rex varias aui ac patris ſui, & fratris Carolomanni donationes confirmat eccleſiæ Vltraiectenſi factas. In eo quippe ait Pippinus:* Venerabilis Bonifacius Archiepiſcopus nobis expetiit *&c. Datum vero diploma* menſe Maio, die XXIII, anno ſecundo regni ipſius glorioſi Regis. *Ideoque hoc anno, quo menſe Maio annus II Pippini Regis in curſu erat. Quare cum Bonifacius tunc Archiepiſcopus Vltraiectenſis eſſet, Epiſcopatum Moguntinum depoſuerat, Lullumque ſibi ſubrogarat.* Hæc ille. Iam ad auctorem, qui de Lulli dotibus ita pergit. Edit. I pag.

de dotibus Lulli,

II Liquebunt iſta illuſtrius, & vtilius, ſi extrema de ipſo ipſius S. Bonifacii verba, quæ ad nominatiſſimum illum Fulradum Presbyterum, qui apud Pipinum regem Capellanus erat, ſcripſit, audiamus, ex epiſtola, quæ in MS. codice Ingolſtadienſi eſt LXXIV. *Almitatis*, inquit, *veſtræ clementiam diligenter in nomine DEI deprecor, vt filiolum meum, & Coepiſcopum Lullum, ſi Deus voluerit, & ſi clementiæ veſtræ placeat, in hoc miniſterium populorum, & eccleſiarum componere, & conſtituere faciatis prædicatorem, & doctorem Presbyterorum, & populorum. Et ſpero, ſi DEVS voluerit, quod in illo habeant Presbyteri magiſtrum, & monachi regularem doctorem, & populi Chriſtiani fidelem prædicatorem, & paſtorem. Propterea hoc fieri maxime peto, quia Presbyteri mei, prope marcam paganorum, pauperculam vitam habent; panem acquirere ad manducandum poſſunt, ſed veſtimenta ibi inuenire non poſſunt, niſi aliunde conſilium, & adiutorem habeant, vt ſuſtinere, & adiuuare in illis lo-* 605
cis ad miniſterium populi poſſit, eodem modo ſicut ego adiuui.

& quod ſtudioſe obierit munus ſuũ.

III Quam induſtrie vero, ac diligenter in ſuſcepto Archiepiſcopatus munere verſatus ſit, monſtrat breuiter lib. III de viris illuſtr. ord. Bened. c. CXCIII, & lib. IV c. LXXVIII *Trithemius*. Sed quæ hic ponentur, declarabunt magis. Errat vero in *Erfurtenſi Breuiario* lectionis tertiæ auctor, dum ait: *S. Bonifacii obitum Lullus ex reuelatione diuina agnoſcens cum Rege Pipino in Friſiam perrexit, vbi corpora Sanctorum inhumata repererunt. Et decem martyribus Traiecti tumulatis, corpora ſanctorum Pontificum Bonifacii, Eobani, & Adelarii per Rheni alueum reuexerunt.* Non enim iacuerunt inhumata Sanctorum corpora, neque in Friſiam Lullus ipſe perrexit, ſed qui illa illinc afferrent, certos miſit homines, vt ex *S. Willibaldo* cap. X, & *Othlono* lib. II cap. XXVII perſpicuum. Poſtea tamen ab hoc Moguntia Erfurtum deportatos B. Adelarium & Eobanum refert MS. L *.

Bonifacio quidem in viuis adhuc exiſtente, Burcardo, Antiſtiti Herbipolenſi, rogatus, conceſſit, vt in Epiſcopatu ſucceſſorem ſibi ſtatuat, tanto muneri idoneum & parem; id quod temporis ratione habita hic notare conuenit, cum auctor id infra § X demum referat.

* Quod eo martyrii laurea coronato, e ſociis tam glorioſi laboris *Adelarium & Eobanum*

Edit. I pag.

Esbanum Erfordiam deportarit, præter *MS.* Latomianum, quem auctor adducit, & alii referunt. Sunt tamen, qui haud nihil ambigant, an iſtos Lullus vnquam iſtuc tranſtulerit. Vid. quæ pluribus docet *Sagittarius* antiquitat. gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring. lib. III cap. XII § XIV & ſeq. p. 194 & ſeq.

IV Exſtruxit autem perinſignia duo cœnobia. Vnum ab eo, quod ipſius doctor, & in CHRISTO parens S. Bonifacius erexerat Fuldæ, non procul Herolfesfeldii in Haſſia. Dilexit autem iſtud quam maxime, & reditibus ampliſſimis ornauit: inprimis vero etiam Sanctorum reliquiis, inter quas fuerunt S. Wigberti, de quo in S. Bonifacii vita lib. I cap. X. Deſcribit illarum tranſlationem in huius Sancti vita cap. XXIV & XXV (*p. 308 & ſeq. opp.*) *Lupus Seruatus* hiſce verbis: *Interiectis aliquot annis Albuino Præſuli Fritislarenſis oppidi per quietem aliquis obſeruatus, qui ſe diuinitus miſſum diceret ad monaſterium, cui eſt vocabulum Herolfesfeldt, quo & oſſa beati viri transferri præcepit. Id memoratus Epiſcopus Lullo Moguntiacenſis eccleſiæ Pontifici reuelauit, iſque rem ad Magnum Carolum detulit, ac eius aſſenſum protinus impetrauit. Ita Lullo iubente, Suffraganeus Albuinus tribus monachis præfati cœnobii, Erneſto ſcilicet, Baturicho, & Wolffo, noctu ſacros B. Wighberchti cineres tradidit clam perferendos ad monaſterium: ſiquidem id facere interdiu veritus*
606 *eſt, ne tanti viri populus amore deuinctus fratres memoratos cæca ſeditione conuexaret, vel quibuſlibet iniuriis inceſſeret, viribuſque ſuperior ſibi tam inſignis theſauri priuilegium vindicaret. Non quo venerabilis Præſul S. Wigberchto diffideret, qui profecto ſuas ferentes reliquias tueri poterat interceſſione, ſed quod perquam ſcite perpenderit, quanquam manifeſte Deus faueret, conſiderationem humani conſilii, vtpote iuſti, nullatenus poſthabendam. Plenum eſt quippe Chriſtianæ deuotionis, quamdiu habet homo quod faciat, non tentare Dominum Deum ſuum. Quod ſi cui hæc exauctorari poſſe videatur aſſertio, illud ei obuertemus exponendum, cur cum Iſraeliticum populum Pharao dimiſiſſet, non duxerit eum Dominus per viam terræ Philiſthiim? videlicet, ne forte pœniteret populum, ſi videret aduerſum ſe bella conſurgere. Quem plane locum aliter tranſire ſano nequaquam poterit intellectu, niſi in noſtram concedens, immo maiorum ſententiam, ibi oſtendi fateatur, fieri debere omnia, quæ conſilio recto fieri poſſunt, ad euitanda, quæ aduerſa ſunt, etiam cum Deus apertiſſime adiutor eſt. Ergo præfati fratres munus ampliſſimum ſibi ab Epiſcopo traditum monaſterio Herolfesfeldt celeres inuexerunt, & a reliquis Dei ſeruis illic exceptum munifice, principe loco eſt in eccleſia conditum.* Monaſterii huius conditionem tribuunt, alii quidam S. Bonifacio, quidam Sturmio. Sed nimirum tres iſti Sancti de eo ſimul deliberarunt, id ſimul deſignarunt: ſed inchoarunt priores, perfecit Lullus *.

monaſterium Hersfeldenſe perficit & inſtruxit.

Exod. 13.

D. Auguſtinus q. 40 *in Exod.*

* Ita vero ſe res habet, vt auctor heic monet. Sturmio namque iam an. DCCXXXVI Herolsfeldi monaſterium inſtituerat. Vnde auctor *chron. S. Aegidii Brunſuic.* p. 577. *Sub præfato Gregorio Papa anno Domini DCCXXXVI Initium Hersfeldenſe monaſterium habuit.* & mox; *anno Domini DCCXLIV initium Fuldenſis eccleſia habuit a S. Bonifacio fundatore, ſicut & Heresfeldenſis eccleſia.* Conf. *Lambertus Schafnaburg.* ad an. DCCXXXVI. Lullus vero id perfecit. *Bodo* chron. Cluſin. p. 352; *hic beatiſſimus Præſul* (Lullus) *monaſterium Hirſeldenſe ædificauit.*

Ceterum, quo anno Wigberti reliquias in id transferri iuſſerit, *Lupus* haud adnotauit. *Brovverus* putat, id factum haud multo poſt Saxonum incurſiones, i.e. circa an. DCCLXXX. vid. *Baluzius* ad cap. XXV Lupi p. opp. 508.

V Alterum vero cœnobium, fuit duobus a Moguntia milliaribus vltra Rhenum, *Bleidenſtat*, quod, progreſſu temporis, vt in *Bertholdo (l. V)* notabitur, verſum in Canonicorum poſtea collegium fuit, & hodie in hæretico quidem loco, Catholicum tamen cernitur. Eo tranſtulit e Caſtello, quod ad alteram Rheni ripam, e Moguntiæ regione eſt, & *Caſſel* hodie vocatur, S. Ferrutii martyris reliquias, prout in ſermone de Sancto iſto, apud *Surium* tom. V narrat hiſce, quæ lib. II cap. XXXIV adpromiſi, verbis *Meginhardus: Ibi*
607 (ſcilicet in Caſtello, ſeu *Caſſel*) *membra ſacratiſſima beneficiis diuinitus comitata, a ciuibus frequentata, vſque ad Lulli venerabilis pacifice quieuerunt Pontificatus tempora, qui poſt ſanctiſſimum martyrem, atque Pontificem Bonifacium, ſedit Moguntiacenſis ſtrenue rexit populum. Hic itaque prædeceſſoris, atque magiſtri ſui ſequax egregius, cum per ſedis ſuæ diœceſim eccleſias* con-

Bleidenſtadenſe excitauit,

quo tranſtulit S. Ferrutii reliquias,

conſtrueret, monaſteria fundaret, regnumque Francorum Chriſtianæ religionis cultu longe, lateque nobilitaret, reliquias ſancti Ferrutii in Lætantium locum tranſtulit, Deoque ſub cœnobialis normæ diſciplina militantes adunare curauit, ſpiritu feruentes, ſpe gaudentes, idipſum inuicem ſentientes, animas ſuas caſtificantes in obedientia charitatis, in amore fraternitatis. Boni vero paſtoris vſus prouidentia, fratribus ipſis, ne deficerent in mandatorum Domini via, victus, atque veſtitus ſufficientes reditus contradidit, ipſumque locum, donec in corpore vixit, ſumma deuotione, pro Sancti reuerentia, coluit. Poſtquam autem eius domus terreſtris habitationis huius luteæ ſoluta eſt, vt non manufactam, ſed æternam in cælis inhabitaret, Pontificatus illius pariter, & religionis ſucceſſores Richolfus, Haiſtolphus, & Rabanus, eadem deuotione locum ſanctum coluerunt, eccleſiam amplificauerunt, tumbam ſanctarum exuuiarum decenter compoſuerunt, pauperes Chriſti ſacris oſſibus excubantes humanitatis ſumma conſolatione fouerunt. Edit. I pag.

vox Bleidenſtadt quid ſignificet: Locus autem *lætantium* ideo *Bleidenſtat* dicitur, quia hoc adhuc tempore Belgis *Bly*, *Blie*, & *Bley* eſt *lætus*, & *Verbleiden* eſt *lætari* *.

* Bene locum *Bleidenſtadt*, quem cœnobio condendo Lullus elegit, *locum lætantium* vocari, obſeruat auctor. Quod vt hoc magis pateat, notandum, *blide* Germanis olim idem fuiſſe ac *gaudium*, *lætitia*. Ita namque *Otfridus* I, VIII, 20, *Sie habetun thar ſelbon Chriſt, ther alles* blides *furiſta iſt.* i. e. *habebant ibi ipſum Chriſtum, qui omnis gaudii principium eſt.* Vti *blidu* adiectiuum, *lætus*: quo ſignificat idem XII, 21; *thes uuirdit uuorolt ſinu zi euuidan* blidu. i. e. *quo ipſo mundus ipſius æternum lætus euadet.* *Bliden* vero *lætari*; vt denuo *Otfridus* XVII, 109, *ſi* blidtun *ſih es gahun.* i. e. *gaudebant confeſtim.* Conf. *Palthenius* animaduerſ. in Tatiani cap. II p. 283, & *Leibnitius* collectan. etymologic. parte I ſect. III, quæ gloſſarii Celtici exhibet ſpecimen, p. 96.

Fuldenſe ceteroqui cœnobium prædiis, quæ in villa *Fargalaha* coemerat, locupletauit. quo vid. quam tum edidit *Traditio*, a nobis e *Brouuero* deſcripta, codicique diplomatico inſerta.

S. item Goaris conſecrauit eccleſiam. VI Sancti *Goaris* eccleſiam, Caroli Magni iuſſu, conſecrauit, prout memoriæ mandauit *Wandelbertus* lib. II *(cap. I)* hiſce verbis: *Perfecta baſilica, vbi iam tempus, quo diuino nomini eſſet conſecranda, ſucceſſit, miſſi ſunt ab excellentiſſimo Principe Carolo Lullus Moguntiæ Archiepiſcopus, vir Anglorum gente, moribus, & vita laudabilis: Baſilius Nemeti, quæ ciuitas nunc Spira vocatur: & Mehingodus, vrbis, quæ trans Rhenum ſita, ſermone barbaro* 608 *Wirziburg appellatur, Epiſcopi, qui omnes a beato Bonifacio Pontifice, & martyre fuerant ordinati: vt per eos & eccleſia conſecrari, & corpus beatiſſimi viri in eum, quo nunc ſitum eſt, locum transferri deberet.* Pergit deinde idem narrare auctor, quemadmodum Sancti eiuſdem reliquiæ poſt triduanum ieiunium inuentæ, in eccleſiam magna, inſignique pompa importari debuerint. *Sed cum leuare* (verba iam *Wandelberti* tranſſcribo) *feretrum Epiſcopi voluiſſent, ita eſt prægrauatum, vt moueri omnino non poſſet. Hinc omnibus ſuſpenſis diutiſſime, & hærentibus, Archiepiſcopus* * *Deo, vt poſt claruit, inſpiratus, alloquitur plebem, B. Goarem, quoad vixerit, inanem gloriam mundi, plauſuſque hominum, & fauores, vt rem fragilem, & caducam amore bonorum perennium contempſiſſe, eaque nihilo minus eum poſt obitum quoque contemnere. Proinde oportere corpus ſimpliciter, & cum humili deuotione leuatum, ab ipſa eccleſia in nouam domum per illud, quod intererat, ſpatii reportari, neque ad vulgi fauorem longius, vt ſtatuerant, circumduci. Vix Pontifex verba finierat, & motum continuo feretrum tanta facilitate leuatum eſt, ac ſi oneris aliquid habuiſſet nunquam, relatæque in ædem nouam per Epiſcopos, & Abbatem reliquiæ venerabiles in eo, quo nunc coluntur, loco cum ſummo honore, & reuerentia ſunt conditæ.*

* Archiepiſcopus, quem hic *VVandelbertus* memorat, eſt ipſe Lullus noſter; qui & antea, cum nihil vſquam ſacri pignoris appareret, ad ardens precum ſtudium confugiendum eſſe, fideli monuerat conſilio. Conf. *Brouuerus* annal. Treuirenſ. lib. VII § CCII p. 379.

& S. Nazarii Laurishamenſem. Anno DCCLXXIV ædem *S. Nazarii* memoriæ Laurishami dicatam, Carolo Rege, iuxta cum coniuge & liberis præſente, ſollemni inaugurauit ritu. Sic enim auctor *chronici Laurishamenſ. Anno Domini DCCLXXVII* (reſtituendum annum *LXXIV* monet *Pagi* ad h. a. n. XVIII p. 344, nixus verbis annalium a *Lambecio* tomo II bibliothecæ Cæſareæ iuris publici factorum *, *annalium* itidem *Fuldenſium* auctiorum, nondum editorum, apud eundem *Lambecium* l. d. p. 347) *Gundelandus Abbas perfecta iam templi fabrica, & vt demum*

Edit. I pag. *mum Dei decebat, omni ſpecie decoris exornata, apud Spiream ciuitatem Regi occurrit; cui pius Rex benigne aſſentiens, cum Regina Hildegarde, filiiſque Carolo, Pippino, Ludouico* (delendum, inquit *Pagi* l. d. p. 745, nomen *Ludouici*, quia nondum natus erat) *ac pluribus regni Principibus, per Lullum Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum, atque per Epiſcopos Megingozum, VViomadum, Angilrammum, VValdricum, magnifico apparatu & ſumma veneratione in capite Kalendar. Septembrium dedicationem eiuſdem eccleſiæ celebrauit.*

* *Karlus ab Italia regrediens dedicationem eccleſiæ Nazarii & tranſlationem corporis eiuſdem in monaſterio Laureshaim celebrat anno incarnationis dominicæ DCCLXXIV, die Kal. Sept.* Idem habent *annales Fuldenſes* auctiores; die tamen & menſe, quibus dedicatio facta, non memoratis.

VII Verum, vt breuiter Sancti huius vita tota, & mors narretur, ſubiun- vt vixerit,
go, quæ in *Moguntini Breuiarii* lectionibus die XVII Octobris: *Lullus apud Angloſaxones in Britannia natus, a primis annis CHRISTVM cum litteris imbibit. Nam adhuc ſeptennis, cuiuſdam monaſterii patribus commendatus nihil omiſit, quod ad promerendam Dei gratiam pertinere poſſet. Corpus, cum adoleuiſſet, aſſidua edomans abſtinentia ſpiritui ſubiiciebat: in ſanctarum vero ſcripturarum meditatione tanta diligentia verſabatur, vt omnes in admirationem ſui coniiceret. Fama autem eo tempore per Britanniam crebreſcente de*
609 *feliciter rebus geſtis Bonifacii, Moguntinæ vrbis Archiepiſcopi, cui Lullus ſanguine iunctus erat, iiſque in locis meſſem quidem vberrimam, at operariorum maximam eſſe penuriam: cœpit animo voluere, quomodo tam ſancta, & neceſſaria functione occupato opem ferre poſſet. Ita iam Diaconatus gradum adeptus ex ſuperiorum ſuorum voluntate iter ad Bonifacium ſuſcepit. Sic longo terra, marique emenſo itinere, Germaniam adiit, cuius aduentu Bonifacius mirifice eſt recreatus. Qui cum ſanctiſſimæ ipſius conuerſationis, affluentis doctrinæ, flagrantiſque in Deum animi certiora experimenta cepiſſet, inuitum ad ſacerdotii dignitatem prouexit, & lateri ſuo ſemper adhærere voluit. Poſtquam autem diu prædicationi ſedulo incubuiſſet, multiſque aliis grauibus negotiis obeundis fidem, & induſtriam ſuam probaſſet: Bonifacius iam in Friſiam iturus illum, præſente Pipino rege, ſucceſſorem ſibi in Moguntina ſede conſtituit. Quam ille prouinciam in decrepitam vſque ætatem docendo, monendo, arguendo ſancte & prudenter tanquam boni patris haud degener filius adminiſtrauit. Tandem per ſpiritum cognoſcens dormitionis ſuæ inſtare diem, vocato Coepiſcopo ſuo Alboino, viro valde religioſo, iniunxit, vt ſacris prius celebratis myſteriis, ſe ad Hereſfeldenſe monaſterium præcederet. Ille ſine mora ſacrum perficiens, etſi toto corpore incolumis videretur, & ſanus, cum ſacramentis Dominicis participaſſet, vna cum Miſſa finiuit & vitam. Nihil hoc caſu motus Lullus, obitus ſui prænuntium, naui ſecum impoſitum per Moganum in Hereſfeldenſe cœnobium (prius a ſe extructum) aduehens honorifice ſepeliuit. Vbi etiam morbo protinus correptus, Archiepiſcopatus ſui anno XXXII* vt obierit,
placida morte in Domino defunctus eſt. Corpus ibidem repoſitum, cum poſt ſexageſimum annum e terra leuaretur, eo membrorum omnium decore, ac ve-
610 *ſtium quoque nitore inuentum eſt, vt illo ipſo die exſpiraſſe, ac ſopore potius, quam morte ſepultus videretur.* Eadem in tomum de Sanctis V tranſcripſit *Surius*, cum iſtiuſmodi auctario: *Manuſcripti codices addunt, eum deceſſiſſe decimo ſeptimo Calendas Nouembris;* vbi etiam hæc leguntur: *Quantis emineret meritis apud altiſſimum, innumerabilia, & quaſi infinita, quæ ad eius memoriam facta ſunt miracula, declararunt. Viuens enim multorum, propter virtutes & merita: mortuus vero pæne cunctorum, propter miracula, aures & mentes feliciter occupauit.*

VIII Præclarum quoque eſt, quod ibidem legitur, eum, *vt bonum paſto-* vt miraculis inclaruerit.
rem, cum eſſet inſtitutus Moguntinus Præſul, *omnes intra ſuam diœceſim ſitas eccleſias, & monaſteria cœpiſſe viſitare, & omnium mores in melius reformare, & cum pridem ceteros fide, ac pietate ſuperaſſet, atrox cum animo ſuo geſſiſſe certamen, ita vt indies ſeipſo religioſior, atque in ſtudio morum prouectior haberetur. Denique miraculum illic habetur: quod tum perpetratum eſt, cum poſt ſexageſimum annum corpus eius e terra leuaretur. Saxum immane tumulo eius impoſitum cum amoueretur, forte manus fugit volutantium illud, & fratris cuiuſdam prope adſtantis ita pedem contriuit, vt oſſibus pariter cum carne comminutis*

minutis, forma etiam pedis amiſſa, fœdum ac miſerabile ſpectaculum præberet circumſtantibus. Sed cito B. Lullus mœrentium fratrum pectora expediuit. Nocte enim proxima cum languidum ſopor oppreſſiſſet, ita repente omnibus ſuis membris vigor rediit, vt hymnis quoque matutinalibus intereſſet, nulla tantæ calamitatis ne cicatrice quidem ſuperſtite. De eodem beato Præſule hi quoque verſus extant apud Beluacenſem *Vincentium* lib. XXIV hiſtor. ſpeculi cap. CLVII: Edit. I pag.

> *Antiſtes Lullus, quo non eſt ſanctior vllus,*
> *Pollens diuina, tribuente Deo, medicina*
> *Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.*

Albuinus vero *Coepiſcopus* vocatur, quia is Præſul erat Burburgenſis, de quo ſupra lib. III notatione XXXIX. 611

* l. 19. *Bonifacii vitam ſcribi curat.*

IX *Audiens autem B. Lullus S. Bonifacii martyrium, ſtuduit*, inquit MS. *quantocius hoc inſinuare viro ſancto, & docto Coepiſcopo ſuo in Eychſtet Willibaldo, rogando, vt magiſtri ipſorum vitam, cuius ipſe opera plenius noſſet, ſtilo dignaretur annotare, ne ipſorum negligentia tantæ eccleſiæ lucerna ſub modio celaretur, ſed magis ſupra candelabrum poſita cunctis poſtfuturis hominibus lumen vitæ oſtenderet. Quod idem ſanctus Præſul Willibaldus diligenter adimpleuit.* Atque hæc eſt vita, de qua libri III principio antea, notatione I dictum eſt *. (c)

* Falli hic auctorem MS. dum putat, illum, qui Lulli rogatu, vitam S. Bonifacii literis conſignarit, eſſe Willibaldum Eichſtadenſem Epiſcopum, iam ſupra ad lib. III notationem præuiam I, adductis *Pagii* rationibus notaui atque oſtendi.

De conſenſu quem Burcardo præſtitit.

X Ipſius vero B. Lulli tanquam Archiepiſcopi conſenſum petiit ac impetrauit S. Burchardus Herbipolenſis Epiſcopus, vt ſibi, viuo quidem, ſed ſeni & imbecillo admodum, ſucceſſorem ſtatueret Megingaudum, & rurſum iſte poſtea, vt ſibi Bernwelfum, *Egilvvaldo* narratore lib. II c. XI, & lib. III cap. I *.

* Si auctorem *chronici VVirzburgenſis*, & e recentioribus *Bruſchium* in catalogo Epiſcop. Herbipol. p. 952, *Mullerum* p. 361, & *Friſium* p. 398 & ſeq. conſulas, errare dixeris Egilvvaldum. Secundum iſtos enim Burchardus ſucceſſorem ſibi ſtatuit Megingaudum an. DCCXC, Megingaudus Bernvvolfum anno DCCXCIV, aliquot ſane poſt Lulli obitum annis. Quo minus tamen ita ſtatuas, S. facit *Ludgerus*, qui in vita S. Gregorii Abbatis de S. Bonifacii diſcipulis ſcribit: *VVigbertus & Burchardus ante Magiſtrum migrarunt a ſæculo.* Quod cum ita ſit, & Bonifacius an. DCCLV, die V Iun. martyrium in Friſiis ſubierit, conſtituto iam an. DCCLIII vt ſupra oſtenſum, Lullo in ſede Moguntina ſucceſſore, patet vtique, Burchardum Lulli de conſilio ſucceſſorem ſibi ſtatuere potuiſſe. Vid. *Pagi* l. d. ad an. DCCLIV, quo Burchardus obiit, n. XXI p. 293.

S. Willehadum *approbaſſe dicitur*

XI Primum eccleſiæ Bremenſis Epiſcopum S. Willehadum, ſi non conſecrauit, (quod feciſſe tamen vero eſt ſimillimum, cum Wormatiæ, vt apud *Surium* tomo VI narratur, conſecratus fuerit) approbauit certe. Ita enim apud *Crantzium*, Saxoniæ lib. II c. XV, in ſuo de illius eccleſiæ priuilegiis diplomate loquitur Carolus Magnus: *Summi Pontificis & vniuerſalis Papæ Hadriani præcepto, nec non & Moguntinenſis Epiſcopi* Lullonis, *omniumque, qui affuere, Principum conſilio, Bremenſem eccleſiam, cum omnibus ſuis appendiciis, Willehado, probabilis vitæ viro, coram Deo & Sanctis eius commiſimus: quem etiam primum eiuſdem eccleſiæ III Idus Iulii conſecrari fecimus Epiſcopum, vt populis diuini ſemina verbi, ſecundum datam ſibi ſapientiam, fideliter diſpenſando, & nouellam hanc eccleſiam canonico ordine, & monaſteriali competentia inſtruendo, interim plantet & riget, quouſque precibus Sanctorum ſuorum exoratus, incrementum det omnipotens Deus* *.

* Atenim dubites, nec ſine cauſſa, an diploma hoc, quod ante *Crantzium* iam protulit *Adamus Bremenſis* hiſtor. eccleſ. lib. I cap. X p. m. 4 & ſeq. genuinum ſit. Dubitat ſane, & præter illos, quos iam citauit *Ludevvigius* in præfat. ad reliquias manuſcriptorum § XVIII p. 46, *rebias* iſtud ſuſpectum cenſet *Caſp. Calvör* Saxon. inferioris gentil. & chriſtianæ parte II lib. II cap. X § 104 p. 233 & ſeq. Pone tamen genuinum eſſe. Id patebit, Lullum, ſententiam forte rogatum, cenſuiſſe, Willehadum Epiſcopatui, quem Carolus inſtituere decreuerat, Bremenſi imponendum eſſe; non itidem, quod & ipſe Willehadum iſtius ad officii partes ſacro etiam ritu inunxerit. Vti ſane pluribus iam contra Cointium & Mabillonium *Pagius* l. d. ad annum DCCLXXXVI n. XI oſtendit, Lullum id muneris haud peregiſſe. Illum alioqui Vormatiæ præſentem fuiſſe, cum Willehadus Epiſcopatu

Edit. I pag.

ſcopatu initiaretur, iam ante auctorem Serarium voluit *VVolterus* chron. Bremenſ. p. 23.

Ceterum eodem hoc anno, quo Epiſcopatum Bremenſem approbaſſe dicitur, illum & Verdenſem, a Carolo M. inſtitutum, iuxta cum Hildeboldo Colonienſi & Amalhario Treuirenſi, confirmaſſe volunt auctor *chron. Epiſcopor. Verdenſium* p. 211, & e recentioribus *Turckius* in faſtis Carolinis ad h. a. p. 30, diplomate nixi, vt patet, Carolino, quod in auctario diplomatum ad *Adamum Bremenſem* p. m. 178 legere eſt. Atenim & id ſubleſtæ fidei eſſe, præter alios, indicant *Meinders* diſſertat. III de ſtatu religionis & reipublicæ in veteri Saxonia cap. IV de veritate & falſitate Carolinorum diplomatum p. 244 & ſeq. &, quem modo dixi, *Calvör* l. d. cap. IX § 87 p. 225.

Gentiliacenſi concilio interfuiſſe dicitur,

XII Interfuiſſe ipſum Gentiliacenſi Concilio exiſtimat *Latomianus* MS *: Illud autem *Ado* anno Domini DCCLXVII, alii, quos inter *Baronius*, anno
612 DCCLXVI congregatum putant, in quo *quæſtio*, inquit *Ado*, *ventilata inter Græcos & Romanos de Trinitate: & vtrum Spiritus ſanctus, ſicut procedit a Patre, ita procedat a Filio: & de Sanctorum imaginibus, vtrumne fingendæ, an pingendæ eſſent in eccleſiis.* Adonem ſequitur *Aimoinus* lib. IV cap. LXVII, ſed quæſtiones iſtas minus accurate deſcribens. Anno autem DCCLXXVII eccleſiam in S. Petri honorem dedicauit Ordorffii, de quo ante lib. III not. XXIII.

ac Ordurfenſem eccleſiam inauguraſſe.

* Vnde hauſerit *Latomus*, Gentiliacenſi illum concilio interfuiſſe, ego ſane neſcio. Nec memini, apud veterum quendam; fide dignorum, me legere, Ordurfi illum, quod auctor habet, ædem ſacram, de nouo excitatam, anno DCCLXXVII D. Petri honori conſueto cæremoniarum ordine & apparatu dedicaſſe.

quo anno & die mortuus ſit,

XIII In cælos vero abiiſſe traditur beatus iſte Archiepiſcopus XVII *Calendas Decembr. anno Domini DCCLXXXVII*, vt ait *Marianus Scotus*, & *catalogus Bruſchianus*; ſiue, vt *Pithœani* Annales, *anno DCCLXXXVI*; & vtroque modo ſunt eius Archiepiſcopatus anni XXXII, incipiendo ab anno DCCLIV vel DCCLV, vt ſupra dictum. Sed conſenſio maior in obitus *anno DCCLXXXVII* *; vt ſcilicet annos XXXII ſolidos, XXXIII inceptos præſederit. *Lambertus Schaffnaburgenſis*: *Anno DCCCLII translatio*, ait, *Lulli in cœna Domini.*

* Lullum an. DCCLXXXVI morte interceptum, præter *annales Pithœanos*, alioſque, quos *Sagittarius* antiquitat. Ducat. Thuring. lib. II cap. III § I p. 92 iam memorauit, *Fragmentum* ſcilicet *annal. Francor.* & *Schafnaburgenſem*, tradunt auctor *chron. VVirzburgenſis* p. 503, auctor itidem *chronici Quedlinburgenſis* p. 276; vt adeo haud nihil ambigas, vtrum conſenſio maior ſit in anno, quo alii eum obiiſſe dicunt, DCCLXXXVII. Quin immo, nec *Marianum* dicere, quod auctor dicit *Serarius*, ac *Marianum* dixiſſe vult, videas. Is enim potius an. DCCLXXXVI Lullum naturæ conceſſiſſe confirmat, dum ad an. DCCLXXXVII his vtitur verbis; *Lullus Archiepiſcopus moritur. Richolſus ordinatur in Epiſcopum Moguntiæ IV Non. Mart. apud Fritislar.* Dicit, Richolſum, Lullo rebus humanis erepto, cathedræ Moguntinæ impoſitum, & an. DCCLXXXVII ſacra Epiſcopali vnctione inauguratum fuiſſe, quod bene notandum. Mos nimirum erat, vt Epiſcopi diebus conſecrarentur dominicis; at vero dies IV Martii an. DCCLXXXVII, littera *G* dominicali inſignito, in diem dominicam incidit. Si vero tum ſollemni conſecratus fuit cæremonia, & Lullus, vt codices manuſcr. *Surio* teſte habent, XVII Kalend. Nouembr. obiit, illum fatis vtique anno præcedenti DCCLXXXVI functum oportet. Conf. *Pagius* l. d. *Engelhuſium* vero, dum an. DCCLXXXV morte oppreſſum vult, manifeſto labi, per ſe iam patet.

Herſfeldi ſepulturæ locum inuenit

De reliquo Herolfesfeldi ſepultum eſſe, præter *Breuiarium Moguntinum*, ab auctore adductum, tradit *Bodo* chronic. Cluſin. p. 322; vt tamen ſimul indicet, multis poſt annis alio translatum fuiſſe. Sic enim ibi: *Hoc quoque minime prætereundum cenſuerim, ſed ratione ſumma poſteritati præſentibus notificandum, quod iſdem venerabilis Pater* (Wedego Abbas, qui Cluſinenſi monaſterio ab anno MCCCCLX præfuit) *multis precibus, licet ſæpe repulſam paſſus, a Domina Abbatiſſa e Capitulo Gandeſianæ eccleſiæ, matris noſtræ, diui Patris Lulli, Moguntinæ quondam eccleſiæ Archiepiſcopi, venerandum caput obtinuit. Eſt autem ſuperior pars capitis tota, frontem habens & occipitium: deſcendit vero ad naſum vsque, & ad aures, ita vt orbes oculorum pateant ex parte —— Eo tempore integrum D. Patris Antiſtitis Lulli corpus (dico autem oſſa illius omnia) in eccleſia Gandeſiana erat, ab aliiſque ſeparatum Sanctorum reliquiis. Illius pollicem poſtea, dextrum puto, Hermannus VVreden, Abbatiſſæ ſcriptor, obtinuit. Hic beatiſſimus Præſul monaſterium Hirſeldenſe ædificauit, vbi & ſepulchrum illius eſt, pulchrum valde. Et nonniſi moleſtiſſime ferunt fratres, ſi quis dicat, illis patronum tantum ſublatum. At velint, nolint, ſurrexit, non eſt hic.*

Colitur *S. Lullus* die XVI menſis Octobris. *Pagi* l. d. criticæ n. XII p. m. 377.

Plura alia, breuitatis ſtudio hic præterimus. Qui noſſe ea cupit, adeat *Mabillonium* in elogio, quod tom. II ſectione I dedimus, *Lulli* hiſtorico.

Caput Beati Moguntia nunc adſeruatur.

Edit. I pag.

XIV Sacrum eius caput rediit e Saxonia nuper Moguntiam, Collegio huic, beneuolentia beneficentiaque inſigni, donatum ab eo, quem cum doctrina, præſertimque matheſeos ac iuris peritia commendet, multo tamen magis commendant & exornant vera religio, integritas, & humanitas, adeo vt ipſum etiam ſuſpiciant, diligant, ac venerentur hæretici, præclarum Benedictini noſtra in Germania ordinis, cuius aliquando Præſidentem, vt appellant, egit, decus & ornamentum. Iſta vero, eiusque nomen, & bene de Societate noſtra merendi ſtudium (nobis alias modis aliis pluribus perſpectum) demonſtrant ipſæ donationis illius tabulæ: quas, quia rem, quæ modo agitur, narrant, & vero quia elegantes ac piæ ſunt, totas hic bonis lectoribus dare volui.

HERMANNVS, MONASTERII S. GODEHARDI, ordinis Diui Benedicti, in ciuitate Hildesheimenſi Abbas, omnibus patentes haſce litteras lecturis ſalutem & felicitatem ſempiternam.

QVemadmodum olim populus Iſraëliticus ſancti Patriarchæ Ioſeph oſſa ex Aegypto, vbi vltra trecentos annos quieuerant, diligenti cura in terram ſanctam abſportauit decenterque condidit, ita & meum & cuiuslibet Chriſti fidelis officium eſſe ſemper arbitratus ſum, vt Sanctorum Deo placentium pretioſas reliquias hoc infelici ſæculo ab hæreticorum iniuria contemptuque pro viribus vendicemus & eripiamus. Quare cum anno MDLXXXI eccleſia S. Eliſabeth extra muros Hildesheimenſis ciuitatis ſita (in qua inter ceteras Sanctorum reliquias beati quoque Confeſſoris Lulli, Archiepiſcopi quondam Moguntini, caput hactenus aſſeruatum & in honore habitum fuerat) ciuium huius loci opera ſubuerteretur, ſacrumque hoc pignus cum aliis reliquiis quaſi neglectum in ſeparato quodam iuxta cœmeterii murum loco collocaretur, e veſtigio per ſacerdotem Catholicum fidum ac Deum timentem dictum S. Confeſſoris caput, cum aliis ſacris lipſanis, illæſum & integrum, antiquis adhuc inuolucris tectum, inde auferri, & ad monaſterium noſtrum tranſportari curaui, in quo hactenus ſacrum hunc theſaurum honorifice aſſeruatum, ſucceſſoribus meis tanquam ſingulare monaſterii præſidium relinquere decreueram. Quia vero veneranda Societas IESV magnis a me precibus Beati Lulli pretioſum caput pro Collegio ſuo Moguntino ſibi donari petiit, pro eo amoris & charitatis affectu, quo dictam Societatem IESV diligo, malui tali me theſauro potius priuare, quam illius piis precibus eum denegare. Igitur vna cum his litteris ſæpe nominatum S. Confeſſoris Lulli caput integrum & illæſum, prout ad me tranſportatum fuit, prædicto Collegio Moguntino offero & dono, illud rogans, vt hoc charitatis obſequium ſupra memorata Societas, & præcipue eiuſdem Collegium Moguntinum precum ſuarum aſſiduitate compenſet. In horum omnium fidem maiorem litteras haſce manu propria ſubſcripſi, & ſigillo monaſterii conſueto muniui. Hildesheimii die XII Decemb. Anno Domini MDCIII. 613

Salefeldam alioqui, Thuringiæ oppidum, amplificaſſe illum, & muniuiſſe, mentitur inſcriptio quædam, quam Erfordiæ in monte D. Petri repertam fuiſſe prodit *Silueſter Liebe* Salfeldio-graphiæ manuſcr. cap. VII: *LVLLVS ANGLVS NATIONE DIACONVS ECCLESIAE MOGVNTINENSIS OPPIDVM SALFELDIAM IN HONOREM B. VITI ET BONIFACII AMPLIAVIT ET MVNIVIT ANNO CHRISTI REDEMPTORIS ET SALVTIFERI DCCLXI.* Conf. *Sagittarius* antiquit. Ducat. Thuring. l. d. § VIII p. 103.

Dein Romæ an. DCCLXXIII fuiſſet, ſi quidem tabulis ſtandum, quas *Schilterus* ex *Iacobi* von *Königshoven* chronico manuſcr. latino ad eiuſdem chronicon Alſatiæ germanice confectum in adnotat. n. VI § VI p. 495 protulit. In iis namque legas: *Idcirco notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter Etto, venerabilis ſancta Argentinenſis eccleſia Archiepiſcopus, ſecum adducens Magiſtrum ſuum,* Lullum *videlicet, Moguntinum Metropolitanum,* & Iohannem *reuerendum Conſtantienſem Epiſcopum, coram multis Principibus celſitudinem noſtram adiit &c.* Datæ autem dicuntur *Romæ an. DCCLXXIII, indictione XI.* Quo minus autem fidem illis adhibeam, & Lullum tum temporis Romæ apud Carolum egiſſe credam, facit, quod multis de cauſſis ſpuriæ mihi videantur, quas, ni fallor, Schilterus in genuinis habuit, litteræ illæ.

Perperam adhæc *Ioanni de Polda* in chronico

Edit. I pag. co eccleſ. Hamelenſis, quod e mſcr. tomo I ſcriptor. Germanicor. dedit *Meibomius* p. 514, ſuppletum itidem tomo II ſcriptor. Brunſuicenſ. *Leibnitius* p. 509, fuiſſe dicitur in comitatu Leonis Papæ ad Carolum M. in Weſtphaliam profecti, & tum Leonem permouiſſe, vt ædem ſacram Hamelenſem, a Bonifacio excitatam, denuo conſecraret; Carolum vero M. vt eam, iuxta cum omnibus reditibus, monaſterio Fuldenſi confirmaret: quandoquidem Leo Papa anno demum DCCXCIX, indignis Romæ tractatus modis, ad Carolum in Weſtphaliam conceſſit; quum Lullus iam anno DCCLXXXVI diem obiiſſet.

RICHOLFVS.

I

Richolfus dicitur fuiſſe Caroli M. conſiliarius, *& ab eo ſedi Moguntinæ impoſitus*

FVit *in Caroli Magni aula vir præpotens, eiuſdemque conſiliarius intimus,* vti narrat *MS.* Ac licet excellenti admodum ingenio, auctoritate, viri-
614 buſque polleret, *præſentia tamen, & hæc caduca deſpiciebat, æterna toto animo concupiſcebat* †, adeo, vt hoc ipſo nomine, idem *MS.* aſſerat, *pio illum Imperatori fuiſſe chariſſimum.* Sed pergit narrare idem *MS.* audita B. Lulli morte, *ipſi deſignatum ab eodem Imperatore ſucceſſorem Richolffum, idque vi priuilegii eius, quod ab Adriano Pontifice, poſt Deſiderium Longobardorum Regem, regnumque proſtratum, anno DCCLXXVII ille acceperit;* Poteſtque conceſſionis huius laudari teſtis *Gratianus* Diſt. 63. c. *Hadrianus.* Verum quomodo aulicus, & ſæcularis tam ſubito, tamque ſaltuatim Archiepiſcopus ab Imperatore, ſacrorum canonum & ſciente, & metuente, fieret? quomodo in Richolffo, quod in Photio Conſtantinopolitano Patriarcha tantopere poſtea improbatum eſt anno DCCCLIX, ferretur? Sed pluribus verbis nihil opus. Oſtendit iampridem Reuerendiſſimus *Baronius* tomo IX anno DCCLXXIV, totum § XIV & ſq.
hoc priuilegium eſſe commentitium: Gratianumque & poſteriores omnes a Sigeberto, commenti eius auctore, deceptos *, idque in ſequentibus aliquot Archiepiſcopis notandum. Succeſſit igitur *Richolfus*, ſed rite, ac ordine ab aula iam ad clerum antea translatus, & ab Moguntinis, ipſoque Imperatore Pontifici nominatus, ab hoc vero approbatus, & Moguntinus Archiepiſcopus conſtitutus **.

appellatur Damoeta. 1 *Riculfus* —— Damoeta *non ſemel appellatus ab* Alcuino, *qui eum* filium ſuum, *id eſt*, diſcipulum *appellat.* *Mabillon* lib. XXVI annal. Benedictin. § XXXIV p. 313 tomi II.

in cultu fuit magnificus. 2 † Vtrum vero caduca hæc & præſentia animo tam magno infra ſe duxerit, dubites, ſi vera ſunt, quæ *Latomus* in catalogo mſ. his narrat verbis: *quare cum eſſet Archiepiſcopus admodum magnificus & opulentus, geſtaretque lituum ſiue pedum aureum, reprehenſus fertur a Rege, quod a ſimplicitate maiorum deflecteret, & ſuperfluum ornatum ſequeretur.*

3 * Ita quidem *Baronius.* At illuſtriſſimus iuxta doctiſſimusque Pariſienſium Præſul, *Petrus* de *Marca* lib. VIII de concordia ſacerdotii & imperii cap. XIX § VI col. 1191 contra ipſum æque ac Binium demonſtrauit, dictum c. *Hadrianus*, nequaquam eſſe ſuppoſititium. Conf. etiam *Schilterus* de libertate eccleſ. Germanic. lib. II cap. XI § I p. 261, *Sagittarius* antiquit. Ducatus Thuring. lib. II cap. V § II p. 107.

4 Ceterum an. DCCLXXXVI Richolfum Archiepiſcopum factum teſtantur *chron. VVirzburgenſe* apud *Baluzium* p. 503, *chronicon Quedlinburgenſe* p. 276. Sequenti a. d. IV Nonar. Mart. Fritislariæ conſecratum ſcribit *Marianus Scotus* p. 439. quod anno demum XCVIII factum memorat auctor *chronici*, quod modo citaui, *VVirzburgenſis*, l. d. *quando Archiepiſcopus factus.*

5 Leonem vero Pontificem, ad Carolum Imperatorem profectum, ſummo excepit honore. Carolo namque tum in Saxonia agenti præſto erat Richolfus. vid. *Marianus Scotus* ad an. DCCXCVIII p. m. 439. *Leonem honorifice excepit.*

II

Aedificauit S. Albani ædem,

II Aedificauit vero S. ALBANI nobiliſſimam, de qua ſupra lib. I c. XXXI, (*ſect. 2*) eccleſiam, Caroli Magni ſingulari erga Deum, eiusque Diuos munificentia excitatus, & adiutus. quam tandem ſumptu, laboreque plurimo abſolutam in *Saluatoris*, & *S. Albani* honorem conſecrauit anno Domini DCCCV, prout declarat MS. & quæ in ſuperſtantis ſeptentrionalis muri occidentali facie legitur hodie in lapidem inciſa inſcriptio hæc: *Eccleſia hæc eſt conſecrata in honorem Saluatoris Domini noſtri IESV CHRISTI Kalend. Decemb. anno incarnationis ipſius DCCCV, indictione XIII.*

Quin potius amplificauit, & auguſtiorem ad formam redegit *D. Albani* ædem; vti quidem vel ipſe ſupra lib. I cap. XXX ſub finem monuit auctor hic noſter *Serarius.*

Ceterum ἐπιγραφὴ, quam hic dat, intercidit plane, nec amplius occurrit, vt adeo dolendum ſit, vetuſtorum id genus monumentorum, quibus nobilis olim D. Albani baſilica

quam maxime enituit, haud maiorem habitam fuiſſe rationem. Sine dubio autem intercidit, cum parietinæ templi huius, quæ ad annum vſque MDCXXXII ſuperſtitere, a Suecis penitus dirutæ ſunt, lapidibus ad munimentum iuxta confluentes Moeni Rhenique exſtruendum adhibitis. Legebatur ceteroqui *ſupra aditum templi*, valuaſque, vt MS, qui mihi fuit, diſerte notauit. Tametſi vero inſcriptio hæcce haud amplius occurrit, ſupereſt tamen conſecrationis huius factæ memoria in *chron. VVirzburgenſi* l. d. *Hoc anno* (DCCV) *dedicatum eſt monaſterium S. Albani, Kal. Decemb. indictione XIII.*

Fulda fuit & h. a.

Anno DCCCIX Fuldæ fuit, componendis monachorum cum Abbate Ratgario litibus. Et hoc quidem anno ſolus; qua occaſione ædem *D. Mariæ* in monte inaugurauit. Auctor *annal. Francic.* apud *Lambecium* tomo II biblioth. Cæſar. lib. II cap. V; *Imperator ad Aquis totum annum ſedit, & Richolfus ad monaſterium noſtrum Fulda, id eſt, S. Bonifacii miſſus eſt, Abbatis & fratrum cauſſa; & eccleſia S. Mariæ in monte dedicata*; quæ iisdem verbis etiam memorat auctor *annal. Hildesheimenſ.* p. 714.

& ſequenti XI.

Dein an. DCCCXI (v. *chron. Saxon.* MS. quod adducit *Mabillonius*) iuxta cum *Bernhario* Vormatienſi, *Hattone* Auguſtano, & *Volfgero* Herbipolenſi rurſum Fuldæ fuit. Auctor modo dictus *annal. Hildeshem.* l. d. *Facta eſt conturbatio non minima in monaſterio S. Bonifacii, & fratres XII ex ipſa familia perrexerunt ſimul cum Abbate Ratgario ad indicium Imperatoris Caroli, nec tamen ita commotio illa quieuit. Sed poſt* Richolfus *Archiepiſcopus Mogontiacenſis, &* Bernharius, *Epiſcopus ciuitatis Vangionum, &* Hatto, *Epiſcopus Auguſtenſis, &* Wolgarius, *Epiſcopus eccleſiæ VVirzaburg, cum ceteris fidelibus, qui ſimul ad illud placitum conuenerunt, iuſſu Imperatoris ſanarunt commotionem illam in monaſterio S. Bonifacii.* Conf. etiam *Friſeus* chronic. Wirzburg. p. 409. Qua ſimul occaſione Richolfum ædem *D. Ioannis Baptiſtæ* nomini dicatam dedicaſſe, memoratus *annal. Francic.* auctor apud *Lambecium* l. d. his innuit verbis: *Eo anno dedicata eſt eccleſia S. Iohannis Baptiſtæ in auſtrali parte monaſterii, iuxta flumen Girahlaha.*

Temporis ratione huc refer, quod § IV ſequitur, eodem ſcilicet hoc anno Epiſcopos inter ipſum fuiſſe, qui Carolo M. teſtamentum facienti affuere.

duo inaugurauit templa

Sequenti DCCCXII duo inaugurauit templa. Primum *Bleidenſtadenſe*, vti § VI refertur; dein *Slitiſſenſe* (Schlitz) *Brovverus* lib. II antiquit. Fuldenſ. c. XII; *anno DCCCXII dedicata eſt eccleſia in Slitiſſe, rogatu Bangolfi, a Richolfo, venerabili Archiepiſcopo Maguntiacenſis eccleſiæ, XII Kal. Octobr. in honorem S. Margaretæ Virginis.*

interfuit cōcilio Wormatienſi.

III In eccleſiæ huius clauſtro habita fuit, octennio poſt, anno ſcilicet DCCCXIII, ab eodem Archiepiſcopo prima, de qua quidem conſtet, Moguntina ſynodus, vti ſupra expoſitum lib. I cap. XXXIII. Interfuit etiam Wormatienſi concilio anno DCCCXIII, prout narrat liber VII *Capitularium* cap. CCV; vbi mendoſe *Tricolffus* legitur, prout obſeruat *Baronius* tomo X. 615

Carolo M. teſtamentum facienti affuit.

IV Inter eos autem Epiſcopos, coram quibus teſtamenti ſui tabulas, ſiue, vti vocat *Eginhardus*, (*cap.* 34) *breuiarium* confecit, triennio ante mortem ſuam, anno Domini DCCCXI Carolus Magnus, numeratur ſecundo loco noſter hic Ricolphus (niſi forte in Colonienſi editione Nuenariana ipſi præpoſitus Colonienſis *Hildeboldus*) ad quem peruenit e duabus bonorum eiuſdem Imperatoris mortui portionibus, vna viceſima prima, quam ſuis cum Suffraganeis partiri debuit, vt in eodem voluntatis extremæ breuiario eſt.

attuliſſe dicitur ex Hiſpania Iſidori collectionem.

V Attulit ex Hiſpania Iuris Canonici corpus ab *Iſidoro*, cui cognomentum *Mercatoris*, collectum. Sic enim *Hincmarus* epiſtola XXIV ad alterum Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum: *Sicut de libro collectarum epiſtolarum ab Iſidoro, quem de Hiſpania allatum Riculfus Moguntinus Epiſcopus in huiuſmodi, ſicut & in capitulis regiis ſtudioſus obtinuit, & iſtas regiones ex illo repleri fecit.*

E ſcriniis Moguntinorum ſæc. IX diſſeminatam eſſe συλλογὴν quandam epiſtolarum, vt titulus habet Decretalium, *Iſidori Mercatoris* ſub nomine, verum quidem eſt. At illam *Iſidorum Hiſpalenſem* confeciſſe, a veritate longe abit, vti quidem ſatis ſuperque demonſtrauit *Blondellus* libro, qui inſcribitur, *Pſeudo-Iſidorus & Turrianus vapulantes*, ſeu *cenſura epiſtolarum PP. a Clemente ad Siricium, copioſe*, vt *Natalis Alexander*, acerbior alioquin in reformati nominis ſcriptores, ipſe fatetur hiſtor. eccleſ. parte II ſæc. I diſſertat. XX p. 219, *& erudite*. Vt adeo iſtas Blondelli rationes, poſt plures alios, non *Gerb.* ſolum *von Maſtricht* in hiſtor. iuris eccleſ. & pontific. § CCXX — CCXXVII p. m. 252 & ſeqq. adducat, proberque, ſed ipſe etiam, quem iam dixi, *F. Natalis Alexander*, ingenue faſſus, Blondellum Turriani vindicias funditus euertiſſe. Vid. etiam *Petrus* de *Marca* l. d. lib. III cap. V col. 229 & ſeq. *Antonius Pagi* critic. Baron. ad an. C n. VI p. m. 95.

Vtrum vero Richolfus ipſe eas diſperſerit, ſiue aliorum quis, qui ei ſuperuixere, quæſtio eſt. Poſteriorem in ſententiam inclinat *Blondellus*, non obſtante Hincmari teſtimonio, qui credidit, Richolfum eas ex Hiſpania allatas in vulgus ſparſiſſe, cap. V p. 22; eſſe enim, quæ ſuade-

Edit. I pag.

Edit. I pag.

ſuadeant, immo clariſſime demonſtrent, Richolfo vel integram pſeudoli Mercatoris collectionem, vel ſaltem epiſtolas aliquot, quales nunc habemus, incognitas fuiſſe. Conſ. *Maſtrichtius* l. d. § CCXXVI p. 245 & ſeq. Quocunque vero ſe res habet modo, eas Richolfum ipſum ex Hiſpania attuliſſe, ex Hincmari verbis haud ſequi dixerim.

VI Bleiſtadienſe templum dedicauit anno DCCCXII, Indict. XIV, menſe Junio, VIII Idus, prout eius ipſius templi, hodierno adhuc die, picturis loquuntur parietes *. Eo autem præſente, aliisque imperii Conſiliariis & Senatoribus Moguntiæ anno DCCCXIII dedit Augiæ diuitis monaſterio Carolus Magnus pagos, Vlmenſem (quem regiam villam ſuam appellat) Elchingenſem, Hochſtetenſem, Schocheymenſem, Glahheimenſem, Bergheimenſem & Lutheringenſem, prout donationis exemplar ibi aſſeruatum docet. * v. l. 2. c. 34

Richulfus quid ſignificet.

VII *Haiſtulphi (l. Richulphi)* vero nomen ominis boni eſt, cum *auxilii diuitem* ſonet, qui auxiliari nimirum poſſit, vti & multis auxiliatus eſt.

Vtrum pontem Rhenenſem comburi iuſſerit?

Anno, quem in vita vltimum habuit, DCCCXIII nimirum, pontem Rheno iuxta Moguntiam impoſitum incendio abſumtum eſſe, ſupra iam notatum eſt. Vtrum caſu conflagrarit, an Richolfi incenſus iuſſu, quæri videas. Hoc diſerte dicit *Marianus Scotus* ad an. DCCCXIV, his quidem verbis: *pons prædictus apud Moguntiam erat trans Rhenum, quem, quia in eo latrones noctu hominibus in Rhenum proiectis rapiebant prædam, Richolfus Archiepiſcopus comburi præcepit.* Nec abire videtur auctor chronici *VVirzburgenſis* l. d. Noui tamen eſſe, quibus illud videatur probabilius; quippe vix in animum inducunt, vt ſibi perſuadeant, non alium rapinis hiſce ac latrociniis obicem ponendi tanto, tamque inſigni Præſuli patuiſſe viam, ac quidem hanc, quam ingreſſum velint, memorentque Marianus atque alii. *Serario* alioquin hoc Richolfi conſilium minus placuiſſe, e ſilentio, quo hanc rem prætermiſerit, coniectat *Sagittarius* l. d. § VIII p. 112.

quando mortuus.

VIII Videtur eodem Domini *anno DCCCXIV* cum Carolo Magno, vel certe DCCCXV vita migraſſe, non DCCXIII, vti aſſerit *Bruſchianus Catalogus*. Nam *MS.* ei tribuit Epiſcopatus annos XXVII.

Cum *Bruſchio* tamen, an. DCCCXIII Richolfum obiiſſe, præter *Lambertum Schafnaburgenſem* ad h. a. memorant *breuiarium S. Galli* apud *Baluzium* tomo I miſcellaneor. p. 495, *chronicon VVirzburgenſe* apud eundem p. 504, *chronic. Quedlinburgenſe* p. 277. Quod ad diem, vita illum V Id. Auguſti exceſſiſſe prodit idem *S. Galli breuiarium* l. d. his verbis: *DCCCXIII, hoc anno Riculfus Epiſcopus in V Id. Aug.*

Epitaphia ei poſita.

IX Eius epitaphia plura ſunt, ſed duo hæc præcipua:

I e ſaxo *, quod inſcriptioni ſuperiori proximum.

Antiſtes humilis Riculf hanc condidit aulam,
Martyris ALBANI nomine namque ſacram.
Hanc quoque fulgenti iuſſit veſtire metallo
Cum titulis aram, cumque decore ſacro.
616 *Perpetuam huius mercedem CHRISTE laboris*
Albani precibus cui, rogo, redde pie.

* Quod quidem ſaxum iuxta chorum nouum inſertum fuiſſe, prodit, quem ad manus habui, MS. *FF. Eremitarum* Conuentus Moguntini.

II e manuſcripto.

Te precor ex tumulo, frater, qui ſumma ſepulchri
Conſpicis, hic gelida quod mea membra tegit.
Vt timeas, tractans, cunctorum fata virorum.
Quodque fui quondam, quodque futurus eris.
Antiſtes fueram famoſus nomine RICHOLFF,
Inclitus officio Regis in æde ſui,
Hic modo me tenui concludit ceſpite tellus,
Septus humo gelida, puluere, verme voror.
Hoc ſcio pompiferi quod vana eſt gloria mundi,
Quiſque futura cupit, ſpe meliore manet.

Inde precor titulum fratres hunc quoſque legentes, Edit. I pag.
RICHOLFFO, vt dicant, det requiem Dominus.
Lux vbi, vita, ſalus, virtus ſine fine manebit
Præmia perpetua, quæ paradiſus habet.

Hoc quidem epitaphium lapidi tumbæ impoſito inſcriptum fuiſſe teſtatur, quem modo laudaui, *MS.*

HAISTVLFVS.

I

Benedictinus fuit monachus,

S. Lulli diſcipulus traditur in MS. *Picandum* a quibuſdam vocari ait *Bruſchianus Catalogus*, itemque Benedictini ordinis monachum *. Cum anno DCCCXIV vel DCCCXV † cœperit Epiſcopatum, eum Imperatoris Ludouici Pii tempore integre prudenterque adminiſtrauit annos XII, vſque nimirum ad DCCCXXVI vel DCCCXXVII.

& dicitur fuiſſe Abbas Weiſſenburgenſis.

* *Is in regimine VVeiſſenburgenſis monaſterii dicitur ſucceſſiſſe* Bernario, *ad cathedram VVormatienſem ſub finem VIII ſaculi promoto: qui tamen Epiſcopus & Abbas appellatur in Augienſi necrologio; tanquam Abbatiam ſimul cum Epiſcopatu, vt tunc non raro fiebat, retinuerit. Idem* Perinharius *dictus in libro fratrum conſcriptorum S. Galli apud* Goldaſtum *: *quo in libro, ſicut & in Augienſi, vbi VVeiſſenburgenſes recenſentur, nulla* Heiſtulfi *mentio fit, niſi is ſit* Iuſtolfus *Epiſcopus, qui in vtroque notatur cum* Perinhario *ſeu* Bernario *mox dicto,* Folwico, Atone, Otgero, *&* Benedicto *Epiſcopis in SanctiGallenſi, quibus* Grimaldus *Abbas ibidem adiungitur; in Augienſi vero* Gerhoh *Abbas inter* Iuſtolfum *Epiſcopum &* Bernarium *Epiſcopum & Abbatem.* Ita *Mabillon* annal. Benedictin. lib. XXVIII § XXV p. 414 tomi II.

* tomo II parte II p. 145

quando ſedem Moguntinam iniit.

† Immo Epiſcopatum iniit an. DCCCXIII, vt ex iam dictis patet. Atque adeo pedum & honoris infulas portauit ad annum vſque DCCCXXV; quo fatis ſublatum ſcribunt *Marianus Scotus* ad h. a. *Lambertus Schafnaburgenſis* ad h. a. *annales Hildesheimenſes* p. 715, *chron. Quedlinburgenſe* p. 277. In *Engelhuſii* chronico p. 1066 legas, XXI annos ſedi illum Moguntinæ præfuiſſe. Sed non ſine cauſſa ſuſpicor, vitio operarum numerorum horum, ciſris barbaris exſcriptorum, ordinem eſſe immutatum, & pro 12 poſitum 21.

Rabanum ordinat.

Archiepiſcopi conſecutus titulos, qua in obeundis muneris ſui partibus ſollicitudine erat, anno DCCCXIV Rabano, monacho Fuldenſi, poſt futuro Archimyſtæ Moguntino, ſacra ordinatione Presbyteri contulit dignitatem. Honori id ſibi ducit *Rabanus* ipſe in præfat. librorum de inſtitutione clericorum, vt infra § VI legere eſt; *Mabillonius* vero in elogio Rabani hiſtorico § XIII p. 24 magis explicatum dedit.

ædem conſecrat Cellenſem.

Sequenti DCCCXV ædem Cellis viui ſacro deſtinatam ſolita dedicauit religione. Loquitur id vetus inſcriptio, quam *Brovverus* dedit annal. Fuldenſ. lib. II cap. XII p. 151 ſeq. *Anno DCCCXV * dedicata eſt eccleſia in Cellis ab Heiſtulfo Moguntiacenſi Archiepiſcopo, rogatu Raitgeri, Fuldenſis eccleſiæ Abbatis.*

* *al. 825. mendoſe.*

Eigilonem *Abbatem Fuldenſem deſignatum,*

II In monaſterio Fuldenſi cum turbationis neſcio quid incidiſſet, ſcripto petierunt ab Imperatore Ludouico facultatem Abbatis alius, Ratgario abdicato, deligendi: eoque in ſcripto quæ vitæ integritas, morumque benignitas in eo, qui deligendus eſſet, expreſſerunt. Fecit ille facultatem, & delegerunt iſti an- 617
no DCCCXVIII Eigilonem, qui alias dicitur Eigil aut Aeigil; virum vti ſtemmate, ſic & integritate nobilem. Is vero, vt delati muneris approbationem conſequeretur, ad Imperatorem ſe contulit; in reditu autem ad Haiſtulphum hunc noſtrum; cuius vt comitas, Deique timor, & ſanctitas eluceat, recitabo hic ex iis, quæ de Egil Abbate ſcripſit olim Fuldenſis monachus *Candidus* narratiunculam e MS. Fuldenſi tranſſcriptam. *Egreſſus autem de palatio cum ſociis Pater Aeigil per Moguntiam fecit iter. Qui cum perueniſſet ad vrbem, ſuſceptus eſt honorifice, ab Heiſtolfo eiuſdem vrbis Archiepiſcopo, & facta oratione conſederunt. Poſtea vero Præſul ciuitatis, ſic prior incipiens, ait: Nos, Pater, inprimis laudemus Dominum Deum noſtrum, & gratias illi vberes agamus, qui nos ſua benignitate conduxit in vnum, ac mutua collocutione iucundos eſſe conceſſit. De cetero quoque, Pater, dilectam familiaritatem tuam commonere curabo, vt, in hoc ſuſcepto regimine, vitam tuam atque doctrinam ita componas, vt tibi, atque omnibus, qui tuo ſubduntur imperio, ad æternam proficiat ſanitatem. Talem te filiis, quorum pater es, exhibere contende, qualem tibi, & fratribus tuis tecum paulo ante fieri poſtulabas. Cuius petitionis &*

honorifice excipit, & paterne admonet,

optionis

Edit. I pag.

optionis exemplar a vobis hoc modo dictatum ac ſcriptum. Cum autem hæc & alia multa moneret, præcepit miniſtris, vt refectionem dignius, propter hos hoſpites, more ſolito præpararent; ipſe vero interea ad laudes Domino referendas ad eccleſiam repedabat. Poſtea quoque Abbatem cum ſuo comitatu honorifice ſuſcepit in domum, & menſa repoſita, cum gratiarum actione, ſumpſerunt pariter cibum. Lectio plane legebatur ad menſam, ſecundum diſpoſitionem Sacerdotis, vt cibo ſcilicet corporali cibus ſubueniret ſpiritualis. Qua nimirum finita, orta eſt inter eos conlocutio ſpiritualis, & vtilitas eccleſiarum Domini mul-

618 *tifaria narratione diſputabatur apud eos. Erat enim vtique lætus in Domino; gaudebat quidem Speculator, quod CHRISTVM ſuſcipere meruiſſet in hoſpite; Pater vero lætabatur, quod in miniſtro CHRISTI, vera CHRISTI ſuſceptio claruiſſet. Poſtquam vero ſe diuerſis vtilitatibus mutuo roboraſſent, petita licentia, Pater Aeigil a Pontifice benedictus, profectus eſt Fuldam.* Iſta Candidus.

III Pithœani vero *Francorum Annales* narrant anno ſecuto DCCCXIX ſic: *Hoc anno baſilica S. Bonifacii Martyris in cænobio Fuldenſi ab Haiſtulpho Archiepiſcopo dedicata eſt in honorem Domini Saluatoris, & omnium Sanctorum eius, tranſlataque ſunt oſſa S. Martyris Kalendis Nouembris.* Extat adhuc post finem librorum *de inſtitutione clericorum*, hac de re ad eundem Archiepiſcopum inſigne Rabani epigramma: *Baſilicam Fuldenſem dedicat.*

Nunc tibi, ſancte Pater, deuote munera trado,
Quæ tu dignanter qualiacunque cape.
Tu decus es noſtrum, doctor, ſummusque ſacerdos,
Dux ſacer, & princeps, lux, via, paſtor, honor.
Nam quia tu templum dedicaſti martyris almi:
Per ſeruum, donum hoc martyr & ipſe dedit.
Nam eſt nonus decimus octingenteſimus annus,
Ex qua Saluator venit in arua pius:
Qui te perfectum tribuat, faciatque beatum,
Inſerat & lætum cœtibus angelicis.
Abbas namque meus, veſterque fidelis amicus
Egit, & hæc voluit reddere dona tibi.
Se totum atque offert, ſuaque omnia ſponte miniſtrat,
Quem tecum ſummus ſaluet in arce Deus.

1 Quin præter epigramma hoc idem *Rabanus* teſtatur in martyrologio, *Candidus* in vita Abbatis Eigil n. XVII p. 237 & vita metrica cap. XVII p. 253, & e recentioribus *Fr. Cornelius* in Breuiario Fuldenſi p. 426, *Brouuerus* antiquitat. Fuldenſ. lib. II cap. III. *Lambertus Schafnaburgenſis* hic breuiter; *& in Fulda dedicata eſt eccleſia.*

Rabanum ad homilias ſcribendas hortatur. 2 Ceterum ex dictis patet, ipſi tum libros *de inſtitutione Clericorum*, & ex his, quæ *Mabillonius* l. d. § XLIX p. 40 habet, anno DCCCXXII ſuos *in Matthæum* commentarios dedicaſſe Rabanum. Quibus in ſcriptis cum Haiſtulfus ſingularem viri perſpiceret doctrinam, & in erudiendis aliis ingenii dexteritatem, hortatus Rabanum eſt, ad homilias in textus populo explicari ſolitos conſcribendas, cui & ille morem geſſit. *Cuius & hortatu*, ait *Rudolfus* in vita Rabani § L p. 18, *fecit homilias diuerſas per totum annum, ac diuerſas feſtiuitates, & de variis vitiis atque virtutibus ſubiunxit ſermones ad prædicandum populo Dei.*

Ædem Luderæ inaugurat. 3 Anno ſequenti DCCCXX * ædem ſacram Luderæ ſuſcitatam ſacro inaugurauit ritu. En inſcriptionem, quæ nobis id teſtis exponit loco: *Anno DCCCXX * dedicata eſt eccleſia in Ludera ab Haiſtulfo, Moguntinenſi Archiepiſcopo, rogatu Eigil Abbatis.* Habet eam *Brouuerus* l. d.

* *al. 850. mendoſe.*

Concilio Theonuillano intereſt. 4 Poſtero, qui reſtauratæ ſalutis fuit DCCCXXI, concilio in Theodonis villa habito interfuit, ac Epiſcoporum de cæde Antiſtitis Ioannis querelas ad Imperatorem Ludouicum Pium detulit. Patet id ex libello iſtorum ſupplice: *In concilio apud Theodonis villam, vbi interfuerunt XXXII Epiſcopi,* Aiſtulfus *Magontienſis Archiepiſcopus cum ſuis Suffraganeis* &c.

Cœmeterii Fuldenſe ſacrat. 5 Inſequenti, qui DCCCXXII fuit, XVIII Kal. Februar. ædem cœmeterii ſacram, quam Eigil condiderat, ſollemni conſecrauit apparatu. *Hoc templum —— Heiſtolfus Moguntiacenſis eccleſiæ Præſul, Turingea rura tranſiens, dedicauit in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & S. Michaelis Archangeli Chriſti, & reliquorum.* Vita *Eigilis* n. XXI p. 238, metrica c. XXII p. 257. Vid etiam *Brouuerus* lib. II antiqui-

Google

Triburi intereſt ſynodo

tiquitat. Fuldenſium cap. V. Triburienſi etiam interfuit ſynodo. Sic enim in libello dicto: *Aiſtulſus Maguntienſis Archiepiſcopus dixit*; „ ſi Principibus placuerit &c. Conf. *Sagittarius* antiquitat. Ducat. Thuring. lib. II cap. VII § IV p. 119 & ſeq.

6 Proximo, qui ab humano genere reſtituto fluxit DCCCXXIII, iuſſu Ludouici Pii, iuris dicundi cauſſa, diœceſin Moguntinam, vna cum Ruodberto Comite, legati ſiue *Miſſi Dominici* titulo, obiit. Sic namque Capitul. *de Miſſis Dominicis* cap. XXV; *in Mogontia, quæ eſt diœceſis Heiſtulfi Archiepiſcopi, idem* Heiſtulfus *Epiſcopus &* Ruodbertus *Comes*. Edit. I pag.

Moritur.

IV Vltimo, vel penultimo eius anno DCCCXXVI facta eſt celebris illa S. Martyrum Marcellini & Petri translatio in Seligſtadienſe monaſterium, de qua libros quatuor ſcripſit eiuſdem monaſterii conditor Eginhardus, & ex eo non pauca tomo IX *Baronius*; (*ad an.* 826, *n.* 9, 11, *ſq.*) eſtque mortuus Archiepiſcopus Haiſtulphus eodem anno DCCCXXVI, V Kalendas Ianuarias, ipſo 619 ſcilicet die SS. Innocentum †.

* 1 Cum Eginhartus Marcellini & Petri reliquias anno demum DCCCXXVI tranſtulerit, vt auctor habet, & tum *Sigebertus* ad h.a. teſtatur p. 562, tum *Albericus* in chronico p. 170, vel potius an. DCCCXXVII, vt auctor *annal. Fuldenſium* tradit; quin immo an. DCCCXXVIII, vt *Marianus* prodit, ac pluribus oſtendit *Pagi* ad an. DCCCXXVI n. XIII p. 528; patet vtique, id factum, cum Haiſtulfus ad ſuperos iam exceſſerat.

quo anno obierit,

† 2 Immo, iam anno XXV, vt ſemel atque iterum iam notatum. Idem vult MS. & e recentioribus *Pagi*, qui ad an. DCCCXXV n. XXXIII p. 525, hunc *Serarii* locum obelo configens, ita commentatur: *Verum, cum anno DCCCXIII* Haiſtultus *ſedem inierit, non videtur dubium, quin* Lambertus, Marianus *& auctor* chronici Hildesheimenſis *mortem eius præſenti anno recte illigarint, cum in eius epitaphio anni tantum XII ei tribuantur.*

& die,

Quo die obierit, non vna omnium conſenſio eſt. Auctor *Serarius* V Kal. Ianuar. vita defunctum ſcribit. MS. vero d. XXVIII Ianuar. morte interceptum vult.

Moribus fuit optimis;

V Huius porro Archiepiſcopi noſtri vita, & mores optimi optime a Rabano in præfatione librorum *de Inſtitutione Clericorum*, quos ei dedicauit, & ab epitaphio, quod in S. Albani baſilica, vbi humatus fuit, in S. Bonifacii ſacelli muro, ante huius vaſtationem, legebatur, quodque & a MS. relatum eſt, adumbrantur.

de quibus Rabanus,

VI *Rabani* adumbratio eſt hæc: *Te, ſancte Pater, pro merito ſummæ pietatis, plurimi venerantur, & omnibus fidelibus, cauſa magnæ fidei, & ſanæ doctrinæ, honorabilis, atque amabilis exiſtis. Te benigniſſimum, atque æquiſſimum eſſe ſcio. Tuo magiſterio me ſemper liberum ſubdam, a quo recordor me accepiſſe dignitatem eccleſiaſticam. In omnibus (ni fallor) Catholicam imitatus ſum veritatem, a qua (ſi Dominus adiuuerit) non patiar vllo modo diuelli. Quam & te præ omnibus habere, & amare confido. Et ideo tua ſuffragia ſupplex peto, vt ipſa veritas, omnium rectrix, atque gubernatrix, licet non meis meritis, tamen propter tuam ſacratiſſimam orationem, me in ſe, ſine vllo deuio erroris, in æternum conſeruare dignetur.*

& epitaphium.

VII *Epitaphii* vero adumbratio, quam ſacrilega deleuit flamma, fuit eiuſmodi:

Qui intraſtis templum, precibus qui impleſtis & ora,
Diſcere non pigeat, quis tumulo hoc lateat.
Præſulis HAISTVPHI *ſita ſunt hoc membra ſepulchro,*
Pontificale ſacrum qui bene geſſit onus.
Bis ſenis vrbem hanc Paſtor qui rexerat annis,
Dogma & Apoſtolicum protulit ore ſacro.
Iuſtitiæ cuſtos, rectus, patiensque, benignus,
Fidus in eloquiis, & pietate placens.
LVLLI diſcipulus, ſucceſſor rite RICHOLFFI,
Ambobus, meritis, non minor iſte fuit.
Quis te, ſancte Pater, cum CHRISTO neſciat eſſe?
Splendida quem tecum vita fuiſſe probat.

De conciliis, quis interfuiſſe dici-

VIII Reuerendiſſimus *Baronius* tom. IX (§ 27) & *Arnoldus Wion* 620 lib. II ligni vitæ, volunt Haiſtulphum interfuiſſe Concilio in Theodonis villa anno DCCCVI. Sed nondum is erat Epiſcopus. Et in Concilio ipſo notatur annus

Digitized by Google

annus DCCCXII. Concilio etiam Aquiſgranenſi anno DCCCXVI eum interfuiſſe coniectat MS. L. itemque Wormatienſi, anno DCCCXXIV. Videtur autem eodem illo apud *Baronium* loco mendum eſſe, dum dicitur Hildebaldus Epiſcopus Moguntiæ fuiſſe anno DCCCXIII. Nam de hoc in *S. Ludgero* lib. I cap. XIX clare traditur ſic: *Hildebaldus tunc Colonienſem metropolim habebat; & ſancto viro* (ſcilicet Ludgero) *amiciſſimus erat.*

IX *Aſtulphus*, ait in Batauia c. XXIII *Iunius*; *& quod nonnulli Codices habent*, *Aiſtulphus*, imo etiam *Haiſtulphus*, *ſignificat auxilii properum*, *quaſi Haeſthulff*, & Gallis etiamnum hodie *Haiſter* eſt properare.

* Conf. *Sagittarius* l. d. § I p. 118, auctor itidem, qui *Agnelli* vitas Pontificum Rauennatenſium tomo I *des neu-eröffneten Bücherſals* faſcic. III recenſuit, p. 228, ad illa *Agnelli* de *Aiſtulfo*, Rege Longobardorum, tomo II in vita Sergii cap. II.

X Hunc vero Haiſtulphum noſtrum in Diuis collocat eodem lib. II *Wion.* Sed vide, quæ in *Carolo*, Archiepiſcopo VII, ad extremum ponitur, moniciunculam.

Nomen Haiſtulfus quid ſignificet. — Virum in diuis collocandus?

OTGARIVS.

I

AB *Arnoldo Wione* vocatur etiam *Odogarius*, *Andegarius*, *& Amelgarius*, prout ex eius verbis, quorum pars aliqua poſt refellenda, intelligitur *.

Diverſimode ſcribitur.

* 1 Ab aliis *Otger* appellatur, item *Autcarius*, vt ex ſequentibus patebit.

2 Richolfo ſanguinis nexu coniunctum fuiſſe, *Benedictus* docet *Levita* in præfatione Capitular. — *maxime ſancta Magontiacenſis eccleſia ſcrinio a* Riculfo, *eiusdem ſanctæ ſedis Metropolitano, recondita, & demum ab* Autcario, *ſecundo eius ſucceſſore atque* conſanguineo *inventa reperimus.*

3 Ante vero, quam Moguntinenſem inibat cathedram, Weiſſenburgenſi illum Abbatiæ præfuiſſe, ſunt, qui velint. *Mabillon* l. XXIX annal. Benedictin. § LXXXII p. 502 tomi II, *Otgarius*, inquit, *Abbas Weiſſenburgenſis, quem Grimaldus in Abbatia regimine excepit. In codice fratrum conſcriptorum monaſterii S. Galli inter nomina fratrum de monaſterio* Wizanburg *notantur poſt Atonem Epiſcopum Otger Epiſcopus, &* Grimaldus Abbas.

Richolfi fuit conſanguineus. — Abbas antea Weiſſenburgenſis.

II De hoc autem Archiepiſcopo ita MS. *Otgarius vir inter huius mundi fluctus admodum patiens, ſacris in litteris ſtudioſus, felle carens, animo placidus, & exercitatione longa peritus, fit quintus Moguntiacenſis ſacroſanctæ ſedis Archiepiſcopus, non ſine Principis Ludouici* (Pii) *plebiſque Moguntinæ magno fauore, præſeditque annis XXII.* inchoando ſcilicet ab an. DCCCXXVI, quo, vti ſupra dictum, vertente, deceſſit Haiſtulphus, vſque ad DCCCXLVII, vt in *MS. & Bruſchiano Catalogo* eſt. Si alioquin ab DCCCXXVII anno, ante quem vel non iniit, vel non niſi vno, alterove die Archiepiſcopatum iniit, numerare

621 inciperemus, præſediſſet tantum annos XXI, eosque non ſolidos; cum mortuus tradatur XI Calend. Maii eodem illo anno DCCCXLVII.

Quo anno Epiſcopatum adierit.

III *Citatur*, ait MS L. *a quibuſdam ſynodus ab eodem Moguntiæ habita anno DCCCXXXIV* *, & quidem adeo celebris, vt præter Moguntinum hunc, interfuerint Colonienſis *Hadeboldus*, Treuirenſis *Hetti*, eorumque Suffraganei; & ex iis, quæ in ea decreuerunt Patres hi, librum vnum ſe legiſſe ſcripſerit

622 *Trithemius* †.

Synodum habuit Moguntiæ.

* Immo DCCCXXIX. vid. *Schmidius* diſſert. de Concil. Mogunt. n. II.

† *Vbi hæc ſcribat* Trithemius, *hucuſq; indagare non potui.* Ita *Lyſerus* de Conc. Mog. § VI p. 7.

IV Sacro baptiſmo luſtrauit hic Archiepiſcopus, eum, qui Chriſtianam primus fidem complexus eſt, Danorum Regem *Herialdum*, ſiue, vt alii vocant, *Arialdum*, vel Arnoldum cum vxore, aliiſque ipſius proceribus in S. Albani templo, anno DCCCXXVI Domini. Nam *Pithœani Annales*, e quibus & *Rhegino* ſumpſit, ita narrant; *Menſe Maio apud Ingalenheim* (Ingelheim) *habito conuentu, diuerſarum gentium legationes auditas abſoluit* (Imperator Ludouicus Pius.) *Quo tempore Herialdus cum vxore, & magna Danorum multitudine apud Moguntiam baptizatus eſt.* Et in ipſius *Ludouici* vita: *Herialdus a Nortmanniæ partibus cum vxore veniens, Danorumque non parua manu, Moguntiaci apud S. Albani cum ſuis omnibus, ſacri baptiſmatis vnda eſt perfuſus, plurimiſque muneribus ab Imperatore donatus.* Addit *Theganus* in lib. de Lu-

Herialdum Danum Moguntiæ baptizauit.

* capitul. 33 douici geſtis *; *Regis illius uxorem Reginam a Iudith Imperatrice de fonte leuatam.* Edit. 1 pag.

Cointius *an. DCCCXXVI n. XXIII putat, ſuperſtitem in viuis tunc fuiſſe Haiſtulfum, &* Serarium, *nonnulloſque alios, qui tradunt, Otgarium, eius ſucceſſorem, Regem & Reginam baptizaſſe, deceptos eſſe. Verum cum ex dictis conſtet, Otgarium an. ſuperiore ſedem Moguntiacenſem iniiſſe, controuerſia hac nunc diremta. Pagi* ad an. DCCCXXVI n. XIV p. 529

S. Anſgarium Wormatia conſecrauit.

V Wormatiæ anno DCCCXXXIII primum, qui Danorum & Suecorum Apoſtolatus nomen meruit, Archiepiſcopum Hamburgenſem, de quo ſupra l. III not. XXIII, cum Drogone Metenſi Epiſcopo, aliiſque; conſecrauit S. Ansgarium, vt eſt in *Adami Bremenſis* libro I cap. XVII, & in Crantzio lib. I Metropolis cap. XX *.

At *Petrus Lambecius* chronolog. & auctar. lib. I rer. Hamburgenſ. p. 103 duobus oſtendit argumentis, falli eos, qui Auſcharium hoc anno Archiepiſcopum ordinatum velint. Tum vero ſatis clare demonſtrat, illum nec anno XXXII, nec anno XXXIII, nec anno XXXIV, ſed iam DCCCXXXI, anno Ludouici Pii XVIII, ſub principium auctumni, apud Theodonis villam, in conuentu omnium Imperii Procerum, dignitatis Archiepiſcopalis ſacra ſuſcepiſſe. Adhæc, cum obſtare videantur tabulæ, quibus Archiepiſcopatum hunccе ſtabiliuit Ludouicus, confirmauitque (anno quippe XXXIV confectæ) vti ſane multis anſam dediſſe videntur, ſtatuendi, hoc demum anno S. Anſcharium ordine Archiepiſcopali initiatum eſſe; *diligenter* iſtud ſic conciliat p. 1043 *Quamuis autem, vt iam abunde probaui, Archiepiſcopatus Hamburgenſis anno æræ Christianæ DCCCXXXI fundatus fuerit, propter grauiſſimas tamen turbas, quæ deinceps an. æræ Christi DCCCXXXII & DCCCXXXIII ſecutæ ſunt, diploma de confirmatione illius Archiepiſcopatus, & donatione monaſterii Turholt non fuit ab Imperatore Ludouico promulgatum, an. Christiana DCCCXXXIV, cum is, poſt impiam per niſi tertio poſt anno, nempe Idib. Maii anno æræ filios abdicationem, in integrum eſſet reſtitutus, & Imperatoriæ maieſtatis faſtigium recuperaſſet.*

adem Nolckhemii dedicat.

VI Anno DCCCXXXIV conſecraſſe Nolkeimenſis pagi eccleſiam, de qua lib. II ſupra cap. XIX, notatum eſt in quodam illius lapide.

in Italiam mittitur.

1 Suborta iiſdem temporibus erant Ludouicum inter & Lotharium noua diſſidia. Quibus ſedandis cum pius pater admoueret vigilias, Otgario id negotii dedit, in Italiam ad Lotharium vt properaret, ac ad pacem ea conuerteret. Paruit noſter, & an. DCCCXXXVI in Italiam conceſſit, rem, qua pollebat, ingenii ſollertia eo deducturus. Et tum oſſa *S. Seueri* conſecutus eſt, ac dein in Germaniam tranſtulit. Conf. infra § X.

a fuit deſideratur.

2 Cum vero in his, idque genus aliis negotiis regiis multum a ſua abeſſet eccleſia, viſum fuit Clero Moguntinenſi, Imperatorem adire, petitum, poteſtatem Otgario, ad ſuos redeundi, neceſſitate ita exigente, faceret. Patet id ex epiſtola illorum reclamatoria, apud *Cheſnium* tomo II hiſtor. Franc. p. 725, vbi Otgarii ſeu Otgeri reditum in ſedem ſuam ab Ludouico Imperatore flagitant, *propter nimiam neceſſitatem, quæ quotidie in ipſa parochia graſſabatur, abſente diu & procul verſante ſuo paſtore.* Quibus verbis *Mabillonius* in elogio Rabani hiſtorico § XXV p. 30 ſubdit: *Id propterea noto, quod nullam eius rei mentionem facit* Serarius *in hiſtoria Moguntina.*

3 Anno DCCCXXXVIII. Nouiomagi fuit, cum Ludouicus, Ludouico & Carolo filiis præſentibus, litem Gozbaldum inter ac Rabanum, Abbatem Fuldenſem, compoſuit, quæ vide *traditiones Fuldenſes* apud *Piſtorium* p. 470. Nouiomagi fuit. 120

adeo Hirſaugienſem inaugurat.

VII *Anno DCCCXXXVIII Hirſchauienſis monaſterii eccleſiam in honorem S. Petri & Aurelii, & Hersfeldenſis poſtea Abbatem Luitbertum, Abbatis Bunn fratrem, qui cum XV fratribus illuc Fulda venerat, ſacrauit, præſentibus Epiſcopis, Colonienſi Hildeboldo, Bremenſi Willerico, Hildesheimenſi Ebone, Tiagrio Halberſtadenſi: Abbatibus Fuldenſi Rabano, & Hirsfeldenſi antea* 622 *nominato*, vti ait *MS.* & *Trithemius* *, qui *hæc ſe idcirco*, ait, *copioſius deſcribere, quod in libro geſtorum ipſius* Otgarii *Epiſcopi non ſunt impoſita, ſeu* forſitan ex incuria Scriptorum omiſſa: *Otgarius*, inquit, *Archiepiſcopus vna cum ceteris Epiſcopis, Abbatibus, & Principibus, corpus ſanctiſſimi Præſulis Aurelii de Capella S. Nazarii, cum magna deuotione allatum, ſummo altari honorifice incluſit, per cuius meritum multa miracula fiebant.*

* Chron. Hirſaug. ad h. a. p. 63 quo loco ſimul notat, Otgarium diem ædi conſecrandæ, Imperatoris aſſenſu ſtatuiſſe; Lutbertum Abbatem, inauguratione finita, ordinaſſe; tum vero Erlafridi donationem cœnobio factam, loci Pontificis banno perpetuæ ſtabilitatis, communiuiſſe; & tandem Erlafridum ei dediſſe aduocatum p. 7.

Ludouico Pio morienti adfuit.

VIII Cum anno Domini DCCCXL communem, tritamque humani generis ingreſſurus viam eſſet idem Pius Imperator, *in quadam iuxta Moguntiacum inſula*, inquit extremo libro ſecundo *Nithardus*, vel, vt noſter MS. *in palatio*

(in

Edit. I pag. (in quod ex inſula ille vectus erat) *Ingelheimenſi*, inter Epiſcopos alios, qui monitionis, & conſolationis, in extremo illo vitæ tempore, cauſa ei aderant, præſto fuit Otgarius, prout habet vetus Anonymi narratio de Ludouici geſtis *.

* p. 423. & *Aimonus* append. lib. V cap. XIX, quibus e recentioribus add. *Brouuerum* annalium Treuirenſ. lib. VIII § LXXXVIII p. 408.

Concilio in- Eodem, poſt Ludouici tamen obitum, anno, concilio Ingelheimenſi, in quo Ebo, Lothario adnitente, in ſedem Rhemenſem reſtitutus eſt, interfuit ac ſubſcripſit. Vid. diplomata a *Leuckfeldio* antiquitatibus Halberſtadenſ. ſubiuncta n. VIII p. 619. *terfuit Ingelheim.*

IX In bello autem, quod inter Ludouici huius Pii filios poſt eius mortem ſubortum eſt, adhæſit contra Ludouicum, & Carolum fœderatos, Lothario illius primogenito, & Imperatori, cumque ab hoc ad Rheni litus cuſtodiendum ſtatutus eſſet, venit per Tullenſem vrbem in *Alſatiam Tabernas* Carolus. *Quod cum Otgarus* (verba *Nithardi* Angelberti, qui Caroli Magni filius, & nominata loca *Eliſazam, Zabarnamque* vocat, pono lib. III hiſtoriæ) *didiciſſet, vna cum ceteris litore relicto abiit*, idemque iterum fecit poſtea, cum Moſellæ tranſitu eoſdem illos Ludouicum, & Carolum prohibere debuiſſet, vti narrat idem auctor. *Lothario adhæſit.* *p. 101.* *p. 103.*

Scilicet arma minus, quam ſacra, Otgarie, noras.

Quod in Præſule magis laudandum.

X Accidit vero, vt rebus compoſitis, apud Ludouicum Germaniæ Regem gratia valeret idem Præſul, cumque ab illo diſſideret eius filius alter Lotharius, factum eſt, quod refert *Sigebertus* anno DCCCXXIV, breuiter *Trithemius* in Hirſaugienſi, vberius vero *Moguntinum Breuiarium* die XXII Octobris in S. Seueri lectionibus: *Seuerus ſacra doctrina cælitus potius infuſa, quam huma-* *in Italiā ablegatus.*
623 *nitus parta pollens, omnium virtutum gratia fuit ornatus. Cumque ſanctiſſime gregi credito diu præfuiſſet, vitæ terminum ſibi imminere ſentiens, Miſſæ officio peracto, ad tumulum vxoris, & filiæ (quæ prius obierant) acceſſit, eoque aperto, ſibi vt locum cedant, iubet. Ad quam vocem mirabiliter commoto ſarcophago, ſigno crucis ſe muniens, viuus tumulum intrauit, atque ita inter verba orationis obdormiuit in Domino. Poſt aliquod deinde temporis interuallum, contigit Otgarium Moguntinum Archiepiſcopum in Italiam proficiſci, vt pacem inter Imperatorem Ludouicum patrem, & Lotharium filium componeret: qui, cognito, Ticini reliquias Seueri haberi, a loco, vbi prius repoſitæ fuerant, ablatas, ſecum Moguntiam aduexit, ac in templo S. Albani recondidit. Vnde poſtea Erphordiam ad cænobium tum D. Paulo dedicatum, magna populi comitante frequentia tranſlatæ, ſplendidiſſimam ibidem conſecutæ ſui nominis baſilicam, eam creberrimis miraculis illuſtrant.* S. Seueri reliquias *Moguntiam aduexit, & deinde Erfurtum tranſtulit.*

Otgarium *S. Seueri* oſſa Erfurdiam tranſtuliſſe, teſtantur ad vnum fere omnes. De anno vero, quo ea deportarit, in diuerſa abeunt. *Sigebertus Gemblacenſis* ad an. DCCCXXIV refert, p. m. 526; idem facit *Albericus* in chronico p. 169, & per errorem pro Erfordia *Bopardiam* habet. Sed fallit vterque. Tum enim Otgarius nondum ad mitram Moguntinenſem vocatus erat. Auctor *Erphordiani antiquit. Variloqui* in an. DCCCXLII reiicit. at vero nec is bene; ſi quidem res hæc contigit, vt in *Breuiarii*, quam auctor adducit, lectione habetur. Habuit autem ſe ita. Audiamus modo *Luidolfum Presbyterum* in vita Seueri apud *Bollandum* ad diem I Februar. *Ludouicus Imperator* Otgarium *Moguntinenſem Epiſcopum, &* Hildi *Virdunenſem Antiſtitem, duoſque Comites, quorum alter* Warinus, *alter* Adalgiſus *vocabatur, ad Lotharium filium ſuum, qui eo tempore Ticini morabatur, deſtinauit, pro pace & amicitia inter eos reparandis, quæ prauorum hominum machinatione ex aliqua parte erant turbata. Sifridus Presbyter* anno DCCCXXXVI id factum vult, ac *Otharus*, inquit, *Archiepiſcopus Moguntinus tranſtulit oſſa Sancti* (l. Seueri) *Epiſcopi ad Erfordiam.* Recte quidem. Hoc enim anno legationem iſtam Otgarium obiiſſe *, demonſtrat *Pagi.* Conf. etiam *Bollandus* l. d.

Ceterum non ab re erit ſubdere, quæ idem narrat *Luidolfus* Presbyter: *Euoluto autem aliquanto tempore, idem venerandus Archipræſul* Otgarius, *volens ſanctas illas reliquias ad maiorem ſacri cultus venerationem perlucere, oſſa ſancti* Seueri *tranſtulit in Thuringiam, ad locum regalem, qui vocatur* Erphesfurt, *comitantibus Presbyteris & clericis diuerſi ordinis, turbaque populi non modica.* & paullo poſt: *Oſſa autem eiuſdem Sancti in eccleſiam in honore S. Pauli Apoſtoli dedicatam tranſlata ſunt.* Addit *Pagius ad* an. DCCCXXIV n. VII p. 516, *die XXII Octobris priorem tranſlationem peractam eſſe, ex eo erui tur, quod an. DCCCXXXVI is dies in dominicam incidat.*

XI Circa Domini annum DCCCXLIII habuit in Hirsfeldenſi cœnobio diſſen- *diſſenſionem*

habuit cum Herſfeldenſibus.

diſſenſionis aliquid, ſed anno DCCCXLV in conſenſionem adducta omnia, prout eiuſdem cœnobii cœnobita narrat *Lambertus*, & *MS* *. Edit. I pag.

* Tum præter hos, *annales Hildeshemenſes* p. 715, *chron.* item *Quedlinburgenſe* p. 278. Lis autem, quæ ei cum Herſfeldenſibus interceſſit, erat de decimis frugum & porcorum, *ex terra*, vt *Lambertus* loquitur, *Thuringorum.* quas Otgarium vel ſibi vindicare voluiſſe, vel ſua in diœceſi Herſfeldenſibus dari noluiſſe, *Sagittario* l. d. § VII p. 137 probabile videtur. Ceterum diſſenſionem magnam fuiſſe, quia tantam, vnde multa euenerint mala; tandem vero per legatos Lotharii Imperatoris ſopitam dicit *Latomus* in catalogo mſ.

XII Ei ſuos *in Sapientiam*, &, vti ait *Sigebertus* anno DCCCXXVII, *in Eccleſiaſticum*, Commentarios inſcripſit Rabanus *.

* 1 Circa an. DCCCXL, & præter eos circa an. DCCCXLII (vt docte eruit *Mabillonius* in elogio Rabani hiſtorico, § XLIX p. 43) libellum *de Pœnitentia.* Vid. *Rudolfus* in vita Rabani § LII p. 20. *Rogauerat autem* Otgarius *Rabanum*, *vt libellum, qui* Sapientia *nuncupatur, enodaret.* Idem l. d. § LI p. 20.

Benedictū ad colligenda Capitularia hortatur

2 Ceterum & *Benedicto*, Moguntiacenſi *Leuita*, auctor fuit, vt Capitularibus Caroli M. & Ludouici Pii ab Anſegiſo collectis, libriſque quatuor comprehenſis, tres alios adiiceret. Sic namque is ipſe *Benedictus Leuita* in verſiculis, qui in antiquis quibuſdam συλλογῆς huius codicibus leguntur:

Quatuor explicitis, lector venerande, libellis,
Qui canonum recitant iura tenenda ſatis,
Quoſque pater quondam collegit nobilis apte,
Anſegiſus ouans, ductus amore Dei.
Otgario *demum, quem tunc Moguntia ſummum*
Pontificem tenuit, præcipiente pio.
Poſt Benedictus *ego ternos* Leuita *libellos*
Adnexi, legis queis recitatur opus.

Pithœus in priori editione habet, *Aut cario*, diuiſe. ſed perperam. legendum enim *Autcario* coniunctim: vt *Otgarii* nomen in præfatione *Benedictus* iſte extulit *Leuita.* Vnde *Otgario* repoſuit *Gerh.* von *Maſtricht* hiſtor. iuris eccleſ. & pontif. § CCIII p. 220 & § CCXVII p. 230 & ſq.

Tumulatur ad S. Albanum.

XIII Cum autem anno, & die ſupra notato vitam deſeruiſſet, in S. Albani ſacello, quod S. Bonifacii memoriæ ſacrum, humatus, iſtoque ornatus epitaphio eſt *:

Qui intraſti templum, pronuſque hanc ſiſtis ad aram,
Non ſpernas, Lector, hunc titulum legere.
Hic tibi mox pandit, tumulus cuius ſit, & iſtic
Otgarii nomen, factaque clara dabit.
Pectore ſub cuius regnans patientia victrix,
Fluctibus in tantis anchora fixa fuit.
Felle carens, animo placidus, dulcedine paſtus
Præſulis officium rite peregit ouans.
Quatuor hic luſtra, binos compleuit & annos, 624
Moxque vrgente die raptus ab orbe fuit.
Hunc meliore via credo ad cæleſtia vectum,
Non premit vrna rogi: ſed tenet aula Poli.
Rex Regum, Chriſtus, huic latus ſemper adeſto,
Et nobis clemens ſis ſine fine Deus.

* Quod quidem *Sagittario* l. d. § VIII Otgarii Archiepiſcopi ætatem haud ſapit.

quando obierit.

Deceſſit autem, vt recte *Serarius* notauit, an. DCCCXLVII. vid. *necrologium Fuldenſe* p. 762; vt *Marianum Scotum* ad h. a. p. 442, *Lambertum Schafnaburgenſem* ad h. a. *Chronographum Saxonem* ad h. a. p. 138, *annales Hildesheimenſes* l. d. *Chronicon Quedlinburgenſe* l. d. taceam.

Confunditur a Wione cum Andegario Campidonenſi.

XIV *Arnoldus* vero *Wion* Archiepiſcopi huius initio citatus ita de eo ſcripſit lib. II ligni vitæ: *Quintus* Archiepiſcopus Moguntinus *S. Andegarius, qui & Odogarius, & Amelgarius, monachus, & primus Abbas monaſterii Campidonenſis, creatus anno DCCCXXV, ſedit annos XXII. fuit vir nobilis, & magnæ religionis, regulariſque diſciplinæ inſtructor præcipuus. Obiit anno DCCCXLVII, & ad S. Albanum ſepelitur*; de quo *Belforeſtius* in *Coſmographia ſua.* Sed ſane diuerſiſſimos homines duos facit oratio hæc vnum. Andegarius enim, qui & Amelgarius, nunquam fuit Otgarius, nunquam Moguntinus Archiepiſcopus. Ille ex ea Brunſwicenſium *Grundeſeſtorum* familia extitit, qui Brunſwicenſes poſtea Duces facti ſunt *: Otgarius noſter non. Ille Abbas Campidonenſis primus factus eſt anno DCCLXXVII. Otgarius puer tum adhuc

Edit. I pag. huc erat. Ille mortuus eſt anno DCCXCVI; Otgarius nondum tunc Epiſcopus, ſed plures poſt annos ad eam primum dignitatem euectus, anno DCCCXXVI, & ex ea, vitaque ſimul euocatus anno DCCCXLVII. Ille dicti anni menſe Nouembri die II mortuus eſt: hic anni etiam nominati menſe Aprili, die XXI. Ille Campidonæ ſub ara maxima in choro humatus eſt: Otgarius Moguntiæ in S. Albani baſilica. Ex hiſce, qui tam locis, temporibus, aliiſque rebus differunt, licetne vnum conflare? Immo antequam e vita noſter exceſſiſſet Otgarius, exceſſerant Campidonenſes Abbates primi tres, *Andegarius*, *Agapetus* de duro cornu, & *Gothardus* Kaltenbergerus, prout ex illius monaſterii monumentis & *Bruſchio* in Germaniæ monaſteriorum Chronologia perſpicuum. p. 25, 28, 29.

* Sequitur hic, ne id præteream, auctor *Bruſchium*, qui chronolog. monaſterior. centuria I p. m. 101 de *Andegario*, primo Abbate Campidonenſi memorat, quod *Grundefeſtus* fuerit appellatus, *de Brunſvviga*, *Rolandi filius*, *eorum generis*, *qui poſtea ſucceſſu temporis Duces creati*, *Brunſuicenſes Duces dicti ſint.* Eadem, quod mireris, chorda oberrat *Pregizerus* in Sueuia ſiue Wirtenbergia ſacra ſæc. VIII p. 26.

625

RABANVS.

QVia fuit in Germania, totaque Dei eccleſia, cum agendo, tum docendo, & ſcribendo, magnus hic Archiepiſcopus, de ipſo agam paullo diſtributius.

I, de ipſius *patria*, quæ a Ricobaldo Ferrarienſi, & Ptolemæo Lucenſi [1] *Anglia*, ſed ab aliis omnibus *Fulda* [2] traditur & recte. Sic enim in epitaphio ſuo ipſemet: *Rabanus patria dicitur Fuldenſis.*

Vrbe quidem genitus ſum, & ſacro fonte renatus
In Fulda *.

Eſt autem Fulda nobiliſſimo illo S. Bonifacii monaſterio, de quo ſupra eius vitæ lib. III not. XXXVI, eiuſdemque ſacris reliquiis, & hodie ſchola inſigni, quam Pontificis Maximi præclare auget, ornatque Seminarium, inclita: eſtque in Haſſia, vel in orientali Francia. Vnde & *Albinus* de eodem Rabano in carmine ad Gregorium IV,

Ipſe quidem Francus genere eſt, atque incola ſiluæ
Bochoniæ.

Quæ ſilua id nomen & accepit, & ditioni toti attribuit a fagis plurimis, maximiſque. Hæ ſiquidem Germanica lingua *Büchen* vocantur, ſupra lib. III notat. XXXVI.

1 Rabanum gente alii volunt fuiſſe *Anglum*. vid. *Volateranus* anthropol. lib. XIX; alii *Scotum*, vt præter alios *Dempſterus* hiſtor. eccleſ. gentis Scotorum lib. XVI n. 1037; quorum vtroſque merito redarguit *Henſchenius* in commentario ad vitam Rabani prævio, *illos*, § VI p. 501, *iſtos*, § VIII p. 502; ſed Germanus, in Francia natus orientali.

2 Patria fuiſſe Fuldenſem, plures cenſent, quos inter ipſe auctor noſter h. l. Sed minus recte. Primum enim auctor *anonymus* breuis commemorationis, quæ poſt libros *de vniverſo* in codice *Mabillonii* mſcr. & ante quadringentos iam annos exarato, reperitur, diſerte Moguntiæ natum ſcribit. *Rabanus*, inquit, *Maurus Moguntia natus & renatus*, *& a puero in Fulda monachus.* vid. *Mabillon* in elogio Rabani hiſtorico n. XXXIX p. 36. Cum maxime vero (quod ſecundo notandum loco) Rabanus ſi non ipſe, quod tamen nemini fere dubium videtur, in epitaphio, auctor certe illius, nomine Rabani canit:

Vrbe quidem hac genitus ſum, & ſacro fonte renatus,

Intelligit autem Moguntiam. Bene namque *Mabillon* l. d. n. II p. 21, *non audiendi ſunt*, *qui interpunctionem vocabulorum*, in Fulda, *locant. Rabanus enim ſepulturam ſuam deſignauerat Moguntia in monaſterio S. Albani. ac proinde verba illa*, vrbe quidem hac genitus ſum, *de Maguntia explicare oportet*, *& quidem ſic explicauit* vetus *quidam* anonymus, *cuius ſententiam referemus infra n. XXXIX.* conf. *Idem* annal. Benedictinor. lib. XXVI § XXXIX p. 315 tomi II, *Henſchenius* l. d. § IX p. 502. Dein vel ex eo patet, quod Fuldam non intellexerit, ſed Moguntiam, quoniam dicit, *vrbe hac genitus ſum.* Quamuis enim præclaris Fulda ædificiis excelluerit, non vrbs tamen, nec oppidum tempore B. Rabani cenſeri meruit, vt bene monet *Henſchenius* l. d. § IX p. 502. Ceterum conf. qui ſimiliter id oſtendit, *Coluenerius* in prolegomenis ad opera Rabani, *accurate & vere*, *vt* cenſet *Mallinkrot* de ſanctis Germaniæ Cancellariis p. m. 477.

3 Illuſtri autem genere ortus fuit: quod *Mabillon* l. d. n. III p. 21 & ſeq. ſatis clare oſtendit. Vtrum parentibus *Rathardo*, e Magnentiorum

tiorum proſapia, quod *Trithemius* vult, ac *Adelgunde*, honeſtiſſimæ conuerſationis muliere, inexploratæ veritatis res eſt. Conf. *Mabillon* l. d. Edit. I pag.

4 Quando lucem aſpexerit, non vna omnium ſententia eſt. Anno DCCLXXXV *Henſchenius* natum vult l. d. § XXXI p. 507; anno fere DCCLXXVII *Mabillon* l. d. n. IV p. 22. IV Non. Iun. in lucem editum *Trithemius*, neſcio vnde, habet.

nomine patrio vocatus fuit Raban⁹

II, de *nomine*. RABANVS vocatus fuit. Nam in citato epitaphio; *Rabani nempe*, ait, *mihi nomen*, prout quidem edidit anno MDI *Wimpfelingus* in fine libri de cruce; prout vero anno MDXXXIV ante Hieremiæ commentarios Baſileenſis typographus Henricus Petrus, *Raban nempe mihi nomen.* Nam & pro *Beda* in S. Bonifacii noſtri epiſtolis legitur *Bedas* & *Bedan.* Et in fine libri I de ſancta cruce;

Cui cano iure canam HRabanus, verſibus, ore.

Cumque ibidem ſe ante Domini crucem geniculantem, & ſuo in monaſtico habitu illam adorantem deſcriberet, artificioſe id totum hiſce litteris depingit:

Hrabanum memet clemens rogo, CHRISTE, tuere, 626
O pie iudicio. Et in fine libri II;

Vtinam vſque in finem vitæ meæ placita illi (CHRISTO) *& honorifica ſemper decantem; minimus omnium ſeruorum tuorum, & peccator Rabanus hymnis, laudibus, corde, ore, manu, & totius geſtu corporis* *.

* *Rabanus* autem dictus fuit nomine patrio, multum olim vſitato, quod vel ipſe auctor in ſequentibus innuit. Vt adeo non riſum ſolummodo moueat, ſed deridendus etiam ſit *Engelhuſius*, dum p. 1066 chron. ſcribit: *Prius erat* (Rabanus ſcilicet) *monachus in Corbeia noua, ſub cuius ſede coruus nidificans pullos eduxit in cella ſua, ideo dictus eſt* Rabanus: *quia* Raven *ſaxonice* coruus *eſt latine.*

cognominatur Maurus

MAVRVM vero in librorum eius inſcriptionibus lego pæne ſemper. Et ne Mauritaniæ prolem quis credat, præſertim quia his temporibus, Mauri, vt aiunt *Pithœani annales*, anno DCCCXLVI *Romam oppugnarunt, & S. Petri eccleſiam vaſtarunt*, & anno DCCCXLIII *Beneuentum*, quam hodie in Germania multi *Mor* cognominantur? forte id etiam a Mauro S. Benedicti candidiſſimo diſcipulo cognomen accepit *.

* Immo *Mauri* nomen accepit a præceptore ſuo *Alcuino*, & quidem pro more illius ſæculi, de quo pluribus *Mabillon* l. d. n. I p. 20. Dum *Dempſterus* ab habitu corporis ita vocatum vult, non recte cenſet, vt *Henſchenius* ait l. d. § XI p. 503.

ab aliquibus etiam Magnenti⁹

MAGNENTIVM etiam cognominant aliqui, vt eſt in *Bruſchiano* catalogo. Sed videntur hi ſubtimuiſſe, ne, quia *Rab* noſtris coruus eſt, *Rabanus* putaretur *Coruinus:* ideoque ſeſe ad Hebræam vocem, quæ *multum, magnumque* ſignificet, contulerunt, *Magnentium*que appellarunt *: licet Hebræam linguam intuendo, Germanicus ab ea coruus videatur euolaſſe, qui in illa eſt, *Oreb*, ſeu *Horeb.*

nomen, Rabanus, multis olim commune.

* *Magnentium* ſane paſſim cognominat *Trithemius.* Ex vetuſtis vero ſcriptoribus ante *Ademarum Ecoliſmenſem* monachum, & *Sigebertum* lib. de ſcriptoribus eccleſiaſt. quod ſciam, nullus. A Magnentiana autem familia, qua ortum credidit, ita appellauit *Trithemius.* vid. *Mabillon* l. d. p. 20. *Magnetium* etiam & *Magentium* dici, obſeruat *Labbeus*, additque: *Magnentius Rabanus Maurus, ſiue vt alii, Rabanus Maurus Magnetius aut Magentius: quod vltimum forte illi a patria adhæſit. Magentia enim ſiue Moguntia natum ſe atque renatum in epitaphio clare inſinuat.* Hæc ille. *Quid* Dempſterus *velit, dum cognomento Gallico* Magnentium *vocatum ſcribit, non capimus*, inquit *Henſchenius* § XI p. 103.

Fuerunt eodem fere tempore *Rabani* alii, vt qui a Carolo Rege, quaſi per antiphraſin, vocatur *Rabanus, paruus Nanus* apud *Frodoardum* l. III c. XL, ibidemque *Rabanus Presbyter*, & apud *Baronium* tom. X poſtea *Rabanus de Helmſtadt*, Epiſcopus Spirenſis, *Raban ſignifer* in *annalibus Pithœanis* anno DCCCXLIV. Flumen *Raba* in *Lamberto* anno MXLII; vnde vrbs *Iaurinum*, hodie *Rab.* Sed forte in *Rabani* nomine omen, cum doctor, magiſterque tantus fuerit. Hebræis enim *Rab* etiam doctor eſt, a multiplici doctrina. Vnde *Rabbini.*

Fuldæ fit monachus.

III de *vitæ ſtatu.* Sacras diligenter litteras legendo ac meditando, caduca, & fluxa omnia diuino poſthabere cultui ſtatuit: ſicque ad S. Benedicti ſeſe regulam

Edit. I pag. regulam applicuit, in eadem, in qua natus, & altus, vrbe Fuldenſi. Nam poſt indicatam patriam, ita in ſuo epitaphio progreditur:

—— *Dogma ſacrum didici.*

627 *Quo* (dogmate) *monachus factus, ſeniorum iuſſa ſequebar.*

Norma mihi vitæ, regula ſancta fuit.

Quo, inquam, *dogmate*, vt in epitaphio *Io. Scoti* apud *Malmesburienſem* l. II c. IV, de quo infra, ſimiliter eſt.

Conf. *Mabillon* l. d. n. V p. 22. Diaconus factus eſt an. DCCCI.

IV, *Quid monachus egerit.* Egit prudens, piuſque iuuenis, quæ monachi erant, vacando aſſidue diuino cultui, ſolidis virtutibus, rerumque diuinarum ſtudiis. In quibus omnibus ita profecit, vt excelleret. *In monaſterio* (ait *Trithemius* lib. de Scriptoribus) *Fuldenſi adhuc iuuenis monachum induit, & tam moribus, quam ſcientia mirabiliter profecit, &* (vt ait *Bruſchianus* catalogus) *virtute, innocentia, & morum ſanctimonia clariſſimus.* Docebunt, quæ ſequuntur. quid monachus egerit;

V, De *ipſius virtutibus.* *Pietatis* eius index opus de ſancta Cruce, & inprimis ardens eius ad Crucifixum oratio lib. I & II vincta, ſolutaque. Animi eius *demiſſio* ibidem cernitur, & in epiſtola ad Ludouicum Regem lib. de Vniu. rurſusque ad Humpertum Epiſcopum, vbi de ſe ſic: *Rhabanus viliſſimus ſeruorum Dei ſeruus*, & ad Haymonem Epiſcopum: *inutilis ſeruorum Dei ſeruus*. In epitaphio ſeipſum accuſat, Eluxit pietate, nec non animi demiſſione,

Sed licet incautæ hanc (regulam) *nec fixe ſemper haberem.*

Immo per Albinum apud Pontificem, vt ab eo preces impetraret, accuſari ſe velut peccatorem magnum voluit:

Altithrono vt reddas pignus, quod præſtitit ipſe,

Inſtanter poſcens artifici veniam.

Qui quantum potuit, non quantum debuit ipſe

Extitit, vt grates redderet ore Deo.

Crimine pro miſeri largas tu funde potenti,

Alme, preces Domino, ſicque iuuato tuum.

Qui multa infanda ſemet egiſſe fatetur,

Artes laſciua quanta patrare ſolet.

628 Poſtea:

Tantum tu precibus ipſum, meritisque ſacratis

Commenda CHRISTO, ſicque beatus eris.

In præfatione lib. II de Cruce: *Ego viliſſimus homuncio.* Denique præfatione in Ieremiam ad Lotharium Imperatorem: *Magni aliquid nunquam fui.*

Erga Romanum *Pontificem obſeruantia* eius quanta fuerit, argumento ſunt hi eius ad Gregorium IV verſus: obſeruantia erga Pontificem,

Sedis Apoſtolicæ Princeps, lux aurea Romæ,

Et decus, & doctor plebis, & almus amor.

Tu caput eccleſiæ es, primus patriarcha per orbem,

Præclarus meritis, & pietate potens.

Sol terræ, mundi lux, atque vrbs inclita CHRISTI

Perpetuæ præbens lucis iter populo.

Veſtra valet cælum reſerare, & claudere lingua,

In terris poſitus clauiger æthereus.

Principis Apoſtolico Petro commiſſus in aulam,

In terris vicem cuius & ipſe geris.

Catholicæ religionis amor, & in eadem *conſtantia.* In epiſtola, qua ſuos de clericorum inſtitutione libros Moguntino Epiſcopo dedicat, *Confido*, ait, *omnipotentis Dei gratia, quod fidem, & ſenſum Catholicum in omnibus tenuerim;* Catholicæ religionis amore,

ita

nec per me ea protuli, ſed auctoritati innitens maiorum, per omnia illorum veſtigia ſum ſecutus, Cyprianum dico, atque Hilarium, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum, Gregorium, Ioannem Damaſcenum, Caſſiodorum, & ceteros. Et paullo poſt: *In omnibus (ni fallor) Catholicam imitatus ſum veritatem, a qua, ſi Dominus adiuuerit, non patior vllo modo diuelli, quam & te pra omnibus habere, & amare confido, & ideo tua ſuffragia ſupplex peto.* Huc etiam faciunt, quæ paullo ante e prologo in lib. de Cruce allata. In oratione ad CHRISTVM lib. II de Cruce; *Quamdiu ſum in hoc corpuſculo, dirige me in ſemita recta fidei Catholicæ.* Paret nimirum iis, quæ ipſius ſcripſit præceptor, de quo infra, *Alcuinus* lib. de Trinitate cap. I *. Edit. I pag. 629

* De his, aliisque, quibus eluxit virtutibus, erudite pariter fuſeque egit *Mabillon* l. d. n. XXXIV p. 34 & ſeq. quem inſpicere iuuabit.

diligens fuit in ſtudiis, VI, De *ſtudio.* Fuiſſe perſtudioſum, tantus progreſſus, tantaque librorum ab eo conſcriptorum, de quibus poſtea, teſtis multitudo; & in epitaphio, ſe cum accuſaſſet, pergit:

Cella tamen mihimet manſio grata fuit.
Rabban nempe mihi nomen, & lectio dulcis
Diuinæ legis ſemper vbique fuit.

Cum iam Archiepiſcopus factus eſſet, grauique inualetudine a legendo, & ſcribendo auocaretur, magnum ex ea re dolorem capiebat: *Grauis*, ait in Hieremiam prophetam, *ægritudine preſſus iam ſæpius in lectulo accumbo, quam ad ſcribendum, vel ad legendum in meditatorio ſedeo. Idcirco quoniam verſa eſt in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentium, libet me magis peccata mea plorare, quam cantu Muſicam ſonare, dicendo ad Dominum cum Propheta:* *Ps. 37. 9 ſq.* *Incuruatus ſum & humiliatus ſum vſquequaque, rugiebam a gemitu cordis mei: et ante te eſt omne deſiderium meum, & gemitus meus a te non eſt abſconditus: Cor meum conturbatum eſt in me, & deſeruit me fortitudo mea, & lumen oculorum meorum non eſt mecum* *.

* Idem docte non minus, quam copioſe tradit iſta explicatque *Mabillon* l. d. n. XXXII p. 33 & ſeq.

excelluit ſcientia & eruditione. VII, De *ſcientia.* Excelluit vero multiplici rerum cognitione. *Pithœani* (e quibus poſtea *Vincentius* lib. XXV Speculi cap. XXVIII, & *Sigebertus*) *annales* anno DCCCXLIV, *Hrabanus ſophiſta, & ſui temporis poetarum nulli ſecundus.* Sophiſticum nomen olim variam eruditionem in aliquo ineſſe ſignificabat, magnaque in laude ponebatur. Vnde & *Ioannis Scoti* anno DCCCLXXXIII mortui epitaphium apud *Wilhelmum Malmesburienſem* lib. II cap. IV, 830

Clauditur hoc tumulo ſanctus ſophiſta Ioannes,
Martyrio tandem CHRISTI conſcendere regnum
Qui meruit.

Odilo Abbas Cluniacenſis in ſermone de laude ſanctæ Crucis ſic inquit: *Rhabanus ſeculari ſcientia affatim eruditus, fide Catholicus, ſpirituali ſcientia ad plenum edoctus, tale de laude S. Crucis texuit opus, & texendo perfecit, quo pretioſius ad videndum, amabilius ad legendum, dulcius ad retinendum, laborioſius ad ſcribendum non poſſit inueniri.* 630 *Trithemius* lib. de Scriptoribus: *Vir in diuinis litteris, & ſcripturis eruditiſſimus, & in ſingularibus litteris nobiliter doctus, philoſophus, rhetor, aſtronomus, & poeta ſubtiliſſimus, cui (vt abſque inuidia loquar) nec Italia ſimilem, nec Germania peperit æqualem.* Sed magno iudicio, magnaque antiquitatis peritia excellentiſſimus Cardinalis *Baronius* nuper in annalium ſuorum tomo X, *Emicuit plane Rhabanus, vt fulgentiſſimum ſidus, cuius quæ extant ſcripta tanquam lucis radii excellentiam demonſtrant auctoris, vt & iiſdem illuſtrata Germania glorietur ſuum haud adeo imparem magnis habuiſſe doctorem.*

Ingenio exc. Opus vero illud de *S. Cruce*, quia plane mirificum, ingenio eum fuiſſe præclariſſimo indicat, & ad omnia, quæ audiuiſſet, aut legiſſet, præclara omnia imitandum facilimo. Nam lib. I in proſoprologo: *Secundum*, ait, *Porphyrii exemplar litteras ſpargere didici*; cum tamen illa tanta ſparſio eas diſſiculcates habeat,

Edit. I pag. habeat, quas norunt eiuſmodi artificiorum non ignari. Fuit autem *Porphyrius* ille, non is, qui in Philoſophorum liminibus teritur, ſed poeta, qui ad Conſtantinum Magnum ſcripſit, & perelleganter non ita pridem Auguſtæ Vindelicorum editus eſt.

VIII, De *libris*. *Pæne infinita*, inquit loco citato *Trithemius*, *opuſcula ſcripturarum compoſuit. Scripſit in monaſterio Fuldenſi adhuc conſtitutus tam carmine, quam ſoluta oratione multa volumina, maxime in ſcripturis ſanctis, quas a principio uſque ad finem omnes explanauit. De cuius ſcriptis ſubiecta feruntur*: *Libri ſiue ſcripta, quæ compoſuit.*

Ad Freculphum, Epiſcopum Lexouienſem, ſcripſit inſigne opus.
631 *In Geneſin lib.* 4
In Exodum lib. 4
In Numeros lib. 4
In Leuiticum lib. 4
In Deuteronium lib. 4
In Ioſue lib. 2
In Iudicum MS. in bibl. Fuld. 2
In Ruth MS. ibid. 1
In Regum libros ad Hilduinum MS. ibidem & in bibl. ſummæ ædis Mog. 4
In Paralipomenon MS. Fuld. 4
In Eſdram, & Nehemiam 3
In Tobiam 1
In Iudith MS. apud R. & N. D. Neuſtetter, Decanum Bamb. 7
In Heſter MS. ibid. 1
In Iob MS. in biblioth. Monaſterii Augienſis. 2
In Pſalmos 1
In Prouerbia Salomonis MS. Fuld. 1
In Eccleſiaſten 1
In Cantica Canticorum MS. Fuld. 1
In librum Sapientiæ MS. in bibl. Mogunt. ſummæ ædis & Carth. & Spir. 3
In Eccleſiaſticum MS. in bibl. Carth. Treuir. & ed. Pariſ. 10
In Eſaiam Prophetam 8
In Hieremiam, e quibus tres poſtremi ſunt in *Threnos*. 20
In Ezechielem MS. in bibl. Treuir. 20
In Danielem 3
In XII Prophetas minores 12
In Machabæorum MS. apud citatum D. Neuſtetter, & in Mog. bibl. & Erbachenſi. 3
632 *In Euangelium Matthæi* MS. Fuld. 8
In Euangelium Lucæ 3
In Euangelium Marci 4
In Euangelium Ioannis 1
In Pauli omnes epiſtolas, quorum quidam MS. Fuldæ, 23
In epiſtolas Canonicas 7
In actus Apoſtolorum 1
In Apocalypſin Ioannis 1
De laude S. Crucis 2
Ad Haymonem Epiſcop. de Vniuerſo, ſiue de proprietate rerum & verborum ad Ludouicum Regem. edit. in fol. 22
De vniuerſali natura 1
De inſtitutione Clericorum 3
De diurnis officiis 1
De Computo Dialog. lib. MS. Fuld. 1
Ad Ludovicum Regem 1
De quæſtionibus Canonum, ſeu Pœnitentium liber ad Otgarium Archiepiſcop. Mogunt. ed. Col. & Venet. 1
Ad Reginaldum Epiſcop. & vocatur alibi, *Liber Canonum pœnitentialium, ſeu liber de pœnitentiis* MS. Fuld. 1

De benedictionibus Patriarcharum 1 Edit. I pag.

Epiſtolarum ad diuerſos 1

Sermonum innumerabilium pene, ſeu homiliæ in Euangelia & Epiſtolas MS. in bibl. Spir. & Fuld. & extat ſermo de feſto omnium Sanctorum MS. Mogunt. in bibl. S. Iacobi. 1

Alia inſuper multa edidit, quæ in notitiam meam non venerunt.

Hæc *Trithemius* fere. In hiſce *multis* eſſe videntur, quæ a quibuſdam notantur, & in bibliothecis nonnullis inueniuntur.

Quæſtiones ſuper Heptateuchum ad inſtantiam Regis Caroli.

Libellus *de terra repromiſſionis*, de quo ipſemet *Rabanus* in Ieremiæ c. III.

De virtutibus & vitiis, & ceremoniis antiquæ eccleſiæ. ed. Antwerp. 631

Commentarius in Regulam S. Benedicti MS. apud *Pamelium.*

Allegoriæ in totam ſcripturam, MS. apud eundem.

Commentarius in Cantica laudum in matutinis, MS. apud eundem.

De videndo Deum, MS. in *Erbachenſi* bibl. & *Fuldenſi.*

De puritate cordis, MS. ibid.

De corpore, & ſanguine Domini, liber vnus, qui fortaſſe eſt *de Sacramento Euchariſtiæ*, editus Coloniæ anno MDLI.

De naturis rerum, citatur a *Pamelio* præf. in lib. Tertulliani de ſpectaculis. 5

De ortu, & moribus Antichriſti. 1

De virtutibus numerorum, MS. *Fuld.* 1

De rebus geſtis Lotharii, Caroli, & Ludouici filii, Ludouici primi, carmine heroico MS. in bibl. *Lazii.*

De VII ſignis natiuitatis Domini, ed. Colon. 1

De origine rerum, MS. in bibl. *Caſinenſi.* 8

Conuiuium Dei ad Ludouicum Imperatorem, ed. Baſil.

De fide Chriſtiana, MS. in bibl. *Lazii.* 4

Reuelationum, MS. apud *Hier. Porrum.* 1

Dictionarium myſticarum ſignificationum. 1

De ædificatione dogmatum eccleſiaſticorum, MS. *Spir. de rebus eccleſiaſticis*, MS. *Fuld.*

Quota generatione licitum matrimonium. 1

Ad Bonoſum de conſang. nuptiis & magorum præſtigiis.

De reliquiis Sanctorum, MS. apud *Pamelium.*

Vita S. Catharinæ, MS. apud *Molanum.*

De arte Grammatica, MS. *Pamel.* & *Fuld.*

De officiis Miſſæ, MS. *Fuld.*

De anima, ed. Colon. 634

De virtutibus animæ, ad Lotharium MS. *Fuld.*

Excerptus de diuerſis auctoribus, MS. *Fuld.*

Excerpta ex epiſtola Hieronymi, MS. *Fuld.*

De ſacris ordinibus, MS. *Fuld.*

De mortalibus peccatis, & eorum ſatisfactione, MS. *Fuld.*

Cum vero librorum iſtorum complures viſi a me non ſint, præſtare nolim, hos eorum titulos, quos aut *Wion* lib. V, aut *Simlerus*, aliive tradunt, omnes recte poſitos. Optime autem de ſancta Dei eccleſia, vti editis & explicatis veteribus aliis, edendo etiam & explicando Rabano, mereri ſtatuerat doctiſſimus *Pamelius*, prout & de ipſo *Wion* loco citato, & ipſe præfatione ad Gregorium XIII in Tertullianum, teſtis. ſed inuidit mors, & inuident modo, qui Rabani eiuſdem nondum edita, vel ab illo iam collecta, vel in bibliothecarum neſcio quarum ſepulchris condita opera iacere, quam prodeſſe malunt. Per quos niſi ſtetiſſet, ad ſpartam hanc laborem ſtudiumque libenter iam contuliſſet mihi notus non nemo. Bona tamen, illis etiam ingratiis, dabit terra fructum in tempore ſuo. Qui autem in Plantiniano D. Hieronymi tomo nono eſt liber *de membris Dei*, dubitat idem *Pamelius* in Tertulliani librum de ſpectaculis, an Rabano vindicandus non ſit.

De ſcriptis, quæ confecit Rabanus, *Rudolfus* in vita agit § L & ſeq. p. 18 & ſeq. eruditæ itidem magnaque cum cura *Mabillon* l. d. n. XLII & ſeq. p. 38 & ſeq. Vt adeo parum

Edit. I pag. partim mihi, quod addam, relictum ſit. Ne tamen plane hic ſim ἀσύμβολος, hæc habe.

1) *Collectionem operum Rabani* Pamelianam in ſex tomos diſtribuit *Georgius Colvenerius*, academiæ Duacenſis Cancellarius, editque Coloniæ an. MDCXXVII f. de qua videndus *Caueus* parte I hiſtor. litterariæ eccleſiaſticæ p. 380 & ſeq. tum vero *Mabillon* l. d. n. XLV & ſeq. p. 38 & ſeq.

2) *Exhortationem ad plebem Chriſtianam*, quam lingua latina Francicaque conſcriptam e peruetuſto bibliothecæ Caſſellanæ mſcr. primus publicauit *Ioan. Henricus Hottingerus*, in ſpecimine vero lectionum antiquar. Francicar. repetiit *Didericus* von *Stade*, Rabani eſſe coniicit, qui monumentis illam catecheticis Theotiſcis poſtea inſeruit *Eccardus*, in præfat. § XII p. 47.

3) *Gloſſarium Rabani Latino-Theotiſcum* in tota biblia ſacra V. & N. T. in manuſcripto venerandæ vetuſtatis in bibliotheca Ambraſiana reperit, & Cæſareæ Vindobonenſi intulit *Lambecius*, vti ipſe refert commentar. de bibliotheca Vindobonenſi Cæſarea tom. II p. 416. Principium illius eſt:

In nomine Dei ſummi incipiunt gloſſæ HRabani Mauri.

Inchoant	*Pikinnant*	Es beginnen
Cōgregationes	*Samanunga*	Die Verſamlungē
Verborum	*Vuorto* h. e.	Der Wörter
Ex nouo	*Fona dero niuuun*	von der neuen
Et vetere	*Anti dera altuu*	Vnd der alten
Teſtamento	*Euu*	Evv ſiue Zeit.

vid. *Neſſelius*, qui gloſſarii huius a ſe edendi ſpem olim fecit, in ſciagraphia magni corporis hiſtorici p. 16. Ceterum de gloſſis hiſce Rabani manuſcr. conferri etiam meretur *Didericus* von *Stade* in præfat. ad libellum germanicum, qui inſcribitur: *Kurtze, richtige erlauter- vnd erklarung etlicher teutſchen vvörter* &c. p. 18 & ſeq.

4) Præter nondum edita, quorum mentionem fecit *Mabillon* l. d. habetur a) *Commentarius* eiusdem *in Acta Apoſtolorum*, in bibliotheca Collegii Baliolenſis Oxon. vol. 151. b) *De vita S. Mariæ Magdalenæ* liber in Collegio Magdalenenſi Oxon. vol. 166. c) *Expoſitio de paſchate & agno paſchali*, in Collegio S. Benedicti Cantabrig. vol. 122. vid. *Caueus* l. d. p. 381.

5) *De natura rerum* liber mſcr. fuit *Iſaaco Voſſio*; vt fidem facit *Colomeſius* in catalogo manuſcriptorum Voſſian. opuſculis Colomeſianis ſubiuncto p. 864.

6) Commentarios *in Exod. Leuitic. Numeror. & Deuteronom.* non Rabani eſſe, ſed Walafridi Strabi contendit *Caueus*; & parte II hiſtor. litterar. eccleſ. p. m. 181 ait; *liquet id e codice mſcr. in bibliotheca Collegii noui apud Oxonienſ. vbi præfat. in Exodum hæc habentur verba:* In Geneſin commentarios edidit ipſe per ſe: quæ ſequuntur expoſitiones in IV libros Moſis, proficiſcuntur a Strabo, eius diſcipulo, qui magiſtri ſui dicta fideliter annotauit. „ Rabano tamen diſerte adſcribit *Rudolfus* § LI p. 19.

IX, de *Doctoribus*. Bedam ei doctorem fuiſſe tradit in Geographia *Munſterus*, *Wion* lib. V, vel certe apud ipſum aliqui, & *Bruſchianus catalogus*, & qui Alcuinum de Trinitate non ita pridem Conſtantiæ vulgauit, *Genebrardum* citans auctorem. Sed is cum de Rabano agat minimum ter, in fine ſcilicet lib. III Chronol. nunquam tamen iſtud, quod quidem videre potuerim, affirmat. Et vero, ſi Bedæ diſcipulus fuiſſet, cum eo tempore, quo in viuis eſſe deſiit Archiepiſcopus Otgarius, eſſe oportuiſſet natum annos pluſquam LXXX. Qui enim longiſſimam *V. Bedæ* vitam dant, annos nimirum CV, eius mortem differunt in Domini annum DCCLXXVI. Hos nunc ex anno DCCCXLVII, qui Otgarii vltimus fuit, auferas, relinquantur anni * XVII. Nunc vero antequam ad tantum, tamque decrepitum doctorem e Germania in Angliam veniret, ab eoque ſi non alphabetum, primas certe litteras doceretur, nonne annorum eſſe minimum decem oportuit? At vero vnde tanta hæc Rabani ætas oſtendi poteſt? Quomodo in alphabeto, primiſque Grammaticæ principiis non ſcribendis (prout Caſſiodorus, D. Auguſtinus, aliique nonnulli fecerunt) ſed apud puerulos docendis, cum tot, & tanti alii diſcipuli maiorum capaciores, diuinorum librorum cupidiſſimi adeſſent, ſeſe ſapientiſſimum illum ſenem occupaſſe, quaſique cum illis repueraſſe dicamus? Sed occurres, *Rabanum* ipſum lib. II de inſtitutione clericorum c. XLIV, cum probat pro vita functis preces, & ſacrificia offerenda, hiſce vſum verbis: *Ergo vt in libris Dialogi S. Gregorius narrat, & Beda magiſter in geſtis Anglorum, frequenter exemplo oſtenſum, ſeu viſione reuelatum eſt, animabus defunctorum multum prodeſſe pro eis ſacrificia.* Reſpondeo, *magiſtri* nomen, honoris cauſa, quandoque dari ſolitum iis, qui doctrina præſtanti cum eſſent, complures & voce, & ſcriptis docuiſſent. Sic enim *Albinum magiſtrum* vocat Carolus Magnus in epiſtola, quæ illius operi de diuinis officiis adiungitur; vt exponit Reuerendiſſimus *Baronius* tom. IX. Sic *verſus Flacci Magiſtri in locum, vbi ſcriptores ſedent*; nuper hic editi in Venantii notis folio vltimo: Idemque in S. Ludgeri vita cap. XIII *litterarum magi-*

[Margin notes: *num Beda doctore fuerit vſus;* — * l. 71 — 635]

ſter appellatur. Aliud foret, ſi locutus eo fuiſſet modo, quo in epiſtola ad Eadbaldum Eboracenſem Archiepiſcopum loquitur idem *Albinus*, dum ait; *In theſauris ſapientiæ me magiſter meus Egbertus Archiepiſcopus heredem reliquit.* Et in vita S. Ludgeri cap. XIII Carolus Magnus Ludgerum litteris *magiſtri quondam ſui Alcuini* (fuerat enim S. Ludgeri præceptor c. IX) ad ſe euocari fecit. Edit. I pag.

Alcuinum audiuit.

Verius igitur dicunt alii, audiendo huic ipſi Albino doctiſſimo nauaſſe operam Rabanum. Nam ita illemet ad Gregorium III in commendatione librorum, quos de S. Cruce ſcripſerat *Rabanus*:

Sancte Dei Præſul meritis in ſæcula viuens,
Cauſſam, quam facimus, ſuſcipe mente pia.
Hunc puerum docui diuini famine verbi, 636
Ethicæ monitis, & ſophiæ ſtudiis.

Cumque, vt ſupra citaui, *Francum genere, Buchonianumque* dixiſſet, pergit:

—— Huc miſſus diſcere verba Dei,
Abbas namque ſuus Fuldenſis rector ouilis
Illum huc direxit ad tua tecta, Pater,
Quo mecum legeret metri ſcholaſticus artem,
Scripturam & ſacram rite pararet ouans.

Hic autem Rabani noſtri doctor a quibuſdam *Alcuinus* etiam dicitur, vt lib. I vitæ S. Ludgeri cap. XXXIV, & paſſim cum *Albino* additur. Sed alterutrum ſatis eſſet. Cum enim, vt ſupra lib. III notatione XXIX notatum, *Albinus*, aliquando *Alboinus*, & *Albuinus*, vocetur, vt eſt in S. Wigberti vita; ex *Albuino* factus *Alcuinus*, vel, vt in Nuenario *Eginharto* eſt, *Alcuinus*, ſicuti & ex *Albano* factus *Albinus*, vt in libello S. Albani ad Regem Angliæ narrant Colonienſes S. Pantaleonis cœnobitæ prout libro II dictum cap. XXVIII.

Fuiſſe autem eundem Albinum S. Ludgeri, aliorumque præſtantium virorum plurium doctorem, patebit ex iis, quæ *de loco* dicentur paullo poſt. *An* vero idem *Albinus Bedæ diſcipulus, Caroliqne Magni præceptor fuerit*, quæſtio eſt. Illud aſſerit *Trithemius* in Hirſaugienſi Chronico, & in fine libri de laude ſcriptorum manuariorum. Vtrumque negat tomo IX *Baronius*, licet aliquid in mathematicis concedat. Et ſane id ipſum diſerte affirmat liber prior de S. Ludgero cap. XXXIV. De aliis vero diſciplinis non ille tantum Anonymus, quem loco citato oppugnat *Baronius*, ſed in Caroli etiam Magni vita teſtatur *Eginhartus*; *In diſcenda Grammatica Petrum Piſanum Diaconum ſenem audiuit. In ceteris diſciplinis Albinum, cognomento Alcuinum *, item Diaconum de Britannia, Saxonici generis hominem, virum vndecumque doctiſſimum, præceptorem habuit, apud quem, & rhetoricæ, & dialecticæ, præcipue tamen* 637 *aſtronomiæ ediſcendæ plurimum & temporis, & laboris impertit.*

* *Supra lib. 3 not. 16.* Cognomentum *eſt* nomen aliud (S.)

Locus, vbi Alcuino doctore vſus

X. De *loco*, vbi Alcuino doctore vſus Rabanus. Locus, in quo ab Albino eruditus fuit Rabanus, non eſt Fulda, ſed alius locus aliquis, vnde ſcilicet citatos ſuperiori capitulo verſus ad Pontificem miſit Albinus. Nam in iis ſemel, & iterum dixit ille; *huc miſſus*, Fulda ſcilicet, cuius paullo ante facta erat mentio: & Fuldenſis Abbas, *Illum huc direxit.* Is vero locus, quem per iſtud *huc* deſignat, non eſt etiam Roma, vt alicui forte videatur, quia dicit, *Ad tua tecta, Pater.* Nam iiſſe Albinum Romam, aut inibi docuiſſe, quis memorat? Et modeſtiæ, vrbanitatiſque cauſſa, pleriſque vſitatiſſimum, & Gallis præſertim, vt ſi de ſua ipſorum domo apud amicum loquantur, aut ſcribant, eam ipſius domum vocitent; v. c. *Inuiſe quæſo domum tuam:* vel in litteris, *E veſtra domo ſcriptæ*, & ſimilia. Quanto magis hoc Pontifici de monaſterio, eccleſia, vel gymnaſio aliquo dicatur:

Eboracum igitur in Anglia forſan eſt, qui a nobis quæritur, locus. Nam in hiſtoriæ ſuæ prologo *V. Beda* fuiſſe illic Albinum refert. Et, cum S. Ludgerum hanc ad vrbem, vt *Diaconii gradum ab eius Archiepiſcopo perciperet*, e Friſia profectum narrat ipſius vita lib. I cap. VII ſubiungit: *Eo ibi tempore Alcuinus ſcholam moderabatur, vir omni ſcientia celeberrimus.* Et paullo poſt: *Ibi*

Edit. I pag. *Ibi* (Eboraci) *vir Dei Alcuinus cunctis, qui ad eum hinc inde conſluxerant, ſcripturarum documenta tradebat.*

Nobis tamen Eboraco in Galliam potius eundum, & in hac Albinum ab Rabano auditum eſſe, ſtatuendum. In hanc enim venit ex Anglia iſte, Leonis III Pontificis tempore, vt ex lib. I vitæ S. Ludgeri c. XII colligitur, multo ante annum Domini DCCCIX Quia hoc anno mortuus ille Sanctus fuit; ibidem c. XXXV; quem tamen ille, vt primus Monaſterienſis crearetur Epiſcopus, Carolo M. apud quem iam tum verſabatur, commendarat, ibidem c. XIII. Faciamus (quia certi nihil dum occurrit) accidiſſe hæc minimum anno DCCC. At Rabanus noſter Imperatoris Ludouici Pii tempore, libros de S. Cruce conſcripſiſſe, videtur ex eius imagine, quam ſub prioris libri principium
638 verſibus expreſſit, itemque Gregorii IV tempore, vt ex dedicationibus colligi poteſt. Quia vero Gregorius hic ante Ludouici annum XV Pontificiam ſedem tenuit, isque in Domini annum incidebat DCCCXXVIII; efficitur, vt in Gallia iam tunc annos minimum XXVIII verſatus ſit Albinus. Iam vero Rabani ætatem, cum libros eos ſcriberet, conſideremus. Eam in citato carmine monſtrat idem ipſius magiſter:

Aſt vbi ſex luſtra impleuit, iam ſcribere tentans,
Ad CHRISTI *laudem hunc edidit arte librum.*

Sunt autem *ſex luſtra*, vel anni XXX, prout exponit Reuerendiſſimus *Baronius*, vel certe XXIV, ſi, vt eruditi volunt, annis tantum quatuor luſtrum includatur. Non ſunt tamen hæc certa ſatis, quia potuit antea libros illos ſcripſiſſe Rabanus, & poſtea de Gregorio, & Ludouico poemata hæc adiungere, vt fere faciunt, qui libros primo ſcribunt, eos deinde alicui dedicant, vt ipſemet Rabanus, qui principio in Ieremiam fatetur, ſe commentarios illos ante mortem Ludouici abſoluiſſe, quos Lothario tamen dedicat. Et hic Gregorium Pontificem alloquitur diu poſteaquam librum iſtum ſcripſerat. Ait enim

— Conſcripta tempore priſco,
Ludere dum libuit carmine verſifico.

Quid quod *Albinus* de ſe ait:

Nempe ego cum fueram cuſtos, humilisque miniſter
Iſtius eccleſiæ. Quænam vero iſta?

An fortaſſis Eboracenſis, in qua ſecundum *Bedam* præfatione in hiſtoriam, *reuerendiſſimus Abbas* erat? Eſt autem vero quam ſimillimum, ante ætatis annum XVI vel XVIII ad Albinum ab Abbate ſuo Fulda miſſum non fuiſſe (nam neque ante annum XII vel XIV, e communi conſuetudine, factus videtur monachus) ideoque iam tunc annos minimum VIII vel X in Gallia fuiſſe Albinum, & ante annum DCCCX ad eum non veniſſe Rabanum, fortaſſis etiam multo tardius, ſi (quod ad Sergium primo hi libri de cruce peruenerint anno DCCCXLIV, vt eſt in Pithœanis annalibus) colligamus eos conſcriptos non primo ſtatim Gregorii anno, vti ſupra numerabam, ſed poſterioribus. Vtut ſit, patet, *non in*
639 *Anglia, ſed in Gallia* fuiſſe Rabanum Albini diſcipulum, idque diſerte affirmat in Hirſaugienſi Chronico *Trithemius* hiſce verbis: *Præceptorem habuerat ex diſcipulis Bedæ Anglici monachi reuerendiſſimum virum, Albinum monachum, & Abbatem monaſterii S. Martini Turonenſis, Caroli M. Imperatoris quondam didaſcalum, a quo ipſe hauſerat in Gallia, quod alios in Germania poſtmodum docebat.*

Sed in quonam Galliæ loco? Non hic aſpiciendum, quibus in Gallia locis fuit Albinus (fuit enim vtique in compluribus, vel cum Imperatore, vti Aquiſgrani eum videmus in lib. I vitæ S. Ludgeri cap. XXXIV, vel abſque Imperatore) ſed vbinam hæſerit, doctrinæque officinam aperuerit. Turonenſem factum Abbatem tradunt aliqui, vt *Trithemius* in Hirſaugienſi Chronico, *Henricus Caniſius* tom. I antiq. Sed *Pariſiis* docendi munere perfunctum, illiusque nobiliſſimi ſcientiarum emporii fundamenta cum doctiſſimis aliquot viris aliis ieciſſe, teſtes, quotquot de Academia illa ſcripſere. Ita vt hic non dubitem, Rabanum, eam, qua poſt eminuit, variam ſane, ac multiplicem doctrinam ex vberrimo illo fonte omnem hauſiſſe: de eademque & ex eadem Pariſiorum vrbe, de illo Albinum ipſum ſcripſiſſe:

Edit. I pag.

Et quia ſe meminit nutritum in domate claro,
Iſtius ecce loci, hinc tibi dona feret.

Videtur enim Pariſiis voluiſſe Rabanus proficiſci Romam, ſuosque libros ipſemet Pontifici offerre, ſed impedimento neſcio quo interueniente, factum id non eſſe, monſtrat illa eorundem librorum miſſio, quam ſupra dicebant Pithœani annales, Sergii Pontificis, qui Gregorio IV ſucceſſit, factam tempore. *Doma* vero *clarum* vocat ille, vel totam Pariſiorum vrbem, vel S. Benedictini cœnobium, vel certe, in quo docebat, gymnaſium. Sic enim & ipſe *Rabanus* in eorum librorum primo, figura V;

—— plebsque priora
Fundamenta trahit in fundo domatis omnis.

Enimuero, cum Pariſiis tum temporis nulla fuerit ſchola publica, vt *Launoius* de ſcholis celebrioribus oſtendit, atque adeo nec Alcuinus ibidem docuerit, quod idem *Launoius* diſerte ſtatuit l. d. cap. II p. 21, Rabanus ſane Pariſiis Alcuino nec operam dedit, nec dare potuit. Ceterum, cum duo tantum loca ſint, in quibus Alcuinum rexiſſe ſcholas colligi poteſt, palatium Regis & Cæſarodunum Turonum (v. *Launoius* l. d.) temporis autem ratio haud admittat, Rabanum illic Alcuino ſe in diſciplinam dediſſe, ſequitur omnino, Turonis illum illo doctore vſum eſſe. Conf. qui præter alios id oſtendit, *Henſchenius* l. d. § XIII p. 503 & ſeq.

Vſus autem fuit tempore non adeo multo; vt *Mabillon* l. d. n. VIII p. 24 clare ſatis euoluit. Condiſcipulos vero tum habuit *Samuelem*, quod vel ipſe *Rabanus* carm. XXI prodit (vid. *Mabillon* l. d. § X p. 23) & *Haymonem*, Epiſcopum poſtea Halberſtadenſem. Vid. *Leuckfeldius* antiquitat. Halberſtad. p. 55.

An Pariſiis Rabanus docuerit?

XI, *An Pariſiis docuerit Rabanus?* Diſcipulum Pariſiis fuiſſe dictum eſt, doctoris vero ibidem functum officio *Bruſchianus* catalogus affirmat. At non Genebrardus, non Trithemius, non alius auctor quiſpiam melior. Etſi enim 640 docendi erat facultate præditus maxima, quia tamen Fulda illuc, diſcendi cauſſa, miſſus erat, affirmare non auſim, eum in aliis docendis tempus contriuiſſe. At inquies, in ſæpe laudato carmine teſtatur eius præceptor, Pariſios miſſum, vt poeticam aliis prælegeret:

Quo, ait, *mecum legeret ſcholaſticus artem.*

At legere ſuo cum præceptore dicebatur tunc diſcipulus, quando ille prælegebat, & lectione, quæ obſcuriora eſſent, explicabat, ac ad ea, quæ ſciſcitaretur diſcipulus, reſpondebat. Sic in S. Ludgeri vita lib. I cap. XIII Carolo M. dicit idem Albinus, *diſcipulum ſuum Ludgerum aliquamdiu ſecum legiſſe*, quod explanate antea cap. VII dictum, ſic; *Ludgerus apud magiſtrum tres continuos annos, & ſex menſes totum cum eo vetus, & nouum teſtamentum perlegit, & nonnullos ſæcularis litteraturæ libros.* Sic & paullo poſt, cum de Haymone dicam. Quia tamen, qui alium docet, ſeipſum inſtruit, potuitque ſimul Rabanus vnum quid a magno magiſtro diſcere, aliud imperitiores docere, ſi quis putat in principe illa diſcendi, docendique palæſtra ſeſe gymnaſtam noſtrum exercuiſſe, a vero forte aberrarit nihil. Felix Pariſienſis academia tanto & diſcipulo, & doctore.

Immo ſunt, qui Rabanum non Lutetiæ ſolum docuiſſe affirmant, ſed ſtatuunt etiam, vna cum *Alcuino*, *Claudio*, & *Io. Scoto* academiam illic excitaſſe; *Vincentius* vtique *Bellouacenſis* ſpecul. hiſtorial. lib. XXIII al. XXIV cap. LXXIII, *Ioannes*, cœnobii S. Victoris ad Lutetiam Canonicus, in memoriali hiſtor. ſub an. DCCLXXXVIII, auctor incertus de *fundatione quarundam Saxoniæ eccleſiar.* p. 261, *Bruſchius* centur. I monaſterior. German. p. 203, aliique. At enim, *Profeſſorem fuiſſe ſcholæ vel academiæ Pariſienſis gratis traditum, æque ac Albinum eius ſcholæ parentem extitiſſe*, ait *Spanhemius* compend. introduct. ad hiſtor. eccleſ. N. T. ſæc. IX ſect. XI § I p. 270. Coepit enim ſchola Pariſienſis, quum Rabanus diem iam pridem obiiſſet; nimirum circa annum reparati humani generis DCCCLXXX demum, litteras ibi tradente Remigio Autiſſiodorenſi monacho, vt pluribus oſtendit doctiſſimus *Launoius* l. d. cap. LIX artic. I p. 177.

Quomodo alibi, quosque diſcipulos docuerit?

XII *Quomodo alibi, quosque diſcipulos docuerit?* In præfatione librorum *de inſtitutione Clericorum* ad Haiſtulphum Moguntinum, de quo antea; *Quæſtionibus*, ait, *diuerſis fratrum noſtrorum, & maxime eorum, qui in ſacris ordinibus pollebant, reſpondere compellebar, qui me de officio ſuo, & variis obſeruationibus, quæ in eccleſia Dei decentiſſime obſeruabantur, ſæpiſſime & interrogabant, & aliquibus eorum dictis, aliquibus vero ſcriptis, prout opportunitas*

Edit. I pag. *nitas loci, ac temporis erat, ſecundum auctoritatem, & ſtylum maiorum, ad interrogata* reſpondi. Sed clare in Hirſaugienſi Chronico *Tritbemius: Tenuerat* (ait) *Rabanus adbuc monachus ſcbolam monachorum publicam in cænobio Fuldenſi, quam etiam Abbas continuauit, in qua monachos non ſolum in ſacris*
641 *ſcripturis, ſed etiam in ſæcularibus litteris omnifariam erudiuit. Nec ſolum Fuldenſis monaſterii monachos, ſed etiam ex diuerſis locis alios ad ſe tranſmiſſos, multos in omni genere doctrinæ diſcipulos inſtituit. Ex bis complures poſtea ſucceſſu temporis ad magnas dignitates promoti ſunt. Cuiuſmodi fuerunt Strabus, qui non adiutor tantum, ſed eiuſdem etiam Rabani ſcriba fuit, multaque & varia ſcripſit*, &, vt ait in Hirſaugienſi Chronico idem *Tritbemius, ſcholæ poſtea publicæ prælatus eſt:* Deinde *Otfredus*, *Rutbardus*, *Weinbertus*, *Hardmundus*, *Nodgerus*, *Gerungus*, *Lupus* Ferrarienſis Abbas, alii, de quibus omnibus multa, & præclara *Tritbemius* lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis, & in catalogo virorum illuſtrium Germaniæ, & in chronico Hirſaugienſi. Videtur vero in huius etiam diſcipulis fuiſſe, ſuis non ignotus ſcriptis, *Hemmo*, ſeu *Heimo* aut *Haymo*, Epiſcopus Halberſtadenſis, ad quem libro *de Vniuerſo* ipſe ſic: *Memor ſum boni ſtudii, ſancte Pater, quod babuiſti in puerili, atque iuuenili ætate in litterarum exercitio, & ſacrarum ſcripturarum meditatione, quando mecum legebas non ſolum diuinos libros, & ſanctorum Patrum ſuper eos expoſitiones: ſed etiam huius mundi ſapientiam, de rerum naturis ſolertes inquiſitiones* *. *num etiam Haymonem?*

1 Fuit omnino Rabanus ſcholæ Fuldenſis magiſter. Quando autem docendi ſubierit officium, inter doctos haud conuenit. *Mabillon* illi præfectum fuiſſe non longe poſt, quam Turonis reuerſus erat, colligit ex epiſtola *Alcuini* LV, *Benedicto S. Benedicti puero Mauro*, i. e. *Rabano*, inſcripta, qua eum *valere feliciter cum pueris ſuis* iubet, § VIII p. 23. Serius vero id muneris illum ſuſcepiſſe ſtatuit *Tritbemius* in vita Rabani. *Anno*, ait, *Dominica natiuitatis DCCCXIII, indictione Romanorum VI, Rabanus annorum XXV monaſterii monachorum ſchola præficitur.* Sed fallitur, vt docet *Lenckfeldius*, ſimulque *Serarium* notat, l. d. De diſcipulis alioqui, quos Rabanus docuit, pluribus agit *Henſchenius* l. d. § XVIII & ſeq. p. 505, item de iis, qui e diſcipulis, quos ille habuit, Abbates facti, § XXII & ſeq. p. 505 & ſeq.

2 Præter illos, quos auctor memorat, diſcipulos *Rudolfum* quoque habuit; qui gratus erga præceptorem, vitam illius poſtea conſcripſit. Prodit id ipſe *Rudolfus* § V p. 2. Ceterum v. *Mabillon* n. XI p. 24. Num *Haymonem* quoque? veriſimile id iudicat auctor.

3 Hæc inter an. DCCCXIV vertente Presbyter ordinatus eſt ab Haiſtulfo. Innuit id ipſe *Rabanus* in epiſtola, initio librorum de inſtitutione Clericorum præmiſſa. Conferatur *Mabillon* n. XIII p. 24.

4 Poſt vero, Ratgario Abbate litterarum ſtudioſos & duriter nimis habente, & a bonarum artium cultura manuarios ad labores cogente, Fulda relicta peregrinationem ad loca ſancta ſuſcepit. Quod cum alii omnes ignorent, ipſe in manuſcr. commentariis *libr. Ioſue* cap. XI prodit, vt apud *Mabillonium* n. XV p. 26 videre eſt.

XIII, Fuldenſis Abbas factus in S. Bonifacii monaſterio quintus, cum Abbates illic fuiſſent, I B. *Sturmis*, II *Baugolfus*, de quo *Tritbemius* in Hirſaugienſi chronico ad an. DCCCXXXVIII. III *Ratgerus*, de quo *Annales Pithœani* anno DCCCXVII. IV *Eigil*, de quo ſupra in Haiſtulpho, & iidem *Annales* anno DCCCXVIII; cui ſucceſſit Rabanus anno DCCCXXII, vt eſt in iiſdem *Pithœanis* *. Fuiſſe vero Rabanum tunc *annorum XXXV*, ait lib. de illuſtrib. viris Germaniæ fol. 126, *Tritbemius*. *ſit Abbas Fuldenſis.*

* Menſe quidem Auguſto vel Septembri, vt e duabus chartis a *Piſtorio* editis eruit *Mabillon* n. XVI p. 27.

XIV, *Quomodo in regunda Fuldenſi abbatia ſeſe babuerit? Si pietatem, ac religionem*, quæ in monaſteriis omnium primo ſpectanda ſunt, ſpectemus, audi *Tritbemium* in chronico Hirſaugienſi: *Poſtquam* (ait) *Erlafridus nobiliſ-* *ſi pietatem ſpectes.*
642 *ſimus Comes conſummato tam inſigni opere* (monaſterio ſcilicet Hirſaugienſi) *propoſitum ſuum ad effectum, non ſine maximis impenſis perduxerat, more impatiens, quippe qui nibil plus ſe optare diceret, quam viuere illum diem, in quo choros monachorum in ſuo prædiolo collaudantes Deum cernere potuiſſet; cœpit anxia mente reuoluere, vnde in nouum cœnobium, a ſe glorioſe fundatum, veteris conuerſationis monachos, ad regulam ſanctiſſimi patris Benedicti religioſe inſtitutos poſſet acquirere, qui & ipſi eſſent in conuerſando ſanctiſſimi, & idonei in idem propoſitum, venturos etiam alios informare. Viguit eo tempore in monaſterio Fuldenſi maxima religio monachorum ſub regimine Rabani Mauri Abbatis,*

quæ ſe per totam Europam, fama prævolante, diffuderat in ora omnium, erat-que laus, & memoria Fuldenſium monachorum apud Imperatores, Reges, & Principes in magno pretio, non ſolum propter ſanctitatem vitæ, ſed etiam propter incomparabilem ſcientiam ſcripturarum, qua Fuldenſes monachi eo tempore præ ceteris multis dicebantur eruditi. Vnde multi ex eis, in diuerſis eccleſiis ad apicem pontificatus fuerunt aſſumti. Ad hunc igitur Rabanum Abbatem Fuldenſem Erlafridus, habito ſociorum conſilio, legatos miſit, mandatis Otgarii Moguntinenſis eo tempore Archiepiſcopi adiunctis, poſtulans ſibi concedi XV monachos, & Abbatem, monaſterio ſuo, quod ædificauerat, inferendos: promiſitque, ſe facturum omnia, quæcunque illorum iudicio ad monaſticæ inſtitutionis vtilitatem opportuna viderentur. Erant eo tempore in cœnobio Fuldenſi ducenti, & ſeptuaginta monachi, viri religioſi, & pro magna parte in ſacris ſcripturis doctiſſimi *. *Condidit*, ait *Bruſchianus* catalogus, *extra muros Fuldenſis ciuitatis monaſterium S. Petri in ſublimi colle ſitum* †. Edit. I pag.

* Conſ. *Mabillon* n. XVII p. 27.

† 1 Quin potius exædificauit. *Fr. Cornelius* in Breuiario p. 426; *Montem* S. Petri *prope monaſterium, quem Bangolſus cœperat ſtruere, continuauit*, & S. Ioannis *maxime ornauit.*

2 In primis, morem temporum illorum ſecutus, ſtudioſus fuit in colligendis Sanctorum oſſibus ac reliquiis, Vti ſane *S. Alexandri* aliorumque reliquias a *Deusdona*, eccleſiæ Romanæ Presbytero, allatas, auctoritate Otgarii Archiepiſcopi, opera Reginbaldi Coepiſcopi Moguntinenſis, in æde B. Virginis anno DCCCXXXV quammaxima veneratione recondidit. *Rudolfus* § XIV ſeq. p. 7 & ſeq. Alias a *Sabatino* Roma aſportatas anno ſequenti ſimiliter reuerentiſſime ſuſcepit. *Idem* § XVII p. 8. *S. Venantii* item Fuldam deuectas. *Idem* § XXVII p. 12. vt alias plures, de quibus idem monachus, taceam.

3 Tum vero ædes ſacras magno ſtudio, ſumtuque partim exornauit, partim de nouo exſtruxit. Fuldenſem quidem vario cultu, multisque Sanctorum reliquiis inſtruxit iuxta ampliflcauitque. Breuiter *Rudolfus* § V p. 3; *Monaſterium totum domibus aptis & habitaculis congruentibus extruxit: & eccleſiam ex diuerſo metallorum pretioſarumque veſtium genere pulcra varietate decorauit.* Hæc ille. *Adhuc fecit arcam inſtar arcæ Moſaicæ cum circulis & vectibus ex omni parte auratam, propitiatorium, Cherubim gloriæ, candelabrum ductile ex toto auratum. Hic conſtituit proceſſionem iucundiſſimam in Palmis fieri, ipſamque arcam cum prædicto decore & magna gloria deferri fecit.* Ita *necrologium Fuldenſe* p. 760.

Alias alibi de nouo, vt dictum, excitauit, easque numero ſatis magno. *Per cellas quoque fratrum ſibi commiſſorum, & per alia loca multa ad ſe pertinentia, in quibus prius non erant, eccleſias cum permiſſione Epiſcopi ſui conſtruxit: quas collectis vndique ſacrorum reliquiis eorum nomine & honore conſecrari fecit.* Ita *Rudolfus* § V p. 3. § XLIX p. 18 addit, quod tempore regiminis ſui triginta conſtruxerit oratoria. In his quoddam monaſterio *Rathesdorph*, decem & amplius leucis Fulda diſtanti, adſtruxit, idque ſatis amplum, pulcrumque. *Idem* § XLV p. 16 & ſeq. quoddam XII fere ſtadiis a monaſterio Fuldenſi ad orientem. *Idem* § XLVI p. 17.

ſ litterarum ſtudiis Si ſcripturarum, *litterarumque ſtudia*, quæ ſecundas apud monachos merito teneant, conſideramus, iam ſupra intelleximus numero XII. Sed quod huc pertinet, addit *Bruſchianus* catalogus, *incomparabilis bibliothecæ Fuldenſis auctorem, & collectorem primum extitiſſe* *. 643

* *Necrologium Fuldenſe*, cuius excerpta dedit *Leibnitius* tomo III ſcriptor. Brunſuicenſ. p. 760; *Bibliothecam tanta librorum multitudine ditauit, vt vix dinumerari queat.* Repetit hæc *Bruſchius* l. d. p. 203. Ceterum adde *Fr. Cornelium* l. d. p. 426.

Anno DCCCXLIV *Rabanus*, aiunt annales *Pithœani*, *ſophiſta, & ſui temporis poetarum nulli ſecundus, librum, quem de laude S. Crucis CHRISTI figurarum varietate diſtinctum difficili & mirando poemate compoſuit, per Aſcribum, & Hruodbordum monachos monaſterii Fuldenſis, Sergio Papæ ac ſancto Petro offerendum tranſmiſit.* Sic in carmine:

Principi Apoſtolico munera miſſa Petro.

ſi temporalium bonorū curationem Sin vero *temporalium bonorum curationem*, & incrementum aſpicimus, MS. ita loquitur: *Rabanus anno DCCCXLII Fuldenſi pulſus eſt abbatia, fratribus monachis cauſſantibus, ipſum ſtudioſum, nimis intentum ſcripturis, temporalia negligere* *. *Hinc offenſus improbitate monachorum monaſterium deſeruit, & ad Ludouicum Germaniæ Regem tranſmigrans, multis cum eo diebus permanſit. Monachi autem pœnitentia ducti rogabant eum, vt rediret, ſed non impetrarunt.*

* Quæ tamen non prorſus neglexit. vid. modo *Mabillon* n. XXI p. 27. In ſumma *Fr. Cornelius* l. d. p. 426; *a Gregorio IV multa pro monaſterio accepit priuilegia.* Sed pergit auctor;

E qui-

E quibus verbis affunditur *Trithemio* lux in Hirſaugienſi chronico ſcribenti; *Anno Domini DCCCXLII de Fuldenſi monaſterio, per fraudes quorundam incitatus exiit, atque ad Ludouicum filium Ludouici ſenioris Imperatoris confugiens, atque vſque ad mortem Otgarii Archiepiſcopi Moguntinenſis, qui eum expulerat propter quam neſcio cauſſam, quaſi exul remanſit.* Vnde iam clarius idem *Trithemius* libro de eccleſiaſticis ſcriptoribus; *Tandem*, ait, *offenſus improbitate monachorum ſuorum, qui eum dicebant nimium ſcripturis intentum temporalia negligere, agente id in eis diabolo, diſplicentiam contra eum acceperunt, ſcandalizati in eo, quo maxime debuerant ædificari. Dans igitur locum iræ, nec cum ingratis ouibus diutius manere conſentiens, monaſterium, & eius habitatores deſeruit, & ad Ludouicum Imperatorem filium Caroli tranſmigrauit, cum quo & multis diebus permanſit. Monachi autem pœnitentia ducti,*
844 *legationem ad eum mittentes rogabant, vt rediret ad monaſterium, ſed non impetrarunt. Manſit ergo cum Imperatore vſque ad mortem Otgarii Moguntinenſis Archiepiſcopi.* Trithemium ſequitur in MS. epiſtola pro Trithemio magiæ accuſato apologetica ad Wolfgangum de Solmis, Moguntinum Canonicum, Frater *Wolfgangus Treſler* monachus S. Iacobi, & *Io. Piemontanus* in MS. lib. III de laudibus Trithemii. Sed, verum vt fatear, mihi ſuſpecta hæc ob cauſſas plures.

1 Deceſſit de prouincia Rabanus, & Fulda relicta ad Ludouicum Regem ſe contulit. Vtrum expulſus, an ſponte ſua, ſuorum offenſus moribus, incertum eſſe dicit *Fr. Cornelius* l. d. p. 427. Id vero certum, a ſuis, paucis diebus intermiſſis, vt rediret, Fuldæque ſuæ vlterius iura daret, multis precibus rogatum. Id certum, quod id facere, atque iis cum reuerti primum abnuerit. Sed & id certum, quod nihilominus paucis poſt diebus ad monaſterium redierit; tantum abeſt, vt integrum biennium in aula Ludouici exegerit, quod *Trithemius* vult; vel Quedlinburgi in clauſtro S. Wigberti Otgarii exſpectarit obitum, quod *Reimmannus* iſagog. in hiſtor. literar. German. tom. II p. 192 tradit.

2 Reuerſus in montem *D. Petri* ſe contulit, ibique, vſque dum ad titulos Moguntinos euocabatur, orationi, ſtudiiſque ſacratioribus vacauit. Teſtimonio ſunt *Abbatum Fuldenſium acta vetera*, quæ *Brouuerus* lib. IV antiquitatum Fuldenſium excerpſit. *Mabillonius* vero n. XXIV p. 29 tum citatis, tum allatis Lotharii litteris planiora fecit. Adde *Rudolfum* § I. & ſeq. p. 18 & ſeq. *Leibnitium* in excerptis necrologii p. 960; *Bruſchium* l. d. p. 203 & 204. Breuiter, vt ſolet, *Fr. Cornelius* l. d. *Certum autem hoc, quod reuocatus ſit a ſuis, ſed noluit redire. Tandem tamen reuerſus eſt, & latuit in monte S. Petri ad orientalem ſitum monaſterii, orando & ſcribendo omnes horas inſumens, multorumque operum ſcriptor.*

Eſt adhuc hodie ſollemnis admodum Fuldæ proceſſio ipſo die Palmarum, quam, quo illic agitur, modo inſtituit idem Rabanus: voluitque in ea ferri reliquias, quas Roma, & aliis ex locis impetrarat, itemque arcam, quam ad Moſaicæ ſimilitudinem e pinnis, circuliſque inauratis fieri curarat.

v. ſupra n. III in annotat.

XV, *Quamdiu Abbas fuit.* Errat prolixe *Bruſchianus catalogus*, hunc aſſerens XXXII annis Abbatiam gubernaſſe. Cum enim ei præpoſitus fuerit anno Domini DCCCXXII, vti ſupra probatum, ſi Abbatiæ ipſius annos numerare placeat, vſque ad annum DCCCXLII, quo e monaſterio illo exceſſit, non ſunt niſi XX anni: ſin vſque ad tempus, quo ad Moguntinam ſedem euectus anno DCCCXLVII, vti narrant *Pithœani annales*, *Trithemius* in eodem Hirſaugienſi chronico, & ipſemet *Bruſchianus catalogus*, anni tantummodo ſunt XXV, aut ſolidi XXIV, vt libro de eccleſiaſticis ſcriptoribus ait *Trithemius*. *quamdiu Abbas fuerit.*

XVI, *Moguntinus fit Archiepiſcopus. Pithœani annales, Otgarius*, aiunt, *Moguntiacenſis Epiſcopus DCCCXLVII anno, XI Kal. Maii obiit, in cuius locum Hrabanus ordinatus eſt V Kal. Iulii.* Aſſentitur loco citato *Trithemius* †, & MS. niſi quod diem ponit VI Kal. Iulii *. Sed an ex aula Regis Ludouici, vbi a monaſterio abeſſet, an ex ipſo potius monaſterio ad ſedem hanc elatus, quiſquam ipſorum dicat veritis? In epitaphio igitur citato cum dixiſſet: *fit Moguntinus Archiepiſcopus.*

—— Cella tamen mihimet manſio grata fuit.

adiecit *—— Cœpere viri vertere fata loci,*

Me extraxere domo, in aulam Regiſque tulere,

Poſcentes fungi Præſulis officio.

Quæſo quid illud *—— vertere fata loci*

Quid, me diſtruente domo? Bis. l. p. 645

[1] Pulcre hoc euoluit *Mabillonius* n. XXIV p. 29, quem conſuluiſſe non pœnitebit. VIII Kalend. Iul. de qua re (doctè curanda) expenſa *Chifletii* ſententia, *Mauilion.* [illegible]

* Vt [illegible], *annales Franco-Saxonici*, n. XXVI p. 30.

In Abbatia Fuldenſi eius in locum ſuffectus eſt *Hatto*, ſeu, vt eſt in *Lamberto Schaffnaburgenſi*, & *Trithemio* in Hirſaug. chron. de ſynodo Mogunt. *Waldo*, Abbas ſextus, non quintus, vt in MS. eſt; ſed qui Rabano mortuo vix menſes II ſuperſtetit, vt iidem annales conſignatum reliquerunt, cum et *Lambertus*, & *MS.* vitam ad annum DCCCLXI prorogent, & tamen DCCCLIX anno iam a Ludouico Romam fuerit miſſus, qui Hattoni ſucceſſerat *Thioto*, prout ibidem narratur.

Admodum vero hallucinantur *Ricobaldus Ferrarienſis*, & *Ptolomeus Lucenſis*, dum Epiſcopum fuiſſe Meldenſem aiunt. Neque enim vllus in Meldenſi cathedra fuit vnquam Rabanus, vt ex *Belleforeſtio* Coſmogr. parte I, & *Demochare* tomo II de ſacrif. Miſſæ c. XIX manifeſtum. An eandem illi eccleſiam putarunt Meldenſem & Moguntinenſem? eandem vrbem, quæ vernacule *Meaux*, & *Meintz* appellantur? 443

tres cogit ſynodos; XVII, *Quomodo Archiepiſcopus tres coegerit ſynodos?* Vnam fere tantum narrat *Trithemius* in Hirſaug. chron. DCCCXLVIII, *MS.* an. DCCCLII. Sed nimirum tres illas confundunt, de quibus dixi libro I cap. XXXIII, quarum prima fuit primo ſtatim Archiepiſcopatus anno; altera, ſecundo; tertia, ſexto, id eſt anno DCCCXLVII, DCCCXLVIII, DCCCLII. Interfuerunt doctiſſimi viri, inter quos, *Trithemio* teſte, *Lupus Seruatus*, crebro ante citatus, qui ſcripſit *contra Prædeſtinatianos* hæreticos in hiſce ſynodis damnatos librum *de libero arbitrio*, librum *de prædeſtinatione*, librum *de ſanguinis Chriſti ſuperflua taxatione*, vt habet idem *Trithemius* in Hirſaug. chron. an. DCCCLI, & *Sigebertus* libro de ſcriptoribus.

De ſynodo anni DCCCXLVII *Mabillon.* n. XXVIII p. 31. de ſequenti, an. DCCCXLVIII idem n. XXVIII p. 31 & ſeq. & de tertia anni DCCCLII, n. XXX p. 32.

hæreſes Moguntia exturbat. XVIII, *Quomodo hæreſes, & pſeudoprophetias Moguntia exturbarit,* dictum iam libro primo ſatis, ibidem. Anno DCCCXLIX, dum in Boemanico, ſeu Bohemico bellum gereretur, & in bonum, ſidumque Imperatoris Ducem, Duces alii ſuperbia inuidiaque feroci[illegible]ſſent, ideoque ab hoſtibus etiam fuſi, pæneque deleti eſſent, *contigit poſt non multi temporis ſpatium*, inquiunt *Pithæani* annales, *in villa Hohſtedi, quæ in territorio Moguntiaco, ſpiritum nequam per os cuiuſdam arreptitii proteſtari, bello ſe Boematico præfuiſſe, ſociosque ſuos ſpiritum ſuperbiæ atque diſcordiæ fuiſſe, quorum doloſis machinationibus, Franci Boemanis terga vertiſſent.* En, vnde Chriſtianorum quandoque in bellis exercituum clades. 646

Dedicat ædem S. Wigberti Herſfeldiæ, XIX, *Anno Domini DCCCL, V Kalend. Nouembr. dedicat eccleſiam S. Wigberti.* Sunt verba *MS.* & in *Lamberto Schaffnaburgenſi*. Sed quæ hæc eccleſia? Nomine Hirsfeldenſis, vbi ſupra Sancti huius reliquias dixi poſitas in *Lullo* Archiepiſcopo II, non, quod eccleſia ibi antea nulla fuiſſet, aut non dedicata, ſed quod noua hæc exſtructa fuerit, forte ab eo, qui Abbas illius erat, ſynodoque Moguntiæ ſecundæ interfuerat, Brunwardo, vel potius a Bunone, qui, vti refert *Lambertus*, *ſub annum DCCCXXXI vna cum ipſo Rabano adhuc Abbate Fuldenſi fundamenta huius eccleſiæ poſuerat.*

Anno DCCCLII vicinam ædi Herſfeldenſi baſilicam conſueto cæremoniarum conſecrauit ordine. Loquitur id vetus inſcriptio, quam *Brovverus* habet antiquitat. Fuldenſ. lib. II cap. XII p. 152; *Anno dominica incarnationis DCCCLII, indictione XV, menſe Septembri, prima die menſis, hoc templum a Hludouico, nobiliſſimo Rege, [illegible] conſtructum & dedicatum per* Hrabanum *Moguntiacenſis eccleſiæ Antiſtitem, in honorem S. Saluatoris, Domini videlicet I. C. & S. Mariæ ſemper virginis, & SS. XII Apoſtolorum, Martyrum & Confeſſorum, atque ſimiliter [illegible] ginum, nec non omnium Sanctorum.*

erga egentes benignus fuit ac liberalis, XX, *Quam erga egentes benignus, & liberalis?* *Trithemii* hoc de illo eulogium chron. Hirſaugienſi, *Homo in pauperes miſericordiſſimus*, & poſtea copioſius. Sed fiet hoc planius, exempli, quod narrant *Pithæani annales*, appoſitione. *Eodem*, aiunt, *anno DCCCL grauiſſima fames Germaniæ populos oppreſſit, maxime circa Rhenum habitantes. Nam [illegible] modius de frumento*

Ddd 3 Mogon-

Edit. I pag. *Mogunciaci vendebatur decem ſiclis argenti. Morabatur autem eo tempore Rabanus Archiepiſcopus in quadam villa parochiæ ſuæ, cui vocabulum eſt Winzella, & pauperes de diuerſis locis venientes ſuſcipiens, quotidie pluſquam trecentos alimento ſuſtentabat, exceptis his, qui in præſentia illius veſcebantur aſſidue.* Eſt autem *Winzella*, quæ ab aliis dicitur *Vinicella*, quod vini & copioſi, & boni ferax ſit, in Rhingauia, hodie *Winkel*, vti admonet *MS.* & *Tritbemius* loco poſteriori, quaſi eſſet *angulus.* Sed pergunt annales: *Venit autem & mulier quædam pæne conſumpta inedia cum puerulo paruulo, inter ceteros refocillari deſiderans: Quæ priusquam limen portæ tranſcenderet, præ nimia imbecillitate*
647 *corruens ſpiritum exhalauit, puer vero mammillam matris mortuæ quaſi viuentis de ſinu protrahens, & ſugere tentans, multos intuentes gemere, ac flere coegit. Quidam etiam in illis diebus de Grabfeldon cum vxore ſua, & filio tenero in Thuringiam proficiſcens, vt malum inopiæ temperare poſſet, vxorem in itinere in quadam ſilua poſitus ſic affatus eſt: Nonne, inquit, melius eſt, vt puerum iſtum occidamus, & manducemus carnes eius, quam omnes inedia conſumamur? Illa vero contradicente ne tantum ſcelus committeret, tandem vrgente fame filium de brachiis maternis per vim rapuit, & voluntatem opere compleſſet, niſi Deus illum ſua miſeratione præueniſſet. Nam, ſicut idem poſtea in Thuringia poſitus plurimis retulit, cum euaginaſſet gladium, vt mactaret filium, & in ancipiti poſitus necem diſtuliſſet, vidit eminus duos lupos ſuper vna cerua ſtantes, & lacerantes carnes eius, ſtatimque parcens filio, ad cadauer ceruæ cucurrit, & lupos inde abigens, tulit de carnibus prægustatis; & cum incolumi filio reuerſus eſt. Prius enim, quando filium tulerat de manibus matris, paullulum ab ea declinauerat, ne illa morientem puerum videret, vel audiret. At illa, veniente marito, videns recentes carnes, & cruore perfuſas, putabat filium occiſum, & cecidit retrorſum pæne exanimis. Ille autem accedens conſolatus eſt eam, & erigens, oſtendit ei puerum viuentem. Tunc illa reſumpto ſpiritu Deo gratias egit, quia filium ſanum recipere meruit: nec minus ille, quod eum Deus a liberi interfectione innocuum dignatus eſt conſeruare. Ambo tamen de carnibus lege probibitis, neceſſitate coacti, ſe recrearunt.* Hæc annales.

Poſt, an. DCCCLIII, interfuit ſynodo, quam Francofurti Rex Ludouicus coegerat *Mabillon* n. XXX p. 32.

XXI, de *morte.* Magna omnium & editorum, præter vnum *Tritbemium* lib. de eccl. ſcript. & MS. conſenſio eſt, de vita deceſſiſſe Rabanum anno ſui Pontificatus IX, anno Domini DCCCLVI, non, vt ille, anno DCCCLV. *Moritur.*
648 Sed quia diem etiam memoriæ prodiderunt *Pithœani annales*, eſſe hic inauditi non debent: *Anno DCCCLVI, menſe Febr. IV die menſis, defunctus eſt Hrabanus, Archiepiſcopus Moguntinenſis eccleſiæ, habens in Epiſcopatu annos IX, menſem vnum, dies IV.* *. Vides tamen, mi lector, ſatis, vt opinor, perſpicue, incipiendo ab initi Epiſcopatus principio non modo nihil ſupra nouem ſolidos annos redundare, ſed ab iis abeſſe menſium trium dies. Sed quia terminant iſti annales annos cum Domini annorum termino, nouoſque incipiunt a Ianuario; erit iſto modo Rabani annus inchoatus decimus, ſiue nonus exactus, & inſuper menſis vnus, dieſque quartus.

* Fuſius hæc, clariuſque *Mabillon* num. XXXVIII p. 35 & ſeq. Mortuus autem eſt apud *Vinicellam*, habitationis ſuæ locum, vt *Tritbemius* habet. *Mabillon* n. XXXVIII p. 36.

Illud autem memorabile, quod ab iiſdem proditum annalibus, *ſuperiorem*, ante mortem Rabani, *annum*, *qui erat DCCCLV*, *fuiſſe variis*, *grauiſſimiſque turbinibus*, *tempeſtatibus*, *grandinumque plagis horribilem*, *vicieſque terram apud Moguntiam tremuiſſe:* eodemque anno *Imperatorem* Lotharium *factum* in Prumienſi monaſterio *monachum*, ſtatimque in cæleſti ciuitate ciuem, cui ſuos in Ieremiam commentarios dedicarat Rabanus, quemque lib. de Anima laudauit. Fuit autem ei pluſquam IV menſibus ſuperſtes, cum illum *anno illo DCCCLV* dicant annales VI *Calend. Octobr. mortalem hominem exuiſſe.* Vt propterea errarit iterum *Tritbemius* loco citato dicens, *ſub Ludouico*, & *Lotbario mortuum.*

XXII, de *vitæ totius annis.* Quoquo modo Rabani annos putemus, apparet eos fuiſſe amplius LX. Nam cum inciperet libros de S. Cruce, annorum *quot vita annos habuerit*

erat XXX, circa Domini annum DCCCXXV. Eos autem, quoad epigrammata de Gregorio, & Ludouico, abſoluit circa Domini annum DCCCXXVIII, vti ſupra monſtratum numero X. Ab DCCCXXV vſque DCCCLVI ſunt anni XXXI, qui addantur illis XXX, quos tunc agebat Rabanus, erunt anni vitæ LX. Rurſum veriſimile, Abbatem Fuldenſem creatum non fuiſſe ante annum ætatis XXX, & Abbas fuit annos XXIV; Epiſcopus vero IX, per ea, quæ dicta numero XV & XXI. Vnde anni LXIII. Et ſane plurium adhuc fuiſſe reor, quia non niſi pluſculis, poſt ætatis triceſimum, annis monaſterio tanto præfuiſſe arbitror, doque teſtem *Trithemium* lib. de illuſtribus viris Germaniæ dicentem, *anno XXXV factum Abbatem omnium ſuffragio*, ita vt ad LXX annum acceſſerit eius vita, ſicque natus fuerit circa annum Domini DCCLXXXVI, vel circiter *. Edit. I pag. 649

* Bene *Mabillon* n. XXXVIII p. 36; *Eum provecta ætatis fuiſſe patet ex epiſtola ad Hincmarum Archiepiſcopum a Sirmondo edita, in qua ſe excuſat a prolixiori Goteſcalci refutatione:* quia ſcilicet id non permittit infirmitas corporis, nec ægritudo ſenectutis. *Quapropter eum ad annos ætatis fere LXX (LXVIII habet Trithemius) perueniſſe crediderim.*

Tumulatur ad S. Albanum.

XXIII, de *ſepultura*. Fuldæ ſepultum ait *Bruſchianus* catalogus, & quidam in MS. Sed reclamant alii omnes, dicuntque *in S. Albani* templo apud Moguntiam ſepultura donatum. Teſtis epitaphium ſæpe citatum, quod inibi fuit: & *MS.* ita contra illos agens: *Quanquam nonnulli fuerunt, qui aſſerebant, & ſcripto reliquerunt, eius corpus in Fuldenſi monaſterio ſepultum fuiſſe: verius tamen eſt, ipſum apud S. Albanum Moguntiæ tumulatum* *.

* Et quidem in SS. Epiſcoporum *Martini & Bonifacii* capella: quod *Anonymus*, quem *Mabillon* adducit, & ego ſupra iam laudaui, prodit. *Bruſchius* l. d. p. 204, *Sepultus eſt Moguntiæ ad* S. Albanum, *in ſacello* D. Bonifacii, *qui locus tamen ob chori noui ſtructuram nunc non agnoſcitur*. Conf. quæ dixi in chronico *D. Albani* lib. I ſect. I cap. XII.

Transfertur Halam Venedorum.

XXIV, de *ſepultorum oſſium translatione. Iacobus Wimpfelingus* in extrema librorum de S. Cruce, poſt epitaphium, notatione; *Ferunt*, ait, *ſepultum quondam Moguntiæ in S. Albani: nunc traductum Fuldæ quieſcere.* Sed Fuldam traductum negat Moguntia, ipſumque S. Albani templum, quod ſacra illius oſſa ſe, vſque ad Archiepiſcopum ſuum Cardinalem Albertum, cuſtodiuiſſe teſtatur. Hic autem primus in Saxoniam illa tranſtulit, prout narrat in vita S. Maximi *Trithemius* hiſce verbis: *Cum anno Moguntini Archiepiſcopatus ſui primo, Magdeburgenſis autem ſecundo, pro Dei amore, & reuerentia Sanctorum, apud Moguntiam, circumeundo ſacras, more ſuo, viſitaret eccleſias Albertus Archiepiſcopus, baſilicam diui martyris Albani deuotus intrauit, & videns decem præſcriptorum Pontificum ſancta corpora ſine honore neglecta, auctoritate non minus Apoſtolica, quam Ordinaria vſus, corpus D. Rabani quondam Archiepiſcopi totum, & S. Maximi Epiſcopi medium, permiſſione Canonicorum inde abſtulit, & in Saxoniam transferens, apud Hallas oppidum, in baſilica caſtri S. Mauricii, ſollenni proceſſionis officio collocauit, anno Dominicæ natiuitatis MDXV, Indictione Romanorum III; a tranſitu vero ipſius beati Maximi, anno milleſimo centeſimo triceſimo ſeptimo* *. Omnes enim non ſine ſanctitatis opinione cælo receptum autumant, vt idem attingit *Trithemius* lib. de ſcript. & *MS* †.

* Conf. *Mabillon* l. d. n. XL p. 37.

† Dignus eſt, quem hic inſpicias, idem, quem modo dixi, *Mabillon* n. XLI p. 37.

Epitaphium

XXV, de *epitaphio*. Id ab ipſomet viuo, ac ſpirante conſcriptum aſſerit *MS*, *Wimpfelingus*, *Trithemius*, alii, & negat, quod ſciam, nemo. Quia vero eius epitaphii auulſas hactenus partes quaſdam attuli, æquum eſt, omnes iam colligam, apteque cum aliis omnibus coagmentatas reddam. Sic igitur habet: 650

Lector honeſte, meam ſi vis cognoſcere vitam
Tempore mortali, diſcere ſic poteris.
Vrbe quidem * *genitus ſum, & ſacro fonte renatus:*
In Fulda poſthæc dogma ſacrum didici.
Quo monachus factus, ſeniorum iuſſa ſequebar:
Norma mihi vitæ regula ſancta fuit.

*al. vrbe quidē hac

Sed

Edit. I pag.

Sed licet incaute hanc, nec fixe ſemper haberem,
Cella tamen mihimet manſio grata fuit.
Aſt vbi iam plures tranſiſſent temporis anni,
Conuenere viri vertere fata loci.
Me abſtraxere domo inualidum, Regique tulere,
Poſcentes fungi Præſulis officio:
In quo nec meritum vitæ, nec dogma repertum eſt:
Nec paſtoris opus iure * *beneplacitum.* * al. vrbe
Promptus erat animus: ſed tardans debile corpus.
Feci quod poteram, quodque DEVS *dederat.*
Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte, iuuando,
Commendes CHRISTO *me vt precibus Domino.*
Iudicis æterni me vt gratia ſaluet in æuum,
Non meritum aſpiciens: ſed pietatis opus.
* *Rabani nempe mihi nomen: cui lectio dulcis* * al. HRaban
Diuinæ legis ſemper vbique fuit.
Cui DEVS *omnipotens tribuat cæleſtia regna,*
Et veram requiem ſemper in arce poli.

Eius vitam a *Rodolpho Presbytero* conſcriptam, & poſt a *Trithemio* libris tri- *Eius vitam ſcripſit* Rodolfus.
651 bus, eiuſque translationem libro vno, in *Wione* lib. V, & in *Pameliano* cata-
logo comperi. Ex iis, vbi olim, quod opto, prodierint, de Rabano cogno- p. 785
ſcehtur & plura & maiora. Eum ſane cum in ordinis ſui Martyrologio citatus
omiſiſſet *Wion*, in adiunctis adiungendum monuit. p. 911

1 Prodiit inter hæc, quod *Serarius* optauit, vita hæc Rabani, a *Rudolfo* Presbytero ſcripta, & tum a *Coluenerio* Rabani operibus præmiſſa, tum a *Bollando* in Actis SS. ad diem IV Februar. p. 512 & ſeqq. tum *Mabillonio* in Actis SS. Ord. Benedict. ſæc. IX p. 2 & ſeqq. quin ante eos iam a *Brovvero* in Sideribus illuſtrib. German. publici iuris facta eſt.

2 Ceterum, quod his adiiciamus, ſupereſt. Quippe inuenta fuit an. MDCCVI Guttersbachii, vico trium horarum ſpatio ab Erbaco diſtante, a Parocho tum loci, Turnio, ſub columna quadam iuxta templum collapſa, ſequens inſcriptio; quam tabulario Erbacenſi illatam per litteras ſignificauit amicus quidam; Eginharto vero, vt titulus libri habet, illuſtrato cap. I § II p. 3 inſeruit *Ioan. VVeinkens*; *Struuius* itidem notis ad chron. Laurisham. vetus p. 103, & ſyntagmati hiſtor. German. diſſert. VII § VII p. 177.

Ego Eginhardus (*Str.* Egenhardus) *hanc Chriſti effigiem in collis quadam baſi ad viam regiam Palatinatus conſtitui vna cum reliquiis S. Pauli in memoriam Immæ* (*Str.* Emæ) *meæ & Ludouici, cum ſaltus ille omnis inter Mœnum & Nicerum mihi ex dono ceſſerit* (W. ceſſiſſet) *tempore Caroli Magni Imperatoris DCCCXX Papa reuerendiſſimo* (W. reuerendo) *Paſchali anno regiminis ſedis IV iſta fuit inter venandum deuotio & nota viæ Michlenſtatt ſub lilio ſymbolum Caroli Magni inter venandum fortes & fideles noſtrorum* (*VV.* noſtros) *ſubditos item & conuentus in ſiluis ſtatutus terminus.*

Rabanus Maurus dedicauit
Abbas Fuldenſis DCCCXX V Maii.

Luculentum ſane temporum illorum, quæ Rabanus illuſtrauit, eorumque, quæ inter alia multa pietatis opera exercuit, diceres monumentum, niſi tot pateſceret indiciis, ψευδεπίγραφον eſſe. Indicauit iam quædam illorum ὁ δεῖνα, qui memoratum P. Weinkens librum faſcicul. XXVII actor. litterar. quæ Lipſiæ vernaculo prodeunt ſermone, recenſuit, ac ſub ſtili ſui vocauit acumen p. 215 & ſq. quædam *Struuius* ad Laurish. chron. p. 103; reliqua, aliis perſtringenda reliquere: quæ nos quidem, cum proprie huc non pertineant, miſſa facimus; contenti, vel verbo notaſſe, ἀνιστορήτως plane ac inepte dici: *Rabanus Maurus dedicauit Abbas Fuldenſis DCCCXX, V Maii*; ſiquidem ei, vt ex dictis conſtat, anno demum DCCCXXII, menſe Auguſto vel Septembri, pedum Fuldenſe traditum fuit; tum vero, tametſi iam anno DCCCXX Abbatis geſſiſſet titulos ac honorem, ei haud licuiſſet, dedicationis, vt hic accipi videtur, peragere ſollemnia.

3 Dein occurrit nobis decantatiſſimum illud diploma Lindauienſe; quippe quod Rabani ampliſſimo meminit titulo, quantaque res eccleſiarum promouerit cura, innuit. *Sed ne deinceps*, ita habet, *laudes diuinæ & regulares diſciplinæ ibidem deficerent, dignitatem noſtram per interuentum fidelium noſtrorum* illuſtrium, Rabani *ſcilicet, ſanctæ* Moguntinæ *eccleſiæ* Metropolitæ, *nec non Salomonis videlicet, Conſtantienſis eccleſiæ Præſulis, poſtulauit* &c. Enimuero ſpurium id eſſe, ſubleſtæque fidei, nemo diffitebitur, qui præter alia complura νοθείας ſigna hæc ipſa de Rabano verba cum ceteris contulerit. Datum ſcilicet hoc

diploma dicitur *IX Kal. Maias anno Chriſti propitio XXVI Imperii Domini HLudouici, indictione II, actum Baduma, palatio regio.* Annus vero XXVI imperii Ludouici incidit in annum æræ vulgaris DCCCXXXIX. At Rabanus multo poſt demum, anno nimirum DCCCXLVII, ad Moguntinum prouectus culmen eſt. De titulo *illuſtris*, item *metropolita*, iſta tempeſtate Epiſcopis in tabulis Imperatorum publicis nondum dato, nil dicam; cum, quicquid dici poteſt, iam dixerint *Conringius*, *Tenzelius*, & nouiſſime contra Raſſlerum *VVegelinus* in diſſertatione de liberæ Ciuitatis Lindauienſis prærogatiua præ illuſtri ad D. Virginem cœnobio, ſect. III § XIII p. 246 & ſeq. § XL p. 312 & ſeq. Adſeram ſolum *Iuſti Fontanini*, Foroiulienſis, in Romano archigymnaſio publici eloquentiæ Profeſſoris, verba, quæ habentur cap. VI libri, quem *vindicias antiquorum diplomatum* inſcripſit, Romæ anno MDCCV editi: *Porro, in diplomate, quod monaſterio Sanctimonialium Lindauienſi ad lacum Potamicum Ludouicus Imperator creditur conceſſiſſe, & de cuius ſinceritate præter Conringium Baluzius, Mabillonius, & Tenzelius dubitarunt; ſi tot ſinceritatis notæ concurrunt, quot quidem viri eruditi adnotarunt, vt ſunt forma characteris atque ſigilli, Ludouici Pii monogramma, & notarii recognitio; omnes tamen & ſingulas eaſdem notas ſtatim exſufflat vnus turpis anachroniſmus Moguntini metropolitæ Rabani Mauri; cuius poſtulationibus diploma iſtud dicitur impetratum fuiſſe a Ludouico; quum non niſi integro ſeptennio a morte eiuſdem Imperatoris Rabanus Maurus ex Abbate Fuldenſi ſedem Moguntinam inſcenderit, nempe anno quadrageſimo ſeptimo ſupra octingenteſimum: quod vnum, etſi alia defuiſſent, ſatis ſuperque erat ad detegendam inepti mangonis inſcitiam & leuitatem; niſi tamen idem diploma eſt tranſſumptum, vt vocant, non autem autographum; & proinde ab exſcriptore olim interpolatum, atque alicubi animo ſimplici reſtitutum; quum forte in autographo Ludouiciano litteræ aliquot temporis iniuria periiſſent.* Edit. I pag. 651

CAROLVS.

I

Carolus ſedi præficitur.

RAbano ſucceſſit, aiunt *annales Pithœani*, anno DCCCLVI *Karlus, magis ex voluntate Regis* (orientalium ſcilicet Francorum Ludouici) *& conſiliariorum eius, quam ex conſenſu, & electione cleri, & populi* †. Vberius MS. *Carolus S. Pipini, Regis Aquitaniæ, filius, & Corbeienſis antiquæ in Francia monachus *; vir carne quidem nobilis; ſed omnium virtutum genere nobilior; conſeruatione religioſus, deuotione plenus, ſcientia legis diuinæ & humanæ optime pollens; ad quem ſæpe ſummus Pontifex litteras deſtinauit; a patruo ſuo Ludouico Germaniæ Rege, e monaſterio vocatus, in Moguntiacenſis eccleſiæ Archipræſulem ſeptimum ſublimatus eſt, magis quam cleri electione* †, *præfuitque annis VIII*; immo VII potius, vt habet *Bruſchianus catalogus*, & *Trithemius* in Hirſaugienſi chronico, & ſub finem huius Archiepiſcopi idem *MS.* Et vero ſeptem ii anni adhuc mutili fuerunt. Nam in *annalibus Pithœanis (p. m. 35)* ita legimus: *Anno DCCCLXIII Karlus Archiepiſcopus Moguntiacenſis eccleſiæ, II Nonas Iunii defunctus eſt.*

Pipini, Regis Aquitaniæ, ſuus filius.

1 Carolus, cum fratri Pipino & velificaretur & ferret ſuppetias, in itinere a Viuiano Comite captus fuit. Sic namque auctor *chronici Fontanellenſis* ad an. DCCCXLIX: *iſto anno, menſe Martio, cepit Viuianus Comes* Carolum, *fratrem Pipini, qui ad auxilium fratri ferendum Aquitaniam deſtinabat, alioſque complices.* Captus more monaſtico attonſus, ac in cœnobium Corbeiæ veteris compactus eſt. Auctor *annal. Fuldenſium* ad annum DCCCLI p. 29, *Similiter &* Carlus *frater eius* (Pipini) *iunior, cum de regno Hlutharii profectus, fratrem inuiſere diſpoſuiſſet, tentus eſt a Comitibus Caroli Regis, &, illo iubente, tonſus in Corbeienſe monaſterio miſſus eſt in cuſtodiam.* Conf. quoque *Sigebertus Gemblacenſ.* ad an. DCCCLII p. m. 565. E Corbeia poſt fuga elapſus, ad Ludouicum Germaniæ Regem ſeſe recepit; quod quidem auctor *annal. Bertinianor.* ad an. DCCCLIV his innuit verbis: Carolus *Pipini frater, iam Diaconus ordinatus, a Corbeienſi monaſterio recedit.*

† 2 Enimuero, non Regis ſolum voluntate, ſed cleri etiam populique conſenſu atque electione Rabano ſuffectum tradunt, idque non comparate, *annales Fuldenſ. Francor.* mſcr. *cœnobii Trudonis* ad an. DCCCLVI; *Menſe Februario, IV die menſis defunctus eſt Hrabanus, Archiepiſcopus Moguntiacenſis eccleſiæ, cui Karolus, Pipini Regis filius, qui de cuſtodia Corbeienſis monaſterii lapſus, ad Hludouicum Regem patruum ſuum defecerat, in Epiſcop. ſucceſſit, VIII Id. Mart.* » non ſolum ex voluntate Regis, verum etiam ex » conſenſu & electione cleri & populi. »

Datus autem Rabano ſucceſſor eſt VIII Id. Martii, vt modo audiuimus. vid. *Mabillonius* in elogio S. Paſchaſii Radberti hiſtorico n. XVIII.

* *Corbeia vetus* Gallica, *noua* Germanica. (S.)

Lothario

II Huius pietatis argumentum illud inſigne laudat *Cochleus*, quod *eius conſilio*,

ſilio, & hortatu [illegible] *Lotharius* [illegible] *pro nihilo duxerit, ſeſeque in Prumienſe cœnobium contulerit*, vt in *Rabano* dictum ſupra numero XXI. Sed conſilium, hortationemque hanc fuiſſe oportuit antequam *Imp. auctor fuit deponenda dignitatis imperatoriæ.*

652 Epiſcopali augeretur honore Carolus, cum monaſticam adhuc pie, demiſſeque vitam ageret. Nam anno DCCCLV hoc in mundo deſiit eſſe Lotharius, vt ibidem narratum.

III Anno DCCCLVII Moguntiæ ſynodum habuit, de qua lib. I cap. XXXIII expoſitum. Incepiſſe tum videtur triennalis illa diaboli contra Moguntinos tragœdia, de qua iisdem verbis *MS.* & *Sigebertus* in anno DCCCLVIII (*p.* 566) ſic: *in parochia Moguntina* (Moguntiæ, an in diœceſi Moguntina aliubi? *Moguntiæ* ait *Trithemius* in Hirſaugienſi chronico *) *malignus ſpiritus euidens ſuæ nequitiæ dedit indicium. Nam primo lapides iaciendo, & parietes domorum quaſi malleis pulſando, inde manifeſte loquendo, furta etiam prodendo, diſcordias inter vicinos ſeminando, homines inquietabat. Denique animos omnium contra vnum hominem commouit, quaſi propter eius peccata ceteri talia paterentur, cuius fruges in vnum coaceruatas incendit, qui vbicunque intraſſet, ſtatim domus illa exurebatur, vt iam ei niſi in agris locus manendi nullus eſſet. Propter hoc Presbyteris litanias agentibus, & benedictam aquam ſpargentibus, inimicus lapides iaciendo, multis cruentatis, tandem aliquamdiu quieuit. Presbyteris recedentibus inimicus flebiliter vlulans, tandem Presbyterum quendam nominatim exprimens; ſe, quando aqua benedicta ſpargebatur, ſub cappa illius, quaſi familiaris ſui, latuiſſe profeſſus eſt, accuſans eum cum filia procuratoris concubuiſſe. Sic per triennium inſtitit, donec ibidem cuncta ædificia incendio conſumeret.* Et faſciculus temporum: *Moguntia circa hæc tempora in magna afflictione fuit per triennium. Dæmon publice apparuit, & domos incendebat, & ſacerdotes lapidauit, qui aquam benedictam aſpergebant, & homines fugiunt.* *Moguntiæ ſynodum habuit.*

* Ad an. DCCCLX p. m. 27. qui tamen ſub finem addit: *alibi legimus, iſta non in ciuitate Moguntina contigiſſe, ſed in quodam vico Moguntinæ diœceſis, cuius nomen tamen ibi non exprimitur.* Haud procul Bingа, in villa quadam, quæ latine *Caput* [illegible] dicebatur, ſpiritum nequam hunc nequitiæ ſuæ dediſſe ludum, *annales* teſtantur *Pithœani* ad an. DCCCLVIII p. m. 33; *Villa quadam haud procul ab vrbe Pinguia ſita eſt*, Caput [illegible] *vocatur, quod ibi montes per* [illegible] *Albani* [illegible] *habent, vulgus* [illegible] *Camminum* [illegible] *ſolet, vbi* [illegible] *gnus ſpiritus euidens* &c. Locus vero hic, qui *Caput montium* appellatus olim fuit, vulgo *Camm*[illegible] *eſt* [illegible] in pago Nachgowe. vid. *Freherus* origin. Palatinar. parte II cap. XI p. 44, *Paullini* commentar. de Pagis p. 149.

Ceterum ex [illegible] patet, errare auctorem, dum § IV ſequenti ſubdit, annales hæc tacere. Quippe habent ea diſerte, fuſiuſque adhæc quam ipſe Trithemius. Præter annales vero in litteras ea quoque miſere *Sigebertus* ad an. ſupra iam dictum, *Hermannus Contractus* ad an. eundem DCCCLVIII, *Albericus* in chronico ad an. DCCCLVII.

IV Tacent hæc annales, ſed non illum, quem breuiter attingit *Manuſcr.* terræ motum, de quo ſic: *Anno DCCCLVIII in Kalendis Ianuariis* (corrigendus MS. dicens in Februario) *terræ motus magnus factus eſt per ciuitates,* *non longe poſt vexationem Moguntia fuit terræ motus.*

653 *& regiones diuerſas, maximus tamen apud Mogontiacum, vbi maceriæ antiquæ ſciſſæ ſunt; eccleſia S. Albani martyris ita concuſſa eſt, vt murus de faſtigio cadens, oratorium S. Michaelis ad occidentem baſilicæ bicameratum, cum tecto, & laquearibus, ruina ſua confringens terræ coæquaret.* Ruſumque anno DCCCLIX iidem annales: *Vrbs Moguntia cum locis ſibi contiguis per totum anni circulum immani terræmotu vexatur.*

V Fuit hiſce temporibus Moguntiæ inſigni ſanctimonia vir, nomine, reque ipſa *Probus*; quem MS. *monachum* apud S. Albanum fuiſſe *incluſum* ait, mortuumque anno DCCCLX miraculis clariuiſſe. Sed in anno DCCCLIX eius mortem ponunt annales (*p. m.* 34) illuſtri cum ſanctitatis laude ſic: *Probus Presbyter religioſus, cuius caſta conuerſatio, & doctrinæ ſanctæ ſtudium Mogontianam illuſtrauit eccleſiam, VII Kalend. Iunii diem obiit. Sed quoniam per omnia longum eſt texere, qualiter in ſupra dicta eccleſia, ſine faſtidio, die, noctuque, fructuoſo labore deſudauerit, vel quomodo omnia omnibus factus fuerit, vt cunctos lucrificaret Chriſto, ſaltem aliqua virtutum illius duobus verſiculis non pigeat memoriæ commendare, vt ex his cetera diuinitus illi collata facilius valeant intelligi:* *Hiſce temporibus etiam Probus floruit.*

Quam

Quam prudens, humilis, patiens, caſtusque fuiſſet, Edit. I pag.
Littera, vel lingua nulla referre poteſt.

Albericus in chronico p. 188 an. DCCCLVIII mortuum vult, *anno*, inquit, *DCCCLVIII Probus Presbyter obiit, cuius conuerſatio & ſtudium Moguntinam eccleſiam illuſtrauit.* Cum *MS.* tamen, quem *Serarius ſecutus, Trithemius* facit, qui in chronico Hirſaugienſi *anno*, inquit, *prædicto* (DCCCLX) *S. Probus Presbyter, monachus in cœnobio S. Albani martyris prope Moguntiam, omni ſanctitate plenus & glorioſus, moritur, & in eadem eccleſia ſepelitur, qui doctrina & vita merito præclarus, Moguntiam, verbis & opere, multis temporibus palam glorioſe illuſtrauit.* Confer quæ dixi in diſſertatione *de Doctis Moguntinis* n. I.

boni Carolus Ludouico & Pontifici dicitur inſeruiiſſe conſiliis.

VI Quæ de Archiepiſcopo iſto reſtant, libet e *MS.* tranſſcribere. *Ludouicus* (ait) *Imperator II cum Nicolao ſummo Pontifice, conſilio huius Caroli Archiepiſcopi, multa bona ad Pontificatum, & Imperium Romanum pertinentia ſtatuit. Vnde & idem Papa ad ipſum Carolum multa ſcripſit vtilia, quorum meminit M. Gratianus in Decreto* diſt. 50 c. Sacerdotes, *habeturque etiam in geſtis concilii Wormatienſis.* Videatur Gratianus loco indicato, vbi tantum dicitur: *Nicolaus Carolo Archiepiſcopo, & eius Suffraganeis,* & 32 q. 7 c. Hi, qui matrimonium. B. *Iuo* lib. VI de mulieribus, vbi etiam, *Nicolaus ad Carolum Maguntinenſem Epiſcopum: Burchardus* Wormatienſis lib. IX c. XXVIII.

reſtituit S. Albani ædem, in qua ſepultus fuit.

VII Eccleſiam S. Albani terræmotu quaſſatam reſtaurari curauit: & in reſtaurata pridie Nonas Iunii ſepultus eſt. Videtur tamen non *ſepultum*, ſed *mortuum* dicere MS. pridie Nonas iſtas, cum tamen annales clare ſupra dixerint *II Nonas Iunii defunctum.* Epitaphium eius fuit hoc: 654

Quis lateat tumulo, quiſquis miraris, in iſto,
Nolo mireris: tu quoque puluis eris.
Sic equidem dura mors exercet ſua iura,
Vt nulli parcat, parcere nec valeat.
Eſt teſtis CAROLVS, regali ſemine natus:
Præſul magnificus, vermibus eſca datus.
Sed, lector, fragilis quia putrent omnia carnis,
Dic anima perpes vt maneat requies.

vtrum in Diuis numerandus ſit

VIII Diui titulo inſignitur a *Wione* lib. II ligni vitæ, dum ait: *D. Carolus, Pipini Regis Aquitaniæ filius, ex Rege Aquitaniæ monachus primum S. Petri Corbeiæ Gallicæ, deinde Fuldenſis: poſtmodum, fauore Ludouici Germaniæ Regis, patrui ſui, eccleſiæ Moguntinæ Prælatus.* Ego autem nolim quidem aut Carolo huic optimo, aut alteri vlli ſanctitatis laudem, cæleſtiſve felicitatis honorem vllo modo detractum: ſed neque ſi eccleſiaſtice loquendum ſit, auſim bonum, pium, & laudatum quemlibet virum, niſi maior quædam teſtificatio & auctoritas accederet, in cælites referre, ſanctumque aut diuum appellare. Sin vero aut Ciceronis, aut Latinorum aliorum loqui more libeat, qui vir bonus, idem & ſanctus, diuinus, dius, diuuſque. Priore autem modo loqui ſe profitetur, in lib. III præfatione, *Wion. Sanctorum*, ait, *catalogo inſertos, & ab eccleſia pro Sanctis habitos, titulo Sancti, vel Diui prænotaui: aliis, beatitudinis quidem luce iam fruentibus, ſed ab eccleſia ſacroſancta nondum, quod ſcirem, canonizatis, Beati titulum appoſui.* Sed forte in libro II iſta præpoſita *D* littera non *Diuum*, ſed *Dominum* ſignificat, cum aliis tam multis eandem præfigat, qui pro Diuis ab eccleſia non habentur: & neque Carolum iſtum in 655 libri ſui Martyrologio, vel adiunctis ille recenſeat. Hoc monere ſemel viſum, ne quis forſan obrepat error. præſertim cum in eodem illo libro II litteræ aliæ S & B prænotatæ, *Sanctum, Beatumque* notent. vt, *S. Bonifacius, S. Lullus, B. Rabanus.* Quidni vero etiam, de quo hic ſupra, *B. Probum* dicamus?

LINDBERTVS.

I

A Quibuſdam vocatur *Ludibertus*, a *Gratiano* mendoſe *Lampertus*, *Hupertus*, aut *Wipertus*, 2 q. 4 Can. *conſuluiſti* : mendoſius etiam *Luitbobius*, *Luthbobius*, aut *Luitobius*, d. 16 c. *viginti* *. Diuerſimode ſcribitur.

* Ab *Orfrido* in dedicatoria, verſioni Euangeliorum præmiſſa, *Liutbertus* vocatur; ab *Actardo* Epiſcopo in epiſt. nomine PP. in concilio Sueſſionenſi præſentium ad Nicolaum Papam ſcripta, & fragmento hiſtor. Britanniæ Armoricæ, quod *Martene* & *Durand* nobis tom. III dedere, n. XV inſerta, col. 841, *Leotpertus Moguntionum metropolis Epiſcopus*; a ſcriptore *necrologii Fuldenſis* p. 763, *Liutbraht*; a *Ratperto* de caſibus monaſterii S. Galli cap. X, *Liutvvardus* : auctore *chronici VVirzburgenſis* p. 505, *Luibbertus*; auctore vitæ *S. Rimberti* cap. XI, *Luidbertus* : *Alberto* denique *Stadenſi* p. m. 203 *Lutbertus*, & p. 206 *Lindroldus*.

Caroli vero in locum ſurrogatus eſt d. XXX Nouembr. Sic enim *annales Pithœani* ad an. DCCCLXIII p. m. 35, *Luitbertus eiusdem ſedis honore ſublimatus II Kal. Decembr.*

II Quemadmodum vero ſuperioris Archiepiſcopi extrema e MS. retuli: ita & huius primordia numquid non recte referam? *Luithbertus*, inquit, *vir valde venerabilis, vndecunque doctus, ſapiens, largus, patiens, humilis, benignus, & de omnibus bene meritus, a Ludovvico Rege, morte fratruelis ſui comperta, magno cum populi & cleri plauſu in Maguncíacenſis eccleſiæ ſubuebitur Præſulem octauum. Qui curæ paſtoralis officium geſſit prouide annis XXVI. Ad hunc Archiepiſcopum, vtpote virum doctum & litterarum amatorem, Otfridus, Rabani olim diſcipulus, monachus Wiſſenburgenſis, ſcripſit opus inſigne metricum, magnum & admirandum euangelium* *. Cuius mentio ſupra facta eſt lib. I cap. XI, & fit a Domino *Velſero*, cum alibi, tum extremo lib. II rerum Boicarum, ſic: *Vixit ante annos ab hinc amplius ſeptingentos Otfridus monachus, qui Germaniæ ſermonem omnium primus litteris tractare aggreſſus, linguam appellauit ſcriptu perdifficilem propter ſonum incommodum, & litterarum plerunque congeriem, multis in eam ſententiam collectis argumentis; tum vocalium creberrimum, præ eo quod nunc fit, vſum fuiſſe, perpetuum veluti teſtimonium eius ſcriptio dicit. Quæ, meo ſenſu, cauſſa longe pleniſſima mutatæ, pro ſcribentium libidine & inſcitia, orthographiæ.* a Ludouico Rege Moguntinis Præſul datus.

656

* Præmiſit ille, vt dictum, dedicatoriam, quæ ſic incipit; *Dignitatis culmine, gratia diuina, precelſo* Liutberto, *Magontiacenſis vrbis Archiepiſcopo*, Otfridus, *quamuis indignus, tamen deuotione, monachus, presbyterque exiguus, æterna vita gaudium optat ſemper in Chriſto.* v. *Lambecius* lib. II Commentar. de biblioth. Cæſarea cap. II p. 423.

III Erant inter Ludouicum & Carolum Regem non leues tum diſcordiæ: ſed anno DCCCLXIV, Septembri menſe, in *oppido Tuiſconis* (Tovven Tuitſch) ſeu, vt loquuntur *annales Pithœani* (*p. m.* 38) quorum verbis loqui pergo, *apud Duſicam villam, quicquid inter illos leuitate humana, vel ſuggeſtione militum perperam geſtum fuerat, ſibi mutuo dimittunt, cuncta retro obliuioni tradenda cenſentes. Huius autem fœderis pactum inuiolabiliter omni tempore conſeruandum, teſtes & admonitores idonei ex vtraque parte ſtatuuntur. Nam Hludovvicus, ex parte Karoli, Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum, & Engilrammum Comitem: Karolus vero, ex parte Hludovvici, Luitbertum Archiepiſcopum, & Altfridum Antiſtitem elegit, vt ſi forte ab aliquo eiuſdem pacti iura lederentur, his admonentibus & geſta priora ad memoriam reuocantibus, facilius in priſtinum ſtatum reformari poſſent.* Pacis inter Ludouicum & Carolum reges factæ teſtis conſtituitur & admonitor.

Anno DCCCLXV S. Rimbertum, S. Anſcharii, Bremenſis Archiepiſcopi, in locum electum, ac Ludouici iuſſu ab Luithardo Paderbornenſi, Theoderico Mindenſi, Epiſcopis, & Adalgario, monaſterii nouæ Corbeiæ Abbate, Moguntiam adductum, ordine initiauit Epiſcopali. Vid. auctor vitæ *S. Rimberti* cap. XI p. m. 740, *Adamus Bremenſis* hiſtor. eccleſ. lib. I cap. XXXII p. m. 10, *Buſſo VVatenſtedius* in chronico Mindenſi p. 7, *Schatenus* annal. Paderbornenſ. lib. III ad an. DCCCLXV p. 158 & ſeq.

IV Anno autem DCCCLXV Ludowicus, Ludowici Regis filius, ægre ferens ſibi a patre fratrem Carlmannum præponi, graue contra illum, Abialomis inſtar, bellum excitauit. Sed parricidalis belli auctor, filius iſte Ludowicus, Ludouicũ ſuum patri 2 Reg. 15.

Ludouico reconciliatio, cus, *mediante* (aiunt iidem *annales*) *Luitberto Archiepiſcopo, aliiſque pacis* Edit. I pag.
amatoribus, apud Wormatiam patri ſuo reconciliatur *. *Ea tempeſtate* (per-
gunt iidem *annales* (*p. m.* 39) *apud Moguntiacum quidam de hominibus Luit-
berti Archiepiſcopi, orta ſeditione, interfecti ſunt, quorum mors grauiter in
auctores ſeditionis vindicata eſt. Quidam enim in ligno ſuſpenſi, alii manuum
& pedum ſummitatibus amputatis, etiam lumine oculorum priuantur; nonnulli
omnia ſua relinquentes, & mortem euadere cupientes, exules effecti ſunt.*

* Anno quidem ſequenti DCCCLXVI; quippe ad quem id diſerte referunt annales dicti p. m. 39.

Lothario rege uxorem Teutbergam repudiante, V Ipſo autem Pontificatus eius anno *primo*, vel, vt *Rhegino* (*p. m.* 43)
vult, *ſecundo* contigit, quod non niſi pluribus poſt annis finem accepit, indi-
gnum ſcilicet funeſtumque illud *Lotharii* Regis *a legitima vxore Teutberga*, vel 657
Thietberga, quam anno DCCCLVI duxerat, *diuortium*, nouumque cum
vetere concubina Waldrada coniugium: quod magnam Chriſtianæ legis purita-
ti notam, occidentali eccleſiæ labem, cladeṁque allaturum fuiſſet, niſi & Ro-
mani Pontificis *Nicolai*, poſteaque *Hadriani* auctoritate ac vigilantia, & *Luid-
berti* noſtri prudentia, conſtantiaque occurſum fuiſſet. Longa eſt hiſtoria, quam
Pithœani annales anno DCCCLXIV, & illius temporis ſcriptor diligens *Rhe-
gino* explicant, aliique complures tam hiſtorici, quam iureconſulti in 2 q. 1 c.
ſcelus, & 2 q. 3 *Theugaldum*, ſiue, vt annales vocant, *Theotgaudum*, Rhe-
p. 43. gino *Thietgandum*, & alii *Theutgaudum*, & 27 q. 2 c. *Scripſit nobis*, deni-
que d. 63 c. *Porro ſcias*. Sed breue vt faciam, Epiſcopi complures, in tanto
Regis flagitio canes fuere muti: quidam etiam, quod capitalius, illius gratiam
& affinitatem aucupantes, & ſilentii aliis auctores fuerunt, & ſceleris patrocinium
Colonienſi & Treuirenſi, rem approbantibus, ſuſceperunt. Inter quos omnium præcipui duo Archiepiſcopi, Colonienſis *Gun-
tharius* ſeu *Guntherius*, & Treuerenſis *Thietgaudus*. (*Hunc enim ſimplicio-
rem, nec adeo*, inquit *Rhegino*, (*l. d.*) *in diuinis ſcripturis eruditum, cano-
nicisque ſanctionibus exercitatum, quaſdam ex vtriuſque Teſtamenti paginis
proferendo ſententias decepit alter*) Sollicitarunt ii ambo modis admodum variis
haud conſenſit, Moguntinum Luidbertum. Sed placere is Deo maluit, quam Regi. Pontifici-
que potius obſequi Romano, quam Coepiſcopis vicinis. Excommunicatus a
Pontifice Lotharius & duo illi Archiepiſcopi Romam acciti, ſuoque *de gradu ac
dignitate deiecti*, prout anno DCCCLXVIII in annalibus ſcribit *Nicolaus* Pon-
tifex.

VI Luitbertus vero interfuit Sueſſionenſi concilio, vbi & de aliis, & de hiſ-
ce duobus Archiepiſcopis excommunicatis actum, idque Nicolai Pontificis iuſſu,
ad quem ita congregati Patres de Luidberto: *Interea Luidbertum Mogonciacen-
ſis eccleſiæ largitate palliatum, ... pro ſanctitatis eius reuerentia & ſapientia,
.... interuentu glorioſiſſimi filii veſtri, eadem ſynodo nobis aſſociari expediuimus.*

Conf. epiſtola *Aſtardi* Epiſcopi l. d. col. 841. Anno DCCCLXVIII Synodo Vormatienſi præfuit, ac Luthardo Paderbornenſi Antiſtiti facultatem dedit, parthenonem Heriſienſem, de quo ſupra, excitandi, vid. *Schatenus* annal. Paderbornenſ. l. d. ad h. a. p. 163, *Leuckfeldius* in antiquitat. Halberſtadienſibus ad h. a. p. 79, & in diplomat. p. 620, Celſiſſimus itidem auctor *monumentorum Paderbornenſium* p. m. 236.

Iuſſu Pontificis eccleſiæ Colonienſi & Treuirenſi alios præficit Antiſtites. VII Idem Luidbertus, eiuſdem Pontificis auctoritate, in excommunicato-
rum locum ſuffecit, *Coloniæ* quidem *Wilibertum* Presbyterum: *Treuiris* vero 658
Bertulfum Mediolacenſis monaſterii Abbatem; vti refert idem MS. licet Caro-
lus Rex iam deſignaſſet Colonienſem Archiepiſcopum *Huilduinum*, vti narrant
annales Pithœani anno DCCCLXX hiſce verbis. *Luitbertus Moguntinæ ſe-* (p. 41)
*dis Archiepiſcopus cum quibuſdam Suffraganeis ſuis, profectus Coloniam, Wil-
libertum Presbyterum iuſſu Hludouici Regis & totius cleri, & populi electione,
etiam Carolo nolente, in locum Guntharii ordinauit Epiſcopum. Auentinianus* vero
c. 16. Boiorum annalium IV liber copioſius ex *Rheginone* ita rem perſequitur: *Eo tempo-
re Gothardus, Paulus, & Leon Epiſcopi, oratores Imperatoris, Pontificiſque
Romani veniunt, iubentque Carolum regno alio manus abſtinere, Lotharingia
mox diſcedere. Ni obtemperet, arma, proſcriptionem, atque, per omnium
ſacerdotum religiones, deuotionem minitantur: non poſſe alium Lotharii here-
dem eſſe, quam germanum fratrem, Imperatorem Romanum. Carolus reſpon-
det,*

Edit. I pag. *det, ſe a libero Francorum populo vocatum, non poſſe eos deſerere, qui ad*
ſuam fidem, & tutelam confugerint. Inde ratus haud dubie fratri vltima fata
imminere, Alſatios petit, Hugonem Leitfridi, & Bernardum Bernardi filium
in ditionem redigit, moxque Aquas Graneas repetit, ibi natalis CHRISTI
anniuerſarium ſacrum peragit. Interim Ludouicus frater eius, maturius ex-
ſpectatione, vigorem animi, & corporis recuperat. Viribus itaque corporis re-
ceptis, celeritate quanta poteſt Calendis Februariis Francofordiam feſtinat. Con-
fugiunt ad eum plerique omnes ex Gallia, Germania, Belgica, & Celtica,
quibus rex Carolus cordi non erat. Luitpertus Archiepiſcopus Moguntinus,
Adlfridus Saxonum Hildesheimenſis Pontifex, vitæ probitate, morum ſanctimo-
nia, ſapientiaque nobiliſſimi, ad Carolum legati proficiſcuntur, receptique ab
Agrippinenſibus, inuito Carolo, Willebertum iuſſu Ludouici Epiſcopum vrbi con-
659 *ſecrant. Inde ad Carolum ſe conferunt, hancque orationem ibi habuerunt.*
Quoniam (inquiunt) hactenus tibi ludibrio fuimus, tuque animo indulgens, „
conſilia, preces, poſtulata noſtra floccifacis, neque vlla iuris, pietatis, ſan- „
guinis ratione habita aliena intercipis, nihil vltra verbis fruſtra tempus tere- „
mus, factis opus eſt: armis prærepta repetemus: vi ablata, ferro adſere- „
mus. Vulgo apud nos dici ſolet; Qui aliena appetit, ſui eſt negligens, & „
nimis multa concupiſcens, perpauca adipiſcitur. Proinde pacem & bellum hic „
offerimus. Vtrum vis, mox tibi ſume: aut continuo cum omnibus Comitibus „
in tuum regnum, quouis gentium ex hiſce diſcede terris, aut iam aciem in- „
ſtrue. Iamiam inuictiſſimus Rex noſter, regiique iuuenes Carolus, Ludouicus, „
Carolomannus, fulmina belli, victrices copiæ aderunt, ingruent cum his bel- „
licoſiſſimi, & ferociſſimi Germaniæ pugnacis populi, nationeſque, ne ſociis „
quidem ſatis notæ, Sclaui, Venedi, Cimbri, Dani, Nordmanni, Abroditæ, „
Boiemi, Zechi, Sorabes, Morani, Bolii, Velatabi, Turogi, Franci, „
Saxones, Boii, Sueui, Chariones, & ceteri, quos ſcrupuloſius referre ſu- „
peruacuum eſt. Hi ſuperis fauentibus, frenos auiditati imponent: te ferro „
docebunt, quidnam periculi ſit, fratrem fallere, & alienam hereditatem „
præripere. „ *Carolus commotus autoritate, & conſtantia grauiſſimorum Pon-*
tificum, amicorumque ſuorum ſuaſu, e veſtigio Lotharingiam liberam relinquit;
vno itinere, in regnum ſuum, Compendium remigrat.

VIII Sed anno DCCCLXXII a Ludouico Rege, vt in *Pithœanis annali-* Bello contra Bohemos interfuit, ſtrenueque rem geſſit.
bus eſt (p. m. 44) *quidam de Francia mittuntur Karlmanno in auxilium con-*
tra Slauos ſupra dictos, alii deſtinantur contra Behemos, qui, Dei adiutorio
freti, Duces quinque, quorum iſta ſunt nomina, Zuuentiſſan, Witiſſan, He-
riman, Spoitimar, Miſſan, cum maxima multitudine ſibi rebellare nitentes, in
fugam verterunt, & alios quidem occiderunt, alios vero in fluuio Fludaha ſub-
660 *merſerunt. Qui autem euadere potuerunt, in ciuitate defecerunt. Deinde*
parte non modica illius prouinciæ depopulata, incolumes reuerſi ſunt. In hac
expeditione Luitbertus Archiepiſcopus primatum tenuit. Atque hanc ob cauſ-
ſam ei, quæ a militantibus cum eo viris geſta ſunt, omnia, quaſi manu ipſe ſua
(quod abſit) pugnaſſet, attribuit *Auentinus*, nomina etiam propria nonnihil
immutans eodem libro IV ſic: *Rex Germanus in Boiariam reuertitur, Paſcha-* c. 16.
libusque rite Reginoburgii perpetratis, vindicare ab vltimo dedecore a Suate-
bogo iniuncto, nomen gentemque Boiorum parat. Quatuor exercitus ad diuer-
ſos orbis cardines in Venedos arma mouere præcipit. Primi Saxones, atque Tu-
rogi ab Aquilone Morauos, qui tum latiſſime omnium Venedorum imperitabant,
inuadunt. Cum ſine rege eſſent, ac ductores diſſentirent, terga dedere hoſti-
bus, in fugamque fuſi compluribus amiſſis, domos turpiter repulſi ſunt. Qui-
dam præfecti dum pauidi pedem referunt, a mulierculis hoſtium fuſtibus verbe-
rati, de equisque reiecti, trucidati ſunt. Arno Pontifex Würtzburgenſis, Si-
gehardus Fuldenſium monachorum Pater, cum Francis ab auſtro hoſtibus con-
greſſi, eos pugna ſuperarunt, victoreſque, vaſtata ſibi deſtinata portione, ta-
men pluribus prælio deſideratis, magnis difficultatibus annonæ & itineris (nam
per Boiemorum confinia ductabant) domos rediere. At Luitpertus Archimy-
ſtes Mogontinus cum Rheni accolis, cumque Lotharingiis, Boiemiam per ſal-
tus Hercynios vi penetrauit: manu, ferroque viam fecit. Zentiſlaum, Vitiſ-

laum , Hermannum , Spotimarum , & Moſolaum , regulos quinque Boiemorum Edit. I pag.
*cum manu valida occurrentes , coniuratos Suatebogi , in fugam coniecit : mul-
tos occidit , pleroſque in Multam amnem actos ſubmerſit, paucis in ciuitates mu-
nitiſſimas elapſis. Boiemiam prædando , exurendo peragrat , incolumis cum
triumpho reuertitur.* Interim hoc eodem anno DCCCLXXII *terræmotus III* 661
Nonas Decembris , hora prima , Moguntiam conſumpſit ciuitatem , aiunt
annales.

Dæmonium Francofurti e Carolo Craſſo, Regis filio, eieciſſe dicitur.

IX Illud vero fuit Epiſcopo ſane congruentiſſimum, & ad Dei, eccleſiæque
gloriam multo illuſtriſſimum, quod idem Archiepiſcopus geſſit an. DCCCLXXIII
Francofurti , dum in illuſtri totius regni luce , Ludovvico Rege , Proceribusque
ſpectantibus, teterrimum non e viliore aliqua perſona, ſed ex ipſo regis filio *Ca-
rolo*, qui *Craſſus* dictus, dæmonium, quod miſerrime atrociſſimeque illum exagi-
tabat & diſcruciabat, eiecit. In *annalibus (p.m.44)* Luitberti tamen omiſſo, quod
indicarunt alii, nomine, res tota narratur ſic : *Cum ſeptimo Calendas Februarii
curiam introiſſet Ludouicus rex , in præſentia illius , & optimatum ſuorum, Epi-
ſcoporum videlicet atque Comitum , malignus ſpiritus Carolum filium eius mini-
mum inuaſit , & grauiter vexauit , ita vt a ſex viris fortiſſimis vix teneri po-
tuiſſet. Et ſatis iuſte. Qui enim Regem a DEO electum & ordinatum decipe-
re voluit , ipſe deceptus eſt ; & qui patri ſuo inſidioſe laqueos tendere conſilia-
tus eſt , ipſe in laqueos diaboli incidit , quatenus ex vexatione diabolica diſce-
ret , non eſſe conſilium contra DEVM. Rex autem , & omnes , qui cum illo
erant , vehementer contriſtati , lachrimas fuderunt. Cumque duceretur ad ec-
cleſiam , vt Epiſcopi pro eius ſanitate Domino ſupplicarent , nunc euili , nunc
grandi voce clamitans , morſum ſe tenentibus aperto ore minabatur. Conuer-
ſus igitur Rex ad æquiuocum ſuum , ait ,* Videſne , o fili , cuius dominio vos
mancipatis , tuque fraterque tuus, quando aduerſum me aliquid ſiniſtri machi-
nari cogitatis ? Modo intelligere poteris , ſi antea noluiſti , quod , iuxta verita-
Matth. 10, 26. tis ſententiam , nihil opertum eſt , quod non reueletur. Confitere igitur pec-
cata tua ; & age pœnitentiam , & DEVM humiliter poſtula , vt te relaxet. Ego 662
etiam , quantum in me eſt , indulgentiam tibi tribuo. *Idem vero Carolus poſt
ſedatam infeſtationem diaboli , viua voce , multis audientibus , retulit, ſe toties
aduerſæ poteſtati traditum , quoties contra Regem conſpirationem iniiſſet.* At-
que res vt certior tota ſit , aſſcribam auctoris , Catholicæ alioqui rei non fauen-
c. 16. tiſſimi , verba e citato libro IV Boiorum annalium. *Ludouicus Francofurdiam
ad conuentum agendum migrat , natalem CHRISTI ibidem concelebrat , ibique
in frequentiſſimo Pontificum , Tetrarcharum , Ducum cœtu , Rege quoque præ-
ſente , ſeptimo Calendas Februarii, Carolus minimus natu filiorum Regis , ſubito
proſilit , menteque emota inſanire cœpit , abiecto enſe & baltheo , veſtem quoque
exuturus , a ſex robuſtiſſimis viris ægre ſuſtinetur ; & modo tenui, modo maiore
voce mugiebat magis , quam clamabat , biantique ore, dentibus minabatur. An-
gi eum malo genio , inſtinctuque dæmonis , percitum dementia interpretabantur,
opinabantur. Tum Ludouicus ad alterum filium cognominem ſibi inſit , „ Videtis
„ vt peruerſæ poteſtatis ſeruituti vltro vos ſubiicitis ? vt inceſtis , vagis , ne-
„ quiſſimis ſpiritibus , veſtro periculo vos mancipatis ? Deſerere ac fallere pa-
„ rentem , nedum aduerſus hunc inimico animo conſpirare , parricidium haud
„ vnquam leniter piatum habetur. Vulgo apud Germanos dici ſolet , nullum
„ homicidium diutius latere ; tantum abeſt , vt ſcelus in vitæ dignitatiſque au-
„ ctorem commiſſum impune cadat. In neminem quempiam flagitioſorum, quam
„ parricidas , a Deo Opt. Max. rerum naturæque parente , grauius exempla
„ eduntur. Proinde crimen deprecamini , & reſipiſcite , ſupremum numen ſe-
„ dulo propitiate. Ego quidem paterno animo gratiam facio , erroremque con-
„ dono , lachrimis & precibus obſecro , vt ille præſes mundi , & rector vni-
„ uerſi , qui ſcit omnia , cuius oculis nihil ſeptum eſt , faxit , vt tandem mutuo
„ erga me animo ſitis. „ Porro Carolus effertur , inſanit, vlulat , minatur, fu-* 663
*roribus quatitur , intorquetur , in templum ducitur : ibi contaminatus ille ſub-
dolus , ac perditus ſpiritus per maieſtatem CHRISTI , ſollennibus ſacrificiis,
& carminibus efficacibus Archimyſtæ adiuratus a Luitperto Mogontino , de cor-
pore , quod obſederat , excedit : Caroluſque ab animo incurſibus furiato libera-
tus,*

Edit. I pag. *tus, in ſenſuſque priſtinos reſtitutus, propalam pro concione confitetur, continuo ſe incurſum conturbatæ, ac prauæ mentis ſenſiſſe, poſteaquam in animo conceperit, ſe aduerſus parentem, quod is ſibi ſolam Sueuiam tribuerit, res nouas moliturum.* Eamque ob cauſſam tam pater hic Ludovvicus, quam filius Carolus, poſtea Imperator, Francofurtenſis monaſterii, quod poſtea in Canonicorum ſancti Bartholomæi collegium vertit, fundatores extitere permagnifici, vt oſtendunt antiqua diplomata, quæ lib. I cap. XXIX citata ſunt, & Reuerendus Dominus *Io. Latomus* in illius eccleſiæ fundatorum ſtemmatibus.

Eodem hoc anno DCCCLXXIII, vna cum *Bertulfo* Treuirorum, & *VVilleberto*, Agrippinenſium, Archiepiſcopis; ſynodo Coloniæ, iuſſu Ludouici Regis a. d. VI Kalend. Octobr. congregatæ præſedit, ac ſimul inaugurationi ædis D. Petro ſacræ V Kal. Octobr. peractæ interfuit. Vid. *Lauckfeldius* in antiquitat. Halberſtadenſibus ad h. a. & in ſubiunctis diplomatibus tabulæ *Alfridi* Epiſcopi Hildeshemenſis p. 624; ex quibus tum auctor *annal. Fuldenſium*, qui ſynodum hanc in an. LXX, tum *Sigebertus Gemblacenſis* p. m. 568, & *Albericus* in chronico p. 198, qui in annum LXXI eam referunt, corrigendi.

X Hic eſt Luitpertus, qui S. Mauricii templum, de quo ſupra eodem lib. I cap. XXXI, Moguntiæ conſtruxit. S. Mauricii *templum conſtruxit.*

Idem dicit *Dieffenbachius* in catalogo manuſcr. quibus adde necrologii, quod ad hanc ædem eſt, verba infra ad § XIV allata. Ceterum ex bonis eam paternis exſtruxit, vt *Bruſchius* & *Merſaus Cratepolius* in catalogis notarunt.

XI Anno DCCCLXXIV, inquiunt *annales* (p. m. 46) *Rhenus & Manus glaciali frigore conſtricti, longo tempore ſe ſub veſtigiis incedentium calcabiles præbuerunt. Sorabi & Siusli, eorumque vicini, Thaculfo defuncto, defecerunt. Quorum audaciam Luitpertus Archiepiſcopus & Ratolfus Thaculfi ſucceſſor, vltra Salam fluuium menſe Ianuario profecti, prædis & incendiis ſine bello compreſſerunt, & eos ſub priſtinum ſeruitium redegerunt.* Eodem anno Ludovvicus Rex Germaniæ filium, non ſuum vt habet *MS.* ſed Caroli fratris, ſuumque ex illo nepotem *Carlomannum*, olim Diaconum, ſed quia, vt ait *Rhegino*, *tanquam Iulianus alter contempſerat gratiam per impoſitionem manuum datam*, nunc depoſitum & excæcatum, Luitperto Archiepiſcopo Moguntino paſcendum in monte S. Albani apud Moguntiam commendauit, eique *Abternacum monaſterium ad vitæ ſubſidium* dedit, ait *Rhegino* (*ad. an.* 870 *p. m.* 52).

Sorabos & Siuslos ad obſequium redegit.

Carlomannum, ſibi commiſſum, in D. Albani clauſtrum compegit.

Poſtea ſub an. DCCCLXXVIII Pontifex Ioannes VIII Roma ſe receperat in Gallias (*v. annal. Fuldenſ.* ad h. a.) atq; ad Trecas indixerat ſynodum, ad quam frequentandam vt Luitbertus Ludouicum Germaniæ Regem, aliosque confratres adhortaretur, Ioannes litteris IV Id. Iun. ſcriptis (quas *Lunigius* ſpicilegii eccleſiaſtici c. II ſect. I n. V p. 15 habet) petiit iuxta obſecrauitque.

664 XII Anno autem DCCCLXXXI, inquiunt *annales Pithœani* (*p. m.* 52) *Nordmanni plurima loca in regione Regis noſtri vaſtauerunt, hoc eſt, Cameracum, Traiectum, & pagum Haſbanicum, totamque Ripuariam, præcipua etiam in eis monaſteria, id eſt, Prumiam, Indam, Stabulam, Malmundarium & Aquenſe palatium, vbi in capella Regis equis ſuis ſtabulum fecerunt. Præterea Agrippinam Coloniam, & Bunnam ciuitates cum eccleſiis & ædificiis incenderunt. Qui autem inde euadere potuerunt, ſiue Canonici, ſiue ſanctimoniales, Mogouciacum fugerunt, theſauros eccleſiarum & Sanctorum corpora ſecum portantes. Rex apud Francofurt graui infirmitate laborabat, & quia ipſe non potuit, exercitum ſuum contra Nordmannos deſtinauit — Tertio Calendas Ianuarii ante galli cantum Moguntiæ terræmotus factus eſt magnus, ita vt ædificiis conquaſſatis, vaſa fictilia, ſicut compoſitores luti fatebantur, inuicem ſe collidentes frangerentur.* Anno DCCCLXXXII contra Nordmannorum iſtorum incurſum *murus Magonciæ vrbis reſtaurari captus, & foſſa murum ambiens extra vrbem facta* *.

Sequentibus annis notanda Nordmannorum irruptio.

terra motus Moguntiæ factus.

murorum Moguntinorum reparatio.

* 1 Iidem *annales* ad h. a. p. 55. Terræmotu, qui anno præcedente Moguntiam valde quaſſarat, mœnia hiaſſe, quin aliquot locis corruiſſe, haud inepte conieceris.

2 Archicancellarii munia Luitbertum ſub Carolo Craſſo, his temporibus ſummæ rerum impoſito, obiiſſe, *Robertus*, quem *Lanonius* de Cancellariis Franciæ p. 747 citat, prodit; *Lanonius* vero, quem dixi, haud nihil ambigit, tune ſub illo ſuſtinuerit noſter. Et merito quidem. Id certum, id eum honoris circa an. DCCCLXXXII geſſiſſe ſub Ludouico, Craſſi fratre, Rege orientalis Franciæ, quo vid. *Mallinkrot* de Archicancellar. S. R. I. p. 240 & ſeq.

3 Anno DCCCLXXXIII Nordmannos in ſuperioribus ad Rhenum partibus ferro flammaque paſſim omnia perpopulantes & fudit &

 ſpoliis

ſpoliis exuit. Ita namque annales *Fuldenſes Lambeciani* ad h. a. *Nordmanni per alueum Rheni fluminis adſcendentes, plurima loca nuper reſtaurata ſuccenderunt, prædam inde capientes non modicam, quibus Liutpertus Mogontienſis Archiepiſcopus cum paucis occurrit, ſed non paucos ex eis proſtrauit, & prædam excuſſit.*

4 Anno DCCCLXXXV ſubſequenti quanta in rebus dubiis fuerit religione, ſatis ſuperque oſtendit. Nimirum infantes quidam cum parentibus in vno lecto dormientes reperti fuerant mortui; quos parentum culpa vitam amiſiſſe ſuſpicio erat. Cum autem Franci tum in iudiciis, cauſſisque controuerſis, dubia vtrinque litis diſceptatione, purgationem vulgarem ferri candentis & feruentis aquæ crebro adhiberent, conſuluit noſter Stephanum V, quid hic faciendum; vtrum ferro candente, an aqua feruente, an alio quodam iudicii, vt vocabant, genere iudici ſeſe purgare debeant iſta parentes ſuſpicione percuſſi? Conſulenti reſpondit Pontifex, vt can. *Conſuluiſti*, quem auctor ſupra § I citauit, fidem facit.

5 In promouenda alioqui re ſacra non minorem Luitbertus, quam in his, aliisque curam habuit, ac ſemel iterumque ſua in diœceſi ædes cultui diuino deſtinatas præſens ipſe dedicauit: Vnam quidem, ſi non Fuldæ, in tractu tamen Fuldenſi: alteram, rogatu Huoggi Abbatis, in Salmünſter. Dabo ipſa veterum traditionum verba, quanquam ex parte mendoſa. Sic autem *Fuldenſes* tomo III Piſtorii: *Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXV, indictione III, V Kal. Septembr. dedicatum eſt hoc templum a Liutberto Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopo, rogatu Sighardi * Fuldenſis Abbatis in honorem Domini noſtri I. C. & S. Mariæ virginis, ſanctique Viti martyris.* Edit. I pag.

* *immo*, Huoggi.

Et lib. II antiquitat. *Brovveri* c. XII p. 192. *Anno dominicæ incarnationis DCCCXC * dedicata eccleſia in Salchenmunſter, rogatu Huoggi Fuldenſis Abbatis, a Liutperto Moguntiacenſis eccleſiæ Archiepiſcopo, XII Kal. Octobr.*

* alii DCCCLXXXVI, rectius quidem, quamuis *Brovvero* aliter videatur, qui ſubdit: *al. DCCCLXXXVI mendoſe.*

6 Ceterum de decimis in Thuringia, quas valde appetebat, multam ei cum Sigehardo, Abbate Fuldenſi, litem fuiſſe ac contentionem, ſcribit *P. Cornelius* in breuiario Fuldenſi p. 428.

Carolum Craſſum Luitbertus ſuſtentauit,

XIII Anno DCCCLXXXVIII concilium Moguntinum fuit, de quo lib. I c. XXXIII. Anno DCCCLXXXIX * Carolum Regem ab omnibus deſertum, egeſtate, inediaque pæne confectum ſuſtentauit Luitbertus. Quam & Epiſcopi benignitatem, & mirandam fortunæ varietatem ſic proponit *Rhegino* (*ad an. DCCCLXXXVIII p. m. 63*) *Imperator Carolus tertius, huius nominis & dignitatis, obiit pridie Idus Ianuarii, ſepultusque eſt in Augea monaſterio. Fuit vero hic chriſtianiſſimus Princeps, Deum timens, & mandata eius ex toto corde cuſtodiens, eccleſiaſticis ſanctionibus deuotiſſime parens, in eleemoſynis largus, orationi & pſalmorum melodiis indeſinenter deditus, laudibus Dei infatigabiliter intentus, omnem ſpem & conſilium ſuum diuinæ diſpenſationi committens: vnde & ei omnia felici ſucceſſu concurrebant in bonum, ita vt omnia regna Francorum, quæ prædeceſſores ſui, non ſine ſanguinis effuſione, cum magno labore quæſierant, ipſe perfacile in breui temporum ſpatio, ſine conflictu, nullo contradicente poſſidenda perceperit. Quod autem circa finem vitæ, dignitatibus nudatus, bonisque omnibus ſpoliatus eſt, tentatio fuit, vt credimus, non ſolum ad purgationem, ſed quod maius, ad probationem. Siquidem hanc, vt ferunt, patientiſſime tolerauit: in aduerſis, ſicuti in proſperis, gratiarum vota perſoluens; & ideo coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, aut iam accepit, aut abſque dubio accepturus eſt.* Hæc *Rhegino*; quem in tanta tanti expendenda calamitate ſequitur in anno DCCCLXXXVII *Otho Friſingenſis* lib. VI c. IX, dum ſcribit ſic: *Imperator corpore & animo cœpit ægrotare. Menſe itaque Nouembri circa tranſitum S. Martini, Triburias venit, ibique conuentum generalem conuocat. Cernentes Optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi ſenſus ab eo diffugere, Arnolfum filium Carolomanni vltro in regnum attrahunt, & ſubito, facta conſpiratione, ab Imperatore deficientes, ad prædictum virum certatim tranſeunt, ita vt in triduo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet. Cibus tamen & potus ex Luidperti Epiſcopi ſumptibus adminiſtrabatur. Erat res ſpectaculo digna, & æſtimatione ſortis humanæ, rerum varietate miranda. Nam ſicut ante ſecunda fortuna, rebus vltra, quam arbitrari poſſet, affluentibus, tot tantaque imperii regna, ſine laborum ſudoribus & certaminibus, attraxerat, ita vt poſt Magnum Carolum maieſtate, poteſtate, diuitiis, nulli regum Francorum videretur eſſe poſtponendus; ita nunc aduerſa, velut in oſtenſione fragilitatis humanæ, deficiens, quæ fortuna cumulauerat, cuncta inhoneſte, in momento abſtulit, quæ proſpero arridens ſucceſſu, quondam glorioſe attulerat.* 665 *Mittit*

ergo

Edit. I pag. 666 *ergo ad Arnolſum ex Imperatore effectus egenus, ex deſperatis rebus non de Imperii dignitate, ſed de victu quotidiano cogitans, tantum alimentorum copiam ad ſubſidium vitæ præſentis ſupplex expoſcit. Dirigit etiam Bernardum filium, quem ex pellice ſuſceperat, cum xeniis, eumque eius fidei commendat. Miſeranda rerum facies, videre Imperatorem opulentiſſimum, non ſolum fortunæ ornamentis deſtitutum, verum etiam humanæ opis egentem. Conceſſit autem Arnolſus Rex nonnullos fiſcos in Alemania, vnde ei alimenta præberentur.* Hæc *Friſingenſis Otho* * *. Vanitas vanitatum

*1 Pro DCCCLXXXIX leg. DCCCLXXXVII. Hoc enim anno Carolum Craſſum Imperio deiectum, & anno DCCCLXXXVIII pridie Id. Ianuar. morte oppreſſum ſcribunt, *Rhegino*, quem ipſe Serarius adduxit, ad an. LXXXVII & LXXXVIII p. m. 63, *Hermannus Contractus* p. 131, *Lambertus Schaffnaburgenſis* ad a. d. *Marianus Scotus* ad eoſdem p. 444 & ſeq. Iſtum igitur, has in miſerias proiectum, & omnium ope conſiliisque deſtitutum, non anno DCCCLXXXIX Luitbertus, ſui memor officii, ſuſtentauit, ſed an. LXXXVII vertente. Id quod & *Marianus* narrat ad h. a. p. 444; *Carolus Imperator corpore & animo cœpit ægrotare menſe Nouembri, circa tranſitum S. Martini. Tunc Triburias veniens, conuentum conuocauit. Tunc cernentes Optimates regni, Imperatorem non ſolum viribus corporis, ſed etiam animi defeciſſe, Arnolſum Carlmanni filium vltro in regnum attrahunt, & ab Imperatore ita intra triduum deficiunt, vt cum ipſo vix aliquis remaneret, qui ei ſaltem officia humanitatis impenderet. Cibus enim & potus ex Liberti Epiſcopi Moguntini ſumtibus præbebatur.*

2 Enimuero, miſerum & cum vltimis vitæ ærumnis conflictantem non aluit modo Luitbertus, ſed ſuſtinuit etiam re, fide, miniſterio; non veritus, Arnolſum Caroli nomine obteſtari, ageret, quod agebat, temperate. Id quod colligas, dum *annales Lambeciani* p. m. 62 ita pergunt: *Cui* (Arnulſo) *Imperator lignum S. Crucis, in quo prius ei fidem ſe ſeruaturum iurauerat, per Liutbertum Archiepiſcopum deſtinauit, vt ſacramentorum ſuorum non immemor, tam crudeliter & barbare contra eum non ageret.*

* * 3 Hic auctor, neſcio quo memoriæ lapſu, Othoni Friſingenſi adſcribit, quæ Rheginonis ſunt, eaque, quæ modo adduxit, ſine aliorum interuentu præcedunt. Vt dictis fides ſit, adſcribam, quæ *Friſingenſis* l. d. habet p. 123; *Anno Domini DCCCLXXXVII Carolus Imperator cum corpore & animo ægrotare cœpiſſet, Principes regni apud Triburias, circa tranſitum S. Martini, Arnolſum, Carolomanni filium, ad regnum trahunt. Et mirum dictu, Imperatorem, qui poſt Carolum M. inter omnes Reges Francorum maximæ fuit poteſtatis, in breui ad tantam tenuitatem veniſſe cerneres, vt panis quoque egens, ab Arnolſo Rege iam facto ſtipendia miſerabiliter exigeret, ac ab ipſo paucos fiſcos in Alemannia gratanter acciperet.*

XIV Sed pluribus interiectis, addit *Rhegino*, anno eodem DCCCLXXXIX, non DCCCXCIII, vt habet *MS.* maior, neque DCCCXCIX, vt alter *MS.* & *catalogus Bruſchianus*, neque DCCCXC, vt in Hirſaugienſi chronico *Trithemius*, *Luitpertum mortuum* ſub Arnolfi regni principium, eſtque apud S. Albanum ſepultus, *Bruſchiano catalogo* teſtante. diem obiit, & in D. Albani ade tumulatur,

1 Anno DCCCXC illum obiiſſe *Lambertus* ad h. a. habet, & *annales Hildesheimenſes* p. 717. Sed perperam. Fatis enim functus eſt, vt recte auctor prodit *Serarius*, anno DCCCLXXXIX. *Chronicon VVirzburgenſe* p. 505, *DCCCLXXXIX. Luibertus Moguntiacenſis obiit.* quin & *necrologium Fuldenſe* l. d. *DCCCLXXXIX Liutbrath Archiepiſcopus, XIII. Kal. Mart.*

2 Diem vero XVII Febr. quem hic idem habet necrologium, non acceperim de die, quem ſupremum Liutbertus habuit, ſed quo Fuldæ colitur. Vt ita ſtatuam, facit necrologium, quod Moguntiæ ad *S. Mauricii* ædem eſt, ac ita habet: *VII Id. Septembr. Lupertus Archiepiſcopus, fundator eccleſiæ noſtræ. Inde ſermonem de domo relicta* Huperti *zum* Marſchalg*dicta* Lanſtein.

3 Ceterum auctor humani quid hic paſſus eſt, dum ſcripſit, *Bruſchium* in catalogo tradere, Liutbertum an. DCCCXCIX mortuum. Videas enim *Bruſchium* l. d. plane contrarium habere. *Obiit*, inquit p. 6, *anno Chriſtianorum DCCCLXXXIX.*

XV Quoties vero ad eum Romani ſcripſerint Pontifices, patet e citatis initio Iuris Canonici canonibus. Eius vita his explicatur verſibus in MS †.

Largus erat multum, patiens, humiliſque, benignus:
Omnibus exemplum in bonitate manens.
Iſter qua fluitat, currit Rhenuſque bicornis,
Litterulis doctis doctor & ille fuit *.

* *annal. Fuld.* doctior ipſe fuit.

† Immo, non in manuſcripto ſolum, ſed *annalibus* etiam *Fuldenſibus* ad an. DCCCLXXXIX p. 63, his quidem verbis præmiſſis: *Luitbertus Moguntinæ urbis nobilis Archiepiſcopus ab hac vita migrauit. Cuius vtinam dic ordo quali probitate maneret, per omnia longum eſt explicare. Tamen licet pauca, in quibuſdam verſiculis breuiter expediatur.*

SVNZO

Edit. I pag.

SVNZO.

I

Fuit monachus Fuldenſis.

VOcatur a nonnullis *Sunderoldus*, & in *Lamberto* Schaffnaburgenſi *Sunderoldt* *. *Rhegino* lib. II (*ad an. DCCCLXXXIX*) *in Luitperti*, ait, *loco ſubrogatus eſt Sunzo, vir is religioſus ac ſimplex, ſacris litteris ſufficienter inſtructus, qui in Fulda monaſterio ſub regimine Abbatis ab ineunte ætate nutritus & conſeruatus eſt:* ſubrogatus inquam eſt: *Poppone Thuringorum Duce* (de quo idem *Rhegino* plura) *& Arnolfo Rege annuente* †.

* 1 *Sundarolt* item in *necrologio Fuldenſi* p. 763, *Sinderoldus* in *chronico VVirzburgenſi* p. 505.

2 Patria Moguntinum fuiſſe, præter Bruſchium & Cratepolium *Matthias* vult *Dieſſenbachius* in catalogo manuſcr. Quibus præire videtur epitaphium, illi poſitum; quippe in quo, inter alia, ſic;

Tali paſtore, tali Magoncia prole
Mater *eras felix, es quoque nunc, & eris.*

3 Ceterum *Rheginonis* verba, quæ *Serarius* adduxit, non recte cepiſſe videtur *Auentinus*, dum lib. IV annal. Boicorum cap. XX p. m. 433 a Poppone Turogorum Tetrarcha educatum ſcribit; vt iam pridem obſeruauit *Sagittarius* de Ducatu Thuringiæ lib. III cap. XII p. 181.

4 Inito pontificatu Sunderoldus an. DCCCXC ſynodo Forchemii habitæ interfuit, ac rogatu Biſonis, Epiſcopi Paderbornenſis, parthenonem Heriſienſem peculiari confirmauit diplomate: quod vide apud *Schatenum* annal. Paderbornenſ. lib. III p. 321, *Leuckfeldium* in diplomatibus antiquitates Halberſtadenſes illuſtrantibus p. 630.

breui tempore rebus Moguntinis præfuit.

II Breuis eius fuit Epiſcopatus: nam cum *pie & laudabiliter in eo ſeſe habuiſſet*, vt ait *catalogus Bruſchii*, a gentilibus, barbariſque Nordmannis occiſus eſt, anno proxime ſecuto DCCCXCI †, die XXVI Iunii, non XVI, vt in *Demochare* tomo II de ſacrificio Miſſæ cap. XXXIV mendoſe ſcriptum eſt *. 667

† 1 Præter *Rheginonem* & *Marianum Scotum* l. d. & chronicon *Augienſe* apud Baluzium p. 498 Sunzonem anno hoc cecidiſſe his tradit verbis: *DCCCXCI* Sunderolt *Archiepiſcopus a Nordmannis occiditur.* Vt adeo perperam *Sigebertus Gemblacenſis* & *Albericus* ad an. DCCCXCV id referant.

* 2 Die XXVI Iunii vero occubuiſſe *Marianus* itidem *Scotus* ad an. DCCCXCI p. 448 habet, & infra *Trithemius*. *Necrologium* contra *Fuldenſe* l. d. DCCCXCI *Sundarolt Archiepiſcopus VII Kal. Iul.* Ceterum Sunzonem inconſulte ſe hoſti obtuliſſe *annales* volunt *Pithœani* ad an. DCCCXCI p. 64; *Ibi Sundaroldus Mogunciacenſis Archiepiſcopus* incaute illis occurrens *interfectus eſt.*

ab Arnolfo contra Nordmannos miſſus,

Cum enim Arnolfus Rex in extremis Baioariorum finibus moraretur, & duobus in Gallia prœliis grauiter attriti eſſent iidem Nordmanni, in Belgium ſeſe infuderunt, Moſaque circa Leodium tranſita, deuaſtabant longe lateque omnia. Miſit Arnolfus, quæ ipſorum licentiam & crudelitatem coercerent, ipſoſque repellerent, copias, in quibus & Sunzo noſter. Sed vt *Rheginonis* verba (*ad an. DCCCXCI*) deinceps retineam, *ingrauato prælio, Chriſtianorum exercitus, peccatis facientibus, heu, proh dolor, terga vertit. In quo prælio Epiſcopus Moguntinæ vrbis Sunzo & Arnolfus Comes occubuerunt, nec non innumera multitudo virorum nobilium. Fuit vero cædes facta VI Kalend. Iulii.*

occiditur ab eis in prælio

Tradit quidem *Marianus Scotus* anno DCCCXCI, *Nordmannos Wormaciam ciuitatem ſubuertiſſe, ibidem occiſum hunc Archiepiſcopum*, idque ſecutus videtur *Bruſchius*, dum ſcribit, *ad Rhenum, a Wormacia non procul, occubuiſſe.* At ne poſt hanc quidem victoriam ſuam, eo tempore venerunt Nordmanni aut Wormatiam aut Moguntiam. Nam prope Moſam, & locum qui *Giulid* * vocatur, prœlium, cladeſque fuit: & eodem anno, circa fluuium *Thiliam* † ab Arnolfo præſente victi, cæſique ſunt. Et ex iis, qui ad naues ſupererant, anno ſequenti DCCCXCII vltra Bonnam progreſſi non ſunt, vti pergit pluribus narrare idem *Rhegino*, & attingit *Sigebertus*.

* Id eſt, *Gulia* torrentem, vulgo *Geule* (conf. *Rhegino* l. II p. 67) quem locum *Iuſtus Lipſius* Louan. lib. I cap. IV ſuſpicatur eſſe in Falckenburgenſi tractu, paullo infra oppidum Traiectum.

† *Rhegino* lib. II ad an. DCCCXCI p. 67, *Sigebertus* ad an. DCCCXCV p. 572, & ex eo *Albericus* in chron. parte I p. 229. *Annales Pithœani* l. d. *prope fluuium* Clyla *loco, qui dicitur* Lovonnium.

vtrum ſit habendus martyr.

III Quia vero Chriſtianæ rei cauſſa, gentilium gladio cecidit Sunzo, vocari a nonnullis ſolet *martyr*. Ita enim *Sigebertus*: *Sunderoldus Moguntiæ Archiepi-*

Edit. I p. 8. *chiepiſcopus a Nordmannis Wormaciæ martyrizatur.* *Tritbemius* in Hirſaug. chronico anno DCCCXCI; *Nordmanni ciuitatem Wormacienſem, quæ imperio ſemper in omnibus fideliſſima extitit, occiſis habitatoribus ſubuerterunt: & ſanctum Sonderoldum ex monacho Archiepiſcopum Mogontinum, virum vita & doctrina reuerendiſſimum, VI Cal. Iulii, quæ fuit dies ſabbati, occidentes, martyrem fecerunt.* Eodem modo loquuntur *MS.* Sed quod mortis locum attinet,
668 num hiſce autoribus quis potius quam Rheginoni, qui tum viuebat, & periculo proximus in Prumienſi monaſterio hærebat, fidem adhibeat? Quoad *martyris* vero titulum, debet is non tam preſſe, quam a Theologis interdum ſolet, intelligi. Alioquin omnes, qui contra infideles arma gererent, & in bello caderent, martyres dicendi forent *. Ait quidem *MS.L.* eum *ab infidelibus diu cruciatum conſtanter* excepiſſe plagas & vulnera, ita vt extra prœlium, caſtrorumque direptionem, interemptus videatur, eoque modo verus eſſe ac dici *S. martyr* poſſet *Sunderoldus*. Vide *Crantzium* lib. II Nortmanniæ cap. LXXXII.

* Conf. etiam *Brouuerus* antiquit. Fuldenſ. lib. I cap. XVII p. 69. *Papeprochius* tom. V Iun. ad diem XXVI p. 155; *Cum titulis* Beati *ac* Martyris *refertur a* Buccelino, *aliisque faſtorum auctoribus. Conſultius eo abſtinet ſæc. IV parte II* Mabilio: *certe cultum nullum obtinuit a morte; ſolum dicitur corpus honorifice Moguntiam relatum, & apud S. Albanum ſepultum fuiſſe.*

IV Verba porro *MS.* quibus huius funus exequitur, ſunt hæc: *S. martyris Sunderoldi Moguncíacenſis Præſulis exanime corpus honorifice ad natale ſolum Mogonciam relatum, apud S. Albanum ſepelitur, tali epitaphio:* Sepelitur Moguntiæ ad D. Albanum.

* *Conſtat, quid valeant, qui nunc virtute coruſcant,*
Sicut qui modico clauditur hoc tumulo.
Præſul magnificus, Sindroldus nomine dictus:
Vitæ mandatis notus vbique ſatis.
Tali paſtore, tali Magoncia prole
*Mater eius * felix, es quoque nunc, & eris.* * eras Dieffenb.
Pro te, proque Deo ſacrato ſanguine fuſo,
Conſors es cælis, ſi memor eſſe velis.

* Omiſit auctor duos ab initio verſus. Sic namque apud *Latomum* & *Dieffenbachium* in catal. manuſcr. epitaphium hoc incipit:
Quæ maneat merces iuſti, qui cuncta coerces,
Qui ſeruire tibi, qui meruere mori.

V Addit *Tritbemius* in Hirſaug. chronico: *Sunderoldus Luitperto ſucceſſit monachus, vir omni ſanctitate & religione conſpicuus, quem Nordmanni paullo poſt occiderunt.* Similia lib. III de illuſtr. viris ordinis Benedictini c. XIX, & lib. IV cap. XCIII idem *Tritbemius*, cui & de loco, & de aliis omnibus adſtipulatur *Wion* lib. II & lib. III. Laudatur a Trithemio.

669

HATTO I.

I

A Quibuſdam, vt in MS. *Otto* nominatur. *Eodem autem anno DCCCXCI,* inquit *Rhegino, venerabilis Abbas in Moguntiacenſi eccleſia Metropolitanus conſecratur, qui hactenus, in Augia monaſterio, multorum pater extitit monachorum.* Abbas fuit Augienſis.

II Inſigne vero hic *Bruſchii* erratum eſt. *Hatto*, inquit, *Francorum Rex conſtituitur anno Chriſti DCCCXCI ab Arnolpho Imperatore, cuius erat compater.* Nam vnde quæſo *Francorum Rex* Hatto? Cuius Regis filius? In MS. certe meo maiore, diſertim *genere obſcurus* traditur. Et in Hirſaug. chron. *Tritbemius, ſancto*, ait, *Sonderoldo per Nortmannos (vt prædiximus) occiſo, Hatto Augienſis Abbas in Archiepiſcopum Moguntinenſem eligitur, vir quidem obſcurus genere, & nulla nobilitate inſignis, ſed acutus ingenio.* *Compater* vero *Imperatoris* Arnolphi ab ipſo etiam in publicis diplomatibus Imperatore nominatus eſt, non quia regiæ ſtirpis eſſet, ſed quia, vt ipſemet in monaſteriorum chronologia fatetur *Bruſchius*, *Ludouicum illius filium ab Auguſtæ Vindelico-* male a Bruſchio vocatur Francorum rex
p. 37 *rum Epiſcopo Adalberone baptizatum ex lauacro ſuſcepit.* Hallucinatus in eo qua hallucinatus
Tom. I L l l nimi-

huius erra-ſio. nimirum eſt *Bruſchius,* quod *Rhegino* lib. II *Otho Friſingenſis* l. VI c. X, XI, & XII, & alii, circa hæc ipſa tempora oſtendunt, *Ottonem* ſiue *Odonem, Roberti* Edit. I pag.
** fol. 736* *Ruperti illius Machabæi*, de quo in Machabæorum lib. I cap. IX ego alias *, & *annales Pithœani* anno DCCCLXVII *filium*, in occidentali Francorum regno, ipſius Arnolphi auctoritate ac nutu, imperaſſe. In eademque ignorantia hæſerunt *Centuriatores* centuria X c. X dicentes, *e Franciæ regum ſtemmate oriundum*; quo etiam modo locutus eſt in citata monaſteriorum chronologia
p. 36 idem *Bruſchius*.

ab eodem & Wione confunditur cũ Hattone II *&* Abbas *dicitur* Fuldenſis. III Sed quemadmodum Hattonem iſtum cum dicto iam Rege, ita & cum Archiepiſcopo Hattone altero, de quo infra, eundem confundit idem *Bruſchius* & *Wion* lib. II dicentes, *Abbatem fuiſſe Fuldenſem.* Licet vero hoc etiam aſſerat MS. maior, cum tamen ad epitaphium, in quo idem hoc aſſeritur, peruenit, ait ſe illud Hattonis II eſſe potius credere. Quomodo tantam, tamque nobilem eius Abbatiam tacuiſſet, is qui eo ipſo tempore ſcribebat *Rhegino?* Quomodo Augiam ſolam nominaſſet? Quomodo & citatus *Trithemius* Augienſem tantummodo Abbatem dixiſſet? Quin & ſenium vide, quod, ſecundum *Bruſchium*, Hattoni huic tribuendum foret. *Præfuit*, ait, *vno & viginti annis ſedi Moguntinæ, Elvvangenſi Abbatiæ XVII, diuiti Augiæ XXVI, Ful-* 670
p. 36. *denſi cœnobio aliquandiu.* Idem ab eodem in monaſter. Chronol. repetitur. Cum igitur, antequam ad Abbatiarum iſtarum aliquam admoueretur, annorum fuiſſet minimum XXX, annum ætatis attigiſſet fere centeſimum. Et quis tam decrepitum commemorat?

Hunc duodecim Abbatiis præfuiſſe tradit Ekkehardus Iunior *in libello de caſibus monaſterii S. Galli cap. III* (leg. I p. 15) *vbi præcipua eius facta commemorat.* Fuldenſis ipſe erat monachus & Abbas, *inquit* Ekkehardus. *Quod ſi legiſſet* Serarius, *Bruſchium & VVionem, qui Abbatem Fuldenſem dixerunt, non refelliſſet.* Ita *Mabillonius* in actis SS. Ord. Benedictin. ad d. XXXI Maii p. 118. Idem dicit *Ekkehardus Minimus*, Decanus S. Galli, de vita B. Notkeri cap. XIV p. 235; *Sic quoque ipſe* (Salomon) *&* Hatto *Moguntinus Archiepiſcopus, monachus & Abbas Fuldenſis, vterque XII Abbatiis præfuit, inſuper prouiſores regni erant, & poſt Regem imperium tenuerant.*

Cum vero diuitis Augiæ ageret Abbatem, *cellam* ſeu *templum S. Georgii conſtruxit *, ad quos multos pagos contulit Arnolphus Imperator in ditione Scherenſi & Barenſi tractu Danubiano ſitos*; eidemque monaſterio priuilegia in Suſmarahuſen pago multa tradidit **.

* Teſte *Hermanno Contracto* ad annum DCCCLXXXVIII. Conf. *Mabillonius* l. d.

** *Anno Domini DCCCXCII*, vt addit, quem auctor hic exſcripſit, *Bruſchius* centuria I monaſteriorum German. p. m. 36.

Ceterum anno ſuperiori DCCCXCI Sangallenſibus loco Bernhardi Abbatem dedit Salomonem. *Ekkehardus* de caſibus monaſterii Sangall. c. I. p. 15, *Berinhardo itaque Abbate, vt alias relatum eſt, depoſito per Hattonem Archiepiſc. nobis oblatus & noſtrum locum ſuſcepit regendum* (Salomon) conf. *Bruſchius* l. d. p. 411.

...utrum iſti Hugbaldus *libros* de Muſica *dicarit?* IV Hattoni huic librum *de Muſica* dedicaſſe narrat *MS.* minor, *Hugbaldum* illum *Elnonenſem*, monachum doctiſſimum, qui ad *Carolum Caluum* librum CXXXVI verſuum ſcripſerat, cuius vocabula omnia primam illam litteram C, a quo Caroli nomen incipiebat, haberent, hoc modo:

Carmina clariſonæ Calui cantate Camenæ.

Sed Ottonem illum Gallicum Regem, de quo ſupra, reſpexiſſe videtur. Alius fuit mirabilis *Hugbaltus Orbacenſis* monachus, quem ethnici Hungari captum occidere nunquam potuere, vti habet *Frodoardi* narratio anno DCCCCXXXVII.

...cum Moguntinis diſſedit V Inter Moguntinos ciues & Arnolphum Regem anno DCCCXCIII diſſenſionem ait *MS.* minor fuiſſe, ab illoque Mogontiam expugnatam, & magnis affectam cladibus.

Vide, quæ ſupra attulimus ad lib. I cap. VII p. 27.

1 Eodem ceteroquin anno Arnolfum ſuis permouit precibus, vt cœnobium *S. Maximini* prope Treuerim egregie poſſeſſionibus augeret. Fuerunt ex *Appula*, *Everneshеim*, *Prichena*, *Holshuſa*, in Moguntia *capella* vna, *Thienenheim*, *Rnnonacha*, *Loabia*, *Decuna*, *Kamus*, *Alſunza*, *Embilaco*, *Tavena*, *Beſiaca*, *Burnacha*, *Matrihesdorf*, *Fulina*, *Eberlinga*, *Borſtat*, *Meroldulla*, *Mariſch*, *VVimari* eccleſia, *Cruſta*, *Scranna* &c. quo vid. diploma III Id. Februar. anno hoc DCCCXCIII datum in cod. Diplomatico.

2 Tum vero Ludouicum, Arnolfi filium, vt ſupra § II iam monitum, e ſacro baptiſmatis

Edit. I pag.

tis fonte iuxta cum Adalberone Auguſtano ſuſcepit. Fidem faciunt *annales Fuldenſes* ad h. a. p. 65; *De qua ei non multum poſt filius naſcebatur, quem* Hado, *Mogontiacenſis Archiepiſcopus, & Adalbero Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus ſacro fonte baptiſmatis chriſmantes, nomine aui ſui Hludouuicum appellauerunt.* Conſ. *Auentinus* hiſtor. cœnobii Oetingenſis cap. VII p. 387, qui tamen ad an. DCCCXCII refert.

VI Secutum eſt anno DCCCXCV *Concilium Triburienſe*, cui, vt ſupra dixi lib. I cap. XXXIII, Hatto præfuit. *concilio Triburienſi præfuit.*

1 Triennio poſt monaſterii Laurishamenſis adminiſtrationem ſuſcepit, eamque XIII geſſit annis. *Chronicon Laurishamenſe* vetus p. 115; *ſiquidem inter Gerbardum* (an. DCCCXCIII mortuum) *& Liutherum Abbates Adelbero Epiſcopus annis V*, Hatto *Epiſcopus* (paullo ante diſerte Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus dicitur) *annis XIII ordine diſpenſatorio eidem loco præfuerunt.* Adde ſis *Helvvichium*, qui quidem chron. Laurisham. p. 66 & ſeq. fuſius hac de re agit.

2 Anno ſequenti colloquio, quod Zuentiboldus, Lotharienſium Rex, cum Optimatibus Arnolfi & Caroli apud S. Goa-em-habuit, ex parte Arnolfi interfuit. *Rhegino* lib. II ad an. DCCCXCIX p. 71; *ex regno Arnolfi interfuerunt* Hatto *Archiepiſcopus*, Conradus, *&* Gebelhardus *Comites.*

3 Inter hæc Moraui Boicæ Epiſcopos de fœdere cum Vngaris icto, aliiſque rebus grauiter apud Pontificem reos fecerant. v. *Epiſtol. Epiſcopor.* ad Papam Ioannem in diplomatis, quæ *Gevvoldus* chron. Reicherſpergenſi ſubiunxit, n. XI p. 374 & ſeq. Quod cum dolori iſtis eſſet ac ægrimoniæ vix conſolabili, Hattonem implorarunt, cauſſam hanc apud Pontificem vt ageret; quod & ille litteris an. DCCCC ſcriptis libere fecit, cordateque.

4 Iis ſimul Papæ nuntiauit, communi Principum conſilio, totiuſque conſenſu populi, filium Arnolfi (Ludouicum) *quamuis paruiſſimum*, Regem factum, quod cum *Reges Francorum ſemper ex vno genere* proceſſerint, maluerint *priſtinum morem ſeruare, quam noua inſtitutione inſidere.* Litteras ipſas dedit *Gevvoldus* l. d. n. VIII p. 363.

5 Ceterum Ludouico huic, Arnolfi filio, Forchemii patris in locum ſuffecto, iuxta cum Othone, Saxoniæ Duce, tutor datus fuiſſe dicitur. *Hæc* Auentini * *indagationi debemus*, ait *Bæclerus* de rebus ſæculi IX & X p. m. 213. Auentinum ſequuntur *Brunnerus* annal. Boicor. parte II lib. II p. 91, *Adlzreiterus* annal. Boicor. parte I lib. XIII § I p. 303.

* *lib. IV cap. XXI n. I p. 444.*

VII Acutum huic Archiepiſcopo tribuunt omnes ingenium, ſed ita, vt vno aſtutiori facto magnam nomini ſuo ſecurim apud omnes inflixerit. Illud *Adelbertum Comitem dolo e caſtris ad ſupplicium traxiſſe dicitur*
671 pluribus perſequitur *Marianus Scotus* lib. III anno DCCCCVIII, e quo ad verbum *MS. & Lambertus* anno DCCCCVII. *Otho Friſingenſis* lib. VI cap. XV (*p. m.* 125) *Circa idem tempus*, ait, *Albertus nobiliſſimus Francorum Comes, Ottonis Saxonum Ducis ex filia nepos, Conradum, qui a quibuſdam Ludouici Regis frater fuiſſe creditur, occidit. Ob ea Rex prædictum heroa in caſtro Babenberg, vbi nunc nobilis Epiſcopatus fundatus cernitur, bello petiit. Cumque viribus ſe proficere poſſe non videret, Hattonis Mogontini Archiepiſcopi conſilio, ad dolum ſe contulit. Itaque vt non ſolum in Regum geſtis inuenitur, ſed etiam in vulgari traditione in compitis & curiis hactenus auditur, præfatus* Hatto *Albertum in caſtro ſuo Babenberg adiit, eumque, Dei pietatis obtentu, de gratia Regis adipiſcenda conuenit. Ille deuote monitis eius obtemperans, humiliter conductum de perſonæ propriæ incolumitate petiit. Ac ne multis morer, interpoſita Sacerdotis præfati fide, iter carpunt; vix caſtro exierant, iam proxime vico, qui Theurſtat dicitur, appropinquabant, & Epiſcopus, „ Graue, inquit, erit nobis ieiunium ſuſtinere: ſi placet, antequam Regi præſentemur, ad prandium diuertamus „. Tum ille ſimplices aures more antiquorum primorum habens, dolumque minime præſentiens, gratanter eum ad prandendum in caſtro, vnde digreſſi fuerant, reduxit. At poſtquam refecti ſunt, ad curiam veniunt: in cauſſa Princeps ponitur, ac tanquam reus maieſtatis, capite plectendus adiudicatur. Monet ille Epiſcopum de fide data. Quam econtra ille ſe bene in hoc, quod ſanum & incolumem eum in caſtrum reduxerat, ſeruaſſe reſpondit. Sic præfatus Albertus capite plectitur, poſſeſſioneſque eius, e quibus poſtmodum Babenbergenſis eccleſia locupletata dicitur, in fiſcum redactæ ſunt.*

Iſtam quidem hiſtoriam fere negat MS L. dicens, ex *vno Witikindo petitam, in cuius tamen vltima Francofurtenſi editione non ſit.* Alii vero auctores
672 eam quidem concedunt, ſed grauia quædam admiſiſſe Albertum iſtum, iſtudque quidquid fuit, mali promeritum optime. Nam *Rhegino*, ac in Hirſaug. chron. anno DCCCXCIII narrat *Trithemius*, eum *ab eccleſia ſua fugaſſe Rodolphum*

Herbipolenſem Epiſcopum, totamque ipſius vaſtaſſe crudeliter diæceſin, Comites Edit. I pag.
præpotentes fortunis & vita ſpoliaſſe: rurſumque anno DCCCXCIV, *mortem intuliſſe Conrado Lotharingiæ Duci, fratri ipſius Ludouici Regis, patri Conradi*, qui poſtea regnauit.

Lambertus ne verbo quidem doli huius, quo Albertum Hatto circumueniſſe dicitur, mentionem facit. Ceterum vero, præter *Marianum Scotum* & *Othonem Friſingenſem* l. d. illius meminere plures alii; *VVitichindus* lib. I annal. p. 635, *Liutprandus Ticinenſis* hiſtor. lib. II cap. III p. 102, *Sifridus Preſbyter* p. m. 688, &, breuius his, *Hermannus Contractus*, p. 132, *Sigebertus Gemblacenſis* ad an. DCCCCX p. 576, nec non auctor *chronici S. Aegidii* huc compilationis chronolog. p. 580, auctor *chronici Auſtralis* p. 433, & e recentioribus *Bruſchius* l. d. p. 37, nec non *Hofmannus* lib. I annal. Bambergenſ. § IX p. 18. *Nicolaus* contra *Schaten*, S. I. annal. Paderbornenſ. lib. III p. 239 inter commenta populi hanc illorum reponit narrationem, &, *certe*, ait, *Rhegino, qui hac narratione finit hiſtoriam ſuam, ceteris integrior, perhibet, Albertum rebus deſperatis e caſtro ſupplicem proceſſiſſe, vltroque ſe in fidem Regis dediſſe, nulla cuiusquam doli mentione facta; quod equidem miror a* Serario *in defenſionem Archiepiſcopi non proferri.* Hæc *Schatenus.* Quibus ipſa *Rheginonis* verba, maioris lucis ergo, ſubiungere iuuabit. Sic autem is lib. II p. 73; *Protracta paullo prolixius obſidione, fractus animo Adalbertus ad callida argumenta conuertitur, & omni ingenio excogitare cœpit, qua arte obſidio ſolueretur, vt, exercitu ad propria remeante, optata libertate, potius ipſe, cum ſibi fauentibus, dolos, quos in pectore voluebat, longe lateque effundere poſſet. Portis itaque apertis a munitione exiens cum perpaucis, vltro ſe Regi obtulit, ſupplex veniam de commiſſis expoſcit, emendationem promittit. Sed cum fraus, quæ ſtruebatur, ſuis prodentibus fuiſſet detecta, cuſtodiæ mancipatur, & in præſentia totius exercitus manibus vinctis adductus, omnibus adiudicantibus, capitalem ſententiam ſuſcepit V Id. Septembr.* Ita *Rhegino.* Subdit *Struuius* ſyntagmat. hiſt. Germ. diſſert. X § XXXVII p. 280, *vnicum Rheginonem tot ſcriptoribus Adelberti* (l. Hattonis) *verſutiam redarguentibus opponere vix audemus.* Sed pergit auctor.

Attamen, ſi ſedeat iudex Cicero, illaudate fecit Hatto. Cum enim Attilium Regulum, ipſiuſque tempora, quod iuratus, ad hoſtes, voluntarium excepturus cruciatum, redierit, laudaſſet, ſubiungit lib. III de officiis; *Sed vt* c. 32. *laudandus Regulus in conſeruando iureiurando, ſic decem illi, quos poſt Cannenſem pugnam iuratos ad ſenatum miſit Hannibal, ſe in caſtra redituros ea, quorum potiti erant Pœni, niſi de redimendis captiuis impetrauiſſent, ſi non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes vno modo. Nam Polybius, bonus auctor in primis, ſcribit, ex decem nobiliſſimis, qui tum erant miſſi, nouem reuertiſſe a ſenatu re non impetrata: vnum ex decem, qui paullo poſt quam egreſſus erat e caſtris, rediiſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſe. Reditu enim in caſtra, liberatum ſe eſſe iureiurando interpretabatur. Non recte; fraus enim deſtringit, non diſſoluit periurium. Fuit igitur ſtulta calliditas, peruerſe imitata prudentiam. Itaque decreuit ſenatus, vt ille veterator, & callidus, vinctus ad Hannibalem duceretur.* Otto Friſingenſis loco citato: *Iudicent de hoc ſacerdotis facto alii, quod velint, & tanquam pro regni vtilitate commiſſum tueantur. Ego omnino, nullius emolumenti gratia, non ſolum quemlibet Chriſtianum fraude circumuenire: ſed etiam in corde, & corde, in cauſſa capitali, loqui non debuiſſe arbitror Epiſcopum.*

1) Anno DCCCIX cum Ludouico reipublicæ cauſſa Francofurti ſubſtitit, eique ..... cum Conrado, Franconiæ Duce, auctor fuit, vt *Brechene*, pagi Loganæ opimum ac feracis glebæ diffuſum per ampla aruorum ſpatia prædium Comiti *Conrado*, Eberhardi filio, attribueret, ea conditione, vt poſſeſſiones has ad inchoatæ baſilicæ Limburgenſis dotem libere & ſecure eroget, ceu proprias, nullique alterius ditioni obnoxias. Tabulas, quibus id perſcriptum, inſpexit *Browerus*, & Hattoni noſtro, meritum delaturus præconium, lib IX annal. Treuirenſ. § LVII p. 445 haud reticet, Ludouicum in iis *Hattonem fidelem & venerabilem patrem* ſuum appellaſſe.

2) Quin Cancellarii tandem ſub eo obiit munia. Pateſcit id e diplomate Triburiæ anno DCCCCX confecto, quod his ſignatum verbis teſtatur *Gevvoldus* de Septemuiratu c. VI p. m. 695; *Datum Palatio Triburienſi coram Rege Ludouico, qui & conſcribi & ſigillo ſuo inſigniri iuſſit anno dominicæ incarnationis DCCCCX, indictione XIII, anno vero Domini Ludouici Sereniſſimi Regis XI, VIII Id. April. Ego in DEI nomine* Hatto *Archiepiſcopus &* Cancellarius *has litteras iuſſu meo ſcriptas recognoui, & manu propria ſubſcripſi.*

Henricum Aucupem torque au- VIII Adiungit MS. minor, quomodo idem Archiepiſcopus torque aurea epuloque delinitum voluerit anno DCCCCXIV Conrado Regi Henricum Saxoniæ Ducem, Ottonis filium, tradere: ſed coram aurifabro ingemuiſſe: ipſumque, 673

Edit. I p. 673 que, quem amaret, Henrico enuntiaſſe, ſic a ſe capiendum. Quæ videntur tamen pueriliora, quam vt tam veteratorio, excoctoque ingenio congruant. *rem de medio voluiſſe ſolere dicitur.*

Quin idem referunt *VVitichindus* annal. l. I p. 636, *Ditmarus* lib. I p. 325, auctor addition. & emendationum *ad vitam Mathildis* p. 654, *Sigebertus Gemblacenſis* ad annum DCCCCXVIII p. 576, *Albericus* in chronico p. 255, *Albertus Stadenſis* p. 210, *Enerhardus* de eccleſia Gandeshemenſi p. 161, e recentioribus *Bruſchius* l. d. p. 37, *Sagittarius* de antiquo ſtatu Thuringiæ p. 46, aliique plures. At, fabulis vulgi fama diſſeminatis id ſimiliter adnumerat, quem iam laudaui, *Schatenus* l. d. p. 246 & ſeq. ac *licet*, ait, *VVidekindus, Ditmarus, Marianus Scotus, poſt tempora Othonis Imperatoris ſcriptores, referant, ex aliisque Otho Friſingenſis, Luitprandus, & alii, fabulam potius ex vulgi fama, quam hiſtoriam reputes. quemadmodum Hattonis dolum, quo Albertum e caſtro ad ſupplicium capitale pertraxiſſe volunt, inter eadem commenta populi Rheginonis teſtimonio repoſuimus, ex odio in Hattonem Epiſcopum, penes quem poſt Regem ſumma moderatio erat.* In candem fere ſententiam inclinant *Brunnerus* annalium Boicorum parte II lib. II p. 101, *Adlzreitterus* annal. Boicorum parte I lib. XIII p. 313; aperte vero concedit *Gundlingius* in libro germanico, qui *Abriſs zu einer rechten Reichs-hiſtorie*, id eſt, *Idea hiſtoria Imperii Germanici genuina*, inſcriptus eſt, p. 47.

IX Deinceps tamen non potuit contractam ab eo nimiæ calliditatis labem aqua vlla eluere, ſed adhæſit ei adeo illa pertinaciter, vt, quemadmodum ait in Monaſter. Chronol. *Bruſchius*, *Hattonem malum* vocarint non pauci *, & vt in *MS.* minore eſt, alii diuinitus *fulmine ictum* **, alii mœrore ac *triſtitia confectum*, nonnulli in Merſeburgenſi, ſeu, vt vocat *Otto Friſingenſis* lib. VI cap. XVIII, *Martinopolitano*, Conradi Regis contra Henricum Saxonem, prœlio *cæſum* †, (& ſic in *Crantzio* lib. III Saxoniæ cap. III, & in *MS.* maiore eſt) alii denique *in* flammiuomum *Aetnam coniectum* dixerint, auditamque in aere vehementi cum tonitru exprobrationem iſtiuſmodi: *labem nomini ſuo contraxit, miſera morte periiſſe dicitur, quamquam ſcriptores inter ſe diſſentiant.*

Sic peccata lues: ſicque ruendo rues ††.

* *Malum* ſane vocauit *Botho* in chron. Brunſuicenſ. picturat. ad an. DCCCCVIII p. 302. *ſo vvas eyn quat tyrann.*

** Vid. *VVitichindus* l. d. p. 636, *Albertus Stadenſis* p. 210, *Albericus* in chron. p. 255, *chron. rythmic.* Principum Brunſuic. p. 17.

† Ita, quem modo dixi, *Botho* in chronico picturato ad annum DCCCCXVI p. 303.

†† Auctor chron. *S. Aegidii* Brunſuicenſ. p. 580, *Engelhuſius* in chron. p. 1070 (vbi tamen is hunc noſtrum cum Hattone II confundit) *Merſſæus* p. 192, & ex A. C. ſociis *Dreſſerus* parte IV Iſagog. p. 60, *Fabricius* in Saxon. p. 106, *VVolſius* tomo I rer. memorabil. p. 334, pluresque alii; quos fabellam narrare commentitiam non immerito ſtatuit *Iacobus Thomaſius* obſeruation. Halenſ. ſelectar. tomo I obſeruatione VI § I p. 74 & ſeq.

X *Lambertus Schaffnaburgenſis* breuiter ſic; *Anno DCCCCXII Hatto Archiepiſcopus Moguntiæ obiit.* Et ſæpe nominatus *Rhegino: Eodem anno Hatto Archiepiſcopus obiit, vir adeo ſtrenuus & prudens.* Similiter & *Marianus Scotus.* Annum DCCCCXIII ponit *Bruſchianus catalogus*, DCCCCXIV *MS.* minor. *quo anno obierit.*

1) Quo quidem anno Hatto noſter inter viuos eſſe deſierit, variæ omnino, vti vel ipſe auctor iam notauit, ſunt ſententiæ. Anno DCCCCXII illum obiiſſe, præter auctorem, qui *Rheginonis* continuauit chronicon (pro quo auctor rurſus *Rheginonem* ipſum citat) p. 74, *Lambertum* ad h. a. ac *Marianum Scotum* p. 446, *Hermannus* prodit *Contractus* p. 132. Anno ſequenti XIII non *Bruſchius* ſolum in catalogo, verum etiam *Hepidannus* ad h. a. Anno XIV, præter *MS.* quem noſter tractauit, auctor compilat. chronolog. ſiue *chron. S. Aegidii* p. 580, & *chronicon Magdeburgenſe* manuſcr. Anno XV *Chronographus Saxo* p. 150. Anno demum XXIII *Siſridus Presbyter* p. 688. Quibus magnam partem ſub examen vocatis, *Leuckfeldius* antiquitat. Halberſtad. p. 115 illum vel anno DCCCCXIV vertente, vel ineunte DCCCCXV morte oppreſſum ſtatuit. Ponit ſcilicet, ipſum Conradi inſtinctu Henrico ſtruxiſſe inſidias. Atenim, cum iam pateat, parum firmo illum niti tibicine, potius eſt, vt *Schafnaburgenſem*, *Hermannum*, aliosque ὁμοψήφως ſequamur. id quod & *Schatenus* fecit, ita l. d. pergens: *Similia de mortis genere confinxere; alii enim mœrore confectum, alii in prælio caſum, alii fulmine ictum ſcribunt: quem tamen auctor, qui* Rheginonis *continuat chronicon*, Schafnaburgenſis & Hermannes Comes *priori anno placide & communi morte defunctum memorant. Hæc paucis, quæ a* Seratio *fere intermiſſa, pro Metropolitano noſtro interponere placuit.* Italica febre eum obiiſſe refert *Ekkehardus* de caſibus monaſterii S. Galli cap. I p. 20. *Paruo autem*, ita ille, *poſt tempore* (Hatto) *confectus Italica febre —— diem obiit.*

2) Ceterum apud Imperatorem in tanta fuit gratia, vt *Ekkehardus* l. d. p. 15 *cor Regis* illum vocarit, prodideritque, cum Salomone, Epiſcopo Conſtantienſi, primas in Imperio

poſt Regem tenuiſſe. *Sic quoque*, inquit, *ipſe* (Salomon ſcilicet) *&* Hatto *ille Moguntinus Archiepiſcopus, ſibi ſemper amiciſſimus, quem* cor Regis *nominabant, cum & ipſe (vt aiunt) XII Abbatiis præſuerit, poſt Regem imperium tenuerunt. Fuldenſis enim & ipſe erat monachus & Abbas, qui Magontiam ipſam a loco ſuo antiquo motam propius Rheno ſtatuerat, & in hoc & in aliis multis animi ſui magnitudinem oſtenderat &c.* Edit. I pag.

diu ſedi præfuit, floruit Adelbero, *Scholaſticus ad D. Alban.*

XI Non eſt omittendum, quod in Hirſaugienſi chronico recte inſeruit *Trithemius: Anno DCCCCX Adelbero, monachus Hirſaugienſis, diſcipulus Luithelmi, Scholaſticus factus eſt in monaſterio ſancti Albani prope Moguncium, vbi magna tunc multitudo viguit monachorum: quos cum glorioſe in omni ſcientia ſcripturarum tam ſæcularium quam diuinarum inſtrueret, magnam eruditionis ſuæ famam apud omnes in circuitu homines acquiſiuit, qui poſt paucos annos, per Archiepiſcopum Herigerum, Abbas S. Ferrutii factus eſt. Erat enim vir dignus honore, non ſolum propter incomparabilis ſcientiæ doctrinam, qua præ ceteris multis fuit inſignis, ſed etiam propter prudentiam & vitæ omnimodam ſanctitatem.* Rurſumque, Anno DCCCCXXI *ex Scholaſtico S. Albani, promotione Archiepiſcopi*, ait idem *Trithemius*, *factus eſt in Bleidenſtat monaſterio* 674 *Abbas Adelbero.*

HERIGERVS.

I

Vario ſcribitur.

MEndoſe in edito *Mariano Scoto (p. 446) Hurgerus* ſcribitur, vt ex *MS.* Francofurtenſi apparet. A *Lamberto Schaffnaburgenſi* modo *Heriger*, modo *Herger* vocatur. Fuldenſem fuiſſe Abbatem, *virumque diuturna religionis exercitatione commendabilem* narrat *MS.* minor †: & idcirco *pium Epiſcopum* cognominatum ait *Bruſchianus catalogus.*

† Quod ſi Fuldenſis fuit Abbas, non dubitandum, quin Herigerus hic noſter *Hugo* ſit, ſiue *Hueggi* & *Huoggerus*, quem in magna apud Arnolfum Imperatorem gratia & auctoritate fuiſſe, & a Conrado I anno DCCCCXII inſigne priuilegium impetraſſe, memorat tum *F. Cornelius* in Breuiario Fuldenſi p. 428, tum *Brovverus* antiquitat. Fuldenſ. p. 282.; vt tamen neuter eorum ne ſuſpicetur quidem, cathedræ poſt Moguntinæ illum impoſitum fuiſſe: quod tamen *Mabillonius* vidit annal. Ordinis Benedict. lib. XLI § LXXI p. 340, & ante nos iam ad hæc Serarii auctoris verba quam optime obſeruauit *N. H. Gundlingius* diſſertatione de Henrico Aucupe § XIV in annotat. lit. k) p. 76.

falſo Henricum Aucupem vnxiſſe dicitur.

II Sed idem ſibi, aliiſque caliginem offundit *catalogus*, dum de Herigero ſubiicit: *Vnxit Henricum Aucupem in Romanum Regem.* immo vngere voluit anno Domini DCCCCXX, vel vt in *Baronii* tomo X legitur, anno DCCCCXIX; ſed non vnxit. Nam *MS.* vterque Regem præ animi modeſtia, vnctionem & coronationem recuſaſſe ſcribit, ac dixiſſe: *Satis mihi eſt, vt præ maioribus meis, Rex dicar.* Eandemque ſententiam pluribus verbis, nonnihil tamen aculeatis, quaſi vnctio, qua Dauid, aliique Iſraelitici & Chriſtiani Reges vngi ſolent, ad pompam tantummodo faceret, profert *Beatus* lib. II rerum Germanicarum *(p. m. 317)*

* p. 116

Vetuſtiores tamen audire præſtat. *Otho Friſingenſis* lib. VI c. XVII * dum cauſſam affert, cur cum iſte primus, poſt Caroli Magni poſteros, alia ex familia, verum in Germania regnum tenuerit, non tamen *primus Teutonicorum Rex* dicatur, ſed eius filius Otho; reſpondet: *Iſte Henricus oblatam ſibi a ſummo Pontifice dignitatem renuiſſe perhibetur. Sigebertus* anno *DCCCCXXXVII**; *Henricus rex moritur, qui licet in vincendis inimicis glorioſus fuerit, quia tamen pacificus erat, nullam operam dedit, vt effugatis ab Italia tyrannis, qui, quaſi conductitii mercenarii, alter alteri ſuccedentes, Imperium dilaniabant, benedictionem Imperialem accepiſſet.* Hanc tamen modeſtiam (cum rem ipſam vellet, bonumque rei modum reſpueret) haud ſatis prudentem, vtilemque fuiſſe, diuinitus fuit S. Vdalrico, prout in eius vita eſt, oſtenſum. Ei enim per viſum gladii duo monſtrati, cum capulo vnus, ſine capulo alter: voxque ſimul adiuncta; *Dic Henrico Regi: Enſis ille, qui ſine capulo eſt, ſignificat Regem, qui ſine benedictione Pontificali regnum tenebit. Capulatus autem, qui benedictione diuina regni tenebit gubernacula.* Viſionem eandem citat eius ſæculi ſcriptor

* p. m. 579

De recuſata ab Henrico vnctione. 675

Edit. I p. 675 ptor *Ditmarus* lib. I *(p. 326) Otho Friſingenſis* lib. VI cap. XVIII *(p. 127)* ſed paullo interpretans aliter: priorem quidem *gladium cum capulo* Henricum, *ſine capulo* Arnolfum Baioariorum Ducem, de quo paullo ante dixerat: *Hic eſt Arnolphus, qui eccleſias & monaſteria Baioariorum crudeliter deſtruxit, ac poſſeſſiones eorum militibus diſtribuit.*

Enimuero, de his poſtea. Contigere enim an. DCCCCXIX, atque temporis ratione nondum huc pertinent.

Concilium habuit Altenheimii.

III Herigerus vero Ioannis X Pontificis M. iuſſu, *concilium* indixiſſe *Altenheimii* dicitur a MS. L. eique affuiſſe Pontificius Legatus *Petrus Ortenſis* Epiſcopus anno DCCCCVI, * XII Calend. Octob. Conradi Imperatoris anno V. Et hoc quidem concilium citatur a Wormatienſi *Burchardo* ſæpius, ſed in temporis notatione mendum ſine dubio aliquod eſt. Nam neque Herigerus erat Archiepiſcopus anno DCCCCVI, neque Conradus Rex aut Imperator. Et cum a *Burchardo* tam ſæpe citetur lib. I cap. LII, CLXII; lib. II cap. CCXXXIV, lib. IX cap. LXXIV, lib. XI c. LXVIII & LXXVIII, accurataque Pontificii Legati & temporis addatur notatio, Herigeri tamen mentio nulla fit.

* 1) Putarim, pro anno 916, quo ſane Conradus quintum regni annum egit, librarii vitio in catalogum, quo auctor vſus fuit, manuſcr. irrepſiſſe 906, qui numeris barbaris exſcriptus erat. Quod alioquin Herigeri mentionem nullam fecerit *Burchardus*, non mirum; cum fecerit Hildeberti, lapſu, ſine dubio, memoriæ: quod iam pridem ſuſpicatus fuit *Schatenus* lib. III annal. Paderbornenſ. p. 262. Conf. *Leuckfeldius* in antiquitat. Halberſtadenſ. ad h. a. p. 120.

2) Hoc concilio inter alia decretum, vt Richvvinus, Argentoratenſis ædis occupator, Herigero Mogontino Archimyſtæ ſatisfaceret, vel, ſi id contemneret, curia ſacerdotum exauguraretur. Conf. *Auentinus* lib. IV annal. Boicor. cap. XXII n. 9 p. 455.

3) Ceterum de loco, vbi concilium hoc habitum, audire iuuabit *Gundlingium* l. d. § XII in annotat. lit. o) ſignata, p. 62; *Dubium eſt, vbi* Althemium *ſit quærendum.* Munſterus *in Francia orientali collocat, conſentiente* Nic. Schateno, *annalium Paderbornenſium conditore, tomo I p. 251.* Mabillonius *annal. Benedictin. tomo III p. 427 in Rhætia inuenit, ac tunc temporis ad Burgundiæ iurisdictionem pertinuiſſe, ſibi perſuadet. Ego in alia omnia eo, poſteaquam* Nicol. Sanſon, *Gallus percelebris, in Geographia ſynodica erudite hanc villam inter Salisburgum ac Dingolſingam legentibus oſtendit. Quod & tabulæ probant.* Mabillonius *errandi occaſionem inde arripuit, quod Althemium ad Rhætiam referri deprehendit. At Rhætia Paſſauium vſque extenditur: eoque veroſimile eſt, concilium iſtud in Rhætiæ ac Norici confiniis fuiſſe congregatum. Quare permirum videtur, virum hunc eruditum ad Burgundiæ fines eſſe deuectum. Quis enim credat, Conradum, ceteroſque Germaniæ Proceres de rebus Imperii ſalutem tangentibus in ſolo externo ac oris peregrinis fuiſſe deliberaturos? Etſi vero* Adlzreitterus *atque* Brunnerus, *ſcriptores Boii, iſtius concilii mentionem faciant, non explicant tamen illi, aut deſcribunt curate Althemii ſitum: ſed generatim Rhætiam nominant, in qua oppidum hocce inueniatur; inſcii haud dubie, ignarique, pertinuiſſe ad Boicam.* Hæc ille. *Leuckfeldius* quidem l. d. p. 117 & ſeq. locum hunc putat eſſe Altzeiam, ditionis olim Comitum Rauengeresburgenſium, & dein Hirſutorum, hodie vero Palatinorum Rheni, oppidum, Lutream Cæſaream inter ac Moguntiam. Sed ratio, qua ſe in hanc inductum prodit ſententiam, haud ſtringit.

4) Anno DCCCCXIX Henrico Aucupi, menſe Aprili vel Martio Conradi I in locum euecto, vnctionem, de qua ſupra § II, obtulit. *VVitichindus* lib. I p. 637, *Ditmarus* lib. I p. 325. Ceterum legi hic meretur *Gundlingius* l. d. in annotat. cui litera *m*) præfixa, p. 83, quippe qui, tametſi viſionem illam pro commentitia fere habeat, libens tamen fatetur, Aucupem, vnctionem recuſando, non modo contra maiorum egiſſe inſtituta, ſed a politicis etiam regulis aliquantum deflexiſſe.

5) Anno DCCCCXXII, Caroli & Henrici Regum iuſſu, apud Confluentes, ſynodi celebrandæ cauſſa, cum Hermanno Agrippinenſi, Thiedone Wirciburgenſi, Luithario Mindenſi, Dodone Oſnabrugenſi, Richino Vangionum, Richquino Argentinenſi, Wannone Padebrunnenſi, Herigerus coiuit, vt in Decretorum monumentis B. *Burchardus*, Epiſcopus Vormatienſis, auctor eſt. Conf. *Brovverus* annal. Treuir. lib. IX § LXIX p. 448.

Archiepiſcopatu ſe abdicaſſe dicitur.

IV Addit *Bruſchianus catalogus: Reſignauit munus Epiſcopi Herigerus cuidam Ruperto an. CHRISTI DCCCCXXIV. Obiit poſtea an. DCCCCXXX.* Sed hunc Rupertum neuter nominat MS. non modo *non tanquam Epiſcopum,* ſed *ne tanquam Coadiutorem* quidem. vt paullo poſt eum idem vocat Catalogus. Quin clare *Lambertus: Anno DCCCCXXIV Heriger Archiepiſcopus obiit, cui Hildebertus ſucceſſit.* Sed *Lambertus*, ſecundum *MS.* minorem, appoſuerat etiam obitus diem *Cal. Decemb.* quas etiam ponit *Marianus Scotus*, & in Hirſaug chron. *Trithemius*; ſed vterque annum DCCCCXXVII. *Interpontificium*

tor-

forte fuit aliquod, in quo rem adminiſtrare potuit *Rupertus* aliquis non Epiſco- Edit. I
pus, ſed vicarius, & quaſi procurator. Sane *Ruperti Moguntini Archidiaconi* pag.
meminit *Rhegino* anno DCCCCXLII *.

1) Herigerum Archiepiſcopatus adminiſtrationem, ſecundum nonnullos, depoſuiſſe, & anno DCCCCXXIV. vel ſecundum alios, DCCCCXX Ruperto cuidam conceſſiſſe, *Dieſſenbachius* etiam memorat in catalogo. *Annal. Hildesheimenſ.* p. 717, *DCCCCXXIV Herigerus Archiepiſcopus ceſſit. Hildibertus ſucceſſit. Ceſſit*, inquiunt. quod verum de hac Archiepiſcopatus abdicatione interpretari liceat, alii iudicent.

2) Herigerum alioquin anno demum DCCCCXXVII diem obiiſſe, non *Marianus* ſolum dicit, vel etiam *Trithemius*, in editione puta chronici Hirſaug. priori (in recognita enim ad an. ſequentem reiicit) ſed *Hermannus* etiam *Contractus* p. 132, *anno*, inquit, *IX Henrici Regis Herigerus Archiepiſcopus obiit.* Necrologium itidem *Fuldenſe* p. 763, *DCCCCXXVII Liutheri Epiſcopus. Heriger Archiepiſcopus.* nec non *chronicon VVirzburgenſe* p. 506, *DCCCCXXVII Herigerus Moguntiacenſis Epiſcopus obiit.*

* 3) Ruperti huius meminit quidem, non *Rhegino*, ſed Rheginonis Continuator p. m. 77, vt tamen haud vocet *Archidiaconum. Vbi frater eius*, ait, *per Rudbertum, Maguntinenſis eccleſiæ Diaconum, cuſtodia noctu clam aufugiens, antelucano tempore Regis eccleſiam adeuntis pedibus accubuit.*

HILDIBERTVS. 676

I

Abbas fuit Fuldenſis. HVnc, ait, *catalogus Bruſchianus* & in eo fere ſemper acquieſcens *Wion* lib. II, *Hildebertum*, ab aliquibus *Hildebrandum* vocari *: ſed male ſubiungunt, *Orientalis Franciæ Ducem* fuiſſe. Eum Abbatem tantummodo *Fuldenſem* vocant *MS. Marianus Scotus*, & *Trithemius*, qui tamen *de Francia*, prout res habet, quod cæcutiens videre potuit Bruſchius, indicat, dum Hiltebertum iſtum deſcribit in Hirſaugienſi chronico anno DCCCCXXVII ſic: *Herigero in Archiepiſcopatu ſuccedit Reuerendiſſimus ille Abbas Fuldenſis Hildebertus*, *Francus genere.* *genere Francus* †, *vir miræ ſanctitatis*, *& præter naturalem ſapientiam animi*, *litterarum quoque ſcientia ſatis illuſtris, qui inter cetera dona gratiarum, ſpiritum quoque prophetiæ habuiſſe memoratur. Hic eſt Hildebertus amabilis Deo Pontifex, cuius conſilio, Diethmarus ante biennium in Abbatem huius monachicæ habitationis de ſancto Gallo fuit aſſumptus: præfuit autem eccleſiæ Moguntinæ annis XIV.*

* 1) In *necrologio Fuldenſi* p. 763 appellatur *Hiltibraht*; in codice *VVitichindi Corbeienſis* manuſcr. qui Dreſdæ aſſeruatur, *Hildeberhtus*; in Breuiario Fuldenſi *F. Cornelii* p. 429 *Hilpertus*; a *Ditmaro* lib. II p. 331 & 338 *Hilibertus*; in carmine, quod *Trithemius* in vita Maximi cap. XVIII attulit, & ex eo auctor ſupra lib. II cap. XXVI, *Hilvvertus.*

† 2) Francum gente fuiſſe, quod *Trithemius* l. d. habet, tradunt etiam *VVitichindus* annal. lib. II (vt ſtatim ſequitur) *F. Cornelius* l. d. p. 429, *Hilpertus*, *profeſſus Fuldenſis*, *natione Francus. Kornerus* in chronico mſcr. *per Hiltibertum Archiepiſcopum Moguntin. genere Francorum.* Vid. *Fellerus* trimeſtri III p. 150. Conradi vero Regis fratrem fuiſſe, vt nouiſſime *Hübnerus* tab. genealog. XXVII, alios ſecutus, vult, veterum, quod ſciam, nemo habet.

3) In pontificium prouectus faſtigium, munia pontificia laudatiſſimo exercuit ſtudio. Alia inter an. DCCCCXXXII Erfurti coegit ſynodum. quam cum auctor infra § IV loco haud conuenienti memoret, huc reuocare conuenit.

4) Triennio poſt decem primorum Antiſtitum Moguntiacorum oſſa e D. Hilarii æde ſollemni pompa in D. Albani tranſtulit baſilicam. Non tacet id auctor, ſed infra § III in geſtis Hildeberti, quamuis non ſine ἁμαρτήματι μνημονικῷ, numerat. vt vero hic ſtatim perſtringam, temporis omnino, rerumque ſuadet ordo.

vnxit Othonem I. II *Iſte venerabilis Antiſtes Ottonem Imperatorem primum vnxit in regem.* Aſſentitur *Otho Friſingenſis* lib. VI c. XIX dicens; *Anno ab incarnatione Domini DCCCCXXXVI*, *Otto*, *Henrici filius*, *patri nobilis heres in regno ſuccedens*, *in palatio Aquis*, *a Moguntino Archiepiſcopo Hildeberto coronatur.* Anno non eodem, quo mortuus eſt pater, ſed ſequenti anno DCCCCXXXVII, vti refert *MS.* & ante hunc illius temporis ſcriptor, *Witikindus* lib. II * hiſce verbis: *Eo tempore erat ſummus Pontifex* (id eſt, Archiepiſcopus, vt ſupra lib. III not. LII) *nomine Hilbertus*, *Franco genere*, *monachus profeſſione*, *nutritus*
Fulda *vel doctus Vuldo monaſterio*, *& ad id honoris merito progrediens*, *vt pater*
eiuſdem

Edit. I p. 677 *eiuſdem loci conſtitueretur, deinde ſummi Pontificatus Moguntiacæ ſedis faſtigium promeruiſſet. Hic erat vir miræ ſanctitatis, & præter naturalem animi ſapientiam, litterarum ſtudiis ſatis clarus. Qui inter cetera gratiarum dona, ſpiritum prophetiæ accepiſſe prædicatur, & cum quæſtio eſſet Pontificum in conſecrando Rege, Treuirenſis videlicet & Coloniæ Agrippinæ, illius, quia antiquior ſedes eſſet, & tanquam a beato Apoſtolo Petro fundata, iſtius vero, quia eius ad diœceſin pertineret locus, & ob id ſibi conuenire arbitrati ſunt huius conſecrationis honorem, ceſſit tamen vterque eorum Hildeberti cunctis notæ almitati.*

* *VVitichindus* l. d. generatim tantum poſt mortem patris Ottonem vnctum ſcribit: anni DCCCCXXXVII ne verbo quidem meminit. Ceterum præter *MS.* quem auctor citat, an. DCCCCXXXVII demum Aquiſgrani coronatum vult auctor narrationis *de tranſlatione S. Evergeſili* p. 291; *centeſimo octogeſimo dominicæ incarnationis octauo luſtro* (*i. e. nongenteſimo triceſimo ſeptimo anno*) *ſexageſimo tertio indictionum circulo, regnare cœpit Otho, vnctus lætitiæ oleo. Trithemius* itidem (quod notandum) chron. Hirſaug. recogniti parte I p. 73. Sed falluntur: cum partim teſtimoniis auctorum fide dignorum, *Ditmari* l. d. p. 331, *Alberti Stadenſis* p. 213, aliorumque; partim ex iis, quæ mox ſequentur, conſtet, illum ſtatim ab electione Aquiſgrani inunctum fuiſſe.

Hæc ille, a quo tota hæc vnctio & coronatio, a *Trithemio* in Hirſaugienſi chron. anno DCCCCXXXVI relata eſt, & hic vt repetatur, digniſſima eſt. *Defuncto*, ait, *patre patriæ & regum maximo optimo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum, iam olim deſignatum Regem a patre filium eius Ottonem eligit ſibi Principem. Vniuerſalis electionis notantes locum, iuſſerunt eſſe ad Aquiſgrani palatium. Eſt autem locus ille proximus Iulo, a conditore Iulio Cæſare cognominato. Cumque illo ventum eſſet, Duces ac Præfectorum Principes, cum cetera Principum Militumque manu congregata in xyſto baſilicæ Magni Caroli cohærente, collocauerunt nouum Ducem in ſolio itidem conſtructo, manus ei dantes ac fidem pollicentes, operamque ſuam contra omnes inimicos ſpondentes, more ſuo fecerunt eum Regem. Dum ea geruntur a Ducibus, ac cetero Magiſtratu, Pontifex maximus* (ita auctor nominat præcipuum illorum Antiſtitum, Archiepiſcopum Moguntinum) *cum vniuerſo ſacerdotali ordine, & omni plebe infra in baſilica præſtolabatur proceſſionem noui Regis. Quo procedente, Pontifex obuius læua ſua dexteram tangit Regis, ſuaque dextera lituum*
678 *geſtans, paſtoralem videlicet baculum, linea indutus ſtola, planetaque infulatus, progreſſuſque in medium vſque fani, ſubſtitit & reuerſus ad populum, qui circumſtabat (nam erant deambulatoria infra ſupraque, in illa baſilica in rotundum facta, quo ab omni populo cerni poſſet) „En, inquit, adduco vobis a Deo electum, & a Domino rerum Henrico olim deſignatum, nunc vero a cunctis Principibus factum Regem Ottonem. Si vobis iſta electio placet, dexteris in cælum eleuatis, ſignificate„. Ad hæc omnis populus dexteras in cælum leuans, cum clamore valido imprecati ſunt proſpera nouo Duci.** *Proinde procedit Pontifex cum Rege, tunica ſtricta more Francorum induto, pone altare, ſuper quod inſignia regalia poſita erant, gladius cum baltheo, chlamis cum armillis, baculus cum ſceptro ac diademate.*

Repetito autem Hildeberti elogio, & quidem iiſdem verbis, quibus a Witikindo ſupra poſitum eſt, pergit idem *Trithemius*; *Et cum quæſtio eſſet Pontificum in conſecrando Rege, Treuiris videlicet & Coloniæ Agrippinæ; illius, quia antiquior ſedes eſſet, & tanquam a beato Apoſtolo Petro fundata, iſtius vero, quia eius ad diœceſim pertinebat locus, & ob id ſibi conuenire arbitrati ſunt huius conſecrationis honorem. Ceſſit tamen vterque eorum Hildeberti cunctis notæ almitati. Ipſe autem accedens ad altare, & ſumpto inde gladio cum baltheo conuerſus ad Regem: „Accipe, inquit, hunc gladium, quo eiicias omnes* CHRISTI *aduerſarios, barbaros, & malos Chriſtianos, auctoritate diuina tibi tradita omni poteſtate totius imperii Francorum, ad firmiſſimam pacem omnium Chriſtianorum„. Deinde ſumptis armillis, ac chlamyde, induit eum; „His cornibus, inquit, humitenus demiſſis monearis, quo fidei zelo feruere, & in pace tuenda perdurare vſque ad finem debeas„. Exinde ſumpto ſceptro, baculoque: „His, inquit, monitis, paterna caſtigatione ſubiectos corripias, primumque Dei miniſtris, viduis, ac pupillis manum miſericordiæ porrigas, numquam-*

que de capite tuo oleum miſerationis deficiat, vt in præſenti, & in futuro ſempiterno præmio coroneris; perfuſusque ilico oleo ſancto, & coronatus diademate aureo ab ipſis Pontificibus Hildeberto & Wigfrido, ac omni legitima conſecratione completa, ab eiſdem Pontificibus ducitur ad ſolium, ad quod per cochleas aſcendebatur, & erat inter duas marmoreas miræ pulchritudinis columnas conſtructum, vnde ipſe omnes videre, & ab omnibus videri poſſet. Diuina inde laude dicta, ſacrificioque ſolenniter celebrato, deſcendebat Rex ad palatium, & accedens ad menſam marmoream regio ornatam apparatu, reſedit cum Pontificibus & omni populo, Duces vero miniſtrabant. Idem vero Rex poſtea Imperialem benedictionem Romæ a Pontifice accepit anno Domini DCCCCLXII. Edit. I p. 679

Eodem vero, quo Othonem regali diademate ornauit, anno Fuldæ ſacellum *S. Georgii*, Abbatis Hadamarii rogatu, dedicauit; quod quidem vetus nobis prodit traditio apud *Brovverum* antiquitat. Fuldenſ. lib. II cap. XII pag. 154; *Anno dominica incarnationis DCCCCXXXVI, indictione IX, VIII Id. Iun. dedicatum eſt hoc oratorium ab Hildeberto, Moguntina ſedis ſummo Pontifice, rogatu pii Patris Hadamarii.*

X primorum Epiſcoporũ Moguntin. oſſa in S. Albani aedem tranſtulit.

III Tranſtulit vero idem Archiepiſcopus in S. Albani baſilicam e ſancti Hilarii prope Dalheim baſilica S. Aureum, & Iuſtinam ſororem martyrem *, de quibus ſupra. (*l.* 2 *c.* 17) Ita enim ſcribit in S. Maximo *Trithemius* cap. XVIII; *Beatiſſimi Pontificis Maximi corpus, a diſcipulis in eccleſia diui Præſulis Hilarii, poſtea nuncupata in* Dalheim, *vbi ciuitas Moguntina eo tempore legitur fuiſſe conſtructa, debito cum honore iuxta tumbam ſancti Creſcentis primi Epiſcopi fuit ſepultum: in quo quidem loco humatum permanſit annis quingentis quinquaginta ſeptem, vſque ad tempora Hildeberti, poſt S. Bonifacium Moguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopi duodecimi, qui anno Dominicæ natiuitatis nongenteſimo triceſimo quinto, indictione Romanorum octaua, die menſis Martii quartadecima, decem eccleſiæ Moguntinæ Pontificum oſſa de capella diui Hilarii memorata, ſolenni cum proceſſione cleri & populi, ad eccleſiam monaſterii diui martyris Albani tranſtulit, & in choro ſumma cum reuerentia collocauit.* Et poſtea de hac ſanctorum translatione Pontificum quidam eo tempore carmine ſcriptum poſteritati reliquit. Sed hoc iam allatum ſupra lib. II cap. XXVI. *Anno tamen Domini DCCCCXXXV* facta hæc narrant lectiones de S. Aureo XLVII, XLVIII, XLIX, & MS. minor. 680

* Memoriæ lapſu auctor pro, *decem e primis Epiſcopis*, quos Hiltibertum ſupra iam lib. II cap. XXVI in S. Albani baſilicam importaſſe ſcripſit, *S. Aureum & Iuſtinam* ponit: quos tamen Richolfum in eandem e S. Hilarii æde, religionis ſtudio, tranſtuliſſe, tum ibi, tum capite XVII e Breuiario Moguntino memorauit.

Synodum habuit Erfurti.

IV Anno eodem notat idem MS. & *Lambertus* habitam *ſynodum Erfordiæ.* Sed *Rhegino*, inquit, *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXXVI ſynodus apud Esphersfurt in Thuringia celebratur a compluribus Epiſcopis & Abbatibus*, vt addit *MS. L.* in quibus fuit tantus zelus & deuotio, vt primum in ſeipſis eccleſiæ in peius prolapſæ mores vindicare, & profundiſſima humilitate ſeſe publice in terram demittere, & peccata ſua & cleri plangere voluerint. Canones hic editos, paucos quidem, ſed argutos & pios habere ſe ſcribit *Lindanus*, in libello contra concordiam Schmidelini; eorumque aliqui citantur apud *Burchardum* lib. IX c. LXXVII, lib. XIII c. XXI, XXVII, XXVIII, vbi *banni*, de quo ſupra lib. I c. XXXIII mentio; ſemperque notatur ei interfuiſſe Henricus Rex.

Hildebertum in concilio hoc Erfurtenſi primas facile tenuiſſe, manifeſtum eſt. Id vero non anno DCCCCXXXV, vt præter *Lambertum Schafnaburgenſem* auctor chron. *Hildesheimenſis* tradit, & *Mabillonius* in actis Benedictin. ad XXXI Maii p. 119, auctorem noſtrum ſecutus, refert: nec anno DCCCCXXXVI, vt auctor, qui *Rheginonem* continuauit, vult: ſed anno DCCCCXXXII habitum fuiſſe, in proœmio illius diſerte his habetur verbis: *Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti* nongenteſimo trigeſimo ſecundo, *anno etiam Domini Henrici Regis Chriſtianiſſimi* decimo quarto, *indictione quinta, ſub die Kalendar. Iuniarum congregata eſt apud Erpesfurd ſancta & vniuerſalis ſynodus, vt Rex ſapientiſſimus cum concilio Primatum ſuorum decreuit, inſpirante omnium Saluatoris clementia, pro vtilitate & ſtatu ſanctæ matris eccleſiæ. Cuius Regis ſollertiam prudentiſſimi viri* Hildiberti *Archiepiſcopi gubernabat.* Conf. *Gundlingius* diſſertatione, ſupra nobis iam laudata, de Henrico Aucupe § XXX p. 211 & ſeq.

quo anno obierit.

V Refertur vero Hildeberti huius mors ab eodem *Rheginone* & *Mariano Scoto* in annum DCCCCXXXVI. Sed a *Lamberto*, *Trithemio* in Hirſaug. chron.

Bru-

Edit. I pag. *Bruſchiano* catalogo, & *MS.* in annum DCCCCXXXVIII. De ſepultura in S. Albano quod aſſerit *Bruſchius*, vero tantum eſſe ſimile ait *MS.*

1) Auctores de anno, quo Hiltibertus obierit, inter ſe diſſidere, iam olim obſeruauit *F. Cornelius* in Breuiario Fuldenſi p. 429 —— *promotus ad ſedem Moguntinam, vbi anno DCCCCXXXVI moritur; alii duos addunt.* Continuator *Rheginonis* (pro quo auctor *Rheginonem* ipſum citat) & *Marianus Scotus* vtique an. DCCCCXXXVI illum vita defunctum tradunt, quibuſcum conſentit *chronicon Magdeburgenſe* mſcr. *Lambertus* contra *Schafnaburgenſis*, *Bruſchius*, *Latomus*, biennio poſt, anno ſcilicet DCCCCXXXVIII. *Trithemius* enim in chronici Hirſaug. recogniti & aucti l. d. p. 76 illum *anno Diethmari Abbatis Hirſaugienſis XIV*, h. e. æræ vulgaris DCCCCXXXIX, Id. Sept. mortuum ſcribit. Atenim facile erit, litem hanc dirimere, ſi modo diem, quo obiiſſe dicitur, cum tempore, quo Othonem inaugurauit Hildebertus, rite compoſueris. Spiritum poſuit II Kal. Iun. vt præter *necrologium Fuldenſe* diſerte tradunt *Ditmarus Merſeburgenſis* l. d. p. 338 nec non *chronicon Hildeshemenſe* p. 764, & *Magdeburgenſe* mſcr. cuius auctoritatem *Mabillonius* l. d. præfert Menardo, qui die XXIV Maii defunctum vult. Othonem vero inunxit anno DCCCCXXXVI, menſe Septembri medio. Quod cum ita ſit, patet, anno DCCCCXXXVI, II Kal. Iun. vita illum haud exceſſiſſe. Neque vero anno DCCCCXXXVIII vel XXXIX demum fatis functum dicere licet; quandoquidem e diplomate Othonis I de cœnobii Bergenſis fundatione dato Magdeburgi *XI Kalend. Octobr. DCCCCXXXVII, indict. XI, anno Othonis piiſſimi Regis II*; alio itidem ſcripto Alſteti *XII Kal. Nouemb. anno dominicæ incarnationis DCCCCXXXVII, indict. XI, anno Othonis pii Regis II*, perſpicuum fit, tum temporis Fridericum iam Archiepiſcopatui Moguntino præfuiſſe; cum ibi legas: *Poppo ad vicem Friderici recognoui.* item *Poppo Cancellarius ad vicem Friderici Archicapellani recognoui.* Manet itaque, II Kal. Iun. an. DCCCCXXXVII rebus humanis ereptum fuiſſe; id quod *necrologium Fuldenſe* l. d. diſerte his notat verbis: *DCCCCXXXVII Hiltibraht Archiepiſcopus II Kal. Iun.*

2) *Hic in fine ſuo Deo gratias egit, quod eccleſiæ ſuæ nil vnquam iniuſte adquiſiuerit, vel perdiderit.* Ita *chronicon Magdeburgenſe* manuſcr.

Sanctum vocat idem chronicon *Magdeburgenſe.* Sed venerabilem *interim nobis appellare ſatisfuerit.* Menardus *eum* Beatum *vocat die XXIV Maii.* Sic doctiſſimus *Mabillonius* l. d.

FRIDERICVS.

I

Lotharingiæ, quæ multo tum, quam nunc, vt in Militiæ ſacræ proœmio docet *Molanus*, patuit latius, *Dux* vocatur a *Bruſchiano catalogo.* Et a duobus MS. cauſſa traditur, quod Giſelberti Lotharingorum Ducis filius fuerit. *Quo natus fuerit stirpe ſiue familia* Minoris *MS.* verba ſunt hæc: *Fridericus, Gerbergæ, ſororis Ottonis, Giſelberti Ducis Lotharingiæ filius, cœnobii Fuldenſis monachus, viduatæ eccleſiæ Magunciacenſi, cum applauſu populi & cleri, ab Ottone deſtinatus, Archiepiſcopus XIII.* Sed *fratrem* potius fuiſſe Giſelberti, quam *filium* cum catalogo Bruſchiano exiſtimem. Primo quidem, quia Gerbergam Ottonis ſororem duxit Giſelbertus anno DCCCCXXIX, ſecundum *Rheginonem* (p. 75) aut DCCCCXXVII, ſecundum *Sigebertum* (p. 578). Quomodo igitur ab iis procrea-
681 tus eſſe potuit monachus, & ex monacho Archiepiſcopus an. DCCCCXXXVI, vel DCCCCXXXVIII, id eſt, ante * nuptiarum illarum annum decimum? Cum * *l. poſt* enim Archiepiſcopus fieret, puerum vel adoleſcentulum eum haud fuiſſe monſtrant res, quas ilico moliri cœpit. Deinde Giſelberti ex illa Ottonis ſorore tres tantum filios, Lambertum Ducem Kiburgenſem, Ottonem, & Henricum, duaſque filias Ermigardam, & Gerbergam nominat Lotharingorum ſtemmatum ſcriptor *Roſierus* cap. LVII. Quod ſi *Rheginonem* adimus, vixit adhuc Gerberga anno DCCCCLXV, cum ex Italia rediret Imperator, ad eumque venit Coloniam, vt ait *Rhegino* ibidem, & vocatur *Regina*, eiuſque filius Rex *Lotharius.*

1 Rem acu tetigiſſe *Serarium* ſcribit *Hahnius* adnotat. ad diploma fundationis cœnobii Bergenſis § XI p. 43. Contra *Ioan. Philippus a Vorburg* nec fratrem Giſilberti, nec filium fuiſſe cenſet: quem, cum non parum huc faciat, audire iuuabit. Sic autem is in hiſtor. Othonum ad an. DCCCCLIV p. 36; *Ex qua gente, vtrum ex Francis Salicis, an ex Moſellanicis Princeps iſte fuerit, valde inter ſe controuertunt auctores. Plerique exiſtimant, fuiſſe Giſilberti Lotharingiæ Principis filium:* Serarius *cum* Bruſchio *eius fratrem: ego nec fratrem, nec filium: primo, quia in veteribus ſcriptoribus nulla ſit huius rei mentio, & ſi aut filius aut frater Giſilberti fuiſſet, amiſſo vel patre vel fratre, vel ante etiam, pro-*

pter tam proximos ad ſceptrum ſimiliter aſpirantes, ab Othone iure diſſentire videri potuiſſet: ideoque ſcriptores id haud quaquam tacuiſſent, procul dubio tantum virum hac de cauſſa excuſaturi. Deinde Bertelius *in hiſtoria Luceburgenſi &* Miræus *in codice donationum c. XXXII in annot. inter fratres Giſilberti hunc minime recenſent, immo nihil Friderici huius meminerunt: quorum cum in rebus illis magna ſit apud me auctoritas, credere non poſſum, fratrem Giſilberti fuiſſe: ſed nec etiam filium,* Serarius *ipſe bene docet.*

Ceterum turpius, quam duo illi MS. errarunt *Bodo* in ſyntagmate p. 492, & *Engelhuſius* in chron. p. 1074, dum Ludouico & Gerberga natum tradidere.

2 Alumnis Fuldenſibus priuatis illum litteris adnumerari, refert *Brovverus* antiquitat. Fuldenſ. lib. I cap. XVII p. 69. Edit. I pag.

3 Anno DCCCCXXXVI Archiepiſcopum ordinatum ſcribit *Chronicon Augienſe* p. 499, ſed perperam, vt ex iam dictis patet.

4 Enimuero ſub ipſa ſtatim ſuſcepti regiminis initia oſtendit, quam in rebus eccleſiarum promouendis vigilans eſſet ac impiger. Otho Imperator tum Magdeburgi celebre iſtud monaſterium, quod poſt ex vrbe in montem translatum fuit, exſtruere cœperat. Quod vt rebus ad victum, cultumque fratrum neceſſariis egregie inſtrueret, qui tunc præſto ei aderant, ſuaſere Epiſcopi; in his primo Fridericus noſter loco: id quod ipſa diplomatis Cæſarei teſtantur verba. Vid. *Hahnius* l. d. § II p. 4.

Laudatur & culpatur. II Cum de ipſius obitu agit anno DCCCCLIV *Rhegino*, eum ita deſcri- p. 79
bit: *Fridericus vir in ſancta religione ſtrenuus & valde laudabilis, niſi in hoc tantum, videbatur, quod ſicubi vnus Regis inimicus emerſit, ipſe ſe ſtatim ſecundum appoſuit.* Magna humanarum laudum infirmitas, quas vna ſemper aliqua deterit offenſio, & valde is laudatus videtur, quem vna tantum in re perſtringit momus.

quibus is ex cauſſis toties ab Imperatore diſſederit. III Cauſſa vero, cur a Rege tam affini tamque bene merito diſſederit, & quidem toties, vna fuit in patrem, ſecundum MS. antea citatos, mea vero quidem ſententia, in fratrem nimia pietas. Varia enim Giſelbertus, propter Lotharingicum ſuum Ducatum, a Carolo Simplice, ſoceroque ſuo Henrico, eiuſque filio Ottone Rege aut vindicandum aut retinendum, bella, variosque hoſtes excitauit, prout *Otto Friſingenſis* lib. VI c. XIX, *Sigebertus*, & *Rhegino*, ex
p. 162 iiſque *Molanus* in Militia ſacra cap. XXX, & eius Scholiaſtes ibidem referunt. Hiſce vero clam, palam, fere ſemper aut ſtuduit Fridericus, aut ſtudere certe viſus eſt; licet aliter quam illi eccleſiaſtici, quos *Deo odibiles* anno DCCCCLIX ait *Rhegino*.

Imperatorem deſerit apud Briſacum; IV Vnde quæ ſequuntur ex eodem *Rheginone* pæne omnia: *Submerſus* p. 76
eſt anno Domini DCCCCXXXIX *Giſelbertus in Rheno prope Andernacum.* Hoſtium reliquorum plurimi *munitiſſimum caſtellum Briſacum* (de quo libro III *Beatus*), tenuerunt. Id obſedit Otto Rex, in cuius caſtris Fridericus Archiepi- p. m. 521 ſq.
ſcopus. Sed cum de Giſelberti ſubmerſione nihil dum audiſſet, illum ſe in Metenſi vrbe inuenturum ſperabat, eoque deſertis & tentoriis & ſarcinis, cum Ar- 682
p. 580 gentinenſi Epiſcopo Ruodhardo ſe contulit, prout etiam narrat *Sigebertus*, ſed anno DCCCCXLIII, non ſatis apte. Spe tamen ſua fruſtratur Archiepiſcopus,
p. 76 *totumque regnum*, ait idem *Rhegino*, *velut ex ipſis fidei viſceribus, Deo propitio, ad Regem conuertitur, & extinctis hoſtibus pax & concordia renouatur.*
ab eo dein in exilium mittitur. *Fridericus Archiepiſcopus ad Fuldam monaſterium mittitur. Sed an. DCCCCXL illinc remittitur, ſuæque ſedi reſtituitur. At ſecuto anno DCCCCXLI Henricus Othonis Regis frater cum quibuſdam Saxonibus contra Regem conſpirat, quorum qui maiores videbantur, Rex decollari iubebat. Fratrem vero ſuum Ingelheim cuſtodiæ mancipabat. Fridericus Archiepiſcopus, quia conſpirationis huius particeps videbatur, publica ſe examinatione, perceptione corporis & ſan-*
p. 77 *guinis Domini, coram populo in eccleſia purgauit. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXLII Rex natalem Domini Francofurdiæ celebrauit; vbi frater eius, per Ruodbertum Maguntinenſis eccleſiæ Diaconum, cuſtodia noctu clam aufugiens, antelucano tempore Regis eccleſiam adeuntis pedibus accubuit, & conceſſa venia, miſericordiam, quam precabatur, obtinuit.* Narrat ſupra cita-
p. 581 tus Sigebertus anno DCCCCXLVI excluſum a Moguntinis ciuibus *Epiſcopum*, cum *Regem* potius dicere debuiſſet, prout infra patebit, qui & turbat in annis, ſicuti etiam cum ſubdit, anno DCCCCLI Moguntiam obſeſſam, DCCCCLVI mortuum Fridericum.

1 Sunt, quæ ordinatius paullo explicare, & his ab autore dictis attexere conuenit. Fridericus enim, ab ſuſcepto ſtatim pontificiæ dignitatis munere, Eberhardo, pacis fractæ reo, auctor fuit, Othonis vt arbitrio ſeſe permitteret, ſupplexque admiſſorum peteret veniam.

Sic

Edit. I pag. Sic enim *VVitichindus* lib. II cap. XIII p. 645; *ſuaſione quoque optimi inprimis & omni religione probatiſſimi viri Friburici, ſucceſſorit Hildeberti Archiepiſcopi, Exerhardus adiit Regem, ſupplex veniam depoſcit, ſe ſuaque omnia ipſius arbitrio tradens.*

2 Poſt Othoni, Briſacum, orto ciuili bello, oppugnanti præſto affuit, & cum publicæ tranquillitatis cupidus eſſet, illius reducendæ cauſſa ad Eberhardum delegatus, ſiue honeſtam a Cæſare diſcedendi occaſionem captans, ſiue ab Eberhardo circumuentus, iniquis pacem conditionibus contraxit, contractam iure iurando firmauit. Othone illam reprobante, reiicienteque, ipſe amplectendam contendit, iuratam cauſſatus, & cum nil proficeret, e caſtris ad Briſacum clam abiit, cum Eberhardo conſilia ſociaturus ac Giſelberto. *Summus Pontifex*, ita *VVitichindus* cap. XXV p. 648 pergit, *miſſus ad Eberhardum pro concordia ac pace, cum eſſet earum rerum deſideratiſſimus, pacto mutuo ſuum interpoſuit iuramentum, & ideo ab eo non poſſe deficere fertur narraſſe. Rex autem per Pontificem officio ſuo congruentia dirigens reſponſa, nihil ad ſe pertinere voluit, quicquid Epiſcopus egiſſet ſine ſuo imperio.*

3 Enimuero audita Giſelberti ac Eberhardi nece, e Mediomatricum finibus propere domum reuertens, cum Moguntiam veniſſet, a ciuibus, rerum ſuarum ſatagentibus, excluſus, Cæſarianorum peruenit in manus, ac in exſilium miſſus eſt. Quorſum vero relegatus fuerit, inter ſcriptores haud conuenit. Qui *Rheginonem* continuauit, Fuldam miſſum ſcribit p. 76, vt vel auctor iam notauit. *Luitprandus* contra *Ticinenſis* hiſtor. lib. IV cap. XIX p. 139 in Saxoniam tranſportatum fuiſſe refert. *Rex*, inquit, *interea Alſatiam deſerens, Franciam occupabat. Cuius ob metum Moguntia ciues redeuntem Archiepiſcopum intra vrbis mœnia non ſuſcipiunt. Vnde factum eſt, vt non multo poſt a Regis fidelibus captus, & ante eius praſentiam adductus, cuſtodia ſit in Saxoniam traditus.* Ita *Luitprandus*, quem ſequuntur *Albericus* in chronico ad annum DCCCCXLV p. 281, *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. DCCCCXL p. 86. Speciatim Hamburgi in cuſtodiam datum *VVitichindus* memorat l. d. p. 648; *quare, quia contra auctoritatem Regi quaſi præcellenti noluit ſubiici, ſed receſſit ab eo, in Hammoburgenſem* (Hamburgenſem, ſecundum MS) *vrbem quaſi in exilium deſtinauit: Ruothardum vero Epiſcopum nouam Corbeiam direxit.* Si, quid mihi videatur, dicere licet, putarim, his potius accedendum eſſe, quam Rheginonis continuatori. Vt ita ſtatuam, hæc mihi cauſſa eſt, quod Witichindus diſerte ſubiungat, Ruthardum in nouam Corbeiam ſepoſitum fuiſſe; cum, ni id ſubdidiſſet, ſuſpicandi fuiſſet occaſio, illum forte Fridericum cum Ruthardo confundere. Dein, quod explicate idem memoret, dicatque, Fridericum bis captum, bis relegatum fuiſſe, & primum quidem Hamburgum; dein, cum ſecundo culpæ affinis haberetur, Fuldam.

4 Atenim non diu Hamburgi in cuſtodia fuit Fridericus, ſed breui poſt, Cæſaris gratia, & libertati reſtitutus eſt, & dignitati priſtinæ; id quod tum *Luitprandus* l. d. teſtatur, tum *VVitichindus.* Quæ tamen felicitas ei haud adeo fuit diuturna. Quippe breui tempore interiecto ruſum deſlaxiſſe viuus eſt. *VVitichindus* certe l. d. ita pergit. *Hic* (Hadumarus) *Pontificem ſub cuſtodia tenuit*, „ſecunda coniuratione culpabilem„: *primum honorifice, ſed cum litteras ab eo ſcriptas deprehendiſſet, ſatis ſeuere.* Hæc *VVitichindus*, quem ſecutus *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. DCCCCLI p. 94 ſcripſit: *Anno Diethmari Abbatis XXVI Moguntia ciuitas ab Othone Rege Magno obſeſſa eſt. Cuius Archiepiſcopus Fridericus ab eodem denuo captus eſt, & in monaſterio Fuldenſi ſub cuſtodia Hademari Abbatis non multo tempore mancipatus, ſed Regis clementia cito dimiſſus.* Caue tamen putes, id factum, cum Otho Moguntiam obſidebat. Fridericus enim ante iam, audito, valida cum manu Regem aduenire, Briſacum profugerat, e longinquo rei præſtolaturus euentum. Dixeris potius, tum in culpa denuo poſitum fuiſſe ac ſuſpicione, cum Saxonum quidam, interque eos Henricus in Othonis caput conſpirarant. *Chronographus* ſane *Saxo* ad an. DCCCCXLIII p. 158, quum retuliſſet, captos eſſe Quedlinburgi ac iugulatos, qui in necem Othonis coniurauerant, Saxones, ſtatim ſubdit: *Fridericus Archiepiſcopus, quia conſpirationis huius particeps videbatur, publica ſe examinatione, perceptione corporis & ſanguinis Domini, coram populo in eccleſia purgauit.*

5 Secus, an ita, ſe res habeat, & hac breui Fridericus ſolutus cuſtodia eſt, vt *Trithemium* modo dicere audiuimus. Suo adeo malo, ſi ita dicere licet, felix. Ab eo ceteroquin tempore Othoni ſua probaſſe obſequia, vt credamus par eſt. Quippe an. DCCCCXLVI illum, Ludouico, Franciæ Regi, ſuppetias laturum, ſecutus in Gallias eſt, & cum Rhemis in poteſtatem redactis, Artoldus Pontifex priſtino redderetur ſolio, id muneris iuxta cum Treuirorum Antiſtite Ruotberto habuit ſpecioſiſſimi, vt in templo prehenſum in antiqui honoris ſede collocaret. *Frodoardus* lib. IV cap. XXXII, & XXXIII, *Trithemius* l. d. p. 85.

p. 5[illegible] V Anno DCCCCXLVIII *ſynodus* habita eſt, Moguntiaco non procul, *in villa* illa, quæ inde a Caroli-Magni temporibus ad Rhenum fuit celeberrima, *Ingelheimo*, vbi hodie, cum palatii cœnobiique ruinis pagus tantum, communi hæreſeos labe turpatus. Ei cum XXXIII Epiſcopis aliis interfuit Fridericus, præſedit vero Agapeti XI Pontificis Romani legatus Marianus. Eodem tempore, vt ait *MS.* minor, *quod extra Moguntiacenſes muros conſtruxerat S. Petri collegium & templum, dedicauit Fridericus.*

Synodum habuit Ingelheimii.

S. Petri ædem dedicauit.

Scilicet domum reuerſus Fridericus, in rebus eccleſiæ tractandis impiger fuit. Cuius ſtudii cum duo luculenta auctor memorarit exempla, non ab re erit, teſtimoniis ea firmare. Concilio ſane Ingelhemenſi illum anno DCCCCXLVIII interfuiſſe, *Trithemius* l. d. p. 89 diſerte prodit, quod etiam faciunt *Baronius* ad h. a. n. III, *Vorburgius* l. d. p. 22. *D. Petri* vero ædem (quam eodem illum tempore dedicaſſe ſcribit, quem auctor citat *MS*) Fridericum, ſacrorum proferendorum cauſſa, vna cum Collegio Canonicorum & inſtituiſſe & liberali cenſu inſtruxiſſe, teſtes ſunt *Albericus* in chron. ad an. DCCCCXLV p. 281, *Hic Archiepiſcopus Fredericus clauſtrum* S. Petri *Moguntiæ conſtruxit.* *Trithemius* l. d. Edit. I pag. p. 77, *Iſte Fridericus Archiepiſcopus Moguntinus eccleſiam regularem* S. Petri *Apoſtoli ad plagam aquilonarem extra mœnia ciuitatis Moguntinæ fundauit, & in ea Canonicos ſecundum regulam Apoſtolorum conuerſantes poſuit, quibus omnia fuere communia, & nemo ſuum aliquid eſſe proprium dicebat.* His adde, quæ dixi in *chronico Petrenſi* § II.

Othoni in Italia præſto fuit. VI Anno DCCCCLI, Othonis Regis filius Ludolfus, a patre, qui ſubſequebatur, in Italiam miſſus, tulit admodum ægre, illum Adelheidem, Lotharii 683
Regis Italici viduam, e Berengarii cuſtodia liberaſſe, ſibique matrimonio iunxiſſe, quod ſcilicet vereretur, ne, ſi ex ea ſuſcepiſſet filios, ii ſibi, prout etiam *ex qua deinceps cum Ludolfo reuertit.* poſtea in Othone II, qui ex hac natus, factum eſt, præponerentur. Patre igitur inconſulto, in Germaniam, Friderico Archiepiſcopo comitante, reuertit, & anno DCCCCLII regio ambitu, natalem Domini in Salefeld celebrauit. Vbi Fridericum Archiepiſcopum, omneſque, qui in promptu erant, regni maiores ſeu optimates, ſecum detinuit. Cœpitque illud conuiuium in ſuſpicionem multis venire, quaſi plus ibi deſtructionis, quam ædificationis & vtilitatis tractaretur.

Cum Ludolfo & Conrado conſpiraſſe viſus eſt. VII Eodemque anno relictus ab Ottone in Italia Dux Conradus Berengarium Regem eo & armis, & ſuaſionibus, conſiliiſque, vt ad Ottonem ſeſe Regem in Saxoniam conferret, adduxerat, eidemque magnam non vitæ modo, ſed & dignitatis retinendæ ſpem fecerat. Cum vero, ſatagente Regis fratre Henrico, minus opinione impetratum fuiſſet, indignatus Conradus a Rege deſciuit, & Fridericus ei, cum inter eos antea inimicitiarum neſcio quid fuiſſet, amicus factus. Coniunxerunt igitur & conſilia & vires contra Ottonem Regem Ludolfus filius, & Conradus Dux. Cumque voluiſſet Ingelheimii Rex Paſcha celebrare anno DCCCCLIII, neque id ſibi tutum ſatis videret, Maguntiam ſeceſſit. *Vbi aliter, quam Regem decebat, diutius ante portas expectans, Friderico Archiepiſcopo iam cum illis conſpirante, vix vrbis ingreſſum obtinuit.* (*Rheginonis* Continuator ad h. a. p. 78) Obtinuit tamen: & tunc ad eum, ficta humilitate, venerunt Ludolfus, & Conradus: ſeque contra eum nihil moliri, ſed contra malorum iſtorum cauſſam, Henricum eius fratrem, dixerunt. Interea redit in Saxoniam Rex. *Briſacum metu Imperatoris ſeceſſit.* Iſti vero ſeſe diligentius ad bellum comparant: Moguntiam muniunt: hinc Briſacum, de quo ſupra, vadit Fridericus, totamque ibi pæne æſtatem rei euentum expectaturus permanet. Tunc *Rex audiens*, inquit *Rhegino*, cuius ve- p. 79
ſtigia, & quoad breuiter poſſum, aſſector verba, *Moguntiam, metropolim Franciæ, regiamque ciuitatem, inimicis ſuis deditam, qua potuit velocitate eam adiit. Collectaque ſuorum fidelium multitudine tam Francorum, quam Saxonum, & Lotharienſium firma eam obſidione circumdedit*, ſeu, vt in Hirſaugienſi chronico eodem anno DCCCCLIII ait *Trithemius*, *vallauit.* Quod & in vita S. Brunonis cap. XIII, tomo V Surii, explicat *Rutgerus.* Eam tamen 684
non cepit, vt pergit cap. XVII dicere idem *Rutgerus* & *Vrſpergenſis*, ſed obſidionem ſoluit ob cauſſam, quam idem ſubiungit *Rhegino: Frater*, inquit, p. 79
Regis Henricus de Bauaria Regi auxilium collaturus aduenit, licet ſibi plus incommodi, quam vtilitatis conquiſierit. Nam interim Luidolfus Bauaros, machinatione Arnoldi, fratris Iudithæ, vxoris eius, ab eo auertit & Ratiſbonam intromiſſus, omnes eius ibi theſauros diripuit, ſuiſque rapiendos diſtribuit. Quæ eius incommoda Rex ſuis præponens, Maguntiam obſidione abſoluit, & in Bauariam iter dirigens, Ratisbonam obſedit, in qua obſidione pæne vſque natale Domini permanſit. Neque iſtam tum cepit Otto: ſed ſoluta obſidione in Saxonia natalem Domini celebrauit. Anno tamen ſecuto DCCCCLIV *Iure iurando ſe purgare voluit.* tam Ratisbona, quam Bauaria & Alemania tota Regi ſeſe ſummiſit. *Fridericus etiam, ſacramento ſe expurgaturus, nihil contra Regiam ſe fidelitatem egiſſe, acceſſit: Sed Rex omni pietate plenus, eum ſacramento abſoluit.*

1 Diſtin-

Edit. I p. 684 1 Diſtinctius paullo, pleniuſque, quæ auctor duobus hiſce paragraphis complexus eſt, enarrare operæ erit pretium. Atque adeo his, quæ memoraui, Fridericus laudabiliter defunctus, anno DCCCCLI cum Othone in Italiam conceſſit: id quod *chronici Quedlinburgenſis* auctor p. 279 his prodidit verbis: *Otho Rex in Italiam perrexit, & cum eo Luidolſus filius eius, & Chonradus Dux, atque* Frithuricus *Archiepiſcopus Magonciacenſis eccleſia.* Imperatore vero, nuptiis cum Adelheide magnifice celebratis, ad componendas Italiæ res ſe conuertente, ipſe cum Luidolfo in Germaniam regreſſus, ei Salfeldiæ funeſta epulas inter ac vinum conſilia cum rerum nouarum cupidis coquenti, ſi non plane conſenſit, haud tamen ab eorum voluntate ac ſtudio longe abſuit; quod cum auctor teſtimoniis veterum haud firmarit, nos vno alteroque roborabimus. Sic autem *Chronographus Saxo* ad an. DCCCCLI p. 161, *Tunc Liudolſus hac omnia agre ferens, inconſulto patre cum Friderico Archiepiſcopo in patriam reuertitur*; & ad annum DCCCCLII p. eadem; *Luidolſus Dux de Italia reuerſus regio ambitu natalem Domini Saleveld celebrauit, vbi Fridericum Archiepiſcopum, omneſque, qui in promptu erant, Principes ſecum detinuit, verbis & donis regalibus rebellare Regi perſuaſit.* Quin, anno ſequenti cum Conrado Duce, quocum ei ſimultates antea interceſſerant, ac inimicitiæ, in gratiam rediit, tametſi haud ignarus erat, ab Regis illum fidelitate iam deſciuiſſe. Nam ita pergit, quem modo dixi, *Chronographus* p. 161; *vnde etiam Conradus Dux multum offenſus a Regis fidelitate defecit. Vnde etiam Fridericus Archiepiſcopus eidem Duci reconciliatus eſt; nam antea inimicus erat.*

2 Coniuratione detecta, Othoni quidem an. DCCCCLIII Moguntiæ præſto fuit, quum expreſſo mandato adeſſe iuberetur, eique aliquandiu fecit miniſteria: inter quæ tamen nulli pepercit operæ, vt Ludolfo pariter ac Conrado locum faceret, noxam, cuius arguebantur, purgandi. *VVitichindus* ſane lib. III p. 652; *Enimuero Rex, cum regiones Francorum, vrbeſque circuiret, audiuit, quia ei inſidia pararentur a filio, generoque; quapropter ſummus Pontifex reuocatus, vbi auſteriorem vitam more ſolito cum eremitis & ſolitariis ante Paſcha agebat, ſuſcepit Regem Moguntia, ibi ei aliquandiu miniſtrans. Nefanda conſilia prodita a filio generoque animaduerſa, purgandi locum criminis cum conſilio Pontificis petierunt, & impetrant. Qui licet ſceleris manifeſte arguerentur, paruit tamen Rex eorum ſententiis in omnibus, locorum temporumque anguſtia.* Conf. *Chronographus Saxo* p. 163. Quin, vt Otho pactis Moguntiæ tum factis ſtaret, poſt omni contendit niſu. Pergit namque his *VVitichindus* verbis: *Confortatus* (Otho) *amicorum, gentiſque propria præſentia, irritum fecit pactum, quod coactus inire confeſſus eſt. Edictumque eſt filio, generoque, auctores ſceleris puniendos tradere, aut certe ſe publicos hoſtes noſſe. Pactis priſtinis Pontifex interceſſit, tanquam paci & concordia conſulturus. Ob id Regi fit ſuſpectus, amicis regalibus, conſiliariiſque omnimodis ſpernendus.*

3 Hac re non Othonis ſolum, ſed totius pæne exercitus offenſam incurrit; maxime, cum Fritislariæ ab Henrico, Regis fratre, multis grauibuſque de capitibus non libere minus quam aſpere poſtularetur; neque enim culpæ inſons videbatur. *VVitichindus* rurſum l. d. p. 653; *Earum rerum dum ibi finis non fieret, vniuerſalis populi conuentus eſſe iubetur apud villam, qua dicitur Fridisleri, ſuper his cauſſis diſcutiendis. Vbi cum frater Regis, Henricus, adeſſet, multas ac graues cauſſas ſummo Pontifici obiiciebat: propter eaque Regis, totiuſque pæne exercitus offenſam incurrit, dum eum penitus culpabilem ex illis dictis cenſerent.*

4 Audito dein, Regem cum exercitu aduenire, obſeſſurum Moguntiam, Briſacum profugit: ſi victores filii forent, habiturus beneuolos, quibus ſtuduiſſet; ſi pater viciſſet, hoc ſeceſſu ſuam probaturus innocentiam, vt diſſerit *Vorburgius* l. d. p. 31. *Chronographus Saxo* p. 163 ad an. DCCCCLIII; *Quo audito Fridericus Archiepiſcopus Mogontia ceſſit, & ciuitatem inimicis Regis tuendam commiſit: ipſeque Briſacum caſtellum, latibulum Deo Regique ſemper rebellantium, intrauit, totam pæne æſtatem rei euentum ibi præſtolando.* Paſſim tum ab his culpatum, ab illis laudatum, *Rotgerus* in vita Brunonis, cap. XIII p. 277, iis, quæ auctor attulit, verbis teſtatur.

5 Anno ſequenti, qui DCCCCLIV fuit, Cinnæ multis teſtatus verbis eſt, non alia de cauſſa, quam quod Regis veritus fuerit iram, Briſacum ſe recepiſſe: atque adeo nec fidem exuiſſe, nec cum rebellibus feciſſe: paratum ſe oſtendens, id ipſum, iureiurando conceptiſſimis verbis interpoſito, firmatum dare. *VVitichindus* l. d. p. 655; *Poſtremo Pontifex ſummus rationem redditurus intrauit, promittens, ſe, quocunque Rex imperauiſſet iudicio, ſignificaturum, nunquam contra Regem ſenſiſſe, vel velle, vel facere: timore coactum a Rege diſceſſiſſe, offenſum ſibi eum, qui intellexiſſet, innocentem grauiſſimis accuſationibus obnoxium. De cetero iuramentorum omnibus iuramentis fidem ſeruaturum:* ſiue, vti *Chronographus Saxo* ad a. h. DCCCCLIV p. 164 Witichindum μεταφράζει; *quocunque Rex imperaſſet iudicio, ſe expurgaturum, & fidem deinceps ſeruaturum.*

6 A Rege tum benigne dimiſſus, Ludolfum pariter ac Conradum ad pœnitentiam reuocare ſtuduit: & hunc quidem ſuam tandem in ſententiam pertraxit; non item illum: quod ipſum in cauſſa fuit, vt renuntiata Ludolfo amicitia, Regis partes hoc ſtudioſius ſequeretur. *Ad hac Rex*; ita pergit *VVitichindus* l. d. »*a vobis non exigo iuramentum, niſi pacis & concordia conſilium, in quantum poſſitis, adiuuetis*«; *& hoc dato, in fide & pace eum dimiſit. Pontifex cum Duce Chunrado, cum adoleſcentem non poſſet inclinare, quatenus patri ſubderetur, eiuſque ſententiam ſecutus ſuſtineret, diſceſſerunt ab eo, Deo, Regique ſe iungentes.*

VIII Ait

[*An tum iterato Fuldam fuerit miſſus?*] VIII Ait tum *MS.* minor, Epiſcopum captum fuiſſe, & Fuldam iterato miſſum, traditumque *Hademario* Abbati cuſtodiendum; qui quod quaſdam Friderici litteras contra Regem deprehendiſſet, cum multo arctius & ſeuerius, quam antea, habuerit: non multo tamen poſt, eum, Regis conſenſu, emiſſum: & tantam in ſe Abbatis illius ſeueritatem animo repoſtam altius habuiſſe, [*erga Hademarium, vindictæ cauſſa, viſus iniquior.*] conatum ipſi moleſtiæ aliquid parere, dicendo; *Satius eſſe, paucos vita claros in monaſteriis eſſe, quam plures negligentes. Oportere igitur monaſteria luſtrare, illoſque, qui, quam monaſtica ferret diſciplina, ſolutius viuerent, abiicere.* Oſtendit tamen idem *MS.* alios exiſtimare, id ipſum bono animo a Friderico ſuaſum & pertractatum, quod in apum alueis eſſe fucos doleret. Ac fortaſſis tota, de altera iſta Fuldenſi relegatione, narratio parum habet probabilitatis, cum eam negare videatur Rhegino, neque veterum alius recenſeat vllus, ne Trithemius quidem, qui quæ ad Benedictinum ordinem ſuum ſpectant, ſolet notare diligentius. Edit. I pag. 685

Atenim conſ. huc, quæ ad § IV dixi, n. 4. Eo namque, quæ § hoc auctor dicit, pertinent. Ceterum, ni fallor, Fridericus perſpecto inter hæc monaſteriorum tum temporis ſtatu, id ſibi faciendum putauit, vt cœnobitas ad vitæ ſanctimoniam, priſcamque diſciplinæ normam redigeret. Quod cum non paucis aſperum prorſus videretur ac intolerabile; nonnullis etiam haud eſſet religio, ſermonis quadam acerbitate id differre (vt profecto peſſimus quiſque aſperrime rectorem patitur) factum, vt paſſim rumor increbeſceret, Hadamari illum ſeueritatem, animo altius repoſtam, vltum ire. Sane iam olim fuiſſe, qui ita exiſtimarent, MS. quem auctor citat, haud diffitetur. Quibus addere iuuabit, quæ ſuo iam tempore *VVitichindus* hac de re diſſeruit l. d. p. 650; *Grauis perſecutio monachis oritur in diebus illis, affirmantibus quibuſdam Pontificibus, melius arbitrari, paucos vita claros, quam plures negligentes ineſſe monaſteriis oportere: obliti, niſi fallor, ſententiæ patrisfamiliæ, probibentis ſeruos zizania colligere, ſed vtraque creſcere oportere, zizania & triticum vſque ad meſſem. Quo factum eſt, vt plures propriæ infirmitatis conſcii, depoſito habitu & relictis monaſteriis, graue onus ſacerdotum deuitarent. Fuerunt autem quidam, qui ſummum Pontificem Fridericum hoc non pure, ſed ficte feciſſe arbitrati ſunt, quatenus venerabilem virum, Regiq; fideliſſimum, Hadumarum, quoquo modo poſſet, dehoneſtaret.*

[Rotgeri *de eo iudic.*] IX Certe varios hominum de Friderico, vt fit in huiuſmodi rebus, fuiſſe tum ſermones, docet loco citato *Rotgerus.* Alii enim malum, alii bonum dicebant. *De Archiepiſcopo*, ait, *loci, varius Principum æque & vulgi ſermo fuit. Alii innocentiam eius in cælum ferre, virtutes prædicare: ea quæ paſſim, & in illis præſertim partibus, per ciuile malum perperam agebantur, ipſi præ omnibus odioſa, dicere: quippe partes eum execrari teſtabantur. Idcirco e medio ſecedere, minimum curare, cui vrbs pateret, cui milites obedirent. Hæc fere illorum erat ſententia, qui coniuratione impia fœderati, eius iugi auxilio & conſilio in omnibus ſe fretos eſſe iactabant: hoc ſolo cauſſam ſuam defendentes, quod nequaquam reproba eſſe poſſet, cui talis vir communicare vellet. Alii vero & pæne omnes, quorum cordibus diuina gratia inſpirauit, poteſtatem ordinatam a Deo venerari, Imperatorem omni deuotione ſequi, tutorem opum, vindicem ſcelerum, largitorem bonorum: ipſi etiam, quibus domi ſua res familiaris, coniuges & liberi curæ erant, aut pax, & ſalus ſua quomodocunque dulcis extiterat, longe aliter huius viri merita æſtimabant. Nos interim hæc Dei iudicio relinquamus.* c.13

Sane tum ab abſtinentia, tum religionis ſtudio, tum beneficentia in pauperes a compluribus commendatur. Inter alios quidem auctor *annal. Hildeshemenſ.* p. 718; *Anno DCCCCLIV Frithuricus Archiepiſcopus Mogontiacenſis eccleſiæ obiit, vir ſummæ abſtinentiæ, in religione ſancta & doctrina probatus.* quod iiſdem verbis repetit auctor *chronici Quedlinburgenſis* p. 279. Et *Chronographus Saxo* p. 166 eodem, ait, *anno Fridericus Moguntinus Archiepiſcopus obiit. Vir apud Deum & homines valde laudabilis, excepto* &c. Quin, iam ante hos *VVitichindus*, temporibus illis æqualis, l. d. p. 652; *de eo neceſſarium arbitramur, nequaquam aliquid temere iudicare, ſed quod de eo probamus, quia magnus erat oratione die noctuque, magnus eleemoſynarum largitate, præcipuus verbo prædicationis, non ſilere dignum duximus. Ceterum de accuſatis cauſſis qui iudicet, Dominus eſt.*

[*Diem obit.*] X Quia vero dixi, male in annum DCCCCLVI a *Sigeberto* conferri mortem Friderici; ſciendum, ab *Rheginone*, *Lamberto*, catalogo *Bruſchiano*, *Trithemio* in Hirſaug. chron. MS. omnibus eam tribui anno DCCCCLIV. Sed quem ipſo huius ſucceſſore certiorem teſtem optare quis poteſt? Ille igitur, de

quo

Edit. I p. quo paullo poſt, *Guilelmus* in ſuis chronicis apud *Trithemium* in Hirſaug. chron. *Anno*, inquit, *Dominicæ incarnationis DCCCCLIV, Indict. XII, beatæ memoriæ Dominus Fridericus S. Moguntiacenſis eccleſiæ Archiepiſcopus VIII Calend. Nouembr. obiit, id eſt, XXV Octobr.*

Pie quidem obiit, ac illorum, qui morienti adfuere, teſtimonio laudabiliter. *Finem ſummi Pontificis*, inquit *VVitichindus* l.d. p. 655, *qui interfuere, ſatis laudabilem prædicant.*

XI Apud S. Albanum traditur ſepultus, hoc epitaphio in MS. *Sepultus apud S. Albanum.*

Cum conſtet vere, nihil ortum fine carere,
Semper homo timeas, vltimo ne pereas.
Gloria, nobilitas, ſpecies cum laude, poteſtas,
Sunt tenuis fumus, nos quoque terra ſumus.
626 *De qua progeniti, dum debita ſoluimus illi,*
Dic vbi ſunt vitæ gloria, diuitiæ?
Præſulis eximii quis non nouit Friderici
Dignum laude genus, & pietatis opus?
Sed qui tantus erat, vbi ſit, ſi quis modo quærat,
Noſti, qui tribuis viuere, CHRISTE, tuis.
Nunc quoque defunctis qui das ſua præmia cunctis,
Vera ſalus mundi, da gregis eſſe tui.

GVILELMVS, ſeu VVILHELMVS.

I

FVit Guilelmus iſte Ottonis Imperatoris hoc nomine primi, cognomento Magni filius: frater Ludolphi, de quo ſupra, & Ottonis ſecundi, poſtea Imperatoris; ſed illius quidem germanus frater: huius vero tantum ratione patris. Nam Ottonem quidem iſtum Othoni primo genuit vxor poſterior Adelheidis: Ludolphum vero & Othonem (l. *Wilhelmum*) vxor prior Editha ſeu potius Edgitha ſeu Edgid, Regis Anglorum filia, femina ſanctiſſima *. Vnde non amplius quam XXIV annorum eſſe hunc potuiſſe, dum Archiepiſcopus eligeretur, apparet, cum eius matrem duxerit Otho anno DCCCCXXX, vt ait *Rhegino* *; ipſe vero electus ſit eodem, quo Fridericus e viuis exceſſit, anno DCCCCLIV. Nam in citatis apud *Trithemium* in Hirſaug. chronicis de ſe ipſemet permodeſte ita ſcribit. *Eodem anno ego Guilelmus tanta ſucceſſione indignus, loco eius* (Friderici) *cum conſenſu cleri & populi, eiuſdem ſanctæ ſedis XVI Calend. Ianuarii, in loco Arnſleden* †, *ſum electus, & IX Calendas Ianuarii Moguntiæ ordinatus*, vt in MS. additur, *per patruum S. Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem.* Cum vero hæc eius chronica citet Trithemius, miror in libro de Germaniæ viris illuſtribus, & libro de Scriptoribus eccleſiaſticis, cur eius mentionem nullam faciat. Ob iſtam vero eius tam nobilem e Saxonum Ducum ſtirpe proſapiam, dicitur in *Bruſchiano* catalogo *Dux Saxoniæ*; & additur: *Omnibus virtutibus illuſtris, & conſpicuus Princeps, omnibuſque chariſſimus.*

Othonis I filius,

an ex Editha?

* p. 75

† *Arnſtadii Moguntinis datus Pontifex.*

627

* 1 Equidem plures ſunt, qui non ſecus ac auctor Wilhelmum Othoni ex *Editha* Angla natum volunt; auctor nimirum *chronici rythmici* Principum Brunſuicenſ. cap. XIII p. 20, *Botho* chron. Brunſuic. picturati p. 307, *Trithemius* chron. Hirſaug. parte I p. 85, & e recentioribus pater ipſe hiſtoriæ eccleſiaſticæ ac princeps, *Baronius* ad an. DCCCCLXXIII n. I, *Schatenus* annal. Paderbornenſ. lib. IV ad an. DCCCCLIV p. 300 (qui tamen ſibi non conſtat, quo vid. p. 297) *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § V p. 16, *Hechtius* German. ſacræ & litteratæ parte II lib. VI cap. IV § VI p. 245. Atenim, manifeſto errant: vt pridem notauit *Bœclerus* de rebus ſæculi IX & X p. m 280, *Paullini* itidem annal. Iſenacenſ. § X p. 6: ſigillatim contra *Serarium* auctorem *Meibomius* adnotat. ad Witichindum p. 703, *Miraus* notit. eccleſiar. Belgicar. p. 125 in tabula Othonum, *Mallinkrot* de Archicancellar. S. R. I. p. 265, *Verburg* in hiſtoria Othonum ad an. DCCCCLXVIII p. 81 & ſeq. *Sagittarius* de antiquo Thuringiæ ſtatu p. 48, *Mabillonius* in Actis Sanctor. Ord. Benedict. ad d. XXXI Maii, p. 121, *Pagi* Critic. Baron. ad an. DCCCCLXXIII n. I p. 31. Turpius

Edit. I pag.

pius adhuc ſe dant, qui Adelheide matre in lucem editum fuiſſe volunt: quod tamen bis in chronico Citizenſi tradit *Langius*, p. quidem 757; *quæ* (ſcilicet Adelheidis) *ſucceſſu temporis et Othonem Rufum regni ſucceſſorem, & Guilhelmum Moguntinenſem Archiepiſcopum peperit.* dein etiam p. 766. Diſerte *Ditmarus* lib. II p. 338 — *&* Wilhelmus, *de matre quamuis captiua, tamen nobili & Slauonica, & ex Rege predicto genitus, vice eius* (Friderici) *ordinatur.* quin iam ante *VVitichindus* lib. III edit. Meibom. (quam emendatiorem l. d. dicit *Mallinkrot*) p. 661; *cuius mater, licet peregrina, nobili tamen genere erat procreata.* Conf. *Meibomius* in adnotat. l. d.

† 2) leg. *Arnſtetten*, vt in editione Sangallenſi eſt, p. 98. In fine *chronici Augienſis*, a Baluzio e veteri codice manuſcr. bibliothecæ Colbertinæ tomo I miſcellaneor. editi, p. 500 hæc aliquanto habentur plenius: *Anno dominicæ incarnationis DCCCCLIV indictione XII beatæ memoriæ Dominus Fridericus, ſanctæ Moguntiacenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, VIII Kal. Nouembr. obiit. Eodem vero anno ego VVillielmus, tantæ ſucceſſionis indignus, loco eius, cum conſenſu cleri & populi eiusdem ſanctæ ſedis XVI Kal. Ian.* (*ipſoque die pace inter Regem Othonem & filium eius Liudolfum facta in loco Arnſtedi*) *ſum electus, & in IX Kal. Ianuarii Moguntiæ ordinatus.*

3) Præter dignitatem autem Archiepiſcopalem Abbatis etiam ad D. Albani geſſit munia, vt *Helvvichius* in chronico Santalbanenſi lib. I ſect. II allato quodam docuit diplomate, in quo Otho I *ad eccleſiam*, ait, *S. Albani, quæ eſt foris extra murum Moguntiæ conſtructa, cui vir Venerabilis* Willihelmus *praeſſe eiusdem Archiepiſcopus ciuitatis dinoſcitur.* Vtrum vero ea iam ſuſtinuerit, quum Pontifex renunciaretur, an poſtea demum ea conſecutus ſit, haud liquet. Diploma, de quo dictum, datum eſt an. DCCCCLVIII, indictione I.

Ludolfum fratrem apud D. Albanum tumulauit.

II Anno Domini DCCCCLVII *Ludolphus, Guilelmi noſtri frater, in Italia*, inquit *Rhegino*, (*pag. 79*) *obiit. Cuius corpus inde translatum a venerabili Archiepiſcopo Wilhelmo Maguntiæ apud S. Albanum honorifice ſepultum eſt. Anno DCCCCLIX* (*p. 80*) *Legati Reginæ Helenæ Rugorum, quæ ſub Romano, Imperatore Conſtantinopolitano, Conſtantinopoli baptizata eſt ficte, vt poſt claruit, ad Regem Ottonem venientes, Epiſcopum & Presbyteros eidem genti petierunt. Anno DCCCCLX Rex natale Domini Francofurti celebrauit, vbi Libutius ex cœnobitis* (Moguntinis) *S. Albani a venerabili Epiſcopo* (Hamaburgenſi, vti vocatur in Ottonis diplomate ad Ioannem XI an. DCCCCLXII) *Adaldago, genti Rugorum Epiſcopus ordinatur. Sed is* hoc ipſo anno *quibusdam dilationibus ab itinere ſuſpenſus XV Cal. Mart. an. DCCCCLXI obiit. Cui Adelbertus ex cœnobitis S. Maximini, conſilio Wilhelmi Archiepiſcopi, peregre mittendus, ordinatione ſucceſſit.* Sed miſſionem iſtam videtur tribuere cuidam Wilhelmi in Adelbertum illum maleuolentiæ, *Rhegino.* At exitus probauit ſecus, prout infra dicetur.

Adelbertum Rugis epiſcopum dandũ conſuit.

Ottonis II curam ſuſcepit.

III Hoc interim anno DCCCCLXI *Rex in Italiam ire diſponens, maximam ſuorum fidelium multitudinem Wormatiæ coadunauit. Vbi conſenſu & vnanimitate regni procerum, filius eius Otto Rex eligitur. Indeque progrediens, conuenientia quoque* (conuentu) *& electione omnium Lotharienſium Aquis Rex ordinatur. Ordinato vero filio, pater in Saxoniam rediens, diſpoſitis regni negotiis, filium Wilhelmo Archiepiſcopo tuendum & nutriendum commiſit. Rotgerus* in vita S. Brunonis c. XL videatur *.

* Cap. XXXVI edit. Leibnit. Adde *Albericum* in chronico ad an. DCCCCLXI p. 2.

Adelbertum reuerſum benigne excepit.

IV Anno DCCCCLXII (ita *Rhegino* p. 81) *Adelbertus ille, quem ſupra Rugis ordinatum dixeram Epiſcopum, nihil in his, propter quæ miſſus fuerat, proficere valens, & inaniter ſe fatigatum videns, reuertitur. Et quibusdam ex* 688
ſuis in redeundo occiſis, ipſe cum magno labore vix euaſit, & ad Regem veniens, caritatiue ſuſcipitur, & a Deo amabili Wilhelmo Archiepiſcopo pro retributione tam incommodæ ab eo ſibi machinatæ peregrinationis bonis omnibus, & commodis quaſi frater amplectitur & ſuſtentatur. Vbi, ſi ſuſpicioſa Rheginonis verba remoueas, remque potius ipſam expendas, vides, quod antea monebam, bono ſanctoque fine ac zelo a Guilelmo deſignatum, vt ad Rugos mitteretur, Adelbertum.

Anno DCCCCLXIII Concilio illum, quod Otho pater, ad cultum veteris religionis renouandum, Moguntiam indixiſſe dicitur, interfuiſſe ſcribit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 108 editionis. Sangallenſ. (in editione enim Baſileenſi & Francofurtana rem omnem ſilentio prætermittit) Quod nos, cum ſcriptores, temporibus illis æquales, aliique nullam ſynodi iſtius mentionem faciant, in medio relinquimus. Conf. huc *Lyſerum* diſſertatione de Conciliis Moguntinis § XIII p. 17.

V An-

Edit. I pag.

V Anno DCCCCLXV, *Imperator Otto Papiæ natalem Domini celebrauit, & peracta feſtiuitate ſtatim in patriam, depoſitis in Italia regni negotiis, commeauit. Cui filii ſui Otto & Wilhelmus Archiepiſcopus in confinio Franciæ, & Alemaniæ, in villa Heimbodesheim, occurrerunt, & cum magna ibi cum alacritate ſuſceperunt* (*Rhegino* p. 82) — *patri ex Italia reduci obuiam progreditur.*

Eodem ceteroquin anno S. Albani monachis auctor fuit, immo mandauit, vt *VVernherum*, cœnobitam Hirſaugienſem, virum doctrina pariter ac vitæ integritate quammaxime conſpicuum, in locum Adelhardi, fatis functi, Abbatem S. Albani conſtituerent. Vid. *Trithemius* chron. Hirſaugienſ. ad an. DCCCCLXV p. 109.

VI Anno DCCCCLXVII *Dominus Archiepiſcopus Wilhelmus, aliquantula infirmitate detentus, in breui (Deo miſerante) conualuit;* (*Rhegino* p. 84) Ditmarumque Saxonem Presbyterum, Boleslao Bohemiæ Duce, Ottoneque Imperatore volentibus, Epiſcopum Pragenſem ordinauit. — *Epiſcopum Pragenſem ordinat.*

1) Quis Præſulum Moguntinenſium ordine Dietmarum initiarit Epiſcopali, recentiores inter haud conuenit. Auctor hic vult, Wilhelmum id muneris peregiſſe. Idem dicit *Pagius* critic. Baron. ad an. DCCCCLXVIII n. XV p. 19. *Boregkius* chron. Bohem. p. 57 Hattonem ſubſtituit. *Fabricius* in Saxonicis lib. II p. 175 Hattonis ſucceſſorem Rupertum. rem enim tertius ſub an. DCCCCLXXII ponit: quam etiam opinionem ſibi veriorem videri ſcribit *Vorburg* in hiſtoria Othonum p. 71. Quod alioqui Moguntinus Ditmarum, Pragenſi eccleſiæ impoſitum, conſecrarit, fidei ſatis puræ liquentisque eſt. Facit illam, præter alios, *Chronographus Magdeburgenſis MS*, quem *Pagius* l. d. adduxit. Is enim diſerte; *Statim vt iuſſum fuerat, conſilio Ducis & Abbatiſſæ eccleſia S. Viti decernitur futuro Epiſcopo, & eccleſia S. Martyris ad præſens datur Abbatiſſæ, ſorori Ducis, Mariæ. Igitur quidam de Saxonia, vir eloquens ac litteratus, ordine Presbyter, nomine Dietmarus, olim cauſſa orationis venerat Pragam: qui Duci cognitus, & amicitiam eius adeptus, præſertim quia Slauonicam linguam perfecte ſciebat. Hunc per legatos euocat. Tunc clerum & primates terræ ac populum conuocans, precibus & monitis efficit, vt eum ſibi in Epiſcopum eligant. Qua re poſtera die peracta ad Imperatorem Othonem eum direxit, orans per litteras, vt in Epiſcopum Boemiis ordinaretur. Quod Imperator, conſilio Principum & Præſulum conſulens chriſtianæ nouitati, fieri iuſſit. Qui* a Moguntino Epiſcopo *conſecratus, in ciuitate Praga, modulante clero & Duce, populoque concinente ſuſceptus eccleſias a fidelibus in multis locis conſtructas conſecrans, & multos gentiles baptizauit.* Idem dicit *Coſmas Pragenſis* lib. I chron. Bohem. p. 14. Conf. *Goldaſtus* de regno Bohemiæ lib. V cap. IV p. 739.

2) Eodem tamen anno, DCCCCLXVII, Othonem II, parentis iuſſu Romam comitatus eſt. *Ditmarus* lib. II p. 338; *in quarto anno æquiuocus Imperatoris, comitante* Wilhelmo *Moguntienſi Archiepiſcopo, Romam veniens, a Domino Iohanne, venerabili Papa, in benedictione Patri ſimilis efficitur.* Idem narrat *MS. Auguſtinianor.* p. 54. Conf. *annales Hildesheimenſ.* p. 719, *Chronographus Saxo* p. 175.

VII Sed ſequenti anno vitæ tamen ereptus. Quod quia pulchram vtilemque narrationem continet, eam MS. minoris verbis referam. *Eodem*, inquit, *anno DCCCCLXVII, XI Kal. Ian. Domina Mathildis de monaſterio monialium Northuſen profecta eſt in Quitilingenburg, vbi capit, accedente valetudine, fatigari. Audiens Wilhelmus, Præſul Moguntinus, auiam ſuam Mathildem infirmari in Quitilingenburg, aduenit, & obiturus viſitauit obituram. Et ſuæ mortis neſcius, adiit poſt ſe in præſenti vita non diu victuram. Quem beata mulier vultu hilari ſuſcepit, & poſt aliqua inuicem collata, peccatorum confeſſionem faciens, indulgentiam ab ipſo percepit. Mox Archiepiſcopus, ſicut illa præcepit, pro eius peccatis, nec non pro anima Domini ſui Henrici miſſam celebraturus, eccleſiam intrauit. Quibus expletis, perunctam auiam, oleo ſacrato, participauit corporis & ſanguinis Chriſti myſterio, manens cum ipſa per triduum. Cumque intelligeret, nondum a carne ſoluendam eſſe, eundi licentiam poſtulauit. CHRISTI vero famula interrogans Abbatiſſam Northuſani monaſterii Rigburgam, quæ ſecum illo venerat, ſi aliquid ſupereſſet, quod Archiepiſcopo dare potuiſſet, nihil ſupereſſe didicit, niſi pallium, quod ſuperponendum feretro ſuo iuſſerat reſeruari. Illud, inquit, affer, vt noſtro nepoti in pignus amoris donetur. Ipſe enim me prior illo indiget, vt putamus, quia iter difficillimum eſt inchoaturus. Quo accepto Archiepiſcopus, gratias retulit, eamque benedicens receſſit, & circumſtantibus ſub ſilentio dixit: Abeuntes vnum ex clericis noſtris hinc relinquimus, vt ſi ſecus acciderit, citius renuntiare poſſit, vt iterum adueniamus & decenti honore corpus terræ mandemus.* — *Mathildem auiam inuiſit.*

689 *Regina autem*

tem ſe erigens, Non opus eſt, inquit, vt hic relinquatur, ſed tecum potius proficiſcatur, quia tu plus indiges illo, in commeatu tuo. Edit. I pag.

In reditu morte intercipitur.

Anno DCCCCLXVIII Archiepiſcopus inde in Raduluerоth profectus eſt, vbi medicinalem potionem accepit, moxque repentina morte obiit. Hæc omnia in Bauarorum hiſtoria. cuius corpus Magonciam delatum, magno omnium mœrore apud S. Albanum ſepelitur, epitaphio tali muro affixo:

Lector ſiſte gradus, proprios horreſce reatus,
Et commortalis compatiare neci.
Rege ſui genitus, ſublimis Epiſcopus, auctus
Nomine VVilhelmus, nunc cinis exiguus.
Dic, Animæ requiem da cuius, Chriſte, perennem.
Viuere fac tecum, qui tibi crediderat.

Eo defuncto auia eius Mathildis ſancta nullo adhuc certificata nuntio, ipſius obitum cunctis præſentibus intimauit. Filius, inquiens, meus Guilelmus proh dolor! expirans memoria indiget ſalutari. Superuixit poſt hæc XII diebus ſancta Mathildis & pridie Idus Martii, ſabbato primæ hebdomadæ quadrageſimæ obiit. 690 *Sepulta eſt in monaſterio monialium Quitelenburg, ſancta ſobolem relinquens in eccleſiæ totius conſolationem.* Hæc MS.

1) Conſ. huc auctorem *vitæ Mathildis* Reginæ § XXIX & XXX p. 206, *Ditmarum* lib. II p. 334, qui addit: *& Luidolfus, Abbas Corbeienſis egregius, corporaliter ſibi occurrentem* (apparentem) *illum* (Wilhelmum) *nolle eadem, qua tranſit, videns, obſtupuit, & mortuum hunc eſſe, fratribus nuntiauit.* Ceterum ex his patet, alucinari, qui Wilhelmum iam an. LXVII mortuum ſcribunt, *Marianus Scotus* p. 448, *Chronographus Saxo* p. 175, & *Albericus* in chron. parte II p. 15; magis adhuc vero, qui duobus iam annis ante fato ſuo functum memorant; quod tamen *Sigebertus* facit *Gemblacenſis* ad an. DCCCCLXVI p. 585, auctor itidem *annal. Corbeienſium* p. 380.

2) Obiit autem a. d. VI Non. Mart. Morte ſiquidem Mathildam XII diebus præuertit, Mathildis autem pridie Id. Mart. ſpiritum poſuit, vt diſerte habent vita ipſius p. 207, & faſti eccleſiæ Treuirenſis mſcr. apud *Brouuerum* lib. X § IV p. 470.

Epiſcopi munia præclare obiit.

VIII Libet vero, qualis in Epiſcopatu, domi ac militiæ, fuerit Guilelmus, breuicula *Rotgeri*, oculati teſtis, narratiuncula indicare. Is in vita S. Brunonis cap. XXXVI ait: *Archiepiſcopum Treuirenſem Henricum, magni meriti, & ſummæ probitatis virum, qui Rutperto magnifico Præſuli, Coloniæ in graui peſtilentia, cum & Imperator ibidem eſſet, defuncto ſucceſſit, Wilhelmum quoque præclaræ & grauiſſimæ excellentiæ Archimandritam, nepotem ſuum, Friderici Moguntini Antiſtitis ſucceſſorem, ambos egregios, ambos in lege Domini perfecte inſtructos, Imperatori alterum conſanguinitate, alterum probitate, vtrumque familiaritate coniunctiſſimos, ipſe quoque S. Bruno inprimis ſumma veneratione colebat. Hos igitur tales, tam illuſtres, tam certe ſapientes, & religioſos, & in omnibus bonis artibus eruditos viros ad conſilium, ne forte ipſe per ſe, vt ſunt humana, a tramite veritatis vſpiam exorbitaret, frequenter adhibuit: hos cum ipſo ſimul, non ſolum in lectione, conſilio, & diſputatione, ſed etiam in acie vidimus, prouidentes bona, non tantum coram DEO, ſed etiam coram hominibus.* Vocatur autem Guilelmus *Archimandritæ* nomine, vt etiam Archiepiſcopus in vita S. Adalberti Pragenſis Epiſcopi, idemque interdum dicitur *ſummus Præſul*, & *ſummus Pontifex*, vt ſupra lib. III not. LII, & lib. IV in Hattone I, * & *Paulus Diaconus* in Miſcellæ libris poſterioribus admodum ſæpe, itemque vita S. Brunonis cap. XX, XXVII, XXX, & liber I vitæ S. Annonis cap. V. Vide Reuerendiſſimum *Baronium* in Martyrologio die IX Aprilis.

* 1) leg. *Hiltiberto*; quippe in quo *Serarius* Witichindi adduxit locum, quo *Hiltibertum* Moguntinum *ſummi Pontificis* inſigniuit titulo. In Hattone I plane nil, quod huc faciat, habet.

2) De cetero Wilhelmum feciſſe initium, Archicancellarii S. R. I. dignitatem priuatiue (vt loquuntur) poſſidendi, & ad ſucceſſores tranſmittendi, communis doctorum ſententia eſt, vti ſupra lib. I cap. XXIX iam dictum.

2) Adhæc Willhelmum liberali patris donatione Thuringiam accepiſſe, Haſſiamque, ſunt, qui velint. Præter ceteros auctor *aſſertionis iuris Moguntini* § III & IV p. 65 & ſeq. *Gudenus* item hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § V p. 17. Vtid ſtatuant, auctor facit *hiſtoria de Landgrauiis*, qui cum capiti X hunc præfixiſſet titulum, *quomodo Ducatus Thuringiæ deuo-*

lutus

Edit. I pag. *latur ſuis ad Epiſcopos Moguntinos*, ita ſermonem inſtituit; *Otho filius Henrici Ducis Saxoniæ & Thuringiæ, ac Imperatoris, poſt mortem patris etiam factus Imperator, ciuitatem Magdeburgenſem & eccleſiam cathedralem fundauit, & VVilhelmum, filium ſuum, Archiepiſcopum Moguntinum fecit. Quo facto VVilhelmus, Archiepiſcopus quartus decimus, Thuringiam intrauit, & in Erfordia multos nobiles pro defenſione terræ locauit, quibus multa bona in Thuringia largitus eſt.* Quin præter hunc, *Paullus* cum maxime *Langius*, qui in chronico Citizenſi p. m. 757 *hic*, inquit, *eſt ille Guilhelmus Archiepiſcopus Moguntinus, cui pater Otho dedit Thuringiam & Haſſiam cum pleno iure & dominio.* & cum hæc p. 766 repetiiſſet, ſubdit: *qui intrans dictas terras in poſſeſſionem ſuscepit, & Erfordiam tunc apertam muro cinxit.* Verum vero fundamento ſatis firmo nitantur, qui id volunt, expendere *Sagittarius* epiſt. de antiquo Thuringiæ ſtatu p. 49. *Paullini* annal. Iſenacenſ. § X p. 6 & ſeq. *Pfeffingerus* ad Vitriarii lib. I tit. XVI ſect. II n. 26 p. 216 & ſeq. Anonymus auctor libri vernaculi, *von den vornehmſten Begebenheiten der Stadt Erfurt*, cap. V § V p. 30; vt auctorem *defenſionis Saxonicæ*, quem primo loco nominare debebam, Illuſtrem *Seckendorfium*, taceam. Vid. etiam *Reinhartus* antiquitat. Marchionat. Thuring. § VIII p. 15, *Struuius* ſyntagmat. hiſtor. German. diſſertat. XII § XXXI in adnotat. p. 352.

4) Quod ſcripſit *Petrus Damiani* ad Deſiderium Abbatem, Wilhelmum execrationis ſententiam in patrem depromſiſſe, quod Adelheiden, commatrem, in matrimonium duxiſſet, nullo prorſus argumento, rationeque nititur, vt recte oſtendit *Baronius* ad an. DCCCCLXXIII. *Pagi* critic. Baron. ad h. a. n. IV p. 31, *Vorburg* in hiſtoria Othonum p. 36.

691 # HATTO II.

I

HAbuit Hatto iſte auunculum Fuldenſem Abbatem Hademarium *, cui vita functo in eodem ſucceſſit munere an. DCCCCLVII; vel DCCCCLVIII, ſecundum *Trithemium*, vel DCCCCLVI, ſecundum *Rheginonem* †, qui addit, eundem *ab Ottone primo Romam, quo erat ipſe ſubſequuturus, præmiſſum, ad conſtruenda ibi habitacula.* *Hademari Abbatis fuit nepos,*

* 1) Hattonem Hademarii e ſorore nepotem fuiſſe, diſerte teſtantur *Marianus Scotus* ad an. DCCCCLVI p. 448, *cui* (Hademaro) *ſucceſſit Hatto, filius ſororis ſuæ*; nec non *Fr. Cornelius* Breuiar. Fuldenſis p. 430, *Hatto II Hademari ex ſorore nepos.*

† 2) Vel potius illum, qui *Rheginonem* continuauit. Ceterum non is ſolum anno hoc Hademario ſurrogatum dicit, ſed *chronicon* etiam *Magdeburgenſe* manuſcr. *Fr. Cornelius* l. d. *Brovverus* antiquitat. Fuldenſium lib. I cap. XVII.

II Poſteaquam vero anno DCCCCLXVIII cum morte vitam commutaret Moguntinus Archiepiſcopus Guilelmus, in eius thronum, Ottonis eiuſdem opera, vti quidem vult *Bruſchius*, ſubuectus fuit Hatto, eius nominis ſecundus, cui in *Witone* lib. II & in MS. minore *Bonoſi* cognomen: ſed male anno DCCCCLXXII dicitur id factum in MS. maiore. *Imperatoris opera Wilhelmo ſurrogatur.*

1) *Anno prælaturæ ſuæ XII ab Othone II* (leg. I) *Rege fit Archiepiſcopus.* Ita *F. Cornelius* l. d. Ceterum Othonis opera ad titulos Moguntinenſes adſumtum fuiſſe, præter *Cornelium*, quem modo audiuimus, prodit is, qui margini chronici Magdeburgenſis mſcr. hæc adleuit verba: *Gilulfus Abbas Herſeldenſis ab Imperatore miſſus de Italia Fuldam veniens conſtituit, vt fratres Fuldenſes eligerent VVerinharium in Abbatem poſt Hattonem: indeque adiens Mogontiam, perfecit, vt Clerus & populus eundem Hattonem, virum venerabilem, Archiepiſcopum acciperent.* v. *Mabillonius* in actis Sanctor. Ord. Benedict.

2) Wilhelmo ſucceſſor datus, Rauennam ſtatim conceſſit, ac in ſynodo, quæ tum ibi habebatur, iuxta cum Hildewerdo, Halberſtadenſi Epiſcopo conſenſit, vt Magdeburgi Archiepiſcopalis erigeretur cathedra. Quo vid. tabulæ Epiſcoporum Rauennæ tum congregatorum apud *Leuckfeldium* in documentis ad antiquitates Halberſtad. n. XXIX p. 651 & ſeq. Ioannis item XIII P. M. apud eundem n. XXXI p. 654, nec non Othonis Imperatoris n. XXXII p. 656, ipſius denique Hattonis n. XXXIII p. 657.

3) Redux ex Italia factus Hildiwardum ordine initiauit Epiſcopali. Teſtis *Chronographus Halberſtadenſis* p. 118 his eſt verbis: *Sic igitur Hildevvardus octauus eccleſiæ Halberſtadenſis Epiſcopus inſtitutus, domum rediens, a Hattone Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo XII Kal. Ianuar. Epiſcopalem benedictionem accepit.*

III *Obiit* vero, vt ait *Marianus*, *anno DCCCCLXX*, & ex illo idem aſſerunt *Centuriatores*, ac *MS.* minor, iisque aſſentiri videtur *Trithemius* in Hirſaugienſi chronico dicens, *anno tertio Epiſcopatus nondum completo, mortuum.* *quo anno obierit?*

 Sige-

Sigebertus vero anno DCCCCLXIX, itemque *Bruſchius*, *non ſolidum in Epi-* Edit. a
ſcopatu annum egiſſe, ſed præfuit, ait, vndecim ſaltem menſibus. pag.

Cum *Mariano* conſentiunt, ac Hattonem an. DCCCCLXX diem obiiſſe dicunt *necrolog. Fuldenſe* p. 764. *chronicon VVirzburgenſe* p. 508. Cum *Sigeberto* contra & *Bruſchio* faciunt auctor *annal. Hildesheimenſ.* p. 719; *an. DCCCCLXIX Hatto Archiepiſcopus obiit. Fr. Cornelius* l. d. *Moritur Moguntiæ placide primo electionis ſuæ anno. erat an. Dom. DCCCCLXIX.* vt auctorem *compilationis chronologicæ* apud Piſtorium p. 731. *Brouuerum* l. d. aliosque taceam. *Engelhuſius* in chronico p. 1077 turpi [illegible] an. DCCCCLXXIX mortuum vult. *Venit*, inquit, *alter Hatto, qui obiit DCCCCLXXIX*, & p. 1079. *anno Dom. DCCCCLXXIX obiit Hatto Moguntinus, cui VVickigiſus ſucceſſit.*

IV De hoc autem circumfertur, & pingitur vulgo infamis quædam narratio, quæ veritati an conſentanea ſit, merito hic diſpiciendum.

An a muribus comeſus, & conſumptus HATTO Archiepiſcopus Moguntinus? 692

Vt in rei veritatem venire poſſit quam commodiſſime quilibet, tribuam in capita ſex totam diſputationem.

CAPVT I

Comeſum a muribus Archiepiſcopum ſuadere quæ videantur.

SVadent 1, bene multi, qui litteris hoc mandarunt ſcriptores; e nouatoribus quidem *Bruſchius* in catalogo, *Münſterus* in Coſmographia, *Sebaſtianus Franck* in chronico Germanico, *Centuriatores* centuria X cap. X, quod eſt de doctoribus Francis, *Theodorus Zvvingerus* in Theatro volum. II lib. VII; volum. XIV lib. III; volum. XVII lib. VIII; *Marcus Fritſchius* Laubanus in ſuo prodigiorum catalogo, & alii. E Catholicis vero *Io. Cochlæus* in catalogo Epiſcoporum Moguntinorum; *Genebrardus DCCCCLXX*, *Antonius Demochares* de ſacrificio Miſſæ, *Cratepolius* in Electorum eccleſ. catalogo; *Arnoldus Vion* in ligni vitæ lib. II, *Tritbemius* in Hirſaug. chron. anno DCCCCLXVII, & MS. minor copioſe. 2, *A veteribus* deſcriptum hoc ait ibidem *Tritbemius*. 3, Communis omnium *fama* eſt in hiſce partibus. *Ab incolis terræ*, inquit eodem loco *Tritbemius*, *vt a proauis perceptum auditu, ad nepotes referri non ignoramus.* 4, Monſtratur in Rheno medio iuxta Bingam, (quæ apud *Tacitum* & *Ammianum* non incelebre oppidum eſt) *turris*, quæ idcirco Germanice *Mäuſſthurn* vocatur, id eſt, *murium turris*, ſeu *myopyrgus*, vt vix prætervehatur nauicula, quin ignaris adhuc rei vectoribus ea illico ab aliis narretur. 5, Eſt & prope Moguntiam *tumulus*, cauſſam, ob quam a muribus ille deuoratus, te- 693
ſtificans. Vocatur enim *Hattenberg*, quia, vt habent MS. minoris verba, *opinio eſt, eum in eo monte tum recreationis, tum parcitatis gratia, conſtruxiſſe*
Ioan. 12, 8 *ſibi manſionem, ne pauperes & inopes, quos ſemper nobiſcum, ſecundum Domini ſententiam habemus, maxime in vrbibus, quorum ipſe, vtpote homo durus, erat contemptor, eum facile accederent, a quibus ſui præſentiam per habitationem elongabat.* 6, Durum fuiſſe hominem monſtrant, quæ in S. Diſibodi monachos admiſit, quæque a S. Hildegarde in illius Sancti vita ſcribuntur. Licet enim Hattonis ea nomen taceat, ipſum tamen eſſe, colligitur ex *Mariano Scoto*, dum in anno DCCCCLXXVI ait: *Willigiſum reſtauraſſe in illius monte diuinum officium, quod Hatto præceſſor eius, vel Ruperti, deſtruxerat, expulſis inde monachis.* 7, Pictores eandem quoque depingunt narrationem, quam, vt veritas percipiatur luculentius, depingam & ipſe, non meis, ſed tam hæreticorum Centuriatorum, quam MS. minoris coloribus. Aiunt illi loco citato ſic:

CAPVT II

Rei totius narratio vna e Centuriatoribus loco citato.

IN *pauperes crudelem fuiſſe, hæc plurimorum de ipſo narratio teſtatur. Nam famis tempore ingentem eleemoſynas petentium mendicorum copiam, in hor-*

reum

Edit. I rem quoddam amplum, quaſi ſua liberalitate eos alturus, concluſiſſe dicitur,
pag. ac igne ſubiecto eos concremari iuſſiſſe. Horum cum in ipſis flammis vlulatus
audirentur, mures eſſe dixit Epiſcopus: ſed tertio pontificatus ſui anno, diui-
694 na eum vltio oppreſſit. Murium enim turba, impetu in eum facto, tantis eum
moleſtiis affecit, vt nuſquam ei tutus ab ipſorum morſibus daretur locus. Tur-
rim denique in ipſo Rheni flumine extruxit, ibi ſe liberum fore ſperans. At
beſtiolæ illæ tranſnatando Rhenum (mirabile dictu) turrim conſcenderunt, ipſum-
que Epiſcopum ſuis morſibus enecuerunt. Pontificis quoque nomen parietibus &
chartis inſcriptum diuina vltione abraſerunt. Multis hæc quidem fabuloſa ha-
bentur; at turris illa, cui a muribus nomen eſt, in hunc vſque diem in Rheni
flumine conſpicitur, ac de tanta Epiſcopi immanitate teſtimonium dicit, vt Ho-
norius in Floribus, Martinus in Chronico, & Tritbemius de rebus Hirſaugi-
enſium referunt: anno Chriſti DCCCCLXX, iuxta Marianum Scotum, &
Schaffnaburgenſem. Hæc Centuriatores.

Narratio altera e MS. minore.

Anno DCCCCLXX fertur Hattonem Archiepiſcopum tenaciſſimum, tem-
pore quodam magnæ cariſtiæ pauperes non paucos, quaſi ſtipem eis largiturus,
in borreum quoddam congregatos, & vndique concluſos & obſeratos, igne
ſuppoſito crudeliter combuſſiſſe. Qui cum in tormentis vlulabili voce perſtrepe-
rent, ille miſer eos deridendo ſubſannauit, dicens, höre, wie pkeiffen die Mäu-
ſe. Et poſtea: *Ob hoc ergo facinus, & alia, quia miſericordiam non fecit,*
miſericordiam apud Deum non inuenit. Nam diuina in eum vltio in tantum
deſæuit, vt ab hac vita inconſueta hominum morte miſerabiliter ſubtraberetur.
Mox enim a viliſſimis & minimis beſtiolis, non magnis leonibus, ſed paruis mu-
ribus infeſtari & vexari capit. Qui metu perculſus, Dei quidem ſui timens,
ſed non effugiens iram, neci ſe ſubtrahere volens, in medio Rheni fluminis tur-
rim ædificauit, vbi mures ſibi minime poſſent appropinquare. O mira res, ſe-
695 *niorum nobis relatione patefacta. Mures per aquam natantes cumulatim in tur-*
rim irruunt, ipſumque perimentes deuorant, nomenque eius, vt aiunt, parie-
tibus & tapetibus inſcriptum mordicitus delent, & abrodunt. Ex boc turris
ipſa prope Bingen vſque in bodiernum diem vulgo vocatur, der Mäuſethurn.
Eius autem cadauer ad Mogontiam translatum, apud S. Albanum, ſicut or-
dinaras, ſepelitur epitaphio tali.

Pontificem ſummum Hattonem cerne ſepultum,
Quiſquis rimandas conſpicis in litteras.
Rurſus doctorum pater extiteras Monachorum
Fuldæ cœnobii ....
Eius, dic, animæ miſerere piiſſime CHRISTE,
Vt vita vigeat, & requie maneat.

Hæc *MS.* ille minor: qui tamen in ſequenti Archiepiſcopo Ruperto, ſe veritatem affectari quam ſtudioſiſſime, ait. Et huic narrationi ſuos iſtos verſus interſerit;

Parcus & infelix, quæ te dementia ludit,
Pauperibus CHRISTI *vt commoda nulla feras?*
Cum iudex ſolum hoc querulabitur ipſe futurus,
Neſcis, quod poſthac te vltio dira premet.

CAPVT III

Si vera eſſet hæc narratio, quid aut Nouatoribus aut Catholicis fructus inde?

SI quid ab Pontificum, Epiſcoporum, clericorum & monachorum vllo impudice, intemperanter, crudeliter vel imprudenter peccatum ſit, hic vero nouatores noſtri tibias omnes inflant: hîc lætitia geſtiunt, ac tripudiant: & quicquid illud peccati eſt, ab iis vbique, & apud omnes aſſidue narratur, ſcribitur,

bitur, canitur, pingitur; & quidem multis variisque mendaciorum farturis diſ- Edit. I p. 696
tentum, & exaggeratum. Quemadmodum enim perlibenter vitioſum hominum ſanguinem exſugunt hirudines, immundi excrementa vorant ſues, & quicquid in aere, parietibus, & floribus putrilaginis, ac veneni eſt, colligunt araneæ: ita quicquid in Catholicorum moribus ac humoribus corruptum, quicquid in clericorum ordine ſpurcum ac ſordidum, quicquid in eccleſia tota putridum ac vitioſum eſt, id ſtudioſiſſime quæritant hæretici, hoc tanquam ſummas delicias auidiſſime vorant ac liguriunt: eo mirifice paſcuntur ac ſaginantur. At vero piæ Catholicorum mentes quædam quorundam ſcandala nunquam deeſſe
Gen. 9, 23. norunt, a nudatis per ebrietatem parentis Noæ pudendis oculos auertunt, fratrum ſuorum lapſus deplorant, Dei iudicia extimeſcunt, & ex illorum pœnis diſcunt, ob quæ illi diuinitus puniti ſunt, non imitari peccata. Paruulum & recens erat Adami genus: & tamen ibi Cain. Sancta erat Abrahæ domus: & illic tamen Iſmael. Pia erat, recteque inſtituta Iſaaci familia: & ei tamen non defuit Eſau. Quid Apoſtolorum collegio, CHRISTIque diſciplina ſanctius, diuinius? Hic tamen fuit Iudas: & in ſplendidiſſimis angelorum choris teterrimus Lucifer. Ad ſummam; Si vera eſſet Hattonis immanitas, verum eius ſupplicium, nihil in eccleſiam Catholicam inde labis, nihil in ſanctam Moguntinam ſedem dedecoris, conferri a quoquam poſſet.

CAPVT IV

Totum hoc de Archiepiſcopi Moguntini muribus, meram eſſe fabulam, quæ perſuadeant.

Contra fabulam rationes 12. SEd veritatis amans, placidus, prudensque lector, qui non quibuslibet vulgi rumoribus aures patefacere, ſed ſuis ea, quæ narrantur, momentis expendere aſſolet, illud mecum ſpectet *principio*; auctorem narrationis huius nullum proferri veterem, nullum, qui vel duorum ſæculorum ſit, aut anno MD ſuperior multo ſit. Cum vero fuerit Hatto Archiepiſcopus anno Domini DCCCC-LXVIII, id eſt, plus quam ante annos ſexcentos, quomodo ante Trithemium ne vnus quidem vſpiam extitit, qui vel obiter tantum, tamque rarum & admirabile diuinæ iræ oſtentum; tam vtile ad miſericordiam & beneficentiam in 697
pauperes excitandam exemplum litteris conſignaret? Ecce fuere illi ipſi Hattonis æuo ſcriptores proximi, qui diligenter Moguntinorum Archiepiſcoporum nomina, geſtaque annotarunt, Lambertus Schafnaburgenſis, qui ſe anno MLVIII, id eſt, annis XC poſt Hattonem, Presbyterum Aſchafnaburgi ordinatum narrat: Marianus Scotus, qui anno MLXIX, id eſt, XI annis poſt Lamberti Presbyterium Fulda in S. Albani monaſterium Moguntinum venit, ibidemque Dodechino teſte, deinceps vixit & mortuus eſt. Sed in ipſis de Hattonis muribus ne my quidem. Succeſſere iſtis Sigebertus, Otto Friſingenſis, Helmoldus, Conradus Lichtenauius, Abbas Vrſpergenſis, Gotfridus Viterbienſis, Albertus Stadenſis. At hi ne ipſius quidem Hattonis nomen attigerunt, quia de eo ſcilicet, quod memoratu videretur dignum, nihil occurrit. Cum enim non in Germania modo, ſed in aliis etiam regionibus, ſi quid rarum, inauditum, prodigioſum accidiſſet, immo ſi quid in Principibus tam politicis quam eccleſiaſticis reprehenſione dignum viſum eſſet, ſuis illi annalibus illigent, cur vnum, tam memorabile, tamque horrendum reticuiſſent? Fuit, aut, vt ſupra vidimus, eſſe viſus eſt in Hattone priore calliditatis, in Friderico vel vindictæ, vel fluxæ nimium fidei næuus quidam, annon aperuerunt ſcriptores? Quo igitur modo tantum iſtud, tamque fœdum vlcus, immo luculentiſſimam, lethalemue plagam omnes, coniurato veluti ſilentio, nec vno quidem quicquam omnino vel tuſſiente vel ſingultiente, diſſimulaſſent? Non neſcio, a Centuriatoribus, vt ſupra vidimus, citari Honorium & Martinum Polonum; a Zwingero, libro citato, eundem Martinum, & præterea Lambertum ac Marianum. Sed ſunt hæc fumorum inania tantum nomina. Solent & nugiuenduli theriacopolæ, in ſimplicium ac ruſticanorum turba, multos, quos pharmacis, arteque ſua curarint, nominare, qui ne ſub ſole quidem vnquam fuerunt. Mendacium nouo cumulant mendaces mendacio. Fuerunt præterea illis ipſis temporibus

ſancti

Edit. I ſancti viri, S. Vdalricus, S. Bruno, S. Maiolus, aliique. Fuerunt & tunc & poſt-
pag. ea, qui horum res ad poſteritatem litteris tranſmiſerunt. Fuerunt tot & tam
feruentes concionatores: tot, qui omnium virtutum, & vitiorum exempla, miraculaque collegerunt: fieri qui potuit, vt ſi tam horribiliter a muribus ambeſus,
698 peremtusque fuiſſet, tantus, & tam illuſtri ſede locatus Antiſtes, e vetuſtioribus omnibus nemo vnus, qui rem eam, vel verbo vno in hiſtoriis, concionibus, cohortationibus, comminationibus attigiſſet, inueniretur? Videmus ſane tanta quoſdam in vitiis notandis libertate vſos, vt apud *Cæſarium* lib. II c. XXVIII dixerit quidam, *ſe omnia credere poſſe; ſed vix in animum poſſe inducere, vllum Germaniæ poſſe ſaluari Epiſcopum.* Quod etſi ſanctorum iſtius, in quo mea iam verſatur oratio, ſæculi Epiſcoporum, Brunonis, Heriberti, & Annonis refutat exemplis Cæſarius, apparet tamen, quam eorum peccata, ſi quæ eſſent, ab aliquo ſemper alicubi perſtringerentur. Ecce in hoc ipſo portentoſorum murium argumento parum quidem latinus, liber tamen & vehemens narrator, *Gotſchalcus* ordinis S. Auguſt. ſerm. III habito Dom. IV poſt Paſcha: *Legitur*, ait, *in chronicis Epiſcoporum Oſnaburgenſis eccleſiæ, quod erat quidam Epiſcopus illius eccleſiæ, Benno nomine, anno Domini MLXVIII, qui ſtatuit certam eleemoſynam, & ſtipem dari per Epiſcopatum propter glires. Interim quoad illa dabatur, nunquam in illa diœceſi glires vel ratti patuerunt. Cum autem Gotfridus de Arnsburg Epiſcopus illam eleemoſynam dimitteret, ſtatim glirium copia rediit anno Domini MCCCXLVIII; & Epiſcopus ille miſerabiliter vitam finiuit.* Quid, quæſo, Godeſchalcus iſte dixiſſet, ſcripſiſſet, ſi vel tenuiſſimum de Moguntini Hattonis muribus rumuſculum legere, inaudire, vel quoquo modo cognoſcere potuiſſet?

Ne tamen quis dicat, ab auctoritate negatiuum argumentum in firmis haud reponi, ſciendum, affirmationem hic ſatis magnam includi, cum dico, auctores iſtos vetuſtiores & potuiſſe, &, vti quidem ſuſceptum ab iis munus, & perpetua eorum conſuetudo monſtrat, voluiſſe, hoc narrare, ſi quidem factum, auditumve tum fuiſſet. Famam autem, quæ nata nondum erat, quamque poſtea naſcituram animo præcipere & augurari non poterant, quomodo negare ipſi aut refutare potuerunt?

II, Hi ipſi recentiores, qui hanc libris peruulgare auſi ſunt fabulam, eam 2
tamen non audent aſſeuerare. Plerique dicunt, *fertur*, vt *Trithemius* & *MS.* minor: *aiunt*, vt *Arnoldus Wion:* alii *narrationem* tantummodo appellant, vt
699 *Centuriatores.* Quidam etiam perſpicue dicunt *fabulam*, vt ille ipſe, qui inter iſtos ſcriptores primum facile antiquitatis, dignitatis, & doctrinæ locum tenet *Trithemius.* Peruenit ille viuendo vſque ad annum MDXVI, cumque citati antea omnes conſecuti ſunt, tam hæretici, quam Catholici. *Huic*, ait, *fabulæ auctoritatem nec damus, nec rurſus ſubtrahimus.* Vbi clare dubiam ſibi rem oſtendit; immo potius falſam, dum *fabulam* nuncupat.

III, Sed ecce Trithemio ſuppar, aliis illis recentioribus omnibus, etiam 3
MS. minore antiquior, manuſcriptus alter, cuius auctorem ſe an. MCCCCXLVII profitetur, *D. Georgius Heylman*, eccleſiæ S. Bartholomæi Francofurtenſis Canonicus, & Sigillifer Moguntinus, is, inquam, MS. plane ac rotunde ſic: *Hunc aliqui ſcriptores aſſerunt a muribus deuoratum, eo quod, famis tempore, comburi fecerit pauperes multos. Ego fabuloſum arbitror. Credat, qui velit.*

IV, Fuerat Hatto, antequam Epiſcopus crearetur, in Abbatiæ Fuldenſis 4
gubernatione annos amplius X, vt ex dictis initio perſpicuum eſt: & fuerat *cum laude*, vt ipſimet loco citato loquuntur Centuriatores, & idcirco ab Imperatore Ottone I, magni, acriſque iudicii heroe, fuerat Romam ablegatus, & ad Archiepiſcopalem ſublatus dignitatem. In Epiſcopatu autem vel non integrum annum, vel certe non duos, prout infra dicetur, vixit. Si durus adeo & in pauperes crudelis erat, quomodo aut in Abbatis officio laudatus fuit, & ab Imperatore tanti habitus, & a Moguntino clero ac populo in paſtorem ac patrem depoſtus: aut poſtea tam ſubito immutatus, tamque ſæuus & immanis effectus eſt? *Nemo*, ait Satyra II *Iuuenalis*, *repente fuit turpiſſimus.* Nemo velociter adeo ſaxeus & barbarus fit.

5 V, Solent fere initio Principes erga omne hominum genus eſſe benignio- Edit. 1
res & clementiores, vt dixerit Poeta: pag.
—— mitiſſima ſors eſt,
Regnorum ſub Rege nouo:
maxime vero quando vel naturæ quadam bonitate ad clementiam & beneficen-
tiam facti ſunt: vel diuturniore quodam vſu ad eam præculti & exercitati. No-
ta omnibus ſanguinaria Neronis mens, beluina immanitas: & tamen, imperii
ſui principio, tam erat in omnes clemens & miſericors, vt cum in latrones duos 700
animaduerſurus eius præfectus eſſet Burrus, ab ipſoque pro more is exigeret, vt
in quos & ex qua cauſſa animaduerti vellet, ſcriberet, exclamarit; *Vellem, neſci-*
rem litteras. O dignam, exclamat *Seneca* (lib. 2 de Clem. c. 1) *vocem, quam*
audirent omnes gentes! O vocem in concionem omnium mortalium mittendam!
O vocem publica generis humani innocentia dignam, cui redderetur antiquum
illud ſeculum! Ex Abbate igitur, qui nullo auaritiæ, nullo crudelitatis crimine
notatus vnquam fuiſſet, quin vero magna cum laude munus illud geſſiſſet, Ar-
chiepiſcopum adeo auarum, tenacem & ſæuum confeſtim euaſiſſe, quis credat?
6 VI, Vidimus in Rabano antea, in aliiſque videre eſt, vt anno MXLIV
in Sigeberto, anno MLV tempore Luitboldi Archiepiſcopi in MS. anno MLVI
in Mariano Scoto, anno MLVIII in MS. anno MCCXXV in Hirſaug. chroni-
co, ſi qua incidiſſet fames, grauiorque annonæ caritas, eam ab ſcriptoribus non
taceri. At certe neque anno DCCCCLXVI, neque deinceps annis aliquot vlla
in illis aut famis, aut ſterilitatis mentio eſt.
7 VII, Eſto tamen: Fuerit fames & rerum ad vitam neceſſariarum ſumma
penuria, quis aut vbi mons ille *Hattenberg* vocatus, in quem ſe, ne mendi-
cantium accederet multitudo, conferebat? Abeſt is videlicet Moguntia telorum
duorum aut fere trium iactu, ſeu, vt loquitur MS. minor, *tribus fere ſtadiis.*
Egregia vero diſtantia, quæ famelicos terreat mendicos. Videmus quotidie, ſic-
ubi aliquod monaſterium vel munificentior domus eſt, etiam ab vrbe remotior,
in ſolitudine abditior, viarum aſperitate diſcluſior, eo tamen ſe penetrare pau-
peres, accurrere pueros, arreptare claudos & cæcos. *Ingenium mala ſæpe mo-*
uent. Extrudit e ſilua lupos fames, e nidis auiculas, e lectulis clinicos.
—— labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egeſtas.
Winkelii cum eſſet Archiepiſcopus Rabanus, an parum multi ad eum vndique
Matt. 24,28 confluebant egentes? Vbi ſane eſt corpus, ibi erunt & aquilæ. Vbi eſca, ibi
Luc. 17, 37. & mendici. Quando vel Mœno Francofurtum, vel Rheno Coloniam hinc na-
uigatur, annon e ripa petunt alii, & ſcaphulis ad maiores naues accedunt men-
dici alii? Ridiculum igitur exiſtimare, Hattonem, virum minime ſtupidum & 701
imperitum, a mendicorum accurſu ſe ſatis tutum putare, ſi in colliculo, qui
vrbi proximus eſt, habitaret.
8 VIII, At non habitaſſe modo, ſed & huius fugæ cauſſa domum illic extru-
xiſſe, ait idem MS. minor. Scilicet vix inierat principatum: & hoc vnum ani-
mo ſtatim agitauit, quomodo mendicum nullum videret, ab iis quaſi hoſtibus
fugeret, latebramque ſibi tutam conſtrueret. Domus vero huius quod vſpiam
indicium? Molendinum opinor, quod *Hattemül* vocari ait molitor. At id re-
centius eſt, & in eo negat molitor, ſe a mendicis panem rogantibus immunem.
9 IX, Habitarit tamen in Hattebergico iſto Hatto: vbi fuit illud horreum, tri-
ſtis ille funeſtuſque carcer, horrendum illud, inauditumque ſepulchrum, in quod
inopes miſeroſque mortales condi, compingique, vt effugere non poſſent, no-
uus Nero, nouuſque Phalaris iuſſit, & in illo immaniſſime vri & concremari?
Proximum fuiſſe oportet, vt illorum eiulatus audire, tartareoque ioco murium
mintratus appellare potuerit. Scilicet, tam vecors & amens erat Archiepiſcopus,
vt neſciret,
Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Ita eſt. Domus in Hattenbergico illo colliculo ab Hattone conſtructa nunquam
fuit: & illi fuit hoc horreum proximum.
10 X, Si tamen erat Hatto tam parcus, reſtrictus, & ſordidus Euclio, quomodo
pro-

Edit. I pag. proprium incendere horreum voluit? An cogitare non poterat, vnius horrei talis pretiô multa panis fruſtula, offellas multas eſurientibus dari poſſe? An magna impenſa recens exſtructam incendii tanti periculo, nulla iacturæ tantæ habita ratione, nouam domum exponere pro nihilo habuit? Quomodo quos fugere volebat, præſentes iam habet, in horreumque admittit? Et plenumne frugum hoc horreum, an inane? ſi plenum, nimis magnum ſponte ſua detrimentum ſibi accerſit Euclio: ſi inane, quorſum factum? an ad egentes hoſpitio excipiendum?

XI, Prope Bingam in Rheni medio eum peremere mures. Ex Hattenbergico igitur latibulo, vbi mendicos fugiebat, illuc, vt mures fugeret, ſe contulit. 11 Cur tam procul? An prope Moguntiam non erat in Rheni medio inſula, apud *Sigebertum* anno MLXXIV *Marovva*, & aliæ vel Canonicorum ſummæ ædis, vel S. Petri, vel Carthuſianorum hodie vocatæ, in quas ſe propere abderet? Non in hac multo commodius, & laxius, quam in Bingano Rheni ſaxo ædificari non
702 turris, ſed ampla, magnificaque domus potuit? Non tentorium ilico figi, vt ſtatim ab inſequentibus murium cuneis tutus liberque foret? Anno Domini DCCCXXXIX *Imperator*, inquiunt *Pithœani* annales, *Ludouicus morbo correptus ægrotare cœpit, & per Mœnum fluuium nauigio ad Franconofurt, inde poſt paucos dies, in inſulam quandam Rheni fluminis prope Ingelheim delatus eſt.* Imperatoris igitur exemplo inſulam hanc viciniorem petere multo potuiſſet Hatto commodius.

XII, Sed illud omnino fabulæ huius vanitatem perſpicue arguit, quod cum 12 ſe a muribus vbique peti, arrodique videret Hatto, eum ait non MS. tantum, ſed Cratepolius, Francus, & Magdeburgici etiam Centuriatores, *turrim in medio Rheni alueo ædificaſſe.* At cum in eum iam vndique perinfeſta irruerent murium agmina, neque eius arrodendi, & commordendi finem vllum in loco vllo facerent, quomodo ab iis Maguntia Bingam fugere potuit? Non eius aut nauim aut currum aſcendere, ſimulque progredi potuere immiſſi illi diuinitus aduerſarii? Cur cum dictam præteruceheretur Moguntiæ proximam inſulam, non ſubſtitit? & ſi deliberanti forte antea illa non occurrerat, conſilium non mutauit? Quantum vero temporis in illa ædificanda turri conſumptum putamus? Certe in ſaxo fundata eſt, & e grandibus ac bonis contra omnes fluminis fluctus & inundationes ſaxis. Hæc e lapidicinis quibuſdam erui, artificum malleis cædi ac poliri, ad fluminis ripam aduehi, ad fluminis medium comportari debuerunt, ſimiliter calx ceteraque omnis materia etiam lignea. Tum vero conſtrui cœpta eſt, &, vti per annorum tot ſeriem firma murorum oſtendit compages, minime properanter aut intempeſtiue, ſed firme ac ſolide. Quid interea mures? Quid Epiſcopus? Diuina, vt illi aiunt, vindicta hunc vrgebat. Mures in eum diuinitus excitati erant. Eum aliunde iam expulerant. Eum de fuga, fugæque latibulo inſolenti ac nouo cogitare perpulerant. Tanto interim tempore in aquis mediis moles extruitur, &, quaſi pactæ forent induciæ, ceſſant mures, aut certe ita leniter eum admordent, vt, quoad inſana illa perfecta eſſet ſubſtructio, expectare poſſit Hatto. Quid, *perfecta eſſet?* Immo etiam picturis & ipſius Epiſcopi nominibus ac inſignibus, quæ iidem poſtea etiam arroſerint mures, ornatam nugantur.

703 XIII, Verum, qui vitam tantopere contra mures tueri voluit, quomodo in 13 turrim, cuius recentiſſima eſſet ædificatio, muri ac parietes circumfuſarum aquarum contactu, nouitateque ipſa humidi ac olidi, tam repente immigrauit?

XIV, Et miror, cum tanto tempore murina hæc plaga Epiſcopum perſequeretur, 14 non obſtupuiſſe, non ad ſpectaculum concurriſſe diœceſim totam, immo & vicinas ditiones omnes: non Pontificem, non Ottonem Imperatorem, non omnes Europæ regiones certos miſiſſe homines, qui rem certo cognoſcerent, oculiſque ipſi ſuis explorarent. Inuſitata enim & manifeſta res omnium vndique oculos exciiſſet.

XV, Extant & quædam contra mures & glires pharmaca. horumne nihil 15 a medicis tentatum? O fabulam, fabulam! Quam euanuiſſet pridem illa turris, niſi quam tu multo coagmentata eſſet peritius ac firmius. Vidit ille ipſe, qui vt ſupra vidimus, de narrationis huius veritate ambigit, Trithemius, ineptam ac inſulſam hanc in ædificando moram. Ideoque non tunc ab Hattone *turrim*

ædificatam dixit, ſed *ad cuſtodiam patriæ, olim conſtructam fuiſſe.* Quod equidem Edit. I
veriſſimum, ſed aliorum commentis non conſentaneum, & cauſſæ, cur *murium* pag.
turris hæc vocetur, de quo poſt, aduerſarium.

16 XVI, Luſtraui ſane turrim illam intra & extra, ſuperne ac inferne, perdiligen-
ter. Nihil omnino vidi, quod myomachiæ huic pluſquam Homericæ opem aliquam
ferret: ſed plura potius, quæ illam funditus delerent ac profligarent. Et quia de-
creuerat Rhenus, deprehendi, in ſaxo circum eam, quæ hodie ſtat, turrim vel mu-
ros, vel ædificium aliud fuiſſe: magnoque admodum labore fundamenta illius po-
ſita fuiſſe, in quorum grandioribus lapidibus inſculpta cernuntur aliquoties quædam
aut crucicularum, aut rotæ radiorum inſtar, ſigna; & in ipſa turri exſculptum an-
trum, in quod hodie, qui in vicino deliquerint teloneo conici ſolent: coniiciendi
& illi merito, qui de viuorum aut mortuorum fama mendaciter detrahunt.

17 XVII, Fuerunt vero in Moguntina S. Stephani æde rudes quidem, ſed ad re-
rum hiſtoriam vtiles de Willigiſo Archiepiſcopo verſus; de quibus in ipſo poſtea.
Significant ii, murinæ turris huius auctorem & conditorem illum eſſe. At ille, vt
in ſequentis libri primis ſtatim foribus manifeſtum, poſt Hattonem extitit. Sunt
autem ex iis verſibus iſti tres:

Pontem conſtruxit apud Aſchaffburg; bene duxit 704
Ac pontem per Nabe; miles tranſit quoque verna.
Et bene neceſſe prope Bing Mäuſen dedit eſſe.

18 XVIII, Cum vero Rhenum, vt fabulatorum ait narratio, tranarent mures, mu-
roſque turris nouos ſcanderent, nulli Epiſcopo erant famuli? nulli cuſtodes? cur
illos non arcebant? An ſi hoſtes veniſſent gladiis teliſque armati, Epiſcopum &
turrim propugnaſſent illi: nunc vero cedunt muribus? Quod ſi eam eos ob cauſſam
non repellebant, quia diuinum hoc ſupplicium videbant, quomodo tot iam menſes
ei adſtant, cum ex Hattenbergico monte Bingam vehunt, Binga in turrim tranſue-
hunt? immo turrim illam tanto labore ac moleſtia ædificant?

19 XIX, Sic equidem ſtatuo, ſi tam durus & in pauperes immiſericors fuiſſet Hat-
to, primo quidem magnum ſui apud omnes odium, plurimoſque de ſe ſiniſtros ex-
citaturum ſermones fuiſſe. Nunc vero cum ne aſpectu quidem illos dignaretur,
cum ab illis profugeret, cum nouis eos a ianua ſua ædificationibus propelleret, ipſum
ferre quis potuiſſet? Cum vero inſontes miſeroſque tam horribili facinore, immani
& pluſquam Nabuchdonoſoriana crudelitate aduſtos in cineres redegiſſet, quis eum
non tanquam humani generis labem, ac portentum exhorreſceret? Demum vero
cum iratum ei Deum clare omnes cernerent, beſtiaſque in eius caput & perniciem
viliſſimas ruere aſpicerent, interitum & exitium ei omnia teterrimum comminari
& inferre, quis ei adeſſe, obſequi & famulari auſus fuiſſet?

20 XX, Deuoratum aiunt a muribus, & tamen eorum aliqui, vt MS. minor, eius
apud S. Albanum demonſtrant ſepulchrum. Si deuoratus, quod ei aliud præter mu-
rium ventres, ſepulchrum? Si ſepultus, quomodo vorantibus muribus eſca eſſe po-
tuit? An qui Rheni fluctus tranſmiſerunt, mœnia ſcanderunt, turrim irruperunt,
carnes quidem eius mandere, oſſa vero comminuere ac arrodere non potuerunt?

21 XXI, Verum enimuero non eius tantummodo apud S. Albanum ſepulchrum
fuit, ſed & epitaphium, in quo, vt ſupra patuit, etiam e MS. minore, bona de Hatto-
ne & felicia omnia: nulla vel nimia crudelitatis mentio, murium ſuſpicio.

22 XXII, Denique, ſi, vt habet iuris regula, *præſumendus bonus, qui non pro-
batur malus*, habendus certe bonus Hatto, cum, quæ contra ipſum obiiciuntur,
vaniſſima ſint & inaniſſima, prout iamiam clarebit, adeo vt etiamſi nulla pro ipſius
innocentia fuiſſent allata in medium argumenta, quæ tamen & ab auctoritate, & a re- 705
rum ipſarum conſideratione fuerunt, vti iam apparet, plurima: eſſet tamen ab ea
calumnia, inanique criminatione omnino abſoluendus, maxime ſi iam eorum, quæ
obiecta ſunt, audiamus ſolutionem.

CAPVT V

Eorum, quæ a muribus comeſum, & abſumptum Hattonem ſuadebant, ſolutio.

AD I, dixi antea, omnes iſtos auctores vnius tantum eſſe ſuperioris ſæculi, qui
de re ante ſexcentos annos geſta, fidei, contra veteres illorum temporum ſcri-
ptores,

Edit. I pag. ptores, nihil merentur; præſertim cum ſi qui Catholici ſunt, ii vel dubitent, vel ex vno exſcripſerit, bona fide, abſque diiudicatione, alter. Alii vero ſunt hæretici, quibus eiuſmodi, contra Catholicorum aliquem, fabulæ, merum nectar & ambroſia ſunt.

Ad 2, *Veteres*, a quibus deſcriptam ait *Trithemius*, ſunt *anonymi* quidam manuſcripti. In quibus, niſi iudicium & delectus adhibeatur, pura puta ſæpe commenta ſunt. Præſertim cum de rebus paullo a memoria remotioribus, abſque idoneo teſte, narrant. Nam vel rumores, qui abſque capite huc illuc volitant, vel aniles nugas & delira compilant ſomnia. Teſtes illæ de Moguntinæ vrbis ortu narrationes, de quibus libro I. Teſtes aliæ tam multæ in iis libris, qui vulgo *Teutonica Chronica* cap. 5
vocantur. Nam vt recte pro Roſcio Tullius; *ſic eſt, vulgus ex veritate pauca; ex opinione multa exiſtimare.*

Ad 3, Communis quidem hæc *fama* eſt, ſed quæ nequaquam illo nata tempore, quo vixit Hatto: neque aliquot poſtea ſæculis, vt e primo meo argumento planum ſatis. Et Maronianum illud cantant pueri:

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo,
Tam ficti, prauique tenax, quam nuntia veri.

706 *Natura*, inquit Apologetici c. VIII *Tertullianus*, *famæ omnibus nota eſt; veſtrum eſt*, Fama malum, quo non aliud velocius vllum. Cur fama malum? *quia velox? quia index? an quia plurimum mendax? quæ ne tunc quidem, cum aliquid veri affert, ſine mendacii vitio eſt, detrahens, adiiciens, demutans de veritate. Quid? quod ea illi conditio eſt, vt non niſi, quum mentitur, perſeueret, & tamdiu viuit, quamdiu non probat? Siquidem vbi probauit, ceſſat eſſe, & quaſi officio nunciandi functa, rem tradit: exinde res tenetur, res nominatur. Nec quiſquam dicit (verbi gratia) hoc Romæ aiunt factum, aut fama eſt, illum prouinciam ſortitum* (illum a muribus abſumtum) *ſed ſortitus eſt ille prouinciam, & hoc factum eſt Romæ. Fama nomen incerti, locum non habet, vbi certum eſt. An vero famæ credat, niſi inconſideratus? quia ſapiens non credit incerto.* Hucuſque ille. Quæ reſponſio non obſcure oſtendit, quo loco & hæc celebris fama de Epiſcopo Moguntino a muribus deuorato, habenda ſit. Nam hæc ipſa, vt liquet ex diſſimili tum populi, tum ſcriptorum narratione, nunc detraxit, nunc adiecit, nunc demutauit aliquid de hiſtoriæ veritate. Deinde iam per centum annos nihil probauit, & adhuc officio nuntiandi fungitur. Omnes adhuc partim dicunt, partim ſcribunt *famam eſſe*, Epiſcopum quendam a muribus abſumtum. Quare qui huic famæ credere pergit, iudicio Tertulliani, *inconſideratus eſt, ſapiens non eſt*, quia credit incerto.

Ad 4, Stat ſane turris, & paruula veluti arx illa in hodiernum vſque diem prope Bingam in Rheno medio, & a muribus vulgo nomen habet. Sed eius nominis neque Hatto, neque murium corroſio, cauſſa eſt, ſed phraſis & quædam quaſi parœmia Germanica, eaque duplex. *Prior*, qui explorat, & e ſpecula quidpiam ſpeculatur, hunc, inſtar catorum feliumue muribus inſidiantium, *mauſen* dicimus. id eſt, *murire*, ſeu mures expectare, & captare. Quia igitur ſpecula in Rheni medio fuit turris hæc, & ad hoſtium, vel mercium, nauiumque vectionem explorandam erecta,
707 ideo *Mäuſſthurn* vocari cœpta eſt. *Poſterior*, cum ſolitariam deſertamque domum, cuius nullus iam habitator, videmus, eam murium, qui in illa ſcilicet impune regnant, domum vocamus. Qui loquendi modus videtur etiam veteribus non diſplicuiſſe, quandoquidem de domo, quæ *muribus ac muſtelis* ædificata non ſit, tam ſplendide loquitur *Tullius* lib. II de nat. deorum. Iam vero fuiſſe pridem turrim iſtam habitatoris omnis inanem, quis ignorat?

Ad 5, Non eſt ab Hattone *Hattenberg*, ſed vel a cuſtodia, quæ ibi olim militaris quaſi *Huttenberg*, prout a quibuſdam vocatur: vel a quadam aſperitate. Vnde & a pleriſque *Hartenberg* dicitur. Et ſi ab Hattone nomen eſſet, nunquid illa ilico tam dira foret cauſſa? Cur non potius, quod eum emiſſet, in eo vineas, aut agros, aut ſimile quid habuiſſet? vel eum excoli iuſſiſſet? aliave aliqua re, vt ab eo cognominari poſſet, inſigniiſſet?

Ad 6, Si res ita, vt narratur, in S. Diſibodo geſta eſt, non excuſo, ſed eam potius tantæ apud Bingiones inuidiæ fontem fere crediderim. Sancti enim illius mons Bingæ oppido, Nauæque fluuio propinquus eſt.

Ad 7, Pictoribus atque poetis quantum liceat, notum eſt. Expingunt non illi- Edit. I
benter, quæ iucunditatis & admirabilitatis habent aliquid; expingunt, quæ narran- pag.
tur, quæque ii, qui mercedem dant, præſcribunt, ſeu vera ſeu ficta.

CAPVT VI

Quæ fabulæ huius origo?

QVoniam fama *parua metu primo eſt*, fit, vt de ipſa, cum ingens iam eſt, ſeque in
auras ſuſtulit, difficulter interdum, etiam a ſummis magiſtratibus, magno ad-
hibito iudicio & cura, indagari poſſit, vnde & a quo exorta illa. Et ego quidem iam
c. 5 & 6. olim cum librum Regum primum in Academia Herbipolitana explicarem, & de ar-
cæ captæ pœnis agerem, Hattonicos iſtos mures in fabulamentis poſueram; ſed Mo-
P. lv. 2. guntiam cum veni, eruditum libellum, quem *pro Hattone vindicias* inſcripſerat, e 708
noſtris quidam, inueni, qui fabulæ huius originem e duobus peti cenſet, e Popieli ſci-
licet Poloni Principis a muribus ante Hattonem confecti peruagata hiſtoria, & e pri-
oris Hattonis Moguntini Archiepiſcopi celebrata vafritie. Putarim autem ego tria
hæc ad fabulæ huius incunabula prima concurriſſe;

1, Vulgare turris huius nomen *Mäuſstburn*.

2, Aliquam hiſtoriæ illius Polonicæ auditionem.

3, Hattonis nomen, quaſi *Harto* foret, id eſt *durus, & immiſericors*. Idque
fuiſſe, ob famoſam Hattonis prioris calliditatem, creditu perfacile. Cum enim, vt
fit, naui vectores colloquerentur, vnuſque *Murium turrim* vocaſſet, adiecit ſenſim
alius, quam aut legerat, aut certe audierat, Polonicam illam narrationem, & hanc
poſtea coniecit alius tertius in Hartonem, ſeu Hattonem. Polonicam vero illam
narrationem hic neceſſario quidem adſcribam, ſed non meis, verum Poloni, & ac-
p. m. 37. ſt. curati ſcriptoris *Martini Cromeri* verbis lib. II rerum Polonicarum: *Princeps*, ait,
*Popielus ad res agendas ineptus, ingenio nullo, ſtipes, caudexque, indeque omnibus
iam erat deſpicabilis, cuius diſſolutos & perditos mores, deformis facies, rarus in
barba & capite pilus, quales fere laſciui ſunt, magis deformaret. Vxorem babe-
bat Principis cuiuſdam Teutonici filiam, quæ deguſtata ſemel dominatus dulcedine,
deſpectaque viri inertia, muliebri aſtu imperium omne ad ſe tranſtulerat. Vnus obſta-
bat ſcrupulus, patruorum viri ſui gratia & autoritas apud multitudinem. Itaque
viro, confictis in eos criminibus, perſuadet, illis viuis & incolumibus, principatum
ipſum firmum eſſe non poſſe. Mox initur necandorum illorum ratio. Grauem mor-
bum Princeps ſimulat. patruos neci deſtinatos acciri eius nomine vxor iubet, conue-
niunt ſine mora. Commendat eis filios ſuos, quaſi iam moriturus. completur muliebri
eiulatu regia, & tandem, in ſignum amoris, medicatum poculum illis offert, prægu-
ſtare ſe ſimulans. Cum omnes ordine bibiſſent, fingit ſe ſomno premi. Illi vero di-
greſſi, paullo poſt cum venenum vitalia membra occupaſſet, de ſtatu mentis dimoti &* 709
*furentes, maximo cum cruciatu cadunt & exanimantur. Re nuntiata, mulier cada-
uera inſepulta proiici mandat. Eos inſidiatores vitæ Principis, & ideo Dei vindicta
percuſſos, repente diuulgat. Sed non ſinit inulta eſſe diu diuinum numen ſcelera.
Nam ex cadaueribus putrefactis enati mures inuſitatæ magnitudinis impium par-
ricidam cum ſcelerata vxore atque liberis fugientem quoquo verſus per aquam,
flammamque perſequuntur; nec clauſtra proſunt, aut abigentium ſatellitum præſidia.
Ad extremum diffugientibus omnibus, abſumptis prius filiis, deinde vxore, poſtremus
ipſe infelix lenta morte a muribus in arce Cruſuicia conſumptus eſt.* Extantque apud
Alexandrum Guaguinum in Sarmatia hi Clementis Ianitii verſus, qui cum Hattonis
epitaphio collati, hoc ipſum quidem elegantia longe ſuperant: ſed innocentia Epi-
ſcopum Principe illo ſuperiorem multo demonſtrant:

Dum timet hic regno pelli vir inutilis, & cum
Coniuge conſultat, quid male tutus agat.
Vim morbi ſimulat, patruos accerſit, & illis
(Viginti fuerant) toxica miſta dedit.
Orta cadaueribus vis murum erupit: & illum,
Vxorem, natos, vndique dente petit.
Dilaniat, fruſtra medios fugiebat in ignes,
Fruſtra in Gopleas perfidus hoſpes aquas.

Diſcite

Edit. I pag.

Diſcite iuſtitiam, qui propter lucra paratas
Fertis & exertas ad ſcelus omne manus!
Eſt Deus, eſt ſcelerum vindicta, eſt pœna malorum,
Vnde putes minime poſſe venire, venit.

Si e Polonia tamen fabulamenti huius repetere originem nolit quis, in noſtra is Germania ſeſe contineat, videatque, an Oſnabrugenſis, de qua Godeſchalcus antea, glirium vis Moguntiam variis rumorum ſcaphis, ac plauſtris perferri, & perſonarum,
710 locorum, cauſſarum modorumque circumſtantiæ confundi, ſimulque permiſceri non potuerint. Certe vndelibet extiterit narrationis huius principium, fabula eſt, quam qui narrat, eſſe videtur ille in *Pœnulo* Plautinus, qui *mures Africanos prædicat,* act. 5 sc. 2 v. 51.
In pompam dare ſe velle Aedilibus.

Hæc ſatis fuſe auctor *Serarius*: quæ calculo ſuo probant *Brovverus* antiquit. Fuldenſ. l. d. *Mallinkrot* de Archicancellar. S.R.I. p.m. 267, *Verburg* hiſtor. Othonum p. 85, *Mabillon* l. d.

Ceterum plures omnino fuiſſe, qui Hattonem a muribus comeſum tradiderint, bene iam ab initio obſeruauit auctor. Præter illos ſane, quos adduxit, idem dicunt *Sifridus Presbyter* ad an. DCCCCXXIII p. 688, auctor *compilationis chronolog.* p. 64, quorum tamen vterque Hattonem II cum I confundit, auctor chron. *S. Aegidii* p. 581, *Bruſchius* centur. I monaſter. German. p. 207, Manuſcr. *Auguſtinianor. Moguntinenſ.* f. 35 b) *Dieffenbachius* in catalogo mſcr. qui ſimul verſus, quos MS. minor ſuæ inſeruit narrationi (v. ſupra cap. II) adfert, & e recentioribus *VVendelinus* lib. de admirandis Nili cap. XXI p. 161, vbi expenſis Serarii argumentis, hanc de Hattone narrationem multo ſtudio propugnare nititur, *Hornius* hiſtor. eccleſ. N. T. period. II artic. II § XIII p. 371, tum vero, quod mireris, *VVagenſeilius* monarch. IV ſæc. X p. 203.

Atenim nec defuiſſe, qui pro fabula id habuerint, reiecerintque, in aprico eſt. Reiecerunt autem, vt nonnullorum mentionem faciam, *Fr. Cornelius* l. d. *Spanhemius* introd. in hiſtor. eccleſ. N. T. ſæc. X ſect. VIII § VIII p. m. 295, *Neumannus* diſſertat. academ. de Parallelis Hiſtoricis § XIV & ſeq. p. 197 & ſeq. *Arnoldus* hiſtor. hæreſ. parte I lib. X cap. V § 3 p. 328, *Leuckfeldius* antiquitat. Halberſtadenſ. ad an. DCCCCLXIX p. 243, & peculiari diſſertatione Ienæ an. MDCCVII habita, quam ſelectorum litterariorum parti I poſt inſeruit *Michael Lilienthalius.*

RVPERTVS.

I

IN Mariano Scoto *Rubbertus* ſcribitur, in Lamberto *Ruitbertus* *, qui ſecundum iſtum Hattoni ſucceſſerit an. DCCCCLXIX, ſecundum illum, an. DCCCCLXX. MS. maior, quia ſuperius in Hattone aberrauit, aberrat & in iſto, dicens, Epiſcopum factum anno DCCCCLXXIV. Suſtulit autem eum mors anno DCCCCLXXVI, vt vult *Bruſchius*, vel potius DCCCCLXXVII, vt habet in Hirſaugienſi chronico *Trithemius* †, cum quibus in viam redit fere MS. ille maior, dicens, *hunc tantum præfuiſſe annis IV*, cum illi dicant IX. *Diuerſimo de ſcribitur.* *quando obiit.*

* 1) In *annal. Hildeshemenſ.* p. 719 *Ruodbertus*; in *necrologio Fuldenſi* p. 764 *Ruotbertus*; in *chronico VVirzburgenſi* p. 508 *Ruobbertus*; in *Chronographo Saxone* p. 189 & *necrolog. Hildesheimenſi* p. 763 *Rothbertus*; in *Ditmaro* lib. III p. 342 *Robertus*; in tabulis *Othonis II* eccleſiæ Mindenſi datis apud *VVatenſtedium* in chronico Mindenſi p. 11 *Radbertus.*

2) Illuſtri apud Saxones genere natum fuiſſe, chronicon tradit *Magdeburgenſe* mſcr. *Quo* (Hattone) *poſt annum ſubtracto ſucceſſit Rotbertus, ex nobiliſſimo Saxonum, ſicut adhuc perſpicuum eſt in his, qui ex eius genere deſcenderunt, & primus inter Principes regni.*

† 3) Longe aliter veteres, quippe qui omnes an. DCCCCLXXV fatis illum conceſſiſſe dicunt. *Necrologii Fuldenſis* excerpta l. d. *an. DCCCCLXXV Ruotbertus Archiepiſcopus. Annales Hildesheimenſes* p. 719 *ac in eodem anno* (DCCCCLXXV) *Ruodbertus Archiepiſcopus obiit, cui VVilligiſus ſucceſſit.* Chronicon *Magdeburgenſe* mſcr. *DCCCCLXXV Rotbertus Mogontinæ ſedis Præſul obiit. Chronographus Saxo* ad h. a. p. 189, *Rothbertus Archiepiſcopus Mogontienſis obiit, cui ſucceſſit VVilligiſus.* quo anno Rupertum fato ſuo functum chronicon etiam indicat *VVirzburgenſe*, tametſi verbis, quæ ſequuntur, annum DCCCCLXXVII præfixum habeat. Dicit autem; *Ruobbertus Archiepiſcopus Mogontiacenſis annos IV X menſ. obiit.* Quin ipſe etiam *Trithemius* chron. Hirſaug. recogniti parte I ad an. DCCCCLXXV p. 118. Conſ. quoque *Ditmarus* l. d. Vtrum vero firmiter illi, dubites adhuc. Vide, quæ dixi lib. V ſequenti, in *VVillegiſo*, ad § I.

4) Quod ad diem, obiiſſe videtur Id. Ianuar. *Necrolog. Fuldenſe* l. d. *Ruotbertus Archiepiſcopus Id. Ianuar.* ſimiliter & *Hildeshemenſe* l. d. *Id. Ianuar. Rothbertus Archiepiſcopus.*

5) Ceterum *Trithemio* in chron. Hirſaug. l. d. p. 116 *vir* dicitur *ingenio manſuetus, & vita conuerſatione tranquillus*, qui tamen *propter breuitatem regiminis ſui tantum prodeſſe non* potuerit, *quantum pro ſua bona voluntate coram Deo & hominibus eſſe* peroptarit.

II Re-

MS. minoris de eo locus. Edit. I pag.

II Rerum ab eo geſtarum mihi lectum nihil: ſed nec MS. minoris compilatori; qui tria tamen non prætereunda inſerit. *Primum* eſt, cauſſam, cur de illo tam parum legatur, eſſe, quod *præceſſoris ſui exitio perterritus, ſe nimia ſtrauerit humilitate, ſuæque tantum ſaluti conſulens, nullo vel opere vel ſcripto ſuum ad poſteros nomen arroganter deriuarit.* Sed exploſa iam hæc fabella, & ſi tam horribile fuit Hattonis ob ſuam in egentes feritatem ac ſæuitiam exitium, quam benigna, quam munifica, & liberalis in eoſdem huius manus fuiſſet? Atque hoc nonne prædicatum, litteriſque proditum fuiſſet? Rabani ſane in pauperes beneficentia præconibus, vti ſupra viſum eſt, non caruit. Et nunc tanto magis celebraretur Ruperti benignitas, quanto recentior & deteſtabilior fuiſſet Hattonis crudelitas. Nam contraria iuxta ſe poſita eluceſcunt magis. Aut vero ſi & Rupertus fuiſſet reſtrictior, nonne omnium & linguis & ſtilis, qui tam recenti & horribili exemplo commotus haud eſſet, perſtringeretur? *Alterum* eſt, Ruperti huius tempore a Reuerendo & Nobili viro, maioris eccleſiæ 711
Moguntinæ Præpoſito *Theodorico*, qui poſtea Treuirenſium Archiepiſcopus fuit, exſtructam hic Moguntiæ dotatamque S. Gangolfi eccleſiam, quæ nunc in arcis templum conuerſa *. *Tertium*, fuiſſe Rupertum hunc e Lotharingiæ Ducibus, *cuius multæ*, inquit idem MS. *in Spanheim hodie monſtrantur reliquiæ.* At permiſcet
c. 35 compilator hic *S. Rupertum*, cuius vitam lib. II dedi, cum Archiepiſcopo hoc *Ruperto* noſtro, vt ex illa ipſa vita, in qua etiam anno ætatis ſuæ XX mortuus ſcribitur, clarum eſt, & ex iis, quæ de illo Sancto plura ſparſit in Sponheimenſi chronico *Trithemius*, inter quæ de reliquiis hæc: *Anno MCL. Bernhelmus Abbas, interuentu Comitis Megenhardi fundatoris, ab Henrico Archiepiſcopo Moguntino, & ſanctæ Hildegarde dextrum crus beati Ruperti, Confeſſoris & Ducis ſupradicti, a genu infra vſque ad pedem ſeu talum, cum pelle, carne, & oſſibus integrum obtinuit, quod cum magna reuerentia & honore huic monaſterio ſuo Sponheimenſi aduexit.*

* At vide, quæ dixi de origine, fatiſque Collegiatæ huius tomo II ſect. II.

an σύγχρονος ei Rupertus, Rex Franciæ?

III Sed fuit noſtro huic Archiepiſcopo Ruperto σύγχρονος Rupertus alius, de quo in Hirſaug. chronico idem ita ſcribit *Trithemius*: *Claruit his temporibus Rupertus, Rex Franciæ, vir iuſtus, doctus, pius & religioſus, monachorum, clericorum, omniumque litteratorum hominum amator ac defenſor, qui, inter alia ingenii ſui opuſcula, compoſuit Sequentiam illam de Spiritu ſancto, quam nos in ordine noſtro, ſecunda & tertia die Pentecoſtes, in Miſſa canimus, quæ incipit*: Veni ſancte Spiritus, & emitte cælitus lucis tuæ radium. *Reſponſorium quoque*, Iudæa & Hieruſalem. *Illudque de ſancto Petro Apoſtolo*, Cornelius centurio, *cum multis aliis edidit. Tantæ autem religionis fuit, vt in Sanctorum relatus catalogo, multis coruſcauerit miraculis* *.

* In editione vero Sangallenſi ad annum DCCCCXCV p. 141 verbis paullo aliis, iiſque pluſculis quidem. Verum vero, quod auctor vult, Robertus hic Franciæ Rex Ruperto noſtro σύγχρονος dici queat, fere dubites. vix enim in lucem editus fuit, quum diem ille obiit.

Mariani errata.

IV In *Mariano Scoto* editionis Baſilienſis erratum aliquoties. 1, dum Ruperti mors in anno DCCCCLXXV ſtatuitur. 2, dum eius mortis narratio ibidem non abſoluitur, ſed, interpoſito anno DCCCCLXXVI, & narratione de Benedicto Pontifice, tandem dicitur, *Moguntinus obiit.* 3, dum Rupertus *Dung* ibidem nomina- 712
tur, pro Rupertus *Domnus* honeſtiſſimus, vt *Marianus* loquitur MS. Quis autem & quomodo dicatur *Domnus*, dixi in libello *de Lutherana Litaniæ correctione* numero XXXIX. Eodemque modo inuenitur non nuſquam *Domna. Venantius* l. VI de Brunichilde: *Quis crederet, audi Hiſpanam tibimet Domnam Germania naſci.* Et lib. VIII *Domna Rhadegundis.* & paullo poſt: *Domna mea Maria Virgo.* Sic enim habet e MS. correcta & aucta Moguntina editio. Rurſus in Ottonum hiſtoria, *Roſvvitha*:

At Regis noſtri venientes denique miſſi
Ad fratrem Domnæ. qui ſcilicet Angliæ Rex erat.

MOGVN-

Edit. I pag. 713

MOGVNTIACARVM RERVM
LIBER V.

De iis,

Qui S. BONIFACIVM in Archiepiſcopali Moguntini gregis paſtione ſequuti, Electoriſque Imperialis dignitatem conſequuti ſunt, Archiepiſcopis.

MAGNA per ſe Archiepiſcopalis dignitas: magna per ſe Septemuiralis. Quid ambæ inſimul? Quid in vno eodemque iunctæ & conſociatæ? Monſtrauit ſuperior quartus liber Moguntinos Antiſtites, quos prior illa magnopere condecoraret dignitas: Quintus vero hic, qui idem operis huius vltimus, eos in omnium contutu ponet, quos exornat vtraque; felices quotquot & exornarunt vtramque ipſi. Gemina enim ſparta, geminuſque, qua Domini gregem pie ac vigilanter paſcendo, qua ſacrum Imperium ſtrenue ac ſapienter iuuando, labor geminam iis apud Deum & homines coronam feret. Sunt enim e ſapientis ac generoſæ mulieris illius * domeſticis, & quidem præcipui; qui contra hiemis frigora, niueſque omnes *veſtiti ſunt duplicibus.*

* Prov. 31, 10 & 21. D. Greg. 1 Reg. 2.

714

VVILLIGISVS.

I

VNa omnium de Willigiſo ſcriptorum vox eſt, fuiſſe Saxonem, e villa Stromingen de *Schöneburg*, humili ortum genere, parente hamaxurgo, qui, victus quotidiani cauſſa, rotas & plauſtra conficere ſoleret. In *Ditmari* ſane hiſtoria legimus, cum Willigiſum vtero geſtaret mater, vidiſſe ipſam in ſomnio ſolem ſuo e ſinu fulgere, terramque totam flammantibus replere radiis. *Quia*, inquit ille, *multorum corda eſſet illuminaturus, eo quod ad ſalutem patriæ a Deo eſſet datus.*

Vario ſcribitur.

1) Variis *VVilligiſus* nominis flexionibus, terminationibusque apud veteres ſcribitur; quas qui noſſe cupit, adeat *Schlegelium* in epiſtola de codice Willigiſano p. 9 & ſeq. In tabulis Othonis II Alſteti an. DCCCCLXXIII datis apud *Fellerum* in monument. variis ineditis n. IV p. 16 *Quilliſus*; in ſupplementis ad *Königshovii* Chron. Alſatic. e codice mſcr. Conradi a Dunzenheim p. 424 ad cap. II § CLXIII p. 111 eſt *VVilichum*. *Zu den ziten vvas Biſchoff* Wilichum *zu Menz, faſt ein ſelig Man.*

Schöninga natus eſt.

2) Non *Strominga*, ſed *Schöninga* oriundum fuiſſe, plerique dicunt. Schöninga autem, vulgo *Schöningen*, Brunſuicenſis ditionis eſt oppidum, vno milliari Helmeſtadio diſtans; quod *Botho* chron. picturat. ad annum DCCCCXXVII p. 305 Henrici Aucupis opus eſſe nugatur.

3) Humilis conditionis parentibus, patre quidem hamaxurgo, natum, vna omnium vox eſt ac ſententia, quam auctor vel ipſe ſequitur. Vnde videas, lapſum memoria Illuſtrem *Leibnitium*, dum alicubi ſcripſit *; *Serarius in libro de rebus Moguntiacis oppugnauit ſententiam eorum, qui VVillegiſum Archiepiſcopum pro filio carpentarii habuerunt.* Tantum enim abeſt, illorum opinionem vt impugnarit Serarius, vt potius in eandem ipſe concedat. Ceterum *Ditmari*, quæ auctor adduxit, verba legas libro eius III, p. m. 342. *humili genere.*

* referente *Fellero* in mantiſſa miſcellan. § XVIII p. 418.

II Prima igitur ætate in bonis litterarum ac morum ſtudiis egregie poſita, quia ingenio, doctrina & virtute inſigni pollebat, eo peruenit, vt Imperatoris Ottonis II Archicapellanus fieret, tandemque anno DCCCCLXXVII Archiepiſcopus Moguntinus; in eaque Archiepiſcopali dignitate annos egiſſe XXXIV arbitrantur *Trithemius*, *Lambertus*, & *Marianus*; XXXV *MS. minor*, qui *emerſit ad dignitatem.*

by Google

addit menſes ſex, dies ſex, quod conuenit cum eo, quod ait *Bruſchius* fere XXXVI annis præfuiſſe. Et omnes quidem (præter mendoſum MS. maiorem, qui XXX tantum annis ſediſſe ait, & anno MVI mortuum) eum anno MXI tradunt luce hac frui deſiiſſe: ſed eius initium repetunt quidam ab anno DCCCC-LXXVI, vt *Bruſchius*. Geſſit autem admodum præclara multa.

Ellie. II pag.

1) Enimuero Canonicus primum fuit Hildesheimenſis, ſi quidem *indiculo Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, eccleſiæ Hildesheimenſis olim Canonicorum*, quem primus in lucem *Leibnitius* protulit, ſtandum; iis enim ibi adnumeratur p. 769. Poſt regius factus eſt Sacellanus: dein circa an. DCCCCLXXII Cancellarius, ac tandem Archipræſul Moguntinus.

quando factus ſit Archiepiſcopus

2) Quo vero Pontificatum Moguntinenſem anno adierit, controuerſum eſt. *Ditmarus* lib. III p. 342, *Chronographus Saxo* p. 189, auctor *annal. Hildesheimenſium* p. 719, *Trithemius* chron. Hirſaug. parte I p. 118 anno DCCCCLXXV Archiepiſcopum factum volunt. Auctor *Serarius* vero anno demum DCCCCLXXVII, quo Rupertum etiam obiiſſe ſtatuit, vt ex antecedentibus patet. Nec aliter *Mallinkrot* de Archicancellariis Imperii p. m. 268. Quod vti aperte erroneum eſt, ita neſcio, an priorum quoque ſententia ſtare poſſit, ſi quidem tabulis, quas in codice diplomatico attuli, haud deneganda fides. Alteræ ſunt *Othonis II*, datæ *VIII Kalend. Februar. anno DCCCCLXXIV, indictione II, anno regni XIII, imperii vero VII, Tretmeny* ſiue Tremoniæ, in quibus ſedi Moguntinæ omnia a Regibus deceſſoribus ac Imperatoribus ei conceſſa priuilegia confirmat, idque *ob interuentum*, vt loquitur, *dilectiſſimæ coniugis noſtræ Theophane, nec non fideliſſimi noſtri* » Willegiſi, ſanctæ Moguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopi. » *Folckmarus Cancellarius vice* Willegiſi Archicapellani *notauit*. Alteræ ſunt *Benedicti VII*, P. M. ſcriptæ per manum *Stephani Notarii ſanctæ ſedis, in menſe Martio; indictione tertia* (quam in annum DCCCCLXXV incidere notum) quibuscum ei pallium transmittit, & πρωδρίας concedit priuilegium.

3) Vtcunque vero ſe res habet; id certum, eum iam anno DCCCCLXXV regimen eccleſiæ Moguntinenſis tenuiſſe. Teſtimonio nobis ſunt tabulæ Othonis II, IV Kalend. Iul. datæ, quas *Knautius* eruit, ac in antiquitat. pagorum & Comitatuum Principatus Anhaltini § LVIII p. 33 dedit; aliæ itidem in gratiam Collegiatæ SS. Petri & Alexandri, quæ Aſchaffenburgi eſt, eodem hoc anno IV Kal. Sept. confectæ. Vtrasque enim *Folcmarus Cancellarius vice* Willegiſi Archicapellani *notauit*.

4) Mitram vero Moguntinenſem conſecutus fuit, multis, quod humili genere natus eſſet, ſubiratis. *Ditmarus Merſeburgenſis* l. d.

5) Dein anno (DCCCCLXXV) dicto a Pontifice Benedicto VII non ſolum honoris Archiepiſcopalis inſigne, pallium, obtinuit, verum etiam primum a Pontifice Maximo locum in tota Germania atque Gallia, in omnibus eccleſiaſticis negotiis, h. e. in Rege conſecrando, & ſynodo habenda. Fide ſcribo Diplomatis, de quo ſupra.

a Benedicto pallium obtinuit.

6) Eodem negotiis publicis tempus accommodans, Othoni præſto fuit Magdeburgi, &, alias curas inter, de transferendo Tangmareſteldenſi in caſtellum Nienburgenſe cœnobio, quod tum agebatur, negotium conſenſu ſuo Cæſaris ex ſententia decidit. Teſtatur id ipſum Otho in tabulis, quarum ſupra mentionem feci, apud *Knautium* l. d.

Magdeburgi fuit cum Cæſare.

7) Inde rebus eccleſiæ ſuæ tuendis amplificandisque ſe omni dedit ſtudio. Anno certe ſecuto (DCCCCLXXVI) D. Diſibodi inſtaurauit monaſterium, vt *Marianus Scotus* ad h. a. p. m. 448, & *Trithemius* in Hirſaugienſi prioris editionis ad an. MCXXXVIII (quos auctor § ſequenti adduxit) habent. Signanter *Adelbertus I* Archiepiſcopus in tabulis, de quibus alias; *VVillegiſus — volens deuotionis ſuæ qualescunque primitias Deo offerri, præfati Confeſſoris Montem, quoniam tempus miſerendi eius inſtabat, conſcendit, & cum locum penitus deſolatum, & omnem diuinum cultum inibi in neglectum veniſſe conſpexiſſet, pietatis viſceribus motus, eccleſiam ibi fundari & extrui præcepit.*

Diſibodenbergenſe cœnobium inſtaurauit.

Albertum Epiſc. Pragenſem ſacrauit.

III Anno DCCCCLXXVIII Adelbertum illum ſanctimonia, martyrioque præſtantiſſimum in Pragenſem Epiſcopum ſacrauit, vti narrat eius vitæ auctor apud *Surium* tomo II in Aprili, & manuſcript. minor, qui de eo idem anno DCCCCXCIV. *Reſtaurauit* (inquit *Marianus Scotus*) *diuinum officium, in monte Sancti Diſibodi cum Canonicis, quod Hatto præceſſor eius, vel huius Ruperti Archiepiſcopi, deſtruxit, expulſis inde monachis.* Et videtur eſſe, qui *in honorem duodecim Apoſtolorum, ibidem duodecim clericos inſtituit*, vt in S. Diſibodo *Hildegardis* ait. *Trithemius* vero in Hirſaug. *Anno*, ait, *MCXXXVIII in die Paraſceues poſt matutinas apertum eſt ſepulchrum S. Diſibodi, Epiſcopi quondam in Hibernia, qui pro CHRISTO peregrinus in mundo factus, manſionem in Comitatu Spanheimenſi, ordinante Domino, elegit, ibique monaſterium noſtri ordinis non multo poſt obitum S. Patris noſtri Benedicti in vertice montis fundauit, in quo multitudinem monachorum congregans, ibidem poſt completum vitæ curſum in Domino quieſcens ſepultus eſt. Hoc vero monaſterium nimia antiquitate collapſum per Willegiſum Archiepiſcopum Moguntinum de nouo conſtructum eſt circa annum Domini DCCCCLXXVI.* Sed illud *circa* debet

715

accipi

Digitized by Google

Edit. I pag.

accipi poſt DCCCCLXXVI, cum anno DCCCCLXXVII factus ſit Willegiſus Archiepiſcopus: & *circa* contineat quod *prope* eſt, *ante* vel *poſt*.

Godehardū Herſfeldam deduxit.

IV Herſfeldenſi monaſterio præfecit S. Gothardum, prout in huius vita cap. VIII ita narratur: *Perductus in Herſfeldenſe monaſterium Gothardus a Vuilligiſo Archiepiſcopo Moguntino, & ab eodem accurate inſtructus, vt quemadmodum bene nouerat, probe recteque ſe gereret, ipſo primo aduentu ſuo Deo gratias agens, &, vt ab illo in præteritis, præſentibus, & futuris dirigeretur, ſollicite orans, principio quidem, iuxta canonis monaſtici præcepta, duriora & aſpera monachis propoſuit, ſed tamen rogatus ab Archiepiſcopo copiam eis fecit ea cum ipſo conſectandi, aut quo illis viſum eſſet, diſcedendi.*

Interrumpit hic auctor annorum ſeriem. Godehardum enim Willigiſus anno demum MV in monaſterium Herſfeldenſe deduxit, vt infra ad § XIV n. 7 patebit.

Moguntiæ ædem metropolitanam ſtruxit.

1) Ceterum, vt ordinatim procedam, ipſe anno DCCCCLXXVIII Moguntiæ ædi maiori ſtatuendæ admouit manum. *His temporibus*, ait *Trithemius* l. d. ad a. d. p. 120, *Willegiſus reuerendiſſimus Moguntinenſium Archiepiſcopus maiorem eccleſiam de domo S. Martini nouam a fundamentis pulchro tabulato lapideo pretioſiſſime exſtruere cœpit.* Conf. §. VI, quo auctor hac de re, ratione temporis haud habita, loquitur.

Collegiatæ Aſchaffenburgenſi bona impetrauit.

2) Anno DCCCCLXXX Collegiatæ *SS. Petri & Alexandri*, quam Otho, Sueuiæ ac Boiariæ Dux, ſtatuerat, villam *Aſchaffa* vna cum decimis impetrauit; vt plenius e tabulis Othonis II, quas alias exhibebo, cognoſcere licebit.

Othonem Ducem ſepeliuit.

3) Qua vero erga domum regnatricem fide ſemper fuit ac obſeruantia, Othonem, Ludolfi filium, Othonis I nepotem, Boicæ Ducem, anno DCCCCLXXXII in reditu ex Italia fatis functum, Aſchaffenburgi honorificentiſſimo apparatu terræ mandauit. Præter *Trithemium*, qui in chronico Hirſaug. ad ann. DCCCCLXXXI p. 123 in litteras id miſit, poſteris, epitaphio ei poſito, indicauit *Henricus Regerman*: quod, quum paucis notum ſit, huc adferre non inconſultum duxi. Sic autem habet:

*Othoni, Othonis II Caſ. Aug. ex fratre Ludolfo Magno nepoti, Sueuorum, Bauarorum, Saxonumque Duci inclito, ſacra huius ædis conditori ac dotatori largiſſimo, monumentum hoc fieri pia curauit poſteritas. Qui, dum patruum Imperatorem in Italiam contra Græcos, Saraceno Mauroque militibus inſtructos, Calabriam atque Apuliam infeſtantes, comitatus; profligatisque inde hoſtibus in Germaniam rediret, in alpibus vita deceſſit, anno Chriſti Opt. Max. IXCLXXXII, prid. Kalend. Nouembris, cuius corpus huc delatum VVиligiſus Archiep. Mog. Ida matre eius chariſſima, Hermanni Sueuorum Ducis filia, ac cum * Anctilda ſorore, ſacratarum virginum primaria, præſentibus, celeberrime ſepeliuit. Luchardis vero coniux ipſius atque Hildegardis filia Abbatiſſa pietate inſignes, huius in oppoſito poſtea tumulata ſunt ſarcophago. Quibus beatorum gaudia, quisquis ades, oro, preceris. Henricus Regerman, Cuſtos huius Canonicusque templi, patrono bene merenti poſuit anno a Chriſto nato MDXXV.*

Lec Anctil. da

In memoria æterna erit iuſtus. A ditione mala non timebit.

Cum tumulum cernis, cur non mortalia ſpernis?

Tali namque domo clauditur omnis homo.

* *I, Mathilda* nata an. DCCCCXLIX, *Continuator Rheginonis.* ad h. a. mortua an. MXI, *Chron. Quedlinburg.* p. 288.

Retharium conſecrauit.

4) Sequenti Spiræ Retharium, Epiſcopum Paderbornenſem, conſecrauit: quod a Iacobo Wimphelingo in faſtis Epiſcoporum Argentinenſium annotatum *Schatenus* lib. IV annal. Paderbornenſ. ad an. DCCCCLXXXIII p. 327 repetiit.

Bonum à Cæſare obtinuit beneficium.

5) Tum vero Veronæ Cæſari adfuit, ab eoque non ſolum iurium omnium, quæ ſedes Moguntina tum Bingæ habebat, confirmationem obtinuit, verum etiam quicquid Imperator ibidem ad id vſque temporis habuerat intra iuxta atque extra oppidum. Docent id litteræ, quas in codice habes diplomatico.

Othonem III inaugurandum Aquisgranum deduxit.

6) Dein Othonem III, Othonis II filium, patris iuſſu anno hoc vertente Aquisgranum deduxit, & Ioanni Archiepiſcopo Rauennati, qui ab Imperatore hanc in rem ex Italia miſſus, feſtis cum cæremoniis ipſo natalis Chriſti die inungebat, adſtitit iuxta atque operam dedit. vid. *Schatenus* l. d. qui quidem hac ratione auctorem *vitæ Meinvverci*, qui Rauennatem, *VVolfherum*, vitæ S. Godehardi ſcriptorem, qui Willigiſum, & *Ditmarum*, qui vtrumque munia auguſtalia ſubiiſſe ſcribit, conciliat; vt nimirum tres Archiepiſcopos conueniſſe exiſtimet, primas vero partes Rauennatem cenſeat peregiſſe.

eumque ſeruauit.

7) Poſt autem, quem elegerat, Regemque ſalutarat, aduerſus Henrici Boii machinationes tam conſtanti proſecutus fide eſt, vt vnus omnium maxime æmuli manibus extorſerit illum, imperioque ſeruarit. Id quod *Ditmarus* lib. III p. 348 & *VVolfherus* in vita Godehardi cap. I p. 485 referunt, luculenterque teſtantur.

Ottonem III educaſſe dicitur.

V Anno DCCCCLXXXIII cum e viuis exceſſiſſet Imperator Otto II, filiumque paruulum Ottonem III reliquiſſet, aliique Henricum, Bauariæ Ducem, Ottonis I ex Henrico fratre nepotem, alii puerum hunc Ottonem III Regem vellent, fuit inter Principes diſcordia nonnulla. Quæ tamen in Ottonem poſt-

ſtea concors extitit; ſed ita, vt Willigiſus interea puerum educaret, imperiumque tantiſper, dum ætate iudicioque eſſet ille corroboratior, gubernaret. Præſtitit vtrumque feliciter Archiepiſcopus; ſed ita, vt regni anni ſtatim ab anno DCCCCLXXXIV Ottoni puero tribuantur, prout in *Mariano* cernere eſt. Edit. I pag.

1) *Dodechini* auctor hic premit veſtigia. Ille enim ad an. MCLX. p. 475 ait; *Temporibus Othonis Imperatoris huius nominis III, præfuit eccleſiæ Moguntinæ VVillegiſus, Archiepiſcopus memoria dignus: qui ipſum Othonem adhuc valde puerum & Imperatorem educauit, & interim per XVI annos Romanorum rexit Imperium.* In eandem fere ſententiam *Botho* chron. picturat. ad an DCCCCLXXXIV p. 314; *De Biſchop to Collen vnde to Mentz vveren ſine Verſtender.* *Ditmarus* contra, aliique ſuppares matrem auiamque pueri auguſti pariter atque Imperii curam quam maxime tum geſſiſſe tradunt.

2) Ceterum, ſub id quoque tempus Volcoldum, Epiſcopum Miſnenſem, quem vt filium ante educarat, a Boiemis ſede pulſum, benigne excepit, ac pluſculos menſes Erfurti quam liberaliſſime habuit. *Ditmarus* l. d. p. 348.

Volcoldum exulem benigne excepit.

Moguntiæ adem D. Stephani ſtatuit, D. Victoris ampliauit.

VI Aedificauit Maguntiæ *metropolitanam eccleſiam*, itemque illam, quæ *S. Stephani* dicitur: & eam, quæ *S. Victoris* eſt, ampliorem ornatioremque reddidit. Nam de illis ita anno DCCCCLXXVI *Marianus*: *Inprimis capit ædificare monaſterium S. Martini, qui conſtruxit etiam S. Stephani. ibique ſepultus eſt.* De hac vero & illis ſimul *Tritbemius* in Hirſaugienſi chronico: *Willegiſus vir bonus & DEI cultor inſignis conſtruxit eccleſiam S. Martini Epiſcopi, quæ maior dicitur, & S. Stephani protomartyris. in qua & ſepultus eſt. Monaſterium quoque S. Victoris extra Moguntiam ampliauit: & multis eccleſiis, monaſteriisque multa bona fecit.* Cur vero eum non conſtruxiſſe, ſed *ampliaſſe* illam S. Victoris eccleſiam dicat *Tritbemius*, patet ex dictis in vita S. Bonifacii ex Willibaldo: & ex iis, quæ MS. minor dicit; olim ſcilicet eo loco fuiſſe *monachos*, idipſumque monſtrari ex ornamentis eccleſiæ illius vetuſtioribus, in quibus cincti monachi phrygionico intertexti opere; quæ prædiis ab Ottone dotata. 716

De *metropolitana*, quam excitauit, iam ſupra nonnihil dixi ad § IV n. I. De *S. Stephani* vero, & *D. Victoris* æde alias, & quidem peculiari de vtraque ſchediaſmate.

De Burchardo, quem Collegio D. Victoris præpoſuit.

VII Eiuſdem vero eccleſiæ S. Victoris priorem tenuitatem, poſterioremque amplificationem indicat is, qui B. Burchardi Wormatienſis vitam deſcripſit, quique cum beato illo vixit. Sed quia multa ſimul alia, quæ Willigiſi, aut vt ipſe appellat, *Willegoſi* noſtri mores ac ſapientiam indicant, adiungit, illius tranſſcribam verba: *Erat igitur*, ait, *Burchardus in prouincia Haſſia genitus, parentibus ſecundum ſæculi dignitatem non infimis. Hic nempe puer commendatione parentum apud Confluentiam canonice primum nutritus, deinde per loca diuerſa, cauſſa ſtudii, directus eſt, poſtea vero Willigiſo Moguntinenſis ſedis venerabili Archiepiſcopo ſe adiunxit, illiusque ſalutari ſapientia repletus, &, ſecundum ſuos nobiles mores, imbutus. Quanquam ætas denegaret, vitioſa facta fugiendo vitabat, & ad meliora paullatim animum torquebat. Nam poſt primæuum iuuentutis florem, omni bonitate refulſit præclarus: in iuſto ſtabilis, in commiſſo fidelis, in conſilio prouidus, in proſperis non elatus, in aduerſis non turbatus, ſublimioribus obediens, egenis compatiens, miſeris affabilis, miſericors* 717 *ſubditis, multum largus, moribus honeſtiſſimus, atque in omni opere ſtrenuus. Patientiam in eo laudare neceſſe non eſt: cum ſibi ſeruientibus, quanquam ſæpe contra illum delinquentibus, nec vllum contradicendo aliquando obiiceret verbulum. Iſtis quippe, hiſque ſimilibus pollens virtutibus, per ſingulas graduum ſcanſiones, ad Diaconatus ordinem ab Archiepiſcopo ſublatus eſt, & loco cuidam pauperrimo præpoſitus eſt. Hunc ergo locum, Archiepiſcopo adiuuante, ſummo niſu ſtatim adauxit, totiſque viribus decorauit. Nam egregium monaſterium ſimul & clauſtrum Canonicorum in honore ſancti Victoris ibidem conſtruxit, poſitiſque, ad electionem fratrum, clauſtri primatibus, curſum certis temporibus ac ſignis decantari, ſeruarique præcepit. Et ita rebus eccleſiaſticis ſecundum regulam Canonicam rite ordinatis, prædia & mancipia multa, quæ vel traditione parentum, vel donatiuo regio acquiſierat, huic eccleſiæ in proprium contulerat, ſicque piis viri huius laboribus laudes & gratiarum actiones officio quotidiano in loco prædicto DEO noſtro perſoluuntur. Ergo religioſiſſimus Willigoſus ſanctam hominis DEI intelligens meditationem, ſibi familiariſſimum elegit, & ſuæ cameræ magiſtrum ac ciuitatis primatem conſtituit. In quo officio non*

ſolum

Digitized by

Edit. I *ſolum apud homines, ſed etiam apud Deum præmia lucratus eſt ſempiterna: quia neque muneribus neque donis, nec alicuius perſonæ reſpectione a rectitudinis calle reflecti potuit, ſicut quidam, quos modo plerumque, aut amicitia, aut inuidia a iudicio recto facile labi conſpicimus. Ex his, aliisque plurimis pietatis ſtudiis creſcente fama beati viri, ad aures Imperatoris Ottonis III notitia eius peruenit: qui, vt erat piiſſimus, valde illum dilexit, & ſæpe ad ſe venientem clementer ſuſcepit, ac diuerſis donis onuſtum honorifice remiſit, gratiam ſibi promittens eſſe futuram.*

718 Et poſtea: *Imperator de Italia regreſſus Saxoniam ingreditur, & in locum, qui dicitur Kirchberg, peruenit. Illuc Epiſcopus Moguntinus, & cum eo venerandus Burchardus ad Imperatorem venit. Imperator Archiepiſcopum honorifice ſuſcipiens cauſſam Wormatienſis Epiſcopatus illi expoſuit, duorumque virorum mirabiles interitus omnino narrauit. Et poſt multas confabulationes Imperator per feneſtram proſpiciens, Burchardum vidit, quem ſtatim celeriter ad ſe vocauit. Et arripiens manum, ſeorſum duxit, quid frater eius pro eo rogarit, quidve ſibi demandarit, diligenter expoſuit. Ac deinde epiſtolam, quam in ſacculo reſeruauit, illi aperuit. ſicque Wormatienſe ſacerdotium illi offerre cæpit. Cumque ille multum reniteretur, ſeque indignum eſſe pontificale officium ſuſcipere contenderet, Imperator vehementer inſtans, quaſi vi, ad ſuſcipiendum eum compulerat. Tandem conſpiciens, quia potenti reſiſtere non poſſet, vt cum ſeniore ſuo, Archiepiſcopo, cauſſam deliberaret, expoſcit. Quo impetrato & ab Archiepiſcopo accepto conſilio, quia Imperator iuſſiſſet, ſe paſſurum promiſit. Hoc cum diceret, omnium qui aderant lachrymis obortis, illius digniſſimis meritis committitur virga paſtoralis. Poſt aliquos autem dies licentia ab Imperatore accepta, cum Archiepiſcopo in locum Heilegenſtat peruenit, ibique ſacerdotalis officii infulam accepit. Sequenti autem die pontificialis benedictionis vnctione venerabiliter conſecratus eſt. Deinde poſt multas ſalutationes, diuerſasque amplexiones ab Archiepiſcopo honorifice dimiſſus, ſibi commiſſum Epiſcopatum viſitauit, Wormatiamque venit.* Hactenus auctor ille. Sed notat citatus MS. minor anno Domini DCCCXCVII, Indict. I multis in Thuringia prædiis eandem fuiſſe dotatam S. Victoris eccleſiam.

VIII Anno DCCCCLXXXVI translatas a Theophana Auguſta S. Albani Angli martyris reliquias Coloniam refert MS. ſed cum Moguntiæ hærerent, per-
719 nicisse precibus Willegiſum, ne domeſtici martyris Albani nomen vel cum illo confunderetur vel obſcuraretur, vt aduena ille vocaretur *Albinus*. Quod etiam, vt ſupra * dixi, a Colonienſibus S. Pantaleonis cœnobitis in libellum vnum relatum eſt. * l. 2 § 28

Idem dicit *Trithemius* in chronico Hirſaugienſi ad annum DCCCCLXXXIX, quo Theophaniæ Imperatricis memorat ex hac vita diſceſſum, p. 133.

IX Anno DCCCCLXXXVII *dedicauit* (inquit *Marianus* *) *eccleſiam in* Turnilan, *Vigero Comite rogante. Qui Vigerus mox eandem eccleſiam, quæ etiam* Dorlon *nominatur, cum omnibus, quæ in eadem marchia habuit, poſt obitum ſuum ſancto Martino & Epiſcopo Moguntino contradidit.* Aedem Dorlanenſem dedicat.

* p. m. 449. Locum vero hunc *Turnilan* ſiue *Dorlan Schlegelius* vult eſſe *Dornburgum* ad Salam amnem, in Thuringis, infra Ienam oppidulum, l. d. p. 20; motus, vt apparet, verbis *Ditmari* lib. V p. 373; *Deinde ad* Dornburg *veniens VVilligiſum Archipræſulem cum ceteris familiaribus ad Giſilerum miſit Archiepiſcopum.* Atenim fallitur, ſi quid indicare poſſum. *Dornburgum* enim, de quo ibi, non eſt *Dornburgum* ad Salam, ſed *Dorneburgum* ad Albim, palatium olim regium, ac Othonis I opus, in agro, qui ſub Anhaltinorum Principum hodie dominio eſt, extructum, cuius nonnulla etiamnum viſuntur rudera. Vid. *Leuckfeldius* antiquit. Halberſtad. p. 247, *Beckmannus* hiſtor. Anhalt. parte III lib. II c. VI § I p. 343, & § VII p. 346. Rectius *Dorlam* vulgo *maiorem* appellatam intelligit *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § V p. 18. Sic enim ibi, ad hæc prouocans Serariana: *Hic multas ædes ſacras erexit, Collegiatam etiam eccleſiam in* maiori Dorla *liberaliter fundauit, poſt quatuor & quod excurrit ſæcula Salzam tranſlatam.*

2) Alioquin eodem hoc anno Corbeiæ nouæ commoda quoque promouit, & quum ibidem Cæſari adeſſet, precibus ſuis cœnobio luculentum beneficium impetrauit. *Schatenus* l. d. lib. IV p. 331. *Corbeiæ nouæ commoda promouet.*

X Anno DCCCCLXXXVIII vel circiter, a Moguntinis conſulibus & ciuibus ædificata *B. Virgini* ædes, quæ *ad gradus* dicitur, quæque poſtea, vt *ædi B. M. V. valuas donauit aeneas*

infra dicetur, a Sigefrido & Arnoldo nonnihil immutata. Sed huic Willigiſus valuas illas duas æreas, quæ in forum ferunt, donauit. Edic. [illegible]

1) Sunt illæ tum altitudine, tum pondere prorſus inſignes, & inter rariora medii æui monumenta merito referenda. Willigiſi opus eſſe, donumque, hæc, qua exornatæ ſunt, loquitur inſcriptio, ex altera valuarum in alteram vna ſerie procurrens:

WILLIGISVS ARCHIEPS EX METALLI SPECIE VALVAS EFFECERAT PRIMVS.

2) Tum vero eodem hoc anno (DCCCCLXXXVIII) *Gandersheim* fuit, Sophiam, Cæſaris ſororem, ſanctimonialium inſignibus pro more velaturus. quippe a nullo alio niſi Archiepiſcopo velari illa volebat. Quæ res in magnam cum Oſdago, Hildesheimenſi Epiſcopo, ad quem locus iſte pertinebat, contentionem exceſſit, vt *Tangmarus* in vita Berwardi cap. XIV p. 447, *Bodo* in ſyntagmate Gandersheim. p. 497 & ſeq. e recentioribus *Reutelius* chron. Hilleshem. § XIII p. 78., & *Leuckfeldius* antiquitat. Gandershemenſium cap. XXII p. 223 & ſeq. pluribus docent & exponunt.

duos excitauit pontes. XI Anno DCCCCLXXXIX duos idem Pontifex pontes fecit Aſchaffenburgi vnum ſupra Mœnum; Bingæ alterum ſupra Nauam, & hunc in annum etiam confert MS. minor, quod de Dorlan & Lechenburg (*l. lechenburg*) ſupra dictum. Huiuſmodi enim opera, interdum quando cœpta, interdum quando perfecta ſunt, narrari ſolent.

Pontem conſtruxit apud Aſchaffburg, *bene duxit*
Ac pontem per Nahe: *miles tranſit, quoque verna:*
Et bene neceſſe prope Bing Mäuſen *dedit eſſe*,

vt epitaphium infra § XVII habet. Vbi notes velim, vltima verba de ſpecula ſiue turri in Rheno murina intelligenda eſſe, vt bene iam obſeruauit auctor ſupra in *Hattone II* c. IV.

Halberſtadii interfuit inaugurationi ædis D. Stephano dicatæ. 2) Anno DCCCCXCI interfuit dedicationi templi Halberſtadenſis, S. Stephano dicati, d. XVI Octobris, ab Hildiwardo Epiſcopo peractæ, aramque principem honori Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis ſacrauit. *Ditmarus* lib. IV p. 351. auctor *chronici Halberſtadenſ.* p. 117 & ſeq. *Quedlinburgenſis* itidem p. 281, & e recentioribus *Leuckfeldius* antiquitat. Halberſtad. ad an. DCCCCXCI p. 290 & ſeq. quippe quo illam celebratam, aduerſus eos, qui in annum ſequentem id reiiciunt, docet.

Cæſari aſfuit Gruonæ & Tremoniæ. 3) Anno DCCCCXCIII ineunte Cæſari & Gruonæ & Tremoniæ ſua probauit obſequia. Vtrobique vero commodis aliorum promouendis nulli pepercit operæ. Illic ſiquidem precibus ſuis impetrauit, vt Otho parthenoni Quedlinburgenſi curtem Walbeccenſem non firmaret ſolum, ſed alia etiam bona liberali tråderet manu. Hic vero, vt idem Ermenholdo Camerario ſex manſos regales in villa Holzhuſen dicta concederet. Iſtud döcet diploma Gruonæ VIII Id. Ianuar. confectum, quod *Kettnerus* in diplomat. Quedlinburg. ſæc. X n. XXIV p. 31 protulit, ex quo dein *Leuckfeldius* id adiunctis ad antiquitat. Halberſtad. n. XXXVIII p. 664 inſeruit. Hoc vero diploma VI Kal. Febr. Tremoniæ editum, quod *Fellerus* in monumentis variis ineditis n. IV p. 17 e *Sagittarii* antiquit. Thuring. mſcr. dedit.

4) Tum vero, quod auctor § ſequenti notat, Berwardum ordinauit Antiſtitem.

Berwardū conſecrauit. XII Anno DCCCCXCIII Epiſcopum Hildeſienſem conſecrauit S. Berwardum, vti notat in eius vita cap. IV *Tangmarus*, & auctor vitæ *S. Gothardi* cap. XVIII; qui cap. XVII *Willigiſum* vocat *virum in omni Catholica pietate præclarum*, ſed vna in re arguendum, quod *Gandersheimenſe* ſibi ſubiectum voluerit monaſterium: & in hoc ipſo tamen *excuſandum*, 1, quia quæ in monaſterio illo degebat, Ottonis Imperatoris III ſoror velamen non niſi ab Archiepiſcopo, qui pallio vteretur, vellet accipere. 2, quod ad eius loci dedicandam eccleſiam honorificentiſſime inuitatus ter fuerit. 3, quod cognitæ huius poſtea culpæ, demiſſo admodum animo, veniam ſupplex petierit. 4, quod abſque ſimultate vlla ſinceram poſtea, cum eo, qui ei reſtiterat, amicitiam coluerit, Hildeſienſi Epiſcopo. Sic enim citatus *Gothardinus* auctor cap. XIX, *Nouus Rex Henricus primum regni ſui annum in natali Domini inchoauit: cumque coram illo Principes commemoraſſent Epiſcoporum litem, cuius iam ſæpe meminimus, medullitus indoluit, atque vt illa ſedaretur, viſum ei fuit, vt dedicatio Gandersheimenſis eccleſiæ toties impedita, pridie Epiphaniæ Domini, perageretur. Venerunt ergo eo die præſtituto, & dedicationis officium proſecuti ſunt:* 720
peractisque omnibus, Rex, cum Epiſcopis & Primatibus, extra templi fores ad populum proceſſit: vbi tum Willegiſus Archiepiſcopus palam edixit culpam ſuam, iurique & repetitioni loci illius renuntiauit, atque in renuntiationis eius argumentum atque teſtimonium, pedum Epiſcopale Berwardo, vti poſtea in Franconofurdenſi concilio cernere licuit, coram clero & populo condonauit. Atque ita hac lite compoſita, deinceps Præſulem noſtrum omni honore & dilectione proſecutus

Gandersheimenſe monaſterium ſibi ſubiectū voluit.

Edit. 2 p.720 *ſecutus eſt, & in noſtro cœnobio fraternitate honorifice impetrata, ſummam animi beneuolentiam & amorem erga locum & fratres declarauit.*

XIII Anno autem DCCCCXCIV egit ac perfecit Willigiſus, tanquam Metropolitanus, cum Pontifice admodum diligenter ac ſerio, vt Adelbertus Prg[illegible]ſis, qui Bohemorum ſuorum importuniore licentia commotus, quietæ religioſæ- *Strachyquam [illegible] necatur.*

1 que vitæ amore ductus, Romam perfugerat, remitteretur in diœceſin Epiſcopus, ad gregem Paſtor. Sed is iterum aufugit: iterumque redire iuſſus, apud Boleſlaum Polonorum Principem ſubſtitit, quoad a ſuis ſe repudiatum, omninoque non recipiendum intelligeret: tumque admodum gaudens ac lætans in Polonorum, Prutenorum, & Luiticorum ſanctam ad CHRISTVM Dominum conuerſionem ſeſe totum, ad martyrium vſque, dedit. Interea ſibi delegerunt Epiſcopum alium Pragenſes, hominem indoctum, Strabum nomine. Ordinationis autem cauſſa, venit is ad Metropolitanum Moguntinum. *Peractisque omnibus, quæ* (verbis *MS. minoris* narro) *agenda erant, choro litaniam modulante, dum procubuit ſuper tapetia ordinandus inter duos Suffraganeos, arripitur atroci dæmonio* *.

1) * *Dubrauius* lib. VI hiſtor. Bohem. p. m. 46 & ſeq. *Boregk* p. 58 & ſeq. paullo diſtinctius hæc tradunt, quos, ſi velis, inſpicias. Res huc redit. Dum Adelbertus Romæ hæreret, Strachyquas ambit Epiſcopatum Pragenſem. Moguntiæ inaugurandus a dæmone ſtrangulatur. quo caſu non Moguntinus ſolum, ſed Boleſlaus etiam, Strachyquatis frater, exterritus Pontificem Romanum, miſſis legatis, obſecrat, vt Adelbertum ad eccleſiam Pragenſem remittat. Redit Pontificis compulſus auctoritate Adelbertus: ſed nouis Boiemorum exagitatus iniuriis, inuidiæ cedendum ratus, in Poloniam demigrat. Idem etiam narrat auctor *vitæ ſecundæ S. Adalberti*, aliique. ſed *Balbinus* lib. II epitomes rerum Bohemicarum cap. VI in dubium vocat, quod his longe antiquiores id plane taceant, nec etiam vero ſimile ſit, Archiepiſcopum Moguntinum conſecraturum fuiſſe nouum Epiſcopum, viuo Adelberto. *Schminckius* annotat. ad Goldaſt. de regno Bohemiæ lib. V cap. IV n. 3 p. 733.

2) Atenim, quæ ſuperioribus annis Othoni præſtitit officia, illa nec anno DCCCCXCIV intermiſit. Indicio ſunt tabulæ, prid. Kalend. Octobr. datæ, quibus Cæſar ſorori ſuæ Sophiæ quædam bona ad dies vitæ concedit. Dicit enim Otho, *interuentu* cum aliorum, tum maxime *VVilligiſi* ſe id facere. vid. *Leuckfeldius* antiquit. Gandersheimenſ. c. XIV p. 111.

3) Quam curatam vero beneficiorum eccleſiarum vtilitatibus impenſorum ſeruari voluerit memoriam, docet ἐπιγραφὴ, quæ Altævillæ (vulgo *Eltvil*) etiamnum in templo legitur:

1095

Hic cunctis legentibus pateat, qualiter Reginbraht & Irmingart eius coniugata, ad hanc eccleſiam (vnam) vineam & agrum ea ratione tradiderunt, cum vno ſaltu & duobus pratis, vt nulli domino ſubiaceant, ſed ſolummodo altaris miniſtro alimenta perpendant, ac preſertim ipſe miniſter cotidianam Miſſam in vtrorumque ac aliorum Chriſtianorum ſalutem decantet, & in omnium Sanctorum die feſtiuo C & XX eleemoſynas pauperibus de predicto predio expendat, & LX cereos ad hanc eccleſiam afferat. Hoc ſaxum literis inſcriptum huc eſt poſitum gratia & licentia VVilligiſi Archiepiſcopi. Conf. *Brovverus* annal. Treuir. lib. XVII § LXXX p. 205.

4) Hæc aliaque dum fiebant, Collegiatæ D. Stephani, quam ſtatuerat, largos attribuit reditus. Non autem id feciſſe contentus, eidem etiam an. DCCCCXCVI ab Othone III omne prædium, quod Balzo Epiſcopus *in marca Buochinebach* iure tenuerat hereditario, impetrauit. Tabulæ, quibus id perſcriptum, editæ d. XII Februar. legique poſſunt in Collegiatæ huius chronico. *Collegiatæ D. Stephani largos reditus comparanit.*

5) Aeſtate ſequente eodem, quo ſemper ſolebat, obſequio Cæſari præſto fuit Moguntiæ. Teſtis loco producam tabulas II Non. Iul. an. DCCCCXCVI confectas. Dum enim iis Cæſar eidem ſorori ſuæ prædium Eſchwegenſe donat, precibus cum aliorum, tum Willigiſi ad id ipſum ſe permotum fatetur. Vid. *Leuckfeldius* l. d. cap. XIV p. 112. *Moguntiæ præſto fuit, Cæſari.*

6) Neque vero ipſe per id temporis omnis prorſus expers manſit beneficii. Quippe VIII Id. Nouembr. ab eodem Othone III conſecutus eſt *foreſtum* ſiue ſaltum ſat latis in tractu Rheni circumſcriptum finibus, vna cum iure venandi, pro ſe, ſuisque ſucceſſoribus. quo velim conſulas tabulas, quas dedi in codice diplomatico.

7) Sequenti, qui XCVII poſt nongenteſimum illuxit, d. VIII Mart. Heiligenſtadii Burchardum Vormatienſem ordine initiauit Epiſcopali; id quod auctor ſupra § VII ex Biographo Burchardino præcepit. *Burchardum Vormatienſem ordinauit.*

8) Tum vero S. Stephani eccleſiæ ab Othone prædium, quod Balduinus, Traiectenſis Epiſcopus, *in marca Buochinebach, in pago Rangouue* habuerat, obtinuit. Tabulas hac fini editas habes in dicto eccleſiæ huius chronico.

9) Quin, paucis diebus poſt, vt & D. Victoris conſuleret Collegiatæ, ſuis perfecit precibus, vt prædia, quæ Otho in villis *Heiligenmarcha, Grabaha, Merchesleba, Vrenlebo, Cernere, Mellere, Amberon, & Aldengaberono, in pago VVeſtergovve & Vatergovve* habebat, eidem donarentur. Cognoſces id ex tabulis XVI Kal. Aug. confectis, quæ in chronico *D. Victoris* habentur. *D. Victoris Collegiatæ a Cæſare impetrauit bona.*

XIV Cir-

Henricum II eligit, & vnxit.

XIV Circa Domini annum milleſimum, Imperii Elect
ſtituti ſunt, Germani Principes ſex vel ſeptem, vt ſupra dict
plicat vberius MS. minor: addens, anno MIII ſuo iſto iure
ti, in eligendo *Henrico I*, qui *Claudus & Sanctus* vocatu
eccleſiaſtici Electores *Willigiſus* noſter, *Heribertus* Coloni
tamen præſens non interfuit, vt in eius vita refert Rupertus T
boldus Treuirenſis: ſed, vt cum eodem MS. ait *Sigebertus*
vnctus a Willigiſo Moguntino & quidem *Moguntiæ*, teſte L
& citato antea Wormatienſis Burchardi ſcriptore.

1) Sine fundamento dici, Electores tum primum inſtitutos, ad lib. I cap. XXVI & XXVII iam dictum; vt non opus ſit, his confutandis hic immorari.

2) Willigiſum ceteroqui vetuſto Henricum ritu, cæremoniaque Moguntiæ inunxiſſe, præter auctores citatos dicunt *Ditmarus* lib. V p. 367, *Marianus Scotus* ad an. MII p. 449, *Tangmarus* in vita Berwardi cap. XXXIV p. 457, *VVolfherus* in vita Godehardi cap. II p. 486, auctor *vitæ Meinvverci* § XI p. 521, *Chronographus Saxo* p. 214, auctor *annal. Hildeshemenſ.* p. 721, aliique plures.

vnxit & Kunigundam.

3) Enimuero non Henricum modo inunxit ille, ſed non longe poſt, die quidem B. Laurentii memoriæ ſacra, Kunigundam quoque Paderbornæ regio diademate cinxit. *Ditmarus* l. d. p. 369, *Tangmarus* l. d. cap. XXXV p. 457, auctor *vitæ Meinvverci* § XII p. 521.

4) Quibus peractis Henricum honoris cauſa Vltraiectum vſque proſecutus eſt. Ibi vero cum eſſet, ſuis ipſum precibus permouit, vt eccleſiæ Halberſtadenſi deceſſorum ſuorum priuilegia rata haberet, peculiarique diplomate, quod apud *Leuckfeldium* in adiunctis ad antiquitat. Halberſtad. n. XL p. 666 & ſeq. legere eſt, gratioſe confirmaret.

5) Quin, ne quid
rum, anno ſequenti M
lum iuit. Edidit autem
diæ erga miſeros exem
eſſet coniuratorum vn
tum militarem tractus,
xime iam abeſſet a ſu
ſequeretur veniam, fu
gitus, mortique illum
lib. V p. 372.

6) Fractis bello,
atque ſociis, lætus c
an. MIV Dorneburgi
opera. Et primum q
deburgenſem certis cu
rus l. d. p. 373. Dein
functo ſucceſſorem da
Februar. Epiſcopi ritu
l. d. p. 375, *Anony*
p. 282, *Chronograp.*
Botho chron. pictura
gelius l. d. p. 22 per
XCVII refert.

7) Sequenti MV,
eſt, huc vero referri
Hersfeldenſe monaſt
tus Schafnaburgenſis

XV Anno MVI contigit illud *humilitatis* Willegiſi *f*
vt colligitur ex *S. Gothardi* vita c. XIX *.

Iuri ſuo in Gandershemenſem parthenona renunciauit.

* 1) Edit. Leibnit. cap. IV p. 490, vbi diſertim; *Vbi Willegiſus Archiepiſcopus publico ſermone æſtimationis ſuæ culpam profeſſus, iuri & repetitioni eiuſdem loci abrenuntiauit, & in teſtimonium huius abrenuntiationis ferulam Epiſcopalem Domino Bernvvardo, vt poſtea in Francovordienſi concilio claruit, coram clero & populo condonauit.* Conf. *Tangmarus* l. d. cap. XL p. 459, auctor *annal. Hildeshemenſ.* p. 722.

2) Diremta lite, anno MVII ineunte dedicationi eccleſiæ Gandershemenſis interfuit, ac ſolemne Miſſæ peregit officium. *Tangmarus* l. d. auctor *anna*
& e recentioribus *Le*
dershemenſ. cap. VII
ſtadenſ. p. 339.

3) Eodem Cæſari
indicta reuerenter ac
ſcopatu Bambergenſi
ce, manuque ratum
p. 383. Ceteris in
cedentibus, Eberha
ſignatum feſto ordin
marus annalium
§ LXXI p. 47.

Metropolitanam dedicauit.

XVI Anno MIX *eccleſia*, inquit *Lambertus*, *maior*
legiſus conſtruxerat, *incenſa eſt ipſo die conſecrationis ſuæ*
nos, ab eodem Antiſtite *mox reædificatam fuiſſe*, ante ip
eo non perfectam, ſed ab Epiſcopo Bardone, de quo infra
rum ædificiis & ornamentis addidit alia dona quamplurim
idem Archiepiſcopus. Donauit enim crucem illam pre
nomine, de qua ſupra †. rurſumque ingentes illos, mortal
ues calices, de quibus ibidem.

* Conf. *annales Hildesheimenſes* p. 722.

† Lib. I cap. XXXII. Adde *Helvvichium* in notis, tomo II p. 105.

Meinwer-

Ceterum eodem hoc anno Meinwerco, Epiſcopo Paderborn
pontificalem ſollemn
cie impoſuit. Auct
p. 522.

Digitized by Google

Edit. I pag. XVII Anno MXI *cineroſa,* inquit MS. minor, *canitie venerandus, ægritudine letifera decubuit,* Moritur. *Qua inualeſcente plenus operibus bonis, vltimum ſpiritum efflauit in profeſto Matthiæ Apoſtoli* *, *ac in Collegio ſancti Stephani ſepulturæ datur* †, *cum epitaphio*, quod merito *ruſticum* vocat MS. minor, & quod abſque cachinno, vel nauſea legi hodie vix poteſt. Quia tamen geſtarum a Willigiſo rerum in eo ſumma quædam eſt, faciam, quod & in aliis pluribus incultis ac ſilueſtribus adhuc feci. Non enim aut verborum aut verſuum elegantia mihi hic propoſita, ſed hiſtoria, vetuſtatiſque cognitio. Et vero ipſemet *Tullius* quoties, & quam aſperos, hiulcos, & rudes ex Ennio, Pacuuio, & aliis verſus affert! *quos olim* nimirum *Fauni, vateſque canebant.* In Orat. Fuere ſæcula, quibus verſus viſi non inepti, qui ſenis aut quinis quoquomodo pedibus currerent, & certis in ſyllabis ὁμοιοτελευτίαν quandam, a qua & *Leonini* appellantur, haberent, quamuis & ſyllabarum quantitas, & poetica venuſtas abeſſet omnis. Ignoſcendum tempori: & ex inſulſiſſimo etiam inſipidiſſimoque carmine, boni quidquid elici extundique poteſt, id vero nauiter eliciendum ac extundendum. Iſtud autem de Willigiſo, quod ſubiungam, circum S. Stephani turrim, antequam ea deflagraſſet, deſcriptum fuiſſe teſtantur MS. quidam codices, e quibus, varie licet mendoſeque idipſum ii exſcripſerint, exſcribam quam potero fideliſſime.

722 *Saxoniæ villæ* Stromingen *filius ille,*
Nomine VVilgiſus · *Antiſtes tunc bene viſus*
Moguntinenſis: & amicus omnipotentis.
Qui rexit planè regnum ſatis imperiale.
De Schönburgque *datus nobis Saxonia natus.*
Strenuus, & largus, humilis, iuſtus fuit Argus.
Stephanicum in monte templum facit hoc bene ſponte.
Thuringis Derlam fecit, Iecheburque, Valernam.
Vrbe Moguntina ſunt æris & oſtia bina,
Ad gradus valuas Matris CHRISTI dedit ambas.
Templum Victoris quod ſtruxit, ſtat tibi foris.
Pontem conſtruxit apud Aſchaffburg, bene duxit
Ac pontem per Nahe: miles tranſit, quoque verna.
Et bene neceſſe prope Bing Mâuſen dedit eſſe.
C nouies pone, tunc Antiſtitem tibi done:
His ſeptemque dabis, & ſeptuaginta notabis.
Famâ datur iuſta, regnauit ſex bene luſtra.
Sex tu coniunge, numerum tu cernis abunde. al. ſeptem.
M X I CHRISTE deceſſit Epiſcopus iſte.
Matthiæ feſto tumulatus erat. memor eſto.
Veris conſtanter cum Sanctis viuit ouanter,
Non arroganter, ſed humiliter, indubitanter.
Hic eſt tumbatus penes altare ille beatus.
Stephanico templo requieſcit & ipſe, memento.
Nunc ſunt effoſſa ſua dignanter ſatis oſſa.
Caſula de tumba releuata fuit bene munda.
Presbyter ornatur qua, quando Miſſa paratur.
Diuina laude conſtat flamen ſine fraude.
723 *Nunc benefactoris ſit CHRISTVS in omnibus horis.*
Sic tranſit flamen. Nunc dicat quilibet AMEN.

Quia vero in XIX verſu mendoſe MS. vnus habuit: *mille ſex o CHRISTE,* collegi in verſu XVIII legendum, *ſex tu coniunge*, vt ſint Willigiſi Epiſcopa-

tus anni XXXVI. Aberat tamen idem ille XVIII verſus e MS. aliis. *Caſ* porro, cuius inuentio & exhumatio hic deſcribitur, hodie adhuc ſollenni bus quibuſdam diebus ad ſacroſanctum Miſſæ officium adhibetur, eſtque illa, qua lib. I dixi c. XXXI.

1) * Præter MS. hoc anno mortuum re-ſtrunt *Hermannus Contractus* p. 319, *Marianus Scotus* p. 449, auctor *chronici VVirzburg.* p. 509, *Stederburgenſis* itidem p. 852, *annal. Hildesheimenſ.* p. 723, *chron. Auguſtenſ.* p. 494. Vt errent tum *Trithemius*, qui chron. Hirſaug. p. 155 anno MXIII demum vita illum deceſſiſſe ſcribit; tum auctor *chron. Auſtralis*, qui rem vno anno præcipit, & MX defunctum narrat p. 437. VII Kal. Mart. vero viuis exceſſiſſe teſtantur præter *Tangmarum* l. d. cap. XLI p. 460, & auctorem *vitæ Meinvverci* § XX p. 524, necrologium *Fuldenſe* p. 766, *Hildesheimenſe* p. 763, *& eccleſ. S. Michaelis Hildesheimenſ.* p. 104.

2) † In æde *D. Stephano* ſacra magni funere ſepulturæ traditum *Marianus Sc.* l. d. *Albericus* in chronico p. 40, aliique olim memorauere.

3) Poſteris temporibus pio fuit eleuatus dio. vide verſum 25 *Epitaphii*. Vt tamen nus, quo id factum, certo definiri nequeat vero notum, oſſa B. viri hodie aſſeruar ſacrario.

4) Quod Collegii Canonicorum ad *S. phanum* auctor, ad *D. Villeram* vero ſin laris fuerit benefactor ſiue patronus munifi vtriſque ſollemne fuit, anniuerſario defun rum officio a. d. XXIII Februarii in æde D. phani illius recolere memoriam.

Ortus ſui ſuit memor. XVIII Vnum vero præclarum de ſummo iſto viro refertur in *MS.* omni & *Bruſchiano catalogo*, quod e fortuna, vti ſupra vidimus, tenuiore ad t tum dignitatis culmen a Deo euectus, nulla fuerit ſuperbia, nulloque faſtu tus, contra illum, neſcio cuius, verſum:

Aſperius nihil eſt humili, cum creſcit in altum.

Sed vt ſeſe intra rectæ rationis, humilitatis ac modeſtiæ gyrum contineret, ſtinam ſuam tenuitatem ſemper ob oculos habuit: & ne memoria vnquam cideret, paſſim in ædificiis & parietibus, ſui parentis, qui carpentarius fue fabrile opus, rotas nimirum, pinxit, ac incidit: in conclaui vero interiori h etiam pentametrum verſiculum:

VVilligis recolas, quis es, & vnde venis.

Imitatus videlicet magnum illum Siciliæ Regem Agathoclem, qui vt figuli fil ſe in regia purpura meminiſſe perpetuo poſſet, ſibi ſemper in menſa fictilia q
e. 8 dam vaſa iubebat apponi, de quo *Auſonii* hoc epigramma:

Fama eſt fictilibus cænaſſe Agathoclea Regem
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vaſis,
Et miſceret opes, pauperiemque ſimul.
Quærenti cauſſam, reſpondit: Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Diues ab exili progrediere loco.

Et quia ſemper *exaltat DEVS humiles*, factum eſt, vt rotæ iſtæ in ſumma omni eſſent admiratione, ipſaſque ita Moguntina ciuitas adamarit & coluerit, vt ſuis eas inſignibus eſſe vellet, eaſdemque retinuerint & celebrarint in hodier vſque poſteritatem omnes Moguntini Archiepiſcopi, ad quos triumphali virt curru, citiſſimiſque modeſtiæ ac demiſſionis rotis a Willigiſo feliciſſime adu eſt augusta in auguſto Romanorum Imperio Electoralis dignitas. Multa de id nus armorum ac inſignium raro quondam, ſed ad Willigiſi Præſulis imitatior crebiore poſtea vſu, inſerit hoc loco *MS. minor* e Conradi cuiuſdam Thurice libro clipeario mihi hactenus non viſo. Sed videri poteſt in Alciati emblen *Claudius Minos* Diuinonenſis.

XIX Monet autem *rota* iſta Moguntinos, *primo* quidem, vt ſingula Willegiſi Antiſtitis modeſtiam imitentur. Etſi enim generis ſplendore ac nol tate ipſum ſuperent non pauci, omnium tamen vnus & viliſſimus e luto & uere ortus eſt: vnus & abiectiſſimus omnium occaſus in putredinem ac verm
c. 10, 9. 12. *Quid*, ait Eccleſiaſticus, *ſuperbit terra, & cinis? Rex hodie eſt, &* *morietur.* Inueni de hoc ipſo, & verum, & elegans epigramma iſtiuſmodi:

Digitized by Google

Edit. 1 pag.

Quo virtus animi maior, quo gloria rerum
Se tollit tituli nobiliore nota,
Hoc humilem decet eſſe magis, memorique repoſtum
Mente, quod in præceps omnia noſtra ruunt. Verſus 4 aurei.
Hoc rota VVillgiſi, cuius ſanctiſſima toto
Virtus Chriſtiadum viuit in orbe, monet.
Eſt virtus, nos eſſe homines, cognoſcere, vitamque
Eſſe rotam: virtus hæc facit eſſe Deos *.

* *Chytræus* Onom. Theolog. (S)

Monet *præterea* rota hæc, vt verſatilem, lubricam, & inconſtantem humanarum rerum conditionem defixam ſemper animo habeamus. Vere ſiquidem Poetarum quidam:

725 *Verſatur celeri fors leuis orbe rotæ.* Tibullus l. 1 el. 6.

Qui hodie loco ſummo eſt, in imum cras deuoluitur. Qui hodie præpotens, honoratiſſimus, & ſaniſſimus, idem cras infirmiſſimus, deſpicatiſſimus, ægram ægre vix trahens animam. Imperatoris Mauricii tempore barbarus Auarum Rex Chaianus Romano erat Imperio moleſtiſſimus. Ad hunc igitur egregius illius Dux Priſcus legatum miſit Theodorum quendam, *medicum, ſagacitate atque intelligentia*, inquit lib. XVII *Paulus Aquileienſis, perornatum. Iſte videns Chaianum magna ſapientem, reſponſioneſque iactantius facientem, minas etiam protendentem, cunctarum gentium ſe eſſe dominum iactantem, narratione veteri mitigauit barbaricum typhum. Ait enim: „Audi, Chaiane, proficuam narrationem. Seſoſtris Rex Aegyptiorum, illuſtris & opido felix, opibus clarus, & inexpugnabili potentatu, plurimas, & ingentes nationes ſeruituti ſubegit. Vnde & in arrogantiam ruens, curru ex adhærente ſibi auro & lapidibus pretioſis constructo, ſedit ſuper eum, & ſubiecit iugo de exſuperatis Regibus quatuor trahere currum. Cumque hoc fieret in inſigni feſtiuitate, vnus ex quatuor Regibus frequenter vertebat oculum retrorſum, & contemplabatur, cum volueretur rota. Quem percontatus Seſoſtris ait: Cur poſt tergum obfirmas oculos! Hanc, inquit ille, rotam miror inſtabilem, atque taliter ſe mouentem: & alias modo excelſa humilliantem, rurſumque humiliata exaltantem. At vero Seſoſtris parabolam intelligenter animaduertens, legem poſuit, ne currum Reges vlterius traherent „.* Ecce, quemadmodum rotæ aſpectus victum, captiuum, extrema depreſſum calamitate philoſophari Regem fecit: alterum vero victorem, captiuis inſultantem, ſumma elatiſſimum proſperitate ab inſolenti faſtu ac ſuperbia reuocauit: ideoque & hiſce auditis compreſſus, atque ad æquitatem ac humanitatem reuocatus nonnihil eſt arrogans, ferox, & tumidus Chaiani barbari animus.

726 Quanto igitur nos magis eadem cogitatione intra modum, omnique officio contineri decet? Si opum affluentia, famulorum multitudo, multorum & magnorum obſequia, eximii honores, humanæ laudes rotam noſtram e Chriſtianarum virtutum cacumine in præcipitium incitent, impellantque vehementius, eſt illa cum aliis plurimis, tum vero inprimis ſalutari hoc monitu ſuffiaminanda: ſeueram de omnibus a Deo acceptis bonis, ad nouiſſimum etiam quadrantem vſque, dandam ſummo iudici rationem. Quomodo iis igitur ad faſtum & vanitatem, ad ineptias & pompas abuti liceat? Sin contra, noſtrum aliqua currum tempeſtas, aut irruens alicunde laſciuior beſtia euerterit, nos ex altiore honorum ſede, rerumque opulentia deiecerit, præſertim ſi, fidei, iuſtitiæque Chriſtianæ gratia, id acciderit, iacere nos animo haud oportet, ſed huius eiuſdem rotæ cogitatu erigi ac excitari. Quod enim nunc in illa imum eſt, aſcendet rurſus, ac ſummum fiet, vel in hac, ſi expediat, vel certe in futura vita. *Siquis eſt*, ait Siculus *Michael Glycas, qui ex ingenti gloria, per caſum aliquem aduerſum, ad conditionem obſcuram, ignominioſamque peruenit, is cum animo ſuo perpendens, quo pacto rotæ curules ſurſum deorſumque ferantur, ſeipſum conſoletur. Nam ea volutatio perquam illuſtri declarat imagine, quam inſtabilis ſit humana felicitas.* Et illuſtre pergit exemplum adnarrare. *Tali certe, ait, ſuperioribus hiſce temporibus exemplo barbarus ille Suldanus aliquando vſus eſt.* lib. 4 Annal.

Num cum a Francorum Principe captiuus detineretur, totumque biennium in vinculis exegiſſet, nunquam eum ridentem aliquis conſpexit. Tandem Francus intellecto, Suldanum riſiſſe, de ipſomet riſus illius cauſſam quærit. Tum ille, ſe plauſtri rotam intuitum reſpondet, quæ modo ſurſum, modo deorſum ferretur: ei ſe caſus ſuos accommodantem, non potuiſſe non inæquabiles rerum humanarum vices ridere. Quo verbo motus Francus, Suldanum ab eo tempore ſuam in familiaritatem admiſit: hominiſque prudentiam admiratus, eum in conſiliariorum ſuorum numerum retulit. Quod fecit Francus, non faciet Deus? Ei, qui propter ipſum, propter ſanctiſſimam ipſius religionem, legem, & eccleſiam contemptiſſimo, infimoque iam loco iacet, non olim dicet, *Amice, aſcende ſuperius?* Sed currente rota, mihi ne amphoram inſtituenti exeat vrceus, iſta nunc ſatis, quæ in eo, qui cum eccleſiaſtica ſumma politicam ſummam ſapientiſſime, grauiſſimeque primus Moguntiæ geſſit dignitatem, non extra chorum. 727

Ibid. I. pag.

Luc. 14, 10.

ERCKENBOLDVS.

I

A Quibuſdam vocatur *Hermboldus* ac *Herimboldus* ac *Erkenbaudus*, prout notat lib. II *Wion* †. Saxo & Fuldenſis Abbas erat, ſucceſſeratque Erboni, vt ait cum Wione *Bruſchius*: non Archiepiſcopo, vti quidam, quos reprehendit *MS.* minor, errarunt: ſed electo tantum & ante Pontificiam confirmationem defuncto, qui, vt eſt in eodem *Bruſchio*, ab aliis omittitur, & quidem a MS. Et ſane videtur ne electus quidem vllus Erbo fuiſſe, ſed ſequentis Erbonis factam tranſpoſitionem MS. recte monuit. Attigit ſanguinis propinquitate Berwardum, primo regium Capellanum, deinde Hildeſienſem Epiſcopum, Comitem a Summerſenburg *, a quo idem conſecratus eſt Archiepiſcopus Moguntiæ, Calendis Aprilibus, teſte *S. Gothardi* vita cap. XIX in tomo *Surii* VII.

Varie ſcribitur.

† 1) In *chron. Quedlinburgenſi* p. 292 *Arkanbaldus*; in *annal. Hildesheimenſibus* p. 740 *Erkembaldus*; ibidem nec non in *vita Meinwverci* p. 550 & *necrologio Fuldenſi* p. 767 *Erkanbaldus*; in necrologio *S. Michaelis* Hildeshemenſi p. 107, *vita Bervvardi* cap. XLI & XLII p. 460, *chronico VVirzburgenſi* ad an. MXI & MXX *Erkembaldus*; in *chronico Auguſtenſi* p. 494 *Erchipaldus*; in *Hermanno Contracto* p. 135 *Erchanbaldus*; in compendio vitæ *S. Bernvvardi* p. 481 *Herbenbaldus*, & in diplomate Henrici II, de quo poſtea, *Erbenvvaldus*.

Vtrum Sommerſeburgiis ortus fuerit.

* 2) Vtrum vero a Sommerſeburgiis ortum traxerit, nondum exploratæ veritatis res eſt. *Forte ex familia Sommerſcheburgica*, dubitanter dixit *Fr. Cornelius* in breuiario Fuldenſi p. 430. Conf. *Leibnitius* introd. in collect. ſcriptorum hiſtor. Brunſuicenſi inſeruientium tomo I n. XXXIII, vbi diſquirit, an Berwardus, quem Erckenboldus noſter conſanguinitate attigit, familiæ Comitum Sommerſeburgiorum adſcribendus veniat.

Abbas aliquandiu Fuldenſe monaſterium rexit.

3) Ceterum Præſul factus Moguntinenſis, eccleſiam Fuldenſem per aliquod adhuc tempus procurauit, vt præter *Brovverum* antiquitat. Fuldenſium lib. IV n. XVI p. 286, iam olim *Fr. Cornelius* his notauit verbis: *manſit tamen ſimul tutor & prouiſor eccleſiæ Fuldenſis, cui optime præfuit.* Nec dubito, quin idem *chronicon* velit *Quedlinburgenſe* p. 288; *MXI obiit VVilligiſus Archiepiſcopus, cuius loco ſubrogatur* Erkenboldus *Fuldenſis Abbas*, » merito gaudens Patris nomine retento «, *& paſtoralis culminis honore ſuſcepto.*

Francofurti in Comitiis partes quasdam obiit.

4) Anno MXIII Francofurti in Comitiis, vna cum Burchardo Wormatienſi, delectus fuit, qui Henricum Wirzburgenſem adduceret, vt parochiales Hallſtadt, Amlingſtadt, & Süſſlingen Antiſtiti Bambergenſi Eberhardo dimitteret, earumque loco acciperet Comitatum Biſſingenſem, qui tum intermortuis clientibus ad Imperatorem, vnde exierat, feudi redierat lege. Vid. *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. I § LXXVII p. 49, *Friſius* chron. Wirzburgenſ. in Henrico I Epiſcopo c. XXIII p. 456 & ſeq.

An cum Henrico fuerit Romæ?

5) In diplomate, quod Henricus II Imp. eccleſiæ Romanæ anno MXIV dediſſe dicitur, noſter ſubſcriptorum primus eſt. Vid. *Goldaſtus* conſtitut. Imperial. tomo I p. 229, & *Tolnerus* cod. Diplomat. n. XXVIII p. 24. Vterque enim id e *Baronii* ad h. a. annalibus affert. At, quum his ipſis tabulis ſatis tuto ſtare haud liceat, quod vel ipſe *Brovverus* annal. Treuir. lib. X § XCIX p. 502 non diffitetur, affirmare haud auſim, Erckenboldum Henrico, Romæ tum diadema capienti imperatorium, adfuiſſe.

6) Eidem tamen in Italiam conceſſuro Gronæ præſto fuiſſe, ſcriptor *vitæ Meinvverci* § XXV p. 225 ſcriptum reliquit.

VVitgerum conſecrauit.

7) Addit *Ditmarus* lib. VII p. 407, illum eodem hoc anno Witgerum, eccleſiæ Verdenſi Epiſcopum præfectum, ritu Epiſcopi ex veteri maiorum inſtituto inauguraſſe.

8) Dein, quum ſingulari erga Imperatorem eſſet fide iuxta atque obſeruantia, anno ſequenti MXVI Tremoniam illum honoris ergo proſecutus eſt. vid. ſcriptor *vitæ Meinvverci*

§ XXXV

Edit. I pag.

§ XXXV p. 541, & eodem quoque hoc anno Wingereshuſi, non longe a Rheno, ædem ſacram honori Seruatoris noſtri I. C. & S. Mariæ Virginis, SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ac SS. Bonifacii, Alexandri, Proceſſi & Martiniani dedicauit, vt antiquæ notant ſcripturæ. vid. *Brovverus* antiquitatum Fuldenſium libro II cap. XI p. 149.

Popponem Treuirenſem initiauit Epiſcopum. 9) Poſtero, qui MXVII orbi poſt Chriſtum Seruatorem natum illuxit, Popponem, Megingaudo Treuirorum Antiſtiti ſucceſſorem datum; ipſis Kal. Ianuar. Henrici Imperatoris mandato, Treuiris ſollemni conſecrauit cæremonia. vid. *Ditmarus* l. d. p. 406. *Chronographus Saxo* p. 229, & e recentioribus *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XI § III p. 503, *Adlzreitterus* annal. Boicorum parte I libro XV § XLV p. 390.

Ad colloquium cum Polono habendum profectus eſt. 10) Poſthæc cum Gerone Magdeburgenſi, Arnulfo Halberſtadenſi, nonnulliſque aliis ad colloquium cum Boleslao Polono habendum miſſus, quatuordecim dies ad fluuium Muldam conſedit. Illos in exſpectando cum caſſe triuiſſet, indignatus Boleslai tricas, non ſine ſtomacho pedem retulit, ac Merſeburgi Imperatorem ad bellum ei inferendum permouit. ægre enim ferebat, Imperii maieſtatem ac honorem tam proterue a Sclauis proculcari. *Ditmarus* l. d. p. 413 & ſeq. *Archiepiſcopi duo, Erckinbaldus & Gero, & Arnulfus Antiſtes, cum Comitibus Sigefrido & Bernhardo, ceteriſque Principibus, iuxta Muldam fluuium quatuordecim dies ſedebant. Bolizlaum per internuntios ſuimet ad Albim venire rogantes ad colloquium —— —— Poſthæc Epiſcopi & Comites ob contemptum Bolizlai ſe fallentis triſtes adueniebant, & Imperatoris mentem, apertis legationibus, incendunt.* Hæc *Ditmarus*; quæ magnam partem repetit *Chronographus Saxo* ad an. MXVIII p. 232. Nec id feciſſe contentus, Henricum, tanti belli diſcrimen aditurum, ipſe comitatus eſt, id quod tum e *vita Meinvverci* § XLII p. 543, tum ex tabulis Cæſareis in loco, qui *Liezgo* dicitur, VI Id. Iul. datis patet. vid. *Leuckfeldius* in diplomatis antiquitat. Halberſtadenſibus ſubiunctis n. XLIV p. 674. *cum Henrico ad bellum it.*

Ekkehardum Pragenſem inaugurat. 11) Eodem Ekkehardum, quem Pragenſi Cæſar præfecerat eccleſiæ, V Non. Nouembr. dignitatis pontificiæ ſacris ſolemniter initiauit. vid. *Ditmarus* l. d. p. 416.

Nouiomagi fuit. 12) Anno MXVIII Imperatori denuo præſto fuit Nouiomagi, ac alios inter Meinvverco prædium Siburgeshuſen precibus impetrauit. vid. *vita Meinvverci* § LVI p. 547. Tum vero in ſynodo id temporis ibidem habita Othonem, Comitem Hammerſteinenſem, de quo auctor § III, ſacrorum interdicto ſubdidit. Teſtis eſt *Ditmarus* l. d. p. 421; *XVII Kal. April. magna fit in Nuimagen ſynodus, & nepos meus Otho & vxor eius Irmingerd conſanguinitate proxima incaſte diu coniuncti, ob inobedientiam continua vocationis, excommunicati ſunt.*

II *S. MARIAE in campis* extra Moguntinos muros monaſterium exſtruxit, quod nunc *S. Crucis* templum vocatur, de quo ſupra lib. I cap. XXXI. Videtur anno MXIX interfuiſſe dedicationi Bambergenſi, quando ab Imperatore S. Henrico inuitatus adfuit Benedictus Pontifex, & ſeptuaginta duo Epiſcopi, vt eſt in MS. *ædem S. M. V. in campis exſtruxit.*

Interfuit omnino Bambergæ dedicationi huic; id quod diſtincte ſatis innuit, proditque, quem ſepius iam dixi, ſcriptor *vitæ Meinvverci* § LXVIII p. 550.

III Videtur autem Epiſcopus hic Moguntinus eſſe, quem e caſtro *Hammerſtein* ſupra Rheni littus ſito admodum vexabat Otto Comes, ab Imperatore S. Henrico eam ob cauſſam poſtea ibidem obſeſſus & expugnatus, prout narrat in *ab Othone Hammerſteinio multis exagitatur iniuriis.*
728 vita S. Heriberti *Rupertus Tuitienſis* cap. XXVI hiſce verbis: *Imperator exercitu commoto, Comitem quendam Ottonem, ſeculi dignitate præpollentem, in caſtro, quod dicitur Hamerſtain, ſito ſupra Rheni littus, obſederat. Is namque Otto Epiſcopatum Moguntinum multa infeſtatione ſæpius peruagans, ferro & igne populabatur, odio magno contra eiuſdem ciuitatis Præſulem vehementer inflammatus. Fuerat namque ab illo propter illicitum connubium iudicio generalis concilii anathematizatus. Querimonia ergo eiuſdem Præſulis excitatus Imperator, prædicto in caſtro illum obſedit, &*, vti poſtea ſubditur, *expugnauit.* Quia vero expugnatio hæc incidit in Domini annum MXXII * aut MXXIII, vt ex eiuſdem vitæ decurſu colligitur, & antegreſſa iam erat vexatio, vexationem vero anathematiſmus, effici omnino videtur, Erckenboldum fuiſſe, qui ſpirituali excommunicationis gladio impurum nefariumque Comitis coniugium diſcindere voluerit, & e contrario, ferreum ab illo gladium, populatricemque flammam exceperit. Vnde illud etiam patet, ab hoc eodem Præſule Concilium aut Moguntiæ aut alibi generale habitum, quo publicum hoc vetiti matrimonii ſcandalum in Comite damnatum. Sed Comitis eiuſdem, alteriuſque contra eum Concilii rurſus incidet in Archiepiſcopo ſequenti mentio. *Marianus Scotus an. 1020*

1) Fuit omnino is Erckenboldus noſter, quem Otho Comes iniuriis iſtis exagitauit. Sic namque *Chronic. Quedlinburgenſe* ad annum MXX p. 292; *Otho quidam, nobiliſſimus prosapia Francorum, illicite ſibimet matrimonio incaute aſcito, dum ab Arkanboldo,*

baldo, Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo, ſepius eccleſiarum more pro hoc eodem corriperetur inceſtu, cæco furibundus amore, diſpoſitis circumquaque inſidiis nefandam eidem Chriſto Domini parat inferre manum. Sed diuina id ſceleris prohibente clementia, elapſo fruſtratus Antiſtite, ſocios, qui nanali eundem ſequebantur itinere, inuadit, capit, cuſtodiæ tradit, multiſque inhumane iniuriis tractat: eo ferociorque, quo ſibi, quem vltra ius & fas ſitiuerat, Præſulis ſanguinem ablatum dolet.

a) Synodus vero, in qua eundem Othonem noxis, deteſtationibusque illigauit, anno MXVIII Nouiomagi fuit habita, vt n. 12 ad § præcedentem dictum.

* 3) Enimuero, non anno demum XXII vel XXIII, vt auctor hic putat, Othonem Cæſar Henricus, iniurias Erckenboldo illatas vindicaturus, obſedit, ſed anno iam MXX.

Audiamus modo ſcriptorem vitæ *Meinvverci*. Is ſane § LXII p. 548 diſerte: *Sequenti anno* (MXX) *poſt natale Domini Imperator, commodo exercitu, Comitem quendam Othonem, ſæculi dignitate non minimum præpollentem, in caſtro, quod dicitur Hammerſtein (ſitum ſupra Rheni litus) obſedit: quoniam idem Comes Epiſcopatum Moguntinum multa infeſtatione ſæpius peruagans ferro & igne deuaſtauit: odio magno contra eiusdem ciuitatis Præſulem vehementer inflammatus, quoniam ab illo propter illicitum connubium, iudicio concilii generalis, fuerat anathematizatus.* Edit. I pag.

4) Et quidem in deditionem venire tum coegit Othonem Henricus. Sic namque *Ditmarus* l. d. p. 423 (quem ſequitur *Chronographus Saxo* p. 235) *Poſthac Otho Comes prædictus, in præſentiam Imperatoris & Erkanbaldi Archipræſulis ſupplex veniens, iniuſtam vxorem ſuam tribus ſacramentis amiſit.*

Quot annos ſedi præfuerit.

IV *Præfuit*, inquit *Gothardinæ vitæ* auctor cap. XIX, *eccleſiæ Moguntinæ Erkenbaldus annis VIII, ordinatoremque ſuum Bervvardum, quo par fuit ſtudio & deuotione, coluit.* Sed pro annis VIII habent libri alii IX, idque rectius. Nam mortuus eſt anno Domini vel MXXI, vt in *Mariano* eſt, vel MXX, vt ait *Lambertus* & *MS. minor*, dicens, hunc *præfuiſſe annis X, menſibus IV, diebus XVII*, & in eccleſia S. Ioannis ſepultum (*quæ*, ait, *tunc temporis, vt reor, ſummum fuit collegium, eo quod metropolitana eccleſia* (tempore Willegiſi) *combuſta, necdum erat inſtaurata) in tumba humillima & omni pompa mundana nuda, epitaphio tali* *:

Hic iacet ſepultus Venerabilis Pater & Dominus Erckenboldus, eccleſiæ Moguntinenſis Epiſcopus.

Quo anno obierit.

1) Sunt, plures quidem numero, qui Erkenboldum an. MXX diem obiiſſe memorent. Præter enim *Lambertum*, quem auctor citat, & *MS. minorem* (de quo tamen dubites) id tradunt auctor *chronici VVirzburgenſis* l. d. *Stederburgenſis* itidem l. d. nec non *annales Hildesheimenſes* l. d. quos tamen falli manifeſtum eſt. Erkenboldum enim an. MXXI a. d. X Kal. Aug. in viuis adhuc egiſſe, patet ex tabulis Henrici II, quibus monaſterio Gandershemenſi Comitatum Bodonis transſcribit, firmatque: quippe quas *Guntherus Cancellarius* loco *Erchanbaldi* recognouit. Vt hoc minus dubitationi locus ſit, e *Schateno* annal. Paderbornenſ. lib. V p. 444, *diplomatis Gandersheimenſibus* tomo II ſcriptor. Brunſuicenſ. p. 378, & *Leuckfeldio* antiquitat. Gandershem. cap. XIV p. 116, dabo ipſa illarum, quibus finiunt, verba: *Guntherus Cancellarius vice* Erechembaldi Archicapellani *recognoui. Data anno ab incarnatione Domini noſtri I.C. milleſimo XXI, indictione IV* (III apud *Leuckfeldium*, ſed perperam) *anno vero Domini Henrici Romanorum inuictiſſimi Imperatoris auguſti, regnantis XX, imperantis VIII. Actum X Kal. Aug. Nouiomago feliciter. Amen.* Oportet igitur dicamus, fatis illum anno demum hoc XXI conceſſiſſe; id quod & *necrologium Fuldenſe* l. d. p. 767 tradit, *Fr.* itidem *Cornelius* l. d. nec non *chronica Auguſtenſis* p. 495. Conf. *Schatenus* l. d. vbi ſigillatim *Serarium*, Schafnaburgenſis narratione motum, hic nutare monet.

2) De die, quo obierit, non vna omnium conſenſio eſt. *XV Kal. Septembr.* ponunt *annales*, quos modo dixi, *Hildesheimenſes* l. d. *MXX Erkembaldus Mogontiæ Metropolitanus XV Kal. Sept. ſuſtollitur*; haud ſecus ac necrologium *S. Michaelis* Hildesh. l. d. *XV Kalend. Septembr. Erkenbaldus Archiepiſcopus*, & *vita Bervvardi* cap. XLII p. 460; *quinto deinde anno Erkenbaldus Moguntiæ Metropolitanus, plenus dierum & meritorum, XV Kal. Septembr. pacem DEI & eccleſiæ dereliquit. Necrologium* contra *Fuldenſe* l. d. *XVI Kalend. Septembr.* habet. Id vero, quod Moguntiæ ad ædem maiorem eſt, a. d. *III Id. Auguſti* p. 355 mortuum his perhibet verbis: † *Erckenbaldus, Archiepiſcopus Moguntinus.* quo etiam die ædis metropolitanæ Canonici olim anniuerſarium eius in æde D. Ioannis celebrarunt, quod nunc die II Aug. funebri ritu peragere ſolent. quo die.

3) Et mortuus quidem eſt, non IX Epiſcopatus ſui anno, vt in *vita Meinvverci* l. d. eſt, ſed X, vt bene in *MS. minore* legitur; quem cur *Lamberto* ὁμόψηφον eſſe ſcribat auctor, non video. Cathedram enim Erckenboldus non annos X, vt ille habet, ſed IX, menſes IV, & dies XVII inſediſſet, ſi anno XX vitam cum morte commutaſſet.

Ab his longius alioquin abit *Engelhuſius*, & anno MXVIII mortuum, non ſine turpi προχειρισμῷ, ſcribit in chronico p. 1083.

* 4) In æde D. Ioannis ſacra, humili ſepultum tumba recte notauit MS. hic minor. in æde D. Ioannis ſepul-

Tumu-

Tumulatus autem eſt ante chorum. Tumbæ vero lapis impoſitus, cum pedo Epiſcopali, leuiter exſculpto, nunc quidem in medio tranſuerſe ruptus. Lapidi inciſa inſcriptio, quæ ſine difficultate etiamnum legi poteſt, hic autem ab auctore non integre adducitur, hæc: *Hic iacet ſepultus Venerabilis Pater & Dominus*, Dominus *Erckenboldus*, *eccleſie* Moguntine, *Archiepiſcopus* glorioſus. Cuius anima requieſcat in pace. Vtrum vero lapis hic iſto ſtatim æuo poſitus ei fuerit, ſunt, qui dubitent.

5) Ceterum præſtabili virum ſapientia, diſciplinæ eccleſiaſticæ cuſtodem egregium, multisque præclarum meritis memorant veteres. quos inter auctor *vitæ Bernvvardi* l. c. *obiit plenus dierum & meritorum.* Et *Tritbemius* in chron. Hirſaugienſis parte I p. 155; *vir ſapiens, & eccleſiaſtica diſciplina moderator egregius.* Laudatur.

Edit. I pag. 729

ARIBO.

I

QVattuor Præſulis huius inueniuntur nomina, *Aribo*, *Erbo*, *Eribo*, *Abbo**; Varie effertur. iisque Latinum quintum, quo illa ipſa quatuor explicarentur, addi poſſet, *Heres*. Sic enim & primorum eccleſiæ Friſingenſis Epiſcoporum vnus, qui S. Corbiniani & S. Emmerammi vitam conſcripſit, & *Aribo* & *Heres* vocatus fuit, prout acute perſpexit lib. V rerum Boicarum *D. Velſerus*. Veteribus enim Germanis vocabantur heredes *Aribon* & *Arbon*, qui *Erben* hodie, quemadmodum Germanicorum ſcriptorum antiquiſſimus docet *Otfridus*. Vnde illud etiam in *Abbone* liquet, aut, lenitatis alicuius cauſſa, in ouillam litteram *b* mutari caninam *r*, aut pro *Abbone* ſcribendum potius *Arbonem*. p. 308

* His ſimilia ſunt *Arebo* & *Arbo*, quorum illud eſt in diplomate Conradi II an. MXXV, apud *VVatenſtedium* in chronico Mindenſi p. 12. Hoc, in alio eiusdem an. MXXVII confecto, in not. *Gevvoldi* ad Hundii metropol. tomo I p. 471. Ab *Hariberto* diminutiuum eſſe coniicit *Papebrochius*, ac in notis ad vitam Bardonis n. XVII p. 305 ait; *nec mirarer, ſi ab* Hariberto *diminutiuum nomen hoc ſit.* *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. I § V p. 18. *Hunc*, inquit, *Archiepiſcopum non* Aribonem, *nec ſimili, qua* Serarius *refert, nomine, ſed* Erponem *appellatum fuiſſe, nummus ab eo cuſus* — *demonſtrat.* At vide, quæ coniicit *Tenzelius* de nummis Moguntinis § II.

II Is vero *Rheni Palatinus* fuiſſe in *Bruſchiano catalogo* traditur: quem breuiter quidem, ſed ita, vt plurima & maxima eius ornamenta indicet, deſcripſit in catalogo illuſtrium virorum *Tritbemius* (*opp. p.* 130) hisce verbis: *Aribo Moguntinenſis eccleſiæ XIX Archiepiſcopus, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſecularium litterarum non ignarus, ingenio clarus, & dulcis eloquio, ſcripſit, inter alia ingenii ſui monumenta, opus pulcherrimum ſuper XV Pſalmis graduum lib. I, & varias epiſtolas ad diuerſos. Hic celebrata ſynodo in monaſterio Selgenſtatenſi cum Epiſcopis & Abbatibus ſuis, anno Domini MXXIV, indictione VI, multa bona & vtilia conſtituit, quæ in ſcripturis autbenticis babentur. Huic ſynodo Burchardus Wormatienſis Epiſcopus vir doctiſſimus* (cuius ſtatim mentio fiet) *perſonaliter interfuit. Ad hunc Aribonem Archiepiſcopum, eo quod eſſet amator litterarum, & doctorum, multi viri celebres, ſua ingenia exercitantes, varia opuſcula perſcripſerunt.* Inter hos vero fuit Berno Abbas Augienſis cœnobii, qui ad eum *de aduentu Domini* ſcripſit tractatum, vt ait idem *Tritbemius* libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis, vbi etiam ad eundem Bernonem & alios epiſtolas refert ſcripſiſſe. Qua ſtirpe ortus fuerit. 730

1) Illuſtri genere natum fuiſſe, planum eſt. *Erat*, inquit, *VVolſherus* in vita Godehardi cap. IV p. 491, *genere & dignitate* — *vere venerabilis.* Qua vero familia, non vna omnium conſenſio eſt. Palatinum generatim in catalogo vocat *Dieffenbachius*; Rheni Palatinum *Bruſchius*, vt auctor iam notauit; quamuis perperam ita dixerit. Erbonis, Comitis Summontoriani (*von Hohenvvart*) filium, Gebhardi Epiſcopi Ratisbonenſis, fratrem *Brunnerus* facit annal. Boicor. parte II lib. V p. 212, ducem ſecutus *Auentinum* lib. VII annal. cap. VI ſect. 23 p. 659; ex quo ſequens do ſchema.

Rathol-

Ratholdus,
filius Arnolfi *Imperat. ex concubina* Helmgarde.
Rathbotho

Ratho, *ſepultus in Ambronis ripa, in templo, quod ipſe an. 954 condidit.* — Hatta al. Beata, *vxor* Henrici, *filii* Ethiconis. — Fridericus I

D. Conradus, *Epiſcop. Conſtantienſis.* — Rudolfus. — Welfo. *iuxta matrem ſepulti in monaſterio Vneàrum.* — Aribo, Seum *fanum D. Benedicto haud longe a lacu Chimſee extruxit.*

Gebhardus, *Epiſc. Ratisbonenſis.* — ARIBO, *Archiepiſc. Mogunt.* — Rathbotho, *inſtaurauit cœnobium Thierhaupten; Hohenvvarthenſe vero extruxit. vx.* Hemma. — Friedericus II *vx. Cunigunda.*

Orthulfus. — Wilitrudis. — Northertus, *Haybacenſis collegii conditor.* — Luitpoldus

Arnulfus *. Fridericus III †. cognomento *Rocho.*

* *Acel templum condidit, in quo cum uxore* Gisla *ſepultus iacet.*
† *In æde D. Blaſii, quæ in Hercinio ſaltu eſt, humatus.*

Ab *Auentino* in quibusdam abit *Hofmannus* annal. Bamberg. col. 165, ex quo ſequens concinnaui ſchema.

Ratholdus
filius Arnolfi *Imperat. ex concubina* Helmgarde.

Ratho. — Hatta. — Fridericus I.

Aribo.

Rapatho. 1 *vx. Hemma.* 2 *vx. Cunigunda.* — Gebhardus. — ARIBO, *Archiep. Moguntinus.* — Fridericus II.

Ortulfus. Willetrudis. Fridericus. Leopoldus. *vx.* Giſela.

Arnolfus, *vxor* Giſela. — Fridericus III *cognomento* Rocho.

Poppo. *vx.* Chuniſſa. — Bertholdus I. *vx.* Sophia. — Gebhardus. — Otho. *vx.* Adelheid.

S. Otho, *Epiſc. Bambergenſis.* — Bertholdus II. *vx.* Agnes, — Henricus, *Epiſc. Ratisbonenſ.* — Otho II *vx.* Laurita,

Bertholdus III. Otho, *Largus*, *Epiſcop. Bamberg.* Mechtildis. Euphemia. Giſela. — Otho III. Leopoldus. Henricus.

Regius ante fuit Capellanus.

2) Ante vero, quam ad titulos vocabatur Moguntinenſes, *regius* fuit *Capellanus*. Vid. *VVolſherus* l. d. cap. III p. 490, auctor item *vita Meinvverci* § LXX p. 550, *Engelhuſius* in chronico p. 1083. Magnum Imperatoris Cancellarium prius etiam fuiſſe, auctor *chron. mſcr. Hildeshemenſis* tradit; cuius tamen rei alia teſtimonia hactenus ſe non comperiſſe ſcribit *Mallinkrot* de Archicancellariis S. R. I. p. 308 edit. Wenckerianæ.

3) Se-

Digitized by Google

Presbyteri honore initiatur.

3) Sedis Moguntinæ deſignatum Pontificem Berwardus, Epiſcopus Hildeshemenſis, Gandershemii Presbyteri initiauit honore. Sic namque *VVolſherus* l. d. cap. III p. 491, *quem* (Aribonem) *Imperialis annuli dono regio more præſignatum Bernvvardus ad principale altare pranotata Gandeshemenſis eccleſia Presbyterum ordinauit.*

Bambergæ aræ D. Martini dedicat

4) Archiepiſcopus factus, III Non. Nouembr. Bambergæ inaugurationi montis monachorum interfuit, ac aram S. Martini memoriæ ac honori dicatam fecit. *Bruſchius* parte I chronolog. monaſterior. Germaniæ p. m. 315, *Latomus* in catalogo mſcr. *MS.* item Auguſtinianor. f. 41 a) *Hofmannus* lib. I annal. Bamberg. § LXXXVIII p. 55, & de Abbatibus montis monachorum p. 894.

Henrico adeſt.

5) Anno ſequenti, qui MXXI erat, Henrico Imperatori, Ermeneswerethe controuerſiam, quæ Bern, Dodiconis propinquus, Meinwerco de Comitatu Dodiconis fecerat, componenti adfuit. Vid. *vita Meinvverci* § LXXII p. 551.

Godeſchalcū conſecrat.

III Anno MXXII Dominica prima aduentus Domini conſecratus ab eo eſt Epiſcopus Hildesheimenſis S. Godhardus, prout in huius vita refertur cap. XV. Sed cum eo tum litem, quæ Willigiſi tempore cœpta erat de iuriſdictione in monaſterium Gandersheimenſe, renouandam ſibi putauit *, eamque deinceps annos plures varie perſecutus eſt, vti deinceps patebit.

* 1) Ita namque l. d. (edition. vero Leibnit. cap. III p. 489) pergit *VVulfherus: Idem eius conſecrator Aribo, eodem die, ante Miſſarum ſollemnia ſecretius eum cum Epiſcopis conuenit, eique in Gandesheimenſi loco & circumiacente territorio omnem Pontificalis officii prouiſionem banni ſui interpoſitione prohibuit.*

Conciliū Seligenſtadii habet.

2) Hoc ceteroquin anno concilium Seligenſtadenſe, de quo auctor § V ſequenti, habuit, vt ſupra ad lib. I cap. XXXIII n. 8 p. 102 demonſtratum.

IV Anno Domini MXXIII, cum *Hammerſtein* arcem, eiuſque Comitem Ottonem expugnaſſet S. Henricus Imperator, prout in ſuperiore dictum Archiepiſcopo, idemque Coloniæ cum S. Hereberto ciuitatis eius Archiepiſcopo, tum febriente, in gratiam diuino monitu, virique ſanctimonia excitatus rediiſſet, vt in huius vita narrat cap. XXVI, & ſequentibus *Rupertus*, acciderunt, quæ hisce verbis in S. Gothardi vita c. XXII narrantur: *Aribo Archiepiſcopus illo anno Imperatorem ad Pentecoſten Moguntiam inuitauit, vbi etiam concilium generale coegit, in quo multa collapſa correxit: præcipue vero Ottonem Comitem ab Haniſtein, & Limingardam * præter fas ſibi cohærentes ſeparare conſtituerat. quod tamen perficere non potuit: quandoquidem Comes partim Imperatoris* (a quo iam expugnatus) *metu, partim Epiſcopi commonitione, vtcumque ſe ad meliorem recepit frugem: femina autem bannos, vel proſcriptiones negligens, ius ibi funditus perdidit, vt hodieque perſpici poteſt.* Pergit narrare auctor, quemadmodum ad concilium iſtud venerit S. Gothardus, & egregium interibi, ſæuiſſimo dæmone aſpellendo, miraculum ediderit.

Moguntiæ idem.

* Ita quoque *Baronius*, quem auctor ſequitur; ſed perperam, vt iam monuit *Pagi* in Critica hiſtorico-chronolog. ad an. MXXIII n. I p. 123. Legas, *Comitem de Hamerſtein & Irmingardam*, vti diſerte *VVolſherus* habet l. d. cap. IV p. 491.

V Eodem anno MXXIII fuit ab eodem Aribone Seligſtadienſe concilium habitum, de quo lib. I antea cap. XXXIII, illudque poſt Burchardi, qui præſens interfuit, librum XX legitur, eſtque hoc eius initium: *In Dei nomine, ego Aribo Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, quamuis indignus, cum ceteris confratribus noſtris, & Coepiſcopis, Burchardo Wormacienſi, Werenhario Argentino, Brunone Auguſtenſi, Eberhardo Babenbergenſi, Meginhardo Wircenburgenſi, ſynodum in Saleguuſtat condiximus anno Dominicæ incarnationis MXXIII, Indict. V, II Idus Auguſti, anno autem Domini Henrici ſecundi regnantis XXI, Imperii vero VI †, quatenus cum communi confratrum prædictorum conſilio atque conſultu, multimoda diuinorum officiorum, atque ſynodalium legum componeretur diſſenſio, & diſparilitas noſtrarum ſingularium conſuetudinum, honeſta conſenſione redigeretur in vnum.* Subiunguntur poſtea decreta, de diebus ſcilicet, quibus ieiunandum, & a carnibus ac ſanguine abſtinendum, de quatuor temporum ieiunio, de nuptiarum temporibus, de aliis, quæ ad clericos aut laicos pertinerent, pluribus.

Edit. I pag. 731

† Legas, *anno dominicæ incarnationis MXXII, indictione V, —— Imperii vero IX.*

Conradum Salicum eligit.

VI Sequente anno MXXIV cælo receptus eſt Imperator Henricus, cum abſque liberis III Idus Iulii beatam vitæ huius metam contigiſſet; eique, Aribonis noſtri, & Electorum aliorum ſuffragio, ſucceſſit Conradus, dictus Francus

Digitized by Google

p. 594 aut Salicus. *Cono*, inquit *Sigebertus*, *Dux præpotens*, *cum ad imperium aſpirare vellet*, *repudiatur inſtinctu Abbonis*, *& aliquorum regni Primatum*, *& Conradus ad imperium ſublimatus imperauit annis XV* *. Edit. I pag.

* 1) Signanter *VVippo* in vita Conradi p. 426; *Archiepiſcopus Moguntinenſis*, *cuius ſententia ante alios accipienda fuit*, *rogatus a populo*, *quid ſibi videretur*, *abundanti corde*, *hilari voce laudauit & elegit maioris ætatis Chunonem*, *ſuum in Dominum & Regem*, *atque rectorem & defenſorem patriæ. Hanc ſententiam ceteri Archiepiſcopi & reliqui ſacrorum ordinum viri indubitanter ſequebantur.* Conferatur quoque ſcriptor *vitæ Meinvverci* § XCIII p. 557.

Electum coronat. 2) Electum Moguntiæ VI Id. Septembr. ſacro inunxit oleo. vid. *Hermannus Contractus* ad an. MXXIV p. 320, ſcriptor, quem modo dixi, *vita Meinvverci* l. d. *Chronographus Saxo* p. 238, *Chronic. Quedlinburgenſe* p. 295, & diebus aliquot interiectis Giſelam quoque, Conradi coniugem, *Kunigunda præſente, omniaq; ad hæc pertinentia honeſte, vt decuit, adminiſtrante.* vid. *chron. Quedlinburgenſe* l. d.

Denuo de Gandersheimenſi cœnobio litem mouet, VII Atque is cum primo ſtatim anno Mindæ Saluatoris natalem celebraſſet, indeque poſt Epiphaniam Hildeſiam veniſſet, præſto affuit Aribo, de Gandersheimenſi monaſterio rurſum acturus.

1) *Inde poſt Epiphaniam Hildenesheim venit* (Conradus) *Ibi etiam prædictus Aribo Archiepiſcopus*, *qui viuente Imperatore* (Henrico II) *iam per biennium obmutuit*, *iterum inuenta occaſione B. Godehardum ſuper Gandesheim inquietare cœpit. Quam tamen eius machinationem nouus Rex Primatum conſilio diremit.* Hæc *VVolfherus* l. d. cap. IV p. 492, quæ iisdem fere verbis repetit *Chronographus Saxo* p. 239.

Cæſarem Ratiſbonam ſequitur. 2) Eodem hoc anno MXXV Cæſarem Ratiſbonam profectum & ipſe ſecutus eſt, ſua ei in obeundis ſuſcepti muneris partibus officia hoc magis probaturus. id quod tabulis, quibus Conradus Sigeberto Mindenſi prædium Kemnium tradidit, firmauitque, manifeſtum fit. vid. *Buſſo VVatenſtedius* chron. Mindenſ. p. 12.

a quo Comitatum Warburgenſem obtinet. 3) Viciſſim beneuolum ipſe expertus Imperatorem eſt, Comitatum Warburgenſem, quem Henricus II eccleſiæ Paderbornenſi confirmarat, ab eo conſecutus. Fidem facit ſcriptor *vitæ Meinvverci*, qui § XCIV p. 559 ait: *Conradus per ſuggeſtionem Aribonis Moguntini Archiepiſcopi Comitatum quondam Dodiconis*, *quem prædeceſſor ſuus imperiali munificentia Patherbrunnenſi eccleſiæ dederat*, *ab ea tulit*, *& in ius Moguntinæ eccleſiæ tranſtulit.* Conf. *Schaten* annal. Paderbornenſ. lib. V ad an. MXXV p. 465.

aliud concilium habet Saligenſtadii, VIII Et ſecuto anno MXXVI aliud *Salingenſtadii concilium* habuit, *in feriis S. Matthæi*, cui XII adfuerunt Epiſcopi, *ſed eam ſynodum vnanimis fratrum conſenſus in alium annum prorogauit*, inquit, *B. Gothardi* vita cap. XXV. Sicque anno MXXVII collecta fuit Francofurti ſynodus, quam cum Suffraganeis ſuis Aribo noſter & Pelegrinus Colonienſis, ita vt numero eſſent Epiſcopi XXIII, celebrarunt, ipſeque præſens Imperator Conradus, aliique ſummates viri complures, quorum & conſeſſum & ordinem in Suriana *Gothardi* vita omiſſum recitat meus *MS. maior* *.

* Iam nunc vero editio, ab Illuſtri *Leibnitio* curata, cap. IV p. 493 itidem habet. Ceterum conf. *vita Meinvverci* § XCVIII p. 558, *chronicon Hildeshemenſe* p. 744, *annales Hildesheimenſ.* p. 725, *Chronographus Saxo* p. 240, *Reutelius* chron. Hilleshemenſ. p. 82, *Ioannes Iſenacbenſis* in actis Præſulum Numburgenſ. p. 130. Cecidit ibi cauſſa Aribo, Gandershemenſi tractu VII Epiſcoporum ſententia diœceſi Hildeshemenſi contributo.

aliud Geizlice. IX Sed pergit citata vita cap. XXVI; *Aliam eodem anno coegit ſynodum Aribo*, *ad quam iterum Præſulem noſtrum Gothardum litteris & nuntiis euocauit. Sed ille diſſimulans*, *venerabilem virum Thadilonem*, *noſtri cœnobii Decanum*, *cum fratribus*, *obuiam ei miſit*, *qui eum honorifice eius nomine ſalutans*, *de ſuperioris ſynodi ſententia admonuit*, *effecitque Epiſcoporum opera & auxilio*, *vt tum vlteriori tractatu*, *& diſceptatione ſuperſederetur* *. Et c. XXVII; Sequenti anno MXXVIII aliam Aribo Archiepiſcopus ſynodum habuit, vbi & eccleſiæ ſuæ cauſſam vrgebat ipſo etiam præſente Imperatore †. *Proximo anno MXXIX* ** *Imperator Mersburgi egit Pentecoſten*, *atque illic pax inter Aribonem*, *& Gothardum patrem noſtrum conciliata eſt*, *& ſopita tandem longa illa Gandersheimenſis altercatio* †. Nimirum, ſicuti apud Danielem c. X ſancta inter Dei angelos de populorum ipſis commiſſorum commodis altercatio eſt: ita & inter bonos iſtos Pontifices. Sed Aribonis noſtri vide in eodem etiam ſcriptore humilitatem: *Ipſe*, inquit, *Aribo Archiepiſcopus patrem Gothardum ſecreto coram Epiſcopis conuenit*, *ſeque in hac re erraſſe confeſſus eſt*, *ſancteque iurauit*, *ſe modis omnibus ſatisfacturum*, *& deinceps perpetuo de ea re taciturum : petiitque ſuppliciter veniam eorum*, *quæ hactenus perperam egiſſet.* 732

* 1) *Eo*

Edit. I pag.

* 1) *Eo anno iterum Aribo ſynodum ſuam* Geizlice *concinit, ad quam item Seniorem noſtrum Godehardum inquietandum legatis & ſcriptis vocauit: quo ille ire diſſimulans, venerabilem Tadilonem Decanum noſtri cœnobii cum fratribus ei obuiam miſit; qui cum honorifice ex parte Senioris ſalutando de præterita ſynodi diffinitione commonuit, & plurali altrinſecus auctoritatum collatione profuſa Epiſcoporum auxilio cum ab ipſa repetitione tantummodo compeſcuit.* Hæc *VVolfherus*, quæ iisdem verbis repetit *Chronographus Saxo* p. 240 ſq. Coegit autem illam an. MXXVIII.

Conrado Regi adeſt.

2) Sequenti, qui XXIX erat, Conrado, Ratisbonæ ferias Chriſto reſurgenti ſacras celebranti affuit, ac alios inter eccleſiæ Mindenſis res illi quam ſtudioſiſſime commendauit. vid. *VVatenſtedius* l. d. p. 13.

Poeldæ agit ſynodum.

† 3) Non longe poſt ſynodum, de qua auctor, Poeldæ habuit. Sic namque *VVolfherus* l. d. cap. IV p. 493; *Sequenti quoque nihilominus anno, Imperatore Palidi conſidente, prædictus Archiepiſcopus ibidem ſynodo habita veterem querelam contra B. Virum, præſente Imperatore, incepit: ſed poſt multa & varia diſceptationum colloquia vix tandem ab Epiſcopis commonitus deſtitit.* Idem narrant *Chronographus Saxo* p. 241 & *annales Hildeshemenſes* p. 721; e quibus auctor, qui illam ad an. MXXVIII refert, corrigendus.

** Pro anno MXXIX, quem auctor *VVolfheri* verbis adleuit, lege MXXX.

† Vide, præter *VVolfherum* l. d. cap. IV p. 494, *annales Hildesheimenſes* p. 726.

X Fundauit autem idem Aribo in Haſſia monaſterium *Haſſungenſe* in honorem *SS. Petri & Pauli* ac *Heymeradi*. Confeſſoris, vt idem MS. maior ait. Inchoauit ſcilicet in monaſterio iſto aliquid. Sed Sigfrido I ſummus tribuitur a *Trithemio* colophon, prout in illo infra dicetur. *Monaſterium Haſſungenſe fundat.*

Scriptor *vitæ Meinvverci* § LXX p. 550, *qui* (Aribo) *inſpirante Dei gratia, inter alia ſua deuotionis & dilectionis erga DEVM indicia, ſuper montem, qui dicitur Haſungun, in honore ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & in commemoratione B. Heimeradi ſupradicti monaſterium conſtruxit.* Et *Engelhuſius* in chron. p. 1083, *qui* (Aribo) *conſtruxit monaſterium in Haſungen, vbi iacet S. Heimeradus.* Ceterum conf. *VVinckelmannus* deſcript. Haſſiæ parte II cap. XII p. 309, 310, *Leuckfeldius* antiquit. Burſfeldenſ. cap. III p. 87, & quæ dixi in *Sigefrido I* ad § XIV & XV.

XI Moritur vero anno MXXX, ſecundum *Marianum Scotum*: ſecundum *Trithemium* vero in Hirſaugienſi chronico, *Lambertum Schaffnaburgenſem, Sigebertum*, catalogum *Bruſchianum*, *MS.* vtrumque anno MXXXI. *Moritur.*

Præter *Marianum Scotum* & *chronici VVirzburgenſis* auctor an. MXXX mortuum dicit. Verum non ita bene. Obiit autem *VIII Id. April.* vid. vita *S. Godehardi* cap. IV p. 494, *annales Hildeshemenſ.* p. 726, *necrologium Hildeshemenſe* vetus p. 105. *Id. April.* habet *Chronographus Saxo* p. 242, lapſu ſine dubio memoriæ; repetit enim de cetero verba, quæ in S. Godehardi vita legere eſt. Et quidem *Cumis*, vt diſerte *annales*, quos modo dixi, *Hildeshemenſes* habent: *Eodem anno* (MXXXI) *pia & venerabilis memoria Aribo, Mogonciacenſis Archiepiſcopus, cauſſa orationis Romam adiit: indeque digrediens* Cumis VIII Id. Aprilis, *ah, ah, ex hac vita migrauit.* Tum vero *anno ordinationis ſuæ XI*, vt in ſæpius dicta *S. Godehardi* vita eſt cap. IV p. 494, *Chronographo* itidem *Saxone* l. d. quo ſane illorum ſententia, qui an. MXXXI illum fatis functum volunt, nouo argumento ſtabilitur.

XII Sed antea coram Imperatore habuerat Paderbornæ concionem & peregrinationis piæ cauſſâ, Romam profectus erat; quod in citata *S. Godhardi* vita cap. XXVII ita narratur: *Natalem CHRISTI Imperator Conradus Paderbornæ celebrauit, vbi Aribo Archiepiſcopus in ſancto die inter Miſſarum ſol-*
733 *lennia, publica habita concione, copiam ſibi fieri petiit ab Imperatore & Epiſcopis Romam proficiſcendi, orauitque clerum & populum, vt a Domino peccatorum remiſſionem ipſi impetrarent. Atque deinde, poſt Purificationem, iter ingrediens, Romam peruenit: inde vero digrediens octauo Idus Aprilis vitam cum morte commutauit, ordinationis ſuæ anno vndecimo, magno ſui apud Catholicos omnes deſiderio relicto. Erat enim in omni eccleſiaſtica religione ſpectatus & laudabilis.* Hæc Gothardinus ille auctor; cui etſi, paullo, vt videtur, acriori, debentur tamen gratiæ, quod per eum tam multa, ceteroquin obſcura, prorſusque tacita, de Aribone noſcuntur. *Mortem ſuam prædicit.*

B. BARDO.

I

VEllem, quam MS. minor extare ait, meas in manus venire potuiſſet S. Bardonis vita. Nihil eſſet, quod hic de eo intertexere mallem. Sed quia id

id non licuit, cœptam tenebo rationem, colligam, quæ potero, ex auctoribus: eorum, quoad licebit, ſemper edendo nomina. Edit. I pag.

Hanc *S. Bardonis* vitam, a Viris doctiſſimis diu multumque fruſtra quæſitam, inuenies infra, vt eam e codice manuſcripto bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, eruit, & ad diem X Iunii Bollandiani dedit *Papebrochius*, ex eoque in actis SS. Ordinis Benedictini ad annum MLI poſtea repetiit doctiſſimus *Mabillo*.

II Et primo fuit, narrante *Bruſchiano* catalogo, ex nobili Wederauiæ familia de *Oppershofen* natus, patre Adelberto, matre Chriſtina, ſcribiturque in *Vrſpergenſi* Abbate *Bartho* *. Abbas fuit *Hirsfeldenſis*, ſed non niſi dimidium annum, vt ait *Lambertus* in anno MXXXI, ſecundum vero *Bruſchium*, & *MS.* maiorem, etiam *Fuldenſis* fuit; immo etiam ſecundum *Vionem* libro II *Virdunenſis* †. Sed Hirsfeldenſem tantummodo aiunt *Lambertus* loco citato, *Trithemius* Hirſaug. eodem anno, *Godhardinus* antea citatus auctor cap. XXVII, & *MS. minor.* neque tradunt hi *Richardum*, qui Salingſtadiano concilio Fuldenſis Abbas interfuit, interea vel vita vel officio defunctum, 734 ſicuti de Hirsfeldenſi Arnoldo, qui tum illi adfuit, memorant. Recentior tamen manus in maiore MS. notabat, eum fuiſſe Fuldenſem monachum primo: deinde vtramque Abbatiam dicto anno tenuiſſe, quaſi, vterque Abbas eodem tempore deceſſiſſet, vt pariter vtrique ſuccederet Bardo *. Fratruelis ei fuit Bardo alius S. Albani Abbas, ad quem, vt lib. I cap. XL n. 4 dictum eſt, ſcripſit *Goſvvinus*, & de quo ad Sigfridum ſic: *Bardo BARDONIS noſtri magni tam propinquus genere, quam non diſſimilis ſanctitate, & nomine.*

Vario ſcribitur & effertur.

* 1) In *chronico VVirzburgenſi* p. 510, & *Chronographo Saxone* ad an. MLI, haud ſecus ac in Vrſpergenſi, ſcribitur *Bartho*; in diplomate vero Conradi II Sigeberto Mindenſi anno MXXXIII conceſſo (apud *VVatenſtedium* chron. Mindenſ. p. 14) *Pardo*; & in *annalibus Hildesbamenſibus* ad an. ML, *Bartholomaus*. *Papenbrochio* videtur eſſe diminutiuum a *Bartholdo* vel *Bartulfo*. Sic enim in annot. ad n. 1) *Si vera origo nominis quaratur, primo intelligendum, quod* Bardo (*ſicut & cetera omnia propria Teutonum ac Francorum nomina in O deſinentia*) *ſit diminutiuum a* Bartholdo *vel* Bartulfo, *vti* Gothelo *&* Gozilo *idem ſunt, quod* Godefridus, Eppo *idem, quod* Egbertus *vel* Eberhardus &c. Ceteroqui, dum *auctor vita* l. d. opinatur, nomen hoc *Bardo* idem eſſe, ac *puer Dei filius*, idem bene l. d. *Hebrais quidem ac Friſiis noſtris* Bar *ſignificat* filium puerum, *ſed Deum nec Hebraica nec Cimbrica lingua hic inuenies, niſi forte ſumtum a Latinis.*

nobili natus familia.

2) Natus autem fuit parentibus eximia conſpicuis nobilitate. Giſelæ enim, quæ in Conradi II Imp. matrimonio viuebat, erat conſanguineus, vt *auctor vita* n. XII diſerte prodit; *nobili VVetterauia familia de Oppershofen*, ſi auctorem audias, qui *Bruſchii* hic incedit veſtigiis. Patre quidem *Adalberone*, quem diſtincte nobis citatus *auctor vita* n. I memorat; matre *Chriſtina*, quam in catalogo addit *Bruſchius* n. XXXVIII.

Opershofi.

3) In oppido Wetterauiæ, cui *Oppershofen* nomen eſt, in lucem editum eſſe *Dieſſenbachius* in catalogo mſcr. *Mallinkrot* de ſanctis Germaniæ Cancellariis p. m. 483; *Schaten* annal. Paderbornenſium lib. V p. 484 dicunt: quibus antiqua eiuſdem oppidi traditio fauet, de qua ex litteris Martini, Abbatis ad D. Iacobi Moguntiæ, *Mabillo* obſeruat ad vitam *Bardonis* præuiar. II & XII; forſan etiam *Bardonis* ipſius in poſſeſſionibus parochialis Opershofenſis liberali acceſſione augendis beneuolentia; de qua in actis parœciam modo dictam ſpectantibus; *VVeiln nun aber 4 Hufen Lands von Erzbiſchof* Bardone *vor 600 vnd mehr iahren zu der Pfarr Oppershofen fundiret; die Documenta aber &c.* Solus, quod ſciam, *Henningus Hagen* in Syllabo Abbatum Werthinenſium p. 601 *nobilem vocat Saxonem*. Sed perperam, vt puto.

4) Natus autem fuit circa an. DCCCCLXXX. Obiit enim ætatis ſuæ anno pluſquam ſeptuageſimo, vt *auctor vita* habet n. LXXIX, Chriſti MDLI. *circa an. 980*

5) A parentibus feminæ cuidam magno natu, piæ, chriſtianæque, cui nomen *Benedicta*, traditus, prima iam ætatula totum edidicit Pſalterium. Idem *auctor vita* n. II; adultior vero factus, Fuldam deductus fuit, vbi ſub Erckenboldo Abbate grauiter animum bonis excoluit litteris; *Idem* n. III; & dein, monachum induens, in D. Benedicti iura legesque conceſſit. *Idem* n. IV. *Adultior paulo Fuldam deducitur.*

6) Fratribus cum & benignitate, & morum caſtimonia, & diligentia in litterarum ſtudiis, aliisque virtutibus pulcerrimum præiret exemplum, ſub Abbate Richardo electus fuit Decanus. *Idem* n. VIII; & quum officio ſuo magna cum laude ſatisfaceret, ædis nouellæ, *D. Andrea* honori dedicatæ, in plaga occidentali, deſignatus Præpoſitus. *Idem* n. XI. *vbi poſtea factus eſt Decanus.*

7) Hoc fungens munus, cum Cæſari Conrado II Fuldæ innotuiſſet, dignusque videretur, qui ad altius eueheretur faſtigium, non longe poſt in aulam euocatus, conſtitutus fuit Werthinenſis Rector cœnobii. *Idem* n. XIII, & mox paullo etiam Hersfeldenſis. *Idem* anonymus n. XIV. Fuit itaque non *Hersfeldenſis* ſolum Abbas, ſed *VVerthinenſis* etiam; pro quo *Virdunenſem* dixit *VVion*. Conſ. *Mabillo* l. d. § II. Conſentiunt auctor *vita Meinvverci* *Abbas fit Werthinenſis & Hersfeldenſis.*

Edit. I p. 734

vverci p. 560, *Moguntinus Archiepiſcopus Aribo eodem anno Romam profectus, orationis cauſſa in reditu VIII Id. April. obierat, & Bardo* Werthinenſis Abbas, *qui Imperatricis machinamento ſubintrauerat, quique ante paucos menſes Arnoldo, a Herueldenſi regimine depoſito, ſucceſſerat, variis negotiis occupatus, ſecundum deſiderium Epiſcopi adeſſe non poterat. Henningus* item, quem dixi, *Hagen* l. d. *Bardo, nobilis Saxo, ob famam diſcretionis ex cœnobio Fuldenſi ad Prælaturam poſtulatus, præfuit anno tantum vno, quia* „hinc *in Archiepiſcopum Moguntinenſem poſtulatus fuit.* Auctor adhæc *annal. Hildesheimenſ.* p. 726; *in cuius loci viciſſitudinem* (remoto ſcilicet ab monaſterii regimine Arnoldo) *ſubrogatur Bardo*, „ Procurator cœnobii Wirdunenſis, *ſuggeſtione Giſlæ Imperatricis.* Conf. *Schatenus* l. d. *Bucelinus* German. ſacræ p. 313, vbi prodit, Bardonem poſt Heidanricum non ſolum haberi in Abbatum Werthinenſium catalogo an. MCXCVIII conſcripto, verum etiam in chlamyde antiqua, in qua ſeries illorum acu picta vſque ad an. MCCCXX.

8) *Fuldæ non fuit Abbas; quamuis *Bruſchius* chronol. monaſter. German. centuria I p. m. 210 velit, eum an. MXLVII pedum Fuldenſe conſecutum eſſe, præcipuumque loci gubernatorem ad mortem vſque fuiſſe. Conf. *Mabillo* l. d. § II. — *Fuldæ non fuit Abbas.*

III Iniit noſter Archiepiſcopatum, vt omnium conſenſio eſt, anno MXXXI, & ex eodem, ſimulque & vita diſceſſit, anno ſecundum *Sigebertum* ML, ſecundum *Lambertum* vero, anno MLI, cui aſtipulatur *Marianus*, *Vrſpergenſis*, *Bruſchius*, *MS.* minor. Nam totus aberrat *MS.* maior, dicens, ipſum Ariboni ſucceſſiſſe anno MXXVIII, & ſediſſe annos XXVIII, id eſt, ad annum MLVI perueniſſe. — *quando ſedem tenuerit*

1) Ariboni ſucceſſorem an. MXXXI datum, vna omnes voce teſtantur, ſi *Marianum Scotum* excipias, qui anno ſequenti ad faſtigium Moguntinenſe euectum vult, vt *Mabillo* iam obſeruauit l. d. § IV. Et quidem deſignatus fuit ipſis Apoſtolorum Petri & Pauli feriis, iiſque ſtatim magna cæremoniarum dignitate Antiſtes ſacratus, velut *Idem* in notis aduerſus Papebrochium, qui *dominica infra octauam* ordine Epiſcopali initiatum cenſet, oſtendit. Erat autem tum annos fere L natus. vid. *auctor vitæ* n. XXII, XXIII, XXIV. Pallium, poteſtatis Archiepiſcopalis inſigne, accepit a Ioanne XIX (al. XX) P. M. anno ſequenti, eodemque iura regalia ab Imperatore, ipſo ſanctæ Pentecoſtes feſto. *Idem* n. LXXIII.

pro Warburgenſi comitatu accipit alium.

2) Poſtero (MXXXIII) Comitatum Warburgenſem, accepto, qui ad id temporis iuris Imperialis erat, alio, pacis cauſſa dimiſit. Meinwercus enim a morte Aribonis continuis precibus id vnum agebat, vt ſuæ illum eccleſiæ recuperaret. Cum Conradus, qui antea ſedi eum Moguntinæ addixerat, tandem annueret, Bardoni, ne nouæ diſcordiæ locus relinqueretur, quem ſupra dixi, repoſuit. Luculento nobis teſtimonio ſunt tabulæ, quibus id IV Non. Aug. anno MXXXIII Imperator perſcripſit; in iis enim diſerte legas: *Præcauentes nos & præcogitantes, ne aliqua poſtmodum inter ipſas eccleſias de hac re controuerſia fieret & diſcordia, Moguntinæ eccleſiæ Comitatum, qui ſitus eſt in* Chiunga, *propter pacis confirmationem imperiali noſtro iure conceſſimus.* Vid. *Schaten* l. d. annal. Paderborn. p. 493 & ſeq.

3) Anno dein MXXXVI, VIII Kalend. Iun. inaugurationi ædis ſacræ, quam Meinwercus, morti propinquus, Paderbornæ in honorem B. Virginis ac B. Apoſtolorum Petri & Pauli condiderat, rogatus interfuit. Vid. ſcriptor *vitæ Meinvverci* p. 563, *Gobelinus* Coſmodrom. ætate VI cap. LIII p. 260. — *Paderbornæ inaugurationi ædis Petro-Paulinæ intereſt.*

4) Tum Herbipoli, pro ſua in rebus Imperii iuxta ſacerdotiique gerendis induſtria, Conrado adſedit, teſtis traditæ tum a Brunone, Epiſcopo Wirzburgenſi, eccleſiæ Herbipolenſi curiæ in Weſtphalis, *Sonnerik* dictæ, publicis memoratus tabulis. Vid. *Friſius* chron. Wirzburg. in Brunone c. III p. 468. — *Herbipoli præſens eſt Conrado.*

5) Per eosdem quoque dies a Poppone Archiepiſcopo in conſilium rogatus, Treuiris Thietfridi, Treuirenſis eccleſiæ quondam Aduocati, qui Luchardem, propinquitatis & ſanguinis neceſſitudine ad liquidum haud explorata, ſibi matrimonio iunxerat, cauſſam vna cum Piligrino Colonienſi diſcuſſit. Vid. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XI § LX p. 518. — *Treueris cauſſam quandam diſcutit.*

6) Anno ſequenti, qui XXXVII fuit, in natali Stephani protomartyris Burchardum, Præſulem Halberſtadenſem, Heiligenſtadii magna dignatione conſecrauit, vt *Hildesheimenſes* docent *annales* p. 728. vid. etiam *Leuckfeldius* antiquitat. Halberſtad. ad h. a. p. 401. — *Burchardum Halberſtadenſem conſecrat.*

IV Abſoluit cœptam a Willigiſo maiorem Moguntinam eccleſiam, cumque S. Stephani templum Willigiſus abſoluiſſet, cœpit *maior* hæc vocari *S. Martini*: eamque, vt ait in Hirſaugienſi chronico *Tritbemius*, anno MXXXVII dedicauit, Conrado Imperatore, Epiſcopiſque multis & Abbatibus præſentibus, IV Iduum Nouembris. *Sanctus Bardo*, inquit *Marianus*, *Archiepiſcopus, præſente Conrado Imperatore, indictione V, IV Idus Nouembris, conſecrauit monaſterium S. Martini, ſedis Moguntinenſis Archiepiſcopatus, immo omnium Francorum, in honore S. Martini, cum multis Epiſcopis, & venerabilibus viris.* Hæc enim verba vltima e MS. Francofurtenſi reſtituenda, quæ in editis libris deſunt. Narrationi vero huic aſſentitur MS. minor; ſed præſentium Epi- — *ædem D. Martini Moguntiæ abſoluit & dedicat.*

ad D. Ioannis nouam congregationem instituit ſcoporum numerum definit XVII, & de ea, quæ *S. Ioannis* dicitur, eccleſia ſubdit: S. Ioannis *baſilica collegiata iuxta metropolitanam Moguntiæ poſita, non modicæ deuotionis extat. Quam idem Bardo S. Epiſcopus pro remedio animæ ſuæ dotauit. Veteribus eius rebus cum dote & congregatione, in nouam S. Martini translatis, & in hac veteri S. Ioannis, de qua priorem congregationem tranſtulerat, prædiis ſua induſtria acquiſitis, nouam congregationem reſtituit.* Edit. I pag.

1) Et de hac *S. Martini* æde intelligendus venit *Albericus*, dum chronici parte II p. 63 ſcribit: *S. Bardo ordinatur Moguntiæ Archiepiſcopus, qui* Sumiam (*l.* ſummum) *monaſterium conſtruxit, in quo ſepultus eſt.* vti *Leibnitius* in ora paginæ iam his notauit verbis. *ſ.* S. Martini, *antea crematum.*

Dietmarum Hildesheimenſem Epiſcopi initiat ritu. 2) Anno, qui ſequebatur, MXXXVIII Dietmarum, Antiſtitem Hildesheimenſem, XIII Kal. Septembr. Laurishami ſollemnibus adhibitis cæremoniis Epiſcopum conſecrauit. quo vid. *annales Hildesheimenſes* p. 729.

In Boiemiam mouet cum copiis. 3) Ex quo, Cæſaris iuſſu, vna cum Ekkehardo Marchione militiæ ſubiit labores ac in Boiemiam mouit. id quod, ne ſine teſte loquar, verbis *Chronographi Saxonis* referre placet. Is autem ad an. MXL p. 248 ait; *Saxones cum Metropolitano Mogontiaco Bardone & Ekkehardo Marchione conuenerunt, & eandem regionem diuina eos, vt claruit, protectione comitante, cum parua admodum manu IX Kal. Septembr. violenter introierunt, & per IX dies poteſtatiue peragrantes, cæde, præda, incendioque vaſtauerunt.*

4) Quin, ſequenti (MXXXIX) denuo expeditioni Cæſarianorum eandem in terram factæ interfuit, vt idem *Chronographus*, quanquam in an. XLII eam reiiciat, his prodit verbis p. 248; *Eodem tempore Ekkehardus Marchio cum Moguntino Archiepiſcopo, aliisque Epiſcopis & Primatibus altera ex parte expeditionem Saxonum innexit Boemiam, ipſamque regionem multis modis vaſtantes, caſtra metati ſunt penes regium exercitum.*

5) Ceterum id quoque anno hoc honoris habuit Bardo, vt *Suitgero*, Epiſcopo Bambergenſi, qui poſtea Papa factus eſt, Monaſterii, Henrico Rege cum aula præſente, ſollemni ritu iura Epiſcopi ex veteri inſtituto conferret. Vid. *Excerpta de Clemente II* ex annalibus ſæculo XII in Saxonia ſcriptis p. 577. *Chronographus Saxo* p. 248. *Suitgero Babbergenſi conſecrationis munus impertit.*

6) Poſthæc anno MXLII Corbeienſium in fraternitatem receptus eſt. Vid. Anonymi *annales Corbeienſes* p. 386.

De Cunihilde, Henrici III coniuge; eiusque altera vxore Agnete. V Anno MXLIV Imperator Henricus, cum habuiſſet vxorem Regis Danorum filiam Guniheldam, eaque nullis liberis relictis obiiſſet, vti refert anno MXXXIV Hirſaug. *Trithemius* *, duxit alteram, Agnetam, Guilielmi Pictauienſis Principis filiam, *eamque*, vt ait *Marianus*, *Reginam apud Moguntiam* (ab Archiepiſcopo Bardone) *vngi faciens, regalibus ſibi nuptiis in Ingelheim copulauit.* Idemque refert eodem anno *Abbas Vrſpergenſis.* Idem & *Lambertus;* ſed anno MXLIII MS. ambo, & adiiciunt, quemadmodum hiſtrionum & aretalogorum multitudinem, quæ ad regales nuptias, cibi, quæſtusque cauſſa vndique conuolarat, indonatam, impranſam, impaſtamque ſapiens Imperator dimiſerit, & cibos, qui in mimos & ludiones illos inutiliter conſumpti fuiſſent, dari iuſſerit pauperibus, vt diſerte habet *MS. maior* *. 735

* 1) *Trithemius* in recognita, auctaque chronici Hirſaugienſis editione ad an. MXXXIV plane nil de Cunihilde habet. Anno quidem XXIV Henrico deſponſatam memorat p. 166; anno XXXVI p. 172 ei nuptam: vtroque tamen loco ſine liberis deceſſiſſe, ne verbo quidem tradit; quin potius, quod & *Guilelm. Malmesburienſis* de geſtis Anglorum lib. II cap. XII, *Ioan. Bromptonus* chron. p. 933, *Engelhuſius* in chron. p. 1084 inepte narrant, illam adulterii falſo accuſatam a marito diſceſſiſſe ſcribit: in poſteriori adhæc p. 173 addit, monaſterium eam intraſſe, & conſummato pie viuendi curſu migraſſe ad Dominum.

2) Ceterum quidem Cunihilden ſine liberis obiiſſe refert *auctor incertus*, qui geſta Imperatorum ab Henrico Aucupe ad Henricum V perſequutus eſt, in compendium redactus a monacho quodam Hammerslebienſi p. 709, *Botho* itidem chron. Brunſuicenſ. picturati p. 324; ſed perperam. Quippe Cunihildis, tunc, vt poſt appellata fuit, Kunigunda moriens vtique reliquit filiam, cui nomen *Beatrici*, ſacris virginibus Quedlinburgi & Gandershemii poſt præfectam. Filiam ſane ſuperſtitem reliquiſſe, teſtis *VVippo* eſt p. 432; *Regina* Chunelindis, *coniux Henrici Regis. XV Kal. Auguſt. quaſi in limine vitæ, ingreſſu mortis occubuit, relinquens tantummodo ſolam filiolam de Rege, quam poſtea pater Chriſto deſponſans, in Abbatiſſam conſecrari facit.* Iſtam vero, quam fatis concedens poſt ſe reliquit, *Beatricem* vocatam, virginibuſque Quedlinburgi Deo dicatis Moderatricem datam fuiſſe, videre licet in patris Henrici tabulis, anno MXLV datis, quibus bona quædam parthenoni Quedlinburgenſi donat iuxta tranſſcribitque, apud *Ketnerum* in diplom. Quedlinburg. ſæc. XI n. VI p. 165. Sic enim ibi: *tale prædium, quale habere viſi ſumus in locis Sinslebo & Anegrimeslebo, cauſſa dilectiſſimæ filiæ noſtræ* Beatricis, *eccleſiæ in honorem Domini noſtri I. C. & Seruatii atque S. Dionyſii conſtructæ, cui prædicta filia noſtra, diuina munificentia, noſtraque beneuolentia, præeſt, regali noſtra poteſtate & auctoritate ex noſtro dominio in*

proprium

Edit. I pag. *proprium condonauimus.* Conf. *Bodo* ſyntagm. de eccleſia Gandersheim. p. 501, *Leuckfeldius* antiquitat. Halberſtad. ad an. MXLIV & MXLV p. 412 & ſeq. vbi obelo notat, quæ antiquitat. Gandershem. cap. XXII p. 230 & cap. XXIV § 4 p. 278 Bodoni obiecerat, ſcripſeratque. * Id alioqui, quod *MS. maior* refert, referunt etiam *Chronographus Saxo* ad an. MXLV p. 249, *Albertus Stadenſis* ad an. MXLIV p. 231, *Albericus* ad an. MXLV p. 77, *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MXLIV p. 182.

VI Anno MXXVIII * ſcribit *Lambertus*, Imperatorem celebraſſe nata- *De Clementis Papæ ſucceſſoribus.*
lem Domini Polethæ, ibique nuntiata morte Clementis Papæ, qui antea Suit-
* al. Brixienſem. gerus Epiſcopus Bambergenſis, aſſignaſſe alium, *Bopponem* ſcilicet *Priſnienſem* * *Epiſcopum* (in Abbate Vrſpergenſi, *Aquileienſem Patriarcham*) Anno vero MXLIX natalem Domini celebraſſe Friſingæ, ibique nunciata morte Bopponis dediſſe Romanis Brunonem *Tboloſæ* Epiſcopum. Sed hic 1) de annis diſſenſio eſt. Nam anno MXLVIII dicit MS. minor *Damaſum* (hoc enim nominis ſibi aſciuerat Boppo, vt indicat *Platina*, apud quem *Popo*) mortuum, Friſingæque *(Henricum)* natalem Domini celebraſſe, indeque cognito illius obitu Moguntiam veniſſe, magnoque Epiſcoporum cœtu conuocato, ex eis Brunonem Pontificem ſtatuiſſe; quod anno MXLIX factum, ratio itineris Friſinga Mogontiam vſque, Epiſcoporumque conuentus docet; ſicque aſſerit Marianus Scotus & Platina. 2) Perperam Brunonem *Toloſæ* ſentit idem Epiſcopum: deterius in MS.ᵒ maiore quidam, *Herbipolenſem*, cum *Tullenſis* fuerit, vti teſtantur omnes. *Vir admodum ſanctus*, qui Romano clero reſtituit eligendi Pontificis auctoritatem, vt explicat *Platina*; vocatus poſtea *Leo IX*, non *Gregorius*, vt eſt apud *Rupertum Tuitienſem* cap. V vitæ S. Herberti, vbi explicat, quomodo cum iſto Pres-
736 byterii ſuſceperit ordinem, inuitus magnaque cum demiſſione repugnans; & eo
Moguntia Romam ad Pontificem * proficiſcente, narrant *Sigebertus* & *Tritbe-* * f. Pontificatum
mius locis citatis, angelorum cantus auditos: *Dicit Dominus, Ego cogito cogitationes pacis*; & leproſum ab eo curatum, aliaque id genus præclara.

* Librarii, ſine dubio, errore pro an. MXLVIII, qui explicate in *Lamberto* habetur, irrepſit MXXVIII. Ceterum *MS. minor* bene quidem dicit, Henricum an. XLVIII Chriſti naſcentis incunabula celebraſſe Friſingæ; errat autem, dum natalitiis peractis Moguntiam veniſſe, ibique Brunonem Tullenſium Antiſtitem Damaſo ſurrogaſſe, vult. Non enim Moguntiam tum conceſſit Henricus, ſed Vormatiam, ibidemque Brunonem, Leonis IX nomine poſtea celebrem, virum ſanguinis nexu ſibi iunctum, d. XII Februar. præſentibus Romanorum legatis, Pontificem nominauit. Id quod e *VViberto*, qui Leonis vitam litteris mandauit, annal. Treuirenſ. lib. XI § XCII p. 525 pluribus perſequitur *Brovverus*.

VII Anno eodem MXLIX, ſecundum *Abbatem Vrſpergenſem*, *Sigebertum*, & *MS. minorem*, in Gallias veniens Leo Papa, ſynodiſque in Germania & Gallia habitis, *ſtatum eccleſiæ*, inquit *Sigebertus*, *meliorauit.* Ex hiſce ſynodis fuit vna Moguntiæ, vt ait ille MS. ſubdens, ei Pontificem ipſum, cum Imperatore Henrico, præſediſſe, ac interfuiſſe XLII Epiſcopos, quibus, ſacra ſumpta communione, ſe ab iis, quorum accuſabatur, criminibus purgauit *Sibidio* (in Lamberto *Sibecbe*, in Trithemio Hirſaug. chron. *Sibecbo*) Spirenſis Epiſcopus: eiuſdemque Pontificis, variorumque Principum deprecatione Imperatori reconciliatum Lotharingiæ Ducem Godefridum, de cuius animi magnitudine, bellica gloria, bellicisque contra Imperatorem & eccleſias nonnullas, expeditionibus, tandemque de admirabili voluntaria pœnitentia plura *Lambertus*: qui in annum ML verius confert Leonis in iſtas partes reditum. Cum enim anno MXLIX Moguntiæ deſignatus ſit Pontifex, Romamque deinde profectus, ibidemque rurſum electus & conſecratus, quomodo tam cito illuc, vnde profectus erat, rediiſſet? *Anno* igitur potius ML *Leo Papa*, inquit citatus *Lam-* v. l. 1 c. 33 n. 9 p. 103
bertus, *propter componendum ſtatum eccleſiarum & pacem Galliis reddendam Roma egreſſus, Moguntiæ ſynodum celebrauit, præſidente Imperatore cum XLII Epiſcopis*, ceteraque ſubiungit, quæ ex eo mutuatus MS. paullo ante narrauit. Sed quod præſediſſe ait Imperatorem ſynodo, ſuſpectum habeat, quiſquis bene *Lambertum* norit, niſi *præſediſſe*, id eſt, *honoratiſſimo cum Pontifice loco ſediſſe*, intellexerit. Atque hic volunt aliqui, vti refert MS. maior, inſtitutum *ieiunium bannitum*, de quo ſupra lib. I cap. XXXIII. Quomodo vero in hoc ſuo itinere, Moguntiam verſus, inuenerit ſanctiſſimus Pontifex *S. Aurelii* reliquias, Hir-

Digitized by Google

Hirſaugienſeque monaſterium reſtituerit, vtiliter edocet eodem anno ML *Tritbemius* in Hirſaugienſi chronico.

De ſynodo Moguntiæ a Leone habita.

1) Leonem ſynodum habuiſſe Moguntiæ, apud omnes in confeſſo eſt. Vtrum vero an. XLIX an L, ſcriptores inter haud conuenit. Auctor putat, Schafnaburgenſem eam verius conjicere in annum ML, in quem annum eandem quoque reiiciunt auctor *compilationis chronologicæ* ſiue chron. *S. Aegidii Brunſuic.* nec non *Trithemius* in Hirſaugienſi. Alii aliter ſentiunt, ac Vrſpergenſem, Sigebertum &, qui vitam Leonis ſcripſit, Wibertum, nec ſine ratione, ſecuti, Leonem ſynodum hancce an. XLIX Moguntiæ celebraſſe ſtatuunt. Vide, quæ ſupra ad lib. I c. XXXIII e *Polycarpi Lyſeri* diſſert. de Concil. Moguntinis attuli.

In qua Bardo Legatus ſedis Romanæ declarat.

2) Ceterum, ſi *Trithemio* fides, chron. Hirſaug. ad h. a. p. 190, in hac ſynodo S. Bardo, *reuerendiſſimus ſanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus, legatus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ declaratus eſt.*

Fundamenta monaſterii Iacobæi ponit.

3) Anno ſequenti ML in *colle Druſi* fundamenta monaſterii, quod poſtea *D. Iacobi* memoriæ dicatum eſt, ponere cœpit; & quum morte præpeditus, operi extremam manum admouere nequiret, ſucceſſori conſummandum reliquit, mandato Bardoni, ſuo e fratre nepoti, dato, futuro Antiſtiti vt id ipſum commendaret. Vid. *VVitlichius* in catalogo Abbatum D. Iacobi p. 1 & ſeq. Et hinc *Dieffenbachio* in catalogo mſcr. non immerito audit *primæuus fundator monaſterii S. Iacobi in monte ſpecioſo extra Moguntiam.*

Goslariæ inaugurationi ædis SS. Simonis & Iudæ interest.

4) Quin, cum cultus ſacri per eſſet amans, eodem hoc anno Goslariæ ſollemnitatem, qua VI Non. Iul. baſilica *B. Virginis* & Apoſtolorum *Simonis & Iudæ* magna inaugurabatur pompa, ſua præſentia cohoneſtauit. Vid. *Heineccius* antiquitat. Goslarienſ. lib. I p. 51 & ſeq. Signanter *annales Corbeienſes* (qui tamen cum *Lamberto* pro an. L annum LI ſubſtituunt) l. d. p. 387; *Rauthardus interfuit dedicationi baſilicæ B. Virginis in Goslar, præſente Henrico Rege, Hermanno Colonienſi, Bardone Moguntin.*

Edit. I pag. 737.

VIII Idem porro Imperator anno MLI, vt ab eodem *Trithemio*, & *Lamberto* ſcriptum eſt, *Pentecoſten celebrauit Podelbrunnen* (Paderbornæ) *vbi Bardo Archiepiſcopus ad Miſſam, habito ſermone, obitum ſuum inſtare prædicens, orationi fidelium ſe commendauit, qui eodem menſe deceſſit*: & quidem, vt adiicit *Tritbemius*, *Marianus*, & *MS.* minor, *IV Idus Iunii.*

Quo anno obierit,

De *anno* pariter ac *die*, quo viuendi fecerit finem, in diuerſa abeunt ſcriptores. *MS. maior* & *Albericus* in chron. p. 84 anno XLIX vita defunctum tradunt. *Sigebertus Gemblacenſis* (an errore librarii?) anno L refert mortuum. Præter *Marianum Scotum*, *Schafnaburgenſem*, *Vrſpergenſem*, *Bruſchium*, quos auctor citat, eum anno LI rebus humanis exceſſiſſe volunt *Hermannus Contractus* p. 142, *Chronographus Saxo* p. 251, *Chronicon Stederburgenſe* p. 852, *necrologium Fuldenſe* p. 768, *chronica Auſtralis* p. 440, *chronica Auguſtenſis* p. 497. *Papebrochius* ab his omnibus abit, ac anno LIII demum morte oppreſſum concludit, vt in commentario ad vitam illius præuio § III videre eſt.

quo itemque die?

2) Quod ad diem, Marianum *Trithemius*, *MS. minor*, & *VVitlichius* l. d. ſequuntur. Alii vero *III Idus Iunias* fatis functum teſtantur, *Hermannus* ſcilicet *Contractus*, Bardoni σύγχρονος, qui p. 332, *eadem æſtate* (MLI) *Bardo venerabilis Moguntiæ Archiepiſcopus, III Id. Iun.* Necrologium *S. Michaelis* Hildeshem. p. 106, *III Id. Iun. Bardo Archiepiſcopus*, & necrologium *monaſterii VVerthinenſis* p. 747 *III Id. Iun. Bardo Abbas, & poſtea Moguntinus Archiepiſcopus obiit.*

3) Quod ad nos, in Schafnaburgenſis concedimus ſententiam, & Bardonem an. LI ſpiritum poſuiſſe opinamur; non autem an. XLIX; ſiquidem anno ſequenti L dedicationi ædis *SS. Simonis & Iudæ* Apoſtolorum Goslariæ interfuit, vt ad § præcedentem iam dictum; nec anno L, IV Id. Iun. quandoquidem in tabulis, quas Cæſar anno hoc ad exitum vergente eccleſiæ iſti conceſſit, manifeſtum fit, menſe Nouembri illum adhuc in viuis egiſſe. *VVinitherius* enim *Cancellarius vice Bardonis Archicancellarii recognouit. Data* autem ſunt *VIII Kalend. Decembr. anno dominicæ incarnationis milleſimo L, indictione III.* Vid. *Heineccius* l. d. p. 55. Nec denique anno MLIII. Quod ſi enim inſpicias litteras Henrici III, quas idem *Heineccius* l. d. p. 58 & ſeq. protulit, videbis anno LII die XXVII Martii *Luitbaldum* iam Archiepiſcopatus Moguntini gubernacula tenuiſſe. Has enim idem *VVinitherius Cancellarius vice* Luitbaldi *Archicancellarii recognouit. Data* autem ſunt *VI Kal. April. anno dominicæ incarnationis MLII, indictione V.*

4) Quod ad *diem*, ſequimur necrologium, quod Moguntiæ ad *D. Ioannis* eſt, ſtatuimusque, nec *III*, nec *IV Idus Iunias*, ſed *V* ad ſuperos illum exceſſiſſe. Sic enim ibi ad V Id. Iun. † *Reuerendus Pater & Dominus*, D. Bardo, *Archiepiſcopus Mogunt. reformator eccleſiæ noſtræ.*

Vbi mortuus.

5) Obiit autem in villa, quæ *Nemus ſpinarum* latine, vernacula *Dorneloch* dicta, hodie *Dornhagen*, quæ leuca vnica diſtat Paderborna Moguntiam verſus. Vid. *auctor vitæ* n. LXXIV, & *Papebrochius* in notis; *feria ſextâ*, poſtquam decubuit, vt verba *Anonymi* n. LXXVII interpretamur; Moguntiamque deuectus magno luctu tumulo illatus eſt in æde *D. Martini*, vt ſequitur.

IX *Sepelitur*, ait idem MS. *in eccleſia Moguntina, in crypta, quæ tum*

in

Edit. I pag. *in medio eccleſiæ fuit: nunc autem ibidem per Ioannem Archiepiſcopum altare S. Martini conſtructum eſt. Epitaphii autem eius lapis in latere ipſius altaris cernitur.* Sed vt ſponſa illa; *Quæſiui illum, & non inueni.* Cant. 3, 1.

magno ſepulcri luctu,

1) Quam acerbiſſimo in luctu tota ciuitas verſata fuerit, cum mortuus Moguntiam aduectus eſſet, ac ſepulturæ traderetur, pluribus *auctor vitæ* expoſuit n. LXXVIII.

in medio templi maceriis.

2) Sepultum fuiſſe in crypta, quæ tum in medio templi fuit, patet. Patet, lapidem, illi poſitum, loco motum, ac ad latus altaris erectum, cum Ioannes II Archiepiſcopus circa an. MCCCCXVIII ſuper crypta iſta ſacellum *D. Martini* ſtatueret memoriæ. Quod ipſum poſtea auctori chronici inſer. *Auguſtinianor.* occaſionem dediſſe videtur opinandi, Bardonem a latere dextro iuxta chorum *D. Martini* ſepultum fuiſſe, *Do vvord er in der neuen Dom-Kirche zu Maintz auf die gerechte hand neben S. Martens chor begraben, vvie das der grabſtein daſelbſt ausgewiſet, ausvveiſit* f. 42 b)

quod occaſione Papebrochii.

3) Vtrum vero lapis iſte, cum *Serarius* eum quæreret, loco rurſum fuerit motus, nos ſane fugit. Eſt alioquin figura Epiſcopalis lapidea ad columnam, Matthiam inter & Adolfum; quæ verum Bardonis ſit, ac ad eam fuerit erecta, cum ſacellum D. Martini loco moueretur, alii iudicent. Id interim pateſcit, *Papebrochium* l. d. § XI haud bene coniecisse, diſſipatum forte fuiſſe, cum Albertus Brandenburgicus anno MDLII Moguntiæ flammis in templa ſæuierit. Nec enim in ea ſæuiit, quæ intra vrbem ſunt, ſed in ea tantum, quæ extra mœnia Moguntina fuere, *S. Crucis* ſcilicet, *D. Victoris*, *D. Albani*, & *Eremi Carthuſienſis*. Dein ſacellum illud, in quo ad aræ latus lapis iſte erectus ſtetit, anno demum MDCLXXXIII ſubmoueri iuſſit *Anſelmus Franciſcus*, Princeps Elector ac Archiepiſcopus, ne templum templo obſtrueretur. quo vide, quæ in libello *de Vicariis* ad n. IV & V dicta ſunt.

& Mabillonii ſententia expenditur.

4) Ceterum epitaphium iſtud vetuſtum omnino fuiſſe, credibile eſt, ſecus ac *Mabillo* opinari videtur l. d. § XIV. Nec enim demum Ioannis II temporibus Bardoni poſitum fuit, ſed iſtis tantum loco motum, ac ad latus aræ ſacelli recens conditi erectum. Sepulcrum ipſum vero non diſſipatum fuit, vel ruinis inuolutum, quum an. MLXXXI & MCXXXVII, vel etiam MCXC ædes hæc conflagraret. fuit enim in crypta. Multo minus autem anno MCLXIII. Nec enim vrbs vna cum templis tum euerſa fuit, ſed mœnibus tantum nudata. vid. *Dodechinus* ad h. a. Vt adeo & hic coniectura ſua aberrarit, quem maximi alias facimus, doctiſſimus *Papebrochius* l. d. § XII

X Tantus vero in Dei verbo prædicando, concionibuſque ad populum habendis eius animi ardor, & eloquentia extitit, vt *Chryſoſtomus* vocatus ſit. Tanta vero vitæ ſanctitas, vt in cælitum numero habitus, & cultus ſit. Sic enim *Marianus Scotus*, anno MLI; *S. Bardo obiit.* *Trithemius* in Hirſaug. chronico in anno MXXXI & MXLVIII; *S. Bardo vir doctus, & ſanctiſſimæ conuerſationis, atque poſt mortem, Sanctorum catalogo inſertus eſt.* Sigebertus: *Bardonis ſanctitas per multam miraculorum gratiam patuit.* *Gothardinæ hiſtoriæ* auctor cap. XXVII *In Arbonis locum ſuffectus*, ait, *eſt vir ſimplex, & rectus, Bardo, Abbas Hirsfeldenſis, qui, Deo eum perſpicue prouehente, breui ad ſummæ perfectionis culmen peruenit. Cuius quidem vitam, & actus tunc conſcribere nolumus, quando pro ſanctitatis ſuæ meritis apud Moguntinos inter Apoſtolicos ſacerdotes eximie celebratur. Vnum tamen illud elogium, quod ei apud noſtrates, & finitimos, bonoris cauſſa, a ſanum ſapientibus clericis tributum eſt, reticere nolim, puta quod, communicato ei cum beato Ioanne Conſtantinopolitano Epiſcopo cognomine, propter ſingularem pro concione dicendi ſuauitatem* Bardo Chryſoſtomus *appellatus eſt.*

Laudatur.

1) Miti fuiſſe ingenio, iniuriarum tolerantem, largum erga pauperes, mireque benignum erga omnes prædicat *auctor vitæ* n. LIX, LXI, LXII, LXVII, & LXIX.

2) Prophetiæ vero ſpiritu donatum vult *Haſenrietanus* apud *Gretſerum*, vbi Gebhardum Eiſtetenſem ſedi Romanæ aliquando præficiendum prædixiſſe memoratur. Conf. *Mabillo* l. d. § VIII. Mortem ſibi imminentem prænuntiaſſe, narrat *auctor vitæ* n. LXXII.

XI Sed riuulos iſtos iam claudat S. Anno Archiepiſcopus Colonienſis, illuſtri cum miraculo, quod in eius vita lib. II cap. XII ſic refertur: *Apud Mo-*
738 *guntiam, Germaniæ nobiliſſimam, & populoſam ciuitatem, magnam cuiuſdam nominatæ feſtiuitatis celebritatem regni Principibus, & eccleſiarum Præſulibus iuſſio regalis effecerat, qui diuerſis ex prouinciis illic adunati curiæ præſidebant. In eo conuentu, ſicut meritis intus, ſic auctoritate foris ſingulari præeminens Anno ſummus Colonienſium Præſul, quadam die populorum frequentia denſiſſime circumfuſus, ad immolationem immortalium ſacramentorum ex more ſtetit in atrio principalis eccleſiæ, prope tumulum S. Bardonis Archiepiſcopi, eius nimirum ſanctitate delectatus, quæ recentibus interim miraculis commendabatur.*

Cumque multam cordis contritionem habens, totus lacbrimis flueret (nam quo- Edit. I
ties idem exequebatur miniſterium, non, vt plerique, coactis, ſed ſponte cur- pag.
rentibus infundebatur lacbrimis, vt crederes ex aliquo fonte venas viuas proſi-
lire) mundiſſimus labiis orationes ſolitas complens, ab altari deſcendit. Cernens
autem quendam toto corpore miſerabiliter contractum, adhærere tumbæ B. Præ-
ſulis, isque qui eſſet non ignorans (fuerat enim a progenitoribus mancipium,
ſuper hæc & eleemoſynarius illius, cuius cineribus ob cuſtodiam aſſidebat) ſuo
more vſus, contra ſepulchrum ſtans loquebatur: „Ignotos, & prope nullius
deuotionis, ope celerrima reſpicis: hunc vero tuis innitentem ſemper obſequi-
is, tui iuris famulum, te diligentem, te precibus aſſiduis inquietantem tanta ha-
ctenus obſtinatione contemnere potuiſti? Si nos tuis meritis adſcribere vis, quod
in aliorum curationibus hic actum eſſe fama confirmat, in huius reparatione
contracti, nobis cernentibus, declara tuæ virtutis efficaciam. „ *Hæc multis*
audientibus cum dixiſſet, nulla intercipiente mora, æger in pedes repente con-
ſtitit, incolumitatem ſuam & alio memorabili ſigno comitante, quod abſque fluo-
re ſanguinis, abſque dolore neruorum, integræ ſoſpitati momento redditus eſt.
Quod factum Anno Dei ſeruus mira lætitia ſuſcipiens, magnoque præconio 739
S. Bardonis nomen & meritum extollens, hymnum Te Deum laudamus, *altæ*
vocis modulatione inchoauit, tam populo, quam Clero pariter eadem voce con-
ſonante, ſignisque ſolenniter concrepitantibus. Rumor totam mox ciuitatem per-
uolauit, ædes regias intrauit: vnum Proceres, vnum reliquæ multitudines per-
ſonabant, Annonis fide, virtutem Bardonis emicuiſſe, meritis vtrorumque ſa-
nitatem homini applauſiſſe: quam tamen ſi lingua conticuiſſet Annonis, nec tunc
quoque ſanctitas annuiſſet Bardonis.

XII Hæc ibi. Eaque propter,

Aetherea ſi quis te non veneratur in aula,
Antiſtes BARDO, *bardus is eſt nimium.*

1) In inſtrumento *Wernheri*, Epiſcopi Argentoratenſis, quod *Guillimannus* cap. VII de Epiſcopis Argentinenſibus protulit, præſens fuiſſe dicitur, cum Wernherus anno MV monaſterii, quod S. Stephano Argentorati dedicatum eſt, adminiſtrationem, ſubiectionemque, & ſimul ipſius vrbis a Cæſare peteret & impetraret: *præſente*, ita verba habent, *Moguntino Archiepiſcopo Barto.* Sed enim Bardonem anno demum MXXXI cathedram Moguntinenſem iniiſſe, ex dictis patet. Vt adeo ſatis manifeſtum ſit, diploma id ſubleſtæ prorſus eſſe fidei. Vid. *Obrechtus* prodrom. rer. Alſaticar. cap. IX p. 187 & ſeq.

2) Quod Ludouico, qui vulgo *Barbatus* dicitur, Caroli Lotharingi filio, Ludouici vltramarini nepoti, in Thuringiam cum poteſtate miſſo, Vicedominatum ad vitam, ingentem inſuper tractum a ſilua Thuringica & fontibus Hörſelæ, vsque dum Werram ſubit, ſub lege beneficiaria contulerit, quod auctor *hiſtor. de Landgrauiis* cap. XI p. 913, *Langius* chron. Citizenſ. p. 771, & e recentioribus *Spenerus* op. Herald. parte ſpeciali in prolegomenis c. I ſect. I § 3 p. 5, *Gudenus* hiſt. Erfurt. lib. I § VI p. 19, aliiq; volunt, ab aliis iam exploſum.

De vita, virtutibus, & obitu

BARDONIS,

Auctore Clerico, temporibus iſtis fere ſuppari,

LIBER.

Naſcitur parentibus ſanctis. Cap. I BARDO, qui & *Bardon*, id eſt *filius Dei* interpretari poteſt, ex op- n. 1
pido Germaniæ (Wederouia †) ſecundo Ottone Romanorum mo-
narchiam adminiſtrante *, bonis ex parentibus optimus natus eſt filius. Cuius
pater *Adelbero*, mater vero (*Chriſtina*) quantæ ſanctitatis fuerint, abſque
meo labore loquuntur mirabilia, quæ ad eorum ſepulcra fiunt inenarrabilia. I-
gitur fratres eius *Helizo* ** (barbariſmatice vero ab eo, quod *Heliſeus* eſt, cre-
dimus mutuatum) & *Harderath* †, omnisque illa proſapia, & in Catholica fi-
de probatiſſima & expers omnis ſuſpicionis (ac) maculæ, & tantæ virtutis ha-
bita eſt, vt ſi aliquid generi demas, id virtutibus addas, fortes in armis, in
fide præcipui, quod Regi debebant, adminiſtrabant ſtrenue; quod Deo debe-
bant,

bant, optime. Tali ex radice palmes ortus eſt, qui accepto feruore veriſſimi ſolis in vuas virtutum intumuerit, omnique ſitienti ſalutem poculum vitæ poſtmodum effuderit : eo quod ſeipſum ſibi abnegauerit, & arrepta cruce mortificandi terrena ſua membra, Dominum ſecutus ſit,

* *Hebrais quidem & Friſiis noſtris* Bar *ſignificat* filium puerum, *ſed* Deum *nec Hebraica, nec Cimbrica lingua hic inueniet, niſi forte ſumptum a Latinis. Si vera origo nominis quæratur, primo intelligendum, quod* Bardo *(ſicut & cetera omnia propria Teutonum ac Francorum nomina in* O *deſinentia) ſit diminutiuum, a* Bartholdo *vel* Bartulfo. *Sic* Gothilo *&* Gozilo *idem ſunt, quod* Godofridus *vel* Godofredus. Eppo *idem quod* Egbertus *vel* Eberhardus, Cuno, Conradus, *aliaque infinita.* Bard *autem, vnde initium nominis,* gladium *ſignificat latum ac longum fere ad hominis ſtaturam, a quorum vſu* Langobardis *olim nomen fuit; idem etiam ſignificat* barbam; *ſed quam parum facere credo ad nominum explicationem.* (Papebrochius.)

† *Deerat nomen oppidi in* MS. Cæſareo, *ſed ſuppletur ipſum, vti & nomen matris ex* Bruſchio, *qui in catalogo Epiſcoporum Moguntin. n. XXXVIII* Bardo, *inquit*, ex nobili Wederouiæ familia de Oppershoven natus, patre *Adelberto*, matre *Chriſtina.* Wederouia *ſiue* Veterauia, *vti nunc appellatur, prouincia eſt ampla ad dextram Rheni ripam infra Moguntiam. Sed quid ſi matris familia ſumſerit nomen a* Wettera, *nobili oppido in Haſſia Darmſtadienſi?* (Idem)

* *Qui obiit* anno ætatis ſuæ plusquam ſeptuageſimo (*vt dicitur num. LXXIX*) *Chriſti MLIII, potuit natus fuiſſe an. DCCCCLXXXII circiter, non multis annis poſt mortem Othonis I obitam anno DCCCCLXXIII; nam & infra n. XXIV dicitur anno MXXXI* fuiſſe pæne quinquagenarius. (Idem)

** *Immo potius a Teutonico* Helizachar *vel alio ſimili diminutiuum. Cuius nominis Cancellarius, idemque S. Maximini apud Treuiros Abbas frequenter ſubſcribitur diplomatis Ludouici Pii.*

† Harderath, *Teutonicum aque nomen*, conſilium cordis *aptum ſignificare.*

n. 2 Secundum Catholicam igitur religionem ſacroſancti ſanguinis Chriſti tinctum baptiſmate, quidam compater † eius admirabili donauit munere, *galea*, *agno*, *Pſalterio.* Per quæ dona materialia aduerti poſſunt eius facta ſpiritalia: ſcilicet vt in primordio ſecundæ natiuitatis nobis reſplendeat prodigium totius ſequentis ætatis. In *galea* quidem, quomodo ſeptus armis ſpiritalibus nunquam deſeruiebat voluptatibus carnalibus, & in *agno* præfigurata patientia, quæ multum eum comitata eſt a prima adoleſcentia. In *Pſalterii* præfiguratione, quantum poſtmodum profecit pſalmodiæ meditatione Parentes ſiquidem eius & in diuina ſapientes, & in humana prudentes, poſt ablactationem puerorum cum ipſo Pſalterio, in loco cuidam vetulæ, nomine Benedicta, tradebant ad erudiendum literas. Illa vero vetula in infantulo ſuum ſolata ſenium, quidquid nouit, docuit eum, in gremio ſuo poſitum: & inter pie deſipiendum ſuſurrum, breui illum totum edocuit Pſalterium. Ipſe vero horum non immemor, poſt factus Epiſcopus iam gerontæ * nutricis factus eſt nutriculus, inopiamque eius multis ſolabatur largitionibus. *A patrini munera accipit futuri præſaga.*

† Compater *paſſim quidem is dicitur, qui ex baptiſmo eiuſdem filio quaſi cum altero pater fit. Sed hic dicitur cum reſpectu ad ipſum ſuſceptum. Alias ſolitus dici* patrinus *ſeu* pater luſtricus.

* *i.e.* Senis. (Mabillon.) *Geron*, *Gerontis*, γέρων, γέροντος, *ſenex.* (Papebrochius.)

n. 3 Cap. II Non multo poſt, cum didiciſſet Pſalterium, a parentibus Fuldam deportatus eſt, ibique ſub Archanbaldo * Abbate ſcholaribus aliis appoſitus mirum in modum tenera ætas ſapienti vtebatur conſilio: cum quidem ſpretis humanæ philoſophiæ phaleris, fragilitatem meditabatur vitæ præſentis; & quanquam in ſcholari facundia deſudaret magiſtri timore, in eccleſiaſtica tamen ſimplicitate toto mentis verſabatur tenore in Pſalterio, Ambroſiano, Euangeliis & talibus ceteris. Quare iuſto diuino iudicio in vtroque ditatus eſt amodo, & intus eum informante Spiritus ſancti magiſterio, ſuo defraudatus non eſt deſiderio, ſed ſitienti pectore ſapientiæ fluenta hauriebat, & ſatis firma memoria hauſta digerebat. *Fuldæ educatur.*

* *Is anno DCCCCLXXXIII factus eſt Abbas Fuldenſis, & anno MXI Archiepiſcopus Moguntinus. Obiit anno MXXXI; ex monumentis Fuldenſibus* Serarii. *Ita* Papebrochius & Mabillon. *Pro* monumentis *autem* Fuldenſibus *legas oportet* ex rebus Moguntinis.

n. 4 Poſtquam autem ætatem iuuenilem conſecutus eſt, piæ mortificationis libens aſſumſit habitum, monachicum ſcilicet indutus veſtitum, & quod eiuſmodi profeſſus eſt indumento, virtutum non negauit emolumento. Sed ſicut

cucullam accepit, in qua pia Chriſti ſignatur infantia; & ſcapulare, quod quadratura ſui perfecta deſignat opera; Ita ſecundum Apoſtolum Petrum, quaſi modo genitus infans rationabilis ſine dolo lac ſimplicitatis concupiuit, ex quo lactatus, virtutum ætatem acquiſiuit. Brantholio etiam præpoſito Fuldenſi adhærens, affinis ſui ſimplicitate dilectus eſt nimis: quare in ea diſceptatione, qua Archanbaldus *, Maguntinæ ſedis Epiſcopus, contra Brantholium Abbatem, ſcilicet in Fulda ſubrogatum, deſæuiit, & eum ſine diuino humanoque iudicio ab Henrico Imperatore ſua dignitate deſtitui fecit †, exeuntibus cunctis ingenuis & liberis, hic ſanctus vir, non fortunæ, ſed virtutis amicus, Brantholium ſecutus eſt; & cuius lætis communicauit, eius nec triſtia recuſauit, tantoque tempore permanſit cum eo, vſque dum calumnia illa interuentu ſolaminis ſedaretur *, ſicque ſub Abbate Bobone ** ad nidum ſuæ rediit profeſſionis; & pauper rebus, diues vero ſpiritu incoluit dilectæ locum habitationis.

1. Petr. 2. 2

Magiſtro ſuo in aduerſis fideliter adhæret.

ſecum Abbate abit.

Reuertitur.

* *Is eſt, qui ſupra Fuldenſis Abbas dicitur; cui in ſedem Mogontinam euecto ſucceſſit in Abbatia ipſe Brantholius.* (Mabillon)

† Chron. Saxon. *ad an. MXIII*; *S. Henricus* ſtultorum deprauatus conſilio, Fuldenſis monaſterii bona mirabiliter diripuit, dum ſibi fratrum vita diſplicuit; & data occaſione corrigendi, inualuit poteſtas deſtruendi. Diffugiunt hac & illac vagantes, qui erant cœnobitæ iugum Chriſti ferentes. Ditmarus *autem lib. VI*; B. Abbas Fuldenſis deponitur; & ſuccedente ſibi Poppone conuerſo, & tunc Lauriſhamenſis Paſtore, hoc monaſterium confratribus late diſcedentibus a priori ſtatu mutatur, *nouis Lauriſhamo adductis incolis.* (Papebrochius)

* *Non quidem Brantholii reſtitutione, ſiquidem Poppo, ſeu, vt hic dicitur, Bobbo Abbas remanſit, ſed ad Epiſcopatum promotione, quem hunc ipſum eſſe conſtat, qui a* Trithemio *ſub Brandonis nomine laudatur in Chronico Hirſaugienſi, vbi* Brando *ſeu* Brancho, *vt habet noua editio*, ex Abbate Fuldenſi decimus Epiſcopus Haluerſtatenſis *factus fuiſſe dicitur. Idem fere in annotationibus dicit* Papebrochius. *Ceterum is* Brantolius *dicitur apud* Browerum, *qui hic* Brantholius, *an ſcriptoris vitio.* (Mabillo)

** Bobbo *alias* Poppo *diminutiuum a* Bobboleno *vel* Poppoleno. *Catalogi Fuldenſium diſſimulato tam* Brandonis *quam* Popponis *regimine Arkanbaldo immediate ſubſtituunt* Richardum, *cuius ſubſcriptionem pro anno* MXIV *allegatam a Baronio* Serarius *rectius differt ad an.* MXVII, *idque eo liberius, quod diploma, cui* Richardus *vt* Abbas Fuldenſis *ſubſcribit, anno careat.* (Papebrochius)

Fratribus ſuis prodeſt.

Cap. III Suæ ſaluti vacans, fratrum ſtuduit vtilitati, totusque deditus n. 5
erat indicibili benignitati, & ex paruo quod valuit, ex toto fratribus prodeſſe voluit; pro eis ſeruiendo, legendo, & cetera, quæ monaſterialis vſus nouit, agendo. Ita quoque circumquaque illis collectis fratribus (quoniam enutriti ibi pæne omnes exierunt) breui complacuit ita, vt prius innoteſceret beneficio, quam reditus ſui ſpatio. Vita igitur in fratres eius benignitate, quamuis voluntatem ſæpe fruſtrante paupertate, aliquoties in conuenticulis ſuis priuatis, verum illi dantes teſtimonium benignitatis, querebantur inopiam eius ſpontaneæ paupertatis, & piis eius primoribus dignum eum muſſitabant, qui imperaret ſenioribus. Quod & factum eſt. Nam Vir Dei ſimul cum gradibus ætatis ſcandens etiam gradus dignitatis, opinioni eorum nequaquam ſe minorem, ſed centuplicato fœnore maiorem admodum (oſtendebat) vt gratulantibus electoribus eius ſingulis, multi cum dicerent ſuis primitus eſſe electum conſiliis.

Benignus erga omnes.

Fuit etiam in ſcala prouectionis eius quoddam admirabile, omniumque memoratu probabile, quoniam in monaſterio nulla fuit obedientia, quæ non adminiſtraretur eius diligentia: qui incipiens a minimis finem ſcandendi fecit in maximis. Nam frugalitati deditus fraternæ, lucratus eſt ſibi nomen dignitatis paternæ. Quemcumque enim fratrum angebat alicuius rei neceſſitas, euadendi neceſſitatem ſolatium primum ſancti patris fuerat largitas: nec fefellit aliquem ſpes eiusmodi; quia nec habuit, nec acquirere potuit, quod petebatur, ſi negabat alicui. Quod tamen accidere ineuitabile eſt, ſi aliquando euenit, pie conſolatus petentem, anxietatis eius curas ademit: & ſi aliquem vacuum dimiſit dono, non tamen ſermone bono, memor illius: Sermo bonus ſuper datum optimum. Vir itaque mellifluæ dulcedinis, nihil aliud agens ſtudensque, quam moribus conſeneſcere, & econtra benefaciendi voluntate ſemper iuueneſcere, nullum tempus laſciuiæ, nullum dedit otio: ſed quod agi oporteret ſerio, & didicit legendo, & inculcauit faciendo. Quare mundus corde & corpore, ſicut ſcriptum eſt: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

n. 6

proprio nihilominus intentus profectui.

Matth. 5. 2.

Sancti

Sanċti Spiritus factus ſacrarium, illum inhabitatorem promeruit, qui ait:
Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad Ioh. 14. 23
eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Filicem carnalis cogitationis penitus eradicans falce ſpiritalis operationis, quidquid offendere poſſet oculos conuiuantis amici ſollicitus abſtulit; & quo illum aduocari & delectari crederet, prouidus intulit. Illum amauit, illum ſuſpirauit: & quia carne grauidatus, quo ſpiritu eum ſecutus eſt, corpuſculo non potuit aſcendere; illum, etiam cum præſens eſſet, ad ſe inuitauit deſcendere.

n. 7 Cap. IV Vnde, vt ſcriptum eſt: *ibunt de virtute ad virtutem*; iam il- Pſal. 83. 8.
lum diuini conſilii conſortem cæleſtis nouit curia, & amicum Dei in terra degentem impleuere cæleſtia ſanċti Spiritus oracula, ita vt in eum diuinitus conferretur Prophetiæ gratia. Nam inter cetera ſanctæ ſcripturæ flumina, quæ ſitibundus bibebat, & bibendo ſitiebat, pius Domini diſcipulus Paſtoralem curam † *(S. Gregorii)* & maxime diligebat, eamque ſine intermiſſa ſedulitate legebat. Quod familiares eius fieri videntes, non ſine diuina voluntate, quamuis caſu, vt dicitur, operante, quadam die illum percunċtati ſunt, quanam cauſa hoc ageret, vt hunc librum præ omnibus tanta cum diligentia legeret. Quibus ſanctus pater iucunde, & vt ita dicam, ridiculoſe reſpondit: Adhuc, inquit, *cum Rex ſtultus veniet & nullum antiſtare volentem inueniet, forſan* ſe Epiſcopū
me conſtituet Antiſtitem, ad quod neceſſe eſt me prouideam ſcientem. Tunc fore prædicit
omnibus ſecum ridentibus, nihilque minus ſuſpicantibus, quam ridendo declarauit; quod ipſe nouerat futurum, ac ſi poſſibile enuntiauit. His etiam pollens virtutibus, cum perfecta mente perfectam ſimul ætatem arripuit, iamque quartam annorum ſeptimanam, iuuentutem ſcilicet, egreſſus, quintam ſeptimanam *, quæ etiam ad virile robur ducitur, ingreſſus eſt.

† *Hic addit Papebrochius* S. Gregorii, *vt deſignet celebre* S. Gregorii Paſtorale. (Mabillon)

* *Hac phraſi notatur annus ætatis XXIX. Sed ſi ſequentia ſpectes, deeſt huic calculo vna fere ſeptimana annorum. Natus enim anno DCCCCLXXXII, nec regreſſus Fuldam ante MXV, vel ſerius, tempore aliquo eguit, vt ita ſe probaret monachis, vt Decanum ſibi a Richardo Abbate poſtularent, quemadmodum mox dicitur.* (Papebrochius)

n. 8 Cap. V Memor igitur cæleſtis ſponſus amici ſui, ſummus Rex militis fit Decanus
ſui, & corona gloriæ coronauit indutum, & circumſepſit armis virtutum, muniens eum clypeo humilitatis, galeatum patientia ſimplicitatis, & circumcinctum gladio diſcretionis, adornauit ſagittis prædicationis; & protectum thorace iuſtitiæ ſalutaris, ſuperinduit eum chlamyde caſtitatis, humilemque propter ſe, diuina Maieſtas exaltauit apud ſe. Videntes enim cœnobitæ militem Chriſti ſine fatigatione in procinctu poſitum, concedente Abbate Richardo *, vnanimes Decanum elegerunt, & conuiatores anguſtæ viæ, quæ ducit ad vitam, ducem fecerunt, qui nec ad dextram declinaret, nec ad ſiniſtram; ac ſi diceret ad eum Dominus: *Amice, aſcende ſuperius.* Qualis tunc eſſet, adhuc viuentes multi teſtantur, qui etiam in ſeruo carnis tantam libertatem ſpiritus vnquam
deueniſſe mirantur. Memorem enim eum illius, iudicem te conſtituerunt, noli Eccl. 32, 1
extolli, ſed eſto cum illis quaſi vnus ex illis, cum dignitate gradus & morum maturitate, cunctos humilitate ſubſequi, vel inuitus fateri deberes.

* Richardus, *vt dixi, non videtur factus Abbas ante annum MXV, vel MXVI, quando* Bardo *iam erat triginta quinque, vel triginta ſex annorum. Dicitur autem* Richardus *obiiſſe anno MXXXIX.* (Papebrochius.)

n. 9 Inter magnos maximus, & inter paruos minimus, maioribus formidabilem, minoribus ſe dedit amicabilem. Minores ad eum, vt ad patrem accedebant, quem maiores vt iudicem attendebant: quia quod caritas iubebat, negligere neſciebat; nullum condemnauit, nullum iudicauit; & cum interrog. Petrus, vtrum dimittat vſque ſepties, hic ſeptuplicauit ſeptuageſies ſepties. Quod ſi etiam a quoquam aliquando putredinem vulneris ferro correptionis abſcidit, illico ſe hominem eſſe memor, fomentum indulgentiæ ſuper ægrotum liniuit. Quidquid in monaſterio erat, omnium, vt debuit, eſſe docebat; nec obedientias habentes, non habentibus; ſed non habentes, præpoſuit habentibus. Vnde cum quidam cellarius ibi cubam † aceto plenam haberet, vnde negaret fratribus, mittentibus ad ſe ſæpius, quam daret, proprietas hæc ſeruatoris ad

Digitized by Google

patrem delata eſt: qui memor olei, quod negatum Diacono, beatus pater Benedictus foras iuſſit proiici *, eadem ſancti Spiritus benedictione benedictus: *Ex hac*, inquit, *maledictione non guſtabitur vlterius*; & ſine dilatione totum iuſſit effundi.

† Cuba *Teutonice* Knyppe. *Francice* Cuve. *Alias etiam* Cupa & Cuppa *vas ligneum, opus vietorium*; *vnde & vietores dicti* Cuparii (Papebrochius)

* *Vita* S. Benedicti *XXI Martii* n. XXVIII (Papebrochius) *In lib. II Dialog.* S. Gregorii *cap. XXVIII. Vbi tamen id ab Agapito Subdiacono petitum dicitur.* (Mabillo)

Richardo Abbate

Cap. VI Interea prædictus bonæ memoriæ Richardus Abbas, regionem loci eiuſdem Fuldæ, ordinemque baſilicarum in circuitu poſitarum † mente rationeque circumiens, inuenit aliquid addere ſe poſſe, quod & placeret rationi, & aptum fieret diuinæ benedictioni. Verſus enim ſeptemtrionem oppoſitus, in loco, qui dicitur *Mons Epiſcopi* *, eamdem plagam ſuſtinenti, ſemper virginis Mariæ vidit oratorium; altrinſecus autem ſanctorum Iohannis Baptiſtæ ** & Euangeliſtæ baſilicam ad auſtrum; in partibus orientis, vbi in loco Wesbergh † beato Petro templum dedicatum inuenit: (cumque) ad occidentem reuerteretur & hanc cæli plagam tali videret benedictione vacaſſe, intellexit vir Domini meritis ſuis augendis diuinam prouidentiam hanc plagam reſeruaſſe. Dilatans ergo trigonum, dico tres eccleſias in latus triangulum in partibus occidentis ſitas (ad) longum pontem ad ripam aquæ Fuldæ tetragrammum integrauit quadrangulum; & conſtructo in occidentis partibus cœnobio in honore *ſancti Andreæ* indidit vocabulum, vt nouum diceretur monaſterium ††. In quo pii patris meritum eſt laudabile & ingenium annumerabile, qui hoc excogitauit, vt a ſeptemtrione ad meridiem virgo reſpiceret virginem, & ab ortu ſolis in occaſum Apoſtolus fratrem. n. 10

nouum monaſterium conſtruitur.

† *Si haberetur Topographica diſtrictus Fuldenſis tabula, diſtinctius circa ſequentia poſſemus differere; nunc ipſis inquilinis eam curam relinquo.* (Papebrochius)

* *Huius montis meminit* mſcr. chron. Saxonicum, *in eoque Fridericum Imperatorem anno MCLXV feſtum Palmarum celebraſſe dicit, eo, quod habebat in comitatu vxorem, cum qua non poterat monaſterium ingredi. Locum autem allegans* Serarius *in Moguntinis p.* 31 *vocat in margine* Montem B. M. Virginis, *ex vſu vtique huius temporis. Plura vide apud eundem p.* 139 & 140 (Idem)

** *Idem ibidem ſolum nominat monaſterium* Montis S. Ioannis Baptiſtæ. (Idem)

† *Aliis* Vgelsberge *vel* Hugesberg: *apud eundem ad p.* 140. *In tabulis* Vogelsberg. (Idem)

†† *Idem denique hoc appellat* Monaſterium S. Andreæ Apoſtoli noui montis. (Idem)

Bardo præficitur.

Habito ergo conſilio, teneram filiam Abbas ſancto viro commendauit, vt & temporibus infantiæ lacte paſceretur, & ſine auſteritate diſciplinata doceretur. Cum vir perfectæ vitæ pie ſe conformaret infantiæ, nutricum more; etſi aſſueſcebat ad pedes Domini vitæ theoreticæ, gnarum tamen ſe oſtendebat & practicæ, imitans illum, qui cum tantæ claritatis eſſet, vt deſiderarent in eum angeli proſpicere, aſſumpta obſcuritate carnis noſtro inuentus eſt in corpore. Quantum ſe in hoc gradu fecerit ſpectabilem, mihi opus non eſt declarare, quod tot teſtari videntur, quot adhuc eius exemplis illuminati reguntur. n. 11

Iſai 52, 13

Cap. VII Appropinquauit interim, quod ſcriptum eſt: *Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valde:* quia quem ſanctus accendebat Spiritus, abſcondere non potuit modius. Venit enim iiſdem diebus Rex Conradus † Fuldam, & a beato patre Richardo ad nouellam adductus eſt filiam, vbi tunc nutricius eiuſdem filiæ, vir ſcilicet prædictus, obuiam illis egreſſus eſt, & vt erat mitis & vrbaniſſime educatus, congruo honore ſuſcepit eos. Sed quia non inaniter venit, quem diuina miſit prouidentia, poſtquam oratione petita eccleſiam egreſſus eſt, ſingula de hoc loco percunctatus, quæ illi eſſent ſeruitia, qui fratres, quis Pater; cum omnia reſciret, hunc etiam Patrem ex nomine audiret, ſubito repletus ſummo gaudio, quod eum videret, quem dudum ſibi diu multumque fama loquebatur, iterato ſalutatum, amplexatum, oſculatum, promiſit ſe, cum primum nanciſceretur copiam aut tempus, non dimitteret ſe, niſi redderet exaltatum. Erat quoque hic Dei ſeruus Reginæ conſanguineus, & exinde promiſſionis facilior fiebat acceſſus; qui ſatiſfaciens regiæ dignitati, quod etiam ipſe potuit, non prætermiſit: ſed dedit videlicet *Kliotetram* † regio decore præparatam, quam illuc venturo iuſſu & per- n. 12

Conrado fit notus.

Digitized by Google

permiſſu ſui Abbatis Richardi, præparauit. Tunc denuo exhilaratus Rex, accepta benedictione, erat enim dulce, etſi non neceſſarium, quod dedit caritas, lætus egreſſus (eſt) multum affirmata promiſſione.

† *S. Henrico Imp. defuncto MXXIV ſuffectus Rex* Conradus *Franconiæ Dux. Coronatus eſt Romæ an. MXXVII & vixit vsque ad an. MXXXVIII* (Papebrochius.)

* Wippo *in vita Conradi* Giſelam *nominat*, cui pater Herimannus Dux Alemanniæ; mater Kerbirga, filia Conradi Regis de Burgundia, cuius parentes de Caroli M. ſtirpe proceſſerant. *Sed diſſimulat, quod ante librum IV ſcribit tum viuens* Glaber Rodulphus, *quod fuerit ipſi Conrado* affinis, quam etiam primitus quidam cognatus eius duxerat. *Quare Principes ea conditione ipſum elegerint, vt ab ea diuortium faceret, quod & promiſerit, ſed non præſtiterit, immo ſecum Romam duxerit*, ac ſicut inepte cœperat, tenuit. *Cur autem inepte? Mortuo Erneſto priore marito (vt ſcribit* Otto Friſingenſis *lib. VI cap. XXVIII) duxerat Giſlam Conradus; quem quis dubitet ab eodem Pontifice diſpenſationem impetraſſe, a quo & coronam, & illius Romam ducendæ cauſſam præcipuam habuiſſe, vt inualidum matrimonium validum faceret.* (Idem)

† *Alias & melius* Cliothedmus. *Eſt ſella plicatilis, quod* Faldiſtorium *etiam dicitur. De vtroque vide* Cangium *in Gloſſario.* (Idem)

n. 13 Cap. VIII Memor autem Imperator promiſſi, non multo poſt miſſo nuntio ad Richardum Abbatem, præfatum ſanctum Virum ſibi mitti præcepit. Fama vulgatum eſt ilico, pium Patrem a Rege vocari. Flentibus ergo diſcipulis nuper congregatis, aliiſque familiaribus, quos & monitis illuſtrabat, & exemplis ſuſtentabat, Regi miſſus eſt. Quem honorifice ſuſcipiens Imperator, circumſtantibus amicis eum oſtendit, dicens; *Audiſtis*, ait, *de* Bardone Fuldenſe *aliqua?* Aiunt illi, *multa. Quænam*, inquit? Qui dixerunt, *optima quæque.* Et Rex, *ſi*, inquit, *audiſtis, credite, quia vera ſunt. Hic eſt ille ipſe*, ait, *quem veraciter laudamus, aut quis ſit laudabilis ignoramus.* Deinde ex oppoſito beneficio, quod a pio Patre ſuſceperat, omnibus amicabilem & honorabilem reddidit. Poſt hæc promouit eum Imperator inter amicos, fecitque
eum Abbatem Werdinenſem *, dicens: *Sicut audiuimus de te, ſic videamus.* *Fit Abbas Werthinenſis.*
Tunc ſatis beneuole tractatum, ad commiſſum ouile cum honore dimiſit eum de conſpectu regiæ aſſiſtentiæ. Audito autem diſcipuli & amici eius, quia magnificauit eius (abſentiæ) triſtitiam euentus lætitia, ſolabantur, ſecuri de moribus, certi de vita: quia quem bene ſubditum videbant, bene etiam præeſſe poſſe ſciebant.

* Trithemius, *ex eoque* Wion Virdunenſium *legerunt. Eſt autem* Werthinenſis Abbatia *a* S. Suiberto *fundata in Cæſaris inſula,*
* l. infra * *prope Coloniam; nec dubitare ſinit* Bucelinus *tomo II enumerans* Abbates Werthinenſes, *& p. 313 allegans catalogum anno MCXCVIII conſcriptum, & antiquam chlamydem, in qua ſimilis ſeries acu picta vsque ad MCCCXX. Vtrobique autem poſt* Heidanricum *ponitur* Barde, *ſed ad vnum duntaxat annum; tunc vero oporteret hæc facta eſſe anno MXXX, non MXXXI.* (Papebrochius)

n. 14 Cap. IX Ipſe vero, quod dicitur, potentia contemnens, & quod paterni- *Vnde ipſe nihilo elatior.*
tas, attendens, ad conſuetos mores conuerſus, nec aliquid immutans, niſi forte vt ſcriptum eſt: *Ibunt de virtute in virtutem*, illud ſibi dicebat ſedulus: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Qua de re impleta eſt in illo ſcriptura di-
cens: *Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, &* *Ieſai. 66. 2.*
trementem ſermones meos? Sed & illud: *Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum;* *Ibid. 42. 1.*
electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Quaſi enim nulla eſſent, quæ fecit ſibi Deus, ita viſa ſunt datori parua, vt, ad oſtendenda dilecti ſui merita, pro nihilo ducerentur beneficia præterita. Ergo opus erat nouis honoribus, vt rurſus & poteſtate creſceret, qui nouis ſemper creſcebat virtutibus, vnde ac ſi
monogamus paupertate premeretur, digamus ſubito factus eſt, tradita ei a Rege *etiam Herſfeldenſi Abbatia donatur.*
Herueldia * paſtoris ſui morte viduata. Seruus autem DEI videns, quia caritas exigit, non tantum quæ ſibi proſunt, ſed quæ magis alteri, quæ caritatis ſunt cogitauit, loquebatur & fecit; vt quocumque diuina voluntate paſtor ſtatueretur, nihil vmquam (niſi) dulce videri a ſubditis etiam diceretur. Qua de re tamen argumentari poteſt vita eius omniumque communiter: quia qui placuerit his, in quos habet poteſtatem, neceſſario placebit in his, in quos priuatus ſolam exhibet caritatem.

* Hirsfeldenſis Abbatia *æque ac Fuldenſis a S. Bonifacio fundata, contiguum huius diſtrictui territorium habet; de quo* Lambertus Schafnaburgenſis *ad an.* MXXXI; *Arnoldus*

noldus Abbatiam Herveldenſem perdidit, cui *Bardo* ſucceſſit; ſed poſt dimidium annum Ariboni Moguntino Archiepiſcopo defuncto ſucceſſit. (Papebrochius)

Detractiones odit. Illam diaboli adinuentionem, dico detractionem, illud irremediabile vitium aut potius veneficium, fraternam in inuicem accuſationem, ac ſi fieret inde reus homicidii, penitus abhorruit, abiecit & reſpuit, illud memorans ſe- n. 15
Apoc. 12,10 dulo: *Quoniam proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.* Si quis adulando ad eum abſconſe clamque venerat, & hoc & illud, ſi forte negligentias aliquas viderat, enarrauerat; *Vos*, inquiens, *neſcitis, quanta ſurgat noſtro periculo proteruia, quanta inſolentia, arrogantia; neminem iuuentus reueretur; pro nihilo reuerentia ſeniorum habetur.* patienter ille parumper audiens; *quid?* inquit, *quid ait Decanus?* illo diſſimulante, omnemque in partem accuſationem temperante, *Decanum*, inquit, *habent: ille Magiſter eſt, Pater ego. quod ipſe me celauerit, ſcire fas non eſt.* Sic itaque, vt prudens apicula, circum quaque collectis virtutum floribus, in alueario ſuorum cœnobiorum, quocumque manſitabat, & memoriam dulcedinis & fructum reliquit pinguedinis.

Gratia Dei multipliciter impletur Dicat nunc aliquis de hoc famulo Dei, vtrum illi Dominus largiens largior, n. 16
an hic foret humilior? Reſpondebimus, maius quidem nos non nouiſſe, magnum tamen vtrumque noſſe, & quam largus Dominus, humilis erat famulus, & quam humilis famulus, largus erat Dominus. quidquid tamen hoc erat, Dei erat gratia, vt hic humilis eſſet in promerendo, & ipſe largus in reddendo. Sed quid
Rom. 11,35 dicimus, reddendo? cum ſcriptum ſit: *aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei? at, quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia; ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.* Qui tranſgreſſorem præcepti ſui non reiicit, ſed reuocat, non perdit, ſed reparat; qui promerenti mala reddidit bona, qui ſeductum reuocauit, iacentem erexit; qui filium iræ fouit miſericordia, ſeruum peccati libertatis gratia; cuius opus pietas, flagellum caritas, miſericordia iuſtitia, iuſtitia miſericordia; cuius voluntas opus, imperium ſalus, præmium ineffabile, conſilium admirabile, qui ſaluat gratis, illi gratis qui ſeruit: ſeruire ei regnare eſt. Et quis ſeruiet? Ecce in iſto ſeruo Dei quam largus eſſet non comprehendimus. Et quid dicemus? Non tantum ſufficiebat ei, vt hic carne in terra grauidatus, cælum inhabitaret ſpiritu, niſi etiam ipſe clementiſſime deſcen-
Apoc. 3,20 dens, eius inhabitaret ſpiritum, vt impleret, quod ait: *Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi, intrabo ad eum & cœnabo cum illo.* Verum enim ad hunc, & potius in hunc intrauit, quem ſecreti ſui conſcium faciendo lætificauit, vt quia non multum eum lætificauit poteſtate terreſtri, lætificaret, vt dignum erat, præſcientia cæleſti.

etiam prophetico ſpiritu. Cap. X Rurſum ſpiritus prophetiæ reddidit eum clarum; rurſus quod n. 17
electus eſſet & prælectus apud ſe, etſi obſcure fecit planum. Abbas enim duorum locorum cum ſolemnitate quadam ad Regem veniſſet, ſtans iuxta primos, vtpote Archipræſulem Maguntiæ Aribonem *, contigit eum ferulam optimam in manu portare, vt hæc ſolet poteſtas. Cui ait Epiſcopus temere, erat enim Noricus genere **, *Heus Abbas! hæc ferula conuenientius imperaret manu noſtra, quam veſtra.* Ille autem, vt erat filius caritatis, econtra placide reſpondit: *Et ſi placet vobis, non multum difficile eſt, vt acquiratis*; & tacuerunt ambo. Cumque veniſſet Abbas ad caminatam †, ſumta ferula, & ferro mire cælato, in quo Miſſales oblatæ coquebantur ††, & quodam ſarcile * ex lana, Græco factoopere, per manus Rohingi †, qui tunc ſecum commanens poſtea ad Fuldam imperabat, hæc omnia ſupradicto miſit Epiſcopo. Illi autem reuertenti ait ſeruus Dei: *Quonam modo accepta eſt noſtra oblatio?* Illi hæſitanti ait ipſe: *Quonam modo? eia dic?* Quid ait: *Satis bene*, & *ſatis*, inquit: mouenſque caput ait denuo: *Quid, ſi hæc omnia nobis ſeruata quandoque reddentur?* Et iterum: *Non multum, vt credo, tempus intererit, & erunt rurſus hæc omnia noſtræ ditionis.* quod ita factum eſt. Factus enim in Maguntia non multo poſt Epiſcopus, omnia hæc in camera, ſicut prophetauerat, inuenit, &, Deo gratias, recepit.

* Sigebertus *in chronico* Abbonem *perperam vocat.* Arbonem *forte voluit ſcribere: nec mirarer, ſi ab* Hariberto *diminutiuum nomen hoc ſit.* (Papebrochius).

** *Hinc forte in* Bruſchii *catalogo* Palatinus Rheni *fuiſſe dicitur.* Noricum *enim non ſolum hodiernam Auſtriam, Stiriam, Carnioliam, ſed & partem Bauariæ, Tyroliſque comprehen-*

prehendit. (Idem Papebrochius)

† Caminatæ, *alias* Stubæ, *Germanis dicuntur conclauia aularum, ab eo, quod more gentis fornacibus inſtructa ſint.* (Idem)

†† Miſſales oblatas *vulgo* hoſtias *dicimus. Belgæ noſtri* Misbroot, *id eſt*, panem Miſſæ. (Idem)

* S. Chrodegandus *in Reg. Can. cap. XXIX iubet, Presbyteris & Diaconis ſarciles quotannis binos præberi, aut lanam, vnde eos poſſint conficere. Dubitat* Cangius, *veſtisne an panni lanei ſpecies ſit. Mihi potius veſtis ſpecies eſſe videtur; nomen autem a ſarciendo ductum.* (Idem)

† Rohingus *poſt Richardum & Sigevvardum Abbas Fulaenſis ab anno MXLIII ad XLVII* (Idem)

n. 18 Cap. XI Neceſſe fuit quandoque venire, quod toties prophetauerat, vt fieret quod ait etiam alter propheta: *Quia propheta, cum prophetauerit, veneritque verbum eius, & implebitur, ſcietur propheta ille quod verax eſt.* Defunctus enim non multo poſt eſt præfatus Epiſcopus * & virga poteſtatis eius ad Regem (miſſa) vbi tunc manebat. Tempore eodem congregati ſunt fideles orthodoxi, habitumque concilium in eodem loco cum iiſdem eccleſiæ Patribus; quibus ait Rex: *Quia nobis diuina vox ſcriptis innumerabilibus, & terrorem ſuum & honorem loquitur, eſtiſque diuini conſilii ſecretarii & præcones, non meam voluntatem, ſed ſempiternam potius maieſtatem* (ſequi cupientes, volumus) *vt a vobis eligatur, in quem firmiſſimus ſanctæ eccleſiæ paries ſecure innitatur: admoniti quippe conſultius agemus.* Nunc hunc, nunc illum alter & alter nominabat, quem eſſe idoneum exiſtimabat. Diu multumque fruſtratis, fuit aliquis ibi, qui diceret, ex priuilegii cenſura Fuldenſem exigi paſtorem †, eo quod tertium Antiſtitem ſedis Maguntinæ mittere Fuldenſe deberet ouile. Placuit itaque Regi differre concilium, quouſque congruum de hoc caperent conſilium. Conſulta igitur priuilegia eadem loquebantur, & priorum Regum in hoc conſenſum teſtabantur. Communi vero conſilio, ſenatus ſuper hoc habendus dilatus eſt: quoniam adhuc homo non inuenitur, quem vellet Deus.

Aribone mortuo, *Ier. 28, 9* *cum Fuldæ eſſet aſſumendus ſucceſſor,*

* *Defunctus eſt* Aribo *anno MLI, ex vita S. Godehardi* (Mabillo)

In vita S. Godehardi *Epiſcopi Hildesheim. IV Maii, n. XXIII;* Imperator natalem Chriſti Patherbronnæ egit *&c. Vide ſupra in* Serario § *XII, vbi verba, quæ* Papebrochius *hac in adnotatione adduxit, habentur.*

† *Id ſic intelligo, vt S. Bonifacio conceſſum fuerit ex Abbatia Fuldenſi alternis aſſumere aliquem. Sic Lullo per S. Bonifacium conſtituto, poſt Richolfum ſucceſſit* Haiſtulfus Abbas. *Poſt Autgarium* Rabanus Abbas; *poſt Carolum* Luitbertus, *multum laudatus a ſanctitate, vt monachum fuiſſe veroſimile ſit; & hunc Sunzo ſequitur, ſacris litteris Fuldæ excultus, neſcio an etiam monachus; proximus poſt* Hattonem, *ex Abbatia Augienſi aſſumptum,* Herigerus Abbas Fuldenſis *eſt, tum Hildebertus, Fridericus, Guilielmus, atque poſt eos* Hatto II, Abbas Fuldenſis, *Megingaudus, poſt hunc, &* Arkambaldus Abbas Fuldenſis: *quo ordine, poſt Aribonem, aſſumptum aliunde, iterum debebat Abbas Fulda peti. Quanquam autem neſciatur talis priuilegii auctor, ad S. Bonifacium tamen, primum Archiepiſcopum, & Fuldenſis monaſterii fundatorem, veroſimiliter coniectura propendet, eſto, non ſemper inueniatur obſeruatum.* (Idem Papebrochius)

n. 19 Cap. XII Igitur & Abbas Richardus adductus ex priuilegiis, eadem ratus ventura, diſpoſita domo ſua, multorum ibidem cum lacrymis proſequentibus, curtim pergere iter aggreſſus eſt. Ibat quidem grauis meditationibus & anxius, ſpe biformi in incerta raptatus, anne fieret ex decretis Epiſcopus; ſed parum cupidus terrenæ poteſtatis, exſpectabat tantum velle diuinitatis. Quare, ſicut ait Pſalmiſtes egregius, *In te, Domine, ſperaui, non confundar in æternum;* de incertis cito certus factus, eo quod inuiolata ſpe omnibus ſuis Dominum aduocaret ſedulus, de his, quæ ad ſe non pertinebant, prægrauari diu permiſſus non eſt. Tempore enim vmbrifero, cum ſole inferius mundi hemiſphærium emetiente, terræ diameter ſui obſiſtentia tenebras in cælum funderet, quod nox dicitur; ſomnus etiam, obliuionis miniſter, ad diurnas curas ingenii reparator, virium quoque pridie laſſentium in craſtinum redintegrator, ægris ſe mortalibus infunderet, prædictus Abbas, poſt vigiliarum hoſtias lecto redditus, ſecundum quod dictum eſt: *Iuuenes veſtri viſiones videbunt, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt*, ſomnium vidit.

Richardus Abbas eo ſe vocari ratus, *Pſal. 30, 2* *nocturna viſio ei oſtenditur,* *Ioel 2, 28*

n. 20 Experrectus igitur aurora procedente, iam certus diuinæ voluntatis, quis futurus eſſet Epiſcopus, poſt iteratas orationis victimas, coram ſtantibus ait: *Ne multum contriſtemini, fratres, de me, quia abſtrahar a vobis Epiſcopatus cauſſa: diuina largiente* (gratia, noſtrum) *nobis ſufficiat ſolium. nam Moguntinum exſpectat aliud.* Et diuinam præſcientiam admirans,

Bardonem aſſumendum, quod fratribus aperuit.

mirans. *Hac*, inquit, *nocte, in quodam fui campo, vbi e contra ſtantem mi-
ræ celſitudinis vidi montem, in cuius cacumine, quo ego aſcendere non vale-
bam, fratrem Bardonem ſtare videbam, ſub cuius pede fons puriſſimi fluenti
ſaliebat. Quem, quia me celſiorem videbam, diligenter intuitus, virgam in
manu eius, quaſi oues minantem aſpiciebam, ipſaſque oues circumquaque pa-
ſcentes.* Cuius interpretationem ſubiiciens, continuo ait: *Mons quidem prin-
cipatus eſt ſublimitas, virga correptionis ſubtilitas; fons doctrinæ, quam con-
geret in eo ſapientia diuina; oues autem populi paſcendi gramine cæleſtis pabuli.
Ille*, ait, *electus eſt, ſummæ voluntati volentes cedamus.* Qua in re admi-
randi ſunt ambo tanti patres, quos in terra poſitos cæleſte non latuit conſilium,
qui in corpore ſeiuncti ſpiritu ſpiritale iunxere collegium.

Reg. illi ſibi obuianti primas cedit,

Cap. XIII Iuit quoque & hic famulus Dei, de quo loquimur, etiam &
ipſe ad Regem, non anxius quidem, quis Epiſcopus fieret, ſed qui fieret, qua-
lis fieret. Ergo hi duo columbi in quodam diuerſorio conuenientes, inuicem
reſalutant, datis complexibus; ad capellam, quæ ibidem erat, ibant iunctis co-
mitatibus: cumque ad ianuam eccleſiæ perueniſſent, ambo conſtiterunt, &
alter alteri ingreſſum præbuerunt. Hic, vt antiquo magiſtro, ille, vt ei quem
nouerat electum in Chriſto: diu illis alternantibus, ait Richardus: *Quod vltra
faciendum eſt, hic habeat initium: præcedat ille, quem diuinum elegit benefi-
cium.* Ille vero ac ſi vota audiret, nihil hæſitauit; ſed pede currens obedien-
tiæ, celer intrauit. Ante igitur diuinum intuitum merito præceſſit, quem æ-
ſtimatio diuina præpoſuit. Egreſſi vero poſt orationem eccleſiam, pius con-
ſeruus pio conſeruo narrauit, quod piiſſimus eorum Dominus ſibi reuelauit. Per-
noctantes ibidem, craſtino vterque commeatu ſuo adiuncto, ambo quo vole-
bant ſigillatim pergebant. Præcedens autem hic pietatis amator, prior venit ad
currum: quem cum aliqui viderent, qui cognoſcerent, muſſitantes inuicem:
Hic eſt, aiunt, *ille, quem nobis percunctantibus de paſtore Imperatrix prædi-
xit.* Circumquaque enim conſiliantes Rex & Regina poſt priorem conuentum,
nullum ſe talem noſſe fatebantur, qualem hunc Dei famulum teſtabantur.

Feria 59. Apoſtolorũ Petri & Pauli

Cap. XIV Erat ergo menſis Iunius, & appropinquauit ſanctorum Apo- n. 22
ſtolorum Petri & Pauli feſtiuitas. Venit ergo principum Paſtorum vigilia, &
perſonuit fama, Maguntinæ ſedis quemcumque futurum die craſtina: præſto
enim fuit, quem Dominus in hoc ipſum elegit. Altera autem die, cum mundi
oculus ſol confinium ſeptemtrionis & orientis aſpirando ſerenaſſet, & mortis i-
maginem ſomnum horroreſque tenebrarum pepuliſſet, Rex ex cubili ſui pene-
tralis egreſſus, cum Regina primo diluculo eccleſiam ingreſſus eſt: fuſa ergo
precum oblatione, diuinas aures pulſabant intenti, vt oſtendere dignaretur,
quem ipſe ſciret in hoc officium congruentis meriti. Egreſſi deinde, pia fide-
lium turba congregata, reſederunt, pariter conſulturi de præſenti cauſſa. Mira
populi muſſitatio, hoc, illudque dicentis, & famam diuerſis confabulationibus
1 Cor. 3. 9. laceſcentis. At vbi erant hi, de quibus ait Apoſtolus, *Dei adiutores ſumus, &
nos ſpiritum Dei habemus?* alius de patientia, alius loquebatur de continentia;
iſte de ſobrietate, ille de humilitate; hic de proximorum condeſcenſione, ille
agebat de ſuprema omnium contemplatione; & quemcumque his præditum ali-
quis nouerat, de hoc ſecundum conſcientiam teſtimonium dederat. Quibus
vero Regis patuit voluntas, verba cuiuſque ex induſtria ſuſpendentes, verbum
Regis expectabant, ipſi conſentire volentes.

Aliquantulum diei proceſſerat, cum res adhuc fluctuabat. Petito ergo ſi- n. 23
lentio, poſt tot horas incipiens Imperator: *Quod audiuimus*, inquit, *& proba-
uimus, Patres & fratres, annuntiamus vobis. Virum ſcio magnificæ virtu-
tis, perfectæ ſanctitatis, ingenii ſingularis, vaſculum caſtitatis, ſapientiæ fi-
lium, corporis dominum, magnum humilitate, præcipuum caritate, mundo pau-
perem, Deo diuitem; cui noſtra fauet auctoritas, ſi quid digne iudicare nouit
mortalitas.* Verbum Regis omnes maiores loquebantur, & quod ille teſtatus
eſt, omnes teſtabantur. Quia autem, quem diceret, celato nomine neſciebant,
Bardo declaratur Archiepiſcopus. quemque vt erat proximus, quem diceret perquirebant. Auribus ergo eorum
beneuole præoccupatis, tandem vocans eum Imperator ex nomine dixit: *Pa-
ter*, ſimulque digito innuens præcepit, vt accederet. Qualem tunc eum vide-
res!

res ! quam conſtanti animo, quam immutabili facie, & quam moderatum greſſu! Dum incederet, Palatinis cunctis eum inuicem adnotantibus, *hic, hic, eſt ille!* oculi omnium ad pium Patrem; aures intendebant ad Regem. Cum ergo iam ſtaret ante ſolium: *Nouimus*, ait Rex, *Fuldenſe priuilegium, nec infringimus ſtatutum prædeceſſorum noſtrorum. Sed quia non deſunt, qui nouerint, qua cauſſa non promoueamus Abbatem*, te, eiuſdem ouilis, antiſtitare ſtatuimus* || *ſecundum piorum voluntatem.* Commiſſa igitur ſibi plebe Maguntina cuncti lætabantur, ductumque cum laude Dei ad eccleſiam promouerunt, eum conſecrantes in Epiſcopatus gradum. Tunc vere potuit ad eum dicere Dominus: *Amice, aſcende ſuperius.* *Luc. 14, 10.*

n. 24 * *Hanc cauſſam nec dum potuimus aſſequi aliam, quam interceſſionem Reginæ, pro Bardone ſuo ſollicitæ.* (Papebrochius)

Induit ergo ſe annulum ſecundum †, tertio menſe *, & cingulo caſtitatis præcinxit ſe, indutus ſtola iuſtitiæ. Seniores igitur filiorum eccleſiæ verum Aaron conſecrauerunt, vt eſſet ei teſtamentum ſempiternum, ſimul & ſacerdotium magnum. Inter hæc ergo nec diuina caruit conſecratione, quoniam ditatus eſt omnium gentium benedictione: non enim dereliquit eum Dominus, donec afferret illi ſceptrum Regni. Conſecratus igitur Pontifex, vetus cuſtos vaſorum, pæne quinquageſimo ætatis ſuæ anno **, poſt † feſtiuitatem ſanctorum Apoſtolorum ad commiſſum ouile cum honore dimiſſus eſt. Senator ergo curiæ cæleſtis, cui cum Apoſtolo datæ ſunt claues regni cælorum, poteſtas ſiquidem ligandi & ſoluendi terræ & cæli, nequaquam poteſtate vſus, vt luderet in auibus cæli aut in beſtiis terræ, ſed cum piſcatoribus Apoſtolicis, in omni piſcatus monte, ſecundum Prophetam, & in omni colle; quodcumque ſuperbum inuenit, rete circumdedit humilitatis; quod pro peccatis humile inuenit, ſpe irretiuit conſolationis. Hoc ſemper cupidus, vt ante conſpectum ſummi patris familias non appareret vacuus. Deinde theſauri non parcus, quem vigiliarum acquiſiuit mercimonio, ærarium ſapientiæ aperuit; pauperes ſpiritu, hoc eſt, puſillanimes, conſolatione pauit; nudos peccatis pœnitentia induſiauit, cæcos illecebris, monitis cæleſtibus illuminauit; claudos item itinere, quod ducit ad cælum, ſuo ducatu præuiauit; vt eſſet carnaliter ac ſpiritualiter, quod beatus Iob ait, *oculus fui cæco, & pes claudo.*

consecratur

& post festa dimittitur.

dignum se Antistitem probat.

Ier. 16, 16.

Iob 29, 15.

† Secundum, *id eſt*, Epiſcopalem. *Nam* Abbatialem annulum *antea ſuſceperat.* (Idem)

* *Id eſt, menſe Maio. Nam annulum, quem ſecundum hic appellat, quoniam Abbas vnum antea geſtabat, recepit die Pentecoſtes, vt infra dicetur cap. XXIV* (Mabillo)

** *Hinc pates, quam recte ſupra ſtatuerimus, natum an. DCCCCLXXXI, vel DCCCCLXXXII, cum hæc res acta ſit MXXXII.* (Papebrochius)

† *Exſpectata fuerit Dominica infra octauam, quæ, eo anno habente litteram dominicalem A, fuit XI Iulii* (Idem) *Ex hoc loco infert* Papebrochius, *Bardonem dominica infra Apoſtolorum octauam conſecratum, non ipſo eorum feſtiuitatis die; at cum ex præcedentibus pateat, id ipſo feſtiuitatis die fuiſſe factum, quod disertis verbis infra repetitur cap. XXIV, non dubitamus, has voces,* poſt feſtiuitatem, *ad ea, quæ ſequuntur, reuocari debere, quas vir eruditus præcedentibus adiunxit, ideoque comma, quod poſt vocem,* Apoſtolorum, *appoſuit, expunximus* (Mabillon)

n. 25 Cap. XV Venit dein ad regem in Natiuitate Domini & Saluatoris noſtri, & honorifice, ſuſceptus eſt: erat autem tunc (Goslariæ *) Die ergo Natiuitatis Domini, ſecundum primatum dignitatis ſuæ, Miſſas die prima cœpit agere, ſtansque poſt Euangelium in gradibus, ſermonem declamauit, verbis non pluribus (quam ordinabatur **) ad veſperam. Cumque ad altare regrederetur, fuerunt ibi aliqui, qui quaſi aditu inuento, inuidiæ ſuæ fel euomuerunt; cauſantes tantæ ruſticitatis homunculum tam præcelſæ ſedis factum Epiſcopum; re autem vera inuidentes eum eſſe monachum. Doluit quoque etiam Imperator, tanta cum laude ſe coram omnibus extuliſſe, pœnituitque vnquam eum Antiſtitem feciſſe celeberrimæ (ſedis.) Igitur die illa auditi ſunt, qui dicerent: *Monachus eſt, aliquid eſſe potuit in ſuo monaſteriolo, nequaquam tali congruit ſolio:* & quicumque aliquod in eum iaculabantur conuicium, hoc in prima parte linguæ iacuit, vt dicerent eum *Mo*, vt aperte intelligi poſſet, quidnam in illo ſibi maxime diſplicuiſſet. Rex pæne impranſus eſt, nullas quæſiuit delicias ciborum, quoniam ipſe amaris morſibus carpebatur lacerantium. Dies venit altera, & Metenſis Epiſcopus Diodericus Miſſas celebrans, quidquid nouit, prodi- *Ob rusticitatem despicitur.*

prodigus effudit. Laudatur ille ab omnibus, dicentibus: *Hic eſt Epiſcopus.* Vir autem (ſanctus) qui non neſciuit, *totum ſpiritum ſuum profert ſtultus, ſapiens*
Prou. 29, 11 *autem reſeruat in poſterum*; nec aura fauoris elatus, nec inuidiæ morſibus inclinatus patienter ſuſtinuit, certiſſimus, quid ipſe facturus ſit.

* *Nomen loci in MS. non legibile ſuggerit* chronicon Hildesheimenſe *ad an. MXXXII in natali ipſo inchoandum his verbis:* Indictione XV Chuonradus Imperator natale Domini *Gosleri*, Paſcha vero *Salingſtad* celebrauit. *Eſt autem* Goslaria *in Ducatu Brunſuicenſi, Hildeshemio V, Halberſtadio VII leucis diſtans, ad Goſam fluuiolum.* (Papebrochius)

** *Neſcio, qua ratione melius ſuppleam, illegibilis hic quoque ſyllaba vnius alteriusque ſenſum:* ad veſperam *vero exiſtimo ſolitum haberi breuem, nec valde ſublimem ſermonem, propter exſpectationem vigiliarum nocturnarum ſollenniſſime peragendarum. Si cui melius occurret aliquid, libens ſuſcipiam.* (Idem)

Cap. XVI Venit dies tertia, miſſumque eſt ad pium Patrem, quis deberet Miſſas agere. Qui ſe profeſſus (eſt acturum) diuina comitante gratia. Auerterunt eum amici eius callide, quaſi cauſa laboris magni, hortantes, vt ſuper hac re iuberet alicui, re autem vera verecundati ſuper ſermone, quem declamauit pridie. Ille vero cogitans intra ſemet ipſum: *Gloriam meam alteri non dabo;* ait humiliter, *vnusquisque onus ſuum portabit.* Qui cum cauſarentur laborem; *Quid*, inquit, *mihi vtilius eſt, agendis dare ſtudium, an negli-* n. 26
iterum concionatur. *gentiæ aditum?* Paratus itaque cum timore diuino ad altare ingreſſus eſt. Poſt Euangelium vero repræſentatus in gradibus, hanc ſermonis telam orditus eſt:
Pſalm 17, 13 *Præ fulgore*, inquit, *in conſpectu eius nubes transierunt.* Leuatisque parumper oculis cum gemitu, ac ſi ſuum aduocaret amicum, rurſusque in terram defixis humili habitu, & voce humillima (ſic) locutus eſt populis.

Sequitur ſermo; quem tamen hic dare, haud duximus neceſſarium.

His ita explicatis, Multis ergo talibus diſputans, poſtquam eos rore ſcientiarum perfudit, ad confeſſionem inducens lauacro lacrymarum eos infudit, mactansque illos in ara ſpiritalis contritionis, obtulit Deo holocauſtum ſuauiſſimi odoris. Sic ergo ad n. 56
omnium, altare regreſſus, omnium ora conuertit in ſtuporem: quoniam qui paulo ante tantum viluit, vt ruſticus, voce omnium prædicabatur dignus eſſe, qui ſummus fieret Epiſcopus. Detractorum vero vultus ſuperfuſi rubore, ore tacito conſcientiam accuſabant, confuſi vultus confeſſione. Poſtquam ergo ad menſam
præcipue vero Regis laudatur ore, Regis ventum eſt, Rex hilari vultu: *Hodie*, inquit, *natalis Domini mihi eſt agendus, quoniam confuſus conticuit lacerantium nos chorus.* Rurſuſque ex nimia lætitia quaſi deſipiens: *Vbi ſunt*, inquit, *detractores noſtri?* Et iuſſit Epiſcopo priori aquam in manibus dari. Epiſcopus autem nec pridie triſtior, nec hodie lætior, ſicut tunc de vituperantibus, ſic & nunc tacuit de laudantibus; qua ex re magis ac magis admirabilis ex illa die effectus eſt magnus nimis.

In diœceſin reuertitur. Cap. XVII Multo igitur habitus apud Regem honore, cum recordaretur, n. 57
quia maritatum ſuæ decet domui prouidere, regio honore proſecutus Moguntiam repedauit, ibique vitam ſuam, ſecundum veriſſimam agricolarum ſectam,
Iohan. 15, 1 inſtituit ad exemplum eius, de quo ait æterna Dei ſapientia: *Pater meus agricola eſt.* Sic enim agricola galli ſuccentu excitatus, diurnum laborem nocturna ſollicitudine præuenit, domeſticos inclamat, heſterni caloris fauillam explorat, inuentam ſcintillam flatu ſuſcitat, ſarmentis educat, diſponit quid quisque agat; mane primo agrum petit, terram proſcindit, ſemina iacit; iamque ſole acrius incendente, domum repetit, ſuauem ex labore panem guſtat cum ſuis, propter intolerabilem meridiei feruorem æſtum declinat, dormiens in vmbra culminis, ſurgensque repetit reliquias imperfecti operis: die decedente labori decedit; aſſidensque prunis, poſtquam potu maduerit, aliquid dulce percinit, ſequuntur pueri. Sicque omni hora certus quid iamiamque agat, laborem ſine labore reſumit ex conſuetudine.

Suis munijs intentus Ita hic piiſſimus Pater ad omne hoc opus ſimul acceſſit, niſi quod ille in n. 58
ſpiritu operatur carnaliter, hoc egit iſte in carne ſpiritaliter. Numquam enim
Pſalm 118. gallum cantantem ipſe non cantans exſpectauit; quia, vt ait Pſalmiſta, media nocte ſurgebat ad confitendum Deo. Semper de nocte mundana conſurgens, ad diuinam lucem ſollicitus anhelabat; nec hoc ſolus, ſed quemcumque inuenit

ſecum

ſecum inuitabat, compellebat, trahebat, iuxta illud: *Et qui audit, dicat: Veni.* *Apoc. 22, 17*
At vero, ſi quem fauilla delicti alicuius ſopitum inuenit, ſcintillam in eo pœnitentiæ explorans, flatu conſolationis in flammam perduxit lacrymarum, ſicut ſcriptum eſt; *Aqua comburit peccatum.* Diſpoſuit quod quisque ageret, illum ſuadendo ad pœnitentiam, illum ad continentiam, illum ad humilitatem, illum ad caritatem & cetera talia. Semper mane primo exiit, ſequens eum, qui ait; *Siquis vult poſt me venire, abneget ſemet ipſum & tollat crucem, & exiet poſt me.* *Luc. 9, 23* Mane autem, ſicut ſcriptum eſt: *Mane adſtabo tibi*, terram cor- *Pſalmo 5. 5*
dis ſui ſpiritu proſcidit contritionis, ſeminans eam Patrum exemplaribus, vnde ſibi virtutis, & aliis creſceret fructus ſalutis. Si quando autem acrius in eum incendebantur humanæ moleſtationes, quia ſcriptum eſt: *Omnes qui pie volunt* *2 Tim. 3. 12*
viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur; ad humilitatis regreſſus refrigerium, quaſi ſub vmbra patientiæ humanos declinabat æſtus: & rurſus, quaſi ſurgens, exaltatus diuino iudicio, toto corde reddebat, quod debebat pro diuino beneficio. Ergo ſiue decedente ſiue accedente die, ſemper ille integer ad Dei accedebat penſum. Tota nocte inter cæleſtes conuiuatores epulatus, ad prunas cæleſtis incendii ſedebat, potuque lacrymarum debriatus, Dauidicum poema cum ſuis pueris intentus & frequens canebat: ſicque laborem ſemper reſumſit ex conſuetudine, ac ſi nulla premeretur ſollicitudine.

n. 59 Aliquid modo dicendum eſt de hoc ſancto viro; quod, quia parumper *Manſuetiſſimus*
aceſcit, reticere cupio: ſed tantæ autoritatis pondus ſilere non audeo. Quare autem hoc loquar inuitus, ſi placet, audite. Amarum eſt, quod dicendum eſt, & Bardo noſter dulciſſimus eſt; nollemque de dulciſſimo quicquam niſi dulciſſimum loqui. Quis enim vmquam Bardonem niſi dulciſſimum expertus eſt? Vultu hilaris, verbis amabilis, moribus ſuauis. Quis coram Bardone triſtis, quis illius conſolatione non eſt effectus lætus? Pauper coram illo nullius indiguit, diues apud illum nihil perdidit. Idem ipſe Bardo & Dominus ditione, & frater voluntaria conditione. Parui pendebat timeri, agens magnopere diligi. Talibus eius ſtudiis inuidens diabolus, etſi vincere illum non valebat, ſed tentabat, incitauit in eum diſcordiam Prætoris vrbis Maguntinæ, qui magnum aliquem *erga Prætorem Moguntinum, litis captantem cauſſam.*
arbitrabatur ſe futurum, ſi præ cæteris negligeret Epiſcopum. Patientia enim Epiſcopi, hoc ſibi viſum eſt poſſe fieri: & vnde miſer debuit melior, inde factus eſt deterior. Obſeruans igitur diu noctuque Epiſcopum, ſi forte aliquid illicitum admitteret, cum in omnibus eum inueniret irreprehenſibilem, ad commenta fallaciæ conuerſus, qua ex re neſcio, maieſtatis reum finxit apud Regem. Sed cum talis mendacii ſtipula veritatis igne citiſſime conſumeretur, cum etiam Epiſcopum adhuc patientem vidit, quem credidit totis ſe viribus velle vlciſci, deſpexit eum, ſua ſe poteſtate defenſum credidit; iamque per ſe ipſum in Epiſcopum conari non diſtulit.

n. 60 Igitur quemcumque amplius familiarem Antiſtiti vidit, ſibimet finxit contrarium, vt ſi in Pontifice nullum haberet ſubſidium, vi & armis & arte offenderet in Epiſcopum. *& famulū ipſius in iudicium trahentem.*
Ergo res proceſſit longius, vlciſcenda ſeuerius. Comprehendit autem ficto mendacio quemdam diſpenſatorem Epiſcopi; eumque nullo modo dimittere diſpoſuit, niſi in purgamento iudicii. Sed ſanctus Epiſcopus videns eum abſque ratione abuti ſua patientia, itemque quanta ſine cauſſa paterentur in ſua ſtudioſi ſeruitia, ſemel ſæpiusque rogauit tanta Prætorem ceſſare moleſtia, vt etiam hic qui falſo criminabatur, euaderet abſque iniuria. Prætor autem lætus effectus eſt, quod aliquid inuenerit, quo cor Pontificis doloris vulnere tetigerit, quod penitus inuulnerabile credidit; & iam omni amoto dubio iudicium exquiſiuit. Ergo ad iudicium Dei ventum eſt. Tunc vir Dei patien- *tandem vero diuinitus punitum.*
ti compaſſus, iuſtum fieri iudicium Dei petiit, vt euentus probaret, non tantum de eo, qui paſſus eſt, ſed & de eo, qui fecit iniuriam. Nam & ille qui moleſtabatur, Deo adiuuante, ſancti viri precibus inculpabilis; & ille iudicio diuino præuentus, abſceſſit inſanabilis. Etſi enim non ſtatim ſenſit, ſed ſtatim tamen præuentus fuit: quia qui contra virum Dei iudicium parauerat, paratum iudicium minime euaſerat: & qui longo iam tempore virum Dei moleſtauerat, ab hinc & deinceps vſque ad diem obitus infirmitatis moleſtiam non euaſerat. Igitur amara relinquentes de dulciſſimo dulciſſima loquamur.

Digitized by Google

Idem iniuriarum patientiſſimus.
1 Cor. 4. 13

Cap. XVIII Multa de eius patientia dicere poſſumus; patientiam enim n. 61
eius ſecundum antiquorum patientiam nouimus, qui cum Apoſtolo dicebant:
*Blaſphemamur & obſecramus, tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus
omnium peripſema vſque adhuc.* Cum horum, inquam, patientia fulget patientia
Bardonis; æqua vere, niſi forte maior; quia cum multi eorum vlciſci ſe non
valebant, neceſſitatem in voluntatem laudabiliter conuertebant: is autem cum
ſe poſſet vlciſci, voluntatem ſuam ſibi neceſſariam faciebat, vt non quæcumque
vellet, ſequeretur, ſed cum multa valeret, multo plura vellet ex parte, qua ſpiritus
hortaretur. Quis ergo, viuente Bardone in carne, audiens quid deriſori
ſuo fecerit, non etiam ipſe factum derideret; & hoc non potius vanum, quam
effectu niti crederet? nunc autem quam planum eſt, quam recto ſtamine quæque
texuerit, omne factum Bardonis amatur, cum delectatione narratur, auditur
cum ſuſpirio, ſine controuerſia laudatur, cum gaudio rememoratur. Sed quid
deriſori fecerit dicamus.

Sedens aliquando ad menſam, infirmitati corporis ſatisfacturus, inter cibo- n. 62
rum alimoniam cunctis conuiuantibus, eructauit ſpiritus ebrietatem ſobriam;
quia illi Chriſtus ſemper in corde, ſemper erat in ore, aſſumenti conſilium di-
1 Petr. 4. 11 centis: *ſi quis loquitur, quaſi ſermones Dei.* Docente ergo illo omni affectione
conſedentes, iuuenis quidam, carnalibus titillationibus intentus potius quam
1 Cor. 2. 14 diuinis illius ſermonibus, cœpit ridere, quod tam inania garriret Epiſcopus: *Animalis
enim homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei.* Iniecto igitur caſu in
eum vultu Epiſcopus, deridere ſe iuuenem comprehendit furtiui cachinni &
ſuſurri motibus; motoque capite, ſedit paulisper tacitus, viditque iam omnis
conuiua, quod deridentem ſe comprehenderet, eiusque rei cauſa taceret. Omnes
igitur expalluerunt, illi miſero infenſi, quia tantæ poteſtatis virum grauiter ſe
vltum crediderunt. Intelligens autem vir prudens, quoniam dandi exempli
tempus eſt, vt quæ paulo ante de patientia docuerat verbis, nunc etiam confir-
deriſorem ſuum aurea ſcutella donat. marct exemplis, ſumta aurea ſcutella, quæ coram eo ſtabat, plena carnium
fruſtis, deriſori ſuo cibum vaſque dari præcepit cauſa mercedis. Quo facto, non
ſolum peccantem ad pœnitentiam, ſed & omnes lucratus eſt, ad amplectendam
patientiam.

Miraculis & virtutibus clarus.

Cap. XIX Potuimus aliquid dicere de eo, mirabile quidem, ſi tantæ ad- n. 63
mirationi ſunt, quæ creduntur auditui, quam quæ ſubiecta ſunt viſui; niſi forte
ſua magna miracula minora faciamus indigno relatu noſtro. Dicemus tamen
vt poſſumus, quoniam melius iudicamus, vtcumque admiranda agnoſci, quam
digna memoratu memoria tabeſcente obliuiſci. Quoties ſanctus Pater Adelde-
uille, quoniam ad ſuam diœceſim pertinuit, deuenit, ſemper mirabiles hoſpites
habuit, volucres ſcilicet quaſdam, forma nominibusque ignotas omnibus,
a quibus ſeu comitabatur ſeu viſitabatur Epiſcopus, quæ numquam ante eum venientes,
numquam poſt abſcedentem remanentes, ſolum eo veniente turmatim
in obuiam congregatæ in arboribus conſederunt, & quamdam ſuæ modulationis
harmoniam concinuerunt: ſatagentes cunctis eſſe pro miraculo, quod
irrationabiles rationis vtebantur conſilio. Sed pius Pater cantoribus ſuis non minimum
lætatus, caritatem exhibentibus non apparuit ingratus: & quos in
ſua coronari vidit obſequia, quotidiano porco, ſatis fecit pro illorum alimonia;
& carne impoſita ſcutis, quotidianum ſumtum prouidit hoſpitibus ſuis.

De volucribus iſtis quid dicamus, dubitamus: vtrum formam inſpicientes, n. 64
ſimplices eas volucres credamus; an rationem intendentes, aliquos ſpiritus fuiſſe
dicamus? Nam quoniam ſolis ſpiritibus ratio ineſt, ratione vtentia melius
eſt vt ſpiritus credamus, quam vt irrationabile ratione vti concedamus. Quid
autem has volucres niſi ratione vſas eſſe dicimus? Et quidem cum veniente venerunt,
& cum abeunte abierunt: ad hunc vnum ſine errore venerunt, ſoli
vni concentum ſuæ modulationis concrepuerunt: ad intuitum eius homines non
fugerunt, cibum ab hominibus imperterritæ ſuſceperunt; & ſilueſtres, vt videbantur,
blandientium motus manſuetæ ſuſceperunt. Hæc enim agere rationis
conſilium eſt. Si autem hoc aliquis abhorret, ne ſpiritus fuiſſe videantur, quoniam
corporeo paſtu alebantur, nonne horum exempla multis in locis inueni-
Gen. 18. untur? Ad Abraham nonne ſpiritus Angelici venerunt, & de cælo deſcendentes

tes feſtiuitati, qui numquam eſurierunt, cum ipſo comederunt? *Idcirco*, inquit, *declinaſtis ad ſeruum veſtrum.* Medicus Tobiæ, Raphael, nonne diebus aliquantis viſus eſt cum hominibus pranſiſſe; qui tamen reuerſurus dixit: *Videbar quidem manducare vobiſcum, ſed ego cibo inuiſibili & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Videbatur comedere & non comedebat, & tamen cibus illi appoſitus non eſt inuentus amplius: vt vere credatur talis comeſtio potius aliqua diſpenſatione conſumta eſſe, quam ſpiritalem leuitatem, aliquam corpoream grauitatem inſumſiſſe. Vnde & ille ſpiritus, cui Gedeon coxit pulmentum, cum ius ſuper petram effunderetur, manum extendit, cibos virga tetigit, & pulmentum illud flamma præcedente conſumſit. Tob. 12, 19 Iud. 6. 21

n. 65 Ab his ergo volucribus, qui ſcimus, vtrum ille comeſtus ſit cibus, an aliqua incomprehenſa virtute conſumtus? nam ſi tantopere carnali victu indiguere, cum ab illo aberant, quid comederunt? Aut cur apud hunc, & non apud alios comederunt; aut ſi volucres erant, numquid creduntur ſemper ſimul fuiſſe? ſi autem diſperſæ, quis, credimus, congregauit eas, nuntians Epiſcopum Adeldeville futurum eſſe? Et quare nuſquam alio viſæ? Et ſi viſæ, cur nulli agnitæ? cur autem harum volucrum cantus Pontifici plus aliarum vocibus placuerunt? Aliquid igitur hinc ſpiritale coniectamur; quod vtrum verum ſit omnino, non probamus. Locus ille a vulgo Adeldeville, vero autem nomine, alta villa vocatur. Ibi ſiue volucres in ſuperioribus volantes, ſiue aliqui ſpiritus ſancti in ſuperioribus habitantes, ſanctum virum viſitabant: quia qui ſe in altitudinem contemplationis erigunt, Angelorum viſitatione digni ſunt. Ergo iuxta quod credimus coniectamur: quidquid autem hac in re veritati innititur, quia ſpiritale credimus, veneramur. Dubitanda forſitan hæc viderentur, ſi nullius perſpicacioris miraculi certitudine fouerentur: ſed quoniam patent adhuc in eo, magna cum delectatione ac veneratione dicenda, certioris rei mirabilia, quæ obſcuriori diſpenſatione facta coniicimus, fiunt credibilia. Altvil

n. 66 Cap. XX Vir Dei aliquando iter agens per ſubiecta Abbati Rohingo Fuldenſi, ipſo Abbate præbente diuerſorium & ſeruitium, transfegerat in quodam loco nocturni temporis ſpatium. Poſtquam vero tranſacto prandio, ad receſſum pauſandi ſeceſſit, duo tantum cum eo gradiebantur, vnus Camerarius, qui lucernam coram eo portabat, alter quidem familiaris eius, qui & ipſe hoc nobis narrabat. Cum ergo portitor lucernæ coram eo extracto lumine ſtaret, caſu accedente, vt ſæpe fit, lumen extinctum eſt. Turbabatur Camerarius, greſſuque veloci candelam reaccendere feſtinabat, & vſque ad fores caminatæ peruenit: cumque iam altera manus candelam portaret, altera ianuam citius aperiendam corriperet, ſubito candela inflammata eſt, amboſque illos admiratio circumdedit vltra quam credi poteſt. Tremens ergo Camerarius feſtine regreditur, poſitoque lumine ad pedes eius ſanctiſſimos parauit procidere. Vir autem Dei compeſcuit eum, dicens: *Stato, ne cadas. Sed age Deo gratias; & me viuente in corpore, caue ne vnquam alicui dicas.* commonuitque eum per iusiurandum ſuper his verbis, vt ne alicui, quod factum eſt, dixeris, quouſque me viam huius carnis ingredi videris. quod ſi aliter feceris, a conſortio meo in æternum ſeparaberis. Ergo ſi factum iſtud intendimus, ſatis iuſto iudicio Dei hoc eueniſſe perpendimus: vtque nunquam peccatorum tenebras admitteret, præter quod ineuitabile eſt humanitati, nec ad momentum felici careret luce, cæleſti lumine ſe illuſtrante.

n. 67 Cap. XXI Senuit ergo iam vir Dei, qui niſi maiora præmia in morte laturus, pietatis ſuæ merito numquam eſſet moriturus. Ergo & ex ætatis acceſſione & infirmitatis ſenium conſequentis ſucceſſione, corporis moleſtia graui præuentus eſt. Qui viſitatus a ſancto viro *Leone* Papa, vt recuperandæ ſanitatis gratia eſu carnium reficeret, rogatus eſt *. Obediuit & comedit. Sed quoniam oſtium eius ſemper patuit viatori & peregrino veſpere, ſero, & mane primo, quidam peregrinus monachus ad eum venit, & ſuſceptus eſt, & ad menſam ductus. Cumque piſces ibi deeſſent, eo quod Epiſcopus carne veſceretur, Monacho illi carnis pulmentum, Epiſcopo iubente, appoſitum eſt. Qui oblitus ſententiam Saluatoris, qua ait: *Manducate, quæ apponuntur vobis*, carnes horruit, monachumque ſe ſignis & nutibus, quibus potuit, Pontifici innotuit. Luc. 10, 8

Quem

Quem in ſeipſo prouocans Epiſcopus, & ſe ipſum oſtendit monachum fore, & tamen carnes comedere, dixitque: *Frater, piſces nobis deſunt, noſtra licentia manducate, quæ apud nos ſunt.* Sed ille neſcius obedientiam ſummam eſſe vitæ monaſticæ, ſtudioſus continentiæ, ſecurus fuit obedientiæ. Videns autem Antiſtes eum non acquieſcere, manu extenſa, ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis nomine, ter ſanctæ crucis ſignum fecit: & natura ius ſuum obliuiſcente, mirabiliter carnem conuertit in piſcem, pulpam ſcilicet carnis in fragmen ſuauiſſimi eſocis. Expaueſcentem igitur monachum, & ad pedes eius procidere parantem, prout tempus permiſit, aſpere increpauit; docens, totius diuini
Phil. 2, 8 ſeruitii ſummam eſſe obedientiam: propter quod, inquit, & *Chriſtus factus eſt obediens patri vsque ad mortem.*

* Leo *ſcilicet* IX. *Hic porro notandum venit, Monachos, etiam ad Epiſcopatum promotos, a carnibus abſtinuiſſe, quod multis aliis exemplis certum eſt.* (Mabillon)

Verum deditus fuerit ieiuniis. Requirimur fortaſſis, inter dona DEI in eo aliquid etiam de ipſo dicere, eſſetne ieiuniis deditus nec ne, ceteraque talia. Sed Deo teſte pæne nihil ſingulare de eo potui inueſtigare; niſi forte in eo magis ſit laudabilis, quod meritum
Matth. 6, 3 eius inueſtigabile ſit paucis, aſſumentis conſilium eius, qui dixit: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextra tua.* Qualis ſit, omnes modo ſcimus, ſed qualiter ad hoc peruenit; omnes neſcimus. Quæ de ceteris Sanctis ſcripta ſunt, quia aut ieiunauerunt, aut homines fugerunt, aut cetera ſimilia, niſi alio ordine nulla in eo inueniri poſſunt. Primum enim ieiuniis dediſſe operam, numquam audiuimus, niſi forte hoc ieiunium ieiunauit, quod diuinum iudicium
Iſai. 58, 6 magis probauit, vbi ait: *Nonne hoc magis eſt ieiunium, quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus diſrumpe; cum videris nudum, operi eum.* Vitiis
Largus fuit erga pauperes. ieiunauit, & neceſſitate manducauit, & omnibus egenis panis ſui buccellam communicauit. Immunis fuit eorum, qui ad hominum intuitum runcantes, ſiue grunnientes, ſibi tantum vacant ſolitarii, quia cæcorum, claudorum, aridorum ſemper eum ſequebantur centenarii; ita vt pæne non eſſet claudus aut cæcus, quem ex nomine non ſciret Epiſcopus. Oſtium eius &, vt ante diximus, viatori patuit, & cum ab egenis inclamaretur, vt moris eſt multis, intus clauſus non latuit: Sed totis apertis foribus exſiliens, cum omnibus profuiſſet, lætabatur regrediens. n. 68

Mire benignus erga omnes. Cap. XXII Semper hilaris & lætus, ſemper pacificus & quietus, comitantes & aduenientes ſemper hilares reddidit & lætantes: ſi talibus non placuit, neſcio quibus placuit. Fruſtra ergo mihi videtur, dicere, eum miſericordem, compatientem, humilem, niſi aliquod eorum indicium exempli cauſa ponamus. Omnia eius pæne omnibus ſuperflua videbantur, ita vt etiam aliqui dicerent, quia eius negligentia in Epiſcopio multa fierent inconuenientia. Quod etiam in exemplum ſumens ſanctus Papa Leo: *Quis*, inquit, *vnquam huius ſancti Viri patientiam adſcriberet miſericordiæ, & non potius ſocordiæ?* Cumque populi multitudinem ad eius ſepulcrum cum votis & oblationibus concurrentem vidiſſet *: *Nunc*, inquit, *Bardo ædificat, ſi ante neglexerat.* Erat enim prouerbium populo, quoniam Bardonis ædificium fornax eſſet, quam, cum ceciderit, tribus lapidibus reædificaſſet. Ergo compatientiæ eius aliquod ponamus exemplum. Paſchali tempore cum alicubi iter ageret, quidam ei obuiam factus eſt, qui reatus homicidii ſuſcepta ſententia, paſchalibus diebus fuit in pœnitentia. ad quem Epiſcopus. *Tu*, inquit, *cuius reſpicis imperium?* Reſpondit: *Veſtrum.* cui ille: *Quis ergo te vinculis, euinculationis tempore, vinculauit?* Ait Ruſticus: *peccatis meis inſtigantibus feci homicidium, & ideo libens hoc patior iudicium.* Non tulit hoc vltra Epiſcopus, ſed ait ad Capellanum ſuum: *Depone ab eo ſententiam.* Et ad Ruſticum, *Tu*, inquit, *ad tuum vade ſacerdotem, & dic ei ex me, vt vnum de duobus deliberet: aut ipſe ſententiam tuam impleat, aut te ſecum ſuis orationibus redimat.* n. 69

* *Obiit Leo Papa an.* MLIV, *XIX Aprilis, iam inde initio præcedentis anni reuerſus in Italiam, vnde poſtea pedem non extulit; ex quo primum ſequitur, non poſſe mortem Bardonis differri in annum* MLIV, *quo, dies* X *Iunii concurrit cum feria* VI; *deinde verbum* vidiſſet, *hic forte pro* intellexiſſet, *aut forte etiam ipſum obrepſiſſe pro* audiſſet, *ne alias dici debeat, Bardonem obiiſſe* MLII, *cum adhuc in Germania Leo eſſet. Sane ſi is tu-*

is tumulum Bardonis coram & perſonaliter aliquando adiuiſſet, oculatus teſtis miraculorum ad eum patratorum, debuiſſet id expreſſius narraſſe auctor, nec ita obiter attigiſſe. Quare excutimus ſcrupulum, ex hoc capite ſubnatum, qui nos cogeret ad inueniendam feriam VI; non omnino proximam Pentecoſtes feſto, quo vltimum ſermonem habuit coram Imperatore, mortemque eius differre ad minimum vſque ad XIX Iunii, cuius die VII tunc fuerat celebratum feſtum iſtud. Si cui parum ſatisfacit coniectura de verbo vidiſſet, *quaſi illud vel pro* audiſſet *obrepſerit, vel in mente auctoris aliud non ſignificauerit, quam notitiam auditu acceptam, eo quod in familiari ſermone idem ſæpe ſignificat* videre, *quod* intelligere. *Si cui, inquam, minus ſatisfacit coniectura noſtra, is, potius, quam dubitet de anno, quo obiit B. Bardo tam expreſſe notato per concurſum diei III Idus Iunii & feria VI, dicat, auctorem memoria lapſum, vt nomen* Leonis, *cuius fecerat mentionem num. LXVII, hic iteraret, pro nomine ſucceſſoris Victoris II, qui antea Epiſcopus Eyſtettenſis ſub ipſomet Bardone exiſtens, optime eum noſſe potuit virum, & iam Pontifex, annoque MLVI ad Imperatorem Henricum in Saxoniam proficiſcens, aut inde rediens, viſitaſſe potuit defuncti tumulum, miraculis inclareſcentem.* (Papebrochius)

n. 70 Cap. XXIII Aliquod etiam humilitatis eius indicium proferre placet. Fuit *Humilis fuit.* Fuldæ quidam Monachus nomine Luydmandus, moribus grauis & maturæ ætatis, huic ſancto viro valde familiaris. Hic ergo quadam nocte vidit ſe in via profundiſſima, nigerrima, & lutulentiſſima. Cumque ibi diu viæ neſcius cum magno labore pererraret, ſubito in margine laci adſpexit quendam iuuenem ætatis florentiſſimæ & veſtis candidiſſimæ, qui ait ei: *Quo tu miſerrime graderis? Erras*, inquit, *neſcis, quo deuenies.* Ait Monachus: *Ita eſt, Domine, miſer ego vnde & quomodo huc venerim ignoro, & quo deuenturus ſum neſcio,* & addidit: *Rogo te, adiuua me.* Miſertus eius iuuenis, extenſa manu attraxit eum ad ſe; ducensque eum per pratum viridis graminis, & diuerſorum florum, oſtendit ei magnæ dignitatis ſedile, duosque iuuenes in eodem eminenti loco ſtantes, illud ſedile cuſtodientes: Et ait ad Monachum iuuenis: *Noſti hæc cuius ſint?* Qui reſpondit: *Non Domine.* Ait iuuenis: *Archipræſulis Bardonis hæc ſedes eſt, quam in tanta dignitate, ſola meruit humilitate: qui adſtant, eam cuſtodiunt, vſque dum exutum corpore in eadem ſede recipiant.* His dictis Monachus expergefactus, ſomnium hoc nobis cum magna dulcedine narrauit.

n. 71 Cap. XXIV Poſt hoc eius ſtudium & opus, cum diuina beneuolentia cenſeret eum transferendum ex temporali inconſtantia & labore ad ſtatum & quietem felicitatis æternæ; ipſe quoque conſcius ſecretorum diuinorum, multis orationibus & aliquando attentioribus ſancto Martino ſe commendauit; aggreſſoque itinere ad Paderprunnum properauit. Die ergo ſanctiſſima Pentecoſtes *, agens ibi Miſſarum in publico ſolemnia, poſt ſancti euangelii lectionem, ſtabat locuturus ad plebem. Sed quoniam nos in hoc libro non profundum nauigauimus, modo feſtinamus ad huius thematis litus, vt ne ſaturato lectori tædii pituitam proponamus; ſermones autem eius omni humana diuinaque (eloquentia) præcellentes, legere volentes, in tertium † libellum differimus, in cuius campo ſtudioſo lectori nos ſatisfacturos credimus, & digni ſunt non obliuiſci, quoniam & (cum) hunc ſermonem, quem modo differimus, declamauit. Spiritum ſanctum per os eius loquentem dicere voces omnium incitauit. *Paderbornam proficiſcitur. mortis ſuæ praſcius.*

* *Anno MLII Paſcha XIX Aprilis, Pentecoſte celebratum eſt VII Iunii; & ſic verificatur, quod eodem menſe Bardonem obiiſſe ſcripſit* Lambertus Schafnaburgenſis, *non pro eo, quem ipſe ponit an. MLI, quando Paſcha XXXI Martii, Pentecoſte actum eſt XIX Maii.* (Papebrochius)

† *Hinc intelligitur, duos adhuc libros deſiderari, quorum* ſecundus *veroſimiliter fuerit* de miraculis poſt mortem. (Idem)

n. 72 Ergo poſtquam ſermonis finem fecit, interiecta paullulum ſilentii mora, ſuſpirauit ex intimo corde, dixitque prophetica voce: *Iter acturus ſum, Patres & Fratres, ad quod minus caute paratus ſum. Longum eſt iter, ſed ſumtum breuem habeo, & quid faciam, æſtuo. Ad caſtra enim Regis æterni vocor, vbi in me totum bellum vertetur, totus æſtus prœlii; vbi ſi victus fuero, meritis enim meis ſtare non valeo, quid placandi cauſa iudici offeram, neſcio. Veſtras igitur preces præcedere me precor & ſubſequi, quatenus ante maximum iudicem ſine iudicio merear ingredi: Non enim iuſtificabitur in conſpectu eius omnis viuens. Et vos*, inquit, *ſi quid boni a me audiſtis vmquam, rogo, ſeruate vos dignos regno, ad quod vocati ſumus. Properate; tempus enim breue eſt. Nunc ergo vos commendo*, dixit, *ei, qui vos mihi commendauit*, DEO *Patri omni-* *eam poſt concionem prænuntiat*

potenti & verbo eius IESV CHRISTO *Domino, & Spiritui ſancto, in quo dies iſta celeberrima eſt, vt ab omni hoſtili incurſu protecti ingredi mereamini ſemitam operis recti. Ne ergo, filii, contriſtemini, quod vltima dico de me: quoniam amplius taliter non audietis me.* Tum vero eiulatum non populi, ſed eccleſiæ, audires: quoniam alii exanimes obriguerunt, alii in fletus reſoluti grauiter gemuerunt; omnibus vno ore dicentibus: *Hei nobis; quando de tali carebimus.*

Sic ergo eadem die, qua ſummi Præſulatus annulum ſuſcepit, eadem die n. 73
vltra audiri depoſuit: quamquam enim in feſtiuitate ſanctorum * Apoſtolorum
Petri & Pauli conſecratus ſit, die tamen ſanctæ Pentecoſtes † annulum accepit.
Moguntiam repetens, Tranſactis igitur diebus ſollemnibus, acceptâ Regis * licentia Maguntiam redire aggreſſus eſt, corpore quidem poſitus in itinere, ſed cælo (intentus) agebat iam cum Domino cauſas ſuas, iudicii diſtrictionem, conſolationis ſpem. Ita quidem, vt iamiamque vultus eius teſtaretur, quam alienus ſibi mundus haberetur. Erat ergo vultum eius præter ſolitum diſparem videre, nunc pro carnalibus gementem, nunc pro ſpiritualibus lætantem; vt omnibus manifeſtum fieret indicium, quod cor eius inter ſpem ageret & iudicium. Sæpe quoque primates eum comitantes cauſa conſilii ad eum acceſſerunt, & bis terque aliquid proponentes, cum toties eius ſententiam ſuper hac eadem re ſciſcitarentur, ille, quid vellent, percunctatus eſt. Illis vero iterum iterumque multotieſque eadem proponentibus, ac ſi nuſquam ibi præſens eſſet, tacitus permanſit. Quem cum excitandi gratia, vt fieri ſolet aliquando, veſte traherent, quaſi de ſomno excitatus, ſiue ab ecſtaſi reuerſus ſubito contremuit; & quid vellent, ac ſi nihil ante dicerent, requiſiuit; ita vt monſtro ſimillimum cenſeretur, quod vultu motuque vigilans, ſenſu dormire videretur. Corpore enim ſolum inter homines poſitus extra humana corde conſpicabatur, & amplius de (futuris) quam de præſentibus meditabatur.

* *Id eſt, per octauam eorundem. Nam ſupra n. XXIV dicitur conſecratus* poſt feſtiuitatem. (Papebrochius)

† *Anno ſcilicet MXXXII, poſt acceptum a Ioanne XIX Romano Pontifice pallium, ſpiritualis poteſtatis ſignum, acceperit inueſtituram temporalem ab Imperatore per annuli & baculi traditionem. Neque enim id factum eſſe potuit anno MXXXI, cum ſolum nominatus fuerit ad Archiepiſcopatum in vigilia Apoſtolorum; adeoque poſt Penteceſten, tunc celebratam XXX Maii; anno autem XXXII celebratum eſt Paſcha II Aprilis, Penteceſte XXI Maii.* (Idem)

* Conrado *Imperatori defuncto IV Iunii MXXXIX, ſucceſſerat eius filius* Henricus. (Id.)

ægrotare incipit, Cap. XXV Cum interim in locum, qui *nemus ſpinarum*, vulgo autem n. 74
Dornelocb * dicitur, deuenit: ibidem caſu colliſus, corporali moleſtia præuentus eſt. Dolore vero ex hora in horam creſcente, manifeſtum factum eſt, quod letum non euaderet. *Suffraganeum & nepotem ad ſe vocat.* Mitit ergo ſub omni celeritate ad Suffraganeum ſuum, *Abellinum* Epiſcopum, qui eo tempore Fuldæ morabatur, vtpote vocatus illuc a venerabili Patre *Egberdo* † Abbate, vt ad ſolemnitatem dulciſſimi & ſanctiſſimi patroni Bonifacii, vt ſi eum viuum vellet videre, non tardaret ad eum venire. Iiſdem etiam verbis ad æquiuocum ſuum Bardonem ** iuniorem, filium fratris ſui, monachum prænominati loci mitit, vt quantocius venire properaret ad eum. Qui ambo arripientes iter, cito venerunt ad eum. Vtrique igitur ante eum præſentati, cum ambos in lecto iacens ſolita dulcedine ſalutaſſet, inſuper etiam æquiuocum ſuum cauſa conſolationis dulcis compellaſſet, tandem eiectis omnibus præter Epiſcopum, huiuſmodi ad eum aggreſſus eſt eloquium: *Dies vocationis meæ prope eſt, ſæpe mihi optatus, ſemper formidatus. Et nunc non eſt meum, populum Chriſti deſolare, quaſi mortem non ſim euaſurus; cum certiſſime ſciam, quod ſim moriturus. Tu vero mecum, quod mihi certum eſt, diſſimula: & ſi te quiſquam interrogauerit, nec hoc ſcire te aſſimula: quia gemitum populi ferre non valeo. Iam nunc ergo, vt filius ſapientiæ, ſcias quid facias, vt populo dolenti conſolatione faueas; mihi vero ſecundum orthodoxæ fidei religionem ſacri olei exple vnctionem.* *petitque inungi.* *Certum enim habeo, quod infirmitatis huius moleſtiam euadere non debeo.* Qui tanti viri verba non ferens, cum ex imo cordis traheret ſuſpirium: *Quid*, inquit ſanctus Vir, *facis affligens cor meum? Quæſo, de lætitia mea lætare, & tantum huiuſmodi gra-*

tia

ſta ingemiſce, vt in conſpectu Domini lætus merear intrare. Sic expletis ſermonibus, expleta ſunt omnia, quæ mandauit Epiſcopus.

* *Hodie* Dornhagen, *leuca vnica diſtat Paderborna Maguntiam verſus.* (Papebroch.)

† Egbertus, *qui &* Eppo, *Abbas ab an.* MXLVIII *ad* LVIII. (Idem)

** *Factus videtur poſtea Abbas S. Albani; ad quem* Goſwinus *ſcripſit alterum prologum ad vitam S. Albani, vt docet* Serarius *in Moguntiacis p.* 170. *In priori autem prologo ad Sigfridum Archiepiſcopum p.* 734 Bardo, *inquit*, Bardonis noſtri magni tam propinquus genere, quam non diſſimilis ſanctitate & nomine. *Scribebantur autem hæc circa annum MLXXII.* (Idem)

n. 75 Cap. XXVI Venit igitur hora multos gemitus motura, multas lacrymas roratura, & ille vir Dei pæne oblitus infirmitatem, propter inſtantem lætitiam, quaſi iam propinquans ad gloriam, cilicium in terra iuſſit ſterni ſibi, ſeque ſuper illud leuari. Quod vt factum eſt, ex animi dolore cunctis obrigeſcentibus, vſque ad effuſionem oculorum lacrymis effluentibus, ſanctus Pater pie commotis ſuper illis viſceribus grauiter ingemuit; & quidquid rideri potuit, cauſſa obliuiſcendi mœroris audientibus, pertulit. Ridens ergo ore, flenſque corde: *Eia,* inquit, *quando etiam tantæ duritiæ ſtratum incubui?* Et omnibus humido vultu ridentibus, & inuito corde mirantibus etiam, in tanta eum moleſtia poſſe ridere, intellexerunt, hæc omnia fieri gratia conſolationis mouendæ. *Super cilicio poſitus* *ſuos ſolatur*

n. 76 Quidam autem ex illis accedentes ad eum, aiunt ei: *Spem tuam, Pater, firmiter in Deo pone, ac de eius immenſa bonitate præſume; certus, quia non derelinquet te:* cauſſa enim humanæ infirmitatis eum fluctuare putabant, & ideo ſalubris admonitionis ei verba miniſtrabant. Ille vero verbis huiuſcemodi commotus: *Ecquid*, inquit, *omnibus diebus vitæ meæ egi, ſi hoc non egi. Ipſe nouit, an ſperem in eum, & ſi vnquam in alio ſpem meam poſuerim, non in eum. Opus eius ego, ille ſpes mea eſt. Quod placeat Domino, operetur in ſeruo;* ſicque verſis ad cælum oculis, inſtante termino, iam ægrius dixit: *Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.* Deinde non tantum dolore carnis coactus, quantum inſtantis anguſtiæ conſcius, ipſe ſibi oculos reuerenter clauſit, ceteraque ſibi membra compoſuit; ſoluſque lætus, triſtibus omnibus, ſolus ſecurus, ſollicitus dudum, mundo mortuus, tandem vitæ redditus, lætus relictis carnalibus exuuiis obdormiuit, ſociis lætabundus Angelicis. Quo viſo cuncti quaſi tum primitus gementes: *Heic Pater*, inquiunt, *cur nos dereliquiſti?* Et rurſus: *pro parte*, inquiunt, *noſtra, reddat quod tibi debet Dominus: quia quem contriſtaueris ex nobis, non eſt vnus ex omnibus.* Poſtquam ergo dolori cordis multo planctu ſatisfecere, tandem omnia, quæ de ſancto corpore facerent, deliberauere; & tunc depoſitis in eiuſdem loci eccleſia pietatis viſceribus, quoniam quidem mediæ fuit æſtatis temporibus (vtpote III Idus Iunii) ipſum corpus feretro impoſuere, vt ad Maguntiam deportaretur humandum honorifice. *pie obit.*

n. 77 Cap. XXVII. Sed interrupto hic ordine, antequam de hoc loco egrediamur, beneficia, quæ ibi Dominus operatur per ſancti Confeſſoris ſui merita proſequamur. Sexta fuit feria *, cum ſancta illa anima ſancto egrederetur de corpore. (Quod) cum eodem die lotum (eſſet) aquam, in qua abluebant eum, fuderunt ad radicem arboris aridæ, quæ ibi ſtabat in æquore. Ipſi quidem, quem lauiſſent, non attendebant, ſed hominem alicuius tantum bonitatis præſumebant: ſed quantæ fuerit æſtimationis apud Deum, innoteſcunt mirabilia, quæ propter eius merita operatur ibidem diuina beneuolentia. Nam eadem feria eodemque momento, quo aqua fuſa eſt ad radices arboris aridiſſimæ, omni eadem feria ſexta, eodemque momento ex arido ligno in ſalutem multorum, Deo gratias, fluunt aquæ pleniſſimæ. Sed ad ordinem reuertamur.

* *Hanc* feriam VI *recte componi cum* III Idus *ſupra indicato, id eſt* XI Iunii, *non cum* IV Idus, *id eſt* X Iunii, *conatus fui ſuadere in comm. præv. num. XXX; quia alias debuiſſet* Bardo *obiiſſe vel anno MXLVIII, vel MLIV, quorum neutrum conuenit cum anno ordinationis MXXXI, vel potius MXXXII.* (Papebrochius)

n. 78 Cap. XXVIII Igitur exſequiarum obſequia circa viri Dei corpus ambitioſe celebrantes, leuatum tandem cum feretro & equis ſuperperrexere, ſecum illum deportantes (Maguntiam) Vbi cum deueniſſent & miſeras congregationes *Maguntiam defertur.*

by Google

vultu ſqualidas & geſtu lugubres obuiam inueniſſent, oritur vtrinque clamor, fletus, & multi vlulatus; ita vt Pſalmodia & cetera, quæ canebantur, vix exhiberi potuiſſet. Crederes enim vnumquemque patrem, matrem, fratrem, aut aliquem ſibi maxime neceſſarium, deplorare: ita cum irremediabili anhelitu non ceſſabant lacrymas forare, pupilli & orphani, ciues & aduenæ, iuuenes & ſenes, viri & feminæ. Omnium vox erat vnanimis, *Heu, heu, pater amabilis!* Iudæi etiam, quibus nulla bona curæ ſunt, ei obuiam facti, vt venerandi viri feretrum viderunt, terræ conſternati caput puluere conſperſerunt, & dixerunt: *Heu, heu, pie Pater! heu pie Pater!* addebantque, *ſi Chriſtiani anima vmquam requiem meruit, merito tua requieſcere poterit.* Talis clamor & luctus numquam viſus eſt noſtris temporibus. Nullus alium conſolabatur, nullus conſolari recordabatur; vnicuique certum & proprium incommodum erat, quod defleret, nedum alius alium conſolantem haberet. Tandem ad oratorium *ſancti Martini* * peruenerunt, quo ingreſſi ſancti viri corpus in medio eccleſiæ ante ſanctam crucem depoſuerunt. Prouidentes ergo poſt hæc, ne forte corpus aliqua tabeſceret corruptione, cum ad loculum ſecretius accederent pro hac eadem re, ſolutis quadam ex parte his, quibus innexus erat tergoribus **, non ſolum incorruptum eum inuenerunt, ſed inſuper fragrantem thureis odoribus. Res tam magna pro nihilo habita eſt: quia multis eius ignoratis virtutibus, putabant odorem illum thuris eſſe, quod accendebatur humanitus.

a Chriſtianis & Iudæis deploratur.

deponitur in æde S. Martini.

ſuaueolens inuenitur.

* *Eccleſiam metropolitanam a Bardone dedicatam* in honore S. Martini, *dicit* Trithemius, *indeque ſic cœptam nuncupari, aſſerit* Serarius *pag.* 734. (Papebrochius)

** Tergora *intelligo corium, cui inſutus ſarcophagus erat.* (Idem)

Igitur die vndecimo †, poſtquam ad omnia oratoria eum circumduxerunt, n. 79
poſt ſacrificia ſolennis oblationis, & ſupplicationes eccleſiaſticæ interceſſionis, tandem deportauerunt in locum depoſitionis. Horret mihi nunc mens, tabeſcit cor, deficiunt verba lamenta populi explanare debentia. Quam liuidæ eorum facies, quam ſanguineæ acies, quam incomti crines, quam incompoſitæ veſtes! Taceo deflenda, ſupprimo gemenda. Ad lætiora veniam, vt quid tum ibi fecerit diuina benignitas, proferam. Multis igitur populi fletibus immolatus, quos illi peperit miſeratio, quæ cum illo ex matris egreſſa eſt vtero, cum in oratorio *ſancti Martini*, ante crucem ſepulcro eum impoſuere; tales odores, qui facile cuncta vincerent aromata, perſenſere, vt in tanta ſuauitate daretur intelligi, odorem illum fluxiſſe ex paradiſi amœnitate. Requieuit igitur anno ætatis ſuæ pluſquam ſeptuageſimo; nequaquam illum expertus laborem, de quo Pſalmiſta dicit: *Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius, eorum labor & dolor;* ſed in ſenectute bona & vita iucunda, deponens temporalem, ſine dilatione inuenit lætitiam æternalem, anno Epiſcopatus ter ſepteno *, numero myſterii pleno. Nunc autem clareſcit ſignis & virtutibus, quæ per illum operantur diuinitus.

Obiit ſeptuagenario maior.

Pſal. 89, 10

† Vndecimus *dies ab obitu eſſet* XXII Iunii. (Papebrochius)

* *Qui* II Iulii *ordinatus fuit, & obiit* XI Iunii *annum XXI Epiſcopatus pene totum expleuerit; quo tamen non obſtante maluerunt aliqui annos XX rotundo numero ſcribere, quod Marianum Scotum & Lambertum Schafnaburgenſem deceperit. Hic quoque cum ait, quod Imperatore Pentecoſten celebrante.* Bardo Archiepiſcopus ad Miſſam habito ſermone, obitum ſuum inſtare prædicens, orationi fidelium ſe commendauit, & eodem menſe deceſſit, *intelligendus eſt de menſe naturali; nam neque annus MLIII, quo ego, neque MLI, quo ipſe, mortuum Sanctum ſtatuit, Pentecoſten vſque in Iunium diſtulit, ſed eam hic celebrauit XIX Maii; iſte XXX annus autem intermedius MLII feſtum illud quidem habuit VII Iunii; ſed ita cogeremur mortem differre ſaltem ad XIX Iunii, vel amplius, quod a communi ſententia, de aliquo ante* Idus Iunias *die, nimis recederet.* (Idem)

Cap. XXIX Pauca de Bardone diximus, ſi verba noſtra cum factis eius n. 80
conferre cupimus, ſed quis verbis comparabit Bardonem? Ergo non tantum noſtra præualet infirmitas, quantum ipſius meretur dignitas; ideoque noſtræ concedit deuotioni, quod minus congrua ſuo diximus honori. Hic eſt Bardo, quem auris audiens beatificabat, & oculus videns teſtimonium reddebat ſibi, eo quod liberaſſet pauperem vociferantem, & pupillum, cuius non erat adiutor. Benedictio perituri ſuper eum veniebat, & cor viduæ conſolatus eſt. Iuſtitia indutus eſt, & veſtiuit ſe, ſicut veſtimento & diademate, iudicio ſuo. Oculus fuit

Miraculis claret.

Laudatur.

Iob 29.

Edit. I pag. fuit cæco & pes claudo. Pater erat pauperum, & cauſſam, quam neſciebat, diligentiſſime inueſtigabat, conterebat molas iniqui, & de dentibus illius auferebat prædam. Radix eius aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione eius. Gloria eius ſemper innouabitur, & arcus eius in manu ſemper inſtaurabitur. Qui eum audiebant, exſpectabant ſententiam eius, & intenti tacebant ad conſilium eius, verbis eius addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium eius: expectabant eum ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. Si voluiſſet ire ad eos, ſedebat primus; cumque ſederet, quaſi rex circumſtante exercitu: erat tamen mœrentium conſolator, flebat ſuper eum, qui afflictus erat, & compatiebatur anima eius pauperi. Non contemſit ſubire iudicium cum ſubiectis, non negauit, quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare non fecit. Non comedit buccellam ſuam ſolus, ſed ſemper comedit pupillus ex ea. Non deſpexit prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, ſed benedixerunt ſibi latera pauperum, & de veſtimentis eius calefacti ſunt. Quis loquitur hæc? numquid ego? Non, ſed totus mundus, loquitur terra, loquitur Deus in multis, quæ per eum operatur mirabilibus. Ergo non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur a generatione in generationem.

LVITBOLDVS, ſeu LEOPOLDVS, aut LVPOLDVS.

I

EMonacho Fuldenſi, & Bambergenſi Præpoſito *, fit Archiepiſcopus anno MLI, vt habent *Vrſpergenſis*, *Bruſchius*, & *MS.* & præfuit laudabiliter annis IX, ait *Bruſchius*, vel diſtinctius, annis VIII, & menſibus IV, ait in Hirſaugienſi chronico *Trithemius*, qui addit; *Hic Archiepiſcopus fundat* † *monaſterium noſtri ordinis iuxta mœnia ciuitatis Moguntinæ in monte ſpecioſo (in honorem S. IACOBI maioris) quod multis prædiis, donis, & ornamentis cumulauit, in quo & ſepultus eſt.* De quo poſtea iterum ibidem. Plura de eius monaſterii reditibus, & de adiuncta *S. Nicomedis* eccleſia *MS. minor* & *Lambertus Schaffnaburgenſis* in Archiepiſcopi huius obitu. Luitbold*

illuſtri ſtirpe ortus, 1) Fuit Luitpoldus illuſtri *Bogiorum* Comitum familia ortus, Hardouici, Bambergenſis Epiſcopi, frater. *Hofmannus* annal. Bambergenſium lib. II § XXV p. 72.

Præpoſitus fuit Bambergenſis. 2) * Præpoſitum Bambergenſem ac monachum Fuldenſem ſimiliter vocant *Cratepolius* in annal. Archiepiſcop. Moguntin. p. 197, & *Dieſſenbachius* in catalogo mſcr. *VVitlichius* vero in catalogo Abbatum S. Iacobi p. 2 cum cautione; *ſucceſſit eidem in Archiepiſcopatu* Limpoldus, Luipoldus, *ſeu* Lupoldus, *monachus Fuldenſis & Præpoſitus* („vt plerique volunt„) *Bambergenſis. Hermannus Contractus* & *Engelhuſius* Bambergenſem tantum appellant Præpoſitum; *ille*, ad an. MLI p. 332, *eadem æſtate Bardo Mogontiacenſis Archiepiſcopus obiit III Id. Iun. pro quo Imperator Liutbaldum Babinbergenſem Præpoſitum conſtituit. Iſte*, in chron. p. 1087, *Bardo Præſul, qui ſanctitate claruit, obiit. Cui Liutpoldus ſuccedit, qui Præpoſitus fuerat Bambergæ.* Quin *Trithemius* chron. Hirſaug. parte I p. 191 ſimpliciter Bambergenſem dicit Canonicum. *S. Bardone*, inquit, *mortuo atque ſepulto, Lutpoldus, Babenbergenſis eccleſiæ Canonicus, in Archiepiſcopatu Moguntino ſuccedens, præfuit annis octo, menſibus quatuor.*

3) † Archiepiſcopus factus, *D. Iacobi* monaſterium in monte ſpecioſo non tam fundauit, vt *Trithemius* hic loquitur, & *Cratepolius* in annal. Archiep. Mogunt. p. m. 197, quam a deceſſore inchoatum exædificare cœpit. Perfecit autem, vt id addam, *bonis ex hereditate paterna ſibi relictis*, vt *VVitlichius* l. d. teſtatur. *monaſterium D. Iacobi perficit.*

4) Anno ſequenti MLII Bambergæ ſollemnitati interfuit, qua Leo IX P. M. ipſo D. Lucæ natali, ſermone, quem habuerat, finito, luſtratoque ſalutari carmine populo, iura, priuilegiaque a deceſſoribus Ioanne XIX, Benedicto VIII, & Clemente II, nec non Imperatoribus Henrico II & Conrado II eccleſiæ Bambergenſi conceſſa, relegi iuſſit, ac confirmauit. Vid. *Hofmannus* l. d. § XXV p. 72. *Bambergæ adeſt Pontifici.*

5) Diebus vero non ita multis interiectis pallium accepit a Pontifice, vna cum poteſtate *equitandi*, *crucemque præ ſe ferendi.* Litterarum datum eſt *XV Kalend. Nouembr. an. MLII.* *Pallium accipit.*

II Anno MLII Fridericus Imperator, Bambergæ, a Leone Pontifice petiit, vt pallio poſſit illius vrbis Epiſcopus ter in anno vti, feſtis videlicet Paſchæ,
740 Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac S. Dionyſii, quo die agitur anniuerſarius dies

Clementis Papæ, qui, vt ſupra dictum eſt, antea *Suvigerus* Bambergenſis Epiſcopus. Conceſſit id totum Pontifex, *ſalua tamen*, inquit MS. minor, *auctoritate eccleſiæ Moguntinæ, & eiuſdem Archiepiſcopi.*

De lapſu Mallinkrotii

1) Non poſſum, quin hic moneam, auctorem, lapſu memoriæ, pro *Henrico III* quem ſine dubio in animo habuit, poſuiſſe *Fridericum*. *Bernhardum* vero *Mallinkrot*, quum vitio librarii in priori editione *Suiggeri*, Epiſcopi Bambergenſis, nomen ita diuiſum fuiſſet, *S. VViggerus*, errore non animaduerſo, Suiggerum ſanctis Germaniæ Cancellariis p. 483 adnumeraſſe; quod tamen ab aliis monitus mox correxit.

De pallio Bambergenſi conceſſo.

2) Anno autem ſequenti MLIII contigit, quod auctor hic ad LII refert, nimirum, quod Leo Pontifex Epiſcopo Bambergenſi conceſſerit poteſtatem, ter in anno pallium geſtandi Archiepiſcopale. Quod ipſum cum *MS. minoris* ſolum referat auctoritate, iuuabit e Bulla Leonis, III Non. Ianuar. an. MLIII data, quæ huc faciunt, ac dictis robur addunt, adferre: *Ad Miſſarum itaque ſollemnia celebranda fraternitati tuæ pallium tranſmittimus, quod anteceſſoribus tuis nunquam ante conceſſum, modo tibi primo concedimus, rogatu dilectiſſimi filii noſtri Imperatoris Henrici, & pro veneratione anteceſſoris tui, piæ memoriæ, Domini Papæ Clementis, & pro memoria Henrici Imperat. I, præfatæ eccleſiæ conſtructoris benigniſſimi. Quo tibi ter in anno vti permittimus, ſalua auctoritate Dominæ metropolitanæ Moguntinæ eccleſiæ, ſcilicet in die S. reſurrectionis, & in natalitiis Apoſtolorum Petri & Pauli, & in ſollennitate S. Dionyſii, eo, quod tunc anniuerſarius dies celebratur Domini Papæ Clementis ſupra memorati.* E vita *S. Henrici* ex editione Gretſeri cap. XVII p. 288.

iuribus ſuis tuendis inſiſtit.

III Anno MLIII *Pontifex, & Imperator natalem Dominicum Wormatiæ celebrarunt*, & quidem, vt inquit *Abbas Vrſpergenſis* (p.m. 230) *diuino, & regio cultu.* Et addit ille: *Miſſarum celebratione in ſancta die peracta, vt oportuit, ab Apoſtolico, inſequenti die Luitpoldum, Moguntinæ ſedis Archiepiſcopum, vtpote in ſua diœceſi præcipuum, huic ſubrogauit officio. Qui peracta proceſſione, & vbi ad hoc ventum eſt, dicta oratione, poſtquam ſe in ſua ſede locauit, quidam ex Diaconibus ſuis, Humbertus nomine, ſicut multi ob illius feſti venerationem ſolent, lectionem decantauit. Quod quidam ex Romanis Papæ aſſiſtentibus vituperantes, & contra Papam, quia non Romano more ageretur, obiurgantes, perſuaſerunt ei, vt ad eundem Diaconum mitteret, & decantationem interdiceret. Quod cum ille, iuuenum more, contemneret, iterum mittendo, Papa interdixit: qui mox eadem vocis ſonoritate, qua prius cantauit, legendo decenter lectionem vſque ad finem perduxit. Qua finita, Papa illum ad ſe vocauit, & quaſi pro inobedientiæ contumacia, degradauit. Archiepiſcopus vero miſit ad illum, vt ſuum ſibi redderet miniſtrum. Quod vbi Papa abnuit, Pontifex vt erat antiquæ diſciplinæ, licet ægre, patienter tamen interim tacendo ſuſtinuit. Perlecto autem euangelio, & decantato offertorio, vbi ſancti ſacrificii tempus aduenit, Pontifex in ſua ſede reſedit, vere conteſtans, nec ſe, nec alium quempiam completurum illud officium, niſi reciperet proceſſionis ſuæ miniſtrum. Quod vbi Apoſtolicus intellexit, Pontifici ceſſit, reindutumque miniſtrum continuo remiſit. Quo recepto, debito ſe Præſul iniunxit officio. Qua in re & Pontificis auctoritas, & Apoſtolici conſideranda eſt humilitas, dum & ille officii ſui dignitatem defendere contendebat, &* 741
iſte, licet maioris dignitatis, Metropolitano tamen in ſua diœceſi cedendum perpendebat. Hæc Abbas ille, & MS. minor, qui e *Chronica nobili* ſe habere ait, quæ, vti quidem reor, eſt ea, quam citaui, *Vrſpergenſis*, ex quo etiam poſtea retulit *Crantzius* lib. IV Sax. cap. XLV.

Luitpoldum tam acriter Vormatiæ iuribus ſuis tuendis inſtitiſſe, iam ante Cranzium quoque retulerunt *Chronographus Saxo* ad h. a. p. 252, *Albertus Stadenſis* p. m. 234.

IV Anno MLIV *Imperatoris filius Henricus*, referente *Lamberto*, *conſecratus eſt in Regem Aquiſgrani ab Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo, vix & ægre ſuper hoc impetrato conſenſu Luipoldi Archiepiſcopi, ad quem, propter primatum Moguntinæ ſedis, conſecratio Regis, & cetera negotiorum regni diſpoſitio potiſſimum pertinebat. Sed Imperator potius Hermanno Archiepiſcopo hoc priuilegium vendicabat, propter claritatem generis eius, & quia intra diœceſin ipſius conſecratio hæc celebranda contigiſſet.*

monaſteria D. Iacobi & Noritkiſabemiaconſtruit.

1) Inter hæc cum duo exædificaſſet monaſteria, vnum in monte ſpecioſo, poſt *D. Iacobo* dicatum; alterum in *Northen*, conſecratum honori *B. M. V. ac Petri*, ea anno ſequenti MLV latifundiis, aliiſque rebus ad victum cultumque neceſſariis egregie inſtruxit. *D. Iacobi* quidem monte vinifero in tractu villæ Algesheim, Baſilica D. Nicomedis, boniſque alii.

aliis. *Dieffenbachius* l. d. *VVitlichius* l. d. vterque huius cœnobii monachus; e quibus interpreteris *Lambertum* ad an. MLIX, *Langium* in chronico Citizenſi p. 774, *Trithemium* l. § I allato. Alterum *B. M. V. & D. Petri in Northen* areis, decimis, agris, aliisque iuribus & bonis; vt plenius ex ipſo diplomate tum confecto, quod in codice diplomatico dedi, cognoſcere licet.

a) Anno poſtero, qui MLVI orbi illuxit, aſſenſit Præpoſito noui monaſterii Moguntiæ, & Vicedomino Wiſoni de donatione prati, paludisque prope murum ciuitatis Meingozo certis conditionibus facta. Litterarum clauſula ita habet: *Actum an. MLVI, indictione IX. Iſti ſunt, qui hac audiuerunt & viderunt. Clerici*, Embricho *Præpoſitus* &c. *Hi ſunt Laici:* Adelbrat &c.

V Anno MLVIII *Ego* (ait idem *Lambertus*) *Presbyter ordinatus ſum Aſchaffenburg* (non *a Schaffnaburg*, vt editum eſt; & corrigendum ex MS. minore) *in ieiunio autumnali, a Lupoldo Archiepiſcopo, ſtatimque Hieroſolymitanam peregrinationem ingreſſus ſum zelo Dei, ſed vtinam ſecundum ſcientiam!* Cur vero poſterius iſtud addat, exponit poſtea in anno MLIX, *quoniam ſine benedictione*, ait, *Abbatis mei* (Hirsfeldenſis ſcilicet) *profectus fuiſſem.* *De Lamberto Schafnaburgenſi.*

Anno ſequenti MLIX, cum Rex Henricus *proprietatis ſuæ decimas in Thuringia ab inquiſitione Epiſcopali* redimere vellet, haud equidem difficilem ſe præbuit, vt tamen de tuendis eccleſiæ ſuæ rebus nil quicquam conſueti remitteret ſtudii. Ita factum, vt centum & viginti reciperet manſos, XXX in tractu villarum *Guntheruſu, Lunu, Berneſſu, in pago Techengevva*, XC vero reliquos in locis Franciæ. Conſignatum id litteris, quarum clauſula eſt: *Datum XVI Kal. Mart. MLIX, indictione XII, anno autem ordinationis Domini Henrici Regis quarti, V, regni vero III. Actum Maguntiæ.*

VI Anno MLIX *obiit VII Id. Decemb.* inquit *Lambertus*, non MLX, vt habet *Vrſpergenſis*, & *Bruſchius*. Nam & Lamberto aſſentitur *Trithemius* in Hirſaug. MS. & *Marianus*, qui eodem anno MLIX, *Ego*, ait, *Marianus indignus cum Sigefrido iſto* (qui ſcilicet ſucceſſerat Abbati Fuldenſi Egberto, anno ſuperiori, & quem anno ſequenti Archiepiſcopum Moguntinum dicam) *apud Wirtzeburgum ad Presbyteratum conſecratus ſum media Quadrageſima, III Idus Martii.*

quo anno obierit, 1) Quo anno Luitpoldus obierit, variant ſententiæ. Cum Lamberto namque faciunt, ac an. MLIX mortuum tradunt auctor *annal. Hildesheimenſ.* p. 731, *Langius* l. d. *Trithemius* ſibi non conſtare videtur. quippe p. 191 ad an. MLI, morte Bardonis memorata, ait, vt ſupra iam notatum, *Lupoldus Babenbergenſis eccleſiæ Canonicus in Archiepiſcopatu Moguntino ſuccedens præfuit annis VIII, menſibus IV.* vt adeo an. MLIX illum obiiſſe inferat; pag. vero 206 anno MLX morte interceptum ſcribit, ac *eodem*, ait, *anno Luitpoldus Archiepiſcopus Moguntinus VII die menſis Decembris moritur. Chronicon* contra *Stederburgenſe* p. 852, *necrologium Fuldenſe* p. 768 appendix ad *Hermannum Contractum* p. 337 cum Vrſpergenſi & Bruſchio faciunt. *Chronographus Saxo* p. 255 metachroniſmo manifeſto; *MLXI Luippoldus Magontienſis Archiepiſcopus obiit. Engelhuſius* vero, ſibimet ipſe contrarius p. 1087 anno LVIII, pag. vero 1091 anno MLX fatis functum vult. Enimuero ſi anno MLIX viuis illum exceſſiſſe, vel exinde colligas, quod ſucceſſor Sifridus anno MLX, ipſo Epiphanias feſto, iam Epiſcopus fuerit conſecratus.

& die. 2) VII Id. Decembr. vero illum obiiſſe, firmat necrologium, quod ad ædem maiorem eſt, p. 537 his verbis: *VII Id. Decembr. Luitbaldus Archiepiſcopus Moguntinus, ſepultus in monte S. Iacobi.*

Sepelitur in monte Iacobæo. 3) Sepultus autem eſt, vti *Trithemius* ſupra iam dixit, & *necrologium* modo memoratum habet, in monaſterio, quod perfecerat, *D. Iacobi* in monte ſpecioſo. Eleuatum poſtea fuiſſe, idem *Trithemius* p. 206 prodit: fuſius aliquantum *VVitlichius* l. d. p. 9, his quidem verbis: *ſub hoc Abbate* (Anſelmo *ab* Dirnſtein) *tempore concilii Conſtantienſis, venerabilia oſſa reuerendiſſimi Domini Lupoldi, fundatoris noſtri ſecundarii, quæ a tempore ſepulturæ eiuſdem terra ſaxoque obruta iacuerant, in baſilica noſtra eleuata, & in loculum ligneum congeſta a fratribus fuerunt, ſeruata diu in altari S. Crucis: nunc vero honorifico eodem ſarcophago incluſa conſeruantur, & poſita cernuntur in choro noſtro iuxta ſummum altare a cornu Epiſtolæ.* Poſtea, vt ex litteris *Martini* Abbatis diſcimus, ad dextrum latus altaris iuxta Presbyterum repoſita in ligneo ſarcophago. Vid. *Mabillonius* obſeruation. ad vitam Bardonis præuiar. § VI.

4) Mortuum *Gozechinus* Scholaſticus in epiſtola ad *Valcherum* Scholaſticum, circa initium anni ſequentis MLX data, quam *Mabillonius* tomo IV *Analectorum* publici iuris fecit, his ſummopere laudauit verbis: *Poſtquam clariſſima duo eccleſiæ luminaria, quæ nimis ſero Deus accendit, & nimis mature in abſcondito faciei ſuæ a conturbatione hominum abſcondit, Henricum dico II Imperatorem,* & Liudboldum *Moguntinæ ſedis Protopræſulem, in quos aurei ſeculi fines cum maxima ſui decoris ſpecie deuenerunt: hæc, inquam, clariſſima duo luminaria, poſtquam ab his tenebris ad veram lucem, a qua etiam huc alluxerunt orbi terræ, vt oramus & optamus, aſſumta ſunt; quidquid diuinæ religionis, quidquid* *Laudatur.*

æqui-

æquitatis & iuſtitiæ, quidquid liberalium ſtudiorum, quidquid moralis diſciplinæ vbique vigebat, ſicut tunc temporis eccleſia & vario virtutum decore & multiplici liberalium literarum propagine florebat, cum iis pariter ſepulta, immo in cælum recepta ſunt: ita vt nihil eorum pæne remanſerit in terra præter admodum pauca, & hæc vt vmbra inanis veſtigia. Edit. I pag.

VII Theodoricus quoque monachus cœnobii S. martyris Albani extra Moguntiam, inter ſcriptores clarus habetur, qui *cum eſſet vir doctus, multa ſcripſit tam metro, quam proſa*, inquit *Tritbemius* in Hirſaugienſi chronico, eiusque libellos recenſet lib. de Illuſtr. viris.

SIGEFRIDVS I vel SIGIFRIDVS, seu SIFRIDVS. 742

I

Sifridus FVldenſis *Abbas*, inquit *Lambertus*, anno, vt ex *Mariano* ſupra citato apparet, MLVIII *creatus fuerat:* nunc vero anno MLIX cum eodem Mariano factus Presbyter, Ludpoldo ſuccedit, & a *Tritbemio* in Hirſaug. chron. appellatur *vir magnificus, doctus, & religioſus; Baro ab Eppenſtein*, ait *Bruſchius*.

ortu fuit E pnſteinius. 1) Sifridum *Epſteiniis* oriundum non *Bruſchius* ſolum dixit, verum etiam alii; *Fr. Cornelius* in breuiario Fuldenſi p. 432, *Dieſſenbachius* in catalogo mſcr. qui tamen, ſtilo pragmatico haud conuenienter, *Comitem* de *Ipſtein* vocarunt. Si *Spenerum* audias operis Herald. parte ſpeciali lib. III cap. XXIII § XVI p. 639, filius fuit *Sigefridi* & *Eliſabethæ* Rheingrauiæ: frater *VVerneri* Eppenſteinii, vt *VVinckelmannus* vult chron. Haſſ. P. II c. IV p. 142.

quando factus Archiepiſcopus. 2) Archiepiſcopus vero factus eſt *ſecundo ſtatim Prælaturæ ſuæ anno*, quemadmodum *Fr. Cornelius* l. d. diſerte teſtatur.

conſecratus. 3) Anno ſequenti, MLX ſcilicet, ipſo Epiphanias feſto ab Anſelmo, Lucenſi Epiſcopo, Nicolai Pontificis legato, Epiſcopus conſecratus, ius ſacrorum ex veteri maiorum inſtituto capeſſiuit. *Brovverus* antiquit. Fuldenſ. l. I c. XVIII.

decimas Thuringiſi vrget. II Anno MLXII, *frater Wilhelmi, Thuringorum Marchionis, vita functi, Otto Marchiam*, ait *Lambertus*, *obtinuit. Sed is beneficia Moguntini Epiſcopatus aliter obtinere non potuit, niſi promitteret, decimas ſe de ſuis in Thuringia poſſeſſionibus daturum, & ceteros Thuringos, vt idem facerent, coacturum. Quæ res multorum malorum ſeminarium fuit*, vt idem loquitur *Lambertus*.

& Hersfeldi Cæſari adeſt. 1) Eodem hoc anno, cum Hersfeldi eſſet, vna cum aliis Cæſarem Henricum permouit, vt Gunthero, Epiſcopo Bambergenſi, oppidum Forcheim, iuxta cum poſſeſſionibus eidem olim contributis, reſtitueret, tabulisque III Id. Iulias ibidem datis firmaret. Vid. *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. II § XXXII p. 76 & ſeq.

Ægre fert, Halberſtadenſi datum eſſe pallium. 2) Vti vero iuris ſui ſtudioſus admodum erat, ita perægre tulit, Alexandrum II Pontificem Burchardo Halberſtadenſi Epiſcopo, legatione ad Sedem Apoſtolicam functo, atque hoc anno in Germaniam reuertenti, in negotii bene geſti præmium, licentiam conceſſiſſe equitandi, crucem præ ſe ferendi, certisque diebus feſtis pallium Archiepiſcopale induendi. *Lambertus* id prodit, & ad an. MLXIII *cui*, ait, *redeunti pro præmio bene curatæ legationis pallium dedit, & alia quædam Archiepiſcopatus inſignia. quod Archiepiſcopus Moguntinus ad obfuſcandum ſui prioratus faſtigium factum interpretatus, indigniſſime tulit. Sed per Archiepiſcopi Colonienſis interuentum ſatisfactione accepta, quieuit indignatio eius.* Conf. *Leuckfeldius* in antiquitat. Halberſtad. ad an. MLXII in *Burcardo* p. 453, &, quem notauit, *Paullini* in hiſtoria Virginum collegii Vilbeccenſis § XXV p. 30.

Goslariæ præſto eſt Cæſari. 3) Decembri præcipite natalem Domini Goslariæ celebrauit cum Henrico, vt § ſequenti legere eſt. Conf. *Heineccius* antiquitatum Goslarienſium lib. I p. 70. *Leuckfeldius* l. d. p. 457 & ſeq.

De protocathedria certamen inter Fuldenſem & Hildesheimenſem. III Anno MLXIII, dum Rex natalem Domini Goslariæ celebraret, fit maxima inter Fuldenſis Abbatis Wideradi (qui Sigefrido, cum eiuſdem cœnobii, eiuſdemque familiæ Eppenſteiniæ eſſet, vt ſupra anno MLIX dixerat *Lambertus*, ſucceſſit) & * Herolonis Hildesheimenſis Camerarios de protocathedria contentio: vter ſcilicet Archiepiſcopo Moguntino aſſidere proximus deberet, & fuit iterum poſt repetita contentio valde improbanda. Longa eſt narratio, quam in *Lamberto* ipſo videre potes; qui pergit dicere, quemadmodum cum eſſet apud Regem ſumma Moguntini, & Colonienſis Archiepiſcoporum auctoritas, Bremenſis tamen Archiepiſcopus Adelbertus, & ferox quidam ætate ac ingenio Comes

* l. Herilonis

Edit. I pag. Comes Wernetus Regem eundem ad iniqua plura induxerant, vendendo, quæ vendenda non erant, in eccleſias, Abbatias inuadendo, ita vt Moguntinus etiam Selſtadienſem acceperit.

Abbatiam Seligenſtad accipit. Anno hoc LXIII tempore æſtiuo ſurſum Cæſari præſto fuit Goslariæ, ibique Abbatiam Seligenſtadenſem accepit; quod *Lambertus* in litteras miſit p. m. 58; Imperator vero tabulis XVIII Kal. Iul. datis (quibus in codice diplomatico locum feci) plenius ediſſerit.

743 IV Fuit hoc anno MLXIV Moguntinus Præpoſitus Embricho, qui Auguſtano Epiſcopo Henrico ſucceſſit, *vir*, ait *Lambertus*, *pontificalis modeſtiæ, & grauitatis.*

Conf. *Syllabum Prælatorum Moguntinenſ.* ſect. I p. 270 & ſeq.

V Eodem anno, prout ab eodem *Lamberto* ſcribitur, *Sigefridus noſter & Guntherus Bambergenſis, & Otto Ratisbonenſis, & Wilhelmus Traiectenſis Epiſcopi, item alii quamplures, columnæ & capita Galliarum, autumnali tempore, Hieroſolymam proficiſcuntur.* Sed a barbaris plurima, vt addit *Vrſpergenſis*, perpeſſi, numero, rebuſque admodum attenuati redierunt. Nam, *Mariano Scoto* teſte, *pluſquam* 7000 *perrexerant, ſed* 2000 *tantum redierunt.* *iter ſacrum ingreditur.*

Quomodo hæc geſta ſint, operæ prorſus pretium fuerit, aut *Marianum*, aut potius *Lambertum* narrantem audire. Multa enim ſcitu digna oſtendit, quomodo ſcilicet in peregrinationibus, & apud exteros omnis opum cauenda ſit oſtentatio: quomodo in rebus dubiis neque animo cadendum, neque molliter, & effeminate hoſti danda ſpolia: ſed fortiter agendum, a Deoque auxilium ſperandum: quod ſæpe, vnde minime putatur, præſto eſt.

Præter *Lambertum* videri poſſunt *Bertholdus Conſtantienſis* ad an. MLXIV p. 343, *Chronographus Saxo* ad h. a. p. 256, ſcriptor *chron. Auſtralis*, p. m. 440, qui tamen ad an. MLXV iter hoc refert, *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MLXIV p. 209.

Ita igitur *Lambertus*: *Interea prædicti Epiſcopi Hieroſolymam pergentes, dum magnitudinem opum ſuarum gentibus, per quas iter habebant, inconſultius oſtentarent, vltimum ſibi periculum conſciuerunt, niſi rem humana temeritate prolapſam diuina miſericordia reſtituiſſet. Nam barbaros, qui ex vrbibus & agris ad ſpectandos tam illuſtres viros cateruatim profluebant, primo peregrini cultus ac magnifici apparatus ingens miraculum, deinde, vt fit, non minor prædæ ſpes, ac deſiderium cepit. Itaque cum tranſita Lycia fines Sarracenorum introiſſent; & iam a ciuitate, cui Ramulo nomen eſt, vna, vel paullo plus manſione abeſſent, proxima paraſceue ante Paſcha, circa tertiam diei horam, incurſionem paſſi ſunt ab Arabibus, qui comperto tam inſignium virorum aduentu, vndique ad ſpolia diripienda frequentes, armatique confluxerant. Plerique Chriſtianorum religioſorum putantes manu ſibi auxilium ferre, & ſalutem* *in magnum venit diſcrimen.*
744 *ſuam, quam peregre proficiſcentes Deo deuouerant, armis corporalibus tueri, prima ſtatim congreſſione proſtrati, vulneribus multi confecti, & omnibus, quæ habebant a filo ſubteminis vſque ad corrigiam caligæ, exſpoliati ſunt. Inter quos Vuilhelmus quoque Traiectenſis Epiſcopus brachio pæne plagis debilitato nudus, ac ſeminiuus relictus eſt. Ceteri Chriſtiani iactu lapidum, quod genus teli forte locus ipſe affatim miniſtrabat, non tam periculum propulſabant, quam mortem, quæ præſens vrgebat, differre conabantur. Pedem etiam paullatim ſubtrahendo, ad villam declinabant, quæ ab ipſo itinere ſpatio mediocri diſtabat. Capharnaum hanc fuiſſe ex ſimilitudine vocabuli coniiciebant. Quam vt ingreſſi ſunt, Epiſcopi omnes atrium quoddam occupant, humili ſeptum maceria, & tam fragili, vt etiamſi nulla vis adhiberetur, ſola vetuſtate facile corrueret, in cuius medio domus erat, cœnaculum habens ſatis editum, & ad repugnandum quaſi ex induſtria præparatum. Huius ſuperiora Epiſcopus Moguntinus, & Babenbergenſis cum clericis ſuis, inferiora ceteri Epiſcopi ſibi vendicant. Laici omnes ad arcendam vim hoſtium, & maceriam defendendam impigre diſcurrunt, & primam quidem certaminis procellam lapidum iactu, vt prædictum eſt, ſuſtinuere. Deinde cum barbari magnam telorum nubem in caſtra conieciſſent, & ipſi pleruſque impreſſione in eos facta, clypeos, & gladios manibus eorum vi extorſiſſent, non ſolum iam maceriam tueri ſufficiunt, ſed portis etiam interdum erumpere, & pugnam cominus laceſſere audent. Quorum impetum dum Arabes nullo iam loco, nulla acie ſuſtinere poſſent, conſilium tandem a tumultuaria congreſſione ad obſidionem vertunt, & inedia, atque laſſitudine*

conficere aggrediuntur , quos ferro expugnare non poterant. Itaque multitu- Edit. I
dinem, qua ſuperabundabant , conglobatis ſcilicet circiter duodecim millibus, pag.
partiuntur , vt alii aliis viciſſim ad oppugnationis ſtudium ſuccedentes , nullam 745
iis , vel paullulum reſpirandi copiam facerent ; ſuſpicantes , quod propter ino-
piam rerum omnium , quibus vita humana ſuſtentari ſolet , dimicandi laborem non
diu toleraturi forent.

Ita Chriſtiani tota paraſceue , toto ſabbato ſancto vſque ad tertiam fere ho-
ram paſchalis diei ſine intermiſſione oppugnabantur , nec eis hoſtilis improbitas
vel modicum temporis punctum, quo ſaltem ſomni perceptione corpora recrearent,
indulgebat. Nam cibum , & potum , mortem præ oculis habentes , non deſide-
rabant , nec , ſi magnopere deſideraretur , quid ſumerent , omnium inopes , ha-
bebant. Cumque die tertio labore , & inedia exhauſti ad extremum perueniſ-
ſent , & fortia plerunque conatos virtus ieiunio infracta fruſtraretur , quidam
ex numero Presbyterorum exclamauit ; non recte eos agere , quod in armis ſuis,
plus quam in Deo ſpei ac roboris ponerent , & calamitatem , quam eo permittente
incidiſſent , propriis viribus propulſare conarentur ; propterea placere ſibi, vt ſe
dederent , præſertim cum triduana iam abſtinentia militaribus rebus eos inutiles
prorſus reddidiſſet. non eſſe Deo difficile , vt deditis eis & ab hoſte ſub iugum
miſſis miſericordiam præſtaret , qui ſuos toties etiam in vltima neceſſitate conclu-
ſos mirabiliter liberaſſet. Vt hoc quoque inferret, barbaros nequaquam propter i-
pſos occidendos tanto molimine graſſari , ſed vt pecunias eorum auferrent , qui-
bus ſi potiti fuiſſent , liberos eos deinceps intactosque , ſine vi , ſine moleſtia abi-
re paſſuros. Placuit conſilium omnibus, ſtatimque ab armis ad preces verſi , per
interpretem , vt in deditionem acciperentur, orabant. Quo comperto Dux Ara-
bum citato equo in primos aduolat , & ceteros quidem longius ſummouet, cauens,
ne temere admiſſa multitudine præda confuſe diſtraheretur. Ipſe X & VII ho-
noratiſſimos gentis ſuæ ſecum aſſumens , caſtra ingreſſus eſt potentia , relicto ad
portas præſidii cauſſa filio ſuo , ne quis forte prædæ auidus poſt ſe non vocatus
irrumperet. Cumque admotis ſcalis ad cœnaculum , vbi Moguntinus , & Ba- 746
benbergenſis Epiſcopi latitabant , cum paucis aſcendiſſet , Babenbergenſis Epi-
ſcopus , cui , licet iunior ætate eſſet , tamen propter virtutem prærogatiuam, &
totius corporis admirandam dignitatem præcipuus a cunctis honor deferebatur ,
rogare eum cœpit , vt omnibus , quæ haberent , vſque ad nouiſſimum quadran-
tem ſublatis , nudos ſe abire fineret. Ille & victoria elatus , & præter ingeni-
tam morum barbariem accepta quoque tot congreſſionibus clade nimium effera-
tus , ait , ſe aduerſus eos iam triduo non ſine grandi damno exercitus ſui ea
mente bellum geſſiſſe , vt ſuis conditionibus erga victos vteretur , non quas ipſi
conſtituiſſent , ne ergo falſa ſpe eluderentur , ſe omnibus , quæ haberent , ſub-
latis , carnes eorum comeſturum , & ſanguinem bibiturum. Nec moratus, lin-
teum , quo caput more gentis obuoluerat , expediens , facto vinculo in collum E-
piſcopi iniecit. Epiſcopus , vt erat vir liberalis verecundiæ , & maturæ admo-
dum grauitatis , ignominiam non ferens , tanto niſu pugnum ei dedit in faciem,
vt vno ictu conſternatum ad pauimentum vſque præcipitem daret , vociferans in-
ſuper , prius eum pœnas pro impietate daturum , quod impuras manus in ſacer-
dotem Chriſti , profanus , & idololatra mittere præſumpſiſſet. Irruunt protinus
alii clerici , & laici , & tam huic , quam ceteris , qui in cœnaculum aſcenderant,
adeo arctis nexibus manus a tergo conſtringunt , vt ſanguis pleriſque rupta cu-
te per vngues proflueret. Perlato audacis facti indicio ad eos , qui in inferio-
ri parte domus conſiſtebant , ipſi quoque his , qui apud ſe erant , Arabum Prin-
cipibus idem faciunt. Deinde laici omnes , ſublato in altum clamore , vocato-
que in auxilium ſibi omnium rerum opifice Deo , rurſus arma capeſſunt , mace-
riam occupant , præſidium, quod circa portas erat , conſerta manu fundunt, fu-
gantque , & ſic alacres , ſic innouatis inopino ſucceſſu viribus vbique rem per-
agunt , vt nihil laſſitudinis , nihil incommodi ex triduana eis inedia , & labore 748
acceſſiſſe putares. Alacritatem tantam repente ex trepidis rebus , & vltima de-
ſperatione coortam nimium admirati Arabes , nec aliam nouitatis huius cauſſam
ſuſpicati , quam quod de Principibus ſuis ſumptum fuiſſet ſupplicium , infeſtiſſi-
mis animis in pugnam ruunt , & facto grege , per arma , per viros in caſtra
perrum-

Edit. I pag. perrumpere parant. Et acta res foret, niſi mature orto conſilio, Chriſtiani vinctos eo loco Principes ſtatuerent, vbi atrociſſima vis hoſtium, & creberrimus telorum imber incumbebat, appoſito ſuper capita eorum ſpiculatore, qui diſtrictum in manibus gladium tenens clamitabat per interpretem, niſi ab oppugnatione quieſcerent, non armis ſe aduerſum eos, ſed Principum capitibus dimicaturos. Tum ipſi Principes, quos præter vinculorum acerbitatem imminens quoque ceruicibus gladius vehementer angebat, cum magno eiulatu ſuos obteſtabantur, vt moderatius agerent, ne obſtinate certamen hoſtibus inferentes eos ad ſupplicium, necemque ſuam, cum inciſa ſpes eſſet veniæ, inflammarent. Patris periculo attonitus filius Ducis Arabum, quem ad portam atrii a patre cauſſa præſidii relictum ſupra memoraui, citato gradu in confertiſſimos ſuorum cuneos ſe dedit, & furentis exercitus impetum voce & manu increpitans retinuit, & tela in hoſtes iacere prohibuit, quæ non hoſtes, vt ipſi putarent, ſed Principes ſui propriis pectoribus excepturi forent.

Per hanc occaſionem paullulum ab armis, & incurſionibus vacatione data, nuntius venit in caſtra ad Chriſtianos, miſſus ab his, qui in paraſceue omnibus amiſſis nudi & ſaucii vſque Ramulo pertenderant. Is amaritudine, & metu confectis mentibus magnum attulit refrigerium, indicans, Ducem prædictæ ciuitatis, licet paganum, diuino tamen, vt putabatur, inſtinctu animatum cum ingentibus copiis ad ipſos liberandos aduenire; nec latere potuit Arabitas adue-
748 nientium hoſtium fama; ſtatimque omnes auerſis ab aliorum oppugnatione ad ſe ipſos ſaluandos cogitationibus præcipiti fuga, quo quemque ſpes euadendi vocabat, dilabuntur. In ea trepidatione dum alii ad alia curanda diſcurrerent, vnus vinctorum euaſit, opera vſus Sarraceni cuiuſdam, quem ducem itineris Chriſtiani habebant, tanto omnium dolore, tanto gemitu, vt ab eo, cuius indulgentia dimiſſus fuerat, vix manus inhiberent. Nec multo poſt Dux ipſe, vt nuntiatum fuerat, cum exercitu aduenit, pacificeque in atrium a Chriſtianis ſuſceptus eſt (ſuſpenſis tamen omnibus inter ſpem, & metum, ne forte non ſublata calamitas, ſed hoſtis tantum mutatus eſſet, & propter nouitatem rei difficile credentibus, quod ſatanas ſatanam eiicere, hoc eſt, paganus paganum ab infeſtatione Chriſtianorum cohibere vellet) primo omnium vinctos ſibi præſentari iuſſit; quos cum aſpexiſſet, & quæ facta fuerant, ordine audiſſet, maximas Chriſtianis gratias egit, pro magnifice rebus geſtis, & expugnatis reipublicæ acerrimis hoſtibus, qui regnum Babylonicum iam per multos annos aſſiduis populationibus infeſtaſſent, & magnas plerumque aduerſum ſe inſtructas acies commiſſo certamine contriuiſſent. traditos eos cuſtodibus, regi Babyloniorum, viuos ſeruari præcepit: ipſe accepta a Chriſtianis, quanta conuenerat pecunia, ſecum eos Ramulo perduxit, inde adhibito eis expeditorum iuuenum præſidio, ne qua denuo latronum incurſione periclitarentur, vſque Hieroſolymam eos perduci iuſſit.

Nihil deinde difficultatis in eundo, nihil in redeundo perpeſſi, Lyciam peruenerunt, gratias Deo referentes, quod emenſis tot rerum aſperitatibus viuos eos, & incolumes in tutum reſtituiſſet *. Ex hoc per Chriſtianorum fines Domum reuertitur. reditum facientibus omnia cedebant ex ſententia. Verum poſtquam in Vngariam ventum eſt, Guntherus Babenbergenſis Epiſcopus heu immatura morte præuentus, proſperæ ac lætæ reuerſionis lugubrem omnibus exitum fecit. De-
749 ceſſit autem X Cal. Aug. ætate integra, & ad perfruendum hoc ſæculo maxime matura, vir præter morum gloriam, & animæ diuitias, corporis quoque bonis adprime ornatus. Natus erat ex primis palatii, priuatis poſſeſſionibus, præter Epiſcopatum affluentiſſimus, lingua promptus, & conſilio, litteris eruditus, tam diuinis, quam humanis, tum ſtatura, & formæ elegantia, ac totius corporis integritate ita ceteris eminens mortalibus, vt in illo Hieroſolymitano itinere ex vrbibus, & agris ſpectandi eius ſtudio profluerent, & bene actum ſecum crederet, cui eum videre contigiſſet. Vnde cum poſitis eis in diuerſorio plerunque turba intemperans propter eum nimis moleſta foret, compulſus eſt aliquoties a ceteris Epiſcopis, vt in publicum procederet, & obſidentem fores multitudinem ſuo ſpectaculo a ceterorum vexatione auocaret. tantum hunc tranſitoriæ felicitatis ſplendorem vitæ innocentia, & morum temperantia clariorem in eo, cumulatioremque faciebant. Nam tantam in ſe vtriuſque hominis gloriam, quam

omnes mirabantur , ſolus ipſe ita propter Deum contemnebat , vt infimæ quoque conditionis hominibus popularem ſe communemque præberet , & a ſeruis ſuis plerumque maximas verborum contumelias inultus acciperet. Celebri ergo pompa funeris in patriam reportatus , & magnis omnium , qui eum nouerant , planctibus exceptus , in Babenbergenſi eccleſia , vbi a puero adoleuerat , ſepultus eſt. Subditur de Moguntino Præpoſito Hermanno , qui Epiſcopus Bambergenſis factus , cum quo noluerunt vel ipſo die Paſchatis cibum ſumere Pontificis Gregorii VII legati , quia Epiſcopatum ſimoniace comparauerat , vti refert anno MLXXIV *Marianus.* Edic. I pag.

1) Interim, dum ipſe abfuit , Henricus IV eccleſiæ Stephani & Martini Moguntinæ prædium Orbaha in pago Wettereiba, an. MLXIV, VI Non. Octobr. donauit, motus, vt inquit, *amore Dei, fidelibusque* Sigefridi *ſeruitiis*; quo vide tabulas, quas itid. in codice dedi diplomatico.

* Anno MLXV, cum ſe ver aperire cœpiſſet, naui Genuenſi in portu Ioppenſi conſcenſa, cum ceteris peregrinationis huius ſacræ ſociis itinere maritimo Brunduſium contendit ; terreſtri inde Romam ; ſalutatisque SS. Apoſtolorum Petri & Pauli liminibus , ſuos ad lares perrexit, vt *Ingulfus* in hiſtoria monaſterii ſui Croylandenſis apud Baronium narrat. Ceterum conf. *Albericus* parte II chron. ad h. a. p. 106, *Trithemius* l. d. p. 210.

Aedem ſacrā B.M.V. amplificat.

VI Poſt reditum non , vti putant MS. e Cluniacenſi cœnobio , de quo poſtea , ſed e terra ſancta , vel exſtruxit , vel potius, vt ex dictis in Willegiſo pater , amplificauit , & conſecrauit *Beatæ Virginis* eccleſiam Moguntinam. Nam poſt Hieroſolymitanum reditum , & item Cluniacenſem acceſſum , ita *Marianus Scotus; Anno MLXIX. ego miſer Marianus iuſſu Epiſcopi Moguntinenſis, & Abbatis Fuldenſis , feria VI ante Palmas , III Non. April. poſt annos X meæ incluſionis ſolutus , de clauſa in Fulda , ad Moguntiam veni : & in feſtiuitate VII fratrum , ſecundo includor. Conſecratio noui monaſterii S. MARIAE in Moguntia IX Calend. Decemb.* De eadem vero eccleſia ita in Hirſaugienſi chron. anno MLXXI ex occaſione *Trithemius ; Conſtituit etiam idem Archiepiſcopus clauſtrum B. MARIAE ſemper virginis ad gradus , in ciuitate Moguntina , quod multis prædiis & ornamentis dotauit.* 750

Enimuero occaſio nobis erit, ad an. MLXIX, quo eam ſollemni cæremoniarum apparatu conſecrauit , huc afferendi , quæ hanc B.M.V *ad gradus* ædem ſpectant. Nunc ſuffecerit dicere , Sifridum eam vtique poſt ſuum e peregrinatione ſacra reditum amplificare cœpiſſe ; quamuis annus , quo id operis aggreſſus eſt, diſtincte definiri nequeat.

In tempora turbulenta incidit.

VII Incidit iſte , & ſecuti aliquot Archiepiſcopi , in tempora turbulentiſſima , periculoſiſſima , in quibus , qua eorum quilibet eſſet in Deum , & ſanctam eccleſiam fide , conſtantia , ſapientia, & doctrina ſatis ſuperque apparuit.

Scilicet , vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Quæ vero difficultates tantas Sigefrido pepererunt , fuere ſextuplicia. *Primum ,* vitia ſacri ordinis nonnulla , ſimonia ſcilicet , ac effrænis libido. *Alterum,* proprius neſcio quis plus habendi , nouasque a Thuringis decimas extorquendi næuus. *Tertium,* Imperator Henricus IV ; qui cum ab ætate prima fuiſſet in omnem intemperantiam , ac libidinem proiectiſſimus , ætatis tamen progreſſu , illam non modo non correxit , ſed regia etiam licentia obfirmauit , nouiſque ſceleribus multis , & grauibus cumulauit. Nam Bertham vxorem ſuam , Sigefridi Archiepiſcopi opera, Epiſcoporumque aliorum iudicio, vti olim Lotharius , a ſe remouere ac repudiare voluit : Simoniacam illam labem ac hæreſim , Epiſcopatus & Abbatias vendendo , pro animique libidine donando , tuebatur : Thuringos , ac potiſſimum Saxones , tum Chriſtianos ac pios , odio implacabili oderat : ſeruos & mancipia eos dictitabat : direptis eorum bonis , ac poſſeſſionibus ac iuribus omnibus, in extremam coniicere ſeruitutem ſtudebat : iurabat , ac, prout ſibi commodum rebatur , peierabat : grauiſſimis imperium damnis afficiebat : Romano Pontifici , niſi cum aliter non poſſet , ſpiritualem , quam debebat , obedientiam negabat : ſanguinis humani erat ſitientiſſimus , iratuſque ſemel nullo vnquam modo placari poterat , & alia id genus plura , quæ hiſtorici narrant omnes patrabat. 751 Iam *quarto* , Pontifices Romani , Alexander , & alii , ſed omnium maxime Gregorius VII monitis , legationibus , excommunicationumque terroribus illa cleri vitia corrigere , Imperatoris diuortium , ceteramque libidinem , impietatem , & crudelitatem coercere ſatagebant. *Quinto ,* Non deerant

Edit. I pag. ſtant ambitioſi quidam, & ſcelerati homines, qui ad Pontificatum aſpirarent, Gregorii ſtudium, ac in omnes partes vigilantiam ægre ferrent; cum in Italia, Germania, vbicunque poſſent, litteris, nuntiis, famoſiſque libellis varie calumniarentur. *Sexto* denique, Sigefridi vetus cum Bambergenſi Epiſcopo ſimoniaco, Moguntino olim Præpoſito, itinerisque Hieroſolymitani ſocio, amicitia. Fecerunt hæc, vt varia de Imperatore, de Pontifice, de tota republica ſummisque negotiis conſilia, & conuentus a Principibus tam ſæcularibus, quam eccleſiaſticis inirentur diſſenſiones, & factiones exiſterent: & pro rumorum, aut occaſionum varietate, modo hæc, modo illa decernerentur: & vt de Sigefrido noſtro tantum dicam, is interdum quidem nutaret, ſæpius tamen & conſtantius conſtaret, quodque rectum & diuinis humaniſque tam eccleſiaſticis, quam Cæſareis legibus conſentaneum, teneret, ſuaderet, ac vrgeret. Breuiter, quæ de hoc prodita ſunt, attingam.

Breuiter ſic habe. Sifridus, quum reuertiſſet, perſpecto rerum ſtatu, cum Colonienſi, aliisque Principibus, qui indignabantur, Bremenſem ſuo omnia in aula agere nutu, varios egit conuentus. Neceſſarium enim videbatur, in commune, quid facto opus eſſet, deliberare. Placuit tandem, vt § ſequenti legere eſt, Triburiam anno LXVI ineunte conuenire.

Conuentum cum Principibus agit Triburiæ.

VIII Anno MLXVI Sigefridus noſter, & Colonienſis Archiepiſcopus, aliique Principes conuentum Triburiæ habuerunt, grauibusque Imperatoris in pleroſque omnes iniuriis, quarum ei auctor, & conſiliarius cenſebatur Bremenſis Archiepiſcopus, excitati, Regi denuntiarunt, aut regno ei cedendum, aut Bremenſem illum a familiaritate tanta remouendum; prout pluribus narrat *Lambertus*.

Cædem Treuirenſi illatam Pontifici nuntiat.

1) Ceteroquin eodem hoc anno de communi Epiſcoporum ſententia cædem Conradi, qui Eberhardo Treuirenſi ſurrogatus erat, ad Alexandrum Pontificem graui detulit expoſtulatione: quam e *Sebaſtiani Tengnagelii* monumentis veteribus libro XII annalium Treuirenſ. § XI p. 544 inſeruit *Brovverus*.

Ædem dedicat Brunningeshagenſem.

2) Sequenti, qui MLXVII a Chriſti natali extitit, ædem ſacram in *Brunningeshago* dedicauit in honorem I. C. victotioliſſimæque Crucis, eamque certis bonis, quas in tabulis tum confectis recenſet, liberaliter inſtruxit. Editæ autem ſunt, vt clauſula habet, *MLXVII, indictione V, VIII Kalend. April.*

Erfordiam muro cinxiſſe dicitur.

3) De cetero *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § VI p. 21; fide chronici Thuring. mſcr. in bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, ad quod prouocat, ſcribit, quod circa eundem hunc annum LXVII *Erfordiam muro cinxerit Sifridus, turribus in circuitu poſitis, cum antea munimenti antiquiſſimi genere, ſepibus & inciſis arboribus, ſe tutaſſet ciuitas.* Enimuero, id & temporum rationibus, & rerum Erfurtenſium tum ſtatui repugnare obſeruat anonymus ſcriptor libri *von den vornehmſten Begebenheiten der Stadt Erfurt* cap. IV § V p. 22.

Paderbornam venit.

4) Poſtero (MLXVIII) inaugurationem ædis nouæ Paderbornenſis, quam Imadus Epiſcopus peregit, ſua cohoneſtauit præſentia. *Annales Corbeienſes* ad h. an. p. 388.

Meditatio Cæſaris diuortio fauere viſus.

IX Anno MLXIX Rex Henricus ad meditatum vxoris diuortium re ipſa explendum, ineſcare cœpit Sigefridum Moguntinum pollicitatione opis ad exprimendas Thuringorum decimas. *Epiſcopus* (ait idem *Lambertus*) *tam pretioſa pollicitatione redemptus, quantum poterat ſalua verecundia, haud ægre cauſam Regis tuebatur. Itaque cunctis id fieri decernentibus, ſynodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ proxima poſt feſtum S. Michaelis hebdomada* *. Et cum Rex eas aliquantulum apud Thuringos vrſiſſet †, *iminente iam* (verbis
752 *Lamberti* eiuſdem narratiunculam hanc abſoluam) *die, qui ſcindendo Regis coniugio dictus erat, Rex Moguntiam concitus properabat, & ecce, inter eundum, comperit legatum ſedis Apoſtolicæ, ſuum Moguntiæ aduentum præſtolari; qui diſcidium fieri prohibeat, & Epiſcopo Moguntino Apoſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitetur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe auctorem promiſerit. Conſternatus ilico Rex, quod rem diu exoptatam perdidiſſet e manibus, pariter, quo venerat, in Saxoniam redire volebat, vix, & ægre tamen amicorum conſiliis ſuperatus, ne Principes regni fruſtraretur, quos ſumma frequentia Moguntiæ ſibi occurrere iuſſiſſet, Franconefurt abiit, ibique eos, qui Moguntiæ conuenerant, ſtatuto die adeſſe iuſſit; quo dum frequentes veniſſent; Petrus Damianus, (is legatus erat ſedis Apoſtolicæ, vir ætate, & vitæ innocentia admodum venerendus) mandata expoſuit Romani Pontificis, peſſimam rem, & a nomine Chriſtiano, nedum ab regio, multum abhorrentem eſſe, quam moliatur. Si minus humanis legibus, vel canonum ſanctionibus terreretur, parceret ſaltem famæ, & exiſtimationi propriæ, ne ſcilicet tam fœdi exempli venenum, a Rege*

 ſumpto

ſumpto initio, totum commacularet populum Chriſtianum: & qui vltor eſſe debuiſſet criminum, ipſe auctor, & ſignifer fieret ad flagitium; poſtremo ſi non flecteretur conſiliis, ſe neceſſario vim eccleſiaſticam adhibiturum, & canonum lege ſcelus prohibiturum. adhæc ſuis manibus nunquam Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilenti exemplo, quantum in ſe eſſet, fidem Chriſtianam prodidiſſet. Tum vero in eum coorti omnes, qui aderant, Principes, aiebant, æqua cenſere Romanum Pontificem, & per Deum rogabant, ne crimen inferret gloriæ ſuæ, & regii nominis maieſtatem tam turpis facti colluuione macularet: præterea, ne parentibus Reginæ cauſſam defectionis, & iuſtam turbandæ reipublicæ occaſionem daret, qui ſi viri eſſent, cum armis & opibus plurimum poſſent, tantam filiæ ſuæ contumeliam procul dubio inſigni aliquo facinore expiaturi eſſent. Hac oratione fractus magis, quam inflexus: Si id, inquit, fixum, obſtinatumque eſt vobis, imperabo egomet mihi, feramque, vt potero, onus, quod deponere non valeo. Ita efferato magis per ſtudium concordiæ odio, annuit quidem, vt in regni conſortium Regina reuocaretur, ipſe tamen, vt congreſſum eius, conſpectumque vitaret, adhibitis ſibi vix XL militibus in Saxoniam concitus rediit. Edit. I pag.

quod tamen ipſe negat. * 1) *Sifridus* in epiſt. ad Alexandrum II data & tomo IX Concilior. p. 1200 recitata, rem prorſus aliter, ac heic *Lambertus*, narrat, atque, ſe Henrico Regi in faciem reſtitiſſe, & minitatum eſſe anathema. Interim ſuos Coepiſcopos ad rem diſceptandam ac definiendam Moguntiam indixiſſe concilium. Ad extremum Alexandrum rogat, vt aliquos de latere ſuo mittat, qui ei præſint, & *quia hoc*, inquit, *valde rarum quæſtionibus occurrit eccleſiaſticis, & de regiis pæne inauditum eſt perſonis; veſtræ ſanctitatis erit, quid ſuper tanta re facto opus ſit, decernere, & ad conſulta noſtra de ſanctuario ſacri pectoris veſtri reſponſaria remittere: vt & inſtans negotium ad ſalutem modernæ ætatis eccleſiaſtica pace finiatur, & de tam inſolita & dubia re veſtra auctoritate poſteritas inſtruatur.* Quare vel *Lambertus* errauit, vel *Sigefridus*, poſtquam comperit, Alexandrum Petrum Damiani Moguntiam mittere, litteras iſtas ſcripſit, vt ſuum Pontifici faceret. Ita *Pagi* ad an. MLXIX n. I p. 234.

Decimas vrget Thuringenſes. † 2) Quas Henricus *aliquantulum*, vt auctor loquitur, eas hoc magis vrſit *Sifridus*, quamuis non ſine opprobrio, contemtu, atque damno. Audiamus modo *Lambertum*. Is, cum retuliſſet, Cæſarem audito, Dedonem variis Thuringos ſollicitare colloquiis, copias ad eum debellandum contraxiſſe, ſubiungit: *Tum Magontinus tempus ſe accepiſſe ratus, quo per occaſionem publici belli priuatum in Thuringos odium vindicaret, infeſtiſſimus aderat: Regem quam atrociſſime rem agere inſtigabat: ipſe quoque totis amicorum, totis Magontini Epiſcopatus opibus cæpto annitebatur.* Dein, memorata breuiter expeditione Henrici tum temporis facta ita pergit: *Thuringi etſi, vt promiſerant, erga Regem & cauſſam publicam deuoti fideleſque eſſent, in Epiſcopum tamen Magontinum hoſtilia pleraque facere, probris & conuiciis in faciem laceſſere, milites eius, dum prædas agerent, facto grege ſæpius incurſare, rapinam excutere, fundere, fugare: nonnullos denique miniſtros eius, nec hos mediocri fortuna vel humili loco ortos, dum ab exercitu Regis paullo longius prædatum abiiſſent, comprehenſos ſuſpenderunt. Iuſſum tamen eis eſt ab Rege facile & contemptim, vt decimas darent, non, quod recuſantibus vim inferre in animo eſſet, ſed ne non reddito promiſſo Archiepiſcopum offenderet.*

3) Quin, cum ſibi perſuaſum haberet, Cæſaris ope voto ſe potiturum, Præpoſito *D. Petri* Moguntiæ, eiuſque ſucceſſoribus, in Thuringia de omnibus, vnde vſque huc ſolum acceperat, quod vulgariter *decimam* vocabant, *decimationem* conceſſit *iuſtam, integramque.* quo fine iuuabit inſpicere tabulas, quas in *chronico Petrenſi* § VII proculi. *Decimationem in Thuringia Præpoſitis Moguntinenſibus concedit.*

4) IX Kal. Decembr. vt *Marianus* verbis § VI allatis teſtatur, ædem Marianam, quam amplificauerat, & ad Collegialis euexerat dignitatem, eximia ſacrorum ſpecie, ſollemnibusque cæremoniis adhibitis dedicauit; quin, fortunarum etiam atque opum ſubſidiis tum affecerit, nullum eſt dubium. Tot tamen, quot quidem intenderat, exornare haud potuit, partim temporum impeditus malignitate, partim ſuo præuentus fato. Teſtis nobis eſt *Adelbertus I* in litteris, quas in *chronico Mariana huius* § III in lucem proculi. *Prædeceſſor*, ait, *noſter felicis memoriæ, Dominus* Sifridus *Archiepiſcopus præfatæ eccleſiæ Canonicæ inſtitutor & auctor diligentiſſimus, opus, quod Deo inſpirante bene inchoauit, eccleſiaſticæ pacis infeſtatione præpeditus, nec non extremo vitæ præuentus articulo minus plene conſummauit.* *Ædem Marianam conſecrat.*

X Iam vero *Rumoldus Conſtantienſis* (vt ibidem legitur) *Epiſcopus, maturæ admodum grauitatis vir, obiit, cui Carolus ſucceſſit Magdeburgenſis Canonicus. Is a clericis Conſtantienſibus primo benigne ſuſceptus eſt, ſed proceſſu temporis, dum pro libito ſuo magis, quam ex ratione rem gereret, indignantes clerici a communione eius ſe abſtinere cœperunt, propter ſimoniacam hæreſin,* 753
per quam Epiſcopatum vſurpaſſe dicebatur. id quoque ei crimini dantes, quod

Digitized by Google

Edit. I pag. *pleroſque eccleſiæ theſauros furtiue abſtuliſſet, qua accuſatione Romam perlata, Romanus Pontifex mandata direxit Moguntino Archiepiſcopo, ne vllo modo ab eo conſecraretur, donec in ſui præſentia cauſſa diligentius ventilaretur.*

XI Romam idcirco anno MLXX cum aliis quibuſdam Epiſcopis a Pontifice Alexandro vocatus eſt Sigefridus, & itineri ſtatim ſe dedit. Quid ibi acciderit, ipſemet poſtea Sigefridus retulit. Cum enim eum valde vrgeret Rex, vt Carolum illum Conſtantienſem Epiſcopum Metropolitanus ipſe conſecraret, recuſabat, ac obnitebatur modis omnibus, dicens, apud eundem poſtea *Lambertum, quam terribiliter, anno ſuperiore,* a Papa, *pro ſimili cauſſa, obiurgatus fuiſſet, & quam vix, & ægre ſine damno gradus ſui euaſiſſet.* Sed in hac quidem hiſtoria ſic idem narrat: *Moguntinus Archiepiſcopus vltro ſe Epiſcopatu abdicare, atque in otium priuatæ conuerſationis ſecedere, magnopere cupiebat: ſed tam Romani Pontificis auctoritate, quam eorum, qui præſentes erant, maturioribus conſiliis vix & ægre abductus eſt a ſententia. Omnes in commune acerbe obiurgati, quod ſacros ordines per ſimoniacam hæreſin venderent, & ementibus indifferenter communicarent, manusque imponerent. Tandem accepto ab eis iureiurando, quod hæc vlterius facturi non eſſent, in ſua cum pace dimiſſi ſunt.* Incuſatus vocatur Romam.

XII Anno MLXXI quid in eadem Caroli cauſſa deinceps euenerit, *Marianus* refert ſic: *Quidam clericus Carolus nomine, more Simonis Magi, qui donum ſpirituale pro pretio rogauit ab Apoſtolis, a Rege Henrico comparauit Epiſcopatum ciuitatis Conſtantiæ. Qui in conuenticulo Epiſcoporum, & Abbatum in monaſterio S. Martini Moguntiæ, in aſſumptione S. Martini *, facto a Sigefrido Archiepiſcopo, coram Rege culpatus, quod non intraret per oſtium in ouile ouium, depoſitus eſt.* Inde recuſat ordinare Carolum Conſtantienſem.

* Legendum, *in aſſumtione S. Mariæ*, vti diſerte legitur in actis Concilii Moguntini, poſt Baronii mortem publicatis. *Pagi* ad annum MLXXI n. I p. 240.

Copioſius vero *Lambertus* ſic: *Carolus, cui Rex Conſtantienſem Epiſcopatum dederat, aſſiduis proclamationibus pro ordinatione ſua ſedem Apoſtolicam*
754 *appellabat. Econtra fratres Conſtantienſes obſtinata contentione obluctabantur, ne contra canonum inſtituta, is qui, præter ſimoniacam hæreſin, furti quoque inſimulatus fuerat, ſibi Epiſcopus ordinaretur. Papa, cum ei moleſti eſſent, cognitionem cauſſæ a ſe ad Archiepiſcopum Moguntinum reiecit, iuſſitque, vt vtriſque vocatis ad ſynodum rem diligentiſſime ventilaret, & ſi crimina, quæ obiiciebantur, refellere non poſſet, nulla eum ratione conſecraret. Hac de cauſſa ſynodum Archiepiſcopus Moguntiæ indixit in menſem Auguſtum. Rex concertationem hanc iniquo valde animo ferebat, propter amicitiam Caroli, & plurima ſeruitia, quibus, etiam in re familiari, plerumque ſibi commodiſſime affuerat, & idcirco munera ſua rata ei manere cupidiſſime volebat. Vnde Moguntino Archiepiſcopo grauiter ſuccenſebat, quod non ſtatim eum, contemptis obſtrepentium fratrum ſimultatibus, ordinaſſet. Sed ille immobilis perſiſtebat in ſententia, illud præ ſe ferens, quam terribiliter anno ſuperiore a Papa pro ſimili cauſſa obiurgatus fuiſſet, & quam vix & ægre ſine damno gradus ſui euaſiſſet, & quod poſtea recentibus litteris ſedis Apoſtolicæ, ne ſine diligentiſſima diſcuſſione manus illi imponeret, commonitus fuiſſet. Itaque inſtantibus iam Kalendis Auguſti, Rex Moguntiam properabat, cupiens ipſe in diſcuſſione tanti negotii cum Archiepiſcopo cognitor aſſidere.* Vbi vero de ſubitanea Lupoldi cuiuſdam, qui Regi chariſſimus fuerat, ex equo lapſi, & ipſo Attilæ gladio, quo accinctus erat, transfoſſi morte, ac funere nonnulla interiecit, pergit: *Rex magnifice, ac regaliter curato funere, Moguntiam, ſicut inſtituerat, properauit. Cumque ſtatuta die in ſynodo cum Epiſcopis aſſediſſet, aderat Carolus, aderant & fratres Conſtantienſes, magnam ei molem criminum obiectantes, contra quos Rex, quantum ſalua verecundia poterat, dedita opera nitebatur, & modo ob-*
755 *iecta purgare, modo pondus obiectorum, quæ non poterat purgare, callidis ſermonibus conabatur attenuare, plerumque & iam inſtantium, ac perurgentium procacitatem verbis durioribus corripiebat, ac frontis impudentiam, appoſita auctoritatis ſuæ maieſtate, refringere tentabat. Primum, & ſecundum diem in hoc negotio inſumpſit. Cumque accuſatorum conſtantiam nec veritate reſpon-*

ſponſionis, nec arte dictionis eludere poſſet, ad vltimum probatis, quæ obiecta fuerant, criminibus, baculum Epiſcopalem ab eo recepit. Sic Carolinæ huic ſimoniæ impoſitus finis. Lib. I pag.

Ottonem vero deinde inaugurat.

XIII *Ipſis diebus* (vt pergit idem narrare) *Regina, quæ vna cum Rege Moguntiæ aderat, filium peperit, ſed is baptizatus ſtatim obiit, delatusque in Hartesburg, ibi ſepultus eſt. Epiſcopatum Conſtantienſem Rex Ottoni Canonico Goſlarienſi dedit, recentiſque calumniæ exemplo conterritus, confeſtim eum conſecrari fecit* †, *ne quis ſcilicet aduerſus eum ſcrupulus denuo per dilationem conſecrationis oriretur.*

† Conſecrauit autem, ac veteri cæremoniarum ordine Epiſcopi ritu inaugurauit Sifridus noſter. *Bruſchius* in catalogo Epiſcoporum Conſtantienſ. p. m. 40, *Pregizerus* in ſerie Epiſcoporum Conſtantienſium Sueuiæ vel potius Wirtenbergiæ ſacræ patris ſubiuncta p. 467.

Aduerſa laborat valetudine.

Et poſtea: *Archiepiſcopus Moguntinus a feſtiuitate S. Michaelis vſque in Pentecoſten mala valetudine laborabat, ita vt etiam deſperaretur a medicis, & de ſucceſſione eius plerique intentiſſimis ſtudiis ſatagerent.*

Collegio D. Victoris confirmat decimas.

Sequenti, qui MLXXII reparatæ ſalutis fuit, conſanguinei ſui, Hartvvini, ad D. Victorem Præpoſiti, motus precibus, Collegio D. Victoris *veterem & nouam decimationem, tam de cultis Salicis terris, quam de ſiluarum nouiter caſarum vel extirpatarum noualibus, pecorum quoque, omnigenorumque pullorum,* partim ſtabiliuit, partim liberali ipſe manu attribuit, peculiarique diplomate, quod in chronico Collegialis huius § V n. 5 dedi, hoc ita ratum eſſe voluit.

Rudolfo Sueuo fidem obſtringit.

Dein Rudolfo Sueuo, qui Vormatiam vocatus, nonniſi fide aliorum interpoſita venire volebat, vt reconciliationi locum faceret, ſuam ipſe adſtrinxit, ac vna cum Colonienſi appromiſit. *Lambertus* ad h. a.

Tum vero VI Idus Septembr. vt § ſequenti habetur, in Galliciam religionis cauſſa perrexit.

Religionis cauſſa in Galliciam tendit.

XIV Anno autem MLXXII *Dominus Archiepiſcopus in natiuitate S. Mariæ* (vt habet eiuſdem *Lamberti* narratio) *Moguntia egreſſus, cum in Galliciam, quaſi orationis cauſſa, profectionem ſimulaſſet, in Cluniacenſe monaſterium receſſit, dimiſſiſque his, qui vna venerant, abdicatis etiam omnibus, quæ habebat, ſtatuit ibi deinceps priuatus ætatem agere, atque ab omni ſecularium negotiorum ſtrepitu, ſub voluntariæ paupertatis titulo, in perpetuum feriari. Sed breui perſtitit in propoſito, reuocante eum tam clero, quam populo Moguntiacenſi, vix & ægre abſtractus de monaſterio, in natali S. Andreæ Apoſtoli, Moguntiam rediit, atque opus arduum quam præcipitanter arripuerat, tam præcipitanter, quoniam communi omnium ſententiæ obluctari non poterat, deſeruit.* Breuius & clarius *Marianus: Anno MLXXII coniurant regni Principes contra Henricum Regem. Eo tempore Sigefridus Epiſcopus Moguntinenſis, cauſſa orationis in Galitiam ad S. Iacobum perrexit. Quum autem Cluniacum dominica die ante miſſam S. Michaelis veniſſet, intrans clauſtrum reſpuit ſeculum. Sed dum mercenarii Epiſcopatum Moguntinum comparare vellent pretio, Sigefridus in obedientia S. Benedicti, quam Abbati deberet, violenter compulſus, Moguntiam VIII Idus Decembr. rediit.* Idem Cluniacenſe factum narrat in Hirſaugienſi chron. *Trithemius*, vno titulo annos MLXXI & MLXXII complectens *, & ſubdit: *Iſte Archiepiſcopus Sifridus monaſterium ordinis noſtri fundauit in Thuringia, quod Haſſungen dicitur, in quo & ſepultus eſt* †; licet Aribonem, vt ſupra in ipſo dictum, fundatorem laudent aliqui. 756

Haſſungenſe monaſterium perficit.

* In editione recognita, auctaque Sangallenſi hæc quidem ad an. MLXXIII p. 234 refert; verbis adhæc paullo aliis. Dicit autem, Cluniacenſe ad monaſterium veniſſe in reditu, ac perſpecta ſanctiore contubernii diſciplina conſilium cepiſſe, mitram Archiepiſcopalem cum cucullo mutandi. Chriſtoque ibidem ſecundum ſcita D. Benedicti patris deſeruiendi.

† Idem dicit *Eringerus*, auctor paraphraſeos vitæ B. Heimeradi metricæ, in fine eiuſdem:

Poſt Moguntinus Præſul, dictus Sigefridus,
Hic cœnobium ſtruxit vitæ Monachorum,
Ad laudem Domini, ſimul iſtius Patris almi,
Mente prophetia ſicut prædixerat ille.

Ceterum *Haſungen*, vbi aſceterium hoc Aribo incepit, Sifridus vero perfecit, mons Haſſiæ eſt, valde in altum proiectus, idemque ſpatioſus & irriguus, in confinio oppidi Vvolfshagen ſitus. *Papebrochius* tomo V Iunii ad vitam B. Heimeradi § I p. 385.

XV *Abbas autem eiuſdem cœnobii primus fuit Giſelbertus, monachus huius monaſterii Hirſaugienſis, quem Abbas Wilhelmus ad inſtantiam Sifridi Archiepiſcopi Moguntini cum toto conuentu neceſſario ad eundem locum deſtinauit. Iſte Giſelbertus venerabilis Abbas, fuit vir bonis litteris eruditus, & morum inte-*

Edit. I pag. *integritate conſpicuus, maximus regularis diſciplinæ amator, qui multos in breui tempore monachos ad cœnobium præfatum ſeruituros Domino collegit. Verum cum Henrico Regi, poſtea excommunicato a ſummo Pontifice Gregorio VII, conſentire minime vellent, omnes cum Abbate ſunt de monaſterio expulſi, qui pluſquam LXX numero ad Hirſaugiam venientes, honorifice a S. Abbate Wilhelmo ſuſcepti ſunt, quos aliquanto tempore ſecum detinuit, & poſtea cellam S. Gregorii eis pro manſione aſſignauit.* Et poſtea in eadem pagina. *Clara &* de S. Heimerado
celebris valde his temporibus per Germaniam, & Gallias erat memoria S. Sebaldi in Nurenberg, & S. Heimeradi in Haſungen, & magno populorum concurſu quotidie frequentabantur propter opitulationes, quæ diuinitus illic languentibus ſæpenumero conferebantur.
757 *Quorum vltimus videlicet* Heimeradus *Presbyter fuit ſanctiſſimæ vitæ, qui obiit anno Domini MXIX, indictione II, IV Calend. Iulii, ſuper cuius tumulum Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus monaſterium noſtri ordinis (ſicut diximus) conſtruxit, cuius patronus eſt* S. Heimeradus, *qui multis ibidem miraculis coruſcauit.*

Hæc *Trithemius* in priori illa chronici Hirſaugienſis editione. In recognita Sangallenſi attingit ea quidem ac repetit, ſed breuius paullo, ſtrictiuſque.

Ceterum B. Heimeradi memoriæ olim ſequens ibidem poſitum fuiſſe epitaphium, *Papenbrochius* l. d. prodit:

Anno milleno *Chriſti* decimoque noueno
Morte fuit victus Heimeradus *benedictus,*
Luce Kalendarum quarta *menſis* Iuliarum.
Qui prece multa pia quærunt ſolatia dia,
Eius per merita capiunt reuelamina cita.

XVI Anno MLXXIII triſtia de Rege, & Sigefrido narrat *Lambertus*, & Henrico Regi,
quidem fere copioſius, quam vt exſcribenda eſſent, niſi quæ ſupra dixi, aperirent. Sic ergo incipit: *Colonienſis Archiepiſcopus* (S. Anno) *offenſus his, quæ plurima præter æquum, & bonum fiebant in palatio, petiit a Rege vacationem deinceps dari ſibi a rerum publicarum adminiſtratione, cauſſatus, in ſenium iam vergentem ætatem, & laborioſis regni negotiis minus minuſque in dies ſufficientem. Quod Rex haud difficulter annuit, quia prauis libidinibus* in præceps ruenti,
ſuis, & iuuenilibus ineptiis iam dudum animaduerterat eum grauiter offendi, & plerunque, quantum ſalua regia dignitate poterat, pro virili parte obniti. Is ergo vbi ſe in ſua recepit, Rex tanquam ſeueriſſimo pædagogo liberatus, ſtatim in omnia genera flagitiorum, ruptis omnibus modeſtiæ, & temperantiæ frenis, præcipitem ſe dedit. Montes omnes, colliculoſque Saxoniæ, & Thuringiæ caſtellis munitiſſimis exſtruxit, præſidiumque impoſuit. Quibus cum victui neceſſaria minus ſufficerent, permiſit, vt ex proximis villis & agris, hoſtili more, prædas agerent, & ad ipſa caſtella munienda circumquaque manentes cogerent, & impenſas affatim conuectare, & per ſe ipſos ſeruili manu deſudare. Verum ne manifeſtæ tyrannidis notaretur, ſi contra innocentes, atque in regnum proprium tam barbara crudelitate graſſaretur, vt impietatem ſuam quadam religionis ſpecie palliaret, Archiepiſcopum Moguntinum modis omnibus & auxilium in exigendis decimas Thuringiæ pollicenti,
inſtigauit, vt decimationes Thuringiæ, ſicut ante plures annos inſtituerat, exigeret; pollicens, ſe ei in exigendo ſumma ope affuturum, & dicto obtemperare
758 *nolentes regia maieſtate coacturum, ea tamen pactione, vt ipſarum decimationum partem ſibi, quæ & regiæ magnificentiæ, & tanto labori ſuo digna foret, tribueret.*

Ita Epiſcopus vaniſſima ſpe animatus, ſynodum indixit in Erpheſfurd VI aures præbens,
Idus Martii. Statuto die aderat Rex, aderat Archiepiſcopus, ſtipatus vterque magno grege Philoſophorum, immo Sophiſtarum, quos ex diuerſis locis ſummo ſtudio conciuerant, vt canones ſibi non pro rei veritate, ſed pro Epiſcopi voluntate interpretarentur, & cauſſam eius, quomodo veris non poterant, ſophiſticis allegationibus roborarent.* & decimas urget.
* al. quoniam
Aſſidebant ergo cum Rege, & Archiepiſcopo Moguntino Herimannus Babenbergenſis Epiſcopus, Hecel Hildenesheimenſis Epiſcopus, Eppo Citicenſis Epiſcopus, Benno Oſenbruggenſis Epiſcopus. Qui non ad diſcutiendam, iuxta eccleſiaſticas leges, cauſſam fuerant euocati, ſed vt id, quod Rex volebat, arte dictionis, & ſententiarum pondere, poſtremo quaqua poſſent ratione, & conſilio obtinerent, quanquam plerique eorum id, quod Rex moliebatur, vehementiſſime improbarent, ſed ne libere, quod ſentiebant, eloquerentur, & Regis terrore, & priuata Archiepiſcopi amicitia inhibebantur.

Habebat præterea Rex circa ſe armatorum copias non modicas, quibus eos, ſi qui Edit. I pag.
forte negotium interturbare conarentur, militari manu coerceret.

Thuringorum ſpes, & fiducia potiſſimum in Abbate Fuldenſi, & Abbate
Herueldenſi nitebatur, quod hi eccleſias decimales plurimas, & prædia infinita
haberent in Thuringia, & hi ſi cauſſa cecidiſſent, ſibi vna cadendum eſſet. Qui
publica diſcuſſione interpellati pro decimarum redditione, primo per Deum roga-
bant Archiepiſcopum, vt antiquitus tradita monaſteriis ſuis legitima, rata, in-
conuulſaque manere ſineret, quæ & ſedes Apoſtolica, & veteribus, & recenti-
bus ſcriptis crebro ſibi firmaſſet, & præceſſores eius Moguntini Pontifices, ſum-
mi, ac ſanctiſſimi viri, vſque ad Luidpoldum Epiſcopum, nunquam infringere
tentaſſent. Id atroci reſponſo Archiepiſcopus repulit, ſcilicet præceſſores ſuos
ſua ætate, pro ſuo arbitratu, eccleſiæ Dei moderatos fuiſſe, eoſque rudibus in
fide auditoribus, & pæne adhuc neophytis lac potum dediſſe, non eſcam, & ſa-
pienti diſpenſatione multa indulſiſſe, quæ proceſſu temporis, dum in fide conua-
luiſſent, ſucceſſorum ſuorum induſtria reſecari vellent. Se autem iam adulta,
vel potius ſeneſcente eccleſia, ſpiritualia comparare ſpiritualibus, nec iam par-
uulis lac, ſed perfectis ſolidum cibum miniſtrare, atque a filiis eccleſiæ leges
eccleſiaſticas exigere. Proinde eſſe eis aut ab vnitate eccleſiæ ſecedendum, aut
legibus eccleſiæ æquanimiter acquieſcendum. Tum illi rurſus per Deum orare,
vt ſi in Romani Pontificis auctoritate, ſi in Caroli, aliorumque Imperatorum
priuilegiis, ſi in præceſſorum eius Moguntinorum Pontificum indulgentia, nihil
ſibi præſidii, aut ſpei reliquum eſſet, ipſarum ſaltem decimarum eam ipſe parti- 759
tionem fieri ſineret, quam & ſcita æquam iudicaſſent, & ceteræ per orbem ter-
rarum eccleſiæ vſitatam haberent, ſcilicet vt quarta parte ipſe pro ſuo, ſuo-
rumque Miſſorum ſeruitio contentus, tres reliquas portiones eccleſiis, quibus
antiquitus attitulatæ fuiſſent, permitteret. Econtra Epiſcopus non ea mente
ſe, ait, tantum laborem triuiſſe, & iam per X ferme annos laborioſum hoc ſa-
xum voluere, vt tandem aliquando voti compos effectus, vltro iure ſuo cede-
ret, & tanto molimine extortas eis decimas ipſis pro libito ſuo partiendas ad-
diceret.

Primus, ac ſecundus dies in hac concertatione iam fluxerat ancipiti ad-
huc fortuna, vtra pars, vtri ceſſura foret. Iamque in eo res vertebatur, vt
Thuringi, improbata ſynodo, ſedem Apoſtolicam appellarent. Sed Rex ſub
atteſtatione nominis diuini affirmabat, ſe in eum, ſi quis id præſumpſiſſet, capi-
tali ſententia animaduerſurum, & omnia, quæ eius eſſent, vſque ad interne-
cionem diſſipaturum, cladem que eius diei multis poſtea ſæculis non abolendam.
Ita Abbas Herueldenſis ſuorum periculo conterritus, quoniam aliud in arctum
concluſis rebus non patebat effugium, rem conſilio Regis permiſit, quatenus
prout ipſe bonum, & æquum iudicaret, cauſſam inter ſe & Archiepiſcopum ter-
minaret. Diu igitur habita deliberatione in hanc tandem pactionem, mediante
Rege, Abbas, & Archiepiſcopus conſenſerunt, vt Abbas in decem ſuis deci-
malibus eccleſiis duas partes decimarum, tertiam Archiepiſcopus acciperet. In
reliquis vero eius eccleſiis dimidia Abbati, dimidia Archiepiſcopo contingeret.
Vbi vero eccleſia decimalis propria Archiepiſcopi eſſet, tota illic ei decima ce-
deret. Præterea, vt omnes dominicales Archiepiſcopi curtes, in quacunque eſ-
ſent parochia, penitus decimarum exactione immunes manerent. Sub iugum
miſſo Abbate Herueldenſi, ſtatim Thuringi omni ſpe adempta, eo quod in illius
prudentia, & eloquentia plurimum fiduciæ ſibi poſuiſſent, non vltra reſtiterunt, 760
ſed decimas in reliquum abſque retractatione dare profeſſi ſunt. Fuldenſis Ab-
bas aliquantis poſtea diebus obſtinatus in propoſito perſtitit. Sed cum nec Regis
gratiam recipere, nec ad ſua redeundi licentiam impetrare poſſet, niſi in commu-
nem ſententiam concederet, tandem rerum difficultate ſuperatus, ad hanc con-
ditionem non tam conſilio, quam imperio, & metu Regis coactus eſt, vt in cun-
ctis decimalibus eccleſiis ſuis partem dimidiam decimarum ipſe, dimidiam Ar-
chiepiſcopus acciperet. Dominicales autem curtes ſuas, ſicut Archiepiſcopus,
omnes ab omni decimarum redditione liberas haberet. Tum Rex ſciens haud
bene placitura Romano Pontifici, quæ geſta fuerant, ſub interminatione gratiæ
ſuæ, vtrique Abbati præcepit, vt neque per ſe ipſos, neque per nuntium, neque
alio

Edit. I pag. *alio quouis modo pro inſimulanda ſynodo Apoſtolicam ſedem interpellarent* *. Atque hæc Alexandri Pontificis tempore. Quæ vero ſequuntur ad *Gregorii VII* qui & *Hildebrandus*, Pontificatum pertinent.

* Ipſe vero Sifridus ad Alexandrum II ſub id tempus dedit litteras, in quibus hæc habe: *Porro adhuc antiquam noſtram ſuper rebellibus Thuringis conqueſtionem ad notitiam almæ ſedis veſtræ referimus, obnixe rogantes, vt armata manu, gladio Spiritus S. vſque ad expugnationem eorum, nobis dexteram feratis auxilii. Suggerimus quoque Sanctitati veſtræ, quod ſynodum ſuper his poſt Paſcha celebrare decreuimus; ad quem de latere veſtro legatos mitti poſtulamus, qui auctoritate veſtra & ipſi ſynodo præſint, & heo, quæ de Thuringis agimus, canonice terminent, & ſi qua alia corrigenda occurrerint. Quod ſi fieri nequit, aliis vos occupantibus negotiis, ſaltem petimus, ipſam ſynodum noſtram, quæ vtique & veſtra eſt, Apoſtolicis Sanctitatis veſtræ litteris roborari: quæ & rebellibus anathema denuntient, & quæcunque ibi canonice geſta veſtra auctoritate confirment.*

XVII Anno itaque MLXXIV, & MLXXV † Saxones & Thuringi, contra Regis tyrannidem, poſt multas, variasque apud illum, & Principes querimonias, preces, obteſtationes, arma corripuerunt. *Principibus ſuſpectus eſt* *Archiepiſcopus Moguntinus*, inquit *Lambertus*, *Erpesfurd eo tempore morabatur. Hunc adorti in communem ſententiam concedere vrgebant, nec prius regionibus illis excedere paſſi ſunt, donec datis obſidibus fidem ſuam firmaret, nihil ſe aduerſum eos armis, aut conſilio moliturum, quanquam nonnulli exiſtimarent, tam eum, quam Archiepiſcopum Colonienſem, & alios pleroſque Rheni Principes, iam a principio, coniurationis huius conſcios, participeſque extitiſſe: id tamen, dum incertus adhuc rerum euentus pendebat, ſumma ope diſſimulabant* *.

† Quin eodem hoc, quem ſupra dixit, anno MLXXIII, vt *Lambertum*, quem exſcribit, inſpicienti ad oculum patet.

* *Chronographus* certe *Magdeburgenſis* p. 293 prodit, Sifridum inter hæc litteris apud quoſdam Saxoniæ Præſules queſtum eſſe, communem ſeſe cum reliquis caſum ſuſtinere. *Sigfridus*, ait, *Magontinæ ſedis Archipræſul VVernero Magdeburgenſi & Burchardo Halberſtadenſi Epiſcopis litteras querimoniæ plenas miſit, quod Rex in Epiſcopatu ſuo loca prædationibus faciendis apta elegiſſet, poſitisque inibi caſtellis ac præſidiis multa mala rebus ſuæ eccleſiæ faceret. Rogauit etiam in iisdem litteris, quatenus ſe cum Annone Colonienſi Archiepiſcopo fideliſſimo fœdere coniungerent: non quod qualibet inimicitia diſſiderent, ſed quod non talis amicitia eos fideliter adunaret, vt vterque alteri ſecreta ſua credere, ſicut vellet, auderet.*

XVIII *Rex vero* (vt poſtea in eodem ſubditur) *videns coniurationem magis magiſque indies conualeſcere, copiaſque hoſtium augeri, conterritus etiam* *rogatu Henrici agit cũ Saxonibus.*
761 *damno caſtellorum ſuorum, quorum alia iam capta, alia ſummo molimine oppugnari audiebat, rogauit Moguntinum, & Colonienſem Archiepiſcopos, vt Saxones conuenirent, & turbatis rebus aliquod remedium inuenire conarentur. qui dicto obtemperantes, mandauerunt Principibus Saxoniæ, vt ſibi in monaſterio Corbeienſi IX Calen. Septembr. occurrerent, de communi commodo tractaturi. Epiſcopus Colonienſis caſu neſcio quo, an per induſtriam remoratus, die ſtatuto non venit, nuntios tamen miſit, qui pro ſe cauſſam dicerent, promittens omnibus, quæ ipſi de ſuis reipublicæ vtilitatibus rationabiliter ſtatuiſſent, ſe promptiſſime aſſenſurum, & pro communi ſalute, quantum poſſet, operam daturum. Moguntinus Archiepiſcopus reſidens cum Saxonibus, qui occurrerant, ſedulo nitebatur pacare eos, Regique reconciliare; ſed illi econtra, præter vulgatas vbique iniurias ſuas, quibus ab eo vehementer attriti fuerant, graues cauſſas afferebant, quibus probarent, eum ſine magna Chriſtianæ religionis iactura non poſſe vlterius regnare, ea ſcilicet in familiariſſimos amicos, ea in vxorem, ea in ſororem propriam Abbatiſſam de Quidelenburg, ea in alias perſonas naturæ neceſſitate ſibi coniunctiſſimas, facinora patraſſe, quæ ſi ſecundum eccleſiaſticas leges iudicarentur, & coniugium, & militiæ cingulum, & omnem prorſus ſæculi vſum, quanto magis regnum abdicare cenſeretur.* Fuit eo res tum perducta, vt datis vtrinque obſidibus ad Comitia veniretur, totaque Regis, & Saxonum ibi cauſſa diſceptaretur. Sed cum Rex dignitatis ſuæ negaret, dare obſides, Moguntinus, & Colonienſis Archiepiſcopi apud Saxones effecerunt, *vt omiſſis ex vtraque parte*, inquit *Lambertus*, *obſidibus, ipſi tantum pro pace firmanda fidem ſuam interponerent.*

XIX Pontifex vero Gregorius, *querimoniis, & clamoribus Catholicorum* *Sententiam Pontificis*
iuſtis, inquit *Marianus*, *aduerſum Henricum, & ſcelerum eius immanitatem*

Regem latam probaſſe dicitur. *auditis, zelo Dei accenſus, iam dictum Regem excommunicatum pronuntiauit, maxime propter ſimoniam. Quod factum Catholicis quidem viris bene placuit, ſimoniacis vero, ac fautoribus Regis nimium diſplicuit, qui dicebant, nunquam fuiſſe auditum, Regem aliquando excommunicationi ſubditum. Facta eſt ergo maxima diuiſio in eccleſia Dei: Catholicis Domino Apoſtolico ſtudioſe fauentibus,* *Mendoſum quod in parentheſi (S.)* *ac præceptis eius (Henrico, & ſchiſmaticis, cooperatoribus eius) ex corde obedientiam exhibentibus: inter quos erat princeps, & ſignifer iuſtitiæ, dilectus Deo & hominibus, B. Hanno Colonienſis Archiepiſcopus (cuius memoria in benedictione eſt) cum reuerendiſſimis eccleſiarum rectoribus Sigefrido Moguntino, Vezelino Magdeburg. Rucherio Halberſtadenſi, aliiſque Epiſcopis, & Abbatibus, monachis, & clericis, aſſentientibus quoque Principibus totius Saxoniæ, Ottone Duce, Magno Duce, Vdone Marchione, Ludouico Comite, cum aliis innumerabilibus tam nobilium, quam infimorum militaribus viris. Quorum fidei deuotionem, ac feruorem iuſtitiæ venerabilis Papa Gregorius audiens, & contra eos ſæuitiam Henrici, fautorumque eius, quemadmodum & contra ſemetipſum, inſurgere videns, ne deficerent in tribulationibus, quas ſuſtinebant ab iniquis, ſed fortiores, immo conſtantiæ virtute ſolidiores efficerentur: miſſis ad eos litteris, paucis hæreticorum audaciam, garrulitatem, & ſuperbiam, auctore Henrico, ac defenſore, ad iniuriam, & contumeliam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ perſtrinxit elatam: quam ob rem Regem anathematis vinculo alligauit, litteris inſinuauit: quibus Catholici, ad reſiſtendum iniquis hæreticis, conſtantiores effecti ſunt.*

Edit. 1 pag. 762

Ad conuentũ Gerſtungenſem a Rege mittitur. XX *Principes igitur* (verba *Lamberti* erunt deinceps) *Saxoniæ XIII Calend. Nouembr. iuxta condictum venerunt in Gerſtengun, cum XIV millibus armatis, cetera multitudine ad cuſtodiam regionis, atque in obſidione caſtellorum derelicta. Aderant etiam ex parte Regis Moguntinus Archiepiſcopus, Colonienſis Archiepiſcopus, Metenſis Epiſcopus, Babenbergenſis Epiſcopus, Gozelo Lotharingorum Dux, Rudolphus Sueuorum Dux, Bertholdus Carentinorum Dux, miſſi a Rege, vt cauſſam, quam aduerſum ſe afferrent, diſcuterent. Ipſe eo venire noluit, ſed in ciuitate Wirceburg exitum rei præſtolabatur, præcauens ſcilicet, ne tumultuantis populi furor, ſua magis præſentia efferatus, aliquid forſitan in ſe, quod ſecus eſſet, admitteret. Igitur Principes Saxoniæ, Principum, qui a Rege venerant, pedibus prouoluti, rogabant per Deum, vt ad ventilandam cauſſam ſuam intenti cognitores, & iuſti iudices adeſſent, nec perpenderent, quantum, quaque in republica, inuſitatum opus aggreſſi eſſent, ſed quæ calamitas eos ad hæc extrema coegiſſet. Accepta deinde dicendi copia, ſuas ſinguli iniurias expoſuerunt, quæ in ipſos ſingulos, quæ etiam in gentem ſuam Rex facinora nefanda commiſiſſet, quibus præterea inauditis criminibus ipſam regii nominis maieſtatem polluiſſet. Obſtupuerunt Principes, qui a Rege* 763 *Ierem. 19, 3* *venerant, & præ immanitate ſcelerum, ſecundum Prophetam, tinniebant aures omnium, nec eos quod pro libertate ſua, pro coniugibus, pro liberis, arma ſumpſiſſent, ſed quod intolerabiles contumelias muliebri patientia tam diu ſupportaſſent, culpandos cenſebant. cumque toto triduo conſilia contuliſſent, & quid facto opus eſſet, communi ſollicitudine perquirerent, hæc poſtremo cunctis ſententia conuenit, vt, reprobato Rege, alium, qui gubernando regno idoneus eſſet, eligerent. Id tamen haud temere publicari placuit, donec Rege, per occaſionem pacis, in remotiores partes regni abducto, cum ceteris regni Principibus conſilium hoc communicarent. Propter hoc, vulgari iubent in plebem, in hanc ſententiam vtriuſque partis Principes conſenſiſſe, vt Saxones Regi, pro admiſſa in eum atque in rempublicam temeritate, ſatisfactionem congruam proponerent. Rex autem eis, & facti impunitatem, & iniuriarum, quibus ad defectionem eos coegiſſe inſimulabatur, de ceteris ſecuritatem ſub iureiurando promitteret. His rebus conficiendis tempus ſtatutum eſt in natalem Domini, Rege eam feſtiuitatem Coloniæ celebraturo. Et profecto Rudolphum Ducem ibidem abſque dilatione Regem conſtituiſſent, niſi ille pertinaciter reſiſtendo iuraret, nunquam ſe in hoc conſenſurum, niſi a cunctis Principibus conuentu habito, ſine nota periurii, integra exiſtimatione ſua, id facere poſſe decerneretur. Saxones in ſua cum pace redierunt.*

XXI Et

Edit. I pag. 764 XXI Et quibuſdam interpoſitis, pergit *Lambertus*: *Interea Saxones crebris legationibus vrgebant Principes Rheni, vt vel ſibi conſtituendi Regis poteſtatem facerent, vel ipſi quomodo & dignitate, & multitudine ſuperiores eſſent, quemcunque vellent, Saxonibus ſuffragium ferentibus, eligerent, & conſtituerent, nec ſinerent rempublicam vnius hominis ignauia ad extremam vſque vaſtitatem deperire. His accenſus Archiepiſcopus Moguntinus, cui potiſſimum propter primatum Moguntinæ ſedis eligendi, & conſecrandi regis auctoritas deferebatur, Principes de regno toto Moguntiam euocauit, vt communi conſilio Rudolphum Ducem Regem conſtitueret.* Principes Moguntiam conuocat.

XXII Sed ob ſubitum Regis aduentum diſturbata hæc omnia, & cum ob regiorum iniurias ad arma rurſum conuolaſſent Saxones, *Rex*, inquit *Lambertus*, *Moguntinum & Colonienſem Archiepiſcopos ad colloquium euocans, obnixe rogauit, vt Saxones conuenirent, agerentque cum eis, vt ab oppugnatione caſtellorum, datis ſaltem ad modicum tempus induciis, recederent. Illi quanquam laborem hunc in irritum ceſſurum, haud dubie ſcirent, tamen quia moleſtus eis erat, facturos ſe, quod rogabantur, promiſerunt, ſtatimque miſſis legatis, mandauerunt Principibus Saxoniæ, vt ſibi proxima hebdomada poſt Epiphaniam Corbeiæ ad colloquium occurrerent. Hoc anno, poſt exortum bellum Saxonicum, nulla deinceps exactio facta eſt decimarum in Thuringia, gaudentibus Thuringis, quod occaſionem inueniſſent, vt traditas ſibi a patribus leges manu militari tuerentur, & dolente Rege, quod dum decimis immoderatius inhiaret, pæne regnum cum vita amiſiſſet.* rogatu Regis denuo cum Saxonibus agit.

XXIII Et poſtea: Anno MLXXIV *Moguntinus & Colonienſis Archiepiſcopi die ſtatuta Corbeiam iuxta condictum venientes, ſicut in mandatis a Rege habebant, rogabant Saxones, qui ibidem occurrerant, vt ab expugnatione caſtellorum exercitum abducerent. At illi nulla ratione ſe hoc facturos reſponderunt; præterea vehementer eos obiurgarunt, quod dum deliberando, & modo*
765 *colloquia, modo inducias expetendo tempus triuerant, & Regi audaciam auxiſſent, & ſibi maximas commoditates vindicandæ libertatis corrupiſſent. proinde recederent, nec ſibi vltra, verbis pacificis, in dolo illuderent: ſe in eum locum progreſſos eſſe, vbi iam non muliebribus colloquiis, ſed militaribus armis res expedienda ſit. Vix tandem ſedata multitudine ab his, qui ſapientiores erant, vnanimi conſenſu ſtatuerunt, vt proxima hebdomade poſt purificationem S. Mariæ, Friteſlar conuenirent, ibique communicato cum ceteris regni Principibus conſilio, periclitanti reipublicæ rectorem, qui omnibus placuiſſet, conſtituerent. Regi quoque mandauerunt, vt ſi ita ſibi expedire iudicaret, die ſtatuta præſto adeſſet, & ius ſuum, non per epiſtolas, aut per internuntios, ſed præſens ipſe viua voce expoſtularet. Poſtquam in hanc ſententiam digreſſi ſunt*, &c.

XXIV Rex vero Principes, quos a ſe ob tot ſua ſcelera, crudelitatem, & perfidiam alienatos paullatim deficere dolebat, vt ad ſe cum copiis contra Saxones & Thuringos venirent, per DEVM obſecrabat. *Sed*, vt in *Lamberto* ſequitur, *Archiepiſcopus Moguntinus, Archiepiſcopus Colonienſis, Epiſcopus Argentorati, Epiſcopus Wormatienſis, quem ciuitate ſua expulerat Rex, præterea omnes Duces Boiariæ, Sueuiæ, Lotharingiæ, Moſellæ regionis, Carentinorum, milites etiam Fuldenſis, & Herueldenſis Abbatum conſtanter ei contradixerunt, nolle ſe ad oppreſſionem innocentum arma ferre, qui ſi etiam aliquid, quod gladio vindice plecti debeat, admiſiſſent, ad hoc eos grauis, & facile excuſabilis neceſſitas impuliſſet.* Tandem multis vltro, citroque dictis & factis, de pace actum eſt. Rex coactus veniam dedit omnibus, & caſtella, quæ, vt, mancipiorum modo, Saxones, & Thuringos haberet, exſtrui curauerat, dirui annuit. Sed in pactis, & conuentis non perſtitit. Et contra Saxones aſſiſtere detrectat.

Litem Ieromiri Pragenſis decidere prohibetur.

1 Hæc inter Sifridus litem, qua Ieromiro Pragenſi cum Ioanne Epiſcopo Morauienſi intercedebat, auctoritate metropolitana decidere conabatur; quod indigne ferens Gregorius VII P. M. litteris, V Kalend. April. anno hoc MLXXIV datis, eum corripuit.

Regi his præſto eſt.

2) Feriis poſt Chriſto reſurgenti ſacris cum Henrico Sifridus egit Bambergæ, vt diſerte *Lambertus* habet; in gratiam enim ab eo receptus erat. *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. II § XLIV p. 82. Quin Pentecoſtalibus ſplendide ac populariter Moguntiæ accepto ſua itidem exhibuit miniſteria, quod *Lambertus* ſimiliter l. d. refert.

XXV *Hil-*

Pontificis mandatum de cælibatu clericorum clero iuſſus proponit. Edit. I p. 766

XXV *Hildebrandus vero Papa*, inquit multis interiectis *Lambertus*, *cum Epiſcopis Italiæ conueniens iam frequentibus ſynodis decreuerat, vt ſecundum inſtituta antiquorum canonum * Presbyteri vxores non habeant: habentes, aut dimittant, aut deponantur: ne quiſquam omnino ad ſacerdotium admittatur, qui non in perpetuum continentiam, vitamque cælibem profiteatur. Hoc decreto per totam Italiam promulgato, crebras litteras ad Epiſcopos Galliarum tranſmittebat, præcipiens, vt ipſi quoque in ſuis eccleſiis ſimiliter facerent, atque a contubernio ſacerdotum omnes omnino feminas perpetuo anathemate reſecarent. Aduerſus hoc decretum protinus vehementer infremuit tota factio clericorum: hominem plane hæreticum, & veſani dogmatis eſſe clamitans, qui oblitus ſermonis Domini, quo ait,* non omnes capiunt hoc verbum. Qui poteſt capere, capiat. *Et Apoſtolus:* Qui ſe non continet, nubat. Melius eſt enim nubere, quam vri; *violenta exactione viuere homines cogeret, ritu angelorum, & dum conſuetum curſum naturæ negaret, fornicationi, & immunditiei frena laxaret. Quod ſi pergeret ſententiam confirmare, malle ſe ſacerdotium, quam coniugium deſerere, & tunc viſurum eum, cui homines ſorderent, vnde gubernandis per eccleſiam Dei plebibus angelos comparaturus eſſet. Nihilominus ille inſtabat, & aſſiduis legationibus Epiſcopos omnes ſocordiæ, ac deſidiæ arguebat, & niſi ocius iniunctum ſibi negotium exequerentur, Apoſtolica ſe cenſura in eos animaduerſurum comminabatur.*

* *Concil. Ancyr.* can. X, *Neocaſ.* cap. I, *Nicæni I* can. III, *Carth. II* can. II, *Carth. V* can. III, *African.* can. XXXVII, *Arelat. II c. II, Aurelian. III c. II, Aquiſgr. I c. VI VVormacienſ. c. IX, Moguntin. c. X* vtrumque *lib. I cap. XXXIII.* (Serarius)

Archiepiſcopus Moguntinus, ſciens non paruo conſtare operam hanc, vt tanto tempore inolitam conſuetudinem reuelleret, atque ad rudimenta eccleſiæ naſcentis ſeneſcentem iam mundum reformaret, moderatius agebat cum eis, & primo eis in dimidium annum inducias, & deliberandi copiam dedit, hortans eos, vt quod neceſſario faciendum ſit, ſponte faciant, & tam ſibi, quam Romano Pontifici neceſſitatem adimant, aliquid in eos, quod ſecus ſit, decernendi. 767 *Ad vltimum congregata ſynodo in Erfordia, menſe Octobri, preſſius iam imminebat, vt relegata omni tergiuerſatione in præſentiarum, aut coniugium abiurarent, aut ſacri altaris miniſterio ſe abdicarent. Multas econtra illi rationes afferebant, quibus inſtantis, perurgentiſque improbitatem eludere, ſententiamque caſſare niterentur. Cumque aduerſus Apoſtolicæ ſedis auctoritatem, qua ſe ille ad hanc exactionem præter voluntatem propriam compulſum obtendebat, nihil argumenta, nihil ſupplicationes, preceſque proficerent, egreſſi tanquam ad conſultandum, conſilium ineunt, vt in ſynodum non redeant, ſed iniuſſi omnes in domos ſuas diſcedant. Nonnulli etiam confuſis vocibus clamitabant, melius ſibi videri, vt in ſynodum regreſſi ipſum Epiſcopum, priuſquam execrabilem aduerſum eos ſententiam promulgaret, cathedra Epiſcopali deturbarent, & merita morte multato, inſigne monumentum ad poſteros tranſmitterent, ne quis deinceps ſucceſſorum eius talem ſacerdotali nomini calumniam ſtruere niteretur, & tentaret *. Cum ad Epiſcopum relatum eſſet, hoc eos machinari, commonitus a ſuis, vt tumultum, qui oriebatur, matura moderatione præuerteret, miſit ad eos foras, rogauitque, vt ſedato pectore in ſynodum regrederentur; ſe, cum primum opportunitas arriſiſſet, Romam miſſurum, & Dominum Apoſtolicum, ſi qua poſſet ratione, ab hac ſententiæ auſteritate deducturum.*

Supra lib. I c. 33 p. 144

quiindignatus, tumultum excitat

* Vide, ad quantam & impudentiam, & impietatem clericos prouehat libido. Lege S. Bonifacii contra concubinarios & mulieroſos clericos zelum l. III ſupra. *(Serarius)*

Ipſe decimas denuo vrget *Poſtero die admiſſis in auditorium communiter laicis, & clericis, veterem illam de reddendis decimis querelam replicat, & quaſi nihil bello Saxonico, nihil actum ſit conditionibus, quibus paullo ſuperius in Gerſtingun pax conuenerat, de integro Thuringos omnes de iniuſta decimarum retentatione reos addicere molitur, nec recogitat, hanc cauſſam originem, ſeminariumque extitiſſe omnium calamitatum, quibus perplures in annos reſpublica incommodiſſime vexabatur. Indigne nimis tulerunt hoc Thuringi, vtpote qui, propter recentem belli ſucceſſum, tumidos adhuc ſpiritus gerebant, ſibique vaniſſime perſuaſerant,*

Edit. I pag. *ram, quod poſt triumphatum Regem, & acceptum guſtum audaciæ eorum, nullus deinceps futurus eſſet Epiſcopus, qui eis aliquam ſuper hac re mouere moleſtiam auderet. Primo tamen temperatis reſponſionibus ei ſuggerunt, non alia ſe ratione in Gerſtingun recuperandæ paci conſenſiſſe, quam vt legitima ſua, a primis diebus ſtatuta, rata ſibi in perpetuum, atque inconuulſa manerent. Cum hæc replicando ſurdis auribus fabulam narrare viderentur, ſubito efferata mente ſe foras proripiunt, ad arma conclamant, & ad momentum contracta ingenti multitudine in ſynodum prorumpunt, & niſi maturius milites Epiſcopi interceſſiſſent, & blandiendo, rationemque reddendo potius, quam repugnando, quo-*
768 *niam viribus impares erant, ferocientis turbæ impetum inhibuiſſent, in ipſa cathedra Epiſcopali Epiſcopum oppreſſiſſent. Ita ſoluta eſt ſynodus tam Epiſcopo, quam cunctis, qui aſſederant, clericis vltima formidine conſternatis, & paſſim per omnes eccleſiæ angulos latebras ſibi quærentibus. Statim Epiſcopus Erfordia diſcedens, reliquam partem anni vſque ad Epiphaniam, in Helegenſtat exegit, & per omnes feſtos dies inter ſacra Miſſarum ſollemnia eos, qui ſanctam ſynodum turbauerant, ad pœnitentiam ſub Epiſcopali banno euocauit.*

† In caſtitate vrgenda languor, & in exigendis decimis parum opportuna vehementia. *(Ser.)*

Eadem fere, ſed more ſuo aſtricte *Marianus* ſic: *Hildebrandus, qui & Gregorius Papa, ſedit annis XII. Decreuit præcepto Petri Apoſtoli, & S. Clementis, & canonibus Patrum per bannum DEI, Petri, & Pauli, & ſuum, ſynodali iudicio multorum Epiſcoporum, & contradicens interdixit Presbyteris, Diaconibus, omnibusque clericis, vxores habere, & omnino cum feminis habitare: niſi cum eis, quas regula, vel Nicaena ſynodus conceſſit. Decreuit quoque, vt ſub ſententia S. Petri cum Simone damnaretur, non ſolum emptor, ſed & venditor, cuiuſque conſecrationis officii eccleſiaſtici, id eſt, Epiſcopatus, Presbyteratus, Diaconatus, Præpoſituræ eccleſiæ, vel decimationis, ſed & ſocius tranſgreſſoris. Dominus enim dixit;* Gratis accepiſtis, gratis date. *Vnde* *Matth. X. 8.* *& de prædicta ſynodo legati Papæ miſſi ad Henricum regem Romanorum, id eſt, duo Epiſcopi cum Regina eiuſdem Regis matre & vniuerſali ſynodo, coram Rege, communi omnium Epiſcoporum interdictu, feminas ſepararent a clericis, & maxime a Presbyteris: & voluerunt eſſe in Paſcha cum Rege in ciuitate Babenberga, nec cibum, vel ſocietatem Hermanni eius ciuitatis Epiſcopi habere, qui etiam Epiſcopatum comparauit.*

cœnobio Rauengeresburg certos donat reditus. 1) Locum ceteroquin *Rauengeresburg*, quem Bertholdus, Comes Sponheimenſis & coniux Sophia monaſterio ſtatuendo elegerant, Diuoque obtulerant Martino, ipſe certis ditauit reditibus. Superant litteræ, quibus ipſe hoc perſcripſit iuxta atque teſtatus eſt. Datæ ſunt *an. MLXXIV, indictione XII, regnante Henrico IV.*

Romam vocatur ad ſynodum. 2) Hæc aliaque dum fiebant, Gregorius animum induxerat, anno ſequenti prima anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii hebdomade Romæ ſynodum agere. Ad quam cum alios Germaniæ Epiſcopos euocaret, & Sifridum litteris, II Non. Decembr. anno hoc MLXXIV datis, Apoſtolica monuit auctoritate, vt cum eccleſiæ Moguntinæ Suffraganeis, Othone Conſtantienſi, Wernero Argentoratenſi, Henrico Spirenſi, Hermanno Bambergenſi, Embrichone Auguſtano, & Adalberone Wirzburgenſi, ſi poſſit, veniret.

XXVI Eiuſdem Hermanni cum clericis ſuis longam explicat contentionem *De Hermanni Bambergenſis fatis.* *Lambertus*, & ſubdit: *Incertus, confuſusque animi, miſit ad Epiſcopum Mo-*
769 *guntinum, fidiſſimum ſibi amicum, quem multis ſæpe beneficiis priuatim, & publice ſibi deuinxiſſet, quique omnium, quæ in acquirendo, vel adminiſtrando Epiſcopatu geſſiſſet, conſcius ſibi, particepsque extitiſſet, rogauitque, vt quam citiſſime veniret. Ille nihil moratus affuit, egitque, vt rogabatur, cum clericis, ne obliti pudoris, ac modeſtiæ ſuæ in Epiſcopum ſuum, quem, propter Deum, patris loco venerari debuiſſent, ſine cauſſa excandeſcerent, cum eos nec dicto, nec facto, quod iuſte in querelam vocare poſſent, ſciens prouocaſſet: vel ſi quid, quod eos læderet, forte inſcius admiſiſſet, ſe cognitore, atque arbitro, paratus eſſet quouis modo ſatisfacere offenſis: parcerent, ſin minus eius innocentiæ, at honori, atque exiſtimationi propriæ, ne ad contemnendos Epiſcopos ſuos ceteri per orbem terrarum clerici hoc animarentur exemplo, & rebellionis, atque contumaciæ peſtilens hic morbus, ſumpto a Babenbergenſibus initio, totum inficeret corpus gregis Dominici. Nihil illi placationis, nihil laxamenti admittentes, grauiſſimis cum conuitiis confutarunt, iuſtiſſime dicentes in eum quoque Apoſtolicæ*

licæ excommunicationis anathema procedere debuiſſe, qui hominem omnibus probris infamatum, & nihil in moribus, nihil in ſcientia dignum ſacerdotio afferentem, per ſimoniacam hæreſin Epiſcopum ordinaſſet. Nec ad excuſandas excuſationes in peccatis obtendere poſſe ignorantiam, cum actus eius, omnemque vitæ inſtitutionem, tanquam qui in laribus ſuis diu familiariſſime obuerſatus ſit, optime cognouiſſet, & omnibus, quæ in coemendo Epiſcopatu acta ſint, medius ipſe, atque intimus interfuiſſet. Edit. I pag.

Videns Archiepiſcopus, obſtinatos in contentione clericos nulla ratione mitigari poſſe, ne quid pro amico ſuo intactum, intentatumque relinqueret, aſſumpto eo, Romam ire ſtatuit, ſperans Romanum Pontificem vel pecunia, vel ſupplicatione expugnari poſſe, vt eum crimine, atque anathemate abſolueret. Sed inter eundem reputans, non ſatis tutum eſſe, vt eum, non prius explorato Romani Pontificis animo, Romam perduceret, ſuaſit ei, in extrinſecis eccleſiæ Babenbergenſis poſſeſſionibus reditum ſuum præſtolari, & ipſe cum paucis, vt inſtituerat, concitus Romam contendit. Quo dum veniſſet, vix & ægre, vt a Romano Pontifice in communionem ſuſciperetur, obtinuit, & qui in alienis criminibus patronum ſe parauerat, ipſe de propriis inſimulatus, quod Babenbergenſem Epiſcopum per ſimoniacam hæreſin ſciens ordinaſſet, pæne gradus ſui periculum incurrerat. Ad vltimum diſcedenti iuſſum eſt, vt ab eius communione omni modo abſtineret, & promulgatam aduerſus eum Apoſtolicæ excommunicationis ſententiam omnibus Teutonici regni Principibus notam faceret, & cum primum conficiendæ rei opportunitas arriſiſſet, alium pro eo Babenbergenſibus Epiſcopum ordinaret.

Quod vbi Babenbergenſi Epiſcopo compertum eſt, nullam deinceps ſpem ſibi reliquam niſi in clementia Romani Pontificis fore ratus, conductis, qui cauſſam ſuam apud ſedem Apoſtolicam dicendi arte tuerentur, Romam perrexit. Sed 770
Romani Pontificis conſtantia, & inuictus aduerſus auaritiam animus omnia excludebat argumenta humanæ fallaciæ. Multis lacrimis, multis precibus, multis ſupplicationibus, multis rhetorica arte compoſitis diſceptationibus, vix hoc ſolum obtinuit, vt ea conditione anathemate abſolueretur, quatenus vbi primum in patriam rediiſſet, monaſterium ingrederetur, atque ibi deinceps a cunctis in perpetuum ſæculi actibus feriatus, ſcandalizatam ſua ambitione eccleſiam digna ſatisfactione defleret.

Scilicet, Hermannum Bambergenſem anno ſuperiori Gregorius officio ad tempus abſtinere iuſſit. Hoc vero, qui poſt Domini natalem MLXXV fuit, variorum capitum a Clero Bambergenſi accuſatum grauibus anathematum religionibus inuoluit, ac ipſa muneris gerendi poteſtate in perpetuum exuit; quo præter *Lambertum* vide litteras, quas ad clerum ille Bambergenſem XII Kal. Maii & XIII Kal. Aug. dedit, in *diplomatum Bambergenſium* codicillo appendice n. XXXIV & XXXIII. Sacrorum interdicto ſubditum ac dignitate depulſum litteris Laurenti XIII Kal. Aug. datis (quas l.d. n. XXXV legas) Sifrido ſignificauit, ſimulque præcepit, vt id ſedis Moguntinæ Suffraganeis notum faceret, ac eccleſiæ Bambergenſi alium præficeret, ordinaretque Paſtorem. Hermanno, hac Pontificis ſententia perculſo, ædis cathedralis Canonici reuerentiam denegabant, ac vt quantocius vrbe & Epiſcopio excederet, acriter ſatis exigebant. Quo factum, vt has deiectus in anguſtias Sifridum rogaret, ne miſerum ſua deſtitueret ope, ſed quamprimum Bambergam veniret: quod & ille, vti heic *Lambertus* narrat, ſine mora fecit.

Saxonum indignationem incurrit.

XXVII Poſtea Regem ſecutus eſt Moguntinus *, & poſt illud prœlium, quo tot ex infima Saxonum plebe millia cæſa ſunt, Regii *grauiter nimis ferebant, & inter ſe haud obſcuris muſſitationibus fremebant*, inquit *Lambertus*, *quod maximo ſui piaculo, minimo reipublicæ emolumento, manus ſuas innoxiæ plebis ſanguine polluiſſent. Rex ipſe quam plurimum verebatur, ne miles in irritum, fuſi tanti ſanguinis pænitens, religionis obtentu, deinceps militiam detrectaret, quam ſine peccato, & graui offenſa Dei adminiſtrare non poſſet. Peſſimæ rei peſſimum Moguntinus Archiepiſcopus remedium adhibuit. Collato cum paucis familiaribus Regis conſilio repente proceſſit in publicum, & Principes Thuringiæ nec canonice ad ſynodum euocatos, nec ſynodali audientia ſecundum eccleſiaſticas leges diſcuſſos, præcipiti ſententia excommunicauit, ea ſcilicet cauſſa, quod eum, anno priore, Erfordiæ, cum ad exigendas decimas aſſediſſet, diſtrictis gladiis intra eccleſiam impetiſſent. Et ne quis ei forte hoc crimini daret,*

Edit. I pag. *daret, quod contra canonum ſcita miſeros homines tam inexplicabilibus negotiis ad præſens implicitos, tam iniquo tempore adortus fuiſſet, quando tantis vndique bellorum procellis iactati, non cauſſis dicendis vacare, ſed vitam ſuam fuga, vel armis ſeruare neceſſe haberent:* ait, *a Romano Pontifice ſibi hoc per-*
771 *miſſum eſſe, vt abſque legitimis induciis, abſque legitima diſcuſſione, die, quo ſibi occurreret, eos iuſto anathemate ab eccleſia recideret. Nullum tamen ſapientem latere potuit, quo potiſſimum ſpectaret hoc factum, eo ſcilicet, vt exercitus Regis promptior deinceps, fidentiorque aduerſum eos bellum gereret, de quorum occiſione, ſi poſt excommunicationem occiſi fuiſſent, putaret ſe nec peccatis obnoxium fore, nec pœnis, quas leges eccleſiaſticæ ſtatuunt homicidis.*

* Quin crediderim, antea. Cauſſa eſt, quod prœlium hoc, quo Henricus Saxones ad Vnſtrutum profligauit, *V Id. Iun.* factum ſit: ſententia vero, quam Gregorius aduerſus Hermannum tulerat, poſt demum Bambergæ publicata videatur.

XXVIII Miſſus a Rege ad Saxones Moguntinus, cum iis agebat, arma ponerent, neque gentem ſuam totam funditus perditum irent. Idemque Sigefridus *in Halberſtatenſem*, vt pergit narrare idem auctor, *Epiſcopum efferatus, pro eo quod per eum potiſſimum ſtetiſſe videretur, ne Saxones deditioni conſentirent, ſpirituali armatura debellare parat, quem militari manu non potuerat. Legatum ei mittit, eumque ad ſynodum euocat, intentans ei crimen periurii, ea de cauſſa, quod contra rempublicam, cui ſub iureiurando fidem ſpopondiſſet, inſtructam aciem dux ipſe belli duxiſſet, & hac occaſione Epiſcopatu eum deturbare, ſi vota ſequatur effectus, machinatur, parum recolens, ſe ipſum eadem noxa teneri, quia & ipſe, & cuncti Principes regni, qui nunc partium Regis erant, in hæc eadem contra Regem bella a principio coniurauerant. Sed nuntius metu hoſtium, per quorum terras tranſeundum erat, retardatus eſt, ne ad legitimas inducias, ſicut ſollemne eſt, ei diem diceret. Atque ita ineptum conſilium eadem leuitate euanuit, qua cœptum fuerat. Synodum tamen eodem anno menſe Octobri Moguntiæ congregauit, vbi inter alios Epiſcopos, qui conuenerant, aderat Curienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis litteras, mandata deferens, quibus ei, ſub interminatione gradus, & ordinis ſui, præcipiebat, ſicut antea quoque multis legationibus præceperat, vt Presbyteros omnes, qui intra ſuam diœceſin eſſent, cogeret aut in præſentiarum coniugibus renunciare, aut ſe in*
772 *perpetuum ſacri altaris miniſterio abdicare. Quod dum facere vellet, exſurgentes, qui vndique aſſidebant clerici, ita eum verbis confutabant, ita manibus, & totius corporis geſtu in eum debacchabantur, vt ſe vita comite ſynodo exceſſurum deſperaret. Sic tandem rei difficultate ſuperatus, ſtatuit ſibi deinceps tali quæſtione omnino ſuperſedendum, & Romano Pontifici relinquendum, vt cauſſam, quam ipſe toties inutiliter propoſuiſſet, ille per ſemetipſum, quando, & quomodo vellet, peroraret.* Huius vero tantæ in clericorum expugnanda intemperantia, & contumacia, curæ quis exitus fuerit, dicetur poſtea.

ad eos a Rege miſſum.

Synodum celebrat

Sic S. Bonifacius apud S. Wilibaldum. (Ser.)

Ceterum, quum his temporibus Wernerus, Antiſtes Argentoratenſis, incuſaretur, ac ſi pecunia viam ad ſedis Epiſcopalis honores ſibi muniuiſſet, Gregorius VII iuſſit, vt Sifridus hac de re inquireret. *Vnde volumus,* inquit, *atque præcipimus, quatenus vnum, quod apud nos adhuc manet in dubium, ſimoniacæ videlicet hæreſeos contagium diligenter diſcutias, & quicquid ſuper eo certum reperetis, nobis intimare non differas.*

Iubetur in electionem Epiſc. Argentinenſis inquirere.

XXIX Cum vero Regis in Saxones animus recruduiſſet, bellumque vtrinque graue impenderet, poſt multa, & varia perfecerunt tandem Moguntinus, & Saltzburgenſis Archiepiſcopi, Auguſtenſis, & Wirceburgenſis Epiſcopi, & cum iis Lotharingiæ Dux Gozelo (*cuius*, ait *Lambertus*, *potiſſimum in ea expeditione auctoritas valebat, & in quo eorum, quæ agenda eſſent, ſumma & cardo vertebatur*) vt optimis conditionibus, quas iſti, Rege volente, ac annuente ſpondebant, ſeſe Saxonum Principes dederent. Sed fœderum omnium Rex immemor, ſponſas conditiones violauit; illoſque varios in carceres compegit, vt explicat *Lambertus*, qui, quæ ſequuntur, addit.

Saxones, vt ſe Regi dedant, permouet.

XXX Anno MLXXVI *Hildebrandi Papæ legati denuntiarunt Regi, vt feria ſecunda ſecundæ hebdomadæ in quadrageſima ad ſynodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ obiicerentur, cauſſam dicturus; alioqui ſciret, abſque omni procraſtinatione eodem die de corpore eccleſiæ ſanctæ Apoſtolico ana-*

Henricus a Pontifice Romam vocatus

themate abſcindendum eſſe. Quæ legatio Regem vehementer permouit, ſtatimque abiectis cum graui contumelia legatis, omnes, qui in regno ſuo eſſent, Epiſcopos, & Abbates Wormatiæ dominica Septuageſimæ conuenire præcepit, tractare cum eis volens ad deponendum Romanum Pontificem, ſi qua ſibi via, ſi qua ratio pateret, in hoc cardine totam voti ratus ſalutem ſuam, & regni ſtabilitatem, ſi is non eſſet Epiſcopus. Et ſane perfecit Rex, non ne eſſet; ſed ne ab improbis, & pleriſque parum cautis, & ſapientibus ad tempus aliquod haberetur, ſubrogato in ipſius locum Quintino quodam, qui & *Clemens Antipapa.* Edit. I pag. 773

& hac de re concilium Vormatiæ agente,

XXXI *Venit vero Rex Wormatiam, venerunt etiam Epiſcopi, & Abbates ampliſſimo numero. Commode quoque conficiendis tantis rebus interuenit quidam ex Cardinalibus Romanis, Hugo, cognomento Blancus, quem ante paucos dies, propter ineptiam eius, & mores inconditos, Papa de ſtatione ſua amouerat, deferens ſecum de vita & inſtitutione Papæ ſcenicis figmentis conſimilem tragœdiam, ſcilicet vnde oriundus, qualiter ab ineunte ætate conuerſatus, quam peruerſo ordine ſedem Apoſtolicam occupauerit, quæ ante Epiſcopatum, quæ poſt acceptum Epiſcopatum, memoratu quoque incredibilia flagitia commiſerit. Huius auctoritatem tanquam diuinitus ſibi deſtinatam gratiſſime amplexati, & promptiſſime ſecuti ſententiam promulgarunt, quod Papa eſſe non poſſit, nec vllam, iuxta priuilegium Romanæ ſedis, ligandi, aut ſoluendi poteſtatem habeat, vel aliquando habuerit, qui tantis vitam probris ac criminibus commacularit. Cumque ceteri omnes damnationi eius nihil hæſitantes ſubſcriberent, Adalbero Wirtzeburgenſis Epiſcopus, & Herimannus Mettenſis Epiſcopus aliquamdiu reſtiterunt, dicentes: Incongruum valde, & contra canonum ſcita eſſe, vt Epiſcopus aliquis abſens, abſque generali concilio, ſine legitimis & idoneis accuſatoribus, & teſtibus, nec dum probatis criminibus, quæ obiicerentur, condemnaretur, ne dum Romanus Pontifex, aduerſus quem nec Epiſcopi, nec Archiepiſcopi cuiuſquam recipienda ſit accuſatio. Sed Wilhelmus Traiectenſis Epiſcopus, qui cauſſam Regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, vt aut cum ceteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut Regi, cui ſub iureiurando fidem ſpopondiſſent, protinus renuntiarent. Is eo tempore Regi admodum charus, acceptusque erat, eique Rex omnium, quæ priuatim, vel publice agenda erant, poſt ſe ordinationem delegauerat, vir ſecularibus litteris apprime eruditus, ſed faſtu nimio inflatus vix ſe ipſe ferebat.* 774

ipſius ad voluntatem ſe conuertit,

Hinc a Papa excommunicatur.

XXXII *Igitur ex nomine omnium, qui conuenerant Epiſcoporum, & Abbatum, plenæ contumeliarum litteræ Romam deſtinantur, quibus denuntietur Romano Pontifici, vt pontificatu, quem contra leges eccleſiaſticas vſurpaſſet, ſeſe abdicet, ſciatque, poſt eam diem quidquid agat, iubeat, decernat, irritum haberi. Legati, vt iuſſum fuerat, ſummo conatu iter accelerantes, pridie quam ſynodus indicta celebraretur, Romam ingreſſi, litteras tradunt. Tunc ceteram legationem, ſicut in mandatis habebant, verbo non minus contumelioſo, quam ſcripto exſequuntur. Papa nihil permotus atrocitate nuntii, poſtera die cum clerus & populus ad ſynodum frequens confluxiſſet, in auribus omnium litteras recitari fecit, & ſic cunctis, qui conuenerant, Epiſcopis id fieri decernentibus, Regem excommunicatum, & cum eo Archiepiſcopum Moguntinum Sigefridum,* (prout etiam refert *Blondus* decadis II lib. III) *Epiſcopum Traiectenſem Wilhelmum, Epiſcopum Babenbergenſem Rubertum. Ceteris, qui conſpirationis huius participes extiterant, diem ſtatuit, qua niſi Romæ præſentati cauſſam dicerent, nouæ huius, & inuſitatæ contra ſedem Apoſtolicam rebellionis, ſimilem ceteris excommunicationis ſententiam ſortirentur. Porro Ottonem Ratiſponenſem Epiſcopum, & Ottonem Conſtantienſem Epiſcopum, & Burchardum Loſannenſem Epiſcopum, Eberhardum Comitem, Vdalricum, & alios nonnullos, quibus Rex potiſſimum conſiliariis vtebatur, iam pridem excommunicauerat. Marianus* vero anno MLXXVII, *In concilio,* ait, XXIV *Epiſcoporum, Abbatum, multorumque clericorum Wormatiæ menſe Martio facto, præſente Henrico Rege, decretum eſt, vt bannum Hildebrandi Papæ nullus curaret, nec Papa eſſet.*

Sifridus quidem hunc in modum ſacrorum ſubditus fuit interdicto: *Sigefridum Moguntinum Archiepiſcopum, qui conatus eſt Epiſcopos & Abbates regni Teutonicorum a ſancta Romana eccleſia, videlicet ſpirituali matre ſua, ſcindere, iudicio S. Spiritus & aucto-*

ritate

Edit. I pag.

ritate beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus, & a communione corporis & Domini ſeparamus, niſi forte mortis periculum ſuperueniat, ita tamen, vt pœnitentia ductus reſipiſcat. Ceteros vero, qui ſua ſponte eius ſchiſmati conſentiendo ſubſcripſerunt, & in ea iniquitate perſeuerare volunt, ſimiliter ab omni Epiſcopali officio ſuſpendimus. Illos vero, qui non ſponte conſenſerunt, vſque ad feſtiuitatem S. Petri ſufferimus, eo quidem reſpectu, vt ſi infra iſtum terminum idoneam aut per ſe aut per nuntios ſuos ſatisfactionem præſentia ſuæ non obtulerint, Epiſcopali deinceps officio priuentur. Vid. *Baronius* ad annum MLXXVI § XXIX.

XXXIII Sed illius, qui Regis tantus contra Pontificis auctoritatem patronus extitit, Wilhelmi Traiectenſis Epiſcopi, libet ex eodem *Lamberto* breuiter obſtinatam audaciam, exitumque miſerrimum audire: *Wilhelmus* (ait) *Traiectenſis Epiſcopus cauſſam Regis, vt ſupra dictum eſt, contra bonum, & æquum obſtinate tuebatur, & ſtudio partium Regis, multa in iniuriam Romani Pontificis omnibus pæne diebus ſolennibus, inter Miſſarum ſolennia, rabido ore declamabat, periurum eum, adulterum, & pſeudoapoſtolum appellans, & tam a ſe, quam a ceteris Epiſcopis ſæpe excommunicatum pronuntians. Is breui, poſteaquam Rex exactis paſchalibus feriis Traiecto diſceſſerat, repente grauiſſima ægritudine correptus eſt. Cumque per acerrimos cruciatus animæ, ac cor-* De morte Wilhelmi Traiectenſis.

775 *poris vrgeretur, miſerabili eiulatu coram omnibus, qui aderant, vociferabatur, iuſto DEI iudicio ſe, & præſentem vitam amiſiſſe, & æternam, quod Regi ad omnia, quæ perperam intendiſſet, operam ſuam ſummo anniſu præbuiſſet, atque in ſpem gratiæ eius Romano Pontifici, ſanctiſſimo & Apoſtolicarum virtutum viro, graues contumelias ſciens & prudens innocenti irrogaſſet. In hanc vocem, vt aſſerunt, ſine communione, ſine vlla ſatisfactione exſpirauit. Succeſſit ei in Epiſcopatum Cunradus Moguntini Archiepiſcopi Camerarius.*

Terribile Dei pro ſede Apoſtolica iudicium. (*Strarius.*)

XXXIV Poſteaquam vero illa contra Pontificem Wormatiæ decreta fuiſſent, Moguntiæ ſemel, atque iterum adeſſe iuſſit Rex Principes. Sed quia excommunicatus erat, venire nolebant, paucis exceptis, qui inter ſe etiam diſſidebant. *Iam enim* (ait *Lambertus*) *ſolutus carcere ſuo Satanas, non ſolum corporali, ſed & ſpirituali armatura oppugnabat pacem eccleſiaſticam, & quorum corpora iugulabat, animas quoque, ne in æternum viuerent, extinguere ſatagebat. Vto Epiſcopus Treuirenſis, Roma nuper reuerſus, communicare nolebat Epiſcopo Moguntino, Epiſcopo Colonienſi, & aliis quam pluribus, qui apud Regem præ ceteris aſſidui erant, & quorum Rex omnia faciebat conſilio, obtendens, & eos, & ipſum Regem excommunicatos eſſe a Romano Pontifice: ſibi tamen, quod ipſum vix ſummis precibus extorſerit, indultam eſſe colloquendi tantum Regis licentiam, nulla præter hæc in cibo, in potu, in oratione, vel in ceteris omnibus, communione eius permiſſa. Huius auctoritate animati plures alii, quorum & in Deum fides purior, & ad dignitatem reipublicæ ſententia potior, paullatim ſe palatio ſubtrahebant, ne videlicet ſupradictorum communione macularentur, & ad Regem, licet crebris iuſſionibus euocati, redire nolebant, ſatius iudicantes, Regem, quam Deum offendere, corporis, quam animæ diſpendium incidere.* multis Regem deuitantibus.

Ab his ſtatim accede ad § ſequent. XXXV n. 1, & ſic ad finem vſque n. 4 perge. tum vero ad principium § dicti te refer. Auctor enim rerum ſeriem, ordinemque hic nonnihil interrumpit.

XXXV Dolebat vero Rodolphus Dux, Saxoniæ Principibus, qui ad deditionem voluntariam, ſua, Principumque aliorum fide interpoſita, permoti fuiſſent, fidem a Rege ſeruatam non eſſe: dolebant & plurimi, quibus illi captiui dati erant; qui cum ab iis eſſent liberati, *poſt Rodolphum*, ait *Marianus*, *miſerunt, eumque ſuper ſe Regem fecerunt. Qui ductus Moguntiam, conſecratus eſt a Sigefrido Archiepiſcopo in Regem. Abbas Vrſpergenſis* anno Domini MLXXVII, *Rudolphus indigena Sueuiæ, quæ regalis omnino ſtemmatis eſt aliena, mediantibus Sigefrido Metropolitano, & Adelberone Wirciburgenſi Epiſcopo, Bertholdo quoque Duce Carinthiæ, ac prædicto Ottone, a-* Sifridus Rudolfum Sueuiæ Ducem eligit & coronat.

776 *liiſque nonnullis Principibus, in præſentia quorundam Romanæ ſedis legatorum, non voluntarie annuentium, apud Forcheim in Regem eleuatur. A quibus etiam*

deductus Moguntiam in media quadrageſima XII Kalend. April. a Sigefrido Edit. I
Epiſcopo in Regem vngitur. Sed ante hanc Rodolphi vnctionem, ad quam pag.
chronica ſua perduxit *Lambertus*, anteceſſerunt quatuor.

accedit partibus Principum.

1) *Primum* eſt, quomodo Sigefridus noſter, aliique Principes complures magno contra Henricum Regem zelo exarſerint, idque ab eodem *Lamberto* ſic narratur. *Interea Rudolphus, Dux Sueuorum, Vuelfo, Dux Baioariorum, Bertholdus, Dux Carentinorum, Adelbero Epiſcopus Wirtzeburgenſis, Adelbertus Epiſcopus Wormatienſis, & alii, quos reipublicæ calamitas mouebat, in loco, qui dicitur Vlma, conuentu habito, ſtatuerunt, vt omnes, quicunque reipublicæ conſultum vellent, XVII Calend. Nouembr. Triburiam conuenirent, & variis cladibus, quibus permultos iam annos pax eccleſiaſtica turbabatur, tandem aliquando malorum pertæſi finem facerent. Hoc Sueuiæ, hoc Baioariæ, hoc Saxoniæ, hoc Lotharingiæ, hoc Franciæ Teutonicæ Principibus denuntiarunt, vniuerſoſque in commune per Deum obteſtabantur, vt omni excuſatione relegata, cuncta priuatæ rei ſollicitudine poſthabita, hanc ſinguli communibus commodis, vel extremam operam dependerent. Qua exſpectatione ſuſpenſis, atque attonitis omnibus, Epiſcopus Moguntinus, & alii quamplures, qui eatenus partes Regis vehementius tuebantur, ab eo defecerunt, & adiuncti ſupra dictis Principibus ad meliorandum regni ſtatum ardentiſſimo zelo exarſerunt.*

custodia elapſos Principes pueros parentibus reſtituit.

2) *Alterum*, quomodo dediti, & captiui Principes euaſerint, & in his duo duorum Marchionum filii pueruli, Sigefrido noſtro ſanguine coniuncti: hoſque ſuis parentibus reſtituerit noſter Moguntinus. *Miro etiam atque*, inquit *Lambertus* idem, *inopinato rerum ſucceſſu, vt quod moliebantur, nullis iam retardaretur impedimentis, obſides, quibus nonnulli ex Principibus ſuperiore anno fidem ſuam apud Regem obligauerant, repente his, qui eos dede-* 777
rant, ſunt reſtituti. Duos Ducis Ottonis filios, alterum Rex ipſe, alterum is, qui a Rege curandum ſuſceperat, inſcio Rege, patri nec opinanti remiſit. Filius Vtonis Marchionis, & filius Adelæ derelictæ Dedi Marchionis, ambo teneræ ætatis, & longe adhuc infra pubertatis annos pueruli, cum in munitione cuiuſdam Eberhardi, miniſtri Regis, cuſtodirentur, magnum quoddam, & poſterorum memoria dignum nobiliſſimæ indolis documentum ediderunt. Iuſſerat Rex eidem Eberhardo, vel propter tanti generis claritatem, vel propter ætatis infirmæ compaſſionem, vt eos indulgentiſſime nutriret, & ne aut inerti otio, aut iugis cuſtodiæ odio tabeſcerent, ſineret eos interdum cum æqualibus ſuis ludricis puerilibus exerceri. Hoc ipſum parentes crebra cuſtodibus munuſcula deſtinantes flagitabant. Fecit ille, vt petebatur, & modo intra munitionem, modo extra adhibitis cuſtodibus, prout libitum erat, ludere patiebatur, nihil ſiniſtrum in ætate ſimplici, & fraudis neſcia ſuſpicatus: interdum etiam in nemus, quod munitioni contiguum erat, venatum pergens, impoſitos equis, cuius rei vix dum ætas patiens erat, ſecum ire permittebat, vt oppreſſas mœrore, ac tædio mentes hoc aduocamento recrearent. Cum hoc ſæpius faceret, conſuetudo fiduciam, fiducia cuſtodibus ſecuritatem pariebat, vt eis indulgentius indies diligentis cuſtodiæ frena laxarent, & abſumpta iam omni ſuſpicione, quicquid voluiſſent, etiam abſque arbitris eos agere paterentur. Cœperunt igitur, vbicunque tempus, & locum ſecretiorem nacti fuerant, ſermones conſerere, patriæ, parentumque recordari, peregrinationis moleſtias deplorare, & vt pro ſalute ſua aliquid Deo auſpice conarentur, mutuis ſe ſuaſionibus incitare. Quadam ergo die, cum iuxta ſolitum prædictus Eberhardus ſecum aſſumptis eis venatum exiſſet, & ad inſectandam, quæ caſu occurrerat, feram, omnes, vt fieri aſſolet, inconditis clamoribus feruentiſſimis ſtudiis diſcurriſſent, 778
pueruli, vbi ſe ſolos aduerterunt, cuſtodem nullum, eos qui ſimul venatum proceſſerant, aliarum rerum immemores, ſoli, quæ agebatur, venationi intentiſſimos, quantis poſſunt viribus equis ſubdunt calcaria, per condenſa ſiluarum, per abrupta montium, per concaua vallium, periculi ſui, vel negligentes, vel contemptores dicto citius euolant. Nec in certum aliquem locum, regionis ignari, curſum dirigunt, ſed laxatis temere habenis, quocunque impetus equos ferebat, præcipites ruunt. Celeri curſu tranſmiſſo nemore ad Manum fluuium perue-

perueniunt, piſcatorem illic offendunt in ſcapha piſcatoria capturis piſcium in-
cumbentem, euehi ſe Moguntiam petunt, chlamydes ſuas, quibus veſtiebantur,
quoniam aliud in promptu non erat, euectionis pretium offerunt. Ille vel pre-
tio allectus, vel miſeratione periclitantium permotus, hoc enim ex trepidatio-
ne, & cetero corporis geſtu facile coniiciebat, benigne in nauiculam ſuſcepit,
& vtenſilibus, quæ in nauicula erant, adopertos, ne ſcilicet ab inſequentibus
agnoſcerentur, Moguntiam, vt rogarunt, euexit. Equi eorum tranſito amne
in vlteriori ripa iuxta nauiculam mirum in modum moderato gradu decurre-
bant, ita vt cum eunte nauicula pariter irent, cum ſubſiſtente pariter ſubſiſte-
rent, brutis pecoribus humanas ineſſe animas crederes. Vbi Moguntiam ven-
tum eſt, receptis equis ſuis in domum quandam ripæ contiguam clanculo ſe im-
mergunt, dominumque domus per DEVM obteſtantur, ne eos cuiquam pro-
dat, ſe Archiepiſcopo Moguntino genere coniunctiſſimos eſſe, cui ſi incolumes
intemerata fide reſtituat, tam ab ipſo, quam a ceteris parentibus ſuis, qui in-
ter regni Principes, & opum & dignitatis ſpeciali prærogatiua eminent, di-
gna meritis præmia relaturus ſit. Nec multo poſt aderat Eberhardus, fre-
mens, & ſtridens dentibus præ doloris impatientia, compertoque per veridicos
indices, quo pueri diuertiſſent, ſumma vi, ſummo conamine domum expugna-
779 re, foreſque infringere parabat, & niſi obſides Regis mature redderentur,
ignem tectis iniecturum ſe minabatur. Concurrit ciuitas ad ſpectaculum, & fa-
cta eſt pro ſtudiis partium confuſa, ac diſſona, aliud atque aliud clamantium
turbarum, vociferatio. Perlato ad Epiſcopum Moguntinum tumultuantis ci-
uitatis nuntio, miſit confeſtim cum armatis Conradum Comitem de Caſtello, quod
dicitur Luitzelenburg, qui tum forte apud Epiſcopum præſens erat. Qui ve-
niens Eberhardum, improbe ſæuientem, atque in omnes, qui obſiſterent, nunc
vi, nunc comminatione graſſantem, ab oppugnatione ædium cum contumelia
repulit, ſuſceptoſque pueros Epiſcopo præſentauit. Ille admodum gratulatus,
quod cauſſam Principum, qui pro communi commodo arma ſumere meditaban-
tur, hac etiam parte impedimentorum liberaſſet, ſuis ſingulos parentibus cum
omni diligentia, ne quis ſcilicet inſidiaretur abeuntibus, remiſit.

3) *Tertium*, quo modo Principes Triburiæ collecti Henricum exauctora- Triburiæ eſt Principibus de exauctorando Rege conſultat.
re voluerint, niſi curaturum ſe promitteret, vt excommunicatione abſolucre-
tur, priſtinaque ſcelerate facta omnia corrigeret. *Statuto, inquit idem Lam-
bertus, die iuxta condictum Principes Sueuiæ, & Saxoniæ Triburiam conue-
nerunt ampliſſimo numero obſtinatis mentibus ad ſummouendum a negotiis regni
Regem Henricum, & alium, in quem communis electio conſenſiſſet, creandum.
Aderant vna legati Apoſtolicæ ſedis, Sigehardus Patriarcha Aquileienſis, &
Altmannus Pataulenſis Epiſcopus, vir Apoſtolicæ conuerſationis, & magna-
rum in Chriſto virtutum, cui Papa vices ſuas in diſpoſitione eccleſiaſticarum cauſ-
ſarum delegauerat: & laici nonnulli, qui magnis opibus relictis vltro ſe ad pri-
uatam, tenuemque vitam propter DEVM contulerant, miſſi a Romano Pon-
tifice, vt palam omnibus per Gallias conteſtarentur, iuſtis de cauſſis excommu-
nicatum eſſe Regem Henricum, & ad eligendum alium Regem Apoſtolici conſen-
780 ſus, & auctoritatis ſuffragium pollicerentur. Hi nec Principi, nec priuato
cuiquam, qui Regi Henrico dicto vel facto aliquatenus poſt excommunicationem
communicaſſet, communicare volebant, donec publice profeſſus culpam, & pœ-
nitentiam per Altmannum Vicarium Romani Pontificis anathemate abſolueretur.
Pari cautela eorum quoque communionem vitabant, qui Presbyteris coniugatis,
vel eis, qui eccleſiaſticas ordinationes pretio comparauerant, in oratione com-
municaſſent. Per VII itaque continuos dies conſilia conferentes, quid facto opus
eſſet, qua ratione periclitanti, & iam iam naufragium minitanti reipublicæ con-
ſulendum foret, perquirebant. Replicabant ab tenero, vt aiunt, vngue omnem
vitæ Regis inſtitutionem, quibus probris, quibus flagitiis exiſtimationem ſuam,
decusque imperii vix dum adulta ætate maculaſſet, quas iniurias ſingulis, quas
in commune omnibus, vbi primum pubertatis annos attigit, irrogaſſet, quod
remotis a familiaritate ſua Principibus infimos homines, & nullis maioribus or-
tos, ſummis honoribus extuliſſet. Et cum eis noctes perinde, ac dies in deli-
berationibus inſumens, vltimum, ſi poſſit, nobilitati exterminium machinaretur.*

 Quod

*Quod barbaris gentibus vacatione data, in ſubditos ſibi populos dedita opera fer- Edit. V
rum diſtrinxiſſet, & in eorum nece hoſtili crudelitate graſſaretur, regnum, quod a pag.
parentibus ſuis pacatiſſimum, & bonis omnibus florentiſſimum accepit, quam
fœdum, quam deſpicabile, quam inteſtinis cladibus infeſtum, cruentumque red-
didiſſet. Eccleſias, & monaſteria deſtructa, victualia ſeruorum DEI verſa eſ-
ſe in ſtipendium militum, ſtudium religionis, & rerum eccleſiaſticarum tranſiſſe
ad arma militaria, & ad munitiones exſtruendas, non quibus vis, & impetus
barbarorum arceatur, ſed quibus patriæ tranquillitas eripiatur, & liberæ gen-
tis ceruicibus duriſſimæ ſeruitutis iugum imponatur, nullum vſquam eſſe viduis
& orphanis ſolatium, nullum oppreſſis, & calumniam ſuſtinentibus refugium, 781
non legibus reuerentiam, non moribus diſciplinam, non eccleſiæ auctoritatem ſu-
am, non reipublicæ manere dignitatem ſuam; ita vnius hominis temeritate ſa-
cra, & profana, diuina, & humana, faſque nefaſque confuſa eſſe, & im-
plicita. Proinde tantarum calamitatum vnicum, ac ſingulare ſupereſſe remedi-
um, vt quanto ocius amoto eo alius Rex crearetur, qui tamdiu terminos ſuos
euaganti licentiæ frena iniiceret, & mundi vacillantis ruinam ſubiectis hume-
ris ſuſtentaret.*

*Rex Heinricus contractis in vnum ſuæ partis aſſertoribus in villa, quæ
dicitur Oppenheim, ſe continebat, Rheni fluuio vtraque caſtra dirimente, fre-
quenteſque ad eos indies legatos mittebat, pollicens omnium, quæ eos offende-
rant, in reliquum emendationem, ſe veterum iniuriarum memoriam ſequentibus
beneficiis, ſi vita comes foret, abolituram, nihilque deinceps circa rerum pu-
blicarum adminiſtrationem abſque communi conſulto acturum. Poſtremo vltro
ſe iure ſuo cedere, eiſque gubernandi, diſponendique pro ſuo arbitratu totius
regni ius, poteſtatemque facere, dummodo æquo animo paterentur, ſola regii
nominis, regiique cultus rata ſibi manere inſignia, quæ ſemel legitime accepta,
ſine ſumma omnium eorum ignominia amittere non poſſet, nec ſinerent, regni
Teutonici ſplendorem, omnibus retro ſæculis intactum, intaminatumque, ſua æ-
tate tam turpis exempli macula ſordeſcere. Quod ſi verba ſua difficilius ad-
mitterent, magnificis promiſſionibus toties eluſi, paratum ſe, quibus ſacramentis,
quibus vellent obſidibus fidem facere, quod nulla vnquam dies, nulla rerum,
vel caſuum mutabilitas hanc ſuam in eos beneuolentiam corruptura foret. Ad
hæc illi,* „Nulla, *inquiunt*, iam ſuperſunt argumenta, quibus toties recogni-
ta, atque probata fides eius probari vltra vel obligari valeat; cum toties mo-
rum ſuorum emendationem coram oculis omnia cernentis DEI, quam ſancte
pollicitus, omnia, quibus ſe obſtrinxerat, vincula, vbi primum calamitas,
quæ ad præſens vrgebat, præteriit, tanquam aranearum telas ruperit, & ſem-
per ſe ipſo deterior, curſum mali operis, ſicut equus impetu vadens in prœli-
um, effrenata libertate repetiuerit. Neque nos præcipiti temeritate ad hæc ex-
trema experienda prorupimus, omnes vias, omnia prius conſilia pertentauſ- 782
imus, ſi qua ratione rigidum, obſtinatumque in malis deſperati hominis inge-
nium emolliri poſſit. Sed inueteratus morbus, atque imis penitus iam inſidens
viſceribus, nihil ſpei, nihil admittit remedii, omnem artem, omnem euincens
induſtriam medicantium. Quin immo dum lenius leuitati eius, & impen-
ſius morem gerere ſtudemus, & cunctis, quæ perperam molitur, religio-
nis obtentu, muliebrem præbemus patientiam, ſtatus reipublicæ euerſus eſt,
tranquillitas eccleſiarum turbata, maieſtas imperii ablata, auctoritas Principum
euacuata, mores inuerſi, leges abolitæ, & ſecundum Prophetæ elogium, ma-
ledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inunda-
uerunt, ſanguis ſanguinem tetigit, poſtremo omnis iuſtitiæ, & pietatis, reli-
gionis, & honeſtatis diſciplina ſitu atque incultu obſoleuit. Hæc quidem, dum
ſola vitæ temporalis detrimenta, dum ſolam famæ, & exiſtimationis labem mi-
nitarentur, tametſi viris ferenda non eſſent, tulimus tamen, ne contra iuſiu-
randum, quo tenebamur, præcipitanter, impudenterque venire videremur, &
dum gloriæ noſtræ conſulere conaremur, animæ naufragium pateremur. Nunc
vero cum ab eccleſiæ corpore propter flagitia ſua Apoſtolici anathematis mucro-
ne præciſus ſit, cum ei communicare ſine communionis eccleſiaſticæ damno,
& fidei iactura non poſſimus, cum fidem noſtram multis apud eum ſacramen-

tis

Edit. I pag. tis implicitam Romanus Pontifex Apoſtolica auctoritate explicuerit, extremæ profecto dementiæ eſſet, diuinitus oblatam ſalutis occaſionem non obuiis, vt dici ſolet, manibus excipere, & quod iam diu præmeditatum ſit, vt agatur, tam opportuno tempore non agere, cum leges humanæ, & eccleſiaſticæ ſinant, cum locus, & tempus arrideant, cum denique omnia, quæ paci, vel bello vſui eſſe ſolent, conficiendæ tantæ rei fauorem ſuum polliceantur. Quapropter con-
783 temptis inanium argumentorum cuniculis, quibus denuo in ceruices, iugulosque noſtros viam gladio ſuo affectat, immobiliter animo fixum tenemus, vt abſque vlla dilatione virum nobis prouideamus, qui præcedat nos, & prœlietur bellum Domini ad expugnandam, & deſtruendam omnem cuiuſcunque hominis altitudinem, eleuantem, & extollentem ſe aduerſus iuſtitiam, & veritatem Dei, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ auctoritatem „. *In hæc verba legatos Regis dimiſerunt. Iterum alios, atque alios miſit, nullum ſupplicationis genus, quod impediendæ tantæ rei proficuum putaretur, prætermittens. Sed illi in eadem ſententia fixi, obſtinatique manebant.*

Iam vtraque ex parte magnum ad diſcrimen res ſpectare videbatur. Denique & hi Regem alium ſibi protinus conſtituere, & tranſmiſſo Rheni fluuio, nauigium enim omne Epiſcopus Moguntinus in eam ripam coegerat, proxima luce Regi Henrico inferre arma parabant, & ille inciſa ſpe dilationis impetrandæ, ſuos, qui per proximas villas diſperſi erant, in vnum coire, atque arma expedire iubebat, vt in vlteriorem ripam progreſſos confeſtim prælio adoriretur. In hac tantarum exſpectatione rerum intentis, ſollicitiſque omnibus, ecce primo diluculo ſequentis diei, quæ vltimam cladem reipublicæ allatura videbatur, Sueui, *qui ſuam ſententiam Henrico per legatos exponunt.* *& Saxones legatos ad Regem miſerunt, qui ei dicerent, tametſi nec in bello, nec in pace vlla vnquam ei iuſtitiæ, vel legum cura fuerit, ſe tamen legibus cum eo velle agere, & cum crimina, quæ ei obiiciantur, omnibus conſtent luce clariora, ſe tamen rem integram Romani Pontificis cognitioni reſeruare, acturos ſe cum eo, vt in purificatione S. Mariæ Auguſtam occurrat, ibique celeberrimo conuentu habito Principum totius regni, diſcuſſis vtrarumque partium allegationibus ipſe ſuo iudicio vel addicat, vel abſoluat accuſatum: quod ſi ante diem anniuerſarium excommunicationis ſuæ, ſuo præſertim vitio, excommu-*
784 *nicatione non abſoluatur, abſque retractatione in perpetuum cauſa ceciderit, nec legibus deinceps regnum repetere poſſit, quod legibus vltra adminiſtrare, annuam paſſus excommunicationem non poſſit. Si oblatam conditionem gratanter amplexetur, & Romano Pontifici per omnia ſubditum ſe, dictoque obtemperantem fore polliceatur, hinc ſe experimentum capturos, omnes, quos ille excommunicauit, extemplo a conuictu, contubernioque ſuo amoueat, ipſe in vrbem Spirenſium dimiſſo exercitu ſecedat, ibique ſolo Verdunenſi Epiſcopo, paucisque miniſtris, quos tamen ſententia Principum ab hac excommunicatione integros, incorruptoſque probauerit, contentus priuatam interim vitam agat, eccleſiam non ingrediens, nihil circa publica negotia ſuo iure diſponens, nullam regii apparatus pompam, nulla regiæ dignitatis inſignia ſibi iuxta ſolitum adhibens vſque ad ſynodicam cauſſæ ſuæ examinationem. Præterea ciuitatem Vuormatienſem, quam expulſo Epiſcopo, diſſipato cæleſtis militiæ ſanctuario, arcem belli ſpeluncamque latronum fecerat, abducto præſidio, Epiſcopo Vuormatienſi reſtituat. Datis inſuper ſacramentis, & obſidibus, ne quid deinceps rebellionis, vel inſidiarum ab ciuibus timere debeat. Porro ſi quid horum præuaricetur, tum ſe omni culpa, omni iuſiurandi religione, omni perfidiæ infamia liberatos, non exſpectato vlterius Romani Pontificis iudicio, quid reipublicæ expediat, communi conſilio viſuros.*

Quartum, quomodo Rex Henricus rigidiſſima hieme, in Italiam ierit, *qua ille audita in Italiam pergit,* excommunicationis abſolutionem humilitate magna, plurimaque futuræ emendationis pollicitatione, ab Gregorio VII impetrarit, ad ingenium tamen ſtatim redierit, promiſſa violarit omnia, Pontificique calumnias & inſidias ſtruere cœperit; ideoque Moguntinus, & Principes alii de ipſo exauctorando rurſum conuenerint, Forchemii comitia inſtituerint, Rodolphumque tandem elegerint. *Principibus interea nouum conuent-* Copioſa eſt *Lamberti* narratio, e cuius fine hæc: *Interea Moguntinus, Vuirzeburgenſis, & Mettenſis Epiſcopi, Rudolphus, Vuelf, Berdolfus Duces, & alii*

tum Forchemii inſtituentibus, *alii plerique ex Principibus Teutonicis, conuenientes tractare de vtilitatibus reipublicæ ſtatuerunt, vt Principes Saxoniæ, & omnes, quibuſcunque reſpublica curæ foret, III Idus Martii in Forcheim occurrerent, & communi conſilio, quid facto opus eſſet, decernerent, præſertim cum per abſentiam Regis tranquillis rebus tempus opportunum deliberationibus, ac conſultationibus nacti fuiſſent. Romano quoque Pontifici ſcripſerunt, vt quoniam in purificatione S. Mariæ Auguſtam iuxta condictum, dolo Regis præuentus, occurrere non potuerat, ſaltem in Forcheim ſtatuta die præſto eſſe ſatageret, & ſedandis bellorum ciuilium tempeſtatibus, quibus iam diu periclitaretur reſpublica, Apoſtolici moderaminis gubernaculum adhiberet.* Edit. I p. 785

Adbuc ille in Canuſio, & aliis circa firmiſſimis munitionibus ſe continebat, diſpoſitum habens, non prius Romam regredi, quam confecto itinere, quod inſtituerat, ſi Deo propitio conatum ſequeretur effectus, pacem eccleſiæ reddidiſſet. Igitur acceptis litteris, tametſi iam pridem frequens ad eum fama detuliſſet, Regem mutata mente hoſtiles aduerſum ſe ſpiritus gerere, & contemptis conditionibus, quibus excommunicatione abſolutus fuerat, animo fixum tenere, vt leges eccleſiaſticas manu militari debellaret: miſit tamen vnum e Cardinalibus Epiſcopis Romanæ eccleſiæ, Gregorium nomine, & alios, quos ei negotio idoneos arbitrabatur, qui ei dicerent, tempus eſſe, vt promiſſa compleret, conuenturos in Forcheim III Id. Martii Principes Teutonici regni ad componendum, ſi Deus votis annuat, ſtatum reipublicæ. Veniret ergo, vt pollicitus ſit, & crimina, quibus innocens, vt ipſe aſſerat, a calumniatoribus ſuis impetitus ſit, ſe cognitore, & iudice præſidente reſponderet. Multum rebus ſuis, ſalutique, & apud Deum, & apud homines collaturum, ſi eccleſiam ſcandalis, rempublicam bellis ciuilibus, ſeipſum fœdiſſimæ exiſtimationis macula liberaret. Præſertim cum ea die, diſcuſſis ſynodice, quæ aduerſus eum afferantur cauſſis, vel recepturus eſſet regnum, vel ſine omni deinceps retractatione amiſſurus.

Legatis mandata perferentibus, ille diſſimulatis mediocriter his, quæ animo agitabat, reſpondit; ſe poſt acceptum regnum hac primum vice Italiam intraſſe, & ideo multis nunc, & magnis reipublicæ negotiis implicitum, non poſſe tam cito infectis rebus prouincia excedere. Quia ſi id faciat, Italos, quos longo tempore anxia aduentus ſui exſpectatione ſuſpendiſſet, grauiſſime offendat. Præterea diem conuentui habendo ſtatutum e vicino imminere, ſeque tam breuibus induciis, tanta terrarum ſpatia equorum celeritate non poſſe tranſcurrere, etiamſi nullis extrinſecus retardetur impedimentis. In hæc verba legatos dimiſit. 786

Papa certior iam factus de immutatione animi eius, & ceteris rebus, quas ad eum iam pridem fama detulerat, miſit protinus Bernardum Abbatem de Maſſilia, virum eximiæ conuerſationis, & multarum in Chriſto virtutum. Item alium Bernardum Cardinalem Diaconum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, vt Principibus Teutonici regni, qui vt ſupra dictum eſt, III Idus Martii Forcheim conuenturi erant, occurrerent, eoſque per ordinem ea geſta docerent, ſe iuxta placitum dedita opera enixum fuiſſe, vt die, & loco ſtatuto communibus ſanctæ eccleſiæ vtilitatibus tractandis præſto eſſet. Sed Domini Henrici diligentia ita circumuentum, ita omnes, per quas tranſitus eſſe potuiſſet, itinerum anguſtias præoccupatas, vt nec tuto in Germaniam progredi, nec tuto Romam regredi valeat. Proinde monere eos, vt ſuis interim rebus, & regno Francorum, quod diu iam vnius hominis puerili leuitate vexetur, quaqua poſſint ratione moderentur, donec, ſi Deus velit, adempta itineris difficultate, ipſe venire, & collatis in medium conſiliis, quid vtilitati, quid honeſtati omnium, quid paci eccleſiaſticæ expediat, ſecundum eccleſiaſticas leges decernere poſſit.

Forchemii eligit Rudolfum, Scilicet, cum Forchemium ad diem conſtitutum ſacri, profanique conueniſſent Principes, Henrico imperium abrogarunt, vt ſub initium § huius dictum, ac Rudolfum, Sueuiæ Ducem, *& Moguntiæ conſecrat.* Regem dixerunt. quem poſt Moguntiam deductum Sifridus vetuſto ritu inunxit. Quo vero die muneris id peregerit, variant ſententiæ. *XII Kalend. April.* ponunt *Marianus Scotus* l. d. *Chronographus Saxo* p. 262, & *Albertus Stadenſis* p. 246. *Bruno* monachus vero, temporum illorum æqualis, hiſtor. belli Saxonici p. 212, *Paulus Bernriedenſis* cap. X *, *Bertholdus Conſtantienſis* p. 347, *Chronographus Magdeburgenſis* p. 311, VII *Kalend. April.* De cetero *Engelhuſius* errat, dum p. 1089 chronici tradit, Sifridum Rudolfo

Edit. I pag. dono Forcheimi coronam impoſuiſſe imperialem.

* *Iuuabit eius adducere verba, vt pateat, perperam ad ipſum prouocare* Brovverum *lib. XII annal. Treuirenſ. § VI p. 558*: Hunc igitur Rudolfum legitime electum Archiepiſcopus Moguntinus & Magdeburgenſis cum eorum Suffraganeis, legatis ſedis Apoſtolicæ præſentibus, & regni Principibus, regali iniunctione conſecrarunt. Electus eſt autem ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus maioribus atque minoribus; in conuentu apud Forcheim anno dominicæ incarnationis MLXXVII, anno IV Venerabilis Papæ Gregorii hoc nomine VII, indictione XV, Idib. Mart. Poſtea die XII apud Mogontiam conſecratus eſt, i. e. VII Kal. April. vbi tunc medium Quadrageſimæ occurrit.

XXXVI Poſt Rodolphi vnctionem, vitæ reliquum exegit Sigefridus extra Moguntiam; prout aſſerit *Vrſpergenſis*, cauſſam adiungens, quæ ſequitur. Cum ipſo vnctionis die inter vncti Rodolphi milites, & ciues Moguntinos nonnullos
787 lis exorta eſſet, ea ſubito flamma ciuitatem totam corripuit. Cædes vtrinque factæ ſunt, & palatio, in quo diuerſabatur Rex, ſubiicere faces iam apparabat iratum vulgus, niſi accurriſſet ſubito Sigefridus, & ſpopondiſſet, fore, vt ex vrbe quam citiſſime excederet Rodolphus *. Exceſſit & non multo poſt ipſe Sigefridus, multis, quod tales in vrbem adduxiſſet hoſpites, oneratus conuiciis.

* Conf. *Bertholdus Conſtantienſis* p. 347,
815 *Chronographus Magdeburgenſis* l. d. qui rem ſuculentius paullo, quamuis non ſine manifeſto partium ſtudio, narrant, & *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 249. Noctu Rudolfum cum Sifrido aufugiſſe dicit *Sigebertus* p. m. 603. Conf. *Friſeus* chron. Wirtzburg. p. 478.

XXXVII Anno autem MLXXVIII graue Rodolpho Regi, & Saxonibus cum Henrico prœlium fuit, in quo tradunt *Marianus*, & *Vrſpergenſis* S. Annonis fratrem Vizelonem, Magdeburgenſem Archiepiſcopum cæſum fuiſſe, captum Wormatienſem Epiſcopum Adelbertum: ſed addit MS. minor, *ſimul etiam captum Sigefridum*, totumque quadriennium vſque ad annum ſcilicet MLXXXII in cuſtodia habitos. *Sigefridus Moguntinus Archiflamen*, inquit lib. V *Auentinus* (*cap. 14 ſect. 19*) *ex fuga retractus, cum iam in crucem ageretur, clementia Cæſaris ſuperuenientis, ab imminenti cæde liberatus eſt* *. *pugna contra Regem intereſt, & capitur.*

* Sifridum pugnæ interfuiſſe, Saxonibusque fuſis a Cæſarianis captum proxime a capitis abfuiſſe periculo, *MS. minor* recte notauit. *Bruno* l. d. p. 214 diſerte: *In eadem fuga ſunt capti Bernhardus, Romanæ ſedis Archidiaconus*, Sigfridus *Archipræſul Moguntinus, Adelbertus Vormatienſis Epiſcopus.* Curatius adhuc, adiectis quibuſdam circumſtantiis, *VValtramus Numburgenſis* l. d. p. 284; *Ideoque ſecundum iam prælium, atrox nimis & crudele, pugnauerunt Saxones contra eundem Regem Henrichum in orientali Francia, anno ſcilicet LXXVIII ab incarnatione Domini, VII menſis Auguſti, vbi Rudolfus Rex fugatus eſt, &* Sigefridus *Moguntinæ eccleſiæ Archiepiſcopus in fuga captus, & vix de ſuſpendio liberatus atque dimiſſus eſt.* Errat tamen idem *MS.* dum ad an. vſque MLXXXII in cuſtodia habitum tradit. Dimiſſum enim tum dixit, verbis modo allatis, *VValtramus*. Explicate magis *Bruno* l. d. *Sed duos illos* (Bernhardum & Sigefridum) *non longe poſt eripuit Dei clementia, tertius iſte* (Adelbertus) *perductus eſt in Henrici crudelis tyranni præſentiam.* Repetit hæc *Chronographus Magdeburgenſis* l. d. p. 312, 313; quin ſequenti p. 215 idem *Bruno*: Sigfridum *quoque Moguntinum Præſulem, quem captum cum multis aliis adhuc ſeruabant, violenter eripuit Fridericus Saxoniæ Palatinus*; eodem quidem adhuc die, vt e contextu patet.

Ceterum Sifridus, vt Pontifici ſua indies magis probaret ſtudia, obſequiaque, eodem hoc anno Wigoldum Sifrido, quem Cæſar Auguſtanis Epiſcopum dederat, ab Hildebrando oppoſitum, Goslariæ ordinauit. *VValtramus Numburgenſis* lib. II de vnitate eccl. p. 210, *Chronographus Saxo* p. 267. *Wigoldum conſecrat.*

XXXVIII Anno autem MLXXX, Sigefrido abſente, curauit Henricus excommunicatus, ipſis Pentecoſtes diebus, concilium XIX Epiſcoporum haberi Moguntiæ, in quo multis cum maledictis, & criminationibus Pontifex Gregorius VII Apoſtolica ſede indignus pronuntiaretur, in eiuſque locum Antipapa Wigbertus, qui & Clemens, ſufficeretur. Nam eodem anno MLXXX, non ita multo poſt, nimirum Calendis Iulii, feria V, indictione III, cum eandem ob cauſſam alterum curaſſet idem Henricus apud Brixiam Noricam concilium, citant, qui aderant Epiſcopi, tanquam graue præiudicium Moguntini concilii auctoritatem. *Nos*, aiunt, *auctore Deo, congregati in vnum, legatis, ac litteris freti decem & nouem Epiſcoporum, die ſancto præteritæ Pentecoſtes Moguntiæ congregatorum &c.* prout *Vrſpergenſis* retulit.

XXXIX Sed anno ſecuto MLXXXI *Moguntina ciuitas* (inquit *Marianus*)

nus) maiore ex parte , & monaſterium Epiſcopale , aliaque tria monaſteria igne Edit. 1
conſumpta ſunt. Eademque fere verba in Hirſaugienſi ſuo chron. retulit *Tri-* pag.
themius , niſi quod pro *Epiſcopali monaſterio* dixit , *eccleſiam principalem*.

Conf. quæ ſupra retulimus ad lib. I. c. VII. Ceterum duo ſunt , quæ eodem hoc anno Sigefridus peregit, auctor vero hic prætermittit, quamuis minime prætermittenda. *Primū* eſt, quod, ineunte Februario , colloquio , quod partium Henrici fautores in ſilua Capuana inſtituerant , Saxonum ex parte pars haud vltima interfuerit. *Bruno* l. d. p. 232 , *Chronographus Magdeburgenſis* p. 317. *Secundum*, quod Hermannum Luzenburgenſem , aduerſus Henricum , Rudolfo fatis anno ſuperiori extincto, pridie Laurentii ſurrogatum, Goslariæ feſto protomartyris Stephani regio cinxerit diademate. *Bruno* l. d. p. 232 , *Chronographus Magdeburgenſis* p. 319 , auctor *annal. Hildesheimenſ.* p. 732 , *Gobelinus* coſmodromii ætate VI cap. LV p. 262 : qui tamen, haud ſecus ac *Marianus Scotus* p. 456 , *Chronographus Saxo* p. 264 , *Albertus Stadenſis* p. 248 , aliique id ad an. MLXXXII factum dicunt, quod initium anni a Chriſti natalitiis auſpicentur , vt bene iam obſeruarunt *Fuchſius* addit. ad Lehmanni chronicon Spirenſe lib. V cap. XXXV p. 412 , & *Heineccius* antiquitat. Goslarienſ. lib. I ad an. MLXXXI p. 96 , ſimulque *Lehmannum* non ſine cauſſa notarunt, quod l. d. malit , Sigfridum Moguntiæ Hermannum inunxiſſe.

Colloquio Saxonum intereſt.

Hermannū Anticæſarem coronat.

XL Anno autem MLXXXII Sigefridus & Wormatienſis Epiſcopus e ſua liberati ſunt captiuitate , vt habet MS. minor : qui ſignificat , illum in Haſſungenſe monaſterium ab ipſo , vti ſupra dixi , fundatum , ſeſe contuliſſe , ibidem- 788
que biennium vixiſſe. Nam huius res geſtas ita concludit : *Anno MLXXXIV Sigefridus Archiepiſcopus Moguntinus , videns , multiplicari mala ſuper terram , animi mærore , corporiſque dolore contabeſcens defecit , & moritur in monaſterio , quod Haſungen dicitur , ſepultus.* & de ipſo mortis anno conſentiunt *Vrſpergenſis* , *Trithemius* , & *Dodechinus* , qui ab hoc anno ſuam ad Mariani chronicon appendicem orditur.

Moritur & Haſungæ ſepelitur.

* Et præter eos *Bertholdus Conſtantienſis* p. 353 , auctor *annalium Hildesheimenſ.* l. d. *Engelhuſius* in chronico p. 1089 , aliique plures. Sepulturæ vero locum in monaſterio Haſungen factum, teſtantur & alii, auctor *chronici VVirzburg.* ad h. a. *Fr. Cornelius* l. d. *Dieffenbachius* l. d.

XLI De tam mirabilibus vero Henrici IV & Gregorii VII temporibus profuerit *Bellarmini* lectio lib. IV de Pontifice Romano cap. XIII , & lib. I de Clericis cap. XVIII & XIX. Mire ſiquidem in hiſce de Imperatoris excommunicatione , de ſacerdotum caſtimonia & cælibatu proteruit lib. V *Auentinus*, eumque ſequens totus nouatorum grex , vt *Pleſſius* lib. II de Miſſa cap. IX , & alii. Contra quos ideo , hiſce narrandis , veterum tantummodo verba retuli. Longe ante ipſa hæc tempora ſcripſit ad Anaſtaſium *S. Leo* : *Omnium ſacerdotum tam excellens eſt electio , vt hæc , quæ in aliis membris eccleſiæ vacant a culpa , in illis tamen habeantur illicita. Cum enim extra clericorum ordinem conſtitutis nuptiarum ſocietati & procreationi filiorum ſtudere ſit liberum , ad exhibendam perfectam continentiæ puritatem , nec ſubdiaconis quidem carnale connubium conceditur.*

XLII Magna ſane humanarum rerum iactatio in Sigfrido iſto , quem interdum *Boius* ille *Sigehardum* nominat , conſpicitur , cum vir alioquin excellens eſſet , prout, in præfatione de S. Albano ad ipſum , indicat *Goſvvinus*. *Quis*, ait , *te ſubtilius rerum hominumque prouentus appendit in libra diſcretionis ? Quis attentiore diligentia aduigilat in cura paſtoralis regiminis ? Cuius viſitatione honeſtius floreant eccleſiaſtica ? Cuius præcepti ratione melius fructificent regularia , niſi tam obnixe & pertinaciter reclament mores & tempora ?* Hæc ille, de quo lib. I cap. XL , & lib. II cap. XXVII.

VVEZILO. 789

I

Wezilo

VOcatur *Wetzilo* apud *Trithemium* , *Wizilo* apud *Dodechinum*, in *MSL. Wenzelinus* , & *Wecil* apud *Vrſpergenſem* , & *Marianum* ; licet apud hunc male *Rezil* editus ſit pro *Vezil*.

varie ſcribitur.

Apud *Paulum Langium* in chronico Citizenſi p. 778 dicitur *VVetzel* ſiue *VVernherus* , apud *chronic. Auguſtenſis* auctorem p. 505 *VVernherius* ; apud *Albericum* in chronico ad

Edit. I pag.

ad an. MLXXXV p. 130 *Vezellus* ; apud *Engelhuſium* in chronico p. 1088 *Verſelo*, vel, vt in mſcr. Cruciano eſt, *Vercello*. In diplomate, quo Embriconis Canonici donationem quorundam in tractu Lorchenſi bonorum Canonicis metropolitanis factam firmauit, ipſe ſe vocat *VVezelinum*. *Ego*, inquit, *VVezelinus Dei gratia Archiepiſcopus Moguntinus* &c.

fuit vir doctus & facundus,

II Succeſſit anno MLXXXIV Sigefrido, vt ait *Dodechinus*, & *Vrſpergenſis*. *Erat* autem iſte *Wetzilo*, inquit *Trithemius* in Hirſaug. *vir doctus tam in diuinis ſcripturis, quam in litteris ſæcularibus, eloquio dulcis, & facundiſſimus, tantusque verbi DEI prædicator ſuo tempore habitus eſt, vt ſimilem habuerit neminem.*

Clericus antea Halberſtadenſis.

1) Si *Bertholdum Conſtantienſem* audias, fuit ante clericus Halberſtadenſis. *Interim*, ſic ille p. m. 355, *Henricus congregata multitudine ſchiſmaticorum* Wezilonem *clericum, Haluerſtatenſis Epiſcopi fugitiuum, Moguntinenſi Epiſcopatu remunerauit.* conf. *Baronius* ad an. MLXXXV § III. Si vero *manuſcr.* qui Erfurti Petrenſibus eſt, fuit Abbas monaſterii D. Petri, quod ibidem eſt in monte. conf. *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § VIII p. 28.

vel Præpoſitus Erfurti,

an. 1084 Sifrido ſucceſſit,

2) Anno, quem *Dodechinus* & *Vrſpergenſis* ſignarunt, Sifrido ſurrogatum ſimiliter tradunt auctor *chronici VVirzburgenſis* p. 516, *Bertholdus Conſtantienſis* l. d. *Chronographus Saxo* p. 164, *Albertus Stadenſis* p. 248, auctor *annal. Hildeshemenſ.* p. 732, *Engelhuſius* l. d. Solus hic *Albericus* l. d. Erckembaldo ſuffectum ſcribit; *Archiepiſcopus*, inquit, *Moguntiæ poſt Sigfridum fuit Erkembaldus, qui clauſtrum S. Mariæ ex campis conſtruxit. Hunc ſecutus eſt* Vezellus, *deinde* Rothardus. Sed perperam omnino, vt ex dictis patet.

3) Ad mitram vocatus, ſine mora dignitatis Epiſcopalis ſacra ſuſcepit; id quod *chron. Auguſtenſis* diſerte his memorat verbis: *Imperator in Bauariam remeans, ibique paulisper conuerſatus, in Franciam ſeceſſit, & eccleſiæ Moguntinæ Epiſcopum præfecit. Qui ſtatim ab Epiſcopo B.* (f. Burcardo Baſileenſi) *ordinatus, & a legato VVicperti palliatus.*

ſtatim ordinatur.

4) Non longe poſt ipſe Egelberti, Treuirenſibus ab Henrico dati Archipræſulis, conſecrationem pondere auctoritatis ſuæ, vt *Brovverus* lib. XII annal. Treuirenſ. § LXXXV p. 564 loquitur, Moguntiæ prouexit.

promouet conſecrationem Treuirenſis.

5) Quin anno ſequenti MLXXXV Sigefridum Auguſtanum, & Norbertum Curienſem, ipſo Hypapantes feſto, ſollemni cæremonia Epiſcopos ordinauit. vid. *Chronographus Saxo* p. 267, *Chron. Auguſtenſis* auctor ad an. d. p. 503.

inaugurat Auguſtanũ & Curienſem.

III Sed quemadmodum ſuo ſplendore Lucifer, ſic & iſte ſuis iſtis tam præclaris dotibus aliquantiſper abuſus eſt. Totum enim ſe Henrico Regi excommunicato, ciusque pſeudonymo Pontifici Clementi contra verum Pontificem Gregorium VII dedidit, & adiunxit. Itaque anno MLXXXV *Synodus*, ait *Dodechinus*, *Moguntiæ apud S. Albanum, iuſſu Henrici, habetur. cui ipſe cum legatis Wigberti, qui & Clemens, interfuit, cui omnes obedire contra Gregorium potentialiter* (id eſt, vi & potentia) *compulit. Vizilo ipſius ciuitatis Epiſcopus hanc ſynodum regebat, qui Hildebrandum, qui & Gregorius, depoſitum pronuntiabat.* Ita enim corrigendus editus *Dodechinus* ex MS. & *Trithemio* in chron. Hirſaug. qui addit: *Ad hanc ſynodum Wilhelmus Abbas* (Hirſaugienſis) *ſanctiſſimus per epiſtolas regias vocatus venire contempſit, ſubtili ſe adinuentione tutatus, malens pro defenſione Vicarii CHRISTI, rerum, corporisque periculis audacter ſubiici, quam prauorum conſenſu maculari.*

Dat ſe Henrico.

quo ſe ordine Synodi tum coacta exceperint.

Turbat heic auctor rerum ordinem, & ſynodi *Moguntinæ* mentionem primo facit loco; dein *Gerſtungenſis* demum, ac *Quedlinburgenſis*: cum tamen hæ duæ temporis ratione illam præceſſerint; & *Gerſtungenſis* quidem ſiue *Berckenſis* XIII Kalend. Februar. habita fuerit: vid. *VValtramus Numburgenſis* lib. II p. 286, *Chronographus Saxo* p. 265. *Quedlinburgenſis*, finitis feriis paſchalibus. vid. *Bertholdus Conſtantienſis* p. 356; *Moguntina* vero tertia a celebrata Quedlinburgenſi hebdomade. Idem *Bertholdus* p. 357.

IV De eadem etiam ſynodo agit *Vrſpergenſis*, & ſubdit: *Eodem anno,*
790 *condicto tam ab inimicis, quam amicis Imperatoris colloquio, in Thuringia loco, qui Berchach dicitur, conueniebant ex vtraque parte, quicunque ſapientiſſimi de Optimatibus iudicabantur, canonum auctoritate probaturi, cui parti iuſtitia faueret, Imperatore tamen abſente. ſic enim ipſe conſenſit. Electis igitur ſatis litteratis, & eloquentibus viris, hinc Wecilone Moguntino, illinc Geberhardo Salzburgenſi Archiepiſcopis, diſputatio cœpta eſt. Affirmat Geberhardus, proponente hoc prius Wecilone, Imperatorem non iniuſto iudicio, tam regno, quam communione Apoſtolici ſententia priuatum: econtra Wecil Dominum ſuum præiudicium non minus a Papa, quam a Principibus paſſum contendit, dum, ipſo apud Canuſium in ſatisfactione poſito, immo iam a Papa in communionem recepto, alterum ſuper ſe Regem eleuarent. Adiecit etiam idem Moguntinus,*

de Synodo Gerſtungenſi.

Edit. I 102

guntinus , quod Imperator diu iam a Saxonia depulſus , & regnandi copia etiam ab illa diſſenſione , quæ ante Rudolphum facta præſcribitur , ſpoliatus , nec vocari , nec iudicari, nec damnari canonice debuiſſet. Hoc Geberhardus improbare nitens aſſerit , neminem per hoc diuinis abſolutum legibus , ſi forte ſua qualibet re familiari fuerit ſpoliatus , quanto minus , qui Saxonia , quæ non ſuum duntaxat prædium , ſed Domini ſit regnum , qui, Daniele , vel ipſo Rege Nabuchodonoſor teſte , cuicunque voluerit , dat illud: cum etiam ante amiſſam Saxoniam prius ab Alexandro , dehinc ab Hildebrando vocatus , ſatisfacere contempſiſſet. Sic itaque vtrinque parte ſua fauente , atque acclamante , diſceſſum eſt.

Dan. 4, 12

Hæc *Vrſpergenſis*, ad quem confer *VValtramum* l. d. *Chronographum Saxonem* l. d. *Trithemium* in Hirſaugienſi p. 264. Bertholdus enim hic breuior eſt.

de Synodo Quedlinburgenſi.

V Eodem anno alia fuit Quintelingoburgi ſynodus , cui veri Pontificis legatus , Otto , Epiſcopus Oſtienſis , interfuit , vbi, qui aderant , hæreſin Wezilonis damnarunt , quod docere putaretur, *quamdiu quis rebus ſuis ſpoliatus ſit, eum diuinis non ſubiacere legibus*, ipſumque *hæreſiarcham* appellarunt, vt apud eundem *Vrſpergenſem* eſt.

in quo Wezilo excommunicatur.

1) Addere iuuabit *VValtramum* l. d. cap. XXIII, & *Bertholdum*, qui fuſior hic eſt & curatior , p. 365. Hic ſane diſertis dicit verbis , Wezilonem ſynodi ſub finem alios inter noxis etiam illigatum fuiſſe , deteſtationibusque. Addit *Baronius*, ſententiam eius *VVezelinam* fuiſſe appellatam , ſectatores vero nominatos *VVezelinos*.

de Moguntina, quam ille rexit.

2) Tertia ab hac Quedlinburgenſi hebdomade , vt iam dictum , acta fuit Moguntinenſis , quam vna cum Engelberto Treuirenſi atque Sigeuino Colonienſi regebat Wezilo. quo vide , quæ § III dixit auctor , & ex antiquioribus *VValtramus* l. d. cap. XX p. 287, *Bertholdus* l. d. p. 357 , & *Chronographus Saxo* l. d. *Trithemius* in recognita chronici Hirſaugienſis editione , verbis poſterioribus , quæ in priori habuit, § III vero auctor repetiit, reſciſſis , *ad hanc* , ait , *ſynodum B. Pater VVilhelmus vocatus ire contemſit , cauſſas opponens abſentiæ , quibus videbatur indubitanter poſſe rationabiliter excuſari.*

Cum Henrico it in Saxoniam.

3) Hoc alioquin anno Wezilo Henricum honoris ergo proſecutus eſt in Saxoniam , ac Magdeburgi III Id. Iul. conſecrationem Wicberti (quem Cæſar Wicberti profugi in locum Præſulem conſtituerat) præſentia ſua illuſtriorem reddidit. vid. *VValtramus* l. d. c. XXVIII p. 299, *Chronographus Magdeburgenſis* p. 319.

Wirtzburgi obſidetur.

4) Inſequenti, qui LXXXVI fuit, Wirzburgi ab Henrici aduerſariis obſeſſum *chronica* prodit *Auguſtenſis* , dum p. 504 ait ; *Imperator vero audiens , Ducem Fridericum & Epiſcopum Moguntinenſem a Suenis , & Saxonibus in VVirzburg obſeſſos , in Franciam proficiſcitur.*

VI Interea Salerni mortuus eſt verus idem Pontifex Gregorius , qui, vt
Pſal. 44, 8 refert lib. VI c. XXXVI *Otho* , *appropinquante morte dixiſſe fertur* ; „ *Dilexi iuſtitiam , & odiui iniquitatem. Propterea morior in exilio.* „ & ei ſucceſſit paucis tantum diebus Deſiderius , qui & Victor III ; deinde ipſe , cuius mentio iam facta eſt, legatus Otto , vocatus Vrbanus ; qui tam Henricum, quam Clementem pſeudopapam rurſus excommunicauit , ſeu , vt loquitur *Dodechinus* , *venerabilis Papæ Gregorii ſcripta , & dicta contra ſchiſmaticos habita confirmauit: Henricum , & Wigbertum Romanæ eccleſiæ inuaſorem cum omnibus fautoribus ſuis ab eccleſia Dei excommunicauit.*

VII Anno MLXXXVI Marianus Scotus , Chronographus , Moguntiæ mortuus , & in maiore S. Martini eccleſia ſepultus eſt , vt ex Dodechino ait in Hirſaug. Chron. *Trithemius*.

VIII Anno ſequenti MLXXXVII Bertha Henrici vxor ibidem mortua, & 791
ſepulta erat , ſed a marito poſtea Spiram translata , vt idem refert *Trithemius*, qui addit , *Anno ſequenti MLXXXVIII obiit Wezilo Archiepiſcopus* , eique de anno contra Bruſchium , qui mortuum ait MLXXXIX, ſuffragatur *Dodechinus* , *Vrſpergenſis* , & *MS.* minor *, qui ab Henriciano ſchiſmate ipſum reſipuiſſe , veroque adhæſiſſe Pontifici teſtatur hiſce verbis : *Wezilo quoque Moguntinus Archiepiſcopus , primum Henrici Cæſaris fautor , & defenſor , poſtea vero ob eius vitia , maxime quod omnes cum Romana eccleſia bene ſentientes perdere volebat , & laborabat , multoſque Pontifices de ſuis eccleſiis iniurioſe fugabat , Abbates , & Monachos de cœnobiis expellebat , & multa monaſteria cum eccleſiis funditus deſtruebat , eidem contrarius , multis eſt iniuriis ab ipſo afflictus.* Scribit de hoc Henrico IV Stephanus , *qui &* Herrandus , *ex Abbate monaſterii Ilſenburgenſis , Epiſcopus Halberſtadenſis , ſcelera eius deteſtans , ad Waldra-*

Edit. I pag. *Waldranum Epiſcopum Nuvvenbergenſem, defenſorem Regis, inter cetera ſic:* „ Omnis, qui dignitates ſpirituales vendit, hæreticus eſt. Dominus autem Henricus, quem Regem dicunt, Epiſcopatus, & Abbatias vendit: etenim Conſtantienſem, Bambergenſem, Magontinenſem, & plures alios pro pecunia; Ratiſponenſem, Auguſtenſem, & Strazburgenſem pro gladio; Abbatiam Fuldenſem pro adulterio; Monaſterienſem vero Epiſcopatum, quod dicere, & audire nefas eſt, pro maxima immunditia vendidit. Quæ ſi impudenter negare volueris, teſte cælo, teſte terra, omnes etiam a furno redeuntes ſcioli concludent hoc: Ergo Dominus Henricus hæreticus eſt, ideoque iuſte excommunicatus „. Sed nota, illud (*maxima*) recentiore manu aſcriptum, deleto nomine alio, quod ſcriptum fuerat, *Sodomitica* ſcilicet. Nam cum infando iſto nomine, tota, bene longa, & grauis, extat Stephani huius epiſtola apud *Dodechinum* anno MXC, & hoc ipſum eius etiam fruſtulum apud *Tritbemium* in Hirſaug. chronico, vbi de huius noſtri Archiepiſcopi reſipiſcentia ſimiliter ait: *Omnes, qui cum eccleſia Romana bene ſentientes, eius communionem vitabant, perdere laborabat. Archiepiſcopum Moguntinum, Wezilonem nomine, virum doctiſſimum, primum ſibi conſentientem, poſtea vero contrarium, multis iniuriis affixit* †. Recte lib. IV de beneficiis cap. XXXVIII *Seneca: Non eſt leuitas a cognito & damnato errore diſcedere.* Rectiſſime vero in eo de verbis Apoſtoli ſermone XXII, quem a Nouatoribus omnibus legi peroptem, *S. Auguſtinus: Humanum fuit errare: Diabolicum eſt, per animoſitatem in errore manere.*
792 *Melius quidem erat, ſi nunquam erraremus: ſed, quod vel ſecundum eſt, faciamus, vt errorem aliquando emendemus.*

monaſterio Comburgenſi quadam bona addicit 1) Fato proximus, cœnobio Cambergenſi, cum Burchardus, Comes Rotenburgenſis, id D. Martino offerret, duas beneuola voluntate adſignauit vineas; vnam Rüdeshemii, alteram Lorchi, vna cum duabus areis, ad eas pertinentibus; vt in diplomate, quo aſceterium hoc ſucceſſor Ruthardus an. MXC affecit, videre eſt.

Diem obit. 2) * Anno MLXXXVIII fatis functum, non hi ſolum teſtantur, ſed auctor etiam *chronici VVirzburgenſis* p. 517, *annalium* itidem *Hildeshemenſ.* p. 249, *Engelhuſius* l. d. *Langius* l. d. p. 779. Bruſchium in catalogo ſequitur *Dieffenbachius.*

3) Diem vero, quo vitæ fabulam peregit, ac in libitinæ venit cenſum, nemo, quod ſciam, notauit. Et mortuus quidem eſt *anno Pontificatus ſui quinto incompleto*, vt *Tritbemius* ſubdit l. d. p. 288.

† 4) Quod in ſchiſmate ad obitum vſque permanſerit, ad an. MLXXXIX § III narrat *Baronius*, aitque; *permanſit iſte in ſchiſmate, cuius ſemper extitit acerrimus propugnator. Bertholdus* p. 361; *VVezilo Moguntienſis & Megenhardus VVirzeburgenſis Pſeudoepiſcopi, inter ſchiſmaticos eruditione pracipui, abſque eccleſiaſtica communione in lacum miſere, ſed non miſerabiliter, abiere.* *vtrum in ſchiſmate?*

RVTHARDVS.

I

Alia eius nomina ponuntur in *Ottone Friſing.* lib. VII cap. VIII *Ruckhardus*, cap. IX *Rotardus*; in *Vrſpergenſi Buother*, licet apud eundem antea bene legatur; & mendoſe item in edito *Dodechino*, *Richardus*, vel *Ruchardus*. Ad S. Petrum Erfurdiæ Abbas prius fuiſſe a *Bruſchio* traditur, & anno MLXXXVIII ad * Archiepiſcopalem Moguntinam cathedram ſublatus. *Ruthardus vario ſcribitur,*

** effertur.* 1) *Chronographo Saxoni* p. 270 vocatur *Ruther*; *Ruothardus* auctori *chron. VVirzburgenſis* ad an. MLXXXIX nec non MXCVIII p. 517, 518; *Ruochardus* vero *VValtramo Numburgenſi* lib. II de vnitate eccleſiæ conſeruanda cap. XXV p. 297.

Nobilis fuit de Hartesburg. 2) Si *mſcr.* qui Erfurti Petrenſibus eſt, ſequaris, prognatus fuit magnaque & veteris proſapiæ familia, Nobilium ſcilicet, qui a caſtro, quod in poſſeſſionibus ſuis habuere, *de Hartesburg* dicti fuere, & ædem ſacram in villa Falckenaw ſtatuiſſe feruntur.

duos habuit fratres. 3) Fratres habuit *Piligrinum* & *Diedonem*. *Illius* e manuſcr. Petrenſi meminit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § VIII p. 28, proditque, quod Ruthardus, cum Meguntini Pontificatus teneret gubernacula, eum conſtituerit Aduocatum Thuringiæ. *Huius*, Archiepiſcopus *Henricus I* in tabulis de transactione Diſibodenbergenſium cum monaſterio D. Petri Erfurtenſi facta, an. MCXLIII editis: *Quoniam Dominus* Ruthardus *Arbiepiſcopus, cuius nos vicem gerimus, ante plures annos, cum prædium in Biſchoferode ad Erphesfurt delegaret, ſuadente* fratre ſuo, *Domino videlicet* Diedone, *qui eam ſibi manſionem elegerat, eam cellam* (S. Martini ſcilicet) *cum prædiis ad illam pertinentibus SS. Apoſtolorum principibus delegauit.*

4) Erfurti ad D. Petri Abbatem fuiſſe & *Erfurti fuit*

Edit. I pag.

Abbas.

Dieffenbachius dicit in catalogo mſcr. & *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. l. d. Et hic quidem, chronici Petrenſis mſcr. nixus teſtimonio, ſubdit, etiam natalibus illum fuiſſe Erfurtenſem; poſt vero, cum Archiepiſcopatum iniiſſet, Burchardum cœnobii Petrenſis Abbatem conſtitutum benedictionis munere affeciſſe.

5) Ceterum bene *Mabillonius* annal. Ord. Benedictin. lib. LX § VI p. 527 tomi IV; *Ruthardus genere, eruditione, & pietate inſignis, qui non pauca ingenii ſui monumenta reliquiſſe dicitur; haud ſcio, an idem Abbas Hersfeldenſis, cui* Lambertus *hac tribuit.*

an. 1088 fit Archiepiſc.

* 6) Quod anno MLXXXVIII ad cathedram Moguntinenſem ſublatus fuerit, dubium facere videtur auctor *chronici VVirzburgenſis.* Dicit enim p. 517; *MLXXXIX conſtituuntur Epiſcopi* Ruothardus Mogontiacenſis, *Herimannus Colonienſis, Emehardus VVirziburgenſis VIII Kal. Aug.* Nec aliter ſcriptor *annal. Hildeshemenſium*, iiſdem his verbis p. 732 vſus. Enimuero, ſi non fallunt, dicendum, eos non accipiendos de tempore, quo Ruthardus ſedi Moguntinæ impoſitus fuit; ſed de eo, quo Epiſcopus ordinatus, ſiue veteri laudatoque cæremoniarum conſecratus ordine. Certum alioquin eſt, & Einhardum iam anno MLXXXVIII d. XXVII Iun. cathedram Wirzburgenſem inſcendiſſe. Vid. *Chronographus Saxo* p. 270, *Friſius* chron. Wirzburgenſ. p. 483.

cedit Moguntia Magdeburgenſi.

7) Eodem vero hoc, quo Epiſcopus factus eſt, anno Moguntiæ, quod mireris, Hartuico ceſſit Magdeburgenſi. Miratus iam olim fuit, cum id referret, *VValtramus* Numburgenſis l. d. aitque; *ecce enim contigit in diebus illis Imperatorem celebrare apud Mogontiam natiuitatem Domini. Vbi aderant cum eo aliquot Epiſcopi, & quidam de Principibus regni. Aderat etiam ibi ille Hartuicus, cui tunc non ſolum communicauit quisque præſens Epiſcopus, Clerus, & populus, ſed etiam* Ruochardus., *qui ante aliquot menſes poſt obitum VVezelini ordinatus eſt Moguntina eccleſia Archiepiſcopus, ceſſit ei in ordine & officio ſuo, & conſenſit, indigno modo, vt ad initia nocturnalium lectionum ſolitas benedictiones faceret in tam celebri conuentu, & in tam celebri nocte natiuitatis Domini.*

adem Hoechſtenſi Santalbanenſibus attribuit.

8) Anno MXC ædem, quæ Hochſtl D. Iuſtino ſacra eſt, rogatu Adalmanni, Abbatis ad D. Albanum, non ſolum cœnobio D. Albani extra mœnia Moguntina, vna cum bonis contributis attribuit, verum etiam agris eam, hortis, aliisque iuribus ac priuilegiis liberali manu exornauit. Teſtimonio luculento ſunt tabulæ, quas *chronici Albanenſis* lib. I ſect. II ad vitam *Adalmanni* protuli.

monaſterii Cambergenſe confirmat.

9) Eodem monaſterium *D. Nicolai* Cambergenſe, ſiue, vt antiquitus ſcribebatur, *Kachenbergenſe*, Ordinis D. Benedicti, haud procul Hala Sueuorum, ſingulari cohoneſtauit diplomate, quod legas in codice diplomatico. Statuerat id, ſumtuque ſuo exſtruere cœperat Burchardus, Comes Rotenburgenſis anno MLXXIX, opereque octo annis abſoluto, Wignandi ciuis Moguntini conſilio, patrocinio commiſerat Archiepiſcopi Moguntinenſis. Ruthardus autem eo omnia, quæ tum Burchardum inter ac Wezilonem Archipræſulem conuenerant, rata habuit, adhibitoque frequenti virorum illuſtrium, fideque dignorum teſtimonio firmauit.

erga monaſterii Iacobi

II Anno MXCI S. Iacobi monaſterii ad Moguntiam ſiti cenſus amplificauit, vt habet eius diploma in MS. minore.

& Canonicos metropolitanos beneficus eſt voluntate.

1) Eadem, qua erga cœnobitas D. Iacobi fuit, beneficentia anno ſequenti MXCII ædis D. Martino dicatæ, quæ primaria eſt, Canonicis *XII libras denariorum in Binga, curiam Bleinich, aduocatiam in ſuperiori Heimbach Fundene, Olmene, Badenheim, & Ebersheim* donauit.

monaſterii Burſfeldenſe ſtabilit.

2) Poſtero, qui MXCIII erat, quum Heiligenſtadii cum amicis conuentum ageret, monaſterium Bursfeldenſe, quod ad magnam poſtea celebritatem peruenit, tabulis Id. Iul. publice editis; confirmauit. quo vid. *Leuckfeldius* antiquit. Bursfeld. c. I § IV p. 8 & ſeq.

duos conſecrat Epiſcopos.

3) Inſequenti MXCIV Coſmam & Andream magna cæremoniarum dignitate ſacrauit Antiſtites; *illum*, Pragenſem; *iſtum*, Morauenſem. Vid. *Coſmas* ipſe lib. III chronic. Bohem. *Goldaſtus* de regno Bohemiæ lib. V cap. IV p. m. 740.

iubetur inquirere in acta Epiſc. Auguſtani.

4) Hoc alioquin temporum tractu Sifridus Epiſcopatui præerat Auguſtano, Henrici addictus partibus; quod cum male haberet Paſchalem II R. P. Ruthardo litteris anno ſequenti MXCV ſcriptis præcepit, eius in facta inquirat. *Tibi*, inquit, *ad quem huiusmodi diſcuſſio pro metropolitanæ dignitatis debito attinet, iniungimus, vt huiuſce negotii veritatem, conuocatis fratribus, ſollicita inquiſitione diſcutias, & quod iuſtitia exegerit, diſcernas.*

Santalbanenſibus bona quadam donat.

5) Biennio poſt nouo liberalitatis exemplo Albanenſium commodis conſulturus, eis bona hereditaria Wignandi, ciuis Moguntini, in Eltvil & Steinheim, donauit, addita hac lege, vt, quoad viueret, quotannis *diem ordinationis* ſuæ celebrent, *depoſitionis* vero, quum vita eſſet defunctus. Tabulis locus eſt in *chronico Albanenſi* lib. I ſect. II.

gratiam Regis perdit.

qua occaſione id factum.

III *Sed anno MXCVIII Ruthardus*, ait *Dodechinus*, *Moguntinenſis Archiepiſcopus, Regi excommunicato fauere noluit *: gratiam eius perdidit: & in Thuringiam ſecedens per aliquot annos ibidem ſtetit.* Occaſionem eius expellendi accepit Imperator ex quæſtione de Iudæis occiſis, prout eſt in MS. minore. Illos vero ſeceſſus annos definit *Otto* lib. VII cap. IX, *Abbas*, & *Bruſchius*, VIII *annos*: in Hirſaug. vero Chronico *Trithemius* IX, dicens; *Henricus IV Wezilonis*

zilonis ſucceſſorem Ruthardum, venerabilem virum, de ſede Moguntina expulit †, *ipſumque exulare per IX annos, in miſeria maxima apud Thuringiam coegit.* Locum fuiſſe caſtrum *Hartesberg* *, ait *MS. minor*, anno MCI dicens e Treuirica hiſtoria, *Brunonem Archiepiſcopum conſecratum, cum forte Ruthardus noſter eodem ex iam dicto caſtro veniſſet* ** *: additque, Imperatorem Moguntini Archiepiſcopatus reditus toto exilii illius tempore ſuam in crumenam vertiſſe.*

* 1) Ita quidem & alii, quos inter *Latomus* in catalogo mſcr. at falluntur, dum exiſtimant, Ruthardum gratia Regis excidiſſe, quod illi, tanquam diris deuoto, fauere noluerit. Quod ſi enim Vrſpergenſem, aliosque audias, quos audire omnino conuenit, illorum, qui Iudæorum opes compilarant, patrocinium ſuſceperat; quippe particeps illius prædæ erat. Impar autem ſuſpicioni criminis in gentem calamitoſiſſimam commiſſi vel a ſe vel illis depellendæ, rebus ſuis diffidere cœpit, ac propere ad Thuringos diſceſſit. Iam olim ſane *Continuator Lamberti* ad an. MXCVIII p. 254, *Ruthardus Archiepiſcopus Moguntinus pro pecunia, quam Iudæi interfecti reliquerant, gratiam Regis perdidit, & in Thuringiam ſeceſſit, ibique vſque ad obitum prædicti Regis rebellis manſit, occaſionem habens, quod communicare excommunicato Imperatori nollet.* Poſt *Trithemius* chron. Hirſaug. recogniti parte I p. 312, ipſe ſe corrigens, apertius adhuc: *Anno Gebhardi Abbatis VII, inquiſitione facta Moguntiæ ab Imperatore de facultatibus Iudæorum anno Gebhardi V, ſicut diximus, interfectorum, inter ceteros, qui eas rapuiſſe delati ſunt, quidam ex conſanguineis Ruthardi Archiepiſcopi coram Imperatore fuerunt accuſati: quos cum Imperator perquireret, nec in præſentiam eius venirent, Archiepiſcopus cauſſam eorum defendere tentans, ſed minus valens, indignatione permotus ex vrbe diſceſſit, & in Thuringiam cum eis ſe contulit, quaſi ſuis in hoc melius proſpecturus, & ex vicinitate Saxonum Imperatori rebellium quendam terrorem ei illaturus, ſicque commotionis ſuæ vindictam exacturus. Fuerunt autem, qui dicerent, etiam ipſum Epiſcopum de pecuniis Iudæorum ſuſtuliſſe, quod ex eo confirmare videntur, quoniam omnem, ſicut diximus, eorum ſubſtantiam in depoſitum acceperat; quod neminem ſcire præter ipſum & paucos familiares eius veriſimile conſtat.* Conf. *Auentinus* lib. V annal. Boicor. cap. XVI p. 563.

Profugit clam in Thuringiam.

† 2) Profugit ergo in Thuringiam alieno potius metu, quam vi expulſus. Et profugit quidem clam, teſte *Chronographo Saxone*, qui p. 276 diſerte: *Rothardus Archiepiſcopus Moguntinus gratiam Regis perdidit, & ſimulata indignatione clam ab vrbe diſcedens, in Thuringiam venit.* Vt ſane neſciam, cur *Heineccius* antiquitat. Goslarienſ. lib. I ad an. MXCVIII p. 105 aliorum recoxerit errorem, ſcripſeritque, ab Henrico e ſede Moguntina fuiſſe eiectum, ſubrogato Adalberto, Cancellario ſuo.

& quidem an. 1098

3) Seceſſit autem anno, quem *Dodechinus* ſignat, MXCVIII, vt auctor iam obſeruauit, cui adſtipulantur *Chronographus Saxo* l. d. & *chronici* auctor *VVirzburgenſis* p. 518: *MXCVIII Ruothardus Archiepiſcopus Mogontiacenſis gratiam Regis perdidit, & Thuringiam ſeceſſit.*

quibus locis ſe continuerit.

* 4) Enimuero, Hartesburgi partim ſe continuit, partim Ruſtenbergæ, partim Erfurti. *Illud* MS. minor habet, vt auctor iam notauit. Caue tamen Hartesburgum Goslariæ vicinum, quod *Heineccius* l. d. intelligit, intelligas, ſed quod olim in Thuringia, infra oppidum Trefurt, ad Werram ſtetit monti edito impoſitum, antiquioribus *burgum Nordmannicum* appellatum. *Iſtud*, quod ſcilicet Ruſtenbergæ interdum conſederit, *Latomus* dicit in catalogo. Eſt autem, vt id addam, Ruſtenberga arx tractus Eichsfeldenſis, ditionis Moguntinæ, olim in caſtris munitiſſimis habita, & vel hodieque Præfecto Moguntino domicilii loco eſt. Fallitur namque *Lenckfeldius* antiquitat. Katlenburg c. III § II p. 22, dum in ruderibus ſuis eam iacere ſcribit. *Hoc*, quod Erfurti degerit nonnunquam, *Monachus Pegauienſis* memorat, vt ſtatim videbimus.

quot annos in exilio exegerit?

5) Præter *Othonem Friſingenſem*, *Conradum Vrſpergenſem*, ac *Bruſchium*, octo fere annos Ruthardum in exilio egiſſe, *Albericus* in chronico p. 196 partis II, & *Dieffenbachius* in catalogo habent. Et recte quidem. Subduxit enim ſe Moguntia, vt dictum, anno MXCVIII, & anno MCV ab Henrico V ſedi Moguntinæ reſtitutus fuit. Conf. *Chronographus Saxo* p. 280, auctor *annal. Hildeshemenſ.* p. 735. *Trithemius*. in chron. Hirſaug. ad an. MCV ipſe ſe corrigit quaſi ac explicat. Sic enim ibi: *Anno etiam Dominicæ natiuitatis prænotato Ruthardus venerabilis Archiepiſcopus Moguntinus a Thuringia, vbi tyrannidem fugiens Henrici Regis IV, per annos iam „octo ferme„ exulauerat, præſidio Catholicorum Principum deductus ad Moguntiam, propria ſedi cum maximo tripudio reſtituitur.*

Cellam S. Martini ſtatuit.

6) Inter hæc vero *cellam S. Martini* ad Werram, ſupra villam Falckenaw conſtituit. *Quippe Ruthardus*, vt *Gudenus* ait hiſtor. Erfurtenſ. l. d. & ex eo *Paullini* annal. Iſenacenſ. § XXII p. 16, *ex Abbate Archiepiſcopus Moguntinus, Cæſaris ira Moguntia exul, frequentius Erfurti, & in iſto pago* (Falckenaw) *moratus, ad flumen ambulando Numini preces ſoluere ſueuerat; cumque a dextro ripæ ſub altiſſimis præcipitiis fons cryſtallinus ebulliat, amœna ſolitudine loci captus, vbi præcipitia recedunt in ſinum, altare S. Martino erexit, & additis poſtea ingeribus, cum anguſtia & ſterilitas peculia-*

rem

rem monachorum cœtum non aleret; cœnobio Petrino donaſſe fertur.

duobus Abbatibus benedicit. 7) Tum vero anno MCI Windolfum, Abbatem Pegauienſem, Erfordiæ conſecrauit, *Monacho Peganienſi* teſte. Ii enim ad h. a. p. m. 13; *Dominus VVigbertus Abbatem ſuum ad Archiepiſcopum Moguntinum Ruthardum, qui tunc apud Erpisfurt erat, ſecum eo adducens, vt ab eodem paſtorali benedictione ſublimaretur, impetrat. Cum quo ſimul eiusdem ciuitatis Abbas, nomine Burcardus, eodem die conſecratur.*

Dubium, num an. 1102 fuerit Moguntiæ. ** 8) Quod ſi hiſtoriæ Treuirenſis ſcriptores audias, anno ſequenti MCII Moguntiæ ſollemnibus interfuit, quum, Imperatore Henrico IV præſente, Bruno, Treuiris Archipræſul datus, ab Adalberone Metenſi ſacro ritu inungeretur. Perhibet id *Golſcherus* geſtor. Treuir. cap. LXVII p. 107, quem *MS.* minor (vt auctor iam indicauit) & *Brouverus* annal. Treuirenſ. lib. XIII § V p. 2 ſequuntur. Verum vero congruenter, maxime mihi dubium eſt. Saltim, quem dixi, *Golſcherus* Ruthardum mendoſe *Burchardum* appellat. Edit. I. 298.

9) Vt Othonem, Bambergenſis eccleſiæ Epiſcopum, Roma ad Epiſcopatum ſuum reuertentem, commendatum ſibi habeat, omnique proſequatur charitate, Paſchalis, quem dixi, P. M. litteris an. MCIII, XII Kal. Iun. Laterani datis, Apoſtolica voluit, monuitque auctoritate. Quod quin fecerit, ac Othoni ſua dicarit ſtudia, nullum dubium eſt. *Monetur, vt Othoni Bambergenſi faueat.*

10) Anno ſequenti MCIV cœnobio D. Petri, cui olim magna dignitate dederat iura, non ſuum modo præſidium appromiſit, eique poſſeſſiones ſingulas ac omnes honeſtiſſimo diplomate confirmauit; verum etiam alio cellam D. Martini, de qua ſupra, contulit, ac cum bonis adſignatis in perpetuum attribuit. Vtrumque dedi in codice diplomatico. *cœnobio D. Petri confert cellam Martini.*

IV Anno autem MCV excommunicationi Henrici filius Henricus V *paternam hæreſim*, de qua ſupra, *anathematizans*, vt ſcribit *Vrſpergenſis*, *Apoſtolicæ ſedis Pontifici debitam profitetur obedientiam: indeque fœderatis ſibi Noricis Principibus, atque ab Alemannia, nec non orientali Francia nonnullis Nobilibus, ad Saxones conuertitur. A quibus honorifice ſuſceptus, & in Quintlingeburg Paſcha celebrans, in breui vniuerſis Saxoniæ ciuitatibus potitus, & optimatibus, eſt dignitate regia ſatis honoratus. Conſilio tamen, atque miniſterio Ruthardi Mogontini, atque Gebehardi Conſtantienſis Epiſcopi, reſponſalium ſcilicet Domini Paſchalis Papæ, totam Saxoniam Romanæ eccleſiæ communioni reconciliauit: Epiſcopis vero, atque Clericis conuentum generalem in villam regiam, quæ Northuſum dicitur, IV Cal. Iunii, vbi ſuper eccleſiaſticæ inſtitutionis iam deprauata diſciplina tractaretur, indixit. In quo concilio ſuper ſententiis inſtantibus, Patrum decretis primo relectis, quæque poterant ad præſens laudabiliter corrigebantur: quædam vero, quæ & grauiora videbantur, ad Apoſtolicam audientiam differebantur. Simoniaca quoque hæreſis, Patrum conſuetudine condemnata, Nicolaitarum quoque fornicaria commixtio ibidem eſt ab omnibus abdicata: ieiunium menſis Martii hebdomada quadrageſimæ: ieiunium vero menſis Iunii in ipſa hebdomada Pentecoſtes Romano more celebrandum a præſcriptis Præſulibus Apoſtolica auctoritate indicitur, & pax DEI confirmatur. His vero, qui a Pſeudoepiſcopis fuerant conſecrati, per Catholicam manus impoſitionem reconciliatio proximo ieiunio danda fore promittitur.* 793

Vidimus inter hæc, quod ſilentio præterire non poſſumus, Regem Henricum non modicam bonæ indolis ſpem magna ſimul humilitate, & auctoritate coram omnibus prætendentem. Nam cum ſeruorum DEI conuentui non niſi vocatus intereſſe vellet (ingens enim ibi cum Epiſcopis, & Clericis, etiam Abbatum, & monachorum eccleſiaſticam ſitiens vnitatem turba confluxerat) tandem in abiecto productus habitu, locoque ſtans editiori, omnibus iuxta Principum decreta, ſuas leges, atque iura rationabiliter innouauit: ſi qua vero irrationabilia rogabantur, mira, ac vltra ſuos annos prudenti reſponſione, & auita magnanimitate confutauit: in omnibus his, & ſibimet miro modo ſeruans adoleſcentiæ verecundiam, & CHRISTI ſacerdotibus dignam exhibens reuerentiam. Inter hæc obortis lachrymis, ipſum regem cæli, cunctamque militiam cæli teſtabatur, ſe nulla regnandi cupiditate paternum ſibi regimen vſurpare: neque dominum, & patrem ſuum a Romano deponi imperio exoptare, immo debitam pertinaciæ, & inobedientiæ eius ſemper compaſſionem exhibere: ſique S. Petro, ſuisque ſucceſſoribus, lege Chriſtiana, ſubiici velit, ſiue regno cedere, ſiue ſeruiliter ipſi ſe ſubeſſe promiſit. Quod auditum omnis multitudo collaudans, lachrimas ſimul, & preces, tam pro patris conuerſione, quam pro filii proſperitate fundere cæpit, voce magna Kyrie eleiſon declamans. Eadem hora Vto Hildinisheimenſis, & Henricus Paderbrunnenſis, ac Fridericus Halberſtadienſis Præſules veſtigiis metropolitani (Moguntini ſcilicet) *proſtrati, ipſius atque* 794

Edit. I 192 *que Regis ſtantis, totiusque præſentis eccleſiæ teſtimonio, Apoſtolicæ ſe dederunt obedientiæ. Quorum etiam commiſſa Apoſtolico nihilominus iudicio reſeruantur, ſub officii ſui tantum ſuſpenſione.*

His rite diſpoſitis, Rex idem Pentecoſten Mereſburg celebrans, Henricum Magdeburgenſi eccleſiæ dudum deſignatum Archiepiſcopum, ſed ab Imperatoris fidelibus repulſum, conſecrari fecit: nec multo poſt expeditionem contra Mogontiam mouit, expulſum inibi Pontificem reſtituturus, patre intra muros exſpectante, cum non parua militum turba, nonnullisque primatibus, non tamen Principibus. Sicut autem iſtis Rheni interfluentia, nauiumque ſubtractio urbis aditum denegabat, ita illis ſacramentorum tam filio, quam Patri fa-
795 *ctorum conſideratio, parricidale bellum interdicebat. Plura tamen hinc, & inde nuntia nauigabant, multa conſilia communes regni Principes inter ſe trutinabant, patre regni diuiſionem, & hereditariæ ſucceſſionis confirmante, filio vero nil niſi Apoſtolicæ ſubiectionis, & eccleſiaſticæ vnitatis efficientiam expoſtulante.* Sicque factum nihil, vt *Otto* explicat *Friſingenſis* lib. VII cap. VIII. p. 143

Scilicet Ruthardus Regem Henricum, Henrici quarti filium, deſertis Principum quorundam impulſu patris partibus, anno MCV in Saxoniam venientem quam honorificentiſſime accepit. vid. *annal. Hildeshemenſ.* p. 734; & poſtquam Quedlinburgi Saxoniam ſedi Romanæ reconciliauerat, Nordhuſæ ſynodo congregatæ præſedit. vid. *Otho Friſingenſis* l. d. cap. VIII p. 143, *Albericus* in chronico p. 193, Anonymus in *annal. Corbeienſ.* p. 391. Illa finita, ferias Pentecoſtales Heiligenſtadii egit. v. *Gobelinus* ætate VI cap. LV p. 264. Dein, Henricum V ſecutus, vnum alterumque Epiſcopum ſacris Epiſcopalibus initiauit: nominatim Rupertum Herbipolenſem. v. *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 330, Hartuicum Ratisbonenſem, *Idem* l. d. p. 333, Gebhardum Spirenſem, *Idem* l. d. p. 334, add. *annal. Hildeshem.* p. 735. Quin a. d. III Id. Nouembr. Katelenburgi tum aram principem, tum Martinum, Abbatem Ilſenburgenſem, recens electum, pro more conſecrauit. vid. *Leuckfeldius* antiquitat. Katlenburg. cap. III § III p. 22. *Engelbrechtus* in chronologia Abbatum Ilſenburgenſium, quam idem *Leuckfeldius* antiquitat. Poeldenſibus ſubiecit, p. 225.

V Extat in *MS. minore* Paſchalis Pontificis diploma, quo criminum Rut- Criminum intentatorum pronuntiatur immunis.
hardo intentatorum eum pronuntiat immunem. Eſt autem hoc: *Paſchalis Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Gebhardo Epiſcopo Conſtantienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nouit fraternitas tua, quia Moguntinenſis Archiepiſcopus, per Domnum Vrbanum prædeceſſorem noſtrum Catholicæ eſt reſtitutus eccleſiæ: Nos quoque accepto, pro infamia eius, competentium perſonarum iuramento, petentibus veſtrarum partium tam clericis, quam laicis bonis viris, plenitudinem ei officii Pontificalis indulſimus. Niſi igitur poſt hac certior cauſſa perſuadet, ſuum ei ius, vel in electo primo, vel in aliis auferre non poſſumus. Datum &c.*

VI Eodem anno ſcribitur ab *Ottone* lib. VII cap. IX (p. 144) *Dodechino,* Cathedra Moguntina reſtituitur.
& Abbate, reſtitutus cathedræ ſuæ Moguntinus per Henrici filium Henricum V. Huius verba ſunt: *His etiam diebus venerabilis Bnother* (vel potius Ruother ſeu Ruthardus) *Archiepiſcopus a Thuringia, in qua per annos VIII tyrannicam declinarat rabiem, præſidio Catholicorum Principum deductus, maximo nobilis Moguntiæ tripudio cathedræ ſuæ reſtituitur, ſicque tam populum, quam clerum Apoſtolicæ reconcilians eccleſiæ, ab vniuerſis non ſolum, vt pater iam grandæuus, ſed etiam velut ex mortuis rediuiuus omnimodis excolitur.*

VII Adiicit de filii Imperatoris cum parente colloquio Bingæ habito, in fuit tamen.
quo ei, vt ad eccleſiæ vnitatem, & Pontificis obedientiam ille rediret, ſuadebat filius, omnemque ipſi confeſtim, ſi hoc faceret, obedientiam pollicebatur.
796 Rurſum quomodo Præſules Moguntinus, atque Spirenſis, ceterique, qui aderant, *propter nuper reconciliatas ſuas ipſi eccleſiæ eccleſias, communicationem illi præſtare ſe non poſſe, publice reclamarent.* Sed pergit: *Anno Domini MCVI, mediante Henrico iuniore, tantus apud Mogontiam factus eſt in natali Dominico totius regni Teutonici conuentus, quantus per multa annorum curricula nunquam eſt viſus. Referunt enim, qui aderant, LII ibi tunc Optimates, vel eo amplius affuiſſe, adeo, vt ſolus Dux Saxoniæ, Magnus nomine, quem iam grauior ætas impediebat, notaretur defuiſſe. Ibi ſuperuenientes Apoſtolicæ ſedis Legati, Epiſcopus ſcilicet Albanus cum Conſtantienſi, ſententiam anathematis in Henricum ſeniorem, dictum Imperatorem, a tot ſibi ſuccedentibus Apoſto-*

lis ſæpius, ſæpiuſque promulgatam ſcriptis ſimul & dictis teſtificantes, vniuerſam multitudinem, immo totam toto orbe diffuſam eccleſiam, ab eius communione, Chriſti, & beati Petri auctoritate, multis iam annis ſequeſtratam confirmabant. Qua de cauſſa dum ipſe ſe de caſtello, quo manebat, Mogontiam exhibere tentaret, Principes propter cauendum tumultum vulgi, ſuæ potius quam filii parti fauere ſolentis, ipſi Ingelheim occurrerunt: tandemque generali illum circumuenientes conſilio, vſque ad reatus confeſſionem, ſatisfactioniſque profeſſionem perducunt. Cui cum Legati communionem, ſeu pœnitentiæ modum abſque generalis ſynodi, & Apoſtolicæ ſedis diſcuſſionis cenſura reddere ad præſens non poſſent, ipſe partis vtriuſque conſiliis annuens, regalia, vel imperialia inſignia, crucem ſcilicet, & lanceam, ſceptrum, globum, atque coronam filii poteſtati tradidit, proſpera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans, & extunc iuxta ſummi Sacerdotis, totiuſque eccleſiæ decreta, ſuæ conſulturum animæ promiſit. Hoc ordine Henricus, illius nominis V, primum a patre, deinde ab vniuerſis Germaniæ Principibus in Regem iam ſecundo electus, ab Apoſtolicis quoque legatis, per manus impoſitionem Catholice confirmatus, acceptis tam ab Epiſcopis, quam laicis, iuxta morem patriæ, ſacramentis, regnare cœpit LXXXVIII loco ab Auguſto, L patris ſui anno, ab vrbe condita MCCCLVII, anno ab origine mundi VIMCCCV, Dominicæ vero incarnationis MCVI anno. (Videri etiam poteſt *Crantzius* lib. V c. XX)

Elie. I pag. — *qui Henrico IV inſignia imperii extorſere.* — 797

Eos inter, qui Ingelhemium miſſi, Henricum IV pauidum, atque, vt aſſolet, languentibus omnium erga Principem ſtudiis, prope deſtitutum, eam in mentem ſeuera blandis miſcendo, impulere, vt auguſtalia ornamenta poneret, coronamque, ſceptrum, crucem, lanceam, & gladium ad filium transferri, licet ægre, permitteret, Ruthardus facile fuit princeps. *Albertus Stadenſis* in chronico p. m. 237.

ex eo legati Romam miſſi. — *Vrſperg.*

VIII *Relatis igitur coram Rege, cunctiſque totius Germaniæ Optimatibus, & Præſulibus, omnique Clero ſimul, & populo legationibus Romanæ ſedis, eccleſiarum regni iſtius commaculatione diuerſa, & inueterata, econtra emendatione ab vniuerſis vnanimiter promiſſa, placuit tam Regi, quam primoribus, ad ſanctam matrem Romanam eccleſiam, tantos, ac tales a partibus iſtis legatos tranſmitti, qui & de obiectis rite rationem reddere, & de incertis ſagaciter inueſtigare, ac per omnia vtilitatibus eccleſiaſticis ſapienter conſulere ſint idonei. Separantur in hoc opus viri ſpiritu ſapientiæ pleni, dignitatibus, natalibus, & elegantia, ſed diuitiis præcipui, in illaque ſecundum DEVM, ſiue ſæculum veneratione inſignes, a Lotharingia Bruno Treuerenſis, a Saxonia Henricus Magdeburgenſis, a Francia Otto Babenbergenſis, a Baioaria Eberhardus Eichſtatenſis, ab Alemannia Gebehardus Conſtantienſis, a Burgundia Curienſis: nonnulli etiam nobiles de latere Regis laicæ profeſſionis, idque inter cetera ſuſcipiunt in mandatis, vt, ſi fieri poſſit, Domini Apoſtolici præſentiam ciſalpinis partibus impetrent exhiberi. Sic nimirum, ſic per tot iam annos obnubilata lux oriri cœpit in noſtris partibus; orthodoxa depublicatur & ventilatur: diiudicatur, & conuincitur, fœtet, & reſpuitur, condemnatur, & anathematizatur hæreſis Wigbertina, vel Henriciana. Abdicatis, ſiue fugatis hæreſibus, Catholici cathedris pontificalibus deſtinantur, e quibus etiam aliqui inter ipſa feſta conſecrantur. Denique in tantum diuinæ legis ſubito zelus efferbuit, vt etiam ipſa cadauera Pſeudoepiſcoporum ab eccleſiis eliminarentur: quotquot autem ab ipſis erant ordinati, vſque ad generalem audientiam ab officiis ſuſpenderentur. Iam enim exaltatis ſibi diuinitus eccleſia Romana cordibus ad incutiendum timorem cunctis vſquequaque ſchiſmatum membris, etiam capitis ipſius oſſa, Wigberti ſcilicet dicti Papæ, de ſepulchro ſuo, quod per V iam annos in eccleſia Rauennenſi poſſederat, proiici fecerat, vniuerſaque eius inſtituta, vt vere non Apoſtolici ſacerdotis, ſed apoſtatici inuaſoris, annullari decreuerat.* — 798

ad Concilium. — *Vrſperg.*

IX Mortuo autem Henrico illo IV in excommunicatione, cœpit iam libere filius eius Henricus regnare anno MCVII, tumque, vt afflictis eccleſiæ rebus conſuleret melius, Paſchalis Pontifex, in Galliam venit: *& natalis Domini gaudium*, inquit Abbas, *ſua præſentia Cluniacenſibus multum ampliauit. Inde ſecedens, ab vniuerſis finium illorum eccleſiis, vt vere CHRISTI diſcipulus, & Apo-*

& Apoſtolorum vicarius, ingenti honore ſuſcipitur, digna reuerentia tractatur, non aliter, quam legifer de cælo miſſus auditur. Sic itaque per menſes aliquot, vt fidelis diſpenſator, & prudens, quotidianam ſollicitudinem omnium eccleſiarum gerens, tandem circa Aſcenſionem Domini concilium non modicum apud Trecas habuit: vbi inter multa, quæ pro tempore, & neceſſitate corrigenda, correxit, ſententiam de libera paſtorum electione, & de coercenda laicorum in eccleſiaſticas dignitates præſumptione, iuxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgauit. At Rex Henricus peragratis Saxoniæ finibus, poſt Paſchale feſtum Mogontiæ actum, eidem ſe concilio vicinum, non tamen præſentem, cum nonnullis Epiſcopis, & Optimatibus exhibuit: cum quibus etiam inito conſilio, legatos honorabiles ad Apoſtolicum tranſmiſit, per quos tam ipſi, quam vniuerſæ ſynodo poteſtatem conſtituendorum Epiſcoporum priuilegiis Apoſtolicis Carolo Imperatori conceſſam notificarent. Super qua quæſtione, quia in alieno regno quicquam definiri, vtpote iam Romano incipiens potiri ſceptro, Henricus non patitur, induciæ ſibi totum ſequentis anni ſpatium Romam veniendi, & eandem cauſſam generali concilio ventilandi conceduntur. Tunc etiam nonnullos noſtrates Epiſcopos, eo quod eidem concilio non intererant, officii ſuſpenſione Dominus Papa multauit: quos tamen non multo poſt ſatisfacientes, clementer abſoluit.

apud Trecas habitum

X. Inter quos (ait MS. minor) & Ruthardum Moguntinum Archiepiſcopum iam grandæuum ob ſenium non comparentem ab Epiſcopali ſuſpendit officio. Ruthardus autem ſuam litteris Apoſtolico miſſis demonſtrans innocentiam, ab impoſitis ſibi criminibus taliter ſe purgauit, vt ſequitur: „ P. venerabili ſanctæ Romanæ ſedis Apoſtolico Ruthardus Maguntinenſis eccleſiæ, licet indignus, prouiſor, fidele ſeruitutis, & orationis obſequium, atque omnimodam debitæ ſubiectionis obedientiam in clero. Eſt quod exiguitatem meam valde contriſtat, ſcilicet quod veſtræ ſanctitatis gratiam me perdidiſſe ſentio, & de ſinu miſericordiæ veſtræ proiectum me eſſe intelligo, quem paterna clementia 799 ex prodigo filio ſuſcepiſtis, & in Epiſcopali dignitate confirmaſtis, & honore pallii in ſanctam eccleſiam prouexiſtis. Vnde autem hæc patiar, nulla mihi conſcientia mea præſtat indicia. Quia ex quo, dignatione veſtra, in partem ſollicitudinis veſtræ me vocaſtis, ſemper pro poſſibilitate mea ſtudioſe laboraui mandatis veſtris obedire, & decreta veſtra ſollicite ſeruare. Nam cum propoſitum ad nos mihi veſtrum indicaretis aduentum, teſte Domino, quod mea omnia, quæcunque potui, ad ſeruitium & honorem S.V. præparare non omiſi. Porro hoc peccatis noſtris impendendum fuit, cum in aliud regnum veſtrum indiceretis concilium. Quia mihi eundi illuc vires corporis non ſufficiebant, miſi legatum, miſi excuſationis litteras, non fictas, ſed veras, quibus adhuc accommodare poſſunt argumenta veritatis, & ætatis meæ grauitas, & diuturna corporis mei infirmitas. Vt autem cetera meæ obedientiæ omittam teſtimonia, vel hoc ſumat in argumentum meæ ſubiectionis prudentia ſerenitatis veſtræ, quod poſtquam paſſim audiui a tranſeuntibus, quibus credere indifferens erat, quod ſententia veſtra me ab officio meo ſuſpendiſſet; ilico me ab officio tam Epiſcopali, quam ſacerdotali abſtinui, ac ſi per certum legatum veſtrum mihi indictum, vel indicatum eſſet. Sed quid plura? Licet innocentiæ meæ conſcientiam meam teſtem habeam, tamen quia de iuſtitia veſtra certus ſum, de præteritis ſatisfactionem promitto, de præſentibus veniam poſtulo; & vt me officio meo reſtituatis, non propter meum meritum, ſed propter neceſſitatem eccleſiæ humiliter depoſco. Quia quod ſine gemitu non poſſum loqui, in multis terræ noſtræ locis, peccatis noſtris hoc merentibus, vacuum eſt nomen Epiſcoporum, quia officii ſui, contra impugnatores eccleſiæ, ſpiritualem non habent gladium. Et ſicut nouit ſapientia veſtra, ſi hic prouiſum non fuerit, neceſſe eſt, vt effrenis populus ex inſolentia inobedientiæ in præcipitium propellatur perditionis. Prouideat ergo S.V. quid ſuper hoc negotio faciendum ſit: quia ſi ceteri paſtores de ſingulis eccleſiis ſuis reſpondere debent, Excellentia veſtra de omnibus redditura eſt Deo rationem. Ille vos diu ſeruet incolumem, qui vos eccleſiæ ſuæ dignum conſtituit ſpeculatorem. „ His litteris perlectis Ruthardum ſuo reſtituit officio. Ex qua re liquet, quanta pius homo Ruthardus incommoda,

haud venit, & ideo ad tempus ſubmouetur officio.

reſtituitur.

da, bonorumque ſuorum rapinam, ac longa perpeſſus ſit exilia cum ingenti animi patientia. Præſedit nihilominus cum magna gloria. Hæc ex illo *MS.* minore omnia. Edit. I pag.

Enimuero, aliam adhuc nobis cauſſam rei huius pandunt *annales Hildeshemenſes*, de qua tamen, quod mireris, Ruthardus in ſuis ne γρὺ quidem: *Papa,* aiunt p. 737, *ex ſynodi ſententia apud Trecas Rothardum Moguntinenſem Epiſcopum ab officio ſuſpendit, eo, quod Vdonem Hildeshemenſem ſine eccleſiæ conſenſu reſtituit, & quia Reinhardum contra iura canonum Halberſtadenſi eccleſiæ ordinauit.*

Cœnobium D. Diſibodi inſtaurat. XI Anno MCVIII, vt eſt in *Dodechino*, *cœptum eſt nouum monaſterium conſtrui in monte S. Diſibodi. Piæ namque memoriæ Burchardus Abbas D. Iacobi Moguntiæ, quem Dominus Archiepiſcopus Ruthardus eccleſiæ B. Diſibodi primum Abbatem præfecerat, II Calend. Iulii primum fundamenti lapidem* 800 *iuſſu præfati Præſulis poſuit.* Vberius MS. minor ſic: *Ruthardus Maguntinus deſolationem monaſterii S. Diſibodi, in Comitatu Sponheimenſi, per anteceſſores ſuos ante plures annos deſtructi, ægre ferens, ipſum monaſterium in montem transferens denuo fundauit, & Burchardo S. Iacobi monaſterii Abbati, viro prudentiſſimo, commiſit. Qui pridie Calend. Iulii primum monaſterii conſtruendi lapidem in fundamento locauit: & de ſuo monaſterio fratribus illuc perductis, vtriuſque monaſterii Abbatiam rexit.*

(1 Immo, non ſolum in montem id tranſtulit Ruthardus, & monachis inſtituta D. Benedicti ſequentibus rurſum tradidit, verum etiam ſollemni donatione fundis, vineis, decimis, aliisque cenſibus large locupletauit. Loquuntur id litteræ V Id. Maii anno hoc MCVIII datæ, quas in codice diplomatico reperies. Quibus adde *VVitlichium* in catalogo Abbatum D. Iacobi p. 4, & *Trithemium*, illo fuſiorem; chronici Hirſaugienſis parte I ad h. a. p. 345.

donationes eccleſiæ Moguntinæ factas confirmat. (2 Diebus non ita multis interiectis factam olim Canonicis ad D. Martini donationem denuo ſtabiliuit, aliamque deceſſoris ſui Wezilonis liberali acceſſione auxit, IV carratis vini apud Longenſtein, quas ille eisdem tradiderat, quintam addendo. Litterarum clauſula docet, actum id *an. MCVIII, XVIII Kal. Iun.*

Præpoſituram S. Ioannis in Rhingauia inſtituit. XII *Item Ruthardus Archiepiſcopus Præpoſituram etiam conſtruxit in Ringauia, non procul a Vinicella, in monte, (Biſchoffsberg antiquitus vocabatur,) in honorem S. Ioannis Baptiſtæ. Quam Abbati S. Albani voluit eſſe ſubiectam, ad quam Richolphus Comes Rinckauienſis & vxor eius Dancmodis* (alias Clauckmodis) *multa contulere prædia, conſentiente filio eorum Luduico, qui & in eodem loco fit monachus. Hanc iuxta Præpoſituram, præfatus Pontifex cœnobiolum ſanctimonialium conſtruxit, quæ ſub cura Præpoſiti manebant incluſæ. In quo Comes prædictus filiam ſuam Werdtrudem Deo ſeruituram obtulit, cum ſuæ hereditatis parte.* Et de his in Sponheimenſi chronico *Trithemius* f. 246 copioſe.

Præpoſituram hanc *D. Ioannis* in monte Epiſcopi Archiepiſcopus Ruthardus non ſolum conſtruxit, & Abbati ad D. Albanum ſubditam eſſe voluit; verum etiam adiacentis nemoris parte aliqua, cenſuque dimidii manſi in tractu Vinicellenſi, quin & mercatu annuo exornauit. quo vide diploma Adelberti I anno MCXXX confectum, ex quo ſimul diſces, quibus bonis eam Richvvolfus & Dancmudis, coniuges, pietate moti, affecerint.

Obit. XIII Tandem *anno MCIX*, inquit *Dodechinus*, *Trithemius*, *Vrſpergenſis*, & *Bruſchius*, *Ruthardus obiit.* Diſſentit tamen de anno *MS.* minor, & clauſulam hanc proponit: *Anno MCX Ruthardus Archiepiſcopus digniſſimus, poſt multas tribulationes pro Deo, & S. eccleſia toleratas, VI Non. Maii, deſiit in humanis eſſe.* Addit *Bruſchius*; *ſepultus eſt in Epiſcopi monte*, id eſt, in Ringauienſi S. Ioannis monaſterio, vt ſupra patuit.

(1 Non mſcr. ſolum minor de anno, quo Ruthardus vita defunctus eſt, diſſentit, ſed *Chronographus* etiam *Saxo* p. 282, & *Dieſſenbachius* in catalogo mſcr. qui pariter, licet perperam, an. MCX viuis illum exceſſiſſe dicunt. Cum Dodechino contra ceterisque faciunt *annal. Hildeshemenſes* p. 737, *chronicon Staderburgenſe* p. 853, *Albertus Stadenſis* p. m. 259.

(2 Quod ad diem, non *VI Non. Maii*, vt mſcr. minor habet, ſed *Kal. Maii* vitam illum cum morte commutaſſe, *necrologium* Moguntinæ maioris his p. 210 prodit verbis: *II Kal. Maii obiit Ruthardus Archiepiſcopus Moguntinus.*

(3 In æde *D. Ioannis*, quam in Epiſcopi ſtatuerat monte, tumulo illatum eſſe, & *Dieſſenbachius* memorat l. d.

ADEL-

ADELBERTVS I ſiue ALBERTVS I aut Senior.

PRius illud nomen in *Dodechino*, & in tabula ærea, de qua infra, pluribuſque diplomatibus apud *Tritbemium* chron. Sponheim. & in monaſterio Ilmeſtadienſi legitur: *poſterius* in *Ottone Friſingenſi* lib. VII cap. XIV, XV, & XXI, *Radeuico* lib. I cap. XIII, & lib. IV vitæ S. Bernardi cap. III, & in *MS.* minore. *Duplici modo deſcribitur.*

II *Lotharingiæ Dux, ſecundum Ottonem Friſingenſem* a *Bruſchio* dicitur. Verum enimuero in *Ottone* id nuſquam eſt. Sed is lib. VII cap. XIV ſolummodo *natione Lotharingum* dicit. At non quisquis natione Lotharingus, idem ſtatim Lotharingiæ Dux eſt. Vere tamen e Lotharingiæ Principibus fuit, non eo tantum modo, quo Lotharingia late ſumitur, pro eo toto, quod Lotharii olim fuit, regno, vt interdum ſolent hiſtorici Coloniam, Leodium, Wormatiam, aliaque id genus loca in Lotharingia ſtatuere: ſed eo etiam, quo anguſtius modo accipitur. Nam *Sarbrükenſis* ſiue *Saræpontanus* fuit, vti non obſcure monſtrat inciſum in Willigiſianas valuas programma, de quo poſtea. In eo ſiquidem Archiepiſcopi huius propinqui Sarbrugenſes plures citantur. Hodiernæ etiam Lotharingiæ proximus eſt, eiuſque veluti pars, hodiernus ille Comitatus. De quo etiam ſuis in Venantium lib. VII epigr. fol. 174 notis pulchra *Brovverus* noſter. *natione fuit Lotharingus*

ortus Comitibus Sarapontanis, Fuit omnino e Comitibus *Sarapontanis* Adelbertus, & quidem *Sigeberti* al. *Sigeharti* filius, *Friderici*, qui Adelbertum II, Archiepiſcopum Moguntinum, e *Giſela* vxore genuit, frater; vti e *P. Anſelmi* hiſtoriæ familiarum Reg. Franc. genealogico-chronolog. tomo II p. 1325, in appendice I ad hiſtor. *Parei* Bauarico-Palatinam p. 433 iam expoſui: hic vero ſchemate hoc aliquantum auctiori denuo ob oculos ſiſto.

Wintherius Abbas Laurishamenſis, v. *chron. Laurisham.* p. 133	fratres	*Sigebertus* v. priuileg. Adelberti § 22 al. *Sigehartus.* *chron. Laurishamenſ.* l. d.

ADELBERTVS *opinatus ille Moguntinæ ſedis Archiepiſc. chronicon Laurisham.* l. d.	*Bruno* Epiſcopus Spirenſis, vid. tabulas *Adelberti* an. 1124 confectas, in chron. Petrenſi.	*Fridericus* v. priuil. *Adelberti* § 22 † 1135 vxor, *Giſela.*

Simon v. diploma *Conradi III* ap. *Tolnerum* n. LII p. 46.	ADELBERTVS II Archiepiſc. Moguntinus, *Otho Friſing.* lib. I de geſtis Frid. I c. 22 p. 418.	*Agnes*, vxor ſecunda *Friderici II* Sueuiæ Ducis. *Otho Friſing.* l. d. c. 21 p. 418.

Conf. qui iam olim id perſpexit, & Adelbertum hunc noſtrum *Friderici Sarapontani fratrem* dixit, *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIII § XXV p. 7. Quamuis autem auctor *Serarius* recte negarit, Lotharingis illum Ducibus oriundum fuiſſe; quin etiam bene coniecerit, a Saræpontanis genus eum trahere; Lotharingiæ tamen Ducem non minus, quam olim *Bruſchius* & *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. III § XXI p. 100, poſthæc, quod mireris, vocarunt *Bucelinus* Germaniæ ſacræ parte II p. 30, *Paullini* annalium Iſenacenſium § XXIII p. 17, *Leuckfeldius* antiquitat. Katlenburgenſ. cap. III § IV p. 25.

III Omnium autem in eo conſenſus eſt, *Cancellarium* hunc Henrici V fuiſſe, & quidem *primum inter primos eius præcordialem conſiliarium*, vt loquitur cap. XIV lib. VII *Otho Friſingenſis*, qui eum, nondum Præſulem, eius conſilii auctorem accuſat, quo Henricus V, cum Romam veniſſet an. MCIX *, fuiſſetque a Paſchale Pontifice acceptus quam honorificentiſſime, inueſtituras tamen

men eccleſiaſticas ab eo extorquere voluit, ipſumque, licet *magna cum reuerentia*, tantiſper cuſtodiri fecit. *Huius*, ait, *maximi ſceleris auctor fuiſſe dicitur Albertus, natione Lotharingus, qui poſtmodum factus eſt Moguntiæ Archiepiſcopus, &c.* Edit. I pag. 80…

Præpoſitus fuit Neohuſanus.

1) Cum dignus haberetur, qui ampliſſimos gereret magiſtratus, Neohuſii ad Præpoſiti euectus fuit honores. Vt dictis fides ſit, e *Monacho Kirſchgartenſi* * afferre iuuabit Adalberti, Vangionum Antiſtitis, diploma, quantum quidem huc facit: *Ego portator* (l. peccator) Adelbertus, *Dei gratia Epiſcopus VVormatienſis, anno ordinationis meæ XXXVII manu propria firmiſſime reddidi Collegio* S. Cyriaci Nuhuſe *Chriſto famulanti villam Larlenersheim, cum omni utilitate, agris, vineis, paſturis, quæ prædeceſſorum meorum negligentia & quorundam peruerſorum deteſtabili plurimis diebus ablata eſt violentia, quorum vtique —— Hæc traditio facta eſt a me, ſuggerente mihi & ſupplicante* Adelberto Cancellario Regio, *ſupradicto loco* Nuhuſen Præpoſito, *anno incarnationis dominicæ M centeſimo ſexto, indictione XIV, glorioſiſſimi Regis Henrici V anno primo.* His ſubiungitur: *Iſte prædictus* Adelbertus Cancellarius Regis *&* Præpoſitus in Nuhuſen *fit Archiepiſcopus Moguntinus.*

*c. 26 p. 76 & ſeq.

Henrici V Cancellar.

2) Cancellarium Henrici V iam an. MCVI fuiſſe, ex modo dictis patet. Ceterum permagna Adelbertum in aula fuiſſe auctoritate, ſcriptor *annal. Hildeshemenſ.* p. 738 his memorat verbis: —— *&* Adelbertus, *omnium Cancellariorum, qui ante eum fuerunt, celeberrimus.*

Romã miſſus de Henrico coronãdo agit.

3) Et is quidem anno MCIX, vna cum Archiepiſcopo Treuirenſi Brunone, Hermanno, Comite Wintzenburgio, aliisque Romam miſſus fuit, vt cum Pontifice de Henrico Romæ coronando ageret. Qua re expedita, anno ſequenti MCX in Germaniam reuertit, ac Leodii Henrico Papæ reſponſum retulit. Vid. *annal. Hildeshemenſ.* p. 737.

Reuerſus ei Spiræ adeſt.

4) Dein cum eodem Spiræ egit. Indicio nobis ſunt tabulæ, tum temporis confectæ, quas ita recognouit: *Albertus Cancellarius vice Moguntinæ eccleſiæ, quæ nunc Archicancellariatum obtinet, recognouit. Mabillon* annalium Benedictinorum lib. LXXI § XCV p. 543 tomi V.

dein cum eo in Italiã it.

5) Poſtea Henrico, circa feſtum, quod Latinis *Aſſumptio Mariæ* dicitur, regio apparatu in Italiam progreſſo, comes hæſit, ac primos inter ad conſultationes cum Pontifice habendas adhibitus eſt. quin, cum tandem illum inter ac Cæſarem conueniſſet, Henricum pactis conuentis ſtaturum, præter alios idem ipſe, iureiurando conceptiſſimis verbis interpoſito, fidem dedit. Vid. *Dodechinus* ad an. MCX p. 467, *Petrus Diaconus* lib. IV cap. XXXV; *Baronius* ad an. MCXI § IV, vbi hanc iuriſiurandi formulam, qua vſus Adelbertus, affert: *Ego* Albertus *Cancellarius, non ero in facto aut in conſilio, vt Dominus Paſchalis Papa II perdat Papatum Romanum, vel vitam, vel membra, vel capiatur mala captione, & ſi Rex iuramentum hoc, & ea, quæ in charta conuentionis ſcripta ſunt, non obſeruauerit, ego cum honore meo ad D. Papam & ad Romanam eccleſiam me tenebo. Sic obſeruabo Domino Papæ ſine fraude & malo ingenio, ſi Dominus Papa ſic adimpleuerit Domino noſtro Regi, ſicut in conuentionis charta ſcriptum eſt. Actum Sutrii in Burgo, V Id. Februar. anno MCXI.*

* 6) Ceterum pro anno MCIX (qui ciſris ſiue numeris barbaris ante ſic exſcriptus erat 1109) legas MCXI, quippe quo demum Henricus Romam intrauit, vt diſerte teſtantur *Friſingenſis* l. d. ſcriptor *annal. Hildeshemenſ.* ad h. a. p. 737, *Albertus Stadenſis* p. 259, & quidem *Idus in quatuor Februi*, vt *Donnizo* canit lib. II de vita Mathildis Comitiſſæ cap. XVIII p. 680; quem dicto annalium Hildeshemenſium auctori, qui l. c. II Id. Febr. habet, anteponendum eſſe, vix dubito. *Friſingenſis* alioquin ita l. d. loquitur; vt tamen haud diffiteatur, Papam iſta de cauſa captiuum factum, quod promiſſis iurato factis, quæ Cæſar ſibi exſolui volebat, Epiſcopis reclamantibus, fidem ſubdere haud potuerit. Quod dum moneo, non poſſum, quin adiiciam, legendos etiam hic eſſe *Dodechinum* l. d. p. 467 & ſeq. *Albericum* in chronico ad an. MCXI p. 213 & ſeq. & e recentioribus *Trithemium* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 350, *Lehmannum* chron. Spirenſ. lib. V cap. XLII p. 422 & ſeq.

IV Poſterioribus anni MCXI menſibus, poſt iuſta Henrico IV ante quinquennium mortuo, & ab excommunicatione nunc, ob pœnitentiam, quam Pontifici teſtatam graues viri non pauci fecerunt, abſoluto, menſe Auguſto ſoluta, *habita eſt*, inquit Abbas *Vrſpergenſis*, *Mogontiæ curia, & Imperator Henricus V Adelbertum Cancellarium ſuum, dudum ad eandem cathedram electum, baculo & annulo veſtiuit.*

Succedit Ruthardo.

1) Ruthardo fatis functo ſucceſſorem quidem deſtinatum, ſed anno demum MCXI cathedræ Moguntinæ impoſitum fuiſſe, teſtantur & alii. *Annales* ſane *Hildeshemenſes* p. 738; *Anno MCXI in aſſumptione S. Mariæ apud Mogontiam Adelbertus, præſente Imperatore & conſentiente, vnanimi eccleſiæ electione Moguntinus Archiepiſcopus conſtituitur.* Conf. *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 352, vbi diſerte prodit, ante biennium iam Moguntinæ ſedi deſtinatum, ſed hoc demum anno per annulum & baculum inſtitutum fuiſſe. Idem dicit *Brovverus* l. d. § XXVII p. 7.

2) Eodem vero hoc, quo cathedram Moguntinenſem aſcendit, anno Reinhuſi fuit

Monaſterio Reinhuſano

cenſus con-firmat. ac Reinharto, quem Hermannus Winzenburgius cœnobio Abbatem dederat, cenſus, quibus idem Hermannus monaſterium hoc ab ſe conſtitutum liberaliter ditauerat, tabulis III Non. Decembr. editis confirmauit. v. *Reinharti* Abbatis opuſculum de fundatione clauſtri huius, quod *Leibnitius* tomo I ſcriptorum Brunſuicenſium e mſcr. protulit, p. 704 & ſeq. Vt ita ſtatuam, & Adelbertum eas anno non alio, quam MCXI Reinhuſi confeciſſe mihi perſuadeam, plures, quæ faciant, cauſſæ ſunt. Sane non ante an. MCXI eas dare potuit, quandoquidem hoc demum, quem dixi, anno ad Pontificatus Moguntini gubernacula acceſſit. Neque vero poſt annum MCXI; quum III Non. Decembr. anni ſequentis, vt ex rerum paret circumſtantiis, iam in vinculis fuerit, & anno demum MCXV in libertatem emerſerit e captiuitate: quo Vdo, Epiſcopus Hildesheimenſis, qui tamen teſtes inter memoratur, non amplius in viuis fuit. Diem enim obiit an. MCXIV. Vid. *annal. Hildesheimenſes* p. 738, *chronicon Hildeshemenſe* § XX p. 86. Quod notari velim contra *Leuckfeldium*, qui antiquitat. Halberſtad. p. 580, mendum, quod in tabulas dictas irrepſit, emendaturus, coniicit, Adelbertum iſtas edidiſſe an. MCXII, indictione IV.

3) Anno ſequenti MCXII cœnobium Katlenburgenſe non ſolum in decimarum Wahnenmangrenſium, Hildeſſeenſium, & Einbeccenſium poſſeſſione peculiari firmauit diplomate, verum aliis etiam affecit beneficiis. *Katlenburgenſi nonnulla conferre beneficia.* vid. *Leuckfeldius* antiquitat. Katlenburg. c. III § IV p. 25, 26. Reſpicit eo *Adelbertus* ſucceſſor in diplomate Katlenburgenſibus an. MCXXXIX conceſſo: *Cuius igitur liberalitatis veſtigia venerabilis prædeceſſor noſter Dominus* Adelbertus *& Domini* Ruthardi *ſucceſſor in beneficiis ſequens, quod donauerat, donauit, addens præfatis fratribus pro remedio animæ ſuæ, vt inde perpetua eius haberetur memoria, decimas de omni fundo illius eccleſiæ inculto, vbicunque ſito, ad quoscunque vſus illum perducere potuerint; ſimiliter ſignati priuilegii teſtamento donationem ſuam corroborans.*

Leuckfeldius l. d. *Adelbertum id tum etiam conſecraſſe dicit, quod admitti haud poteſt; cum ille tempore nondum ordine Epiſcopali fuerit initiatus, vt ex ſequentibus quam clariſſime patebit.*

V Anno MCXII, dum in Lateranenſi Concilio irritum eſt pronuntiatum priuilegium, quod vi coactus anno ſuperiore dederat Imperatori Pontifex, de ſacrorum hominum inueſtituris, quod in eo eſſet, electum canonice a nemine conſecrandum, niſi a Rege prius inueſtiretur: nouæ inter Pontificem & Imperatorem, eccleſiam & regnum exortæ turbæ. Quarum in primis particeps fit Adelbertus noſter. Concilii enim, Pontificiſque ſententiam Imperatoriæ gratiæ prætulit: ideoque ab Imperatore ſtatim captus fuit, vti notat *Dodechinus*, & paullo diſtinctius *Vrſpergenſis*: *Adelbertus*, inquit, *deſignatus Moguntiæ Pontifex, qui per omnia ſecundus a Rege ſemper fuerat, ſine cuius conſilio nihil facere ſolebat, aduerſus Imperatorem (quod vix quiſquam crederet) conſpirare cum quibuſdam Principibus infamatur, reque cognita, cuſtodiæ traditur.*

Cum Saxonibus facit, 1) Adelbertum non modo cum Saxonum Optimatibus, Sifridi Palatini, hereditate quam Vdalricus reliquerat, excluſi, cauſſa, res nouas molientibus feciſſe, ſed his etiam omnibus ſignum quaſi ſuſtuliſſe, malorumque, quæ poſt ſecuta fuere, ciuilium concitorem fuiſſe, non dubitanter *Helmoldus* chron. Slau. cap. XL ſect. II p. 573 his prodit verbis: *Inter quos præcipuus erat famoſus ille* Adalbertus, *Moguntinus Epiſcopus, ſociatis ſibi quamplurimis, maxime vero Saxonum Principibus, quos ad defectionem partim neceſſitas, partim etiam rebellionum vetus conſuetudo illexerat.* Idem iiſdem verbis dicit *Albertus Stadenſis* p. 260.

a Cæſare capitur. 2) Re cognita captum, cuſtodiæque traditum, præter *Dodechinum* & *Vrſpergenſem*, quos auctor citauit, narrant *annalium* ſcriptor *Hildesheimenſ.* l. d. *chronici* auctor *Halberſtadenſis* p. 132, *Chronographus Saxo* p. 283 (qui tamen in an. MCXIII id reiicit) auctor *chron. Elvvangenſis* p. 676. *Helmoldus*, quem modo laudaui, ſignanter l. d. ſectione III; *ſentiens Imperator, omnem iam Saxoniam a ſe deficere, & conſpirationum virus latius ſerpere, primo omnium ipſum auctorem rebellionis Moguntinum cepit Epiſcopum.*

Triſelſa de-tur in cuſto-diam. 3) Captum autem, quum anno hoc MCXII ab monaſterii Katlenburgenſis dedicatione domum pedem referret, Katlenburgum inter ac Lindau, in ſilua vernaculo ſermone *Eichholtz* nuncupata ſcribit *Leuckfeldius* antiquitat. Katlenburgenſ. l. d. Letzneri, ni fallor, nixus teſtimonio. Addit idem, Ruſtenbergam primum in captiuitatem abductum fuiſſe. Sed perperam. Perperam quoque ὁ [illegible], qui olim putauit, Ehrenfelſam in vincla abreptum. Vterque enim locus vti hodie, ita tum etiam ditionis fuit Moguntinæ. Trifelſam deportatus, in carceremque ibi conditus fuit. Prodit id auctor *chronici manuſcr. Moguntinenſis*, qui FF. Eremitis conuentus Moguntini eſt, f. 53 a) *ließ ihn fangen vnd auf Schloß* Trufels *führen.* Succinit *Chronographus Magdeburgenſis* mſcr. e quo excerpta Moguntina hæc habent: *Contra Henricum V confœderauit ſe* Adelbertus, *Archiepiſcopus Moguntinus, Lotherus, Dux Saxoniæ, Rudolfus Marggrauius, Fridericus, Comes Palatinus.* Adalbertus *fuit captus ac ductus in* Drivels *in cuſtodiam, ibique per tres annos detentus.* Idem habet dictus *annal. Hildesheimenſium* ſcriptor l. d. refert enim, anno ſequenti Trifelſa Vormatiam adductum, & poſt illuc denuo abactum, cuſtodiæque mancipatum fuiſſe. *Anno*, ait, *MCXIII Imperator VVormatiæ*

Paſcha

Paſcha celebrat. eo adducitur Epiſcopus Moguntinus Triveles , *Imperatori redditur : denuo cuſtodia mancipatur.* Fuit autem *Trifelſa* caſtrum , monti Annæuillæ oppido imminenti impoſitum , magni olim nominis , quippe natura munitiſſimum ac opere (vid. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCVIII p. 515 , & MCCXXXV p. 562) tum vero Imperiale, & Cæſaribus e domo Sueuica in haud vltimis habitum ; quod e diplomate Friderici II Annæuillenſibus an. MCCXIX Hagenoæ dato, & nondum edito , didici ; quin caſtrorum illorum , quæ Imperatoribus ſuberant, facile fuit princeps. Vid. *Vrbanus* Papa epiſt. ad Richardum Anglum , in prodromo codicis diplomat. *Leibnitii* n. XIV § IV , quippe qua dicit, ſpeciatim caſtrum *de Treueles* electo, conſecrato, & coronato debere & ſolere adſignari : quod quidem *Leibnitius* in præfat. (*) 3 a) non ita bene de palatio Treuirenſi interpretatus eſt. Edit. I pag.

in qua per tres fuit annos,

VI Fuit hæc cuſtodia quadriennalis , ab hoc ſcilicet anno MCXII vſque ad MCXV , in qua malorum quantum pertulerit , declarat ipſe in priuilegii tabula , de qua poſtea , &, qui eius liberationem deſcribunt , *Vrſpergenſis* & *Otto*, quemadmodum paullo poſt audientur.

VII Interea , ipſo in cuſtodia cuſtodito , indixit Imperator Moguntiæ poſt Domini Epiphaniam , conuentum , in quo Mathildam Anglorum Regis filiam vxorem duxit anno MCXIV , vt eſt in *Dodechino* , *Abbate* , & *Ottone* lib. VII cap. XV.

Anno ſecuto MCXV Imperator Moguntiæ cum eſſet , a Moguntinis ciuibus , Paſtorem ſuum magnopere diligentibus , coactus fuit ſpondere , ſe illum e carceribus miſſurum. Idque fecit , ſed datis obſidibus , qui quantis calamitatibus & miſeriis diuexati fuerint , in priuilegii tabula narrabitur poſtea.

multis afflictus malis.

1) Tot ſane, tantisque, carceri mancipatus, malis afflictus fuit atque confectus , vt prorſus nil abfuerit, quin eſſet miſerrimus. Videatur *Helmoldus* l. d. § VI, *Chronographus Halberſtadenſis* p. 132 ; quorum *hic* dicit, quod *oſſibus* ille *vix haſerit : iſte* , quod *quantas mortes in captiuitate pertulerit* , *non tam exeſi corporis ſpecie* , *quam vltionis* expreſſerit *acerbitate*.

2) Fuit autem in vinculis per tres habitus annos , vt præter *Vrſpergenſem* , quem auctor § ſequenti citauit , *Chronographus Halberſtadenſis* modo dictus l. c. habet.

Moguntinorum ſtudio liberatur,

3) Vt libertati , ſedique ſuæ reſtitueretur, improbo ſane Moguntinorum ſtudio factum, vt *Vrſpergenſis* § ſequenti ſatis diſerte refert. Idem dicit *Chronographus Halberſtadenſis* l. d. *Poſt hæc Imperator curiam Moguntia celebraturus , intrauit. Moguntini vero nacta opportunitate armati intrant , Imperatori mortem minitantur , niſi Pontificem ſuum Albertum eis reddat. Imperator , vt coactus promiſerat , ipſum Pontificem iam per tres annos carcere afflictum, & oſſibus vix hærentem, cathedra ſua remiſit. Helmoldus* vero ſecundum lectionem mſcr. Komeriani : *Imperator curiam ſtatuit in Moguntia celebrandam. Vbi cum eſſet , a Moguntinis vallatus & impugnatus : niſi datis obſidibus ea , quæ petebantur, certiſſime confirmaſſet , ipſum palatium cum omnibus exiſtentibus in eo crudeliſſima nece corruiſſet incenſum. Monachus Peganienſis* p. m. 19 addit , non ciuium modo , verum etiam Arnoldi , ipſius ciuitatis Comitis , labore liberatum. *Apud Moguntiam* , inquit, *ciuitatem concurrentibus omnibus ciuibus , vna cum Arnoldo , ipſius ciuitatis Comite , Rex coactus Epiſcopum Mogunt. Adelbertum , a vinculis abſoluit.* Adelberti ſane verbis in priuilegio dicto conuenienter.

certis tamen conditionibus

4) Enimuero nonniſi certis dimiſſus fuit conditionibus ; quarum quidem ſummam auctor , quem dixi *chron. manuſcr. Moguntin.* f. 54 a) his complectitur verbis *; Adelbertus Cæſari de violata religione intra anni ſpatium condigne ſatisfaciat ; quod ſi neglexerit, tum ſine vlla exceptione , interpellatione, atque remora in loco carceris, in quo nunc detinetur , ſeſe ſiſtat. Si vadimonium deſeruerit, tum ipſius loco Moguntini ciuium ſuorum primores (quos tum nominatim deſignabat Henricus) prædes dent , Cæſarique tradant, &, id ſe facturos , fide interpoſita nunc recipiant.

* *Doch dergeſtalt , wo ſie für ihn ſprechen vnd bürg werden würden , ſo gedachter Erzbiſchof ſich in Jahrs-Friſt von ſeiner aushandlung* (ſ. miſshandlung) *mit ihm zu vertragen, daſs er ſich dann ohn alle Widerred oder einige Verhinderung in die Gefengniſs , in der er iezunder wäre , widerum ſtellen , oder , wo das nit geſchehe von ihm, daſs dann etliche aus ihnen, die er ausdrücklich nennen wäſt , vnd die fürnehmſten wären, ſich an ſtatt ſeiner antworten ſolten.*

Atenim Henricus in litteris , quas an. MCXX ad Moguntinenſes dedit , ego vero codici diplomatico inſerui , potius prodit , Adelbertum ſtatim , ac libertati reſtitutus fuiſſet, ſibi Spiræ obſides imperatos præſentaſſe : tum vero addit , alia inter Moguntiæ conueniſſe , ſi rurſum ille nouarum rerum quid moliretur, vt ſtatim, determinatis induciis tranſactis, Moguntinenſium ſtudio & labore expelleretur ex vrbe.

liberatus Cæſari Spiræ præſto eſt.

5) Carceris pædore ſolutus Spiram venit, ac Cæſari tum ſuos præſentauit obſides , tum ſuis ſacramentis illa Moguntinenſium ſuorum firmauit , vt Henricus in litteris modo dictis refert.

6) Non longe poſt vero Coloniam abiit, dignitatis Epiſcopalis ſacra a Theoderico, legato Pontificio , ritu ſollemni ſuſcepturus, vt § ſequenti videre eſt.

VIII Ipſe

Edit. I VIII Ipſe vero Archiepiſcopus iam liber, ab Apoſtolicæ ſedis legato Colo- *poſt Coloniæ conſecratur.*
pag. niæ conſecrandus erat, ni legatum præueniſſet mors: ab ſancto tamen Ottone
803 Bambergenſi Epiſcopo ibidem conſecratus fuit, ſed anno MCXVI *, vt ex *Dodechino*, ſubiungam.

* Immo, anno MCXV, poſtridie natalitiorum, *in feſto S. Stephani protomartyris*, vt *Dodechinus* § ſequenti dicit. Orditur autem is annum MCXVI, more temporum illorum, non a Kalendis Ianuariis, ſed ab feſtiis Domini natalitiis.

IX Nunc de his audiatur ante citatus *Vrſpergenſis*: *Anno MCXV Imperator amicorum conſiliis, immo totius regni compulſus querimoniis, generalem in Kal. Nouembr. curiam Mogontiæ fieri inſtituit, vbi liberam omnibus audientiam, de ſibi ſubiectis ſatisfactionem, de ſuis extraordinarie, vel iuueniliter geſtis correctionem, ad ſenatus conſultum repromiſit. Statuto itaque tempore, cum ipſe Moguntiæ præſens condictum fruſtra præſtolatur conuentum (nam præter paucos Epiſcopos nemo Principum aduentabat) Mogontini aptum ſibi tempus arridere perpendentes, ſubito palatium loricati & armati vallant; alii atrium furioſe irruentes, in turmas & cuneos ſe glomerant, omnia ſtrepitu, cuncta clamoribus implentes, aulicis horribile ſpectaculum demonſtrant. Quid multa? Dubium non eſt, quod niſi, datis ad præſens obſidibus, Imperator, ea, quæ ſibi imponebantur, facturum ſe citiſſime confirmaſſet, ipſum fortaſſe palatium, cum vniuerſorum, qui in eo erant, crudeliſſima nece, ilico corruiſſet. Ita ſedato vix militum plebiſque feruentiſſimo furore, Cæſar ab vrbe ſeceſſit, &, poſt paucos dies, Adelbertum, quem iam per annos tres arctiſſimæ mancipauerat cuſtodiæ, vix nimirum oſſibus hærentem, vt coactus promiſerat, cathedræ ſuæ remiſit. Hic igitur non multo poſt ſedis Apoſtolicæ legato Dieterico ſe nuntiis & litteris ſubiiciens, ipſum ſibi, ceteriſque non paucis Præſulibus Coloniam occurrere poſtulauit, vbi & mandata Papæ, quæ ſibi detulerit, communiter percipi, & ille ſuam conſecrationem, diu ſcilicet interclusam, tanta auctoritate conſequi poſſit. Qui conuentus, inſtante feſto natalis Domini, factus eſt, non abſque indignatione Imperatoris, qui necdum plene voluntarius erat in conſenſu eiuſdem ordinationis. Anno MCXVI Imperator natalem Domini Spiræ cum paucis Epiſcopis & Principibus celebrans, ea, quæ interim Coloniæ gerebantur, grauiter tulit.*
804 *Audiuit enim quamplurimos ibi conueniſſe, non ſolum Metropolitanos, ſed etiam alios Epiſcopos, vel Optimates regni, cauſſa præcipua verbum excommunicationis in ſe manifeſtandi, quamuis ipſe Cardinalis, cuius hæc initiabantur auctoritate, in itinere defunctus illo, ad ſepulturam potius, quam ad actionem delatus eſſet concilii.* Dodechinus vero: *Adelbertus Archiepiſcopus apud Coloniam in feſto S. Stephani protomartyris ab Ottone Bambergenſi Epiſcopo conſecratur.* Otto *Friſingenſis* lib. VII cap. XIV (*p. 147*) *Adelbertum poſt reditum* (ex Italia ſcilicet) *Rex captiuatum, & in carcere poſitum diuerſis tormentis, & incredibili famis inedia afflixit, ipſumque de amiciſſimo inimiciſſimum, ac regni ſui peſtiferum hoſtem, diuino iudicio, vſque ad vitæ terminum ſenſit.*

Dodechini — *Othonis Friſing. de his verba.*

X Cœpit autem Moguntinus noſter hoc maxime anno MCXVI vrgere ipſius Imperatoris excommunicationem, adeo vt anno MCXVII cum variis terroribus, diuiniſque oſtentis conterritus Imperator, multis a Pontifice legationibus excommunicationis abſolutionem peteret, reſponderet iſte, id ſe non poſſe facere, niſi haberetur ſynodus, in qua tam ipſe, quam contra ipſum alii audirentur. *Ad hoc enim vltramontanis*, inquit *Vrſpergenſis*, *affirmat ſe quotidie litteris impelli, & maxime Metropolitani Mogontini. Qua de re non deſinunt vndique ſeditiones cœptæ per partes vtraſque bacchari, præcipue tamen tranſrhenanis in finibus, immo in ipſa Moguntia vrbe multis cadentibus, regiones nobiliſſimæ hinc inde vaſtari.*

vrget Cæſaris excommunicationem

1) Nimirum Adelbertus, libertati reſtitutus, Cæſarem ſibi ex irato tranquillum haud faciebat. Forſan, vt faceret, non ſatis etiam ſibi habebat curæ. *Manuſcriptus* FF. Eremitarum dictus refert, non vnam quidem cum iniiſſe rationem, queis Cæſari ſatisfaceret; Cæſarem vero quemuis reieciſſe reconciliationis ineundæ modum. (*wolte kein mittel zur hinlegung der ſache annehmen*) Addit, Henricum Adelberto iratum, non ſemel, ſed ſæpius eum monuiſſe, vt vadimonium obiret: Adelbertum vero, carceris expertum tenebras ac ſqualorem, aliud ex alio quæſiuiſſe ſubterfugium; ad vltimum autem prætendiſſe, non obligari ſe, ad ſiſtendum ſeſe, quandoquidem id cum præſentiſſimo vitæ

Edit. I pag.

vitæ ſuæ periculo coniunctum ſit (*welches er zu thun, dieweil es ihm ſein Leben berühret, vermeint nit ſchuldig zu ſeyn*) Quod ſi vero Henricum in litteris ſæpius iam memoratis audias, Adelbertus perpeſſas carceris moleſtias vltum ire feſtinans, ſtatim Saxones, alioſque ſollicitare cœpit; iuſſus, vt compareret, atque de his, aliiſque reſponderet, ad conſtitutum minime venit diem. *Statim*, inquit, *inde* (Spira ſcilicet) *diſcedens, miſſis vbique litteris ac nuntiis nos & honorem noſtrum impugnauit, ac per totam Saxoniam ac Thuringiam, Bauariam & Alemanniam, amicos noſtros, tanquam inimicos, contra nos vbique ſollicitare cœpit —— Pro his igitur & aliis malis nobis reſponſurum, ſtatutis induciis, cum ad nos venire iuſſimus, & non venit.*

Erfurti ſacellum in monte Petrino dedicat.

2) Inter hæc vero Erfurti anno MCXVII, indictione IX, IV Kal. Aug. in monaſterio Petrenſi conſtructum recens ſacellum dedicauit in honorem B. M. V. eiuſdemque ſanctæ matris Annæ; id quod annalibus Petrenſium manuſcr. proditum.

Cæſari fidos bello affligit.

3) Mox inimicitias cum Cæſare cœptas perſecuturus, eo annis MCXVII & MCXVIII in Italia agente, Fridericum Sueuiæ Ducem, cui habenæ Imperii commiſſæ erant, alioſque Imperatori fidos rapinis, incendiis haud parum afflixit. Audire iuuabit Henricum in litteris dictis: *Sed inſuper apponens iniquitatem ſuper iniquitatem, Spiram, quod in cor noſtrum altius adſcendit, armata manu & erectis militaribus ſignis violenter inuadere voluit; ſed fruſtratus, Deo gratias, labore, rediens & congregatis, quos potuit, caſtrum noſtrum Stroumburg funditus deſtruxit. Deinde alia caſtra noſtra contumaciter obſedit. Inuaſorem Virdunenſis eccleſiæ contra ius & fas conſecrari fecit: Regnum noſtrum & Imperium rapinis & homicidiis, cæde & incendiis, quaſi aper de ſilua, ſic vbique deuaſtauit, vt nihil iam in diuerſis ipſius reſtet erroribus, niſi vt fiant nouiſſima hominis peiora prioribus.* Idem colligere eſt ex litteris, quas *Treuirenſes Archidiaconi* ad Brunonem, Regis lateri hærentem, dederunt. Sic enim ibi; *Placuit etiam Principibus, legatos ad Ducem Fridericum & VVilhelmum Comitem Luzelburgiorum mitti, vt & ipſi Præſulem Moguntinum adeant, cum eoque tranſigant, vt interim ſe a rapinis atque incendiis abſtinere, & neque conſilio, neque re quidquam aduerſus Regem tentare velit. Qui ſi vel horum autoritate permotus in gratiam cum Imperatore redierit, eadem nobiſcum pace tutus erit: ſin autem excipiatur, Saxones atque Colonienſis inducias amplexi illum deſtituent.* Vid. *Brouuerus* annal. Treuir. lib. XIII § LII p. 14. Eo etiam reſpici videas in *annalibus Hildeshemenſibus* p. 739 an. MCXVIII; *Mogontini Archiepiſcopi milites, Comesque Heremannus præſidium Ducis Friderici in Oppenheim diruunt, concremant, multique igne abſumti ſunt.* Sed & ipſe viciſſim haud parum damni fecit, a Friderico magnis ſubinde affectus malis. quo vid. *Otho Friſingenſis* lib. I de geſtis Friderici I cap. XIII p. 414, & ex eo *Aeneas Siluius* hiſt. Friderici III p. m. 14, quem locum ſupra iam ad lib. I c. VII adduxi.

Diſibodenbergenſibus bona quædam vindicat.

4) Ab his tamen ad alia aliquantiſper conuerſus, anno MCXVIII Diſibodenbergenſibus prædium in villa Wymnidesheim, quod Wolpero & Rudeger de Hatterheim cœnobio quondam contulerant, poſtea vero, Ruthardo in Thuringia agente, ſui rurſus fecerant iuris, ope ſua vindicauit, Rudegero & Wolperonis vidua, filioque Wilhelmo compulſis, vt Fratribus id reſtituerent. Teſtis loco eſt diploma tum editum, quod ita finit: *Hæc autem acta ſunt anno Dominicæ incarnationis MCXVIII, indictione XI, II Kalend. Maii.* Habes id in cod. diplomatico.

Fritislariæ conuentui intereſt.

5) Mox vero ad priora rediit, ac quod *Gobelinus* Coſmodromii ætate VI cap. LVIII p. 267 memorat, ſynodi Fritislariæ aduerſus Henricum habitæ non vltima pars fuit.

XI Anno MCXVIII Gelaſius II Pontifex creatus eſt, contra quem erexit Imperator alium, Burdinum nomine, quem ait anno MCXIX *Vrſpergenſis* vocatum *Imperatoris idolum.* Ideoque hoc eodem anno, iſte *Pontifex Imperatorem cum idolo ſuo damnauit, in Capuana ſynodo*, vt ait idem *Vrſpergenſis.*

de Calixti electione certior redditur

XII Anno MCXIX ei ſucceſſit Calixtus Pontifex, qui initio ſuæ poſt Gelaſium II electionis, e Cluniacenſi monaſterio, vbi & ille mortuus fuerat, litteras ad Adelbertum noſtrum dedit, in quibus ſecundum *Vrſpergenſem*, hæc: *Dominus noſter felicis memoriæ Gelaſius a Vienna diſcedens iniunxit mihi, vt* 805
ad eius præſentiam feſtinarem, poſtquam ipſe Cluniacum perueniſſet. Quod cum poſt dies aliquot implere ſatagerem, in itinere de eius obitu mihi nuntiatum eſt. Ego, vt fratribus, qui cum Domino eodem venerant, prout ratio exigebat, ſolatium exhiberem, Cluniacum cum graui dolore perrexi. Dum autem ſuper eorum conſolatione attentius cogitarem, ipſi grauiſſimum mihi onus, & vires meas omnino tranſcendens impoſuerunt. Congregati namque in vnum, die altero poſt aduentum meum, Epiſcopi, Cardinales, & centum clerici & laici Romanorum, inuitum me penitus ac renitentem in Romanæ eccleſiæ Pontificem Caliſtum vnanimiter aſſumpſerunt. Idemque in magna Synodo Rhemenſi, cui præſens præſedit, vt explicat *Vrſpergenſis*, *ſynodalia prædeceſſorum ſuorum decreta confirmauit*, Henricique Imperatoris excommunicationem.

Collegio Mariano cenſū quendam remittit.

1) Hoc quidem anno Collegiali B. M. V. ad gradus cenſum vnius manſi in villa Eberbacenſi, nominatim prædiorum, quæ Sigebodo & Adelbertus fratres eidem contulerant, ea

Edit. I pag.

ea remiſit conditione, vt quoad viueret, ordinationis ſuæ memoriam Canonici quotannis celebrarent; poſt, quum fatis eſſet functus, anniuerſarium obitus diem. Litteras, quibus id complexus eſt, dedi in *chronico Mariano.*

Concilio Rhemenſi intereſt.

2) Dein Rhemos profectus concilio interfuit, ac præcipuos inter Calixto auctor fuit, anathematis ſententiam in Henricum vt expromeret. Vid. *Albericus* in chronico parte II p. 234.

Cæſaremira incendit.

3) Quibus, aliisque Cæſar adductus, anno ſequenti MCXX grauibus Moguntinenſes verbis monuit, vt vrbe eum excluderent. *Si veri*, inquit, *fideiuſſores crediti negotii eſſe deſideratis, monemus vos omnes, per fidem & obſides, quos dediſtis, & ſacramenta, quæ feciſtis, quatenus obſidibus veſtris conſulentes, & ſacramentis præcauentes, eundem periurum veſtrum ac noſtrum, Adelbertum ſcilicet, dictum Epiſcopum, ciuitatem nullatenus intrare permittatis, ſed quaſi ſcopis ab eo mundatam, cum Friderico Duce & Gothofrido Palatino Comite, aliisque fidelibus noſtris diligentiſſime ſeruare ſtudeatis.*

Druthwino benedicit.

4) Vti vero ſub hæc Druthwinum, e monacho Hirſaugienſi Abbatem recens conditi ad Fuldæ Werræque confluentes monaſterii Breitenaw factum, ordinauit (vid. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCXIX p. 368, & ad an. MCXXXII p. 394) ita anno hoc MCXX Buggonem, Vangionum Antiſtitem, ſollemnibus cæremoniis adhibitis Epiſcopum conſecrauit. Dabo, quo minus dubites, verba *Monachi Kirſchgartenſis*, vt in mſcr. ſunt; *Adelbertus Archiepiſcopus Moguntinus & Apoſtolicæ ſedis legatus, ordinauit an. MCXX Buggonem Epiſcopum VVormatienſem.*

Buggonem ordinat.

5) His etiam temporibus, vti in rebus, iuribus, ac priuilegiis eccleſiæ Moguntinæ tuendis acri ſemper, vigilantique erat ingenio, conſtitutionem Dagobertinam, quam Henricus IV tabulis an. MLXXXIV confectis ſtabiliuerat, & ipſe repetiit, declarauitque. Abbatem cœnobii *Klingenmünſter* a fratribus electum a ſede Moguntina petere & accipere debere confirmationem, atque ad expeditionem regalem Archiepiſcopo miniſtrare equum, ſiue, vt verba diplomatis, quod in lucem protraxi, habent, *vnum caballum accommodare.*

ius ſedis in monaſterii Klingen renouat.

6) Tum vero Burchardum, Abbatem ad D. Petri Erfurtenſem, ab officio remouit, aliumque, cui Ruperto nomen, monachis patrem conſtituit. Quid cauſſæ illum ad id mouerit, *Continuator Lamberti* prætermittit ſilentio, contentus his rem ad annum MCXVI p. 254 ſtrictim indicaſſe verbis: *Burchardus Erpheſfordenſis Abbas priuatus eſt Abbatia ab Adelberto, Moguntinenſi Epiſcopo; cui Rupertus ſubrogatur;* Annalium vero *Petrenſium* ſcriptor diſerte nobis prodit. Burchardus ſcilicet Henricum, anathematis vinculo iam obſtrictum, hoſpitio exceperat, familiariter eocum conuerſatus. Id tam male habebat Adelbertum, vt non modo Burchardum exauctoraret, verum etiam grauius conſuleret in cœnobium ipſum, dimidia bonorum illi contributorum parte pro noxa ſibi vindicata: quam quidem poſtea aulam ſiue curiam Moguntinam Erfurti ſtatuit iuxta locupletauitque. Addit, qui horum nobis fecit copiam: *Factum hodiedum quotidie ante oculos conſpicimus. nam latifundia ac campi noſtri, qui olim ad ipſius monaſterii fores & adyta protendebantur, modo ad curiam Moguntinam pertinent, quamuis ob conſtructionem fortalitii haud modice minorati.*

Burchardū ab officio remouet.

XIII Anno MCXX cæleſtibus excitati flagellis Saxones & Thuringi, contra Imperatoris milites arma ſumpſerunt, eoſque ſuis e finibus expulerunt, litteris etiam ac legationibus Papæ roborati, *vacantibus* (ait *Vrſpergenſis*) *cathedris, canonice Paſtores elegerunt, quos mediante Mogontino, qui tunc illo Regis declinauerat iram, probabiliter & eccleſiaſtica libertate conſecrari fecerunt.* Vnde *Otto Friſingenſis* loco citato, *Sententia*, inquit, *excommunicationis a Calixto, qui Paſchali, & Gelaſio ſucceſſit, ſuadente Alberto Moguntino, Friderico Colonienſi, Conrado Iuuauenſi* (id eſt, *Saltzburg*) *in eum datur, iterumque ſchiſmate renouato, totum imperium perturbatur.*

a Saxonibus electos conſecrat.

c. XV p. 149

XIV Anno MCXXI obſidenda quidem erat ab Imperatore Moguntia, obſeſſa tamen haud fuit: & multa præclara confecta ſunt, quæ omnia *Vrſpergenſis* oratione libet recenſere. *Henricus Imperator inito fidelium ſuorum conſilio, rebelles ſibi Moguntinos affligere tractauit: ac primo nauium commeatum omnibus modis interclusit: deinde præſidiis circum circa munitis, huiuſmodi inſidiis nundinas ſiue mercatus fieri, ſiue quidquam victualium in ciuitatem deferri inhibuit: ad extremum vero in obſidionem eiuſdem vrbis publicam expeditionem vndique indici conſtituit. His auditis, Præſul Adelbertus totum Saxoniam, vbi tunc manebat, commouet, & quia legationem Apoſtolicam ab ipſo Papa dudum acceperat, hac auctoritate Pontifices & Principes ipſius prouinciæ, pro vtilitatibus matris eccleſiæ frequenter conuocat, vbi vir eloquens & primatum in ciſalpinis partibus multiformiter tenens, ad defenſionem totius Germaniæ metropolis, animos omnium Catholicam obedientiam profitentium accendit. Hinc etiam acceſſit, quod Epiſcopi Spirenſis & Wormacienſis, & ſi qui alii reſiſtere non*

Saxones vocat in auxilium.

806 *valentes, tamen Apoſtolicam obedientiam profeſſi, pulſi ſuis ſedibus vagabantur*

extorres, quos proprio quemque loco reſtituere diſponebant iidem Principes, pro Domino Deo exercituum zelo zelantes. Denique circa ſolſtitium æſtiuale, cum caram iam vbique propter vaſtatas nimirum regiones annonam quiſque timet, geminus, o nobilis Moguntia, conſtatur exercitus: alter ſcilicet in Alſatia, alter in Saxonia, diſpari animo annoſæ dignitatis tuæ mœnia ſuperba quæritantes: alter deſtructionem tuam, alter defenſionem intentantes, ac ſi conquerendo dicenti tibi: Filii matris meæ pugnauerunt contra me, *rurſus reſponderet CHRISTVS;* Ecce iterum iſti congregati venerunt tibi.

Edit. I pag.

Cant. 1
Iſa 60, 4

Fiebant interim per omnes eccleſias ieiunia, ſupplicationes, vel litaniæ: nec erat vlla filia Sion, quæ ſe faceret expertem tanti periculi matris ſuæ. Quapropter reſpexit Dominus in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum: ſed miſſo principali ſpiritu ſuo, ſpiritu conſilii, ſpiritu pacis, inter vtriuſque Principes populi, de via non longe ab inuicem vterque cum conſediſſet exercitus, pro eo quod in alterutrum acies dirigere diſpoſuerant, miſſis vtrinque quibusdam ſapientiſſimis atque religioſis proceribus, de concordia ſua ſcilicet fraterna honorabiliter tractare cœperunt. Quid plura? Eo vſque ſpiritus IESV pro pretio ſanguinis ſui filiis ſponſæ ſuæ dimicans, ſpiritui ſuperbiæ, & maligno præualuit, vt mentibus vniuerſorum iam, immo diuinæ voluntatis aſſenſu connexis, ipſorum conſilio, ſuaſione, ac obſecratione, Regis indignatio in tantum mitigaretur, vt ipſe præſens negotium non ſuo, ſed Optimatum vtriuſque partis arbitrio terminandum decreuerit. Inde rerum omnium gubernatori cunctis gratias agentibus, denominati ſunt ex vtraque parte duodecim Primates, quorum corda DEI timor poſſidens, inueteratam diſcordiam inter regnum & ſacerdotium ſedare nemine reſiſtente ſufficeret. Ad hæc determinanda, collaudantur conuentus totius regni Principum curia Vuirceburg, tempus feſtum ſancti Michaelis: & vnoquoque propria manu in alterius manum huiuſmodi pactum, quaſi ſub ſacramento, firmante, cum pace & gaudio diſceſſum eſt.

Pſ. 101, 18

107

Euolutis poſt hæc tribus fere menſibus, Henricus Imperator venit cum ingenti comitatu in ciuitatem Wirciburg, iuxta condictum: Saxonum vero Principes, vna cum Moguntino Præſule, ceteriſque caſtra metati ſunt iuxta riuum, qui Vuerna dicitur, vnius diei iter habentes a Rege interſtitium. Ibi ſecuritate per internuntios vtrobique compoſita, poſt triduum, loco prænominato, Regem conueniunt. A quo pacifice extra muros, propter nimiam vtriuſque partis populi multitudinem recepti, exinde, per continuam ſeptimanam vni ſe quotidie curiæ colligunt, ibique ſemper ſuper præſente ſchiſmate, regni videlicet & ſacerdotii, ſollerter tractare non ceſſauerunt. Sed licet nonnulli pacem odientes, ſcandala noua veteribus ſuperſeminare tentauerint, tamen quia diuinæ ordinationis propoſito, vnde tot capita reipublicæ conuenerant, reſiſtere nemo præualet, tandem Henricus Imperator, ſponſionis ſuæ non immemor, vniuerſas quæſtiones, quæ ventilabantur, non ſuimet arbitrio, nec ſuorum quorumlibet contentione, ſed iuxta ſenatusconſultum concludi per omnia in omnibus conceſſit. Vnde quia multa, quæ tunc ibi magnanimiter diſpoſita ſunt, enarrare longiſſimum eſt, ea tantum, quæ etiam cauſſa maxima eiuſdem conuentus fuerunt, huc annotare ſufficiat, videlicet, pacem firmiſſimam, & ab omnibus vniuerſalem, ſub vitæ periculo, legaliter inſtitutam; regalia vel fiſcalia regno, eccleſiaſtica eccleſiis, prædia deprædatis, hereditates heredibus, omnique perſonæ vel conditioni propriam adiudicatam eſſe iuſtitiam. Ad hæc, prædones fureſque edictis imperialibus perſequendos, ſiue legibus antiquitus conſtitutis coercendos, vnanimi coniuratione confirmatum eſt: & quicquid ſcandali, quicquid perturbationis vſquequaque per regna Germaniæ inimici ſeminario ſuccreuerat, omnimodis eradicari decretum eſt. De verbo autem excommunicationis, vnde ſcandala pæne cuncta pullulauerant, nihil eſt definitum, tamen ad Apoſtolici regiminis audientiam concorditer in timore diuino dilatum, denominatis in præſenti legatis, qui Romam hæc omnia deferrent, quatenus indicto per auctoritatem Apoſtolicam generali concilio, quæcunque humano non poſſent, Spiritus ſancti iudicio terminarentur. His ita reuerenter pro honeſtate ſimul, & vtilitate regni diſpoſitis, deſtinati ſunt in præſenti Dominus Otto Præſul Babenbergenſis, Dux Henricus, Comes Beringenſis, qui omnia Noricis Principibus, qui tunc

108

Edit. I pag. *tunc forte aliis occupati reipublicæ cauſſis, prædicto conuentui deerant, apud Ratiſponam Kal. Nouembr. conuocatis intimarent, quos & ad omnia hæc voluntarios inueniebant atque confirmabant.*

XV Anno MCXXII noua tempeſtas. In Herbipolenſis Epiſcopi defuncti ſede voluit Imperator collocare Gebehardum, genere quidem nobilem, ſed ætate ac doctrina oneri huic imparem. Elegerunt alii canonice Ruggerum, Diaconum, Canonicum illic enutritum, eumque, applaudentibus etiam Friderico & Conrado Ducibus, Imperatoris ex ſorore nepotibus, & Romani Pontificis legatis, conſecrauit noſter Moguntinus *. Quam ob cauſſam ſibi ab Imperatoris ira cœpit metuere, & contra vim, ſi quæ ab illo inferretur, Aſchaffenburgenſem arcem, quæ a riuulo vicino in Mœnum influente, *Aſchaff* nomine, citra dubium vllum nominata eſt, (a qua & vocatur *Schaffnaburgum*, ſicuti & ab *Haſa* flumine *Oſnaburgum*) exſtruere †. *Ruggerum Wirzburgenſem ordinat.*

* 1) Eſt ita. Ruggerum, e Comitibus Vahingenſibus, aduerſus Gebhardum, Comitibus Hennebergenſibus ortum, ſuſtinuit Adelbertus, & Svvarzachii, quo ſe ille, Gebhardi ſuſpiciens potentiam & factionem, receperat, Epiſcopi ritu initiauit. vid. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 375, *Friſeus* chron. Wirzburg. p. 496, & *Baronius* ad h. a. § IV.

† 2) Aſchaffenburgum vero non arce ſolum firmauit, verum etiam dilatauit, aliiſque auxit operibus. Loquitur id inſcriptio, lapidi inciſa, turrique campanariæ, in ipſo fere oppidi meditullio poſitæ, poſteris annis inſerta, his verbis: *Aſchaffenburgum munit.*

RES FVERAM MODICA, MODICAMME NOBILIS AVXIT
PRESVL ADELBERTVS, SOLVS DE MILLE REPERTVS.
QVI QVOD HONORIS ERAT STVDIOSV̄ PTVP̄ AGEBAT.
VLTRA BIS DENOS SEPTEM REGNABAT ET ANNOS,
AB ANNO C. 1111 VSQVE 1137.
RENOV. 1715. C. M. B.

Mutuo ſumſit tum ab Albanenſibus Moguntiæ centum & ſeptuaginta marcas argenti, vna cum calice triginta trium marcarum aureo, vt litteræ, quas in *chronico Albanenſi* lib. I ſect. II ad vitam Abbatis Wolperti in lucem protuli, manifeſtum fit. Crediderim, id factum, vt ſumptibus in opus Aſchaffenburgenſe par eſſet. *Statuimus*, inquit, *pro tempore de rebus eccleſiæ aliquid auferre, immo conferre in defenſionem periclitantis eccleſiæ.* Sed ſatis de his. *Abbati Vrſpergenſi* rurſum commodemus aures.

Quam rem totam, ſimulque Imperatoris cum eccleſia reconciliationem ita pertexit *Vrſpergenſis*: *Præſul Moguntinus ab indignatione Cæſaris ſibimet vndique proſpiciens, caſtrum antiquum etiam per multas generationes pæne funditus dirutum, quod vel a riuo alluente* Aſcafa, *ſiue, vt quidam volunt, ab* Aſcanio *conditore,* Aſaſinbuch *dicitur, miro conatu cœpit munire. Rex quoque idipſum ob iniuriam ſui, & contra rempublicam fieri diiudicans, obſidionem econtrario ordi-*

809 *nare decreuit. Ad benignus & amator hominum* IESVS, *per induſtriam ſeruorum ſuorum, ſedis Apoſtolicæ legatorum, qui tunc Mogontiæ morabantur, immo per inhabitantem in eis Spiritum ſuum, ſpiritum Principum paci contrarium auferre, charitatem quoque nihilominus in eorum cordibus diffundere cœpit, quia nimirum, vt vere creditur, poſt tot* CHRISTI *tunicæ ſciſſuras, poſt tot Chriſtianorum inteſtina bella, tempus miſerendi Sion, id eſt, eccleſiæ, licet ſero, iam venit.* *Pſ. 101, 14*

Facto igitur vniuerſali conuentu apud vrbem Vuangionum, quæ nunc Wormacia dicitur, ſicut longum, ita & incredibile memoratu eſt, quam prudenti, quam inſtanti, quamque per omnia ſollicito cunctorum procerum conſilio, pro pace & concordia per vnam vel amplius hebdomadam certatum ſit, donec ipſe, in cuius manu cor Regis eſt, omnem animoſitatem Auguſti, ſub Apoſtolicæ *Prou. 21, 1* *reuerentiæ obedientiam, cauſſa matris eccleſiæ, etiam vltra ſpem plurimorum, inflexit. Mox tamen ab Apoſtolicæ ſedis Apocriſiariis in communionem receptus, tam ipſe Imperator, quam vniuerſus ſibi ſubiectus exercitus, immo generali abſolutione cunctis hoc ſchiſmate pollutis, per autoritatem Apoſtolicam facta, qualiter eccleſiaſticas inueſtituras, ceteraque ſpiritalia negotia, quæ tanto tempore Reges Teutonici adminiſtrauerant, quæque ipſe, ne regni diminueretur honor, nunquam vita comite ſe dimiſſurum propoſuerat, humiliatus pro* CHRISTO *coram multitudine maxima abnegauerit, & in manus Domini Epiſcopi Oſtienſis, ac per ipſum Domino noſtro* IESV CHRISTO, *ſuæque in perpetuum ius eccleſiæ dimiſerit, rurſumque qualia ſibi ob honorem regni obſeruandum autoritas Apoſtolica conceſſerit, vtriuſque partis melius edocebunt ſubter annotata ſcripta;*

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Edit. I pag.

Ego HENRICVS *Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Dei & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Domini Papæ Caliſti, & pro remedio animæ meæ, dimitto Deo & ſanctis eius Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæ Catholicæ eccleſiæ omnem inueſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus eccleſiis fieri electionem, & liberam conſecrationem. Poſſeſſiones & regalia beati Petri, quæ a principio huius diſcordiæ, vſque ad hodiernam diem, ſiue tempore patris mei, ſiue etiam meo ablata ſunt, quæ habeo, vt reſtituantur, fideliter iuuabo *. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum eccleſiarum, & Principum, & aliorum tam clericorum quam laicorum †, conſilio Principum & iuſtitia, quæ habeo, vt reddantur, fideliter iuuabo: & do veram pacem** Caliſto, ſanctæque Romanæ eccleſiæ, & omnibus, qui in parte ipſius ſunt, vel fuerunt, & in quibus ſancta Romana eccleſia auxilium poſtulauerit, fideliter iuuabo *.*

* adiuuabo

* adiuuabo

** quæ in regno vel imperio meo ſunt*
† quæ in guerra iſta ſunt commiſſa
*** Domino Papæ*
** & in quibus querimoniam fecerit, debitam ſibi iuſtitiam faciam*

Ego. CALISTVS, *ſeruus ſeruorum* DEI, *Dilecto filio ſuo Henrico,* DEI *gratia Romanorum Imperatori Auguſto. Concedo electiones Epiſcoporum & Abbatum Teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in præſentia tua fieri abſque ſimonia, & aliqua violentia, vt ſi qua inter partes diſcordia emerſerit, Metropolitani & Prouincialium conſilio vel iudicio ſaniori parti aſſenſum & auxilium præbeas. Electus autem regalia per ſceptrum a te recipiat, exceptis omnibus, quæ Romanam eccleſiam pertinere noſcuntur: & quæ ex his iure tibi debet, faciat. Ex aliis vero partibus Imperii conſecratus, infra VI menſes, regalia per ſceptrum a te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris, ſecundum officii mei debitum, auxilium meum præſtabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua ſunt, vel fuerunt huius diſcordiæ. Data anno MCXXII, IX Kal. Octob.* 810

Huiuſmodi ſcripta atque reſcripta, propter infinitæ multitudinis conuentum, loco campeſtri iuxta Rhenum lecta ſunt, data & accepta. Poſt multimodas laudes gubernatori redditas, celebratis a Domino Oſtienſi diuinis ſacramentis; inter quæ Dominum Imperatorem cum pacis oſculo, ſanctaque communione pleniſſime reconciliauit, diſceſſum eſt ab omnibus cum lætitia infinita. Alterum quoque non multo poſt, id eſt, in feſto ſancti Martini, colloquium Imperator cum Principibus, qui priori non aderant, Babenberg habuit, vbi & cunctis in ſua vota concordantibus, inter multa, quæ tam ad regni, quam ad ſacerdotii congruebant honorem, more maiorum compoſita, legatos proprios cum Romanis deſtinauit, & vtroſque nuntia ſimul & munera ferentes honorifice, Domino Apoſtolico Calixto, conſanguineo ſcilicet iam ſibimet vnitiſſimo, direxit.

Breuius *Dodechinus*, & *Otho Friſingenſis* lib. VII cap. XVI *Romano*, inquit, *Imperio multis in ſe attrito modis, Imperator, propter anathema deficere a ſe regnum videns, patriſque metuens exemplum, congregato iuxta Wormatiam maximo Principum conuentu, inueſtituram Epiſcoporum Apoſtolicæ ſedis legato Lamperto, qui poſtmodum ſummus Pontifex factus, Honorius eſt dictus, reſignauit, per eumque ab anathematis vinculo abſolutus eſt.*

1) Præter hos & alii nobis rem hanc dedere; *Albericus* ad h. a. p. 242, auctor *chronici Halberſtad.* p. 133, *Engelhuſius* p. 1096, & e recentioribus *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. V cap. XLII p. 427, *Meibomius* de iure inueſtitur. Epiſcop. p. 179; *Schilterus* de libertate eccleſiar. Germanicar. lib. IV cap. V § VI & VII p. 561 & ſeq. &, quem primo loco nominare debuiſſem, *Baronius*, quippe qui formulam vtramque tum curatius tum plenius ex ἀυτογράφῳ publicauit Vaticano. Quod ad Adelbertum noſtrum, & is hoc in conuentu ſuas egit partes, ac primus ſubſcriptorum eſt; ceterum vero magnam apud partium Pontificiarum ſectatores gratiam iniit. Pro teſtimonio loquatur *Laurentius* Abbas S. Vitoni in litteris, quas *Martene* & *Durand* tomo I col. 374 in lucem protulere: *Alberto, amico ſuo, D. G. Maguntino venerabili Archiepiſcopo, ſedis Apoſtolicæ Legato,* Laurentius & Congregatio S. Vitoni *in ſuburbio Virdunenſi deuotam ſubiectionem & fideles in Deo orationes. Nouit terra & omne Imperium deuotionem fideliſſimam, & amorem, quem habetis erga Romanam eccleſiam, & quia illam ſuper aurum & topazion, & ſuper omnem ſalutem dilexiſtis, pro eius defenſione multos labores & pericula multa, & aduerſa ſuſtinuiſtis. Benedictus Deus, qui dedit vobis & velle & poſſe. Concordiam etiam inter regnum & ſacerdotium, quam afflicta diu deſiderando eccleſia exſpectauit, poſt tanta mala & ſeditiones, per vos maxime recipere meruit, nec inconſulta tamen & inconſiderata eadem concordia*

magnam vero Adelbertus iniit gratiam.

cordia

Edit. I pag.

cordia proceſſit: quia inter ſalutaria, quæ ibi determinaſtis, pietatis conſilio inuentum & conſtitutum eſt, vt exſpoliatæ eccleſiæ, vel omnes, qui tempore ſeditionis, occaſione illius diſcordiæ, iura ſua & poſſeſſiones perdiderant, illibata reciperent.

D. Victoris Collegio benefacit.

2) Ceterum anno hoc ad exitum vergente D. Victoris collegio duos manſos donauit in proprietatem, vt allato ipſius diplomate in chronico *D. Victoris* dictum.

monaſteria Ilmenſtadenſe & Breitenauienſe confirmat.

3) His peractis, anno ſequenti MCXXIII duo auctoritate ſua firmauit, ſtabiliuitque monaſteria. *Ilmenſtadenſe* ſcilicet, quod Godefridus Comes de Cappenberg ſtatuerat, cenſuque inſtruxerat admodum liberali *; & *Breitenauienſe* in Haſſia, quod Wernerus Comes, loci captus amœnitate, non ita pridem excitarat, multisque itidem ditauerat poſſeſſionibus. Vtrumque vero in ſuam, eccleſiæque Moguntinæ ſuſcepit tutelam, & variis cohoneſtauit priuilegiis; hoc etiam duabus locupletauit curiis in Lon & Egelmarathuſen, vna cum XX libris decimationum in Lon & aliis locis congruentibus. Patet id fuſius ex tabulis, quos tum illorum confecit bono, in codice diplomatico legendis.

* *Non poſſum, quin hic notem, in* Topographia Haſſiæ Meriani *f. 95 erronee dici, vicum* Ilbenſtad *vna cum monaſterio cognomine eſſe in locis Burgi Fridbergenſis ditioni adſcriptis. Cum enim* Godefridus *aſceterium hoc ſtatuiſſet, tum illud, tum vicum ordini tradidit Norbertino.*

decimarum exactionem in Thuringia cum periculo ſuo ſuſcitat.

4) Hoc alioquin anno odioſam decimarum exactionem ſuſcitando, graue propemodum ſibi accerſiuiſſet malum. Quod cum *monachus Pegauienſis* ad h. a. p. 21, & Anonymus, qui *Schafnaburgenſem* continuauit, diſerte nobis referant, illorum libet verbis vti. Sic autem vterque ll. d. *Per id fere tempus, cum Epiſcopus Moguntinus Adelbertus a prouincialibus, qui Duderſteten marcham incolunt, decimas frugum exigeret, illique fortiter reſiſterent, contigit quosdam ex eis a militibus Epiſcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos vero captiuos abduci. Vnde Thuringi permoti, ac ſimile ſibi metuentes, in collem Treſeburg de cunctis finibus ſuis conueniunt, iamque ciuitatem Erpesfurt, vbi tum Epiſcopus forte manebat, cum XX M irrumpere parant, coeptumque perpetraſſent opere, ſi non idem Epiſcopus, vt erat vir naturali praeditus ingenio, prudenti eos auertiſſet conſilio.* Conf. *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § X p. 29 & ſeq. & ex eo *Paullini* annal. Iſenacenſ. § XXIII p. 17.

Erfurti montem S. Seueri caſtello cingit.

5) Quum vero Erfurtenſium exemplo tum didiciſſet, quam mobili plebs eſſet ingenio, vi continendos ratus, qui imperio non poſſent, Erfurti poſtea montem S. Seueri caſtello cinxit, atque cum in eo moniales S. Benedicti habitarent; inutilis autem eſſet ille ſexus in arce, eas in aliud extra vrbem monaſterium, a patrono D. Cyriaco nomen adeptum, tranſtulit: vt chronicon Thuringicum mſcr. in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, & chron. mſcr. Erfurtenſe Petrinum perhibere prodit *Gudenus* l. d.

Collegio metropolitano duo caſtella attribuit.

6) Poſtero, qui MCXXIV erat, ſuæ erga ædis maioris Canonicos beneuolentiæ ſignificationem editurus, duo eis caſtella, Malsburg & Scarpenberg VII Id. April. vt tabulæ habent, liberaliter attribuit.

cœnobium Gerodenſe in tutelam ſuſcipit.

7) Dein cœnobii in Eichsfeldia Gerodenſis habuit rationem. Statuerant id Riggardis, Rudolfi Marchionis vidua, filiusque illius Vdo, fraterque Rudolfus, ac villis, prædiis, aliisque bonis peregregie inſtructum, libera voluntate eccleſiæ obtulerant Moguntinæ. Id igitur Adelbertus tum in ſuum, eccleſiæque ſuæ patrocinium ſuſcepit (edito peculiari diplomate, quod in codice diplomatico habes) tum certis etiam exornauit priuilegiis.

Aſmari donationem Petrinis firmat.

8) Iisdem temporibus Aſmarus, ad D. Petri Moguntiæ Præpoſitus, collegio Fratrum varia liberali manu attribuerat bona. Sed & ea Petrenſibus Adelbertus tabulis (quas in *chronico Petrino* legere eſt) ſollemniter firmauit.

Wormatienſi conuentui intereſt.

9) Præterea fuit Wormatiæ, quum, in lectiſſimo Principum cœtu, coram Imperatore & Præneſtino Epiſcopo, Calixti Legato, Gebehardi Epiſcopi Wirzburgenſis cauſſa diſcuteretur. quo vid. *Gebehardus* ipſe epiſt. in veteribus monumentis *Tengnagelii*, *Brouuerus* annal. Treuirenſ. lib. XIII § LXXVI p. 20.

Canonicis metropolitanis a Cæſare beneficium impetrat.

10) Simul tum ſuis obtinuit precibus, vt Henricus Imperator tabulis III Kal. Iun. editis eccleſiæ Moguntinæ & B. Martino dimidiam partem caſtri Eppenſtein, vna cum hominibus, bonis, ac poſſeſſionibus contributis, concederet atque donaret *.

* *Notandum, dimidiam hanc partem poſtea* Eppenſteinus *iure beneficiario conceſſam fuiſſe.*

Bernhelmo Abbati benedicit.

11) Bernhelmum vero, primum monaſterii Sponheimenſis Abbatem, VIII Iul. in frequenti tum eccleſiaſticorum, tum aliorum præſtantium virorum corona in monaſterio D. Albani ſacrauit. Conf. *chronicon D. Albani* lib. I ſect. I cap. XI.

Sua maxime opera Lothario imperium adſtruit.

XVI Anno MCXXV (ait *Dodechinus*) *Henricus quartus Imperator, ſed huius nominis quintus Rex, obiit: pro quo Lotharius Dux Saxoniæ, III Kal. Sept. Moguntiæ conſtituitur.* Eadem de anno ſententia *Othonis* lib. VII c. XVII. *Vrſpergenſis* vero in eodem anno Henrici Imperatoris mortem conſtituit, ſed Lotharii imperium ab anno MCXXVI inchoat *.

* Quo quidem fallit. Ceterum quod ad rem ipſam, Adelbertus omnium maxime operam dedit, vt, Friderico Hohenſtauffio præterito, Lotharius, Saxonum Dux, ſummæ rerum præficeretur. vid. *P. Diaconus* chron. Caſſinenſis lib. IV cap. LXXXVII, *Otho Friſingenſis* lib. I de geſtis Friderici I cap. XV & XVI. Tam inexpiabili enim in Henricum erat odio, vt id, ne quidem illo rebus humanis erepto, poneret, ſed in Hohenſtauffios, quibus ante iam ſatis infenſus erat, impendio magis nunc profunderet. Doloſe tamen egiſſe, ſe

ſe, ac Fridericum circumueniſſe fraudibus, quod *Albertus Stadenſis* ad annum MCXXVI p. 264 dicit, veri rationem, quantum video, non habet. Conf. huc, qui pluribus id confirmat, *Pfeffingerum* ad Vitriarii I. P. lib. I. tit. V p. 562 & ſeq. *Edit. I pag.*

XVII Eius electionem ægro tulerunt animo Conradus & Fridericus Duces, Henrici, vt ſupra dictum, e ſorore nepotes. præſertim, cum vt libro antea citato *Otho* cap. XVII, *hic per omnia progeniem Imperatoris Henrici humiliarit, vt plane Dei iudicio iuſto, ſicut in libro Regum habes, ex peccatis ac præuaricatione patrum, ſemen ipſorum affligi videretur.* Hinc illis, eorumque fauitoribus cum iſto graues diſſenſiones. In eorum numero fuit Spira, quam obſidet Lotharius, ſed, annotante *Vrſpergenſi*, *Moguntini Archiepiſcopi ſtudio & mediatione, in gratiam ab Imperatore ſunt recepti Spirenſes* †: ipſi vero Duces, *interuentu S. Bernardi*, prout idem ſubiicit *Vrſpergenſis* & *Otho* lib. VII cap. XIX, ac *MS.* minor, anno MCXXXIII.

4 Reg. 17, 20

Conuentionem ſuper aduocatia Reinhartsbronnenſi ſtabilit.

1) Interim Adelbertus, & quidem eodem adhuc anno, quo Lotharius rerum faſtigio impoſitus fuit, conuentionem ſuper aduocatia monaſterii Reinhartsbronnenſis, Erneſtum Abbatem inter ac Ludouicum Comitem Thuringiæ, tabulis Erfurti editis, quas *Paullini* annal. Iſenacenſ. in appendice n. IV. p. 268, & exercitatione de Aduocatis monaſticis § X p. 542 in lucem protraxit, ſollemniter ſtabiliuit.

Monaſterio Salfeldenſi poſſeſſiones firmat.

2) Salfeldenſi dein monaſterio poſſeſſiones ſingulas ac omnes, ſpeciatim montem, qui *Coburg* vocatur, inſigni diplomate confirmauit. Vicem enim Legati Apoſtolici obibat. vid. *Hænnius* annal. Coburgenſ. parte II p. 9.

Cæſari Vormatiæ adeſt.

3) Anno ſequenti MCXXVI Lothario id honoris ac officii exhibuit, vt ipſi, Vormatiæ conuentum agenti, præſto eſſet. Indicium nobis faciunt tabulæ, quibus Gulizana eccleſia Traiectenſi Clero, permutatione facta, ab Hersfeldenſibus tum addicta fuit. Eſt enim teſtes inter, qui negotio iſti interfuere, vt *Browerus* docet l. d. § LXXIX p. 21.

Diſibodenbergenſium in gratiam decretum promulgat.

4) Poſtero, qui MCXXVII orbi illuxit, querelis fratrum Diſibodenbergenſium finem impoſiturus, auditis Prælatorum, aliorumque e clero ſententiis, lege ſynodali decreuit, in locis, vbi creuerint fruges, dandam eſſe decimam. Id quod plenius cognoſces e tabulis tum Moguntiæ VI Kal. Mart. confectis, quibus in codice Diplomatico locus eſt.

Canonicis metropolitanis luculentas opes adſignat.

5) Secuto, qui Chriſti naſcentis fuit MCXXVIII, luculentiſſimo teſtatum fecit documento, qua, quamque benefica erga ædis metropolitanæ Canonicos eſſet voluntate. Ampliſſimas namque iis ad victum, ſplendoremque dignitatis adſignauit opes, curias, prædia, vinum, cenſus, aliaque. Euoluas modo tabulas, liberalitatis huius teſtes (dedi enim eas in codice Diplomatico) & miraberis ipſius in locupletandis iis ἐκτένειαν.

Diſibodenbergenſium priuilegia et bona confirmat.

6) Ceterum eodem hoc anno Diſibodenbergenſium res, fortunasque ſtabiliturus, eisdem ampliſſimo Inſtrumento ſingula atque omnia a deceſſoribus ſuis, aliisque cœnobio conceſſa bona, iura, priuilegiaque corroborauit; quod cum opido lectu dignum ſit, ceteris immiſcui l. d.

Cæſari adeſt Goslariæ.

7) Inſequenti MCXXIX menſe Iunio, cum Cæſare fuit Goslariæ, de ſalute conſultans Imperii. Patet id e diplomate Lotharii, quod *Maderus* antiquit. Brunſuicenſ. p. 227, *Schaten* lib. VIII annal. Paderbornenſ. p. 720 protulere. In illo enim primo teſtes inter occurrit loco. Conf. *Heineccius* antiquitat. Goslar. lib. II ad h. a. p. 124.

Spirenſes eidem reconciliat.

† 8) Poſtea, Decembri præcipite, Spirenſes reconciliauit Cæſari, ab iis, vt id faceret, enixe rogatus. vid. *Lehmannus* chronici Spirenſ. lib. V cap. XLVII p. 435. Intererat enim obſidioni tum non minus (v. *Lehmannus* l. d.) quam anno præterito. *Otho Friſingenſis* l. d. cap. XVIII p. 416, & *Lehmannus* l. d. p. 431. Atenim ad auctorem, qui de Bernhardo ſermonem proſequitur.

XVIII Sed non eſt ſilentio prætereuehendum, quod ſanctiſſimus ille vir Moguntiæ tum geſſit, & ab eius vitæ auctoribus narratur lib. IV cap. III ſic: *Ingreſſus aliquando ſeruus* CHRISTI *Germaniæ regnum, feſtinabat ad partes Moguntinorum, pacem reformaturus inter Regem Lotharium, & prædeceſſoris eius Imperatoris Henrici nepotes, Conradum ſcilicet, qui Lothario poſtea* 81
ſucceſſit in regnum, & Fridericum patrem huius Friderici, qui poſt Conradum electus obtinet hodie principatum. Venerabilis autem metropolitanus Moguntinorum Albertus honorabilem quendam Clericum, nomine Maſcelinum, viro Dei obuiam miſit. Hic igitur Maſcelinus, cum a Domino ſuo miſſum ſe eſſe diceret ad ſeruiendum ei, paullisper intuitus illum vir Dei, Alius, inquit, Dominus ad ſibi ſeruiendum te miſit. Expauit Teutonicus, & miratus, quid dicere vellet, firmius aſſerebat a Domino ſuo Moguntino ſeſe Archiepiſcopo deſtinatum. Econtra ſeruus CHRISTI, Falleris, ait, maior eſt Dominus, qui miſit te, CHRISTVS. Tunc demum intelligens homo, quorſum vellet vibrare ſermonem, Putas, inquit, quod monachus fieri velim? Abſit a me: non cogitaui, nec aſcendit ſuper cor meum. Nihilominus tamen renuente illo, Dei famulus affirmabat omni-

Edit. I p. 811 *omnimodis fieri oportere, non quod ipſe de ſe cogitauerat, ſed quod de eo diſpoſuerat Deus. In eodem denique itinere conuerſus ad Dominum ſæculo vale fecit, & cum aliis pluribus litteratis honoratiſque perſonis, quas collegit eo tempore ſeruus* CHRISTI, *ipſe quoque, ſicut ſibi prædictum fuerat, ſecutus eſt eum.*

XIX Addit *MS.* minor, hortante S. Bernhardo, Adelbertum exædificaſſe Ciſtercienſium in Ringauia monaſterium, quod ab apro & riuo nomen habet, *Eberbachium*, itemque alterum regularium Canonicorum in *Pfaffenſchvvabenheim:* denique *S. Ioannis* Præpoſituram, in eadem Ringauia ab Archipræſule Ruthardo poſitam, in Abbatiam erexiſſe, ſancti tamen Albani Abbate, cui ſubiecta illa erat, conſentiente, primumque Abbatem conſtituiſſe, Engelvvardum.

aram Spiræ in maiori dedicat. 1) Ita MS. minor. Quibus explendis, illuſtrandis, corrigendis nonnulla ſubiicere oportet. Scilicet anno MCXXX ineunte Adelbertus Spiræ aram, in auſtrali parte noui monaſterii, honori ſeruatoris I. C. B. Mariæ virginis, & omnium præcipue martyrum, ſpeciatim vero Stephani, Laurentii, Vincentii, & Albani dicauit. *Dodechinus* p. 471. Factum putarim; cum vna cum Cæſare, Spirenſibus in deditionem venientibus, vrbem intrauit. Intrauit autem ipſis Kalend. Ianuar. *Lehmannus* l. d. p. 433.

ædem inaugurat Laurishamenſe. 2) Principem porro monaſterii Laurishamenſis ædem, opera Abbatis tum pulcre reſtitutam, Buggone Vormatienſi, Brunone Argentinenſi, Vdalrico Conſtantienſi, & Cunrado Curienſi, Epiſcopis præſentibus, quam ſollemniſſime inaugurauit, vt auctor perhibet *chronici Laurishamenſ.* p. 143.

Cœnobium Marienmunſter confirmat. 3) Tum quoque monaſterium Mariæ (*Marien-münſter* vulgo) in diœceſi Paderbornenſi ſitum, tabulis Fritislariæ XII Kal. Iul. confectis, liberaliter confirmauit. *Schaten* l. d. lib. VIII p. 725.

Præpoſiturã S. Ioannis in Abbatiam mutat. 4) Domi vero *Præpoſituram*, vt vocant, *S. Ioannis*, verſo ſtatu, vt auctor iam annotauit, in Abbatiam mutauit, variiſque exornauit immunitatibus, primo Abbate Eigelwardo, quem tum ſollemniter conſecrauit (auctor *Engelvvardum* vocat) inſtituto. quo vide tabulas, quas tum edidit, in codice Diplomatico, & confer *Trithemium* in chron. Sponheimenſi p. 246 & Hirſaugienſi p. 391.

Quibus fatis obnoxium fuerit monaſterium hoc, paucis iuuabit perſtringere. Cum id Albertus Marchio Brandenburgicus incendio, aliisque modis ad extremam redegiſſet paupertatem, & Valentinus Horn, qui tum ei præerat, non ea, qua par erat, cura ſuo fungeretur officio, vel penſi haberet; vt ſtudioſe, diligenterque, quod fortuna in malis reliqui fecerat, conſeruaret, quamuis & Lacenſis & D. Iacobi Abbas omni contendiſſent opera, vt eum vna cum contubernio fratrum ad frugem reuocarent meliorem; contigit, vt decreto PP. Ordinis in monaſterio Werthinenſi anno MDLXIII congregatorum ab munere remouendus iudicaretur. id quod dein Daniel Archiepiſcopus effectui dedit, ac Valentino gubernaculis depulſo, atque in clauſtrum D. Iacobi detruſo, adminiſtrationem rerum Oeconomo ab ſe inſtituto commiſit. Archidiœceſi dein Moguntina bello Suecico miſerum in modum afflicta, immo fœdiſſime exhauſta, Anſelmus Caſimirus id anno MDCXLI Huberto de *Bleyman, pecuniarum Imperii publicarum Receptori* (Reichs-Pfennigmeiſter) *pignori oppoſuit; quo ante quatuor heſce annos, Congregationis Burſfeldenſis, cum maxime vero Eminentiſſimi Archiepiſcopi & Principis Electoris conſenſu, ære præſenti ſolutum Reuerendiſſimus Abbas Fuldenſis nunc reficit, ad Præpoſituræ conditionem traductum.*

5) *Pfaffenſchvvabenheimenſe* vero collegium, quod Eberhardus Comes Sponheimenſis & Hadwiga coniux ſtatuerant, lautiſque poſſeſſionibus ditarant; Megenhardus filius vero & Mechtildis vxor B. Martino tradiderant, & ſtabiliuit, & variis beneficiorum ornamentis atque commodis (de quibus peculiares, quas l. d. dedi, tabulæ loquuntur) auxit iuxta illuſtrauitque. e quibus tum auctor noſter, qui id Adelbertum exædificaſſe ſcribit, tum *Dieffenbachius*, qui eundem id fundaſſe narrat, interpretandi. Ceterum confer *Trithemium* chron. Sponheimenſ. ad h. a. p. 245 & ſeq. *collegiũ Pfaffenſchvvabenheimenſe ſtabilit.*

6) *Erbacenſe* tandem, quod cœperat, non hoc, ſed ſequenti anno perfecit, ac Ciſtercienſibus inhabitandum dedit, vt ſtatim ſequetur.

7) Præter ea vero, quæ Canonicis metropolitanis ante iam quam liberaliſſime contulit bona, eiſdem anno hoc comparauit *XVI manſos & dimidium in Sulcehem, VI manſos in Cigerenhuſen, & VIII manſos in Brunnichenvvillre.* *Canonicis metropolitanis bona quædam comparat.*

8) Canonicis tandem ad B. M. V. vulgo ad gradus vindicauit bona Eberbacenſia, quæ Adelbertus quidam ab eis lege receperat beneficiaria, poſtea vero pignori dederat cognato ſuo Theoderico, vt in *chronico Mariano* dictum. *Canonicis Marianis bona vindicat Erbacenſia.*

XX *Ceterum*, ait *MSL*, *in anno MCXXXI prouincialem ſynodum Moguntiæ habuit Adelbertus, cui præſedit Matthæus Albanenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, cum ipſo Archiepiſcopo, præſente Lothario Rege, Ottone Bambergenſe, Buggone Wormacienſe, Sifrido Spirenſe, Embrichone Herbipolenſi, Auguſtano, Eyſtetenſi, Hildesheimenſi, pluribuſque aliis Epiſcopis & Prælatis: Brunone Argentinenſi Epiſcopatum ſuum propter impetitionem cleri & populi illic reſignante. Ita eccleſiæ ſuæ commodis inuigilans, Imperii curam neutiquam depoſuit* *. *Sueuiæ Ducem Conradum, cuius ſupra facta eſt mentio,* *Synodum agit Mogunt.*

odio Lotharii, Regium nomen & poteſtatem vſurpantem, anathemati ſubiecit: quam ſententiam Honorius Romanus Pontifex ratificauit *. Edit. I p. 811

* 1) Vide, quæ ſupra attuli ad libri I cap. XXXIII n. XIII. Fallitur autem *Latomus*, dum vult, Honorium confirmaſſe ſententiam in ſynodo hac aduerſus Conradum prolatam. Obierat enim iam Honorius (fatis quippe anno MCXXX die XIV Februar. functus) quum ſynodum hanc Adelbertus cogeret. Quod is alioqui Fridericum, Conradi fratrem, ſacrorum interdicto ſubdiderit, vinculisque anathematis illigarit, docet *Chronographus Saxo* p. 291.

monaſterium Erbacenſe Ciſterciensibus tradit. 2) Eodem hoc anno Erbacenſe in Rhingauia cœnobium monachis Ciſtercienſi diſciplina inſtitutis aperuit. Steterat id enim iam ante, inhabitatum a regularibus Canonicis. Iis vero ad corporis gaudia proiectis, ac per ſummam morum licentiam ætatem agentibus, Adelbertus id, cum omnibus bonis, iis etiam, quæ antea eidem contulerat, monaſterio D. Ioannis in Rhingauia ſubdidit, vt ex diplomate, quod in lucem protuli, ſuoque loco legi poteſt, cognoſcere licet. Enimuero, cum in animum induxiſſet, Ciſtercienſis familiæ alumnis ſuo in fundo etiam locum dare, euocato S. Bernhardo & in conſilium adhibito, Eberbacenſe hoc clauſtrum iisdem, vna cum bonis, quæ a monaſterio D. Ioannis quinquaginta libris argenti redemerat, attribuit, & non ſolum ad Abbatiæ euexit dignitatem, verum etiam multis poſſeſſionibus nouis auxit, conſtituto, quem D. Bernhardus ſibi commendauerat, primo Abbate Ruthardo, vt ex tabulis fundationis, quas ſuo loco dedi, plenius pateſcit. quod aduerſus *Trithemium* & auctorem *Serarium* notandum.

Non poſſum, quin moneam, Bucelinum *hic turpiter ſe dare, dum Germaniæ ſacræ parte II p.* 30 *ſcribit*: Erbach, monaſterium egregium Virginum ſub regula D. Benedicti & conſtitutionibus Ciſtercienſ. viuentium, quod inſtigante melliſluo doctore condidit anno MCXXX Adelbertus I ſiue Senior, Lotharingiæ Dux, Archiepiſcopus Mogunt. quod tamen olim Eberbach dicebatur, ſitum in Rhingauia.

eccleſiæ Moguntinæ fundos quoſdam attribuit. 3) Sed & ſuis ad ædem D. Martini principem Canonicis fructus ampliores hoc anno attribuit. Cum enim Ida, filia Eberhardi, dicti Fruthebrat, allodium ſuum, XX ſcilicet manſos in tractu villæ Wouerbach, Deo obtuliſſet, vnum illorum eccleſiæ S. Georgii in Elevenſtat, reliquos XIX dictæ S. Martini eccleſiæ, quæ Moguntiæ eſt, dedit.

Erfurti ædem D. Auguſtino ſtatuit. 4) Erfurti vero templum *S. Auguſtini* memoriæ dicatum erexit, quod fide inſcr. in bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi iam retulit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § XI p. 33.

hortos quoſdam Collegii ad D. Seueri immunes facit. 5) Ibi namque tum fuit, ac anno ſequenti MCXXXII, XIII Kal. Iun. tam Cantoris, quam Collegii ad D. Seueri bono hortos quoſdam (quos in tabulis ſuo loco allatis recenſuit) tum omni copulæ Epiſcopalis iure abſoluit, tum aliis immunitatibus ornauit.

monaſterium Schönaugienſe in tutelam ſuſcipit. 6) Eodem monaſterium Schönaugienſe, quod Rupertus Comes Naſſouio-Lurenburgicus condiderat, & eccleſiæ Moguntinæ commendarat patrocinio, tabulis ſollemnibus tum firmauit, tum aliis item affecit beneficiis: quæ cum cognoſcere expediat, apographum diplomatis dedi in codice Diplomatico.

eccleſiam D. Martini nouo proſequitur beneficio 7) Canonicorum vero metropolitanorum fortunas noua cumulauit acceſſione. Donauit enim iis *X manſos* in tractu villæ *Prumheim*, & *trium villarum, Vrſelo* ſcilicet, *Hedernheim*, & *Huſun*, parochiali Prumheimenſi contributarum, *decimationes*.

Lothario adeſt Goslariæ. 8) Anno MCXXXIV primo vere Goslariæ Lothario, auguſta dignitate aucto & ex Italia reduci, præſto fuit. Fidem faciunt tabulæ, quibus Imperator Eltenenſe ſanctimonialium collegium donatione duorum talentorum ex Duisburgenſi cenſu traductorum affecit. In his enim ſubſcriptorum primus eſt idem Adelbertus noſter. Vid. *Heineccius* l. d. p. 139.

9) Poſtea donationem, quam *Dietmarus* de *Kirebere* Erfurti cœnobio SS. Petri & Pauli fecerat, luculento approbauit diplomate; quod ſi legere cupis, alia inter in codice inuenies Diplomatico.

priuilegium Moguntinis datum renouat. 10) Præcipue vero priuilegium, quo Moguntinenſes ſuos remunerari ſtuduit, & repetiit, & in æreas ad B. Virginem tabulas incidi curauit. Quamuis enim in eo § ſequenti annus legatur MCXXXV, reponendum tamen eſſe, an. MCXXXIV, tam indictio XII, quam annus regni IX & imperii II demonſtrant, vt bene iam notauit *Pagi* crit. hiſtorico-chronolog. in an. MCXXXV n. XI p. 499. Dixi, quod iſtud hoc anno tantum repetierit. In tabulis namque his ipſis diſerte legas; *Huic primæ traditioni interfuere Bruno Spirenſis Epiſcopus* &c. Dein; Secundæ *autem* confirmationi *interfuere* &c. & dum primæ inter alios interfuiſſe videas *Anſelmum Præpoſitum, & Richardum Cantorem*, quorum vtrumque anno MCXXII vita conceſſiſſe patet (vid. Syllabum *Præpoſitorum* p. 271, *Cantorum* p. 325) oportet, hanc Moguntinis libertatem ſi non ante iam, minimum tamen anno hoc MCXXII Adelbertus primum diſpenſarit.

Lothario præſto eſt Bambergæ. 11) Sequenti MCXXXV Lothario Bambergæ adſedit, cum Fridericus Hohenſtauffius, tempori cedendum ratus, in ſollemni conuentu iuri renuntians ſuo, a Lothario anteactorum peteret veniam. Indicio ſunt litteræ, quibus tum Cæſar XVI Kal. April. monaſterio S. Ioannis Madelhardesdorffenſi curtem Stainkirchen, quam Abbas permutatione cum Henrico, Boicæ Duce, facta, impetrauerat, teſtibus adhibitis firmauit. In iis enim primum locum occupat Adelbertus, vt eas inſpicienti patet. Habet autem *Hundius* metropol. Salisburg. tom. III p. 460, & ex eo *Tolnerus* cod. diplomat. Palatin. n. XLVII p. 42.

Spiræ aram in maiori XXI *Anno* MCXXXV, ait *Dodechinus, Imperator natiuitatem Domini Spiræ celebrauit. Dedicatum eſt altare, quod ſitum eſt ad aquilonem in nouo mona-*

Edit. I pag.

monaſterio, a Domino Adelberto Mogontino Archiepiſcopo, in honorem Domini IESV CHRISTI & ſanctæ Crucis & præcipue ſancti Petri, Apoſtolorum Principis, & omnium Sanctorum. Aſſerunt, ait MSL. *hac ætate Norbertum, Archiepiſcopum Magdeburgenſem, ab Innocentio II Primatum Germaniæ *. obtinuiſſe pro ſe & ſucceſſoribus, cum eſſet Romæ cum Lothario Imperatore anno MCXXXV. Antea vero Moguntinus ceteris in Germania Præſidibus prælatus fuit, vt ſupra in Hattone & alibi apparet. Videmus tamen in epiſtola Benedicti V ad Epiſcopos Germaniæ ſcripta (in quibus etiam mentio ſit Ruperti Moguntini, Willigiſi anteceſſoris) Magdeburgenſem vocari Patriarcham Germaniæ.* Ita ille.

* 1) Quod ad Primatum Magdeburgenſem, de quo hic *Latomus*, legere non pœnitebit *Mallinkrotum* diſſertat. de Primatu trium eccleſiar. metropolitanar. quæ caput IV eſt additamentor. ad lib. de Archicancellar. Imp. § II p. 567, & *Ludevvigium* diſſertatione de Primatu Germaniæ Magdeburgici Archiepiſcopatus an. MDCCVII Halæ habita, poſtea vero tomo II opuſculor. lib. III n. I p. 770 & ſeq. inſerta. Qui cum ferias nobis fecerint, hic ſolum duo MS. notamus παρεργάματα. quorum primum eſt, quod Norbertus anno MCXXXV, cum Romæ eſſet, ab Innocentio II Primatum iſtum obtinuerit. Quod ſi enim hunc honoris gradum tum conſecutus fuiſſet, obtinuiſſet illum vtique an. MCXXXIII, quippe quo cum Lothario, diadema Imperatorium capiente, Romæ fuit. Poſtero certe, i. e. MCXXXIV, in viuis iam eſſe deſiit. Vid. *Chronographus Magdeburgenſis* p. 328, *Chronographus Saxo* p. 290, *Albericus* in chronico p. 772, *feria* quidem *quarta poſt Pentecoſten*, vt *Chronographus*, quem dixi, *Saxo* l. d. habet, i. e. *VIII Id. Iun.* vid. *Chronographus Magdeburgenſis* l. d. ſexto poſt obitum die ſepultus. Vid. *Idem* l. d. *Saxo* l. d. Alterum eſt, quod Benedictus V Magdeburgenſem Patriarcham Germaniæ vocarit. Non enim Benedictus V id fecit, ſed VI in litteris ad Germaniæ Epiſcopos de S. Pilgrino & Paſſauienſi eccleſia an. DCCCCLXXIII ſcriptis. Vid. ſcriptor *vitæ Norbertinæ*, qui extat lib. II bibliothecæ Præmonſtrat. cap. XXXIX. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

De duobus MS. circa Primatum Magdeburgenſem erroribus.

2) Quod ſequitur priuilegium, Adelbertus non hoc, ſed ſuperiori iam anno Moguntinis ſuis confirmauit, vt § præcedenti dictum. Interim audiamus auctorem.

Eodem anno MCXXXV Adelbertus, pietatis & beneficiorum, quæ in ſe olim ab Imperatore captum contuliſſent Mogontini ciues, memor, priuilegiis eos quibuſdam remunerari ſtuduit: eaque, vt ab omni vindicarentur obliuionis
812 iniuria, in æreas, quas B. Virginis templo Moguntino dederat Willigiſus, valuas incidi curauit, e quibus ea, hic aſcriberem, niſi a cælatore non raro erratum eſſet, dum & verba & verſus quoque pæne integros bis ponit, nonnulla omittit, vt vix aliquis ſenſus ſit. Aſcribo tamen ex illis, & e MS. collatione adhibita.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Adelbertus Moguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopus & Apoſtolicæ ſedis Legatus. Quia huius mundi curſus & gloria mutabilitati aſſidue ſubiecta ſunt, multorum exemplo didicimus. Sed ne proſpera extollant, vel aduerſa deiiciant, cuiuſdam ſapientis conſolatione admonemur, dicentis: Quod viri ſit prudentis, (al. priuilegium nil magni) *nil magni ducere tranſitorium. Nouit vbique* (igitur) *tam præteritorum, quam præſentium conſcientia, quæ vel quanta in me fecerit Dei miſericordia. Cognoſcat etiam, quæſo, futurorum per* (poſt) *me ſucceſſio, quantus ex alto proſperitatem comitentur caſus & deiectio. In medio enim proſperitatis meæ curſu, Henricus Quintus, vt noſtis, Imperator, poſt multa beneficia, non niſi propter Romanæ eccleſiæ obedientiam, carceris etiam mihi captiuo tenebras intulit & latibula. Ibi profecto longo manens tempore, primi paſtoris omnium conſolationem, dicentis, ſi quid patimini propter iuſticiam, beati, reduxi memoriæ. Memini etiam in mærore, Iſaiam incarceratum inſectioni ſerræ* (in ſecationis ſerra) *ſeruatum, Danielem innocentem de lacu leonum liberatum. Denique per* (poſt) *multas tribulationes contritos corde viſitans ex alto Deus, corda fidelium Mogontinenſis metropolis ad hoc permouit, vt ſuum conarentur liberare captiuum. Tam diu itaque Clerici,* (Clerus) *Comites, Liberi cum ciuibus & familia præfato Imperatori Henrico inſiſtentes elaborauerunt, donec me tandem datis obſidibus, charis filiis & propinquis, corpore ex toto attenuatum, vix ſemiuiuum, ſicut fideles filii patrem, in ſua receperunt. Sed quam caute, quam honeſte, quam iuſte obſides haberentur, ſine mærore nemo loqui poterit. Nam alii* (aliqui) *membris truncati redierunt, alii fame, alii exilio deputati, alii nuditate &*

corporis ægritudine præoccupati perierunt. Hæc & his ſimilia fideles Moguntinenſes ciuitatis ciues pro iuſtitia paſſi ſunt. Quæ vero in defenſionem ciuitatis ſuique honoris pertulerunt, ſatis omni regno patet. Mihi igitur cogitanti, quid eorum bonis & tantis recompenſarem meritis, occurrit, vt ſicut ipſi pariter meo communicauerunt labori, ſic omnium aliquid conferrem honori & vtilitati. (al. honori & vtilitati conferrem) *Communicato ergo Primorum conſilio, Clericorum dico, Comitum, Liberorum, familiæ, & ciuium, habitantes infra ambitum muri ciuitatis præfatæ,* (al. præfatæ ciuitatis) *& manere volentes hoc iure donaui, vt nullius Aduocati placita vel exactiones extra murum expeterent, ſed intra* (infra) *ſui natiui iuris eſſent, ſine exactoris violentia. Quare cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal gratis, nullo exigente, perſoluerent* *. Edit. I pag.

* In veteri, quæ mihi obtigit, verſione germanica hæc ita reddita inueni: *das alle die, die da vvonent binne der muren zu Meintz, vnd auch darinne verbliben vvollen, die keins Vauts tedinge vzvvendig der muren halden ſoln, noch keinerleye ſchetzunge oder bete me geben ſoln. Danne ſi ſoln fürbaz me irs angebornen rechtes ſin, ane allerley ſchetzunge. Danne ſie ſolln nu alden rechten zins geben, vnd en ſol ſi nieman fürbaz ſchetzen.*

Vt autem hæc donatio rata & inconuulſa ad poſteros tranſeat, ſigillo noſtro confirmantes, ſubſcriptis teſtibus ſignari iuſſimus. Huic quidem primæ traditioni interfuerunt viri Venerabiles Bruno Spirenſis Epiſcopus, Bocco Wormatienſis, Embricho * *Erbipolenſis, Anshelmus maioris eccleſiæ Præpoſitus, Ceizolfus Decanus, Richardus Cantor, Arnold Præfectus Ciuitatis* †, *Fridericus Comes de Arnesburg, Herman. de Winſcheburg,* (l. Wintzeburg) *Sigebert & Friderich Comites de Saresburgen,* (l. Saresbrugen) *Comes Goſvvinus de Satlechæ* (l. Stalecke) *Comes Bertholdus de Noring, Comes Gyſo de Vodenesberg* (al. de Vdenesberg) *Vodelinus de Hetechuſen* (al. de Heeſtat) *Reginboldus & Gerlacus de Yſenberg, Folchot de Nithæ* (al. Volkolt de Nidehe) *Wiger de Haſſeleſtein, Walter de Huſen. Miniſteriales, Embricho & filius eius, Embricho Vicedominus, Ruthart* (al. Burkart) *de Waldaſo, Godfridus* (al. Lutfridus) *Orto, Rubart* (al. Reynhart) *Dodo* (al. Dudo) *Hertvvicus, Emecho* (al. Emercho) *Dodo* (al. Dudo) *Ernoſt* (al. Ernſt) *villicus, Ruthart, Walpodo,* 813

* l. *Erlong.* Embricho enim anno demum MCXXV cathedram Herbipolenſem inſcendit (v. *Friſens* chron. Wirzburg. p. 499) cum *Anſelmus* Præpoſitus & *Richardus* Cantor, qui ſequuntur, tribus ante añis ſpiritum iam poluerant.

† *Moguntinenſis* ſcilicet, Comes Naſſouio-Lurenburgicus. *Tolnerus* addit. ad hiſtor. Palatin. p. 30.

Secundæ autem confirmationi interfuerunt Henricus maioris eccleſiæ & S. Victoris Præpoſitus, Adelbertus Præpoſitus, Henricus Cuſtos, Hartmannus Decanus, Gusbertus (al. Gotzbertus) *Præpoſitus, Wilhelmus Comes de Luzelenburck, Dux Fribericus, item Præfectus Ciuitatis Arnoldus Comes, & frater eius Rupertus de Luzenburck* (l. Lurenburg) *Comes Herimannus de Salme & frater eius, Otho de Rinech* (al. Rynecke) *Emecho* (l. Emercho) *Comes & frater eius, Gerlacus Comes, Gerhardus & frater* (eius) *Henricus de Berebach* (al. quamuis male, de Eberbach) *Henricus de Cazeneleboge, Dammo & Sigebodo de Buccho* (al. Buche) *Miniſteriales, Embricho Vicedominus de Giſeheim* (al. de Gyſenheim) *Menigo* (al. Meingoz) *Camerarius Ciuitatis, Dudo frater ipſius, Camerarius Dudo, Scultetus* (al. frater ipſius Camerarii Dudo Scultetus,) *Obert* (Obrecht) *Richelm, Arnolt,* (item) *Arnolt, Helpheric, Hereman Officialis* (Officiales) *Folpreich* (al. Volprecht) *Ebo* (al. Erbo) *frater eius, Ruthardus, Wernherus, Egilvvart,* (Engelhart) *Dudo. Facta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCXXXV, indictione duodecima, & confirmata regnante Domino Lothario Imperatore eiuſdem nominis tertio, anno Regni eius nono, Imperii vero ſecundo, feliciter. Amen.*

Willigiſus Archiepiſcopus ex metalli ſpecie valuas effecerat primus *. Atque hæc in valuis illis æreis.

* Hæc non ſunt Adelberti, ſed Willegiſi, loco, litterisque a ſuperioribus omnino diſtincta. quæ adeo auctor non ita bene hic priuilegio Adelbertino ſubdidit.

Ceterum vt beneficia Clero Moguntino præſtita beneficiis cumularet, anno hoc MCXXXV eccleſiæ S. Martini XX manſos in tractu villæ Burenbach, centum & viginti marcis a monaſterio *eccleſiæ S. Martini.*

& D. Victoris nouo officio beneficio. naſterio Eleveſtattenſi emptos donauit. S. Victoris Collegio vero tractum a ponte, qui dicebatur *lapideus*, vſque ad Rudolfeshuſen conceſſit, vna cum facultate, molam in eo extruendi, quo cont. tabulas in *chronico D. Victoris* allatas.

XXII Anno MCXXXVI *quartus S. Diſibodi Abbas a Domino Adelberto Mogontino Archiepiſcopo ſeniore ordinatus VI Kal. Ianuarii*, vt eſt in MS. & *Dodechino* *; qui pergit: *Anno MCXXXVII, obiit Adelbertus Mogontinus Archiepiſcopus IX Kal. Iul.* †. Et Otto lib. VII cap. XXI; *Viuendi finem* p. 151 *fecit Albertus Mogontinus, vir ad ſæculum prudens, & potens, locupletiſſimusque. Subſecutum neſcio qua ex cauſſa triſte monaſterii principalis in Mogontia*, vt loquitur *Dodechinus*, *cum aliqua ciuitatis parte incendium.* Sepultus fuit ipſe Adelbertus in ſuo Erbacenſi monaſterio.

* 1) *Dodechinus* ſolum dicit, Folchardo Abbati ſucceſſiſſe *Connonem*, ordinatum VI Kal. Ianuar. p. 472. Adelbertum id muneris peregiſſe, haud meminit.

2) Anno tandem, quo obiit, VI Non. Martii Halberſtadii, cum nouus eligeretur Præſul, præſens fuit, & Burchardum Id. April. Herpesfordæ (Erfurti) inunxit. Vid. *Chronic. Halberſtadenſe* p. 135.

monaſterii Walckenriedenſe conſecrat. 3) VI Non. Maii præſentibus plerisque Saxoniæ Epiſcopis, ac multis tam ſacri, quam ciuilis ordinis viris, magna ſollemnitate ac pompa monaſterium Walckenriedenſe in honorem Dei, B. M. ſemper virginis, & S. Martini Epiſcopi, conſecrauit, illudque in huius ac eccleſiæ ſuæ ſuſcepit tutelam, diris deuouens illos, qui res illius vllo modo violarent, redderentque deteriores. *Hofmannus* in antiquit. Walckenriedenſ. manuſcr. lib. I c. XIII, & ex eo *Leuckfeldius* antiquit. Walckenriedenſ. parte I cap. V § VII p. 44.

Cleri Limburgenſis cauſſam agit 4) Et quum Adalberone, Treuirorum Antiſtite, Lotharii caſtra trans alpes ſecuto, eccleſiæ Limburgenſis familia Præpoſito & Canonicorum congregationi grauare pareret, & vectigalia, quæ ex agris eccleſiæ debebat, penſitare recuſaret, Cleri permotus precibus, eodem hoc anno Limburgum ſe contulit, & cauſſa cognita litem ſecundum priſca cleri iura decidit. *Brouuerus* annalium Treuirenſium lib. XIX § XII p. 34.

† 5) Vitam illum cum morte an. MCXXXVII commutaſſe, extra dubium eſt. *Obit.* Succinunt enim Dodechino, quem auctor citat, *annal.* ſcriptor *Hildeshemenſ.* p. 741, *Chronographus Stederburgenſis* p. 453, *Chronographus Saxo* p. 294, *Albericus* in chron. p. 281, *Albertus Stadenſis* p. 268, *Engelhuſius* in chron. p. 1100. Quo vero die obierit, non inter omnes conuenit. *Dodechinus* IX Kal. Iul. fatis functum vult; quem ſequitur *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 403. *P. Anſelmus* l. d. d. XIV Iul. vt ad Pareum iam notaui; *Dieffenbachius* in catalogo manuſcr. d. XXIV Iul. Auctor *chronici Erbacenſis mſcr.* hic incertos nos relinquit: quandoquidem ſolum diem, quo humatus eſt Adelbertus, in litteras miſit. Eius verba ſunt: *Verum perpetua laude tantus patronus ſexennio, poſtquam Ruthardus ex Clara valle veniſſet*, IX Kal. Aug. *MCXXXVII* ſepultus *eſt in eo ipſo loco, quem nouis ſacris & religione donauit, fundator & conditor de re monaſtica meritiſſimus.*

6) Erbaci ſepulturæ inueniſſe locum, præter *in monaſterio Erbacenſi ſepelitur.* *chronici* modo dicti *ſcriptorem*, etiam prodit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCXXXIII p. 398, & ad an. MCXXXVII p. 403, chron. itidem Sponheimenſ. ad h. a. p. 248. Locum vero, quo terræ illatus eſt, ipſi ignorant Erbacenſes: id quod, cum eum mihi anno MDCCXVII monſtrari peterem, ingenue, candideque faſſi ſunt.

XXIII Huius Archiepiſcopi tempore floruit S. Nortbertus, cuius diſcipulus & ſectator nobiliſſimus Godefridus Comes Kappenbergenſis monaſterium in Moguntina diœceſi fundauit *Ilmeſtadianum*. in cuius vita MS. narratur, quemadmodum Iudæus mirabiliter Chriſtianus effectus Moguntiæ e ſuis quendam ad baptiſma duxerit. Scriptoris illius verba ſunt hæc: *Ait Propheta, quod lingua* Pſal. 67, 24 *canum Dei ſit, ex inimicis ab ipſo. Conuerſi enim ex inimicis Iudæis multi facti ſunt, & hodie fiunt lingua canum, pro domo Domini contra inimicos latrantes. Et quaſi quæreres, vnde tantum bonum? reſpondet ab ipſo, id eſt, a gratia eius, non a ſe ipſis. Hoc diximus propter gratiam, quam operatus eſt Deus in fratre in tempore noſtro Hebræo, qui poſt multos errorum circuitus, Dei munere præuentus, cœpit ardenti deſiderio fidem Chriſtianam inquirere. Diſputabat ergo cum Chriſtianis conferens de lege, ac Prophetis, cui cum dicerent ex verbis Apoſtoli, quod* velamen maneret ſuper cor eius, *cogitabat, non* 2 Cor. 3, 15. *hoc melius tolli, quam ſignaculo crucis, cœpitque ſignare ſe, occulte tamen* propter metum Iudæorum. *Et quia* Iudæi ſigna petunt, *ieiuniis & orationi-* Io. 7, 19. 20. *bus intentus, cœpit efflagitare ſignum a Domino, quo poſſet aduertere, ſi Dei* 1 Cor. 1, 22. *gratiam percipere mereretur. Quod cum obnixius ageret, ecce, videt ſe* CHRISTI *throno aſſiſtentem, & crucem auream ſuper humerum dominicum refulgentem, cernenſque quoſdam ex Iudæis prope aſtare, nonne, inquit, recognoſcitis ipſum hunc eſſe, de quo Iſaias loquitur:* & factus eſt principatus ſuper humerum Iſa. 9, 6. eius?

eius? *Talique ſigno iam plene conuerſus, ſatagebat aliquos etiam ſuorum de Iudaica liberare perfidia; & veniens Moguntiam in domum cognatorum, germanum ſuum admodum paruulum manu apprehenſum de medio Iudæorum callide foras ciuitatem tentabat educere. Sed, operante maligno, per plateas gyrando vna cum puero cæpit errare: ita vt portam, quam egrederetur, inuenire non poſſet. Cumque nimis in ambulando gyro vagus vexaretur, intelligens demum ex maligno hunc fieri errorem, crucis vexillo frontem armauit, & mox apertis oculis, portam inueniens, lætabundus aufugit. Sicque ſecum erepto puero, in breui dehinc baptiſmi gratiam percepit, cum illo: ac proſequente cæleſti dono, ſimul cum eodem, non longe poſt noſtræ militiæ* (Præmonſtratenſis) *ſocietati adiunctus eſt.* Sed hæc hactenus. Edit. I p. 814

ADELBERTVS II ſiue ALBERTVS II,

aut iunior, vt ſupra.

I

** Imo 1137*

**Theodvino*

** aſſenſum permittente*

ANNO MCXXXVIII*, *defuncto*, ait *Otho Friſingenſis* lib. VII cap. XXII, (*p. 151 & ſeq.*) *in autumno ſine filiis Imperatore Lothario, conuentus generalis Principum Moguntiæ in proxima Pentecoſte indicitur.* Sed antea *in oppido Galliæ Confluentiæ conuentum celebrant, ibique Conradum Imperatoris Henrici V ſororium, de quo ſupra diximus, præſente * Theodorico Epiſcopo Cardinali, ac S. Romanæ eccleſiæ Legato, ſummi Pontificis, ac totius Romani populi, vrbiumque Italiæ * aſſenſu permittente, Regem creant*, qui ab eodem Legato Aquiſgrani vnctus, *proximum dehinc Paſcha Coloniæ celebrans, Moguntiam, quæ tunc forte Paſtore carebat, adiit, ibique Albertum, prioris Alberti fratruelem, per electionem Cleri ac populi, Archiepiſcopum conſtituit.* Similia *Dodechinus*, dicens: *Moguntiæ Adelbertus, defuncti Archiepiſcopi ex fratre nepos, communi cum conſenſu, data a Rege præceptione, Epiſcopus deſignatus eſt.* Et paullo poſt: *Rex curiam apud Babenberg in Pentecoſte habuit, vbi Adelbertus Mogontiæ electus, ſabbato fuit, & poſtea Presbyter ordinatus, ſequenti die, octauis videlicet Pentecoſtes, ab Ottone ipſius eccleſiæ Antiſtite conſecratus*, anno ſcilicet MCXXXIX *. Prius fuiſſe in D. Virginis baſilica Erphordiana *Præpoſitum*, ait *Bruſchius*.

Adelberti I filio patrueli.

1) Filius Adelbertus hic II fuit Friderici, Comitis Saræpontani, & Giſelæ, patruelis Adelberti I, vt tum e ſchemate genearchico ſupra allato, tum iis, quæ hoc habentur paragrapho, patet.

Moguntiæ Præpoſitus ad D. Petri.

2) Moguntiæ primum Præpoſitus fuit ad D. Petri, vti cognoſcere eſt ex diplomate, quo patruus Adelbertus I an. MCXXXII monaſterium Schônaugienſe probauit, ſuoque complexus præſidio eſt. Teſtibus enim hoc titulo adſcriptus legitur: *Adelbertus Præpoſitus S. Petri.* Qua dignitate non longe poſt in Ludouicum conſanguineum tranſlata, Erfurti ad D. Mariæ Præpoſitus factus eſt. quo titulo an. MCXXXIII occurrit in diplomate eiuſdem Adelberti I, Collegio D. Seueri, quod Erfurti eſt, indulto. Inter Præpoſitos enim, qui teſtium loco adhibiti fuere, primus ponitur: *Adelbertus S. Mariæ.* Enimuero, maioris lucis, firmitatisque cauſſa dabo verba, quibus ipſe vſus eſt in diplomate, quo Collegiatæ D. Petri Moguntinæ prædium in villa Hachen tranſſcribit: *Nouerint quicunque Chriſti fideles, qualiter ego, cum adhuc* Præpoſitus eccleſiæ B. Petri *eſſem — Poſtea vero, ſuccedente* noſtra donatione *fideli noſtro* conſanguineo Ludouico *in eandem Præpoſituram, præmonitus ab ipſo* &c. Ceterum conf. *Continuator Lamberti* p. 255, & *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCXXXVIII p. 405, quippe quorum vtrique *eccleſiæ Erfurtenſis Præpoſitus* vocatur.

deinde Erfurti ad B. V.

electus Moguntiæ.

3) Moguntiæ electum *Otho* non ſolum l. d. retulit, verum etiam lib. I de geſtis Friderici I cap. XXII p. 418; *Itaque Fridericus Dux Moguntiam, quæ tunc Paſtore ſuo orbata vacabat, venit; omneſque tam clericos quam laicos ad hoc, vt Albertum Iuniorem vxoris ſuæ, quam ſecundo acceperat, fratrem, eligerent, induxit, Principe ad hoc corroborandum adſcito.*

Bambergæ conſecratus.

* 4) Enimuero, non an. demum MCXXXIX, ſed eodem hoc, quo electus fuit, anno Bambergæ ius ſacrorum ex veteri maiorum inſtituto capeſſiuit; vt *Otho Friſingenſis* loco, quem auctor adduxit, diſerte dicit. Pergit enim: *At Saxones & Dux Henricus, aliique, qui electioni non interfuerant, Regem non legitime,*

Edit. I p. 8.

me, ſed per ſubreptionem electum calumniabantur; quibus omnibus in proxima Pentecoſtes *generalis curia in Bavemburc indicitur* &c. Nec aliter *Trithemius* l. d. *Eodem anno* (MCXXXVIII) *Rex Conradus* Pentecoſten *celebrauit in Bavenberg. vbi conuentum Principum regni magnum conuocauit: qui pene omnes præter Henricum Ducem Bauariæ ſupradictum comparuerunt. Ibi* Adelbertus, *iam dictus, Præſul electus, in ſabbato quatuor temporum per miniſterium S. Othonis Epiſcopi Bambergenſis Presbyter ordinatus eſt, & altera die dominica in Archiepiſcopum conſecratus.* Quin ipſe *Adelbertus* noſter annum MCXXXIX in diplomate Petrenſibus dato *ordinationis ſuæ* vocat *ſecundum.*

Cur vero *Serarius* ſibi perſuaſerit, eum anno MCXXXIX demum Epiſcopi ritu initiatum fuiſſe, numerus fecit, quem Otho l. d. verbis allatis præmiſit. Illum enim de anno Lotharii emortuali accepit; quum Otho contra de anno, quo Conradus Lothario, anni ſuperioris auctumno fataliter ſublato, apud Confluentes ſurrogatus fuit, intellexerit.

4 Kal. Iun.

5) Conſecratus autem fuit *IV Kalend. Iun.* Ipſe ſiquidem in tabulis anno ſequenti Canonicorum ad D. Victoris bono editis diſerte: *Ita vt ordinationis noſtræ, me viuente,* IIII *Iun. & poſt obitum anniuerſarii noſtri dies a præfata eccleſiæ Canonicis perpetualiter celebretur.*

beneficus erga D. Victoris,

6) Patrui ſequens veſtigia, anno ſecuto MCXXXIX quicquid in vineas, quas ille Gerbodoni & Giſlero excolendas conceſſerat, iuris habebat, D. Victoris libere conceſſit Canonicis.

& S. Petri eccleſias.

7) Prædium vero, quod in pago *Monregone*, in Comitatu Gerhardi Comitis de Berbach, in villa, quæ dicitur *Hurſten,* ſibi comparauerat, D. Petri eccleſiæ, in vſus Deo in ea famulantium, voluntarie tradidit, ac in perpetuum addixit: vt ex diplomatis vtrique conceſſis, & tum in chronico *D. Victoris* n. VII, tum *Petrenſi* n. VIII adductis plenius cognoſcere eſt.

Katlenburgenſibus decimas quasdam vindicat.

8) Menſe Maio Ruſtenbergæ fuit, ac cœnobio Katlenburgenſi decimas Wahnenmangrenſes, Hildeſſeenſes, & Einbeccenſes, quas Marchio Hermannus interceperat, ſibique vindicare allaborabat, denuo iure beneficiario contulit, ac peculiari diplomate, quod apud *Leuckfeldium* antiquit. Katlenburgenſ. cap. III § V p. 26 legere eſt, X Kal. Iun. ſtabiliuit.

Conradi Cæſaris expeditioni intereſt.

9) Dein Conrado, cum aduerſus Saxones duceret, præſto fuit, vt diploma Imperatoris, quo tum monaſterio Volckolderodenſi *molendinum iuxta Kermare* donauit, tradiditque, clariſſime docet. Datum enim id Horsfeldii, *in expeditione, quam Rex habuit aduerſus Saxones.* vid. *Fellerus* in monumentis variis ineditis n. XXXIX p. 394.

monaſterio D. Ioannis donationem quandam firmat.

10) Sequenti, qui MCXL adeptæ ſunt ſalutis, donationes, quas Bertha, Wernherus, aliique monaſterio *D. Ioannis* in monte Epiſcopi fecerant, luculento confirmauit diplomate; quod quidem alia inter in codice Diplomatico inuenies.

Nec dedignatus fuit, teſtis ſubire vicem, cum Conradus III eas per eosdem dies ſingulari itidem ſtabiliret dignatione, & cœnobitas adhæc nouo afficeret priuilegio. quod ſi legere cupis, ſimiliter l. d. reperies.

Conrado in Curia Soldenſi adeſt.

11) Poſt hæc eidem Conrado ſollemni obſequio adfuit in curia Soldenſi. Diſcas id ex tabulis, quibus beneficia, queis Aſtenſes ille tum exornauit, conſignata ſunt. Teſtibus enim adſcriptum videas. Protulit eas *Vghellus* in Italia ſacra, & ex eo *Tolnerus* in cod. diplomatico Palatino n. XLIX p. 43.

Eodem præterea Romam, vt auctor ſequenti paragrapho habet, a Pontifice fuit citatus.

Romam vocatus it.

II Anno vero MCXL *a Papa Innocentio vocatus*, vt in eodem eſt *Dodechino, Romam adiit, a quo & benigne ſuſcipitur, cum Comite Godefrido de Sponheim*, filio Meginhardi, vt addit *MS.* minor.

Qua de cauſſa Romam vocatus fuerit, latet. *Cauſſam,* ait *Trithemius* l. d. p. 408, *ſcriptor hiſtoriæ non expreſſit.* Non ſolum autem honorifice ab Innocentio II acceptus fuit, ſed Legati etiam titulo, ſecundum antiquum priuilegium, domum remiſſus. Idem *Trithemius* l. d.

III Atque hoc anno veniſſe Herbipolenſem Epiſcopum Embrichonem, de quo in ſuperiori priuilegio, Moguntiam, & cœpiſſe Scotorum hoſpitale Herbipolenſe ſcribit *Trithemius* in eius monaſterii chronico.

de monaſterio D. Iacobi Herbipolitano.

Conſtructum quidem dicit hoc anno *Trithemius* p. 993 ſcriptor. Wirzburgenſium, addit tamen p. 994, anno iam ſuperiori Macarium ei regendo electum Abbatem. E tabulis Embrichonis, quas ibidem profert, cognoſcas, templum anno hoc XL, VI Id. Iulias ſollemni ritu dedicatum, ſimul vero cœnobium certis bonis inſtructum fuiſſe.

IV Anno MCXLI Adelbertus cum Saxonibus, qui *Conradi electionem quaſi ſurreptitiam improbabant,* vt ait *Otto* loco citato, *aduerſus Regem coniurauit,* ait idem *Dodechinus, & non poſt longum moritur XVI Kal. Auguſti,* cum in ea eſſet cogitatione, vt in expeditionem Hieroſolymitanam ſeſe pararet, quod ad illam Conradum Regem, cui reconciliatus erat, ipſe hortatus eſſet, vt habet MS. minor.

ab Henrici Superbi partibus primum alienus fuit.

1) Ab Henrici Superbi, Saxonum Ducis, rebus primum quidem fuit alienior. Interfuit certe expeditioni, quam Conradus anno XXXIX aduerſus illum ſuſcepit, vt ex iam dictis conſtat. Quin, cum Albero, Treuirenſium Antiſtes, tum Conrado Regi, propin-

quo

quo iam periculo, ſuaſiſſet, vt ne ſummo rem prœlio committeret, ſed, bello poſthabito, potius æquitatis cum Henrico, quam armorum arbitrio tranſigeret, ab his ipſe conſiliis alienus fuit, Alberoni valde, quamuis fruſtra, renixus. Fidem facit *Baldricus*, æqualis illorum temporum, in vita Alberonis Treuirenſis, quam ad manus habuit *Brovverus*, & lib. XIV annal. Treuirenſ. § XXII p. 37 exſcripſit. *quibus tamen poſt acceſſit.* Poſt tamen Saxonum partibus acceſſit. Præter locum, quem auctor adduxit, *Otho* lib. I de geſtis Friderici I cap. XXII p. 418 generatim: *Qui* (Adelbertus) *patruum ſuum, ſeniorem Albertum, non exuens, non bene gratus beneficiorum extitit, nec plene fidum Principi ſuo ſe exhibuit.* Idem e recentioribus dicunt *Trithemius* l. d. & *Latomus* in catalogo.

Moritur, 2) Ceterum eodem hoc anno morte oppreſſum fuiſſe & alii memorant; *Chronographus Saxo* ad h. a. p. 296, incertus ſcriptor *chronici Lauterbergenſis* ad h. a. p. m. 37, *Trithemius* l. d. p. 410. Vt adeo erret *P. Anſelmus*, dum loco ſupra dicto p. 1325 anno iam MCXL viuis illum exceſſiſſe ſcribit. Edit. I pag.

3) Quod ad diem vero in diuerſa abeunt ſcriptores. *Dodechinum* ſequitur *Trithemius* l. d. & XVI Kal. Aug. obiiſſe narrat; X Kal. Aug. *Chronographus* monaſterii, quod Erfordiæ eſt, *Petrenſis* mſcr. *P. Anſelmus* vero l. d. die XVII Auguſti, & *Dieſſenbachius* die Aug. XXVII. Litem definit *necrologium* ædis maioris Moguntinæ p. 294 his verbis; *IX Kal. Iul. vigilia Ioannis Baptiſte obiit Albertus Archiepiſcopus Moguntinus ſepultus in Capella S. Gothardi, vbi cantabuntur vigilie maiores cum magnis reſponſoriis, & dat Camerarius Dominorum quatuor candelas de quatuor libris cere, & cantatur ibidem Miſſa animarum; quarum candelarum reſiduum remanebit Capellano eccleſie S. Gothardi.* *9 Kal. Iul.*

4) Erfurti vita defunctum tradit Anonymus, qui *Lambertum Schafnaburgenſem* continuauit p. 255. Moguntiæ vero in ſacello D. Gothardi, quod iuxta ædem primariam eſt, ſepultum, necrologium modo dictum; cui conſentit manuſcr. *FF. Eremitarum* Conuentus Moguntini p. 57 b) *Moguntiæ ſepelitur.*

V Addit *Bruſchius* hæc: *Huius Archiepiſcopi ſoror nupſit Conradi III* 815 *Imperatoris * Friderici Friderico, Sueuorum Duci.* Nam Fridericus poſt Iudithæ vxoris ſuæ mortem, duxit vxorem alteram, Friderici Saræpontani Comitis, qui Alberto ſeniori frater, filiam, vt indicat idem *MS.* minor, & *Radevvicus* lib. I cap. XVII. Atque hic Fridericus Conradi Regis frater, auctor fuerat Moguntinis, vt Adelberti ſenioris ſummam erga ſe beneuolentiam, beneficentiamque recordati, hunc Adelbertum alterum eligerent.

* *l. fratri*

MARCOLFVS.

Marcolfus SIc eum appellat *Dodechinus*, & *MS.* non autem *Marcellum*, vt ſuſpicatur *Bruſchius*. Aſchaffenburgenſis Præpoſitus erat, *honeſtus ac doctus vir*, vt ait *Bruſchius*, &, vt ait anno MCLX, *Dodechinus*, & hoc loco *MS.* minor, *pro ſui pallii obtentione Romam miſit vnum pedem aurei crucifixi, quem Willigiſus S. Martino dederat. Deuotione motus dedit monaſterio Erbacenſi curiam vnam Dreyſe.* Sed anno ſecuto MCXLII e vita ceſſit.

ſemper hoc appellatur nomine. 1) Non ſane *Marcellus* appellatus fuit, ſed vt *Dodechinus*, & hunc ſecuti *Chronographus Saxo* p. 296, ſcriptor incertus *chronici Lauterbergenſis* p. 37, *Engelhuſius* in chronico p. 1101, aliique habent, *Marcolfus*. Hoc enim nomine cum Adelbertus I & II deceſſores in ſuis eum litteris vocarunt, vt ſtatim patebit, tum ſe ipſe in diplomatibus, veluti inſpicienti ob oculos erit.

Præpoſitus fuit Aſchaffenburgi. 2) Præpoſitum vero collegialis Aſchaffenburgenſis multos egit annos. Occurrit ſane hoc titulo iam anno MXXII in tabulis, quas Adelbertus I Albanenſibus dedit; *Marcolfus Prepoſitus de Aſchaphenburc.* Hoc itidem nomine in aliis, quas idem anno MCXXX edidit; *Marcolfus Prepoſitus de Aſcaffenburg:* in aliis itidem, quas Adelbertus II an. MCXXXIX D. Victoris indulſit collegio; *Marcolfus Prepoſitus de Aſchaphenburc.*

primus liberis ſuffragiis ſedi imponitur. 3) Si *Latomi* ſtandum teſtimonio, primus fuit, qui liberis cleri, populique ſuffragiis ad ſacerdotii Moguntini titulos electus eſt ac expetitus. Adſumtus autem *ob vite integritatem*, vt idem ait *Latomus* in catalogo, & manuſcr. *Auguſtinianor.* f. 57 b.

4) Gubernaculis admotus, Erfurtum conceſſit, ſuſcepturus homagium: vbi cum moraretur, die XXIX Aug. grauis ciues inter ac Milites ipſius orta diſceptatio, in qua multi vtrinque vulnerati, trucidatiue ſunt, vt manuſcr. *Petrenſis* adnotauit. Conf. *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § XII p. 33. *Erfurtum venit.*

5) Tum vero eccleſiæ Altenbergenſi, rogatu Erneſti, Abbatis Reinhartsbrunnenſis, multas contulit decimas, quod tabulæ, quibus illas eidem ſtabiliuit, loquuntur. Protulit eas *Paullini* annal. Iſenacenſium § XXXII p. 20, ex quo eas habes in codice Diplomatico. *eccleſie Altenbergenſi decimas confert.*

6) Redux fratribus regularibus in *valle Dei*, prope vicum Winckel, inſulam ſuam iuxta Eltvil excolendam tradidit, vt ex tabulis Henrici I, quibus eam iisdem poſtea an. MCXLV firmauit, cognoſcere eſt. *fratribus in valle DEI inſulam donat.*

7) Eadem beneuolentia VI Id. Decembris donationem Iudithæ D. Albani cœnobio liberaliter *Santalbanfibus dona-*

ſtatum quandam ſtabilit

rāliter factam ſciuit, ac peculiaribus ratam habuit litteris, quas in chronico *D. Albani* lib. I ſect. II ad vitam Abbatis Werneri in lucem protraxi.

ædes ſacras reparare ſtudet.

8) Adhæc *ædes ſacras prolapſas, dirutasque diligenter reparare cœpit.* Ita, quem ſæpius iam adduxi, *Latomus* l. d. Plura præclare facturum, ſpes erat haud dubia, quum magno ad bene agendum fuerit animo: quamtamen præmatura, qua occubuit, mors intercepit.

Mors eius

9 Anno MCXLII vita defunctum omnes conſentiunt, *Chronographus Saxo* l. d. *Chronographus Lauterbergenſis* l. d. *Trithemius* chron. Hirſaug. parte I p. 41, *Dieffenbachius* in catalogo.

Die quidem IX Iulii, Annaliſta *Petrenſis*; Idib. Iul. *Latomus* l. d. & mſcr. *Auguſtinianorum* Conuentus Moguntini f. 58 a)

Laudatur.

10) Ob prudentiam, vitæque probitatem a multis poſt obitum & deploratum triſte & prædicatum, addit, quem modo dixi, monaſterii, quod Erfurti eſt, *Petrenſis chronographus* mſcr.

HENRICVS I.

I

Henricus

M*Ogontinæ domus maioris*, vt loquitur *Dodechinus*, ſeu eccleſiæ maioris *Præpoſitus erat* *.

Felix cognominatus,

1) Cognominatus fuit *Felix*, vt ſcriptorum plures produnt; auctor quidem anonymus *annalium Corbeienſium* p. 395, *Viſſelbeccius* chron. Hüxarienſ. p. 20, *Dieffenbachius* in catalogo MS. vt *Helvvichius* olim iam notauit, tum in notis ad *Chriſtiani* chronicon ſect. II § I p. 106, tum in Elencho nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ ſect. I p. 212 (2) Ceterum vtroque hoc titulo inſignitum videas iam anno MCXXVIII in diplomate, quo Adelbertus I Canonicorum ædis maioris fortunas ampliore auxit acceſſione, & ſic deinceps in pluribus; ſigillatim in priuilegio, quo idem Adelbertus Moguntinos ſuos remuneratus eſt.

fuit Præpoſitus.

nobili natus genere.

2) Qua ortus fuerit familia, latet. Quin tamen nobiliſſimis prognatus ſit maioribus, nullum eſt dubium. *Ludouicum* Moguntiæ ad D. Petri Præpoſitum, & *VVickerum*, *Comitem* de *Horeburg*, ſuos vocat cognatos: *illum*, in tabulis de eccleſia Caſtelenſi Fratribus D. Petri ab eodem conceſſa an. MCXLVII; *iſtum*, in litteris de caſtro Schonenberg editis an. MLI.

& maior & D. Victoris

* 3) Fuit autem non *maioris* ſolum *domus*, ſed collegii etiam ad *D. Victorem* Præpoſitus,

4) Et quidem ad ædem *D. Victoris* ſucceſſit Dudoni, (vid. catalog. *Præpoſitorum*, chronico *D. Victoris* ſubiunctum) memoraturque iam an. MCXXII vt D. Victoris Præpoſitus in litteris eiusdem Adelberti I, quas in dicto *D. Victoris* chronico legendas dedi.

II

fit Archiepiſcopus.

II *Archiepiſcopus conſtituitur anno MCXLII: & a Rege in Frankenfurt inueſtituram accepit, præſentibus Cardinalibus, Gregorio & Dicuuino.*

1) E Præpoſito factus fuit Archiepiſcopus eodem, quo Marcolfus diem obiit, anno, vt auctor bene obſeruauit. Præter Dodechinum idem dicunt *Chronographus Saxo* ad an. MCXLII p. 296, *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 411.

ſuſcipit regalia.

2) Iura vero regalia Francofurti non ſolum Gregorio & Dieccvvino præſentibus ſuſcepit, ſed adſtante etiam *ſanctiſſimo Abbate Bernhardo*, vt *Trithemius* l. d. diſerte memorat.

ſynodum agit Moguntiæ.

3) Anno ſequenti MCXLIII, dum menſe Martio ſynodum agebat Moguntiæ, litem, quæ Fratribus D. Diſibodi cum Fratribus SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in ciuitate Erfordia de prædio Biſcoferode a multis iam interceſſerat annis, amica finiit tranſactione. Conditiones, quibus eam compoſuit, leges in diplomate, quod tum confecit, adhibitoque quamplurium virorum illuſtrium teſtimonio complexus eſt. Habebis autem ſuo in codice Diplomatico loco.

cœnobio Petrino Erfurtenſi priuilegia firmat

4) Eodem tempore cœnobio D. Petri, quod Erfurti eſt, inſigni diplomate, XIII Kal. April. edito, omnia bona iuraque eidem a deceſſoribus conceſſa, attributa, indulta, graui anathematis denuntiatione aduerſus quoscunque illorum violatores addita ſtabiliuit.

cœnobium Vallis S. Georgii ſtabilit.

5) Tum vero Sizzoni, Comiti Kevernburgenſi gratificaturus, monaſterium familiæ Ciſtercienſis, *Vallis S. Georgii* dictum, eius opus, litteris eodem hoc die, XIII ſcilicet Kal. Aprilis, Moguntiæ datis, firmauit, ac ſedis Moguntinæ pontificalis patrocinio tutum eſſe voluit. Leguntur illæ apud *Fellerum* in monumentis variis ineditis n. LXI p. 587, quamuis non ſine σφάλματι. Datæ enim dicuntur *anno Dominicæ incarnationis MCXL, indictione VI*, quæ ſibimet inuicem repugnare nemo non videt. Vt taceam, Henricum an. MCXL nondum ad titulos Moguntinos, Burchardum item, qui in teſtium eſt numero, nondum ad Argentinenſes vocatum fuiſſe.

D. Victoris collegio poſſeſſiones confirmat.

6) Nec, qua erga ſacri ordinis homines erat beneuolentia, Canonicis ad D. Victorem hoc temporis tractu deſuit, ſed iisdem decimationes ſingulas ac omnes, Collegio olim a Willegiſo conceſſas, poſſeſſiones etiam eisdem ab Othone III in Thuringia & Saxonia attributas, luculento muniuit diplomate; vt in chronico *D. Victoris*, quo legi poteſt, dictum.

Erfurti probationem per ferrum

7) Aeſtate ſequenti fuit Erfurti, vt ex tabulis, quas ſuo loco protuli, patet. Tum vero, qui temporum illorum adhuc mos erat, controuer-

eandem permutat. trouerſiam, quæ monaſterio *Gerodenſi* cum *Hermanno* Comite de Hirzberg & *Berchtolfo*, *Hartmanno*, ac *Gozvvino* de *Bokelinhagen*, fratribus, de prædiis Solebach, Haſelbach, & Hildenhagen erat, ferri igniti examine determinandam ſtatuit, ac hoc fine VIII Kal. Iul. præſentibus aliis Dei famulis, Epiſcopis, Præpoſitis, Abbatibus, ferrum in monaſterio SS. Apoſtolorum Petri & Pauli benedixit, ſiue ritu precibusque conſuetis ſacrauit. *Edit. I pag.*

Poſt vero, vt ſequitur, in monte D. Diſibodi munia pontificalia magna exercuit dignatione.

monaſterium D. Diſibodi dedicat

III Anno MCXXXIII, Indict. VI, inquit idem *Dodechinus*, *dedicatum eſt nouum monaſterium in monte S. Diſibodi, & principale altare a Domino Henrico Mogontinenſi Archiepiſcopo in honorem Domini noſtri* IESV CHRISTI, *& glorioſæ eius matris, & B. Ioan. Euangeliſtæ ac beatiſſimi patris noſtri Diſibodi, Confeſſoris atque Pontificis. Eodem anno, & eadem die dedicatum eſt in veſtibulo monaſterii altare, a præfato Archiepiſcopo, in honorem victorioſiſſimæ Crucis & S. Io. Baptiſtæ. Ipſo nihilominus anno vel die reconditæ ſunt reliquiæ S. Diſibodi patris noſtri, a ſupradicto Præſule, III Cal. Octobr. in tumulo lapideo, retro principale altare, poſitæ in locellis duobus plumbeis, altero eorum ſcilicet minore oſſa continente, altero maiore cineres. Impoſita ſunt ipſo tumulo tria corpora Sanctarum, de collegio XI millium Virginum, in loculis ligneis, & quædam de Thebæa legione.*

& cœnobium Hainenſe in tutelam ſuſcipit.

1) Enimuero ſtatuerat aliquot ante annis Poſſo ſiue Poppo Comes Richenbacenſis, Aulesburgi monachis Ciſtercienſi deuinctis regula, quod incolerent, cœnobium. Id anno ſecuto, qui MCXLIV erat, in ſuam, eccleſiæque Moguntinenſis tutelam ſuſcepit Henricus, & iuxta cum omnibus bonis ac poſſeſſionibus, quibus id Poppo liberaliter inſtruxerat, tabulis Fritislariæ confectis, quas apud *Leuckfeldium* in antiquitatibus Michaelſteinenſibus § III p. 8 legere eſt, probauit.

Eſt id Hainenſe; *de quo pluribus in* Sifrido II *ad* § V *n.* 2.

Petro-Paulinis Erfurtenſibus bona quædam firmat.

2) Eandem per id temporis gratiam cœnobitis ad SS. Petrum & Paulum Erfurti præſtitit, eorumque aſceterio bona in tractu villæ Hachſtet ſita, quæ tum Diemo olim, tum Hermannus de Wocenesberg Deo & SS. Apoſtolis tradiderant, litteris ſollemnibus, quas ad an. hunc in codice Diplomatico habes, firmauit iuxta corroborauitque.

Hersfeldi ædem dedicat ſacram.

3) Sub hæc Hersfeldii ædem ſacram rogatu Abbatis Henrici in frequenti Epiſcoporum, Abbatum, Comitum corona, ipſo Cæſare Conrado ſollemnitatem præſentia ſua cohoneſtante, eximio cæremoniarum apparatu dedicauit. Pro teſtimonio eſt Conradi dicti diploma, tum a. d. XVI Kalend. Nouembr. Hersfeldenſi cœnobio datum, quod cetera inter l. d. legere poteris.

Monaſterio Northem plauſtrum vini confert,

4) Non longe poſt monaſterio *Northen* plauſtrum vini, quotannis Longenſteinii recipiendum, litteris V Kalend. Decembr. ſignatis attribuit; ſimul autem perſcripſit, cum ſedi Moguntinæ ſubditum ſit, cœnobitis incumbere, ſingulis vt annis, in ſignum ac teſtimonium ſubiectionis, Moguntiæ ad aram in æde maiori D. Martino conſecratam offerant iuxta dentque ſtolam.

Erbacenſi vero manſos quosdam

5) Inde cœnobio Erbacenſi, quod Adelbertus I, vt dictum ſtatuerat, viginti manſos de ſiluatica terra in tractu villæ Bircken contulit, remiſſa omni pecorum decimatione. quo vide diploma, illi tum datum, quod ceteris inſerui l. d.

Canonicis Aſchaffenburgenſibus poſſeſſiones quaſdā corroborat.

6) Canonicis vero D. Petri Aſchaffenburgi domum & duas molas, quas eis Arnoldus, ædi Præpoſitus, in augmentum victus quotidiani contulerat, donaratque, litteris III Id. Decembr. vt ſuo loco vides, ſignatis, metropolitana confirmauit auctoritate.

fratribus in Valle Dei,

7) Sed enim iisdem, quibus annum hunc finiit, ſequenti MCXLV religionis ac pontificiæ dignitatis inſtitit muniis. III ſane Kalend. Iun. fratribus regularibus in Valle Dei, prope Vinicellam ſiue Winckel, inſulam iuxta Eltvil, quam eis Marcolfus Archiepiſcopus excolendam tradiderat, ſtabiliuit, & præter alia eisdem etiam licentiam dedit, neceſſitate exigente tum baptizandi, tum mortuos ritu Chriſtiano ſepeliendi.

& Erbacenſibus bona quædā ſtabilit.

8) Erbacenſi vero monaſterio manſum, quem eidem in tractu villæ Hattenheim clericus quidam, cui Zacheo nomen, attribuerat, Adelbertus vero Archiepiſcopus cum omni cenſu dimiſerat liberum, tabulis l. d. legendis firmauit.

IV MS. anno MCXLV *Eugenius miſit Henrico pallium per Theodevvinum Cardinalem.*

Erfurti Petro-Paulinis rurſum bona quædam firmat.

1) Anno ſequenti MCXLVI rurſus fuit Erfurti, & cum id temporis Folradus & Hertagus, liberi generis viri, cœnobio SS. Apoſtolorum Petri & Pauli agros, prata, aliaque bona in tractibus villarum *Bichenried*, *Ellenbardesrode*, *Hirtzvvinckel*, *Kirchere*, aliorumque locorum ſita, contuliſſent, tabulis II Id. Aug. confectis hoc ita ratum eſſe voluit, iuſſit.

De hypocrita, de quo Bernhardū conſuluit.

2) Eodem hoc anno D. Bernhardum de hypocrita iſto, cuius auctor § ſequenti VII mentionem facit, per litteras conſuluit. Fuit autem, vt id adiiciam, ordinis is monaſtici, Radulfi appellatus nomine, qui magna hominum e ſolo Agrippinenſi, Moguntino, Vangionum, Argentoratenſi, atque adeo toto Rheni limite coacta manu, eos impellebat, vt Iudæorum gentem, per Germaniam late diſperſam, neci darent, atque hinc ſacri, quod futurum erat, belli læta quædam caperent auſpicia. *Otho Friſingenſis* de geſtis Friderici I lib. I cap. XXXVII p. 428. Nunc ad auctorem.

V Poſtea

Edit. I pag. 816 V Poſtea rurſum *Dodechinus* : Anno MCXLVI *Capella Sanctæ Mariæ dicata eſt Calend. Nouemb. ab Henrico Moguntinenſi Archiepiſcopo, in honorem Domini & ſanctæ Crucis, & præcipue ad laudem beatæ Mariæ, & ſancti patris noſtri Diſibodii, atque Felicis Papæ & martyris, & omnium Sanctorum. Et eodem anno factus eſt Moguntiæ terræmotus vicibus quindecim.* *Capellam in monte Diui Diſibodi conſecrat.*

1) Quam capellam *Dodechinus* h. l. Henricum inauguraſſe memorat, ille dedicauit in D. Diſibodi Confeſſoris monaſterio, de quo ante.

Cantori & Scholaſtico Moguntino auget ſtipendia. 2) Vti vero is anno ſuperiore, cum Erfurti eſſet, Cantori ædis, quæ Moguntiæ eſt, maioris, eiuſque ſucceſſoribus reditus V librarum Appoldæ percipiendos, XVIII Kal. Septembr. adſignauit; ita hoc ad exitum properante ſtipendia eiusdem & Scholaſtici, nec non aliorum liberali acceſſione auxit. Voluit enim, vt de bonis parochialis Geyſenheimenſis Parocho loci, quantum ſufficeret, ac Præceptori X libræ, Stauderahemii percipiendæ, attribuerentur; reliquum vero communi Fratrum domus maioris vtilitati cederet. Litterarum datum eſt; *An. MCXLVI, XII Kalend. Decembr.*

3) Feriis natalitiis, a quibus *Dodechinus* § ſequenti annum MCXLVII auſpicatur, cum Cæſare fuit Merſeburgi, vt ſequitur.

VI Anno MCXLVII *Rex natiuitatem Domini celebrauit Merſeburg, vbi Moguntinus Archiepiſcopus & omnes pæne Principes Saxonum aderant. Signum in palmis apparuit. Etenim cum Epiſcopus & omnis populus clerusque, qui ad diem feſtum conuenerant, aſtarent, quaſi iris in cælo apparuit, ac in medio cruces oſtenſæ ſunt.* *Merſeburgi adeſt Cæſari.*

Ius Sedis ſuæ haud negligit. 1) Eodem hoc, cum Eberhardus, Bambergenſium Antiſtes, conſenſu Metropolitani noſtratis non requiſito, a quodam Pontificiæ ſedis Legato dignitatis Epiſcopalis ſacra ſuſcepiſſet, Henricus, ſe contemptum exiſtimans, ægre rem tulit. Sunt, qui memorent, ad id adeo exarſiſſe, vt grande Bambergenſi malum denuntiarit iuxta atque periculum intenderit. Eberhardus ſane in epiſtola ad Eugenium data, apud *Tritheminm* in chron. Hirſaug. ad an. MCXLVII p. 417; *Cuius rei immanitas vſque adeo excreuit, vt Moguntini nobis, ſeruis veſtris & filiis (ſi dicere audemus) mortis periculum, & eccleſia veſtræ minitari præſumant excidium.* Quod tamen ſimplici, tranquilloque Henrici ingenio conuenire vix putarim.

terminos Diſibodenbergenſium renouat. 2) Tum vero terminos D. Diſibodi monaſterio olim a Willegiſo conſtitutos, ac poſt a Ruthardo & Adelberto firmatos, de quibus fratribus cum Canonicis ad gradus lis erat, renouauit; hac quidem compoſitione facta, vt Diſibodenbergenſes illis XXIV marcas argenti puri numerarent, & ſic omne intra terminos iſtos ſolum quiete inpoſterum poſſiderent. quod vt hoc plenius noſcas, tabulas, quibus res comprehenſa, dedi in codice Diplomatico.

3) Quam beneuole porro emptioni cœnobitarum Petri & Pauli Erfurtenſium hoc anno factæ robur adiecerit, prætereo. Litteræ enim, quas l. d. in lucem protraxi, id ſatis loquuntur.

D. Victoris collegio benefacit. 4) Dicam potius, quam per eosdem dies D. Victoris Canonicis, quibus, vt dictum, annis haud paucis olim præfuerat, fecerit beneuolentiam. Nimirum, vt locum in vico Kidderich haberent, vbi conſeruarent decimas, aream iis ibidem attribuit, ſimulque decurſum aquæ, quem eis olim acquiſiuerat, poſtea vero ciuis quidam Moguntinus, cui nomen, Ruthardo, interceperat, vindicauit. Tabulis id pateſcit, quas in chronico *D. Victoris* legere eſt. Datæ ſunt *VIII Id. April. Moguntia.*

Eugenio occurrit Pontifici. 5) Qua vero erga ſedem Romanam erat reuerentia, obſeruantiaque, Eugenio in Belgicam digreſſo eodem hoc anno in Treueris ſumma occurrit veneratione. Illorum certe in numerum venit, qui cum eo, vt *Baldricus* narrat, ſollemni pompa Dominica I Aduentus Treuerim inierunt. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIV § LXVII p. 50.

eocum Treueri ſubſiſtit 6) Subſtitit autem ibi per multos dies, & natalitiis Chriſti magna feſtiuitate peractis, ſynodi ibidem an. ſequenti MCXLVIII ab Eugenio coactæ pars fuit. Cum vero illos inter eſſet, qui accuratius in D. Hildegardis dicta, doctrinamque cenſebant inquirendum, ſuaſu tum ſuo, hortatuque perfecit, vt Adalberonem Præſulem Virdunenſem, & cum eo Adelbertum Primicerium, alioſque complures eruditione claros homines ad S. Ruperti montem mitteret Pontifex, ſcriptorum, dictorumque Virginis cenſores. *Brovverus* l. d. § LXIX p. 50.

Erfurti monaſterium D. Petri inſtauratum dedicat. 7) Treuiris redux, Erfurti ad officii pontificalis curas ſe conuertit. Monaſterium S. Petri ante quinquennium flammis ſuccubuerat, & vna cum templo, niſi quod muri vim ignis ſuperarint, perierat. Id cum Abbas interea reparaſſet, Henricus, Herbipolenſi ac Eichſtadienſi Epiſcopis præſentibus, a. d. XVI Kal. Iul. conſecrauit. Sequor hic *Gudenum* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § XII p. 34; non neſcius, inſcriptionem, quæ imagini Henrici in porticu monaſterii huius adiecta legitur, in annum id MCXLVI referre.

Abbati Gelpfrado certa concedit priuilegia. 8) Sequenti MCXLIX Gelpfrado, Abbati montis Petrini, qui Erfordiæ imminet, & ſucceſſoribus licentiam conceſſit baptizandi, infirmos inuiſendi, mortuos ritu chriſtiano ſepeliendi, & diebus dominicis ædem Petrinam cum cruce & reliquiis circumeundi, vt tabulæ, quibus id Frizlariæ Non. Febr. conſignatum, in codice Diplomatico allatæ, vberius docent.

Arnsburgenſe cœnobium confirmat. 9) Hæc inter *Conradus* de *Hagen* & *Arnesburg*, ac *Ludgardis*, coniuges, excolendæ pietati, & ſuæ, ſuorumque ſaluti procuran-

curandæ, magnis impendiis cœnobium ſtatuerant Altenburgenſe, illudque cœnobio ſubiecerant Sigebergenſi; tum vero rogabant, vt Henricus tabulis id ſuis firmaret. quod & ille anno MCLI prono fecit animo, iſtiusque ſtatum, fortunasque, & piam conditorum voluntatem ampliſſimo inſtrumento ſtabiliuit. Vt filius Conradi Cuno & Ludgardis coniuges id poſtea in caſtrum Arnesburg, cui contiguum erat, tranſtulerint, & Ciſtercienſibus dederint inhabitandum, ſuo dicetur loco.

Corbeienſes inuiſit.

10) Inde Corbeienſes amoris ac beneuolentiæ cauſſa, inuiſit. *MCLI*, ait *annal.* auctor *Corbeienſium* l. d. *hoſpes noſter Henricus Felix Maguntinus.*

feudum oblatum Winzenburgio rurſum confert.

11) Illic locorum cum eſſet, ac in Comicia, vt loquitur, cognati ſui *VVickeri* de *Horeburg* ageret, *Hermannus* de *VVinzenburg*, Marchio olim Thuringiæ, eccleſiæ Moguntinæ facultates pia augere cupiens liberalitate, caſtrum *Schonenberg* B. Martino libera donauit voluntate. Quod Henricus eidem, ipſiusque vxori Ludgardi, ac poſteris iure viciſſim conceſſit beneficiario. Tabulis id comprehenſum publicis, quas in codice Diplomatico inter alias expromſi.

ſodalibus D. Auguſtini Vinccellenſibus bona quædã confirmat.

12) Poſt fratribus & ſororibus ſub B. Auguſtini regula in vico Winckel Deo ſeruientibus molam vineamque, quam iis Meingotus, eccleſiæ Moguntinæ Miniſterialis, animæ cum ſuæ, tum parentum expiandæ cauſſa, diuerſis tradiderat temporibus, diplomate rite edito confirmauit, vt in codice, quem modo dixi, Diplomatico videre eſt.

quandã Erbacenſium controuerſiam dirimit.

13) Erbacenſium vero commodis nouo conſulturus beneficio, curæ ſibi ipſo hoc anno habuit, vt controuerſiam, quam Folbertus, Præpoſitus Winckelenſis, de bonis quibusdam, quæ ſuis illi in poſſeſſionibus habebant, intulerat, amico dirimeret modo. Vt eam diſtraxerit, peculiari complexus inſtrumento eſt, quod vt rem omnem hoc curatius cognoſcas, inſpicere iuuabit.

quandam etiam illorũ permutationem ratam habet.

14) Sequenti MCLII concambium ſiue permutationem manſi cuiuſdam in tractu vici Winckel, qui illorum erat, cum alio in tractu villæ Reichartshauſen, qui Dudonis Miniſterialis erat in bonis, & ratam habuit, & teſtibus haud paucis adhibitis, publico conſignauit diplomate, quod l. d. legi poteſt.

VII S. Hildegardis diuinitus admonita, vt arcana ſibi cælitus demonſtrata conſcriberet, cum id facere verecundaretur, morbo correpta eſt; quem cum Abbati per religioſum magiſtrum ſuum indicaſſet, ille venit Moguntiacum, & coram Præſule omnia expoſuit, vt eſt in MS. Quia vero erat iſte Archiepiſcopus vir inſigni pietate, conabatur pro officii ſui ratione Canonicorum ſuorum vitia quædam corrigere: & ſi qua ei difficultas, & quæſtio incideret, D. Bernardum magna tunc ſanctitatis & doctrinæ fama inclitum, litteris conſulere ſolebat, vt apparet ex D. eiuſdem epiſtola CCCXXIV, vbi monſtratur, interrogaſſe de quodam hypocrita, qui Iudæorum cædis auctor fuerat. Vnde ipſi reſpondens idem Sanctus, eius laudat humilitatem, & ait; *Litteras dilectionis veſtræ debita veneratione ſuſcepi, ſed præ multitudine negotiorum breuis eſt reſponſio. Depoſitum querelæ veſtræ apud nos, ſignum eſt & pignus dilectionis, & præcipuæ humilitatis indicium. Quis enim ego ſum, aut quæ domus patris mei, vt ad me deferatur Archiepiſcopi contemptus & metropolitanæ ſedis iniuria? Nonne ego ſum puer paruulus, ignorans introitum & ingreſſum meum? Veruntamen non ignoro verbum veritatis vſquequaque, quod ex ore altiſſimi procedit:* Neceſſe eſt, vt veniat ſcandalum; væ autem illi, per quem venit. *Homo ille, de quo agitur in litteris veſtris, neque ab homine, neque per hominem, neque a Deo miſſus venit. Quod ſe monachum aut eremitam iactat, & eo ſibi adſumit libertatem, vel officium prædicationis: poteſt ſcire, & debet, quod monachus non habet docentis, ſed plangentis officium, quippe cui oppidum carcer eſſe debet, & ſolitudo paradiſus. Hic vero a contrariis, & ſolitudinem pro carcere, & oppidum habet pro paradiſo. O hominem ſine pectore, o hominem ſine fronte, cuius ſtultitia eleuata eſt ſuper candelabrum, vt appareat omnibus, qui ſunt in domo. Tria ſane ſunt in eo reprehenſione digniſſima, vſurpatio prædicationis, contemptus Epiſcoporum, homicidii approbati libertas.*

conſulit S. Bernardum de hypocrita quodam.

Matth.18.7

accuſatur a ſuis Canonicis.

VIII Sed Canonici, qui paſtorem ac patrem audire debebant, ſeque ipſos corrigere, falſis eum apud Pontificem criminationibus, quarum præcipuam ait MS. e ficta caſtitatis violatione ductam, accuſando, huiusque poſtea legatos pecunia corrumpendo, prout explicat *Chriſtianus* Archiepiſcopus in narratione, de qua ſuo loco *, effecerunt, vt anno MCLIII deponeretur, vti notat *Dodechinus*, cum in narratione illa erratum ſit de anno MCV. Sane idem ſupra laudatus *S. Bernardus*, pro eo breuem ad legatos illos ſcripſerat epiſtolam, in qua eius ſimplicitatem & innocentiam ſatis commendat, eſtque in illius epiſtolis CCCII. *Etſi corpore remoti, ſed affectu & bona voluntate vobis appropiauimus,*

* inf.p.841

optantes

Edit. I pag. *optantes & orantes dirigi actus & ſtudia veſtra ad omne, quod decet & expedit. Inde eſt, quod audientes miſerandum illum Archiepiſcopum Moguntinenſem, vocatum ad veſtram præſentiam, ibique reſponſurum aduerſariis ſuis: auſi ſumus veſtram pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimus hono-*
117 *rificari miniſterium veſtrum, ſi, quatenus ſalua iuſtitia licet, parieti inclinato & maceriæ depulſæ humeros veſtræ auctoritatis ſupponitis, nec calamum quaſſatum conteri, nec linum fumigans (quod in vobis eſt) extingui non permittitis.* Iſa. 42. *Sentiat, obſecramus, ſibi profuiſſe & precem noſtram & ſuam ſimplicitatem, ob quam fertur a falſis fratribus circumuentus potius quam inuentus in aliquo dignus depoſitionis.*

iure an iniuria? 1) Iurene an iniuria in iudicium vocatus fuerit, ac dignitatis, in quo conſiſtebat, gradu depulſus, dubium omnino eſt. *Otho Friſingenſis* lib. II de vita Friderici I cap. IX p. 451 *pro diſtractione eccleſiæ ſuæ frequenter correptum, nec correctum* ſcribit. Nec omnis culpæ exſortem habere videtur in epiſtola, quam auctor in medium attulit, *B. Hildegardis.* Virum contra multæ probitatis fuiſſe, falſoque crimine a ſuis oblato oppreſſum vult *Chriſtianus* in chronico ſect. II § I p. 106. *Veritatis*, ait, *ac pacis amator erat*, —— *Quia ſemper ei erat cordi, vt clerus honore debito gauderet, populus iuſtitia regeretur, terra pace publica exultaret, ecce, accuſatur apud Papam, quod ſomnolentus & inutilis haberetur.* Succinit *Engelhuſius* in chronico p. 1101; *non erat præliator, ſed in Dei ſeruitio manſuetus eccleſiæ rigator & plantator.* Quin ipſe *Bernhardus* a falſis fratribus circumuentum potius, quam criminis reum eſſe ſcribit, l. d.

2) Vtcunque vero ſe res habet; cauſſa ecci- *dignitate exuitur.* dit bonus Henricus, & quamuis noxæ, cuius arguebatur, purgandæ nil quicquam reliqui feciſſet, anno tamen, quem auctor ſignauit, MCLIII, Neuhuſii, loco non procul ab vrbe Vormatia, feriis quinquagenalibus, ex præcepto Eugenii, a Bernardo Presbytero & Gregorio Diacono, Patribus purpuratis, Legatorum titulo in Germaniam miſſis, dignitate exutus eſt. Vid. *Fellerus* in excerpt. chronici Colonienſ. trimeſtri I p. 12, & pluribus, quem dixi, *Chriſtianus* Archiepiſcopus in chron. ſect. II § III p. 107 & ad eum *Helvvichius* in notis.

IX Aduerſariorum vero iniuria, vt dixi, oppreſſus, & depoſitus in Saxoniam ſeceſſit, Embeccique placide quieteque pauculos, quibus eius & peccata expiari & virtutem probari Deus voluit, menſes egit. Nam *eodem anno MCLIII, Calendis Septembribus* obiit, vti notat *Dodechinus.* Sed *pro Calendis*, quod ibidem ipſius tumulo inſcriptum eſt epitaphiolum, *Nonas, Bruſchio* teſtante, habet. Eſt autem hoc.

Anno Domini MCLIII. Nonis Septemb. obiit Reuerendus Pater,
Henricus Archiepiſcopus Moguntinus.
Ad CHRISTVM *ſoſpes eat huius corporis hoſpes.*

in Saxoniā ſe confert. 1) Summotus a Pontificatu, ad Saxones, vt auctor iam notauit, ſeſe contulit, & a Wernero, Abbate Amelunxbornenſi, non perhumaniter ſolum acceptus, ſed Eimbeccæ etiam, in Amelunxbornenſis monaſterii curia, ad finem vſque vitæ benigne habitus fuit. *Lenckfeldius* antiquit. Amelunxbornenſ. § XIV p. 29.

Dies quo obiit. 2) Quem quod eodem adhuc anno inuenerit, præter *Dodechinum* & alii teſtantur; *chronici* nimirum ſcriptor *Stederburgenſis* p. 454, & *Trithemius* l. d. p. 426. *Lenckfeldius* quidem anno iam MCLII morte interceptum ſcribit antiquitat. Amelunxbornenſ. l. d. p. 30, cui præire videtur *Viſſelbeccius* l. d. Sed perperam omnino.

3) Quod ad diem, non omnes in eadem ſunt ſententia. Kalendis Septembribus obiiſſe, præter *Dodechinum* & *Trithemius* vult chron. Sponheimenſ. p. 253 & Hirſaug. l. d. Nec abit *necrologium Hildesheimenſe* p. 766; *Kal. Septembr. Henricus Maguntinus Archiepiſcopus Embike. Necrologium* contra ædis maioris Moguntinæ p. 307, a. d. *VI Non. Iul.* vita defunctum his prodit verbis: † *Henricus Archiepiſcopus Maguntinus, ſepultus in eccleſia Eimbecke, qui contulit eccleſie Maguntine decimam in Gyſenheim* ——

4) Melancholia, flexoque in mæſtitiam animo confectum addit *Trithemius* in Hirſaugienſi l. d. Sic enim ibi; *Melancholia, & graui mærore conſumptus eodem anno prima die Septembris moritur, finem miſeriarum huius vitæ accipiens.*

5) Præfuit ſummæ rerum annos X & menſes VIII. *Trithemius* in chronico Sponheimenſi l. d.

X Extat in *B. Hildegardis* epiſtolis, vna quidem Epiſcopi huius ad illam, *Hildegardis reprehenditur epiſtola.* & altera, quæ huius reſponſionem continet, vbi eum ipſa perſtringit, quod virginem quandam minus idoneam fieri Abbatiſſam iuberet. ideoque inter alia ſunt hæc: *Spiritus Dei in zelo ſuo dicit: O paſtores, plangite & lugete in hoc tempore, quia neſcitis quid facitis, cum officia in Deo conſtituta diſpergitis in facultates pecuniæ & in ſtultitiam prauorum hominum, timorem Dei non habentium: vbi & maledicta, malitioſa & minantia verba veſtra non ſunt audienda.*

Virgæ veſtræ hoc modo ſuperbe elatæ, non ſunt in Deo extentæ, ſed in pœnis præſumptionis flagitioſæ voluntatis veſtræ. Sed & ille, qui eſt, o homo, tibi dicit: Audi, quia in multis ſeruitiis me negligis. Cælum de vltione Domini apertum eſt, & nunc inimicis funes dimiſſi ſunt. Tu autem ſurge, quia dies tui breues ſunt, & reminiſcere, quia Nabuchodonoſor cecidit, & quod corona ipſius periit. Et multi alii ceciderunt, qui ſe temere in cælum exaltauerunt. Ah tu cinis, quare non erubeſcis in altum te ſpargere, cum debeas eſſe in putredine? Nunc ergo rabidi erubeſcant. Tu vero ſurge, & maledictionem relinque, illum fugiendo. Edit. I pag.

XI Laudibus vero non paucis illud extollendum, quod dicere ipſum in Epiſcopatu ſolitum ait *MS.* minor:

Fvi dives Canonicvs, pavper Praepositvs, mendicvs Episcopvs.

ARNOLDVS.

I

Arnoldus. NAtione *Moguntinus* a MS. dicitur, & quidem ex ea ciuitatis parte, quæ *Selehoven*, nunc autem vulgo *auf dem Graben* vocatur. Sed *Bruſchius* e Ringauia, & nobili *Selehouen* familia ortum ait: & rurſum MS. *ex pago Moguntino.*

*patria fuit Moguntin*⁹. Cum Bruſchio facit *Hofmannus*, & annal. Bambergenſium lib. III § LXX p. 126 *e nobili Selenhofiorum* (ſic enim pro *Eclenhofiorum*, quod ſine dubio librarii errore irrepſit, legendum) *in Rhingania familia natum* dicit. Sed enim audire iuuabit *Helvvichium*. Is adnotat. ad Chriſtiani chronic. ſect. II § I p. 107; *Fuit hic Arnoldus natione ac patria Moguntinus, familia nobilis, ex ea ciuitatis parte, qua* Selehoven *antiquitus, vt in multis vetuſtioribus litteris inueni, nunc autem vulgariter* auf dem Graben, *iuxta parochiam ſcilicet S. Ignatii, nuncupatur; ex qua familia plures Milites Moguntiæ olim vixiſſe, ex diuerſis litteris, quas ipſi tanquam teſtes ſubſcripſerunt, didici.* Bruſchius *eum de nobili familia in Rhingania,* Selchoven, *ortum fuiſſe ſcribit, quam familiam ego in Rhingania vnquam extitiſſe, nullibi inuenio.*

II Tradunt omnes, fuiſſe ſapientia, ingenii acumine, facundia & humanitate perinſignem: MS. minor etiam *ſtatura procerum, vultuque angelicum**: 818
Decanum etiam Aquiſgranenſem *Bruſchius*; Collegii S. Petri Moguntiæ Præpoſitum, & ciuitatis eiuſdem Camerarium MS. minor †; omnes vero Friderici I Cancellarium. Sed cum Fridericus is anno MCLIII regnum adierit, vti teſtantur *Otho* l. VII c. vltimo, & *Radevvicus* lib. II cap. I & III, non niſi annum vnum ei a cancellis fuiſſet, niſi iam erat antea, cum Sueuiæ Dux tantum eſſet ††.

natura dotibus, * 1) Miri ingenii & facundiæ fuiſſe, ipſe fatetur *Chriſtianus* l. d. A beneficentia in pauperes eum commendat auctor commentarioli *de eius cæde* § V p. 80, vt ſub finem auctor *Serarius* iam notauit. *multis quoque virtutibus inſignis.* Idem facit *Latomus* in catalogo mſcr. cuius verbis ſummæ fuit abſtinentiæ, eleemoſynarius præcipuus, ac pietati valde deditus, ideoque bonis omnibus chariſſimus: ad iracundiam quidem pronior: quod tamen vitium ſeueriter in ſe caſtigarit, adeo, vt ſæpius ſtrato vteretur vimineo, totasque noctes orationibus ac vigiliis transmitteret.

Moguntiæ D. Petri Præpoſitus fuiſſe dicitur. † 2) *S. Petri Præpoſitum* fuiſſe, communis eſt opinio. Saltim auctor libelli *de cæde ipſius* § III p. 80, & *Chriſtianus* II in chronico ſect. II § I p. 106 id volunt. Et ſic *Arnoldus Præpoſitus S. Petri* in litteris Henrici I Archiepiſcopi, quibus anno MCLI monaſterium Arnſpurgenſe confirmauit, & in aliis eodem anno datis, quibus donationem inſulæ iuxta Eltvil cœnobio Erbacenſi a Marcolfo factam ſciuit, eſſet ipſe hic noſter Arnoldus.

& Aquiſgrani Decanus. 3) Dein non *Bruſchius* ſolum l. d. ſed auctor etiam libelli *de paſſione* ſiue *cæde* eius § III p. 80 Aquisgrani ad B. M. V. ædem Decani honores illum geſſiſſe tradit.

vtrum etiã Camerarius vrbis fuerit. 4) Vtrum vero *Camerarius* quoque *ciuitatis* fuerit, quod præter MS. & *Helvvichius* vult in adnotat. ad Chriſtiani chron. ſect. II § I p. 107, dicere non habeo. Quamuis enim in duobus dicti Henrici Archiepiſcopi diplomatis, anno MCXLIII & MCXLVII editis, *Arnoldus Præpoſitus & Camerarius* occurrat, nondum tamen confectum eſt (tametſi multis probabile videatur) vtrum Arnoldus hic noſter intelligatur.

Præpoſitus maior haud fuit. 5) *Maioris eccleſiæ Præpoſitus*, quod quidem *Chriſtianus* l. d. vult, haud fuit. Siquidem Henrico, an. MCXLII ad titulos Moguntinenſes vocato, ſucceſſit Hartmannus; Hartmanno, qui an. MCLX adhuc occurrit, Chriſtianus de Buche, vt in *Syllabo pleniore* ſect. I p. 272 videre eſt. quod notari velim, cum ad notas Helwichianas monere intermiſerim.

Cancellarii †† 6) *Cancellarium* vocat auctor chronici *Montis*

regii obiit muneri.

Montis ſereni p. m. 40, *Imperialis aulæ Cancellarium* auctor commentarioli *de cæde eius*, vt ſuo loco cognoſcere eſt; *Cancellarium Regum* chron. Hirſaug. parte I p. 426 *Trithemius*. Quin *Friſingenſis*, ſcriptor grauis ac αὐτόπτης, lib. II de geſtis Friderici I c. IX p. 451; *ac Arnoldum* Cancellarium ſuum, *per quorundam ex clero & populo, qui illuc venerant, electionem vi ſubrogauit.*

Ceterum ad coniecturam, quam hic promit *Serarius*, ita commentatur *Mallinkrot* de Archicancellariis S. R. I. p. 334; *Suſpicatur* Serarius, *quia Fridericus anno MLII imperare, Arnoldus autem ſequenti ſtatim eccleſiæ Moguntinæ præeſſe cœpit, forte etiam ante Imperium id officii Arnoldum apud Fridericum adminiſtraſſe. Id fortaſſis factitatum eſſe non admodum contradixerim: ſub alio tamen, vt magis puto, nomine, quam ſub Cancellarii appellatione. Nec enim crediderim, e probatis auctoribus aut documentis oſtendi poſſe, morem iam tunc, huius tempore, inferioribus Cæſare Principibus fuiſſe, Cancellariorum opera vtendi, contentis, Notariorum uti miniſterio: quibus vt non tantum Epiſcopi, Comites &c. ſed ipſimet etiam Duces vterentur, extat antiqua Imperialis apud Goldaſtum, ni fallor, conſtitutio. Vti autem prædictum in obſcuro eſt, ita certum habemus, ſub initium principatus Fridericiani Arnoldum cancellis præfuiſſe. Extat apud Goldaſtum tomo III Conſtitut. Imperial. pacificatio inter Eugenium Papam & Fridericum I Imperatorem in comitiis Conſtantienſibus ſancita, quam recognouit Arnoldus prædictus. Eiuſdem anni eſt donatio Friderici de monaſterio Altaha ſiue Altaichii inferioris facta Eberardo II Epiſcopo Bambergenſi, quam refert Gevvoldus in addition. metropol. Hundiana tomo II p. 28; vti etiam declaratio eiusdem Friderici, ſuper iuribus Aduocati eccleſiæ Marſnenſis, apud Miræum lib. II donation. cap. LI, & notit. eccleſ. cap. CLVIII, itidem ab Arnoldo recognita. Idem præſtitit an. MCLIII IV Kal. Ian. in confirmatione prædiorum eccleſiæ Cameracenſis apud eundem Miræum notit. eccleſ. cap. LIV.* Hæc *Mallinkrotius*. Quem tamen, dum putat, oſtendi non poſſe, tum temporis in Principum Germanicorum aulis Cancellarii nomen, titulumque iam in vſu fuiſſe, falli, adducto e *Lambecii* lib. I origin. Hamburg. Liemari Bremenſis diplomate, anno MLXXXVIII dato, quod *VValdo ſenex & vetulus Archicancellarius* recognouiſſe dicitur, *VVenckerus* l. d. oſtendit.

III Hunc olim pro ſe Romam miſerat bonus Henricus Archiepiſcopus, vti refert in narratione ſua *Chriſtianus* Archiepiſcopus *; ſed in eius, cum & Epiſcopatu, & vita defunctus eſſet **, locum ſucceſſit anno eodem MCLIII. Eodemque tempore alius fuit Arnoldus, Colonienſis Archiepiſcopus, qui Aquiſgrani, anno ſuperiore MCLII, Fridericum, Dominica *Lætare*, regia corona & Caroli Magni ſede, vti *Radevvicus* refert lib. II cap. III, exornarat.

Vtrum mala fide Henrici cauſam egerit.

* 1) Quod Henrici cauſſam Romæ prodiderit, vult *Chriſtianus* l. d. n. 2 p. 107, qui euolui poteſt. *Latomus* vero perhibet, Arnoldum per omnem vitam conſtanter adſeueraſſe, vel ſupremum obteſtando iudicem, fieri ſibi iniuriam, bona ſe fide Henrici cauſſam egiſſe. Ceterum conf. auctor ſæpius iam dictus *de cæde ipſius* § I p. 80, & § XI p. 81.

Henrico ſuccedit.

** 2) Enimuero ad Pontificatum Moguntinum non tum demum adſpirauit, quum vita defunctus fuerat Henricus; ſed ſimulac ille dignitate exutus erat Archiepiſcopali. Diſerte *Chriſtianus* l. d. n. 3 p. 107; *Præſidentes iudicio in loco, qui Neuhuſen vocatur, Henricum laudabilem virum ab Epiſcopatu amouent Moguntinenſi,* » Arnoldum ſubſtituunt»; *dicebatur autem, quod Fridericus Imperator huic negotio aſſenſum præbuerit, ſed occultum.*

vt iniit regimen.

3) Henrico ſurrogatus, ius regalium, veterumque diplomatum ac priuilegiorum ſanctiones a Cæſare ſtatim cum petiit, tum impetrauit, ac dein ſollemni honore Moguntiam ingreſſus eſt. Idem *Chriſtianus* l. d. § II n. 1 p. 109; *Arnoldus non moram faciens, quum fuiſſet, vt moris eſt, ab Imperatore regalibus inueſtitus, Moguntiam venit, ibique ſollenniter eſt ſuſceptus.*

4) Vt prima dignitatis, quam conſecutus erat, initia inchoarit, malim rurſum dicat *Chriſtianus*. Is autem l. d. § II n. 2 p. 109; *Arnoldus primordia ſui conſecrans Præſulatus, purpuram optimam de Almaria tollens, ſibi fecit veſtes, tunicam, ſorcotium, & mantellum, vt in Imperatoris curia glorioſior appareret.*

Regalia recipit.

IV *Breuiarium Erphordenſe* in lect. V Legendæ S. Adelarii & S. Eobani; *Anno Domini MCLIV oſſa S. Adelarii XII Cal. Maii, oſſa vero B. Eobani VII Kal. Aug. translata ſunt. In quorum translatione, tanta ſuauitas fragrantiæ miri odoris emicuit, vt omnes, qui aderant, mirarentur. Nam cæci, claudi, ſurdi, nudi, leproſi, phrenetici, epileptici gratiam ſoſpitatis ibidem conſecuti ſunt.* Repetatur libri III notatio XLV.

1) Quin Arnoldus hoc & ſequentibus annis rebus eccleſiæ ſuæ tuendis, ſeruandisque inſtiterit, nullum eſt dubium. Anno certe MCLV filios *Reinoldi* e *Mathilde* de *Geiſmar* procreatos, Lendericum & Hedenricum, ſedi Moguntinæ obnoxios, non prius Quedlinburgenſi eccleſiæ *in ius miniſterialium* tradidit, quam viciſſim duos Quedlinburgenſis eccleſiæ miniſteriales, Hugonem & Bertramum, *Suidegeri* de *Geſmare* filios, in proprietatem eccleſiæ Moguntinenſis reciperet. Oſtendunt id tabulæ, quas *Kettnerus* in diplomatis Quedlinburgenſibus ſæc. XII n. X p. 183 in lucem protulit, ego vero in cod. Diplomatico repetii.

2) Eo-

2) Eodem Collegiali in Northun, quam Lupoldus pietatis bono inſtituerat, partem ſiluæ, eidem a conditore liberaliter olim conceſſam, data ſollemniter fide firmauit. Litteræ XII Kal. Iul. Moguntiæ ſignatæ ſunt, ac eodem, quo eas dedi, loco legi poſſunt. Edit. I pag.

cum Hermanno Palatino bellum geris.

V Abſente vero, & bellum contra Mediolanenſes gerente Rege, multis Arnoldum Moguntinum, eiusque diœceſin depopulationibus, cædibus, & incendiis affecit Hermannus Palatinus Comes, adeo, vt quo eius obſiſtere poſſet copiis ac iniuriis Arnoldus, alterum crucis illius Willigiſianæ aureæ, de qua lib. I cap. XXXII, & in Marcolfo paullo ante dictum, pedem cum crucibus † abſtulerit, militemque ſcripſerit, vti ſignificat *Dodechinus* *. Sed reuerſus Rex, qui permagnus iuſtitiæ cultor a *Radevvico* lib. II cap. III monſtratur, de omnibus quæſtionem ſeriam habuit, Comitemque ac eius aſſeclas pœna, quæ ad omnium terrorem, poſteritatisque memoriam inſignis eſſet, affecit anno MCLV.

† leg. *cruribus*. Et ſic etiam in *Chriſtiani II* chronico ſect. II § II p. 111 tomi II.

* Inſperſis circumſtantiis quibusdam aliis, iisque bene notandis, *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 428: *Anno prænotato* (MCLV) *Imperatore adhuc in Italia conſiſtente, Arnoldus Moguntinenſium Archiepiſcopus Hermannum Palatinum Rheni Comitem propter iniurias, contumelias, & rapinas VVormatienſi tam eccleſiæ, quam Pontifici & clero irrogatas, cum ſuis auxiliariis excommunicauit. Qui commotus in iram, cum magno ſuorum exercitu terras Archiepiſcopi hoſtili animo ingreditur, & deuaſtans omnia, in pauperes crudeliter debacchatur. Contra quem Archiepiſcopus ſuorum quoque miſit exercitum, fuitque inter eos nimis atrociter pugnatum.*

Cæſari reduci occurris.

Ante vero, quam Wormatiæ in ius vocabatur, Imperatorem ex Italia reducem Ratisbonæ adierat, de iniuriis ab Hermanno ſibi illatis conqueſtus, vt *Otho Friſingenſis* lib. II cap. XXVIII p. 469 refert; Wormatiæ vero, cauſſa diſcuſſa, Hermannum cum ſociis anathematis vinculo exſoluit. Prodit id auctor libelli *de cæde ipſius* § XIII p. 82. Enimuero ſpectatores ſimus pœnæ pacis fractæ reis inflictæ.

in iudicium propterea vocatur.

Debuerunt enim Palatinus ille, & Comes de Leiningen, Godefridus Comes de Spanheim, Henricus de Cazenelenbogen, Conradus Comes de Kirberg (*Kirchberg*) Conradus Comes de Didiſſem, (*Dideshein*) aliique plures, humeris canes, magno valde ſpatio portare, vti refert *Dodechinus*, & copioſius, qui præſens affuit, *Radevvicus* (*leg.* Otto Friſingenſis) lib. II cap. XXVIII ſic: *Ad hanc curiam Arnoldus Moguntinus Archiepiſcopus, & Hermannus Palatinus Comes venientes, de hoc, quod abſente Principe terram illam præda & incendio perturbarant, in cauſſam ponuntur; ambobusque cum complicibus ſuis reis inuentis, alteri ob ſenii, morumque grauitatem, & Pontificalis ordinis reuerentiam parcitur, alter pœna debita plectitur. Demque vetus conſuetudo pro lege apud Francos & Sueuos inoleuit, vt ſi quis Nobilis, Miniſterialis, vel colonus, coram ſuo iudice pro homicidii exceſſibus reus inuentus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur. Hunc morem Imperator ſeruans, Palatinum iſtum Comitem, magnum imperii Principem, cum decem Comitibus complicibus ſuis, canes per Teutonicum miliare portare coegit. Hoc tam diſtricto iudicio per totam tranſalpini Imperii oram promulgato, tantus omnes terror inuaſit, vt vniuerſi magis quieſcere, quam bellorum turbini inſeruire vellent.* Et eius temporis vates *Ligurinus* lib. V:

— multimodas dubia ſub lite querelas 819
Emerſiſſe ferunt, quas inter maxima pæne
Hæc erat, Arnoldus tuus, o Moguntia, Præſul,
Hermannusque Comes, magnæ ſub Principe ſummo
Acriter inter ſe conflictum litis agebant.
Nam dum Teutonicis rector ſummotus ab oris,
Auſonias premeret bello, ſeu legibus vrbes,
Tantus in Arctoo belli furor arſerat orbe,
Vt penitus concuſſa ſuas Alemannia clades
Fleret: & abſentem reuocaret ſedula Regem.
Tunc duo præfati proceres Arnoldus, & alter
Aulicus ille Comes, multis vehementer in illos
Accenſis, Regemque graui ſtimulantibus ira,

Ob

Edit. I pag.

Ob ſua multiplici crudeliter acta reatu
Iudicio victi capitalis vulnera noxæ
Excipiunt; ac ni grauis ætas & ſacer ordo
Pontificem tutata forent, aut ſanguine pœnas
Solueret: aut ſummi pateretur probra pudoris.
Quippe vetus mos eſt, vbi ſi quis Rege remoto,
Sanguine, vel flamma, vel ſeditionis apertæ
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat; ante grauem quam fuſo ſanguine pœnas
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre:
Sin alius, ſellam. Cuius diſpendia pœnæ
Ille Palatinæ cuſtos celeberrimus aulæ
Non potuit vitare Comes: cunctiſque videndus
Portauit ſcapulis paſſus plus mille latrantem.
Hanc quoque tunc alii ſimili pro crimine pœnam
Suſtinuere decem Comites: totidemque coacti
Fœda tulere canes generoſo pondera collo.
Cuius inauditæ pœnæ timor altus in omnes
Irruit: vt nullus Procerum præſumeret vltra
Armata certare manu: ſed pace ſequeſtra,
Iudicis arbitrio ſua quisque repoſceret æque.

820 Addit Dodechinus: *Ex parte vero Epiſcopi, canes portare quidem cœperunt, Ludouicus Comes de Lobim, Guilelmus Comes de Glisberg, & alii, ſed ob reuerentiam Archiepiſcopi, ceſſare ab Imperatore iuſſi ſunt.*

VI Anno MCLVI *Arnoldus Archiepiſcopus a quibuſdam appellatus ad Apoſtolicam pœnitentiam, Adrianum Papam adiit, a quo honorifice ſuceptus, Apoſtolicam Legationem promeruit, reuerſusque Moguntiæ honorifice ſuſcipitur.* *Romam proficiſcitur.*

Quibusdam de cauſſis, honorem & vtilitatem eccleſiæ ſuæ ſpectantibus, Romam profectum eſſe, generatim dicit *Trithemius* l. d. ad annum MCLVI p. 429. Sigillatim vero & curatius auctor ſæpe iam dictus *commentarioli* § XVII p. 82, ex eoque *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIV § CXXVII p. 67. Hillinus nempe Treuirenſis, legationis Pontificiæ obtentu, enixe ſtudebat, vt Moguntinenſis etiam diœceſis prouinciam ſuum ſub imperium cogeret. Quod cum Arnoldus non poſſet non ægre ferre, non ſuæ modo auctoritatem eccleſiæ magno ſtudio oppoſuit, ſed Romam etiam iuit, Pontifici ſuæ ius ſedis commendaturus. Impetrauit autem facile, vt vetus ei & vſitata daretur exceptio.

VII Pergitque: *Anno MCLVII Imperator effecerat arte, vt Abbates & Præpoſiti, & meliores quidam de Miniſterialibus Moguntinæ eccleſiæ fidem in manum Regis, & in manus quorundam amicorum eius darent, vt cum ſuus Epiſcopus Arnoldus quouis caſu defeciſſet, alium non eligerent, niſi conſilio eorum ipſe medius intereſſet.*

Comitiis Vormatienſibus intereſt.

1) Hoc alioquin anno Arnoldus ſe ſuaque Imperatori probauit officia, eique, menſe Aprili, præſto fuit Vormatiæ in Comitiis. Patet id ex diplomate, in quo teſtis loco adſcriptus eſt conſtitutioni de teloneis & vectigalibus Rhenanis factæ.

templa & monaſteria inſtaurat.

2) Eodem ad opera religionis conuerſus, monaſteriis tum ſtatuendis, tum ante cœptis perficiendis ſtuduit. Spectat huc *auctor commentarioli* § XVI, his vernacula verbis: *Viel Clôſter, deren etliche verhin angefangen, vnd nicht vollbracht, etliche, die er von nevvem auffüh»et, bavvet er gar aus, vnd begabet ſie mit gnugſamen zinſen vnd gülten. Vnter denen vvas nemlich vnſer lieben Fravven Cloſter im Thal, da ervvan die erſte alte Stadt geſtanden. Eins deſsgleichen das Cloſter vnſer lieben Fravven zu Brunbach &c.*

3) Brunbacenſi certe hoc anno, ſi non originem dedit, villam tamen Brunbach, quam a Beringero de Gamberg receperat, contulit, quo vid. litteras cum eiusdem, tum Friderici Imperatoris in cod. Diplomatico. Memoratum id alioquin in antiquiſſima quadam tabu- *Brunbacenſe beneficio afficit.*

Digitized by Google

la, quæ in choro ædis Brunbacenſis olim pependit, his verbis: *Anno incarnacionis Domini MCLVII, indict. V, iniciatum eſt hoc fundamentum domus B. Marie in Brunnebach, XVII Kal. Iun. iubente, ordinante, & promouente pie ſemper memorie Arnoldo, Moguntine ſedis Archiepiſcopo, regnante Friderico Imperatore Auguſto, quinto anno.*

poſſeſſiones eccleſiæ Moguntinæ auget.

4) Tum vero penſi etiam habuit, vt Pontificatus Moguntini poſſeſſiones augeret iuxta amplificaretque. quippe dimidiam partem caſtri *Velinhuſen* ab *Henrico* de *Muliburc*, viro ingenuo, partim ære, partim rebus aliis comparauit, beatoque attribuit Martino. Perſcriſcriptum id tabulis ſollemnibus, quas ſuo habes loco.

ad expeditionem Italicam ſe parat.

5) Inter hæc vero ſingulari ſe præparabat cura, vt Cæſarem in Italiam quam honeſtiſſime ſequi poſſet. Promiſerat enim in Comitiis, Friderici adductus obteſtationibus, vna cum illo ſe profecturum. Hac ſane fini caſtrum *Gamberg* Beringero, loci oppidano, iure contulit beneficiario, vt in litteris Brunbacenſi monaſterio, vt dictum, datis videre eſt. Quin Moguntinos ipſos, vt in expeditionem hanc tributi quid conferrent, rogauit. quod ipſum ſeditionis poſt ſecutæ occaſio fuit, princepsque cauſſa, vt auctor ipſe § X notauit.

Cæſari adeſt Francofurti

6) Inſequenti anno, qui MCLVIII erat, cum Friderico Cæſare reipublicæ cauſſa ſubſtitit Francofurti in Comitiis. Indicio nobis ſunt litteræ, eccleſiæ Hamburgenſis bono tum a. d. XVII Kal. April. editæ; quippe in quibus teſtes inter confirmationi iſti adhibitos primo occurrit loco. vid. *Lindenbrogius* in priuileg. archieccleſiæ Hamburgenſis n. LI & LII p. m. 160 & ſeq.

parthenoni Rupertino

7) Moguntiam reuerſus, compoſitioni, quam Hildegardis, monaſterii Rectrix Rupertini, cum Helingero, Abbate D. Diſibodi, fecerat, non modo robur ſua adiecit auctoritate, verum parthenoni etiam iſti liberam facultatem Abbatiſſam eligendi conceſſit; quin alias quoque indulſit immunitates, vt ſupra lib. II ad cap. XXXVI annotatum. Quam ipſius voluntatem peculiari poſt diplomate confirmauit Fridericus I Imperator. Vtrumque reperies in codice Diplomatico.

concedit privilegium.

eccleſiæ S. Stephani decimas quasdam ſtabilit

8) Stephanitis item decimas Munſterliederbacenſes, quas non ita pridem recuperarant, maiorem ad ſecuritatem honeſtiſſimo diplomate (quod in chronico *D. Stephani* legere eſt) & frequenti virorum illuſtrium adhibito teſtimonio ſtabiliuit.

cum Cæſare it in Italiam,

9) Inde Cæſari in Italiam mouenti, teſte *Radeuico*, fidus hæſit comes. Is enim lib. I cap. XXV p. 491 iter illud deſcribens, *Princeps*, inquit, *ipſe habens in comitatu ſuo Regem Boemiæ —— Arnaldum Moguntinum* &c. Centum quinquaginta ſimul equites, eosque egregie inſtructos, Cæſari adduxiſſe, *auctor commentarioli* memorat § XXII p. 83.

Moguntinis ſibi tumultuantibus, ocius reuertitur.

10) Quibusdam vero ſuorum, quorum princeps Burcardus, ad D. Petri Præpoſitus, domi res nouas molientibus, ocius reuertit, ignem, priusquam in flammam ſurgeret, ſi poſſet, extincturus. Redux autem factus comperit, longe peiori rem eſſe loco, quam opinatus fuerat. Tantum enim ignis & materiæ ſeditioni iam ſubdiderant tranquillitatis turbatores, vt cum Moguntiam perueniſſet, ciues illum mœnibus excluderent: alii vero, quos ſubornarant, conſilii participes illum impeterent inſidiis. Sua igitur ſe deiectum ſpe videns, propere Italiam repetiit, Cæſaris imploraturus auctoritatem; ſubſequentibus ex eorum, qui male animati in eum erant, numero quampluribus; quorum præcipui Præpoſitus Burcardus, & Godefridus, D. Iacobi Abbas, vt ſequitur.

urbe excluſus rurſum in Italiam tendit,

ſeditioſis ſubſequentibus.

Suis magnâ partem ſit exoſus.

VIII Rurſumque anno MCLVIII; *Quidam ex clero Moguntinæ eccleſiæ, ſcilicet Gotfridus Abbas ſancti Iacobi, & Burchardus Præpoſitus ſancti Petri, cum aliis, omnesque ſimul vrbani, maiores cum minoribus, Epiſcopum ſuum Arnoldum nimis exoſum cæperunt habere, & Imperatorem aduerſus eum ſæpe interpellauerunt. Soli, qui Siltbouera dicuntur, partibus Epiſcopi fauebant.*

1) Sed enim hos ipſos Cæſar, cauſſa cognita, grauiter corripuit, & vt Præſuli ſuo tum condigne ſatisfacerent, tum quod impenſæ in expeditionem iſtam factum erat, exſoluerent, tum in poſterum reuerentius parerent, iuſſit. Lata hac ſententia domum Arnoldus ſe recepit, & Moguntinenſes Cæſaris iudicio ſtaturos perſuaſus, ſynodum, de qua *Dodechinus* § ſequenti coegit. In obeundis enim muneris ſui partibus diligens erat ac impiger.

ædem Ilben-

2) Sequenti MCLIX ædem Ilbenſtadenſem veteri, laudatoque cæremoniarum apparatu conſecrauit. Loquitur id ſequens, quæ Ilbenſtadl habetur adnotatio: *Anno dominice incarnationis MCLVIIII, epacta nulla concurrente III indict. VII, luna XXI, Romane ſedis Pontifice Adriano, regnante Imperatore auguſto Friderico, conſecrata eſt eccleſia in Eluenſtat a Venerabili Arnoldo, Moguntine ſedis Archiepiſcopo, VIIII Kalend. Sept. luna VIII, rogatu Hartmanni Prepoſiti, in honore ſancte Marie ſemper Virginis, ſanctorumq; Apoſtolorum Petri & Pauli* &c.

ſtadenſem inaugurat.

IX Et poſtea: *Anno MCLIX aduerſarii Epiſcopi Moguntinenſis, poſt feſtum ſancti Remigii, ſynodum armata manu, vt eum exturbarent, ingreſſi; ſed Comitibus cum ſuis ad arma alacriter conuolantibus, turpiter redire ſunt coacti. Qua de re poſt feſtum omnium Sanctorum Epiſcopus Longobardiam petit, ſuper hoc Imperatori querimoniam facere, ſed & aduerſarii eius euntem haud ſegnes ſubſequuntur.*

Vberius his *auctor commentarioli* § XXX & ſeq. p. 84 & ſeq. quem huc conferre e re erit.

X Anno

Edit. I pag. X Anno MCLX recipit Imperator cum concilio Papienſi Victorem præſentem, abſentem vero Alexandrum repudiat. Cum vero in Italia tunc eſſet Arnoldus, vt ex *Dodechino* planum, Victori tunc ſe ſummiſit, licet in Germania id factum ſignificet *Vrſpergenſis*. *De iure*, ait, *ſatis adiectum eſt, vt reprobata electione Rolandi, Octauianus verus Præſul Romanæ eccleſiæ iudicaretur. Tunc Patriarcha Aquileienſis, alii quoque Epiſcopi & eccleſiarum Prælati, ad pedes eius ſe proſtrauerunt, Imperator quoque idipſum fecit, vt ab eo indulgentiam acciperent, & ſibi obedientiam facerent. Quem exinde Imperator deſtinauit in Alemanniam, vt cuncti obedientiam facerent, quod & factum eſt. Nam Reinaldus Colonienſis Archiepiſcopus eum deuote recepit. Moguntinenſis quoque & Maidburgenſis ipſi Victori Papæ ſe ſubdidere cum ſuis Suffraganeis.* Sed omnem eximit dubitationem ipſius Arnoldi ſubſcriptio, quæ in Concilio Papienſi, apud *Radevvicum* lib. IV cap. LXXIV extat. Nam poſt Aquileienſem Patriarcham ipſe proximo ſtatim loco; *Ego*, ait, *Arnoldus Archiepiſcopus Moguntinus cum XIV Suffraganeis interfui & conſenſi.*

Vocatur in Italiam ad Synodum. 1) Vt paullo curatius rem enarrem; Arnoldus, cum hæc domi agerentur, litteris denuo vocabatur in Italiam. Indixerat enim Imperator conuentum Epiſcoporum ad diiudicandam inter vtrumque Pontificem, per id temporis electum, controuerſiam. Itineri igitur ſe dedit, vt concilio illi intereſſet: aduerſariis rurſum haud ſegniter, vt *Dodechinus* loquitur, ſubſequentibus.

De cetero non poſſum, quin hic ſubiungam annotationem, quæ in commentariolo *ad § XXXVIII p. 86 excidit. Spectat ea auctoris narrationem, ac ſi* tres tantum *e Patrum purpuratorum numero Alexandro oppoſuerint Victorem; quæ erronea, quandoquidem* octo illorum, *non tres tantummodo, Octauianum contra Rolandum elegere. Quos ſi quis noſſe cupit, adeat* Panuinium *de Pontific. & Cardinalium creatione lib. II p.m. 30, &* Palatium *in Faſtis Cardinalium volum. I col. 340, qui eos recenſent.*

Moguntinos accuſat. 2) Inter hæc cum apud Principes, tum Cæſarem maxime conqueſtus eſſet Arnoldus, omnes cenſebant, quam grauiſſimis caſtigandos eſſe pœnis. Quibus ne afficerentur, ipſe deprecabatur. vid. *auctor commentarioli* § XLIII p. 87.

3) Male pacati cum non longe poſt ad ingenium redirent, ipſe in Thuringia, in quam conceſſerat, conflauit copias, ſi manuſcr. *Petrino Erfurtenſi* ſtandum. Cum Saxone, aliisque in ſocietatem coiiſſe, ipſi, qui de cæde illius ſcripſit, auctori § LI p. 88 annotatum. Vindictam meditatum diceres. Saltim Moguntinis ita videbatur. *copias cogit.*

4) Ceterum ipſo hoc, quo funeſtam mortem obiit, anno villulam *Vreſe* in tractu, qui vulgo *Einriche* dicitur, vna cum omnibus bonis, reditibus, decimis: decimas itidem de noualium in ſilua Haganowe Canonicis ad ædem B. M. V. vulgo *ad gradus*, liberaliter attribuit, actabulis editis, quas in *chronico Mariano* protuli, transſcripſit. *Ma... ... confert.*

XI Eodem anno MCLX *Arnoldus Præſul*, ait, *Dodechinus, Moguntinus reuertitur, & in natiuitate diui Ioannis Baptiſtæ, a Moguntinenſibus occiditur in monaſterio S. Iacobi: monaſterium vero incendio & præda vaſtatur.* Vberius *Bruſchius*, niſi quod in eo corrigendus, vt alias dixi, annus, & pro MCLXVIII reponendus MCLX; *In die S. Ioannis Baptiſtæ* (ait) *miſere a ſuis Moguntinis ciuibus incomparabili tyrannide trucidatus in cœnobio S. Iacobi; veſtibusque exutus, & in ſterquilinium præcipitatus eſt: vnde a pauperibus quibuſdam iterum extractus, mortuus etiam per integrum triduum horribilibus modis tractatus; tandem vero a Canonicorum collegio clam quæſitus, in vrbem portatus, & cum ſummo luctu terræ mandatus eſt, in D. Virginis collegiata eccleſia.*

1) Quam indigna, acerbaque morte fuerit affectus, præ his, quos auctor adduxit, luculentius enarrant *Anonymus* de cæde illius § LXII & LXIII p. 90 & ſeq. nec non *Chriſtianus* l. d. ſect. II § II n. XI p. 113; quos inſpicere iuuabit.

a Marianis tumulatur. 2) Canonici, a quibus tertio poſt die furtim ſublatus, & in æde D. Virginis tumulatus tus fuit, fuere Canonici ad eam. vid. *auctor commentarioli* § LXIV p. 91, *Chriſtianus* l. d.

3) Eſt in medio chori locus, lapide tectus, ſed ſine inſcriptione, cum figura tamen Epiſcopi leuiter exſculpta; quo humo conditum fuiſſe, communis fere ſententia eſt. Conf. *Helvvichius* annotat. ad dictum Chriſtiani locum p. 114.

821 Occaſio tantæ huius tamque funeſtæ ſeditionis orta traditur a MS minore, ex capitatione quadam bellica, & Adelberti Archiepiſcopi priuilegio ciuibus dato, de quo ſupra. Quomodo autem ſcelus tantum punitum ſit, dicetur in ſequente Archiepiſcopo. *qua occaſio huius ſeditionis.*

XII Extitit autem libellus quidam *de* huius *Arnoldi paſſione* inſcriptus, e quo MS. minor multa. Eorum eſt hoc initium: *Arnoldus pago Moguntino ex religioſis, nobilibusque parentibus extitit oriundus: Poſtquam diutina inſtantia ſub Theologicæ diſciplinæ ferula ſudauit, factus eſt Imperialis aulæ illuſtriſſimus Cancellarius, & quaſi alter Imperator. Tempore ingruentis inopiæ, quæ totam Germaniam premebat, trecentos pauperes nutriebat, religionem arctius amplectens illius profeſſionis viros, quorum iugiter fruebatur contubernio, tanquam patres fouebat, manum ſolliciti tutaminis ipſis impertiens, eccleſias beneficiis multis dotauit; diruta earum reſarcire, dilapſa atque diſperſa congregare, & ne religio penes eos tepeſceret, vel remitteretur, ſollicitus erat.* Sunt in manibus etiam eius ad S. Hildegardem, & huius ad illum epiſtolæ. Edit. I pag.

CONRADVS I primum.

I

Arnoldo interfecto tres electi,

TRes poſt immanem Arnoldi cædem electi fuere, *Rudolphus* Conradi Zaringiæ Ducis filius, a furente adhuc populo & vi adacto Clero: *Chriſtianus* Comes e Buche, Thuringus, ab Haſſo & Conrado Palatino: *Conradus* frater Othonis Palatini *, Comes de Wittelsbach, ab Friderico Imperatore. *Succeſſit poſt hæc*, ait *Chriſtiani* narratio, *Dominus Conradus, Imperatoris conſanguineus, de Bauaria oriundus.*

quod Dodechini narratur verbis

II De his omnibus *Dodechinus: Scelere peracto, ſceleris auctores cum Clero, licet coacto, Rodolphum filium Conradi Ducis de Zeringen Epiſcopum ſubſtituerunt, poſtpoſita fide, quam prius in manus Imperatoris dederant.* Et poſtea anno MCLXI; *totum, quod reſiduum fuit* (e cruce ſcilicet illa aurea, de qua in *Arnoldo*, & ſæpe ſupra) *ſupradictus Rudolphus cum beneplacito Moguntinenſium ſumpſit, & placaturus ſibi, & illis Imperatorem, Longobardiam pergit, ſed fruſtra perrexit: quia Conradus Palatinus alium, nomine Chriſtianum, Epiſcopum leuauit, & Rex munera Rodolphi & aurum ſpreuit; ſicque Moguntinenſes cum ſuo Epiſcopo deluſi ſunt.* Anno MCLXII *Imperator in Longobardia res publicas agens, Chriſtiano priore electo, interim neglecto, cum electione priorum Moguntinæ eccleſiæ, qui tunc inibi plures præſentes affuerunt, Epiſcopum conſtituit Moguntinæ ſedi Conradum, fratrem Ottonis Palatini* *.

ex his Conradus Witelſpac Sedi imponitur.

quibus is natus parentibus.

* 1) Fuit Conradus filius *Othonis* Wittelspachii, nominis huius IV, & *Heilike*, Comitibus Velthemio-Lengenfeldenſibus ortæ; frater *Othonis*, *Maioris* vulgo dicti, qui Boiariæ Ducatum, Henrico Leone exautorato, recepit, & *Othonis*, cognomento *Minoris*, qui Othonem genuit regicidam. Vid. *Conradus Philoſophus* chron. Schirenſ. lib. I ſect. IV p. 16, *Auentinus* chronic. Schirenſ. p. 207 & 214, lib. item VII annalium Boicorum cap. I ſect. 2 pag. 620; non autem Othonis regicidæ, vt auctor *Serarius* infra vult p. 832, doctiſſimus itidem commentationis *de Philippo Sueuo* auctor in Otiorum Gundlingianorum parte II cap. II § VII in adnotat. p. 22.

Lucem

Edit. I. pag.

Lucem dictis ſequens dabit ſchema;

OTHO
Comes Schirenſis,
vx. *Tuta*, al. *Iuta*. * — *Auent. chron. Schir. p. 206.

* OTHO II ** Auent. *l. d.* ** † an. 1079. a) vx. *Haziga*, Com. Schirenſ. vidua *Hermanni*, Comitis de Caſtel. † 1101.	*Conradus,* Comes Valeiæ.	**Arnoldus,* Comes Dachuni.

b) OTHO III, *Conditor arcis VVittelſpach.* † 1101 c) vx. *Agnes*, alibi, *Richardis*.	b) *Bernhardus,* *ænnue.* † 1101. *v. not. ad Pareum l. 1 ſect. 4 n. 5 p. 26.*	b) *Eckardus,* Aduocatus Friſingenſis eccleſiæ. vx. *Petriſſa*. dimiſſa republica, vixit priuatus in monaſterio.

† OTHO IV † 1146. vx. *Heilica*, * *Friderici* Com. *Velsbenio-Lengenfeld.* f. *v. not. ad* Pareorum *p. 605.*	*Vlricus,*	*Ludouicus,*

d) OTHO V *gratia Frider. I. fit Dux Bauar.* vx. *Agnes*, *Ludouici*, Com. *Loſſenſis* f. *v. annot. ad* Pareum *l. 2, ſect. 1 n. 1 p. 62, & p. 607.*	d) *Fridericus,* *Barbatus* vulgo dictus. ſepultus apud Enſdorff. Conradus *l. d. p. 17*	d) *Otho* minor, ſepultus apud Vndiſtorf. Conradus *l. d. p. 17* vx. *Benedicta de VVerd.* Auentinus *l. d. p. 207.*	d) CONRADVS, *Archiepiſcopus Moguntinus.*

Otho, regicida Conrad. *l. d. p. 17.*
occiſ. an. 1209.

a) Conradus Philoſophus *chron. Schirenſ. lib. 1 ſect. 1 p. 20.*
b) *v. priuileg.* Paſchalis *n. 1 p. 47*, Henrici V *n. 2 B p. 51*, Calixti *n. 3 A p. 60*, Eugenii *n. 3 B p. 53.*
c) Auentinus *chron. Schir. p. 206. annal. Boicor. l. 7 p. 653. conf. annot. ad* Pareum *p. 605.*
† Conradus *quidem l. d. filium vocat* Eckardi, *ſed repugnantibus aliis, qui omnes dicunt,* Othone III *fuiſſe natum.*
d) Conradus *l. d. p. 16 et 17.*

cur Sueuus appelletur a Panuinio.

2) Cur *Sueuum*, cum gente Boius eſſet, dixerit *Onuphrius Panuinius*, & *Conradum de Staphen* appellarit, facile diuinare eſt. Imperatoris *conſanguineum* dixere *Romualdus*, æqualis illorum temporum (vid. *Baronius* ad an. MCLXIII § XVI) & *Chriſtianus* in chronico ſect. II § IV p. 117, vt ex iis, quæ auctor huc attulit, patet. Inde Sueuum fuiſſe conicit *Panuinius*, & Hohenſtaufiis oriundum.

Salisburgi fuit educatus.

3) Salisburgi a pueritia educatus, atque ad muneris eccleſiaſtici dignitatem rite olim gerendam multo inſtitutus ſtudio eſt. Quo ſane reſpexit, quem modo dixi, *Chriſtianus* in chronico l. d. § V p. 118; *Et Dominus Conradus Salzburgenſem Archiepiſcopatum accipiens, gubernaret. erat enim* „ in ipſa eccleſia a puero enutritus „.

ibidemque Canonicus factus.

4) Ad puberem cum veniſſet ætatem, inter ipſos eccleſiæ iſtius Canonicos locum inuenit, tenuitque. *Canonicum eccleſia Salisburgenſis* diſerte dixit *Reichersbergenſis* ad an. MCLXIII p. 286.

non anno 1162 demum.

5) Non ſtatim a cæde Arnoldi eccleſiæ Moguntinæ impoſitum fuiſſe, ſed anno demum MCLXII, non *Dodechinus* ſolum vult, ſed poſt eum *Trithemius* etiam chron. Hirſaug. ad h. a. p. 447; *Anno Manegoldi Abbatis V, indictione Romana X, Fridericus Imperator cum exercitu in Lombardia conſiſtens, quondam Moguntia, Francorum metropolis, Optimates atque Prælatos ad ſe vocari facit: cum quibus conſilium habuit atque tractatum, ſuper ordinatione ſtatus eiuſdem eccleſiæ ſimul & Præſulis. Abrogato igitur Rudolfo, & ſpreto Chriſtiano, quos ſupra diximus, alterum a clero & populo Moguntino, alterum vero per Conradum Rheni Palatinum Comitem promotos, Imperator Moguntinenſibus Archiepiſcopum deſignauit fratrem Othonis, Comitis de VVittelinſpach, virum ſtrenuum.* At perperam. Audiamus modo *Conradum* ipſum. Is ſub finem diplomatis, quo monaſterium Ilfeldenſe anno MCXCIII confirmauit; *Acta ſunt hæc anno dominica incarnationis MCXCIII, indictione XI, Domino Cæleſtino Apoſtolica ſedi præſidente, Henrico VI glorioſiſſimo Romanorum Imperatore Imperium gubernante, &* „ anno noſtræ electionis in Moguntin. Archiepiſcopatum XXXIV, exilii XXIX, reuerſionis vero ab exilio XI. „ Dicit, anno MCXCIII, quo diplomate hoc monaſterio Ilfeldenſi robur adiecit, agi annum XXXIV, ex quo Moguntinenſium conſtitutus fuerit Antiſtes. Si vero XXXIV tum annus agebatur, ſequitur omnino, illum iam anno MCLX Pontificatum Moguntinum iniiſſe. *ſed an. 1160 iam ſedem iniit.*

iuſtis electus ſuffragiis.

6) Sedi autem iuſtis impoſitus fuit ſuffragiis. Quippe non tantum ſemel atque iterum in diplomatis * ſeſe *electum* dicit, verum etiam in oratione ad Pontificem habita *quod ego*, ait, *veſtra perſonæ intuitu eccleſiam*, „in qua canonice electus fueram„, *inſcio Imperatore reliqui.*

* *e.g. an. MCLXXXIII, in eo, quod in chro*nico Petrenſi *legere eſt, et an. MCXCIII in eo, quod modo adductum fuit.*

7) Vt regiminis inchoarit initia, haud annotatum. Cum tamen magnæ virtutis clarus fuerit opinione, vix dubium eſt, quin rebus eccleſiæ ſuæ curandis acri ſeſe tradiderit ſtudio.

videtur an. 1162 iter inſtituiſſe ad D. Iacobum.

Si coniecturæ locus, putarim, eum an. MCLXII iter inſtituiſſe in Gallæciam. Quod limina D. Iacobi adierit, *Reicherſpergenſis*, quem poſt aduocabo, ſatis aperte l. d. prodit, memoratque. Vti vero ſtatuam, hoc eum anno illuc profectum, facit, quod anno ſequenti LXIII fuerit Moguntiæ; poſt cum Cæſare iuerit in Italiam, in eaque cum eo per maximam anni LXIV partem ſubſtiterit: anno LXV vero circa tempus anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii in finibus fuerit Moguntinus, ac dein Herbipolim conceſſerit ad conuentum, quem Principibus indixerat Fridericus. Accedit, quod an. LXII æris conflandi cauſſa de theſauro ædis Moguntinæ maioris calicem aureum XLIX marcarum acceperit, pro eoque eccleſiæ D. Martini pignori oppoſuerit curiam in vico Vlmen, ſine dubio, vt ſumtibus in iter faciendis par eſſet.

Anno 1163 cum Imperatore fuit Moguntiæ,

8) Quocunque vero ſe res habet modo, ipſe anno LXIII Friderico Imperatori affuit Moguntiæ, ſpectator pœnæ ciuibus iuſto iudicio tum inflictæ, ibidemque Eberhardum Salisburgenſem, nec non Hermannum Brixinenſem, qui Cæſari præſto erant, omnibus accurate officiis proſecutus eſt. Notauit id, cui multa debemus, *Reicherſpergenſis* l. d.

eumque it in Italiam,

9) Inde cum Friderico iuit, vt dictum, in Italiam. Teſtimonio nobis eſt *Acerbus Morena* rerum Laudenſium p. 840; *die vero Lunæ, quæ fuit quarta dies ante Kalendas Nouembris prædicti anni* (MCLXIII) *reuerſus eſt de terra Theutonica Chriſtianiſſimus Auguſtus, & cum electo Coloniæ Archiepiſcopo, & cum Hermanno Verdenſi Epiſcopo, &* „Conrado, electo Moguntiæ Archiepiſcopo„, *qui frater erat Othonis, Comitis Palatini.*

ſuadet illi, ne Alexandro amplius aduerſetur.

10) Ticini quum illo ipſo tempore Cæſari adeſſet, quo nuntius de Victoris morte afferebatur, Friderico ſuaſiſſe dicitur, ab Alexandro ne amplius alienus eſſet, neue de ſubſtituendo alio conſilium iniret. Additur, non plane tum fruſtra fuiſſe. Cæſarem enim ſcriptis raptim litteris Reinoldum monuiſſe, ne de ſurrogando alio cogitaret. Conf. *Brunnerus* annal. Boicor. parte III lib. III §I p. 118 & ſeqq.

Walderſtetenſibus proprium concedit Paſtorem.

11) Reuerſus in Germaniam, an. MCLXV, rogatu Burchardi, ad D. Petrum Moguntiæ Præpoſiti, eccleſiæ in Thuringia Walderſtettenſi, quæ iure filia erat Schönerſtedtenſis, indulſit, vt proprium haberet Parochum, qui poteſtate gauderet tum baptizandi, tum mortuos ritu Chriſtiano ſepeliendi. Tabulas, quibus id perſcriptum, ex αὐτογράφοις tranſſumtas habes in codice Diplomatico.

III Sed *præfuit* (ait Bruſchius) *vix biennium, cum & ipſe ab Imperatore Friderico, e Moguntina cathedra deturbaretur* *: *eo, quod Octauianum Cardinalem tituli S. Cæciliæ non vellet habere & agnoſcere pro Romano Pontifice. Romam* † *igitur fugiens, Conradus, ad Pontificem Alexandrum, propter quem tale periculum inciderat, Epiſcopus ibi Sabinenſis electus & deſignatus, Cardinalitio etiam galero donatus eſt, ſeque deinde ſemper adhuc & Archiepiſcopum Moguntinum, & Epiſcopum Sabinenſem in omnibus publicis litteris profeſſus eſt.*

Edit. I pag. 322

cum ſe Alexandro ſubmiſiſſet,

1) Scilicet, cum in Gallæciam iret, Alexandro ſe ſubmiſerat. Ita namque *Reicherſpergenſis* ad an. MCLXV; *Electus Moguntinenſis Dominus Chuonradus*, „qui ante obedientiam fecerat per ſe Alexandro, dum iret ad limina S. Iacobi„, *ſolus fere nocte de curia fugiens, propter iuramentum venit in Franciam.*

e comitiis Wirzburgenſibus ad eum ſe confert,

2) Hinc Cæſare Herbipoli in Comitiis inſtante, vt quilibet Epiſcoporum ac Principum Paſchali, Victoris in locum ſuffecto, iurato obſequium promitteret, ipſe, ne datam Alexandro fidem periurus proderet, e Comitiis Wirzburgenſibus feſtinus in Galliam ad Alexandrum transfugit. *Solus fere*, vt *Chronographus Reicherſpergenſis* dixit, *nocte de curia fugiens propter iuramentum venit in Franciam.*

clam & inſcio Imperatore,

* 3) Abiit autem ac in Galliam ſe contulit Imperatore tum inſalutato, tum rei omnis ignaro. Quod ne quis in dubium vocare poſſit, ipſe faciet Conradus. Is enim in oratione ad Papam an. MCLXXVII habita, quam *Baronius* ad h. a. § LXXIII affert: *Nouit veſtra Sanctitas, venerande Pater, nouit vniuerſa hæc Romana eccleſia, quod ego veſtræ perſonæ intuitu, Moguntinam eccleſiam, in qua canonice electus fueram*, „inſcio Imperatore„, *reliqui, & honorem meum, parentes & patriam pro amore Dei deſerui, & ad vos in Franciam feſtinus acceſſi.* Vt adeo minus recte hic incedat, quem auctor adduxit, *Bruſchius*: nec melius etiam *Trithemius*, dum l. d. ad an. MCLXVII p. 458 eodem, ait, *anno Conradus Archiepiſcopus Moguntinus, Paſchalem vt Antipapam & ſchiſmaticum arbitratus, quod erat, iuramento ſe Alexandro Papæ III confœderauit, & ab obedientia Paſchalis memorati receſſit. Quod poſteaquam Imperatori Friderico innotuit, mox illum de Archiepiſcopatu ſimul & prouincia expulit, & fugere ad Alexandrum, qui tunc Romæ fuit, neceſſario coarctauit.* Vero contra conuenienter *Romualdus*, idoneus æui illius ſcriptor: *Nolens Octauiano & Imperatori ſchiſmatico conſentire, eccleſiam ſuam*

Edit. I pag.

deſerens, „ignorante Imperatore„ *ad Alexandrum Papam in Franciam feſtinus aduenit.* *Godefridus* itidem *Monachus* p. 136; *qui* (Conradus) *non multo poſt contra Imperatorem ſentiens, ſponte Epiſcopatum tanquam pro iniuſtitia deſeruit, & ad partem Alexandri Papæ, eo quod ſibi probabilior videretur, tranſiuit.*

in Galliam,

† 4) Recepit autem ſe in Franciam, anno, vt dictum, MCLXV, quem etiam *Reicherſpergenſis* l. d. diſerte ſignat. Non ante; vt recte *Pagius* critic. hiſtorico-chronolog. in an. LXIII n. VI p. 609 *Reicherſpergenſem* ſecutus interat: *Non itaque ante illum Chriſti annum Conradus in Galliam ad Alexandrum venit.*

cernens Romam contendit,

5) E Galliis cum Papa menſe Nouembri Romam conceſſit, ibique, vt *Chriſtianus* l. d. loquitur, *Imperatori, quicquid mali poterat, fabricauit.*

fit Cardinalis,

6) Magnam vero fide ſua, conſtantiaque apud Alexandrum iniit gratiam. Primum enim Presbyter Cardinalis creatus eſt, quod anno iam MCLXIII, menſe Decembri contigiſſe, *Onuphrius* vult *Panuinius*. *Anno*, inquit, *MCLXIII, Pontificatus V, menſe Decembri, in Galliis Papa Alexander III primo creauit Cardinales, qui fuerunt, Conradus de Staphen, Sueuus Germanus, Imperatoris Friderici affinis, ex Archiepiſcopo Moguntino & Salzburgenſe Epiſcopus Cardinalis Sabinus.* Hæc *Panuinius*, in paucis hiſce non ſemel recto deerrans. Dein Sabinenſis etiam cathedræ conſtitutus fuit Epiſcopus. Tum vero magna cæremoniarum dignitate Antiſtes Moguntinenſis conſecratus. Diſerte *Reicherſpergenſis* ad an. MCLXV p. 289; *Electus quoque Mogoncienſis ſtatim in natale Domini in diebus quatuor temporum, i. e. XV Kalend. Ianuar.* „conſecratus eſt Romæ ab ipſo Alexandro in Presbyterum, & Archiepiſcopum Mogonciacenſem„. Similiter *Romualdus*, Archiepiſcopus Salernitanus; *quem Papa, ſatis benigne recipiens, poſtmodum ſecum Romam vſque adduxit, dehinc in Cardinalem Epiſcopum Sabinenſem promouit, poſtremo in Moguntinum Epiſcopum ſublimauit.* Quin ipſe *Conradus* in oratione dicta; *Vos autem veſtri gratia mihi vicem congruam pro tempore rependiſtis; nam primo me in Presbyterum Cardinalem, dehinc in Sabinenſem Epiſcopum, poſtremo in Moguntinum Archiepiſcopum conſecraſtis.*

Epiſcopus Sabinenſis,

conſecratur

dicitur etiam factus Epiſcopus Soranus,

7) Sedenim præter Epiſcopatum Sabinenſem & Soranum obtinuiſſe dicitur. Non tacuit id *Ioannes de Ceccano* in chron. ad an. MCLXVII; *Hoc anno Epiſcopatus Sora conceſſus eſt Conrado, qui fuerat Archiepiſcopus Moguntinæ ciuitatis.* Sora vero, cuius Antiſtes tum factus, vrbs eſt in Campaniæ ſita confinio, Ducatus nunc titulo inſignita, & prouinciæ, quæ *terra* appellatur *laboris*, contributa. Vid. *Pagi* l. d. ad an. MCLXVII n. XXX p. 630.

Campaniam inuadit.

8) Quo ipſo partibus Alexandri addictior factus, anno ſequenti omni ope id egit, vt Campaniam inuaderet, armisque ſubigeret; etſi fruſtra fuit, Ceccanis ei ſe fortiter obiicientibus. *Ioannes* certe, quem modo laudaui, de *Ceccano* ad annum MCLXVIII; *Prædictus Conradus Archiepiſcopus voluit intrare in Campaniam cum exercitu Alexandri Papæ, vt ſubiugaret illam; ſed non valuit, quia Comites de Ceccano reſiſtebant ei fortiter.*

Legatum Papæ agit in terris Boioaricis.

9) Sexto poſt anno legatum Alexandri III egit in partibus Boioaricis. Fidem *Chronographus* facit *Reicherſpergenſis*, qui p. 309 ad an. MCLXXIV; *Tunc Domnus Apoſtolicus miſit litteras per eundem nuntium, ipſi Archiepiſcopo & Domno Chunrado Moguntino Archiepiſcopo*, „*qui* legatione Apoſtolica in partibus Baioariæ *fungebatur*„.

Dum ſedi Moguntinæ adhuc præerat, ſumitur de Moguntinis ſupplicium

IV Eo tamen adhuc cathedram tenente, anno ſcilicet MCLXIII ſumptum ab Imperatore Friderico de parricidali illo in Archiepiſcopum Arnoldum ſcelere ſupplicium, quod breuibus ita perſtringit *Dodechinus*: *Anno MCLXIII Imperator Paſcha Wormatiæ celebrauit, & in octaua cum Principibus Moguntiæ curiam habuit. Vrbani pæne omnes, exceptis valde paucis ex infimis, & quibusdam, qui ad Cæſaris gratiam prius venire meruerunt, de ciuitate fugerunt, ne inueniret eos illic Cæſar. Vnus quidam, de tanta turba ſceleratorum, Brunger nomine, captus, & ante Cæſarem ductus, capitalem ſententiam accepit; Gotfridus Abbas S. Iacobi Imperatori præſentatus, vt ſe de obiectis purgaret, inducias accepit; ſed non valens, pulſus eſt ab Abbatia & patria. Monachi vero in vna domo clauſi, iuſſu Cæſaris, qui antea obedientiarii erant, videntes in malo ſe poſitos, alii per feneſtras, alii quocunque ingenio fugam captabant, reliqui abire permiſſi ſunt; ſicque illo in loco diuina obmiſſa ſunt: Murus etiam ciuitatis iubente Cæſare, diruptus eſt.* Maiore autem copia, triſtique verſu *Ligurinus*:

Turribus hæc eadem (Mogoncia) *quondam murisque ſuperba*
Pæne fuit toto ſedes notiſſima regno,
Donec ob infandum deteſtandumque furorem
Strata luit meritas, ceſſo Præſule, pœnas.
Inde ruinoſis deformis & horrida muris
Teſtatur iuſtas offenſi Principis iras.

Et

Digitized by Google

Et in narratione ſua non diſſimilia Reuerendiſſimus *Chriſtianus*, de qua poſt. Fuerunt autem mœnia plures annos diruta, neque ante annum MCC reſtaurata, vt habet *Dodechinus*, chronologicam ſuam appendicem claudens. Edit. I pag.

Conf. *Monachus Reicherſpergenſis* ad h. a. p. 286, Continuator *Lamberti* ad h. a. p. 256. *Godefridus Monachus* p. 335 & ſeq. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 449.

V Idem vero antea notarat, id quod ſupra dixit *Bruſchius*, Conradum iſtum, quia Pontifici Alexandro adhærere voluiſſet, e Moguntina ſede ab Imperatore pulſum, anno MCLXIV, ideoque eius in locum ab eodem ſuffectum, quem antea a quibuſdam electum, ab eodem reiectum dixi, Chriſtianum: Ipſum vero Conradum factum Sabinenſem Epiſcopum & Cardinalem: addit *MS.* minor ex Trithemio, *Saltzenburgenſem* Archiepiſcopum. Sed poſtea fol. 136 corrigit dicens, tantummodo *Sabinenſem* accipiendum, pro Saltzburgenſi, & diploma teſtem ponit.

conſtituitur Archiepiſcopus Salisburgenſis.

1) Quum anno MCLXXVII pacis Imperatorem inter & Pontificem conciliandæ gratia Epiſcopatum Moguntinum dimiſiſſet Conradus, Pontificatum Iuuauenſem omnino adiit. Diſerte *Chriſtianus* l. d. § V p. 118; *Tandem Dominus Chriſtianus ſe interponens inter Papam & Imperatorem, ambos ad concordiam reuocauit. Actumque eſt de Epiſcopatu Moguntinenſi, vt Dominus Chriſtianus Archiepiſcopatum Moguntinenſem obtineret pacifice & quiete: & Dominus Conradus Salzburgenſem Archiepiſcopatum accipiens gubernaret.* *Albericus* in chronico p. 353 per πρόληψιν; *Eidem quoque Conrado Papa Alexander dedit Cardinalem* (*Leibnitius* bene notat, legendum eſſe, *eccleſiam*) *Sabinenſem, & Archiepiſcopatum de Salzeburc eius prudenciæ commiſit.* & rurſus ad an. MCLXXVII p. 360, quanquam non ſine παραχρήματι: *Mortuo Epiſcopo de Salzburch Papa commiſit Archiepiſcopatum Domino Conrado Moguntino, & fecit ipſum Sabinenſem Cardinalem.* Quin ipſe *Conradus* diploma, quod Alexander III anno MCLXXIX parthenoni Quedlinburgenſi conceſſit, ita ſubnotauit: *Ego Conradus humilis* eccleſiæ Salzburg. *Miniſt. & Sabina Epiſcopus.* *Ketnerus* ſæc. XII n. XVI p. 196. Vt adeo erret, dum Conradum per errorem Salzburgenſem Archiepiſcopum dici putat, *Mallinkrot* de Cardinalibus S. R. E. Germanis n. IX p. 511. Litteras, quibus illum tum Alexander, tum Fridericus Saliſburgenſibus commendarant, nobis ſeruauit *Reicherſpergenſis* ad h. a. p. 316 & ſeq.

præuia quadam electione.

2) Succeſſit autem Adelberto, qui ſuaſu Pontificis Pontificatum iſtum dimiſerat; & quidem ſucceſſit præuia ὁτιαν χάριν electione; *Poſtmodum*, inquit *Alexander* in litteris citatis, *venerabiles Fratres noſtri, Gurcenſis & Dataunienſis Epiſcopi & Prælati eccleſiæ noſtræ, qui apud nos præſentes erant, de celebranda electione, mandato noſtro recepto, in venerabilem Fratrem noſtrum, Chunradum, Moguntinum quondam Archiepiſcopum, virum vtique litteratum, prouidum, induſtrium, & diſcretum, & charum admodum vobis & acceptum, & moribus & genere nobilem, vnanimiter conuenerunt, ipſumque elegerunt in veſtrum Archiepiſcopum & magiſtrum.* Haud abſimiliter *Fridericus* l. d. *Vacante ſic eccleſia, Prælatos Salzburgenſes & alios, qui cum ipſis aderant, de facienda in alium electione, diligenter conuenimus. Sed licet nobis magna ſupplicarent inſtantia, vt ad veſtram vſque omnium præſentiam differretur electio, tamen Domni Papæ mandato ac noſtro, & omnium Principum conſilio, quoniam ſæpe nocet differre paratis, ad electionem acceſſerunt, & de gremio eccleſiæ Romanæ Domnum videlicet Chunradum, conſanguineum noſtrum — elegerunt.*

ſuſcipit a Cæſare regalia.

3) Saliſburgenſis Archiepiſcopatus pedum cum ita ſuſcepiſſet, vt ſtabiliendi honoris ſolemnia expleret munia, Venetiis ſtatim iura regalia a Cæſare cum petiit, tum impetrauit. Teſtem pono *Fridericum* ipſum; quippe qui in dictis ad Saliſburgenſes litteris, *de gremio*, ait, *eccleſiæ Romanæ, Domnum videlicet Chunradum, Conſanguineum noſtrum, Palatinum, in eccleſia veſtra enutritum, in Paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum concorditer & vnanimi voto elegerunt. Quam vtique electionem Domnus Papa, totaque curia ratam habuit & confirmauit, nosque* » de regalibus ipſum inueſtiuimus », *cum ea integritate, qua Epiſcopus Eberhardus decedens illa tenuiſſe dinoſcitur.*

4) Ceterum, qui huc conferantur, digni ſunt *Reicherſpergenſis* l. d. *Baronius* l. d. *Pagi* l. d. ad an. MCLXXVII n. XII p. 650, *Palatius* volum. I Faſtor. Cardinal. ſub Alexandro III n. V col. 3015. *Brunnerus* annal. Boicor. parte III lib. III p. 130, *Adlzreitterus* annal. Boicor. parte I lib. XXII § XLIII p. 548 & ſeq. *Metzgerus* hiſtor. Saliſburg. lib. IV cap. XIX p. 412. quorum quidem hi ſimul, quid rerum Conradus in Iuuauenſi Pontificatu egerit, breuiter perſtringunt, *Brunnerus* p. 131, 133, 135, *Adlzreitterus* p. 598, & lib. XXIII § IV p. 604. *Metzgerus* p. d.

VI *Sic ergo*, ait citata *Chriſtiani* narratio, *iterum eccleſia Moguntina patris ſpiritualis eſt ſolatio deſtituta. Non erat, qui clericos in ipſa diæceſi ordinaret, chriſma conſecraret, pœnitentes admitteret, moniales velaret, capellas & eccleſias conſecraret.* De eodem autem *Conrado* afferentur poſt *Chriſtianum* cetera.

CHRI-

Edit. I p. 823

CHRISTIANVS I.

I

VIuente adhuc Conrado, anno MCLXIV, ab Imperatore fuit, vt dictum eſt, in abſentis & deiecti Conradi locum ſuffectus, *Cancellarius* ipſius Imperatoris, vt in MS. dicitur, & præfuit annis XIII, ſecundum *Bruſchium*, qui de eodem; *Erat* (ait) *Princeps & corporis proceritate & omnibus ingenii bonis clariſſimus: & idcirco Friderici Imperatoris ſupremus Cancellarius, quem in Italiam proficiſcentem, ſequutus ille, multa ibi præclara facinora edidit: prope Tuſculum parua manu Germanorum, quindecim millia Romanorum cecidit. Mortuus tandem in Italia, non procul a Roma, anno CHRISTI MCLXXXIII, cum præfuiſſet Archiepiſcopali ſedi Moguntinæ XIII annis, cum ſumma laude.* Sed ſi expulſus eſt Conradus anno MCLXIV, vt dictum eſt, & præfuit iſte Chriſtianus annis XIII, cum neceſſe eſt mortuum non anno MCLXXXIII, ſed anno MCLXXVI. At præfuit annis XVII, & ſic potius anno MCLXXX mortuus fuit.

II In *MSL.* de ipſo hæc: *Fuit diuerſis naturæ dotibus ad miraculum vſque conſpicuus: facundus, illuſtris, largus, magnanimus: Latina, Græca, Italica, Gallica, Belgica lingua, vt ſua vtebatur: diuinarum ſcripturarum non ignarus. Laudat illum vir celeberrimus Leo Thuſcus, Emanuelis Conſtantinopolitani Imperatoris Orator. Scripſit vitam & geſta Friderici Imperatoris, epiſtolas diuerſas, orationes præſtantes. Illum orantem admirati ſunt Itali, vt Trithemius * & Crantzius † ait, vnde hæc eius elogia habemus. Vſus eſt eius opera plurimum Imperator in legationibus obeundis, in bellis vero maxime. Reſpirare ſub eo capit paullulum Moguntia, & monaſterium Diui Iacobi eius auxilio eſt inſtauratum.*

* *lib. de illuſtr. viris German.*

† *lib. 6 Metrop. in fine.*

Gente fuit Thuringus.

1) Gente Thuringus, vt iam dictum, fuit Chriſtianus, e Comitibus *de Buche* oriundus. Tum vero, cum a Palatino & Haſſo ſedi Moguntinæ imponeretur, ædis cathedralis Merſeburgenſis egiſſe dicitur Præpoſitum. *Chronographus Lauterbergenſis* p. m. 43, *MS. Petrinus* Erfurtenſis.

eximia vir virtutis,

2) Virum magni, excelſique animi fuiſſe, nec parum aliis cum virtutibus, tum naturæ muneribus ornatum, teſtantur & alii. *Chriſtianus* certe Archiepiſcopus ſect. II § V p. 118 non virum modo vocat *mira prudentia in rebus ambiguis & arduis, ſubtiliſſimi* itidem *conſilii & velociſſimi inuentorem*; ſed etiam addit: *erat vir mira patientia in aduerſis, nulla in proſperis ſuperbia extollebatur, vultus benignitate omnibus gratioſus, & aliis honeſtis moribus adornatus. Albertus* itidem *Stadenſis* ad an. MCLXXIII p. 292; *Chriſtianus Archiepiſcopus, licet Teutonicus, ſcilicet Thuringus, diſertus extitit & facundus, vir largus & illuſtris; vtens lingua Latina, Romana, Gallica, Græca, Apulica, Lombardica, Brabantica, vti lingua materna.*

Cancellari⁹ Imperatoris aulicus.

3) In Cancellarii aulici officio ſucceſſor datus Reinoldo, cathedræ Colonienſi impoſito. Prodit id *Sarisberienſis*, qui lib. I ep. XXXI ad S. Thomam Cantuarienſem: *Adiiciunt etiam, quod in eccleſiam Moguntinam velit intrudere illum ipſum, non Chriſtianum, ſed antichriſtum, apoſtatam ſuum, qui Reginaldo ſucceſſit in officio Cancellaria.*

Friderico

4) Cancellarius factus Cæſari tum conſilio, cum maxime vero armis fidelem nauauit operam. Thuſciam ſane totam ei ſubiecit atque Campaniam. Teſtis eſt, quem modo dixi, *Sarisberienſis*. Is enim, quum loco dicto retuliſſet, famam eſſe, Fridericum eccleſiæ Moguntinæ deſtinaſſe Chriſtianum, Cancellarium ſuum, qui Reginaldo ſucceſſerit in officio Cancellariatus, *& perſecutione eccleſiæ & colliſione ac ſtrage gentium & euerſione ciuitatum*, addit: *Dicitur hoc promeruiſſe in eo, quod Thuſciam totam Teutonicis ſubdidit, & Campaniam, vt Romanis nihil relictum ſit, nec in agris, nec in oliuetis, aut vineis extra mœnia ciuitatis.*

egregiam nauauit operam.

Moguntiæ Præpoſitus etiam ſuit maior.

5) Inter hæc vero Moguntiæ ad ædem principem Præpoſiti etiam conſecutus dignitatem fuit. quod cum ceteri taceant, in litteras miſit *Conradus*. In diplomate ſiquidem anno MCLXXXIII, XV Kal. Decembr. edito (quod in *chronico D. Petri* n. VIII habes) diſerte: *Pluribus aliis occupatus determinare eam non valens, cognoſcendam & rationali fine decidendam* „ Domino Chriſtiano, tunc Moguntinæ ſedis Præpoſito, „ *& Othoni, viro ſtrenuiſſimo, fratri noſtro, qui poſtea Dux fuit Bauariæ, nunc vero Palatino, vicem noſtram demandauimus.* Quod autem Chriſtianum, Comitem de Buche, intelligat, ſatis clarum eſt. Pergit enim; *Procedente vero tempore, cum pro ſchiſmate multis annis exularemus,* „ Domino Chriſtiano pro voluntate Domini Imperatoris nobis ſubrogato „ &c. Et rurſus; *Dicitur dictus* Chriſtianus *contra noſtram, non, immo „ contra ſuam „ veniſſe ſententiam* &c.

Anno iam 1165 ſedem Moguntinẽſem iniit.

6) Quo quidem anno pontificatus Moguntini culmen conſcenderit, diſquiri videas. *Serarius* auctor iam anno MCLXIV Conrado ſuffectum narrat. *Mallinkrotius* contra non tum, ſed duobus minimum poſt annis ei ſurrogatum vult, ac l. d. ſcribit: *Recognouis litteras Friderici I, cœnobio Benedictino-Atbachenſi datas an. MCLXVI, in quarum ſubſcriptione ſe vocat ſacri palatii Cancellarium. Annus ille documento eſt, errare Serarium, alioſque, qui auſpicia Præſulatus huius Chriſtiani ad an. MCLXIV redigunt.* Atenim, nec hoc, nec illo, ſed MCLXV ſedi Moguntinæ deſtinatum fuiſſe, non dubitare nos ſinit, quem laudaui, *Sarisberienſis*, quippe qui l. d. diſerte: *Adiiciunt etiam, quod in eccleſiam Moguntinam velit intrudere non Chriſtianum, ſed antichriſtum apoſtatam ſuum, qui Reginaldo ſucceſſit in officio Cancellariæ.* Scripſit autem litteras is haſce an. MCLXV, paullo ante Alexandri e Galliis diſceſſum. Succinit *Chronographus Auguſtenſis*, ad ann. MCLXV p. 512; *Imperator in curia VVurzburg Principes regni Guidoni ſchiſmatico iurare compulit;* Chriſtianus *Moguntinus* Conrado Bauaro *ſupponitur.* Nec obſtat, quod Chriſtianus *ſacri* ſe vocarit *Cancellarium palatii*, dum dictas ſubnotauit tabulas, quippe cum datus iam Moguntinis eſſet Epiſcopus, per aliquod adhuc tempus in aula Cancellarii munus obiit. Fidem faciat ipſe: *Ego Chriſtianus ſacri palatii Cancellarius & Moguntinæ ſedis Electus recognoui. Acta hæc ſunt anno dominicæ incarnat. MCLXVI, indictione XIV, regnante Domino Friderico Imperatore victorioſiſſimo anno Regni eius XIIII, Imperii autem XI, feliciter, Amen. Datum apud Vlmam VIII Idus Martii.* Vid. *Becmannus* hiſtoriæ Anhalt. parte III lib. IV c. II § XVIII p. 436. *Ego Chriſtianus ſacri palatii Cancellarius & Moguntinæ ſedis Electus recognoui. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCLXVI, indictione quarta & decima, regnante Domino Friderico, Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni eius quarto decimo, Imperii vero vndecimo, feliciter, Amen. Datum apud Ratisbonam tertio Id. April.* Vid. *Gevvoldus* de Septemuiratu cap. VI p. m. 701. Vix itaque dubitarim, non longe poſt ad Pontificatus Moguntini titulos adſumtum fuiſſe, quam Conradus ex aula in Gallias ad Alexandrum transfugit. *Friſeus* chron. Wirzburgenſ. in Henrico II cap. V p. 516 tradit, cum iam in Comitiis Herbipolenſibus Conrado ſurrogatum fuiſſe, ac primum omnium iure iurando tum Paſchali ſeſe obligaſſe.

a Cæſare mittitur in Italiam.

7) Ex eo comes hæſit Cæſari, vt ex clauſulis diplomatum Vlmæ & Ratisbonæ editorum allatis liquet. Aeſtate vero procedente in Italiam miſſus eſt, Friderico cum copiis ſubſequente. In qua cum hæreret, anno poſtero MCLXVII eccleſiæ maioris Moguntinæ Canonicis parochialem in vico Nider-Vlmen benefica conceſſit voluntate. Tabulæ, quibus eam iis conſignauit, datæ *in Epiſcopatu Fauentino apud S. Proculum, menſe Martio, regnante Friderico Romanorum Imperatore Sereniſſimo, anno Regni eius XV, Imperii XII.*

in qua ſtrenue rem geſſit,

8) Tum vero non minus, quam ante, vt magnis promptus erat auſis, & ad labores belli impiger, ſtrenue rem fortiterque geſſit. Ita ſane Cæſare in obſidione vrbis Anconæ hærente, ſocio pugnæ Colonienſium Antiſtite Reinaldo, apud Tuſculum Romanos, maximis inſtructos copiis, parua manu quam maxima affecit ſtrage.

deuictis ad Tuſculum Romanis.

Acerbus Morena rerum Laudenſ. p. 844; *Interea dum hæc in Lombardia ſic agerentur, Reynaldus Coloniæ Archiepiſcopus electus, qui Imperatoris Archicancellarius fuerat, & Chriſtianus, Imperatoris tunc Cancellarius, Comes Robertus de Baſſa villa, Comes Macharius & Braymeres, qui erat miles fortiſſimus, & alii primates Thuſciæ tunc temporis cum eorum exercitu in Romania apud Tuſculanum erant: qui omnes non erant vltra mille equites — Sed quia Romani erant pro vno XX reſpectu aduerſariorum, impetum magnum ſuper eos fecerunt; Theutonici autem, quia pauciſſimi erant verſus illos, propter multitudinem ipſorum vix ſuſtinere potuerunt. Sed tamen viriliter ſe defendentes, firmiter permanſerunt. Archiepiſcopus autem & Cancellarius, aliique Principes, qui ſecum erant, hoc videntes, valde perterriti ſunt; ſed tamen ipſi videntes, ſe non poſſe euadere, niſi ferro iter aperiretur, ipſemet Archiepiſcopus & Cancellarius vexillum in manibus afferentes, acriter nimis irruerunt ſuper ipſos Romanos. Quibus . . . , equites Romanorum pedites ſuos in campo deſerentes, fugere cœperunt. Pedites vero videntes, ſic ſe deſeri, terga verterunt ſimiliter & ipſi; ſuper quos Theutonici grauiter irruentes atque ſequentes, plures duodecim millibus interfecerunt, pluresque tribus inter equites & pedites ex ipſis ceperunt.* Conf. *Monachus Reicherſpergenſis* ad h. a. p. 294, *Otho Sanblaſianus* cap. XX p. 205 (qui quidem id an. MCLXVI factum vult) *Helmoldus* chron. Slauici lib. II cap. X p. 625, *Albertus Stadenſis* ad h. a. p. 290; quorum tamen vterque hic non ſemel vera falſis miſcet: e recentioribus vero, qui prœlium hoc eleganter deſcribunt, *Brunnerus* annal. Boicor. parte III lib. III p. 122 & ſeq. *Adlzreitterus* annal. Boicor. parte I lib. XXII § XXXII p. 589.

Inde redit in Germaniam

9) Anno ſequenti MCLXVIII cum Cæſare rediit in Germaniam. Superant enim tabulæ, quibus XIV Kal. April. Moguntiæ piam, prolixamque Godelindis erga D. Albani fratres voluntatem Archiepiſcopali ſciuit auctoritate. Vt ſane neſciam, an errarit *Ioannes* de *Ceccano*, dum in chronico ad h. a. ait: *Indictione prima, menſe Aprili, Romani cum Cancellario Imperatoris* (intelligit autem Chriſtianum noſtrum) *& cum Præfecto Romæ perrexerunt ſuper ciuitatem Albanenſem, & deſtruxerunt illam a fundamentis, & non ſinebant eam reædificare.*

Herbipoli

10) Hoc item anno Herbipoli interfuit comitiis. Fidem adſtruit diploma, quo Fride-

ricus

ricus Epiſcopatui Wirzburgenſi vetera firmauit priuilegia apud *Friſeum* in chronico p. 518, *Lenckfeldium* in appendice ad antiquitates Pöldenſes n. III p. 254 & ſeq. quippe in quo teſtium tum adhibitorum in numero occurrit.

de Bamberga interest comitiis.

11) Inſequenti MCLXIX Bambergæ in Conuentu Principum vnus omnium id maxime operam dedit, vt Henricus, Friderici filius, Rex deſignaretur, patri olim ſucceſſurus. Non tacuit id auctor *de fundatione monaſterii Bigangienſis* p. m. 216; *Hinricus filius Imperatoris quinquennis in Regem eligitur in Babenberg*, „Chriſtiano Moguntino proloquente„.

eccleſiarum diœceſis ſuæ commodis conſulit.

12) Anno dein MCLXX a publicis rebus aliquid otii nactus, aliquot diœceſis ſuæ eccleſiarum conſuluit commodis. Primum quidem B. M. V. fratrum Erbacenſium in Rhingauia. Cum enim inter hæc nonnunquam in curiam illorum, *Bircken* vulgo dictam, hoſpitandi diuertiſſet gratia, ne quis deinceps hoc ita acciperet, ac ſi quid iuris in eam eſſet Archiepiſcopis, monaſterio eam a. d. XVI Kal. Februar. cum bonis contributis, nec non decimis animalium & noualium, editis rite ſtabiliuit tabulis, quas quidem in codice leges diplomatico. Collegiatæ dein Aſchaffenburgentis bono, Henrici Præpoſiti ordinationem, augmentum portionum fratribus præbendarum ſpectantem, peculiari ratam habuit diplomate quod itidem l. d. reperies. Moguntiæ vero, Stephanitarum in gratiam, propenſæ Ludouici Landgrauii erga eos voluntati, edito ſollemniter inſtrumento, robur adiecit ac firmitatem, vt in chronico eccleſiæ *D. Stephani* expoſitum. Adhæc Canonicis B. M. V. *ad gradus* ius parochialis Beckelnheimenſis, quod Bertholdus Præpoſitus iis non ita pridem contulerat, beneuolo confirmauit animo; quin, vt hoc maiori religione ſacrum conficerent chriſma, eisdem quotannis XX ſolidos ad emendos quinta hebdomadis magnæ feria piſces; e cella itidem Archiepiſcopali quadrantal vini boni, & ad panes ſimilagineos medimnum tritici præberi iuſſit. Vtrumque peculiaribus complexus tabulis eſt, quas quidem in *chronico Mariano* § III n. 4 & 5 protuli.

denuo in Italia rem fortiter agit.

13) His, aliisque rebus occupatum, Cæſar, nouam in Italiam expeditionem ſuſcepturus, præmiſit. Factum id anno MCLXXII. Tum vero non minus, quam ante, belli diſcrimina impauidus ſubiit, quin multis fortibus factis in longe maiorem nominis famam venit. Sarcaſſianum oppidum tentauit: ad Cluternam vicum ex inſidiis turmas aliquot hoſtilis equitatus oppreſſit: inuaſit Medicinæ caſtrum: Vetranæ vicum exuſſit: Bononienſes fudit, lateque ferro & igne graſſatus eſt. Generatim *Arnoldus Lubecenſis* lib. II cap. XVI p. 640; *Imperator reuerſus eſt in Italiam cum exercitu, quem tunc contrahere poterat, adiuuante partes eius omni inſtantia* Chriſtiano *Moguntino, qui etiam vſque ad finem vitæ ſuæ Longobardiam vaſtabat, ſubiiciens eam Imperio, plus placere cupiens Imperatori terreno, quam cæleſti, & neglectis ouibus ſibi commiſſis, magis tributa Cæſarum, quam Chriſti iura colligebat.* Singillatim & per partes *Abbas Stadenſis* p. 291; *Anno Domini MCLXXII* Chriſtianus *Moguntinus Archiepiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, & ſedis Apoſtolicæ Legatus, cum Brabantinis per Lombardiam & Thuſciam omnia depopulans, Bononienſes inuaſit, & in equo reſidens, indutus thorace, & deſuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, & in manibus clauam trinodem, ipſe in eodem prœlio dicitur ſtrauiſſe nouem homines propria manu. Vidit Henricus Scholaſticus Bremenſis, qui tunc XXXV annorum Notarius fuerat eiusdem Chriſtiani, eundem Archiepiſcopum XXXVIII melioribus terræ dentes cum pertica manu propria excuſſiſſe. Fugiunt Bononienſes, Archiepiſcopus ciuitatem obſidet, exercitus Bononienſibus inſultat —— Archiepiſcopus & ſui, acceptis obſidibus, & infinita pecunia, cum multa præda, iuit Anconam, obſidens illam fere per biennium. Iſte* Chriſtianus *Anconam tunc obſeſſam fame ſic affecerat, vt calceorum & ſcutorum coria deuorarent. Subiugauit etiam Ferrariam & Rauennam —— Anno Domini MCLXXIV* Chriſtianus *Archiepiſcopus Anconam deſtruxit, & naues piraticas CCC ſuo vſui deputauit.*

Stephanitis parochialem Alzeienſem firmat.

14) Sequenti (MCLXXV) Papiæ ſtabiliuit ſingula atque omnia, quæ Fridericus, ad D. Stephani Præpoſitus, fratrum conceſſerat collegio. Sigillatim parochialem Alzeienſem, vti in *chronico D. Stephani*, ipſis illis tabulis in medium adductis, dixi.

Caliſtum P. ſuſtinet.

15) Caliſtum, quem Paſchali defuncto ſucceſſorem dederant, qui cum Cæſare faciebant, ſolus ipſe, quum alii hominem faſtidirent, re, fortunis ſuſtinuit. *Solus*, ait *Stadenſis* ad an. MCLXXVII p. 292, *Chriſtianus pauit Calixtum in valle Spoletana.*

de reconciliatione Imperatoris cum Alexandro P. agit.

16) Cum Cæſari tandem an. MCLXXVI viſum, pacem facere cum Alexandro, miſſus ille iuxta cum Magdeburgenſi Anagniam eſt, qui Pontifici reconciliationis ineundæ mentem aperiret. *Tandem*, ait *Chriſtianus II* chron. ſectione II § V p. 118; *Dominus* Chriſtianus *ſe interponens inter Papam & Imperatorem, ambos ad concordiam reuocauit.* Vberius paullo *Oebo Sanblaſianus* cap. XXIII p. 209; *Mortuo interim Calixto Papa ſchiſmatico, Epiſcopi Germaniæ de concordia Imperii & Sacerdotii Imperatorem alloquuntur, voluntateque ipſius diem apud Venetias condixerunt: ibique conducto Papa Alexandro venienti ad colloquium, mediante Chriſtiano Maguntinenſi Epiſcopo, & Conrado Salzburgenſi, maxime autem VVicmanno Hildesheimenſi cum ceteris Epiſcopis, Sacerdotium & Imperium concordatur.*

Sedem Moguntinenſem retinet.

17) Inter pacis vero conditiones Chriſtianus, pro ea, qua apud Fridericum valuit, gratia, tum euicit, vt honori ſuo diſerte caueretur. *Actumque eſt*, ita pergit *Chriſtianus* l. d. *de Epiſcopatu Maguntinenſi, vt Dominus Chriſtianus Archiepiſcopatum Maguntinenſem obtineret pacifice & quiete.*

pacem ſeruatam bri

18) Tractatu de conditionibus pacis ſiue reconciliationis confecto, ipſe iuxta cum Colonienſi,

Imperatoris nomine iurat.

lonienſi, Magdeburgenſi, & quibusdam aliis, Pontifici, pacta conuenta religioſe ſeruatum iri, Cæſaris loco, iureiurando interpoſito, fidem fecit. Audiatur ipſe *Alexander*. Is litteris ad Rogerum Eboracenſem, & Hugonem Dunelmenſem Epiſcopos d. VII Kal. Aug. an. MCLXXVII ſcriptis, apud *Roger. Houedenum* annal. Angl. parte II p. 569, & *Cherubinum* tomo I Bullarii p. 72; *XII Kalend. inſtantis menſis Aug.* —— *Principes Teutonici regni, ſcilicet venerabiles Fratres noſtri Magdeburgenſis, Colonienſis, &* Chriſtianus *dictus* Moguntinus, *Archiepiſcopi, & quidam alii in anima ſua pro ſe iurare fecerunt* &c.

expiatur & nouum accipit pallium.

19) Tribus poſt diebus, damnatis, quas hucusque ſecutus fuerat, partibus, ſollemni cum aliis expiatus ritu, in poteſtate ſedis Romanæ ſe futurum, conceptiſſimis verbis ſpopondit, & combuſto, quod tanquam poteſtatis pontificalis inſigne olim a Victore acceperat pallio, nouum accepit. Ipſe rurſus *Alexander* l. d. *Nono vero Kal. Aug. præfatus Imperator, ſicut tractatum fuerat & diſpoſitum, venit ad eccleſiam B. Nicolai, quæ per vnum milliare diſtat a Venetiis, & ibi tam ipſe, quam Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alii Principes Teutonici regni, abrenuntiantes ſchiſmati, per Fratres noſtros Epiſcopos & Cardinales, de mandato noſtro, præſentibus quibusdam aliis, abſolutionis beneficium meruerunt.* Idem teſtatur, quem iam ſæpius adduxi, *Albertus Stadenſis*, quanquam rem male ad an. MCLXXIX reiiciat; p. 293; *Archiepiſcopi pallia accepta a ſchiſmaticis abiecerunt.* Chriſtianus Moguntinus *& Philippus Colonienſis per manus Hyacinthi Cardinalis receperunt noua pallia, refutantes omnem hæreſin & ſchiſma, præcipue Octauiani, VVidonis, & Iohannis, ſic dicente quolibet:* „Ego N. anathematizo & refuto omnem hæreſin, extollentem ſe aduerſus Romanam eccleſiam catholicam, præcipue vero ſchiſma Octauiani, Widonis, & Iohannis, & ordinationes eorum irritas iudico „ *&c.*

Alexandrũ Romam deducit.

20) Alexandrum dein, Cæſaris iuſſu Romam deduxit. *Chronographus Saxo* ad an. MCLXXVIII p. 312; *Alexander Papa a* Mogontino *& VVormatienſe, pluribusque aliis Epiſcopis & nobilibus viris, quos Imperator cum eo direxit, Romam reductus honeſte ſuſcipitur.* Idem iisdemque fere verbis dicit auctor chronici *Montis ſereni* p. m. 46.

Sifrido Brandenburg. eccleſia Mogunt. curã committit.

21) Quo minus autem domi res eccleſiæ, dum abeſſet, de ſtatu ſuo declinaret, circa annum, quem dixi, MCLXXVIII qui eas inſpiceret iuxta atque tueretur, delegauit Sigfridum, Epiſcopum Brandenburgenſem. Diſcimus id ex litteris, quas in codice Diplomatico in lucem protraxi: quippe in quibus Sigefridus: *Opere conſummato noſtram adiit præſentiam, cum eſſemus in partibus Rheni,* „fungentes legatione Domini Chriſtiani„, *venerabilis Moguntinenſis Archiepiſcopi.*

Edit. I pag.

III Fuit ab Imperatore cum exercitu in Italiam miſſus, ibidemque, vt ait lib. VII *Nicetas*, plures a Pontifice vrbes auulſit: ſed ab Imperatoris Conſtantinopolitani equitatu profligatus cum ſuis omnibus, & captus eſt. Fuiſſetque, ait idem *Nicetas*, fortaſſe Byzantium miſſus, niſi Imperator antea obiiſſet. Vide, ſi libet, hiſtoriam Venetam in Sebaſtiano Zinao, & Arnoldum Abbatem Helmoldo adiunctum, in quibus tamen perſonarum & temporum errata plura. Vituperatur idcirco a MS. minore tanquam militaribus nimium ſtudiis deditus, & æquo minus Epiſcopalibus: itemque tanquam eccleſiæ Romanæ iniquior. Nec ſane culpatur iniuſte, ſi vera ſunt omnia, quæ apud *Crantzium* lib. VI Metropolis cap. vlt. & lib. VII cap. I narrantur.

Capitur.

Scilicet anno, qui MCLXXIX inſtauratæ ſalutis erat, quam verſatilis fortuna ſit, documentum ipſe fuit. Tutam enim belli aleam fore ratus, a Conrado Montisferrati Marchione, Reinerii fratre, captus, cuſtodiæque mancipatus fuit: e qua, nonniſi graui ære ſoluto, biennio poſt ſeſe redemit. Iſtud quidem *Robertus* Abbas Montenſis perhibet p. 665; *Conradus frater eiusdem Reinerii cepit & incarcerauit* Chriſtianum, *Epiſcopum Moguntinenſem, & Cancellarium Imperatoris Alemanorum.* Hoc vero *Godefridus Monachus* p. 345; *Anno MCLXXXI* Chriſtianus, *Moguntinus Epiſcopus, dato non modico argento captiuitate ſoluitur.* Digitum alioquin huc intendit *Serarius*, dum a Conſtantinopolitanis profligatum & captum § hoc dixit.

ad Hildegardem ſcribit.

IV Duæ huius ad Hildegardem epiſtolæ in illius libro leguntur. Prior eſt eiuſmodi: *Chriſtianus Dei gratia Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus Hildegardi dilectæ magiſtræ ſororum de S. Roberto in Pingis, deuotionem gratiæ ſuæ tam cum paterno, quam cum filiali affectu. Plurimis negotiis impediti perpauca tibi ſcribimus, cum tamen dilatato corde, toto mentis anniſu ad piam dilectionem tuam anhelemus. Et quia diuino ſpiritu te inſpiratam cognoſcimus, exhortatoria verba tua deſideramus, quoniam dum terreno regno exterius ſeruire cona-* 824
mur, cæleſtem Regem multoties interius negligimus. Igitur & orationibus tuis ac ſororum, quæ apud te ſunt, nos committimus, ita vt per illas adiuti, turbinibus & procellis huius ſæculi, in quibus multum fatigamur, Deo ſuccurrente, clementer eripiamur. Nos autem vobis in omnibus neceſſitatibus veſtris adeſſe,

Edit.I *eſſe, ac in omnibus prodeſſe, prout Deus donauerit, pro certo ſciatis.* Ad hanc
pag. illa reſcripſit, & cum de Melchiſedechico Chriſti Domini ſacerdotio quædam di-
xiſſet, ſubiungit: *Tu autem, o homo, qui nunc in die es, antequam nox adueni-
at, cum plus operari non poſſis, ſtude, vt in vera poteſtate populum tuum præ-
cepta Dei doceas, & in recta iuſtitia eum regas, ſicut Deus eum regit, & per
magnum ſtudium in miſericordia eum habeas, quoniam Deus per ſemetipſum eum
liberauit. Tali enim modo magiſtratus, dominatio & poteſtas a Deo eſt. Sed
& de mammona iniquitatis amicos per miſericordiam tibi fac, quatenus cum de-
feceris, in æterna tabernacula te ſuſcipiant.*

V Poſterior Chriſtiani epiſtola breuiter indicat, cur interdicti cenſura fuiſ-
ſet in Sanctæ illius monaſterium a Moguntini cleri optimatibus decreta. Nam hoc
illa dolentiſſime ferebat, eamque ob cauſſam & venit ipſa Moguntiam, & plu-
res ad Chriſtianum illum, totumque Moguntinum clerum dedit epiſtolas, ex
quibus colligitur, fuiſſe iuuenem quendam excommunicatum, qui cum in mortis
periculo abſolutus fuiſſet, Bingaque ad S. Hildegardis cœmeterium delatus, iuſ-
ſum eſt, niſi publice conſtaret, abſolutum fuiſſe, refodi illum, ac e cœmete-
rio eiici, ſimulque in monaſterio diuina ceſſare officia. Hinc ad Archiepiſco-
pum illa ſic: *Vnde, bone Domine, nos famulæ tuæ, quæ ſedemus in triſtitia
tribulationis & anguſtiæ, in ſpiritu humilitatis pedibus tuis prouolutæ, cauſ-
ſam intolerabilis doloris noſtri in pura veritate lachrymabiliter tibi aperimus, ea
fiducia, quod ignea charitas, quæ Deus eſt, tibi inſpiret, vt cum paterna pie-
tate lamentabilem vocem, qua in tribulatione noſtra afflictæ ad te clamamus, mi-
ſericorditer exaudire digneris. O mitis pater, cum Prælati noſtri Moguntini mor-
tuum iuuenem ante mortem ſuam ab anno diu abſolutum, & omnibus Chriſtianæ
fidei ſacramentis munitum, ſicut etiam ante in litteris tibi inſinuaui, apud nos
ſepultum, a cœmeterio noſtro eiicere nos iuſſiſſent, vel a diuinis nos ceſſare, ego
ad verum lumen, vt ſoleo, adſpexi, & in illo Deus mihi præcepit, ne vnquam
voluntario conſenſu meo eiiceretur, quem ipſe a ſinu eccleſiæ in gloriam ſalua-
tionis deputandum ſuſceperit, quoniam nigredo magni periculi nobis inde proue-
niret, eo quod contra voluntatem eius veritatis eſſet. Si enim iſte timor omni-
potentis Dei mihi non obſtitiſſet, eis humiliter obediſſem, & quemcunque in no-
mine tuo, qui Dominus & Aduocatus noſter es, eundem mortuum iuſſiſſent ef-
ferre, ſi excommunicatus non eſſet, ſeruandum ius eccleſiæ, grata voluntate
conceſſiſſem. Cum autem per aliquod tempus, non ſine magno dolore & triſtitia
ceſſaſſemus, in vera viſione animæ meæ a ſummo iudice (cuius præcepto reſiſte-
re auſa non fui) pondere grauiſſimæ infirmitatis coacta, ad Prælatos noſtros in
Moguntiam veni, & verba, quæ in vero lumine videram, vt ipſe mihi præce-
pit, ſcripta repræſentaui, quatenus in illis cognoſcerent, quæ voluntas Dei in
hac cauſſa eſſet. Veniam quoque coram ipſis, qui tunc aderant, amaris lachry-
mis petens ab eis, flebiliter & ſuppliciter miſericordiam quæſiui.* Et poſtea: *Er-
go, mitiſſime pater, obſecro te in amore Spiritus ſancti, vt propter pietatem æ-
terni patris, qui pro ſalute hominis in ſuaui viriditate miſit verbum ſuum in vir-
825 ginis vterum, dolentium & plorantium filiarum tuarum lachrymas deſpicere non
velis, quæ ob timorem Dei, tribulationes & anguſtias huius iniuſtæ ligaturæ
ſuſtinemus.* Et in epiſtola ad Moguntinum clerum: *Corpus*, ait, *eiuſdem de-
functi, vtpote confeſſi, inuncti, & communicati, & ſine contradictione ſepulti,
nec efferre præſumimus, nec conſilio ſeu præcepto iſtud ſuadentium vel iubentium
acquieuimus, non conſilium proborum hominum aut præceptum Prælatorum no-
ſtrbrum omnino paruipendentes, ſed ne ſacramentis* CHRISTI, *quibus ille vi-
uens adhuc munitus fuerat, iniuriam ſæuitate feminea facere videremur. Sed
ne ex toto inobedientes exiſteremus, a diuinarum laudum canticis hactenus ſe-
cundum eorum interdictum ceſſauimus, & a participatione Dominici corporis
(quoniam per ſingulos fere menſes ex conſuetudine frequentauimus) abſtinuimus.*
Et poſteaquam multa de maximis e ſacrorum in eccleſia carminum diuinorum-
que myſteriorum ceſſatione naſcentibus detrimentis expoſuit; ſubiungit ad Cal-
uinianorum noſtri temporis errorum deteſtationem, & ad plerorumque Catholi-
corum ſacerdotum torporis excitationem perutilia hæc: *Ipſe eſt immaculatus
agnus & ſpeçioſus forma præ filiis hominum, qui non de virili ſemine, ſed de*

Spiritu

Spiritu ſancto conceptus virtute altiſſimi Dei, de carne Mariæ Virginis, Deus Edit. I
& homo natus proceſſit. In eadem vero virtute altiſſimi Dei, oblatio panis cum pag.
vino & aqua, in carnem & ſanguinem Saluatoris, quam de Maria virgine aſſumpſit, ad verba ſacerdotis tranſſubſtantialiter, quemadmodum lignum in ardentem carbonem per ardorem ignis, mutatur. Per hoc enim ſacramentum corporis & ſanguinis IESV CHRISTI, *qui panis viuus eſt, vt ipſe teſtatur, animæ ſaluandorum reficiuntur. Vnde, o ſacerdotes, qui ad menſam Domini ordinati eſtis, præparate vos ad ſacrificandum ſaginatum vitulum, qui omni macie peccatorum caret, & induite vos lorica veræ fidei, & ſcuto ſpei æternæ vitæ, & collum veſtrum ſtola obſeruationis præceptorum Dei circundate, vt competenter ei ſeruire poſſitis. Vos enim angeli Domini exercituum eſtis. Quia ſicut ad verba angeli Gabrielis Deus incarnatus eſt ex Maria virgine, vt per eius natiuitatem, paſſionem, & aſcenſionem homo perditus liberari & ſaluari poſſet: ſic ad verba veſtra idem corpus & ſanguis eiuſdem filii Dei, cum repræſentatione natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis eius, pro ſalute noſtra & omnium fidelium, tam viuorum quam mortuorum, fit. Currite ergo deſideranter in gaudio lætæ mentis ad miniſterium immaculati agni, quia multa ſalus nobis & aliis fidelibus inde prouenit, cum propter celebrationem iſtius peccata remittuntur, & animæ liberantur, & multa pericula animæ & corporis effugantur. Sanctitas autem eiuſdem ſacramenti nobis inuiſibilis eſt, vt etiam Deum & quamlibet incorpoream creaturam videre non poſſumus, ſed per illam anima noſtra & corpus per remiſſionem peccatorum ſanctificatur, & inuiſibiliter refocillatur.*

Reſcripſit porro, vt dixi, Chriſtianus, & poſt quandam Dei, eiusque famulæ Hildegardis laudationem, adiungit hæc: *Manifeſta ſanctæ conuerſationis tuæ indicia & ſtupenda veritatis teſtimonia, ita animam noſtram, chariſſima in* CHRISTO *Domina, tuis iuſſionibus, ne dicam precibus obligatam tenent, vt quicquid vnquam ſanctis votis tuis accedere nouerimus, ad hoc cordis noſtri intentionem merito inclinare debeamus: ſperantes, & ſummam, poſt Deum, in tua ſanctitate fiduciam habentes, nos ſanctiſſimarum odoramento orationum tuarum, gratiam Dei præuenientem & ſubſequentem percipere, & hanc peccatricem animam noſtram, tuæ ſanctitatis interuentu, clementiam creatoris ſui, ſibi tandem placitam inuenire. Inde eſt, quod ſuper tribulatione & afflictione,* 826
quam ex ſuſpenſione diuinorum vna tecum ſacer conuentus ſuſtinet, tanto arctius vobis condolemus, quanto euidentius innocentiam veſtram in hac parte perpendere valemus. Verum quia conſtabat eccleſiæ, ſepultum apud eccleſiam veſtram defunctum, in vita ſua excommunicationis ſententiam incurriſſe, dum adhuc eidem eccleſiæ de abſolutione ipſius incertum extitit, vobis interim propter ſtatuta ſanctorum Patrum (non euitanda) clamorem cleri declinare, & ſcandalum eccleſiæ diſſimulare, periculoſum nimis fuit, donec idoneo teſtimonio bonorum virorum, in facie eccleſiæ, illum abſolutum fuiſſe comprobetur. Proinde veſtræ (vt dignum eſt) afflictioni ex intimo corde compatientes, eccleſiæ Moguntinæ reſcripſimus in hunc modum, vt ſi bonorum virorum veraci aſſertione, de abſolutione præfati defuncti ei oſtenſum fuerit, diuina vobis officia celebrari præcipimus, rogantes & obnixe ſanctitati veſtræ ſupplicantes, quatenus ſi ex culpa noſtra vel ignorantia vos in hac parte moleſtauimus, petenti veniam, non ſubtrahatis miſericordiam: & patrem miſericordiarum exorare dignemini, vt ſanos & incolumes nos veſtro ſancto conſpectui & eccleſiæ Moguntinæ repræſentet, ad honorem Dei & eccleſiæ veſtræ, & ſalutem animæ noſtræ. Conſeruet vobis Dominus ſanitatem & ſanctitatem.

a quopiam ſui admonetur officii. VI Militarem porro Epiſcopum ſapienter ac modeſte officii ſui bonus quidam admonuit Epiſcopus, prout hiſce verbis a MS. narratur: *Chriſtianus Moguntinus Antiſtes, dum per Lombardiam cum Imperatore tranſiret, ac cum quodam Epiſcopo illius terræ de diuerſis conferret, ait ille Archiepiſcopo: Domine, noſtiſne nomina omnium vobis commiſſorum? Subriſit Chriſtianus, dicens: Tot pæne ſunt homines in Epiſcopatu meo, quos in tota Lombardia: & quomodo illos noſſem omnes? Epiſcopus autem periculum eius conſiderans, & expaueſcens, reſpondit: In* CHRISTO *omnium ouium mihi commiſſarum nomina noui, quæ in hac*
1 Petr. 5. 4. *chartula conſcripta ſunt, extractam illi oſtendens.* Sane *Paſtorum princeps*, &

vera

Edit. I pag.

vere Paſtor bonus, proprias oues vocat nominatim, & educit eas, idemque, *Cognoſco*, ait, *meas, & cognoſcunt me meæ.* ita, vt omnibus, qui animarum curam gerunt, id omni ſtudio curandum ac prouidendum videatur, vt ouium ſuarum ſi non vultus ac nomina, fidem certe, ac mores, infirmitatem ac ſtatum per ſe, perque alios, quorum fides ac fidelitas probata, norint. *Non poteſt eſſe paſtoris excuſatio*, inquit *S. Gregorius* †, *ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit.*

Ioan. 10, 3 & 14.

† de Reg. in rit. Quam. nis.

VII Sed Epiſcopum æquo bellaciorem ipſa tandem proſtrauit mors; in qua eius non ſegniter intuenda pœnitentia. *Mors* enim *honeſta*, vt ait *S. Ambroſius* *, *decoloris vitæ redemptio eſt.* Illam vero ſic narrat *Chriſtianus* alter Archiepiſcopus. *Obiit Chriſtianus iuxta Romam. Grauiter ægrotauit. vicinus erat ſummus Pontifex, qui Epiſcopum, vt proximaret, paternis litteris hortabatur. Quumque Papa ad Archiepiſcopum perueniſſet, languor in tantum præualuerat, vt Patri ſancto aſſurgere non valeret. Facta ergo confeſſione ſummo Pontifici, de manu eius communicationem ſanctam accepit, aliaque eccleſiæ ſacramenta. Et Dominus Papa, facta & dicta indulgentia, in pace abiit: & Dominus Chriſtianus, Deo animam reddens, mortem obiit.*

** in Pſal. 37.*

Lucio P. venienti auxilio,

1) Nimirum, libertati reſtitutus, anno MCLXXXIII Lucio, qui Alexandro III Pontifice anno MCLXXXI fatis functo, pontificium culmen conſcenderat, auxilio contra Romanos venit. *Ioannes* de *Ceccano* in chron. *Indictione XV* (leg. I) *Romani venerunt Tuſculanum Kal. Iul. vt eam caperent; ſed minime potuerunt. Interea Cancellarius cum magno exercitu Alamanorum venit apud Tuſculanum, & Romanos ibi non inuenit, ſed remanſit ibi cum exercitu, & cœpit valde infeſtare Romam, & deprædare.*

obiit in caſtris,

2) In ipſa vero hac expeditione ſupremum obiit diem. Quod cum plures dicant, auctor *chron. Auſtralis* ad annum MCLXXXIII p. 447, *Auguſtenſis* ad eundem annum p. 513, *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 472, tum maxime *Godefridus* l. d. p. 354 ait; *Anno Domini MCLXXXIII Chriſtianus Maguntinus Epiſcopus in Italia moritur, cum iam ibi iuſſu Imperatoris per vndecim fere annos armata manu Longobardos, Tuſcanos, Græcos edomuiſſet.* quin ipſe *Chronographus Reicherſpergenſis* ad h. a. p. 320; *Dominus OthoPalatinus Comes, qui Ducatum Bauariæ tenebat, obiit. Eodem quoque anno mortuus eſt Moguntinus Archiepiſcopus*, Chriſtan *dictus.*

non ſine ſuſpicione veneni;

3) Enimuero viſa exceſſit non ſine ſuſpicione veneni, quo Romani fontem prope Tuſculum temeraſſe dicuntur, vt quem armis non poterant, dolo perimerent. vid. pluribus *Baronius* ad h. a. § II & III.

menſe Auguſto.

4) Obiit autem menſe Auguſto, ibidemque tumuli nactus eſt locum, vt diſerte *Ioannes* de *Ceccano* l. d. *Tandem menſe Auguſto ibi mortuus eſt & ſepultus.*

quamdiu ſedi præfuerit

5) Præfuit itaque ſedi annos XVIII, ab anno ſcilicet MCLXV ad an. vſque MCLXXXIII, quo, vti dictum, fato ſuo functus eſt. Id quod contra auctorem § I notandum.

VIII Eius anniuerſarium diem, vt pro ipſius anima fundantur preces, in S. Victoris eccleſia XII Cal. Decembris celebrari ait MS.

de anniuerſario eius.

· Vtut olim celebratum fuiſſe *MS.* hic dicat, hodie ſane non celebratur, ſine ritu funebri, religioſoque peragitur.

CONRADVS I ſecundum.

POſt Chriſtiani mortem rediit Moguntiam Conradus, & a Moguntinis *honorifice*, inquit *Bruſchius*, *ſuſceptus eſt*, & quidem, vt ait *Chriſtiani* narratio, *tanquam angelus Dei.* Sed non multo poſt, cum nouam quandam clero exa-
827 ctionem imponeret, magna multos admiratio ſubiit.

Sedi redditur.

1) Sic quidem ſe res habet. Chriſtiano in Italia defuncto, Conradus priſtino ſtatum honori redditus fuit. Diſerte *Chronographus Reicherſpergenſis* l. d. p. 320; *Eodem quoque anno mortuus eſt Moguntinus Archiepiſcopus, Chriſtan dictus, &* Dominus Chuonradus, *Apoſtolicæ ſedis Legatus, pro eo reſtitutus eſt. Chriſtianus* itidem in chronico ſect. II § VI p. 119; *Poſthac Principes quidam Dominum* Conradum Salzburgenſem Archiepiſcopum *Imperatoris recuperata gratia reformant, vt ipſe Imperator eundem Archiepiſcopum Conradum ad Moguntinenſem eccleſiam redire poſtularet, quod ipſe Dominus Conradus maximo deſiderio affectabat.* Vt *Godefridum Monachum* p. 346, auctorem *chron. Auſtralis* p. 447, *Auguſtenſe* item p. 513, ac *Trithemium* chron. Hirſaugienſ. ad an. MCLXXXIII taceam. Quæ cum ita ſint, opido fallitur, fallitque *Albericus*, dum in chron. ad an. MCXC p. 391 ſcribit: *Mortuo Imperatore Frederico Archiepiſcopus* Conradus, *Sabinenſis Epiſcopus & Salzeburg Miniſter, Maguntiam reuertitur, & in ſede ſua poſt Marcualdum, Chriſtiani ſucceſſorem, cum honore reſtituitur; quod nunquam viuente Imperatore fieri potuiſſet. & in Salzeburg inſtitutus eſt Archiepiſcopus Albertus.*

litem de parochiali Altavilla n. a

2) Erat tum, cum ſedi reſtitueretur, Sanctimonialibus in Rhingania Dielenthalenſibus etiamnum lis cum Burchardo, ad D. Petri Præ-

ſuit.

Præpoſito, de parochiali Altævillana; quippe quam vtraque pars ſui contendebat eſſe iuris. Hanc XV Kal. Decembr. amicabili finiit via. Adhibitis namque in conſilium prudentum quamplurimis, ac vtriusque partis priuilegiis ac rationibus probe diſcuſſis, eam Burchardo, eccleſiæque D. Petri addixit: veſtalibus vero pro expenſis factis XX marcas iuſſit exſolui: vt in *chronico Petrenſi* § VIII ex tabulis tum editis expoſitum.

cum Ludouico Thuringo contendit

3) Iisdem fere diebus graui diſſidio cum Ludouico Thuringo colliſus erat. Quod vt ſopiretur, vtrique dies Erfordiæ dictus. Quem dum obirent, accidit, quod tum *Albertus Stadenſis*, tum *Godefridus Monachus* ad annum MCLXXXIII referunt, rectius autem *Sifridus Presbyter* lib. I p. 693 & *Continuator Lamberti* p. 256 ad annum ſequentem MCLXXXIV. Scilicet, cum VII Kal. Aug. Senatus iis loco amplo, ſed male materiato datus fuiſſet, hoc prægrauante multitudine ſubito fatiſcente, centum & amplius mortales in ſubiectam cloacam effuſos: e quibus cœno quidam ſuffocati fuerint; Ludouicus Thuringus ægre ſe ex ſordibus extricarit; Rex ad primum ruinæ fragorem, cancellis feneſtræ apprehenſis, perniciem vltimam pendulus euitarit. Vid. præter auctores citatos *chronicon Montis ſereni* ſiue *Lauterbergenſe* p. 48.

Theodericũ Halberſtadenſem conſecrat.

4) Ceteroquin eodem hoc anno Theodericum Halberſtadenſem veteri & laudato cæremoniarum ordine Epiſcopum conſecrauit. vid. *chronicon Halberſtadenſe* p. 138.

Lucii Pontif. de ſententia deducit.

5) His peractis Cæſarem in Italiam ſecutus, haud leuem in ſuſpicionem incidit, ac ſi Lucium Pontificem, cum is pronus fuiſſet ad Præſules vitio creatos auctoritate ſua, quod Cæſar petebat, reſtituendos, de ſententia deduxerit. *Arnoldus Lubecenſis* lib. III cap. X p. 663; *Imperator cœpit* (Veronæ) *omni inſtantia intercedere pro ipſis apud Dominum Apoſtolicum, vt clementer circa ipſos diſpenſaret. Qui primo huic petitioni ſe beneuolum exhibuit, & eo vſque annuerat, vt omnes petitiones ſuas ſcriberent, vt ſecundum caſum ſingulorum diſpenſaretur circa ipſos. Et ecce, altera die Dominus Papa mutat animum & propoſitum, dicens: quoniam generali concilio, quod Venetiis celebratum eſt, vbi ipſo Imperatore præſente diſpenſatum fuerat circa Dominum Chriſtianum Moguntinum, & Dominum Philippum Colonienſem, & Dominum Mantuanum, & alios plures, qui cum Ordinatis ſuis perſiſterent: hi ab ordinibus ſuis ſuſpenſi fuiſſent; nulla ratione mutandum id affirmabat, niſi denuo in Cardinalium & Epiſcoporum generali concilio. Promiſitque Apoſtolicus, apud Lugdunum ſuper eodem negotio ſe concilium habiturum. De qua mutatione Dominus* Conradus Moguntinus *& Dominus VVormacienſis ſuſpecti habiti ſunt.*

Lucio ſane Veronæ adſuit, teſtis adhibitus, cum Quedlinburgenſis cœnobii ſtatum, iuraque nouo cohoneſtaret diplomate. Primus enim ſubſcriptorum eſt, ſuumque ſic edidit nomen: *Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus, Moguntinus Archiepiſcopus.* Vid. *Kettnerus* in diplomatis Quedlinburgenſibus ſæculo XII n. XX p. 202.

in Germaniam reuertit.

6) Anno ſequenti MCLXXXV in Germaniam reuertit. Ne dubitare poſſis, faciunt tabulæ, quibus D. Victoris fratribus decimas quasdam in tractu Hexheimenſi, & vineas quasdam in tractu Laubenheimenſi, quas eis Conradus, Collegii Præpoſitus, attribuerat, adhibito quamplurium teſtimonio firmauit. Dedi illas in chronico *D. Victoris.*

Colonienſi iter ad nuptias regias diſſuadet.

7) Per id temporis vero, cum Philippus Colonienſis ad nuptias Henrici VI vocatus, vt enixis Friderici Imperatoris ſatisfaceret precibus, iter in Italiam ingreſſus eſſet, ipſe nuntio confeſtim miſſo, ne vlterius progrederetur, ſed viam relegeret, ſuaſit; dicens, eum *de eodem conuiuio Coloniam nunquam reuerſurum.* Teſtis eſt *Arnoldus Lubecenſis*, cuius hic verbis vſus ſum, cap. XIV n. 2 p. 666. Dixeris fere, neque loco tum, neque Cæſari ſatis illum crediditſe.

Pontifici in cauſſa exuuiarum Epiſcopalium fauet.

8) Anno, qui ſequebatur, MCLXXXVI, Vrbano III, deceſſoris ad exemplum, Cæſarem de hereditate Mathildina, Epiſcoporum defunctorum peculio, (*exuuias* illorum vocabant) & ſacrarum Antiſtitarum ſtipendiis libere ſatis ac pertinaciter appellante, vrgente, haud dubitauit, dare ſe Pontifici. *Arnoldus Lubecenſis* l. d. cap. XVI p. 667; *Apoſtolicus inſiſtens Imperatorem de tribus ſuperioribus capitulis inſtanter vrgebat, i. e. de patrimonio Dominæ Mechtildis, de Epiſcoporum exuuiis, & de Abbatiſſarum ſtipendiis, ita vt manifeſte eum citaret, & excommunicationis maledictum ei intentaret. Cui præcipue fauebat Philippus Colonienſis, plurimum dolens, quod poſt mortem Epiſcoporum omnia mobilia in fiſcum redigerentur. Adhæc acclamabat* Conradus Moguntinus, *Volcmarus Archiepiſcopus Treuirenſis, quibus conſentiebant Epiſcopi duodecim.*

& caute in eadem agit materia.

9) Vt tamen ſagaci admodum erat ingenio, ita, cum Fridericus eodem an. MCLXXXVI, habitis Geilenhuſæ Comitiis, Epiſcoporum iudicio de decimis, dictisque exuuiis cauſſam commiſiſſet, vt & Cæſaris vitaret odium, & bellum militaret Pontificis, cenſuit, ſcribendum Vrbano, vt ſibi iuxta ius diceret, Cæſarique. *Arnoldus Lubecenſis* cap. XVIII p. 669; *Ad hæc verba ſurgens* Dominus Moguntinus Conradus, *accepta opportunitate ſic locutus eſt:* „Domine, rogamus Serenitatem veſtram, „ vt paullulum verba noſtra attendatis. Caſus „ iſte, in quo laborare videmus, grauis eſt, „ nec noſtrum, inter vos tantas componere li- „ tes. Quia, ſicut paullo ſuperius dixiſtis, ex „ vna parte tenemur reddere Deo, quæ Dei „ ſunt; ex altera parte, quæ ſunt Cæſaris, „ Cæſari. Domino vero Papæ, vt patri ſpiri- „ tuali, qui ſupra omnes eſt, iuſtum eſt ad o- „ mnia promptiſſime obedire: vobis autem, a „ quo & temporalia poſſidemus, ad aſſequen- „ das omnes iuſtitias veſtras iure tenemur ad- „ ſiſtere. Nunc ergo ſine præiudicio melio- „ ris conſilii, ſi placet, ſcribatur Domino Pa- „ pæ ex perſona Epiſcoporum, in quibus com- „ mone-

„ moneatur, vt ea, quæ ad pacem ſunt, vobiſcum ſentiat, & iuſtitiam vobis in his, quæ iuſte ab eo exiguntur, faciat.

Ad bellum cum Landgrauio ſe demittit.

10) Inter hæc vero nouo cum Ludouico Landgrauio bello implicitum, tum auctor *hiſtor. de Landgrauiis* refert, tum, qui *Schafnaburgenſem* continuauit anonymus. Vtrumque audire e re erit. Sic autem ille cap. XXVII p. 919; *Anno Domini MCLXXXVI orta eſt grauis diſcordia inter Conradum Epiſcopum Moguntinum, & Ludouicum Landgrauium Thuringiæ: & villa ex vtraque in Thuringia & Haſſia ipſius Epiſcopi & Landgrauii Thuringiæ deuaſtantur. Tunc temporis Epiſcopus contra terram Haſſiæ ædificauit Heilgenberg caſtrum: econtra Landgrauius contra terram Epiſcopi ædificauit Bramburg caſtrum.* Hic vero p. 256; *MCLXXXVI grauis diſcordia inter Conradum Archiepiſcopum Moguntinum & Ludouicum Landgrauium denuo exorta eſt. Villa quadam a militibus eorum in Thuringia & Haſſonia deuaſtantur. Ab Epiſcopo caſtellum Heiligenberg, a Landgrauio caſtrum Gruneberg ædificantur.*

Auguſtæ ædem D. Vlrici dedicat.

11) Ab militaribus tamen hiſce curis anno poſtero MCLXXXVII ad alias tranſiit, ac Auguſtæ Vindelicorum Vdalſchalco Antiſtiti in ſacranda D. Vdalrici æde religioſam operam collocauit. quod quidem auctor *hiſtoria Auguſtenſis* p. 514 his refert verbis: *VIII Id. April. luna XXIV, D dominicalis littera, in ſecunda feria poſt paſchalem ſeptimanam, anno decemnoualis eclip. XI, qui & communis, epacte IX concurrente, indictione V, termino Paſchali, IV Kal. April. dedicatum eſt templum hoc a Venerabili* Conrado *Moguntino Archiepiſcopo, cooperantibus Venerabilibus Epiſcopis, Vdalſcalco Auguſtenſi, Othone Friſingenſi, Hermanno Monaſterienſi, Othone Arelatenſi, Berchtoldo Tullenſi.*

Sangallenſes inuiſit.

12) His peractis, non intacto a religione animo, anno ſequenti (MCLXXXVIII) cœnobium ſancti Galli inuiſit, Sanctique confiſus meritis, cum fratribus eiusdem mutuam iniit fraternitatem, vti latius cognoſcere eſt ex tabulis, quas ſuo loco ceteris intexui.

ab Imperatore mittitur in Hungariam.

13) Iſta tempeſtate militiæ ſacræ nomen dederat Fridericus Imperator, ſecumque conſtituerat, ingenti cum exercitu aduerſus Saracenos proficiſci. Ne tantis copiis in itinere per Hungariæ, Bulgariæque fines vel commeatus deeſſet, vel via non optima aliquo officeret modo, iuſſit, Conradus in Hungariam iret, & vtrique rei conſuleret; quod & factum. *Godefridus* ad an. MCLXXXVIII p. 349; *Moguntinus mittitur ab Imperatore ad Vngarum pro Bulgaria exæquanda, & ſtratis, & pro victualibus prouidendis exercitibus ſignatorum. Qui remandat, ita de his ordinaſſe, quod centum equorum pabula marca emantur, ſimiliter quatuor boues præſtantes marca una, & cetera in hunc modum.*

14) Quam, domum reuerſus, anno ſecuto MCLXXXIX Moguntiæ cum Petrenſibus ac Stephanitis bonorum fecerit permutationem, in vtriusque Collegiatarum harum chronicis dictum.

Henrico Regi contra Henricum Leonem præſto eſt.

15) Friderico dein iter ſacrum ingreſſo, ipſe domi Henrico Regi contra Henricum Leonem, ex Anglia inopinate reuerſum, & contractis copiis ad veteris fortunæ ſpem aſſurgentem, & conſilio adfuit & opera. *Chronicon rythmicum* cap. XL p. 69;

Der vvart (Henricus Rex) *ſin ſigent openbar,*
Vnd dachte öme to vordrevende gar
Van aller ſiner Herſchap.
Vollen raht öme darto gab
Van Mentze de Biſchop,
Dat to Goſslar einen Hob,
Leide Koning Henrich &c.

& paullo poſt:

Nun quam der Koning Henrich
Getrecket mit vil groter macht,
De ome de Forſten hadden bracht,
Vil mangen boghen vverden Man,
An den de Koning hulpe ſan,
To Goſslar an des Rikes ſtat:
Van Mentze Biſchop Conrat
Vil groter Herſchap aldar plach &c.

Vt incendiis tum, depopulationibusque diuexarit prouinciam Conradus ac deuaſtarit, ediſſerat temporum illorum ſcriptor, *Gerhardus*, Abbas Stederburgenſis. Is autem hiſtor. de Henrico Leone p. 431; *In cuius executione iam dictus Moguntinus ita ſe efficacem exhibuit, vt non iam Epiſcopus, ſed magiſter militum videretur. Nam non pacem, ſed facem, non infulam, ſed galeam oſtendebat: cœmeteriorum & eccleſiarum depradationem, non conſecrationem exemplo ſuo fieri monſtrauit. Clauam vel fuſtem, quo feriret, non virgam, qua regeret, vel ſuſtentaret, manu gerebat: caligis ferreis, quibus conculcaret, non purpureis, in quibus torcular ſolus calcaret, tibias circumdedit: tunica ferrea, non cilicina induebatur: non mandatis charitatis, ſed minis diræ hoſtilitatis dilatabatur, inſidens equo rapido, freno ſpumantia cingens ora: euagatus ipſe effrenis per latos campos pernicioſiſſimæ diſſolutionis. His armatus non Regem ſequebatur, ſed præibat, non compeſcebat, ſed compellebat ad iram.*

Leoni, vt ſe ſubmittat, ſuadet.

16) Finita tamen expeditione iſta bellica, Henrico Leoni cum ſpem quandam ſalutis iniecit, tum vt Cæſari ſe permitteret, perſuaſit. Idem *Chronicon rythmicum* l. d. p. 70;

Aver quam & an eyne dult,
Dat Henrich na ſiner vnſchult
Deme Koninge bot beterunge.
Nue dede ok grote hopenunge
Von Mentze Biſchop Conrat.

Conf. *Stederburgenſis* l. d. *Arnoldus Lubecenſis* lib. IV cap. III p. 685.

Francofurti agit cum Rege.

17) Inſequenti MCXC, menſe Martio, Francofurti Henrico Cæſari itidem præſto fuit. Eſt enim inter teſtes diplomati eccleſiæ Colonienſi tum indulto appoſitos, vt apud *Heineccium* antiquitat. Goslarient. lib. II p. 19 videre eſt.

ad explorandos populi animos in Apuliam destinatur.

18) Feriis dein paſchalibus finitis, ab Henrico, expeditionem in Apuliam parante, vna cum Diethero Cancellario, ad indaganda gentis conſilia præmiſſus, itineri ſe dedit, ſed

neſcio quibus ſimultatibus eos inter exortis cito ſe retulit. Prodit id, quem ſæpius iam dixi, *Godefridus* ad an. MCXC p. 354; *Poſt Paſcha Rex Moguntinum Archiepiſcopum & Dietherium Cancellarium præmittit in Apuliam, ad explorandum euentum rerum. Sed ortis inter eos ſimultatibus Moguntinus ſtatim reuertitur.*

eo cum Rege proficiſcitur.

19) Non longe poſt tamen, vt Regi ſua hoc magis probaret obſequia, in Italiam & Apuliam proficiſcenti comes hæſit. Rythmis ſuis idem *chronicon*, quod citaui, p. 71 ad hunc modum exequitur:

Nun makede Keyſer Henrich
Eine grote Hervart,
Aver hen to Pollen vvart,
Vnd mit ime de to Colne
Vil herlich, de to Colne
Alda ſin leven leit.
Van Mentze Biſchop Conrat *heis,*
Deme men dorch de Ritterſchap,
De he dar ſchone vorte gab
Laſ vnd preis mannichvalt &c.

In eandem ſententiam *Albertus Stadenſis* ad an. MCXCI; *Imperator cum Imperatrice intrauit Apuliam, habens ſecum* Conradum *Moguntinum Archiepiſcopum (nam Chriſtianus obierat) & Philippum Colonienſem.*

20) Iter ingreſſis adueniens grauis mali nuntius aperuit, Imperatorem fato funeſto ſupremum diem obiiſſe, vt auctor § ſequenti attingit.

II Hauſit interim anno Domini MCXC Imperatorem Fridericum Aenobarbum Serra fluuius, & ei ſucceſſit eius filius, Henricus, qui ab Vrſpergenſi, & aliis quibuſdam *ſextus*, ab aliis *quintus* dicitur. tumque illud in euchariſtia prodigium Erfurti accidit, quod in Collegiatæ, quæ illic B. Virgini ſacra, eccleſiæ Breuiario hæc in verba refertur: *In partibus Thuringiæ, anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo primo, circa Erffordenſe territorium, in villa* Rechſtete, *virginem quandam ægrotare contigit, & per feruorem paſſionis, ad extrema deduci. Eſt autem* error Slauicæ gentis, hominem ſuæ gentis in ægritudine laborantem, non poſſe periculum mortis euadere, ſi ſacramentis eccleſiaſticis, *id eſt*, vnctione & euchariſtia, contigerit communicare. *Vnde hæc virgo, vix tandem coacta a parentibus, rogauit aduenire Presbyterum; & præuenta in confeſſione, participando ſacramento euchariſtiæ, periculum mortis euaſit. Porro ſacerdos eandem communicandam aqua* cum cocleari *potando, paruam hoſtiæ portionem* ex eius ore neſcius *eduxit. Aqua cum* cratere & cocleari *reponitur; iterum* ſitienti miniſtranda *producitur, & ſtupendo modo rubricata reperitur. Sacerdos ad hæc vocatus obſtupuit, & puniri timens, vetuit propalare. Sed res latere non potuit Præſuli Moguntino* Conrado, *tunc Erffordiæ exiſtenti. Qui deluſionem veritus non facile credidit; vnde inquiſitores mittit, qui diligentiſſime rem geſtam ſciſcitantes, vt dictum fuerat, inuenerunt. Porro ſacratiſſimo eodem Erffordiam allato myſterio occurſum eſt ab Archipræſule* Moguntino Domino Conrado, *qui apud ſe cum ſanioribus deliberans, ne quid nouum aut inſolitum oriretur, in eccleſia orationi & ieiuniis dans operam, poſtulationes cum gratiarum actionibus fieri inſtituit, illud obtinere deſiderans, vt ſi ea forent corporis & ſanguinis vera* CHRISTI *myſteria, aliquod euidens indicium oſtenderetur. Vt ſcilicet infra miſſarum ſollennia, aliam quamlibet a rubricata ſuperficie eadem ſacramenta conuerſionem induerent, ad perfectæ fidei conſtantiam, ſpei robur, & charitatis firmitudinem, quod & factum eſt.* Nam conſecrante ſacramenta Pontifice, *omnibusque in oratione & lachrymis conſiſtentibus, eadem ſacramenta rubei coloris formam exuentia, quadam mirifica alteratione ſui, quaſi vinum ſubnigrum comparuerunt, & omnem dubietatem erroremque, qui prius naſci potuit, patentiſſime euacuarunt. Hunc ergo diem ſequentem Annunciationem Dominicam iam dictus Pontifex celebrari conſtituit, ac totum ciuitatis clerum cum crucibus & ſequente populo coadunari ibidem præcepit. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis, milleſimo centeſimo nonageſimo primo, Henrici Imperatoris anno primo.*

Erfordiæ in prodigium quoddã ſolerter inquirit.

Germaniam repetit.

1) Ipſe ſcilicet Conradus anno poſtero, qui Chriſti naſcentis MCXCI fuit, Germaniam repetiit. Extant enim tabulæ, quibus eodem hoc anno D. Victoris fratribus decimas Sodenleenſes vindicauit iuxta muniuitque. Protraxi eas, dedique in *D. Victoris* chronico.

Cœnobium Conradisdorf ſtabilit

2) Cœnobii quoque *Conradisdorf* ſtatum, fortunasque rite confirmauit, quin ipſe decimis noualium in tractu parochialis Glauburgenſis auxit. Tradebat id tum B. Martino conditoris filius *Hartmannus*, Dynaſta Büdingenſis. Litteras hac fini editas leges in codice Diplomatico.

3) Erfurti denique hoc anno fuit, ſi ſequaris, quæ auctor hoc § e *Breuiario* Collegiatæ, quæ ibi B. M. V. ſacra eſt, attulit.

ab Henrico priuilegium impetrat.

4) Sequenti MCXCII Vormatiæ in Comitiis Henrico ſollemni obſequio affuit, honeſtiſſimumque Archiepiſcopatui Moguntino priuilegium ab eo IV Kalend. Septembr. impetrauit.

Edit. I pag.

trauit; quod cum doceat, permiſſum tum fuiſſe, vt Miniſteriales Imperii & Archiepiſcopatus Moguntini libere, liciteque inter ſe contrahere poſſint matrimonia, hoc minus a re alienum putaui, in codice Diplomatico id legendum dare.

Petrinis Erfurtenſibus beneficium quoddam ſtabilit.

5) Vormatia venit Erfordiam, ac piam *Ervvini*, Comitis de Thunna, erga cœnobium S. Petri voluntatem tabulis III Id. Nouembr. ibidem confectis, vt l. d. videre eſt, ratum habuit.

ordinationi Colonienſis intereſt.

6) Proximo (MCXCIII) non vno ſe continuit loco. Cum enim per id temporis Adolfus Colonienſium Archiepiſcopus ab Hermanno Monaſterienſi ſollemnibus inauguraretur cæremoniis, ſacratiſſimæ illæ functioni adſtitit. Quod *Godefridus* memoratu dignum cenſens, his ad an. MCXCIII p. 359 complexus verbis eſt: *Ordinatus eſt idem Adolfus ſabbato* Sitientes *in Presbyterum, & ſequenti die,* Iudica me, *in Archiepiſcopum conſecratus ab Hermanno Monaſterienſi Epiſcopo, præſentibus* Conrado *Moguntino Archiepiſcopo & Mindenſi Epiſcopo.*

Erfurti Abbati Petrino vſum infulæ concedit.

7) Poſt ſuos rurſum inuiſit Erfurtenſes, ac Diethmaro Abbati, quod religioſam in cœnobio diſciplinam accurate ſeruaſſet, Legati Pontificii, qua fungebatur, auctoritate, infulæ priuilegium, litteris ſollemniter editis ac ſuo loco prolatis, indulſit. Quæ beneuolentia quum Petrenſibus inſigni eſſet honori, viſum, eam poſterorum memoriæ in loco tradere publico. Conradum ſcilicet in vetuſtiſſimo cœnobii ſacello, quod *Corporis Chriſti* nuncupatur, pontificalibus indutum depingi curarunt, addita hac ἐπιγραφῇ; *Ego cernens timorem Dei eſſe in hoc loco, infulam per ſolemnitates Abbatibus eorum indulſi, & confraternitatem mihi & meis ſucceſſoribus dari apud eos rogaui. Anno MCLXXXXIII.*

cœnobium Ilfeldenſe confirmat.

8) Eodem fere tractu monaſterium in Hercynia *Ilfeldenſe*, Comitis Eilgeri opus, alumnis Præmonſtratenſi diſciplina imbutis, queis id conditor vna cum dote tradiderat, dato pontificia dignitate diplomate ſtabiliuit. Duobus id locis dedit *Leuckfeldius*, primum antiquitat. Walckenriedenſ. parte I cap. XIII p. 213, dein antiquitat. Ilfeldenſium cap. VIII § III p. 55 & ſeq. quibus id quæras.

Canonicorũ Aſchaffenb. conſtitutioni robur addit.

9) Tandem nouo Canonicorum ad D. Petri & Alexandri, quæ Aſchaffenburgi eſt, inſtituto ſuis litteris robur conciliare haud dubitauit, ne quid, quod ad decorem, ſplendoremque ſacrorum facere videretur, intermitteret. Rem ipſam vt hoc melius cognoſcas, locum iis reliqui in codice Diplomatico.

rurſus cum Landgrauio contendit.

10) Hæc inter denuo cum Landgrauio contendere cœpit. Anno certe ſequenti MCXCIV cum eo ferrum ac manus conferens, ancipiti Marte rem geſſit. *Godefridus* id ad annum hunc prodit p. 359, his vſus verbis: *Epiſcopus Mogontienſis cum Landgrauio euentu vario confligit.*

Cæſaris conſilius de Imperio domui ſuæ ſtabiliẽdo refragatur.

11) Hæc, aliaque dum fiebant, Henricus domui ſuæ hereditariam in Imperio ſucceſſionem animo, conſilioque deſtinabat, multis Principum in ſuam ſententiam iam pertractis. Conf. præter alios *Gundlingius* faſciculo XVII Gundlingianor. obſeruatione II § XX p. 169. Enimuero Conradus Pontifici id quam maxime inuiſum, reipublicæ vero Germanicæ hoc minus vtile futurum ratus, iuxta cum Saxonibus refragatus eſt, ac id genus conſiliis occurrit. *Chronographus Halberſtadenſis* p. 138; *Conradus, Moguntinus Archiepiſcopus, cum Principibus Saxoniæ conſpirauerat aduerſus Henricum VI, quia idem petierat ab eiſdem, vt ſucceſſio Imperii ad heredes tranſiret.* Conf. *Struuius* ſyntagmat. hiſtor. German. diſſertatione XVIII § X p. 588 & ſeq. *Pfeffingerus* ad Vitriarii I. P. lib. I tit. II § VIII p. 66.

Gardolfum Halberſtadenſem ordinat.

12) Henrico, his perceptis a rogatione deſiſtente, ipſe Gardolfo Halberſtadenſi (qui, nuntio capto, rem omnem Imperatori detexerat) rurſum amicus factus, ei, Henrico, multiſque Principum ac Nobilium præſentibus ac applaudentibus, ſollemnibus cæremoniis adhibitis conſecrationis munus impertiit. *Chronographus Halberſtadenſis* l. d.

III Apud Moguntinos vero, *terra*, inquit *Chriſtianus*, *quieuit a præliis. Iam ſperabat eccleſia Maguntinenſis poſt tot calamitates, miſerias, preſſuras, iacturas, ærumnas, fletus, vulnera, & dolores, ad ſtatum reſurgere potiorem, & paſtoris proprii protectione & præſentia conſolari. Sed adhuc diuina hoc vltio non admiſit.* Et narrato bibliothecæ incendio, quod poſitum lib. I cap. XXXV pergit: *Venerabilis Pontifex Dominus Conradus nouam monaſterii fabricam inchoauit, ſed non conſummauit. In his omnibus nec clerus a ſuis ſe laſciuiis temperauit, nec laici a ſua malitia reſpirarunt. Poſt paucos annos ventus veniens ab occidente pinnaculum templi deiecit (erat autem ligneum) & ſuper ciborium antiquum collocauit. Cum tanto autem impetu in ipſam ſtructuram ventus irruit occidentalis, vt quaſdam trabes in Rhenum mitteret, quaſ-*
328 *dam vltra Rhenum ad miliare, iuxta villam, quæ Hochheim dicitur, in aere deportaret. Certiſſimum autem a multis affirmabatur, quod non ventus, ſed diabolus hoc feciſſet. Erant autem trabes quernæ, & abiegnæ quantitatis illius, quæ in torcularibus ſolet eſſe. Ego memor ſum iſtud vltimum accidiſſe.* Ita *Chriſtianus II* Archiepiſcopus.

nouam ædis D. Martini fabricam inchoat.

IV Sub annum vero MCXCVII, cum a Cæleſtino Pontifice, vt contra Saracenos in terram ſanctam ſuſciperet expeditionem, moneretur idem Henricus,

& ipſe per ſeipſum eo proficiſci aut non poſſet, aut nollet; deſtinauit illuc magnis cum copiis, Conradum hunc noſtrum *, Conradum Herbipolenſem, Cancellarium ſuum, Henricum Saxoniæ Ducem, Leopoldum Ducem Auſtriæ, Hermannum Thuringiæ Landgrauium, aliosque complures Epiſcopos & Principes, prout refert *Vrſpergenſis*. *In eo itinere*, ait *Bruſchius*, *Leonem Armeniæ Regem coronauit Conradus, ex mandato Henrici ſexti: quemadmodum Conradus Herbipolenſis Antiſtes Amalaricum* (Americum vocat *Vrſpergenſis*) *Regem Cypri* †.

cruce ſignatur.

* 1) Imino, cum ſub hæc tempora plures ad belli ſacri decus a Pontificis Legato Vormatiæ anno MCXCVI inflammati, crucem ſuſciperent, & ipſe vna cum aliis pro Chriſto militandi exarſit cupidine, cruceque ſollemniter ſignatus eſt.

Erfurti monaſterium Noui operis inſtituit.

2) Circa eundem alioquin annum Erfurti monaſterium, quod hodie *Noui operis* vocant, pro ſanctimonialibus canonum S. Auguſtini inſtituit. Vid. *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § XV p. 42, apud quem tamen pro anno MCLXXXVIII legas oportet MCXCVI.

Moguntiæ eccl. ad gradus manſos quoſdā firmat

3) Anno ſequenti, priusquam in Palæſtinam abiret, eccleſiæ B. M. V. quæ Moguntiæ ad gradus eſt, IV manſos in diſtrictu Offenheimenſi, eidem a Dudone Camerario, ſacræ ſocio militiæ, in animi pœnitentis ſignum reſtitutos, dato diplomate corroborauit, vt in *chronico Mariano* dictum.

Iter ſacrum ingreditur.

4) Dein vero iter ſacrum ingreſſus eſt, non tam iuſſu Cæſaris, quam ſua ſponte. Legi hic merentur *Otho Sanblaſianus* cap. XLII p. 220, *Robertus* Abbas Montenſis p. 678, *Godefridus* p. 362, auctor *chron. Auſtralis* ad an. MCXCVI & MCXCVII p. 449.

Regem Armeniæ coronat.

† 5) Quod hoc in itinere Armeniæ Regem diademate cinxerit Conradus, illumque cum Principe Antiochiæ redegerit in concordiam, *Arnoldus Lubecenſis* dudum ante Bruſchium lib. V cap. V p. 710 memorauit. *Moguntinus*, ait, *tunc aberat, in Armenia conſtitutus pro coronando Rege eiusdem terræ, ad quod tamen negotium Cancellarius deputatus fuerat, qui, vt dictum eſt, in Cypro ſimilia perpetrauerat. Sed cum eſſet apud Baruch, viſum eſt Principibus, vt remanente Cancellario Moguntinus vicem eius ſuppleret, & ipſum Regem diademate impoſito ad titulum Romani Imperii coronaret —— Moguntinus igitur, vt diximus, glorioſe expleto hoc negotio ipſum Regem Armeniæ & Principem Antiochiæ ad pacis concordiam reuocauit.*

V Poſt eiuſdem vero Imperatoris Henrici mortem, quæ an. MCXCVIII contigit, Moguntiam rediit Archiepiſcopus. *Ecce*, inquit *Chriſtiani* narratio, *aduenit deſideratus: & terram inuenit prædis & incendiis conturbatam: ſtudebatque omni deſiderio, pacem terris, & quietem prouinciæ reformare. Et vtique hoc feciſſet, ſi mortis debitum non ſoluiſſet.* Ortum autem ducebant iſtæ calamitates e duorum ad Imperatoriam dignitatem contendentium, Philippi, qui Friderici I filius, & Ottonis IV, qui Saxoniæ Dux, factionibus ac diſſidiis. Ambos elegerant diuerſi. Hunc vero Aquiſgrani coronarat Adolphus Colonienſis, & Romæ poſtea Innocentius III. Noſter vero Conradus cum ex vltramarinis rediiſſet partibus, *callide*, inquit *Vrſpergenſis*, *propter timorem Domini Papæ ſe geſſit in hoc facto: latenter tamen aduerſatus Philippo potius, quam fauens. Timebat enim eum.*

Itinere peracto

1) Pedem domum referens, comperit Germaniam bello miſere diſtractam ciuili. Primum igitur in Italia nonnihil moræ traxit: conſilio dein capto, iter proſecutus Moguntiam

venit Moguntiam.

peruenit. Iſtud quidem *Godefridus* nobis narrat, & ad an. MCXCVIII p. 365 ait: *Moguntinus quoque Archiepiſcopus rediens, in Italia moram facit; audiens diſcordiam, quæ in regno orta fuerat, inter Philippum & Othonem.* Hoc, *Chriſtianus* l. d. ſect. II § VI n. 5 p. 120, vt auctor iam indicauit.

Anticæſares in concordiam redigere nititur.

2) Vt in concordiam reduceret Philippum atque Othonem, curæ ſibi habuit, omnique allaborauit modo. Et eo quidem tendit, vt ſi voluntariam abdicationem æmulorum neutri perſuaſiſſet, at certe pacem in quinquennium ſanciret; ratus, multa interim accidere poſſe, odiis vel finem impoſitura, vel modum. Dignus eſt, quem hic rurſum audiamus, *Godefridus Monachus* ad annum MCXCIX p. 366; *Eodem anno deſcendit Conradus Moguntinus Archiepiſcopus ab Italia, & cum eo Bonifacius Marchio de Monte ferreo, vt diſcordiam, quæ in regno orta fuerat ex electione Othonis & Ducis Philippi ſedarent: & ſi nequirent iſtud efficere, vt alteruter eorum ceſſaret, ex conſilio Principum per quinquennium pax firmaretur, & hoc elaboraretur, vt alter cederet.*

Conuentum rei huius gratia indicit.

3) Hoc fine conuentum indixit, in Rheni inferioris tractu habendum, pacificatoris inter eos partes acturus. *Otho* epiſt. XX ad Innocentium: *Ad hoc etiam Moguntinenſem Archiepiſcopum elaboraſſe, noſtrosque conſenſiſſe iuxta admonitionem veſtram, vt colloquium eſſe debeat inter Andernacum & Confluentiam in proxima ſexta feria poſt feſtum Iacobi Apoſtoli, veſtram nolumus latere pietatem: in quo debent conuenire, ſecundum quod inter eos condictum eſt, ex parte noſtra Colonienſis Archiepiſcopus, Monaſterienſis Epiſcopus, Leodienſis Electus, Traiectenſis Epiſcopus, Paderbornenſis Epiſcopus, Abbas Corbeienſis, Dux Brabantiæ & Comes Flandriæ:*

ex

E.Kr. I pag.

ex parte vero Ducis Sueuiæ, Salzburgenſis Archiepiſcopus, Epiſcopus Friſingenſis, Epiſcopus Baſilienſis, Argentinenſis Epiſcopus, Treuirenſis Archiepiſcopus, Dux Meraniæ, Marchio Conradus de Landisberc, B. Dux Caringia, & ipſe Moguntinus, tanquam mediator, qui huic rei hactenus ſollicitudinem, quam potuit, impendit. Qui Principes finaliter de facto Imperii in eo colloquio tractare debent, & præſentibus diſſidiis omnino finem imponere, & quod a maiori parte ipſorum de corona Romani Imperii ſtatutum fuerit, hoc ab ipſis, cæterisque Alemanniæ Principibus inuiolabiliter volunt obſeruari. Notato ſimul euentu *Godefridus* l. d. p. 368; *Sed quid intenderint, vel quid contulerint, cum Philippo, licet non innotuerit, Rex Otho inuitatus a Marchione, ut Bopardiam veniret, renuit, quoniam quidem dedecoroſum arbitratus eſt, ſi ullo pacto regno cederet, cum legitime in Regem conſecratus eſſet. Conradus etiam Epiſcopus Coloniam veniens, cum Epiſcopo Colonienſi & Burgenſibus colloquium ſuper hoc habuit, ſed infecto negotio rediit.*

4) Spei irritus, in Hungariam deſcendit, periclitaturus, an ſaltem domi conſilia foris collocarentur rectius. Emericus enim, vt bene auctor obſeruauit, & Andreas, Belæ III filii, de regno contendebant. Vid. *Godefridus* ad an. MCXCIX p. 366, & e recentioribus *Brunnerus* annal. Boicorum parte III lib. III p. 553, *Adlzreitterus* annal. Boicor. parte I lib. XXIII § XVII p. 614. *Trithemius* hic alia, tametſi haud recta, incedit via, & vult, ſtatim illum ex Italia, Pontificis voluntate, in Hungariam abiiſſe, ne ſe turbis Germaniæ inuolueret, parte I chron. Hirſaug. p. 497. *In Hungariam deſcendit.*

5) Qualicunque pace inter fratres ſancita, ſollemnibus, quibus tum Leopoldus IV, Auſtriæ Dux, militiæ accepit honores, interfuit. Quod cum alii præterierint, in litteras miſit auctor *chron. Auſtralis* ad an. MCC p. 449; *Leopoldus Dux Auſtriæ & Styriæ gladio accingitur, præſente Conrado Moguntienſi, Eberhardo Salzburgenſi.* *Leopoldo Auſtriæ adeſt.*

VI *Sed hic Conradus in breui vitam finiuit*, anno ſcilicet MCC, vti diſerte notat in narratione ſua *Chriſtianus*, & meus *MS.* minor. In quintum poſt annum, qui fuit MCCV, confert mortem hanc *Bruſchius*, & ei manuſcripta, quæ in Sigfrido tertio citabitur, epiſtola videtur fauere. Sed repugnat, vt dixi, *Chriſtianus* & *MS.* ipſeque etiam modo allatus *Vrſpergenſis*, cum ait, in breui Conradum vitam finiiſſe. Neque enim hoc ad Philippum ipſum, qui non niſi anno MCCVIII ab Ottone Palatino de *Witilſpach* occiſus fuit, referri poteſt. Et ex Hungarica, quam adiicit *Bruſchius*, legatione duci etiam poteſt argumentum. Miſſus, ait, ab Imperatore Conradus in Hungariam ad pacandos, & in gratiam reducendos Reges Hungariæ, fratres, qui capitali odio inter ſe diſſidebant, obiit in reditu Pataui in Bauaria in vigilia Simonis & Iudæ anno Chriſti MCCV, cum præfuiſſet intra & extra Moguntiam annis XXXVIII. Sed quinam iſti diſſidentes fratres, Hungariæ Reges, quibus reconciliandis operam dederit Conradus? Non ſane Belæ, qui corpore cæcus, mente oculatiſſimus, filii, Stephanus & Ladiſlaus. Horum enim diſſenſiones poſt Domini annum MCLXVIII cœptæ, intra quinquennium per diſſentientium interitus finitæ, vt ex *Bonfinio* decadis II lib. VI patet; cum ſuæ ſcilicet nondum ſedi reſtitutus eſſet Conradus. Fuere igitur Belæ tertii filii, Emericus & Andreas, quorum ille, poſteaquam hoſtiles ſibi reiunxiſſet animos, deceſſit anno MCC, iſte vero anno MCCI regnum capeſſiit, vt ex eodem *Bonfinio* decadis eiuſdem
829 lib. VII perſpicuum; in quo licet Conradi noſtri mentio fiat nulla, tempus tamen & ipſius reditus, &, in reditu, mortis apte ſatis conſonat *. Vnde *MS.* ſic: *Anno MCC Conradus Archiepiſcopus Moguntinus, concordia inter Reges Hungariæ facta, cum ab Hungaria reuerteretur, in partibus Auſtriæ, in territorio Patauienſi carnis debitum ſoluit, in vigilia Simonis & Iudæ. Cuius cadauer, celebratis defuncti exequiis, Wolfkerus eiuſdem loci Epiſcopus ad Moguntiam honorifice deuexit: ibique ſepelitur, vt deſiderauerat.*

Moritur.

* 1) Bene hæc auctor contra Bruſchium. Conſentiunt ſcriptores alii, fide digni. *Godefridus* certe ad an. MCC p. 366; *Moguntinus pace reformata inter fratres, regreſſus in partes Auſtriæ, in territorio Patauienſi carnis debitum ſoluit. Epiſcopus autem VVolferus prædictæ ciuitatis iam defunctum ſuſcepit, & exſequias celebrauit, & corpus cum magno comitatu Moguntiam deuexit.* Nec aliter *Trithemius* l. d. *Sifridus Presbyter* lib. II p. 694, *Albertus Stadenſis* p. 298, auctor *chron. Auſtralis* p. 449, *Auguſtenſis* itidem p. 516 generatim tantum an. MCC morte interceptum dicunt.

2) Paucis ante obitum diebus impendentia eccleſiæ Moguntinenſi mala ſomnians ante ſenſiſſe dicitur. Sic enim *chronicon Montis ſereni* p. m. 56; *Conradus Moguntienſis Archiepiſcopus de peregrinatione transmarina rediens, non biennio ſuperuixit. Qui dum ante paucos obitus ſui dies languens ad menſam comeſturus conſediſſet, paululum obdormiens & in extaſi factus, repente turbatis vocibus exclamauit:* „Indignum eſſe, vt Dominus„ *eccleſiæ Moguntinæ infortunium præſentit.*

Sifridus de Eppinſtein tales iniurias præſumeret irrogare „. *Cumque querelas iteraret, & circumſtantes de qualitate iniuriarum eum interrogarent, manum ad ſinum reducens,* „ nunquid, *ait*, non „ videtis, quam dedecoroſa profuſione veſtem meam contaminauerit „? *Qui ſtatim ad ſe rediens, futuri ſchiſmatis maculam eccleſiæ ſuæ per ipſum inferendam, ſignificari prædixit. Mortuo denique ipſo Luppoldus VVormatienſis Epiſcopus pro eo eligitur: ſed quia Philippo Regi fauebat, cui ſummus Pontifex aduerſabatur, electionem eius Papa caſſauit, & prædictum Sifridum a tribus tantum electum, miſſo ei per nuntios ſuos pallio, conſecrari præcipit.*

quo die obierit.

3) Fatis autem, poſt tot exantlatos labores, conceſſit, vti iam dictum, a. d. VI Kalend. Nouembr. *Metzgerus* l. d. p. 414.

ſepelitur Moguntiæ.

4) Magno cum honore Moguntiæ in D. Martini æde (*eccleſia ſua*) ſepulcro illatum ſcribit *Conradus Philoſophus* l. d. Veriſimile autem videtur, ipſum in choro ferreo ædis maioris tumulatum. *Helvvichius* in notis ad *Chriſtiani* chron. ſect. II § VII p. 121. Sed pergit auctor, diſquiritque, quot ille annos, ſedi reſtitutus, gubernacula Archiepiſcopatus tenuerit.

quot annos ſecundum præfuerit.

Et hinc etiam apparet, poſtquam rediit ad ſedem ſuam Conradus, ſi quidem ſtatim, vt veri eſt ſimillimum, rediit, præfuiſſe adhuc annos XX, non autem ſolum XVII, vt ait *Bruſchius*: & vniuerſe, annos XL, non autem ſolum XXXVII, vt idem ſcripſit *Bruſchius*, ſi quidem interiectus Chriſtiani principatus includatur.

Enimuero, non XX annos ſummæ rerum præfuit, poſtquam ad ſedem rediit Moguntinam, ſed XVII tantum; ab anno ſcilicet LXXXIII, quo Chriſtianus ſpiritum in Italia poſuit, ad annum vſque MCC, vt ex dictis patet.

mœnia Moguntina iii inſtaurata.

VII Eo autem ipſo *anno MCC murus Moguntinæ ciuitatis reparatur*, inquit *Dodechinus* *, ſupra in eodem iſto Conrado citatus.

* p. 476. Idem innuit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCLXIII p. 449. Ad an. vero MCC p. 498 diſerte ait; *Hoc ipſo anno muri ciuitatis Moguntinæ, quos Fridericus I propter necem Arnoldi Archiepiſcopi quondam deiecerat, ſicut dictum eſt anno Mangoldi Abbatis VI, iubente Philippo reformantur.* Conf. huc, quæ dixi in *chron. Petrenſi* § XIV.

SIGEFRIDVS II & LVPOLDVS Antarchiepiſcopi.

SIGEFRIDVS II ſiue ſenior, primum.

I

Sifridus genere fuit Eppenſteinius.

FVIT Sigefridus *Baro ab Eppenſtain*, & S. PETRI eccleſiæ Moguntinæ, vt eſt in litteris Pontificiis, de quibus poſtea, & *maioris eccleſiæ Præpoſitus* *, vt ait *MS. minor*.

1) *Eppenſteiniis* ſe prognatum, ipſe prodit in tabulis anno MCCXI, VIII Id. Februar. editis. Cum enim inter teſtes ſanciendis iſtis adhibitos ad *Godefridum Eppenſteinium* veniſſet, diſerte dicit: *Godefridus* „ frater noſter „ *de Eppenſtein*.

Præpoſitus D. Petri.

2) Præpoſiti dignitatem ad *D. Petri* extra mœnia Moguntina illum geſſiſſe, quam apertiſſime conſtat. Qua vero ratione conſecutus eam ſit, in *catalogo Præpoſitorum*, quem *chronico Petrenſi* ſubiunxi, allatis Cæleſtini Papæ tabulis, quas huc conferre iuuabit, dictum.

non autem eccleſiæ maioris.

* 3) Maioris eccleſiæ Præpoſitum ſimul fuiſſe, erronea eſt opinio, tametſi ſint, quos ea teneat, *MS minor*, quem auctor citat, *Trithemius* chron. Hirſaugienſi ad an. MCC p. 498, *Helvvichius* elench. nobilitat. eccleſiæ Moguntinæ ſect. I p. 212, forſan etiam *Palatius* in Faſtis Cardinalium volumine I ſub Innocentio III n. 28 col. 405 *. Collegio enim principi ab anno iam MCXCV ad annum vſque MCCXIII Præpoſiti maioris titulo præfuit Conradus, vt in *Syllabo pleniori* ſect. I p. 272 & ſeq. oſtenſum.

* Sic enim ille: Sigefridus *Baro* ab Epenſtein, *Præpoſitus S. Petri maioris eccleſiæ Moguntinæ.*

Sifridus Presbyter, dum ad annum MCC p. 694 *Bingenſem* dicit *Præpoſitum*, corrigendus venit.

vt electus fuerit.

II Fuit a Capituli parte vna electus Bingæ. *Lupoldus* vero, qui Wormatienſis Epiſcopus iam erat, ab altera Capituli parte, & Philippo Rege poſtulatus. & modum explicat *Vrſpergenſis*, ſed ita vt parum ſapienter & Abbati conuenienter dicat non pauca. Ideoque res ipſa potius ex Innocentio III Pontifice in c. *Bonæ memoriæ*, X *de electione & electi poteſtate*, repetenda, vbi ſic: *Innocentius*

Edit. I pag. *nocentius III Canonicis Maguntinenſibus. Bonæ memoriæ Moguntino Archiepiſcopo viam vniuerſæ carnis ingreſſo, & quibuſdam petentibus Wormatienſem Epiſcopum, quibuſdam vero Archiepiſcopum veſtrum, tunc Præpoſitum Sancti Petri Moguntin. ſibi eligentibus in paſtorem, Præneſtino Epiſcopo a ſede Apoſtolica Legato dedimus in mandatis, vt ſi eundem Epiſcopum, quoad temporalia vel ſpiritualia recepiſſe conſtaret eccleſia Moguntina, vel miniſtraſſe in temporalibus, aut ſpiritualibus in eadem, poſtulationem factam de ipſo nuntiaret irritam;* & infra: *Deinde inquireret de ipſius electione Archiepiſcopi veritatem, & ſi ei de vi, quam ipſe & ſui metuebant, conſtaret (eo non obſtante, quod poſt appellationem ad nos interpoſitam fuerat in ipſius electione proceſſum, cum alii qui appellationi ad nos interpoſitæ, ne ſine ipſo ac ſociis eius haberent in electione proceſſum, non duxerint deferendum, vti contra ipſum hac exceptione non poſſent; quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: vnde nec ab eis poſſe obiici videbatur, quod idem eſſet a paucioribus ſecundum eorum aſſertionem electus, cum ipſi appellationem ad nos legitime interpoſitam contemnentes, & præter licentiam noſtram recipientes Epiſcopum memoratum, reddiderint ſe* 830 *indignos) electionem Archiepiſcopi confirmaret.* & infra: *Licet autem eſſent notiora, quæ contra dictum Wormacienſem Epiſcopum, & eius fautores fuerant obiecta, prædictus tamen Legatus, ad maiorem cautelam, multos teſtes recepit ex ipſius Archiepiſcopi parte productos: vnde ipſe iuxta mandati noſtri tenorem procedens, poſtulationem factam de Wormacienſibus caſſauit, & electionem Archiepiſcopi memorati (quamuis a pauciſſimis celebratam) curauit auctoritate Apoſtolica confirmare, ipſumque ordinauit in Presbyterum: & tandem in Archiepiſcopum conſecrauit.* & infra: *Contra Legati vero proceſſum hoc facere videbatur, quod non ciuitatis Wormacienſis Epiſcopo & eius fautoribus proceſſiſſet. Porro exceſſus notorius examinatione non indiget, & pro his, quæ a iudice ſunt acta, præſumitur, quod omnia rite fuerint celebrata, quamuis & quod citati non fuerint, non poſſet de facili comprobari, quia negantis factum, per rerum naturam nulla eſt directa probatio: cum etſi quilibet de ſe poſſet aſſerere, quod ad eum citatio minime perueniſſet, ſinguli tamen veſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares. Ad ipſum quoque Legatum (ſi voluiſſent) ſecure potuiſſent procuratorem idoneum deſtinare, ſicut nuntium deſtinarant.* & infra: *Nos igitur etſi propter auctoritatem iudiciariam præſumamus pro his, quæ acta ſunt a Legato, illi tamen plus innitimur rationi, quod aduerſarii Archiepiſcopi, ex tribus cauſſis prædictis, ſe vſque adeo reddiderunt indignos, quod contra eum non debebant audiri: vnde quod de ipſo factum fuerat, non poterat impediri per eos, quin etiamſi electores eiuſdem partis pariter deliquiſſent, vt ſe reddidiſſent indignos, ad nos deuoluta fuiſſet hac vice ordinatio eccleſiæ Moguntinenſis. Quare dictum Archiepiſcopum, ſine iuris iniuria, potuiſſemus eidem eccleſiæ præficere in paſtorem. Super his ergo, habito diligenti tractatu, caſſationem poſtulationis factæ de Wormacienſi Epiſcopo ratam habemus, electionem memorati Archiepiſcopi confirmantes.*

a minore ipſi. parte, 1) Electus nempe fuit a minore Collegii parte; a pauciſſimis, vt vel ipſe Pontifex *Innocentius* innuit; immo a tribus tantum. Audiamus modo (nil enim vetat) *Abbatem Vrſpergenſem*, ſcriptorem σύγχρονον, cetera vero apertum; *Rex*, inquit p. m. 236, *Philippus ad ciuitatem Moguntinenſem acceſſit, cupiens efficere, vt idoneus illi eccleſia præficeretur Epiſcopus, factumque eſt in ipſa electione, vt omnium vota conuenirent in Luipoldum, Vormatienſem tunc Epiſcopum, tribus tantum exceptis, qui accepta occaſione de præſentia Regis, allegabant, non poſſe liberam fieri electionem; potius, quia ſciebant, Papam contrarium eſſe Regi, appellantes exierunt de ciuitate. Electoque ab vniuerſis præfato Luipoldo, hi tres apud Bingen oppidum conſtituti, vnum ex ſe elegerunt, Sifridum videlicet, qui vſque hodie manet Epiſcopus. Nam Dominus Papa multis volens vti rationibus, caſſata electione omnium de Luipoldo, factam electionem, quæ nullo iure ſubſiſtere poterat, confirmauit. Sicut exprimit in ſua Decretali, quæ ſic incipit:* Bonæ memoriæ. *Vbi quoque exprimitur, qualiter pro iſto negotio & aliis Præneſtinus Epiſcopus venit Coloniam. Super hac electione fecit non iudicium, ſed iniuriam.* Ita ille. Conſentit *Chronographus Lauterbergenſis* p. m. 56.

2) Ceterum pollicitationibus atque donis rem actum fuiſſe, quum Conrado quærere- *nec ſine donis.* tur ſucceſſor, nec ipſe *Chriſtianus II* in chronico negat. Sic enim ſect. II § VII n. I p. 121; *Maguntinenſis Archiepiſcopus non eſt, & duo pro eo, quis eorum fiat maior, decertant. Ex vtraque parte amici & fautores promiſſionibus*

nibus & muneribus acquiruntur. Et turpe eſt dicere, ipſi Clerici electores ſimoniæ vitio maculantur, & multiplicantur mala ſuper terram, & ſcinditur eccleſia Moguntinenſium. Qui vni adhærent, cum eo recedunt; alii remanent cum altero. Edit. I pag.

III Pontificis igitur decreto fuit *Sigefridus* Archiepiſcopus: ſed Binga a Lupoldo expulſus, contulit ſe Coloniam ad Pontificis Legatum, Præneſtinum. Ibi tunc primum *Sigefridus* electus Moguntinus, in ſacerdotem, ac Archiepiſcopum eſt conſecratus per manus ipſius Cardinalis. Cuius mox literis commendatitiis Ottonisque Regis Sigfridus acceptis Romam progreditur, & ab Innocentio Papa III, accepto pallio, confirmatur in Archiepiſcopum.

Binga a Lupoldo expellitur.

1) Binga ſcilicet cum ſe contineret Sigefridus, a Lupoldo, acceptis a Philippo copiis, pulſus fuit. *Godefridus Monachus* ad h. a. p. 366; *Quod audiens Lupoldus, venit in manu valida, ex præcepto & fauore Philippi, & Sifridum & Electores eius exturbauit de Binga.* Nec aliter *Trithemius* l. d.

ab Othone adiutus

2) Binga fugatus, ad Regem Othonem ſe contulit, a quo non magna ſolum gratia acceptus fuit, ſed beneficia etiam atque commoda ab Imperio tribui ſolita clientelari iure accepit.

Bingam expugnat.

Accepto dein Othonis milite Bingam, obſidione admota, ſuam in poteſtatem redegit, Lupoldo vix per fugam elapſo. *Godefridus* l. d. ad an. MCC p. 366; *Cernens Sifridus & ſui, quod minus proficerent, ad Othonem Regem ſe cum ſuis contulit, a quo clementer ſuſceptus, regalia ſuſcipit, & cum exercitu eius, fretus eius autoritate & copiis, Bingæ regreditur, expugnato & fugato Lupoldo, multos ſuorum cepit, vix ipſo elapſo.* Idem dicit *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 498.

illum dein ſequitur & iuuat.

3) Dein Regem Othonem verſus ſuperiores Germaniæ partes progreſſum & opera iuuit & milite. *Godefridus* id itidem nobis indicat, & ad an. MCCI p. 367 ait; *Vsque VVircinburg peruenit* (Otho) *Epiſcopo Colonienſe, & Palatino Comite, Sifridoque cum ſuis complicibus auxilia præbentibus.*

Epiſcopus conſecratur,

4) Tum vero a Guidone, Epiſcopo Præneſtino, & confirmatus, & Coloniæ ritu conſecrationis ſollemni Epiſcopus inauguratus eſt. *Trithemius* l. d. memorat, & illo prior *Godefridus* l. d. p. 367, cuius hæc ſunt verba: *Cuius* (Præneſtini ſcilicet) *præſentiæ ſe Sifridus exhibens, ab eo in ſacerdotem & Epiſcopum conſecratur, & cum ipſius & Othonis Regis commendatitiis litteris Romam progreſſus, ab Innocentio Papa accepto pallio confirmatur.*

Romam it.

Othoni prouentus Thuringicos permittit.

5) Hæc inter autem omnes prouentus, quos eccleſia Moguntina in Thuringia habebat, Hermanni Landgrauii auxilio Othoni permiſit. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCIII p. 506.

Colonienſem iuſſu Pontificis excommunicat.

6) Poſthæc an. MCCIV, Pontificis mandato Vbiorum in fines deſcendit, quum Philippus, Boiemo fuſo, Landgrauio ad pacis leges adacto, quin & Adolfo Colonienſi ſuas in partes pertracto, Aquiſgrani conuentum egiſſet Principum, & nomine Regis depoſito, illorum, qui aderant, ſuffragiis denuo Rex deſignatus, regium cepiſſet diadema. Deſcendit autem, vt Adolfum, ſollemnium horum perpetratorum cauſſa, grauibus anathematis religionibus, noxisque inuolueret. *Godefridus* id prodit, ac ad h. a. p. 375 ait: *Vngitur & conſecratur* (Philippus) *Sifrido Moguntino & Cameracenſi Epiſcopo eisdem diebus cum litteris prope Coloniæ exiſtentibus, & pro hac iniuſta conſecratione excommunicationem ei intentantibus.*

IV Quoad tamen in viuis fuit Philippus Rex, Moguntinam ſedem tueri, eaque in vrbe manere haud potuit, ſed in Italiam, vt dixi, profectus, ſanctæ Sabinæ Cardinalis renuntiatus eſt. Anno autem MCCV, ait MS. minor, *Sigfridus Moguntinus, & Cameracenſis Archiepiſcopus ab Apoſtolica ſede Commiſſarii conſtituti Coloniam venerunt, & coram omni populo, in maiori eccleſia, Adolphum eiuſdem vrbis Archiepiſcopum ab Innocentio Papa excommunicatum eſſe (quod ſcilicet eo ipſo anno excommunicatum Philippum Aquiſgrani coronaſſet) publice denuntiauerunt; atque niſi intra menſem poſt hanc denuntiationem ſatisfacturus Romam ſe conferret, officio pontificali foret deponendus. Adolpho igitur ſua in pertinacia perſeuerante & cenſuras Apoſtolicas contemnente, prædicti Antiſtites Commiſſarii denuo Coloniam aduentantes, XIII Kal. Iulii, in maiori eccleſia, in præſentia Regis Ottonis, coram omni populo, prædictum Archiepiſcopum Adolphum ab officio pontificali deponunt* *.

& Archiepiſcopatu ſubmouet.

* 1) Vid. *Arnoldus Lubecenſis* lib. VII cap. III p. 727 *Godefridus Monachus* ad an. MCCV p. 375, *Trithemius* l. d.

Brunonem ſurrogatum ordinat.

2) Adolfo exautorato, mox quem vellent ſufficiendi poteſtatem Colonienſibus fecit. Brunonem, e Seynenſium Comitum proſapia, ſine mora electum, adſtantibus duobus Anglis Epiſcopis de Othonis familia, conſecrauit. *Godefridus* l. d. *Trithemius* l. d. ad an. MCCV p. 510, & MCCVII p. 511.

V Pergit idem MS. *Fuit igitur iſtis temporibus in omni terræ ciſrhenanæ regione maxima calamitas: præcipue tamen in Moguntina & Colonienſi prouinciis,* 831
tum ob Sigfridi Archiepiſcopi deponentis audaciam, tum ob Adolphi depoſiti reſiſtentiam. Et poſtea: *Anno MCCVI Sigfridus Moguntinus furori cedens Romam iuit, vbi per biennium (quo Lupoldus Wormacienſis Epiſcopus, Philippi*

lippi Regis potentia adiutus, ſedem Moguntinam occupauit) in eccleſia S. Sabinæ titulum Cardinalatus tenuit.

Romam denuo contendit, 1) Scilicet incenſo magis in ſe rebus iſtis Philippo, videns, ſua in diœceſi ſe extra ictum eſſe haud poſſe, vt melioribus ſeſe ſeruaret temporibus, in tutiorem ſe contulit locum, ac Romam rurſus iuit. *Godefridus Monachus* ad docet p. 378; *Siſridus Moguntinus, capto apud VVaſſenberg Brunone Archiepiſcopo, occulte de Colonia exiens, Romam ad Apoſtolicum ſe tranſtulit.* Addatur *Tritbemius* l. d. ad an. MCCVIII p. 514.

vbi creatur Cardinalis. 2) Romæ vero biennium egit exſul. *Godefridus* l. d. *Tritbemius* l. d. Ibidemque cum eſſet, ad Vaticani ſenatus purpuram euectus, & S. Sabinæ Epiſcopus creatus eſt. Quod cum auctores ſæpius laudati, *Godefridus* & *Tritbemius* locis citatis referant, *Mallinkrot* non intermiſit, Cardinalibus S. R. E. Germanis n. X p. 511 illum apponere.

certo modo reſtituitur. 3) Enimuero, cum de rebus Imperii tranquillandis anno MCCVII ab Hugolino Epiſcopo Hoſtienſi & Leone Antiſtite Veltrenſi, Legatis Pontificiis, ageretur, illius etiam non plane nulla habita fuit ratio: quin haud mediocris adhibita diligentia, vt quæ Pontificis partes ſunt, ſua in diœceſi per procuratorem adminiſtrare poſſet. *Tertio induxerunt illum* (Philippum) *ad hoc, quod ipſe accepit regalia, licet inuitus, a Luipoldo Moguntino intruſo, & idem intruſus ſpiritualia reſignauit in manibus Legatorum. Quarto, apud ipſum obtinuerunt cum difficultate non parua, vt promitteret, Siſridum Moguntinum Archiepiſcopum per procuratorem ſuum ſpiritualibus miniſtrare.* Verbis vtor, quæ in *Regiſtro Innocentii* epiſt. CXLII habentur.

LVPOLDVS Antarchiepiſcopus.

I

L*Vpoldus* (ait MS. minor) *in manu valida, fauore Philippi Regis veniens, Bingorum opidum cepit, & Sigfridum cum ſuis electoribus inde exturbauit. Excommunicato Philippo Regi, vtpote ſimilis ſimili* (ait *MS. minor* anno MCCIII) *adhæſit. Cum quo bellis omnibus perſonaliter interfuit, multaque mala in omni hac prouincia commiſit. Nam ſicut miles pugnauit, pauperes ſpoliauit, eccleſiis & monaſteriis minime pepercit. Cui cum milites dicerent:* Domine, non licet nobis eccleſias ſpoliare; *reſpondebat:* quando mortuorum oſſa tollitis, tunc eccleſias ſpoliatis. *Ob hæc, aliaque eius innumera ſcelera, quæ commiſit, ab Innocentio Papa tandem fuit excommunicatus, & a pontificatu depoſitus.*

perperam Diepoldus vocatur. 1) A nonnullis *Diepoldus* vocatur, quamuis male, vt vel ipſe fatetur *Tritbemius*, chron. Hirſaug. ad an. MCCXIII p. 515, alias ſimiliter *Diepoldi* eum efferens nomine.

Schönfeldiorum ortus proſapia, 2) Vetuſta, nobilique *Scheinfeldiorum* ſiue *Schönfeldiorum* proſapia natus fuit, opumque modo non vulgari clarus. Cœnobii certe Schonaugienſis poſſeſſiones, cum cathedram Vormatienſem inſcendiſſet, de patrimonii ſui bonis haud parum auxit. Vtrumque cognoſcere eſt ex litteris ipſius, anno MCXCVI & MCXCVIII datis, quas diplomatis Moguntinenſibus inſerui.

inſigni corporis fuit ſpecie, 3) Habitu, formaque erat ampliore, dignitate egregia, *inſigni cum corporis, tum animi robore præditus,* vt *Bruſchius* affirmat in catalogo Epiſcoporum Vormatienſium n. XXXIX.

& Præpoſitus ante Neohuſanus, 4) Ante vero, quam Epiſcopatus Vormatienſis admoueretur gubernaculis, Præpoſitus fuit Neohuſanus; vti ſane hoc titulo ſemel atque iterum in diplomatis cœnobio Schonaugienſi datis inter teſtes occurrit. Idem dicit *Monachus Kirſchgartenſis* cap. XXXVI p. 106. Præſul autem Vangionum factus eſt non anno MCXCVII, vt *Bruſchius* l. d. vult, ſed anno MCXCV. Tabulas enim, quibus Schönaugienſibus prædium Locheim partim contulit, partim firmauit, anno MCXCVI, VIII Id. Februar. datas, ſcriptas dicit anno Pontificatus ſui primo.

Philippi opera factus Archiepiſcopus, 5) Philippo adnitente anno MCCI ſedi Moguntinæ impoſitum fuiſſe, & paullo poſt Siſridum Antarchiepiſcopum Binga expuliſſe, mox vero & ipſum Binga fugatum, ex dictis patet.

conſiliis ei & ope præſto eſt. 6) Philippo Thuringiam anno MCCIII, vt Hermannum Landgrauium, Othonis partes amplexum, in ordinem redigeret, ingreſſuro, & manus commodauit & copias. *Philippus*, inquit *Arnoldus Lubecenſis* lib. VI c. V p. 713, *cum manu graui*, „Lippoldo Moguntino auxilium ferente,„ *& aliis multis copiis Thuringiam inuadit.* Adhæc Erfordiam illi aperuit, vt tam ex ea laceſſere hoſtem, quam eludere poſſet. *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § XVI p. 43.

diras incurrit Pontificis 7) His rebus factum, vt diras incurreret Pontificis, & ab eo anno ſequenti exauctoraretur. Quod cum vberius aliquando *Tritbemius* exequatur, e re erit, loquentem audire. Sic autem is ad an. MCCIV p. 507; *Anno Marquardi Abbatis VIII, cum* Lupoldus, *ſiue vt alii volunt*, Diepoldus, *eccleſiæ Vormatienſis Epiſcopus, qui ſe, vt ſupra diximus, contra Sigfridum pro Archiepiſcopo Moguntino geſſit, Philippo Regi excommunicato pertinaciter adhærens, omnibus bellis intereſſet perſonaliter, manu ſua pugnaret vt miles, ſpoliaret monaſteria & eccleſias, opprimeretque ſine miſeratione pauperes, &*

plura in Deum & homines committeret mala, per litteras monebatur Papæ Innocentii a tam nefandis ſceleribus deſiſtere, & mandatis Apoſtolicis, vt decebat Epiſcopum, humiliter obedire: quem monita ſalutis ſpernentem Papa tandem excommunicauit, & poſtremo per ſententiam depoſuit.

interea Ab-

8) Interea vero, dum Moguntini Archiepiſcopatus tenebat gubernacula, Abbatiæ etiam præfuit Laurishamenſi. Pro teſtimonio loquatur ipſe: — *reliquas vero duas* Gerhardus *puer* de * Schowenburg *a nobis, vtpote a Laurisſenſi Abbatia,* „cui dono Dei præſumus„, *in beneficio habeat.* Ita ipſe in diplomate, Schönaugienſium in gratiam an. MCCVI, XIV Kal. Mart. edito, vt in codice Diplomatico videre eſt.

batia etiam præfuit Laurisſenſi.

**al. Schaumburg, item Schoenburg.*

II Occiſo autem Philippo Rege anno MCCVIII ab Ottone Imperatore Moguntia eiectus, Wormacienſi Epiſcopatu etiam priuatus, in exilium miſſus eſt anno eodem, in eoque vſque ad annum MCCXII permanſit. Quique, *interuentu Friderici Regis,* vt ait MS minor, *Papæ Innocentio III reconciliatus, ad ſedem ſuam Wormaciam, permiſſione Papæ, reuerſus eſt, de qua dudum eiectus fuerat, excommunicatus a Papa, proſcriptus ab Ottone.* Mortuus autem eſt anno MCCXIV *.

a Philippo tandem deſtituitur.

1) Dum Philippi partes aduerſus Othonem ita, vt dictum, tutabatur, ſe ipſum perdidit. Quippe, vt hoc pronior conciliationis ineundæ via eſſet, oportuit ipſum an. MCCVII & rerum Moguntinenſium eccleſiaſticarum adminiſtratione decedere, & regalibus, vt loquuntur, ſiue beneficiis atque commodis, quæ, Archiepiſcopus factus, a Philippo fiduciario iure receperat. Non pigebit verba, quæ ſupra iam attuli, e *Regeſto Innocentii,* quantum huc faciunt, repetere. *Tertio induxerunt illum* (legati ſcilicet Pontificii Philippum) *ad hoc, quod ipſe accepit regalia, licet inuitus, a* Luipoldo Moguntino *intruſo, & idem intruſus ſpiritualia reſignauit in manibus Legatorum.*

eoque occiſo diœceſi expellitur & Imperio.

2) Philippo dein occiſo, diœceſi ipſe pulſus, quin totius Imperii finibus eiectus, alienis in terris iacuit ad annum vſque, quem auctor dixit, MCCXII, quo ſedi Vormatienſi reſtitutus eſt. Maioris lucis, firmitatisque cauſſa interloquatur ipſe; *Habito itaque ſuper hac ordinatione Domini Moguntini Sifridi Archiepiſcopi conſilio & deliberatione, qui eo tempore* („quia extra terminos noſtræ diœceſis, immo extra totius Imperii relegatus fueram„) *ordinationem a ſummo Pontifice in noſtro Epiſcopatu habebat* — & mox; *& ordinationem Domini Moguntini & factum dilecti Domini noſtri H. Præpoſiti, petitionis ſæpe dicta eccleſiæ, & diuinæ remunerationis intuitu, ratam & inconuulſam habui, & vt decuit, perfecte approbaui.* — *Acta ſunt hæc* „anno Domini MCCXII, IV Non. Decembr„.

Pontifici bellum infert.

3) Animo tamen inter hæc haud concidit, ſed collecta manu Italiam ingreſſus eſt, ac bellum Romano intulit Pontifici, vt *Cæſarius* § III ſequenti adductus diſerte memorat; quem *Monachus Kirſchgartenſis* l. d. ſecutus, ait; *Vnde & auxilio Philippi Regis fretus, collecto exercitu, profectus eſt in Italiam, ipſum Papam debellare.*

Sedi Vormatienſi reſtituitur.

4) Othonis in odium a Pontifice in gratiam receptum ac rurſus in ſede Wormatienſi collocatum fuiſſe, pluribus tum creditum. *Tritheimius* l. d. p. 515; *Hoc ipſo anno* Lupoldus, *quem nonnulli* Diepoldum *male ſcribunt, quondam Epiſcopus VVormatienſis, in odium Philippi Regis depoſitus, excommunicatus, & poſtea ab Othone proſcriptus eſt, anno Marquardi Abbatis VIII, Sifrido Archiepiſcopo Moguntino eccleſiam eius procurante, interuentu Regis Friderici, Papa Innocentio permittente, ad ſedem ſuam cunctis mirantibus reſtituitur: quod factum in odium Othonis, qui illum proſcripſerat, multis eo tempore viſum eſt.* Idem dicit *Monachus Kirſchgartenſis* l. d. Conf. *Cæſarius* § ſequenti.

quando obierit.

* 5) Obiit autem non anno MCCXIV, vt auctor dicit, ſed an. MCCXVII, vt præter *Bruſchium* l. d. *Tritheimius* l. d. p. 528 teſtatur. & quidem XVI Kal. Febr. vt *Monachus Kirſchgartenſis* l. d. p. 105 habet.

grauiter incuſatur a Cæſario.

III De cuius laudibus ita *Cæſarius* lib. II cap. IX; *In Wormacia ante paucos annos quidam Epiſcopus fuit nomine Lupoldus, ſolo quidem nomine Epiſcopus, opere autem tyrannus. Hic cum eſſet vaniſſimus, nihil in ſe habens pietatis, nil religioſitatis, dicebat ei quodam tempore germanus ſuus, vir nobilis;* Domine Epiſcope, multum ſcandali datis nobis laicis veſtro exemplo. Antequam eſſetis Epiſcopus, aliquid Deum timebatis, modo nil prorſus de illo curatis. *Cui ille reſpondit;* Frater, duo vicini erant, ex quibus vnus exemplo alterius peccauit; mortui ſunt ſimul, & deducti in infernum: cum eſſent in tormentis, vnus alteri dicebat; væ tibi, quia tuo exemplo prouocatus ad peccatum, merui hunc locum: cui alter; bone vicine, ſi placet tibi amplius ſedes mea, trade mihi illam, & ego tibi meam. Sic dico vobis, frater, quando venerimus ad inferos, ſi videbitur vobis ſedes mea honorabilior, aſcendite eam, & recipiam veſtram. *Reſpondit ille:* Mala conſolatio hæc. *Iſte Lupoldus ita diabolicus erat, vt tempore ſchiſmatis, quod erat inter duos Reges, Ottonem ſcilicet & Philippum, cum ſibi vſurpaſſet Epiſcopatum Moguntinenſem eiuſdem Philippi*

Edit. I pag. *Philippi auctoritate , & multis intereſſet bellis, non parceret eccleſiis , non cœmeteriis. Et cum milites ſui ei dicerent :* Domine, non licet nobis ſpoliare cœmeteria ; *reſpondit :* ſi oſſa mortuorum tollitis , tunc primum cœmeteria ſpoliatis. *Qui cum eſſet priuatus ab officio & beneficio ab Innocentio Papa, propter inuaſionem iam dicti Epiſcopatus , auxilio Philippi fretus , collecto exercitu , pro-*
832 *fectus eſt in Italiam , ipſum debellare ; quem etiam in diuerſis locis , quod dictu horribile eſt, ardentibus candelis excommunicauit. Poſtea vero , in odium Imperatoris Ottonis , officio & beneficio reſtitutus eſt. Vir iſte ſæpe & valde, vt iam dictum eſt , cecidit , neſcio vtrum ſurrexit in fine per contritionem : hoc ſcio , quod legatio , in qua hominem depoſuit , multæ diſſenſionis ſeminarium fuit.* Iſta *Cæſarius* , cui ex epitaphio , quod *MSL* refert , lucis aliquid accedit.

Bellicus Antiſtes pugnace coborte Lupoldus
Imbelli mouit bella cruenta Papæ.
Auxilio fretus Regis quandoque Philippi:
Qui lupus ante fuit , denique factus ouis.

IV *Poſt huius obitum* , ait *Trithemius* in Hirſaugienſi *, *Canonici Wormacienſes in Pontificem vnanimiter elegerunt Cunonem , Decanum maioris eccleſiæ Moguntinæ , virum bonum & honore Pontificatus dignum ; qui poſteaquam præfuiſſet diebus XX, morte ſublatus , in breui conſummatus eſt , & impleuit tempora multa , ne malitia mutaret intellectum eius.* *Quam habuerit ſucceſſorem?*

* Quod Cunonem ille habuerit ſucceſſorem, *Trithemius* in recognita chronici Hirſaugienſ. editione non habet ; quin p. 528 ſcribit: *Anno Eberhardi Abbatis II moritur* Lupoldus *Epiſcopus VVormatienſis* —— *poſt quem* Henricus, *Præpoſitus S. Cyriaci in Nuhuſen prope VVormatiam , filius Comitis de Saraponte, ſuccedens , præfuit annis XVIII.*

SIGEFRIDVS II ſecundum.

I

VBi iam Philippus Rex anno MCCVIII ab Conradi ſupra dicti Archiepiſcopi Moguntini fratre, Ottone, Rheni Palatino (qui a quibuſdam *Bertholdus* etiam vocatur) Bambergæ XI Kal. Iulii peremptus fuit; *mox eius omnes fautores animo nimis conſternati , ſpe ſecuritatis amiſſa , viribus defecerunt, & vel Ottonis Regis gratiæ conciliantur , vel ſuis e locis exterminantur. In primis igitur Otto Rex* Lupoldum *Epiſcopum excommunicatum, non ſolum Epiſcopatu Moguntino , quem inuaſerat , ſed etiam ſuo Wormacienſi priuauit, & Papa conſentiente turpiter in exilium proſcripſit. In quo quatuor annis omnibus odioſius pœnas dignas luit. Sigefridus* autem anno eodem, id eſt, exilii ſui anno * octauo, *Innocentio* (ait MS minor) *iubente , ad ſedem ſuam Moguntinam venit,* libenterque ac *honorifice* (vt ait *Bruſchius*) *a Moguntinis receptus* *, non Archiepiſcopatum modo ſuum , ſed Wormacienſem etiam Epiſcopatum rexit *fere* , quoad , Pontificis permiſſu , Friderici Regis deprecatione , Wormaciam ab exilio rediit Lupoldus †. *Sedi Moguntinæ reſtituitur.*

* l, 7

honorifice recipitur. * 1) *Cum gloria a Moguntinenſibus* receptum dicit *Godefridus* ad annum MCCVIII p. 378 , *cum honore magno ciuitatem* ingreſſum , *tam a populo , quam a clero cum lætitia* ſuſceptum *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 515.

Epiſcopatum Wormatienſem aliquandiu adminiſtrat. † 2) Quod, Lupoldo in exſilium acto, per quatuor annos Wormatienſis Epiſcopatus gubernacula , Pontificis iuſſu , tenuerit ipſe, *Lupoldus* iam dixit in diplomate ſupra n. 2 ad § II allato.

Walckenriedenſib. manſos quoſdam concedit. 3) Enimuero, eodem hoc , quo regimen eccleſiæ Moguntinenſis adiit , anno, monaſterio Walckenriedenſi octo manſos liberaliter conceſſit æque ac inſigni diplomate , quod apud *Lenckfeldium* antiquitat. Walckenried. parte I cap. XIX p. 403 legere eſt, firmauit.

4) Secuto, qui MCCIX erat, Othoni communibus tum ſuffragiis ad Imperiale culmen expetito , euecto , affuit in Comitiis Herbipolenſibus. *Aderant ibi* , ait *Arnoldus Lubecenſis* lib. VII cap. XIX p. 741, *legati Domini Apoſtolici* —— *cum maxima copia Prælatorum & Principum , Sacerdotum & Clericorum ; inter quos erat Archiepiſcopus Moguntinus Sigfridus.* *Comitiis intereſt.*

5) Appropinquante vero tempore autumnali, cum Ruſtenbergæ eſſet, multum præſidii ad ſecuritatem , fortunaſque cœnobii in Eichsfeldia Riſſenſteinenſis contulit. Fato ſuo functus fuerat , antequam propoſitum omne ad effectum deduxiſſet , qui id ſtatuerat , ac Ciſtercienſis familiæ alumnis, e clauſtro Vol- *Cœnobium Riſſenſtein firmat.*

ckolderode aduocatis tradiderat *Erneſtus* Comes *de Thunna.* Monachi ergo, vt Sifridus id, vna cum bonis, quæ inter hæc ſuo ſibi ære comparauerant, auctoritate ſtabiliret Archiepiſcopali, petebant. Fecit id non ſolum Sigefridus, verum etiam peculiaribus tam immunitatibus, quam priuilegiis id XI Kalend. Octobr. ornauit, vt in codice Diplomatico videre eſt. Sed redeundum ad auctorem, qui § ſequenti explicat, qua ratione intelligendum ſit, quod Sifridus vsque ad reditum Lupoldi Vormatienſem rexerit Epiſcopatum. Edit. I pag.

II Dixi autem *fere;* quia cum huius reditus acciderit anno MCCXII, vt ſupra dictum eſt, contigit anno MCCXI ab irato excommunicatoque Ottone ipſum Moguntia depelli, prout hiſce verbis narrat *MS* minor: *Ob hæc, aliaque crimina Imperator Otto excommunicatur, & ab Italia circa quadrageſimam rediit in Germaniam.* Sigfridus *autem Moguntinus Archiepiſcopus cum iuxta præceptum ſummi Pontificis Innocentii, per totam Alemanniam denuntiaret, Imperatorem excommunicatum, & ab imperio depoſitum eſſe, mox Henricus Palatinus Comes Rheni, frater Ottonis Imperatoris, Henricus Dux Brabantiæ, & alii multi Nobiles Ottoni fauentes, circa feſtum S. Michaelis totam prouinciam Moguntinam denuo rapina deuaſtant, & incendiis in mirum modum, nihil præter ciuitates & caſtra relinquentes intactum.* Sigefridus *igitur Archiepiſcopus hæc omnia propter obedientiam ſedis Apoſtolicæ ſufferens, cum nunquam ſua in patria poſſet tutus agere, ad Thuringiæ Landgrauium Herman-* 833
num confugiens, ibidem aliquandiu manſit.

Othoni aduerſatur.

1) Ottis ſcilicet poſtea Othonem inter ac Pontificem ſimultatibus, Legati Apoſtolici fungens munus, illum quibus potuit modis oppugnatum iuit. Acceptis enim Innocentii mandatis, anno MCCXI, cum Treuirenſi, Spirenſi, aliisque Principibus primum Confluentiæ in publico, quid facto opus eſſet, conſuluit. *Brovverus* lib. XV annal. Treuirenſ. § LXXXIII p. 109. Dein cum Rege Boiemiæ Ottocaro, Hermanno Landgrauio, aliisque nonnullis Principibus ac Dynaſtis Bambergæ de Friderico Siculo Othonis in locum eligendo egit. Luculentus teſtis *Godefridus Monachus* ad h. a. eſt.

de alio eligendo agit.

2) Quod MS. addit, paſſim illum denuntiaſſe, Othonem anathemati ſubditum, & titulis Imperatoriis indignum ab Pontifice iudicatum; quin, miſſis ad Archiepiſcopos ac Antiſtites per Germaniam litteris, vt idem facerent, præcepiſſe: ſibi vero, ſuæque diœceſi hoc ipſo magnam accerſiuiſſe calamitatem, idem ipſe *Godefridus* l. d. p. 380 & ſeq. confirmat. Verba eius ſunt: *Ipſo etiam anno Sifridus Mogontienſis Archiepiſcopus & Legatus a Papa conſtitutus, cum Herimanno Landgrauio, & Rege Boemiæ, & quibusdam Principibus & Nobilibus terræ apud Baninberg colloquium habuit, vbi Epiſcopum ipſius ciuitatis propter necem Philippi Regis reſtituerunt. Cauſſa etiam huius negotii fuit, vt ſecundum præceptum Papæ Othonem Imperatorem relinquerent, & Fridericum Regem Siciliæ, filium Henrici Imperatoris, eligerent. Sed cum plures aſſenſum non præberent, infecto negotio receſſerunt. Ibi etiam Sifridus Epiſcopus Othonem Imperatorem excommunicauit, & miſſis litteris ſuis ad omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos, vt ipſum facerent, auctoritate Apoſtolica præcepit. Vnde commotus Palatinus Rheni, frater Imperatoris, Henricus, cum Duce Brabantiæ & ceteris Nobilibus Lotharingiæ & ſuperiorum partium, totum Epiſcopatum Moguntinenſem circa feſtum S. Michaelis incendio & rapina vaſtauit, nihil præter ciuitates & caſtra intactum relinquens.* Conſ. quoque *Trithemius* l. d. *Meibomius* in apologia pro Othone, quæ habetur tomo III rer. Germanic. p. 143.

Othonem iuſſu Pontificis interdicto notat.

Fridericum Siculũ ſuſcipit.

III Anno tamen ſecuto MCCXII *Fridericus de ciuitate in ciuitatem progrediens ab omnibus vt Rex ſuſcipitur, & in breui tempore Romanum Imperium obtinuit. In feſto deinde S. Andreæ Apoſtoli, celebrem Principum curiam habuit Moguntiæ, præſentibus ibidem, Treuirorum, & Sigfrido Moguntino Archiepiſcopis, Herbipolenſi, Argentinenſi, Conſtantienſi, & Baſileenſi Epiſcopis, Rege Bohemiæ, Palatino Comite Rheni, & Lantgrauio Thuringiæ; vbi multi Principum Friderico fidelitatis præſtitere iuramentum.* Et tunc impetratus a Friderico Lupoldi Wormacienſis reditus, de quo ſupra.

Conſ. *Godefridus Monachus* l. d. p. 382. Friderico tum Sifridum coronam Imperialem primum impoſuiſſe, ſunt, qui velint. Conſ. *chronicon Auguſtenſe* ad annum MCCXIII p. 518, *Struuius* ſyntagmat. hiſtor. German. diſſertatione XX § III p. 633, *Spener* hiſtor. German. vniuerſalis parte I lib. VI cap. V § XIV p. 548.

Colonienſis excommunicat.

IV Pergit MS. Anno MCCXIII *Theodoricus Colonienſis Archiepiſcopus, Apoſtolicis mandatis inobediens, partes Ottonis execrati Regis manifeſte tuebatur, ob quod ſuæ diœceſi miram inuexit calamitatem. Contigit inter hæc, Ottonem Epiſcopum Monaſterienſem a quibuſdam Ottonis Imperatoris fautoribus Coloniæ capi, & ad Werdenam miſſum, vinculis mancipari. Quam ob rem*

Sige-

Sigefridus Moguntinus Antiſtes, Romani Pontificis Legatus, Colonienſes protinus excommunicauit, & diuinorum officiorum celebratione interdixit.

1) Sifridum Colonienſes anathematis tum vinculis illigaſſe, præter MS hunc *Godefridus Monachus* teſtatur ad h. a. p. 382; *Ciuitas a Sifrido ſedis Romanæ Legato excommunicatur, diuinaque officia in ecclesiis celebrari prohibentur.* Idem dicit *Trithemius* l. d. p. 523.

Eberbacenſibus bona quædā ſtabilit.

2) Ceterum ipſe eodem hoc anno & Eberbacenſibus & S. Albani alumnis beneuolum ſeſe exhibuit. Illi a Gerhardo, Comite Rienecceenſi, emerant, quæ in tractu Ingelheimenſi & Eſenheimenſi habuerat bona, agros, vineas, curtes. Vt emptio iſta robur haberet firmitatis, litteris eam a Sifrido conſignari petebant. Annuit is, ac VI Id. Maii rem omnem diplomate, quod in codice Diplomatico legi poteſt, complexus eſt. Hi inopia erant preſſi. Ei ſubueniendæ, iis in victus quotidiani augmentum, prouentus ſex parochialium XIII Kal. Iun. benefica attribuit voluntate; vt tabulis, quas in chronico *D. Albani* lib. I ſectione II ad vitam Abbatis Wolteradi exhibui, luculenter perſcriptum eſt.

Sancto-albanenſib. ſubuenit.

3) Iuano quoque, Abbati Sponheimenſi, in ædes cœnobii Iacobæi benedictionis impertiit munus. *Trithemius* in chron. Sponheim. ad h. a. p. 265, & ei anno ſequenti facultatem dedit, veſtes & ornamenta eccleſiaſtica in vſum monaſterii & eccleſiarum ei ſubditarum ſacrandi. *Id.* l. d.

Abbati Sponheimenſi bene precatur.

V Et poſtea: Anno MCCXIV *idem Theodoricus ab eodem Sigfrido Apoſtolico Legato Coloniæ in eccleſia maiore Epiſcopali deponitur officio.*

Colonienſem a ſacris repellit.

1) Fuſius paullo *Trithemius* chron. Hirſaug. l. d. p. 523; *Eodem anno Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, Theodericum, Colonienſem Archiepiſcopum, ex mandato Innocentii Papæ, creberrimis litteris & nuntiis monuit, quatenus Othonem excommunicatum deſereret, ac Friderico Regi electo & coronato canonice adhæreret. alioquin ſciret, ſe procul dubio pœnas & cenſuras eccleſiæ grauiſſimas incurſurum. Qui monita contemnens, ab eodem Archiepiſcopo excommunicatus eſt: & cum ſententiam anathematis in ſe latam parui penderet, poſtea mandato Innocentii Papæ III etiam ab Archiepiſcopali dignitate deponitur.*

Cœnobium Haynæ ſtabilit.

2) Anno ſubſequenti MCCXV, cœnobio, quod in Haſſia eſt, *Haynenſi* multum attulit cum præſidii, tum incrementi. Fuit id locus, quem *Boppo* Comes *de Reichenbach* & *Bertha* coniuges Ordini Ciſtercienſi cum bonis donarant contributis. Mons *Aulesburch* appellabatur ille. Hunc cum *Henricus* Comes Ziegenhainenſis, illorum nepos, poſt Ciſtercii, in ſollemni Abbatum Ordinis congregatione, Deo & glorioſæ Virgini Mariæ obtulerat, ab omni liberum exactione, Gozwinus, Abbas Altenbergenſis, dein fratribus miſſis excoluit. Idem vero *Henricus*, monitus Wilhelmi, loci Abbatis, mutatus in pœnitentiam (Fratres enim grauare cœperat) iisdem datis firmauit litteris, omni denuo renuntians aduocationi, ac denique hoc anno, cum Sifridus Frizlariæ ageret, B. Martini eum reuerenter commiſit patrocinio. Sifridus, vt acri erat, circumſpectoque ingenio, heredum conſenſu opus eſſe videns, miſit, qui *Berthæ*, Henrici coniugis, ac liberorum perciperent mentem. Cum illa, liberique in villa Mardorf aſſentiſſent, Henricus vero in caſtro Ziegenhain, præſentibus *VVickero* & *Henrico* filiis, cum rurſus D. Martini commendaſſet tutelæ, tum Sifridus rem omnem Wirzburgi, quo cum Abbate loci, Wilhelmo, ſe contulerat, IV Id. Iun. in frequenti Principum, Nobiliumque corona expoſuit, tabulisque, Cæſaris ipſius, tanquam teſtis, pluriumque vtriusque ordinis virorum illuſtrium teſtimonio firmatis, ſollemniter complexus eſt. Patebit id, ſi eas in codice Diplomatico euolueris. Ceterum conf. quæ in Henrico I ad § III attuli.

3) Poſt Cæſarem ad inferioris Rheni proſecutus tractum, Aquisgrani cum ipſis B. Iacobi feriis diademate cinxit, ac in ſede Caroli M. collocauit, vt nunc in auctore ſequitur.

VI Anno MCCXV *multi Principes Aquiſgrani collecti Fridericum in Regem Romanum per manus Sigfridi vnxerunt, eumque in ſede regali cum gaudio collocarunt, Ottone pæne ab omnibus deſerto*, vt habet idem MS.

Cæſarem Aquisgrani vngit.

1) Micro vero curatius, quem ſæpius iam aduocaui, *Godefridus Monachus* ad h. a. p. 383; *In ipſa etiam vigilia Fridericus Rex Siciliæ cum quibusdam Principibus & Nobilibus totius Lotharingiæ Aquisgranum veniens, ſequenti die, ſcilicet in feſto S. Iacobi, a Sifrido, Legato Apoſtolicæ ſedis, Colonia Archiepiſcopo non exiſtente, in Regem vngitur, & in Regali ſede collocatur.*

Crucem ſignatur.

2) Finitis hiſce ſollemnibus, Ioanne Xantenſi Canonico exhortante, crucis accepta teſſera, iuxta cum aliis pluribus, in ſacram expeditionem nomen dedit. Non tacuit id *Godefridus* l. d. p. 383; in litteras quoque miſit *Trithemius* chron. Sponheimenſ. ad h. a. p. 266, Hirſaugienſ. p. 524.

Cæſari adeſt Herbipoli.

3) Poſt Cæſari rurſum Herbipoli præſto fuit obſequio ſuo atque opera. Manifeſtum id fit diplomate, quod Fridericus Walckenriedenſibus ibi III Id. Septembr. dedit. Teſtibus enim tum adhibitis appoſitum videas. vid. *Leuckfeldius* antiquitat. Walckenriedenſ. parte I cap. XVIII p. 367.

Vtrum in Syriam conceſſerit.

4) Ceterum *Georgius Ioſephus Eggs* Purpuræ doctæ lib. I n. LXVI p. 136 & ſeq. tradit, tum ab Innocentio III Legatum in Syriam miſſum ad ferendum Chriſtianis auxilium; ac re ex voto geſta Patriarcham Hieroſolymitanum a Chriſtianis in oriente fuiſſe electum; quam dignitatem declinaturus Conſtantinopolin aufugerit; iuſſu tamen Pontificis repetiiſſe Syriam, ac eam admiſiſſe: biennio inde ibi

 exacto,

Edit. I pag.

exacto, Honorio III annuente, remeaſſe ad ſuam ſedem. *Pontifex*, inquit, *rerum edoctus, dilaudato Sigefridi pro eccleſia zelo, eundem Legatum, pro terra ſancta expeditione, cum ampliſſimo Apoſtolicæ poteſtatis diplomate, conſtituit; in quo omnibus vtriusque ſexus fidelibus contra Saracenos prece vel armis pugnantibus, aut quomodolibet rei chriſtianæ opem ferentibus, omnium criminum toto vitæ decurſu commiſſorum veniam (de quibus rite apud ſacerdotem confeſſi eſſent) pœnarumque relaxationem pleniſſime indulſit. Sigefridus tali inſignitus auctoritate, nulla facta mora cum quibusdam Nobilibus Germanis Venetias contendit, vbi claſſem bellico apparatu inſtructam, rectaque in Syriam ad ferendum fidelibus auxilium nauigantem conſcendit. Damiatam ſecundis velis deuectus, ibidem magna Chriſtianorum lætitia in litus exoneratur. Vbi conuocatas, adunatasque auxiliares fidelium copias ſedulo explorat, in ordines diſtinguit, animat, paratasque in prælium ire iubet: cumque eas hoſtibus & numero & viribus, & loci opportunitate ſuppares indicaſſet, acres in Saracenos excurſiones (vbi vbi poſſet) tentat, magno ſemper fidelium emolumento & hoſtium incommodo. Eapropter in rei bene geſtæ premium a Chriſtianis Patriarcha Hieroſolymitanus eligitur. quam dignitatem ille, neſcio qua cauſſa, humilitatis an patriæ amore ductus, recuſauit: vtque illam opportunius declinaret, clam e Syria, nullo in conſilium admiſſo arbitro, Conſtantinopolin migrans ſe ſubduxit. Res ad Pontificem per curſores delata, magnæ cauſſa offenſionis fuit: quod Legatus Apoſtolicus inſcio & inſalutato Pontifice Syriam, in magnum diſcrimen ſua abſentia adductam, deſeruerit. Iubetur ergo grauiſſimis litteris quamprimum eo reuerti, oblatamque a Chriſtianis Patriarchatus dignitatem admittere: ſuaque præſentia & ope fluctuantem Syriam conſolari. Sigefridus imperio Pontificis parendum ratus, relicta Conſtantinopoli, vbi delituerat, mox nauigat in Syriam; dignitatem tamen oblatam (facta alterius eligendi poteſtate) obfirmato animo recuſat. Biennio ibi traducto, rerum ſtrenue geſtarum clarus, annuente Honorio III, Innocentii ſucceſſore, remeauit in patriam ad ſuam ſedem.* Sed enim, Sifridum, tametſi crucis arripuerat teſſeram, in Syriam tum haud abiiſſe militatum, non eſt, quod pluribus demonſtrem. Cæſare enim ad bellum ſacrum tum temporis haud proficiſcente, & ipſum domi manſiſſe, ex iis, quæ in ſequentibus dicturus ſum, vltro patebit.

VII Anno MCCXVI vniuerſæ terræ viam ingreſſi ſunt Innocentius Pontifex, & Otto Imperator; ſed iſte quidem magna animi ſui pœnitudine, vt explicat in lib. II Apum cap. XXXIII *Thomas Cantipratenſis*: & cum excommunicationis abſolutione.

de morte Innocentii & Othonis, 1) Innocentius quidem hoc anno d. XVI Iulii viuis ereptus eſt; Otho vero biennio poſt demum. Vid. *Godefridus Monachus* ad h. a. p. 388, *Albericus* in chronico parte II p. 498 (quanquam perperam Brunſuici defunctum dicat) *Albertus Stadenſis* p. 301, apographum *tabulæ* Brunſuici in æde D. Blaſii ſuſpenſæ apud *Rethmeyerum* in adiunctis ad cap. VI partis I antiquitat. eccleſiaſticar. Brunſuicenſ. n. XV p. 89. Legi ceteroquin hic meretur *Sagittarius* in Origin. Brunſuico-Luneburg. § CXVIII & ſequent. vſque ad CXXIII p. 96 & ſeq.

cum Herbipolenſi componitur, 2) Sigefridus vero annum hunc dedit controuerſiæ, quæ ei cum Antiſtite Herbipolenſi de cœnobio *Cambergenſi* intercedebat, ac in neruum iam eruperat, componendæ. Vertebatur autem in eo lis, quod vterque illorum ius Abbatem conſecrandi ſibi vindicaret. Iudicatum vero fuit ab Hugone, Oſtienſi Antiſtite, quem Honorius Pontifex arbitrum eis dederat, & quidem ſecundum Herbipolenſem. Vid. *Friſeus* chronici Wirzburgenſis p. 549.

eccleſiæ Marianæ facultates auget. 3) Sacri alioquin ordinis hominibus cum bene cuperet, honeſtiſſimeque, anno poſtero, qui MCCXVII eluxit, Canonicorum B. M. V. ad gradus Moguntiæ facultates noua auxit acceſſione, eisque XV ſolidos Colonienſes, Lorichii quotannis præſtandos, & *duas carratas vini Hunici*, Vinicellæ præbendas, dato diplomate, quod in *chronico Mariano* § VIII legas, liberaliter addixit.

Eberbacenſibus inſulam quandam donat. 4) Sequenti MCCXVIII, VIII Idus Martias eccleſiæ Eberbacenſi inſulam iuxta Treyſe, petitu fratris ſui, *Godefridi Eppenſteinii*, & *Vlberti Schenckenſteinii*, libere donauit, teſtibus litteris, quas in codice Diplomatico expromſi legendas.

Norimbergæ Cæſari præſto eſt. 5) Dein cum Friderico ſubſtitit Norimbergæ, publicæ intentus rei. Teſtis enim loco adhibitum videas, cum is cœnobium ſanctimonialium *D. Virginis Mariæ*, quod feudum tunc vexilli, vulgo *Fahn-lehen* appellabatur, eccleſiæ Patauinæ iure concederet fiduciario. Vid. *Tolnerus* addit. ad Hiſtor. Palatin. p. 101, vbi diploma, quod Cæſar tum rei huius gratia confecit, ex Bruſchio & Cruſio affert.

Eccleſiæ Aſchaffenburgenſi priuilegiũ quoddam dat, 6) Singulari vero ſtudio rebus locorum ſacrorum augendis anno ſubſequenti MCCXIX ſeſe dedit. Primum enim IX die Martii Collegiatæ Aſchaffenburgenſi conceſſit, vt areæ cuidam, quam in bonis habebat, colonum imponeret, colonus vero *ab omni tallia ſeu collecta, vigilia, & qualibet oppidani iuris opera & impenſa penitus liber* eſſet ac *immunis*. Quod in codice Diplomatico in lucem protraxi, pro teſtimonio id loquitur, priuilegium.

Erbacenſibus rurſum inſulam quandam confert 7) Inde cœnobio Erbacenſi inſulam, Ingelheim inter ac Hattenheim ſitam, rogatu *VVerneri* de *Boland*, qui eam in ipſius reiecerat dominium, a. d. XIII Kalend. Maii & contulit, & dato diplomate, quod l. d. legere eſt, firmauit.

8) Parthenonem vero *D. Catharinæ* iuxta Crucenacum, de quo auctor § ſequenti, ſua corroborauit auctoritate.

VIII An-

Edit. I pag. † l. 18

Parthenon D. Catharinæ iuxta Crucenacū firmat.

VIII Anno MCCXIX, prout MS minor ait, *monaſterium ſanctæ Catharinæ iuxta Crucenacum conſtruitur, & dotatur, & Moguntiæ roboratur a Sigfrido* iuniore XVII Kal. Nouembris, anno Pontificatus eius †XIX, præſentibus Henrico maiore Præpoſito, Poppone Decano, Gotfrido Cuſtode, Chriſtiano Cuſtode, Abbatibus Diepoldo de Eppenbach *, Philippo de Ottenburg *, Hartvvino S. Diſibodi, ac Iuano de Spanheim.*

1) Paullo luculentius *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 530; *His quoque temporibus cœnobium monialium Ciſtercienſis Ordinis in valle S. Catharinæ virginis & martyris haud procul a Spanheim de nouo fundatur atque conſtruitur per munificentiam Vdonis, Paſtoris in villa Mandale, Archipresbyteri ruralis, ſocietumque ſitorum Godfridi Præpoſiti de Cruzinach, & Friderici Decani de Hilvesheim: qui pro remedio animarum ſuarum locum ad ſuſtentationem Domino famulantium, collatis in vnum rebus ſuis, ſufficienter dotauerunt. Quam fundationem Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus confirmauit.*

* 2) In verbis vero *Mſcr.* quem auctor adduxit, ceteroqui pro Sifrido *iuniore*, legas, *ſeniore*; pro *Diepoldo* de *Eppenbach* vero, *Theobaldo* de *Eberbach*, & pro *Philippo* de *Ottenburg* tandem, *Philippo* de *Otterberg*.

cum Ludouico Landgrauio conflictatur.

3) Sed vt in viam redeamus, Sifridus, quum non eodem cum Ludouico Landgrauio, quo antea cum Hermanno, ſenſu viueret animoque, hoc anno MCCXIX grauiter cum eo conflictatus eſt, quamuis non impune. Cum enim ei, vt *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § XVII p. 45 loquitur, indignationem minaretur eccleſiæ, quin & turbas daret in Thuringia, Ludouicus gladio ſuo pugnans vicina Erfordiæ populabatur; poſt in Eichsfeldia Harburg & Scharfenſtein arces, quæ ditionis erant Moguntinæ, expugnatas deuaſtabat. Conſ. *Paullini* annal. Iſenacenſ. § XLII p. 35. Tandem vero auctoribus Fuldenſi & Hersfeldenſi Abbatibus, Fuldæ pax initia. In *eccleſia D. Bonifacii* eodem hoc anno Sifridum Ludouico reconciliatum memorant excerpta ex *chronico Magdeburgenſi manuſcripto* Moguntina.

Comitē Silueſtrem excommunicat

IX *Anno MCCXX Conradus Comes Syluester de Dunen vulgariter Wildgraff, per Sigfridum Archiepiſcopum excommunicatur, eiusque territorium interdicto ſupponitur, propter Aduocatiam in Heimbach, quam ille violenter contra voluntatem Henrici Præpoſiti, Canonicorumque maioris eccleſiæ Moguntinæ dudum inuaſerat. Fit tandem concordia talis. Comes receptis a Canonicis centum marcis argenti, reſignauit Aduocatiam *.*

*1) *Trithemius* in chron. Sponheim. p. 267. Quo facto Sifridus pœnis eccleſiaſticæ deteſtationis exemptum piorum commercio reddidit, vt idem addit in chronico Hirſaugienſi ad h. a. p. 530.

Comitiis Francofurtenſibus intereſt.

2) Interfuit alioquin hoc anno MCCXX Comitiis Francofurti habitis, cum Fridericus inter multa alia, quibus Principum eccleſiaſticorum iurisdictionem ſtabiliuit ac dignitatem, iuri etiam ſuo, ſucceſſorumque in exuuias defunctorum Antiſtitum, h. e. bona ac fortunas ab decedentibus Epiſcopis relictas, VI Kal. Maii renuntiaret. Teſtium enim in numero eſt, quos Cæſar ſe tum adhibuiſſe ſuis in tabulis perhibet. Vid. *Heineccius* antiquitat. Goslarienſ. lib. II p. 223.

Cæſarem comitatur.

3) Quin Cæſarem dein in Italiam proficiſcentem honoris ergo Auguſtam Vindelicorum vſque proſecutus fuit. Teſtis enim adſcriptus eſt diplomati, quo Fridericus ibidem collegium Canonicorum Northuſæ inſtitutum Kal. Aug. firmauit. Vid. *Lenckfeldius* antiquitat. Blanckenburg. p. 97.

Item eccleſiæ cum Naſſouiis finit.

4) Sequenti MCCXXI litem finiit, quæ eccleſiæ Moguntinæ erat cum *Henrico* & *Ruperto*, Comitibus Naſſouiis. Modus hic erat. Naſſouii ſtipulabantur, a bonis, quæ curiæ Canonicorum metropolitanorum Burgſtadtii contributa eſſent, ſe manus abſtenturos: dein fundum caſtri *Sonnenberg* ab iis XXX marcarum pretio ſibi redimebant: quem dein vna cum caſtro D. offerebant Martino. Sifridus vero, Collegii principis conſenſu, fundum iſtum cum caſtro Sonnenberg iis ſtatim iure, rituque conferebat beneficiario. Ita perſcriptum tabulis, quas in codice exhibui Diplomatico.

Collegiatæ Francofurtenſi ius patronatus Biſchofsheimenſis ſtabilit.

5) Sed enim, cum laudi duceret ſibi, clero ſe paſſim benignum exhibere, anno poſtero MCCXXII ad exitum currente ius patronatus parochialis in Comitatu Hanouienſi Biſchofsheimenſis, quod *Philippus* de *Dietz*, Francofurti ad D. Bartholomæi Præpoſitus, Capitulo Collegiatæ huius pia contulerat voluntate, tabulis X Kalend. Decembr. editis quam propenſiſſime firmauit. Extant eæ in codice Diplomatico.

Witgenſteinenſibus caſtrum Witgenſtein confert.

6) Sequenti MCCXXIII transactione cum fratribus Witgenſteinenſibus inita recepit bona Monichhauſenſia, aliaque, quæ ii inuaſerant; eis vero caſtrum *VVitgenſtein*, poſtquam fidem, obſequiumque ſacramenti religione profeſſi erant, beneficii titulo conceſſit, ſimulque centum marcas, vnumque dextrarium donauit. Quod Frizlariæ IV Non. Septembr. actum, docent tabulæ, quas l. d. in lucem protraxi.

Northuſæ adeſt Cæſari.

7) Paullo poſt Northuſæ Cæſari ſuo affuit obſequio, conſilioque. Cuius quidem rei indicio ſunt tabulæ, in gratiam eccleſiæ Northuſanæ tum confectæ, quas legere licet apud *Lenckfeldium* antiquitat. Walckenriedenſ. parte I cap. XIII § IX p. 196, & antiquitat. Blanckenburgenſ. p. 94 & ſeq.

Ilfeldenſibus nouum priuilegium concedit.

8) Et ſicuti Walckenriedenſibus ante animi benefici ſignificationem haud obſcure dederat, ita nec Ilfeldenſibus anno hoc MCCXXIII bene-

benefacere pigratus eſt. Contulit enim iis ius, vt vocant, ſepulturæ, hoc eſt, poteſtatem concedendi petentibus locum, ſuos in cœnobio iſtorum funerandi, humandique. Tabulas illas hoc fine VI Kal. Nouembr. datas qui legere cupit, adeat *Leuckfeldium* antiquit. Ilteldenſ. cap. VIII § IV p. 57.

Synodum agit Erfurti.

9) Cæterum hoc anno Erfurti etiam in baſilica B. M. V. ſynodum egit prouincialem. quod fide ſcribo *manuſcripti Petrenſis.*

X *Tandemque* anno MCCXXV * *Sigfridus Archiepiſcopus Moguntinus ſenior ſpiritum fato dedit, Erfordiæque ſepelitur Idibus Septembris.* Et idem prorſus ſcribit in Hirſaug. *Trithemius* *. Vnde perſpicuus *Bruſchii* error, dum anno MCCXXX tradit mortuum. ſed is oritur ex errore alio, quod huic videret ab omnibus dari Epiſcopatus vniuerſi annos XXV, & hos ipſe inchoarit ab anno MCCV, cui, contra veritatem, ſuperioris Archiepiſcopi Conradi obitum adſcripſerat.

anno 1225 perperam mortuus dicitur,

* 1) Ita quidem *Trithemius* in Hirſaugienſi p. 535 & Sponheimenſi p. 268. Nec aliter *Palatius* l. d. col. 405, *Eggs* l. d. p. 136, aliique plures. Sed perperam omnino, vt ex ſequentibus patebit.

cum Hildeſienſi de terminis diœceſis litigat.

2) Sifridus alioquin ipſo hoc anno, quod iuris ſui ſtudioſus eſſet, in conuentu Northuſano de terminis ſuæ diœceſis cum Conrado Hildeſienſi tam acriter contendit, vt lis tum neutiquam ſopiri potuerit. Statuebat enim limitem diœceſis ſuæ Goſam amnem. Conradus contra manibus obſtabat pedibusque, ac nil ei ſacræ cis montes Hercynios concedere volebat iurisdictionis. Vid. *Heineccius* antiquit. Goſlarienſium lib. III p. 237.

Synodum agit Moguntiæ.

3) Sequenti vero MCCXXVI concilium egit prouinciale, quod alii Sifridum III ſucceſſorem celebraſſe erronee volunt, vt ſupra lib. I cap. XXXIII n. XV in annotationibus dictum.

nouum a Cæſare priuilegium impetrat.

4) Hæc inter quidam ditioni Moguntinæ ſubditi Oppenhemii confœderant. Cum igitur Henricus Rex menſe Nouembri ageret Herbipoli, Sifridus querebatur, id oneroſum ſibi quam maxime eſſe, damnoſumque. Rex, habita cum Principibus deliberatione, ſtatuit, eos eidem reddendos, nec vllos iuris Moguntinenſis in poſterum ibidem recipiendos: fœdera etiam, quibus ciuitates Moguntia, Binga, Vormatia, Spira, Francofurtum, Gelnhuſa, & Friedberga in præiudicium ſiue diſpendium Archiepiſcopatus Moguntini ſeſe obligarant, penitus voluit reſcindi. Teſtimonio ſunt tabulæ in codice Diplomatico prolatæ.

Abbat. Corbeienſem cooptat in Cõſiliarium.

5) Quum autem virorum ſapientia vſuque præſtantium mirifice delectaretur conſortio, anno ſequenti MCCXXVII ad ſe vocauit *Hermannum*, *Comitem* de *Daſſel*, Abbatem Corbeienſem, inſigni virum prudentia, conſilio illius in rebus dubiis ac arduis vſurus. *Annales Corbeienſes* ad h. a. p. 401.

Aquiſgrani intereſt coronationi Reginæ.

6) Dein profectus eſt ad Comitia, quæ Henricus Cæſar Aquiſgranum ad dominicam *Iudica* dictam indixerat, & Henrico Colonienſi Reginam vetuſto ritu tum inungenti maxima adſtitit dignatione. Teſtem pono *Godefridum*, qui p. 396 ait: *Henricus Rex filius Friderici Imperatoris Aquiſgrani veniens, celeberrimam curiam cum Nobilibus totius Teutoniæ habuit dominica* Iudica me. *Inter quos præcipui erant Salzburgenſis*, Mogontienſis, *Treuirenſis*, *Colonienſis Archiepiſcopi* &c.

Erfurti Petro Paulinis nemus quoddam tradit.

7) Subſequenti MCCXXVIII, *Pontificatus ſui XXVII*, cœnobio, quod Erfurti Apoſtolis Petro & Paulo dicatum eſt (acceptis in compenſationem a *Lamberti* Comitis Glichenſis filiis, *Erneſto* & *Henrico*, tribus in tractu *Magholzlyeben* manſis) nemus *Buchinberg*, quod feudum Moguntinum erat, Lamberti ſatisfacturus votis ac vltimæ voluntati, tradidit, idque ſimul ab omni exactione liberum eſſe, litteris, quas ſuo loco edidi, voluit atque pronuntiauit.

eccleſiæ Moguntinæ bona quædam legat.

8) Anno, quem in vita poſtremum habuit, MCCXXX vltimæ voluntatis ſuæ tabulis, templi, quod Moguntiæ eſt, maioris Collegio legauit dimidiam partem allodii ſui & decimarum in tractu *Niedenberg*, quam cum caſtro *VValberc*, eccleſiæ Moguntinæ adiutus ſubſidio ſibi comparauerat. Erfurti tum erat, easque edebat *VII Idus Septembr. Pontificatus ſui anno XXIX.*

Obit.

9) Obiit autem hoc ipſo anno MCCXXX; quem etiam vna quaſi manu ſignarunt veteres, *Sifridus Presbyter* p. 695, *chron. Auſtralis* p. 453, *Augustenſis* p. 521, *Variloquus Erfurtenſis* verbis ſtatim citandis.

10) Et quidem altero poſt die, quam tabulas ediderat teſtamentarias: *quinto Septembris in Idus*, vt in epitaphio ſequitur. ex quo corrigendi *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCXXV p. 534, dum *Idibus Septembris* leto oppreſſum ſcribit.

quot annos ſedi præfuerit.

11) Tenuit itaque Moguntini Pontificatus gubernacula annos XXIX. Quod cum ipſe in tabulis citatis explanate ſatis teſtatus ſit, tum recte *Albericus* in chronico parte II p. 428; *Apud ciuitatem Maguntiam, mortuo Archiepiſcopo Conrado, venerabili viro*, Sifridus, *frater* Godofredi *de* Helpetin (l. *Eppenſtein*, non *Helpeſtein*, vt *Leibnitius* coniecit) *factus eſt Archiepiſcopus per annos* „vno minus de triginta„.

Erfurti ſepelitur,

12) Erfordiæ ſepultum eſſe, *Trithemius* in recognita chronici Hirſaug. editione non dicit. Ibi tamen mortuum, ac Engelhardi, Præſulis Numburgenſis, pio ſtudio ampliſſime funeratum eſſe, prodit Anonymus *in actis & factis Præſulum Nuenburgenſium* p. 138 his verbis: *Segefridum Moguntinum Erphurtiæ mortuum cum pia veneratione humari curauit* (Engelhardus) *Variloquus* itidem *Erfurtenſis*; *MCCXXX, V Id. Septembr. obiit Epiſcopus Maguntinenſis Sifridus, Erfordiæ in eccleſia B. Mariæ ab Engelhardo Nuvvenburgenſi*

genſi Epiſcopo honorifice ſepultus. Cui ſucceſſit Sifridus, ipſius patruelis.

quo in ade, contenuer- 13) Vtrum in *B. M. V.* an vero *S. Seueri* æde tumulatus ſit, lis eſt. *Gudenus* l. d. lib. I § XVII p. 46 *De cuius cineribus*, inquit, *Collegiata eccleſia hodie contendunt, nullis monumenti reliquiis litem dirimentibus. Variloquus* tamen, quem modo audiuimus, ad *B. V.* ſepulturam dicit. *ſum eſt.*

XI Illius epitaphium fuit hoc: *de epitaphio ei poſito.*

Migrans vir fidus, quinto Septembris in Idus,
Præſul Sigfridus, fulget cælo quaſi ſidus.

In marmore id inſculptum hodieque legi ſeribit *Palatius* l. d. col. 104, cum tamen *Gudenus* l. d. diſerte teſtetur, nullas monumenti reliquias, quæ litem Collegiatas inter dirimant, ſupereſſe.

Edit. I pag. 834

SIGEFRIDVS III ſeu Iunior.

I

SVperioris Sigefridi fuit ex fratre nepos, & Archiepiſcopatum adiit non anno MCCXXX *, vt *Bruſchius* vult, contra quem paullo ante dictum eſt; ſed anno MCCXXV, vt *Tritbemius* Hirſaug. & MS minor; eundemque tenuit non annis XVIII, vt idem ait *Bruſchius*, neque XXII, vt *MS* minor; ſed XXIV, vt loco citato *Tritbemius*. Idque patet ex eo, quod non idem tantum *Tritbemius*, ſed MS etiam ipſum conſona voce mortuum agnoſcant MCCXLIX, non MCCXLVIII, vt *Bruſchius*.

* at 951

Sifridi II fuit nepos. 1) Fuit vtique Sifridi II e fratre nepos. Diſerte *Chriſtianus II* in chronico ſect. II § VIII p. 128; *Poſt mortem Domini Sifridi Archiepiſcopi Moguntinenſis ſenioris ſuccedit Dominus Sifridus, fratris eiusdem filius.*

filius Godefridi. Fuit autem filius *Godefridi Eppenſteinii*, natus ex ſorore Theodorici, Archiepiſcopi Treuirenſis, e Comitum Wiedenſium proſapia. *Albertus* in chronico p. 538; *Moritur Archiepiſcopus* Siffridus *de Moguntia, cui ſuccedit filius fratris ſui* Godefridi *de* Hepeſtein, *alter* Siffridus, *natus de ſorore Archiepiſcopi Treuerenſis* Theodorici. *Factus eſt eo tempore Ratisbonenſis Epiſcopus quidam iuuenis* Sigiſfridus, *natus de ſorore* Garneri *de* Boslandia, *& mater huius* Garneri *fuit ſoror* Godefridi *de* Hepeſtein, *& Domini Archiepiſcopi nuper mortui.*

Quod vti hoc diſtinctius ob oculos ſit, hoc appono ſchema.

N. Dominus *de* Eppenſtein.

SIFRIDVS II, *Archiepiſcopus Moguntinus.*

Godefridus. vxor N. *Comitiſſa* de *VVied*, ſoror *Theoderici* Archiepiſcopi Treuirenſis.

N. f. vxor *VVerneri* de *Bolandia.*

SIFRIDVS III, *Archiepiſcopus Moguntinus.*

Wernerus *de* Boland.

N. f. vx. N. *Rhingrauii* de *Lapide.*

Emercho, *Rhingrauius* de *Lapide.* occ. 1232, vx. *Adelheidis.*

Sifridus, *Epiſcopus Ratisbonenſis, Imperial. aulæ Cancellar. Auentino* * perperam *Sueuus* gente.

* lib. 7 cap. 5 p. 612.

Canonicus Mogunt. 2) Ordini cum ſe dediſſet eccleſiaſtico, non tantum Moguntiæ in Collegio metropolitano locum obtinuit *, verum etiam Francofurti ad Mœnum Præpoſitus ad D. Bartholomæi factus eſt. *Lerſnerus* chron. Francofurtenſis parte II cap. XXXIV p. 110 **. *& Præpoſitus Francofurtenſis.*

* *Canonicis ſane Moguntinis adſcriptum videas in tabulis, quibus* Sifridus II *ſuus* Senior *anno MCCXXII* Philippi *de* Dietz, *Præpoſiti Francofurtenſis, piam erga Collegium D. Bartholomæi voluntatem X Kal. Decembris firmauit, communiuitque.*

** *Si iam an. MCCXXII Præpoſitus factus eſt, vt* Lerſnerus *l. d. habet, præcipite eo deſignatum fuiſſe oportet. Philippus enim, cui ſucceſſit, X Kal. Decembris adhuc in viuis agebat, vt ex dictis patet.*

3) Patruo ſurrogatus, Archiepiſcopatui ab initio laudabiliter præfuit, vt vel ipſe *Chriſtianus* haud diffitetur. *Hic*, inquit l. d. *duobus annis laudabiliter vixit. Sed quia elati cordis erat, & ſuperbia magnæ nimis, ſe contra Fridericum Imperatorem erexit; non quidem vt diuinam, ſed papalem gratiam obtineret.* *Initio laudabiliter præfuit.*

II Initio ſui Archiepiſcopatus prouinciale concilium habuit, & quidem tam celebre, vt aliquando vocetur *Germanica ſynodus*, vt ait *MSL.* Ei præſedit Apoſtolicæ Sedis Legatus Conradus Portuenſis Epiſcopus. Anno MCCXXVII,

cum de ſuſcipienda in terram ſanctam expeditione promiſſis non ſtaret Fridericus Imperator, excommunicatione ad illam cogi cœpit ab Gregorio IX, eamque cenſuram per Germaniam denuntiauit Sigfridus, vt habet *MS* minor. Edit. I pag.

Sic quidem ſe haberet, ſi iam an. MCCXXV, vti quidem auctor vult, ſolium is Archiepiſcopale conſcendiſſet. Atenim, quum anno demum MCCXXXI vel certe MCCXXX præcipite ad mitram adſpirarit, neque concilium iſtud habuit, neque Pontificis in Fridericum diras per Germaniam denuntiauit. Vtrumque peregit ſe patruum, *Sifridum* ſeniorem, ſupra dictum.

III MCCXXVIII *Odacharus & Wenceſlaus*, inquit in Hirſaugienſi *Trithemius*, *Reges Bohemiæ tale priuilegium dederunt eccleſiæ Moguntinæ, quod conſecratio Regum Bohemiæ ad Archiepiſcopum Moguntinum perpetuis futuris temporibus debeat pertinere* *; *quod multis annis ita fuit obſeruatum, quouſque tandem per quendam Archiepiſcopum Moguntinenſem hoc ius eccleſiæ Pragenſi venditum eſt.* Fuit is Archiepiſcopus Gerlacus, vti ſuo loco dicetur †. Priuilegii vero exemplum eſt hoc in *MS.* minore. *In nomine Domini Amen. Odacharus & Wenzlaus Bohemorum Reges incliti, vniuerſis* CHRISTI *fidelibus præſens ſcriptum intuentibus, ſalutem in perpetuum. Profitemur & publice proteſtamur, quod tam nos, quam omnes ſucceſſores noſtri conſecrationem regalem, vel diadematis impoſitionem, de ſacroſancto Moguntinæ ſedis Archiepiſcopo, terræ noſtræ Metropolitano, in perpetuum tenemur recipere. Si vero idem Archiepiſcopus requiſitus, ſe, pro motu animi ſui, ſubtraxerit, alteri Epiſcopo, quem nos vel ſucceſſores noſtri poſtulauerint, vicem ſuam ad id exequendum committet. Vt autem hoc ratum, & inconuulſum permaneat, hanc paginam de conſenſu venerabilium Pragenſis & Olmucenſis Epiſcoporum, & ſigillorum noſtrorum appenſione roborauimus. Data Pragæ anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo octauo, Indictione prima.*

* Enimuero, cum *Othocarus* & *Wenceslaus* has edidere tabulas, ac Archiepiſcopis Moguntinis ius Reges Boiemiæ inaugurandi ſtabiliuere, noſter ſane cathedram haud inſidebat, ſed patruus, vt ex dictis patet, *Sifridus II* ſiue ſenior.

† De cetero infra pluribus oſtendetur, erronee dici, quod *Gerlacus* ius hoc, eccleſiæ Moguntinæ ab antiquo competens ac ſtabilitum, pecunia vendiderit.

IV Anno MCCXXXI *Vdalricus Abbas Limburgenſis dedit eccleſiæ Moguntinæ Paſtoriam in Heldenberg*, ait *MS* minor *. B. Elizabeth Landgrauia feliciſſimo vitam exitu terminauit, vt in eius hiſtoria refert *Iacobus Montanus* Spirenſis.

1) Eſt ita. Tabulæ, quibus parœciam hanc Collegio principi conſignauit, id loquuntur. Dedi eas in libello *de Vicariis* n. 46. Ceterum conſ. *Trithemius* in chronico Sponheimenſi p. m. 270.

Comitiis Vormat. intereſt. 2) Iſtis alioquin diebus, cum Vormatiæ de publica regni ſalute atque incolumitate agerentur Comitia, Sifridus, ne quam priuatim diœceſis ſuæ curam ſuſcipiebat, hanc a communi cauſſa haberet ſeparatam, Henrico Regi eximio affuit ſtudio. Decretorum ſane Kal. Maii tum publice promulgatorum primos inter teſtis editus eſt. vid. *Brovverus* annal. Treuirenſium lib. XV § CL p. 128.

Sacell. Brunesrodenſe fratribus S. Lazari firmat. 3) Anno ad exitum vergente Erfurti fuit, ac Fratribus *S. Lazari* ſacellum *Brunesrodenſe*, quod Fratres *Helderungenſes* beneuola iis contulerant voluntate, pontificia dignatione confirmauit. vid. *Tenzelius* ſupplem. II Hiſtor. Gothanæ ſect. I § XVIII p. 57. Velim autem hic notes, litterarum, quibus id propagatum memoriæ, clauſulam ita habere: *Datum Erfordia anno Dominica incarnationis MCCXXXI, XV Kal Ianuar. » Pontificatus noſtri anno primo »*. Documento enim eſt, ipſum anno MCCXXX, d. XVIII Decembris nondum ad Archiepiſcopatus Moguntini apicem euectum fuiſſe.

4) Anno ſequenti MCCXXXII in Italiam contendit, & ſe Cæſaris voluntati ſtudium ſuum haud fruſtra deferre, luculento expertus documento eſt. Cum enim Aquileiæ intereſſet Comitiis, ab eo monaſterium Laurishamenſe, editis ibidem menſe Aprili tabulis peculiaribus, obtinuit, vt in *annalibus Laurishamenſibus*, quos conſulas, videre eſt. *Monaſterium Laurishamenſe a Cæſare obtinet.*

5) Vti vero ea, quæ Henricus Rex Ordinibus Imperii in conuentu, ſuperiori anno Vormatiæ celebrato, indulſerat, hoc maiorem haberent firmitudinem, nec ita facile conuelli poſſent, curæ ſibi tum habuit, ac Vtini in Foro Iulii iuxta cum aliis petiit, ſciſceret ea Fridericus, rataque haberet. nec fruſtra fuit. quod vel litteræ, quas Imperator tum menſe Maio dedit, *Heineccius* vero de Sigillis p. 219 & ſeq. primus in lucem protulit, hodieque loquuntur. *confirmationem it. Receſſus Vormatienſis.*

Reuerſus in Germaniam, cum Conrado Landgrauio bello implicitus eſt, vt ſequitur.

V Anno MCCXXXII *inter Siphridum*, ait *Trithemius* Hirſaug. *Archiepiſcopum Moguntinum & Conradum Landgrauium Haſſiæ, bellum pernicioſum oritur, in quo ipſe Landgrauius Moguntinæ eccleſiæ multa damna fecit. Oppidum Friſl-* 835

arienſe

larienſe capiens quaſi funditus euertit. In eodem quoque bello Henricus Epiſcopus Wormacienſis, & omnes pæne Canonici præfati oppidi ab ipſo Landgrauio capti fuerunt *. Tandem inter eos concordia facta eſt: & quidem, vt addit MS. minor †, *celebri illo S. Elizabethæ magiſtro præſente, Conrado Marpurgenſi, qui anno ſequente cum Moguntia Marpurgum rediret*, vti narrat *Trithemius*, *a nobilibus quibuſdam interemptus*; & ab eodem illo Landgrauio reædificata Fridslaria, prout Amœneburgenſis quædam in Sacriſtia notat chartula. *v. 56n.,*

Eodemque anno MCCXXXVII contigit, quod de B. Hildegarde notatum antea lib. II cap. XXXVIII. *l. 1233*

de cauſis belli, quo cum Landgrauio conflictatus eſt. * 1) Conf. *Godefridus Monachus* p. 399. Quibus vero de cauſſis eocum diſſenſerit, armisque correptis ad vim deuenerit ac hoſtilia, non vna omnium conſenſio eſt. *Trithemius* in dicto Hirſaugienſi chronico ad a. h. p. 546 id factum vult *propter fines & terminos quosdam terrarum, quos vterque voluit ſuo dominio eſſe ſubiectos. Conradus etiam memoratus Comes contracto ſuorum exercitu terras Archiepiſcopi hoſtili prior incurſione vaſtauit: oppidum Fridislarienſe cum multis in circuitu villis incendio & ferro inuadens euertit, ac funditus pæne deſolauit, & tam per ſe, quam per ſuos fautores damna eccleſiæ plurima intulit. His contumeliis & iniuriis tandem prouocatus Archiepiſcopus magnum ſuorum congregauit exercitum & contra prædictum Landgrauium proceſſit ad bellum.* Aliam vero cauſſam nobis pandit ſcriptor *chronici terræ Miſnenſis* p. 28, quocum etiam facit auctor *hiſtoriæ de Landgrauiis* cap. XLIII p. 924, ex quo *Paullini* annal. Iſenacenſ. § XLVII p. 40; *De litigiis Sigfridi Moguntini cum Abbate Reinhartsbornenſi, deque huius caſtigatione iterum audiamus hiſtoriam Landgrauiorum.* „ Sifridus a monaſterio Reinhartsborn aliquam „ ſummam pecuniæ extorquebat. Et quia Ab„ bas (*non refractarius, vt* Gudenus *hiſtor. Erfurtenſ. p. 46 cenſet, ſed ex Principis ſui in„ terdicto*) dare recuſabat, ipſum pœnæ gra„ uioris culpæ ſubiecit, & in Capitulo Canoni„ corum S. Mariæ tribus diebus diſciplinas re„ cepit. „ Vltimo vero accidit, quod Conradus „ Landgrauius Thuringiæ, frater Henrici, caſu „ veniens Erfordiam, & Miſſam audiens in ec„ cleſia B. Mariæ, hora illa, dum prædictus „ Abbas deberet ſe præſentare ad diſciplinas. „ Et nudus in ſuperiori parte corporis virgas in „ manibus baiulans intrauit Capitolium. quod „ videntes aliqui de familia Conradi Landgra„ uii ſibi retulerunt, quam male Abbas tracta„ retur. Qui in furia magna Capitolium adſcen„ dit, & extracto cultello in Archiepiſcopum „ irruit, & ipſum transfigere laborauit; ſed præpeditus. „ *Hæc fuit cauſſa incenſæ ciuitatis Frizlariæ, ædisque Ioannitica.*

vincitur acie. 2) Vtcunque vero ſe res habet: cum atteri ſordidum arbitraretur Sigefridus, malo ſuo expertus eſt, vinci ſe poſſe, debellarique. Præter ea, quæ iam attuli, *Trithemius* l. d. ſic: *Congredientes itaque & atrociter dimicantes multi ex vtraque parte ceciderunt vulnerati; ſed poſtremo exercitus victoriam obtinuit ipſius Landgrauii. In quo bello Henricus, VVormatienſis Epiſcopus, qui fuit in parte Archiepiſcopi, cum multis eccleſiæ ſuæ Canonicis a Landgrauio captus eſt.* Quod ad Frizlariam hoc belli tumultu incenſam exuſtamque, *Paullini* l. d. rem ita nobis narrat: *Ait hiſtoria, cum iam recedere vellet* (Conradus) *ſuburbiis incenſis, laſciuas mulieres murum ciuitatis adſcendentes & veſtibus eleuatis pudibunda ſua oſtendentes illuſiſſe Principi, deridentes eum cum exercitu ſuo. Ideoque reuerſus, denuo ciuitatem obſedit, ferroque & igne eam deleuit, nec hominibus parcens.* (Hiſtor. Landgrau. l. d.)

3) Poſt damna vltro, citroque illata atque accepta, hoc ipſo adhuc anno pacem cum Conrado init, his, quas *Trithemius* in chronico Hirſaugienſi ad h. a. p. 547 memorat, conditionibus: *In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Super deſtructione Fridisſariæ & VVizenhauſen oppidorum, & aliis damnis, quæ Dominus Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus & Dominus Conradus iunior Lantgrauius hinc inde ſenſerunt, cum guerram haberent ad inuicem, talis compoſitio interuenit. Antiqua compoſitio, ſicut ordinata eſt a Domino Sifrido quondam Archiepiſcopo, & Domino Ludouico piæ memoriæ, quondam Lantgrauio, modis omnibus in perpetuum inconuulſa ſeruetur. Item oppidum in VVolſhan conceſſit Archiepiſcopus in feudum Conrado Lantgrauio memorato, & concedet heredibus ſuis legitimis, etiam filiabus, non exiſtentibus filiis, poſt mortem ſibi iure hereditario ſucceſſuris: & ſi idem Conradus rogauerit in vita ſua, vt concedat fratri ſuo, aut filio fratris idem oppidum, hoc ei nullatenus denegabit.* *pacem cum Conrado facit.*

4) Hæc dum fiebant, Præpoſitura vacabat Limpurgenſis. Sedis vero Moguntinenſis cum eſſet, defuncto dare ſucceſſorem, Sifridus menſe Nouembri *Eberhardum* de *Iſenburg*, Domicellarem Moguntinum, rebus ſic exigentibus, muneri iſti præfecit; & cum moris hactenus fuiſſet, vt eccleſia Moguntina Limpurgenſi fratres nonniſi Capitulares præponeret, peculiaribus ipſe litteris, quas in *catalogo Canonicorum* p. 323 reperies, cauit, factum hoc conſuetudini receptæ haud futurum fraudi. *eccleſiæ Limpurgenſi Præpoſitum dat.*

Hæc inter vero monaſterium Laurishamenſe in poteſtatem accipere haud intermiſit, vt ſequitur.

VI Sed longam de Lauriſſenſi monaſterio addit ibidem *Trithemius* narrationem. *Eodem*, inquit, *anno Fridericus Imperator ſecundus, Principatum monaſterii noſtri Ordinis, non longe a Wormatia, quod dicitur Lauriſſa, cum*

omni honore, vaſallis, miniſterialibus oppidis, caſtris, villis, iuribus, prouentibus & attinentiis ſuis, quem Abbas eiuſdem loci ſemper habere conſueuit, de ipſo monaſterio abſtulit: eumque Siphrido Archiepiſcopo, & eccleſiæ Moguntinæ in perpetuum donauit; cuius valor pretium centum millium florenorum excedit: quam donationem Gregorius Papa nonus, ad inſtantiam Archiepiſcopi, confirmauit, mandans ei, vt expulſis inde monachis noſtri Ordinis, Ciſtercienſes in locum eorum reponat. Quod cum feciſſet, dolentes noſtri, ſe de monaſterio ſuo tam iniurioſe per Archiepiſcopum expulſos, quadam nocte, auxilio freti amicorum, ad cœnobium reuertuntur, & monachos Ciſtercienſis Ordinis ibidem repertos, nil tale metuentes, inuadunt, percutiunt, vulnerant, & de cœnobio expellunt, ipſumque locum rurſus inhabitare cœperunt. Sed non poſt multos dies ſuperueniens Archiepiſcopus in manu valida iterum eos de monaſterio expulit, & Ciſtercienſes ſuos denuo reuocauit. Et ecce, quadam nocte, ſub matutinis, cum ſe Ciſtercienſes crederent eſſe ſecuros, iterum noſtri cum amicis ſuis ad Lauriſſam veniunt, eos denuo inuadunt, cædunt, percutiunt, & iterum expellunt, proteſtantes, ſe omnes interempturos, ſi denuo ad ipſum cœnobium Lauriſſenſe præſumpſerint reuerti. Ab ea itaque die non amplius poterant induci Ciſtercienſes, vt ad Lauriſſam reuerterentur. Vacauit ergo aliquandiu monaſterium, cum nec illi, nec noſtri ſe tuto ibidem poſſe manere cernerent. Tandem Innocentius Papa IV Archiepiſcopo Moguntino præfato mandauit, anno pontificatus ſui II, qui fuit dominicæ natiuitatis MCCXLVI, quatenus monachos cuiuſcunque ordinis, aut certe Canonicos ſæculares ad cœnobium reponeret, ne diutius vacuum remaneret. Qui conſilio accepto, monachos Præmonſtratenſis ordinis de monaſterio omnium Sanctorum Argentinenſis diœceſis ad ſe vocatos, conuentum ex eis in præfato monaſterio inſtituit, quibus Præpoſitum pro rectore dedit.

Friderici Imperatoris eadem de re diploma, & longior adhuc narratio extat in MS minore. Aliud Sigfridi ſubditur diploma de Monaſterii S. Iacobi bonis in *Algesheim* & *Lorch* ſitis, hoc ipſo anno datum.

Lauriſſam in poteſtate accipit. 1) Hæc, aliaque, præcipue vero Friderici II, Henrici Regis, Gregorii IX P. M. diplomata, reperies, curatiusque cognoſces in *annalibus Lauriſhamenſibus*, quas ideo euoluere iuuabit. Ceterum mſcr. qui *FF. Eremites* Conuentus Moguntini eſt, f. 92 a) prodit, Siſridum, vt Lauriſhamenſes hoc facilius ſuam in ſententiam adduceret, dictitaſſe, Abbatem & Monachos Collegii metropolitani Moguntinenſis partem futuros, nullo alio diſcrimine intercedente, niſi eo, quod ipſi, velut altera pars, Lauriſhami ſedes habituri ſint; ædis Moguntinæ vero Canonici, tanquam altera pars, Moguntiæ. Digitum huc intendere videtur *Trithemius*, dum l. d. ita pergit: *Monachi autem de ſua expulſione ſuſpicionem non habentes, exiſtimanteſque*, „ſe magnos „illico futuros, ſi eccleſiæ Moguntinæ forent „confœderati & vniti„, *Archiepiſcopo ſuper ablatione Principatus per omnia conſenſerunt, & Papa litteras huius tenoris direxerunt* —

Vormatienſem cum ciuitate compoſuit. 2) Anni MCCXXXIII ſecuti initio Francofurti fuit, & III Kal. Mart. Henricum, Vangionum Antiſtitem, & Vormatienſes, ſociis operæ conſiliorumque Conrado Epiſcopo Spirenſi, & Marcgrauio Badenſi, in concordiam redegit. *Trithemius* in chron. Hirſaugienſi ad h. a. p. 557. Sponheimenſi p. 275, & ex eo *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. V c. LXXXIX p. 531. Henrici Regis iuſſu id factum prodit *Monachus Kirſchgartenſis* c. XXXVIII p. 110.

conſulere ſtudet aerario. 3) Dein ærarii, turbis bellicis, longinquis itineribus, aliiſque modis exinaniri, inopiæ ſuccurrendum ratus, concilium prouinciale Erfurti coegit. *Conuentus in monte D. Petri habitus. Clerus de nimiis exactionibus, quibus Sigefridus prouentus minueret, conqueritur. Is tamen nullam conquirenda pecuniæ occaſionem neglexit, reipublicæ neceſſitatibus querelis præualentibus.* Ita *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § XIX p. 51. Paulo plenius vero *MS. Petrenſis* Siſridum ſic reſpondiſſe refert: *Oportet ſe accommodare præſenti neceſſitati; nam per habita bella tum in territoriis noſtris, tum in Turcarum prouinciis ærarium noſtrum exhauſtum eſt, quod neceſſario reſtaurare debemus. Roma item per anteceſſores noſtros multa debita contracta ſunt, ob non exſolutas pecunias palliales. Prouidendum inſuper eſt, ne a vicinis Principibus, præſertim Landgrauiis, imparati hoſtiliter obruamur.*

4) Synodo finita Moguntiam reuerſus haud *Idem negotium agit Moguntiae.* deſtitit id vrgere negotium. Aſſenſere igitur Prælati iuxta atque vniuerſus Clerus Moguntinenſis, vt per totam diœceſin Moguntinam viceſima omnium redituum eccleſiaſticorum, nominibus ſoluendis, colligeretur. Oportuit autem Siſridum iureiurando interpoſito promittere, per totam vitam ſe nec in Italia, nec alio quopiam loco vltramontano ſine conſenſu & conſilio Collegii principis pecuniam mutuo ſumturum, nec Clero collationem aliam vnquam impoſiturum. Quo facto Clerus litteris XIV Kal. Iul. datis (quas in codice protuli Diplomatico) ſingulos atque omnes admonuit, vt nuntiis a Siſrido miſſis eam ſine tergiuerſatione repræſentent. Addit *MS. Petrenſis*: *Summo itaque conatu in extorquendam collectam ſtatutam vbique inſudatum eſt: reluctantes inuſitatis mediis ad ſolutionem adigeban-*

Edit. I pag.

gebantur: campanæ etiam ex templorum turribus deponebantur, vendebanturque, niſi numerata pecunia redimerentur. Hinc paſſim murmur, maledictioque exaudiebatur.

Norimbergæ intereſt Comitiis.

5) Ipſe interim æſtate ineunte Norimbergam conceſſit, ac publicis curas impendit negotiis. Illo namque Rex conuentum indixerat Principibus. Diſcas id e diplomate, quod Henricus Goslarienſibus VI Kal. Iul. dedit, apud *Leuckfeldium* append. IV ad antiquitates Poeldenſes n. XVI p. 288, quippe in quo diſerte inter teſtes promulgationi adhibitos occurrit.

Moguntiæ item.

6) Nec reipublicæ, Regique defuit, cum Moguntiæ poſtea ſub D. Iacobi ſollemne Comitia haberentur. vid. auctor, qui appendicem *Lamberto Schafnaburgenſi* ſubiunxit ad h. a. p. 257, *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 557.

cum Conrado Marpurgenſi agit.

Sigillatim tum Contadum Marpurgenſem, hæreticæ prauitatis quæſitorem, monuit, moderatius ac circumſpectius ſuſcepti muneris partibus fungeretur. Sic enim ipſe, cum reſponderet Pontifici: *Ego Archiepiſcopus Magiſtrum Conradum primo ſolus, poſtea cum duobus Archiepiſcopis, Colonienſi & Treuirenſi monui, vt moderatius & diſcretius in tanto negotio ſe gereret, qui non acquieuit; ſed tandem contra noſtram monitionem crucem publice prædicauit Moguntiæ; quo viſo quidam (ex illis) interfecerunt eum prope Marpurg.* vid. *Albericus* chronici parte II p. 545.

de B. Hildegarde canonizanda laborat.

7) Sub anni exitum vero de B. Hildegarde cælitibus in faſtis adſcribenda laborauit, vt auctor præcepit § V. *Latomus*, dum in catalogo ait, illum Hildegardem diuinitus illuſtratam virginem anno MCCXXXIII inter Diuos referri curaſſe ad XXI diem Decembr. bis fallitur. Neque enim in Diuorum eam numerum deſcribi curauit Siſridus, ſed tantum, vt deſcriberetur, petiit; & id quidem die XVI Decembr. vt lib. II cap. XXXVIII § III p. 200 dictum.

Francofurti intereſt conuentui.

8) Sedenim conuentu, de quo ante, Moguntinenſi dimiſſo, alius in Deiparæ matris purificationem ad conueniendum Principibus dictus dies. Is vbi anno MCCXXXIV affuit, vna Francofurti affuere viginti quinque Epiſcopi, præter Abbatum ac diuerſorum Ordinum, eccleſiarumque Præſidum, Nobilium item ac Principum innumeram turbam. vid. *Albericus* l. d. In his primus facile Siſridus. Cauſſa Comitis Sainenſis accuratius tum diſceptata, Conradus curia excedens, cum ſeſe incerto viarum atque nobilium hominum inſidiis obieciſſet, haud procul Marpurgo occiſus zeli ſui pœnas dedit. Conf. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XV § CLV & CLVI p. 130.

Papæ iuſſu de accuſatis fert ſententiam.

9) Conrado interfecto, viſum Pontifici, vt Siſridus, vna cum Bernardo, e D. Dominici familia ſocio, Papæ quondam Pœnitentiario, iſta tandem de re ferret ſententiam. Audiatur modo ipſe l. d. *Deinde dominica* Lætare Ieruſalem, *apud Moguntiam examinauimus Comitem Sainenſem, & alios, de quibus habita eſt quæſtio, & reſtituimus eos famæ & poſſeſſionibus. Mendacibus pro periurio iniuncta eſt pœnitentia ſeptennalis: eos, qui innocentes accuſauerant, ad pedes Domini Papæ remiſimus; qui Magiſtrum Conradum occiderant, excommunicati ſunt.* Hæc ille, quæ hoc anno geſtis ſtatim ſubiungere placuit.

præſto eſt Regi Henrico.

10) Diebus æſtiuis, cum Regi Henrico Altenburgi quamplures adeſſent Principes & Epiſcopi, & ipſe eidem præſto fuit. Certos nos faciunt tabulæ, Goslarienſibus tum V Non. Iul. & III Non. Iul. traditæ, quippe in quibus teſtes inter primo eminet loco. vid. *Leuckfeldius* l. d. n. XVII p. 289, *Heineccius* antiquitat. Goslarienſ. lib. III p. 249.

D. Gereonis Canonicis gratificatur.

11) His cæteroquin, aliisque cum occuparetur, rogabant Præpoſitus, Decanus, & Collegium ad *D. Gereonis*, quæ Coloniæ Agrippinæ eſt, ædem, permitteret, vt reditus curtium, quas in villis diœceſis Moguntinæ *Nackheim* & *Bubenheim* haberent, in augmentum portionum fratribus præbendarum applicent. Huic ille poſtulato, quod æquum eſſet, conceſſit, ita tamen, vt fructuum illorum ſeponi mandarit partem, quæ Sacerdotibus parochiales villarum iſtarum curantibus ad vitam honeſte degendam ſufficeret; tum vero vt iuri ſuo æque ac Archidiaconi hoc ipſo nil quidquam voluerit detractum. Cognoſces id ex tabulis hac de re tum confectis, quas in codice expromſi Diplomatico.

VII Anno MCCXXXV, pridie aſſumptionis B. Virginis, Principum conuentum maximum habuit Moguntiæ Fridericus Imperator. *Facta igitur,*
836 ait *Trithemius* loco citato, *concordia inter Fridericum Imperatorem & Ottonem Ducem Brunſuicenſem in præſcripto conuentu Principum apud Moguntiam, Imperator Principes poſt Miſſarum ſollennia, in octaua Aſſumptionis, ad epulas inuitauit; quæ propter nimiam populi multitudinem, extra ciuitatem in loco campeſtri magnis ſumptibus fuerant præparatæ, ipſo Imperatore cum omnibus lætante, quod Romanum Imperium in creatione noui Ducis auxiſſet.*

Conuentui Moguntinenſi intereſt.

1) Celebris huius conuentus haud vltima pars fuit, ac alios inter ſollemnia, quibus Othonem Brunſuicenſem ad Ducum ſubſellia euexit Imperator, præſentia ſua cohoneſtauit idem Sigifridus noſter. Videatur modo adſignati nouo Duci Ducatus formula apud *Meibomium* tomo III ſcriptorum p. 207, *Tolnerum* in additionib. ad H. P. p. 97.

Erfurti pecunias colligit.

2) Tempore dein auctumnali Erfordiam ſe contulit, ac in monaſterio Petrenſi *a feſto S. Martini vſque ad natalitia Domini ſubſtitit, ad colligendas a Clero exactas pecunias: quas vt coacervaret facilius, cum licentia Gregorii Papæ IX in qualibet Collegiata eccleſia ſua diœceſis vnam Præbendam ſuppreſſit, ſibique reditus annuos ſumſit.* Ita *MS. Petrenſis.*

Cæſari occurrit.

3) Cæſari poſt, anno ſequenti MCCXXXVI, plenus officii occurrit in Alſatia, ac menſe Martio eocum ſubſtitit Colmariæ; teſtis adhibitus,

hibitus, cum per eos dies promulgaretur diploma Argentoratenſibus datum, quod aſſert *VVenckerus* in diſquiſitione de Vſſbergeris p. 9. Edit. F pag.

leuandis D. Eliſabethæ reliquiis vacat.

VIII Sacras vero ſanctæ, de qua ſupra, Elizabeth reliquias noſter hic Sigfridus, Marpurgi magna cum veneratione, in perhonorifico collocauit loculo, prout cap. XXX citatus antea *Iacobus Montanus* hæc in verba memorat: *Cœpit mox theſaurus ille* ſacri illius corporis *quamplurimis coruſcare miraculis, & rebus ipſis declarare, quam mirabilis ſit DEVS in Sanctis ſuis: adeo vt XVI mortuos ad vitam excitaſſe, leproſis munditiem, ſurdis auditum, mutis loquendi facultatem, claudis greſſum, cæcis viſum, miſeris & calamitoſis ſolatium contuliſſe famatiſſime prædicetur. Quæ omnia Siffridus Moguntinus Antiſtes, probatiſſimis documentis confirmata, Pontifici maximo Gregorio IX tranſmiſit. Qui communicato cum Patribus conſilio, poſt diligentiſſimam tantæ rei diſcuſſionem, præſentibus Hieroſolymæ & Antiochiæ Patriarchis, multiſque Epiſcoporum, Peruſiæ in cœnobio fratrum Prædicatorum, VI Kalend. Iunias, qui dies reuerendiſſimæ Pentecoſtes erat, poſt luſtrationem, ſollenni more, apparatuque magnifico peractam, inter cæremonias ſacrorum, beatiſſimam Elizabeth, quarto poſtquam deceſſerat anno, in diuorum retulit numerum: exædificatamque ibidem aram eius honori dedicauit, dedicatam ornauit, ornatam Pontificio more dotauit. Quibus honorifice tractatis, ac fama rei per Alemanniam celeberrime diuulgata, Siffridus Antiſtes, cum ingenti populorum gaudio, leuandis e ſepulchro ſanctiſſimus oſſibus diem conſtituit, citatis ſimul aliarum eccleſiarum præfectis. Quotidie incredibile dictu eſt, quanta Marpurgi multitudo conuenerit vtriuſque ſexus, ordinum, & ſtatuum diuerſiſſimorum. Præſentibus igitur Imperatore Friderico, auream coronam ſanctis reliquiis dicante, cum honorificentiſſimo inferiorum Principum cœtu, Moguntino, Colonienſi, ac Bremenſi Epiſcopis, nec non aliis plurimis templorum, cœnobiorumque Præſidibus, effoſſo tumulo ſanctiſſima leuantur oſſa. Neque vero continuo, ceterorum cadauerum more, horrendi fatoris exhalatio, ſed tanquam recluſa pretioſiſſimorum aromatum theca, gratiſſimus odor egreſſus, omnium, qui aderant, & nares imbuit, & animos ingenti gaudio perfudit. Impoſita mox capſæ plumbeæ, ſigillis Epiſcoporum obſignatæ, per medium populi inenarrabili deſiderio præſtolantis, magnificentiſſima pompa circumferuntur. Poſtridie patefacta iuſſu Antiſtitum capſa, comperiuntur (viſu mirabile) benigniſſimæ miſeratricis oſſa præter naturam non parum olei exſudaſſe, guttatimque ſub oculis omni ex parte eiectare, quo perlitis quorumuis infirmorum artubus, optata pro voto ſanitas tam velociter quam feliciter conferebatur* †. An eæ vero adhuc ibi reliquiæ ſeruentur, varians quorundam ſermo. Templum certe ſplendidiſſimum ſtat; ſed omni diuino cultu vacuum; quod intus mihi nuper intueri ne liceret, Lutheranus Lutherani Domini fecit ianitor, canis in præſepi *.

† 1) Conf. *Godefridus Monachus* p. 401, Continuator *Lamberti* p. 287, auctor *hiſtoria de Landgrauiis* cap. XLVII p. 925, & *Annal. breuiſſim.* p. 964, *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 565 & ſeq.

* 2) Enimuero, rem, vti habet, aperit nobis *Kochius*, exponitque *im gründlichen Berichte vvegen S. Eliſabethen Monumenti zu Marpurg*, quæ relatio inſerta libello, *von dem Berg-ſchloſs VVartburg*, p. 71 & ſeq.

Moguntiæ Hoſpitale S. Spiritus inſtituit.

3) Non longe poſt Moguntiæ ad leuandas pauperum ærumnas nouam domum hoſpitalem, quæ *Spiritus S.* venit appellatione, pio ſtatuit animo, eamque variis exornauit priuilegiis, vt ſupra lib. I cap XXXI ſect. VI n. 1 dictum, & in codice Diplomatico videre licet.

IX *Trithemio* autem narrante *, anno MCCXXXVII *Fridericus Imperator in menſe Aprili, feudum aduocatiæ villæ Biſchoffsheim in finibus Franconiæ, quod nomine Ducatus Sueuiæ ab eccleſia Moguntina tenebat,* Siphrido *Archiepiſcopo & ſucceſſoribus eius, cum omnibus pertinentiis in perpetuum reſignauit.* 837.

Biſchofsheim recipit a Cæſare,

* Chron. Hirſaug. ad h. a. p. 569. Ceterum peculiari diplomate teſtatum id fecit Fridericus: quod ipſum ad hoc meliorem rei notitiam dedi in codice Diplomatico.

quocum h. a. in Auſtriam it.

Hoc alioquin anno Sifridus cum Friderico in Auſtriam perrexit, & Viennæ in hibernis egit, vt auctor *chron. Auſtralis* ad h. a. p. 523 diſerte memorat. Quin de Conrado in regni Germanici culmen euehendo per id temporis eocum miſcuit conſilia. Deſignaſſe iam eum ſuo ſuffragio Germaniæ Regem dicunt auctor *fragmenti hiſtorici* Alberto Argentinenſi præfixi p. 91, *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 568, quamuis haud ita videatur *Gundlingio* in hiſt. *Conradi IV.*

Et

Edit. I p. 837 X Et anno MCCXXXVIII Siphridus *Archiepiſcopus Moguntinus, Conradus Epiſcopus Spirenſis nouiter electus, & alii multi nobiles, in Longobardiam ad Imperatorem cum exercitu profecti ſunt, quorum auxilio multa ibidem prælia geſſit. Poſt modicum vero temporis, Conradum filium ſuum in Alemanniam cum præfato Archiepiſcopo Moguntino remiſit, commendans illum & negotia regni in fidem & tutelam eius **. Hiſce bellis vaſtatum *Aquinum*, vnde *S. Thomas*, de quo ipſius condiſcipulus *Thomas* alter lib. I Apum cap. XXI, *& Longobardiam.*

cum Conrado reuertitur. * 1) *Interea Sifridus Archiepiſcopus Moguntinus, cum eſſet homo prudens & aſtutus, metuens indignationem ſedis Apoſtolicæ per communionem Cæſaris, vt multos contigit incurrere, quibus potuit modis Imperatorem, quatenus ſibi ad ſuam eccleſiam redire liceret, induxit. Vnde perſuaſus Cæſar filium Conradum Regem eius fidei committens, cum illo remiſit in Germaniam, & totius regni gubernationem ei commiſit.* Ita *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 570.

cum Palatino contendit. 2) Reuerſus Abbatiæ Laurishamenſis cauſſa cum *Othone* C. P. Rheni armis contendit. quod cum alii prætermittant, *Albericus* in chronico ad hunc an. p. 568 his prodit verbis: *Archiepiſcopus Moguntinus pro Abbatia de Lariſſa contra Ducem Bauariæ Othonem, qui per vxorem ſuam erat magnus Comes de Rheno, guerram habebat, & expugnabat oppidum* (de) *VValehuſe.*

3) Anno ſequenti MCCXXXIX, die XVIII Iunii, eccleſiæ, quæ Northemii parochialis erat, & a *S. Sixto* dicebatur, procurationem cœnobio, quod ibidem eſt, mandauit. vid. *Leuckfeldius* antiquitatum Northeimenſium p. 242; vbi tamen in diplomate allato pro verbis, *Pontificatus vero anno XIIII*, lege, *anno VIII*. *Cœnobii Northeimenſ. procurationem parochialis demandat.*

XI Ruſumque *Trithemius*: Anno MCCXXXIX *maior eccleſia Moguntinenſis de nouo reparata per Siphridum Archiepiſcopum Moguntinum cum magna ſollennitate conſecratur.* Addit MS. minor: *In qua dedicatione tanta populorum multitudo conuenerat, vt omnes, non ciuitas ipſa, non campus caperet, ſed trans Rhenum, apud Caſtellum, & in inſulis ſtationes fieri oportebat.*

aedem maiorem inſtaurat. 1) Vt perficeret eam, *Sifridus* diplomate XV Kal. Iul. anno MCCXXXIII edito, largas peccatorum condonationes ſingulis ac omnibus indulſit, qui ad opus explicandum liberaliter ſtipem conferrent.

2) Dein, ipſo hoc anno XXXIX, duas, quæ *Conradi* de *Brunesvvick* fuere, domus ad feneſtras laxandas benigna donauit manu. Exædificatam tandem IV Non. Iul. ſollemni cæremoniarum apparatu dedicauit. Sic namque *liber Sacriſtiæ*, vt vocant, p. 165; *In nomine ſacræ Trinitatis. Anno dominicæ incarnationis MCCXXXIX, quarta Non. Iul. per Reuerendiſſimum Dominum Sifridum III Archiepiſcopum Moguntinum conſecrata eſt maior eccleſia Moguntina in honorem Domini noſtri I. C. & glorioſæ & perpetuæ Virginis Mariæ, matris eiuſdem Domini noſtri, & B. Martini, illius ſignipotentis Epiſcopi, Patroni noſtri, & Confeſſoris, & aliorum plurium Sanctorum.* Huic vero ſollemnitati interfuiſſe Epiſcopos Suffraganeos omnes, *Latomus* in catalogo mſcr. auctor eſt. *inſtauratā dedicat.*

3) Ceterum non longe poſt, III ſcilicet Id. Aug. ius patronatus nouæ ciuitatis eccleſiarum veteri apud Heiligenſtadenſes parœciæ adiudicauit, confirmauitque. vid. Appendix *ad S. Anreum* § II p. 89.

XII Anno MCCXL vitam cum morte commutauit *Volcrandus*, e S. Dominici familia, vir pius, Dominique crucis peramans; de quo ſic citatus paullo ante *Thomas Cantipratenus* lib. I Apum, cap. XXV; *De fratre Volcrando, Priore ordinis fratrum Prædicatorum in Argentina, ciuitate Theutoniæ, rem præcipue mirabilem & deuotam propriis oculis vidi. Hic, vt fratres mihi teſtatiſſima veritate narrauerant, ſemper fere, ſiue gradiens, ſiue ſedens, pollice ſignum crucis in pectore depingebat. Contigit autem, vt Moguntiam veniens infirmitate decumberet, &, ingraueſcente morbo, cum mira alacritate ſpiritus, moreretur, & apud fratres Minores ibidem ſepeliretur (nondum enim fratres Prædicatores in eadem ciuitate locum habebant.) Quo audito, fratres Prædicatores Argentinenſes duos fratres, pro Prioris ſui defuncti corpore, Moguntiam direxerunt, ſed fruſtra; quia fratres Minores ſepultum reddere noluerunt. Contigit autem poſt annos paucos, vt fratribus Minoribus ad locum alium tranſeuntibus, fratres iidem Prædicatores de Argentina duos fratres in Moguntiam, pro dicti Prioris corpore, deſtinarent. Qui ſine contradictione aſſumptis oſſibus in Argentinam proſpere redierunt. Quid plura? Oſſa fratres diligentius abluentes, os pectoris, cui ex vtraque parte inhærent coſtæ ſuperius, inſignitum cruce operoſiſſima repererunt, & hoc quaſi ſcutum cordis interius. Erat autem crux (vt ipſe ad hanc videndam quadraginta miliaribus laboraui, & lætis vidi oculis meis) in oſſis medio, ex ſubſtantia oſſea ad ſpiſſitudinem eulidentiſſimam eleuata, tribus ſuperioribus brachiis æqualis longitudinis, & inferiori* *de morte Volcrandi.*

riori

riori brachio decentiſſime longiori. Extremitates vero trium brachiorum ſuperiorum, inſtar repandi lilii recuruatas, & brachium inferius, quaſi trunco deberet infigi, exacuatum habebat. Quid igitur in ſigno corporeæ crucis in oſſe pectoris, niſi mortis CHRISTI in mente prius habita ſtigmata paſſionis? Et quid in foliis repandi lilii in crucis extremitatibus deſignatur, niſi mundiſſimæ caſtitatis inſigne, quod cum memoria mortis CHRISTI fundatiſſime fixum gerebat in carne? Hæc ille. Edit. I pag.

1) Sedenim non hoc, ſed anno iam MCCXXXVIII illum fatis functum ſcribit, & *Volandum* appellat Ordinis eiuſdem monachus, eruditis haud ignotus, *Bzouius*, continuat. annal. Baronii ad annum dictum § XVI.

2) Hoc tamen *Sifridus* noſter *Conrado de Schonenberg*, conſanguineo ſuo, viro proſapia & opibus illuſtri, clientelas, quas *Schonenbergii* ab ſede Moguntina ſub lege beneficiaria conſecuti erant, ſollemni ritu contulit, eo fidem, obſequiumque & ſacramenti religione & tabulis, quas in *codice Diplomatico* reperire eſt, profeſſo.

3) Tum vero *Embriconi*, Abbati *S. Ioannis* in Rhingauia, ipſiusque ſucceſſoribus facultatem mitra vtendi conceſſit. Diploma, priuilegii huius gratia tum confectum, datum fuit Bingæ, VI Id. April. v. *codex Diplom.*

4) Et ne vim ſacri ordinis illatam hominibus inultam haberet, an. ſequenti, qui MCCXLI erat, villæ Sommerlocenſis, Waldenhuſo vicinæ, incolas, ſani Roxheimenſis conſortes, quod parochum ſuum *Danidem* occidiſſent, anathemati ſubiecit & ſacrorum communione excluſit. *Trithemius* ad h. a. p. 575 chronici Hirſaug. & p. 277 Sponheimenſ.

5) Quod reliquum eſt, cum Collegio principi bene cuperet, eidem anno hoc, die Apoſtoli Bartholomæi memoriæ in faſtis ſacra, dimidiam partem redituum de *apothecis* ſiue inſtitorum tabernis (quibus ædes *D. Martini* in hodiernum vſque diem maxima ex parte obſtructa eſt) ac *menſis mobilibus*, vulgo *Schragen*, prouenientium liberali conceſſit voluntate. *Capitulo partem cenſuum quorundam attribuit.*

XIII Anno MCCXLII ſuſcepit *S. Bernardi* ordinem ac inſtituta Moguntinum B. Virginis *altum* ſeu *antiquum monaſterium*, vt in germanica *S. Bilhildis* vita manuſcripta narratur.

1) *Veteris cella* id alias appellari, atque ab initio ſanctimonialibus, quæ ex D. Benedicti norma viuebant, patuiſſe, ſupra lib. I c. XXXI ſect. III p. 78 & ſeq. dictum. His vero temporibus, quo *Sifridus* noſter Archiepiſcopatui iura dedit, & quidem hoc anno XLII Ciſtercienſium ſuſcepiſſe regulam, ad ea, quæ ibi habentur, notari velim.

cum Vormatienſibus diſſidet. 2) Ipſe vero *Sifridus* hoc anno inimicitias cum *Landolfo* Antiſtite & ciuitate Vormatienſi exercuit, vt *Bruſchius* vult, qui ait, tum (cum Wormatia magnam partem incendio conflagrarat; periit autem infortunio hoc anno MCCXLII) *Sifridus Mogunt. Archiepiſcopus ſummus erat hoſtis & perſecutor cum vrbis, tum Epiſcopi Vormatienſis.*

3) Sequenti dein MCCXLIII ſub finem menſis Iunii concilium Moguntiæ celebrauit prouinciale; de quo cum in adnotationibus ad *I. A. Schmidii* diſſertationem *de Conciliis Moguntinis* ex *libro Epiſcopali eccleſiæ Eichſtadtenſis* mſcr. egerim, e re erit, eas inſpicere. Tacent de eo ſcriptores, quod ſciam, omnes. *Concilium agit Moguntiæ.*

4) Eodem *Arnoldum*, Treuirorum Antiſtitem, Epiſcopi ritu inaugurauit, aliis quampluribus conſecrationis pompam præſentia ſua cohoneſtantibus. *Brovverus* annalium Treuirenſ. lib. XVI § X p. 138. Ad inſtaurandum vero *D. Nicolai*, quod Iſenaci fuit, monaſterium XL dierum conceſſit indulgentias ſiue gratuitas noxarum condonationes. *Paullini* annal. Iſenacenſ. § L p. 43. *Treuirenſem conſecrat.*

XIV Anno MCCXLIV *Moguntinenſis eccleſiæ Decano Conrado* (inquit MS minor) *Papa conceſſit, in præcipuis ſollemnitatibus vſum infulæ ſeu mitræ, vt ſequitur.* „ *Innocentius Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, dilecto filio Decano* „ *Moguntinenſi, Capellano noſtro, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Noſtram & Apoſtolicæ ſedis gratiam obſequioſa paritate fidei dudum multipliciter* „ *meruiſti: ad hoc ſemper inuigilans, omnem a te propellendo formidinem, quod* „ *ſub experientia laborum grauium eiuſdem Sedis ampliare poſſes honorem.* 838 *Vt* „ *autem ex huiuſmodi meritis cordi tuo gaudium, & aliis deuotionis producatur* „ *exemplum, tibi & ſucceſſoribus tuis, vt in eccleſia Moguntina, in præcipuis* „ *ſolennitatibus, in celebratione diuinorum, vti perpetuo mitra poſſitis, qua* „ *Præpoſitus & Cantor eiuſdem eccleſiæ vti dicuntur, auctoritate præſentium in*„ *dulgemus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infrin*„ *gere &c. Datum Lugduni IV Nonas Auguſti Pontificatus noſtri anno III.*

† De hoc *Innocentii* Pontificis priuilegio, aliiſque eo ſpectantibus, vide quæ notaui ad § XVI ſequentem n. 2.

XV Eodem anno, varias ob cauſſas, excommunicatione in *Fridericum* Imperatorem, in Lugdunenſi concilio ab *Innocentio IV* lata, facta eſt Germaniæ Principibus Imperatoris noui eligendi poteſtas. *Sigfridus* igitur, cum Colonienſi & Treuirenſi Archiepiſcopis *Henricum* Haſſiæ & Thuringiæ Lantgra-

uium

nium) quem S. Elizabethæ filium incaute vocant quidam, vt *MS. minor*, & lib. IV Chronol. *Genebrardus*, cum eius non filius, ſed leuir potius, vt e citato *Montano* cap. VII & XVII, & e *Cuſpiniano* pag. 346 perſpicuum fuerit) elegerunt *. De cruce contra ipſum, & Aquenſes, & alios, agit *Thomas Cantipratenus*.

* 1) Non hoc quidem anno, ſed ſequenti MCCXLVI, vt ex iis, quæ infra ad § XVIII n. 1 attuli, ſatis abunde patet.

Erfurti vero diuinarum vacationem indicit. 2) Hoc vero, quum Erfurtenſibus ſuccenſeret, clerum omnem vrbe exire iuſſit. Audiamus, qui in litteras id miſit, *Continuatorum Lamberti*. In p. 257; *MCCXLIV Moguntinus Epiſcopus præcepit, vt omnes religioſi, tam Conuentuales quam etiam Capellani, relictis propriis manſionibus, ad opprobrium ciuium Erfordenſium, ciuitatem Erfordenſem exirent.* [illegible]

3) Cur iis ſuccenſeret, cauſſa fuit, quod Friderici ſacrorum interdicto a Papa ſubditi, partibus fauerent, ſi *MS. Petrenſi* fides *. Rerum itaque diuinarum vacatio indicta quarta feria ante dominicam *Palmarum*. A ſacris vero ceſſatum vsque ad Kalend. Auguſti; quibus, mulcta ſoluta, cauſas reconciliata fuit. [illegible]

* *Conf.* Gudenus *Hiſtor. Erfurtenſis lib. I § XIX, p. 51, qui tamen non ita bene rem præcepit.*

Petrenſibus Erfurti ... parochialem Aliech ... attribuit. 4) Inter hæc vero Abbati, fratribusque montis *D. Petri* Erfurtenſis conſulturus, rogatu *Henrici de Meldingen*, eisdem parochialem villæ *Alich*, cuius iam patroni erant, vna cum omni cenſu, ſaluo tamen Archidiaconi iure, referuata item Curioni vel Vicario portione, attribuit, tabulisque Fritzlariæ V Iul. editis in perpetuum addixit.

Moguntinos ad deditionem cogit. XVI Addit hoc eodem anno multa MS. minor de S. Diſibodi clauſtro in caſtrum a Sigfrido mutato: & de Moguntina ciuitate, ob cauſſam neſcio quam, debellata; fœderumque inter hanc & illum initorum tabulas deſcribit copioſe, easque præterea confirmauit Wernerus Archiepiſcopus *.

1) Quod Sifridus hoc vel alio anno clauſtrum D. Diſibodi in caſtrum converterit, nemo alius, quod ſciam habet. Quod autem Moguntiam hoc anno ad deditionem coegerit, lib. I cap. VII ad § XVII p. 18 pluribus expoſitum. Quod ad priuilegia ciuitati data attinet, indulſit ea Moguntinis, non longe poſt ab iis inopinato compulſus. Ceterum eximia plane dices, ſi tabulas, quibus ea complexus eſt, in codice Diplomatico inſpexeris. Iis ſane ciues dein nixi, pedetentim Archiepiſcoporum ſe ſubduxerunt imperio, & in libertatem quaſi vindicarunt, vt alibi forſan oſtenderis curatius.

2) Iam vero, quod ſupra promiſi, de priuilegio iſto, vſuque inſulæ Præpoſito, Decano, & Cantori conceſſo, paucula quædam annotare non ab re erit. *Præpoſitus* quidem ac *Cantor* ante iam in præcipuis ſollemnitatibus inſulæ ornamento vſi videntur, quam *Conradus* Decanus Decano Collegii eam impetrauit.

Sollemnitates, quibus ea Præpoſitus, Decanus, & Cantor vtuntur, ſunt ſex. Feſtum ſcilicet *Paſchatos*, *Penteceſtes*, *Dedicationis* (quod die D. Vlrico ſacra celebrari ſolet) *D. Kiliani*, *D. Martini*, & *Natiuitatis Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti*.

Modus hic eſt. Feſtis hiſce diebus Sacriſtani ſiue ſacræ ſupellectilis cuſtodes cappas & inſulas tempore conſtituto proferunt iuxta atque in ſacrario ordinatim quamque diſponunt. [illegible]

E Sacellanis ſiue Vicariis hi, qui ad beneficia ſua ſeu Vicarias a Prælatis hiſce nominati ſunt, ſacrarium ingreſſi, eas ſumunt, manibusque ferentes, Sacerdotem, officium eccleſiaſticum peracturum, dum procedit, ordine ſequuntur,

1 ferentes cappam & inſulam pro *Præpoſito*,
2 ferentes cappam & inſulam pro *Decano*,
3 ferens cappam pro *Cuſtode*,
4 ferens cappam pro *Scholaſtico*,
5 ferentes cappam & inſulam pro *Cantore*.

Et inſulas quidem ferunt impoſitas pileolis coloris viridis; vnusquisque vero pileolum, quem fert, collocat ante Prælatum in ſubſellio inferiori.

Præpoſito & *Decano* in ſuo vtrique loco, *Cantori* vero ſemper ante Armarium ſtanti inſulas imponi receptum eſt.

Præſente Archiepiſcopo, vel ſacroſancta hoſtia expoſita nunquam imponuntur, quamuis exportentur & ante Prælatos in ſubſelliis, vt dictum, inferioribus collocentur.

Sub finem Pſalmi primi, item, cum dicitur, *Benedicamus Domino*, in ſacro iisdem ſollemni deponi ſolent: quod dum fit, Sacellani eas ante Prælatos ſuper pileolis reponunt.

Finitis ſacris vero eodem eas modo reportant in ſacrarium, quo extulere.

Ceterum, *Conradus* hic Decanus, qui ſibi ſuisque ſucceſſoribus facultatem illa vtendi acquiſiuit, clariſſimo *Nobilium de Turckheim* ſanguine prognatus fuit, & cum vir eſſet ſapientia atque eloquentia quam maxime inſignis, ad varios aſcendit honorum gradus, factus tandem anno MCCXLVII, quo etiam ſpiritum Deo reddidit, Antiſtes Vormatienſis. vide *Syllabum pleniorem* ſect. II p. 299.

3) Sed ſatis de his. Ipſe Sifridus anno ſequenti MCCXLV tum Aduocatiæ *Burſfeldenſis*, tum ſiluæ, vulgo *Branvvalt* dictæ, partem mediam ab *Hermanno Aduocato de Ziegenberg*, (qui ſe eam feudi ſiue clientelæ titulo ab eccleſia Moguntina hactenus tenuiſſe profitetur) ducentis marcis argenti redemit, ſimulque, ipſo in Caſtrenſem ſibi adſcito, clientum numerum adauxit. Contulit autem ei in beneficium villam *Rosbach*, quam tum ab eo quinquaginta argenti quæſiuerat marcis, vt tabulis Fritislariæ VII Idus Iun. confectis, quarum alias inter apographum dedi, comprehenſum eſt. Sed pergit auctor.

de caſtro Starckberg contendit.

XVII Idem *MS.* minor : Anno MCCXLV *Henricus Comes de Lynnigen, Imperialis aulæ Cancellarius, in Spirenſem Epiſcopum electus , nondum confirmatus* , vt habet *Trithemius* *, *auxilio fratris ſui , Comitis de Liningen, caſtrum Strackenberg dictum , quod pertinet ad Principatum monaſterii Laurishaimenſis , obſidione cingens, armata manu cepit , expulſis inde cuſtodibus eccleſiæ Moguntinæ. Vnde inter ipſum & Siphridum Archiepiſcopum Moguntinum magna diſſenſio ſuborta fuit. Tandem Papa Innocentius ad inſtantiam præfati Archiepiſcopi cauſſam certis iudicibus determinandam committens, pacem reformauit* †.

* Chron. Hirſaug. ad h. a. p. 578. Conſ. *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. V cap. XCIV p. 539. Ceterum pro *Strackenberg* legas *Starckenberg*.

† Conſ. *Trithemius* l. d. & chron. Sponheimenſ. p. 278.

Anno MCCXLVI mandata ſunt de Lauriſſenſi cœnobio ab Innocentio IV , quæ ſupra ex *Trithemio* dicta ſunt.

Profert ea *Vogelius* in relatione *de cœnobio Laurishamenſi* , quam chronico monaſterii antiquo , a *Frehero* olim edito , *Struuius* in editione nupera ſubiunxit , p. 168.

Quia vero , vt eccleſiæ Romanæ morem gereret , Sigfridus multas & graues fecerat expenſas , *ei* idem Innocentius *in Commendam dedit Abbatiam Fuldenſem* , vt habet MS. minor.

Abbatiam Fuldenſem in Commendam accipit.

Sedenim ingratiis plane Fratrum cœnobii Sifridus regimen adiit. *Fr. Cornelius* in Breuiario Fuldenſi p. 437 ; *Conradus tandem ab Innocentio IV Papa dimiſſionem petiit , & quoque impetrauit anno Domini MCCXLVI, Prælaturæ XXV , hoc tamen cum onere , vt Sigfridum Moguntinum pro ſucceſſore & administratore aſſumerent fratres ad dies vitæ Conradi : quod nimis durum videbatur fratribus. Papa autem ſacro fulmine affirmatiuam eorum expreſſit, magno cum monaſterii damno. Extemplo crucem argenteam , margaritis & gemmis ornatam , cuius valor ad centum & octoginta marcarum auri erat , ſumſit, & nunquam reddidit.* Adde *Brouuerum* antiquit. Fuldenſium lib. IV p. 306.

XVIII Eodem anno *electus Henricus Rex, cum tribus Electoribus Moguntino Sigfrido , Colonienſi , Treuirenſi , magno admodum prælio Imperatoris Friderici filium Conradum Regem deuicit ad Franckofurtum* , vt habet MS. minor *.

Henricum Landgrauium eligit.

1) *Is* (Sifridus) *Landgrauium Thuringiæ in Regem eligi procurauit.* ita *Chriſtianus* in chronico ſect. II § VIII n. I p. 128 , Auctor *fragmenti* Alberto Argentinenſi præfixi p. 91 & ſeq. *Principes Alemanniæ , ſcilicet Archiepiſcopus Moguntinus, & Colonienſis , & Treuirenſis , cum ceteris Epiſcopis , Argentinenſi , Metenſi , Spirenſi, & aliis elegerunt apud Herbipolim Henricum Landgrauium Thuringiæ in Regem.* Conſ. *Albertus Stadenſis* ad h. a. Auctor *annalium* ab Lindenbrogio editus ad h. a. Auctor *chron. Auguſtenſis* ad h. a. *Friſeus* chron. Wirzburgenſ. p. 564, & qui pluribus hac de re agit, *Sagittarius* diſſertat. de electione Henrici huius c. I § XI p. 13 & ſeq.

Treuiris inaugurationi Baſilicæ S. Maximini intereſt.

2) Henrico electo , Arnoldum Treuirenſium Præſulem , Treuiros comitatus , inaugurationi baſilicæ S. Maximini , nouis operibus , teſtudine , & choro recens exornatæ, vna cum aliis ſacrorum Præſidibus , Conrado Agrippinenſi , Richardo Vormatienſi , Henrico Curienſi , magna dignatione interfuit. *Brouuerus* lib. XVI § XV p. 140.

Henrico Re- *qui ſuppetias fert.*

* 3) Henrico dein die D. Iacobi memoriæ feſto Francofurti non affuit ſolum (v. *Paullini*, hiſtor. virginum Viſbecenſium § LXX p. 77) ſed etiam aduerſus Conradum ſuppetias tulit. id quod præter MS. quem auctor adducit, innuunt auctor *hiſtoria de Landgrauiis* c. LII p. 927 . *Ioannes a Leidis* lib. XXIII cap. IV. Conſ. *Sagittarius* l. d. cap. II § I p. 19 & ſeq.

quo ipſo prouinciæ Moguntinenſi multum damni creat.

4) Quantum vero rebus hiſce damni calamitatiſque prouincia acceperit Moguntinenſis, *Latomus* in Catalogo his notauit verbis : *Expoſita tunc denuo Moguntina prouincia rapinis & incendiis propter motum Summorum Pontificum. Clerus in ciuitatibus Imperialibus, iuſſu Innocentii Papæ, ſub amiſſione officii & beneficii cedere eſt coactus , vt quidam ex noſtris ſcribat, Canonicos Francofordiæ ita fuiſſe diſperſos , quod forte nullus ſciret, vbi eſſet alter. Tradunt in ea rerum perturbatione , quo Henricus ſe melius tutaretur contra Fridericum & Conradum , tam nobiles quam vulgus , tanquam contra ethnicos & paganos , ſollemni prædicatione concitatos : eamque functionem Moguntinum in quibusdam locis exercuiſſe.*

XIX Anno MCCXLVIII cum *ob Imperatoris Friderici ferocitatem , nemo* , ait idem MS. minor , *auderet Imperium Romanum aſſumere , Landgrauio Henrico mortuo* , vt ait Reuerendiſſimus *Chriſtianus* in ſua narratione , *delegerunt Sigfridus , Colonienſis , & Treuirenſis Electores Wilhelmum Hollandiæ & Zelandiæ Comitem , annorum XX iuuenem , præſente Apoſtolico Legato Petro Caputio : eumque , ſicuti & Henricum Haſſum ſupra , Moguntiæ coronauit Sigfridus* , vt habet MS. minor , & demonſtrant adhuc eius in metropolitani

templi

templi choro ferreo ſtatuæ : Aquiſgrani vero Colonienſis Conradus, vt in *Tritbemio*, qui & cæremonias exponit, notatur.

ab Henrici obitu.

1) Morbo, quem dyſenteriam vocant, aliquanto poſt anni MCCXLVII exordia *, Iſenaci ſuperatus erat *Henricus* Raſpe, Thuringus. Pontificis voluntas erat, vt alius ei Fridericum aduerſus & Conradum ſurrogaretur. Sifridus igitur ſuffragio ſuo in *Guilielmum*, Hollandiæ Comitem, Principibus commendatum, ſimiliter vt Colonienſis, aliique, iuit.

Wilhelmum Hollandum eligit.

Luculentus teſtis eſt, quem auctor citat, *Chriſtianus* Archiepiſcopus ſect. II chronici § VIII n. II p. 128, quamuis σκολιὸν τι vero miſceat, dum ait : *Mortuo Landgrauio Rege, VVilhelmus Comes Hollandiæ in Regem eligitur tantum ab Archiepiſc. Moguntinenſi & Colonienſi.* Rectius hic incedunt *Albertus Stadenſis* ad an. XLVII, auctor *magni chron.* p. 243 ex *Magiſtro Edmundo*, & p. 245, quamuis hic erret, dum *Gerhardum* pro *Sifrido* ponit.

* *Vt ita colligam, faciunt litteræ, quibus* Sophia, *Burchardi Burggrauii Magdeburgenſis vidua, Comitibus Waldeccius oriunda, ius ſuum in caſtra, oppidaque* Wildungen, Keſeberg *&c. iure hereditario ad ſe deuoluta, quæ Burchardus maritus olim ipſa inuita & contradicente Ludouico Landgrauio vendiderat, in Sifridum tranſtulit, in lucem eruta, & inter alias tabulas in codice Diplomatico prolatæ. Henrico namque iam defuncto ſcriptas exinde patet, quod* Sophia *dicat :* Quia igitur prædictorum habitatores caſtrorum ſaltem nunc tandem ea ex morte prædictorum fratrum (Ludouici *ſcilicet ac* Henrici) & nepotis eorum, libera mihi reſtituere denegant, vt deberent &c. *Iam vero datæ ſunt anno Domini MCCXLVII, IV Non. April.*

2) Elegit autem illum, non anno XLVIII, vt auctor velle videtur, ſed præcedente XLVII. *Albertus Stadenſis* ad h. a. auctor *magni chronici Belgici* p. 243, feria quinta poſt Michaelis, Nuſſiæ; vt idem *Albertus* Abbas dicit l. d.

Vtrum etiam Wilhelmum,

3) Vtrum vero Wilhelmum etiam, quod *MS minor* dicit, & auctor pro vero habet, Moguntiæ coronarit, diſpiciendum eſt. Id conſtat, Wilhelmum anno ſequenti, qui MCCXLVIII fuit, Aquiſgrani inunctum fuiſſe. Vid. *Matthæus Pariſienſis* ad h. a. p. 651, auctor *magni chronici Belgici* ad h. a. & quamuis neuter Sigefridi mentionem faciat, quin ille diſertim id muneris Conrado Colonienſi adſcribat, quod & *Leueldus* a *Northof* facit in catalogo Archiepiſcoporum Colonienſium p. 9, vix tamen dubitem, Sifridum coronationi interfuiſſe. Quod enim *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 585 male in annum MCCXLIX reiicit, & Chriſtiano II adſcribit, id de Sigefrido ex parte acceperim. Affuit igitur Sifridus, ac partibus ſuis, cum ſollemnia iſta peragerentur, functus eſt. Scilicet, quod de Chriſtiano *Trithemium* dixiſſe, iam indicaui, Sifridus *poſtea accedens, pontificalibus ſimiliter indutus, cum oleo ſanctificato, dextram eius foris perunxit, dicens :* „conſecrare te dignetur omnipotens Deus in Regem Romanorum, qui Dauid per manum Samuelis prophetæ inungi iuſſit ſuper populum Hebræorum. Amen„. Quamuis igitur *MS. minor* non in totum fallat, fallitur tamen in hoc, quod dixit, Sifridum id muneris obiiſſe Moguntiæ.

& Henrici coronarit?

4) Quod addit, illum & Henrico coronam impoſuiſſe, difficilius eſt demonſtratu. Auctor *chronici terræ Miſnenſis* p. 29, antequam inauguraretur, fato functum dicit Henricum. *Sed antequam*, inquit, *eſſet coronatus, reuerſus in Eiſenach, mortuus fuit.* Et quamuis alii dicant, coronatum fuiſſe, non tamen dicunt, Sifrido operante id factum, factum item Moguntiæ. Appendix *Martini Poloni* generatim ; *coronatus eſt in Regem in Rheno*, vel, vt *Sagittarius* l. d. cap. II § II p. 22 explicat, *in Renſe*, quod oppidulum ditionis Colonienſis, diœceſis vero Treuirenſis eſt. Sifridi ne verbo meminit. *Onuphrius* contra *Panuinius* id diſerte Archiepiſcopo Colonienſi Conrado adſcribit, & Aquisgrani factum addit. quod tamen ita eſſe, dubites magis, quam tibi perſuadeas. Vix enim eſt, vt teſtibus fide dignis id Onuphrium euincere potuiſſe, putem. Idem iam cenſuit *Sagittarius* l. d. Quod igitur reſtat, & pro *MS minore* facere poteſt, eſt ſtatua, quam auctor memorat, Sifrido in æde maiori ad columnam retro altare B. M. V. adſumtæ poſita. Quippe Sifrido duo adſtant Reges ornati coronis, quas ille contingit, a dextro latere *Thuringus*, cui ſuperſcriptum, HEINRICVS REX. a ſiniſtro *VVilhelmus* Hollandus, cum ἐπιγραφῇ: WILLELMVS REX. Vtrum vero indubitatum ea præbeat argumentum, eſſe ita, vt *MS minor* tradit, aliis diiudicandum relinquo.

iubetur inquirere in propoſitum Comitis de Swilemberg.

5) Quum hoc ceteroquin anno litteras acceperit ab Innocentio IV, quibus iubebatur, diligenter inquirere in ea viuendi ſcita, quæ Comes Swilembergius iuxta cum aliis quibusdam ſibi ſociatis inuehere ſatagebat, dubium non eſt, quin, qua erga Sedem Pontificiam ſemper fuit reuerentia, ea omni contentione indagata ad Papam attulerit. Tabulæ vero, quas dixi, hæ ſunt :

Etſi periculoſa ſint tempora, & mundus poſitus in maligno, non tamen deſunt in fluctibus quarumlibet tempeſtatum conſolationum remedia ſponſa Chriſti. Non enim preualet Herodianæ perſecutionis impietas, quin puer Ieſus, datus nobis cælitus, in hereditatem gentium ſuperuiuat. Non attingit votum proprium Pharaonis aſtutia, ſatagens conterere in maſculis Iſraelem, quin ſacra Deum videntium ſoboles increbeſcat. Ecce enim fecunditas ſacroſancta matris eccleſiæ recenti ſemper ſemine innouatur. Vnde diuino numine aſſidue ſuccreſcit in laudis frequentiam copioſior numerus electorum.

E Tremici

Accepimus ſane, quod in agro Domini, latitudine videlicet regni Theutonica, ſumtum de cæleſti plantario granum non modicum ſeminatur in magna, ramoſaque arboris altitudinem, dante incrementa Domino, promouendam, pium ſcilicet propoſiti regularis initium, a Nobili viro Comite *de* Swilenberch, *&*

& quibuſdam aliis nobilibus & viris eccleſiaſticis iam mente conceptum ad tutelam Chriſtiane pacis & fidei munimentum. Petebatur autem huic rei vigor conſenſionis a capite, ſumma videlicet Petri ſede, a quo deſcendit, quicquid eſt ſalutiferæ vegetationis in membris, vt nouella fruclura (f. ſtructura) *ſolidaretur in lapide angulari, in quo omnis ædificatio conſtructa in templum ſanctum in Domino conſummatur.*

Verum, quia vberiores fructus ex bonarum rerum diſpoſitionibus producuntur, quæ maturioribus fuerint digeſtæ conſiliis, & arduis negotiis tunc felicior exitus conſummationis adiicitur, cum per deliberationem conſultius ineuntur; mandamus, quatenus aſcitis tecum aliquibus Prædicatorum & Minorum Fratribus, ſcientia & religione probatis, Deum & libertatem Catholicam præ oculis ſolum habens, qualitatem & numerum perſonarum, quæ prædictum propoſitum conceperunt, ipſamque vincendi normulam (f. viuendi), *ſecundum quam deſiderant Domino regulariter famulari, vna cum eiſdem Fratribus diſcutias diligenter. Poſtquam vero præcedenti cautela ex perſonis negotium, & ex negotio penſaueris ſtudia perſonarum, ſi videris, quod ex inſtitutione huiusmodi noua obſeruantiæ prouenire poſſit magnum fidei augmentum, animabus ſalutem, & moribus diſciplinam, tum eam modereris & corrigas, addacens & adimens, prout de prædictorum fratrum conſilio noueris expedire, ipſius ſeriem ſub tuis & FFr. ipſorum ſigillis ad ſedem Apoſtolicam tranſmiſſurus, vt ſuper ea, quod ſecundum Deum expedire videbitur, ſtatuamus. Datum Lugduni Non. Octobr. anno ſexto.*

Baluzius tomo VII Miſcellaneorum, e codice MCCCCLV bibliothecæ Colbertinæ, in quo habetur e *Regeſto* anni ſexti Pontificatus *Innocentii IV.*

XX In Carthuſiæ Moguntinæ libello MS. de Moguntinis conciliis, vna Sifridi ad Abbates, & eccleſiaſticos alios, contra eccleſiarum violatores, extat epiſtola hoc anno data, in quam eadem de re Innocentii Pontif. litteras Lugduno ad ſe an. MCCXLV miſſas incluſit: & cum pœnas alias, tum vero hanc in ſacrilegos illos decreuit, *ne in cœnobia vlla eorum aut filii aut filiæ poſſent recipi.* Clauſula vero hæc eſt: *Datum Erfordiæ an. MCCXLVIII, Kal. April. Pontificatus noſtri an. XVIII* Sed legendum XXIII *. quinariam ſcilicet notam protrahendo: ſicque pro *Bruſchio*, de quo in *Conrado*, nihil hic. (Edit. I pag. 839)

* 1) Immo legendum *anno XVIII*, non *XXIII*, vt auctor putat. Neque enim Sifridus hic noſter XXIII annos Pontificatum Moguntinum tenuit, ſed XIX tantum, vt ex dictis nemini obſcurum vel dubium eſſe poteſt.

(Collegio metropolitano) 2) Vt tandem ſuæ erga ædis metropolitanæ Canonicos beneuolentiæ, piæque voluntatis ſignum relinqueret, anno ſequenti, biduo ante, quam diem ſupremum obiit, parochiales Hendſchuchshemenſem & Bensheimenſem illis addixit ac donauit. (duas parœcias attribuit.) Tabularum enim, quibus id maioris firmitudinis cauſſa in litteras miſſum, datum eſt: *Pinguiæ Non. Mart. anno MCCXLIX.*

(Moritur,) XXI Anno MCCXLIX, VII Id. Martii in viuis eſſe deſiit Sifridus, ætatis adhuc flore pollens, *cui*, ait MS. minor, *venerabilem Dominum Waltherum, Abbatem Eberbacenſem, egregium puræ confeſſionis, amariſſimæque contritionis teſtimonium dediſſe.* qui addit: *In monaſterio S. Martini ante B. Virginis altare ſepultus in choro ferreo, planxitque eum eccleſia Moguntina multo tempore.*

1) *Sifridus Presbyter* ad an. MCCXLIX p. 696; *Eodem anno obiit Archiepiſcopus Moguntinus Sifridus. Trithemius* chron. Hirſaug. p. 584; *Eodem anno* nona (ſic enim legendum pro *vna*) *die menſis Martii obiit Sifridus Archiepiſcopus.* Vt adeo erret *Dieffenbachius*, dum anno ſuperiori iam defunctum dicit.

2) Mortuus autem eſt Bingæ, vt *Langius* chron. Citizenſ. p. 804, *Latomus* in catalogo ἀνεκδότῳ, *Dieffenbachius* in catalogo mſcr. & poſt eos *Helvvichius* in adnotat. ad Chriſtiani chronicon p. 129 notarunt. (Bingæ obiit.)

(Laudatur,) XXII Laudat eum *MS.* a rebus bellicis, & eum, quod cum CCC aliquando DCCC fuderit, Iudæ Machabæo ſemel & iterum comparat. Sed in Epiſcopo maior ea gloria eſt, quam adiungit, *eum domi ſacerdotalia munia vel adminiſtrationem ciuilem non neglexiſſe*, quamque ita breuiter attingit *Trithemius*, in hoc eius exitu: *Vir magnorum operum, qui eccleſiam ſuam honore ac rebus magnifice ampliauit, & inter tot mala, tot bella, totque pericula, quibus Imperium nutabat, ſapientiſſime rexit.* Et in eius principio: *Vir magnarum virtutum & actionum, qui tantæ conſtantiæ fuit, vt iuſſu Papæ, Fridericum Imperatorem publice excommunicatum denuntiaret, & perſequeretur.*

(culpatur.) *Chriſtianus* haud paullo aliter iudicat, quam *Trithemius*, & l. d. ita ſcribit: *Hic vultum & animum leonis induens, leo factus eſt, & cœpit orphanos & viduas facere, villas comburere, ciuitates deſtruere, homines deuorare, terram in deſertum deducere; & Papæ mirifice complacere. Et quia iam inquiſitionis litteras contra dederat, ex iis factis fratrem venerabilem appellabat. Hic Sifridus Epiſcopus malum opus operatus eſt, qui per flammam ignis terram depauperauit, & theſauros eccleſiæ ablatos prædonibus diſperſit, dedit raptoribus. iuſtitia eius non manet in ſeculum ſeculi.* Hæc *Chriſtianus*. Vtrum vero conuenienter, diſquirit *Helvvichius* l. d. cuius quidem rationes expendi in præfatione ad chronicon dictum.

XXIII

XXIIII Eius extant duplices in dicto choro ſtatuæ, vna in crypta ſeu foſſa ſub campanis: altera ad murum, qui eſt ad cryptæ illius caput. *De ſtatuis ipſius.*

Poſterorum memoriæ his, de quibus auctor, ſtatuis commendatum fuiſſe, res ipſa loquitur. Vti vero hoc magis commendatus ſit, maneatque, optandum, vt quæ ſub campanis in crypta ſiue foſſa eſt, in lucem protrahatur. Pauciſſimis enim cognita eſt, foſſa aſſeribus compactis intecta. Ea quidem, vt id addam, in crypta hac, VIII circiter pedes profunda, ſolo incumbit, eminens prorſus, cum ἐπιγραφῇ, quæ tamen minus legibilis nunc eſt, litteris quippe penicillo olim tantum adſcriptis. Quæ vero ad murum cryptæ l. d. ſtatua eſt, iſti & altitudine cedit & decore: titulo pictis ſolum litteris olim expreſſo, de quo ſequentia lectu adhuc facilia ſunt: *Sigefridus tertius huius ſanctæ ſedis Archiepiſcopus, Rector . . . . . eccleſia, Legatus ſedis Apoſtolicæ.* Qui ſupra ad murum appenſus eſt λόγος ἐπιτάφιος, ſcriptus eſt auctore *G. Helvvichio*, apud quem in notis ad *Chriſtiani* chronicon p. 129, & ſuo loco in libello *de Epitaphiis*, quem dedimus, legi poteſt.

CHRISTIANVS II.

I

E*Rat is*, ait *Tritbemius* in Hirſaug. chron. *vir bonus, & ſanctus*, & ſecundum *Bruſchium*, *doctus ac prudentiſſimus*, *eccleſiæ Moguntinæ Præpoſitus*, vti perſpicuum ex Capituli diplomate, quod Sigefridi III tempore ciuitati Moguntinæ datum: & fatentur omnes. Ad Epiſcopatum prouectus fuit an. MCCXLIX, & poſt biennium, anno MCCLI, ab Hugone S. Sabinæ Cardinale, Apoſtolico Legato, cuius in tota Biblia extant lucubrationes, depoſitus.

Nobili ortus fuit genere, 1) Genere *Chriſtianus* ortum traxit tum nobili, tum opum modo haud vulgari claro. *VVernerum* ſane *de Boland*, magnaque & vetere proſapia Dynaſtam, ſuum vocat cognatum in litteris, quas in *chronico D. Victoris* § XV legas; in tractu vero Erbenheimenſi & Breckenheimenſi ampliſſimas tenuit poſſeſſiones, vt ex iis, quæ n. 5 ſequentur, facile colligere eſt.

qua vero familia, incertum. Quo vero ſtemmate natus fuerit, erui vſque huc haud potuit. Quamuis enim in tabulis publicis ſæpius qua *Præpoſitus S. Victoris*, *Cantor* item, *Decanus*, ac *Præpoſitus ædis maioris* occurrat, occurrit tamen ſolo ſemper prænomine. Interim vix dubium eſt, quin ex ἀρχείῳ metropolitano in lucem id protrahi queat, ſi modo viro cuidam rerum perito facultas daretur, quæ huc faciunt, tabulas, chartasque inſpiciendi.

Moguntia adoleuit. 2) A primis adoleſcentiæ annis Moguntiæ ad virtutes, bonasque artes formatus, cum maxime vero ſalutaribus vitæ præceptis ad eccleſiæ munia gerenda inſtitutus eſt. Innuit id ipſe tum in chronico ſectione II § IX n. II p. 129, tum in tabulis, quibus ſummo, quod Moguntiæ eſt, Sacerdotum collegio ſui partem patrimonii addixit iuxta firmauitque. Ait enim; *Penſatis diuerſis beneficiis nobis impenſis ab eccleſia Moguntina, quæ nos ab annis adoleſcentiæ noſtræ, tanquam mater pia, delicatis alimoniis enutriuit.*

ad varias adſpirauit dignitates. 3) Pietate, induſtria, conſiliisque cum tantum valeret, vt nonniſi magna de ſe promitteret, ad varias ſplendidiſſimorum munium procurationes fuit adſumtus. Factus primum circa an. MCCX ad D. Victoris ædem Præpoſitus, vid. Catalog. *Præpoſitorum* chronico *D. Victoris* ſubiunctum. Dein circa an. MCCXV maioris Cantor. Poſtea circa an. MCCXXII Decanus, & tandem circa an. MCCXXXVI Præpoſitus domus D. Martini. Vide *Syllabum pleniorem* ſect. V p. 327, ſect. II p. 299, ſect. I p. 273. ex quibus *Helvvichium* in annotat. ad chronicon illius, p. 129, corrigas.

4) Collegii laudati cum eſſet Decurio, anno MCCXXVIII aram *D. Bartholomæo* in æde primaria ſtatuit, dicauitque; vti quidem ex litteris Sigefridi III, ſuper inſtitutione duorum Miniſtrorum ſummi altaris, qui nunc *Sacriſtani* appellantur, cognoſcere eſt. *aram D. Bartholomæo in metropolitana ſtatuit.*

5) Illis etiam temporibus Collegio metropolitano liberaliter contulit bona quædam, quæ proprietatis iure poſſidebat, *quinquaginta* nimirum *& ſeptem iugera, & aream vnam, & vnum iuger, & dimidium vinearum in Erbenheim, duos item manſos, & ſiluam, & pratum, & aream in Breckenheim.* quo vide tabulas, quas poſt edidit, in codice Diplomatico alias inter ad verbum allatas. *Collegio metropolitano bona quædã confert.*

6) Electus autem fuit *III Kal. Iul.* die ſanctis Apoſtolis, Petro Pauloque, ſacra, quod *MS.* qui FF. Eremitis conuentus Moguntini eſt, prodit, cum maxime vero ipſe l. d. *quando electus fuerit.*

7) Et quidem Rege Wilhelmo iamdudum Aquiſgrani coronato. Vt adeo erret *Tritbemius*, dum chron. Hirſaug. ad an. MCCXLIX p. 585 ipſum inaugurationi illius interfuiſſe narrat, ſcribitque: *Poſtea accedens Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, pontificalibus ſimiliter indutus, cum oleo ſanctificato dextram eius foris perunxit.*

8) Renitens vero ad Archipræſulatum euectus eſt, vt *manuſcr.* cœnobii *Petrini* Erfurtenſis loquitur. Maturo ſiquidem iudicio difficultatem illorum expendebat temporum, malorumque, quibuscum res ſacra pariter ac ciuilis conflictabatur, ilıada. *inuitus & renitens factus eſt Archiepiſcopus*

9) Inito Pontificatu, cum Ameneburgi eſſet, ac ad curas diœceſis publicas animum traduceret, *Cratonem* de *Schvvinsberg*, & *Ludouicum* Aduocatum, *dictum* de *Marpurg*, *Ameneburgi caſtrenſium numerum auget.*

 viros

viros militia, nobilique genere ſpectatos, ad fidem miniſteriumque ſuum adduxit. Cooptauit enim eos in defenſorum caſtri Ameneburgenſis numerum, addito promiſſo, ſe eos ſuo tuituros præſidio. Litteras, quibus ipſi iuſtus obſequii titulos ei dederunt, inuenies in codice Diplomatico.

villam Ha- 10) Qua erga ſubiectos erat benignitate, ſequentibus diebus incolas villæ *Hagene*, haud procul Aſchaffenburgo, non ſolum omni Aduocatorum iure, onereque exemit, verum etiam eadem libertate, immunitateque, qua ciues Aſchaffenburgenſes gauderent, frui voluit. Superant tabulæ, quibus id perſcripſit, confectæ Kal. Nouembr. an. MCCXLIX Aſchaffenburgi, vt in codice Diplomatico videre eſt. *gene priuilegio affecit.*

II Fuit autem Erfurti anno MCCL *, tumque mirabile illud accidit, cuius anniuerſaria etiamnum hodie memoria illic eſt. Ipſa rerum capita e Germanico, quod ibidem anno MDXX editum, ſchedio libet perſtringere. Fures duo, noctu e S. Martini templo hierothecam, in qua conſecratæ hoſtiæ IX, furati ſunt anno MCCXLIX, ipſo B. Virginis aſſumptæ pridiano. Et argentum illi quidem acceperunt, ſacroſancta vero Dominici corporis fruſtula, cum ſacro, quo inuoluta erant, linteolo in olidam quandam lacunam abiecerunt. Quinto autem vertente menſe, contigit, ſacrilegorum illorum alterum Iſenaci extrema conflictari ægritudine. Scelerum pœnitentia tangitur, & cui de illis confiteatur, bonum e Franciſcanorum Ordine ſacerdotem vocat. Is Erfurti nunquam fuerat. Sed, re illa comperta, illuc venit: & confeſſionis arcano ſeruato, primores e ciuibus ire ſecum, remque maximam quærere obſecrat. Annus iam MCCL, Ianuarii dies XIII, poſt Epiphaniam octauus, tum Dominicus. Aquæ, pro anni tempore, congelarant omnes, illa tamen haudquaquam lacunæ pars, in qua Domini corpus. Et iuratus poſtea pius quidam dixit Diaconus, ſe perpetuum illic noctu lumen vidiſſe crebrius. Hic igitur euchariſtiam illi, quos quæſiſſe dicebam, inuenerunt, & quidem in linteolo integro & ſicco. Re tanta cognita, Chriſtianus Archiepiſcopus, qui ea in vrbe fors tunc erat, clerum, populumque totum ſolenni cum proceſſione illuc duxit, auguſtiſſimum Domini corpus ſuſtulit, & in beatæ Virginis templo venerabunde poſuit. Optimus autem vir *Vlricus Vierling*, ne diuini operis interiret ſenſim, vt omnibus in rebus fit, memoria, impenſis non paruis, prout etiam nunc apparet, curauit †. Edit. I pag. 840

Erfordiam venit. * 1) Venit Erfordiam in vigilia natiuitatis (an. MCCXLIX) *obedientiam iurata fide ſibi ſtipulaturus*, & honorificentiſſime ſuſceptus, inter confertam Cleri, Senatus, populique multitudinem ad cœnobium Petrenſe, ordinarium Archiepiſcoporum diuerſorium, deductus eſt. Conſ. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. I § XXI p. 56.

† 2) Conſ. *Gudenus* l. d. p. 57, qui in notis ſubdit: *Edita hiſtoria hac typis an. MDX. Habenturque in coætaneis monumentis eccleſiæ B. Mariæ Virginis.*

3) De cetero, cum ſub id tempus in ſtatum ſimul resque monaſterii Petrini, vi muneris ſui, inquireret, Henricum Abbatem, Volmaro Burſfeldenſi ſuffecto, magiſtratu mouit. *Continuator Lamberti* p. 258, *Gudenus* fide mscr. Petrenſis l. d. p. 57. *Abbatem Petrenſem officio ſubmouet.*

memoriam Adelarii & Eobani celebrari mandat. III Eodem quoque tempore putarim accidiſſe, quod vrbis eiuſdem *Breuiarium* lectione VI ſic memorat: *Turba fidelium ad ſuffragia ſanctorum* Adelarii & Eobani *de longinquis regionibus Erfordiam confluxerunt propter ſigna & prodigia, quæ ibidem fieri cognouerunt. Vnde etiam venerabilis Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, cupiens Sanctorum prædictorum merita in perpetuum venerari, ſtatuit, & mandauit, vt clerus & populus Erfordienſis dies tranſlationum*, de quibus antea lib. III notatione XLV *, *Sanctorum Eobani & Adelarii, intra muros ciuitatis, annis ſingulis, celebriter agerent, & deuote.*

* Et præter XLV, notatione etiam XXIX, tum vero eodem hoc libro in *Arnoldo* § IV.

quomodo ſedes, & cur exciderit, ipſe narrat. IV In narratione porro, quam ſæpe hactenus laudaui, ſuæ ipſius depoſitionis cauſſas duas affert idem Chriſtianus: *Vnam*, odium in ſe Guilelmi Regis, quia eum ad bella ſequi, togamque, & pedum in ſagum & gladium mutare nollet: *alteram*, munera, quibus non ipſe Hugo legatus, ſed eius comes ac ſocius, Ebredunenſis quidam Archiepiſcopus, ab eo, qui ſubſtitutus fuit, Gerardo corruptus erat. Sic ergo narrat: *Conuenerunt fratres eccleſiæ Moguntinenſis, tractantes de patre futuro, perſuaſi, qui poſſet ipſam tot & tam grauibus oppreſſam miſeriis, & tanto tempore iam plorantem paternis affectibus conſolari. Et concorditer in venerabilem virum Dominum C. Colonienſem Archiepiſcopum vota ſua tranſtulerunt, poſtulantes a ſede Apoſtolica, ipſum ſibi præfici in Paſtorem: ſed heu heu! hoc non poterat obtineri. Non eſt hæc poſtulatio admiſſa, ſed electio*

Capitulo

Edit. I pag. *Capitulo reſtituta. Et ne Archiepiſcopus Colonienſis ægre ferret, ſuum deſiderium non completum, ipſi legationis dignitas eſt commiſſa. Conſedere rurſum fratres eccleſiæ Moguntinenſis, eligunt ſuum Præpoſitum, nomine Chriſtianum, qui a cunabulis fuerat in ipſa eccleſia enutritus. Eadem die eſt a Legato, qui tunc erat præſens, confirmatus, & a Rege regalibus inueſtitus, die* Petri *&* Pauli. *Omnia hæc acciderunt vno anno, ſcilicet quod Dominus Colonienſis eſt poſtulatus, quod factus eſt Legatus, quod Dominus Chriſtianus factus eſt Epiſcopus, & conſecratus, quod pallium eſt aſſequutus. Omnes religioſi, & qui DEVM præ oculis habere credebantur, ſuper huius hominis promotione gaudebant, ſperantes, pacem rebus dari. maxime, quia idem bellicis rebus non fuerat aſſuetus: etiam qui negotio erant inimici, congratulabantur ei. Sed non ſtetit diu in Epiſcopatu. Accuſatur enim apud Papam, quod omnino inutilis eſſet eccleſiæ, & quod euocatus ad expeditiones Regis inuitus veniret. Hoc autem verum erat, eo quod fierent incendia, ſectiones vinearum, deuaſtationes ſegetum. Dicebat etenim, nequaquam decere talia ſacerdotem. Sed quidquid deberet per gladium ſpiritus, quod eſt verbum DEI, omnimode ſe promptum aſſerebat, & voluntarium ſeruaturum. Quumque eius prædeceſſorum ſequi veſtigia moneretur, re-*
841 *ſpondit. Scriptum eſt,* mitte gladium in vaginam. *Ob hoc in odium Regis &* Ioan. 18, 11
multorum incidit laicorum. Qui omnes eum accuſantes, apud Papam obtinuerunt, eum ab Epiſcopatu omni ſubmoueri. Ceſſit ergo anno Domini MCCLI. Subſtitutus eſt autem ab eodem Legato adoleſcens Subdiaconus, Gerhardus nomine, filius Comitis Conradi, qui dicebatur Silueſter Comes. Hunc autem ſubſtituit
[illegible] *Cardinalis Presbyter, & Legatus, inductus a quodam Henrico Archiepiſcopo Herbredunenſi, qui ſocius erat ipſius Legati: nec tamen hoc ipſe Henricus Archiepiſcopus conſuluit ſine cauſſa. Acceperat enim occulte CC marchas pecuniæ numeratæ a Gerhardo, quem idem Archiepiſcopus inſtitui procurauit. Nihil opertum, quod non reueletur.* Apparet vero in tota narratione, bonum Do- Matth. 10, 26.
minum, ob recentiſſimum abdicationis vulnus, nonnullo animi dolore incitatum, humani aliquid paſſum: ideoque de quibuſdam paullo interdum loqui aut vehementius, aut dolentius.

Decani Moguntini poteſtatem definit. 1) Hoc ipſo vero, quo de prouincia deceſſit, anno, IV Idus Maii definiuit, Decano maiori competere poteſtatem; *Canonicos ſecundariarum eccleſiarum in ſtationibus abſentes* compingendi in carcerem. Dein ipſis Idibus donationem, olim Collegio metropolitano factam, repetiit, datoque diplomate confirmauit.

de Archiepiſcopatu decedit. 2) *Ceſſit* autem, ceu ipſe loquitur. Vt ſponte, libentique animo Pontificatu abiiſſe dicas, non ſubmotum. *MS* certe, quem ſupra laudaui, ita rem interpretatur; nec aliter *Mſcr.* cœnobii, quod Erfordiæ eſt, *Petrenſis*, *Dieffenbachius* in catalogo mſcr. & e recentioribus *Bzouius* ad an. MCCLI § XII; quin *Langius* chron. Citizenſ. p. 804 diſerte; *Eodem anno Chriſtianus Archiepiſcopus ſpontanee dignitati & Epiſcopio reſignauit. Sifridus Presbyter* lib. II p. 696, aliique depoſitum ſiue exauctoratum dicunt.

Obit. 3) Eodem vero hoc, quo Epiſcopatu abiit, anno, abiit etiam ex viuis. *Trithemius* chron. Sponheimenſ. p. 838, qui & Hirſaug. p. 588, *Anno*, inquit, *Volpoldi Abbatis VII* (is autem eſt MCCLI) *Chriſtianus Archiepiſcopus Moguntinus, eius nominis II, moritur. Trithemium* ſequitur *Dieffenbachius* l. d. *Helvvichius* itidem l. d.

4) Necrologium ædis maioris p. 513 diem inſuper notat, & *XI Kalend. Decembr.* Deo lucis vſuram illum reddidiſſe refert his verbis: † *Chriſtianus Archiepiſcopus Mogunt.*

Vtrum auctor ſit chronici Moguntini veteris. V Sed cum ipſe narrationis huius auctor ſuum vna ſola littera C nomen indicarit, & de Chriſtiano hoc noſtro in tertia loquatur perſona, magno ſe ait MS. minoris collector opere dubitaſſe, auctor quiſnam eſſet: ac in quodam manuſcripto inueniſſe Conradum. *Ego tamen non Conradum, ait, ſed Chriſtianum Archiepiſcopum ſecundum intelligendum huius libri auctorem arbitror, tum quia inferius demolitionis turris per ventum mentionem faciens, ait, ſe vidiſſe quaſdam trabes de eadem turri deportatas, quod contigit per quinquaginta ferme annos ante ſuum Epiſcopatum; tum quia tractatus ipſe vſque ad eundem Chriſtianum pertendit, quando ipſe ab Epiſcopatu ſemotus, ſubſtituto Gerhardo, hunc edidiſſe creditur libellum.* Vnde & in principio dicit: *C. Presbyter Epiſcopali nomine indignus, vbi quod fuerit antea dignitatis officio, aut ad minus electione Epiſcopus, & renuntiauerit, liquide patefacit ſcriptor huius libelli. Quod ſi Epiſcopus fuit, quare non magis Maguntinenſis, quam alterius eccleſiæ ipſum fuiſſe Epiſcopum æſtimandum eſt? cum vtique ipſius eccleſiæ theſaurum tam ſecretum,*

Digitized by Google

cretum, nequaquam potuiſſet adeo luculenter conſcribere, niſi præcipuus & ſecretiſſimus fuiſſet eiuſdem theſauri recognitor. tum quia hoc ipſemet tacite innuit in prologo ſuo, dicens: Scripturus itaque vobis iacturam & oppreſſionem, quæ annis iam centum cœpit ruere eccleſia Moguntina. *Cum enim hæc iactura cœperit poſt Henricum primum circa annum Domini MCLI, conſtat auctorem huius libelli vixiſſe, additis centum annis, anno Domini MCCLII, quo anno Chriſtianus Archiepiſcopus depoſitus fuit, quem hunc libellum edidiſſe, ipſo anno cognoſcimus.* Hæc *MS.* Eſtque hæc *Bruſchii* ſententia, dum ait: *Scripſit Chriſtianus hiſtoriam exauctorationis Henrici quinti* *: *& vitam Arnoldi Epiſcopi Moguntini, & aliorum quorundam anteceſſorum ſuorum.* Clariſſime autem MS. codex monaſterii S. Iacobi, in quo Trithemii apologia, & illius monaſterii bibliotheca deſcripta, ſimul etiam Vallæ in Teſtamentum nouum annotationes editæ ſunt, Chriſtiano Archiepiſcopo Moguntinenſi opuſculum iſtud vendicat, e quo monſtratæ antea Moguntinorum templorum opes lib. I c. XXXII. Edit. I pag.

* Bruſchium, qui hic hiſtoriam illum exauctorationis Henrici V, & vitam Arnoldi, Epiſcopi Moguntini, & aliorum quorundam Anteceſſorum ſuorum ſcripſiſſe dicit, exſcripſit in Catalogo *Dieffenbachius.* Simul autem exſcripſit [illegible], quod idem ille commiſit, *mnemonikon*, & pro hiſtoria exauctorationis *Henrici I* Archiepiſcopi Moguntini, quam *Chriſtianus* in ſuo complexus chronico eſt, *Bruſchius* vero in animo habuit, dixit, ſcripſiſſe hiſtoriam exauctorationis *Henrici V.* Idem facit *MS.* quem ſemel atque iterum iam laudaui, *Fratrum Eremitarum* Conuentus Moguntinenſis f. 94. a)

GERHARDVS I.

I

DE huius electione dictum paullo ante, & a Cuſpiniano *Eberhardus* nominatur.

Gerhardi *vocatus fuit nomine* Non ſolum ab *Chriſtiano* deceſſore in chronico ſect. II § X p. 130 *Gerhardus* appellatur, ſed paſſim etiam ab aliis; cum maxime vero in diplomatis ſiue tabulis publicis. e. g. Cæſaris *VVilhelmi* an. MCCLII, VI Non. Maii monaſterio S. Petri Goslariæ datis; *Datum per manum Venerabilis H. Spirenſis Electi, vices gerentis Venerabilis* Gerhardi *Moguntini Archiepiſcopi, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarii.* Vid. *Heineccius* antiquitat. Goslarienſ. lib. III p. 272; *Richardi* item Colonienſibus conceſſo; *Datum Colon. per manus N. Cameracenſis Epiſcopi, dilecti Principis & Cancellarii noſtri, vices gerentis Venerabilis Principis,* Gerardi *Moguntini Archiepiſcopi, per Germaniam Archicancellarii.* Vid. *Mullinkrot* de Cancellar. & Vicecancellar. Imper. p. 556; in litteris itidem *VVernheri* ſucceſſoris, datis an. MCCLXX, in quibus ex concilio, quod Gerhardus Moguntiæ habuit, plura afferuntur ſic: *ex concilio Moguntino Domini G.* vid. auctor *Serarius* ſupra lib. I cap. XXXIII. Immo, non aliter ipſe tum in tabulis, quas proculi (vt inſpicienti patebit) tum, quod maxime notandum, in ſigillis.

In nummo contra antiquo argenteo, an. MDCXXXV Erfurti ſub dirutis in monte Petrino mœnibus inuento, quem *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. I § XXII p. 57 profert, haud ſecus ac ab *Cuſpiniano*, appellari videas *Eberhardum.* Errore, ſine dubio, ſculptoris.

II *Vir erat*, inquit *Trithemius* in Hirſaug. chron. *maximus & multum prouidus.* Vocatur a quibuſdam *Comes Waldgrauenſis* *, & dicitur a *Bruſchio*, eumque ſecuto *Petro Merſæo*, in Epiſcoporum catalogo, *Franciſcanus* fuiſſe monachus, qui *Wilhelmi Regis*, quoad in viuorum numero is fuit, partes ſecutus eſt.

non ita bene appellatur Waldgrau. * 1) Si *Comes VValdgrauenſis* a quibusdam vocatus fuit, non ita bene ſic appellatus eſt. Qui enim latine *Comites Silueſtres* vocantur, germanice *VVildgrauen* appellari ſolent. Conf. ſupra p. 591 § IX, & quæ infra ad § VII n. 1 ex necrologio ædis maioris attuli.

2) Fuit filius *Conradi*, vt *Chriſtianus* l. d. diſerte habet, nepos Gerhardi, quatuor Comitum Silueſtrium frater. quod vt hoc clarius ob oculos ſit, hoc appono ſchema. *filius fuit Conradi Waldgrauii.*

Vi

Digitized by Google

* *

a) Br
Comes Sil

a) Gerh

a) Conradus,
b) occurrit ab an. 1214 vſque ad 1263.
an. 1258 caſtra ſua diuiſit inter filios.

c) Emicho,
accepit in diuiſione caſtra
Kirberg & *Schmidburg.*
d) occur. an. 1255 & 1273.

c) Godefridus
accepit in diuiſione c
Dhaun & *Grumb*
e) occur. an. 12

g) Godefridus,
dictus *Royp* ſiue *Rauh*,
h) occur. an. 1293,
i) ſepultus Moguntiæ in metropolitana.

g) Emicho,
Epiſcopus Friſingenſis.
k) † an. 1311.

g) Hugo,
Præpoſitus Ardacenſis,
Canonicus Mogunt.

g) Gerhardus,
Præpoſitus Friſingenſis.
l) † an. 1312.

Conradus.

m) Gerhardus,
Canonicus Moguntinus.

n) Fridericus.
*n**) vixit adhuc an. 1340.

Hedewigis,
vx. *Ioannis I* Comitis R
& fratribus mortuis heres porti

Gerhardus.

o) Otho.
vixit adhuc an. 1409.
vltimus gentis.

p) Margareta,
Vxor *Ioannis II* Comitis Rheni.

q) Gerhardus.
† iam an. 1409.

r) *Adelheidis*,
vxor *Ioannis III* Comitis Rheni.

a) Vid. *Fuchſius* in additione ad cap. 20 lib. 5 chronici Spirenſis *Lehmanni*, p. 500.

b) Anno quidem hoc 1214 occurrit in tabulis quibusdam de *Aduocatia Simmerenſi*, 4 Kal. Februar. ſignatis; quas in *ἀρχείῳ* Dhaunenſi adſeruari ſcribit *Fuchſius* l. d.

Anno 1215 teſtes inter eſt adſcriptos diplomati, monachis Rodenkirchenſibus a *Friderico II* Imperatore conceſſo; quod legi poteſt tomo II in chronico *Collegiatæ* ad *D. Stephani* § 25 p. 536.

Anno 1220 deteſtationis eccleſiaſticæ vinculis illigatus fuit a *Sifrido II* Archiepiſcopo Moguntino. *Trithemius* chron. Sponheim. p. m. 207, Auctor *Serarius* ſupra in *Sifrido* dicto § 9 p. 591.

Anno 1225 præſens fuit, cum *Gerlacus* Comes Veldentinus eccleſiæ *S. Mariæ* Flonheimenſi ſacellum *Enſinsheimenſe* attribueret, & teſtibus ſic adſcriptus eſt; *Silueſter Comes Conradus.*

Anno 1255 nomen dedit fœderi ciuitatum. Vid. *Lehmannus* Chronici Spirenſis lib. 5 cap. 92 p. 534.

Anno 1263 ſignis collatis cum *VVilhelmo* de *Nigromonte*, Vintingianæ cauſſæ propugnatore, infeliciter dimicauit acie. *Brovverus* lib. 16 annal. Treuirenſ. § 74 p. 155.

c) *Fuchſius* l. d.

d) Anno quidem 1255 occurrit inter teſtes, in tabulis, quibus *VVilhelmus* Rex ciuitati Spirenſi ſtabilit & firmat deceſſorum ſuorum priuilegia. *Lehmannus* l. d. cap. 91 p. 533. Eodem ipſe fœderi ciuitatum modo dicto ſubſcripſit. *Idem* l. d. cap. 92 p. 535.

Anno 1273 adfuit, cum *Rudolfus* Cæſar Spirentium priuilegia rata haberet. *Idem* l. d. cap. 110 p. 561.

e) In tabulis fœderis, quod ciuitatibus tum, vti dictum, inter ſe inire placuit. *Idem* l. d. cap. 92 p. 535.

f) Ita vocatur in tabulis *Conradi* parentis de diuiſione caſtrorum ſuorum inter filios. *Fuchſius* l. d.

g) *Nos* Emicho *D. G. Friſingenſis Epiſcopus*, Hugo, *Prepoſitus Ardacenſis*, *Canonicus Maguntinus*, Gerhardus, *Prepoſitus Friſingenſis*, *fratres*, *filii quondam* Emichonis, *Silueſtris Comitis*, Gerhardus, *Canonicus Maguntinus*, & Fridericus, *filii quondam* Godfridi, *dicti* Royp, *Silueſtris Comitis*, *tenore preſencium recognoſcimus & conſtare cupimus vniuerſis, quod nos omnibus iuribus, que nobis competere videbantur, & que habuimus in curia, que vocatur* Crabencruce, *ſita apud villam* Enſentheim, *que quondam fuit monaſterii in* Flainheym, *eccleſie Maguntine tam in aduocaciis, quam in ſerviciis & herbergiis, ac rebus aliis quibuscunque, ob reuerentiam B. Martini & eccleſie Maguntine, ac perpetuam ſalutem anime beate memorie quondam* Godfridi, *fratris noſtri germani, & patris fratrum predictorum, qui in dicta eccleſia Maguntina ſepultus eſt* &c. An. 1299. vid. *Syllabus plenior* ſectione 6 p. 410, in *Gerhardo II* Wildgrauio; in quo tamen v. 1 & 2 pro, *Anno* 1299 *ipſe & fratres* Fridericus

Digitized by Google

* * *

) Bruno
n *Sueſter.*

Gerhardus.

a) Emicho *ſenior*,
* occurrit an. 1244.

…ridus,
…oncaſtra
…nuech.
…1155.

c) GERHARDVS,
Archiepiſcopus Moguntinus.
v. *chron.* Chriſtiani *ſect.* 2 § 10
p. 130.

c) Simon,
f) Moguntiæ Præpoſitus ad *D. Mauricii*,
Maioris Cuſtos.
occur. an. 1252 – 1279.
v. *Syllabus plenior* ſectione 3 p. 310,
& in *additionibus* p. 889.

** Conradus,
Epiſcopus Friſingenſis.
ab an. 1258 vſque ad an. 1278,
quo † 3 Kal. Mart.

…a.

…s,
…iſtiheni,
…poenis Dhaunenſis.

* *Teſtis inter recepta in instrumento* B, a. *conſtitutione* de regia Imperii tranſalpini ſede, *apud* Goldaſtum *Receſſ. Imperii p.* 9. *vt* Fuchſius *l. d. obſeruauit.*

** v. Imhof *notit. Procerum Imperii lib.* 5 c. 4 § 2 *p.* 315. *Cathedram inſcendit an.* 1258. Gevveldus *in not. ad* Hundium *de Epiſcop. Friſing. tom. I metropol. p.* 111. *Fatis functus humo conditus eſt in abſide contra altare omnium Sanctorum.* Idem *ibid.*

& Gerhardus, *vna cum agnatis* Emichone &c. leg. *ipſe & frater* Fridericus, *vna cum patruis* Emichone, Hugone, & Gerhardo — & v. 16 leg. ſic; — *noſtri germani*, & patris *fratrum predictorum* — & v. 27 pro, & *»fratres predicti*, l. *Et nos* Gerhardus & »Fridericus *predicti*, *cum ſigilla propria non habeamus*, *ſigillis patruorum noſtrorum predictorum ſumus contenti.* Apographum enim harum tabularum, vt poſtea patuit, his laborabat næuis.

h) In tabulis, queis *Adolfus* Cæſar, illius etiam teſtimonio adhibito, priuilegia ciuitati Spirenſi a deceſſoribus indulta approbat & confirmat. *Lehmannus* l. d. cap. 120 p. 574.

i) vid. lit. præcedentem *g)*

k) Et quidem Viennæ, 5 Kal. Aug. Deuectus Friſingam, ibidem ſepultus eſt in ſacello SS. Georgii martyris & Henrici Imperatoris, cum hoc epitaphio:

> *Cleri flos* Emicho *quondam*, *ſed nunc velut Echo*,
> *His ſubterratus Præſul iacet incineratus*
> *Vt luti teſta. Deus o requiem ſibi preſta:*
> *Parcat & examen iuſti ſibi iudicis*, *Amen.*

Gevveldus in not. ad *Hundium* p. 113. Præfuit an. 29. *Hundius* p. 74.

l) *Hundius* metropol. tom. I p. 122.

m) Vid. lit. præcedentem *g)* n) vid. lit. eandem.

*n) *VVir* Heinrich *von Gotes genaden*, *des Hiligen Stuls zu Mentz Ertzbiſchof*, *des Hiligen Romiſchen Richs in Tutſchen landen Ertzcanzler*, *tun kunt allen luten. Alleyne vvir vnd der Ervvirdig in Gode Vader*, *Her* Baldewin *Erzbiſchof zu Triere*, *mit den Edlen Luten*, Georgien *Greven* von *Veldentz*, Iohan *Greven* von *Sponheim*, »Friderich *VVildegreven* von *Kirberg*, Gylies *Herre* zu *Dune*, *vnd* Conen *von* Dune, Herren *zum* Stein, *vvider den Edeln Man*, Iohan *VVildegreven* von *Dune vnd ſin Helfere* — *Der gegeben iſt in dem here vor* Dune, *do man zalt nach Criſtus geburthe druzehen hundert iar*, *vnd darnach in dem viertzegeſten iare*, *an ſantes* Iacobs *abends des hiligen zvvelfboden.*

o) *VVir* Iohann *E. z. M.* — *bekennen*, *daſs die Edlen* Otto *VVildgrav* zu *Kirburg*, *vnd ſel. gedächtniſt* Gerhard, *VVildegrave* zu *Kirburg*, *etvvan ſin Vetter*, *vnd ihr eltern das Hus* Kirberg *von vns vnd vnſerm Stift zu lehen gehabt*, *als der obgemelt VVildgrav* Otte *das alſo noch zu lehen hat* — *daſs vvir angeſehen han die dienſte*, *die vns* — *der Edle* Iohann, *VVildgrave* zu *Dune vnd Ringrave* zum *Stein*, »*des obgenanten VVildgrav* Gerhards *Tochtermann* — *getan* &c. 1409. Ex quibus patet, falli *Imhofium*, dum *Ottonem* iam an. 1408 mortuum ſcribit, & *Adelheidis* patrem illius fratrem vocat, l. d. § 3 p. m. 314.

p) *Ich* Iohann *Ringrave*, *VVildegreve* zu *Dunen* — *daſs vvir vns vnd vnſer ſel. Fravven* Margreten — 1370 *Epiphan. Domini.*

q) Vid. lit. præcedentem *o)* r) v. lit. eandem.

Digitized by Google

Vt adeo erret *Fridericus Luca*, dum illum Eppenſteinenſibus ortum ſcribit in libro, qui *Comitum veterum Theatrum*, vernacula *Alter Graven-Saal*, inſcriptus eſt, p. 234.

Ædis ſummæ Canonicus.

3) Ceterum ædis ſummæ fuit Canonicus, hocque titulo occurrit an. MCCXXXVII in litteris Collegii metropolitani de donatione *Sifridi II* & *Alatrini*, Præpoſiti B. M. V. in campis, eidem eccleſiæ an. MCCXIX facta. Vid. *Syllabus plenior* ſectione VI p. 410.

Donis Archiepiſcopatũ obtinuiſſe dicitur.

4) Donis, muneribusque, & quidem CC marcis argenti viam ſibi ad Moguntini Archiepiſcopatus gradum ſtrauiſſe, *Chriſtianus* l. d. perhibet, ſimulque *adoleſcentem* vocat *Subdiaconum.*

Vtrum monachus Franciſcanus fuerit?

5) Verum vero Franciſcanæ familiæ alumnus fuerit, maxime dubites. Fuit enim, vt dictum, ædis primariæ adſcriptus Canonicis. Illorum autem in ordine ac cœtu locus haud eſt monachis. Dein *Fratris* nomen ſiue titulum ſibi nunquam circumpoſuit, quod tamen ſodalitii iſtius monachus, *Henricus II*, Archiepiſcopus factus fecit. Vid. *Gudenus* l. d. § XXV p. 66 & 67. Fuiſſe tamen, qui crediderint, in D. Franciſci leges eum iuraſſe, ante Bruſchium iam prodidit *Engelhuſius* in chronico p. 1119; *Iſte Archiepiſcopus dicitur fuiſſe Ordinis Minorum.* quin ipſe etiam *mſcr. Petrenſis* his verbis: *In eccleſia PP. Minorum (in quorum ſacro ordine profeſſionem emiſiſſe dicitur) honorificentiſſime tumulatus.* Quod ſi D. Franciſci regula ſe vnquam deuinxit, morti forſan vicinus, cum id faceret, fuit.

Erfurtum veniens

6) Anno MCCLII, die IV Februarii Erfordiam venit, magno ſtipatus comitatu, nec minori exceptus pompa, ac in monte Petrino aliquandiu ſubſtitit; interimque vicefimam redituum partem a clero exegit, extorſitque.

vicefimam extorquet.

Verbis loquor dicti modo *Petrenſis manuſcr.*

Ziegkhanio opem promittit.

7) Et cum per eosdem dies *Bertholdo*, Comiti Ziegenhainenſi, & gratiam promiſiſſet & opera, factum, vt ille viciſſim præſtito ſacramento polliceretur, ei ſe, ſedique Moguntinæ omnibus viribus aduerſus quoslibet hoſtes, ſigillatim Marchionem Miſnenſem, fideliter inſeruiturum. Litterarum clauſula docet hæc acta ipſo hoc anno MCCLII Ameneburgi XI Kal. Iunias.

Regi in caſtris præſto eſt.

8) Regi Wilhelmo omnibus addictum fuiſſe ſtudiis vere dixit auctor, & poſt eum *Gudenus* l. d. Certe ei hoc anno in caſtris ante Francofurtum omni affuit obſequio. Diſcas id ex litteris Wilhelmi, quas *Martene & Durand* tomo I pag. 1160 protulere. In iis enim teſtes inter primo reperitur loco. Quin ita illi nauauit operam, vt petenti mutuam daret pecuniam. Superant enim litteræ in caſtris ante Cubam II Non. Aug. datæ, quibus oppidum Oppenheim eccleſiæ Moguntinæ pignori opponitur.

Grauiter in duos Canonicos animaduertit.

9) Sed enim, non *prouidus* modo fuit *vir*, vt *Trithemius* ait, ſed ſcelerum etiam grauis vltor & vindex. Quam ſerio enim, grauiterque impudens furtum, quod duo Canonici ad ædem B. M. V. *ad gradus*, Henricus & Hertuicus, commiſerant, anno ſequenti MCCLIII puniuerit, pluribus manifeſtum faciunt tabulæ, quas in codice Diplomatico alias inter expoſui.

Moguntinos cum Hohenfelſio componit.

10) Hæc vero dum fiebant, ciuibus Moguntinis cum *Philippo* de *Hohenfels*, de parte quadam areæ caſtri Weiſſenauienſis, quæ vulgo *Burg ſtadel* appellabatur, intercedebat controuerſia. Quam vt amica ſuſtolleret compoſitione, alia inter curæ ſibi habebat haud exiguæ. Et ſuſtulit tandem II Non. Februar. Conditiones erant hæ. Philippus dimidiam areæ iſtius partem ciuibus traderet, atque addiceret in perpetuum; tum vero nulli, qui eos ſuper iſta forte impeteret, vel conſilium præſtaret, vel iuuamen. Ciues contra Philippo ducentas & quinquaginta numerarent marcas. Porro Philippus promitteret, eccleſiam Moguntinenſem, Milites, ciuesque bona, quæ ſub ipſius haberent iuriſdictione ſiue territorio, eodem iure poſſeſſuros, quo ea Dudonis Camerarii tempore poſſediſſent; Ciues vero, Militesque de bonis, quæ poſt demum in locis iſtis ſibi comparaſſent, ſoluerent in poſterum ac repræſentarent, quicquid ab antiquo, & antequam ea emiſſent, vel cenſus vel collationis de eiſdem pendi conſueuerit. Melioris intellectus cauſſa vide ſis tabulas ipſas. Dedi eas in codice Diplomatico.

Canonicis metropolitanis cenſuum quorundam partem concedit.

11) Poſt neque ita multo Canonicis metropolitanis alteram cenſuum de *ſchragionibus* ac *apothecis* ante *D. Martini* baſilicam prouenientium partem, quam Sifridus iunior, quum iis vnam illorum addiceret, ſibi ſucceſſoribusque reſeruarat, attribuit, diplomateque ipſis Idibus Februariis Moguntiæ confecto, liberaliter adſignauit.

Eppenſteinium anathemate ferit.

12) Quam acris ceteroqui legum eccleſiaſticarum fuerit cuſtos, paucis diebus interiectis ſatis abunde oſtendit. Cum enim *Godefridus Eppenſteinius*, Sifridi III e fratre Godefrido nepos, & Godeboldus, Dapifer Godefridi, colonis villæ Burgſtadt, Collegii metropolitani dominio ſubiectæ, vim intuliſſent ac manus; tum vero pecus violenter iis ablatum retentaſſent, donec id pullis quibuſdam redimerent (quos vulgo a tempore, quo excluduntur, *Faſtnacht-hüner* vocantur) patrem paterne monuit ac filium, incolis memoratis intra octiduum pullos iſtos reſtituerent, ac de verberibus illatis ſatisfacerent; alioquin pœnas concilii Moguntini ſanctionibus definitas incurſuros. Poſt vero, cum ad id obedienter exequendum ſeſe haud paratos oſtendiſſent, noxis, deteſtationibusque eccleſiaſticis illigari iuſſit, donec imperata facerent. Cognoſces id e mandato, quod hac fini *Hermanno*, ad D. Mauricii ædem Decano, tum dedit, in cod. Diplomatico.

13) Anno ſubſequenti MCCLIV pacem fecit cum Vormatienſibus, vt auctor refert § ſequenti.

III Eiusque tempore an. Domini MCCLIV inter Moguntinos & Wormatienſes, poſt multas contentiones perpetua ſancita pax: & Abbates multi, vt

exhauſto bellis ærario metropolitano ſubuenirent, multa ſuis e prædiis & reditibus largiti ſunt †. Vnde putat *MS.* minor, gratæ beneuolentiæ gratia, fluxiſſe proceſſiones, quæ ad S. Iacobi monaſterium e prima æde quotannis fieri ſolent *.

1) Vt igitur Siſridus ſummus erat, *Bruſchio* dicente, hoſtis cum ciuitatis, tum Epiſcopi Vormatienſis; ita Gerhardus aliam induit mentem, aliam Moguntinenſes. Ceterum confer. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad a. h. MCCLIV p. 591.

Canonicis metr politanis ſubuenit

2) Quod alioquin haud fruſtra cum Abbatibus ſuæ diœceſis egerit, vt exhauſto belli ſuperioris tempore ærario metropolitano ſubuenirent, res ipſa loquitur. *Godſcalcus* enim Abbas *D. Iacobi* parochialem villæ Schornsheim vna cum decimationibus contulit. Vid. *Trithemius* l. d. *VVitlichius* in catalogo Abbatum D. Iacobi p. 8. præcipue vero tabulæ Godſcalci & Collegii metropolitani in libello *de Vicariis. Otho* Abbas montis *D. Diſibodi* parochialem villæ Oſternach cum decimationibus largitus eſt. Vid. idem *Trithemius* l. d. & tabulæ Othonis l. d. *de Vicariis. Hartmannus Abbas in Blidenſtatt eccleſiam cum decimationibus in villa Kemluden prope oppidum Bingionum; Starchardus Abbas in Selgenſtadt eccleſiam in Nuheim*; quin & *Henricus Abbas Fuldenſis eccleſiam parochialem in Berſtatt cum omnibus prouentibus.* Idem *Trithemius* ad an. MCCLV p. 594.

de proceſſionibus ad D. Iacobi.

* 3) Ceterum, quod ad illas Collegii metropolitani proceſſiones, de quibus auctor, notes, duas illarum quotannis inſtitui: *primam die Cinerum, vbi poſt incinerationem itur illuc cum cruce velata, ibique a Choro metropolitano cantatur ſacrum; dum interim DD. Stephanitæ idem officium in templo metropolitano peragunt. Vbi autem pluuia hac die incidit, non erit proceſſio, ſed datis cineribus fit proceſſio cum litaniis in ipſa metropolitana, tranſiturque per alam templi a latere fori per ambitum iterum ad ſummum chorum. Alteram feria VI Paraſceues, qua de mane incedit chorus ad dictam S. Iacobi eccleſiam ſine cantu. vbi Abbas loci cum ſuis miniſtris peragit officium diei, & adorationem crucis, ceteraque, iuxta formam in Miſſali Romano perſcriptam, Choro metropolitano reſpondente. Poſt officium Reuerendiſſimus Dominus Decanus, indutus alba & ſtola, accepta a Reuerendiſſimo Domino Abbate capſula, in qua reconditum eſt venerabile Sacramentum, dat benedictionem, proceditque ſub baldachino nigro; ſequuntur perſonæ Cleri ſine cantu, ferentes faces accenſas, & reponitur ſacra hoſtia in ſepulchro præparato in veſtibulo chori ferrei ante altare nouum B. M. V. aſſumptæ.* Ita *MS* quidam.

Marchioni Miſnenſi ſeuda quadã confert.

4) Durante interim *Sophiæ* Brabantinæ cum *Henrico Illuſtri*, Marchione Miſnenſi, bello, Gerhardus huic *iure feodali* contulit *officium Mareſchalli* (Archiepiſcopatus ſcilicet Moguntinenſis hereditarii) *Comitias Sybenleiben, Schönreſtede, minorem Comitiam Mittelhuſen, caſtrum Spedenberg* &c. Tabularum hac de re tum ſcriptarum formula hanc habet clauſulam; *Acta apud* Vdenſtett *an. MCCLIV. VII Kal. Aug. Pontificatus noſtri anno III.*

Throno Mariæ conſulit

5) Quod ceteroqui per eosdem dies parthenoni, qui *Thronus Mariæ* vocabatur, parochialem villæ *VVernhem* attribuerit, patet ex litteris in codice Diplomatico allatis, quibus Abbatiſſa in grati animi ſignum ſpondet, ſe quotannis, feſto D. Martini recurrente, tres libras ceræ ad tres candelas, in ara Sancti Moguntiæ in ædium ſacrarum primaria accendendas, daturam.

Regi adeſt Spiræ.

6) Sequenti MCCLV Wilhelmo Cæſari, menſe Februario Spiræ præſto fuit. quo vid. *Lehmannus* chronic. Spirenſ. l. d. cap. XCI p. 535; apud quem tamen litteram *S* perperam Moguntino inter teſtes præponi videas. Neque enim tum Sigefridus, ſed Gerhardus ſedi Moguntinæ præfuit.

fœderi ciuitatum accedit.

7) Tum temporis etiam fœderi ciuitatum Rhenenſi acceſſit. Vid. *Lehmannus* l. d. cap. XCII p. 536, *Dattius* de pace Imperii publica lib. I cap. IV ſect. 33 p. 24; præcipue vero formula pacis publicæ, quam inter ſe ciuitates fecere, apud *Leibnitium* in mantiſſa Cod. iuris gentium diplomat. parte II ſect. VIII p. 96, vbi videas appellari *Gebehardum*, quamuis perperam.

Santalbanenſibus ſubuenit.

8) Sant-albanenſibus vero, quod temporum iniuria magnam facultatum ſuarum iacturam feciſſent, parochiales villarum *Bodenheim* & *Vndenheim*, cum omnis conceſſione iuris ac prouentus, inſigni diplomate, XV Kal. Septembr. confecto (quod in chronico D. *Albani* reperies) præbendorum in augmentum adiixit.

controuerſiam Cuſtodum cum Plebanis tollit.

9) Menſe Septembri tollendis, quæ Cuſtodibus eccleſiarum Collegialium cum Plebanis ſiue Parochis Moguntinenſibus de ſepulturis, ſacramentis item conferendis, aliisque nonnullis negotiis eccleſiaſticis erant, controuerſiis, factam olim Sifridi & Conradi deceſſorum de his ordinationem ſub anathematis interminatione repetiit iuxta atque renouauit. quam cum longior paullo ſit, huc afferre nolo. Dedi tamen in codice Diplomatico.

ne Conradinum eligat, monetur.

10) Wilhelmo Rege non longe poſt anni MCCLVI ſecuti exordium a Friſonibus occiſo, a Pontifice accepit litteras, quibus, cum Alexander Fridericorum mores ſuſpectaret ac ingenia, ipſe monebatur, ne in auguſtali ſuffragatione fineret vllam Conradini pueri haberi rationem. Protulit eas *Leibnitius*, apud quem reperies in prodromo Iuris gentium Diplomatico.

IV Eccleſiam Oppenheimenſem, quæ *S. Catharinæ* dicebatur, parochialem eccleſiam datis priuilegiis effecit an. Domini MCCLVIII, V Nonas Iulii: v. § 6 n. 12 fœdam Caluiniani nunc fermenti magidem.

V. De-

Edit. I pag. V Declarauit autem incommodo ſuo, quam a bellis, prauorumque conſiliis & iuuenum procacitate abhorrere debeant eccleſiaſtici. Cum enim mortuo Wilhelmo Rege, Imperium Germanicum ambirent Alphonſus Caſtellæ Hiſpaniarum Rex, multis magniſque operibus, Aſtrologicis præſertim tabulis, apud exteros notus, & Richardus Cornubiæ in Anglia Comes, Anglorum Regis frater germanus: & ille quidem Colonienſem ſibi Electorem adiunxiſſet, hic v. n. 756 Moguntinum noſtrum ſibi conciliare ſtatuit.

VI Modum autem ita narrat lib. VIII Saxoniæ cap. XXI & XXII *Albertus Crantzius: Erat Gerhardus Moguntinus Archiepiſcopus in carcere, captus ab Alberto Duce Brunſvvicenſi, per hanc occaſionem. Albertus quidem Princeps modeſtus, & animo ſatis tranquillus, aluit, per manſuetudinem, quorundam ſuorum militarium audaciam. Nam qui de excelſa arce traxere nomen, vt de* Aſſeborg (alii de Aſchenburg) *dicerentur Miniſteriales, in id temeritatis ſunt prouecti, vt Ducem ſuum non modo contemnerent, ſed, quibuſdam etiam in rebus, contumelia non abſtinerent. Inſigne eorum, quod clypeis præferebant, lupus erat: cum interim Principes Brunſvvici geminos a memoria Henrici Leonis in clypeo præferebant leones, quos ille ex Anglia referebat. Vt autem contemptum animi ſui facto proderent, in clypeis figurabant leonem, cuius tergori lupus immineret. Ea res cum non eſſet obſcura, neque interpretatu difficilis, mouit tranquillum Principem, quod contemptui ſuo iunxiſſent facti contumeliam. Itaque leo per aures tractus, expergiſcitur: arma producit in contemptores, & obſeſſa diu arce Aſſeburg, oppugnataque, tandem expugnauit: & eiectis illis inexorabiliter de terra, arcem ſibi, ſuisque iuribus deſumpſit habitandam. Vix tandem exulantes ipſi per amicos impetrarunt, vt ad oppidum Brakel ſinerentur commanere. Cum autem in eius arcis expugnatione Dux Albertus hæreret, Tidericus Comes de Euerſtein* (ſcribunt alii Eberſtein) *tracto in armorum ſocietatem*
843 *Archiepiſcopo Moguntino, terram inuaſit Gottingenſem, prædis & incendiis omnia miſcens: non ſatis ante, more militari, denuntiatis hoſtilibus. Reliquerat Dux in ea terra præfectum cum expedita manu, quæ ſufficere videretur terræ tutandæ: cui tamen in aperto congredi tanto exercitui conſilium non erat, quod impar eſſet viribus: ſed collecta equitum, quanta ex tempore potuit, ala, magnam ruſticæ plebis multitudinem ſecum traxit leui armatura, & clanculo ſecutus, hoſtile agmen obſeruabat, vbi caſtra poneret. Quieuit autem prima nocte ad curtem monaſterii. Exercitu enim foris tendente, Archiepiſcopus ipſe curtem ingreditur. Præfectus Ducis, cum explorata teneret omnia, & quieta cunctis viderentur ſilentia, noctu irruens in quietos, capit Archiepiſcopum, & Comitem, & qui ſe commouerant, repreſſit: trahit vtrumque captiuum in caſtra Ducis. Archiepiſcopus Brunſvvicum mittitur, ibique anno integro ſeruatur. Comitem vero, quod violator eſſet ſacramentorum, quibus Duci ſuo adſtringeretur, erecta trabe, iuſſit appendi per pedes, vt exquiſito cruciatu vitam finiret, qui execrabile ſcelus in dominum ſuum commiſiſſet. Hæc eſt illa captiuitas Archiepiſcopi Moguntini ab Duce Brunſvvicenſi. Richardus ergo Cornubiæ in Anglia Princeps, cum per hunc Archiepiſcopum adſpiraret ad regnum, ingenti exprompta Duci Brunſvvicenſi pecunia, Archiepiſcopum e carcere liberauit. Quocirca redemptus redemptori ſuo inclinabat. Peruenere ergo ambo, Alphonſus & Richardus, titulotenus ad regnum: ſed non vltra progreſſa eſt vllius auctoritas. Nihil enim adminiſtraſſe leguntur, niſi quod Alphonſum Colonienſis,* v. n. 7
& Richardum Moguntinus fouerent Archiepiſcopi: & continuit alterum alterius metus, ne quid attentarent. ſiue id modeſtiæ deputemus, quod viri ſenſati lacerare ſe mutuis viribus, pro alieno Imperio, iudicabant indignum. Nuſquam enim referuntur in inuicem arma aut acies produxiſſe, contenti glorioſo nomine, in quo Richardus magis efferbuiſſe cernitur. Nam Alphonſus, vbi ſenſit ſibi ortum æmulum, intra regni ſui ſe limites continuit. Et quoniam nihil magnum in regno peregerunt, Italici ſcriptores, per eorum, vt diximus, tempora, vacaſſe ſcribunt Imperium.

Brunſuicenſem bello petit. 1) Vt curatius paullo rem tradam, Gerhardus anno MCCLVI Alberto bellum intulit. *Continuator Lamberti* p. 258, *Langius* chron. Citizenſ. p. 806.

2) Fecit autem id ei, ſociatis eum *Conrado* (quem præter Crantzium & *Rotho* chronici picturati p. 366, aliique haud bene *Tidericum* vocant) Comite Eberſteinenſi, armis. *ſocio Comite Eberſteinenſi.*

Chronicon Principum Brunſuicenſ. rythmicum cap. LXIX p. 137;

Binnen der zeit ſich vermas
Von Meynz Biſchoff Gerhart
Einer viel groſſen Heerfart,
Vnd mit ihme von Eberſtein
Graffe Conrad, *den ich mein.*

Add. *Hermannus* de *Lerbeke* chron. Comitum Schauenburg. p. 511, & *Meibomius* in not. p. 535, *Gudenus* l. d. p. 58, *Paullini* annal. Iſenacenſ. § LVIII p. 48.

capitur. 3) Fortuna tamen, vt auctor iam indicauit, ſiniſteriori. Quippe longe, lateque omnia depopulatus, in prædio villæ Boleſtetten vicino, monaſterioque Volckerodenſi ſubiecto, ab Willekino de Kerſtlingeroda, Præfecto Göttingenſi, inopinate captus, ac Duci in caſtra ad Aſſeburgum miſſus fuit. *Botho* l. d. *Engelhuſius* l. d. p. 1118, *Iongelinus* lib. III notit. Abbatum Ciſtercienſ. p. 55, & his vberius *chronicon*, quod dixi, *rythmicum* l. d. E caſtris vero Brunſuigam deductus, ibique in captiuitate detentus eſt, vt præter *Crantzium* MS. *Auguſtinianorum* tradit f. 96 b) Adde *Continuatorem Lamberti* l. d.

Erfurtenſibus eſt cura. 4) Brunſuigæ dum detinebatur in cuſtodia, Erfurtenſes de ſalute ipſius ac liberatione anxii publicas Numini preces decreuere. *Erfordienſes de liberatione ſui Domini ſolliciti publicas preces in hunc finem indixerunt, ac Petrenſe templum proceſſionaliter viſitantes, illic Miſſam*, de S. Petro ad vincula, *ſolemnizarunt.* Ita *MS. Petrenſis.*

a Richardo grandi lytro liberatur. 5) Ab Richardo dein magna æris ſumma Alberto perſoluta, e captiuitate liberatum vetus *Arnoldi Archiepiſcopi Treuirenſis ſcriptor* in acta miſit publica. Cui ſuccenturiantur *auctor incertus chronici Slauici* apud Lindenbrogium p. 260, *Continuator Lamberti* l. d. ***Engelhuſius*** l. d. p. 1119, ***Trithemius*** l. d. p. 598, ***Chronicon rythmicum*** l. d.

Von ihm (Richardo) ***vvard dem von Braunſchvveig***
Dem edlen Fürſten tugendreich,
VVol zehen tauſend Marck
Vnd eine Veſte gut vnd ſtarck
Der Geyſeln vverder &c.

Ceteri vero VIII tantum M. lytro redemptum dicunt.

ſuffragio in Richardum it. 6) Ipſe viciſſim ſuffragio ſuo in Richardum iuit. ***Chronica Auguſtenſis*** ad an. MCCLVII p. 531, ***Fragmentum hiſtoricum*** Alberto Argentinenſi præfixum p. 92, ***Engelhuſius*** l. d. ***Botho*** l. d. *Trithemius* l. d. p. 597 & 598. Iuit autem non præſens, ſed abſens; immo in vinculis adhuc ſeruatus, conſtituto, qui id ferret, Archiepiſcopo Colonienſi. Vid. *Vrbani IV* epiſtola ad Richardum, quam affert *Leibnitius* in prodromo Cod. iuris gentium diplomat. n. XIV. in ea namque § V p. 15 legas: ***Et tandem præfatus Colonienſis pro ſe ac dictis, Moguntino, cuius vices gerebat, & Comite præſente ac conſentiente &c.*** & § IX p. 17; ***Et Moguntinus Archiepiſcopus, cuius idem Colonienſis Archiepiſcopus ſe vices gerere aſſerebat, in vinculis teneretur &c.***

7) Ceterum § V & VI pro *Colonienſi* lege *Treuirenſem.* Agrippinenſem enim a partibus Richardi ſtetiſſe, tam notum, quam certum. Vid. modo *Matthæus Pariſienſis* ad annum MCCLVII p. 813 & ſeq. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XVI § XLI p. 147, *Gundlingius* hiſtor. Richardi ſect. I § VI p. 72 & ſeq. § VII p. 87 & ſeq.

quâdiu fuerit captiu⁹. 8) Fuit autem in captiuitate anno integro, vt præter *Cranzium* diſerte *Continuator Lamberti* l. d. *Chronicon rythmicum* l. d.

Ein iare viel nach vvaſs ergangen,
Daſs der Biſchoff vvaſs gefangen,
Der mit übergroſſer koſt
Mit König Reichards Hulff vvard erlöſt.

coronationi Richardi interſ. 9) Captiuitate liberatus Aquisgrani inaugurationi Regis Richardi interfuit. *Trithemius* l. d. ad an. MCCLVIII p. 600. Cum Rege dein ad ſuperiores Rheni partes adſcendit, & *ad quem recipiendum Vormatienſes hortatur* cum alias inter ciuitates, quæ Richardum recipere detrectabant, Vormatia etiam eſſet, nec vllis cum Regis, tum aliorum monitis locum daret, ipſe eo, miſſus a Richardo, iuit, tentaturus, an refractarios ad obſequium illius adducere poſſet. *Monachus Kirſchgartenſis* in chron. Vormatienſi mſc. ***Sed ipſum non acceperunt. Ideo Richardus contra eos motus eſt valde. Vnde & poſtmodum ipſum Gerhardum Archiepiſcopum Moguntinum miſit. Sed nec ille aliquid effecit.*** Meruit tamen his, aliisque officiis, vt Richardus eccleſiæ Moguntinæ parochialem villæ *Ebinheim*, quam Wilhelmus Rex an. MCCLV Capitulo Moguntino donarat, d. XV Septembr. honeſtiſſimo firmaret diplomate.

parthenonis in Keppele cõmoda promouet. 10) Circa finem anni parthenoni *S. Mariæ* in *Keppele*, Ord. Præmonſtratenſ. ſingulari beneficio parochialem villæ *Netphe* communes in vſus contulit, ac in perpetuum addixit. Produnt id nobis litteræ Rectricis & Conuentus, XVI Kal. Decembr. datæ, quas alias inter in codice Diplomatico ad h. a. inuenies.

Hoſpitalis it. Gotham. 11) Proximo, qui MCCLVIII erat, XI Kal. Iun. omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad opus domus hoſpitalis Gothanæ explicandum, pro facultatum ſuarum modulo, piam conferrent ſtipem, viginti dies de iniuncta pœnitentia condonauit. vid. *Tenzelius* ſupplementi II hiſtoriæ Gothanæ § CCLX p. 606; qui tamen male pro *Gerhardo* legit *Gerlacus.*

Oppenhemii D. Catharinæ ædem parochialem efficit. 12) Eodem, V Non. Iul. ædem, quæ Oppenhemii in noua ciuitate a *D. Catharina* nomen fert, parochialem efficit, quod auctor § IV iam præcepit; *Trithemius* vero in chronico Hirſaugienſi ad h. a. ipſis Gerhardi litteris in medium allatis probat p. 599.

Cœnobio Svvabenheim duas parœcias attribuit. 13) Inſequenti MCCLIX cœnobio *Svvabenheim* (de quo ſupra in *Adelberto I* dictum) vt prona erga monaſtici ordinis loca voluntate erat, parœcias *Nackenheim* & *Schemesheim*, conſentientibus ædis ſummæ Canonicis, dedit ac elargitus eſt. Superant tabulæ, & in codice extant Diplomatico, quibus beneficium hoc *Conradus* Præpoſitus, vna cum Conuentu, grata agnoſcit mente, prædicatque.

D. Diſibodi monaſteriũ ad Ciſtercĩ- 14) Dein *D. Diſibodi* monaſterium, quod ampliſſimum olim fuerat, florentiſſimumque, tum vero diſciplinæ rerumque ſtatu haud parum

Digitized by Google

enſis tranſfert. rum inclinato, ab ordine D. Benedicti tranſtulit ad Ordinem Ciſtercienſium, ac Abbati & Conuentui cœnobii *Otterbergenſis*, tabulis ſollemniter editis, commiſit. Fratribus vero Ordinis Benedictini, qui tum in *D. Diſibodi* monte adhuc ſupererant, aliis in monaſteriis prouidit, eiſque beneficia, ad quæ admiſſi erant, peculiaribus poſtea litteris firmauit. Vtræque datæ

v. vid. Dipl. ſunt Moguntiæ. *Illa* quidem, menſe Martio; *iſta*, X Kal. Iul. Vtrum vero copiis id tam exiguis tum fuerit, vt *Gerhardus* in dictis ad Otterbergenſes litteris queritur, dubites fere, ſi *Trithemium* contuleris in chronico Hirſaugienſi ad h. a. p. 601 & ſeq.

Eremitis in valle Ioannitica priuilegiũ quoddam conceſſit. 15) Paullo poſt *Gerardo Atzen* & Confratribus illius Eremiticis *in valle Ioannitica* licentiam dedit *ex ſ[e], alium Collegio canonice eligendi Prelatum*. Datæ ſunt litteræ Erfurti III Kal. Sept. an. MCCLIX. vid. *Paullini* annal. Iſenacenſ. § LVIII p. 49.

Erfurtenſ. item plura. 16) Ceterum per id temporis multum Erfurti moratus, eximia ciuitati priuilegia indulſit; nonnulla etiam eidem vendidit. *Gudenus* l. d. p. 59.

VII Anno autem Domini MCCLX * *morte ſublatus eſt Gerardus*, vt ait *Trithemius, & in Erfordienſi Franciſcanorum cœnobio tumulatus* †.

quando obierit? * 1) Ita quidem *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. LX p. 604. Sed fallitur, fallitque. Diem enim obiit *Gerhardus* an. MCCLIX, d. XXV Septembr. Hoc diſerte *necrologium* maioris p. 422 ad d. VII Kal. Octobr. his docet verbis: †*Gerhardus VVildegrauius Archiepiſcopus Mogunt.* Iſtud vero diploma quoddam, quod *VVidekindus Comes* de *Battenburg* anno hoc MCCLIX, XIV Kalend. Decembr. edidit, quam clariſſime indicat. Ita namque incipit; *Recognoſcimus & proteſtamur, quod olim preſtitimus corporale-ſacramentum Domino noſtro* Gerhardo, » *pie memorie* », *Archiepiſcopo Moguntino* &c. Succinit, & anno MCCLIX mortuum explicate refert *MS* Erfurtenſium *Petrenſis*.

Erfurti tumulatur. † 2) Erfordiæ in æde Franciſcanorum terræ illatum eſſe dicunt *MS Petrenſis*, verbis ſupra § II n. 3 adductis, *Engelhuſius* l. d. *MS Auguſtinianorum* f. 97 a) *Dieffenbachius* in catalogo mſcr. quos haud falli, docet ſtatua ſepulcralis, ei ibidem poſita, quæ vſque adhuc ſuperat. E contrario *Trithemius* manifeſto errat, dum in editione chron. Hirſaugienſ. recognita loco illorum, quæ auctor affert, hæc addit; *Et in eccleſia maiori S. Martini ſepultus fuit*.

de Rudolfi Habſpurg. pietate. VIII Quia vero præclaram hoc loco noſter MS. minor de *Rudolpho* Comite Habsburgenſi refert hiſtoriam, libet eam verbis eius nihil immutatis recitare. *Anno MCCLI Rudolphus Comes in Habſpurg, iuxta Brug in Ergovv, vir timens Deum, die quodam, optimo ſedens equo trans campum equitans cum quodam ſeruo, Sacerdotem quendam ſacramentum Euchariſtiæ ad infirmum geſtantem, præcedente miniſtro, obuium habuit. Cui Comes ait:* Cur, bone Domine, tam digna ſarcina onerate, aſperum & lubricum iter non equitatis? *Et ille,* non habeo, *inquit,* præbendam valoris tanti, vt poſſim equum comparare. *Et Comes:* Accipite hunc meum equum, & deinceps, pro Dei honore, eo vtamini. *Compunctus in hoc facto ſocius itineris, & ipſe ſuum caballum Sacerdotis dedit miniſtro. Cumque veniſſent ad quandam incluſam, cui hæc Deus reuelauerat, inter alia audierunt ab ea:* Domine, *inquit,* Rudolphe, vos hodie honoraſtis Deum in equo, ecce Deus largus remunerator, infra triginta annos, vos honorabit, & ad magnum honorem aſcendetis. *Factus eſt enim poſtea Imperator poſt viginti duos annos.* Eandem vero hiſtoriam retulerunt etiam Auſtriacæ domus *chronica manuſcripta*, quæ in Cæſarea Viennenſi bibliotheca conſeruantur: itemque *chronica Heluetica*, & *Widmanſtadiana* in Syriacum teſtamentum *præfatio*, *Galeni Weſtcapellii* catecheſes, ac *Schereriana* vtiliſſima de corporis Domini feſto concio, & eiuſdem Apologia contra Schmidelinum tomo I f. 104.

IX De *Gerardi* autem ſynodo dictum lib. I cap. XXXIII.

Edit. I p. 844

VVERNHERVS.

E Nobili admodum familia Comitum *de Falckenſtein*, alias, inquit MS, *Eppenſtein* fuit: nepos, ex fratre, *Sifridi* Archiepiſcopi iunioris *: maioris eccleſiæ Præpoſitus †, vt ait *Trithemius*, *vir excellens ingenio & prudentia, qui eccleſiam ſuam optime rexit, & prouentibus multis ampliauit: præfuitque annis XXIV, menſ. VI.* Nam, vt idem poſtea inquit *Trithemius*, *anno MCCLXXXIV die II menſis Aprilis obiit.*

Eppenſteiniis ſuit ortus. * 1) *Falckenſteiniis* haud ortus fuit *VVernherus*, ſed *Eppenſteiniis*, patre natus *Gerhardo*, qui frater fuit *Sifridi III*, vulgo *iunioris*. Pro teſtimonio loquatur ipſe; *VVERNHERVS D. G. ſancte Moguntine ſedis Electus, conſtare cupimus vniuerſis, quod cum Helfricus, Miles* de *Rüdenkeim*, *iunior, vendideris Fratribus de Hagenehe decimam villa de Ennenkein, cum omnibus appendiciis, reſignando eandem in manus* » patrui noſtri God-

fridi

Edit. I p. 844

ſridi *de* Eppenſtein, *&* Gerhardi, *fratruelis noſtri* » &c. Ita ille in litteris an. MCCLX, III Non. Septembr. datis, quas in *codice* protuli *Diplomatico:* & in aliis an. MCCLXXIII Nonis Iunii ſignatis; *Nos VVERNHERVS D. G. S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus* —— *quod gratias & libertates, quas recolende memorie quondam Dominus* Sifridus *Archiepiſcopus Maguntinus*, » patruus noſter », *ciuitati Maguntine* &c.

Maioris lucis cauſſa, iuuabit id ſequenti ſchemate ob oculos ſiſtere.

Godefridus,
Dominus de *Eppenſtein.*

SIFRIDVS II, *Archiepiſcopus Moguntinus.* | *Godefridus*, occur. an. 1211, 1214, 1218. vx. *N. Comes* de *VVied*, ſoror *Theoderici* Archiep. Treuirenſ. | N. filia, vx. *VVerneri* de *Boland*.

† *Gerhardus.* | SIFRIDVS III, *Archiepiſcopus Moguntinus.* | *Godefridus.* vxor *Eliſabetha*, *Henrici* Naſſouii f.

WERNHERVS, *Archiepiſc. Moguntinus.* | * *Gerhardus.* | *Godefridus.* | *Gerhardus.* | *Godefridus.*

† Sifridus II *in tabulis an.* 1223 *ſignatis*; Nouerint omnes, — quod — inter eccleſiam *S. Stephani* Mog. ex vna parte, & Nobiles viros *Gerhardum* & *Godfridum*, fratres *de Eppenſteyn*, ex altera &c. vid. *chron. S. Stephani* ſect. I § 18 p. 528.

* *Superſunt enim litteræ, quibus* Wernherus *Archiepiſcopus an.* 1278, 16 *Kal. April. recognoſcit, ſe ſuper controuerſiis, quas habuerit cum relicta* » Gerhardi fratris ſui *&c.*

adoleuit Moguntiæ.

2) Moguntiæ in clariſſimis doctrinæ ac pietatis ſtudiis ad vberem virtutis & ſcientiæ frugem adoleuit, ac firmata paullum ætate principi Sacerdotum collegio adſcriptus eſt. Prodit id ipſe, prædicatque in diplomate quodam anni MCCLXVIII (de quo poſt) his verbis: *Noſtris oculis preponentes & penſantes ex corde, quod nos noſtra eccleſia Moguntina a primis quaſi cunabulis enutriuit* &c. & in alio anni MCCLXXXIV; *Nos iugi meditatione penſantes honores & beneficia grata, que eccleſia Moguntina, mater noſtra, multis temporibus nobis impendit, a primeue noſtre iuuentutis flore, maternis vberibus educando* &c.

fit Cantor & Præpoſitus maior,

* 3) Fuit autem magna tum apud Collegas dignatione pariter atque auctoritate. quo vide ſis diploma in gratiam Decani & Capituli anno MCCLXII editum. Quo factum, vt *Cantoris* primum, dein *ſummi* etiam *Præpoſiti* in locum eueheretur, *Chriſtiano*, qui nomen hoc ſecundus tulit, ſucceſſor datus. Vid. *Syllabus plenior* ſect. V p. 327 & ſect. I p. 274.

Præpoſitus it. S. Petri & ad gradus.

† 4) Sedenim non ædis ſolum maioris Præpoſitum egit, ſed ad *D. Petrum* etiam, & *B. M. V. ad gradus.* Quod ad *illud*, teſtis eſt ipſe, dum litteras quaſdam anno MCCLIII pridie Kal. Iun. ſcriptas ſic ordiuir; *VVernherus D. G. maioris eccleſie &* » *S. Petri Prepoſitus* ». Quod ad *hoc*, ipſe alias, an. MCCLIII & MCCLIV ſignatas, ſimiliter ſic inchoat; *VVernherus D. G. Prepoſitus maioris &* » *eccleſie* B. V. *ad gradus* ». Conf. catalogg. *Prepoſitorum* chronico *D. Petri*, & B. M. V. *ad gradus* ſubiunctos.

5) Cathedræ autem impoſitus fuit eodem adhuc, quo *Gerhardus* obiit, anno, MCCLIX ſcilicet, vti manifeſto quidem ex tabulis *VVidekindi* Comitis Battenburgenſis, de quibus ſupra, patet. Adducam, quo minus dubites ipſa, quibus *VVernherus* tanquam iam electus dicitur, verba: *Quia vero Dominus noſter, Dominus* Wernherus, » *ſancte Maguntine Sedis Electus* &c.

II Statim vero, vt electus fuit *, confirmationis, palliique obtinendi cauſſa, Romam profectus eſt: ſibique in tanta profectione comitem rogauit ſupra nominatum *Rudolphum* Comitem Habsburgenſem.

cum Rieneccüs pacem facit.

* 1) Enimuero, non ſtatim, vt electus fuit, Romam perrexit, ſed anno demum ſequenti. interea vero inimicitias, quas cum *Ludouico* & *Henrico*, Comitibus Rienecciis, gerebat, poſuit, vtroque in gratiam recepto. Conditiones, quibus res ad pacem, amicitiamque redacta, explicant tabulæ ipſorum, Aſchaffenburgi VII Kal. Aug. anno MCCLX datæ. In quibus cum *S. Moguntine ſedis Electus* adhuc dicatur, ſimiliter vt in iis, quas n. 1 ad § I adduxi, ſequitur omnino, poſt demum Romam profectum eſſe.

v. cod. Dipl.

Romam proficiſcitur.

2) Romam cum veniſſet, a Pontifice non confirmatus modo, ſed ſollemni etiam ritu Epiſcopus ordinatus fuit. Refert hoc nobis *Sifridus Presbyter* lib. II ad an. MCCLXI p. 697; *Hoc anno quatuor Metropolitani*, Moguntinus, *Treuirenſis, Bremenſis, Magdeburgenſis, a Papa Alexandro IV conſecrati ſunt.* Id vero *VVernherus* ipſe in diplomate *Reinhardi* Dynaſtæ Hanouienſis in gratiam, IV Non. Febr. anno MCCLXI, » *conſecrationis ſua I* », edito; *Quod nos attendentes conſtantem fidem & fidelem conſtantiam, quam diebus ſuis habuit erga eccleſiam Maguntinenſem Nobilis Vir* Reinhardus *de* Hagenoue, *conſanguineus noſter, labores quoque & pericula perſonarum & rerum, que nobiſcum pertulit in itirando ad curiam Romanam, cum pro confirmatione noſtra illuc perſonaliter fueramus profecti* &c.

concilium agit Moguntiæ.

3) Reuerſus ſtatim prouinciale egit concilium, vt auctor § ſequenti notat. Egit autem id non

Digitized by Google

id non ſine Pontificis iuſſu, mandatoque: veluti diſerte teſtatur, quem modo dixi, *Sifridus* l. d. In hoc, inter alia, de auxilio Chriſtianis aduerſus Tataros ferendo egit. Vid. *Gundlingius* hiſtor. Richardi Cæſaris ſect. II § III ad h. a. p. 162. *Sophiam* quoque Brabantinam, illiusque filium *Henricum*, quod ſedis Moguntinæ clientelas (quæ *Henrico* Raſpe, Anticæſare, mare nullo relicto fatis functo, eo vnde fluxerant, feudi redierant lege) ſibi adſererent, grauibus anathematum religionibus inuoluit. De ceteris, quæ tum conſtituit, vide ſupra lib I cap. XXXIII.

Hohenfelſius excommunicat. 4) *Philippum* dein de *Hohenfels*, quod Clerum grauibus premeret exactionibus, nec vllum monitis locum relinqueret, ſacris commerciis indignum pronuntiauit. Id enim hoc anno factum, nec ad ſequentem referendum eſſe, vt alii, quos inter auctor *Serarius*, putarunt, patet ex tabulis, de quibus ad § IV n. 1.

5) Poſt Pragam conceſſit, ab Rege Othocaro non euocatus ſolum, verum etiam tabulis liberi commeatus ac patrocinii inſtructus, quarum quidem initium eſt: *Nos Odocharus D. G.* &c. clauſula; *Datum Pragæ anno MCCLXI, in Dominica*, „ad te leuaui„. Et ibi quidem Othocarum tum matrimonii vinculo cum Kunigunda, Belæ Regis nepte, copulauit, tum ipſo natalis Domini die regali diademate cinxit. Auctor *chron. Auguſtenſis* ad h. a. p. 535, *Auentinus* lib. VII annal. Boicor. cap. VIII ſect. 2 p. 670. *Pragæ Regẽ coronat.*

6) Sollemnibus rite peractis, non multis modo donis, ſigillatim centum marcis auri, muneratus eſt, verum etiam peculiares obtinuit litteras, quibus Othocarus Archiepiſcopis Moguntinis ius Reges Boiemiæ inungendi ſtabiliuit; vt in codice Diplomatico videre licet. *veteris pri- … obtinet.*

III Cum vero eſſet in Sponheimenſi herciſcundo Comitatu iniquior fratri ſuo Henrico Comes Sponheimenſis Ioannes, velletque caſtrum Bichelnheim cum pagis, reditibusque nonnullis, quos ab illo emerat Archiepiſcopus, vi extorquere, armis ſeſe hic defendit, & quidem ita feliciter, vt illius profligarit copias, pluresque ceperit Comites & Nobiles. Sed poſtea arctiſſimo inter ſe fœdere Comes & Archiepiſcopus, opera Rodolphi Habsburgii, cum Imperator iam eſſet, deuincti ſunt †. Caſtrum Reinberg, quod latronum tunc receptaculum erat, expugnauit, ſoloque penitus æquauit *.

† Vid. infra n. 10, 17, 20 ad § VI, & n. 1 ad § VII. * vid. infra n. 12 ad § VI.

IV Prouincialem egit Wernerus Moguntiæ ſynodum anno MCCLXI †, de qua & exemplum extat anno MCCLXII, VI Kal. Octobr. Conſtituerat Richardus Anglus, de quo in *Gerardo* ſupra, prouinciarum Rhenanarum procuratorem Philippum ab Hoenfels. Erat is pleriſque admodum grauis, Clero præſertim, quem iniquis vexabat exactionibus. Sed eum Archiepiſcopus paſtorali excommunicationis baculo compeſcuit an. MCCLXII *, ſicuti & Erfordienſes tum refractarios **. *lib. 1 c. 33.*

† Vide, quæ dixi n. 5 ad § II.

ut Hohenfelſum excommunicarit. * *Trithemius* chron. Hirſaug. parte I p. 608; *Anno Volpoldi Abbatis XVIII* (qui incidit in annum MCCLXII) *Philippus de Hohenfels Comes, quem Richardus Rex priore anno, ſicut diximus, Capitaneum & Vicarium Regni conſtituerat in partibus ciſrhenanis, poteſtate ſibi conceſſa liberius, quam decebat, abutens, bona & curtes monachorum ſimul & clericorum Moguntinenſium in ſua ditione poſita, inconſuetis & iniuſtis cœpit exactionibus & ſeruitiis grauare. Propter quod monitus a* Wernero *de* Falckenſtein (immo *Eppenſtein*) *Moguntinenſium Archiepiſcopo a male cœptis deſiſtere; cum nollet monenti præſtare conſenſum, ab eo excommunicatus eſt; qui, more talium, animum captans induratum, contra Pontificem & eccleſiam Moguntinam hoſtem ſe manifeſtum exhibuit, & per annum integrum multis plurima damna fecit.* Ita ille. Sedenim iuuabit, rem ex tabulis, documentiſque publicis curatius paullo enarrare. *Philippus* ſcilicet *Hohenfelſius* in locis, quorum partim erat Aduocatus, partim Dominus, tum eccleſiis ad *D. Petri*, *D. Stephani*, *D. Victoris*, B. M. V. *ad gradus*, & *S. Ioannis* Collegiatis, tum monaſteriis *D. Albani* & *S. Iacobi* variis exactionibus grauis erat. Neque enim in tabulis, de quibus ſtatim, diffitetur id ipſe. Quin monitus, vt ceptis deſiſteret, tantum abeſt, vt deſtiterit, vt potius perrexerit in incepto. Monitis itaque haud obtemperantem, Wernherus a ſacris repulit, pœnisque abſtentorum addixit, vt ſupra dictum. Noxis itaque deteſtationibusque cum illigatus eſſet, præ ſe tulit, ac ſi ab id genus indictionibus ſibi temperare vellet. Conſenſit enim an. MCCLXI, ipſis Non. Iul. vt *Arnoldus*, Scholaſticus Moguntinus, *Simon* Præpoſitus Dorlonenſis, *Hartmudus*, Marpurgi Commendator Domus Teutonicæ, & *Maſungus* de *Alzeia* inquirerent in bona eccleſiarum, quæ ſua ſub iuriſdictione comprehenderentur. Quæ inuenerint & declararint eſſe libera, ſiue ſint curtes, vulgo *Fronhôve*, ſiue id genus bona, quæ *Frieigen* dicerentur, ea ſe & heredes nullis inpoſterum exactionibus grauaturos. Quæ inuenerint haud eſſe talia, ea ſe atque heredes vectigalium habituros numero. Simul ſtatuit, ad quam pœnam teneretur, ſi dominica poſt feſtum S. Margaretæ proxima Moguntiam haud venerit, vlterius hac de re acturus. Enimuero nec ad diem conſtitutum venit, nec exactionibus iſtis abſtinuit, atque adeo pœnis eccleſiaſticæ deteſtationis manſit ſubiectus.

Erat

Erat autem, vt id addam, *Philippus* hic de *Hohenſels*, magnaque & vetere vir proſapia, quæ tamen *Comitum* titulo & honoribus tum haud eminuit. Quos enim in tabulis antiquis e familia hac reperi, ſe ſimpliciter de *Hohenſels*, item *Dominos* de *Hohenſels* ſcripſere †.

† *Patet id ex litteris an. MCCLIII, II Non. Februar. datis, quæ ſic incipiunt;* Philippus *de* Hohevels *&c. item ex aliis, an. MCCXCVII, tertia feria ante Dominicam* Lætare *ſignatis, quæ ſic habent;* Philippus, Dominus *de* Hohenſels &c.

Ceterum proprie Boppardiæ & Veſaliæ, locorumque iis contributorum conſtitutus erat Procurator, vt *Monachus Kirſchgartenſis* habet; ex quo auctorem, qui prouinciis illum Rhenanis impoſitum fuiſſe dicit, interpreteris.

de iure eligendi Præpoſitum Aſchaffenburgenſi ſententiam fert. 2) Enimuero, deueniendum nunc ad ea, quibus anno hoc MCCLXII Wernherus ſeſe dedit. Inſpexit autem alia inter Canonicorum Collegiatæ ad *SS. Petri & Alexandri*, quæ Aſchaffenburgi eſt, eccleſiæ cauſſam, deciditque, cuius ſit, Præpoſitum, qui ei præeſſet, deſignare atque conſtituere. Veriſimile eſt, ipſis hac de re tum motam litem. Declarauit autem, tabulis VIII Id. Septembr. confectis, ius illum eligendi competere quidem Capitulo; addidit tamen, nullum alium ab iis eligendum, quam Canonicum eccleſiæ Moguntinæ, niſi iure hoc eligendi velint priuari.

Canonicis metropolitanis priuilegium quoddam indulget. 3) Cum maxime vero beneuolentiæ a Canonicis metropolitanis olim ſibi exhibitæ memor, bona eorum in ſuperiori & inferiori Olmena, aliisque villis ac vicis in tractu, qui vulgo *Gavv* dicitur, ſitis, ab omnibus petitionibus, collectis, precariis, exactionibus, ac id genus oneribus aliis, inſigni diplomate II Kal. Decembr. dato, libera fecit ac immunia. Habes id alia inter in codice Diplomatico.

Hohenfelſium anathemate exſoluit. 4) Hohenfelſium, quem ſacrorum interdicto ſubdiderat, anno ſequenti MCCLXIII ad ſaniora redeuntem, & die VII Ianuarii poſitis odiis pacis ſecutum conſilia, vinclis inditis exſoluit. *Anno Volpoldi Abbatis XIX*, ita pergit *Tritbemius* l. d. p. 609, *indictione Rom. V, die menſis Ianuarii ſeptimo, Moguntia in cœnobio montis S. Iacobi Ordinis noſtri facta eſt reformatio pacis & concordia inter Archiepiſcopum & Prælatos eccleſiæ Moguntinæ, ac Philippum, Comitem de Hohenſels, Capitaneum Regni, & ſub pœna proſcriptionis & aliis cenſuris grauiſſimis ac terribilibus confirmata, quemadmodum in litteris deſuper confectis plenius continetur, quas breuitatis cauſſa non duximus reſcribendas. Quibus ita peractis & confirmatis VVernherus Archiepiſcopus communitatem a vinculo excommunicationis, iniuncta pœnitentia, exſoluit.* Spopondit ſcilicet *Philippus Hohenſelſius*, ſe & filios eccleſiis ac monaſteriis de damnis a tempore perſcriptæ compoſitionis ab ſe illatis ſatisfacturos; omnes curtes, vulgo *Fronhôve*, vna cum bonis contributis, quælibet itidem bona, *Frieigen* dicta, ab omni exactione, & quolibet ſeruitutis onere libera dimiſſuros; tum vero indagationi ac declarationi *maioris, S. Petri, & S. Stephani* eccleſiarum Decanis commiſſuros, quæ illorum libera eſſe debeant, quæ vectigalia. Et hæc ille, vna cum filiis, *Philippo & Tilemanno*, iurato pollicitus eſt, grauiſſima ſibi ipſi pœna conſtituta, ſi promiſſis haud ſtaret, vt in tabulis, quarum *Tritbemius* mentionem facit, latius continetur.

5) Aetate præcipite Sophiæ Landgrauiæ, illiusque filio Henrico, poſtquam fidem ſuam ſacramenti religione proieciſſent, fiduciario iure, tituque conceſſit *Comiciam ſiue Landgericht Haſſiæ, Aduocatiam de Haſungen, Aduocatiam de Breitenavve, caſtrum* item *& oppidum Tungesbrocken, & iudicia attinentia, quæ etiam* credebantur *eſſe feuda deſcendentia ab eccleſia Moguntina*, licet nondum finaliter ſiue in ſolidum, an ſedi Moguntinenſi nexu beneficiario mancipata ſint, determinatum fuerit. *Landgrauiæ feuda quædam confert* Præterea, cum nondum liqueret, quæ, præter beneficia illa ſiue feuda, iure eis competerent, placuit, vt Sophia, Henricus, & XX viri fide digni; in his *Conradus* de *Elbene*, *Fridericus* de *Trivorte*, *VVideroldus* de *Nordecken*, *Andreas* de *Marpurg*, *Ioannes Aureus*, *Conradus* de *Bickene*, *Gumpertus*, frater eius, *Volpertus Hoſichen*, *Rudolfus* de *Helfenberg* & *Ioannes*, fratres, *Gyſo* de *Gudensberg*, *Henricus* de *Blumenſtein*, *Sifridus* de *Altenburg*, *Gumpertus* de ..*enſels*, *Henricus* de *Vierſhuſen*, *Eberhardus* & *Conradus Holtzſadele*, *Hernicus* de *Rodegreve*, Comes *Albertus* de *VValdenſtein*, & *VVigandus* de *Homberg* intra anni huius currentis ſpatium indagarent, quæ, vel vbi, vel qualia ea ſint.

6) Eodem tempore Sophia & filius Henricus caſtra & oppida *Grunenberg* & *Franckenberg, cum hominibus, iudiciis, iuribus*, ſedi Moguntinæ *in ius* conferebant *ac proprietatem*. Wernherus vero iisdem ſub lege beneficiaria rurſum concedebat. Simul ſtatutum, quod ſi Sophia & Henricus ſine liberis decederent, libere ea Alheidi, illius vxori, ad dies vitæ permiſſum iri; ea vero decedente, reditura ad Archiepiſcopatum Moguntinum, excluſis, ſi alteri ea nuberet viro, eique liberos ex ſeſe pareret, tam liberis, quam marito. *Acta hæc IV Id. Septembr. in campo apud Langesdorf*, vt clauſula habet tabularum, quas in codice Diplomatico inuenies.

** 7) Quod hoc ceteroquin anno Erfurtenſes, tum retractarios, compeſcuerit, nemo, quod ſciam, veterum habet. Anno quidem ſequenti MCCLXIV ſocietates ſiue ἑταιρίας lanionum & piſtorum ibidem ſuſtulit; ſed rogatu Senatus. *Erfurti ſocietates quaſdam ſuſtulit.* *VVernherus, cum hæc res vniuerſi populi fauorem concernere videretur, annuit, certasque leges huic licentiæ præſcribit: pro quo Senatus, præmiſſa cautione, gratias refert.* Ita, qui rem vberius exponit, *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § XXIII p. 62.

8) Debebat autem his diebus ærario Pontificis mille marcas ponderis Trecenſis. *collationib. concesſis conſenſus eſt.* Quarum colligendarum gratia cum Ludouicus, ædis maioris Decanus, eccleſiis parochialibus, cœnobiisque ciuitatis Moguntinæ, nec

non

non Clero Archidiaconatuum ſic dictorum quingentas impoſuiſſet, addito promiſſo, ab ipſis ad ſummam iſtam mille marcarum conficiendam nil amplius exactum iri; Wernherus id omne ratum habuit, & promiſſo ſe firmiter ſtaturum recepit; quin, vt rebus eccleſiarum variis collationibus ac rapinis haud parum attritis aliquo interim conſuleret modo, eis indulſit, vt quælibet vnius præbendæ fructus de precariis reciperet. Diſtinctius rem exprimunt tabulæ, quas anno hoc MCCLXIV, II Id. Mart. edidit, prolatæ in codice Diplomatico.

Canonicor. metropolit. commoda prouehit.

9) Canonicis vero Metropolitanis cum ſemper bene cuperet, iis anno MCCLXVI, ipſis Non. Februar. parochialem oppidi *Heppenheim*, illorum, quæ in *ſtrada montana* ſita ſunt, haud vltimi, beneuola attribuit addixitque voluntate.

Paderbornæ D. Liborii opem petit.

10) Poſthæc laborauit ex calculo. Quo morbo vt liberaretur, ad Diuorum opem circa an. MCCLXVII confugit; quam etiam Paderbornæ ad *D. Liborii* reliquias expertus dicitur. Recitabo rem verbis *Gobelini Perſonæ*, qui Coſmodrom. ætate VI cap. LXVII p. 282; *Eo tempore VVernherus Archiepiſcopus Moguntinus viſitans reliquias S. Liborii in Paderborna, meritis eiusdem Sancti ibidem a calculo liberatus eſt. Vnde contulit manus porrigentibus adiutrices ad reformationem ipſius eccleſiæ Paderbornenſis de prouincia Moguntina exiſtentibus XL dies indulgentiarum anno MCCLXVII.*

ſacelli Elbicherode rationem habet.

11) Domum redux, Abbati Reiffenſteinenſi licentiam dedit, ſacellum *Elbicherode*, iam pridem deſtructum, reædificandi, ac dein, a parochiali villæ *Huppingeſteten* ſeiunctum, idoneo Presbytero, qui ſacris id curet officiis, committendi: præſtita tamen prius Huppingeſtetenſi, ſi ad eam pertinuerit, debita ſatisfactione. *Actum id*, vt litterarum clauſula docet, *Pinguia anno Domini MCCLXVIII, Non. Mart.*

excommuni-

12) Hæc inter iniurias, quas *Reinoldus*, dictus *Raphael*, nobili vir natus genere, vitaque conſpicuus militari, Collegio Sacerdotum, quod Moguntiæ ad D. Petri eſt, variis intulerat modis, vindicaturus, grauibus hominem anathematum religionibus inuoluerat. Quibus adſtrictum cum deceſſiſſe cognouiſſet, anno hoc MCCLXVIII grauiſſime tulit, iuſtis illum exſequiis, riteque con pletis ad tumulum ſollemnibus, ſepulcro illatum in loco religioſo: decreuitque, exhumandum, & abiecta ſepultura in campo contumulandum, niſi inſtituta deprehenderetur inquiſitione, ipſum ſaltim in extremis canonice abſolutum fuiſſe; heredes vero, quod tum promiſſum eſſet, vt in id genus caſibus iuris eſt, exſoluiſſe. Mandatum, quod hac de re dedit, ad verbum dedi in *chronico Petrino*, hoc magis, vt pateat, quam acris, rigiduſque diſciplinæ eccleſiaſticæ fuerit cuſtos.

catum iubet exhumari.

parthenoni Padenhuſenſi parochialem Bickenbacenſ. ſtabilit.

13) Quam ſeuerus autem erga legum erat contemptores, tam benignus erat bonis. Documento ſunt veſtales *Padenhuſenſes*. His cum *Conradus* de *Bickenbach*, *Reinhardus* de *Hagenavve*, *Philippus* de *Falckenſtein*, & duo *VVinſpergii*, *Engelhardus* ſenior & iunior, parochialem Bickenbacenſem his temporibus contuliſſent, ipſe rogatus, vna cum Collegio metropolitano, illam ipſis beneuolo conſenſu firmauit. Diſcas id ex tabulis, quibus ſorores, in grati animi ſignum, eccleſiæ Moguntinæ ſe ſingulari obſequio deditas fore, ac quotannis feſta B. Martino Epiſcopo die quatuor libras ceræ daturas eſſe, anno hoc MCCLXVIII, VII Kalend. Decembr. profeſſæ ſunt.

Canonicis metropolit. Homberg ex parte confert.

14) Enimuero haud contentus, ante iam memorem gratumque Canonicis ad ædem maiorem oſtendiſſe animum, feria IV ante diem Andreæ Apoſtoli memoriæ ſacrum, eccleſiæ Moguntinæ quicquid iuris in caſtro *Hoemberg*, bonisque illi contributis habebat, contulit, ac ſuper altare B. Martini propria repoſuit manu. Teſtis loco ſunt tabulæ, quas in codice Diplomatico reperies.

V Anno MCCLXX e Sigfridi III, & Gerardi I ſtatutis litteras dedit, quæ cum epiſtola ſuperiore ſunt in Carthuſienſi libello MS.

ordinationi Archidiaconi Heiligenſtad. firmat.

1) Hoc alioquin anno ordinationem Arnoldi, Archidiaconi Heiligenſtadenſis, de bonis parochialis villæ *Beveſteten* factam, dato Moguntiæ die SS. Aureo & Iuſtinæ feſta diplomate firmauit. quod ſi legere cupis, habes in codice Diplomatico.

Margaretā Marchioniſſam honorificentiſſime tumulat.

2) Inde, ne quid prætermitteret, quod humanitatis ab tantæ dignationis requiri poteſt Præſule, *Margaretam*, Friderici II Imp. filiam, Alberti Degeneris, Miſniæ Marchionis, coniugem, domo extortem, & VI Id. Aug. an. hoc MCCLXX Francofurti fatis functam, regio propemodum apparatu in æde honori D. Catharinæ dicata ſepulturæ dedit. Teſtem do, quem ſemel atque iterum iam citaui, *Sifridum Presbyterum*, qui lib. II ad an. MCCLXX p. 698, diſerte huius rei meminit, dum refert, *honore regio tumulatam per Archiepiſcopum Moguntinum.* Vt erret auctor *chronici terræ Miſnenſis* p. 32, dum Fuldæ & obiiſſe eam & ſepultam fuiſſe memorat. Conf. *Kochius* § CIX der Hiſtoriſchen Erzehlung von dem Bergſchloſs Wartburg. p. 121. Ne vero quem *Paullini* turbet, dum annal. Iſenacenſ. § XLII p. 53 Sifridum quidem exſcribit, ſed alios ſecutus anno ſequenti MCCLXXI Margaretam morte demum oppreſſam vult, ſciendum, *Tenzelium* Bibliothecæ curioſæ tomo I p. 1078 e chronico membranaceo Vetero-Cellenſi demonſtraſſe, illam eodem hoc, quem Sifridus habet, anno, d. VIII Auguſti vita defunctam eſſe.

Wildenberg emit.

3) Inſequenti MCCLXXI caſtrum *VVildenberg*, cum villis adiacentibus ab *Vlrico*, Domino *de* Durne (*Dürn*) nongentis marcis monetæ Colonienſis emit, *Simone* Decano, *Adelvolco* Scholaſtico, *Eberwino* Præpoſito Bingenſi, Canonicis Moguntinis, *Reinhardo*

hardo de *Hagenaue* , *Gezone* Vicedomino Aſchaffenburgenſi, *Philippo Marſchalco* de *Frauenſtein* , *Billungo* de *Ingelnheim* , *Friderico* , *VViperto* , & *Poppone* de *Amorbach* , fratribus, in teſtimonium , cum hæc XIV Kal. Iun. agerentur , adhibitis.

nec non Amorbach. 4) Sub initium ſubſequentis MCCLXXII, ipſis quidem Id. Ianuar. ab eodem etiam oppidum *Amorbach* , cum aduocatione tum oppidi tum clauſtri, & iudicio, quod *Centa* vulgariter appellatur , iuſto emptionis titulo ſibi ſedique Moguntinæ comparauit. vt *Trithemius* chron. Hirſaug. parte II p. 45 vere ſcripſerit, eum *tempore ſuo reditus* , *prouentus*, *& dominium eccleſiæ Moguntinæ haud parum auxiſſe.*

Fuldenſi tutor datur. 5) Tum vero Bertholdo Abbati Fuldenſi tutor datus eſt. quod tamen munus per biennium tantummodo ſuſtinuit. Audiamus *Fr. Cornelium* in Breuiario Fuldenſi p. 439; *Sic ille* (Bertholdus, a fratribus Romæ accuſatus) *cogebatur tutorem ſuſcipere VVernerum Moguntinum*, *anno Domini MCCLXXII. at quid inde ? nulla ſalus. Et ipſe VVernerus per biennium tantum præfuit.* Edit. I pag.

6) Sacrorum interim, templorumque cultui inſtaurando cum maxime faueret, anno poſtero MCCLXXIII ædis, quæ Erfordiæ *D. Seuero* ſacra eſt, non plane nullam habuit rationem. Cum enim vetuſtate laborantem reficere conſtituiſſent Canonici, datis ille XVIII Kal. Septembr. ad Clerum per S. Mariæ & S. Seueri Erfurtenſium, Iecheburgenſis item ac Dorlonenſis Præpoſiturarum terminos litteris, voluit , vt beneuole exciperent , quos Canonici ad eleemoſynas colligendas miſerint ; tum vero populum ad ſtipem liberali manu iis porrigendam ſtudioſe exhortarentur. Vide Cod. Diplomat. *ædis D. Seueri inſtaurationem promouet.*

VI Auctor fuit an. Domini MCCLXXIII Imperatoris Rodolphi Habſpurgenſis ſæpius iam nominati eligendi , cum Gregorius Papa X ob plurimas in Germania contentiones , vaſtitates , & deprædationes Imperio aliquem tandem præfici mandaſſet, vt ait MS. Quomodo autem hæc facta ſint, ita narrat, qui eo floruit tempore, *Argentinenſis Albertus* in chron. *In diebus illis, electo quodam Archiepiſcopo Moguntino* , *ad vrbem pro confirmatione proficiſcente*, *Rudolphus Comes prædictus per Electum prædictum litteris rogatus ab Argentina vſque ad alpes euntem conduxit : eoque feliciter confirmato ac redeunte* , *Archiepiſcopus grates ſibi agens*, *optauit* , *vt nunquam moreretur* , *niſi Comiti de tanto officio reſpondiſſet. Itaque Moguntinus feliciter & proſpere pro creatione Regis Principes ad oppidum Franckfurt conuocauit. Interea accidit*, *quod Pſitaci Stelliferos* *, *& eorum fautores iuxta Capellam Binningen circa Baſileam obſederunt.*

* Duæ *Baſileenſium* factiones Pſitaci & Stelliferi, (S.)

Congregatis autem Principibus & Electoribus , *& inter ſe de periculo vacationis Imperii* , *& de perditione iuris Principum querentibus* , *& de perſona eligenda tractantibus*, *Maguntinus Rudolphi Comitis de Habſpurg magnanimitatem ac ſapientiam commendauit : multiſque potentibus nominatis*, *Maguntinus aſſerens* , *ſapientiam & ſtrenuitatem diuitiis & potentiæ eſſe præferendas* , 845
pro Rudolpho inſtitit, *Colonienſem quoque & Treuerenſem ad ipſum inducens. Dux autem Bauariæ*, *qui clariſſimam vxorem ſuam* , *ex patre Duce Brabantiæ* , *& ex matre Hollandiæ natam* , *ob falſam adulterii ſuſpicionem decollauerat*, *inter conuocatos IV Principes aderat. Sed & Burggrauius de Nornberg*, *qui & ipſius Rudolphi extitit conſobrinus* , *ad quem Dux Bauariæ ait :* „*Si Rudolphus promoueretur*, *quomodo eſſem ab eius læſione ſecurus ? Habetne aliquam filiam*, *quam mihi daret in vxorem ?*„ *Et illo aſſerente*, *quod Rudolphus ſex haberet filias* , *& de danda ſibi vna*, *ſub omnium bonorum ſuorum hypotheca Duci cauente*, *Dux annuit; quod audientes*, *Dux Saxoniæ* , *& Marchio Brandenburgenſis*, *qui & ipſi non habebant vxores*, *receptis rationibus de dandis ſibi Rudolphi filiabus* , *ſimiliter conſenſerunt*, *ſicque concorditer eſt electus* , *anno Domini MCCLXXIII* , *XII Octobris.* Hic autem annus in *MS.* rudioribus hiſce verſibus notatur:

Bis ſexcentos ſeptuaginta tres noto CHRISTI
Annos: electus dum Rex Rudolphi fuiſti.

Aquiſgrani coronatus, *cum iuramentum a Principus exigeret*, *quidam quorundam abſentiam cauſſati recuſarunt. Tum arrepto crucis ſigno*, *dixiſſe fertur :* Ecce ſignum in quo ſaluatus eſt mundus : Hoc, ſceptri loco, vtemur. *Moti hac re Principes*, *crucem exoſculati* , *fidelitatis iuramentum præſtiterunt* *. Sanctam vero crucem religioſiſſime venerabatur, ita vt in eius honorem cœnobium

vouerit,

vouerit, ac Tulnæ, Auſtriæ oppidum eſt, excitarit. Vnde & eo in ſigno, Conſtantini inſtar, hoſtes vincens, dictus eſt cognomento *Victorioſus*.

* *Cuſpinianus* p. 351, 353. (Ser.)

Rudolfum Habſpurgiſem eligit.

1) Quod omni conatu pro Rudolfo Habſpurgenſi laborarit, ac Treuirenſi & Colonienſi ſuas in partes pertractis tandem effecerit, vt Cæſarea ei adſtrueretur dignitas, haud diffitentur, qui alioqui ſcriptores in modo, quo Rudolfus fuerit electus, non conuenire obſeruant. Conf. *Schockius* diſſertat. vlt. n. V p. 144, *Thomaſius* in Monzamban. cap. II § III p. 148. Vt obiter hoc addam, putarim, verba *Alberti Argentinenſis*, quæ auctor attulit, ſic legenda: *Electus anno Domini MCCLXXIII, Ind. II, pridie Kal. Octobr.* non autem, *XII Octobr.* vti hic, nec, *XII prid. Kal. Octobr.* vti apud *Struuium* ſyntagm. hiſtor. German. diſſert. XXIII § X p. 729.

ac ſequitur.

2) Rudolfum vti ſemper coluit, ita, ſuſcepta regni Germanici corona, Aquiſgrano ad ſuperiores Rheni partes abeuntem proſecutus eſt. Spiræ ſiquidem ei Id. Decembr. affuit; cuius rei indicium eſt, quod in diplomate Spirenſibus tum dato teſtes inter primo occurrat loco. Vid. *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. V cap. XC p. 561.

Lugdunenſi intereſt concilio.

3) Anno MCCLXXIV inſequenti Lugduni fuit in concilio, ac Othonem, Epiſcopum Hildesheimenſem, iuſſu Pontificis, conſecrauit. Narrat id nobis *Chronicon Hildeſienſe* p. 754; *In dicto vero concilio apud Lugdunum a Papa Gregorio X, tunc primum eo in Diaconatus & Presbyteratus ordines promoto, cum aliis Coepiſcopis ad concilium proficiſcitur, ibique propter notitiam ſui generis a Papa benigne ſuſcipitur, & de mandato Papæ a reuerendo Patre VVernero Archiepiſcopo ibidem in Epiſcopum conſecratur.*

Comitiis it. Norimbergenſibus.

4) In Comitiis vero, quæ Norimbergæ hoc anno agebantur, rei publicæ cauſſa cum Rudolfo Rege ſubſtitit, ab eoque veterum priuilegiorum, eccleſiæ Moguntinæ a Cæſaribus, Regibusque conceſſorum, confirmationem obtinuit. Loquitur id diploma, VI Kalend. Decembr. ibidem datum, aliaque inter allatum in codice Diplomatico.

Erfurtenſibus opem fert.

5) Inter hæc Erfurtenſes a vicinis Comitibus preſſi, vt ſibi auxilium ferret, petierant. Id Wernherus non ſolum ſubmiſſis trecentis equitibus ciuitati detulit, ſed ipſe etiam anno MCCLXXV ſecuto Erfordiam conceſſit, operamque dedit, Thuringiæ Proceres vt vrbi conciliaret. Quod cum *Gudenus* l. d. p. 62 tam eleganter, quam diſtincte exſequatur, huc ſolum adferam verba *Anonymi*, qui *Lambertum* continuauit, p. 259; *Ciues Erphordienſes prouocati a Comitibus vicinis rebellantes tribulauerunt Comites, & alios quosdam latrones, vsque ad Cineres, per militiam & armatos circiter CCC aliunde conductos: & de communi conſilio auxilium Archiepiſcopi Moguntini implorare ſtatuerunt, & eundem aduocare perſonaliter ſtuduerunt: qui in monte Petri & Pauli manſionem pene per quatuor hebdomadas habuit, ſacrosque ordines celebrauit.*

Cæſari præſto eſt.

6) Poſtero, qui MCCLXXVI fuit, Cæſari rurſum affuit, ſuaque probauit officia. Semel Boppardiæ, tempore verno. Vid. *Brouuerus* antiquitat. & annal. Treuirenſ. lib. XVI § XCIX p. 163; iterum Norimbergæ. quo vid. diploma eccleſiæ SS. Simonis & Iudæ, quæ Goslariæ eſt, tum VII Kal. Septembr. datum, quod *Heineccius* attulit antiquitatum Goslarienſium lib. III p. 292.

eoq; in Auſtriam it.

7) Sequenti MCCLXXVII cum Rudolfo, terras Imperii ab Ottocaro Boiemiæ Rege repetituro, armisque vindicaturo, iuit in Auſtriam, quod *Stero Altahenſis* ad h. a. p. 563 prodidit. Ante vero domi de pace communi confirmanda ſalubri cogitauit conſilio, conſtituta Principibus & Ciuitatibus fœdere iunctis, qua conuenirent, & hac de re agerent, die. *Fridericus*, Comes Leiningenſis, in litteris ad Argentoratenſes *in craſtino Laurentii martyris*, ſiue III Id. Aug. ſcriptis: *Rogamus & petimus veſtram prouidentiam, quatenus nuntios veſtros cum pleno mandato ad diem collatam a Venerabili Domino noſtro Archiepiſcopo Moguntino & Communitatibus ciuitatum, videlicet proxima feria quarta poſt aſſumptionem glorioſæ Virginis deſtinare velitis apud Moguntiam, nobiſcum diſponendo de ſancta pace ſupradicta.* Vid. *VVenckerus* in præſidiis rer. Germanicar. n. XXI p. 186.

cum Landgrauio Haſſiæ diſceptat.

8) Ceterum, hoc temporum tractu graues cum Henrico Landgrauio inimicitias exercuit. Colligas id ex tabulis *Godefridi*, Comitis Ziegenhainii, in codice Diplomatico allatis. Cum enim in defenſorem caſtri Ameneburgenſis pridie Kalend. April. an. ſequenti MCCLXXVIII receptus eſſet, iurato pollicitus eſt, ſe ei contra dictum Henricum Landgrauium, & quoslibet ſedis Moguntinæ hoſtes ac aduerſarios conſilio & auxilio affuturum.

de Comitia Bachgovve cum Hanouienſi tranſigit.

9) Litem tamen, quæ ei cum *Reinhardo* de *Hagenaut* de *Comicia*, quæ *Bachgovve* vocabatur, intercedebat, numeratis eidem DC marcis denariorum Aquenſium anno hoc MCCLXXVIII finiit. Teſtis eſt ipſe *Reinhardus*, editis ſollemniter III Kal. Iul. tabulis, queis quidem non ſolum omni iuri, quod in Comiciam dictam habebat, renuntiauit, verum etiam promiſit, ſi Philippus & Wernherus de Falckenſtein, vel eorum heredes intra anni iſtius terminum eccleſiam Moguntinam ſuper hac Comicia impetituri eſſent, id genus impetitionem ſe ſecundum ius & conſuetudinem terræ ſublaturum.

Waldböckelnheim emit.

10) Tum vero caſtrum *VValdböckelnheim*, de quo auctor § III, cum locis contributis ab Henrico Comite Sponheimenſi emit, & quidem mille quadringentis marcis denariorum Aquenſium, vt diſerte legas in tabulis, quas in codice Diplomatico dedi. Conf. *Trithemius* chron. Sponheimenſ. ad h. a. p. 289, Hirſaugienſ. p. 34. Quæ res Ioanni, Comiti Sponheimenſi, Henrici germano, adeo diſplicuit, vt in acrem primum contentionem excederet, poſt vero in apertum bellum.

Hennebergẽſem ſibi in caſtrenſem adſciſcit.

11) De reliquo gnarus, viros militia nobilique genere ſpectatos haud vltimum Principatus bene adminiſtrandi tuendique robur eſſe, *Bertholdum*, Comitem Hennebergenſem, ad cuſtodiam & defenſionem caſtri *Mulburg*, CC marcis denariorum Aquenſium promiſſis, ſibi adſciuit. Actum id Rotenburgi ipſis Idib. Octobr.

caſtrũ Reinberg expugnat & euertit.

12) Plura latronum, raptorumque latibula cepiſſe eum, funditusque euertiſſe, *Trithemius* l. d. p. 45 ſcribit. In his fuit caſtrum *Reinberg*, de quo auctor § III. Id enim anno ſequenti MCCLXXIX expugnauit iuxta deſtruxitque. *Trithemius* ad h. a. p. 38; *Anno etiam prenotato VVernherus Archiepiſcopus Moguntinus ſæpe dictus caſtellum* Rhinberg, *haud longe à Rheno, prope Lorch, de quo latrones paſſim exeuntes prædas & ſpolia ſine miſeratione pauperum exercebant, in terram miſſis exercitibus ſuis vallauit, expugnatumque tandem cepit, & ſubmiſſo igne funditus euertit.* Idem dicit in chron. Sponheimenſ. p. 290.

Erfurtenſes ſacrorũ interdicto ſubdit.

13) Erfurtenſes vero, quod immemores eſſent beneficii non ita pridem accepti, licentiusque agerent, ſacrorum interdicto ſubdidit. Quod cum *Anonymus*, quem *Lambertum* continuaſſe dixi, p. 260 memoret, hic interloquatur: *MCCLXXIX Ciues Erphordienſes incurrerunt ingratitudinem Archiepiſcopi Moguntini VVernheri, qui directo mandato clero ciuitatis precepit, ibidem ſuſpendi diuina: quod per duos annos & dimidium a ſibi obedientibus inuiolabiliter obſeruatum eſt.*

Cœnobio Vehtershuſen parœciã loci firmat.

14) Hæc, aliaque cum agerentur, *Hermannus*, Comes Orlamundanus, ſanctimonialibus clauſtri in *Vehtershuſen* parœciam loci ad inſtaurandum iſtud donauerat. Quæ pia viri voluntas vt ſubſiſteret, nec ita facile conuelli poſſet, præter Collegium metropolitanum & ipſe ſuo conſenſu donationi huic robur adiecit. quod ipſis tam gratum accidit, acceptumque, vt cum Præpoſito, Abbatiſſa, totusque veſtalium cœtus peculiaribus litteris, a. h. XII Kal. Aug. datis, ſponderent, eccleſiæ Moguntinæ ſe iuſtos obſequii titulos perpetuum delaturas, eique quotannis marcam argenti, atque ad candelas duo talenta numeraturas.

mutuũ cum Veldentino fœdus init.

15) Interim probe perſpiciens, præſenti rerum ſtatu ſibi de auxiliis ad omnem caſum tempeſtiue comparandis agendum eſſe, Henricum ipſe, Comitem Veldentinum, ſedis Moguntinæ Dapiferum pariter ac Beneficiarium, hoc arctius ſibi deuinxit. Conuenit autem, vt alter alteri, vbi caſus ferret, præſtaret auxilium. Docent id *Henrici* litteræ, quas in codice Diplomatico legere eſt, anno MCCLXXIX Kalend. Septembr. datæ.

Hildeshemẽſem conſecrat.

16) Ceterum iſtis etiam temporibus Sifridum, Epiſcopum Hildeshemenſem, ordine initiauit Epiſcopali. Vid. auctor *chronici Epiſcopor. Hildeshemenſ.* p. 756, *Reutelius* chronici Hilleshemenſ. § XXXV p. 97.

inimicitias cum Sponheimenſi exercet.

17) Mox bello cum Ioanne Sponheimenſi implicitus eſt. Quod cum *Trithemius* chron. Hirſaug. ſcite complexus ſit, operæ pretium erit, ipſum hic audire; *Quod factum* (v. ſupra n. 10) *Comiti Ioanni, germano eius, nimium diſplicuit; & quemadmodum hanc venditionem impedire poſſet, varia mente cogitauit. Inprimis ergo precibus animum Pontificis emollire ſtuduit, &, vt recepta pecunia emptionis, quam offerebat, ſibi caſtellum fratris, vt legitimo heredi, reſtitueret, inſtantius rogat. Verum, vbi preces contemni ſenſiſſet, minas addidit: ſed cum nihil proficeret his omnibus, tandem ſe hoſtem Archiepiſcopi deſignauit, factaque incurſione crebrius terras rapina, ferro, & igne deuaſtare cœpit. Anno igitur præſcripto VVernherus Archiepiſcopus memoratus,* 1279
non ferens diutius incommoda plebis ſuæ, copias contraxit, & magnum exercitum contra Ioannem Comitem deſtinauit. At vero Comes iam antea paratus, exercitui Pontificis cum ſuis vtiliter occurrit, ſecum habens Fridericum Comitem Rheni de Lapide, Emichonem Comitem de Liningen, Hartmannum Comitem de Vahingen, Philippum Comitem de Cazenelnbogen, & plures alios. Conueniunt itaque hi duo exercitus in pugnam, in campo latiſſimo, haud procul a villa Sprenlingen, quæ vno a Cruciniaco milliario diſtat, & mox bellum committitur, in quo diu ancipiti Marte fuit pugnatum, & plures ab vtraque parte ceciderunt. Poſtremo tamen exercitus Epiſcopi victoriam obtinuit. Capti fuerunt in eo prælio Comes Rheni, Comes Liningen, Comes de Vahingen, & Comes de Cazenelenbogen, prius nominati. Comes vero de Spanheim equi velocitate ſaluus euaſit, multis ſuorum peremptis. Durauit iſta contentio non minus biennio, donec tandem Rudolfo Rege vices interponente ſuas, concordia inter eos reformata eſt. Conuenit autem inter eos an. MCCLXXXI, vt ſtatim patebit.

cum Haſſia itidem Lãdgrauio.

18) Quin etiam cum Henrico Landgrauio implicitus adhuc erat diſcordia. Cui ſedandæ Rudolfus Cæſar quidem hoc anno curam quam licuit maximam impendit, modum tamen imponere haud potuit. Ex tabulis enim, quibus mutuam cum *Ioanne*, Comite Sponheimenſi, pace belloque ſocietatem anno MCCLXXXII iniit, patet, tum temporis ipſum adhuc eocum acriter ſatis diſſenſiſſe.

Confluentinos Treuirenſi reconciliat.

19) Interim ipſe iuxta cum Sigefrido Colonienſi, & Matthia, Domus Teutonicæ per Alemanniam Magiſtro, Confluentinos, qui coniurationem cum Nobilitate aduerſus Henricum Treuirenſem fecerant, Antiſtiti ſuo reconciliauit. Actum id ſabbato poſt Adſcenſionis. 1281
Vid. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XVI § CIV p. 164.

pacem cum Sponheimẽſi facit.

20) Anno ad exitum fere properante, auſpiciis Rudolfi Cæſaris, pacem fecit cum Sponheimenſi. Conditiones erant hæ; Ioannes renunciet iuri ſuo, quod in caſtrum Beckelnheim, locaque contributa haberet, pro ſe & cunctis ſuis heredibus: Henricus parte caſtri tertia contentus ſit: VVernherus in quieta duarum reliquarum partium poſſeſſione permaneat. Sed enim conſulere iuuabit tabulas ipſas in codice Diplomatico.

pacem aliis firmat.

21) Dum ita contentioni finiendæ ſtuderet, eadem fini adfuere tum Abbas cœnobii Schönaugienſis, tum Nobiles de Schovvenburg *, *Simon* & *Bertholdus*. Diſſederant ii inter

** Schauenburg.*

inter ſe ſuperioribus diebus, bonis monaſterii in tractu villæ Hendſchuesheim litigandi præbentibus materiem. Hoc vero temporis tractu diſſidium iſtud amica ſuſtulerant compoſitione. Quam vt Wernherus ſua corroboraret auctoritate, ſub finem huius anni rogabant. Is enim vero precibus tam æquis facile locum reliquit, prolixa illam firmans voluntate, vt quam clariſſime e tabulis in codice Diplomatico allatis pateſcit. 1281

de Iudæorū Moguntinēſium cæde.

VII Circa vero annum Domini MCCLXXXII Iudæi, quorum magna erat Moguntiæ multitudo, in grauem apud Moguntinos ſuſpicionem venerunt, quod, vt eos non raro feciſſe compertiſſimum, & quidem ſuperioris ſæculi anno MDX, & MDLVI, apud *Surium*, corporis & ſanguinis Domini myſteria indigne admodumque contumelioſe tractaſſent, Chriſtianos quoſdam infantulos furto ſurripuiſſent, & mactaſſent, vrbanos veneno puteos infeciſſent. Vnde in eos irruere Moguntini ciues, omnesque vel occidere, vel vrbe ſua expulere, idque tota fere Germania valuit exemplum.

cum Sponheimenſi fœdus icit.

1) Ipſe Wernherus vero eodem hoc anno cum *Ioanne* Sponheimenſi, pace per Rudolfum facta ſibi conciliato, III Non. Mart. perpetuum fœdus pepigit. Tabulas, quibus id comprehenſum, habes in codice Diplomatico. e quibus *Tritbemium* interpreteris, qui chron. Hirſaug. ad h. a. p. 44; *Item anno prænotato Ioannes Comes de Spanheim, qui ſuperiore anno, ſicut diximus, contra VVernherum Ar-* *Sprendlingen* *chiepiſcopum Moguntinum apud Genzingen dimicauerat (concordia inter eos facta per Rudolfum Regem) perpetuum cum eo fœdus iniit, eique aſſiſtentiam contra quoscunque aduerſarios perpetuo fideliter promiſit, exceptis Godfrido, Comite de Seyna, Henrico Comite* (Burggrauio) *de Starckenberg, Eberhardo Comite de Cazenelenbogen, qui erat frater vxoris ſuæ, Emichone & Friderico, Comitibus de Liningen, Comite quoque de Zvveybrücken, & Landgrauio Haſſiæ, cum quibus amicitiæ fœdus contraxerat.*

Erfurtenſes in gratiam recipit.

2) Quin & Erfurtenſes, ſatisfactione accepta, in gratiam recepit, ac religionibus, quibus illos adſtrinxerat, expediuit. Ita namque *Anonymus* dictus p. 260; *MCCLXXXII compoſitione facta inter Dominum Archiepiſcopum Moguntinum & Ciues Erphordienſes, D. Abbas S. Petri cum clero ciuitatis Erphordienſis honorifice reuocatus eſt a Conſulibus & potioribus eiusdem ciuitatis: qui etiam pro emenda Archiepiſcopo circa mille marcas, & clero ciuitatis pro eorum damno, quod pane per biennium pertulerant, CCC marcas dederunt.*

Cæſari adeſt Vormatiæ.

3) Ceterum hoc anno Cæſari Vormatiæ rurſum adſuit. Diſcas id ex ſententia Rudolfi contra Comitem Flandriæ tum lata, quam *Martene & Durand* edidere tomo I col. 1181.

Comiti Hannoniæ gratificatur.

4) Sequenti (LXXXIII) vero iſtam, qua *Ioanni de Aueſnis*, Haynoniæ Comiti, terras Ioanni patri olim a Wilhelmo Rege adiudicatas contulit ac confirmauit, ipſe editis poſtridie feſti, quod Virgini adſumtæ ſacrum eſt, tabulis comprobauit, vt in codice Diplomatico, in quo eas repetii, videre eſt.

Capitulo metropolitano rurſum bona qua-

5) Quo propior autem erat vltimis, hoc minus deſtitit beneuolentiam ſuam erga eccleſiam Moguntinam, & curam offendicula publica tollendi, erga alios teſtatam facere. Illi ſiquidem donatione, vt vocant, inter viuos quartam partem caſtri *Hohenberg*, quam ipſe proprietatis titulo vsque huc poſſederat, vna cum incolis, bonis, agris, paſcuis, nemoribus, reditibus, iuribusque omnibus addixit, tradiditque: omni ſimul exceptioni, qua facta donatio infringi poſſet vel reuocari, ſciens renuntians, volensque. Dies XXVI Martii an. LXXXIV erat, dum id Aſchaffenburgi fiebat, vt diplomatis, quod ſuo loco dedi, clauſula docet. *dam confert.*

indulgentias Arnſpurgenſ. contrahit.

6) Indulgentias vero Arnsburgenſi cœnobio a deceſſoribus Archiepiſcopis, aliisque Antiſtibus conceſſas, vnam in ſummam collegit, ac in dominicam, diem adſcendenti in cælos Seruatori feſtum præcedentem, tranſtulit, ne, dum pluribus feſtiuitatibus ad cœnobium hoc populus conflueret, vicinarum eccleſiarum Parochi ſacris defraudarentur oblationibus. Quam quidem ordinationem eodem, quo obiit, die ſignari iuſſit, vt in codice Diplomatico videre eſt.

Moritur.

7) Obiit autem Aſchaffenburgi IV Nonas Aprileis anno hoc MCCLXXXIV. Diem, annumque non ſolum ſignauit *Tritbemius* § I, verum etiam *necrologium ædis* maioris p. 160 ad *IV Non. April.* his verbis: † *Anno Domini MCCLXXXIIII* † D. Wernherus, *Archiepiſc. Mogunt.* Quod ad annum, ſuffragantur *Sifridus Presbyter* lib. II p. 700, auctor *annal. Dominicanor. Colmarienſ.* ad h. a. p. 20, *Langius* chron. Citizenſ. p. 814.

Sepelitur.

8) Tumuli locum nactus eſt Moguntiæ, in baſilica principe. *Tritbemius* chron. Hirſaug. p. 45; *Eodem anno, ſecundo die menſis Aprilis, obiit VVernherus de Falckenſtein, Archiepiſcopus Moguntinus, anno pontificatus ſui quarto atque viceſimo, & »in maiori eccleſia ſepultus eſt«.*

bonus fuit œconomus.

9) Cum rei familiaris ſollerter adminiſtrandæ peritus eſſet, quod & ad ſuos hereditate tranſiret, reliquit. Prodit id auctor *annal. Dominicanor. Colmarienſ.* ad an. MCCLXXXIV p. 20, & *VVernherus*, ait, *Archiepiſcopus Moguntinus obiit; qui mille quingentas marcas ſuis poſteris dereliquit.*

benefactor vallis Dei,

10) Ceterum fuit inter benefactores vallis Dei; quo videatur *Gregor. VVittekenne* in chronico Hüxarienſi Viſſelbeccii continuato p. 130.

VIII In eodem Carthuſiano MS litteræ ſunt, quas anno MCCLXXXIII Aſchaffenburgi V Idus Octobris dedit.

Edit. I pag.

HENRICVS II.

I

P*Oſt Werneri mortem, vacauit ſedes Moguntina*, inquit *Tritbemius*, *ferme per triennium: duobus in diſſenſione electis, videlicet Petro Canonico Baſileenſi, maioris eccleſiæ Præpoſito, qui fuerat Medicus Rudolphi Regis Romanorum, & Gerbardo de Epſtein Archidiacono Treuirenſi: quibus apud ſedem Apoſtolicam de Archiepiſcopatu per triennium contendentibus, tandem Honorius Papa quartus, vtroque abrogato, Henricum, Baſileenſem Epiſcopum, Ordinis Minorum, in Archiepiſcopatum eccleſiæ Moguntinæ præfecit, & Petrum, præfatum Medicum, in Epiſcopum Baſileenſis eccleſiæ ordinauit.* 846

In recognita chronici Hirſaugienſis editione p. 45 & ſeq. vberioribus paullo verbis hæc *Trithemius*; immixto tamen itidem errore, ac ſi *Petrus*, Henrico in Epiſcopatu Baſileenſi ſucceſſor datus, Rudolfi Cæſaris fuerit Medicus; *Petrum Reich* de *Reichenſtein*, Præpoſitum Moguntinum & Canonicum Baſileenſem (quem *Albertus Argentinenſis* aliique *Diuitem* appellant) cum *Petro* Treuirenſi, *Achſpalt* cognominato, confundens.

Henricus

II Epiſcopatum vero accepit Henricus, prout idem ſubiungit *Tritbemius*, conſentitque MS. *anno MCCLXXXVI.* Eum autem & vitam reliquit XV Kalend. April. in vigilia S. Matthiæ anno MCCLXXXVIII. Fuit iſte Henricus ex Algowia, oppido Eyſne, *piſtoris filius*, vel *fabri*, vt habet *MS.* minor †, vbi & a quodam, ſed alia manu, dicitur *Doctor iuris*, & Rudolphi Comitis ab Habſpurg *Medicus* *: a *Bruſchio* autem *S. Theologiæ Doctor*, & eiuſdem Comitis *Confeſſarius*. Atque hæc poſteriora veriora. Nam illi videntur, quæ de ſequente Archiepiſcopo Petro dicuntur, huic tribuere, & illa in eodem MS. manu antiquiore ſunt, vbi etiam e *Thuricenſi Cantore* traditur, quomodo mirabiliter ante factus fuiſſet Baſileenſis Epiſcopus, hiſce verbis: *Henricus fabri filius de Iſun vel Iſena, Sueuus, cognomento Knoderer, Ordinis Minorum, Lector domus Moguntinenſis, Theologus, poſtea Guardianus in opido Lutzernenſi Conſtantienſis diœceſios, olim frequentauerat caſtrum in Habſpurg per tres leucas inde diſtans, Comitis Rudolphi Romanorum Regis, vxoris, eiusque familiæ confeſſiones multis annis audiendo: poſtea vero prædictus Henricus præficitur domui Minorum in Baſilea Guardianus. Vacante autem tunc Epiſcopatu ibidem, cum eiuſdem eccleſiæ Canonici, Paſtoris in electione diſſidentes, conuenire non poſſent, demum in eo concurrerunt, vt mox tres ex ipſis cum teſtibus, & Notario mitterentur ad Minores, & vnum de fratribus Minoribus proxime ſibi prouenientem aduerterent, quem indubie ſibi in Pontificem crearent. Abeuntes ergo, portas monaſterii pulſauere; quibus illico caſualiter occurrit Henricus Guardianus, vt oſtium aperiret. Quem obſtupefactum apprehendentes, Capitulo Baſileenſis eccleſiæ præſentarunt in Epiſcopum præficiendum. Gaudent omnes, quod ad fortunam ſuam tam venerabilem virum inuenerant, &, ſeruatis ſeruandis, ipſum in Præſulem ſublimarunt. In quo Epiſcopatu laudabiliter vixit* **.

patria fuit Iſnenſis.

† 1) Iſnæ, quæ vernacula *Iſny* dicitur, & Comitibus Veringentibus olim paruit; nunc autem liberas inter Imperii Germanici ciuitates eſt (pro qua hic *Eyſne*, *Iſun*, & *Iſena* poni videas) natus. Vid. *Vitoduranus* in chronico p. 31. Fabri filius eſt aliis; quos inter *Argentinas* p. 101; *Erat autem in diebus illis quidam* »Frater de Iſena«, *Sueuus, de Ordine Minorum*, »filius fabri«. aliis vero piſtoris, quibuscum præter *Girard.* de *Roo* Hiſtor. Auſtriacæ lib. I p. 36, facit *Hottingerus* hiſtor. eccleſ. Heluet. lib. V ad an. MCCLXXIV p. 84.

Medicus Reginæ.

*2) *Iurium Doctorem* veterum, quod ſciam, dixit nemo. Medicum vero Reginæ diſerte appellauit auctor *annal. Dominicanor. Colmarienſ.* parte II p. 40; *Frater* Henricus *alter leuantium fuit, qui &* »Reginæ Medicus« *& amicus extitit.*

Lector Moguntinenſis.

3) Lector autem fuit tum Moguntiæ, tum Baſileæ. *Albertus* enim verbis modo allatis ſubdit; *Lector fuit domus Moguntinæ.* *Vitoduranus* vero l. d. p. 32; *Lector de Ordine Fratrum Minorum, magnæ ſcientiæ & optimi conſilii.* & rurſum; *Hic in Baſilea apud Minores Frater adhuc in minoribus agens* &c.

& Baſileenſis.

Rudolfo charus.

4) Ceterum Rudolfo Habſpurgenſi non a ſacris ſolum fuit, ſed conſilio etiam vtilem ſæpius præſtitit operam; quam maxime adeo eidem charus.

quo modo Epiſcopus factus fuerit.

** 5) Tam mirabili modo Epiſcopum Baſileæ factum non *MS.* ille ſolum, ſed *Latomus* etiam in catalogo, *Vrſtiſius* in catalogo Epiſcopor. Baſileenſ. p. 300, aliique narrant. *Albertus* contra longe aliter: longe aliter quoque *auctor annal. Dominicanor. Colmarienſium.* Ille quidem p. 101; *His Henricus cum*

pro

pro Petro Diuitis Canonico Baſilienſi & Præpoſito eccleſiæ Moguntinenſis pro Epiſcopatu Baſilienſi iniſſet ad Papam, Papa ſibi, videlicet Henrico, non illi de Epiſcopatu prouidit. Hic vero ad an. MCCLXXV p. 12; *Papa fratrem Henricum Ord. Minorum in Epiſcopum Baſileenſem conſtituit & conſecrauit Lauſannæ.* Quin Rudolfi Cæſaris patrocinio adiutum, ad titulos Baſileenſes adſumtum *Ioan. Vitoduranus*, quamuis de cetero rerum, temporumque ordinem non parum turbet, haud obſcure innuit. *Per huius*, ait, *Lectoris prudentiam, conſilia, & ſalubria monita non ſolum illa vice, verum etiam multis vicibus, in periculoſis & cauſſis arduis, & plenis vigiliarum negotiis Rex Rudolfus ſecundum omnem voluntatem ſuam proſperatus eſt, propter quod volens illum pro meritis præmiari, breui poſtea interiecto temporis ſpatio ſibi Epiſcopatum Baſileenſem, tandem Moguntinum obtinuit, quibus per eum adeptis poterat efficacius ſibi conſilium dare & auxiliari, ſicut & fecit.*

fit Moguntinus Archiepiſcopus.

6) Pedum Baſileenſe adeptus, quum Rudolfo variis, eisque arduis in negotiis manum feliciſſime commodaſſet, diligentiſſimeque, Romæ, vbi tum Cæſaris res tractabat, ac Honorii Pontificis ad nutum, voluntatemque, Cæſare quidem haud inuito, ſe conuertebat *, ab eo Moguntinis datus Archiepiſcopus fuit. Auctor *annal. Dominicanor. Colmarienſ.* p. 21; *Rex Rudolfus miſit Henricum Epiſcopum Baſilienſem Ord. Fratrum Minorum ad Papam, ad diuerſa negotia terminanda. Papa vero Epiſcopum Baſilienſem Archiepiſcopum Maguntinum, Præpoſitum vero Maguntinum, ſcilicet* Diuitem, *Epiſcopum Baſilienſem faciebat.* *Albertus* itidem *Argentinas* p. 103; *Item Epiſcopus poſt multos bonos actus & ſtrenuos, & vtiles eccleſiæ Baſilienſi ad Maguntinum Archiepiſcopatum promotus,* Petrum Diuitis, *mediante fauore Papæ, ad eccleſiam Baſilienſem promouit.* Eleganter *Gerardus de Roo* l. d. p. 35; *Henrico Romana legatio opima attulit ſpolia. Contendebant inter ſe de Moguntino Archiepiſcopatu* Petrus Richius *Moguntinus ac Baſilienſis Præpoſitus, &* Gerardus Eppenſtainius, *Archipresbyter Treuirenſis, diuerſis Canonicorum ſtudiis ambo electi; iamque ea lis triennium Romæ diſceptabatur. Iam inter duos contendentes tertio gaudium.* Henricus *a Summo Pontifice electus & confirmatus,* Petrum *antea in Baſileenſi Epiſcopatu ſuum competitorem præteritum eſſe memor, ne ſecundo repulſam ferret, vti in ſuum locum ſufficeretur, pro eo intercedens obtinuit.*

* *Albertus Argentinas* p. 103; *Ibidem Sedi Apoſtolicæ Romandiolam, & quædam alia, in damnum graue Imperii dedit: ibi habitis quibusdam tractatibus nomine Regio ſigillauit.*

quando is factus fuerit

7) Factum id anno, quem auctor ſignauit, MCCLXXXVI. Quod dum noto, non poſſum, quin ſimul obſeruem, tam *Trithemium*, quam *de Roo*, dum hanc nobis rem narrant, temporis, quo Moguntina ſedes tum vacauit, ſpatium paullo longius, quam par eſt, extendere. Wernherus enim obiit IV Non. April. an. MCCLXXXIV, vt dictum. Henricus autem iam VI Kalend. Septembr. anno MCCLXXXVI Spirenſibus tabulas dedit, in quibus ſe Moguntinum ſcribit Archiepiſcopum. Is cum ante iam deſignatus fuerit, confirmatusque, quam in Germaniam reuerteretur, patet omnino, duos vel tres ſupra biennium menſes cathedram Moguntinenſem tum haud vacaſſe; non autem *triennium ferme*, vt *Trithemius*, vel *triennium* iam, vt *de Roo* dixit. Addo, *Trithemium* ipſum ſe correxiſſe in editione chronici Hirſaug. recogniti. Sic enim ibi ad an. MCCLXXXIV p. 46; *His duobus* (Petro Reichio & Gerardo Eppenſteinio) *in diſſenſione per Canonicos eccleſiæ Moguntinæ, vt præmittitur, electis, & apud ſedem Apoſtolicam pro Archipræſulatu contendentibus, primo ſub Martino Papa IV, & poſtea ſub Honorio Papa ſimiliter IV, durauit ipſa calamitas ferme ad biennium: ex qua Moguntina eccleſia non paruum accepit detrimentum. Tandem Papa Honorius electione caſſata vtriusque, Henricum Epiſcopum Baſileenſem, fratrem Ordinis Minorum, in Archiepiſcopum Moguntinum conſtituit, & ſic amborum contentio ceſſauit.*

regimen adiit.

8) Reuerſus ab Sede Apoſtolica regimen Archiepiſcopatus ſine mora adiit, a Moguntinis multa honoris ac reuerentiæ teſtificatione exceptus. Teſtem audiamus auctorem *annal. Dominicanor. Colmarienſium.* Is p. 21; *Henricus Epiſcopus Baſilienſis, factus Archiepiſcopus Moguntinus, receptus eſt contra ſpem a ſubditis ſuis glorioſe.*

Spirenſis Epiſcopatus fit Adminiſtrator.

9) Quin eodem adhuc anno Epiſcopatus etiam, qui in Nemetibus eſt, curam ſuſcipere iuſſus fuit. Fridericus namque, qui ei præerat, damnato, quod Imperatrici inconſulto dederat, oſculo, Cæſaris indignationem voluntario exſilio deuitabat. Vid. *Fuchſius* ad Lehmanni chronicon Spirenſ. lib. V cap. CXXVI p. 586.

III Erfurtum vero *multis cum Nobilibus* ingreſſus eſt, *a clero & populo ſusceptus honorificentiſſime*, vt in Chronico Citizenſi ait *Langius* *.

Erfordiæ

* 1) ad an. MCCLXXXVII p. 814. Demiſſe receptus, viciſſim priuilegiis ciuium per litteras cauit, quas *Fratris Henrici* hodie appellant. Idem iudicium conſeruandæ paci in Thuringia erexit, ei Capitaneum ſiue Vicarium præfecit, cui duodecim ex prouinciæ Proceribus Aſſeſſores iunxit, qui poteſtas ſimul & conſilium eſſent. Sigillum, quo iuſſa munita, ſat grande, dedit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § XXV p. 67.

iudiciũ pacis conſeruandæ inſtituit.

Walckenriedenſiũ commoda promouet.

2) Eodem Walckenriedenſibus, vt monaſtici Ordinis viris præ aliis e clero beneuolus erat, redituum parochialis Günzerodenſis percipiendorum facultatem, diplomate Mülhuſii XV Kal. Mart. dato, firmauit, iuribus, quæ Parochi fuerant, & eſſe ſolent, Haurungam translatis. *Leuckfeldius* antiquitat. Walckenriedenſ. parte I cap. XI § IV p. 139 & ſeq.

poteſtatem in Iudæos

3) Non longe poſt, vti perinſigni ſemper apud Cæſarem fuit gratia, ab eo poteſtatem acce-

cepit

quibuſdam in locis accipit. cepit ſuper Iudæos in partibus Thuringiæ, Marchiæ, & Miſniæ. Docent id tabulæ Rudolfi VII Id. Maii confectæ.

Frizlariæ agit. 4) Sequentibus diebus conceſſit Frizlariam. Conſilium enim ceperat, oppido caſtrum imponendi. De quo cum in collocutionem cum ciuibus veniſſet, haud difficulter, quæ volebat, obtinuit. Summa quippe ſtipulati ſunt voluntate, ſeſe conceſſuros, vt Henricus *vbi magis placuerit, nouum caſtrum libere erigere, firmare, ædificare*, & ſine vllo impedimento *inſtaurare* poſſit; quin ſimul iurato promiſere, ad opus tum perficiendum tum ſartum tectumque ſeruandum ei ſe omni conſilio opeque inſeruituros, nec caſtrum vel caſtrenſes vllo turbaturos modo. Sin id minus, tunc, ſi monitis Henrici haud ſatisfacerent, reapſe ſe ſubituros pœnam duum millium marcarum. Vti vero hoc illi, ita viciſſim Henricus pollicitus eſt, ipſis ſemper ſe fore perbeneuolum, & ciuitati conſuetudines, libertatem, iusque id permiſſurum, quod olim ſibi peperiſſent. Teſtes, dum hæc promulgabantur, adhibiti fuere *Lupoldus*, Præpoſitus Northenſis, *Hermannus* de *Spangenberg*, *Suvigerus* de *Eppenſtein*, *Nicolaus* de *Scharfenſtein*, *Cunemannus* & *Emercho* de *VValdeck*, fratres, *Ioannes* de *VVartenfels*, *Conradus* de *Gaizen*, *Philippus Suvap*, *Iacobus* de *Klingen*, Milites. Litterarum vero datum eſt, *feria ſexta ante diem B. Bartholomæi*. Edit. I pag.

Herbipoli intereſt concilio. 5) Menſe Septembri concilio Herbipoli habito interfuit, ſi *Latomo* ſtandum, qui id in catalogo Epiſcoporum Moguntinenſium inter alia memorat.

diœceſin Conſtantienſem inuiſit. 6) Ceterum, vt in rebus eccleſiæ tractandis impiger erat, ita diœceſin Conſtantienſem, vel ingratiis Rudolfi Epiſcopi, metropolitanæ vi dignitatis obiit, ac, vt vulgo loquuntur, viſitauit. Non tacuit id *Albertus* p. 103, quem ideo audire placet; *Ipſe quoque Henricus factus Archiepiſcopus ſtrenue multa peregit; volensque viſitare Epiſcopatum Conſtantienſem, Rudolfus de Habſpurg, Epiſcopus Conſtantienſis, filius patrui Regis, ſibi reſtitit. Quibus ambobus poſtea coram Rege conſtitutis, & inſtante Archiepiſcopo pro viſitatione, Epiſcopo vero dicente, modicum eſſe Epiſcopatum ſuum & pauperem; illo vero dicente, ſe bene ſcire, qualis eſſet; Epiſcopus reſpondit:* Bene credo; quia ſoliis veſtris ſæpius percurriſtis eum, quam ego vnquam potuerim equitare. *Vltimo tamen dixit Rex, eum admitti debere; & admiſſus fuit ad viſitationem.*

quod cognomen acceperit IV Quia vero Franciſcani ordinis fuit, ideo Germanice vulgo *Knoderer* aut *Gürdelknopff*, a nodoſo ſcilicet funario cingulo, vocatur. Fuiſſe necromanticum inſignem aiunt *Munſterus* & *Bruſchius*. ſed ita iis placet ex quodam in eccleſiaſticos odio, abſque teſtimonio vllo, eum, qui Matheſeos eſſet peritus, appellare; quemadmodum & *Magdeburgici Centuriatores* cent. X cap. X vocant Silueſtrum II necromanticum, contra quos *Bellarminus* lib. IV de Pontifice cap. XII.

an fuerit necromanticus? Enimuero, non illi primum Henricum vocarunt *necromanticum*, nec ſine vllo ita vocarunt teſtimonio. *Albertus* enim *Argentinenſis*, temporum illorum ſcriptor, p. 101 diſerte: *Erat in diebus illis quidam frater Henricus de Iſena, Sueuus, de Ordine Minorum, filius fabri, Lector domus Moguntinæ, Theologus &* »nigromanticus«. Et paullo poſt; *Dicebatur de magna multitudine inimicorum latitantium in ſilua. Quod cum Rex dixiſſet Epiſcopo, ſtatim Epiſcopus procurauit; quod ducenti galeati vltra flumen iuxta Regis exercitum proceſſerunt. Quærenti autem Regi*, qui eſſent illi galeati & ignoti, *Epiſcopus reſpondit*; pro vobis ſunt illi. *Rex habens tædium de illis, rogauit Epiſcopum, vt abirent: qui iubente Epiſcopo abierunt.* Hæc *Argentinas*. quæ afferre viſum; non quod vera putem, vel vt vera venditem, ſed vt doceam, iam iſtis temporibus fuiſſe, qui Henricum νιγρομαντείας inculparint, non autem ſæculo demum XVI.

plus Nobilibus, quam Clericis fauit. V Ait tamen MS minor, eum, cum eſſet Archiepiſcopus, *plus Nobilibus*, ſeu, vti ſtilo vetere appellat, *Militibus* honoris habere ſolitum, quam Clericis. illos his, etiam in epulari menſa & diſcubitu, anteponendo. indeque Clericos in eum ſtomachatos. Vnde aculeatum illud clerici cuiuſdam, vt idem ait MS. diſtichon:

Nudipes Antiſtes, non curat clerus, vbi ſtes,
Si non in cælis, ſtes vbicunque velis.

Non quod hoc eius inciſum ſepulchro ſit, vti putant non pauci (non eſt tanta in Moguntinum clerum conferenda leuitas & vecordia) ſed quod hoc apud ſe- 847
ipſum luſerit aliquis lepide, locoque apud nonnullos extulerit.

1) *Albertus* l. d. *Habuit autem Archiepiſcopus maiorem affectionem ad Milites, quam ad Clerum. Vnde quadam vice habens feſtum, cum Clerici citius quam Milites ſederent ad menſam, dixit Archiepiſcopus:* »bini & bini Milites recipiant vnum Clericum pro puluinari.

2) Quod nonnulli putarint, verſus, quos auctor affert, ſepulcro illius inciſos, in cauſſa forte fuit *Albertus*. Is namque loco dicto; *Vnde & ſuper eius morientis ſepulchrum ſcripſit quidam verſus:* Nudipes &c.

... honoribus mores mutaſſe dicitur. 3) Ceterum ſui ordinis hominibus impenſius fauiſſe, & cum honoribus mores etiam mutaſſe, *Vitoduranus* libere notat l. d. *Hic*, inquit p. 32, *ſuum Ordinem intimo & præcordali proſequebatur affectu; quamobrem ipſum*

ad pag. 625 a)

a) GODE[...]
Dominus de E[...]

N. filia,
vx. *VVernheri de Boland.*

b) SIFRI[...]
Archiepiſcopus[...]

c) Gerhardus,
occur. an. 1226

* *conf. hoc ſchema, quod ſupra p. 614 in* Wernhero *dedi.*

* WERNHERVS,
Archiepiſcopus Moguntinus.
el. 1259 † an. 1284.

g) Gerhardus,
† iam an. 1270,
ἄτεκνος.

n) Godefridus,
o) *maioris Moguntinæ Cuſtos & Præpoſitus D. Petri,*
Archidiaconus Treuirenſis.
occur. an. 1290. † circa an. 1330.

n) Gerhardus,
Moguntiæ Præpoſitus S. Petri,
occur. an. 1290,
beneficiis eccleſiaſticis dimiſſis,
p) deſponſus an. 1294
Adelheidi, f. *Henrici* Ducis Brunſuicenſ.

n) Sifri[...]
q) occur. ab an. 125[...]
† an. [...]
r) vxor *Iſa*[...]
f. *VVernheri*, Falckenſt[...]
occur. ab an. 125[...]

Godefr[...]
y) *filius* [...]
z) occur. ab an. 130[...]
aa) conſtituitur an. 1333 Præſe[...]
aa*) † [...]
bb) vx. *Loretta*, vidua *G*[...]
occur. ab an. 131[...]

Iſengardis,
cc) vx. *Engelberti*, Comitis *de* Ziegenhain,
d. an. 1338. occur. qua vidua an. 1367.

dd) Lo[...],
vx. *Güntheri*, Com[...]
occur. ab an. 134[...]
† an. 1352. relicta fili[...]

a) Conradus *Moguntinus Archiepiſcopus*, *Sabinenſis Epiſcopus*, *vniuerſis in Comicia* Mechtildehuſen *conſtitutis ſalutem* — *Significamus veſtre vniuerſitati, quod ad petitionem noſtram Sereniſſimus D. N. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Rex Sicilie Dilecto noſtro* Godefrido *de* Eppinſtein *bannum conceſſit ſuper Comiciam in* Mechtildehuſen. *Vnde vobis precipimus* —

Item a Prepoſito Aſchaffenburgenſi omnia feoda illa, quibus infeodatus fuit D. Heinricus *de* Waldenburg *, *videlicet decimam in* Sittelbach — *decimam in* Eichelbergh — *Has vero decimas omnes dictus* Henricus *reſignauit ad manus Domini tunc temporis Prepoſiti in Aſchaffenburg*; *Prepoſitus vero eas Domino* Godefrido *ſeniori* de Eppenſtein, *auo noſtro*, *vt verius creditur*, *conceſſit in feodo*, *recepta fidelitate homagia ab eodem.* Ita *Godefridus*, *Eliſabetha* Naſſouiæ maritus, in veteri quodam familiæ documento.

* *Fuit hic Vicedominus Aſchaffenburgenſis ſub* Conrado I.

b) Sifridus *Archiepiſcopus Moguntinus* — *quod frater noſter* Godefridus *de* Eppenſtein *&* Eberhardus Ware *conuenerunt in hac forma* &c. 1211, 2 *Kal. Febr.*

c) Sifridus *D. G. Archiepiſcopus Moguntinus* — *conſtare volumus vniuerſis*, *quod dum inter eccleſiam B. Stephani Magunt. ex vna parte*, *& Nobilem Virum*, Gerhardum *de* Eppenſtein, *ex alia ſuper libertate curie in Coſtheim* — 1226, *Kal. Ianuar.*

d) Henricus *Babenbergenſis eccleſie Epiſcopus* — *profitemur*, — *quod nos dimidietatem omnium feudorum, nobis ex obitu b. m.* Heinrici, Comitis *de* Seyne, *vacantium* — Godfrido *Nobili viro* de Eppenſtein, *&* Godfrido, *filio ipſius, conceſſimus* — *Datum in Confluentia* 1247, *menſe Iulio*, *indictione* 5.

Nos Symon *Decanus*, *totumque Capitulum eccleſie Maguntine recognoſcimus* — *quod* Gotfridus *ſenior &* Gotfridus *iunior*, *filius eius*, *Domini* de *Eppenſtein*, *de conſenſu & voluntate* Liſe *&* Mechtildis, *vxorum ſuarum*, *vendiderunt & tradiderunt nobis pro*

Digitized by Google

* *

FRIDVS
ppenſtein.

DVS II, *Moguntinus.*

b) Godefridus, occur. an. 1211, 1214, 1218. vx. *N.* Comes *de* Wied. *

* Conf. huc ſchema, quod ſupra in -*frido III* dedi, p. 593, ibique n. 1 pro *Albertus*, lege *Albericus*.

SIFRIDVS III, *Archiepiſcop. Moguntinus.*

Godefridus, *d)* occur. ab an. 1247 vſque ad an. 1274, nomine *Senioris*, vt a filio cognomine diſtinguatur. *e)* conſequitur Cometiam *VVied*, † an. 128.. *f)* vx. *Eliſabetha*, *Henrici* Comitis Naſſouiæ fil.

h) Godefridus, occur. ab an. 1247 ad 1292 vſque. † an. 129.. *i)* vx. 1) *Mechtildis*, occur. an. 1267 - 1272. *k)* 2) *Giſela.*

GERHARDVS, *l) Archidiaconus Treuirenſis*, *Archiepiſcopus Moguntinus* proſapiæ huius quintus.

m) Godefridus, *Canonicus Moguntinus*, occur. an. 1257.

dus, o vſque ad an. 1315. 1316. *ingardis*, einio-Münzenbergici. o vſque ad 1316.

n) Giſela, vx. *Philippi de Falckenſtein*, Domini *in* Münzenberg.

n) Eliſabetha, *s)* vx. *Robini de Coverne*, d. an. 1272. *t)* qua vidua vixit adhuc an. 1306.

Godefridus, *v)* occur. qua *Clericus* an. 1309, *x) Canon. maioris & Decanus S. Stephani*, nec non tutor filiorum *Godefridi* an. 1339 defuncti. † an. 1360.

ridus, *nigena*, i vſque ad an. 1342. ctus prouincialis Wetteraniæ. 1342. *delmanni* de *Dorsvviler.* vſque ad 1351.

retta, itis *de* Kevernburg. vſque ad 1351. impubere *Margareta.*

ee) Godefridus, occur. ab an. 1328 vſque ad 1339. *ff)* † ante patrem d. a. 1339. *gg)* vx. *Lucardis*, f. *Eberhardi* de *Breuberg & Mechtildis* Com. *de* Waldeck, *hh)* vidua *Conradi*, Domini *de* Winſperg. d. circa an. 1329 vel 30. occur. vſque ad an. 1362. *ii)*

Godefridus, regimen adiit ſub an. 1347. *ll)* occur. vltimum an. 1356. † an. 1357.

pupili *kk)*

Eberhardus, fratris an. 1357 in regimine ſucceſſor, & ſtirpis propagator.

mille quinquaginta marcis villam ſuam Flersheim — 1270 *feria 3 poſt dominicam* Iudica.

e) Otto, *C. P. Rheni, Dux Bauarie* — *quod nos D.* Gotfrido, *Nobili* Comiti *de* Eppenſtein, *Comeciam nobis vacantem, dictam* Wieden, *duximus conferendam cum titulo feodali* — 1252 *in die B. Laurentii, indictione* 10.

f) *Hinc eſt, quod nos* Godefridus *ſenior*, & Godefridus *iunior*, *ac* Mechtildis, *collateralis noſtra de* Eppenſtein, *Nobiles, notum eſſe volumus, quod nos* — *ob honorem Dei & ſalutem anime collateralis noſtre dilecte* Godefridi *ſenioris predicti*, *Domine* Elyſe *defuncte, eccleſie & conuentui in* Reters *Ordinis Premonſtr.* — *dedimus, contulimus, & tradidimus ius patronatus eccleſie noſtre in* Treisberg, & *ipſam eccleſiam cum ſua Capella in* Suderberg, *Treu. dioceſ.* — *Dat.* 1272, *in vigilia B. Andree Apoſtoli, in qua predicte* Elyſe *anniuerſarium ſingulis annis agi debet.* Vid. Codex Diplomat.

g) *Nos* Godefridus *ſenior* & Godefridus *iunior*, *filius noſter*, Domini *de* Eppenſtein — *quod ad litem redimendam, que inter nos ex vna parte, &* Eberhardum *de* Catzenelnbogen & Bopponem *de* Wertheim, *Comites, vxores ſuas, matremque ipſarum, ſuper bonis feodalibus ex obitu* Gerhardi *de* Eppenſtein, *noſtri conſanguinei, b. m. vacantibus ex altera vertebatur* — 1270, 4 *feria ante dominicam* Letare.

h) Vid. ſupra lit. *d)*
Adolfus, *Romanorum Rex*, *Nobili viro*, Gotfrido *de* Eppenſtein, *ſuo conſanguineo & fideli cariſſimo* — 1292, *regni noſtri anno I.*

i) *Ego* Godfridus *iunior de* Eppinſtein *notum eſſe volo, quod ego cum vxore mea* Mechtilde *bona mea in* Melsbach — *vendidi* Rudingero *Militi, dicto* Rupe, & *vxori ſue* Eliſabeth — *pro octoginta marcis* — 1267, *in die B. Laurentii martyris.* conf. ſupra lit. *f)*

k) -- *Quod* -- *Dominus* Godefridus *de* Eppenſtein, *tunc Decanus eccleſie S. Stephani*, & *quondam* Gizela, *eius mater*

Digitized by Google

mater — & deinde poſt quondam Godfridi & Gizele, eius matris, predictorum obitum, quondam Dominus Eberhardus, Dominus in Eppenſtein, prefati quondam Domini Godfridi heres &c. 1408. conf. lit. v)

l) Godefridus ſenior de Eppenſtein & Elyſa, Collateralis noſtra, recognoſcimus — quod nos de conſenſu — filiorum noſtrorum Gerhardi, Archidiaconi Treuirenſis, & Godefridi, Abbatiſſe — in Padenhuſen — 1268. vid. codex Diplomat.

m) Wernherus D. G. maioris & S. Petri eccleſiarum Magunt. Prepoſitus. Inter Gotfridum de Eppenſtein, Canonicum Moguntinum, a Gotfrido ſeniore de Eppenſtein, patre ſuo, ad eccleſiam in Crutzen nobis preſentatum, ex vna parte, & Wintherum de Brunigisheim, Clericum, a Walthero de Vilwyle ad eandem preſentatum, ex altera — 1257.

n) Nos Godefridus, Dominus de Eppenſtein, profitemur publice, quod communicata manu Godefridi, Archidiaconi Treuirenſis, Gerhardi, Prepoſiti eccleſie S. Petri Moguncie, & Syfridi, filiorum noſtrorum, nec non Iſengardis, eiusdem Syfridi collateralis, accedente nihilominus voluntate, conſilio, & aſſenſu Reuerendi Domini & „fratris noſtri, Gerhardi, Archiepiſcopi Moguntini, & Nobilium Virorum, Philippi, filii Wernheri de Münzenberg, noſtri generi, & puerorum ſuorum, Robini de Koverne, noſtri etiam generi, & Elizabeth, filie noſtre, illius collateralis — Dat. 1290, 15 Kal. Ianuar.

o) Godfridus de Eppinſtein, Cuſtos maioris & Prepoſitus S. Petri — quod nos literas D. Godfridi, aui noſtri, & Godfridi, patris noſtri, vidimus — in hec verba: — Godefridus de Eppenſtein ſenior, & Godfridus filius ſuus — 1274 8 Id. Maii. In cuius rei teſtimonium &c.

p) Nos Conſules & Vniuerſitas ciuium in Duderſtad recognoſcimus, & tenore preſentium publice profitemur, quod de mille marcis examinati argenti, quas Magnificus Princeps, Dominus noſter Henricus, Dux Brunſuicenſis Illuſtris, filie ſue inclite Alheidi, ex Domina noſtra Agnete, vxore ſua legitima, procreate, quam Nobili Viro, Domino Gerhardo, Nobilis Viri, Domini Gotfridi de Eppenſtein, „germani Venerabilis in Chriſto Patris ac Domini noſtri, Domini Gerhardi, Archiepiſcopi Moguntini, ex matrimonio legitimo procreato, dare & tradere promiſit, cum ad annos matrimonii aptos peruenerit, legitimam in vxorem — 2 Non. Sept. 1294. Vid. codex Diplomat.

q) Vid. lit. n)

Nobili Viro, Sifrido, Domino de Eppinſtein, Adolfus de Linnen, Armiger, — cum ego — vendiderim omnia bona mea feodalia Gerlaco fratri meo, — que a veſtra Gratia feodaliter hactenus poſſedi — 1315, in vigilia Thome Apoſtoli.

r) Philippus de Minzenberg ſenior — quod accedente conſenſu Wernheri, filii noſtri, ſuper diuiſione hereditatis per obitum — Gotfridi de Eppinſtein, „ſoceri noſtri, ac per obitum dilecti patris noſtri, Wernheri, Domini in Minzenberg, ad nos ſucceſſione hereditaria deuolute, cum Nobili Viro, Sifrido de Eppinſtein, ſororio noſtro, & Iſengarde, ſua coniuge, ſorore noſtra — concordauimus in hunc modum — 1303, Kal. April.

VVir Philips von Falckenſtein, der alde, vnd Frauvve Mechtild, vnſer eliche Frauvve, bekennen, daſs vvir gekaufft han vmb die Edeln Frauvve Iſengarten von Eppenſtein, vnſere Svveſter, Godfriden, ihren Sone, vnd vmb Loretten, ſine Frauvve, alles das ſie hatten an den Dörffern zu Eſchbach — 1316, Martis poſt Martini.

s) Vid. pacta dotalia in cod. Diplomatico, quorum initium ſic habet; Nouerint vniuerſi — quod ego Godfridus de Eppinſtein, & Fridericus de Couerna & Noui caſtri Dominus, pueros noſtros Robinum & Lyſam matrimonialiter coniungimus, in ipſa coniunctione conditionem & ordinem huiusmodi obſeruando, — 1272 feria 5 poſt diem B. Vrbani.

t) Liſa de Eppinſtein, relicta Nobilis Viri D. Rubini de Couerna, piiſſime memorie — quod cum conſenſu omnium noſtrorum generorum — dedimus — Gobelinum de Lindawe, & ſuos congremiales, in ſuperioribus partibus reſidentes, ad nos ſpectantes, Nobili Viro, Domino Sifrido de Eppinſtein, noſtro fratri — 1306, 12 Kal. Septembr.

v) Vid. ſupra lit. k)

-- Scolaſticus eccleſie S. Stephani Magunt. Iudex a — Domino Prepoſito S. Petri Magunt. deputatus in cauſa, que inter Godfridum, Clericum, „natum quondam Nobilis Viri, D. Gotfridi de Eppinſtein, ex vna, & Gotfridum de Ziegenhain, Canonicum Magunt. Subdiaconum, ex parte altera, vertitur — 1309, feria 5 proxima poſt Innocavit.

Godfridus de Eppinſtein, D. G. Cuſtos maioris & Prepoſitus S. Petri — Archipresbytero Sedis Eſchborne ſalutem. Cum nobis Gotfridus, Clericus, „noſter germanus, ad eccleſiam parochialem in Cruzen, vacantem ex morte quondam Hartmudi, eiusdem eccleſie Rectoris, per Dilectum Sifridum, fratrem noſtrum, Dominum de Eppenſtein, dicte eccleſie verum Patronum, ſit pro vero Rectore eiusdem eccleſie legitime preſentatus &c. 1311, 4 Id. Septembr.

x) Ich Henrich von Rodenburg, Edelknecht — daſs ich han zu Manleben von der Herrſchaft von Eppenſtein Berſtein, lude, gute — vnd han das geforders an den Erſamen Manne, Herrn Godfrid von Eppenſtein, Dechant zu S. Stephan zu Menze, vnd an die andere Vormunder myner Iungherren von Eppenſtein, die vnder ihren tagen ſint — 1342, in craſtino natiuitatis Domini.

VVir Godfrid von Eppenſtein, Dechan zu S. Stephan zu Menze, Iohann von Nuheim, vnd Cune Herdan, Rittere, Munparen vnd Vormundere Godfrids vnd Eberhards, der kynde vnd erben vvilnee des Edlen Mans, Hern Godfrids des iüngern, Herrns zu Eppenſtein, dem Gott gnade — verkauffen — der Edlen Frauven, Luckarden, Muttern der egen. kynde — 1344.

y) Nos Prior, Magiſtra — & Conuentus monialium in Reterſe, Ord. Premonſtrat. — profitemur, quod Nobilis Vir, Sifridus, Dominus de Eppenſtein, & Iſengardis, ſua legitima Collateralis -- donauerunt — curtim — in Breckenheim -- pro ſalute animarum ſuarum, & Godfridi, „ſui vnigeniti, nec non — parentum &c. 1311, Kal. Maii,

z) Erwinus -- Abbas -- monaſterii in Blidenſtatt — Quod cum — Syffridus, D. Iſengard, & Domicellus Gotfridus, filius ipſorum, de Eppinſtein — 1306, vigil. natiuitat. S. Ioan. Baptiſte.

VVir Iohann -- Dechant des Tumes zu Menz, Probeſt zu Francfurt -- daſs der Edle Manne, Here Godfrid, Herr zu Eppinſtein, vnd ſin Vordern — die Fotye uber vnſers Hofes Burgere zu Francfurt gehabt hant -- 1341, feria 3 poſt dominicam Inuocauit.

aa) VVir Lodevvig — Romſcher Keyſer — daſs vvir den Edeln Mann Gottfriden von Eppinſtein in der VVetreibe zu Lantſant gegebn, geſatzet vnd gemacht

Reſiduam ſchematis huius partem inuenies in

hant -- Darum gebieten vvir -- Datum zu Mentze an S. Vlrichs tag 1333, Regni 19, Imperii 6.

aa*) Ich Iohann Marſchalcke von Lorche, Iohann min Sone -- irkennen an dieſem brieve -- daſs vvir dem Edlen Manne -- Herrn Gotfrid, Herrn zu Eppinſtein, -- 1342 ſabbato poſt purificat. B. V.

Nos Wintherus, Decanus, Wigelo Scolaſticus -- eccleſie montis Marie Francofurt. recognoſcimus, quod Decanus S. Stephani Magunt. 20 libr. Hall. -- in quibus D. Gotfridus de Eppinſtein, ›› pie memorie, nobis tenebatur -- perſoluit - 1343, in vigilia cathedre S. Petri Apoſtoli.

bb) VVir Godfrid von Eppenſtein, Lantfaut in der VVetterau, Loretta, vnſer elich Husfravve, Engelbrecht, der iung, Grav zu Ziegenhain, vnſer Eidam, Iſengard vnſer Tochter, ſin Husfravv &c. conf. lit. cc)

Ich Iorge, Sone Herrn Godelmans von Dorſvvilre vvas, kunden allen -- daſs ſo miſſeliche vvere zuſchen mir vnd Herrn Godfriden, Herrn von Eppenſtein, ›› mym Stiffvater, vnd Frauven Loretten, ›› myner Mutter, als von dem Huſe von Crichingen -- 132..

cc) Conf. lit. præced. bb)

VVir Iohann Grave zu Ziegenhain, thun kunt -- daſs eine fruntſchaft gereth iſt zvvuſchen dem Edeln Manne, Herrn Gotfriden, dem Herrn von Eppenſtein, vff ein ſyten, vnd vns vff die ander ſyten, daſs vvir Engelbrechten, vnſern Sone, han gegeben vnd gelobt zu geben Iſengarten, ſyner Tochter, zu einem elichen Manne -- Datum ipſo die B. Scholaſtice Virginis 1338.

dd) VVir Gunther Grav zu Kevernburg, Iungherre, Herr zu Ilmena, -- bekennen -- daſs vvir verziegen han -- vff alles das erbe, das der Edle Man, Gotfrid, Herr zu Eppenſtein, vnſer lieber Svvehere, vnd Loretta, ſine eliche Husfrauvv, hant -- es vvere dan, daſs Gotfrid vnd Eberhart, gebrüdere, des obgen. Hern zu Eppinſtein, vnſers Svvehers, Enckeln, abegingen ane erben &c. 1241 Freitag vor Martini.

VVir Gunther, Grav von Keverenburg, bekennen, -- daſs vvir -- han verzihen vff alle den Husrath -- den ich vnd min eliche Frauvve ſel. Loretta her zu Steinheim brachten -- 1353 in die B. Gregorii Pape.

VVir Grav Gunther von Kevernburg -- auch iſt geredt, daſs vnſere Tochter Gredigin ſal ſten an vns Grave Gunther, vnd an vnſern Svvager Gottfrid vorgenant, ſie zu beraden inne die vverne, ader inne eyne cloſter -- 1352.

ee) Ich Luckard von Bruberg, eliche Frauvve Godfrids von Eppinſtein, des iungen, bekenne -- daſs ich -- han gelobt; vvere es, daſs mir übele geſchehe, daſs ich abeginge von todes vvegen, vnd nicht kinder oder erben hette mit mym Bulen, Gotfrid von Eppenſtein, dem iungen, daſs Conrad myn Sone ader myne nehſten erben, die myn gut, das vff mich erſtorben iſt von Hern Ebirhart von Bruberg, mym Vater, vnd Hern Conrad von Winſperg, etvvan mym elichen Manne, dem Gott gnade -- &c. 1330 die decollationis Ioannes Bapt.

ff) VVir Rudolf, Grave zu VVertheim, vnd Elſebeth, vnſer eliche Frauvv, irkennen -- vmb die gyſele, die vns Godfrid ſelige, der iunge, von Eppinſtein, vnd Luckart ſine eliche Frauvve, vnſer Suſter, hattn geſazt, -- 1339, die Luce Euangeliſte.

VVir Godfrid Herr zu Eppenſtein, bekennen -- daſs vvir -- han gelyhen -- craft dies brievs all die lehen, die vvir han, mit namen -- daſs vvir die lyhen an alle vnderdinge, mit gefalden handen, mit gekoſten munde, als man lehen zu recht lyhen ſal, Gotfrid vnd Ebirhard, ›› vnſern Enckeln, zu rechten Manlehen; vnd da ſie vnder ihren iaren ſin, ſo han vvir -- 1339, dominica proxima ante aſſumtionem B. V.

gg) Vid. ſupra lit. ee)

VVir Mechtild von Waldeck, Eberhart ſel. von Bruberg eliche Frauvve -- Rudolf Grav zu VVertheim, Eliſabeth, ſin eliche Frauvve, vnd dieſelbe Eliſabeth vnd Luckarde, vnſere Dochtere, thun kunt -- 1324.

hh) Ich Conrad von Helmſtadt, ein Rittere, dun kunt -- daſs ich Frauvven Luckarten von Winſperg, Herrn Conrads ſeligen VVirtin, Amptmann vnd Faud bin vvorden zu Gudenberg -- 1329 die Agnetis Virginis.

ii) Ich Hans genant Gans von dem Werde, Edelknecht -- erkennen, vmb ſoliche anſprach vnd forderunge, als vvir hatten zu der Edlen VVolgebornen Frauvven, Frauvven Luckarten, Frauvven zu Eppinſtein von des vvaldes vvegen -- 1362 die Michaelis.

kk) Vid. ſupra lit. x, dd, ff)

VVir Otte, Grav zu VValdecken, irkennen -- daſs vnſre liebe Niſtele, Luckart, Iungefrauvve zu Eppinſtein, vns hat bezalet genzelichen 80 pf. Heller -- vmb das Gerichte zu Schotten, das ſie hatte verſazt, vnſerm Vater, Grave Heinrich, des Gott gedencke, vnd vns fur das egenant geld. Des geben vvir ir, vnd ihren Sonen, den iungen zu Eppinſtein, das egenant Gerichte zu Schotten, vidder ledig vnd lois -- 1345, craſtino purificat. V. M.

Kunt ſy allen guten luten -- daſs vvir Lorette, Frauvve zu Eppinſtein, geben vnſern Enckeln, Godefriden, Hern zu Eppinſtein, vnd Eberhart, ſime Bruder, vnſer moge vnd machte, zu fordern glicher vvyſe, als vvir ſelber, vvas vnſer Eyden, Grave Gunther von Keverenburg, beſiegelt hat -- in dem brieffe, der da ſtet über die 3000 Marck ſilber, der vnſer Eyden vorgen. 2000 punt Heller ſolde anlegen eme vnd vnſer Dochter Loretten, ſiner elichen Husfravven -- 1351, ſabbatho proximo poſt feſtum corp. Chriſti.

ll) Ich Iohann von Delckenheim, Ritter, bekenne -- ſoliche lehene -- als ich han zu rechtem Manne-leben in dem Dorf zu Dorheim by Friddeberg, von dem Edeln -- Herren Gotfriden, Herren zu Eppenſtein -- 1356, in feſto B. Matthie Apoſt.

Ich Rudolff von Saſſenhuſen, Ritter, bekenne, daſs der Edel Herre Gotfrid, Herre zu Eppinſtein, von vns gutlich geloſt hat das Dorff Sweinheim -- 1356, feria 2 proxima poſt feſtum Palmarum.

Ich Hartmud von Cronenberg, Ritter, der eldeſte -- als mir der Edele Herre Gotfrid, Herr zu Eppenſtein, ›› dem Got gnade, verkauft hat vmb einen vvidderkauff das Dorff Seylfurt vmb 700 pf. Heller -- das han ich Hartmud vorgen. -- gutliche geluhen dem Edeln mym Iungherre, Eberhart Herrn zu Eppenſtein, ſinem Bruder, 100 pf. Heller -- 1357 feria 3 proxima poſt Reminiſcere.

Ich Craft von Langsdorf, Edelknecht, Iohann vom Langenhan -- tun kunt -- daſs vns vviſſentlichen iſt -- daſs Grav Eberharts teile von Katzenelnbogen, das er hatte -- an Hoenberg vnd an Steinheim verkauft -- iſt genzlich -- dem Edln Herrn, Herrn Gotfrid, (der) Herr zu Eppinſtein vvas, ›› dem Got gnade, vnſers Edlen Iunghern Eberharts, izund Herrn zu Eppenſtein, auch vvas vnd iſt -- 1357 feria 3 poſt dominicam Iudica.

infra in Archiepiſcopo IACOBO p. 815.

Digitized by Google

ipſum ab iniuriis defenſabat, & in ſuis honoribus fouit, ex totis viribus & viſceribus protexit: ſed Sacerdotibus & Clericis ſpiritualibus minus deferens, & fauoris ſui gratiam ſubtrahens, infeſtus nimis fuit. & p. 33; *In dignitatis ſuæ culmine poſitus plus, quam dici vel ſcribi poſſit, cordis & operis elatione intumeſcens, omnis humilitatis modum & metas penitus abiecit.*

Moritur. 4) Obiit non XIV Kal. April. vt auctor *annal. Dominicanor. Colmarienſ.* p. 23 habet; nec XV Kal. April. vt *Vrſtiſius* l. d. p. 301 vult, auctorque *Serarius* § II *Trithemium* ſecutus, ſed XVI. Teſtem pono *necrologium* ædis maioris Moguntinæ, quod *a. d. XVI Kal. April.* ſic; † *Fr. Henricus, Archiepiſcopus Mogunt.*

5) Vita defunctus ſepulturæ locum inuenit in templo maiori. *MS. Auguſtinianor.* f. 101 a) *Trithemius* l. d. ad an. MCCLXXXVIII p. 51. *ante aram SS. Petri & Pauli Apoſtolorum. Latomus* & *Dieſſenbachius* in catall. mſcr. *tumba*, vt idem *Dieſſenbachius* loquitur, *ſimplici.* Sepelitur.

6) *VVimphelingus* in catalogo Epiſcoporum Argentoratenſium p. 73, & *Vrſtiſius* in Baſileenſium p. 301, referunt, ſepulcro hæc verba fuiſſe inciſa;

Hic iacent in foſſa Henrici mendici oſſa.

GERHARDVS II,

quintus Moguntinenſium ex gente Eppenſteinia *Archiepiſcopus.*

A quibuſdam apud *Bruſchium Gebbardus* appellatur; de quo hæc apud *Trithemium* in Chron. Hirſaugienſi: *Poſt Henricum iterum duo in diſſenſione electi fuerunt, Gerardus de Epſtein, Canonicus Moguntinus, & Archidiaconus Treuerenſis, quem ante Henricum, electum contra Petrum fuiſſe diximus; & Emericus de Schöneck, Scholaſticus Moguntinus. Verum dum hæc apud Moguntiam fierent, Apoſtolica ſedes Honorio Papa mortuo vacauit: propter quod cauſſa eorum non poterat neque in partibus, neque Romæ terminari. Interea Henricus Archiepiſcopus Treuirenſis moritur, & Gerardus prædictus contra Bohemundum ab vna parte Capituli in Archiepiſcopum poſtulatur: qui tandem Nicolao Papa IV creato, Romam cum duplici electione profectus contra Emericum Moguntinum & Bohemundum Treuerenſem, Archiepiſcopus Moguntinus ab ipſo Papa ordinatus eſt, & præfuit annis XVI* †. *Vir prudens & magnanimus, qui bene & vtiliter eccleſiam ſuam rexit, & multa ſtrenue, pace belloque geſſit.* Quod autem cum *bello multa* inquit *geſſiſſe*, accipiendum videtur, de bellica coërcitione, qua Hanouienſem Comitem procacius multa facientem coercuit *, & Fuldenſes contra Abbatem iniurios ac ſeditioſos. Hanc enim prouinciam ei demandarat Cæſar. v. § 7.

quando ſucceſſoris Henrici. † 1) Cum Henricus a. d. XVI Kal. April. fatis concederet, Nicolaus IV pontificium culmen iam conſcenderat: quippe Honorio ſucceſſor datus a. d. VIII Kalend. Mart. anno MCCLXXXVIII. Dein Henricus quoque Treuirenſis ante iam mortem obierat, quam Fr. Henricus Moguntinus naturæ debitum exſolueret. vid. *Brouuerus* annalium Treuirenſ. lib. XVI § CXI & CXIII p. 167. Quare nec bene nec ordinatim *Trithemius* tum hic, tum in editione chron. Hirſaug. recognita viam inſtituit. Temporum contra rationibus conuenienter *Brouuerus* l. d. § XXI p. 169; *Medio tempore Roma nuntii Treuirim a partibus venere, ad noua clerum rurſus comitia ineunda hortatores. Quare præſtituto die in vnum congregati primores grauius longe quam ante ſententiis atque ſuffragiis inter ſe pugnarunt. Pars namque Boemundi, quæ quamplurium acceſſione iam inualuerat, ſtandum omnino ſuffragiis ſemel latis decreuit; reliqui ſeceſſione facta, Gerardum Eppenſteinium, tituli S. Lubentii Archidiaconum, ſed & Moguntinæ ſedis candidatum, & in petitione conſtantem, acremque, Boemundo oppoſuere. Boemundus abſens adhuc in curia Romana degebat. Gerardus autem, dum ipſe in Italiam veniret, rem interea gerebat per aduocatos.* & § CXXII p. 170; *Februario anni inſequentis Nicolaus IV, ex primus ex S. Franciſci diſciplina, Romæ pontificatum gerere cœpit, nec multo poſt Henricus Moguntinus Archiepiſcopus naturæ conceſſit. Cum igitur Moguntiacenſe Collegium, ad creandum Epiſcopum comitiis initis, in ſtudia item diuerſum abiiſſet, pars Gerardum Treuirenſem Archidiaconum rurſus legit; pars Emericum edidit Schöneccum, rei ſcholaſticæ Præfectum. Gerardus itaque binis ſuffragiis, hinc Treuiri, inde Moguntiaco latis, fiducia ac ſpei non ambiguus Romam petit, ſubſequente veſtigia competitore.* Et § CXXIII p. d. *Pontifex Treuirenſes, quos ne diutius præſentis ope paſtoris & vigilantia deſtitutos in orbitate ac ſolitudine relinquat, ſacra quadrageſima dominica, quam* Reminiſcere *dicimus, Moguntinenſem Gerardo, Treuirenſem autem Epiſcopatum Boemundo adiudicat. Atque ita ſollemnibus ordinationum feriis ad ſacerdotalem honorem gradu facto, ambo vno eodemque die a Pontifice Maximo præclaro cæremoniarum apparatu conſecrati, & ſubſequente* Palmarum *die recepto pallii geſtamine vſuque condecorati ſunt.*

2) Fuit autem Gerhardus hic noſter ex *Eppenſteiniorum* proſapia, vt loco dicto bene obſeruauit *Trithemius*, filius *Godefridi* ac *Eliſabetha* Naſſouiæ, *Siſridi III* nepos, *VVerneri* patruelis. Ob oculos rem ponet ſequens ſchematis Eppenſteinenſis particula. ortu fuit Eppenſteinius.

****

quas antea geſſerit dignitates.

3) Ante vero, quam Archiepiſcopatus Moguntini gubernaculis admoueretur, Treuiris fuit Archidiaconus; Moguntiæ vero in Canonicis ad ædem maiorem. *Trithemius* & *Brovverus* ll. dd. quibus adde *Syllabum pleniorem* ſectione VI p. 355.

Romæ deſignatur Archiepiſc. & conſecratur

4) Dominica, quam *Reminiſcere* vocat vſus eccleſiaſticus, Romæ Moguntinenſibus datus fuit, vt dictum, Antiſtes: ab ipſo dein Pontifice, quanta maxime par fuit cæremonia religioneque, Epiſcopi ritu inauguratus, pallioque, poteſtatis Archiepiſcopalis inſigni, ipſa *Palmarum* celebritate inſignitus. *Brovverus* l. d.

Erfurtenſes reos agit.

5) Factus Archiepiſcopus in obeundis pontificiæ dignitatis muneribus acris fuit ac vigilantis omnino ingenii; tum vero animum retulit ad auctoritatem Sedis ſenſim labefactatam reparandam. Erfurtenſium id patet exemplo. Hos enim, cum ab aliquo iam tempore fœdo omnia miſcerent tumultu, omnisque ignari erant obſequii, grauiter reos egit, effecitque, vt Cæſar ipſe præſens cauſſam cognoſceret, ac a turbarum auctoribus ſumeret ſupplicium. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurt. lib. I § XXV p. 68, *Leibnitius* chron. montis Francorum p. 45.

legibus eos deuincit & adit.

6) His peractis, legatos primum miſit cum ampliſſima poteſtate; quibus curantibus leges, quibus ſe populus contineret, ſcripto comprehenſæ (quas hodiedum titulo *Concordatorum Gerhardi* appellant) ciuitati vero mulcta octingentarum marcarum argenti irrogata. Dein conciliatam ſibi vrbem ipſe adiit, cum magna feſtiuitate & occurſu publico, peruigilio D. Thomæ, receptus. *Gudenus* l. d. p. 69.

cœnobii Gernrodenſis.

7) Hæc inter Anhaltini parthenonem Gernrodenſem variis premebant exactionibus, oneribusque. His vt obicem poneret, Antiſtiti Halberſtadenſi, ſcriptis Erfordiæ VI Kal. Ian. an. MCCLXXXIX litteris, vi iuris metropolitani mandauit, monaſterii cauſſam vt defenderet, & aduerſus illorum iniurias propugnaret. *Poppenrodius* annal. Gernrodenſ. p. 435.

ob Walckenriedenſis rationem habet.

8) Anno ſequenti MCCXC Walckenriedenſis cœnobii commodis conſulturus, omnibus id, vel ipſis templi propediem ibi inaugurandi ſollemnibus, vel diebus B. Virginis, diuique Bernhardi, ac aliorum Sanctorum memoriæ ſacris, religionis cauſſa adituris, IV Non. Januar. quam ampliſſimas piaculorum conceſſit condonationes. *Leuckfeldius* antiquitat. Walckenriedenſ. parte I cap. VII § XII p. 85.

Præpoſitorũ Aſchaffenb. conſtitutionem firmat.

9) Poſtquam vero Erfurtenſes ſuos ad pacem & obedientiam hortatus eſſet, acceptis de hoc promiſſis, Rhenum cum ſuis repetiit, ac Aſchaffenburgi ordinationem, qua *Ioannes*, Comes Hirtutus, & *Eberhardus*, Præpoſiti Aſchaffenburgenſes, adminiſtrationem rerum in oppido eccleſiaſticarum Præpoſito reſeruarant; portionum vero Canonicis præbendarum Decano permiſerant ac Collegio, tabulis publicis V Kal. Aug. editis (quas in codice Diplomatico legere eſt) ſciuit iuxta ratamque habuit.

Statuta de diſciplina eccleſiaſtica edit.

10) Id item temporis, cum eccleſias pro more inuiſiſſet, vt probati Pontificis obiret munia, de ſanctiore diſciplina in mores cleri reducenda ſeriam ſuſcepit cogitationem; & hoc ſine maturo conſilio ea edidit ſtatuta, quæ ſingulari comprehenſa edicto in codice protuli Diplomatico.

Cœnobium Carmelitar. Francofurti firmat.

11) De cetero aſceterium, quod FFr. B.M.V. de monte Carmeli Francofurti ad Mœnum ſtatuerant, hoc anno, religionis bono, pontificia confirmauit dignatione. *Lerſnerus* chron. Francofurt. parte II cap. XLII p. 117.

pacem inter Sponheimenſem & Veldentinum facit.

12) Ioannem quoque, Comitem Sponheimenſem, & Henricum, Comitem Veldentinum, de re quadam, leui licet, acriter tamen inter ſe diſſidentes, quod vtrique tum fœderatus eſſet, tum bene cuperet, in concordiam redegit. *Trithemius* chron. Hirſaugienſ. ad h. a. p. 54.

Cœnobio S. Crucis duas parochiales firmat.

13) Inſequenti MCCXCI, rogatu *Alberti* Landgrauii Thuringiæ, & *Alberti*, Comitis de Brandenberg, cœnobio *S. Crucis* Gothano duas parochiales incorporauit ſive in perpetuum addixit; vnam *S. Mariæ* in monte iuxta Gotham, alteram villæ *Goltpach*; quarum quidem illi patroni erant, Landgrauius parochialis S. Mariæ, Comes vero Goldbacenſis. Conſtat id nobis ex litteris ſanctimonialium, quibus Collegio metropolitano Moguntinenſi; quod donationi huic & incorporationi conſenſiſſet, quotannis ſe quatuor libras ceræ penſitaturas pollicentur.

libros cenſuales conſcribi mandat.

14) Vti vero in rebus tractandis impiger erat, multarumque rerum ſagax, ita prouiſurus, ne bona eccleſiarum aliquo diſtraherentur modo, vel improbe occultarentur, anno hoc MCCXCI, litteris III Non. Octobr. editis, Moguntinenſium Decanis ſerio grauiterque mandauit, intra duos proximos menſes iura, cenſus, reditus, & prouentus ſuæ quisque eccleſiæ curare conſcriberet, & dein peculiarem redigeret in librum, qui poſtea in armariis eccleſiæ catena loco certo alligatus, publice proſtet, vt a Canonicis, quandocunque voluerint, poſſit inſpici. Habes eas in codice Diplomatico.

Erfurtenſibus ius monetæ oppignorat.

15) Cumque hoc temporum tractu ærarium Moguntinum variis difficultatibus exhauſtum eſſet, ipſe eodem hoc anno ciuitati Erfurtenſi ius monetæ ad vndecim annos pro mille marcis argenteis elocauit; Præturas vero, vrbicam & ſuburbanam, Iudæis pignori oppoſuit. *Gudenus* l. d. § XXVI p. 70 & ſeq.

an Hanouienſem compeſcuerit.

* 16) Quod Hanouienſem coercuerit, qui publice proſtant, ſcriptores tacent. Narrat autem *Latomus* in catalogo mſcr. quem ſi audis, Gerhardus, direptis vno die, incenſisque quinquaginta ditionis Hanoicæ villis, Comitem ipſum ſuam tandem in poteſtatem redegit, ac tam diu in vinculis habuit, donec victoris confugeret ad clementiam, ac æquas pacis admitteret conditiones. Ita *Latomus*; vt tamen annum, quo eum bello fregit, nobis haud ſignet. Tempore, quo Gerhardus Adolfo regnum adſtruxit, alieniorem ab Vlrico fuiſſe, patet ex diplomate *Adolfi* modo dicti, de quo in ſequentibus. Ceterum notabis, quod vterque, *Latomus* ac *Serarius*, Hanouienſi non ita bene *Comitis* attribuat nomen atque *ἀξίωμα*; quandoquidem id temporis Hanouienſes ſolo *Dominorum* de *Hagenovve* titulo vſi ſunt, nec aliter ab aliis appellati fuere.

Tt Adol-

II Adolphum Naſſouium bellica laude, dotibusque aliis multis inſignem, ad regiam Romanorum dignitatem pæne ſolus euexit, eumque ad Imperii coronam accipiendam Aquiſgranum comitatus eſt.

Adolfum con-ſanguineum

1) Adolfum arcto conſanguinitatis contigit nexu; conſobrini enim erant, ſiue, fratre & ſorore nati. ex quo interpretandus *Albertus Argentinas*, qui p. 110 illius *conſanguineum*, & *Monachus Colmarienſis*, qui ad an. MCCXCII p. 26 Comitis Adolfi *cognatum* dixit.

Res lucem accipiet ab hoc ſchemate:

Godefridus Dominus Eppenſteinii.		*Henricus* Comes Naſſouiæ.	
Godefridus.	coniuges	*Eliſabetha.*	*Walramus.*
Godefridus.	GERHARDVS *Archiepiſc. Moguntin.*		ADOLFVS, *Romanor. Rex electus.*

ſolus fere Cæſarem effecit.

2) Quod ipſum pæne ſolus Cæſaream ad dignitatem euexerit, non obſcure tradunt *annales Colmarienſes* ad an. MCCXCII p. 26; *Prima Maii Electores reliqui electionem in Moguntinum, tum præſentem, transferunt. Moguntinus Comitem Adolfum de Naſſau, cognatum ſuum eligit; conſentiunt reliqui.* Hæc illi. Explicatius recentiores, *Brunnerus* parte III annal. Boic. lib. V p. 216 ſeq. *Adlzreitterus* parte I lib. XXV § XI p. 660, *de Roo* hiſtoriæ Auſtriacæ lib. II p. m. 52, qui, *nemo*, ait, *Alberto iniquior erat, quam Moguntinus, qui Adolfum Naſſouium, cognatum ſuum, fouens, aſtu quodam aliorum ſuffragia ad ſuum nutum circumagebat, cuique ſeorſum aliquem ipſi inimicum obiiciens, quem a reliquis, niſi Adolfus eligatur, nominatum iri diceret. Colonienſis iam cum eo ſentiebat. Treuirenſem, Alberto æquiorem, ſola Geldri Principis mentione deterrebat. Brandenburgenſes duo Albertus cum telo, & Otho, cognomine longus, inter ſe de Electoratus dignitate contendebant; quorum Otho potius, quam agnato cederet, ſuum Moguntino ſuffragium dedit. Saxoni Brunſuicenſis, Palatino Rex Boemiæ obiiciebatur. Cum vterque vel quemuis alium, quam hunc, ſe malle dicerent, Adolfo nominato interceſſit nemo.*

ope iuuat.

3) Quem elegit, primum & conſilio iuuit, & ope ſubleuauit. quod *annales* rurſus teſtatum faciunt *Colmarienſes* ad annum d. p. 26; *Francofordenſes expenſas a Rege electo petunt. Moguntinus obligauit pro Rege caſtra ac villas pro XX millibus marcarum.*

Aquisgrani deducit.

4) Aquisgranum ad capienda inſignia euntem maximo apparatu proſecutus eſt. Equos mille quingentos eam in pompam ducebat. Iidem *annales* l. d. *Equos phaleratos habuerunt Moguntinus mille quingentos, Treuirenſis mille trecentos.*

Palatinum fere in periculum coniicit.

5) Inter hæc vero Ludouicum Palatinum in graue propemodum coniecisſet malum. Dabo rem verbis *Gerardi de Roo* l. d. p. 54; *Cum Adolfus iam in Cæſarem electus ſecundo Rheno deſcenderet, accidit, vt qui Fürſtenburgi eſſent (ea Palatini ad Rhenum arx eſt) Cæſarem adeſſe ignari, portorium ſolito clamore a prætereuntibus exigerent, ac in prætereuntes ſagittas coniicerent. Eam rem Moguntinus Ludouici iuſſu, vti Cæſarem, cuius electionem improbauerat, e medio tolleret, factam eſſe, & armis vindicandam contendebat. Iamque Cæſar ab illo & reliquis ad Rhenum Electoribus adiutus, pleraque Palatini loca bello inuaſerat. Is vero miſſis primum deprecatoribus, Burggrauio Norimbergenſi & Oetingenſi Comite, ad Cæſarem ipſe profectus, innocentiam ſuam iure iurando probat, ſeque, vti pacem inter Principes conſiciat, omnem diligentiam adhibiturum promittit.* Conſ. *Auentinus* annal. Boicor. lib. VII cap. XII ſect. 14 & ſeq. p. 688, *Brunnerus* parte III lib. V p. 216, *Adlzreitterus* parte I lib. XXV p. 660.

ſingularia a Cæſare accipit priuilegia.

6) Aquisgrani Sifrido Colonienſi Adolfum auguſtalibus infulis ornanti magna adſtitit dignatione: Regi vero & officia ſua probauit & obſequia. Viciſſim ab eo ſingularibus plane cohoneſtatus priuilegiis, commodis vero affectus quam pluribus: quæ quidem Adolfus non in præſens ſolum, verum etiam in futurum ad perennem rei memoriam extare cupiens, iis complexus tabulis eſt, quas in codice Diplomatico exhibeo. Inter alia aduocationem Lohnſteinenſem Gerhardo dimiſit; vectigal Boppardienſe, quod *Friedezoll* appellabatur, eidem attribuit, ſimulque promiſit, curaturum ſe, vt ad oppidum Lohnſtein transferatur. Mülhuſam præterea & Nordhuſam ipſi, tanquam ſuo & Imperii Officiali, commiſit; nomina curiæ Pontificiæ ab eo exſoluenda in ſe recepit, tum vero pollicitus eſt, ſex villas ſeu loca Archiepiſcopatus Moguntini, quæ quidem Gerhardus nominarit, libertate donaturum, inſtar oppidorum Imperialium. Reliqua prætereo. Præſtat enim, ipſas conſulere litteras.

7) Quin non longe poſt, dum eocum Aquisgrano ad ſuperiores Rheni partes concederet, id etiam obtinuit, vt tabulis Bonnæ V Kal. Aug. editis fidem faceret, ſe ipſum in redintegrata poſſeſſione oppidi Seligenſtadt, & Comitatus, qui vulgo *Bachgovve* appellabatur (quæ Rudolfus ſedi Moguntinæ, cum vacaret, ademerat) non modo non impetiturum, ſed defenſurum potius, ac omni tutaturum modo.

Aſchaffinburgi celebrat concilium.

8) Ceterum, per hoſce quoque dies concilium celebrauit Aſchaffenburgi, vna cum Suffraganeis ſuis, Abbatumque quampluribus. Quod cum auctor infra § VII breuius aliquanto perſtringat, *Trithemii* verbis hic paullo fuſius enarrabo. Is chron. Hirſaug. ad an. MCCXCII p. 57; *Eodem anno Gerhardus Archiepiſcopus Moguntinus prouinciale concilium cum Suffraganeis ſuis Epiſcopis celebrauit in eccleſia ſanctorum Petri & Alexandri Pontificum in oppido Aſchaffenburg, iuxta litus Mogoni fluminis. In quo comparuerunt Manegoldus, Epiſcopus Herbipolenſis, Fridericus Epiſcopus Spirenſis, Simon Epiſcopus VVormatienſis, Epiſcopus quoque Auguſtenſis, Epiſcopus Eichſtadeenſis, Epiſcopus Hildesheimenſis; reliqui vero prouinciæ Epiſcopi, Conſtantienſis, Curienſis, Halberſtadenſis, Padelbronnenſis, & Verdenſis, Oratores ſuos atque Vicarios, vt moris eſt, cum poteſtate mandata ſufficiente miſerunt. Comparuerunt & Abbates noſtri Ordinis in eodem concilio plures; quorum cœnobiorum nomina conſcripta inuenimus ita: Abbas Hirsfeldenſis, Abbas S. Albani prope Moguntiam, Abbas S. Iacobi ibidem, Abbas in Selgenſtadt, Abbas S. Petri de Erfurt, Abbas in Homburg, Abbas de fonte Reinhardi, Abbas de Salfeld, Abbas de Blidenſtadt, & alii plures tam noſtri Ordinis, quam aliorum, quorum nomina non tenemus. Multa in eo concilio ſtatuta ſunt, quæ litteris commendata ſeruabantur.*

Moguntinis villam Filzbach confert

9) A ciuibus Moguntinis cum haud alienum gereret animum, eisdem anno ſequenti MCCXCIV villam *Filzbach*, vrbi tum contiguam, quam *Philippus* de *Hohenſels* hactenus iure tenuerat fiduciario, nunc vero libere dimiſſam in eccleſiæ reiecerat dominium, fruendam conceſſit, ea tamen lege, vt poſt obitum Bertholdi ac Iacobi Conſulum (quibus eam, nomine ciuitatis, vna cum foro vini, iurisdictione, aliisque iuribus, prouentibus item ac reditibus ſollemni contulerat ritu) Conſules duos alios præſentent, qui feudum hoc, vt moris eſſet, requirant, ac ſub lege beneficiaria recipiant. Litteris, quibus id Moguntiæ VI Kal. April. perſcriptum, locus eſt in codice Diplomatico.

oppidum Wallduren emit.

10) Amplificandis vero Archiepiſcopatus bonis ac poſſeſſionibus, die Virgini Walpurgi feſta, a *Rupertis* de *Durne*, patre & filio, caſtrum & oppidum *Düren* *, vna cum iure patronatus eccleſiæ Dürenſis, aduocatione Brezenheimenſi, iudicio ſiue Centa Reinhartiſachſenſi &c. mille quingentis & quadraginta libris Halenſibus emit: quæ emta pater & filius dicti *Hermanno* dicto *Schelme*, Vicedomino Aſchaffenburgenſi, *Henrico*, quondam Sculteto Francofurtenſi, *Helferico*, Aduocato Durenſi, & *VVernhero* de *Geiſpodisheim*, vice nomineque Gerhardi & eccleſiæ Moguntinæ, contulere. Teſtes, dum id fiebat, aderant *Conradus*, Abbas Amorbacenſis, *Ioannes* de *Bettenhuſen*, Scholaſticus Francofurtenſis, *Egeno* de *Durne*, *Eberuuinus* de *Nortenberg*.

* *Emerat id iam an. MCCXCII, III Kal. April. vna cum vico* Culsheim, *a* Rudolfo, *Comite de Wertheim, cui id ſuer,* Rupertus *de* Düren, *accedente filii ſui* Ruperti *conſenſu, anno ſuperiori MCCXCI vendiderat: hoc vero, quem ſignaui, MCCXCIV ſcilicet, ab vtroque etiam* Ruperto, *patre nimirum & filio, cum bonis, vt dixi, contributis,* hominibus militaris conditionis tantummodo exceptis, *vt in tabulis venditionis legere eſt.*

fraternitatem eccleſiæ maioris ratam habet.

11) Iisdem diebus *fraternitatem*, vt appellant, *eccleſiæ Moguntinæ maioris*, in quam ipſe etiam receptus erat, ratam habuit, firmauitque. quod ne poſteritatem fugeret, litteris peculiaribus, quas in codice Diplomatico reperire eſt, teſtatum fecit. Datas autem vides Moguntiæ feria quarta poſt dominicam *Iubilate*.

emit Eichsfeldiam.

12) Neque vero contentus, Durenſibus bonis Sedis ſuæ auxiſſe fortunas, eodem hoc anno ab *Henrico*, *Comite* de *Gleichen*, Domino in Gleichenſtein, *Hermanno* & *Alberto* fratribus *de Lobdeburg*, dictis *de Lutherberg*, Henrici conſanguineis, conſentientibus, caſtra *Gleichenſtein*, *Scharfenſtein*, *Burckenſtein*, *totamque* illorum *terram*, *quæ* Eichsfeld *teutonice appellatur*, cum bonis ad ea ſpectantibus, ſibi, eccleſiæque comparauit Moguntinenſi. Actum id Frizlariæ, Id. Nouembr. vt ſuo loco videri poteſt.

Non poſſum, quin hic addam, Gerhardum *quoque dimidiam partem villæ* Kirchgandera, *in eodem Eichsfeldiæ tractu ſitæ, ab* Henrico *de* Hanenſtein, *Milite, ære præſenti recuperaſſe. Notauit id vetus quaedam* MS. *ſimulque* Gerhardum *Archiepiſcopum diſerte vocat* Gerhardum *de* Eppenſtein.

Collegio metropolit. duas parœcias attribuit.

13) Anno MCCXCV & eccleſiæ & ciuitati Moguntinæ perbeneuolum ſe præbuit. Collegio enim principi, litteris XV Kal. Iul. datis, contulit parochialem Winheimenſem, & die ſequenti, XIV ſcilicet Kal. Iul. Drechtingeshuſenſem, vna cum ſacellis contributis.

ciuitati Moguntinæ dat facultatem cenſendi Iudæos.

14) In ciuitatem vero tanta fuit voluntate, vt auctoritatem fere immodico fauore corrupiſſe videatur. Non enim modo eidem XIV Kalend. Iulii confirmauit immunitatem a precariis exactionibus de bonis ſub iurisdictione Archiepiſcopali ſitis; verum etiam facultatem dedit exigendi a Iudæis Moguntiæ habitantibus ſteuras ſiue collationes. En, melioris intellectus gratia, verba diplomatis ipſa: *Præterea ipſis, eorumque ſucceſſoribus indulgemus, & indulgendo damus, ac omnino ipſis fieri volumus hanc gratiam ſpecialem, quod Iudæi Maguntinenſes vniuerſi & ſinguli, eorumque heredes & ſucceſſores Moguntiæ commorantes annuatim in feſto B. Martini Epiſcopi nobis vel noſtris ſucceſſoribus Archiepiſcopis vel Electis, aut eccleſiæ Moguntinenſi perſoluent centum & duodecim marcas denariorum Aquenſium, vſualis & legalis monetæ, tantummodo in recognitionem ſeruitii, quod nobis noſtrisque ſucceſſoribus Archiepiſcopis vel Electis, aut eccleſiæ Magunt. exhibere deberent. Vltra quam ſummam nos, noſtrique ſucceſſores aut eccleſia Magunt. a dictis Iudæis Magunt. nihil vlterius vllo vnquam tempore exigemus. imo dicta ſumma pecuniæ contenti ſemper erimus. prout in litteris noſtris, noſtrique Capituli dictis Iudæis traditis & conceſſis, ſuper eo confectis,*

plenius

plenius continetur. Concedimus etiam prædictis ciuibus, eorumque heredibus & ſucceſſoribus, ac eisdem indulgemus & facimus hanc gratiam ſpecialem, vltra dictam centum & duodecim marcarum ſummam nobis, noſtrisque ſucceſſoribus, ac eccleſie Magunt. debitam, iuxta ipſorum ciuium beneplacitum a dictis Iudæis exigendi, petendi, & recipiendi collectas, pecuniam, atque ſturas, absque noſtra, ſucceſſorum noſtrorum Archiepiſcoporum ac Electorum, nec non eccleſiæ Moguntinæ contradictione & offenſa, dictasque collectas, ſubſidium, pecuniam, atque ſtüras in vtilitatem ciuitatis Magunt. conuertendi, prout prædictis ciuibus fuerit opportunum.

Erfurti cœnobio Petrīſi confirmat priuilegia.

14) D. Petri denique, quod Erfurti eſt, monaſterio multum ad fortunarum ſecuritatem attulit præſidii. Quippe omnia eidem priuilegia perbeneuola ſtabiliuit mente. Indicio nobis ad hodiernum vsque diem eſt imago ipſius in ſacello, quod *Corporis Chriſti* dicitur, depicta, cum hac, quam Petrenſibus debeo, inſcriptione: *Ego prædeceſſorum meorum ſequens veſtigia, pro nobilitate huius loci, quicquid ab eis ſtatutum eſt, confirmaui, vel quid neglectum eſt, innouaui. Acta an. MCCLXXXXV.*

Regem & Reginã Boiemiæ coronat.

15) Anno MCCXCVII Pragæ, ipſo Pentecoſtes feſto, Wenceslaum & Iuttam ſolito ritu inaugurauit. Auctor *hiſtoriæ Auſtralis* ad h. a. p. 484, *Stero Altahenſis* ad h. a. p. 577, *Rebdorfenſis* ad h. a. p. 599, *Sifridus Presbyter* (qui tamen anno ſuperiori id factum vult) lib. II p. 701. Quod dum temporis ratione huc refero, non poſſum, quin ſimul notem, bis hic errare auctorem. primum, quod in annum ſequentem id reiiciat; dein, quod ſubdat, Gerardum tum Wenceslao & Iuttæ nubentibus bene precatum eſſe. Wenceslaus enim & Iutta ante iam coniugium inierant, quam ille Pontificatum Moguntinum gerere cœpit, quippe nuptiis inter ſe iuncti anno MCCLXXXVI. Auctor *chron. Auſtralis* ad h. a. p. 468; *Rudolfus Romanorum Rex in Aegra ciuitate ſolenniter celebrauit nuptias filiæ ſuæ, quam tradidit filio Domini Odoacri, quondam Regis.* Dein Iutta puerperio cubabat, præter filium quintam iam enixa filiam, cum coronam ei imponeret Gerhardus. Auctor *hiſtoriæ Auſtralis* l. d. *Simili modo & glorioſa matrona, Deo & hominibus dilecta & deuota, vxor eius (qua nunquam fuit dignus) nobilis Regina, Rudolfi quondam Romanorum Regis filia, & ſoror Ducis Auſtriæ, poſt partum infra dies ſuæ purificationis in lecto ſuo in Reginam Boemiæ corona ineſtimabili pretio & decore coronata eſt ab eisdem Archiepiſcopis venerendiſſimis & Epiſcopis deuotiſſimis, a quibus & maritus eius fuerat coronatus.*

cœnobio Reiffenſtein duas parochiales incorporat.

16) Reiffenſteinenſi deinde cœnobio parochiales villarum *Amera* & *Schvverſtete*, cum omnis conceſſione prouentus, adunauit: hac tamen lege adiecta, vt Abbas & contubernium earundem regimen Sacerdoti ſæculari committerent, de annuo cenſu vero tantam ei porrigerent portionem, vnde vitam digne ſuſtentare poſſit. Conſignatum id litteris Ruſtenbergæ VI Id. Sept. vt in codice Diplomatico videre eſt.

cum Comite Ziegenhainenſi in concordiam redit.

17) Sequentibus diebus ipſe & *Godefridus*, Comes Ziegenhainius, odio ſimultateque, quibus vsque huc inter ſe conflictati fuerant, poſitis, in concordiam rediere. Et *Gerhardus* quidem, noxa omni remiſſa, Godefrido & Mechtildi, eius coniugi, futuræ fidem amicitiæ promittebat. *Godefridus* viciſſim & *Mechtildis*, ad pœnitentiam verſi, quum Gerhardo ſatisfactum cuperent, tres illi villas, *Franckenhain*, *Schonevve*, & *Treysbach*, vna cum bonis contributis, ſponte conſignabant, easque dein ab eo feudi ſiue beneficii caſtrenſis nomine, fidem obſequiumque ſollemniter profeſſi, recipiebant. Tum vero pollicebantur, ſe ei aduerſus quoscunque Archiepiſcopatus hoſtes omni præſto futuros ope; *Godefridus* quidem, coram & per ſe; arces inſuper & munitiones Comitatus Ziegenhainenſis omnes eidem ad vſus belli patefacturos; nec in eas hoſtium Archiepiſcopatus quenquam recepturos, excepto ſolum *Henrico*, Henrici, Haſſiæ Landgrauii, filio, ſororio ſuo. Præterea iurato ſpondebant, ſe conceſſuros, vt nummi Neoſtadienſes, ſi forte Gerhardo officinam monetariam ibidem aperire placuerit, non minus in terris Comitatus Ziegenhainenſis in vſu ſint, quam qui Treyſæ ſignarentur. Si quid etiam de pondere illorum valoreque inter Neoſtadienſem & Treyſenſem monetarios oboriretur contentionis, Neoſtadienſem libere & ſine vllo periculi vel pœnæ metu Treyſam commeaturum, vt cum monetario loci de examinandis iis ac expendendis agere poſſit. Opere peracto, ſine vlla interpellatione vel retentione remeaturum ad ſuos. Additum, ſeſe, ſi vel in vno horum defecerint, trecentarum marcarum pœnam ſubituros. Gerhardi in ſecuritatem ſe villam, *Gemunden an der Straſs* dictam, opponere. Res acta Ameneburgi, die Michaeli Archangelo feſta. Tabulis vero adſcripti teſtes, *Fridericus* de *Spangenberg*, *Gerhardus* de *Selheim*, Cuſtos Fritislarienſis, *Theodericus* de *Bomersheim*, *Ludouicus Kalb*, *Guntramus* de *Schvveinsberg*, iunior, *Henricus*, dictus *Schabe*, & *Fridericus* de *Langenſtein*, omnes dignitatis equeſtris honoribus conſpicui. Sed ſatis de his. Nobis enim cum auctore redeundum ad Regem Adolfum.

III Et initio quidem ex conſilio Archiepiſcopi faciebat, quod officii ſui erat, diligenter nouus Rex, ſemperque bene monenti morem gerebat, adeo vt vulgo *der Pfaffen-König* diceretur. Sed rerum abundantia, imperiique magnitudine paullatim efferri, Principes contemnere, tenuiores opprimere, fidem datam licenter frangere, publice adulteria patrare, cum virginibus, viduis, ac monialibus vi etiam ſubactis, in omne libidinum genus ſeſe ingurgitare cœpit, adeo vt coactus fuerit Archiepiſcopus de alio, qui iuſtius & ſapientius Imperio

Cuſpinian. p. 357.

præficeretur, cogitare: ſicque Septemuiris alius amor fuit, vt Auſtriae Dux Albertus, Rudolphi filius, Rex renuntiaretur. Hinc inter hunc & Adolphum bellum memorabilis in agro Wormatienſi iuxta Dornberg * pugna, cuius & annus, & exitus hiſce verſibus, qui in Adolphi ſepulchro, quod in monaſterio Frowenfeldt † erat, inſcripti fuerunt, notantur:

Anno milleno trecenteno minus vno,
In Iulii menſe Rex Adolphus ruit enſe.

Adolfo Imperium abrogare ſtudet.

1) Et ſane Gerhardus vnus omnium maxime id operam dedit, Imperium Adolfo vt abrogaretur. Vtrum moribus Regis in peius mutatis ad id inductus, diſquiri videas. Auctor hic loci ita ſtatuit. Statuere & alii. Dubitarunt tamen, nec immerito, plures, cum olim, tum hodie potiſſimum. Auctor certe *compilationis chronologicæ* p. 746 iam ſuo tempore: *Et hac conſpiratione peſſima ſunt acta.* *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCXCVIII p. 72; *Fuerunt, qui ſcriberent, Adolfum Regem non iure, ſed contra ius æquitatis a regno depoſitum, abrogatum, & deſertum; omnesque articulos præſcriptos in eum falſe & malitioſe compoſitos, cum Princeps eſſet optimus, regno vtilis. Vnde ferunt, Gerhardum Archiepiſcopum Moguntinum omnium malorum in eum extitiſſe cauſſam propter inuidiam; quippe qui ceteros in æmulationem contra Dominum ſuum Regem multis & variis modis concitauerit.* Hodie qui in dubium id vocent, immo negent, & Gerhardum aliis prorſus de cauſſis de abrogando Adolfo cogitaſſe ſtatuant, haud pauci ſunt, e quibus præcipue nominandi *Gundlingius* obſeruationum ſelectarum, quæ latine prodierunt, IV § II & ſeq. p. 98 & ſeq. *Scherzius* peculiari diſſertatione Argentorati anno MDCCXI habita. Adolfus nimirum ſuo tandem arbitratu imperare volebat, nec amplius ex alieno pendere nutu. Quod cum Gerhardo non poſſet non eſſe moleſtum, quippe iam aliquot annos aſſueto, nil probare, cuius ipſe auctor non fuiſſet, indignatione incenſus & ira conſilium iniit, Adolfi a faſtigio deturbandi. *Chronici* ſcriptor *Colmarienſis* parte II p. 56 & ſeq. *Quidam ex Principibus Electorum Regis, ſcilicet Archiepiſcopus Moguntinus, Dux Saxoniæ, & Dux de Brandenburc, videntes, quod Adolfus Rex Romanorum nollet regnum ſecundum eorum regere voluntatem, taliter ſibi mutuo loquebantur* &c. Auctor *magni chronici Belgici* ad annum MCCXCII p. 271; *Cum negligentius ſe ad Principes, qui eum in culmen tanti honoris euexerant, gereret, conſilia eorum poſtponens, & militaris ordinis homines eis præponens, in odium eorum incurrit. Vnde Gerardus Moguntinus & ceteri Nobiles ſuperiorum partium indignatione commoti, Illuſtrem Ducem Auſtriæ, nomine Albertum, filium quondam Regis Rudolfi, euocauerunt, vt regnum obtineret.* Occaſio deſtinata exequendi vltro ſe offerebat. Adolfus Anglis aduerſus Gallos operam addixerat, accepta ingenti pecuniæ ſumma, quam cum in Principes partiri debuiſſet, ſuos in vſus totam conuerterat, empta ſibi hoc ære ab Alberto Degenere Thuringia. Vt eam ſibi adſereret, Friderico & Dicemanno, Alberti filiis, quod reclamarent, bellum inferebat. Hinc paſſim audiebantur voces & querelæ, Cæſarem illis iniuſte hereditatem præripere; extero Regi, inſtar ſtipendiarii, eſſe venalem; multa facere crudeliter. His publici odii adminiculis Gerhardus noſter erectus, haud pigratus eſt, quas in pectore iam diu voluerat, iras in Adolfi caput profundere.

conſilia aduerſus eum agitat.

2) Primum autem Pragæ infeſta cum aliis aduerſus illum agitauit conſilia, Egræ poſt, vt conſtitutum, decoquenda. *Sifridus Presbyter* l. d. ad an. MCCXCVI p. 701, *Stero* item *Altahenſis* ad an. MCCXCVII p. 577. Quo cum coniurati venire haud poſſent, Adolfo, re comperta, itinera, quibus eundum illis erat, obſidente, aliam conſtituit diem ad Moguntiam. Idem *Stero* p. 577; *Adolfus Rex Romanorum eodem anno præparans ſe cum militia ad inuadendum Regem Franciæ impeditur, quia Moguntinus Archiepiſcopus, Rex Boemiæ, Albertus Dux Auſtriæ, duo Marchiones de Brandenburg, & Dux Saxoniæ congregati in die Pentecoſtes —— condixerunt diem, in quo apud Egram conuenire deberent, vt contra prædictum Romanorum Regem conſpirationis ſuæ intentum perficerent; ſed per potentiam ipſius Regis impediti in loco prædicto non poterant conuenire, ſed apud quoddam oppidum Boemiæ, nomine Chadam, conuenerunt prædicti ſocii Archiepiſcopi Moguntini, qui per militiam Regis obſeſſus in quodam caſtro, eſt a ſuo itinere retardatus, & ob hoc eorundem Principum, qui ſe dicebant alium Regem velle eligere, machinatio in ridiculum eſt conuerſa.*

Moguntiæ Imperio eum ſubmouet.

3) Ad Moguntiam cum conueniſſent, tum vero effectui datum, quod diu iam Gerhardus intenderat. *Monachus Colmarienſis* ad an. MCCXCVIII p. 58; *Vigilia natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, cycli lunaris VII, tres Electores Regis Romanorum, Moguntinus, Brandenburgenſis, & Saxo, Moguntiæ conuenerunt, campanas compulſauerunt, populum conuocauerunt, quædam quæ fecerant, quædam facienda fideliter retulerunt. Adſcenderunt igitur in eccleſiam, facies ſuas vertentes ad altare, manus ſuas eleuauerunt, per Deum viuentem iurauerunt, quod cum ante ſex annos regnum Rege caruerit Romanorum, nos Electores tres ex parte noſtra, & ex parte reliquorum Electorum, qui in nos eligendi votum tranſtulerunt, iure ac canonice Adolfum de Naſſovv, tunc non cognoſcentes meliorem, in Regem elegimus Romanorum. Poſt electionem ſuam Adolfus Rex ſapienter ſe tenuit, Electoribus atque prudentibus*

ſibus æquiualuit. Poſt breue tempus ſapientum conſilia ſpreuit, iuuenum conſiliis acquieuit, & regenda minime terminauit; diuitias per ſe non habuit, nec amicos, qui eum vellent fideliter iuuare. Electores videntes hos defectus &c. Conf. auctor *hiſtoria Auſtralis* p. 485, *Rebdorfenſis* p. 600.

pugnæ Gellenheimenſi intereſt. 4) His peractis, cum Alberto ad bellum aduerſus Adolfum profectus, pugnæ Gellenheimenſi interfuit, ac non paruum ad victoriam ab Rege obtentam attulit momentum. *Monachus Colmarienſis* parte II p. 59.

* l. *Donnersberg*, quem *Hubertus Thomas Leodius* epiſt. ad Rhenanum melius *Tannersberg* appellari poſſe cenſet.

† al. *Roſenthal.* vid. *Albertus Argentinenſis* p. 110, auctor *hiſtoria Auſtralis* p. 485, *Stero* p. 579, *Engelhuſius* in chronico p. 1122.

Auentinus lib. VII cap. XII ſect. 32 p. 699.

de Adolfi monumento Poſitum ceteroquin fuit Adolfo monumentum in loco, quo occubuit, haud quidem ita procul Gellenhemio, in via verſus cœnobium Roſenthal. Sublime id eſt ſaxum, in quo Chriſti in cruce patientis figura exſculpta; ſupra quam aquila, Imperii inſigne, ſimplex quidem & vnius capitis; infra eam Leo Naſſouius. Ad latus dextrum inciſa olim inſcriptio, literis tamen æuo, tempeſtatumque iniuria ita nunc laborantibus, vt legi amplius haud poſſit. putarim fuiſſe ipſos hoſce, qui ſequuntur, verſus. Ad ſiniſtrum vero ſuperiori ſæculo alia, quæ ſic ſe habet:

Anno milleno trecentis bis minus annis
In Iulio menſe Rex Adolfus cadit enſe.
Renouatum hoc monumentum ſub Ludouico
Comite Generoſo de Naſſauv anno 1611.

Edit. I pag. 848 IV Narrat cladem totam vberius *Argentinenſis Albertus* *, qui addit Moguntinum cum iacentem Adolphum videret ſaucium, exanimem, ipſisque adeo veſtibus omnibus a lixis & calonibus ſpoliatum, illacrymaſſe, ac dixiſſe: *Cor validiſſimum periiſſe;* Albertum vero victorem timuiſſe, ne miſericordia motus idem Moguntinus, alia quædam captaret conſilia, ipſique dixiſſe: *A me non recedatis, meo negotio non perfecto.* Tunc vero iterum a Septemuiris Rex Francofurti pronuntiari, & Aquiſgrani coronari voluit idem Albertus: & coronatum quidem conſtat, ab ipſo autem Moguntino an id factum? Videtur *MSL.* quia licet in Colonienſis ditione ſit Aquiſgranum, ideoque ea ipſi coronatio tribui ſoleat: tunc tamen nondum recte ſacris ordinibus initiatus videtur fuiſſe, qui eo anno deſignatus fuerat Colonienſis Archiepiſcopus Wigboldus. Meus tamen *MS* diſerte ipſum a Wicholdo Aquiſgrani coronatum aſſerit, & *Cuſpinianus*, Wickwoldum illum appellans †.

* 1) p. m. 110. addatur auctor *hiſtoria Auſtralis* p. 485, *Stero Altahenſis* l. d. *Rebdorfenſis* p. 600. *Scriptor Colmarienſis* parte II p. 60. *Stero Altahenſis* ad an. MCCXCIX p. 580, *Rebdorfenſis* ad eundem an. p. 600, *Manlius* chronici Conſtantienſis p. 674.

† 2) Electum non ipſe inunxit, vt voluit *Latomus*, ſed Wichboldus de Holte, Agrippinenſis, velut alter *MS.* recte notauit.

confirmationem priuilegiorum ab Alberto impetrat. 3) Sequentibus diebus iuſtium, priuilegiorumque ſedi Moguntinæ ab Imperatoribus & Regibus conceſſorum, ſigillatim de Archicancellariatu per Germaniam, Comitatu Bachgowe, oppido Seligenſtad, Miniſterialibus, Caſtrenſibus, aliisque Archiepiſcopatui Moguntino ſubditis ad alium iudicem non aduocandis &c. confirmationem a Cæſare peculiaribus tabulis obtinuit. Confectæ ſunt Holzkirchæ Id. Septembr.

it. aliud de προεδρία. 4) Et cum in Decreto electionis Francofurti factæ ſcriptis nuper comprehenſo, ipſe e primo ordine in ſecundum quaſi detruſus & infra Boemundum Treuirenſem poſitus fuiſſet, id ne ſibi, ſedique ſuæ fraudi foret, animum haud indiligenter aduertit. Siquidem a Cæſare tabulas impetrauit, quibus perſcriptum, quod tum ipſe, tum ſucceſſores in procedendo, ſedendo, nominando, primum ſemper principemque locum tenere debeant, non obſtante, quod in decreto nupero in ſecundo collocatus fuerit ordine. Editæ ſunt, vt in codice Diplomatico videre eſt, Rotenburgi IX Kal. Octobr. an. MCCXCVIII.

Norimbergæ intereſt comitiis. 5) Inde Norimbergam profectus eſt, quo Cæſar Principibus & reliquis Ordinibus Imperii conuentum indixerat ad Idus Nouembr. Vbi cum Cæſari ac regno ſua probaſſet officia, ſub exordium anni ſequentis, ipſa Epiphanias Dominicæ memoria, Cæſare in caſtro pro tribunali ſedente, *omnium circumſtantium applaudente caterua ac etiam approbante*, fuit *indicatum*, *quod* ipſi omnia nomina Iudæorum Moguntiæ *occiſorum & heredes non habentium* cedere debeant.

Erfurtenſes 6) Quinquennio iam Erfurtenſibus iratus erat. Cauſſam *Gudenus* nobis ita dat hiſtoriæ Erfurt. lib. I § XXVII p. 71 & ſeq. *Senatus ſibi collectandi ius arrogat, a focis ſingulis pecuniam exigens; deprecabantur multi; ſed neceſſitatem publicam ille prætendens, imperata violenter executus eſt. Gerhardus Elector auſum inhibet, cumque in ciuilibus Imperii motibus arma deficerent, & vires ad coercendos reluctantes, ſuo clero, ne ad ſacra exactores admitteret, præcepit. Petrenſis & Scotorum Abbates atque Canonici ad S. Seuerum Archiepiſcopi iura obſeruant: aſt Mariani Senatui adhærent, ſimulque ad curiam Romanam prouocant. Indigne tulit hoc Elector, & vltra quinquennium ipſius gratia ciuitas caruit, vſque dum Albertus Cæſar fœderatos ſuos Fuldam inuitaret, ibique compareret Gerhardus.* Hoc tamen anno, Cæſare adnitente, in priſtinum gratiæ locum eos *in gratiam recipit.* reſtituit. Sic namque pergit *Gudenus* l. d. p. 72;

interueniente Cæſare ciuitatem in gratiam recepit, vt tamen Clerus Marianus trecentas argenti marcas, ciues mille quingentas multæ nomine perſoluerent.

7) Poſt Albertus, Regi Franciæ Philippo in Germaniæ Galliæque confiniis collocuturo, comes hæſit. Auctor *hiſtoriæ auſtral.* plenior p. 486; cum quo conf. *de Roo* lib. II p. 61.

Coronauit vero idem Gerardus Pragæ anno Domini MCCXCVIII Wenceſlaum Bohemiæ Regem, ipſiusque vxorem *Gutam* ſeu *Bonitatem*, quos & matrimonio coniunxit.

V Cum vero ſeſe Albertus Rex Regi Francorum Philippo tertio affinitate iunxiſſet, ducta in vxorem eius filia Blanca*, cœpit eius potentia omnibus eſſe formidabilis, adeo vt Gerhardus noſter, & Ditherus Treuirenſis, Henricus Colonienſis, Rudolphus Rheni Palatinus, aliique Principes fœdus inter ſe quoddam inirent, quod in ſuæ maieſtatis diminutionem interpretans Albertus, magnis cum copiis Palatinum fregit, Bingam obſedit, & Archiepiſcopum noſtrum ſuam in amicitiam reſtituit circa Domini annum MCCCII.

pactionem Alberti cum Rege Galliæ haud probat.

* 1) Gerhardus quidem, æque ac Wickboldus Colonienſis, pactionem, quam Albertus cum Philippo ad Vallem Coloris fecerat, haud in omnibus probabat. Diſerte enim id refert auctor modo dictus *hiſtor. Auſtral.* ad MCCXCIX p. d. *Quæ deſponſatio Archiepiſcopis Alemanniæ, Moguntinenſi & Colonienſi, qui cum Rege Romanorum illuc venerant, minus placuit, & huius deſponſationis copulæ intereſſe noluerunt, ſed deinceps metu ſuæ poſſibilitatis Romanorum Regem Albertum exoſum habuerunt.* At vero, non ea potiſſimum de cauſſa in illum conſpirauit, ſed longe adhuc alia. Quam antequam enarrem, notare conuenit, memoriæ lapſu bis hic erraſſe auctorem. 1) dum dixit, Albertum nupſiſſe Blancæ, Philippi filiæ. Primum enim Albertus non duxit Blancam, ſed filio Rudolfo deſponſauit. Deinde Blanca non fuit Philippi filia, ſed ſoror. Vid. pactum connubiale cum confectum apud *Leibnitium* cod. Iur. gent. diplomat. parte I p. 39. Legas itaque; *data filio in matrimonium ſorore Philippi Blanca.* 2) dum Antiſtitem Colonienſem vocauit *Henricum*, cum tamen *VVichboldus* appellaretur.

tur in Cæſarem conſpirarit.

2) Nunc vero, vt ad rem ipſam accedam, audiamus συγχρόνους. *Monachus Colmarienſis* parte II p. 61; *Cum Regi viſum fuiſſet, quod Rhenum potenter teneret, & ſe confirmatum crederet, mandauit Archiepiſcopo Moguntino, Archiepiſcopo Colonienſi, atque ceteris accipientibus telonium ſuper Rhenum, ne incurrerent indignationem Regiæ maieſtatis, Epiſcopi Regi reſponderunt: » Telonia noſtra » longo tempore debite accepimus, & anteceſſo» res noſtri longo tempore receperunt, & eos » Reges Romanorum minime turbarunt. Rex his auditis ſignificat Papæ, quod Domini Archiepiſcopi ſupra Rhenum fluuium per telonium iniuſtas exactiones facerent, & totam terram grauiter perturbarent. Epiſcopos Papa corrigere tardauit. Rex tamen quomodo eos ſuis corrigeret cogitauit, & de conſilio ſuorum eos diffidauit.*

de eo ſubmouendo agit.

3) Hoc facto Palatinum Moguntiam euocarunt tres Archiepiſcopi Rhenani, Treuirenſis, Colonienſis, & noſter Gerhardus, de ſubmouendo Alberto acturi. *Henricus Rebdorſenſis* ad an. MCCC p. 600; *Sequente anno circa feſtum B. Michaelis Dux Rudolfus & Comes Palatinus præfatus ab Electoribus Imperii, Moguntinenſi, Colonienſi, & Treuirenſi Archiepiſcopis, vocatus fuit ad Rhenum, contra præfatum Regem Albertum. Vnde iidem Principes contra ipſum Albertum conſpirauerunt, eligentes ipſum Adolfum* (l. Rudolfum) *pro iudice, & aſſerentes, ad Comitem Palatinum pertinere, quod ſit officium Palatinæ dignitatis, ex quadam conſuetudine, de cauſſis cognoſcere, quæ ipſi Regi mouebantur. Quare contra Regem propoſuerunt, quod dominum ſuum proprium, ſcilicet Regem Adolfum, occidiſſet, ideo Rex eſſe non poſſet, & depoſitionem ipſius cogitabant.* Gerardum refert *Aventinus*, lib. VII cap. XIII ſect. 8 p. 701, paullo ante pecuniam ſibi debitam a Cæſare exegiſſe, & ea non ſoluta, prolato cornu venatorio, multos ſe in eo Cæſares habere, dixiſſe. conf. *Sifridus* ad an. MCCC p. 70. Atenim hoc ipſo maximis ſe, prouinciamque Moguntinenſem implicuit difficultatibus, vt ſtatim ſequetur.

Epiſcopatum Vormatienſem inuiſit.

4) Qua tamen erat vigilantia, per eoſdem hoſce dies cœtus in Epiſcopatu Vormatienſi eccleſiaſticos pro officio interuiſit, atque alia inter quendam cleri morem, non omnino laudabilem, corrigendum duxit. Dedi in codice Diplomatico litteras, quas poſtea *Eberwinus*, Vangionum Præſul, cui Gerhardus vices ſuas in eo, aliiſque emendandis commiſerat, edidit, rei huius teſtes.

Sua quippe Archiepiſcopis Moguntinenſibus poteſtas, eccleſias Epiſcopatus tum Vormatienſis tum Spirenſis (vt ceteras alterum taceam) inuiſendi. Documento ſunt, quæ etiamnum extant, litteræ Epiſcopi Spirenſis, datæ Rodenburgi peruigilio B. M. V. aſſumtæ anno MCCXCIX; quibus fatetur ac recognoſcit, Archiepiſcopum Moguntinum auctoritate metropolitana viſitare ſine intermiſſione poſſe clerum & populum ciuitatis & diœceſis Spirenſis. item aliæ, quibus idem recognoſcit Vormatienſis.

a Cæſare bello premitur.

5) Enimuero, nunc videndum, in quas ipſe ſe coniecerit anguſtias. *Rebdorſenſis* l. d. p. 601; *Quod audiens Rex Albertus, iratus & commotus fortiter fuit, & maxime contra præfatum Ducem Rudolfum, cuius auunculus extitit, quia ſorori ſuæ iurans, quod omnia, quæ ab Imperio obtineret, alienaret ab eo, videlicet Sueuicum VVerd, Nouum forum, & cetera; quod & fecit. Poſthac vadens contra præfatos Electores, Archiepiſcopum Moguntinum manu potenti obſedit Pingiam, &*

ſe

ſe iidem Electores concordati ſunt tandem cum eodem Alberto. Scriptor annal. Dominicanor. Colmarienſ. ad an. MCCCI parte I p. 33; Circa Kalend. Iun. cœpit Albertus Rex infeſtare Archiepiſcopum Moguntinum, Colonienſem, Treuirenſem, adiutoresque eorum, & deſtruxit villas, caſtella, ac caſtra eorum ſine conditione omnium ſuorum inimicorum, & vsque ad feſtum S. Michaelis non poterat expugnare &c. Albertus Argentinenſis p. 112; Rex poſt multas oppreſſiones alias oppidum Pinguiam obſedit & expugnauit, ſed caſtrum non obtinuit, & terram Ringovve, Altevvil, Giſenheim, Oſtringen (Oeſtrich) Nudersheim (Rudisheim) per incendium deuaſtauit. Conf. Monachus Colmarienſ. parte II p. 61 & ſeq. Trithemius chron. Hirſaug. ad an. MCCCII p. 88, Lehmannus chron. Spirenſ. lib. VII cap. III p. 631.

ab eo redigitur ad obſequium. 6) Et ſic multatus, anno ſequenti MCCCII ad obſequium rediit. Trithemius l. d. Poſt dies obſidionis paucos cum ciues tanta ſe multitudini armatorum reſiſtere haud poſſe perpenderent, Regi oppidum tradiderunt: qui mox vrbem cum ſuis intrauit, & iuramentum fidelitatis, vt conſuetudinis eſſe ferunt, a ciuibus accepit. Interea Gerhardus Archiepiſcopus conſiderans, ſe Regi viribus imparem, ad eum in memorato conſiſtentem oppido venit, gratiam petiit, indulgentiamque commiſſorum, & facile quidem totam impetrauit. Verum pro confirmatione pacis atque concordiæ inter Archiepiſcopum & Regem data & accepta fuerunt multa conditiones. Nam Archiepiſcopus denuo fidem Regi Alberto iurauit, ipſumque oppidum Bingiorum, cum adiacente caſtello, Klopp dicto, Erenfels quoque caſtellum ab alia Rheni parte ſitum, cum telonio, Scharpfenſtein quoque caſtrum, & Loinſtein oppidum haud procul a Confluentia poſitum, cum quibusdam aliis ad manus Regis dare, quaſi obſidum fide, Archiepiſcopus ipſe compulſus fuit: quæ tamen omnia ſucceſſu temporis ad ius eccleſiæ Moguntinæ regali munificentia reſtituta fuerunt. Conf. Lehmannus l. d. Chronica Auſtralis ad an. MCCCII p. 486, Chron. Colmarienſe p. 35.

7) Quin, non ad iſtas modo conditiones, etſi ſatis duras, adactus fuit, verum hanc etiam, vt tabulis publicis tum Spirenſibus, tum Moguntinis de damnis, quæ bello hoc Regi Alberto ſocietate, fideque iuncti, ſibi intulerant, haud vindicandis caueret. Vtrasque exhibui in codice Diplomatico. *Moguntinis & Vormatienſib. de non vindicando cauet.*

VI Sed in Bingenſi obſidione illud accidit memorabile, quod ea cum ſolueretur, milites duo in S. Ruperti monaſterio, ſacrilegas B. Virginis ſigillo cuidam, vt pretioſi neſcio quid ornatus ei detraherent, manus intulerunt. E capite coronam, e pectore gemmam auferre volebat eorum vnus: & ſudare ſigillum totum cœpit, latereque aperto, ſanguinis, lactisque non parum fundere. Alter, quaſi latronem malum bonus, monebat: *Deſine matrem miſericordiæ, quæ tot animabus diabolum ſpoliat, ſpoliare. Nos ſi gratiam vnquam merebimur, hac mediante, oportet, fiat.* Sed in ſacrilegio pergebat ille, quoad fluxu illo tanto, quem obſtruere fruſtra tentauit, conterritus, e templo ſeſe proripuit, ac ſtatim in ſublabente Naha fluuio furiata ſeipſum mente ſubmerſit. Seruantur adhuc illo in templo rei huius ſigna nonnulla; & in S. Catharinæ ſacello tabella, quæ Albertum Regem, vbi quod geſtum erat, certo comperit, multa & magna ei loco dona largitum indicat *.

*1) Enimuero, non Albertus ſolum multa loco huic largitus dona eſt, ſed Archiepiſcopi quidam, Antiſtitesque alii largas eidem pœnarum relaxationes, ſacellum pie frequentantibus profuturas, indulſere. Teſtis eſt Henricus III, dum litteris Altuillæ IV Non. Octobr. anno MCCCXLII datis profitetur, ſe indulgentias eorum ad Capellam S. Mariæ montis S. Ruperti monialium Ord. S. Benedicti, » vbi ſanguis fluebat ex corde imaginis B.V. mi» raculoſæ, conceſſas, prout rite & rationabiliter facta ſunt, approbare & confirmare.

denuo aduerſus Albertum tendit. 2) Sed ſatis de his. Redeundum enim nobis ad Gerhardum. Is vero, ſi Siſridum audias, vix in gratiam receptus erat, quam denuo aduerſus Albertum tenderet. Sic enim ille ad an. MCCCII p. 702; Rex omnibus Principibus precepit, vt ad curiam ſuam in feſto Sebaſtiani martyris Merſeburgi celebrandam conuolarent. Sed quia ſæpe dictus Archiepiſcopus Moguntinus Gerhardus, quibusdam litteris Regis Bohemiæ VVenceslai incitatus, contra maieſtatem Auguſti ſe temerarie erigens, pacem & fidem datam violarat, fuit dicta curia celebritas impedita.

3) Poſtero, qui MCCCIII poſt Virginis Deiparæ fuit partum, tempore verno Hartenbergæ egit. Quod dum noto, ſimul adiicere iuuabit, Hildebrandum, Bernhardum, & Ioannem de Hartenberg publice tum, editisque Non. Maii tabulis profeſſos eſſe, ſe nullum ius habere, vel ſibi vindicare poſſe in officio vel caſtro Hartenberg, præter caſtrenſem reſidentiam, quæ Burgſaze vulgariter appelletur. *Hartenbergæ egit.*

4) Dein Reiffenſteinenſium rebus duplici rurſum velificatus modo eſt. Primum enim parochialem villæ Kyrrode eadem conditione legeque, qua ſupra dictas, monaſterio incorporauit, ſiue in perpetuum addixit. Dein villam ipſam, quam Abbas & Conuentus olim a Comitibus de Beichlingen emerant, quod in clientelis ea eſſet Moguntinis, nouo eidem firmauit diplomate. Vtrumque datum Heiligenſtadii XV Kal. Iun. vt codicem Diplomaticum inſpicienti ob oculos eſt. *Reiffenſteinenſib. Kyrrode cũ parochiali firmat.*

5) Non longe poſt dimidiam partem caſtri David prope Scharfenſtein, in Eichsfeldia, eorum- *partem caſtri David oppignorat.*

eorumque omnium, quæ ad id ſpectabant, *Friderico* de *Roſterff* & *Hildebrando* de *Hartenberg* hac oppignerauit conditione, vt ſibi, dum id tenerent, liberrimus ſemper & ingreſſus & egreſſus pateret. Dein, vt ipſi in quemuis Archiepiſcopatus hoſtem inde ſibi & ſucceſſoribus eſſent auxilio. Res acta Fritislar iæ V Id. Aug.

Roſterfiũ in Officiatum caſtri Hartenberg cooptat. 6) *Roſterfio* præterea eodem die honorificum contulit munus, quippe ipſum conſtituit *Officiatum in caſtro Hartenberg*, & quidem ad dies vitæ. Quum vero id genus Præfecti eſſet, caſtrum, caſtrenſes, omnesque illi contributos, vna cum bonis ac iuribus ipſorum, tueri, illum in tabulis, collati huius officii teſtibus, vt id curæ ſibi haberet, ſummoque perficeret ſtudio, monuit iuxta atque iuſſit. Edit. I pag.

7) Quod Aſchaffenburgi egerit concilium, vt ſequitur, verum eſt; ſed id factum longe ante, ſicuti auctor ipſe indicat, anno, quo etiam illius ſupra n. 7 ad § II mentionem feci, MCCXCII. Quare id haud bene nunc demum memorat. Memoranti tamen præbendæ aures.

VII Celebrauit porro Gerardus Aſchaffenburgi anno Domini MCCXCII ſynodum, cui interfuerunt Epiſcopi Eyſtetenſis, Bambergenſis, Herbipolenſis, Hildesheimenſis, Auguſtanus, Wormatienſis & Spirenſis, vt dictum lib. I cap. XXXIII num. 16, plurimique Abbates & Prælati; in eaque pia & bona non pauca decreta ſunt, quorum aliqua citantur in compendio, quod infra dicam Petrum Archiepiſcopum feciſſe.

ciues Fuldenſes cum Abbate in gratiam redigit. Quod ſupereſt, ciues Fuldenſes cum Abbate Henrico in gratiam redegit. quod cum auctor § I præceperit, temporum rationibus conuenienter huc referendum duxi. Prodit enim *MS. Auguſtinianorum* f. 103 b) id vltimo Gerhardi in his terris anno factum.

VIII E rebus humanis ſuo in conclaui *ſellæ inſidens exceſſit an. MCCCIV, V Kalendas Martii*, vt habet *Trithemius*, id eſt, XXV Februarii, proximo die poſt S. Matthiæ Apoſtoli feſtum, & in ſumma æde Moguntina terræ mandatus.

Moritur. 1) Obiit vtique cito, nulloque fere cruciatu. *Dominus Archiepiſcopus Moguntinus in menſa ſedens & latus velociter exſpirauit.* Ita *annales Dominicanor. Colmarienſ.* ad annum MCCXCIX p. 32.

quo anno obierit. 2) Sed quo anno, ſcriptores inter haud conuenit. Anno MCCCIV vita defunctum non *Trithemius* ſolum dixit, ſed *Langius* etiam chron. Citizenſ. p. 822. *Dieffenbachius* δυνχῶ & ſententiæ incertus, *ſepelitur*, inquit, *in ſummo templo Mogunt. V Martii anno Chriſti MCCCIV vel MCCCV. Siſridus* lib. II ad an. MCCCV p. 704; *Eodem anno mortui Archiepiſcopi Colonienſis & Moguntinus.* Enimuero falli *Trithemium*, *Langiumque* clarum eſt. Primum namque extant litteræ *Othonis*, Comitis Waldecenſis, quibus liquido manifeſtum fit, Gerhardum anno MCCCIV ſub finem Aprilis adhuc in viuis fuiſſe. Apponere iuuabit verba ipſa: *Als vns vnſir Erbere Herre vnd Vadir, Her* Gerhard *der Erzebiſchoff von Menze —— Dirre brief iſt gegebin du man zalte von Godes geburte duſint iar, druhundert in deme virden iare, an deme nebeſten Donerſtage vor Sente VValpurge tage.* Dein *necrologium* ædis maioris, cuius teſtimonio hic præ aliis ſtandum, ita p. 98 a. d. *V Kal. Martii*; MCCCV *ob.* Gerhardus *de* Eppenſtein, *Archiepiſcopus Moguntinus, qui rexit eccleſiam XVI annis.*

IX Inſcite vero ipſum cum Naſſouio Gerlaco, de quo infra ſuo loco, Imperatoris Adolphi geſta recenſens confundit *Cuſpinianus*.

PETRVS. 849

I

AB anno MCCCIV vacauit Moguntina ſedes, vſque dum *ad Clementem V Pontificem, Pictauis commorantem, miſit Henricus Comes Lutzenburgenſis*, vt eſt in Trithemio, *Magiſtrum Petrum de Achtzpalt* (alii *Aichspalt*) *Medicum ſuum expertiſſimum, pro Archiepiſcopatu Moguntino, qui eo tempore, poſt Gerardi Archiepiſcopi obitum, vacauit (ſicut iam diximus) fratri ſuo Baldevvino impetrando. Qui cum in Gallias ad Pontificem veniſſet, legationem Domini ſui Comitis memorati expoſuit, & pro impetrando Archiepiſcopatu Moguntino fratri domini ſui prædicto preces multiplices effudit. Sed Papa, cauſſis allegatis compluribus, noluit exaudire precantem, & eccleſiam Moguntinam dare Baldevvino Comiti recuſauit. Contigit autem interea ipſum Pontificem grauiter infirmari, qui arte & ingenio eiuſdem Petri curatus, de conſenſu Cardinalium, eum in Archiepiſcopum ſæpe dictæ eccleſiæ Moguntinæ ordinauit.* (Dixit enim, vt in *Bruſchio* eſt, Pontifex, *Quia tam felix eſſet corporum curator, maxime*

maxime conuenire, vt & inſignis conſtituatur animarum paſtor, curator, & medicus, præſertim cum, vt ait *MS.* eſſet, idem Petrus, *vir pius, & deuotus, fide plenus, induſtria ſollers, moribus inſignis, diuinis Scripturis admodum exercitatus)* datisque litteris & prouiſionibus neceſſariis, *ipſum cum pallio Moguntiam remiſit: quem clerus vna cum vniuerſo populo mandatis Apoſtolicis obedientes, cum honore & reuerentia ſuſceperunt, & in poſſeſſionem eccleſiæ Moguntinæ pacifice admiſerunt. Erat enim vir doctus ac magnificus, ipſo pontificatu dignus, qui multa in ſynodis vtilia moribus ſtatuit, præfuitque ſtrenue annis XV. Audiens hæc Henricus Comes Lutzenburgenſis, qui illum pro ſuo fratre Baldevvino ad Papam miſerat, iratus eſt, quanquam diuina factum ordinatione totum poſtea confiteretur.*

cognomine Aichſpalter. 1) Petrus cognomento *Aichſpalter* (aliis *Raichſpalt*, aliis *Achzpalt*, vt auctor iam notauit) Treuiris honeſto loco, parentibus licet haud opulentis, ortus, a pueris amauit litteras. Adultior factus, phyſicis maxime ac medendi ſe dedidit arti; in qua etiam eos fecit progreſſus, vt magna apud omnes fama eſſet atque exiſtimatione. *Arti medicæ ſe dedit.* Doctoris medici titulo exornatum fuiſſe atque inſignibus, medicinam etiam quam feliciſſime feciſſe ſcribunt *Melch. Adami* in vitis Medicorum Germanorum p. 1, aliique. Sigillatim Lutzenburgici Comitis Medicum vocat in his, quæ auctor attulit, *Trithemius*: quem ſequuntur *Latomus* ac *Dieſſenbachius* in catal. inſer. *Adami* l. d. *Reimmannus* parte II Iſagoges in hiſtoriam litterariam Germanorum p. 471. Rudolfi Cæſaris medicum appellat *Brouuerus* annal. Treuir. lib. XVI § CCXXVIII p. 171.

Præpoſitus Treuirenſis deſignatur. 2) Eccleſiaſticum vitæ genus cum amplexus eſſet, ad ſummos emerſit honores. Cathedrali apud Treuiros Collegio Præpoſitum an. MCCLXXXVIII dedit Nicolaus IV; tametſi, *ſed reiicitur.* quod nobili haud eſſet ſtirpe, maioris Canicorum partis, in tuendis eccleſiæ (de nobilibus ſcilicet ac legitimis dumtaxat recipiendis) ſtatutis ac conſuetudinibus conſtantia, huius dignitatis in poſſeſſionem haud venit. vid. pluribus *Brouuerus* l. d. *fit Epiſcopus Baſileenſis.* Dein Petro Reichenſteinio, Antiſtite Baſileenſi, fatis functo, Baſileæ illum ſedere iuſſit idem Nicolaus Pontifex. quod quidem auctor *Serarius* ſub finem perperam in dubium vocat, ac Trithemii traditis haud conuenire ſcribit. Neque enim nos dubitare ſinunt temporum illorum ſcriptores, fide quam maxime digni. *Argentinas* profecto diſerte p. 113; *Mortuo Petro Diuitis Epiſcopo Baſilienſi* Petrus *de* Treueri, Phyſicus, *per Sedem in Epiſcopum eſt promotus.* & p. 118; *Cui* Petrus Treuerenſis, *Moguntinus, & olim* Epiſcopus Baſilienſis, *quem Albertus Rex quondam laſerat* &c. Tum vero *Monachus Colmarienſis* ad an. MCCC p. 33; *Albertus Rex Romanorum miſit Dominum* Petrum, Epiſcopum Baſilienſem, Medicum, *Romam, vt negotia quædam neceſſaria procuraret.* Auctorem *veteris chronici Germanici* anonymum, qui inſer. Reimmanno eſt, cum ſtatim adducturus ſim, hic prætereo.

Archiepiſcopus Moguntinus. 3) Enimuero hac, quam *Trithemius* memorat, occaſione ad Moguntinum apicem euectum fuiſſe, paſſim legere eſt. vid. *Adami* l. d. *Brouuerus* l. d. § CLXXIV p. 183, *Hottingerus* hiſtor. eccleſ. Heluet. lib. V p. 106, *Burckardus* in Medico humanitatis vindice p. 35. Auctor, quem dixi, *veteris chronici Germanici* apud *Reimmannum* l. d. p. 472; *De Biſchop to Menſe de ſtarff, ſo koren de Kapittelsherren myt tvven thungen, ſo dat duſſe tvvee Domherren alle beyde vptogen to Rome, vnde vvolden darumme pladiern, ſo vvas duſſe* Petrus ein Biſchop to Baſel, *vnde ein naturlich Artze, dat ſin gelicke in der vvelt nicht vvas. He konde de Kunſt, vvenn he einen minſchen hoſten hörede, ſo konde he hören in deme hoſten, vvere dat ohme to deme levende, effte to deme tode vvere. So vvard de Pavveſt Bonifacius kranck, vven in den tode, ſo leyt de Pavveſt Bonifacius Biſchop Petrus van Baſel halen, vnde de halp dem Pavveſte. devvile kamen duſſe tvvee von Menſe, vmme dat Biſchopdum. do kam de Pavveſt, vnd gaff dat düſſen Petrus ſynen Artzte, vor ſynen trovven denſt vnd arbeit. alſo vverd he Biſchop to Menſe.* Hæc ille, ſemel tamen atque iterum recto decerrans. Nec enim Bonifacium ſanitati reſtituit Petrus, ſed Clementem; nec Romæ morbo illum liberauit, ſed in Pictauis; vt commentum de duobus, qui ſciſſis Collegii metropolitani ſuffragiis electi de Pontificatu Moguntino tum contendiſſe dicuntur, taceam. *Albertus Argentinenſis* p. 113 cum breuius tum rectius; *Idem Petrus, occaſione artis medicæ, in Archiepiſcopum Moguntinum, poſtmodum Otho de Grandiſono Gallicus in Epiſcopum Baſilienſem per Sedem ſunt promoti.*

4) Ex quo vero Clementem morbo refecerit, notauit *Chronographus Magdeburgenſis* inſer. *Clementem Papam curauit* a fluxu reumatum & ſanguinis, *quod nullus Medicorum facere potuit.* *quo morbo Papam liberarit.*

5) Menſe Iulio an. MCCCVI apud Treuiros ſollemni pompa ordinatum, ac deinceps pallio donatum, inſigni cum honore Moguntiam miſſum eſſe, *Trithemius* in recognita chronici Hirſaugienſis editione p. 105 ſubiicit, ſimulq; memorat, Henrico, oſtenſa Pontificis voluntate, falſam de ſe ſuſpicionem facile excuſſiſſe. *Treuiri ordinatur.*

6) Vt Archiepiſcopatus ſui, dignitatumque iura regalia impetraret, an. ſequenti MCCCVII Columbariæ ea ab Alberto, vt moris eſt, requiſiuit, ac cum fidem ſuam, obſequiumque ſacramenti religione profeſſus eſſet, XVII Kal. Maii ſollemni ritu accepit. *regalia a Cæſare recipit.*

7) Inde *Vlricum, Comitem de Helfenſtein,* ad fidem, obſequiumque ſuum adduxit. Contulit enim illi feudi ſiue clientelæ titulo villam *Helfenſteinio feudum confert.*

Machtolsheim, vti quidem ex ipſius *Vlrici* patet litteris, ipſis Idibus Nouembris Auguſtæ datis; quibus iunge alias eiuſdem anno MCCCXI, II Id. Septembr. Moguntiæ ſignatas. Vtraſque reperies in codice Diplomatico.

Sed pergit auctor, officia narrans, quæ Balduino ille poſtea præſtitit, ac Henrico Luzenburgio. Edit. I p. 849

II Nam procuratione eiuſdem magiſtri, & Baldewinus poſtea factus eſt Archiepiſcopus Treuerenſis, anno MCCCVII, die XXVII Nouembris*; & ipſe Henricus Rex Romanorum, collectis anno ſeq. MCCCVIII Septemuiris ad opidum Rens, quod ſupra Confluentiam ad Rhenum ſitum eſt, omnibusque a Petro perſuaſis, vt eundem Henricum, eius nominis VII, ea dignitate ornarent. Erat enim is corpore quidem luſcus, ſed animo integer, ſapiens, bonus, armis ſtrenuus, magnusque Chriſtianæ fidei cultor & defenſor, *& pauperum tutor*, vt habet noſter MS. editique hactenus hiſtorici.

Balduino Archiepiſcopatum Treuirenſe procurat.

1) *Diethero mortuo, Petrus ſupra dictus Medicus, Archiepiſcopus Moguntinus, apud Canonicos Treuirenſes ſua adhortatione obtinuit, quod Baldevvinum, fratrem Henrici Comitis de Lutzenburgo, tertium atque vigeſimum ætatis annum tunc agentem, in Archiepiſcopum poſtularent. Cum quo Clemens Papa V, ad inſtantiam ipſius Petri, quondam, vt diximus, Medici ſui, ſuper minorennitate fauorabiliter diſpenſauit, electionem confirmauit.* Ita *Trithemius* l. d. p. 106. * Ceterum hic pro *die XXVII Nouembr.* lege, *VII Decembr.* Septimo enim nouiſſimi menſis die Balduinum Treueri poſtulatum fuiſſe, *Brovverus* oſtendit l. d. lib. XVII § I p. 185. Putarim, librarii forte vitio verba, *d. XXVII Nouembr.* e verſu ſequenti, quo de electione Henrici agitur, huc tranſpoſita eſſe. Eo enim die Henricum Francofurti Regem ſollemni electione deſignatum fuiſſe, Septemuiri ipſi, vt ſtatim ſequetur, aliique ſignificant.

caſtra quadam reluit.

2) Proximo (MCCCVIII) rebus eccleſiæ ſuæ curandis, tuendis, atque amplificandis ſingulari inſtitit ſtudio. Quippe caſtrum *Kellenberg*, caſtrum & oppidum *Battenburg*, nec non caſtrum *zu dem VVerdere*, quæ Gerhardus *Othoni*, Comiti Waldeccio, pignori oppoſuerat, reluit, ac *Henricum*, Othonis filium, MDC marcarum ſtipendio in auxiliatorem contra quoscunque, Archiepiſcopo *Colonienſi*, *Henrico* Haſſiæ Landgrauio, ac *Eberhardo* de *Bruberg* tantummodo exceptis, peruigilio D. Benedicti ſibi adſciuit. Teſtes adfuere *Ioannes*, *Comes* de *Sponheim*, dictus *de Starckenberg*, *Georgius*, *Comes* de *Veldentz*, *Georgius Rugrauius*, *Philippus* de *Falckenſtein*, *Eberhardus* de *Bruberg*, *Henricus*, *Dominus* de *Ittere*. Tabulæ fidem faciunt, quas inuenies in codice Diplomatico.

parochiali Wenden attribuit locum quendam.

3) Dein III Kal. Aug. locum *Dyepoldehuſen*, intra terminos villæ parochialis, Edingenhuſen appellatæ, ſitum, parochiali villæ, *VVenden* dictæ, attribuit, modo Patroni & Curionis parochialis Edingehuſanæ accederet conſenſus. Litteras, quibus id perſcriptum, protulit *Meyerus* origin. Pleſſenſ. parte II cap. XIII § 9 addition. p. 235.

Reiffenſteinenſes duplici beneficio afficit.

4) Poſtridie Reiffenſteinenſibus non ſolum omnia iura, priuilegiaque ab Archiepiſcopis Moguntinis cœnobio conceſſa, ad fortunarum ſecuritatem tabulis peculiaribus rata habuit; verum etiam precibus Abbatis id dedit, vt Parochus eccleſiæ Kyrrodenſis in villam Leuckenfeld, in eccleſiaſticis illi contributam, quod populoſior eſſet matre, reſidentiam ſiue ſedem parochialem transferre poſſet. Litteras, quibus id conſtitutum, habes in codice Diplomatico.

Abbati ptochotropheum Eſchvvegenſe commendat.

5) Quin & ad pauperum ac infirmorum vtilitates, quod maxime Præſules, ſacrorumque Antiſtites decere nouerat, gratiam tum virtutemque porrexit ac explicauit. Eſchwegæ ptochotropheum erat, quod Sifridus Archiepiſcopus liberaliter confirmarat. Id vt ſartum tectumque conſeruaretur, ciuibus erat curæ. Cum igitur peterent, vt Petrus, deceſſoris ad exemplum, id dato communiret diplomate, libens is annuit, ac Abbati Reiffenſteinenſi, litteris, quas l. d. quæras, perſcriptis, id dedit negotii, vt ſecundum tabulas a Sifrido editas nouum ei conferret præſidium; cum maxime vero curam eiusdem ſuſciperet; quippe quam nunc & in poſterum Abbatibus Reiffenſteinenſibus demandaret.

Erfordiam venit.

6) Erat tum in itinere, Erfordiam aditurus, vt ſubiectionis ſponſionem acciperet a ciuibus; quam die II Auguſti decenti comitatu ingreſſus eſt, ſplendide ab omni acceptus ciuitate. *Eodem anno Petrus, ſupradictus Archipræſul Moguntiacus, Erfordiam in vigilia inuentionis D. Stephani ingrediens, per quinque & vltra ſeptimanas in monaſterio S. Petri commoratus eſt.* Ita *P. Langius* chron. Citizenſ. p. 825.

Poeldenſi duplex beneficium firmat.

7) Ibi cum eſſet, ius patronatus, vt vocant, *VVeſterodenſis* & *VVeringhuſenſis* eccleſiarum, liberalitate Henrici Ducis Brunſuicenſis monaſterio Poeldenſi transſcriptum, eidem tabulis Id. Auguſt. editis confirmauit. *Leuckfeldius* antiquitat. Poeldenſ. cap. XIV p. 70.

cum Palatinis tranſigit.

8) Poſt, litium pertæſus, cum Rudolfo & Ludouico, Comitibus Palatinis Rheni, Ducibus Bauariæ, de bonis, iuribusque Abbatiæ Laurishamenſis in tractu Furtenſi & Morlebacenſi amicabili transegit via. Vid. *Tolnerus* addition. ad hiſtor. Palatin. p. 85, vbi quædam compoſitionis iſtius capita habebis.

Henrico Lucemburgenſi imperium adſtruit.

9) Inde nouo Regi eligendo ſeſe accinxit. Præter alios autem *Albertinus Muſſatus* lib. I rubr. I exponit, quam pro Henrico noſter laborarit; vt tamen veris falſa miſceat; veluti *Vecerium* de Henrico VII p. 67, auctorem *de geſtis Balduini* lib. II cap. I, immo Septemuiros ipſos in *Decreto electionis* factæ conſulenti obſcurum eſſe haud poteſt.

10) Suffragio autem ſuo primum Renſæ in Henricum iuit. Vid. *Geſta Balduini* l. d. *magnum*

Edit. I pag. *quum chron. Belgicum* p. 286. Dein d. XXVII Nouembr. quæ ſollemni electioni dicta erat, Francofurti ad Mœnum. Vid. *Geſta Balduini* l. d. *Decretum* itidem *electionis*, quod exhibet *Leibnitius* in mantiſſa cod. iuris gentium Diplomatici n. XLIX b) p. 253.

[illegible] de caſtro Scharpfenſtein diiudicandam tradit.

11) Hæc dum fiebant, diſſenſit cum Nobilibus *de Kindeshauſen*. Materiem dederat caſtrum *Scharpfenſtein*, quod hi iure beneficiario ad ſe ſpectare contendebant; ipſe vero ad ſe & eccleſiam Moguntinenſem pleno proprietatis titulo pertinere adſerebat. Sedenim litem anno hoc præcipite *Hermanno*, dicto *Schelme*, Vicedomino Aſchaffenburgenſi, diiudicandam commiſit. Qui Altævillæ, auditis, intellectis, atque diſcuſſis vtriuſque partis ac cauſſæ iuribus, conſilio *Sifridi* de *Eppenſtein*, *Erimberti* Vicedomini Rhingauiæ, *Theoderici* de *Randecke*, *Heilmanni*, Burggrauii Starckenburgenſis, *Cunradi* de *Bleinicke*, *Gerhardi* de *Raningersberg*, *Arnoldi Rufi*, *Cunradi* de *Rudinsheim*, *VVernheri* de *VVinterane*, *Gotfridi* de *VVallane*, *Iacobi* de *Appenheim*, *Sifridi* de *Lindane*, & *Giſonis* de *VVilebach*, Militum, pluriumque aliorum, ordine iuris ſeruato, II Id. Decembr. ſententiam tulit, pronuntiauitque, dictis fratribus de Kindeshauſen nil in id iuris competere, atque adeo caſtrum ipſum, vna cum bonis ac iuribus ſingulis ac omnibus Petro atque eccleſiæ Moguntinæ reſtituendum eſſe, vt tabulis in codice Diplomatico prolatis manifeſtum ſit.

Enimuero, quod hic ſtatim notare libet, iudicato haud ſtetere Kindeshuſii, Ludouicus & Conradus. *Patet id ex litteris, quibus an. MCCCX, IV Id. Maii promiſerunt, quamprimum ſibi quingentæ marcæ puri argenti, ponderis Erfurtenſis, Petro numerarentur, ſe caſtrum Scharpfenſtein ei* liberum & disbeigatum *reddituros, & de ſumma hac æris, expenſas, quas Ludouicus, dum in cuſtodia detinebatur, feciſſet, deducturos.*

Carthuſienſibus clauſtrum ſtatuit.

12) Ceterum hoc etiam anno ſodalibus D. Brunonis, quorum morem, modumque religioſæ conuerſationis, cum in Galliis ageret, perſpexerat, in diœceſin Moguntinam euocatis, ſedem præbuit, adſignato iis in Rhingauia inter caſtrum Scharpfenſtein & vicum Kidderich ad aſceterium ſtatuendum loco quodam. Vid. *Narratio*, quam de Eremo hac dedi, *hiſtorica* § II & III.

Sed progrediendum cum auctore ad coronationem Henrici recens electi.

III Et non multo poſt fuit Aquiſgrani *coronatus*, & quidem, vti refert in ſuo MS. D. *Georgius Heylmann*, & ex eo *D. Latomus*, *ab* eodem *hoc Petro*. Idque videtur eius in principe Moguntinenſi templo ſtatua & epitaphium innuere. Noſter tamen MS. minor id ab Henrico Archiepiſcopo Colonienſi factum anno MCCCIX, ipſo Epiphaniæ Domini: eundemque Regem Aquiſgrano reducem ſtatim curaſſe, vt præceſſorum ſuorum Adolphi & Alberti cadauera Spiram perferrentur, ibidemque honorifice conderentur, vbi, qui tot diſſedere

850 viui paraſangis, nunc palmo vix diſſident mortui. Occaſio vero eius eligendi fuit calamitoſa ipſius Alberti Regis cædes ab eius fratris filio Ioanne facta eodem anno MCCCVIII, prope Schaffhuſium, ipſo die S. Philippi & Iacobi.

Henricum haud vnxit [illegible]

1) Henricum quidem Aquas deduxit Petrus; non tamen, quod *Heilmannus* & *Latomus* hic dicunt, *Lyſerus* vero diſſertat. de concil. Moguntin. § XLV p. 40, epitaphio Petrino motus, admittit ac approbat, ſacro ibidem eum inunxit oleo. Peregit enim id Vbiorum Antiſtes Henricus, & Henricum in ſolio Caroli M. collocauit, vt recte *MS. minor*, *Tritbemius* l. d. *Veterius* de vita Henrici VII p. 67, *Leuoldus* a *Northof* catalog. Epiſcopor. Colonienſ. p. 10, aliique. Signanter auctor *Geſtorum Balduini* lib. II cap. II p. 113; *Ibi per Dominum Henricum Colonienſem Archiepiſcopum, quia in eius conprouincia fuerat, inſtallatus, & ipſo die Epiphania Domini eodem anno ibidem in Romanorum Regem honorifice diuinitus conſecratus, & vna cum ſua collaterali predicta ſibi aſſiſtente in veſtitu deaurato, varietate circundata, cum corona regni ſolenniter coronatus.*

[illegible] Cæſare ad Vbios.

2) His ita Aquiſgrani peractis, cum Cæſare adſcendit ad Vbios. Vbi de permutatione oppidi Molsheim, & caſtri Nunburg, quæ Imperii erant, cum oppido Mulenhuſen & dimidia parte villæ Waſſelnheim, quæ loca hactenus Epiſcopo paruerant Argentoratenſi, ſuperiore anno iam Francofurti facta, denuo cum Henrico conſenſit, & teſtium in numero eſſe haud dedignatus eſt. Vid. *VVenckerus* de Vſſburgeris § VIII p. 35, 38.

incrementis domus Lucenburgenſis intentus eſt.

3) Poſtea tum Francofurti, tum Spiræ eidem omni præſto fuit conſilio, operaque; ſuaſor inter alia, auctorque, vti Wenceslai Bohemi filiam Eliſabetham nuptum collocaret Ioanni filio, eidemque ſimul regnum Boiemiæ conferret. Vid. qui nobis hic ferias fecit, Illuſtris *Gundlingius* de vita rebusque geſtis Henrici VII ſect. V § II p. 60, § III p. 62, § IV p. 67.

partem oppidi Buche emit.

4) Inter hæc vero a *Friderico* Pincerna Limpurgenſi, ſeniore, *Alberto* de *Duren*, & *Friderico* Pincerna iuniore, partem oppidi *Buche*, quam ipſi tenebant, ſibi ſuæque eccleſiæ, Iouis ante diem Virgini Deiparæ naſcenti ſollemnem, coemit; teſtium loco præſentibus, *Henrico* de *Rodenſtein*, Canonico Moguntino, *Alberto* de *Rechberg*, *Henrico* de *Nortenberg*, Imperii Archimagiro, *Ludouico* de *Stauffeneck*, *Vlrico* de *Hanaue*, *Hermanno* Vicedomino Aſchaffenburgenſi, *Tilemanno* de *Randeck*, *Heilmanno* Burggrauio Starckenburgenſi, & *Herrer* de *Buchheim*.

ædem Fratr. Teutonicor. Francofurti conſecrat.

5) Ipſa denique Michaelis Archangeli luce Francofurti ædem Fratrum Teutonicorum ſacram ſollemni cæremoniarum apparatu conſe-

craſſe dicitur. *Latſnerus* chron. Francofurtenſ. parte II cap. XXIX p. 100.

6) Ceterum, quum hoc iam anno Eliſabetha Spiram venerit, & Ioanni Luzenburgico matrimonii vinculo iuncta fuerit, quod Petrum ſuaſiſſe dixi, velim ex his auctorem, qui in annum ſequentem MCCCX id reiicit, interpreteris.

IV Anno MCCCX, cum Wenceslai Bohemiæ Regis filia Spiram veniſſet, vt Imperatoris Henrici beneficio, patris regnum, cuius vera heres erat, retineret, ei maritum dedit Henricus filium ſuum Ioannem, quem peractis nuptiis in regnum deduxit Petrus noſter, eundemque, pulſo Henrico Carinthiæ Duce, cui Wenceslai ſoror nupſerat, magno Bohemiæ procerum populique totius conſenſu, Bohemiæ Regem, ex vetere Archiepiſcoporum Moguntinorum iure, coronauit Pragæ. Redituro autem Archiepiſcopo dedit nouus Rex, cum alia, tum vero auream illam ſedem, de quo lib. I cap. XXXII. Atque hanc, inter ſacra donaria, ſæpe ſe conſpexiſſe ait *D. Latomus*, non ego.

concilium Moguntiæ celebrat.

1) Paullo ordinatius hic progredi, e re erit. Petrus enim, antequam Ioannem in Boiemiam deduceret, concilium, de quo auctor § V ſequenti, cum Suffraganeis ſuis celebrauit Moguntiæ.

Ioannem in Boiemiam deducit.

2) Iſto finito, itineri ſe accinxit, ac æſtate procedente Ioannem inſigni comitatu, delectaque militum manu proſecutus eſt. Auctor *Geſtorum Balduini* lib. II cap. V p. 117; *Rex cum Domino Petro Moguntino Archiepiſcopo, & cum Domino Baldnino conſilio inito, Iohannem filium eidem Elizabeth matrimonialiter copulauit, & eundem in Bohemia Regem glorioſius ſublimauit; Et ibidem ſolennibus nuptiis celebratis, eos ambos Domino Petro Moguntino, & B. de Hennenberch multa potentia eis ambobus Bohemiam deſtinauit.* Et *Albertus Argentinus* p. 116; *Quos coniuges Petrus de Treuiri Archiepiſcopus Moguntinus, Bohemiam traducens, Pragæ in Regem & Reginam, prout antiquitus ad Moguntinum pertinet, coronauit.* Conf. *Langius* chron. Citizenſ. p. 824, *Trithemius* l. d. ad an. MCCCIX p. 120, *Dubrauius* hiſtor. Bohem. lib. XIX p. 185. Vt illum deduceret, conſulto Cæſar ſtatuerat. *Gundlingius* l. d. § V p. 78.

eum & Reginam coronat.

3) Cauſſa Ioannis Regis in Boiemia conſilio atque opera ſua præclare firmata, tum ei, tum Reginæ anno ſequenti MCCCXI Pragæ, ipſo luſtratæ Virginis Deiparæ feſto, in frequenti Ordinum regni corona, Ioanne Pragenſi & Petro Lomnicio Olomucenſi ſuffragantibus, regale diadema impoſuit. Vid. præter *Albertum Argentinenſem* l. d. *Trithemius* l. d. *Dubrauius* lib. XX p. 187.

multis fuit donis muneratur.

4) His peractis ampliſſimis omnino donis muneratus fuit, & quidem præter mille marcas argenti, de quibus Rex Ioannes in litteris, quas in codice Diplomatico dedi, ſella illa aurea, de qua auctor. *Trithemius* l. d. p. 121; *Coronatione ſolemniter peracta Ioannes Rex inter alia dona, quæ Petro donauit Archiepiſcopo Moguntino, ſedem quoque auream contulit, gemmis & pretioſis lapidibus pulcre decoratam: quæ habetur in principali eccleſia Moguntina in præſentem diem, ponitur que in magnis ſolemnitatibus cum reliquiis Sanctorum ſuper altare maius ad decorem domus Domini.* Idem dicit de cimeliis ædis metropolitanæ MS; *Qui (Petrus) rexit eccleſiam honorifice & multiplici & pretioſo ornatu eam decorando, videlicet ſella Epiſcopali, auro & lapidibus pretioſis, cum cryſtallinis capitibus adornata, ſibi a Iohanne Bohemiæ Rege propinata.*

... ſibi adſciſcit caſtrenſem.

5) Domum redux *Theodericum*, *Dominum* de *Kemping*, virum ſplendide natum, atque in armis ante alios præſtantem, VIII Kal. Octobr. inter caſtri Lanſteinenſis defenſores cooptauit.

Sed referamus paullo cum auctore pedem.

V Conſtruxit vero Petrus inſigne Carthuſianorum ad Moguntiam monaſterium, Rheno imminens, tam loco, quam precum ſocietate florenti olim S. Albani cœnobio proximum *. Anno MCCCX ante Vienneuſe concilium, in quo Clementinas edidit Clemens V, concilium habuit, ſecunda, tertia, & quarta feriis poſt Dominicam Iubilate, idem D. Petrus prouinciale, in quo ſtatutorum prouincialium ex antiquioribus ſynodis compendium collegit, cuius vix paucula ſuperſunt **: & Romani Pontificis iuſſu, tractata eſt Templariorum cauſſa. *Comparuit autem in ſynodo*, quemadmodum refert MSL, *Hugo Comes Syluestris & Rheni, qui morabatur in Grumbach prope Meyſenheim cum XX fratribus, ſub habitu Ordinis probe armatis. Hi omnes, non quidem vocati, ſed vltro & ſubito in conſeſſum Patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archiepiſcopus viros conſiderans, ac violentiam timens, placide iubet, Commendator vt ſedeat, & ſi quid habeat in medium afferendum, vt depromat. Qui clara & libera voce exorſus: ſe ſuosque confratres, inquit, intellexiſſe, hanc ſynodum, ſui Ordinis delendi gratia, potiſſimum congregatam, ex commiſſione Romani Pontificis. Enormia enim quædam ſcelera & pluſquam ethnica flagitia illis obiici, quæ in priuato deſignarent, quod ipſis ſane eſſet grauiſſimum & intolerabile: maxime quod non ordinarie auditi, nec conuicti condemnarentur.*

** Extant edita in ſtatutis (Ser)*

Quare

Quare coram iſta Patrum congregatione ſe appellare & prouocare ad futurum Pontificem, eiusque vniuerſum clerum: publice quoque proteſtari, eos qui propter talia flagitia alibi igni traditi eſſent & combuſti, conſtanter pernegaſſe, ſe quidquam eorum deſignaſſe, atque in ea confeſſione tormenta & mortem perpeſſos. Immo Dei Opt. Max. ſingulari iudicio & miraculo eorum innocentiam comprobatam, quod albæ chlamydes ac rubricatæ cruces igni non potuerunt abſumi. Archiepiſcopus his auditis, ne tumultus ſuboriretur, proteſtationem eorum admiſit, ſeque cum Romano Pontifice acturum reſpondit, vt quieti eſſe poſſint, atque ita ad propria ſunt dimiſſi. Poſtea vero Petrus aliam commiſſionem obtinuit, iuxta quam procedens, prædictos cenſuit abſoluendos. Actum anno MCCCXI, Cal. Iulii, vt Nauclerus ex quodam Iacobo Moguntino tradit †. Habuiſſe autem Archiepiſcopum Moguntiæ concilium prouinciale anno MCCCXIII, refertur in MS. ſed quia idem prioris mentionem non fecit, videtur vnum & idem.

* 1) Enimuero, Petrus Carthuſienſibus quidem locum dedit in diœceſi Moguntina, vt ſupra dictum; iis tamen hoc, quod Rheno imminet, clauſtrum haud conſtruxit. Vide *Diſſertationem* ſupra citatam § IV & ſeqq.

** 2) Immo, non paucula, ſed omnia ſupereſſe, ſupra iam ad lib. I cap. XXXIII n. XVIII notatum, & in diſſertatione *de Conciliis Moguntinis* oſtenſum vberius.

† 3) *Gürtlerus*, dum hæc hiſtor. Templarior. § CCXXX p. m. 406 & ſeq. repetit, errat, quando dicit, Petrum *Ptilania reducem*, vt lege in Templarios ageret, prouinciæ ſuæ Patres conuocaſſe.

cum Catimelibocenſi in concordiam redit.

4) Sed e diuerticulo rurſus in viam, & ad an. MCCCXII. Eo autem Petrus cum *VVilhelmo* Comite Catimelibocenſi, inducta ſtudio operaque *Georgii* Comitis Veldentini irarum noxarumque obliuione, in concordiam rediit. Modus hic erat. *VVilhelmus* illi caſtrum *Tvvingenberg* cum bonis contributis offerebat. *Petrus* id dein ei feudi caſtrenſis perpetuum poſſidendi concedebat titulo; ſimul pollicitus, ſe in reædificando iſto eidem aduerſus omnes, qui operi impedimentum obiicere conarentur (excepto tamen Imperio) ſua affuturum ope &c. Quæ omnia fuſius legi poſſunt in tabulis, quas in codice dedi Diplomatico.

Ziegenhainenſem in caſtrenſem recipit.

5) Inde nouum ſuis obſequiis ac miniſteriis beneficiarium ex illuſtri prorſus adiecit familia. *Ioannem* enim, Comitem Ziegenhainenſem, perſolutis ei CCC marcis denariorum Colonienſium, in caſtrenſem hereditarium caſtri Ameneburgenſis recepit; Ioannes viciſſim, coniugis ſuæ Lucardis conſenſu, villam Franckenhain ei & eccleſiæ Moguntinæ obtulit, ac a Petro tanquam feudum caſtrenſe rurſum accepit. Alter adhæc alteri promiſit opem aduerſus quemuis hoſtium, Imperio tantum & Landgrauio Haſſiæ * exceptis. Simul ſtatuere, ſi quid in poſterum ſuos inter oriretur diſſenſionis, amicabiliter id tollendum e medio, delectis, qui rem ad concordiam reducerent, *Gerhardo*, Decano Fritzlarienſi, & *Ioanne* dicto *Riedeſel*, Milite; ſuperaddito, ſi forte illi in diuerſum irent ſententiis, *VVernhero* de *Schvveinsberg*, Milite, qui controuerſiam decideret. Ioannes denique omni actioni, quæ ſibi aduerſus Petrum & eccleſiam Moguntinenſem vllo modo competere poſſet, renuntiauit. Rem Ameneburgi XIV Kal. Octobr. actam oſtendunt tabulæ vtriusque nomine tum confectæ.

* *Enimuero, quatuor poſt annis & aduerſus* Othonem *Landgrauium ſe Petro, eccleſiæque Moguntinæ totis viribus præſto futurum, recepit. vt tabulas ipſas Kalend. Auguſti an. MCCCXVI editas in codice Diplomatico conſulenti haud eſſe poteſt obſcurum.*

cœnobio Northeimenſi parochialem loci firmat.

6) Ceterum, quam prolixo rebus eccleſiarum & monaſteriorum fouendis, amplificandisque ſtuduerit animo, ſatis abunde anno oſtendit ſubſequenti MCCCXIII. Factam ſane cœnobio Northeimenſi Blaſiano olim a Sifrido iuniore parochialis a D. Sixto appellatæ donationem, dato Non. April. diplomate, firmauit. Vid. *Leuckfeldius* antiquitat. Northeimenſ. § XXII p. 245.

Commutationem Petrenſiũ cum Fr. Teutonic. factam ſtabilit.

7) Eadem paullo poſt beneuolentia Moguntiæ Canonicis ad D. Petri, & Fratribus domus Teutonicæ ſe commodauit, & his *altare S. Mariæ* in Capella domus, illis parochialem *Odenmünſter* ſtabiliuit, vt in *chronico Petrenſi* § XXVIII allatis ipſius tabulis expoſitum.

cũ Waldeccio tranſigi

8) Tollendæ dein, quam cum *Henrico*, Comite Waldeccio, habebat controuerſiæ vigilias admouit, eoque, qua ingenii pollebat ſollertia, rem deduxit, vt Henricus promitteret, ſe pro pecoribus & equis, quos caſtrenſibus & ciuibus oppidi Neuſtadt abſtuliſſet, ducentas quinquaginta marcas denariorum Colonienſium numeraturum; dein poſſeſſione nemoris, inter caſtrum Waldeck & Nuenburg, eidem oppido ſe ceſſurum; tum vero conceſſurum, vt Petrus caſtrum *Haldeſſen Theoderico* Militi, & *Conrado*, fratribus *de Haldeſſen*, oppigneratum liberet; ſua denique caſtra Petro & eccleſiæ Moguntinenſi contra quoscunque aduerſarios, ſi Imperium, Comitem Marcanum, & Eberhardum Brubergium exciperent, pateſacturum. Scriptæ litteræ Aſchaffenburgi prid. Id. Septembr.

Catimelibocenſem in caſtrenſem adſumit.

9) De reliquo, cum caſtrorum Archiepiſcopatus indies magis præſidio e nobilitate militari firmandorum prouidam haberet rationem, *Dietherum*, Catimelibocenſium Comitem, per eosdem dies in arcis Lanſteinenſis adſumſit caſtrenſem.

VI Anno autem eodem MCCCXIII Imperator Henricus, in Piſana vrbe,

be, cum febris ac dyſenteria eum ſuſtuliſſet, ſepultus eſt. Affirmarunt quidem complures, ei a Bernardo quodam Dominicani ordinis hoſtiam ſacram veneno imbutam nefarie præbitam; *ſed* (libet *MSL.* verbis vti) *a maleuolis illud confictum teſtatur Tritbemius, & alius ſcriptor vitæ Cæſaris, Baſileæ impreſſus. Similiter Balduinus, eius frater, ea nota monachum liberat, vt in archiuis Treuirenſis Archiepiſcopi habetur. Exhibitum eſt anno MDLXXV Maximiliano II Rom. Imperatori Ratisbonæ ipſam originale, Balduini manu ſcriptum. Et ordinem Prædicatorum ea de re ampliſſima teſtimonia habere, certum eſt.* Addit *MS.* meus, eiuſdem ficti rumoris inanitatem teſtatum etiam Imperatoris eiuſdem filium, Ioannem Bohemiæ Regem. Henricum vero Petrus Archiepiſcopus piis lacrymis deplangens dixit, *intra quingentos annos, nullius Principis mortem reipublicæ fuiſſe nocentiorem.* Ei ſane auctor, Catholicæ alioquin pietati parum amicus, teſtimonii hoc dat: *Ea erat religione, vt ſæpe totas noctes ante imaginem Crucifixi, quam ſemper ſecum circumferebat, orauerit quam deuotiſſime, & peccata defleuerit quam amariſſime. Solitus ſacram eucbariſtiam aliquando quotidie, aliquando ſummis feſtis accipere.* — *Edit. I pag. 851* — *Cuſpinian. p. 166.*

VII Et vero magnæ grauesque deinceps bellorum & famis calamitates extiterunt. Nam anno MCCCXIV Francofurtum ad Regem nouum eligendum XIV Calend. Nouembr. conuenere Principes, ſententiisque diſcrepantibus duas in partes abiere. Noſter enim Petrus, & Treuirenſis Balduinus, Rexque Bohemiæ Ioannes, & * Volmarus Brandenburgenſis ſua in Ludouicum Bauariæ Ducem ſuffragia contulerunt: Colonienſis vero Henricus, & Saxoniæ Dux, Rhenique Palatinus Rudolphus, Ludouici iam dicti frater, ſua in Fredericum Auſtriæ ducem, Alberti quondam Regis filium. *Cuſpinianus* quidem malignitati Petri adſcribit, quod in Ludouicum fuerit propenſior; ſed *MSL.* eundem ab Friderici parente iniuriam neſcio quam olim accepiſſe ſignificat *.

** VValdemarus*

cur Auſtriacorum obſtiterit fortunæ.

* 1) Cur mortuo Bonconuenti (pro quo perperam auctor habet Piſas) Henrico Lutzenburgenſi, Auſtriacorum obſtiterit fortunæ, *Latomus* in catalogo mſcr. fuſius ediſſerit. Nec enim modo ſignificat, Petrum a Friderici parente, Rege Alberto, olim offenſum; ſed addit etiam, perſpectis partim Ludouici dotibus, virtutibusque Imperio dignis, partim Friderici in prenſando artibus, ſine dubio motum fuiſſe, vt in Bauari partes inclinaret. Vtrumque non adeo male. Inique enim capi, vexarique illum permiſerat Albertus. Cauſſa fuit, quod Petrus potiorem ſui Epiſcopatus, quam patrimonii Auſtriaci habens rationem, oppidum Liechſtall, aliaque bona, quæ anno MCCCIII, ad amplificandas eccleſiæ Baſileenſis res, a Wernhero, Comite Hombergenſi, emerat, retinere, quam ei permittere maluerit. *Habuit Rex*, ita *Argentinas* p. 113. *tractatum emendi oppidum Lieſtal a Comite de Honberg. Comes autem obmiſſo Rege vendidit idem oppidum eidem Epiſcopo, & eccleſiæ Baſilienſi, quæ hodie tenet illud. Ex quo Rex contra Epiſcopum, Capitulum, eccleſiam, & ciuitatem Baſilienſem commotus fuit odio capitali.* & paullo ante; *Hic Petrus de Treuiri Epiſcopus multa bona fecit eccleſiæ Baſilienſi, & magna feciſſet, ſi non ibi moleſtatus fuiſſet. A Hartungo enim Monachi, Canonico Baſilienſi, alapa eſt percuſſus. Hunc Hartungum Monachi, conſiliis & armis ſtrenuum, qui Regi & Rudolfo, patri ſuo, feruenter adhæſit, ipſe Rex Albertus poſt multas preces perſonaliter Capitulum ingrediens, vix ad Canonicatum promouit, —— Epiſcopus quoque in Sueuia per Comitem Montisfortis* (MCCCIII) *captus, non per Regem, ſed per pecuniam liberatur.* Vide in compendio hæc narrantem *Hottingerum* l. d. p. 119 & ſeq. Alienum igitur ab Auſtriacis faciebat acceptæ iniuriæ alte impreſſa memoria. *Moguntinus*, inquit *Burgundus* de vita Ludouici IV lib. I p. 5, *implacabili odio in Auſtriacos Alberti Cæſaris iniuriam concoquere non poterat.* Addit *de Roo* hiſtor. Auſtriacæ lib. II p. 77; *Huic* (Friderico) *aduerſabatur Petrus Moguntinus, inclementius prædeceſſorem ſuum ab Alberto habitum memor.* quaſi non ad propriam ſolum iniuriam, ſed illam etiam plagam, quam Gerhardo II aliquot annis ante iniecerat Albertus, animum retulerit Petrus Archiepiſcopus. Tum vero quammaxime improbabat, Fridericum contra fas, contra leges, contra maiorum morem largitione cauponari Imperium, vt *Burgundum*, qui l. d. p. 6. id ſcite expoſuit, adeunti patebit.

2) Quocunque vero ſe res habet modo; his ille, quos auctor enumerat, ac Ioanni, Saxoniæ Duci, conſiliis iunctus, voluntateque, Ludouico Francofurti a. d. XIII Kalend. Nouembr. Cæſaream dignitatem adſtruxit. vid. *Continuator Stæronis* ad an. MCCCXIII p. 594. *Rebdorfenſis* ad an. MCCCXIV p. 610. *Argentinas* p. 119. præcipue vero Electores ipſi in *Decreto Electionis* apud *Leibnitium* cod. iur. gent. diplomat. parte I n. XXXVI p. 67. — *Ludouicum Bauarum eligit.*

VIII Is ergo venienti Friderico cum exercitu ad ſuburbia Francofordiæ *Sachſenhauſen*, omnem commeatum intercipit & auertit, vt fame compellente cedere ſit coactus, prout refert *MSL.* qui &, quæ ſequuntur, adiungit: *Coronatus*

Edit. I p.851

natus eſt Ludouicus Aquiſgrani a Moguntino, Fridericus Bonnæ a Colonienſe: hic in loco non debito, alter, a quo non conſueuerat eo tempore coronatio peragi. Hinc bella & ciuitatum euerſiones exortæ.

Auſtriacis commeatū intercipit.

1) *Veniente autem Friderico cum forti exercitu valde, & caſtra metante iuxta Francfurt apud Saxenhauſen; Petrus Moguntinus naues offerens, victualia iuxta Moguntiam abſtulit Friderico. Exercitus autem Moguntini, Treuirenſis, & Bohemi ſe ex inferiori parte Mogani collocauit.* Ita iam olim ipſe *Argentinas* p. 119. * Auſtriaci ſcilicet, quum Ludouico electo, intra mœnia, quod poſtularant, haud recepti eſſent, portas obſidione claudebant, vrbem tame ad deditionem coacturi. Quos conatus vt comprimeret Petrus, commeatum iuſſit intercipi, qui Rheno flumine vehebatur ad exercitum Friderici. *Burgundus* l. d. p. 13, *Adlzreitterus* parte II annal. Boicor. lib. I § XIII p. 7.

Ludouicum inungit.

2) Verum vero Ludouicum etiam inunxerit, nec ne, lis eſt ac concertatio. Sunt, qui affirmant; ſunt, qui negant, & Balduino id adſcribunt. Ex illis *Latomus* eſt, vt auctor notauit, *Stadvvegius* in chronico p. 27, *Lehmannus* chron. Spirenſis lib. VII cap. XIV p. 652. Ex his *Hervvartus* lib. I Ludouici Bauari defenſi cap. VI p. 70, *Burgundus* l. d. *Adlzreitterus* l. d. § XIV p. 7, quibus fere accedit *Gundlingius* faſcic. XVIII Gundlingianor. cap. II § XXVII p. 291. *Brovverus* rem ſingulari explicat modo; quem ideo audire, operæ pretium erit. *Neque*, inquit annal. Treuirenſ. lib. XVII § XLVIII p. 197, *diſputatione carnis, vtri coronandi munus Proceres deferendum putarent. Delecti ex vtroque ordine arbitri, Gerardus Iuliacenſis, Ioannes Spanhemius Comites; Henricus Spanhemius Prepoſitus Aquenſis, Henricus Iſenburgius Arinvelſius Dynaſta, Aegidius de Rodemacra, Ioannes Brunshornius, & Giſo Molsbergius, qui, interpoſita fide, rem Principis iudicio permiſere. Is autem in præſens Moguntinenſi Archiepiſcopo detulit, hac tamen lege, vt intra proximum menſem ius prajudicatum teſtimoniis atque tabulis exhibitis ab antiquitate repertum doceret: id ni faceret, tum pro Balduino conſecraſſe videretur. Itaque iudicaturum ſe, abſente Colonienſe, id munus Treuirenſis Archiepiſcopi proprium ac perpetuum eſſe, ac in poſterum etiam ſolenne fore. At vero, cum elapſo præſtituto menſe nihil eorum a Moguntino Regis arbitrio fideque ſponſorum factum fuiſſet, huius rei poſtea teſtes eosdem, quos ante nominauimus, Balduinus eſſe voluit, idque ipſum rogati ita fecerunt, vt data teſtantur ab illis litteræ in oppido Sigebergo.*

De cetero videas *manuſcriptum*, quem auctor citat, ſequi hic & imitari *Argentinenſem*. Is enim p. 119; *Ludouicus igitur Aquisgrani a Moguntino & Treuirenſi in loco, quo debuit, ſed non a quo debuit; Fridericus vero in Bunna a Colonienſe, a quo debuit, ſed non in loco, in quo debuit, coronati ſunt.*

a quo priuilegiorū accipit confirmationem.

3) Vti vero id temporis Ludouico conſilio, re, auxilio, pro viribus præſto ſemper erat, ita viciſſim Ludouicum ſibi quam maxime fauentem expertus eſt. Teſtes ſunt tabulæ, Coloniæ IV & III Non. Decembr. nec non III Kalend. Ianuar. editæ. In *illis* enim generatim Petro ſedique Moguntinæ omnia ſtabiliuit iura ac priuilegia, Archiepiſcopis Moguntinis ad id vsque temporis conceſſa. In *iſtis* ei & ſucceſſoribus confirmauit *dignitatem Archicancellariatus per Germaniam, cum omnibus iuribus, honoribus, dignitatibus, & libertatibus*, quibus huius muneris ratione frui debeant; videlicet decima parte *bonorum, petitionum, & exactionum*, quæ Imperatori obuenirent de Iudæis; iure itidem, nomine ſuo *Cancellarium, Protonotarium*, & *Notarios* perpetuis temporibus in aula regia, rebus Imperii expediendis, conſtituendi. In *his* edixit, *Miniſteriales* ſiue illos, qui apud Archiepiſcopum in aula miniſteria obirent eminentiora, *fideles*, ſiue lege beneficiaria in fidem receptos, *caſtrenſes*, ſiue nobiles in defenſionem caſtrorum adſcitos, non ante ad Imperatoris vel alterius cuiusque iudicis forum aliqua de cauſſa trahendos, quam Archiepiſcopus partes æquitatis implorantibus denegarit. Vtrasque exhibui in codice Diplomatico.

Leiningenſi aditum ad cathedram Spirenſem facit.

4) Iſtis alioqui temporibus Emiconi, Comiti Leiningenſi, ad Præſulatum Spirenſem aditum fecit. Indicium faciunt acta ciuitatis publica. quippe in quibus diſerte: *Permiſit ſe poſtulari a Metropolitano, & virtute talis poſtulationis adminiſtrauit* &c. vid. *Lehmannus* lib. VII chron. Spirenſ. cap. XXXIII p. 688.

Spirenſes ad Ludouici partes pertrahit.

5) Enimuero Ludouici, quem elegerat ac coronarat, partes vt hoc magis firmaret, Spirenſibus anni ſequentis MCCCXV initio auctor fuit, illas vt amplecterentur. quin tabulis publice editis promiſit, fidemque fecit, ſi forte propterea impeterentur, ope auxilioque, ſimul ac moneretur, iis ſe præſto futurum. vid. *Lehmannus* l. d. cap. XX p. 664.

Nobiles de Aſchauſen in caſtrenſes cooptat.

6) Dein *Gozonem, VVilhelmum*, & *Henricum* de *Aſchauſen*, fratres, Armigeros, in ſuos &. Archiepiſcopatus Moguntini caſtrenſes cooptauit, pollicitos, ſe ei in partibus Sueuiæ, Alſatiæ, & Franconiæ aduerſus Auſtriacos fideliter adſtituros, & caſtellum *Aſchauſen* contra quoscunque (Imperio tantum & *Poppone* Comite Eberſteinenſi exceptis) patefacturos. Litterarum, quibus ei ſe obſtringunt, datum eſt, vt e codice Diplomatico patet, *Amorbach anno Domini MCCCXV, III Kal. April.*

IX Fœdauit deinde * horrenda lues paſſim ciuitates Germaniæ, vt Hugbertus monachus S. Ferrutii ſcribat (*Trithemio* referente) Coloniæ triginta, Moguntiæ ſedecim. Spiræ nouem, Wormatiæ ſex hominum millia anno MCCCXIII ſublata. Anno MCCCXV graui prœlio apud Spiram depugnarunt ambo

Reges: penes Ludouicum fuit victoria **. eodemque anno parochialem S. Catharinæ, de qua in Gerardo ſupra, eccleſiam Oppenheimenſem extulit Petrus in Canonicorum collegium †.

* 1) Immo, lues hæc Germaniam fœdauit eodem iam, quo Henricus VII diem obiit, anno, vt *Trithemius* diſerte dicit chronici Hirſaugienſ. parte II p. 135.

** 2) Ita quidem nonnulli. Sed perperam. vid. *Lehmannus* l. d. cap. XXIII p. 667, *Burgundus* l. d. p. 20, *Adlzreitterus* l. d. § XVIII p. 8 & ſeq.

Oppenhemiē ad D. Catharinæ Canonicos inſtituit.

† 3) *Trithemius* l. d. p. 147; *Collegium quoque Canonicorum cum inſigni eccleſia ſub honore S. Catharinæ virginis & martyris, in Oppenheim, regali oppido, ſimili in Deum pietate fundauit.* Sic ille. *Habuit tum oppidum iſtud ab* Henrico *impigneratum.* Ita *Latomus* in catalogo manuſcr.

nouos ſibi caſtrenſes adjicit.

4) Quamuis autem pacis ac religionis ſtudio, ſi quis alius, delectaretur, quod tamen his diebus cum Othone Landgrauio implicitus eſſet diſcordia, *Fridericum* & *Richolſum* de *Hirſchberg*, fratres, militia nobilique genere ſpectatos (Fridericus *Miles* erat, ſiue equeſtri vir conſpicuus dignitate) IX Kal. Octobris in caſtri Ameneburgenſis ſibi adſciuit defenſores, pollicitos, ſe illi contra quosuis, ſigillatim aduerſus dictum Othonem, decem armatis, iisque bene expeditis, inſeruituros.

Vicariæ ſancti Gothardi bona quædam attribuit.

5) Sub finem anni *Vicariam S. Gothardi*, quæ vna metropolitanarum eſt, ſollemni donatione, traditis ſedecim terræ arabilis iugeribus, in tractu Mombacenſi ſitis, affecit. Loquuntur id tabulæ, quas in libello *de Vicariis* n. III reperire eſt.

Caſtrum Schüpf in feudum recipit & confert.

6) Inſequenti, qui MCCCXVI ab ſalutifero Virginis partu fluxit, caſtrum *Schüpf* a Ludonico Cæſare iure accepit beneficiario, idque *Ludouico* Comiti Hohenloenſi, qui illud ad id temporis vsque feudi tenuerat titulo, Norimbergæ menſe Maio ſub lege rurſum conceſſit clientelari, vt tabularum, quas in codice Diplomatico dedi, conſtat fide.

Cæſari in caſtris præſto eſt.

7) Tum Cæſari Ludouico Eslingam obſidione liberaturo adfuiſſe *Lehmannus* l. d. notat; quanquam *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XVII § LI p. 198 eum tum temporis in Boiemia ſubſtitiſſe, tutandis Regis rebus cum imperio relictum, velit.

caſtrū Wisbaden obſidendū vrget.

8) Quocunque vero ſe res habet modo; cum inter hæc Fridericiani arcem Wisbadenſem & Scharpſenſteinenſem inſediſſent, Moguntinis & vicinas & moleſtas, non deſtitit Petrus Regem Ludouicum & Balduinum Treuirenſem vrgere, donec vtramque anno hoc MCCCXVI vi admota oppugnarent. *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 141; *Eodem anno Rex Ludouicus & Balduinus Archiepiſcopus Treuirenſis, ad inſtantiam Petri Archiepiſcopi Moguntini, oppidum VVisbaden, vbi ſunt thermæ, & caſtellum Scharpſenſtein, quæ erant ex parte Friderici Ducis, obſidione circumdederunt. Verum obſidione per aliquot dies firmata, cum ſe viderent, propter locorum fortitudinem nihil poſſe proficere, ad alia ſe tranſtulerunt.*

Laneccæ nouos caſtrenſes imponit.

9) Caſtro Laneccenſi vero vt hoc magis proſpiceret, V Id. Iul. *Ioannem*, *Dominum* de *Brunshorn*, & *Theodericum*, *Dominum* de *Runckel*, caſtrenſibus illorum accenſuit; & hunc quidem liberis, qui *ledig Burgmann* vulgariter dicebantur.

X Anno MCCCXVI dedit Pontifex Ioannes XXII Williconi Spanheimenſi Abbati, aliisque eccleſiæ Moguntinæ Prælatis mandata, vt in S. Hildegardis virginis, quam in diuorum numerum referri annuerat Clemens V, miracula inquireretur.

de Hildegarde Sanctis adſcribenda agit.

1) Quod aduerſus Sanctos pius eſſet Petrus, & cum magno religionis fructu coniunctum putaret, ſi *B. Hildegardem*, Moguntinenſis diœceſis decus, vt Diuam coli, ariſque recipi iuberet Pontifex, precibus apud Ioannem inſtitit, vt his, quos auctor memorat, mandatum daret, diligenter in vitam, mores, ſigna, atque miracula illius inquirendi. quod quidem ad an. MCCCXVI auctor h. l. refert. *Trithemius* vero in editione chronici Hirſaug. recognita p. 142 in annum ſequentem reiicit, & diſerte *ad inſtantiam Petri* factum teſtatur.

cœnobii Himmelau rationem habet.

2) Quum vero inter hæc *Siſridus*, Epiſcopus Curienſis, in patrimonio ſuo iuxta oppidum Gelnhauſen parthenonem *Himmelau* in vſus ſanctimonialium Ciſtercienſi diſciplina deuinctarum ſtatuiſſet, Petrus clauſtrum hocce ſuo & eccleſiæ Moguntinæ præſidio tutum eſſe voluit, præbito fundatori conſenſu, vt illud cenſu quodam annuo eccleſiæ dictæ obſtringeret. Cognoſces id ex tabulis tum *Siſridi* anno MCCCXVII, a. d. VIII Id. Iulii editis, tum *Hedevvigis* Abbatiſſæ, totiusque contubernii poſtea an. MCCCXXIII, VII Id. Martii confectis. Vtriusque locus eſt in codice Diplomatico.

Et hoc quidem cœnobium eſt id, in quod Siſridus, *Epiſcopatu Curienſi abdicato, ſe recepit, pio in otio reliquum vitæ tranſacturus.*

Erpacenſi feudum caſtrenſe confert.

3) Poſtea *Eberhardum* Pincernam Erpacenſem, dictum *Rauch*, defenſorem caſtri, *Fürſtenavve* vulgo appellati, conſtituit. Cui quidem ipſe XL marcas denariorum Colonienſium adſignauit; Eberhardus vero illi reditus IV marcarum, eiusdem ponderis ac valoris, in ſex manſis iuxta villam Steinbach ſitis, quas dein feudi caſtrenſis loco recepit. Propagatum id memoriæ tabulis Aſchaffenburgi ipſis Id. Auguſti editis.

Abbati Hirſaugienſem ſacrat.

4) Ceterum & hoc anno (MCCCXVII) d. XXV Nouemb. Godefridum, Abbatem Hirſaugienſem, Ludouico Cæſare, multisque Principum præſentibus, Moguntiæ in æde maiori ſolito ritu benedictionis munere affecit. *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 145.

Nobilium quoidam ad ſuam fidem adducit.

5) Sequenti MCCCXVIII *Fridericum*, *Dominum* de *Salza*, *Othonem* de *Vanre*, *Fridericum* & *Albertum* fratres, *Dominos* in *VVangenheim*,

Edit. I pag.

genbeno, qui Albertum, Halberſtadenſem Epiſcopum, temere captiuauerant, in gratiam recepit, & XV marcarum reditibus, quos ipſi, ſatisfactionis debitæ loco, eccleſiæ Moguntinæ remiſerant, feudi ſiue beneficii titulo eisdem rurſus collatis, ad fidem, obſequiumque ſuum adduxit. Plenius id cognoſces ex tabulis illorum, quas ex abdito in lucem euocatas codici Diplomatico inſerui.

Arbitri agit inter Treuirenſem & Colonienſem.

6) Dein a Balduino Confluentiam inuitatus, arbitri vicem fungens, controuerſiam inter Henricum Agrippinenſium Præſulem, & Balduinum Colonienſi bello coortam, ſedauit. *Brovverus* l. d. lib. XVII § LVII p. 199.

Auguſtinianis Gothæ, & Dominicanis Mog. priuilegium quoddam concedit.

7) Monachis vero familiæ Auguſtinianæ Gothæ degentibus peculiari diplomate XI Kal. Aug. licentiam dedit, paſſim per diœceſin Moguntinam ſacra obeundi. Erat enim in monaſtici ordinis homines voluntate maxime propenſa, beneficaque. Quam paullo ante *FFr. Dominicanis* Moguntinenſibus fecerit gratiam, videas in narratione *de origine fatisque monaſterii* ipſorum.

partem caſtri Schönenberg emit.

8) Non longe poſt poſſeſſiones Archiepiſcopatus Moguntinenſis noua acceſſione auxit. Dimidiam enim partem caſtri *Schönenberg* ab Alberto Duce Brunſuicenſi ære ſibi comparauit. Emptio facta in clauſtro *VValdeshuſen*, D. Laurentii peruigilio, per nuntios. Miſerat autem Petrus *Bertholdum* D. Petri Moguntinenſem, *Gerhardum* Frizlarienſem, *Conradum* Heiligenſtadenſem Decanos, *Hildebrandum* de *Hartenberg*, & *Rabanum* de *Kalenberg*; Albertus filium *Othonem*. Pretium conſtitutum erat nongentarum marcarum *argenti puri, ponderis & albedinis Brunſuicenſis*.

Carthuſienſium poſſeſſiones firmat.

10) Vita non ſine pietatis, ſingularisque de re eccleſiaſtica promouenda ſtudii teſtificatione deceſſurus, anno MCCCXX, paucis ante obitum diebus, poſſeſſiones facultatesque, quibus Fratres inſtituti Carthuſienſis olim inſtruxerat, inſigni complexus diplomate eſt, vti in ſupra citata diſſertatione § III docui.

XI Anno MCCCXX pridie Nonas Iunii humanam carnis veſtem exuit Petrus, eſtque in metropolitano Moguntino templo ſitus, cum ſtatua & epitaphio hoc;

Anno milleno trecentenoque viceno,
Petrum petra tegit iſtum, quæ tartara fregit.
De Treueri natus Præſul fuit hic trabeatus,
Redditibus, donis, & clenodiis ſibi pronis
Eccleſiam ditat, res auget, crimina vitat.
852 *Hic pius & largus, in conſiliis fuit Argus.*
Sceptra dat Henrico regni, poſthæc Ludouico.
Fert pius extremo Ioanni regna Bohemo.
Hic quinos menſes annos deca tetra repenſes
Quos vigil hic rexit, quem CHRISTVS *ad æthera vexit.*

Obiit in die S. Bonifacii. quem antequam Archiepiſcopus fieret, Baſileenſem Epiſcopum fuiſſe dicit nonnemo, ſed primis de ipſo poſitis narrationibus vix cohærenter.

Cuſpinianus p. 363. *MS. Roſenbachii.* (Set.)

Moritur.

1) Hoc, quem auctor ſignat, anno, dieque illum obiiſſe necrologium ædis maioris a. d. II Non. Iun. his confirmat verbis; *MCCCXX obiit venerabilis Pater*, Petrus *de* Treuiri, *Archiepiſcopus Moguntinus, qui rexit eccleſiam honeſte XIV annis & V menſibus, multiplici ornatu eam decorando.*

2) Idem dicit monumentum, quod auctor adducit, ante chorum ferreum ei poſitum, ad columnam primam a ſiniſtra. Quod cum ſuperet, ac dignum ſit, quod aliquanto deſcribatur curatius, ſic habe. Sublimi ſtat inſculptus ſaxo, cum infulis & podere. Hinc & inde Henricus VII & Ludouicus IV Imperatores, nec non Ioannes Rex Bohemiæ. quorum hic ei a ſiniſtro adſtat latere; illi a dextro; Petro capitibus ipſorum manus imponente. Verſus vero, quos auctor attulit, circumcirca inciſi ſunt: verba, *ob. in die Bonifacii Epiſcopi*, addita lateribus. Pro verbis,

iſtum, quæ tartara fregit, legitur;
regas hunc, qui tartara fregit.

In fine additur, *Amen.*

MATTHIAS.

I

A *Bruſchio*, & eo, quod poſtea ſubdetur, epitaphio, *Comes a Buchegk* dicitur, *Burgundus*, frater *Hugonis*, *Comitis de Buchegk*, Cuſtos locupletiſſimi Murbacenſis in Alſatia monaſterii, monachus Benedictinus.

II *Vir*, vt ait MS. *magnanimus, virtute præditus, diuina & humana* litte-

litteratura excellens, de quo ita *Trithemius : Petro Archiepiſcopo mortuo, Canonici Moguntini Baldeuinum Archiepiſcopum Treuerenſem in ſuum Antiſtitem poſtularunt. Sed Papa Ioannes XXII recuſans eorum poſtulationi præbere conſenſum, dedit eis in Archiepiſcopum Dominum Matthiam de Buſſeck, monachum Ordinis S. Benedicti profeſſum, virum optimum, & tali honore dignum: qui per Dominum Baldeuinum Archiepiſcopum Treuerenſem cum ſolennitate Moguntiam introductus, autoritate Apoſtolica a clero & populo honorifice ſuſceptus eſt, præfuitque annis VIII.* Edit. I p. 852

gente fuit Burgundus. 1) Fuit Matthias inclita *Comitum* de *Buckeck* familia prognatus; filius *Henrici*, Comitis de Bucheck, & Landgrauii Burgundiæ; fratres habuit *Hugonem*, de quo auctor, Heroem rerum geſtarum gloria apprime clarum, & *Bertholdum*, Antiſtitem Spirenſem & Argentoratenſem, magna virum auctoritate.

Maioris lucis cauſſa placet ex *Alberto Argentinenſi* de rebus geſtis Bertholdi p. 179 ſequens apponere ſchema.

HENRICVS
Comes in Bucheck, Landgrauius Burgundiæ.
vx. N. *Comes* de *Strasberg.*

Hugo, flor. an. 1315.	*Berchtoldus* Ordinis Teutonicor. primum Spirenſis, dein Argentin. Epiſcopus. † 1353.	MATTHIAS, *Archiep. Moguntin.*	N. f. vx. *N. Baronis de Klingen*	N. f. vx. *Baronis* de *Sigenovv*	N. f. vx. *Burcardi, Baronis* de *Munſingen*	N. f. *Abbatiſſa monaſterii* Frauenbronn *prope Bernam.*

Vlricus, Canonic. Argent.*	*Anna,* vx. *Conradi*, Comitis Friburg.	*Hugo,* monachus Murbacenſis.	N. f. vx. *Eberhardi, Comit. VVirtenberg.*	N. f. vxor *Vlrici, Baronis* de *Schvvarzenberg.*	*Ioannes,* Canonic. Moguntin. Præpoſ. ad D. Victor. & tandem Epiſcop. Baſileenſis.	*Benignoſa,* vx. *Friderici* vom *Hauſs,* Equitis Alſati.

* *in diſcordia electus Præpoſitus.* Wimpheling. p. 82.

fit Murbacenſ. cœnobii Cuſtos. 2) In D. Benedicti nomen, iuraque cum in cœnobio Murbacenſi conceſſiſſet, magnaque vitæ & morum eſſet integritate, facile inter æquales eminuit, cœnobiique Cuſtos factus eſt. Vid. *Argentinas* in chron. p. 121.

3) Sciſſis, poſt Gerhardi Antiſtitis Conſtantienſis obitum, Collegii ſummi ſuffragiis, in ſpem non plane nullam venit, reiectis in diſcordia electis, ſedi Conſtantienſi ſe impoſitum iri. *Sedis Moguntinæ Antiſtes.* Enimuero, cum opperiretur id, præter opinionem Moguntinenſibus datus fuit a Pontifice Archiepiſcopus. Datus autem fuit, Roberto Siciliæ Rege, apud quem frater Hugo in ſingulari erat gratia, quammaxime adnitente. Dignus eſt, quem hic audiamus, *Albertus Argentinenſis* l. d. p. 121; *Eisdem temporibus Gerhardo de Senar, Epiſcopo Conſtantienſi, mortuo, & electis in diſcordia in Curia Romana litigantibus, H. de Klingenberg Præpoſito, & H. de VVerdenberg, Canonicis Conſtantienſibus, iidemque per ſententiam deberent excludi, & ſpes eſſet, de Matthia Cuſtode monaſterii Morbacenſis, Ordinis S. Benedicti, Baſilienſis diœceſis, fratre Hugonis, Comitis de Buchecke, Seruitoris Roberti Regis Siciliæ, poſt excluſionem electorum promouendo; ecce, moritur Petrus Archiepiſcopus Moguntinenſis. Quo intellecto in Curia, Ioannes Papa, ad preces prædicti Roberti Regis Siciliæ, ob ſeruitia prædicti Hugonis, eidem Matthiæ de Buchecke, dilecto etiam Ducibus Auſtriæ, de Moguntinenſi Archiepiſcopatu prouidit.* Idem dicit libro de rebus geſtis Bertholdi p. 167.

quando inierit Archiepiſcopatum 4) Archipræſulatum autem Moguntinenſem non eodem ſtatim, quo Petrus diem obiit, conſecutus anno eſt. Superant enim litteræ *Ditmari*, Epiſcopi Gabulenſis *, quibus manifeſtum fit, menſe Febr. anni MCCCXXI ſedem Archiepiſcopalem adhuc vacaſſe. Afferam, vt hoc magis pateat, illarum initium & finem. Illud ita habet: *Fr. Dithmarus Ord. Ciſterc. D. G. Epiſcopus Gabulenſis, gerens vices in diœceſi Moguntina* »a Capitulo nobis commiſſas, Sede vacante«. *Vniuerſis Chriſti fidelibus* &c. Hic vero; *Datum anno Domini MCCCXXI, VI Id. Februar.*

* *Legi poſſunt in* Elencho Suffraganeorum Moguntinenſium p. 426 *tomi II.*

Treuirenſem conuenit. 5) Deſignatus a Papa, Balduino, quem Canonici Moguntinenſes vno poſtularant ore, animoque, affuit, ac tam dextre, liberaliterque rem ſuam egit, vt eo opitulante haud difficulter Sedem inierit. Auctor *Geſtorum Balduini* lib. III cap. IV p. 140 & ſeq. *Iſto tempore Dominus Petrus Moguntinenſis Archiepiſcopus recordationis feliciſſimæ, defunctus de ſæculo, de carnis ergaſtulo feliciter migrauit. Quo defuncto Moguntinenſe Capitulum ante Argentinam venit ad Dominum Baldevvinum, totaliter congregatum, & ad ſanctam Moguntinenſem ſedem in Capitulo concorditer ipſum poſtularunt. Et ecce, non poſt multum temporis interuallum venit quidam*

Edit. I p. 852

dam nigrorum de Ordine monachorum, Matthias nomine, electus ac confirmatus a Papa, in Archiepiſcopum Moguntinum deſtinatus, qui ſe omnimodo in Domini Baldevvini gratiam donauit, electionem Domini Ludouici Regis per Dominum Balduinum approbauit, & cum ipſo ſibi vtiliter conſpirauit. Vnde Dominus Baldevvinus ipſum a Capitulo in Archiepiſcopum receptari feliciter procurauit, de ſua poſtulatione facta gratiarum multimodas referendo actiones.

Moguntiam venit.

6) His actis Spiram primum deſcendit. Spira decenti comitatu perrexit Moguntiam, vtrobique quam honorificentiſſime exceptus. Teſtis eſt, quem modo audiuimus, *Argentinas*, quippe qui chronici p. 121 ita pergit: *Qui deſcendens primum Spiram a clero honorifice receptus cum proceſſione & crucibus, venit Moguntiam, honorifice quoque ibi receptus.* Atque adeo *terram Moguntinam ſine obſtaculo potenter ingreſſus eſt*, vt idem *Albertus* loquitur de rebus geſtis Bertholdi p. 168.

Cæſaris accedit partibus.

7) Simul autem ac Pontificatum Moguntinenſem adiit, Ludouici Cæſaris acceſſit partibus; quamuis Auſtriacos ante haud oderat, ipſis viciſſim charus, dilectusque, vt *Albertum* l. d. dicere audiuimus. *Electionem Ludouici Regis approbauit*, inquit verbis modo allatis auctor *Geſtorum Balduini*.

vtrum Bingenſes coercuerit.

8) Si Bingenſes coercuit, vt auctor § ſequenti vult, feciſſet id ſane hoc ſtatim anno, quo in Petri locum ſubiit, dignitatemque. Vtrum vero compeſcuerit eos, dubites. Refert enim *Trithemius* l. d. ad an. MCCCXXI p. 149, quod Ludouicus Imperator pœnas de iis ſumſerit, ac *tempore auctumnali* Moguntiam veniens, auctores cauſſæ partim capitis affecerit ſupplicio, partim egerit in exſilium. Ceterum, quod ad turbas haſce, quas dederunt, attinet, notandum, quod ex leuiſſima cauſſa fecerint tumultum, ac quatuor e Senatu per feneſtram præcipites dederint, reliquos oppido eiecerint cum ignominia. Sed pergit idem *Trithemius*:

III *Qui ſtatim ipſi Baldeuino confœderatus eſt: cuius adiutorio & præſentia roboratus, oppidum* zu den Gieſſen *dictum, obſidione vallauit & obtinuit, cum ſcilicet Haſſiæ Landgrauius Henricus, ipſius Vaſallus, Petro defuncto in Moguntinam rapinis & incendiis graſſatus eſſet diœceſin.* Wirtenbergenſem etiam Comitem Badenſi Marchioni æquo plus infeſtum compreſſit; Bingenſes, Erfordienſes, Nordhuſianos, clero moleſtos, coercuit. v. § VII n. 3

Enimuero, cum horum pleraque annis ſequentibus egerit Matthias, operæ pretium erit, temporis ratione paullo curatius habita, intexere, quæ duobus prioribus annis expediuit negotia, curauitque.

ciuitati priuilegium Sifridi confirmat.

1) Confirmauit autem eodem ſtatim, quo ad titulos Moguntinenſes adſumtus fuit, anno ciuitati Moguntinæ priuilegium a Sifrido eidem conceſſum, haud ſecus ac deceſſores, ſingulari diplomate. Datum id an. MCCCXXI. XVIII Kalend. Ianuar.

Reiffenſteinenſibus donationem quandam ſtabilit.

2) Poſtero, qui MCCCXXII erat, ſuæ erga monaſterium Reiffenſteinenſe beneuolentiæ ſigna editurus, donationem ei anno MCCLIII ab Henrico Comite Glichenſi factam peculiaribus ſtabiliuit tabulis. Datæ ſunt Heiligenſtadii XVI Kal. Octobr. vt in codice Diplomatico videre eſt.

vtrum pugnæ interfuerit Ludouici.

3) *Trithemius* pugnæ, qua vndecim poſt diebus Ludouicus de ſumma rerum cum Friderico decertauit, præſentem interfuiſſe memorat l. d. p. 156; *Habebat*, inquit, *Ludouicus in ſua parte cum exercitu magno præſentes in auxilium Baldevvinum, Archiepiſcopum Treuirorum*, Matthiam Moguntinum, *Ioannem Boemiæ Regem* &c. Idem dicit *de Roo* lib. II hiſtor. Auſtriacæ p. 82; *Cum Ludouico erant Ioannes, Boemiæ Rex, &* Moguntinus Antiſtes, *qui cum Boemos ab Imperatoris Henrici morte tumultuantes compeſcuiſſent, ad Ludouicum ſe contulerunt.* Sed enim, vix dubito, quin fallantur. Ipſum namque tum temporis domi eccleſiarum ſuarum conſuluiſſe rebus, neſcio an ex dictis luculenter pateat. *Gerardum de Roo* ſaltem Petrum cum Matthia confundere, non eſt, quod ambigam. *Burgundus* ceteroqui hiſtor. Ludouici IV lib. I p. 47; *Defuncto Petro Archiepiſcopo Moguntino nil præſidii ſperabatur a ſucceſſore, qui ciuilibus diſcordiis exemptus Fridericum non oderat.*

Witgenſteinenſem in caſtrenſem recipit.

4) Sub hiemis initium Ameneburgi egit. Indicio nobis ſunt tabulæ quædam, V Kal. Decembr. ibidem editæ. Iis autem *Sifridum, Comitem* de *VVitichenſtein*, CC marcis denariorum Colonienſium ei promiſſis, in caſtrenſem arcis Battenburg recepit; Sifridus viciſſim ſtipulatus eſt, ſe Matthiæ ac eccleſiæ Moguntinæ contra quoſcunque, Archiepiſcopo Colonienſi & Comitibus Naſſouiis atque Arnsbergenſibus tantum exceptis, adſtiturum, & cum decem armatis bene expeditis præſto futurum ad dies vitæ ſuæ.

Reiffenſteinenſibus denuo conſulit.

5) Annum MCCCXXIII ſequentem inchoauit a beneuolentia Reiffenſteinenſibus cœnobitis denuo nauanda. Emerant illi anno MCCXXIV ab Abbate & contubernio Poeldenſi centum & ſex marcarum precio bona Dinghelſtedenſia. Poſtea an. MCCXCIV cum Henrico Comite Glichenſi bona quædam permutarant. Vtrumque Matthias litteris, quibus & Abbatis Poeldenſis & Henrici Glichenſis tabulas ad verbum inſeruit, Heiligenſtadii III Non. Ianuar. ſcriptis ſciuit, ratumque habuit.

nouos ſibi caſtrenſes adſciſcit.

6) Sequentibus diebus *Thilonem & Ioannem* de *Itter*, fratres, caſtrenſibus *Nuenburgenſibus* accenſuit; pollicitus, ſe ipſis, haud ſecus ac ceteris caſtri defenſoribus, contra quoſuis, eccleſia Colonienſi tantum excepta, & præſidio & auxilio adfuturum. Vti viciſſim ii ſpopondere, ſe ei nec non Sedi Moguntinæ aduerſus quoſuis, Colonienſi ſimiliter excepta, ſua præſto futuros ope. Quod ſi vero contingeret, vt Moguntina ac Colonienſis eccleſia forte

ſimultate quadam inter ſe conflictarentur, tum neutram ſeſe partem ſecuturos; vt tabulis, Ameneburgi XV Kal. Februar. editis, quas in lucem protraxi, fuſius perſcriptum eſt.

Petrinis priuilegium de cathedratico firmat.

7) Aliquot menſibus poſt, quam recti æquique amans eſſet, luculento exemplo teſtatum fecit. Penſionem, quæ quotannis Archiepiſcopo in ſignum ſubiectionis ſiue honorem cathedræ ab eccleſiis exſolui ſolet (*Cathedraticum* vulgo vocant) a clero, & eccleſiis Præpoſituræ D. Petri extra muros contributis, petere & colligere cœperat; ratus, id iure ſe facere poſſe. Sed enim intellecto, e deceſſoribus ſuis Conradum I ius id genus pecuniam ab eccleſiis iſtis colligendi in Petrinos transtuliſſe, cœpto non ſolum libens deſtitit, verum etiam Petrinis ius iſtud nouis tabulis, die Ioanni Baptiſtæ feſto editis, muniuit. Locus iis eſt in *chronico Petrenſi* § 29.

Aſchaffenburgi conſecratur Epiſcopus.

8) Dein vero, die celeberrimo SS. Apoſtolorum Petri & Pauli martyrio conſecrato, Aſchaffenburgi, Marquardo Epiſcopo Eichſtadtenſi inaugurante, dignitatis Epiſcopalis ſuſcepit ſacra. Quod cum tabulæ, quas in codice Diplomatico dedi, explicate loquantur, videas, errare hic *Tritheminm*, dum chron. Hirſaug. p. 147 ſcribit: *Denique Balduino Treuirorum Præſuli per Apoſtolica ſcripta mandauit* (Pontifex) *vt Matthiam ad eccleſiam Moguntinam introduceret, ſolenniterque in Archiepiſcopum conſecraret. Ordinatus autem per Balduinum* &c.

Eichſtadtenſi ius Cancellariatus in eccleſia Mog. ſtabilit.

9) Tum temporis autem Eichſtadtenſi iura Cancellariatus Sedis Moguntinæ firmauit. *In qua re*, inquit in diplomate dicto, *petitioni prædicti Domini Marquardi, Epiſcopi Eyſtetenſis, annuere, eumque in huiusmodi iure ſuo, vti poſſedit, & poſſediſſe dicit hucusque, permanere cupientes, ſibi ſigilla noſtra, tanquam Cancellario ſedis noſtræ Moguntinæ, duximus aſſignanda, ſine noſtri tamen præiudicio & iuris cuiuslibet alieni.*

Inimicitias cum Stralēbergio ponit.

10) Pacis vero tranquillitatiſque cum amantior eſſet, quam belli, non longe poſt *Ludouico, Comite de Rieneck*, iuniore, *Rudolfo, Comite de VVertheim, Vlrico, Domino* de *Bickenbach, Conrado Rüden*, & *VVernero* de *Iuncholz*, vtroque militiæ inſignibus claro, arbitris, inimicitias, quas cum *Reinvvardo* de *Stralenberg* geſſerat, poſuit. Modus erat hic. Ipſe Reinwardum cooptabat in Caſtrenſem, vulgariter dictum *ein ledig Burgmann*, caſtri Schawenberg, ſimul pollicitus, eum ſe, ſicuti ceteros Caſtrenſes ſuos, defenſurum, omnique ope adiuturum. Reinwardus viciſſim promittebat, ſe Matthiæ & eccleſiæ Moguntinenſi fideliter ſua præſto futurum opera, eidemque non modo caſtra ſua Stralenberg, Waldeck, & Schriesheim patefacturum, verum etiam contra quoſcunque, ſi Epiſcopum Wormatienſem, Abbatem Elwangenſem, *Viros de Hohenloch omnes*, Conradum Pincernam Erpacenſem, cum maxime vero Ludouicum, Romanorum Regem, exceperint, inſeruiturum. Res vero acta Heiligenſtadii, peruigilio D. Laurentii martyris, præſentibus *Emichone de Spanheim*, & *Ioanne de Riſſenberg*, Canonicis Moguntinis, *Conrado* Decano, *Henrico* Cantore, *Theodrico* de *Suntra*, *Conrado* de *Northuſen*, eccleſiæ Heiligenſtadenſis Canonicis.

Comites duos Solmenſes in ſiduciarios recipit.

11) Diebus ſequentibus Comites Solmenſes, *Ioannem* & *Henricum*, in beneficiarios ſibi adſciuit. Ii enim caſtrum Hohenſolms, acceptis *quingentis* (vt verba litterarum in codice Diplomatico allatarum habent) *libris Hallenſibus*, ei, eccleſiæque Moguntinæ tradidere, *iure directi dominii perpetuo retinendum*. Matthias vero iſtud Ioanni & Henrico, poſtquam fidem ſuam, obſequiumque ſacramenti religione profeſſi erant, *titulo feodali* rurſum contulit in perpetuum; adiecta tamen hac conditione, vt caſtrum hoc ſit *domus aperta & domus ligia, vulgariter dicta, ein offen ledig Hus*, & tum Matthiæ tum ſucceſſoribus liberrime ſemper pateat, cum poteſtate, in hoſtem quemuis inde pugnandi, demptis *Sifrido, Comite de VVitichenſtein* & *Hartrado* de *Merenberg*. Scriptæ litteræ IV Kal. Septembr. Quæ omnia poſtea an. MCCCXXV rata habuere *Bernhardus* & *Simon*, Comites Solmenſes, hic, illorum patruelis, ille, frater, teſtibus *Craftone* de *Hazfeld*, Officiato, *Ioanne Cellerario*, *VVigando* & *Henrico* de *Martorff*, *Giſelberto* de *Badenhuſen*, Militibus.

Vicedominatus Ruſtenbergenſ. officium eccleſia redimit.

12) His item diebus Vicedominatus Ruſtenbergenſis officium, quod a multo iam tempore nobilis & opulenta quondam *Hanenſteiniorum* familia beneficii obibat titulo, ab *Henrico*, qui id iure tum gerebat hereditario, vna cum omnibus iuribus ac emolumentis, eius itidem curia in caſtro Ruſtenberg, aliisque bonis, penſione annua ei & vxori conſtituta, XV Kalend. Octobr. conſecutus eſt. Rem ex æquo bonoque factam teſtati ſunt *Sifridus, Comes* de *VVitichenſtein, Ioannes* de *Taſtungen*, Parochus Ruſtenbergenſis, *Hermannus* de *Bulzingsleben*, *VVenzelo* de *Rengolderode*, *Franco* de *Schnellenberg*, & *Tammo*, Milites; vt ex tabulis, tum confectis, & in codice Diplomatico legendis pateſcit.

Pacem Herbipolitanum inter ac Fuldenſem conciliat.

13) Ceterum eodem hoc anno, cum tranquillitatis publicæ ſtudium cordi haberet, *Henricum*, Abbatem Fuldenſem, inter & *VVolframum*, Antiſtitem Herbipolenſem, ſublatis litium cauſſis, pacem compoſuit: quam non longe poſt Ludouicus IV Imperator Norimbergæ die XVIII Nouembr. opportunis firmauit litteris. *Friſeus* chron. Wirzburg. in *VVolframo* cap. I p. 613.

inter Haſſum it. ac Hennebergenſem.

14) Eodem animo *Henricum*, Haſſiæ Landgrauium, & *Comitem Hennebergenſem*, bello diſtractos, redegit in concordiam. Id enim primis Pontificatus ſui annis factum, e *Fr. Cornelio*, qui id p. 440 memorat, colligere eſt.

Badenſi fert ſuppetias.

15) Paci tamen ita ſtuduit, vt armorum non omnem abiiceret curam. Ad hæc enim tempora referendum, quod Badenſibus aduerſus Wirtembergenſem tulit, auxilium. *Argentinas* ſane, qui nobis id memorat, rebus iſta tempeſtate geſtis interponit, & in chron. p. 123, *poſthac*, ait, *Eberhardus de VVirtenberg caſtrum Richenberg, quod Marchiones de Baden tenebant, potenter obſedit. Matthias Moguntinus cum magna gente ſubuenit eiſdem.*

16) An-

Carthuſianis defert.

16) Anno MCCCXXIV fratribus inſtituti Carthuſienſis, peculiari diplomate, feria VI poſt factam B. Mariæ annunciationem Bingæ edito, tum poſſeſſiones ac cenſus, quibus eos Petrus inſtruxerat, liberaliter confirmauit, tum indulſit, vt domicilio e valle S. Petri Moguntiam translato, in monte D. Michaelis, iuxta S. Albanum, ſibi clauſtrum ſtatuere poſſent.

Erfordiam ingreditur.

17) Eodem ſplendido apparatu Erfordiam venit. *Langius* chron. Citizenſ. p. 830; *Qui eodem anno Erfordiam intrans cum magna gloria ac reuerentia a clero & populo ſuſceptus eſt.* Loquitur autem de an. MCCCXXIV, quo Matthiam Petro, errore licet manifeſto, ſucceſſiſſe ſcribit. Tum vero ciues ac clerum ad concordiam opera ſua auſpicato reduxit. *Anonymus*, qui Lambertum continuauit, p. 263; *MCCCXXIII facta eſt magna diſcordia inter ciues Erphordienſes & Clericos, quod ciues quendam Clericum de furto diffamatum fecerunt ſuſpendio interire, qua de re ſtatim a diuinis clerici ceſſauere. Vnde commoti curias deiicere, domos deſtruere, bona diripere Clericorum per nefandos homines procurarunt. Quapropter Matthias Maguntinenſis Archiepiſcopus veniens Erphordiam, inter Clericos & ciues pacem faciens, eos concorditer reformauit.*

Albertum Halberſtadenſem confirmat.

18) Quin & diſceptationi Alberti Ducis Brunſuicenſis & Ludouici Neindorffii, quos ſciſſis ſuffragiis Canonici Halberſtadenſes elegerant, vacauit, & negotio probe diſcuſſo illum confirmauit. vid. *hiſtor. Alberti II Epiſcopi Halberſtadenſis*, quam e mſcr. edidit *Leibnitius*, p. 148.

Item cum Haſſo aliis decidendā committit.

19) Ipſe alioquin vsque huc contenderat cum Othone, Landgrauio Haſſiæ. Cauſſam & materiem varia præbuere capita; potiſſimum vero feuda ſiue beneficia Moguntina, quæ Ioannes, Othonis frater, ſine liberis defunctus, clientelari poſſederat iure. Enimuero hoc ipſo anno, die XII Iul. iuxta clauſtrum Arnſpergenſe, res, Henrico Abbate Fuldenſi adnitente, ad aliquam concordiæ faciem adducta. Delecti enim ab vtraque parte ſex eximiæ nobilitatis, virtutisque Equites; a Matthia, *Ioannes* de *Riedern*, *Ervvinus Lövv* de *Steinfurt*, & *Conradus Rud*: ab Othone, *VVenceslaus* de *Cleen*, Burggrauius Friedbergenſis, *Ioannes Riedeſel*, & *Bernhardus* de *Guns*. quorum e numero quatuor, vna cum *Emichone*, Comite Naſſouio, tanquam iudicii huius arbitrarii præſide, cauſſa probe diſcuſſa, ferrent ſententiam. Opportuniſſimi dein viſi, ex parte Matthiæ, *Ervvinus Lövv* & *Conradus Rud*; ex parte Othonis, *VVenceslaus* de *Cleen* & *Bernhardus* de *Guns*. Quibus cum data eſſet cognitio, Eylohæ prope Ameneburgum, ipſo D. Martini pervigilio ita decretum: Matthias caſtrum Schönenberg, vti hactenus, ita etiam teneat in poſterum. Munitiones, quas vterque ſua habet ſub poteſtate, poſſideat, vsque dum iudicatum fuerit, cui iure debeantur. In ſummam decem millium marcarum argenti, ob damnum, quod Otho ſe feciſſe dicit, cum Matthias rem ad tres pacis publicæ in Wetterauia aſſertores in ius deduceret, Matthias haud ſe putet obligatum. De clientelis vero ſiue feudis eodem die ſic pronunciatum; Landgrauius ea teneat, poſſideatque. Si Matthias ad ſedem ea Moguntinam rediiſſe ſibi perſuaſerit, Othoni apud Pares Curiæ diem det (*fur ſeine Man tagen.*)

Haſſum vocat in iudicium.

20) Inde Matthias illum ſub ipſa ſtatim anni MCCCXXV ſequentis incunabula in iudicium vocauit. Delectus, qui pro tribunali ſederet, *Vlricus* Bickenbachi Dynaſta, illuſtri vir genere, eximiæque auctoritatis. Adſeſſores aduocati *Fridericus Comes* de *Leiningen*, *Henricus Rugrauius*, iunior, *Philippus Dominus* de *Falckenſtein*, *Vlricus Dominus* de *Hanavv*, *Philippus* de *Spanheim*, *Conradus Schenck*, *Ervvinus Lövv* de *Steinfurt*, *Hartmannus* de *Cronenberg*, *Hartmannus* de *Brunnenberg*, *Conradus* de *Rudesheim*, *Herboldus* de *Heiſtatt*, *Eberhardus* de *Roſenberg*, *Carolus* de *Ingelheim*, *Eckartus* de *Helſenberg*, *Bertholdus Aduocatus* de *Vrſel*, *VVipertus Svvende*, *Dietericus* & *Eberhardus* de *Randeck*, *Ioannes* de *Hamborn*, *Henricus* de *Schezel*, *Ioannes Mareſchalcus* de *Lorch*, *Volpertus Hoſechin*, al. de *Hohenſels*, *Henricus* de *Lindavv*, *Sifridus* von *Sans Elben*, *Emico*, *Helſericus*, & *Billungus* de *Ingelheim*, fratres, *Rudolfus* zum *Silberberg*, Camerarius, *Salmannus*, *Volckmarus*, *Nicolaus*, & *Scherpelin*, Iudices Moguntini. Locus iudicio deſignatus *Olmena*, copioſus in tractu, qui vulgo Gauia dicitur, vicus. Vbi cum die Mercurii poſt Circumciſion. conſediſſent, viſum, Othonem per tres horas publice vocare. Cum vocatus haud comparuiſſet, feuda illa, de quibus lis erat, ſigillatim Comecia & iudicium prouinciale Haſſiæ, quod appellabatur *das Gericht*, Gudenſperga, Aduocatio Haſungenſis & Breitenauienſis, oppidum & caſtrum Velſperg, Milſungen, Wolfhagen, caſtrum Schardenberg, oppidum Zierenberg, & Immenhuſen, pro caducis habita, publiceque Matthiæ & eccleſiæ Moguntinæ adiudicata; conceſſa ſimul facultate, ea ab Othone poſcendi, & ſi intra quatuordecim ille dies iudicato haud ſtaret, armis ea ſibi adſerendi. Tandem omnium eo decurrit ſententia, vt Otho, quicquid tum impenſæ a Matthia factum ſit, reddat; Matthias vero, quod manu rem egerit, pacis fractæ haud ſit reus.

controverſiam de iure eligendi Præpoſiti D. Victoris amice componi vult.

21) Mox ſacris æque ac ciuilibus rebus, qua fide erat ac vigilantia, inſtitit. Vacabat tum Præpoſiti ad D. Victoris munus. Ius defuncto ſucceſſorem dandi ſibi competere rebatur ipſe; Decanus vero & Collegium id ei eſſe negabant. Donec lis decideretur, inter vtrosque conuenit, *Ioannem* de *Munſingen* (nepos is erat Matthiæ e ſorore) muneri iſti admouendum. ita quidem, vt Matthias id eidem conferret; ſimul autem Capitulum eundem ad id eligeret. Quo facto Vlrico de Conſtantia, Præpoſito eccleſiæ S. Seueri Erfurtenſi, ex parte Archiepiſcopi; Capituli vero ex parte Abbati cœnobii Erbacenſis, litteris Aſchaffenburgi XIV Kal. Febr. datis, negotium datum, rite, ſine partium ſtudio, curateque diſcutiendi, vtrum collatio Matthiæ electioni a Capitulo factæ, an

Capituli

Capituli electio collationi, vt vocant, Matthiæ Archiepiſcopi ſit præferenda. Et cum ii, re perpenſa, pro Capituli cauſſa ſenſiſſent, Matthias litteris, Oppenhemii V Nonarum Mart. perſcriptis, non libere ſolum faſſus eſt, electionem a Collegio factam factæ a ſe collationi præferendam eſſe, verum etiam Decano ſimul Collegioque, de iure hoc ipſis in poſterum libere relinquendo, cauit. Vtrasque, ſi libitum erit, legere poteris tomo II in *chronico D. Victoris*.

ſingularia quædā priuilegia ciuibus Mogunt. concedit.

22) Per eosdem ceteroqui dies ciuibus Moguntinis luculento ſe commodauit ſtudio. Mos tum inualuerat, in cauſſis pecuniariis publica ſtataque ſuſpendendi ſacra, in vrbe non minus quam ſuburbiis. Cui vt obuiam iret (grauis enim erat populo, & in contemptum diſciplinæ vergebat eccleſiaſticæ) nec ſua, nec Iudicum ſedi Moguntinæ obnoxiorum auctoritate, in id genus cauſſis, diuinorum officiorum interſtitionem in poſterum indici voluit.

Tum vero facultatem dedit Magiſtris ciuium, eorundemque miniſtris publicis, clericos, qui noctu per plateas vagarentur, cum armis eſſent, inſolenter agerent, comprehendendi, ac Iudicibus eccleſiaſticis primo quoque tempore tradendi. Suarum enim partium eſſe probe perſpiciebat, clerum a priſca ſenſim integritate collapſum, ne populo amplius offendiculo eſſet, aut moleſtus, ad vitæ incorruptæ & modeſtiæ officia reducere.

Edit. I p. 852.

Præterea, ne ſui hoſtibus ciuitatis vel cuiquam illorum, qui in ciues iniurioſi fuiſſent, aut in ius de re ſua ire nollent, vllum præberent receptum, diſerte prohibuit; ciuibus contra licentiam conceſſit, eosdem inſequendi, vbicunque eos inuenerint, etiam in locis & caſtris ſedi obnoxiis, capiendi, attinendi, atque in iudicium trahendi.

Inſuper, ne quis ciuium extra ciuitatem ad iudicium euocetur, quamdiu paratus ſit, iuri ſtare in vrbe coram competenti iudice, perinſigni indulſit gratia. Litteras de his Oppenhemii V Kal. Mart. ſignatas reperies in codice Diplomatico.

23) Quin haud contentus, hæc ad eorum ſtatuiſſe commoda, V Non. Mart. omnia & ſingula priuilegia, tabulis Oppenhemii confectis, eisdem denuo magna firmauit dignatione. Id quod etiam auctor ſequenti § breuiter notauit.

IV Confirmauit anno MCCCXXV Moguntinenſibus ciuibus a teloneo & precaria libertatem; confirmationisque huius apographum germanice proponit MSH.

Erfurti pōtem ſtatuit.

1) Hæc Moguntinenſium in gratiam. Erfurti vero pontem mercatorum lapideum erexit. *Gudenus* l. d. fide manuſcr. chronici Erfurtenſis ſcribens.

Nordhuſanos compeſcit.

2) Quod Nordhuſanos inſolentius tum contra magiſtratus, tum clericos agentes coercuerit, refrenaritque, auctor ante iam dixit. Id vero hoc anno MCCCXXV factum. Rem omnem ſcite exequitur *Gudenus* l. d. quem adeo audire non pœnitebit. *Diſſenſiones*, ait, *paullo poſt inter Electorem & Erfordiam orta. Cauſſa illarum Northuſia, quippe ibi contra ſenatores ingens tumultus. Clerici etiam furorem experti, quorum ædes ſpoliatæ, equi in ipſo templo ſtabulati ſunt. Motus iniquitate rei Elector, intentato prius, ſed contempto ſpirituali gladio, armata manu ſeditioſos aggreſſus, vaſallo ſuo Comiti de Hohnſtein, vt omnem commeatum intercluderet, mandat. Subito ligni penuria vrbs friguit, vt proprias etiam ædes ad culinæ fornacisque neceſſitates dirueret. Hanc ad expeditionem Erfurtenſes citabantur; illi ad ſubſidia contra fœderatam vrbem difficiles emanent. Grauiter tulit Archiepiſcopus, quod contra ſubiectionis iuramentum ſequelam negarent. Igitur Matthias, lecto aliis ſuis in territoriis milite, vtramque vrbem compeſcuit.*

fœderi ciuitatum nomen dat.

3) Eodem fœderi, quod Moguntinenſes, Argentoratenſes, Vangiones, Nemetes, ac Oppenhemienſes, de pace in tractu ſuperiori Rhenano ſeruanda, inter ſe pacti erant, nomen dedit, vt tranquillitatis publicæ procurandæ ſtudioſus erat, eique biennio poſt, adiectis aliquot articulis auctiori, denuo ſubſcripſit. *Fuchſius* ad Lehmanni lib. VII cap. XXVII p. 676.

denuo Imperatore eligendo cum aliis conſultat.

4) Quin Pontifici morem geſturus, cum Treuirenſi, Colonienſi, Leopoldo Auſtrio itidem, nuntiisque Papæ Confluentiæ ipſo hoc anno de Carolo, Galliarum Rege, ad Imperium ſubuehendo conſilia contulit; quæ cum haud procul ab exitu ſtarent, Bertholdus de Bucheck, frater, Domus Teutonicæ Confluentinæ Commendator, prouide diſturbauit, vt Matthias propoſito deſiſteret, & ſuaſor & auctor. Eo namque turbato, dein & ceteri deſtitere. *Albertus Argentinenſis* chron. p. 123. quem dum non recte cepit *Bzouius* ad annum MCCCXXV, inſigniter vapulat *Heruuarto* p. 305.

partem caſtri Steinach emit.

5) Anno tandem præcipite (datum namque litterarum eſt, *dominica proxima poſt feſtum natiuitatis Chriſti*) a *Conrado*, Pincerna Erpacenſi, eiusque coniuge *Ida*, partem, quam tenebant, caſtri iuxta Nicrum Steinacenſis (*Steinach uff dem Neckar*) cum bonis omnibus ac iuribus ad eam ſpectantibus, mille librarum Halenſium pretio in diœceſis Moguntinenſis poteſtatem redegit. Teſtibus id actum *Vlrico* Domino de Bickenbach, *Ioanne* de *Riedern*, & *Hartmudo* de *Cronenberg*.

Francofurti ædē B.M.V. inaugurat.

6) Subſequenti, qui MCCCXXVI a Chriſti natali extitit, Francofurti ædem B. M. V. quæ vulgo *in monte* dicitur, ſollemni cæremoniarum apparatu, qua in obeundis pontificii muneris erat diligentia, alacritateque, dedicauit. *Lerſnerus* chronici Francofurtenſis parte II cap. XXXVIII p. 114.

bona quædā ab Abbate Schönthalſi conſequitur.

7) Poſtridie vero diei memoriæ Apoſtolorum Petri & Pauli ſacræ noua Archiepiſcopatus Moguntini fortunas auxit acceſſione. Quippe a *Reinoldo*, Abbate aureæ vallis (*Schönthal*) Ord. Ciſtercienſ. conſenſu Vlrici, Abbatis

Edit. I pag. batis Cæſarienſis (vulgo *Kaiſersheim*, & contracte *Keisheim*) accedente, partim emptione, partim donatione obtinuit *omnes cenſus, ſturas, ſiue exactiones precarias vini, vulgo* Halwin *nuncupari ſolitas, iudicia, ſalinas, ſtupam baliniarem, & alia iura inferioris Hallis* (*Niedernhall* ad amnem Cocharum)

8) Poſt monaſterii Seligenſtadenſis res nouis auctiurus commodis, parochialem villæ *VVildemündsheim* eidem III Kal. Octobr. incorporauit, ſiue cum omni cenſu in perpetuum attribuit. Diploma, quo rem contignauit, dabit *VVeinckens* in Nauarchia Seligenſtadenſi p. 109. *Cœnobii Seligenſtade commoda profert.*

V *Vitam vero*, inquit lib. II *Wion*, *duxit caſtiſſimam. Dum enim quadam vice, eo ignorante, a Camerariis ſuis pulcherrima quædam virgo in cubiculum fuiſſet intromiſſa, vt eius ſanitati, conſilio, vt aiebant, medicorum, continentiam ei obeſſe affirmantium, conſulerent; virginem quidem blande a ſe intactam dimiſit: ſed Camerariis, ne talem rem amplius tentarent, ſub interminatione præcepit.* Exitiales profecto a Medicis illi, qui, per medicinæ ſpeciem, libidines, aliaque interdum dedecora proponunt ac ſuadent, quaſi lenoniam ſcilicet iam factitarent; multo illis peiores, quos de medendi methodo lib. I perſtringit vehementiſſime *Galenus*, quod ægris adulentur magis quam medeantur. Et vero imprudentes ac ſtolidi nos, qui de animi quam de corporis ſani- *vitam agit caſtiſſimam.*
851 tate, de ſempiterna quam de fluxa fugacique hac vita minus laboramus, & tam faciles illis aures damus; cum & medicamenta ſæpe alia ſuppetant meliora, & iſta obſint non raro. Memini magnum & excellentem alioqui virum, qui cum blandis ac fraudulentis id genus Medicorum conſiliis æquo ſæpius ac diutius obſequutus eſſet, grauiſſimo tamen cum cruciatu, ea ipſa ægritudine, cui remedium neſcio quod præſentiſſimum ac vnicum illi perſuaſerant, interiiſſe. Cur? *AEgrotauit*, inquit Scriptura, Rex *Aſa dolore pedum vehementiſſimo: & nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in Medicorum arte confiſus eſt.* Quanquam hic non *ars*, ſed mera potius inertia, fraus, & lenocinium dicendum, cui, quia in grauibus etiam morbis Verinus adoleſcens, Robertus Cardinalis, Iacobus Luſitaniæ Regis filius, Caſimirus Caſimiri Polonorum Regis filius, magno reſtitere animo, immortalem apud Deum & homines conſecuti ſunt gloriam. *2 Paral. 16. 12.* *Th. Bozius lib. 11 c. 6.*

Idem dicit *Argentinas* de rebus Bertholdi, Epiſcopi Argentoratenſis p. 168.

VI Secutus porro eſt Matthias noſter eum, quem præceſſor elegerat, Ludouicum Imperatorem. Verum (loquetur iam MSL) *homo audaciſſimus Ludouicus, paullatim abuſus ſua potentia, rempublicam Chriſtianam innumeris cladibus affecit: ſe non tantum a Romano Pontifice alienauit, verum etiam totis viribus & variis machinationibus illum oppugnauit. Primum enim Principis cuiuſdam viri vxorem, qua cum pluribus annis habitauerat, rapuiſſe fertur, & filio ſuo elocaſſe, quo Comitatum Tyrolenſem, & Ducatum Carinthiæ, ad mulierem iure hereditario pertinentem, ad ſuos transferret, contra creberrimas Pontificis admonitiones. Vocatus Auenionem, venire ad eundem renuit; ſed Romam adiit, vbi Papa tutus non erat, & a ſimplici Epiſcopo benedictionem & coronam accipit. Tradit Onuphrius, Romæ eum a quatuor laicis ciuibus Romanis, videlicet Sciarra de Columna, populi Rom. Capitaneo, Buccio Proceſſo, & Vrſino de Vrſinis, vrbis Senatoribus, & Petro de monte nigro, Equite populi Romani, contra veterem conſuetudinem coronatum. Nec eo contentus faſtu, Ioanni Pontificatum abrogare conatus eſt, Petrum Carbarienſem pſeudopontificem ex Franciſcano creat: qui ſui ſimiles Epiſcopos & Cardinales nominat, Pontificalia officia temere exercet, & quanta poteſt violentia vſurpat, ſummo cum ſcandalo & bonorum omnium mœrore. Ea rerum perturbatione excitatus haud immerito Papa, Ludouicum anathematis vinculo innodat, omnibusque Chriſtianis eum eccleſia Catholica excluſum denuntiat. Id Cæſar floccifaciens, quotquot ſibi aſſentientes habere potuit contra Romanum Epiſcopum concitat, eccleſiam ſcindit, CHRISTI Vicarium ſcriptis & factis perſequitur.*

VII Conuocauit Matthias anno MCCCXXVII ſynodum Epiſcopalem Moguntinæ prouinciæ: in qua, pro periculoſiſſimo temporum ſtatu, varia tractata ſunt, vt tradit *Trithemius* *. *concilium celebrat.*

* 1) Chron. Hirſaug. p. 166. qui ſimul addit; *Sed nullus aut modicus profectus ſecutus eſt, propterea quod & ipſe breui poſtea obiit, & clerum per totam diœceſin grauiſſima tribulatio propter a Papa datum ſucceſſorem præoccupauit.*

2) Obortum inter hæc cum Henrico, Haſſiæ Landgrauio, ob feudi controuerſias (de quibus ante) bellum. *Anonymus*, qui *Lambertum* continuauit, ad an. MCCCXXVI p. 263; *Facta eſt magna diſcordia inter Archiepiſcopum Matthiam & Heinricum Landgrauium, quod bona feudalia ab Epiſcopo, vt moris eſt, non ſuſceperat, vnde multa homicidia, rapina, incendia ab vtriſque partibus facta ſunt.* Idem dicit auctor *chronici Magdeburgenſis* mſcr. f. 224 a) *Anno MCCCXXVI facta eſt diſcordia magna inter Archiepiſcopum Matthiam & Landgrauium Henricum, quod bona feudalia, vt moris eſt, non ſuſceperat.*

Gieſſam obſidet & expugnat.

3) Hoc bello Matthias oppidum Gieſſenum, tractus Loganæ infra Marpurgum, obſedit, ac expertæ virtutis cohortes a Balduino mutuatus, ipſomet Balduino ſuperueniente, tandem cepit. Idem *Anonymus* l. d. *Sed Archiepiſcopus oppidum quoddam Gieſſen obſedit & cepit, & fautores ſuos in eo locauit, qui multa crudelitate bacchantes in cædibus hominum, & rapinis, & violationibus virginum & puellarum oppidanos multis calamitatibus oppreſſerunt, quod videntes iidem ciues, expulſis illis, priori domino ſuo Landgrauio dictum oppidum reddiderunt.* *Trithemius* (quanquam id perperam ad an. MCCCXX referat) p. 147; *Eodem mox anno præfatus Matthias Archiepiſcopus Moguntinus contractis copiis, & auxilium ferente prædicto Archiepiſcopo Baldevvino quoddam VVetterauiæ oppidum, Gieſſen nuncupatum, obſidione vallauit, expugnauitque tandem & cepit.* Conf. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XVII § LXXIV p. 209. De cetero *Argentinas* de rebus geſtis Bertholdi p. 168; *Extinctis multis illius terræ Nobilibus ſibi rebellibus, tandem Landgrauium Haſſiæ, iniuriantem eccleſiæ ſuæ, ſuper quibuſdam dominiis, cum exercitu validiſſimo perſequitur, cum quo decem hebdomadis in terra Haſſia copioſiſſime manens, factis conflictibus, combuſta terra, captiſque aliquibus munitionibus, mirabilia & inaudita peregit.* Excerpta *chronici Riedeſelenſis* mſcr. quæ dedit *VVeberus* diſſertat. I de parœmiis, parœmia II § VI p. 20; *An. 1327. Der Biſchoff zu Meintz Matthias erregte den Zanck vvider, der Lehen halber, vnd gedachte allezeit, vvie er den Landgraf tilgen, vnd das Land an ſich bringen mochte, fieng einen groſſen Krieg vvider den Landgraf ahn, tehe im groſſen Schaden. Auf ein zeit randen ſeine Leut für Marpurck, fiengen die Leuth in den Porten, furten ſie durch den Lôinbergk, namen auch mitt, vvas ſie vor Fihe funden. Die von Marpurk zogen nach bis gen Ameneburgk. Die Feinde hatten einen Hinderhalt, vvandten ſich, vnd ſchlugen die von Marpurk alſo, daſs ſie niderlagen, vnd iamerlich erſchlagen vnd gefangen vvurden. Darüber vvard der Biſchoff ſo mutigk, daſs ehr ein Heerfahrt berieffe, vvhe mit groſſer gevvalt in Heſſen, verkündigt öffentlich Ablas* &c. Edit. I pag.

Balduino ſuppetias fert.

4) Gieſſa capta, cum copiis omnibus ipſi mox Balduino ſeſe iunxit, mutuo auxilio aduerſus Boppardienſes, diœceſi rebelles, opem laturus. *Brovverus* l. d.

nouum caſtrenſem adſumit.

5) Et cum inter hæc caſtri Ronneburgenſis non plane nullam haberet rationem, defenſoribus illius pridie Kalend. Iun. adſcripſit *Conradum* de *Trimperg*, virum generis nobilitate ſpectatum, XX libris Hallenſ. de ſalinarum Vrbenſium prouentu, feudi caſtrenſis loco, eidem adſignatis, ac tamdiu ſingulos per annos exſoluendis, donec ducentis libris redimerentur; vti ex tabulis Aſchaffenburgi, dicto die, hac de re confectis fuſius ſuo loco cognoſcere eſt.

iura in oppidum Lauffen, aliaque emit.

6) Ceterum hoc anno in amplificandis ſacri patrimonii fundis ad ſollenne ſuum rediit, ac a *Rudolfo*, Marchione Badenſi, & *Vlrico*, Comite Wirtembergenſi, iura in oppidum *Lauffen*, partem item, quam ille tenebat, *Magenheimii*, *Brackenheimii*, *Guglingæ*, & *Blanckenhorn*, cum bonis contributis, pretio octo millium librarum Halenſium, Mercurii poſt diem D. Laurentii martyrio celebrem, eccleſiæ Moguntinæ quæſiuit.

cum Comite Ziegenhainio in gratiam redit.

7) Anno, quo ſupremum vitæ diem expleuit, inducta irarum, noxarumque obliuione, inimicitiarum cum *Ioanne*, Comite Ziegenhainio, finem fecit. Et ipſe quidem litteris die I Martii Aſchaffenburgi ſignatis, Ioannis ſalutem & fortunas aduerſus quoſcunque, demptis ſolum Imperatore, Septemuiris, & Epiſcopis ſedis Moguntinæ Suffraganeis (*alle Keirfurſten, die kore an dem Riche hain, alle die Biſchoffe, die vnder vns ſin, die vvir beſtedigen vnd vvyhen*) ſe propugnaturum appromiſit. Ioannes vero, profeſſus eſſe ſe Matthiæ caſtrenſem, eidem ſimiliter aduerſus quoſuis, ſigillatim Landgrauium Haſſiæ, ope auxilioque affuturum recepit, Colonienſi tamen, Monaſterienſi, Abbate Fuldenſi, Henrico, Comite Waldeccio, & Henrico, Comite Hennebergenſi, exceptis. Simul alter alteri in caſtris ſuis receptum liberum pollicitus eſt.

Trefurtum obſidet & expugnat.

8) Quin & Landgrauio & Marchioni Miſniæ ſocietate iunctus, caſtrum, oppidumque Trefurtum obſidione admota expugnauit. Refert id nobis auctor *hiſtor. de Landgrau. Thuring.* cap. XCII p. 938; *Aliquibus annis tranſactis iidem de Trivordia non ceſſauerunt a malis. Ideo Epiſcopus Moguntinus, Landgrauius Haſſiæ, Marchio Miſnenſis caſtrum & ciuitatem Drivordiæ obſederunt, & ceperunt anno Domini MCCCXXVIII.* Dubites tamen, id anno, quem ille dicit, MCCCXXVIII ſcilicet, factum. Tum enim bello adhuc implicitus erat cum Landgrauio. Vid. Excerpta *chronici Riedeſelenſis* l. d. p. 21, & adde, quæ ſequuntur in *Balduino* ad § II n. 2.

VIII Anno inſequenti MCCCXXVIII*, ad IV Idus Septembris (etſi epitaphium habet VI Calend. Octobris: quod de ſepultura intelligo) ſingulari Dei beneficio naturæ debitum ſoluens, *imminentibus periculis & turbis eſt ereptus:*

vir

Edit. I pag. *vir omni bonore perpetuaque memoria dignus*, ait Abbas Spanheimenſis. Numerantur a morte Petri anni VIII menſes III dies VI.

* *Mendoſe in Demochare t. 2 de Miſſa c. 24 anno* 1310 (Serar.)

obiit. 1) Obiit anno, quem auctor ſignat, XXVIII, non MCCCXXIX, quem *Albertus Argentinenſis* de geſtis Bertholdi p. 168, auctor *annalium Corbeienſium* p. 408, *Langius* chron. Citizenſ. p. 830 habent. Quippe *necrologium* ædis Moguntinæ maioris ad IIII Id. Septembr. diſerte; *MCCCXXVIII obiit Venerabilis Pater* Matthias *de* Buchecke, *Archiepiſcopus Moguntinus, qui rexit eccleſiam VII annis.*

veneno dicitur periiſſe. 2) Famam fuiſſe, ac ſi veneno interceptus fuerit, *Langius* l. d. p. 831 prodit: *Porro Archiepiſcopus (vt quidam ſcribunt) venenatus interiit.*

3) Præfuit autem annis VII, veluti *necrologium* explicate habet. Vt adeo *Trithemius*, dum l. d. p. 147 octo annos in dignitate Archiepiſcopali illum exegiſſe ſcribit, non de plenis intelligendus veniat. quot annis præfuerit.

4) *Populum autem ſuum in bona pace omni tempore gubernauit*, vt idem vult l. d. Papæ *Ioanni* ceteroqui fuit gratiſſimus. Vid. *Albertus Argentinenſis* de rebus Bertholdi p. 168. Corbeienſibus itidem bene fecit; quorum in annalibus p. 148 hoc nomine laudatur. laudatur.

sepelitur. IX In metropolitano conditus, cum hac epigraphe:

Mille trecentenis annis, octoque vicenis
Matthias Præſul, fuit iſte Comes, licet exul.
De Buchech natus, tamen exilio bene gratus.
854 *Magnanimus, iuſtus, virtutum ſole peruſtus.*
Verax, vt noſtis, inuictus, & hoſtibus hoſtis.
Donis magnificus: & amicis fulſit amicus:
Se ſatis hic ſtrauit, dum religione notauit.
Hic ſublimari meruit, quia pontificari.
Annos octo quidem, non plene rexerat idem.
Heu datus hic turmis, probitatis luxit in armis,
Exequias flendas peragas, data ſexta Calendas
Octobris: iuncta ſibi ſint cæli bona cuncta.

Adiutorem accipit. Ceterum ad partem curarum Archiepiſcopalium ſuſtinendam Adiutorem a Papa accepit *Henricum*, cognomento *Placidum*, Auſtriæ Ducem. quod cum alii prætereant, *Helwichus* in Elencho Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ ſect. VI p. 240 ex *Renſuero*, his annotauit verbis: *Henricus Archidux Auſtriæ, cognomento Placidus, Canonicus Moguntinus, Archiepiſcopo ibidem Coadiutor datus fuit a Ioanne XXII Romano Pontifice. Reſignans poſtmodum vxorem duxit. Obiit anno MCCCXXVII.*

HENRICVS III,

& ante eum

BALDVINVS Adminiſtrator.

I

FVerat iam ſecundum poſtulatus Balduinus, Comes Luceburgenſis, Imperatoris Henrici VII frater, Archiepiſcopus Treuirenſis: ſed adminiſtrauit quidem Moguntinum Archiepiſcopatum annos tres, Archiepiſcopus tamen Moguntinus nunquam vel fuit, vel, renuente Papa, eſſe voluit; de quo ita in Hirſaugienſi Chronico anno MCCCXXVIII *Trithemius: Matthia mortuo, iterum Clerus Baldeuinum Archiepiſcopum Treuerenſem poſtulauit, qui cum eccleſiam ſuam Treuerenſem, quam locupletem iam reddiderat, noluiſſet deſerere, Ioannes Papa XXII eccleſiam Moguntinam Henrico de Virnberg*, (qui infra ibidem male de *Wirceburg*, apud *Bruſchium* vero de *Firneburg*, cognomento, vt ait MS. *Büſsman*, Bonnenſis Præpoſitus) *ſine conſenſu Canonicorum dedit, eumque in Archiepiſcopum ordinatum, Moguntiam cum litteris & mandatis Apoſtolicis deſtinauit. Canonici autem multa contra eum allegantes crimina, ad ſedem Apoſtolicam appellarunt. Per trienniam itaque coram Papa Auinione litigantes, ne Moguntina eccleſia iterum Paſtore deſtituta, grauia incurreret damna, Papa*

Digitized by Google

ad inſtantiam eorum, Baldeuino Archiepiſcopo præfato ipſam eccleſiam Moguntinam adminiſtratorio nomine, vſque ad exitum litis, commendauit. Edit. I p. 854

Matthiæ locum prenſauit frater; ſed fruſtra.

1) Matthia fatis functo, titulos Moguntinenſes quidem prenſabat *Berchtoldus de Buchock*; quo minus vero fratri ſurrogaretur, inde erat, quod antea in conuentu Principum Confluentino Papæ diſturbarit conſilia. *Argentinas* in chron. p. 123 diſerte: *De quo cum Secretariis Papæ Ioannis Decanus Moguntinenſis* (Ioannes de Conſtantia) *detulit; quod ipſum poſt mortem Matthiæ Moguntini ab ipſius fratris Berchtoldi prouiſione retraxit.*

A Capitulo poſtulatus fuit Balduinus,

2) Interim ædis maioris Canonici poſtulabant *Balduinum*, Archiepiſcopum Treuirenſem. Pontifex vero, cum illi nil minus cogitarent, cathedræ deſtinabat *Henricum* Virneburgium; & cum percepiſſet, eos Balduinum poſtulaſſe, Præpoſitum, Decanum, & Capitulum corripiebat litteris VII Id. Nou. Auinioni ſignatis.

& dein Adminiſtrator conſtitutus.

Quo rerum ſtatu, Balduino, quem poſtulauerant, Adminiſtratoris deferebant partes; quas & ille, tum illorum, tum Sedis Moguntinæ Beneficiariorum impenſiſſimis precibus adductus, in ſe ſuſcepit, vt fortunis eccleſiæ Treuirenſis res Moguntinenſes, multis modis afflictas, fulciret iuxta reſtitueretque. Sic ipſe. Vide modo epiſtolam, quam ad Pontificem dedit, in Inſtrumento Notariorum, de quo infra. Bene alioquin heic auctor *geſtorum Balduini* anonymus lib. III cap. VI p. 145 ſeq. *Eodem anno Matthias Moguntinenſis Archiepiſcopus viam vniuerſæ carnis fuerat ingreſſus. Hic fratres Moguntinenſis Capituli Dominum* Baldewinum *ſuum Archiepiſcopum poſtularunt, & poſtea Dominum* Baldewinum *in propria venientem perſona ſuæ diæceſis tutorem fecerunt -- Iſto tempore Dominus de Virnenenburch* Henricus *a Papa fuerat in Archiepiſcopum electus, confirmatus eidem, & directus. Cui Canonici crimina imponendo & defectus, ad ſedem Apoſtolicam appellarunt.*

qui Comes fuit Lucemburgenſis.

3) Fuit autem *Balduinus* Comes Lucemburgenſis, *Henrici II* filius, *Henrici III*, Imperatorum vero huius nominis VII, frater. Quod vt vnicuique hoc diſtinctius ſubeat, ſequens apponere libet ſchema:

** conf. infra p. 682 tabulam ad Ioannem I allatam.*

* Ermenſindis,
Henrici cæci, Comitis *Namurcenſis & Lucenburgenſis*, ac *Agnetis* Geldræ fil.
vxor ſecunda *VValerami III* Limburgenſis, cui Comitatum *Lucenburgenſem* attulit.

* Henricus I,
Comes Lucenburgenſis,
vulgo *Blondellus* cognominatus.
Margareta, fil. *Henrici* Comitis Barrenſis.

* Gerhardus,
Dominus de Durbuy.

* Margareta.

* Catharina.

* Maria.

Henricus II,
** *caſus an. 1288 in prœlio VVoringenſi*,
vx. *Beatrix* d' *Aueſnes*,
fil. *Balduini*, Comitis Hannoniæ.

** Balduinus.

** Waleramus.
cum fratre caſi,
die *D. Bonifacii* martyris.
** *v. auctor geſtorum* Balduini *lib. I cap. 6.*

Henricus III,
Imperator huius nominis VII,
vx. *Margareta*, *Ioannis* Brabantiæ Ducis fil.
v. auctor geſtorum Balduini *lib. 2 cap. 1.*

Waleramus,
† an. 1311 in obſidione Brixiæ.
v. auctor geſtorum Balduini *lib. 2 cap. 12.*

BALDVINVS,
n. an. 1281.
Archiepiſcopus Treuirenſis,
Adminiſtrator Moguntinus
ab an. 1327 vſque ad an. 1337.
† an. 1354, 12 Kal. Febr.
v. Brovverus *lib. 17 annal. Treuirenſ. § 160 p. 226.*

II *Conſtitutus autem adminiſtrator oppida, caſtella, & munitiones totius diœceſis in ſuam poteſtatem accepit, & omnia ab incurſione prauorum, fortiter, cum magna induſtria & ſapientia, defenſauit.*

nomina Matthiæ diſſoluit.

1) Quin etiam nomina, quæ Matthias deceſſor aliique fecerant, de ſuo expediuit ac diſſoluit. Sic namque dictus modo *geſtorum Balduini* ſcriptor l. c. *Qui ſtatim cuncta ipſius eccleſiæ debita, ab anteceſſoribus multipliciter contracta, quia longiſſima cum Langrauio Haſſiæ fuerat in guerra, quæ nondum erat ſedata, ne aliqua ſupercreſcerent damna, de ſua propria pecunia funditus perſoluebat.*

cum Haſſo de bello comprimendo compoſitio.

2) Tum vero cum Henrico, Haſſiæ Landgrauio hanc de ſedando, comprimendoque inter ſe bello, Münzenbergæ ipſo hoc anno MCCCXXVIII, die Martis D. Martini ferias præcedente, fecit compoſitionem; dandam nimirum operam, vt quamprimum ſubortis diſſidiis modus imponatur. Hac fini eligendos eſſe arbitros, qui intra diem iſtum & reſurrectionis Chriſti anni ſequentis rem ad tranquillum pacis vſum reuocent. Electus autem ab Henrico *Ludouicus*, Epiſcopus Monaſterienſis; a Balduino *Gerlacus*, Comes Naſſouius. Præter hos vero ab vtroque Rex Boiemiæ. Adiecta conditio; Si Ludouicus & Gerlacus intra tempus præſtitutum rem ad pacis conditiones haud adducerent, tum ſe ſola Regis Boiemiæ ſententia ſtaturos, iudicatumque omni facturos fide.

III *Magna his diebus inter Clerum & ciues Moguntinos diſſenſio fuit,*

propter

Edit. I pag. 855 *propter libertatem eccleſiaſticam, illis iura & libertates ſuas defendentibus, iſtis autem ex aduerſo omnia infringere & violare laborantibus. Ad reprimendam igitur temeritatem Moguntinenſium Balduinus adminiſtrator caſtrum, Eltuil dictum, duobus a Moguntia miliaribus in deſcenſu Rheni fluminis ſitum, a fundamentis de nouo conſtruere cœpit, ipſamque villam muro vndique circumcinxit.*

Moguntinenſium pertinaciam reprimit.

Enimuero, non Cleri ſolum libertates oppugnabat ciuitas, verum etiam audebat, Adminiſtratoris violare imperium, atque eius improbare tutelam. Cui contumaciæ reprimendæ Balduinus, præter Altam villam, ædem etiam vici Flersheim ſacram, ad dextram Mœni ripam, magnis operibus circumductis in caſtelli modum muniit; vt Moguntinos, vſu commerciorum cum finitimis intercluſo, hoc magis ad rerum adduceret inopiam. Idem *Balduini* Biographus cap. VII p. 146; *Rogatur itaque Dominus Baldevvinus iura Moguntinenſis eccleſiæ rigidus obſeruare. Nam ciues Moguntinenſes, per excogitatam ſuæ malignitatis aſtutiam, ſub quadam æquitatis ſpecie quadam iura ſibi friuole vſurparunt, & Dominum Baldevvinum pro ipſius eccleſiæ tutore recipere recuſarunt. Quorum fines Dominus Baldevvinus circumquaque exercituali manu forti deprædando, deuaſtando, hoſtiliter ingreſſus, eorum inflatam ſuperbiam rigidius edomauit. Oppidum quoque Elteville appellatum, inter Moguntiam & Pingvviam ſituatum, ædificauit, & eccleſiam de Fleyrsheim incaſtellauit, vt mercimonia & alia, quæ de Franckenfort ſecrete deuehebantur, auferrentur, aliaque fortalitia circumcirca Moguntinenſes acquiſiuit, vt per ea prohiberet, quod victualia & alia neceſſaria nulla poſſent adduci: ſuique cum Moguntinenſibus plura bella & rixas habuerunt: ibique multi occiſi & læſi fuerunt; coactique frequenter Moguntinenſes per pontes & foſſata vsque ad portas ciuitatis fugati fuerant, de quo eos in eccleſiæ tutorem ſe recipere coartauit anno Domini MCCCXXX.*

IV *Interea Moguntinenſes Baldeuini obſidionem metuentes, vt dicebant, reuera autem cleri odio prouocati, Moguntiam die quodam* (quæ S. Laurentii dies in MS. dicitur anno MCCCXXX, in MSH. MCCCXXIX) *egrediuntur in manu valida & multitudine magna, ac monaſteria ordinis noſtri ædificiis & ſtructuris inſignia, S. Albani martyris, S. Iacobi Apoſtoli in monte ſpecioſo, ſanctique Victoris Canonicorum ſæcularium, vna cum caſtro in Wiſſenavv, pro magna parte deſtruxerunt, quemadmodum veſtigia in monaſterio S. Albani præcipue oſtendunt, vſque in præſentem diem. Monaſterium autem S. Iacobi, quia ciuitati proximum erat, cum inſigni eccleſia funditus euerterunt; pro qua temeritate poſtea ad Cameram Imperatoris citati ſunt, & in maxima pecuniarum ſumma ipſis monaſteriis ſoluenda iudicialiter condemnati*, anno MCCCXXXII. *Monaſteria vero ſucceſſu temporis reædificata ſunt, ſed ad priſtinum decorem non venerunt. Ab illo tempore vſque ad captiuitatem ciuitatis, quæ anno Wignandi Abbatis huius cœnobii tertio facta eſt, DEO iniuriam Sanctorum vindicante, fortuna Moguntinenſibus ſemper fuit aduerſa, quouſque tandem libertate amiſſa, in perpetuam ſeruitutem ſunt redacti.*

quidem monaſteria & eccleſias extra mœnia inuadunt & corrumpunt.

1) Cum Balduinus ciuitatem his, quas diximus, aliisque rebus vrgeret, Moguntini, metu obſidionis, an odio cleri, *D. Iacobi* monaſterium in monte ſpecioſo circumiectis munitionibus in caſtri firmarunt modum, ac monachis expulſis inſederunt: turres & partem murorum, quibus mons *D. Victoris* cinctus erat, deturbarunt: *D. Albani* clauſtrum vero incenderunt ac ſpoliarunt; vti quidem in *chronico Albanenſi* fuſius dictum. Factum autem id non an. MCCCXXX, ſed MCCCXXIX. Teſtimonio nobis ſunt collectanea miſcella Moguntina; *Anno MCCCXXIX ipſo die Laurentii ciues Moguntinenſes deſtruxerunt monaſterium* S. Albani *extra muros Moguntinenſes.* Quin ipſius *Henrici* Archiepiſcopi tabulæ anno MCCCXXX, XI Kal. Iun. editæ. In iis namque diſerte legas: *Quia propter incendium & effractionem* S. Albani *& incaſtellationem* S. Iacobi *monaſteriorum, ac ruinam turrium & aliquorum murorum eccleſiæ* S. Victoris *extra muros Moguntinos, ac ſpolium apud prædictum* S. Albani *monaſterium & contra quasdam perſonas eccleſiaſticas, vt dicitur, perpetratum* &c.

2) Balduinus interim ipſo hoc anno poſſeſſionibus eccleſiæ adiecit partem caſtri, montisque *Hirzberg*, quam pretio centum & quinquaginta librarum Halenſium coemit ab *Reinhardo, Domino* de *Stralenberg*. Res acta die S. Cæciliæ feſta, *Conrado* Pincerna Erpacenſi, & *Hartungo* de *Cronenberg*, Burggrauio Starckenbergenſi, adhibitis teſtibus. *emit partem caſtri Hirzberg.*

3) Ceteroquin eodem hoc anno a bellicis his ad ſacras conuerſus curas, die VIII Septembris *valli B. Mariæ* in Rhingauia, vulgo *Marienthal* (ædi ſacræ id nomen eſt) dedicationis impertiuit religionem, id quod in libello quodam germanico, eorum in vſus, qui eo ſupplicatum eunt, conſcripto, nos legere meminimus. *Vallem B. M. dedicat.*

V *Poſt annos autem tres, ſententia pro Henrico de Virnberg lata fuit, qui confir-*

confirmatus in Archiepiſcopum, denuo ad Moguntiam mittitur, & Baldeuino adminiſtrationem in manus eius reſignante, coram duobus legatis Apoſtolicis, a Clero & omni populo, mandatis Papæ, coactis, pro Archiepiſcopo, anno iam dicto MCCCXXXII *ſuſceptus, cum ſolennitate Moguntiam & eccleſiam introducitur.* Hæc *Trithemius.*

Sententia Imperatoris Ludouici contra Moguntinos Francofurti lata, itemque Salmanis Camerarii, Emerici Sculteti, & Moguntinorum aliorum de damnis reſarciendis, & concordia deinceps conſeruanda ſyngraphæ ſunt in MSH.

Sequuta vero fuit anno MCCCXXXIII tam copioſa & affluens vindemia, vt quemadmodum notat MS. pro vaſe inani, vt meliori vino compleretur, dari ſoleret vini optimi tantum, quantum alteri adimplendo vaſi ſatis eſſet; multi in vineis botri relinquerentur, duæque vini menſuræ vno Hallenſi denario (*Heller*) venirent.

adminiſtratione anno 1332 deceſſiſſe dicitur.

1) Balduinum *Trithemius* chron. Hirſaug. recogniti parte II p. 172, iam an. MCCCXXX iuſſu, mandatoque Pontificis *Henrico* locum aperuiſſe ſcribit. *Anno*, inquit, *prænotato poſt longam contentionem inter* Henricum *de* Virneburg, *cognomento* Buſmann, *& clerum Moguntinum coram Papa Ioanne prænominato apud Auenionem, vt ſupra diximus, habitam*, Henricus *tandem per ſententiam obtinuit, & mandato ipſius Papæ in Archiepiſcopum conſecratus eſt. Deinde comitantibus duobus legatis Apoſtolicis venit ad Moguntiam, & vt verus ac legitimus eccleſiæ Moguntinæ Præſul poſtulat intromitti. Scripſerat enim Papa* Baldewino *Treuirorum Archiepiſcopo, mandans, vt adminiſtratione cederet, & omnia Epiſcopalia* Henrico *reſignaret: clero etiam & populo præcipit, quatenus deſtinatum ſibi Archiepiſcopum reuerenter & cum honore ſuſciperent, & in cunctis illi fideliter obedirent. Qui vbi mandatis Apoſtolicis non poſſent reſiſtere, coacti ſunt obedire. Veruntamen ciuitatem* Henricus, *ſub conditione citius exeundi, propter diſcordiam, introire permiſſus, aliquandiu in Rhenigonia commoratus eſt.* Sed fallitur, fallitque, haud ſecus ac auctor *Serarius*, dum allatis illius e Sponheimenſi verbis addit: *anno iam dicto XXXII.* Balduinus quippe ad annum vſque MCCCXXXVII Moguntini Principatus iura moderatus eſt, vt ex *Inſtrumento Notariorum* anno MCCCXXXVII confecto, quod in codice Diplomatico ad verbum attuli, ſole clarius pateſcit.

ſed perperam.

Francofurti obit diem iudicialem.

2) Hæc inter autem non minus quam ante pro ſalute Sedis Moguntinæ egregia fide, vigilantiaque excubuit, variis ſemper diſtentus occupationibus. Et quidem ineunte anno MCCCXXXII, Francofurti ad Mœnum Lunæ ante Hypapantem (*den nechſten Montag für vnſer Frawen tag kertzwye*) diem obiit, cum Ludouicus IV Imperator cleri Moguntinenſis querelam aduerſus ciues Moguntinos inſpiceret. Fidem faciunt tabulæ, quas in *chronico D. Victoris* dedi, Imperatoriæ. Sic enim in iis Ludouicus: *Den tag vnd die ſtat wir von vnſer Kaiſerlichen gewalt dem Erwurdigen* Baldewinen *Ertzbiſchoffen zu Trier, vnd* Beſchirmer des Stieffts zu Menz *&c.*

Ordini Teutonico Boxberg reſtituit.

3) Poſt aliquanto Fratribus domus Hoſpitalis Teutonicorum caſtrum, oppidumque *Boxberg*, rogatu Bertholdi ſenioris, Comitis Hennebergenſis reſtituit; hac tamen conditione adiecta, ne vel ex caſtro vel oppido ſibi, ſedisque Moguntinæ Archiepiſcopis vllo tempore bellum aut damnum inferatur. Factum id tempore anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii. Notes autem velim, Fratres Ordinis, neceſſitate preſſos, id ſuperioribus annis eccleſiæ Moguntinæ tradidiſſe. Referunt id *Rudolfus* de *Maſmunſter*, Magiſter Ordinis per Germaniam, & *Bertholdus*, Comes Hennebergenſis, Commendator Wirzburgenſis & Boxbergenſis, in litteris Dominica *Reminiſcere* datis, quas in codice Diplomatico inuenies.

Moguntinenſes recipit in gratiam.

4) Dein ciues Moguntinos, qui interea pertinaciam poſuerant, in gratiam recepit. Stipulabantur, dum id peruigilio Ioannis Baptiſtæ fiebat, 1) ſe domos Canonicorum, quas deſtruxiſſent, Metropolitanorum intra tres annos refecturos. 2) ſe mille libras Hallerorum hoc ſtatim anno repræſentaturos ad clauſtra *D. Iacobi*, *D. Albani*, & *D. Victoris* reparanda; ſequenti rurſum mille; tertio tria millia, & ſic porro, vſque dum inſtaurata eſſent, quæ ipſi deuaſtaſſent. 3) ſe minime impedituros, quo minus Clerici, quandocunque velint, libere in vrbem reuertantur; ciues tamen anathematis eſſe exſoluendos. 4) vectigal, vulgo der *Pund-Zoll* dictum, ſeſe in vrbe, quamdiu Balduinus ſedis Moguntinæ Prouiſor eſſet, haud exacturos.

fœderi ciuitatum Rhenenſium accedit.

5) Tum vero fœderi, quod ciuitates Rhenanæ, Moguntia, Argentoratum, Spira, Vormatia, Oppenhemium, ſub id tempus inter ſe fecerant, litteris ſuis non robur ſolum adiecit, ſed ipſe etiam acceſſit. Legi poſſunt eæ apud *Lehmannum* chron. Spirenſ. lib. VII cap. XXXIII p. 692, & ſic incipiunt: *WIr* Baldwin, *von Gotes gnaden Ertzbiſchoff zu Trier, vnd* Pfleger der Stifte zu Menz *vnd zu Spire.* Datæ ſunt Norimbergæ *Veneris ante D. Bartholomæi.*

Hazfeldiis caſtrum Hazfeld confert.

6) Anno ſequenti MCCCXXXIII *Ioanni* & *Guntramo* de *Hazfeld*, Armigeris, caſtrum *Hazfeld* ritu fiduciario contulit; qui, cum id reciperent, tabulis peruigilio feriæ Virgini naſcenti ſacræ confectis, recognouere, *in feudum ligium & aperibile* id ſe recipere, *ita, vt eidem & eccleſiæ Moguntinæ aperibile ſit, & eſſe debeat omni tempore, contra omnem hoſtem, & ad omnem ipſorum voluntatem.*

de caſtro Rieneck pa-

7) Subſecuto MCCCXXXIV cum *Henrico* Comite Rieneccenſi, eiusque filio *Gerhardo*,

Clientem facit,

do, *Eliſabetha* Hohenloenſi, Comitis *Ludouici* Rieneccenſis vidua, illiuſque filiis *Gerhardo* & *Alberto*, pactionem fecit de caſtro *Rieneck*, lociſque aliis, ac ſimul eos in ſuam & Archiepiſcopatus Moguntini tutelam ſuſcepit. Tabulæ, quibus id perſcribi placuit, editæ MCCCXXXIV die Kiliani.

a Winſpergio loca quædam emit.

8) Poſtero MCCCXXXV, Martis poſt D. Walpurgis ferias, ab *Engelharto* Dynaſta Winſpergenſi, *Conradi* ſenioris filio, caſtrum *Schurburg* cum oppidulo ſubiacente *Solme*, quæ loca Archiepiſcopatui Moguntino pignori oppoſita erant, villas inſuper *Erlenbach*, *Britzvvangen*, *Eſenheim*, *Odenheim*, XXII M librarum Halenſium pretio in plenariam diœceſis poteſtatem redegit. Tabulas *Engelharti* Martis proxima poſt D. Walpurgis memoriam confectas ſigillis ſuis muniuere, *Conradus* Pincerna Erpacenſis, *Engelbartus* de *Eberſperg*, *Ioannes* de *Riedern*, *Eberhardus* de *Roſenberg*, *Gerhardus* de *Talheim*, *Henricus* de *Erenberg*, *Conradus* de *Neuenſtein*, *Henricus* de *Beringen*, *Reinhardus* de *Sickingen*.

Conrado Erpacenſi reditus quoſdam feudales confert.

9) Inde *Conrado*, *Pincerna* de *Erpach*, reditus annuos vnius carratæ vini, quos ei *Gerlacus* & *Reinhardus* de *Gaza*, filii *Gerhardi* de *Gaza* & *Lucardis* de *Erpach*, vendiderant, non firmauit ſolum, verum etiam beneficii titulo contulit. Erat enim caſtrum *Dagsberg* ac villa *Gugenheim*, ſub dicto caſtro, in ſtrada montana, ad quæ loca reditus iſti ſpectabant, feudum Moguntinum, *Petro* Archiepiſcopo a *Gerhardo* & *Giſone* de *Gaza*, fratribus, anno MCCCXII oblatum. Rem vberius cognoſces ex tabulis *Balduini*, quas ceteras inter inſerui *codici Diplomatico*.

Henricum de Abentrade in miniſterialem recipit.

10) Mox paullo vires Archiepiſcopatus adſcito nouo cliente auxit. Erat is *Henricus* de *Abentrade*; quem ducentis libris Halenſibus perſolutis *Miniſterialem* eccleſiæ Moguntinæ inſtituit, atque bona ipſius propria in tractu villæ *Gozfelden* iacentia, conſenſu filiæ *Irmengardis*, generique *Guntrami* de *Hazfeld*, feudi oblati nomine accepit. Actum id dominica proxima ante diem Virgini adſumtæ feſtum; *Godeſchalco* de *Sarnone*, *Conrado* de *Treyspach*, *Henrico* de *Selheim*, Militibus, *Arnoldo* de *VVyra*, *Ioanne* de *Selheim*, Armigeris, *Diethmaro* de *Selheim*, Magiſtro ciuium Ameneburgi; & *Ludouico* de *Selheim*, aliiſque teſtibus.

bellum gerit in Thuringia.

11) Quin, eodem hoc anno, qua Prouiſor Principatus Moguntini, bellum geſſit cum Comite Hohnſteinenſi, & ciuitate Erfordia. Et illi quidem arma intulit, quod ſua is ſibi cepiſſet conſilia, ſe auſus opponere, quamuis eccleſiæ Moguntinæ Vaſallus ſiue cliens eſſet. Huic vero, quod vlteriorem aduerſus illum detrectaret opem: vti pluribus videre eſt apud *Gudenum* hiſtoriæ Erfurtenſ. lib. II § VI p. 95 & ſeq.

Wertorfiis ſatisfacit.

12) Subſequenti MCCCXXXVI, VI Id. Octobris tranſegit cum *Agnete*, *Theoderici* de *VVertorf*, Militis, vidua, illiuſque filiis, *Hermanno*, *Ingebrando*, & *Theoderico*, ſuper *puteo quodam aqua*, *in vulgo* eyn Saltzburne, *iuxta oppidum Vrba*, nec non ſex equis, in *Petri* & *Matthiæ* Archiepiſcoporum ſeruitio deperditis. *Hermanno* præterea & *Ingebrando* id fecit gratiæ, vt eos in perpetuos oppidi Ameneburgenſis caſtrenſes cooptarit, traditis eiſdem feudi hereditarii loco ſex marcis denariorum Colonienſium, prouentus annui de villa *Kubach*, ſibi ab eis antea oblatis.

Berlichingio aream quandam confert

13) Poſtero MCCCXXXVII *Ioanni* de *Berlichingen*, Armigero, ad dies vitæ *in feodum* ſiue beneficium conceſſit *aream caſtrenſem in* Oren, *prope oppidum* Orengau *ſitam*; hoc tamen cum onere, vt *in area* dicta ſtatuat *propugnaculum* quoddam, *& alia ædificia ibi neceſſaria*, *in modum vnius fortalitii*, *iuxta Heilmanni*, *Decani Aſchaffenburgenſis*, *& VVilderici*, *Vicedomini ibidem*, *mandatum*. Teſtimonio nobis ſunt litteræ *Ioannis*, quas dedit anno hoc *MCCC trigeſimo ſeptimo*, *in craſtino Epiphaniæ*.

adminiſtratione ſe abdicat.

14) Et cum ita ſummam rerum vſque ad annum dictum MCCCXXXVII apud Moguntinos adminiſtraſſet, de prouincia deceſſit. Scilicet, indignationem veritus Pontificis, quem male habebat, ipſum rei tamdiu præeſſe, miſſis anno ſuperiori ad finem vergente Auenionem Nuntiis ac Oratoribus, *Benedicto* non explicuit modo, cur Archiepiſcopatus Moguntinenſis adminiſtrandi partes in ſe ſuſcepiſſet, hactenuſque non ſine multo labore ſuſtinuiſſet, verum etiam, voluntaria regiminis abdicatione, eiuſdem caſtra, oppida, villas ad manus Pontificis dimiſit. Litterarum datum eſt, *Anno MCCC trigeſimo ſexto*, *die XII menſis Nouembris*. Legatis auditis, *Benedictus* petito Balduini conceſſit, Nuntioſque in Germaniam miſit, *Guigonem* de *S. Germano*, & *Nicolaum* de *S. Audomaro*, Præpoſitos, qui Archiepiſcopatus poſſeſſionem actu ipſo reciperent. Quod & factum. Moguntiæ ſane die X April. an. MCCCXXXVII, in loco Capitularium conuentibus deſtinato mandata ſua Senatui ciuico expoſuere. Euolue *Inſtrumentum Notariorum publicorum*, de quo ſupra, in *codice Diplomatico*, & rem vberius cognoſces. Inde Bingam diſceſſum, vt ſimiliter agerent cum Capitulo. Ex quibus auctorem *geſtorum Balduini* interpreteris, qui cap. VIII p. 149 ita; *Voce imperatiua Papali & Cardinalium conſilio emiſſa anno Domini MCCCXXXVII Domino* Baldewino *& Capitulo Moguntinenſi fuerat mandatum*, *vt Epiſcopatum Moguntinenſem in manus duorum Legatorum ad hoc in Pingvviam deſtinatorum*, *tanquam in manus Papæ*, *libere reſignarent*. *Cui mandato Dominus* Baldewinus *obediens acceſſit Bacharacum*, *conuocans ibi Capitulum & Officiales eccleſiæ Moguntinenſis*, *precepitque eis*, *vt mandatis Apoſtolicis obedirent*, *& iuramento ſibi per eos præſtito libenti animo renuntiarent*. *Quo audito*, *quia videbant*, *quod eis amplius praeſſe non vellet*, *inobedienter ab eo receſſerunt*, *& contra voluntatem Papæ & Domini* Baldewini Henricum de Virnenburg, *eis a Ioanne Papa deſtinatum*, *contra quem prius crimina & defectus opponendo appellauerant*, *nunc in Archiepiſcopum acceptarunt*: *qui ſtatim omnia ſua temporalia a Ludouico Imperatore in feo-*

dum

dum recepta cum Domino Baldewino *eſt pacificatus.* Bene alioqui *Rebdorfenſis* ad an. MCCCXXXVII p. 615; *Et* Heinricus *Archiepiſcopus Moguntinus admiſſus eſt ad poſſeſſionem einſdem eccleſia, qua diu carnerat.* Edit. I p. 855

Et ſic deuenimus ad HENRICVM.

Illuſtri ortus familia. 1) Natus is fuit illuſtri, vetuſtaque admodum ſtirpe, *Virneburgiis* oriundus Comitibus. Pater ei fuit *Rupertus*; patruus, *Henricus*, Archiepiſcopus Colonienſis, *VVicboldi* de *Holte* ſucceſſor; fratres, *Ioannes*, Præpoſitus Xantenſis, & *Rupertus.* Haud piguit, eos, vna cum poſterorum ſerie, ſequenti ſchemate complecti.

* * *

2) Eſt autem Comitatus *Virnenburg* inter Aerem & Netam fluuiolos ſitus, ad limites Treuirorum, caſtro nobilitatus antiquiſſimo, quod prius ſui iuris erat (teſte *Bertelio*) & nulli maiori ſubiectum poteſtati; ſed anno MCCLXX Comitibus Lucemburgenſibus, pro ſumma CC libb. denariorum mutuo data, feudale effectum eſt, rem tum gerente *Henrico*, Comite de Virnenburg. *Buchelius* in notis ad *VVilhelmi Heda* hiſtoriam Epiſcoporum Vltraiectenſium p. 256.

quo appellatus fuerit agnomine. * 3) Agnomen, quo § I appellatum dixit MS. aliter effert ſcriptor Faſtorum Limpurgenſium, *Ioannes Gensbein*, p. 21; *In dieſer zeit vvar ein Biſchoff zu Maynez, der hieſſe* Burſſmann *mit dem zunahmen, und vvar von* Virnberg *gebohren, und hieſſe darum* Burſſmann, *daſs er gern tranck.*

Præpoſitus fuit Bonnenſis. 4) Præpoſitus autem tum temporis fuit Bonnenſis, vt bene obſeruauit *mſcr.* quem auctor § I citat. Teſtis enim inſtar omnium Papa *Benedictus XII* in Bulla Auenioni, XVII Kal. Ianuar. Pontificatus anno II data; *Dudum felicis recordationis* Iohannes *Papa XXII, Predeceſſor noſter, eccleſie Moguntine, per obitum bone memorie* Matthie *Maguntini Archiepiſcopi, tunc vacanti, ac per eundem Predeceſſorem, dum adhuc idem* Matthias *einſdem eccleſie regimini preſideret, diſpoſitioni Apoſtolice reſeruate, Venerabilem Fratrem noſtrum* Henricum, *Archiepiſcopum Moguntinum*, » tunc Prepoſitum eccleſie Bunnenſis » *Colonienſis diocesis, virum vtique de multis gratis obſequiis eccleſie Romane per eum preſtitis, ac aliis virtutibus multipliciter commendatum, de Fratrum ſuorum conſilio prefecit in Archiepiſcopum & Paſtorem, ac deinde ſibi fecit in partibus munus conſecrationis impendi, ac pallium de corpore S. Petri more ſolito aſſignari.* Ita ille; quanquam & idem dicat auctor *hiſtoria Landgrauior. Thuringia* cap. XCIII ad an. MCCCXXX p. 938; *Econtra Dominus Papa dedit* Henricum *de* Veraneberg, » Præpoſitum Bonnenſem », *& orta eſt magna diſcordia in diœceſi. Trithemius* in chron. Hirſaug. ad an. MCCCXXVIII p. 169 addit, Moguntinenſis eccleſiæ etiam fuiſſe Canonicum. Verum bene, neſcio.

Moguntinis 5) Pontificis ita prouiſione ſedi Moguntinæ deſtinatus, Bulla XVII Kal. Nouembr. an. MCCCXXVIII Auenioni data Decano & Capitulo eccleſiæ Moguntinenſis commendatus fuit; quanquam ſine effectu, vt ex iam dictis patet. *deſtinatur Archiepiſcopus.*

ciuitatis fauorem aucupatur priuilegio quodam. 6) Cum igitur a Clero non admitteretur, ciuium ſibi conciliaturus beneuolentiam, die III April. an. MCCCXXIX, dato eis pollicitus eſt diplomate, ſe nec vectigal nec pedagium intra milliare circum vrbem, in fluuiis æque ac terra, vnquam impoſiturum, vel a quopiam exacturum, niſi conſenſu ciuitatis (*daz vvir nimmer keinen zol oder kein gleides-gelt machen oder vffetzen ſollen vveder vf vvazzer noch vf lande bin einer wyl vveges umbe die Stat zu Meintz, noch von ymans nemen, es ſye danne mit der Stede vvillen von Meintz.*)

anathematis vinculo reos exſoluit. 7) Anno MCCCXXX ſequenti, nouam eis fecit gratiam. Incurrerant illi pœnas, in ſtatutis concilii prouincialis Moguntini iis conſtitutas, qui Clero petulanter vim, damnaque intuliſſent, atque adeo noxis illigati erant ac deteſtationibus eccleſiaſticis. Pollicitos, iis de damno ſe ſatisfacturos, quibus iure detrimentum reconcinnare deberent ac reſarcire, religionibus, quibus adſtricti erant, exſoluit, ac piorum in communionem reſtituit. Simili ratione illos, qui clericos Sedi pontificiæ non obedientes, eoque ipſo ſacris commerciis indignos, in cuſtodiam dederant, modo ne manus iis iniecerint violentas, pœnis eccleſiaſticæ exſecrationis haud eſſe obnoxios, litteris XI Kal. Iun. datis, pronuntiauit.

8) Quin, vſque adeo ſe iis dederat, vt anno MCCCXXXI, cum peterent, ſibi licentiam dari, cœnobium *D. Iacobi* vna cum turribus & ſacellis in area eiuſdem erectis, vel ex parte, vel penitus ad ſolum diruendi, potius eos ad *D. Petri & D. Stephani* Cantores reiecerit, quam improbato tam audaci poſtulato repudiarit. Litteras, queis duobus hiſce rem committit, datas *Kal. Decembr. an. MCCCXXXI*, leges in chron. *D. Iacobi.*

Ilfeldenſibus donationem quandam confirmat. 9) Et quamuis inter hæc Sedem inire non poſſet, quæ tamen pontificiæ auctoritatis ſunt, exercere non dubitauit. Siquidem anno MCCCXXXIII donationem monaſterio *Ilfeldenſi* a Comitibus Hohenſteinenſibus factam tabulis III Id. Septembr. publice editis firmauit.

Dedit

* O

Eliſabetha,
f) 3) vx. *Henrici*, cognomento *Placidi*, Ducis Auſtriæ.
b) † an. 1343, ſepulta Königsfeldæ.

Eliſabetha,
† an. 1380,
vx. *Ioannis de Sleida.*

1431.
ctobr.
ctus eſt.
ckenheim,

tis Falckenſteiniæ.

2

Anna,
vx. *Ioannis Martani*,
Domini *in* Arenberg.

2

Genofeva,
vx. *Henrici*, Comitis Naſſo-
uio-Beilſteinii.

Mechtildis,
vx. *Cunonis* Comitis *de* Leiningen-Weſterburg.

Wied,
el.

Philippus,
p) occur. an. 1495.
vx. 1) *Ioannetta*, f. *Iac*
Comitis Hornani.
2) *VValpurgis*,
f. *Philippi*, Comitis Solmenſis, & *A*

Anna,
virgo veſtalis in cœnobio
Bonnenſi *Engelthal*.
occur. an. 1485.

Mechtildis,
vx. *Cunonis* Comitis *de* Manderſcheid,
d. an. 1473,
vixit adhuc an. 1501.
heres Dynaſtiarum *Cronenburg* &
Neuburg, quas domui Mander-
ſcheidiæ attulit.

2

Philippus,
† an. 1534.
vx. 1) *Anna* ab *Egmond*,
vidua *VVilhelmi*, Comitis Bergenſis,
d. an. 1513 † an. 1517.
2) *Ottilia* Marcana,
† an. 1558.

a) Anno 1270 caſtrum *Virneburg* fide-
Comiti Lucemburgenſi, pro ſum m in
riorum fecit obnoxium, vt 5 2 feldæ
ab eo ſub lege beneficiaria rece

perſcripta: -- *Domino* Richardo *dare & praeſen-
tare in Epternacho promittimus CC libr. paruorum
Turonenſium nigrorum, ſeu valorem eorundem . .
conſtituimusque fideiuſſores Nobiles Viros, Dominum*
Henri-

Digitized by Google

ſchaft zu Falckenſtein *vnd* Munzenberg *von*
. R. Rich verſatzs vnd verpfands vverden iſt
nd vns demnach ein halber theill derſelben
vnd Statt von erbſchaft derſelben Grav- vnd
ſchaft vvegen zugetheilt vverden — 1424.
nt ſcilicet partem iſtam ſuam *Conrado III* Ar-
copo Moguntino, iure reluendi ſibi reſeruato.
e quo ciuitati Treuirenſi ſe fœdere iunxit,
erus l. d. lib. 18 § 106 p. 261.
& 1431 *Vlrici Manderſcheidii*, qui pro
piſcopo Treuirenſi ſe gerebat, partes omni
ntra *Rabanum* ab *Helmſtatt*, Epiſcopum Spi-
, Sedi a Pontifice deſtinatum, iuuit ac defen-
l. *Martini* Papæ *V* litteras ad *Conradum III*,
30 17 Kal. Octobr. datas, & alias eiusdem
m Septemuirale Collegium, 7 Id. Nou. ſi-
in *codice Diplomatico*. Conſ. *Kyriander*
Treuirenſ. part. 17 p. 261, *Brovverus* l. d.
§ 29 & ſeq. p. 273 & ſeq.
æ dixi ad *Serarium* l. 5 in *Theoderico* n. 29
ad § 2 p. 755.
uprecht *Grav zu Virneburg*, Ruprecht *vnd*

Wilhelm, *gebrüdere*, Junggraven *zu* Virneburg
bekennen — 1443.

m) *VVir* Ruprecht, *Grav zu Virneburg*, *Herr zu Saffenberg*, *vnd* Wilhelm, *Grav* zu *Virneburg*, *Herr* zu *Falckenſtein*, *gebrüder* — *als vnſer Anherr*, *Grav* Ruprecht *zu Virneburg ſélig* — 1446.

*m) Hoc enim *Iacobi I* Archiepiſcopi Treuirenſis partes contra *Ioannem Hurte* ſecutus eſt. *Brovverus* l. d. lib. 19 § 88, 89 p. 287.

n) vid. litter. *m)* præcedentem.

o) vid. annotat. ad *Helvvichii* Moguntiam deuictam ſect. 3 § 12 annot. ſigno † notata p. 162.

p) Quo reformationi parthenonis Horrenſis interfuit. *Brovverus* l. d. § 182 p. 313.

*p) Anno 1511 bellum mouit diœceſi Treuirenſi. *Brovverus* l. d. lib. 20 § 94 p. 327.

q)* Quippe quo *Schoneckum* Eifliæ, *Kempenich* &c. acceptis 40000 aureorum millibus Sedi Treuirenſi reddidit. *Kyriander* annal. Treuer. part. 15 p. 207, *Brovverus* l. d. lib. 19 § 160 p. 306.

** Hoc hoſtilia contra ciues Treuirenſes exercuit. *Kyriander* l. d. part. 17 p. 265.

cis, a *Carolo Ferdinando* Comite *de* Man-
probationibus ſtabiliuiſſe; ceteris, quas nul-
iſce annos Gerolſteinenſis, qui ſe ea maxi-
miſſe refert, adductis.

Dedit eas *Leuckfeldius* antiquitat. Ilfeldenſium cap. X § IX p. 88.

Moguntinos iuramento Iudæis debito exſoluit. 10) Sigillatim Moguntinenſibus veliſicari haud deſtitit, fauorabilis populi auram callide petendo. In tantum illi, hac rerum tempeſtate, æs inciderant, vt pæne non eſſent ſoluendo. quin Iudæis Vormatienſibus, Spirenſibus, Argentoratenſibus, Baſileenſibus animam fere debebant. Sanguinolentis enim vſuris pecunias ab iis mutuauerant, iure iurando conceptiſſimis verbis interpoſito, conſtitutis terminis, pro addicto, nomina, quæ locarant, ſe expedituros. Horum igitur ex impetu vt eos eriperet, ſacramento, quo ſe eisdem obſtrinxerant, ipſos exſoluit. Tabulas VI Id. April. an. MCCCXXXV hac de re confectas reperies in codice Diplomatico.

11) Atenim, vt dictum, an. MCCCXXXVII, Balduino Pontificis voluntate Adminiſtratoris de prouincia decedente, admiſſus tandem eſt. *ad poſſeſſionem archiepiſcopatus admittitur.* Simul ac vero Archiepiſcopatus regimen adiit, fratrem ſuum, Comitem de Virnenburg, & Conſiliarios Erfurtum ablegauit, qui, cum Præpoſito D. Seueri, Clerum & Senatum conciliarent. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. II § VI p. 97.

VI Pontificii autem beneficii, debitæque obedientiæ immemor Henricus Imperatori excommunicato ſemper adhæſit, quem recte quidem, habita Spiræ prouinciali Epiſcoporum ſynodo, Romamque miſſis Epiſcopo Curienſi, & Gerlaco Naſſouio Comite, legatis, a vinculo illo expedire niſus eſt: ſed cum cenſuræ illius cauſſam non corrigeret Imperator, fruſtra omnia. Vnde ira ingenti efferueſcens Imperator anno MCCCXXXVIII multa contra Pontificis Maximi auctoritatem Francofurdiæ in Principum conuentu dixit, grauique pœna, ne illius mandatis morem quis gereret, ſanxit. Cum tamen Auguſti die VIII ad templorum valuas affixi eſſent Pontificii contra hunc anathematiſmi, non defuerunt, qui, quolibet ſuarum etiam fortunarum periculo, cordate iis obſequerentur, in quibus (ſi Præpoſitum *Io. Conſtantienſem*, cognomento *Vnderſchuff*, excipias) fuere omnes S. Bartholomæi Canonici **, qui ſuis idcirco potiſſimis prædiis, villis, & decimis ab illo ſpoliati fuerunt: Dominicani etiam, qui vrbe ſtatim exacti, Carmelitæ, Franciſcani, & Teutonici.

Edit. I pag. 856

Ludouici partibus accedit. 1) Enimuero, non aliter poterat Henricus. Quum enim admitteretur, ad Archiepiſcopatus gubernationem, hac ipſa lege admiſſus eſt, vt Ludouico accederet, & munitiora diœceſis caſtra, oppidaque Capituli relinqueret in manu, poteſtateque. Non obſcure id prodit *Albertus* p. 127; *Capitulum vero, præſertim Magiſter Ioannes Vnderſchopf, Decanus Sedis prouiſus, adhærentes Imperatori, prædictum* Henricum *Archiepiſcopum, ligantem ſe primo Principi, retentis in manibus Capituli ſex caſtris, & abiuratis per eum, ne variare poſſet, ſcilicet Oppenheim, Bingen, Erenvels, Starckenberg, Lonſtein, & Miltenberg, concorditer receperunt, qui & poſtea ferventer adhæſit.*

de eo deteſtationibus abſoluendo agit. 2) Quod de Ludouico pœnis eccleſiaſticæ deteſtationis eximendo, habito Spiræ conuentu, laborarit, idem *Argentinas* narrat p. 127; *In diebus illis Spiræ conuenientibus Principe,* Henrico *Moguntinenſi* de Virnenburg, *Archiepiſcopo, item Argentinenſi, Auguſtenſi, Eiſtettenſi, Spirenſi, Curienſi, & quibuſdam aliis prouinciæ Moguntinæ conuocatis, miſſisque per eos litteris & nuntiis, ſcilicet Epiſcopo Curienſi, & Gerlaco Comite de Naſſavve, ad Papam, pro abſolutione Principis, & deliberato per eos, ſi Papa nollet, quod iterum conuenire deberent, & deliberare, quid faciendum eſſet de eo.*

Cæſaris res ſuſtinet Renſi. 3) Legatis, ſpe reconciliationis inciſa, reuerſis, anno MCCCXXXVIII Renſii, ſuper alueo Rheni, Septemuirum interfuit Comitiis, ac Cæſaris res pro viribus ſuſtinuit. Conditum ab illis tum SCtum, fœdus inſuper initum; quo commune ſtudium, Imperii libertatem, iuraque tuendi, profeſſi ſunt. Conf. *Schilterus* de libert. eccleſ. Germanicar. lib. VI cap. III § III p. 758.

4) Idem mox fecit Francofurti, quo Cæſarem comitatus erat. *& Francofurti.* Præſentia quippe ſua atque auctoritate publicationi legis Renſii rogatæ acceſſit; tum vero epiſtolæ ad Benedictum, qua politiam aduerſus Pontificis poteſtatem adſtruxere Septemuiri, nomen ſuum præſcripſit; *Henricus Archiepiſcopus Moguntinus, Electorum Principum Decanus.* Vid. *Leibnitius* cod. iuris gent. diplom. n. LXXVII p. 149. De cetero conf. *Albertus Argentinenſis* p. 129, *Henricus Rebdorfenſis* ad an. MCCCXXXIX p. 616.

** 5) De diſcrimine ac periculo, in quod per id temporis clerum Francofurtenſem incidiſſe auctor memorat, fuſius aliquanto agit *Latomus* in catalogo manuſcripto.

6) Sub vernum anni ſequentis MCCCXXXIX ieiunium, Francofurti ſollemnibus interfuit, quibus Cæſar Reinaldum Geldrum, & Guilielmum Iuliacenſem nouis auxit honoribus; illum Ducem ſalutando, hunc Marchionem. v. *Leibnitius* l. d. n. LXXVIII p. 151.

7) Canonicorum dein metropolitanorum ſibi conciliaturus animos, eiſdem parochialem vici *Sobernheim*, vna cum omni cenſu, fructuque, tabulis peculiaribus (quarum datum eſt, *Eltvil VI Kalend. Iul. an. MCCCXXXIX*) in perpetuum attribuit. *Canonicis Moguntinis parochialem Sobernheimenſ. confert.*

8) De cetero his etiam diebus, arbitri fungens vicem, *Georgium*, Comitem Veldentinum, & *Ioannem*, Comitem Siluestrem, diſcordibus animis inter ſe commiſſos, in priſtinam concordiam auſpicato reduxit. *Veldentino cum Comite Silueſtri pacem conciliat.* Loquuntur id tabulæ pacificationis tum confectæ, quas in [illegible] Bipontino tractaui.

de pace cum Palatinis ineunda agit.

9) Diſſidebat autem his diebus cum Comitibus Palatinis ad Rhenum, *Ruperto*, Adolfi fratre, & *Ruperto*, Adolfi filio. Materia & cauſſa erat caſtrum prope Zvvingenberg ædificatum. Vt res ad pacem, amicitiamque conuerteretur, arbitri delecti, *Ioannes*, Decanus Moguntinus, *Ioannes*, Præpoſitus Xantenſis, & *Conradus*, *Pincerna* de *Erpach*; quibus ſuperadditus *Godefridus* de *Eppenſtein*; qui dein hoc anno Francofurti, Lunæ poſt Ioannis Baptiſtæ natalem, tulere ſententiam.

Treuirenſi ſuppetias fert.

10) Ipſe vero Balduino Treuirenſi gratum ſe præbiturus, ei anno MCCCXL aduerſus *Ioannem*, Comitem Siluestrem modó dictum, auxilio venit, & communes operas locauit ad Dunam, arcem apud Nauam fluuium, obſidione cingendam, premendam. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XVII § CVI p. 212.

Halberſtadenſis cauſſam cognoſcit.

11) Halberſtadii etiam iisdem hiſce temporibus iudicis functus muniis eſt. Occaſionem præbuere turbæ, quas *Iacobus Schnellhard*, ſummi Sacerdotum collegii Decanus, ibi dabat, pertractis ſuas in partes Canonicorum haud paucis. His enim ſiſtendis, compeſcendisque cum ſe imparem vidiſſet Antiſtes *Albertus*, Henrici, tanquam Metropolitani ſui, opem implorauerat. Mittit autem Henricus, qui querelas inſpiceret, *Henricum Gothanum*, virum iuris apprime gnarum, ac Decretorum Doctorem: cauſſaque cognita Iacobum officio exuit, beneficioque. Vid. *hiſtor. Alberti Epiſcopi Halberſtadenſis* p. 149.

nouū a Cæſare priuilegium conſequitur.

12) Subſecuto, qui poſt Virginis partum annus fuit MCCCXLI, dato Ludouicus Imperator diplomate declarauit ac voluit, Archiepiſcopum Moguntinum haud obligatum eſſe, vt coram Aduocatis ſiue Adſertoribus pacis prouincialis reſpondeat; irritum itidem eſſe omne id, quod ab iis vsque huc aduerſus ipſum fuerit conſtitutum. Perſcriptum id fuit Werdæ Danubii (*zu VVirde*) Saturni ante Dominicam *Iudica* dictam.

clerum cum ciuibus Moguntinis componit.

13) Inter hæc autem variæ res Clerum ac Moguntinos egerant in diſcordiam. Cui vt finis aliquando imponeretur, Henricus inſtando euicit. Factum id anno hocce, qui MCCCXLI fuit, opportunis pacificæ pactionis litteris Altævillæ die, qui Mariæ Magdalenæ ſacer eſt, ſignatis: quas, ſi velis, apud *Lunigium* Spicileg. eccleſ. cap. II ſect. I n. LVI p. 48 legere poteris.

Canonicis Moguntinis bona quadā attribuit.

14) Sequentem MCCCXLII illuſtri ſtatim, ſummique templi Canonicis haud infructuoſo exemplo memorabilem fecit. quippe de vltimis cogitans, vt ſeptimi, triceſimique exequiæ, tum maxime vero parentalia anniuerſaria hoc maiore zelo ſibi olim haberentur, Decano, Capituloque archicathedrali vicum Mombach, vna cum aliis bonis, poſſeſſionibusque ſingulari contulit liberalitate. Tabulas rei teſtes ad verbum dedimus in codice Diplomatico, quem euoluas. Edit. I p. 857

Vicedominatum Erfurtenſem redimit.

15) Aliquot diebus interiectis Vicedominatus Erfurtenſis exercitium, quod longo tempore nobili familiæ, quæ nomen inde accepit, ac etiamnum *Vitzthumiorum* ab *Eckſtedt* appellatione nota eſt, ab fratribus homonymis, *Henrico* ſeniore, Milite, *Henrico* medio, & *Henrico* iuniore, Armigeris, ſibi & eccleſiæ Moguntinæ, feria Matthiæ Apoſtoli, redemit. Fuit id diſtinctum a muniis *Prouiſoris allodii Erfurtenſis*. quo conf. Catalogum *Prouiſorum & Vicedominorum Erfurtenſium*, hiſtoriæ *Gudeni* Erfurtenſi ſubiunctum.

Duderſtadii excipit homagium.

16) Menſe dein Martio Duderſtadium, quod *Henricus*, vulgo *de Gracia* cognominatus, Dux Brunſuicenſis, ſedi Moguntinæ pignoris oppoſuerat loco, conceſſit, ad ſacramentum ab oppidanis exigendum. Iuſſerat enim Dux, vt Henrico ciues id dicerent. Fecerunt itaque eidem pridie diei Dominicæ, qua eccleſia canit, *Lætare*, *huldam*, vt in tabulas relatum eſt, & homagium fidelitatis perpetuæ, ſi non redimantur.

Ius Boiemiæ coronandi Pragenſi ceditur.

17) Anno poſtero, qui MCCCXLIII a Chriſti natali extitit, factum id, quod auctor § XIV narrat, nempe quod Papa, dum Henricus Ludouici partes tam ſtudioſe tenebat, Pragenſi contulerit, & dignitatem Archiepiſcopalem, & facultatem, Reges Boiemiæ in poſterum inungendi, vt infra pluribus legere licebit.

caſtri Bolād vſum acquirit.

18) Vti vero rebus ipſe ſuis proſpiceret, obnoxios ſibi fecit Dynaſtas Bolandios, S. R. I. Dapiferos hereditarios, *Philippum*, *Othonem*, *Georgium*, & *Conradum* fratres. Extant enim litteræ, Dominica proxima poſt D. Lucæ memoriam datæ, quibus illi eidem caſtrum *Boland* ad ingreſſum exitumque liberrimum permiſere: ipſe vero eisdem, eorumque heredibus ſummo cum ſtudio contra quosuis ſeſe affuturum pollicitus eſt.

rurſus de pace cū Palatinis inſtauranda agit.

19) Recruduerat autem, dum hæc agebantur, vetus illud cum Palatinis diſſidium. Vnde rurſum finiendi iſtius lecti ſequeſtres, *Conradus Schenck* de *Erpach*, *Vlricus* de *Lindenfels*, & *VVernherus Gauer* de *Appenhem*; qui tandem, laudo Benshemii Martis ante D. Nicolai in litteras redacto, controuerſiæ modum imponere ſtuduerunt.

VII Anno MCCCXXXIX Palatinus Rupertus Heidelbergenſem ſtudiorum Vniuerſitatem extitauit, idemque poſtea graues cum Henrico Moguntino (quam ob cauſſam non inuenio) contentiones habuit, adeo vt an. MCCCXLIV, circa S. Martini feſtum, bella inſer ſe geſſerint. Henricoque non contemnenda cum manu ſuppetias tulerit Otho, Herbipolenſis Epiſcopus, quia eodem anno ipſi contra hoſtes ſuos pugnanti opem tulerat Archiepiſcopus.

Herbipolenſi auxilium fert.

1) Sequitur an. MCCCXLIV. Dicit autem auctor, Henricum Othoni Herbipolenſi tuliſſe ſuppetias. Res ita habet. Herbipolenſes, ne quis ciuium clericis horrea vinaria, granaria itidem, vino frumentisque reponendis, elocarent, ſcitum fecerant. Id ægre admodum ferebat Antiſtes Otho, &, quod in detrimentum non minus, quam deſpicatum ordinis vergeret

Edit. I p. 857 geret eccleſiaſtici, aboleri poſtulabat, exigebat. Cum diu verbis certatum fuerat, in bellum res vertit. Vtraque enim pars copias contrahebat. Henricus igitur Othoni ſubmiſit auxilia. Quod tametſi *Friſens* ſilentio prætermittat, habet tamen *Trithemius*, ac chron. Hirſaug. ad h. a. p. 195 *erat*, ait, *paſchale tempus, quando hæc diſcordia maxime efferbuit. In parte Epiſcopi Othonis fuerunt* Henricus, *Archiepiſcopus Moguntinus, Henricus quoque iunior, Comes de Hennenberg* &c.

turbis cum Palatinis implicatur. 2) Paullo poſt ipſe in turbas, motusque cum Palatinis bellicos deiectus eſt. Quam ob cauſſam ad arma deuenerit, ſe non inuenire ſcribit auctor. Forte nec *Trithemius* inuenit aut nouit; quippe generatim tantum l. d. p. 195 *Eodem*, inquit, *anno circa feſtum S. Martini bellum inter Henricum Archiepiſcopum Moguntinum, & Rupertum, Comitem Palatinum Rheni, Bauariaque Ducem, pro quibusdam controuerſiis inditur.* Sedenim ex arbitrorum ab ipſis eodem hoc anno lectorum, *Conradi Schenck* de *Erpach*, *Ioannis* Decani Moguntini, *Conradi de Rieperg*, Canonici, & *Ioannis Mareſchalli* de *VValdeck* ſententia, Saturni poſt ferias Pentecoſtales pronuntiata, facile colligere eſt, vnde fons turbarum profluxerit. Controuerſias ſcilicet inter ſe habebant de Principatu & Aduocatia Laurishamenſi, de iuribus, quæ Palatinis in ſuperiori illius eſſent parte, de Aduocatia Drechtingshuſen, Heimbach, caſtris & oppidis Ruſſenſtein, Alzey, Winheim &c. Cum maxime vero de Weinhemio, quod modo dictum, oppido ad Stradam montanam, vini prouentu & antiquitate non prorſus incelebri. Iſtius certe ſolum meminere, qui turbas has attigerunt, *Argentinas* p. 135, *Burgundus* l. d. lib. III p. 171, aliique. Cum ſat verbis certatum eſſet, ad vim res ſpectabat & bellum. ad quod perpetrandum vterque aliorum circumſpicere cœpit auxilia. v. *Friſens* l. d. quæ quidem alios inter Henrico tulit Otho, adductis quadringentis equitibus, peditibus octingentis. v. *Friſens* l. d. Atenim, Cæſare litem ſuum ad arbitrium reuocante, res in neruum haud erupit. Diſerte *Friſens* l. d. *Aber ehe er* (Otho) *an die beſcheidene vvahlſtatt vnd ort kame, vvard die beruhrte vehde in der güte hingelegt, vnd vertragen. Darum Biſchoff Otho mit ſeinem kriegsvolck zuruck vnd vvieder anheimzog.* Ita *Friſens*. A quo abit *Trithemius*, dum l. d. ſic pergit: *Adueniente autem termino Otho Herbipolenſis Epiſcopus in auxilium ab Archiepiſcopo ſuo vocatus, cum equitibus quadringentis & octingentis peditibus ad bellum electiſſimis, deſcendit ad Franckenfurt, locatisque haud procul oppido caſtris turmas hoſtium imperterritus expectauit: aderant & reliqui Moguntinorum auxiliarii, nihil aliud quam aduerſariorum cupientes pro eccleſia defenſione congreſſum. Sed Palatinus audiens tantam pugnatorum conueniſſe multitudinem, contremuit, nec procedere in occurſum expectantium auſus fuit: in ſuis enim ſe continens munitionibus, neque nuntios miſit, qui voluntatem eius preſtolantibus indicarent, neque ipſe accedere preſumſit, quamuis in diem ſextum fuerit expectatus. Vnde, poſteaquam domi remanere potius, quam ad certamen venire velle, notatus eſt, qui conuenerant ſinguli ad propria redierunt.* Hæc *Trithemius*: minus quoq; bene, nec per omnia ex vero. Rectius *Argentinas* l. d. *Idem Henricus Archiepiſcopus cum ante habuiſſet litem cum Roberto Duce Bauaria, filio quondam Rudolfi, fratris Principis, propter caſtrum & oppidum VVinheim an der Bergſtraſſen, & iisdem diebus litem haberet cum Marchione Miſſenenſi, filiaſtro Principis, & lis Ducis & Archiepiſcopi in Principem compromiſſa fuiſſet, qui in Franckfurt partibus terminum ſtatuit, ac partes, cum mutuo cum armata gente inibi conuenire niterentur, ac Princeps circa quatuor millia galeatorum ibi conuocaſſet, Robertus Dux videns, ſe non poſſe inibi dominari, cum paucis veniens, & ſe deprehendi ſuſpicans, repente receſſit. Propter quod Princeps Moguntino adiudicauit petita, Ducem in multis condemnando expenſis.* Quod vt hoc magis pateat, iuuabit adferre verba *Ludouici*, quæ hac de re ſententiæ, ſequenti anno latæ, ſcriptoque comprehenſæ, inſerta legas: *Datz vvir von des anlatzzes vvegen, als der Ervverdige* Heinrich *Ertzbiſchof zu Menze, vnſer lieber Fürſte, vnd die Hochgeborne* Ruprecht *der eltere vnd* Ruprecht *der jünger, Pfallentzgrafen bie Rin vnd H. in B. vnſer liben Vettern vnd Fürſten, an vnſ latzzen vnd gegangen ſind vmb die loſunge der Burg vnd Stat zu VVinheim, vnd vmb die vrteil, die demſelben Ertzbiſchof zu Franckenfurt geſprochen vnd irteilt vvar.* vid. *Schilterus* Commentar. ad ius Aleman. feudal. p. 415, *Tolnerus* codice Diplomatico Palat. n. CXXXVI p. 88.

3) Ceterum, vt id, ὡς ἐν παρόδῳ, notem, auctor *Serarius* errat, dum hic tradit, Rupertum an. MCCCXXXIX academiam Heidelbergenſem inſtituiſſe. Conſtat enim, & alibi iam demonſtratum eſt, condidiſſe illam Rudolfum, non anno MCCCXXXIX, ſed anno MCCCXLVI; Rupertum vero ſeniorem ſollemniter eam an. MCCCLXXXVI inauguraſſe. Vide additiones ad *Parei* hiſtoriam Palatinam p. 615.

4) Inter hæc vero Henricus Ludouico Francofurti, menſe Septembri, adſuit, & eodem cum Ordinibus reliquis animo capita reconciliationis a Pontifice dictata, decreto facto, repudiauit. *Argentinas* p. 134. *Pontificis dictata repudiat.*

VIII Eodem anno MCCCXLIV in bellum contra Turcas multa contulerunt Archiepiſcopi Treuirenſis, & Colonienſis, eorumque ſubditi. eaque propter (præter indulgentias tunc datas) facta iis diœceſibus poteſtas ouorum & lacticiniorum edendorum ſextis feriis, aliisque ieiuniorum, extra quadrageſimam, diebus, qua poteſtate donati non fuerunt Moguntini diœceſani, propter

paſtorem ſuum, quia nec dare quicquam voluit, nec a cenſo Ludouico diſcedere, prout omnia hæc refert MS. Edit. I p. 856

ærario ſacro nil infert ad bellum.

1) Quod Henricus nec Pontificis inuitamenta tum curarit, nec ſubſidii quid ærario ſacro, ad bellum contra Turcos, intulerit, quod tamen alii pecuniis liberaliter iuuabant, præter MS. quem auctor adducit, & *Trithemius* memorat l. d. ad h. a. p. 195; Henricus *de* Virneburg *Moguntinenſium Archiepiſcopus Imperatori Ludouico pertinaciter adhærens, nec gratiam Apoſtolicæ ſedis habuit, nec Papæ indulgentias curauit, & propterea neque in diœceſi Moguntina, neque in aliis diœceſibus illi, vt metropoli ſubiectis, lacticiniorum eſus alicui permittitur ſano & fideli Chriſtiano, niſi de ſpeciali gratia vſque in præſentem diem.*

Pontificis ambit gratiam.

2) Sequenti MCCCXLV quidem, ſuis litaturus iris, Pontificis ambibat gratiam. Cæſar namque, non ignarus, quantum rebus ſuis conduceret, Palatinos Comites non habere infenſos, ſententiam aduerſus ipſos Francofurti de poſſeſſione Weinhemii latam Norimbergæ reſciderat. vid. *Tolnerus* l. d. *Albertus Argentinenſis* explicate p. 135; *Poſthac Roberto Duce ſe cum patruo reformante, & iterum per Principem partibus termino ſtatuto, Princeps, quod VVeinheim pro certa pecunia, pro qua obligatum dicebatur Archiepiſcopatui Moguntino, eidem Duci per Moguntinum reſtitui deberet, decreuit. De quo Moguntinus commotus VVeinheim cum omni iure ſuo Capitulo reſignauit, dicens, ſe ſine illis compromittere nequiuiſſe. Et ex tunc quæſiuit ſe abſolui a Papa.* Fœdis tamen, duriſque, quas Pontifex dabat, conditionibus permotus, Ludouico ſe rurſus applicuit. *Burgundus* l. d. p. 173, *Adlzreitterus* l. d. *Argentinas* l. d. *Sed cum Papa eum nimis aſtringere vellet, non ſolum contra Ludouicum Principem, ſed etiam contra iura Imperii, nuntii eius infecto negotio ſunt reuerſi, ipſeque ſe cum Duce & Principe reformauit.*

Ludouico ſe rurſum applicat.

Canonicis metropolis. parochialem Kennicheim addicit.

3) Ceterum Canonicos metropolitanos nouo beneficio ſibi deuincturus, eccleſiæ Moguntinæ parochialem villæ *Kennickeim* litteris Aſchaffenburgi XVII Kal. Nou. ſignatis, cum omnis conceſſione prouentus liberaliter addixit.

IX Vocatus vero fuit is Aucnionem, vbi tum reſidebat Pontifex Clemens VI. Contempſit. Iudicio habito, contumax pronuntiatus fuit. Non correxit. De ſede Moguntina per ſententiam deiectus fuit, eiusque in locum ſuffectus Gerlacus, de quo paullo ante, Naſſouius, VII Idus April. an. MCCC. XLVI. Vi tamen & Imperatoris Ludouici manu, illam adhuc octennium integrum magno cum Moguntinæ rei detrimento, multisque cum factionibus & cladibus occupauit idem Henricus; præſertim cum potentiſſimum Comitem *Cunonem* a *Falckenſtein* & *Mintzenberg* ſibi Coadiutorem, & datis quibuſdam Moguntinis arcibus & oppidis, velut fidum quendam Achatem, deuinxiſſet.

diras Pontificis incurrit.

1) Anno quidem MCCCXLV ſacrorum interdicto publice notatus, eccleſiæque communione ſubmotus fuit. *Trithemius* ad h. a. p. 198; *Anno VVichardi Abbatis memorato Clemens Papa VI in Auenione reſidens, Henricum de Virneburg, Archiepiſcopum Moguntinum, ad ſe in propria perſona citauit, ad inſtantiam quorundam delatorum, propterea quod Ludouico Imperatori excommunicato iam diu nimis adhærere pertinaciter, & de auctoritate Romani Pontificis minus Catholice ſentire videretur. Citatus autem contempſit. Vnde Papa commotus eum in publico multorum conſiſtorio excommunicauit, & denuntiari per eius prouinciam præcepit.*

Archiepiſcopatu priuatur.

2) Sequenti vero ſede deiectus Moguntinenſi eſt. Credebatur enim pontificiis conſiliis aduerſaturus. Auctor, qui *geſta Balduini* nobis reliquit, lib. III cap. VIII; *Sequenti anno Domini MCCCXLVI* Henrico *de* Virneburg, *Moguntinenſi Archiepiſcopo, propter fautoriam Ludouici de Bauaria, ab omni pontificali honore a Clemente VI priuato* &c. *Argentinas* p. 135; *Illis etiam temporibus Papa Clemens Henricum de Virneuberg, Archiepiſcopum Moguntinum, depoſuit. Die menſis Aprilis VII*, vt *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. & *Raynaldus* annal. eccleſiaſt. ad h. a. habent. Profundius rei cauſſas nobis explicat *Burgundus*, qui, poſtquam lib. III p. 173 Pontificem Septemuiris minatum, ni aliud caput Imperio quærerent, ſe facturum, quod res exigeret, *nec*, ait, *intra verba ſtetit ferocitas animi. Ingenti fiducia rem adortus eſt. Cum Gallo, cum Bohemo, & Carolo conſultabat frequens, qua potiſſimum ratione inciperent. Ardua enim res videbatur. Opus erat plurium ſuffragiis, maxime vel Moguntini auctoritate, qui citaret collegas ad comitia. Nec Moguntinus in hac propudia videbatur poſſe perpelli, Ludouico chariſſimus, Caroloque infenſus, quia Epiſcopatum Pragenſem iusque coronandi Bohemiæ Regem a ſede eius auulſerat. Ceterum callidior Pontifex, Henricum VVerneburgium deiecit de cathedra, tanquam pollutum contagione ſceleris, quod cum Cæſare haberet commercium. In locum vero illius Gerlacum Naſſouium, factionis ſuæ ſatellitem, ſubſtituit.* Suffragantur *Adlzreitterus* annal. Boic, parte II lib. IV p. 70, *Heineccius* antiquitatum Goslarienſium lib. IV p. 345.

pro Archiepiſcopo nihilominus ſe gerit.

3) Tametſi vero exauctoratus erat Henricus, pro Archiepiſcopo tamen ſe gerere non deſtitit, per annos plus minus octo arma cum Gerlaco & certamina miſcens. Id quod & auctor h. l. refert, quamuis non adeo bene dicat, *vi & Imperatoris Ludouici manu* ſedem illum Moguntinenſem *integrum adhuc octennium* tenuiſſe. Qui enim Ludouici manu, quem ſe-

quenti

quenti ſtatim anno mortuum ipſe verbis ſat inuidioſis memorat?

Ludouico adeſt Francofurti.

4) Et Ludouico quidem eodem adhuc, quo exauctoratus fuit, anno Francofurti aſſedit, cum Ludouicus Bauariæ Dux, cognomento *Romanus*, iuri, quod in Comitatus Hollandiæ & Zelandiæ habebat, renuntiaret. quo vid. diploma Cæſaris tum VII die menſ. Septembr. confectum, apud *Antonium Matthæum* not. ad annal. Egmondan. *Ioannis a Leidis* p. 228, *Tolnerum* in cod. Diplom. Palatin. n. CXLVIII p. 99.

Conſentit, vt Prouiſores conſtituantur.

5) Ceterum hoc rerum ſtatu e re viſum fuit, ipſo quidem Ludouico auctore, certis quibuſdam reditibus Henrico adſignatis, conſtituere quosdam, qui loco ipſius rem adminiſtrarent. Fuere ii *Cuno* de *Falckenſtein*, Scholaſticus, *Nicolaus* de *Lapide*, Canonicus, *Eberhardus* de *Roſenberg*, Præfectus Dürenſis (*Vogt zu Durne*) *Ioannes* de *Randecke*, Vicedominus Rhingauiæ, & *Iohannes* de *Beldersheim*, Miles. Occurrunt ſane his nominibus, tituloque *Prouiſorum eccleſiæ Moguntinæ*, germanice, *Vormundere und Plegire des Stifts zu Menze*, in litteris anno MCCCXLVI, feria quarta ante Simonis & Iudæ, aliis itidem an. ſequenti MCCCXLVII, feria ſexta ante Epiphan. & feria ſecunda poſt feſtum Corporis Chriſti datis. Tandem *Conradus* de *Kirckel*, Præpoſitus eccleſiæ Spirenſis & Canonicus Moguntinus, ſolus poteſtatem omnem ad ſe traxit. Quod vt hoc clarius ſub oculos ſit, operæ pretium erit, audire *Albertum Argentinenſem*. Is in chron. p. 139 & ſeq. *Eo* ait, *tempore de conſilio Principis & voluntate H. de Virnenberg, Archiepiſcopi Moguntini, aſſignatis eidem reditibus mille marcarum, commiſſa eſt Adminiſtratio Moguntinenſis tribus Canonicis de Capitulo, quibus & Princeps auxilium iuramento promiſit, & ortum eſt ſchiſma magnum: Indicibus Gerlaci prouiſi Archiepiſcopi conſtitutis in ciuitate Moguntina, abſoluentibus ligata per Iudices H. depoſiti in Altauilla conſtitutis: proceſſusque Apoſtolici pro Gerlaco prouiſo directi per aliquos Moguntinos oſtiis eccleſiæ Moguntinæ affigebantur, affixos ſemper aliqui tollebant. Clerus quoque diuiſus. qui Henrico adhærebat, & obediebat, cœpit paulatim adhærere Gerlaco. Marchio quoque Miſſenenſis & Landgrauius Haſſiæ in partibus Thuringiæ multum infeſtauerunt Archiepiſcopum, Principe non eum defendente, aliis occupato. Erfordienſes vero Gerlaco adhæſerunt verbo, ſed non facto. Marchio quoque Miſenenſis oppidum Saltzach, ipſe vero & Comes de Hennenberg caſtrum Mulburg, Landgrauius vero Haſſiæ oppidum Nüvvſtatt, munitiones Moguntinæ eccleſiæ, pro ſe habendi animo, occupauerunt —— Eodem tempore, de menſe Septembri, Conradus de Kirckel, Præpoſitus eccleſiæ Spirenſis & Canonicus Moguntinus … a Principe & H. Moguntino, ſe ſolus, volentibus aliis duobus ſibi coelectis, de adminiſtratione eccleſiæ Moguntinenſis intromiſit, cui munitiones & gentes obediuerunt. Hic ſtatim omnes reditus Præpoſituræ maioris eccleſiæ Moguntinenſis abſtulit Ioanni de Columna Cardinali, qui vt Præpoſitus eam tenuit, reditusque omnium Prælatorum, Henrico non obedientium, occupauit. Hic treugas inter Principem & ſuos, ſpecialiter de VVeſterburg & Iſenburg, & inter Treuerenſes vſque ad feſtum natiuitatis Ioannis Baptiſtæ ordinauit, omnia gerens ſtrenue & prudenter.* Facit & huc Ludouicus Imperator ipſe. Is quippe in litteris, quibus Canonicos ad D. Petri Moguntinenſes banno Imperii liberat ac exſoluit, paullo ante obitum datis, ſic: *By namen die, die der Ervvurdige* Heinrich *Erzbiſchoffe zu Menze, unſer lieber Fürſte, oder der Erbar* Conrad *von* Kirckel, *DhumHerre und Vormundere des Stiffts zu Menze in yrn briefen bennenint.*

Edit. I p. 856

X Quin, cum ex equo, prope Fürſtenfeldt monaſterium, ruens, ceruices fregiſſet anno MCCCXLVII Ludouicus, ſucceſſorem ei elegit Henricus primo Angliæ Regem Eduardum: deinde, cum is abnueret, Miſnenſem Marchionem Fridericum; denique, cum & is non grauate honorem hunc poſthaberet, Guntherum Comitem Schvvartzenburgenſem, quem & Aquiſgrani, vti quidem ab Onuphrio ſentitur, coronauit.

XI Electus interea eſt eodem anno a Gerlaco, quem ſupra dixi depoſito Henrico ſubſtitutum, aliisque Septemuiris, Balduino Treuerenſi, Walramo Colonienſi, Rudolpho Saxonico, Ioanne Bohemico, huius filius primogenitus Bohemiæ Rex, Carolus IV, *bonus, doctus, ſapiens, linguarumque peritus*, vt in MS. dicitur. Hic vero Gerlacum electum, & a Pontifice confirmatum, vt ei Moguntinus Clerus ac populus, deſerto Henrico, pareret, valde adiuuit & Falckenſteinium Cunonem, de quo iterum poſtea, rebus, quas e Moguntina diœceſi tenebat, omnibus exuit.

XII Fuerat autem moris, vt propter tantam temporum difficultatem, amicta ſtola crux in ſummi templi medio poneretur, & coram ea quotidie a clero caneretur: *Media vita*, & Pſalmus, *Deus laudem meam.* Sublato autem Ludouico, fuit & illa ſolenniter ſublata, cantantibus omnibus, *Te Deum laudamus:* præſentibus Carolo IV, Moguntino noſtro, Treuerenſi, Colonienſi, Herbipolenſi, Spirenſi, Argentinenſi, & Bambergenſi, Epiſcopis, *aliisque plurimis Principibus, & viris nobilibus*, vt habet MSL.

XIII Anno MCCCXLVIII, quod Iudæi peſtis ac epidemiæ grauiſſimæ auctores, fontium puteorumque venenatores, infanticidiorum, ſcelerumque aliorum complurium rei haberentur, ſæuitum in eos, multis in locis, laqueo, gladio, & igne. ita vt ipſorum etiam domus incenderentur. *Dicitur*, inquit generatione a CHRISTO nato quadrageſima quarta *Nauclerus*, *tantus fuiſſe ignis Moguntiæ, quod magna campana ciuitatis in eccleſia S. Quintini, & pretioſæ feneſtræ ex igne defluxerint.* Edit. I p. 817

a componendo diſſidio non eſt alienus.

1) Atenim, vt ſtrictius paullo temporis inhæreamus rationibus, *Henricus*, Ludouico mortuo, a diſſidio tam funeſto amice componendo non alienus fuit: cum maxime vero *Conradus Kirckelius* de concordiæ ſanciendæ rationibus laborauit. Fidem facit *Argentinas* p. 142; *Interea* Conradus *de* Kirckel, *Miniſter Moguntinæ ſedis, ac Treuerenſis omnimodam concordiam tractauerunt inter H. Archiepiſcopum Moguntinum, ac Regem, & Treuerenſem Archiepiſcopum, oppidaque Imperialia in VVederaugia, Gerlacumque de Naſſovve, promiſum ſedis Apoſtolicæ, competenter prouiderunt in via: Henrico deſtituto poſt eius mortem ipſam ſedem habiturum quiete. Verum ipſe Gerlacus de potentia & adiutorio Caroli confidens, negotio infecto aſcendit Argentinam. Quod videntes H. Moguntinus, Conradus Miniſter eius, & prædicta oppida ſe liberis defuncti Principis obligarunt.*

Eduardum Anglum eligio.

2) Hoc facto *Henricus* anno ſequenti MCCCXLVIII Lohnſteinii cum Ruperto Rheni Palatino, Ludouico Marchione Brandenburgico, & Erico Saxone, de nouo Imperatore creando conſilia contulit, ac iis cum *Eduardo* Anglo Germaniæ regnum obtulit. Idem *Albertus* p. 145; *Ecce H. Moguntinus Ludouicus Marchio Brandenburgenſis, Rupertus Palatinus, cui in hoc alii duo conſenſerunt, & Ericus Dux Saxoniæ, —— de eligendo Rege alio, cum electionem Caroli irritam aſſerant, concordarunt. Miſſisque per eos pluries ſolennibus nuntiis ad Eduardum Angliæ Regem, ſibique electione oblata, remiſſisque per eum nuntiis, literisque, ſibi ſub caſtro Lonſtein, de non variando, ſub ſigillis ipſorum Principum aſſignatis, eoque deliberationem ſuam diutius protrahente, eo quod inter ipſum Francum tractabatur de treugis: Francoque ſciente, Anglum electionem Romani regni appetere, & ob hoc (ne creſcat eius potentia) treugas altas ſibi grauiſſimas recuſante; Angloque propter litem cum Franco in feſto B. Ioannis Baptiſtæ renouatam, de electione de ipſo facta intromittere ſe nolente: cum literis ſibi deſuper datis, remiſſis, Principibus reſcripſit, ſe iisdem Principibus fauoris ſui auxilium polliceri.* Idem dicit *Trithemius* l. d. niſi quod, neſcio quo lapſu, Oppenhemii eos conueniſſe tradat.

eo imperiũ recuſante, Marchionẽ Miſniæ.

3) Anglo oblatas Imperii faſces aſpernante, nouum Carolo æmulum, *Fridericum*, Miſniæ Marchionem, Chambii in Bauariæ finibus produxit. *Albertus Argentinenſis* p. 145; *Quo facto, iidem Principes Electores vocato Friderico Marchione Miſnenſi, abnepote quondam Friderici Imperatoris ex filia eius, genero prædicti Ludouici Principis defuncti, in principio menſis Iunii, in Kans Bauariæ conuenerunt: vbi inter eos actum eſt, quod idem Marchio prædictam Beatricem, olim Imperatricem, in vxorem duceret, & de Romano regno ad eorum electionem intromittere ſe deberet —— Poſthac Marchio Miſſenenſis deſiſtens a propoſito, receptis a Carolone X millibus marcis, facto ſibi homagio, & excepto, ne contra filios defuncti Principis faceret, ab ipſo feudorum Imperialium inueſtituram accepit: quamuis enim iuuenis, arthritico tenebatur, & infra biennium moritur.*

& deinde Güntherum Schvvarzburgium.

4) Adeo & eo Caroli artibus & pecunia a ſpe, Henrico & Collegis facta, ad alia abducto, ſub initium anni ſequentis, qui MCCCXLIX fuit, Cæſarem Francofurti ſalutauit *Guntherum* Comitem Schvvarzburgium. *Albertus Argentinenſis* p. 150; *Guntherus, Comes de Schvvarzenburg Thuringiæ, ætatis circa XLV annorum, vir robuſtus, bellicoſus, ſtrenuus, & prudens in bellis; qui in ſeruitio Henrici Moguntini, & quondam Ludouici Principis plurimum laborauit, quique in pluribus conflictibus feliciter præualens, propriis capiendo & talliando Barones, plurimum eſt ditatus, a Principibus Carolo contrariis, vt ſe intromitteret de regno, rogatur. Qui primo renuens, tandem eo pacto annuit, ſi in Franckfurt per Principes & Nobiles ſententiatum fuerit, vacare Regnum & Imperium, maiorque pars Principum, qui ſimiliter per ſententiam declarati fuerint ius habere, ipſum abſque omni ſimonia elegerint, per Deum dicens, ſe expoſiturum periculis pro Deo & Imperio corpus ſuum. Hoc facto, cum exercitu ſuo in campo ſe poſuit iuxta Franckfurt, feria ſexta poſt Hilarii, an. MCCCXLIX, conuenientibusque inibi Principibus quatuor, & multis aliis Baronibus, & per ſententiam decreto, Imperium vacare, & eisdem quatuor competere ius eligendi, electus eſt in purificatione per Henricum Archiepiſcopum Moguntinum, Ludouicum Marchionem de Brandenburg, Rudolfum de Bauaria, Palatinum Rheni, annuente Ruperto ſuo fratre, & capto tum Ruperto fratrueli eorum, & Ericum Ducem Saxoniæ.* Tabulas, quibus ſe Güntherum elegiſſe teſtatur Henricus, dedit *Struuius* parte I *des Hiſtoriſchen vnd Politiſchen Archivs* ſect. III p. 30. Quod ipſum Aquiſgrani etiam coronarit ille, inaniter ſane opinatus eſt, quem auctor adduxit, *Onuphrius*.

Conrado de Kirckel capto,

5) Inter hæc contigit, vt *Conradus*, Kirckelii Dynaſta, menſe Februar. an. MCCCXLVIII a Naſſouiis captus, daretur in cuſtodiam. *Eodem anno, menſe Februario, Conradus*

Edit. I p. 857

radus de Kirckel, miniſter Moguntinenſis eccleſiæ, a Ioanne iuniore Comite de Naſſavva cum multis armatis capitur. Ita *Albertus* p. 145. Et *Rebdorſenſis* p. 629; *Quidam Canonicus eccleſiæ Moguntinenſis dictus* de Kirckel, *procurator in temporalibus eccleſiæ factus per Hainricum depoſitum, captus fuit per fratres Gerlaci Archiepiſcopi: propter quod adhæſores eius comitatum illum de Naſſavve deſtruxerunt incendiis & rapinis.*

Prouiſor cõſtituitur Cuno Falckenſteinius.

6) Quare viſum, Conradi in locum alium adſumere. Is vero fuit ipſe hic, quem auctor memorat, *Cuno* de *Falckenſtein*, Scholaſticus Moguntinenſis. *Argentinas* l. d. Cuno *de* Falckenſtein, *Canonicus Moguntinenſis, in miniſterio per Capitulum ſubrogatur.* His adde litteras *Henrici* Iſenburgii anno hoc MCCCXLVIII perſcriptas. In iis enim ille: *VVir* Henrich *von* Iſenburg, *Herr zu Budingen, bekennen, das vvir vmb des Ervvurdigen in Got Vatter und Heren, vnſers Hern Hern* Henrichs *Erzbiſchoven zu Menze, vnd des Edlen Mans Hern* Conen *von* Falckenſtein, *Vormunder des Stifces zu Menze* &c.

de turbis, quibus vterque implicitus fuit

7) Vix autem *Cuno* procuratoris ſubierat munus, cum affitim eſſet, quod ipſe ageret, affatim, quod *Henricus*. Naſſovius Conradum in libertatem reſtituere detrectabat. Hinc viſum, armis ipſum liberare. *Hic* Cuno *ſurrogatus*, ita *Albertus* pergit l. d. *nullis pactis Conradum liberare valens. Audito etiam, quod captor etiam eum captum optabat, Gerlacum patrem de Naſſavve, natum quondam Adolfi Regis Romanorum, ignis incendio & omni inquietudine infeſtauit, eidem vltra LXX villas comburens: Carolone Rege in Bohemia exiſtente, nec eundem Comitem in aliquo adiuuante, quamuis Conradum captum durius tenuerit propter Regem. Emiſſo autem capto ad tempus, ſub cautione aut dandi VIII millia florenorum, vel ſe repræſentandi, non minus idem Comes per miniſtros Moguntinenſes & oppida in VVederangia extitit infeſtatus, ita quod tandem captos dimiſit, & cum H. Archiepiſcopo concordauit.*

8) Enimuero, neque ſic Henrico atque Cunoni quietis eſſe licuit. Partim enim Conradus Kirckelenſis, partim Balduinus Treuirenſium Præſul eis faciebant negotium. De illo *Albertus* l. d. *At* Henricus *Archiepiſcopus & prædictus miniſter* de Valckenſtein, Conradum *de* Kirckel, *etiam petentem, non vltra ad miniſterium admiſerunt; timentes, eum conueniſſe clam de aliquibus munitionibus Archiepiſcopatus tradendis cum captore: propter quod inter ipſos* Conradum *&* Cunonem *diſſenſio fuit ſuborta, propter impenſas & damna, quas & quæ* Conradus *de* Kirckel *in miniſterio ſe aſſeruit ſuſtinuiſſe. Mortuo interim Io. de Columna Cardinali, Præpoſito eccleſiæ Moguntinenſis, prædictus* Cuno *de* Valckenſtein, *&* Reinhardus *de* Spanheim, *Canonici eccleſiæ Moguntinæ, in diſcordia ſunt electi.* De illo itidem *Albertus* p. 146; *Treuirenſis Archiepiſcopus cum magna gente caſtrum Iſſenburg obſedit, & læſis pluribus de ſuis, parante quoque* Henrico *Moguntino ſe ad obuiandum eis, quaſi confuſus, receſſit.*

ſubdolis promiſſis a Cæſare circumſcribitur.

9) Maioris tempeſtatis timor impendebat, cum Guntherus animum induxiſſet, de Imperio decedere. Verendum enim erat, ne Carolus, æmulo remoto confirmatior factus, Gerlaco ad Archiepiſcopatum vi occupandum auxiliares præberet manus. Factum tamen, vt litteris ille publicis, quarum in codice Diplomatico inuenies apographum, in caſtris iuxta Eltvil promitteret, ſe Gerlaco nec contra ipſum, nec Cunonem de Falckenſtein, ceterosque nominatim in iis recenſitos vllo modo adſtiturum, vel ſuis conceſſurum, vt quempiam illorum impetant, vexent, ac lædant. Quam ingenue, patebit in Gerlaco.

cum Haſſo contendit.

10) Interim, ſi *chronici Riedeſelenſis* excerpta conſulas, an. MCCCL res ei erat cum Henrico Landgrauio. Sic enim ibi; *Anno* 1350 *als Landtgraf* Heinrich *vnd Biſchoff* Heinrich *zu Meintz, ſeinde zuſammen vvaren, vnd manch gerenne vnd geruf vvahr, zog der Landgraf mit groſſer macht vor ein Schlos, genendt* Haldershem *bei* Geiſmar, *vnd hatt mit ſich den Herzog van Braunſchvveg, vnd den Landtgraf van Duringen, vnd lage lang darvor, gevvan es auch, vnd lies es zu grunde abrechen. Darnach als der Landtgraf ſein volck meiſtens von ſich hatte heim gelaſſen, kam der Biſchoff von Meintz mit groſſer gevvalt in Fritzlar, vnd zohe aus, den Landtgraf zu beſchedigen; da kam der Landtgraf im entgegen bei Gudensberg, vnd ſtritt einen groſſen ſtreit, vnd bleiben viel thott vf beiden ſeiten, idoch behilt der Landtgraf das feldt mit groſſen ehren, vnd fing den Hern van Firneberk (der Biſhof iſt einer von Firneberg gevveſen) den Herrn van Dine, vnd andere viel van dem Reine.*

cũ Marchionibus Miſniæ in gratiam redit.

11) Ipſe alioquin anno hoc MCCCL, feria quinta ante D. Bonifacii, cum *Friderico, Balthaſare, Ludouico, & VVilhelmo*, fratribus, Marchionibus Miſniæ, in concordiam rediit. Conditiones erant; inducendam omnem irarum noxarumque obliuionem. Pacificæ pactionis tabulis comprehendendos omnes, qui quidem iis includi velint; ſigillatim *Iuttam*, Comitem Hennebergenſem, & *Henricum*, Comitem Honſteinenſem, Sondershuſæ poſſeſſorem ac dominum. Captiuos vtrinque dimittendos liberos. Sedi Moguntinæ reſtituendum caſtrum *Mulburg*. *Salzam*, oppidum & caſtrum, *Harburg* itidem & *VVorbes* iure tenenda communi.

XIV Coronarant vero hactenus Bohemos Reges, & Suffraganeos habuerant Pragenſes ac Olomucenſes Epiſcopos Moguntini Archiepiſcopi: ſed propter Henrici non auaritiam, vt ait *Bruſchius*, dicens, *eum auro ius hoc vendidiſſe*, ſed propter factiones non infrequentes, dedit Carolus IV operam, vt Pragenſis Epiſcopus Archiepiſcopus fieret, coronationis ius obtineret, eique ſubeſſet

eſſet

eſſet Olomucenſis *. Cuius rei extant adhuc in Francofurdiana S. Bartholomæi bibliotheca Clementis VI diplomata, ſicuti & Henricianæ depoſitionis. Ne tamen iniuria eccleſiæ Moguntinæ fieret, nouoque Archiepiſcopo Gerlaco, dedit eidem Carolus oppidum *Höſt* cum adiuncto telonio, anno MCCCLII, qui & Francofurtenſibus priuilegia, nundinasque, quas eo Fridberga contulerat Guntherus Comes Schwartzenbergius, cum & a quibuſdam ipſe contra Carolum Rex Romanorum electus eſſet: quibusque contrarias Moguntiæ conceſſerat ipſe Carolus, reddidit anno MCCCLI †. Edit. I p. 857

Ius coronandi Reges Bohemiæ non vendidit.

* 1) Quamuis eccleſiæ Moguntinenſi haud parum attulerit damni Henricus, ius tamen coronandi Reges Boiemiæ, Præſulibus Moguntinis a multo iam tempore proprium, haud vendidit, tametſi ſint, qui id adfirment, MS. qui *FFr. Eremitis* Conuentus Moguntini eſt, f. 112 b) *Dieffenbachius* in catalogo mſcr. & ante iam *Bruſchius*, quem ideo recte erroris hic arguunt tum auctor *Serarius*, tum *Thulemarius* in Octouir. cap. X § XIII p. 133. Quod vt hoc magis pateat, ſic habe. Ioannes Rex & Carolus odio Henrici, maxime vero ſtudio Boiemiam ad maiorem nominis gloriam prouehendi, conſilium inierant, Pragenſi a ſede Pontificia tum dignitatem impetrandi Archiepiſcopalem, tum facultatem, Reges Boiemiæ in poſterum inaugurandi. Adeunt igitur curiam Pontificiam, Clementi deſideria ſua exponunt. Annuit Clemens, & tabulis peculiaribus, an. MCCCXLIII, d. II Maii Auenioni editis, primum Pragenſem Epiſcopatum iuri Moguntino ſubtrahit, atque ad Archiepiſcopatus euehit faſtigium; dein aliis III Non. Maii ibidem confectis ius Reges Boiemiæ inungendi & coronandi, quod Archiepiſcopis Moguntinis proprium hactenus fuerat, ſedi Pragenſi confert. Vtrasque reperies, latine quidem in *Supplemento documentorum*, quod *Schminckius* Appendici Goldaſtianæ ſubiunxit; *illas*, n. XXX col. 277 & ſeq. *iſtas*, n. XXXII col. 283 & ſeq. germanice vero in *Beylagis Goldaſtianis*; *illas* n. XXVII col. 203 & ſeq. *iſtas* n. XXVIII col. 203 & ſeq. Tam bene, quam explicate hic *Argentinas* p. 135; *Antea autem idem Carolus in curia exiſtens, in odium Henrici Moguntini, Pragenſem Epiſcopum, ſubditum Moguntinenſi, promoueri in Archiepiſcopum procurauit, & duos Epiſcopatus in Bohemia ſibi ſubiici, & a Moguntinenſis eccleſia ditione abſolui, & eidem Pragenſi ius coronandi Regem Bohemiæ, quod antea habuit Moguntinus, concedi: intrans, idioma Bohemicum a Germanico diſtinctum.* Quam Clemens Pragenſi gratiam fecerat ac poteſtatem, hanc Carolus dein an. MCCCXLVII, vt Henrico hoc ægrius faceret, nouo ſingularique diplomate Erneſto firmat (leges id in *Supplemento* dicto latine n. XXXIII col. 285 & ſeq. in *Beylagis* germanice n. XXIX col. 207 & ſeq.) regni Bohemici inſignia ab eo Pragæ ſuſcipit (v. *Dubrauius* hiſtor. regni Bohemici lib. XXII p. m. 206). atque adeo poteſtatem, Reges Boiemiæ inungendi a ſede Moguntinenſi ad Pragenſem transfert. Non plane ſine Henrici odio id factum vel ipſe *Dubrauius* fatetur. l. d. & *Argentinas* iam l. c. dixit; quin immo ipſe innuit *Carolus*, dum l. d. col. 286 ait; *Attendentes & ſic ingratitudinis maculam, qua* Henricus *de* Wirnburg, *quondam Archiepiſcopus Moguntinenſis, ipſiusque eccleſia Capitulum propter adhaſionem Ludouico quondam de Bauaria per ſanctam Romanam eccleſiam ſuis demeritis exigentibus, vna cum ſuis complicibus & adhærentibus condemnato, factam contra ſanctam dictam Romanam eccleſiam, ac regnum Romanorum, & ſacrum Imperium, & ob hoc idem Henricus per ſanctam Romanam eccleſiam depoſitus, damnabiliter aſperguntur.*

Non poſſum, quin hic notem, Goldaſtum *lib. III de regno Bohemiæ cap. XI § 10 bis oſcitanter aliucinatum eſſe; primum, dum col. 44 ſcribit:* Serarius (*in* Sifrido III *f.* 834, *&* Henrico III *f.* 857) aſſerit, hunc Archiepiſcopum fuiſſe Gerlacum Naſſouium, qui ius illud in Carolum IV abalienarit, & in Archiepiſcopatum Pragenſem nouiter ab Imperatore & Papa erectum tranſtulerit. *Dein, dum col. 44 in notis ita pergit;* Quos (Trithemium *ſcilicet*, Bruſchium, Merſſæum, *qui* Henricum *ob auro accepto eccleſiæ Pragenſi transſcripſiſſe narrant*) iniuria refellit Serarius d. lib V f. 857, quum illi auctorem habeant ipſum Carolum IV in dicta conſtitutione de anno MCCCXLVII, relata a nobis in *Beylagis* germanicis ſub anno eodem.

† 2) Falli hic auctorem, dum vult, Guntherum Francofurtenſibus contuliſſe nundinas Fridbergenſes; Carolum vero Moguntinenſibus conceſſas, iisdem »anno MCCCLI« reddidiſſe, videbis, ſi conſulueris *Lerſnerum* chron. Francofurtenſ. parte I cap. VII p. 78, & cap. XXVII p. 426.

Caſtrum Eltveld ex adificat.

3) Ceterum Henricus caſtrum Elfeldenſe, quod Balduinus inchoarat, exædificauit. *Latomus* in catalog. *Trithemius* l. d. p. 168; *Caſtellum in ea pulchrum, cum fortiſſima turri, ad Rheni fluenta, conſtruere cœpit* (Balduinus) *qua omnia Henricus ex Comitibus de Virneburg, Archiepiſcopus Moguntinus, poſtea conſummauit. Cuius inſignia lapidi inſculpta in memorata turris pariete vidimus expreſſa, ſed ante annos fere vndecim, ſi bene memini, Bertholdus Archiepiſcopus, cum eandem faceret dealbari turrim, inſignia Henrici fundatoris depoſuit, & ſua repoſuit in locum; quod factum ſicut multis iure diſplicuit, ita non ſatis pii animi in mortuum indicium fuit.* vid. etiam p. 172.

XV Dum autem contraria in ſtudia modo Imperatorum, modo Archiepiſcoporum ſcinderentur Moguntini, damna contigere non leuia, morumque

in

Edit. I p. 857 in clero diſſolutio, & mirabilis etiam inundatio anno MCCCXLII, circa S. Ioannis Baptiſtæ feſtum diem, adeo vt in Moguntina metropolitana flueret, ad hominis vſque cingulum, aqua: Francofurti magna lapidei pontis pars cum turri deiiceretur; S. Bartholomæi templum, quod ceteris tamen altius eſt, trium pedum in pauimento aquam habuerit.

XVI Ceterum, qui e Moguntina ſede pridem fuerat, e vita etiam tandem deturbatus fuit Henricus anno MCCCLIII, ipſo S. Thomæ Apoſtoli.

Moritur, Cunone cū Gerlaco tranſigente.

1) Obitu tandem ſuo e Cæſaris pariter ac Moguntinenſium telis effugit *Henricus. Henricus Rebdorfenſis* ad an. MCCCLIII; *Eodem anno, menſe Decembri, idem Rex Moguntiam venit, cui populus & clerus ibidem cum vexillo Crucifixi occurrebant, petentes vindictam de Hainrico quondam Archiepiſcopo Moguntino depoſito, & dicto Domino Cunone de Falckenſtein, ipſius Procuratore, qui multis grauaminibus in perſonis & rebus ipſos flagellabant. Et ſic Rege vna cum Gerlaco, a ſede Apoſtolica promiſſo, regitante de ſtatu eccleſia & diœceſis Moguntinenſis, ipſe Hainricus praedictus ex improuiſo in vigilia natiuitatis Domini moritur, & praefatus de Falckenſtein cum Gerlaco Epiſcopo, pertractante hoc Rege, concordatur, & traduntur omnes munitiones & caſtra Archiepiſcopatus ipſi Gerlaco, exceptis quibusdam, quae ipſi de Falckenſtein pro certa pecunia remanent obligata.* Vberius paullo *Argentinas* p. 161; *Eodem die venit Treuirenſis, notans* Cunonem, *moriturque* Henricus *de* Virnenberg *Archiepiſcopus depoſitus, paralyſi, quem fingunt viuere tractatores* Cunonis. *Et componit eius* (f. eos) *Rex amice de conſilio & auxilio Ioannis de Liechtenberg, electi Argentinenſis, quod* Cunoni *remanet caſtrum* Vogtſperg, *pro tempore vitae, & quod ſibi & heredibus remanet pignus* Erenfels, *cum multa terra vicina, quousque redimantur per Archiepiſcopum, pro quadraginta millibus florenorum. Item, quod remoto* Wilhelmo Pintſchon *Gallico, Sedis promiſſo, Praepoſitura* Cunoni *Permaneat in quiete, ipſeque* Cuno *in blado & vino retinebit collecta, & quod Archiepiſcopus contracta debita per quinque Adminiſtratores, dudum per Henricum & Capitulum electos, ſoluere teneatur, & quod collecta & facta per quondam Henricum etiam poſt depoſitionem rata manebunt, & ipſius & ſuorum fiat per Papam, vel eius autoritate abſolutio & relaxatio generalis, ſicque expeditis omnibus ſtatim factus eſt* Cuno *Regis & Archiepiſcopi intimus & dilectus.* Sic illi. Vbi tamen notes velim, rem non Ioannis Electi Argentoratenſis ſolum conſilio, ſed complurium etiam aliorum, Electorum, Antiſtitum, Principum, Comitum &c. ad concordiam & tranquillitatem redactam. Dein capita compoſitionis plenius, curatiusque haberi in tabulis Caroli Imperatoris, quas in codice Diplomatico protuli. Tandem non anno MCCCLIII, ſed LIV, Veneris poſt Circumciſionis, vltimam negotio manum impoſitam fuiſſe Moguntiæ.

2) De genere mortis nec auctor, nec Dieſſenbachius, nec Trithemius quid habent. *Rebdorſenſis*, vt modo audiuimus, *ex improuiſo* illum obiiſſe memorat, quod *Raynaldus* annal. eccleſ. ad h. a. § XVII repetit. *Paralyſi* mortuum dixit *Argentinenſis* l. c. De die vero inter ſe diſſident. Auctor ipſo S. Thomæ Apoſtoli die fatis functum ſcribit; & quidem recte, vt ſtatim videbimus. *Dieſſenbachius* vigilia D. Thomæ. *Rebdorſenſis* vero vigilia feriæ Chriſto naſcenti ſacræ. *quo genere mortis obierit.* *quo it. die.*

3) Quam viuens non poterat, moriens eccleſiæ Moguntinenſi pacem dedit. Quod cum *Rebdorſenſis* & *Argentinas* ſatis clare prodiderint, nil addimus, quam auctorem, dum ſupra § XI non adeo commode dixit, Carolum omnibus Cunonem rebus, quas e Moguntina tenuerit diœceſi, exuiſſe, ex his, quæ vterque attulit, dextre interpretandum eſſe.

XVII Vbi autem ſepultus ſit, non liquet. Alii Bonnæ aiunt ſepultum, alii apud S. Nicolai ædiculam, quæ extra Eltwil eſt: alii in monaſterio prope *Vernberg*: nonnulli in *Erbach* monaſterio.

ritu Chriſtiano ſepultus videtur.

Ritu tamen Chriſtiano tandem tumulo illatum fuiſſe, vix dubites. Vrbanus enim V, P.M. bulla Avinioni III Non. Maii, pontificatus anno II edita, conceſſit, ſi certis patuerit indiciis, haud ἀμεταμελήτως exſpiraſſe, ſed ante, quam vltimum poneret ſpiritum, de admiſſis doluiſſe, *vt ſepultura eccleſiaſtica traderetur.*

XVIII *Licet vero*, ait MS. minor, *in vita ſua Collegio maioris eccleſiæ multa dederit ad praeſentias pro anniuerſario; tamen eccleſia Moguntina non habet eius memoriam in hac praedicta dubitatione, niſi de eius abſolutione fides habeatur certior.*

Liber animarum ſiue necrologium ædis maioris p. 557; *XII Kal. Ianuar. obiit* Henricus *de* Virneburg, *Archiepiſcopus Moguntinus, qui rexit eccleſiam annis XXV, & contulit & legauit ad praeſentiam eccleſiæ Moguntinae molendinum in Hattenberg, cum pratis, paſcuis, piſcationibus in Rheno, iurisdictione temporali, & aliis bonis in Mombach, & extra muros Moguntinos pro anniuerſario, ſeptimo, & trigeſimo ipſi perpetuo peragendo.* Hæc *Necrologium*. Anniuerſarium, *Directorio chori* indice, adhuc hodie celebratur.

Google

Edit. I pag. 858

GERLACVS.

I

QVo anno mortuus eſt Henricus, eo tanta fuit in æſtate ſiccitas, vt *Rhenum*, tam Moguntiæ, quam in vicinia, *tranſire poſſet* pedibus *puer decennis*, vt ait *MSL.* & Gerlacus tandem, anno confirmationis ſuæ VIII, pacifice ſolus Archiepiſcopatum tenuit deinceps annos XVII, licet ſemper antea *maiorem haberet*, vt ait in anno MCCCLIII *Trithemius*, *obedientiam*, *pluresque ciuitates*, *oppida & caſtella*, *maximeque in Thuringia Erfordiam*, & *in Haſſia omnes. hi enim ſtatim promptiſſime Apoſtolicis mandatis obedierunt.*

1) Gerlacus genus traxit a Comitibus Naſſouiis; patre natus *Gerlaco*, *Adolfi* Cæſaris & *Imagina* Limpurgenſis filio; quatuor Comitum Naſſouiorum frater.

Dictis lucem affundet ſchematis *Naſſouiorum* genearchici, quam hic do, particula.

* * * *
* *

a) Hen-

Walramus,
Comes Naſſouiæ,
a) vx. *Alheidis*, Comes Catimelibocenſis.

a) ADOLFVS, . . . *Coniuges* . . . . *b)* IMAGINA
Comes Naſſouiæ,
el. Imperator an. 1292. † an. 1298.

b) *Gerlacus*, *Rupertus*,
occur. adhuc an. 1357. c)
1) vxor *Agnes*,
† 1332. d)
2) *Irmengardis*. e)

1 1 1

† *N.* filia,
vxor *Cratonis* de *Hohenloe*.

f) *Adolfus*,
g) accepit in partitione patrimonii, *Idſtein VVisbaden* &c.
vx. *Margareta*,
fil. *Friderici* Burggrauii Norimb.

f) *Ioannes*,
g) accepit in partitione patrimonii, *VVeilburg*, *VVilnau* &c.
h) ſupremus Præfectus Eichsfeldiæ &c.
vx. 1) *N.*
heres Dynaſtiarum Merberg & Gleiberg.
2) *Iohanna*, i)
Ioannis, vltimi Comitis Saræpont. f. & heres.

GERL[...]
Archiepiſcop[...]

† *Adelheidis*,
vx. *Guntheri*, Comit. de Schwarzburg.

ADOLFVS, *Archiep. Mog.* IOANNES, *Archiep. Mog.* *Walramus*. *Gerlacus*. i) *Philippus*.

vx. *Hen*[...]
& poſtea [...]

a) Auctor *hiſtoria Auſtralis* ad an. 1292 p. 481; *Vniformi conſilio & conſenſu* Adolfum, *filium ſororis Comitis* Eberhardi de Catzenellebogen, *elegerunt in Regem Romanorum*. Communi alioquin ſcriptorum hodiernorum genealogicorum conſenſu filia fuit *Diethери* Com. Catimelibocenſis.

b) Imagina *von Gots gnaden Kongin*, *eliche VVirtinne etvvan* Adolfs, *Romiſch. Konigs*, *und* Gerlach, *Greve zu Naſſavv*, *unſer eldeſte Son*, *bekennen*, *daſs vvir mit vvillen und verhengniſs des Edlen Mans* Iohanſen, *Herren zu Limpurg*, vnſers Bruders, *und der Edlen Frauven* Agneſen *von* Weſterburg, *unſer lieben Svveſter* &c. *Datum VVeilburg des Freitags vor S. Thomas*, 1305.

c) In litteris *Ruperti* iunioris, Comitis Palatini ad Rhenum. *Textori* chron. Naſſov. cap. 7 p. m. 77, aliisque fatis functus dicitur an. 1361.

d) Teſtimonii loco eſt epitaphium, illi poſitum, quod habet *Fridericus VVeberus* in mſcr. adnotationibus ad *Textoris* chron. modo dictum, p. 81; *Anno MCCCXXXII in octaua Epiphan. obiit Sereniſſima* Agnes, *coniux Nobiliſſimi Domini* Gerlaci, *Comitis de Naſſau*. Sepulta autem eſt in monaſterio *Clara vallis* (*Clarenthal*) ditionis Idſteinenſis. A plerisque *Othonis*, Haſſiæ Landgrauii, filia dicitur.

e) Hanc ſcriptores genealogici, quod ſciam, non habent. Eam tamen a *Gerlaco* poſt obitum Agnetis penatibus inductam patet ex *Gerlaci* Archiepiſcopi litteris an. 1347 datis; quæ quantum huc faciunt, ita habent: *VVir Gerlach* —— *geloben der Hochgebornen Frauven*, Irmengard, *unſer lieben Suſter* »vnd Stiefmutter«, *und iren Erben*, *die ſie izunt mit unſerm Vadir hat*, *und noch gevvinnen mag* &c. Dum in *Gerlaci* viuebat coniugio, an. 1340 redemit caſtrum *Cleeberg*, ab *Philippo*, *Cunone*, & *Ioanne* de *Falckenſtein*, quibus id *VValramus* Comes Naſſouius pro parte ſua pignori opponuerat, indice, quæ etiamnum ſuperat, apocha. Qua gente oriunda fuerit, mihi nondum liquet. *VVeberus* l. d. vult, domo fuiſſe *Hohenloicam*; quod tamen aliis ob titulum *Hochgeborn*, quem ei priuignus l. d. dat, haud adeo veriſimile fit.

* *Stero Altahenſis* ad annum 1295 p. 576; *Reliquit* (Ludouicus) *duos filios*; *quorum primogenitus*, *videlicet Dominus* Rudolfus, *duxit in vxorem filiam* Adolfi *Regis*, Mechtilden *de* Naſſow *nomine*.

† *VVir* Gerlach, *E. z. M.* —— *bekennen*, *als der Edel* Craft *von* Hohenloch, *unſer Svvager* &c. 1362 *in die inuentionis S. Stephani*.

VVir Gerlach *E. z. M.* —— *thun kund*, *daſs der Edel* Günther, Grave *zu* Schwarzburg, Her *zu* Waſchenberg, *unſer lieber Svvager* —— *hat uns geſagt*, *vvie daſs er* Alheiden *von* Hohenloch, *unſer Svveſter Dochter*, *ſin elichen Frauven*, *mit verhengniſſe Grav* Iohann, *ſint Bruders*, *zu rechter morgengabe geben habe zvvôlf tuſent gulden von Florenze* —— *Datum ipſo die Iacobi* 1357.

f) *VVir* Gerlach *E. z. M.* —— Ruprecht *Pfallentzgreve bi Rin* —— *und vvir* Gerlach *Grave zu Naſſavve tun kund*, *daſs* Adolf *und* Iohann *uff einen teil*, Craft *und* Ruprecht, *Gebrüdere*, *Graven zu Naſſavve*, *off die ander ſite*, *an uns bliben ſint einer teilung*, *mutſchar*, *und ſcheidunge ires väterlichen erbs* —— *auch ſollen* Craft *und* Ruprecht *die vorgen. güter haben*, *ſonder allerlei ſchuld*, *die ihr Vater* Gerlach, Adolf *und* Iohann, *ſine Sone*, *Graven zu Naſſavv*, *ihre Brudere*, *furher gemacht hant*, *und ſchuldig ſint*, *und ſollen des geſundert ſin und geſcheiden von den egen. ihren Brudern*, *und ſollen* Adolf *und* Iohann *nimmer angefordern keinerlei theilung oder erbe*, *die ihr Vater ihnen gelaſſen hat*, *und nochlaſſen mogte*

Gerlacus,
Dynaſta Limpurgenſis.

b) *Ioannes*

b) *Agnes*,
vxor N. *Domini* de *VVeſterburg*.

* *Mechtildis*,
vx. *Rudolfi* Elect. Palatini.
d. 1294, vixit adhuc an. 1323.*

* *v. annot. ad* Pareum *p.* 195 *&* 614.

1 2 2

…LACVS,
…pus *Moguntinus*.

f) *Crato*,
* occurrit adhuc an. 1361.

f) *Rupertus*,
factus Satrapa Ameneburgenſ. 1380.
qua *Iudex provincialis VVetteraniæ*
occur. 1384. 1385.
** vx. *Anna*,
occurrit an. 1365, 1382.

k) *Schönetta*,
…*rici*, Domini *de* Homburg.
…*tonis*, Ducis Brunſuicenſis.

in keinerlei vveiſe &c. *Mehr iſt gered, daſs* Ruprecht *vorgen. ein Paſſ blieben ſol, vnd ſol ſein Bruder yme alle iar* 300 *phunt geldis geben* — *als lange bis* Ruprecht *gevvinne an Pefflicher gulde* 600 *phunt geldis oder me.* — *Ginge aber* Craſt *abe von todis vvegen* — *ane libs lebens erben, vvolse dan* Ruprecht *Leie verlieben, das moche er thun, vnd ſollen die vorgeſchriben gut vnd gulde yme verlieben. Aſchaffenburg, ſabbato poſt Petri & Pauli* 1355. *Vnd vvir* Adolf, Iohann, Craſt, *vnd* Ruprecht, *gebrüdere, Graven zu Naſſavve* &c.

* *VVere es, daſs der* — Iohann, *Grave zu Naſſavv, vnſer Bruder, von todis vvegen abgienge, ſo ſollen vvir dem Edlen* Craſte, *Greve zu Naſſavve, vnſerm lieben Bruder* &c. ita *Gerlacus Archiepiſcopus in litteris an.* 1361 *ſignatis.*

** Gerlach *E. z. M.* — *bekennen, daſs vnſer vvill iſt* — *daſs der Edel* Ruprecht *Grav zu Naſſavv, vnſer lieber Bruder,* N. *ſin elichen VVirtin gevvidemet hat mit Sunneburg der Burg* — *die von vns zu lehen rühret* &c. 1365.

Adolf *E. z. M.* — *als vvir ſchuldig ſin dem Edlen, vnſerm lieben Vetter* Ruprecht, *Graven zu Naſſaue*, Annen, *ſeiner elichen VVirtine* — *vvie ihnen das von dem Edlen, vnſerm lieben Bruder,* Walram *Graven zu Naſſaue verſchrieben vvas* &c. 1382.

g) Sic enim in litteris *Gerlaci* Archiep. de patrimonio inter eos diuiſo datis Eltvillæ 1355 in die Catharinæ Virginis; *Des ſprechen vvir zum erſten, daſs* Iohann, *vnſer Bruder, ſol behalten* Wilburg — Wilnawe, Frienfels, Grebenhuſen *vnd* Cleberg &c. *Dagegen ſol* Adolf *behalten* Edichſtein (*Idſtein* vulgo) Wiſebaden, Cazenelnbogen, *den* Nuenhof, *vnd* Wersborn &c.

h) *Daſs vvir dem* — Iohanſen, *Graven zu Naſſavv, Heren zu Merenberg, vnſerm lieben Bruder, befolen han* — *vnſer Phlege, Vices, Adminiſtracien* — *vnd zum obriſten Amtman in dem land zu Heſſen, vnd zu Thuringen, vnd vff dem Eichsfeld* — Ita *Gerlacus* Archiep. in litteris datis *Arnſpurg, feria ſexta ante Dominicam* Vocem Iucunditatis, 1354. Et rurſum iisdem verbis 1367, *feria quarta poſt Franciſci.*

i) *VVir* Iohanna *von* Sarbrucken, *Grevinne zu Naſſaue, Frau zu Merenberg* — *vnſer Here* Iohann *ſelige, Grav zu Naſſaue* — Philips, *vnſer vnmundiger Sohn* &c. 1372, 1373.

k) *VVir* Adolf *E. z. M. vnd vvir* Ruprecht, *Grave zu Naſſavve, bekennen* — *daſs vvir die Edlen, vnſer liebe Niſtel,* Schonette *von* Naſſaue, *Grav* Iohann *ſeligen von Naſſaue, vnſers Vettern vnd Bruders tochter, zu einem elichen vvybe byzulegen vnd zu geben dem Edlen* Henrich, Herren *zu* Homburg, *vf den nehſten Donnerſtag nach S. Iohans tag* — *Datum feria* 4 *poſt diem Bonifacii* 1384.

Ich Schonette *von* Naſſavve, *von Gots gnad* Hertzogin *von* Brunſvvig, *bekenne; Als die Hochgeborne Furſten, Herr* Friderich, Erich, *vnd* Her' Otte, »*vnſer lieber Huſvvirt*«, *alle Hertzogen von Brunſvvig* &c. 1420, *an vnſer lieben Frauen tag, ſo ſie geboren vvar.*

VVir Conrad *E. z. M.* — *als vvir ein dritheil des Sloſs Hirzberg, nach vſvviſung der brieve, die vvir von den Hochgebornen Furſten,* Friderich, Erich, *vnd* Otten, Hertzogen *zu* Brunſwig, *darüber* — *han, vnd die VVolgeborne* Schonetta *von* Naſſauvve, Hertzogin *zu* Brunſwig, *des vorgenanten Hertzog* »Otten *eliche Husfravv*« — *darauf bevviſet vnd bevvedempt iſt* &c. 1420.

Digitized

iuuenis adhuc fit Archiepiſcop.

2) Henrici in locum a Pontifice Romano Moguntinis datus, *adoleſcens* fuit, vt *Rebdorfenſis* loquitur p. 629, iuuenis vix dum viceſimum agens ætatis annum, quod *Albertus Argentinenſis* p. 135 teſtatur; & tamen, quod vix crediderís, *Trithemius* vero prodidit, Collegii metropolitani iam Decanus. Dabo vtriusque verba. *Argentinas* l. d. *Illis etiam temporibus Papa Clemens H. de Virnenberg Archiepiſcopum Moguntinenſem depoſuit, Gerlacum, filium Gerlaci Comitis de Naſſavve, nepotem quondam Adolfi Regis, circa vigeſimum annum agentem, in Archiepiſcopum promouendo.* *Trithemius* vero chron. Hirſaug. ad an. MCCCXLVI p. 198; *Verum, ne poſt Henrici depoſitionem Moguntina videretur diutius vacare inſignis eccleſia, idem Papa Clemens Archiepiſcopatum contulit Decano eiuſdem eccleſiæ maioris, Gerlaco, filio Gerlaci Comitis de Naſſovve, viri diuitiis atque potentis, per cuius aſſiſtentiam partes Henrici ſperabat infirmandas ac penitus conterendas.* Et quidem, vt id addam, in Decani dignitate ſucceſſit *Ioanni* de *Conſtantia*, dicto *Vnderſchopf*, anno MCCCXLV. Vid. *Syllabi plenioris* ſectio II p. 301.

Carolum IV Cæſarem eligit.

3) Eodem vero, quo ſedi Moguntinæ deſtinatus fuit, anno Carolum IV, menſe Iulio, circa feſtum Margaretæ, Renſii Cæſarem elegit. *Geſta Balduini* lib. III cap. VIII; *Sequenti anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſexto —— Principes Electores, videlicet Baldeuinus Treuerenſis, VValramus de Iuliacho Colonienſis, Gerlacus de Naſſauga Moguntinenſis, Dux Saxoniæ, & Ioannes Rex Bohemiæ, aliis vocandis vocatis, non tamen comparentibus, dictam depoſitionem ratificantes, auditis Procerum regni ſententiis in Renſe diffinientibus, quod prædictis ſic ſe habentibus eos ad electionem Regis fore proceſſuros. Qui vnanimiter vota ſua in Dominum Carolum, Iohannis Regis Bohemiæ primogenitum direxerunt, & inuocato Spiritus S. adiutorio in Romanorum Regem, anno prædicto, tertio poſt Kiliani, XI die Iulii concorditer elegerunt.* Vid. etiam *Albertus Argentinenſis* p. 135, *Rebdorfenſis* ad h. a. p. 626, *Trithemius* l. d. ad h. a.

coronationi eius intereſt.

4) Electum menſe Nouembri Bonnam proſecutus eſt, & Colonienſi, regali illum diademate ornanti, vna cum Treuirenſi adſtitit. *Rebdorfenſis* l. d. p. 627.

regalia ab eo accipit.

5) Anno ſequenti MCCCXLVII Conuentui Principum Confluentino interfuit, ac regalia fide clientelari a Carolo IV recepit. *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 200; *Anno VVichardi Abbatis V Carolus Rex Germanorum IV conuentum Principum ſibi adhærentium apud Confluentiam circa feſtum purificationis B. Mariæ ſemper Virginis celebrauit, in quo comparuerunt perſonaliter Baldevvinus Archiepiſcopus Treuirorum, VValramus Archiepiſcopus Colonienſis,* Gerlacus *Archiepiſcopus Moguntinus —— & plures alii, quos omnes regalibus, vt moris eſt, Rex Carolus infeudauit.*

auxiliarios ſibi comparat.

6) Vti vero Sedis ſibi adſereret poſſeſſionem, eodem hoc anno tum *Rupertum*, Comitem Palatinum Rheni, tum *VValramum*, Comitem Sponheimenſem, tum *Adolfum* & *Ioannem*, fratres, graui monetæ ſumma in auxiliatores, bellique ſocios ſibi adſciuit. Ex *Ruperto* quidem quinquaginta florenorum aureorum millia conſtituit, caſtris primum *Richenſtein*, *Schaumburg*, & *Furſtenau*, dein vero, maiorem in ſecuritatem, caſtro oppidoque *VVilnau*, cum locis, bonisque contributis, dimidia ex parte ei tamdiu oppoſitis, donec dimidium caſtri, præfecturæque Naſſouienſis, impetrato tam conſanguineorum ſuorum, *Othonis*, *Ioannis*, & *Henrici*, Comitum Naſſoniorum, quam Caſtrenſium conſenſu eidem traderet in manus. *VValramo* decreuit quadraginta id genus aureorum millia, parochialibus primum *Beckelnheim* & *Martinſtein*, *Sobernheim* itidem, cum villis, bonis, ſiluis &c. dein vero caſtro, oppidoque *VVilnau* dictis altera ex parte eidem pignori datis. Conditio vtrinque adiecta, numerum æris promiſſum ſe tum demum expediturum, quum, Henrico exturbato, Archiepiſcopatum ſua haberet in poteſtate. Cautum tandem ſponſoribus, qui erant *Gerlacus* pater, *Adolfus* & *Ioannes* fratres, *Ioannes* Comes Naſſouio-Hadamarienſis, & *Nicolaus*, Præpoſitus D. Victoris. Tabularum, quibus id perſcriptum fuit, datum eſt, *MCCCXLVII, die Margaretæ.* *Adolfo* & *Ioanni*, fratribus, quatuor & viginti aureorum dictorum millia in expenſas belli adſignauit; pollicitus inſuper, ſe liberis eorum beneficia eccleſiaſtica cum honorifica procuraturum, tum quæſtuoſa. Sibi vero ab iis ſimul pactus eſt liberum caſtri *Naſſau* pro laribus vſum, quamdiu nec Moguntiæ, nec alibi in diœceſi ad Rhenum Moguntina ſibi tuto eſſe liceret.

repudiat tranſactionem cum Henrico.

7) His adiutoribus comparatis, ſpem pacis, quam Ludouico Cæſare fatis functo, rebus Moguntinis tranquillandis agitabat *Conradus Kirckelius*, Sedis Prouiſor, abſcidit. quod quidem *Albertus Argentinenſis* p. 142 haud per ambages tradit. *Interea*, ait, Conradus de Kirckel, *Miniſter Maguntinæ ſedis, ac Treuirenſis omnimodam concordiam tractauerunt inter H. Archiepiſcopum Moguntinum, ac Regem, & Treuerenſem Archiepiſcopum, oppidaque Imperialia in VVederaugia*, Gerlacumque de Naſſawe, *prouiſum Sedis Apoſtolicæ, competenter prouiderunt in via. H. deſtituto poſt eius mortem Sedem habiturum quiete. Verum ipſe* Gerlacus *de potentia & adiutorio Caroli confidens, negotio infecto aſcendit Argentinam. Quod videntes H. Moguntinus, Conradus Miniſter eius, & prædicta oppida ſe liberis defuncti Principis colligarunt.*

priuilegiorū confirmationem obtinet.

8) Sicuti vero Imperii beneficia Cæſari hoc anno, ceu dictum, accepta tulit, ita ſequenti MCCCXLVIII veterum diplomatum ac priuilegiorum, Sedi ab Imperatoribus ac Regibus conceſſorum, confirmationem & petiit, &, tabulis Pragæ XII Kal. Maii confectis, conſecutus eſt, vno tamen excepto, de quo ipſa Caroli verba afferre e re erit. *Per has tamen collationem, confirmationem, appro-*

bationem, reuocationem, ratificationem, laudationem, donationem, & reparationem, exaltationi & erectioni Pragenſis in metropoliticam ac ipſius & Olomucenſis eccleſiarum exemptioni a dicta Maguntina eccleſia aut poteſtati conceſſa Pragenſi Archiepiſcopo ſuper coronatione Regis Boemiæ, ceteriſque iuxta exaltationem, exemptionem, & poteſtatem coronationis eiſdem Pragenſi & Olomucenſi eccleſiis conceſſis, non intendimus in aliquo derogare, aut præiudicium aliquod generare &c.

Brandiburgicum Cæſari conciliare cupit.

9) Patauii dein id iuxta cum aliis egit, vt Carolo Ludouicum, Marchionem Brandenburgenſem, Ludouici Cæſaris filium, conciliaret. Teſtem do *Rebdorſenſem*, qui ad h. a. p. 635; *Eodem anno circa feſtum Iacobi tractatum ſolennem habuit Rex Carolus cum filiis Ludvvici in Patauia, & Albertus Dux Auſtriæ prædictus fuit mediator inter eos. Ibi interfuerunt Archiepiſcopus Salzburgenſis, Epiſcopus Patauienſis, frater carnalis, qui regalia ſua ab eodem Rege receperunt. interfuerunt Archiepiſcopus* Gerlacus *Moguntinus* &c.

cum Carolo Spiram concedit.

10) Gunthero ab aduerſæ partis Principibus Kalend. Ianuar. an. MCCCXLIX Francofurti electo, ipſe cum Carolo Spiram abiit, conſilii cauſſa. Referunt id nobis *Albertus Argentinenſis* ad h. a. p. 151, & *Trithemius* l. d. ad h. a. p. 212.

Arnſpurgenſium conſulit commodis.

11) Sequentibus vero diebus & monaſterio Arnſpurgenſi ſeſe beneuolum præbuit, & ciuitati Moguntinæ. Et illud quidem ſuam in tutelam recepit, & omnibus exemptum oneribus dixit liberum, dato ſimul Abbati negotio, ſi qui cœnobio ſubditorum, quod Ludouici adhæſiſſent partibus, conſcientia icti, aut ſacro interdicto notati eſſent, eos expiandi. Pluribus id loquuntur litteræ, quas tum dominica *Oculi* dedit, in codice Diplomatico in lucem prolatæ.

ciuitatem priuilegiis & promiſſis obligat.

12) Quod ad ciuitatem, primum omni in ciues actioni ſuper damnis Collegio *D. Victoris*, & monaſteriis *S. Albani*, & *B. Iacobi* ſuperioribus annis in diſſidio cum Adminiſtratore Balduino illatis renuntiauit. Dein eiſdem non modo vectigal, quod Archiepiſcopis in vrbe pendi ſolebat, & vulgo der *Pfundzoll* dicebatur, remiſit, verum dimidiam quoque portorii Caſtellenſis partem in vſus publicos conceſſit. Et quo minus dubiis iſtis ac formidoloſis temporibus intus pauerent, foris formidarent, recepit, ſi impeterentur, ciuitati ſe numerum quinquaginta Militum & Armigerorum ſuo ſumtu miſſurum præſidio. Si in hoſtem progrederentur, ſe eiſdem propria itidem impenſa omnibus præſto futurum copiis & viribus. Additum, fratrum ſuorum caſtra durante bello eis ad liberum, tutumque receptum ſemper adaperta fore. Vt dictis hoc maior fides eſſet, & iure iurando interpoſito, & frequenti illuſtrium maxime virorum teſtimonio adhibito promiſſis ſe ſtaturum cauit. Editi hoc fine in tabulis, hac de re feria ſecunda poſt D. Ambroſii ſollemne confectis, *Gerlacus* pater, *Adolfus* & *Ioannes* fratres, *Otho* & *Ioannes*, Comites de Naſſau, *Sifridus* Comes de Witgenſtein, *Vlricus de Hanau*, *Ioannes* de *Treueri* (von Trire) *Ioannes* de *VVartenberg*, *Hermannus* de *Schönecken*, *Lupoldus* de *Bebinburg*, *VVilhelmus* de *Saulnheim*, *Conradus Brumſer*, *Hermannus* de *Saulnheim*, *Hermannus* de *Bibra*, & *Ioannes Pincerna* de *Erpach*, Canonici Moguntini.

Edit. I p. 858

nouos adiutores adſumit.

13) Inde viribus ſuis hoc magis firmandis nouos ſibi ſocios & adiutores comparauit. Fuere ii *Sifridus* Comes Witgenſteinius, & *Ioannes* Comes Naſſouio-Hadamarienſis. Et ab hoc quidem viginti galeatos, & decem alio capitis tegumento (*mit Huben*) indutos ſibi pactus eſt; ab iſto autem tum viginti loricatos, tum totidem galeatos. Litteris id conſignatum publicis, quorum datum eſt, *MCCCXLIX feria ſexta poſt Georgii.*

Moguntinis vicinas munitiones deſtruendi licentiam dat

14) Moguntinis autem vt omnia hoc ſecuriora redderet, peruigilio feſti Chriſto in cælos adſcendenti ſollemnis ciuitati diplomate peculiari conceſſit licentiam, *Caſtellum* villam, Moguntiæ in aduerſo Rheni litore obiectam, cum æde ſacra; turrim itidem in villa *Flersheim* cum propugnaculis excitatis, funditus deuaſtandi & euertendi. Habes id in codice Diplomatico.

ad Sedem occupandã Cæſaris laborat auxilio.

15) Subſtitit tum in vrbe, vna cum Carolo. Quem cum de ope ſibi ad occupandum Archiepiſcopatum ferenda interpellaret, is haud dubitauit, iureiurando ſollemniter emiſſo (*tactis ſanctis Euangeliis*, vt in tabulis l. d. eſt) polliceri, ſe omnibus ipſi viribus & copiis adſiturum, vt in tranquillam Sedis poſſeſſionem veniat; ſi venerit, contra quoſcunque ſummo defenſurum ſtudio. Miro certe ingenio. Quid enim eodem fere tempore *Henrico* Virneburgio ſpoponderit, ſupra iam dictum.

cum Erfurtenſibus agit.

16) Egit dein cum Erfurtenſibus. Cum enim ciuitas validis eſſet viribus, e re ducebat, eam magis magiſque ſuam ad voluntatem adducere. Nec ſucceſſu res caruit. Ipſe ciuibus pollicitus eſt, ſe cladis miſeræ Iudæorum genti igne ferroque illatæ (*daſs die Iuden zu Erfurt by vns erſchlagen vnd verbrant vvorden*, vt verba Erfurtenſium in tabulis habent) pœnas haud expetiturum; iuri inſuper ſuo in poſſeſſiones verporum ac bona, quibus ciues in tumultu iſto manus attulerant, renuntiauit. Ciues viciſſim recepere, ſe cenſum æque, quem Iudæi fiſco Archiepiſcopali pependiſſent, ac ſummam iſtam centum marcarum, quam Præſuli Moguntino quotannis obtuliſſent recutiti, in ſe recepturos, & hanc quidem in ſingulos annos ad diem Martini Epiſcopi memoriæ feſtam prompte exſoluturos. Acta hæc ſabbato ante feriam Margaretæ virgini dicatam; ex quibus *Gudenum* hiſtor. Erfurtenſis lib. II § X p. 105 interpreteris.

Moguntinos anathemate exſoluit.

17) Menſe Septembri, die qui D. Hieronymo in faſtis ſacer eſt, Moguntinenſes ſacrorum interdicto ob vim quibusdam clericorum in vrbe illatam ſubditos, auctoritate Archiepiſcopali noxis, deteſtationibusque abſoluit, ac piorum commercio reddidit. Litteras rei teſtes reperies in codice Diplomatico.

anno ſequẽti

18) Nec id feciſſe contentus, eiſdem anno ſequenti

promiſſioni-bus cauet.

ſequenti MCCCL, tabulis dominica poſt D. Remigii ſollemne proxima confectis, promiſit, ſe, quamprimum *Oppenhemium, Bingam,* & *Rhingauiam*, ſuam in poteſtatem redegerit, curaturum, vt & Oppenheimenſes & Bingenſes, & Rhingauienſes iurato, fideque litteris publicis facta ſpondeant, ſe ciuitatis Moguntinæ libertates, conſuetudines, & immunitates, a vectigali cum maxime & precariis exactionibus, nec violaturos nec impugnaturos; ceterum vero contra res illius ac honores nec verbis connixuros nec factis. Dein, ſe forum eccleſiaſticum Moguntia, vbi ſedes illi iam ab antiquo fuerit, & locus proprie eſſe debeat, haud translaturum alio. Cum hoſtibus ſe pacem ac concordiam, ſine ciuitatis præſcitu, conſilio, & conſenſu haud initurum. Nec intra quintum circum vrbem milliare vllum ſe vectigal, vllum item pedagium ſine eorum voluntate inſtituturum ac approbatione.

cum Palatino ſecreta agitat conſilia.

19) Sub anni MCCCLI ſequentis incunabula, ad alias conuerſus curas, cum *Rudolfo*, Comite Palatino Rheni, Septemuiro, ſecreta de Rege, ſi res ita poſceret, eligendo conſilia agitauit. Crediderim Caroli factum inſtinctu. Conuenit autem, ſi forte eueniret, vt Imperium vel obitu Caroli Imperatoris, vel alio quodam vacaret modo, tum ſe iunctis vtrinque animis ac ſententiis in id incubituros, vt neminem alium in Regni faſtigio collocent, quam quem tanto culmine viderint digniſſimum. Alterum alteri ceſſurum, ſi forte in diuerſum tendant ſententiis. Non commodi priuati, ſed ſalutis publicæ, fideique, qua vterque Imperio deuinctus ſit, ſe habituros rationem; quæ quidem planiſſima via ſit ad vtilem regno Regem præficiendum. Quicquid inde ad alterutrum rediret, æquis partibus inter ſe diuiſuros &c. Patet id ex tabulis *Rudolfi*, feria ſecunda ante diem diuæ Dei genitricis purificationi ſacratum editis, quas aliis immiſcui in codice Diplomatico.

Conuentui Francofurtenſi intereſt.

20) Inde ſub initium anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii (*Quadrageſimam* vulgo vocant) Conuentui Principum Francofurti habito interfuit. *Trithemius* ad h. a. p. 218; *Inter plures comparuerunt in propriis perſonis Baldevvinus Treuirorum Archiepiſcopus*, Gerlacus *Moguntinenſium* &c.

Auenionem proficiſcitur.

21) Dein Auenionem in Gallias profectus eſt, ſummo Pontifici ſua præſens vt probaret obſequia. Vbi cum eſſet, donationem, quam *Guilielmus Pinſchon*, Collegio principi, quod Moguntiæ eſt, tum Præpoſitus, die XI menſis Nouembris liberaliter admodum fecerat, die XVI eiusdem menſis ſciuit, ratamque habuit. Vid. tom. II *Syllabi plenioris* ſectio I p. 281, ibidemque pro *anno LII*, quo eam confirmaſſe dicitur, lege *MCCCLI.* Donarat autem Præpoſitus *Pinſchon* Decano & Capitulo ius patronatus eccleſiarum in *Biſchofsheim*, *Burgeſtadt*, *Beckelnheim*, *VValſtadt*, *Sulburg*, *Liderbach*, & *Finthen.*

Canonicis metropol. ius patronatus eccl. Waldbeckelnh. confert.

22) Negotiis Auenioni confectis, reuertit in Germaniam. Simul autem ac redierat, Canonicis & Vicariis eccleſiæ Moguntinæ ius patronatus haud incelebris eccleſiæ *VValdbeckelnhemenſis*, adiunctosque cenſus & vectigalia, in portionum præſentibus in choro præbendarum augmentum, ob damna, quæ per ea tempora paſſi erant, perpetuum munus conſtituit. Tabulas, quibus rem complexus eſt, habes in codice Diplomatico.

Xenodocheum S. Barbaræ ſtabilit.

23) Anno MCCCLIII paullatim ad finem vergente, Carolo Rhenum obeunti comes hæſit, ac tum temporis xenodocheum, quod *Volzo*, Canonicus B. M. V. ad gradus, pauperum ærumnis leuandis, Moguntiæ magna animi pietate extruere cœperat (*S. Barbara* id dicitur) inſigni diplomate ſtabiliuit, & quæ Volzo operi tum excitando, tum conſeruando conſtituerat, rata eſſe voluit. Datum id feria ſexta poſt D. Martini Epiſcopi ſollemnes ferias, vt in codice Diplomatico cernere eſt.

Carolo quædam Imperii pignora firmat.

24) Dein Caroli in gratiam, Spiræ Decembri ineunte litteris publice editis recognouit, ciuitatem *Egrenſem*, nec non caſtra *Floſs* & *Parckenſtein*, cum oppidis, villis, locisque aliis, hominibus item ac bonis, Regibus Boiemiæ pro quadraginta millibus marcarum argenti puri, ponderis Florentini, oppignerata eſſe. Vide *Schminckii* Supplementum actorum publicorum Appendici Goldaſtianæ ſubiunctum n. XXXVIII col. 297 & ſeq.

iudicio Cæſaris adſidet.

25) Iisdem diebus, Cæſare controuerſiam *Gerardum Hunoldſteinenſem* inter ac *Ioannem*, Comitem Sponheimenſem, pro tribunali diiudicante, ſententiam rogatus, libere, quid ſentiret, expromſit. Clare nobis id produnt tabulæ tum confectæ, quas *Schilterus* in lucem protulit, & ex eo *Tolnerus* codici Diplomatico Palatino intexuit n. CXLI p. 91.

Oppenheim & Odernheim Imperio reſtituit.

26) Proximis oppida *Oppenheim* & *Odernheim*, pignori olim Sedi Moguntinæ oppoſita, transactione facta, Imperatori & Imperio reſtituit. Litteris, quas feria quinta ante Luciæ memoriam hac de transactione edidit, teſtes adſcripti *Hermannus* de *Schônecken*, Cuſtos, *Ebirhardus* de *Hirſchorn*, *Lupoldus* de *Bebinburg*, *VVilhelmus* de *Saulnheym*, *Conradus Bromszer*, *Hermannus* de *Bibera*, *Iohannes Schenck* de *Erpach*, *Conradus* de *Kirckel*, Canonici Moguntini. Poſt XVII Decembris die Oppenheimenſes ſacramento, quo Archiepiſcopatui obſtricti erant, exſoluit. *Argentinas* p. 161; *Feria quarta ante Thoma in atrio eccleſia Oppenheim ipſe Gerlacus abſoluit vniuerſitatem ibidem, ipſaque nomine Imperii Regi iurauit.*

27) His peractis cum Rege perrexit Moguntiam. Ibi vero cum eſſet, xenodocheo, quod *Volzo*, vti dictum, pio erga miſeros & egenos animo ſtatuere cœperat, explicando manus præbuit auxiliatrices. Vnumquemque enim, ad ſubſidia liberaliter conferenda, peculiaribus litteris, feria ſecunda poſt Thomæ Apoſtoli ſollemnitatem datis, quam enixiſſime hortatus eſt. Inuenies eas in ſæpius iam dicto codice Diplomatico.

28) Hæc inter Carolo Cæſari, multisque, qui ei tum aderant, vtriusque ordinis Principibus ac Proceribus, ſummæ erat curæ, vt funeſto diſſidio, quod rem Moguntinenſem per

ſeptem iam annos quam grauiſſime affligebat, modus imponeretur ac finis. Nec incaſſum. quandoquidem ſub anni ſequentis MCCCLIV auſpicia id iis factum conditionibus eſt, quas ſupra in *Henrico* iam perſtrinxi, hic vero curatius paullo referendas cenſeo. Fuerunt ſcilicet hæ. Gerlacus Cunoni ſoluat quadraginta millia florenorum, & donec ea dependat, eidem pignori det caſtrum *Klopp* cum oppido *Bingen*, caſtrum *Ernfels* cum vectigali, caſtrum *Richenſtein, Furſteneck*, & *Heymberg*, vna cum caſtrenſibus & villis ad dextram Rheni ripam, a lapide, vulgo der *Lovenſtein* dicto, ad *Lorichhuſen* vſque. Si Cuno viuis excedat, antequam Gerlacus nomina iſta explicauerit, pignora memorata in manibus heredum illius ſint ac permaneant, donec viginti florenorum millibus redimantur. Si Cuno Epiſcopatum quendam conſequatur, vel Archiepiſcopatum, antequam Gerlacus æs conſtitutum numerarit, ſingula hæc pignora Archiepiſcopatui libera dimittantur. Si vero oneribus ea, quibus innexa, ante iam liberauerit Gerlacus, quam ille ad id genus faſtigium euehatur, pecunia ei & heredibus permaneat. Cuno Gerlaco vim frugis vinique præſentem, baliſtas item aliaque inſtrumenta bellica in caſtris & villis, litteras inſuper publicas, tabulas, libros cenſuales &c. tradat; vini vero frumentique apparatum, in locis oppigneratis reconditum, retineat. Inſulam Archiepiſcopalem, pedum, aliaque ornamenta eccleſiaſtica idem eidem ſine vlla difficultate ac mora exhibeat, præſtetque. Gerlacus ceteris Prouiſoribus editis caueat litteris, ſe debita, quæ tempore adminiſtrationis contraxerint, bona fide expediturum. Clerus omni in Cunonem actioni renuntiet; Naſſouii, pater & fratres, viciſſim omni in Clerum. Gerlacus cum *Haſſo*, *Marchione Miſnia*, & ciuitate *Moguntia* pacem firmiter colat. Idem Cunoni *Erenfels* vna cum dimidia altera vectigalis ad dies vitæ relinquat. Si vero Cuno in poſſeſſione Præpoſituræ maioris quieta ſit, vel, vti dictum, cathedram quandam Epiſcopalem inſcendat, Gerlacus dictum caſtrum, & vectigalis dimidiam recipiat. *Nicolum Grunenbergium* penes Præpoſiti ad D. Victorem dignitas maneat; *Ioanni Virnenburgio* penſio in ſingulos ſoluatur annos. Gerlaco curæ ſit, vt Cuno, ceterique, qui *Henrici Virnenburgii* partes ſecuti, quantocius anathematis vinculis eximantur. Eidem Gerlaco caſtra Archiepiſcopatus tandem, oppida, villæ, in liberam tradantur poſſeſſionem. Sed præſtabit tabulas ipſas inſpicere, ex iisque *Argentinenſem*, cuius verba ſupra dedi, interpretari.

Conditiones pacis inter Gerlacum & Cunonem factæ.

29) Latas tum *Cuno*, tum *Gerlacus* peculiaribus ratas habuere litteris. *Cunonis* datæ ſunt Veneris poſt Kalendas Ianuarias, ſigillisque *VVilhelmi*, Archiepiſcopi Colonienſis, *Ioannis*, Electi Argentoratenſis, *Henrici*, Comitis Veldentini, & *Friderici*, Comitis Sarvverdenſis, auunculi, munitæ. *Gerlaci* vero (vt clauſulæ verba adducam) *feria ſexta proxima poſt Circumciſionis.*

quas vterque ratas habet.

30) Atque ſic ad Sedem Moguntinam plene tandem admiſſus eſt. Quod *Rebdorfenſis* ad an. LIII p. 639 haud prætereundum duxit. *Præfatus*, ait, *de Falckenſtain cum Gerlaco Epiſcopo, pertractante hoc Rege, concordatur, & traduntur omnes munitiones & caſtra Archiepiſcopatus ipſi Gerlaco, exceptis, quæ ipſi de Falckenſtain pro certa pecunia manerent obligata.* Edit. I p. 858

31) Simulac vero in plenariam Archiepiſcopatus poſſeſſionem venerat, id in rebus neceſſariis habuit, vt boni publici cauſſa de moneta noua cum aurea, tum argentea, ſignanda ageret. quod & Aſchaffenburgi factum, opera Ioannis de Weſemale conducta. Sedenim non alienum, reor, erit, ſi paucula quædam ex tabulis hac de re die B. Innocentio ſeſta confectis huc attulero. Sic autem *Gerlacus*; *VVir* —— *bekennen*, —— *daſs vvir eine muntz haben vnd ſlahen vvollen, mit namen einen kleynen gulden, von dru vnd zvvenzig karraten, vnd einen halben karraten vvichtig. Vnd einen guten ſilbern pennig, der ſal halden zehen pennig Kuniges ſilbers, vnd ſal gen vff eyne Marg zehen ſchillinge. Vnd ſolent der pennige zvvene eynen alten Tornes gelden; vnd ein pennig von demſelben ſilber; der ſollint gen vff die Marg ein phunt, vnd der ſollent gelden viere eynen alden Tornes.*

monetam nouam cudi curat.

32) Ceterum vt cum *Henrico* Haſſiæ Landgrauio, eiusque filio *Othone* in concordiam redigeretur, per id temporis curæ ſibi habebant *Henricus*, Comes de Hoenſtein, Dominus Sundershuſæ, *Ioannes*, frater, Comes de Naſſavve, *Sifridus*, Comes de Witgenſtein, *Heidenricus* de *Elckershuſen*, *Simon* de *Hohenberg*, & *Stephanus* de *Schartenberg*; quod etiam perfecere. Memorat id ipſe litteris ſabbato diem D. Pancratio ſacratum præcedente ſcriptis, teſtatus, ipſos rem eo deduxiſſe, ſe volente.

33) Cum Colonienſi dein & Treuirenſi Confluentiæ die Mercurii poſt feſtam Matthæo Apoſtolo lucem in fœdus coiit. Duabus maxime de cauſſis id initum. Primum ſecuritati otioque publico tuendo. Vti ſane præ ceteris ſtatuebant, tuta ſe itinera ſingulis & omnibus, ſiue ordinis eccleſiaſtici ſint, ſiue ciuilis, a ponte lapideo ſupra Moguntiam Noueſium vſque; ex vtraque vero Rheni parte intra quartum a ripa fluminis milliare præſtituros. Dein mutuæ concordiæ ac defenſionis ergo; quippe ad quam alter alteri aduerſus quoſuis ſe obligabat; generatim tamen exceptis Sede Pontificia, & Imperio; ſpeciatim vero ex parte Gerlaci, *VValramo*, Comite Sponheimenſi, pacis publicæ in tractu Wetterauiæ ſociis, Suffraganeis item ac Miniſterialibus Archiepiſcopatus Moguntini; ex parte *VVilhelmi* Colonienſis, *Ioanne* Duce Brabantiæ, & fœderi de pace publica, in inferioribus ad Rhenum partibus ſeruanda, adſcriptis; ex parte *Boemundi* Treuirenſis, *VVenceslao* Duce Lucenburgenſi, & pacis publicæ conſortibus in confiniis Lotharingiæ.

Fœdus cum Colonienſi & Treuirenſi initum.

34) Similiter hoc anno cum *Friderico* & *Balthaſare*, Landgrauiis Thuringiæ, Marchionibus Miſniæ, arctam contraxit ſocietatem

et Marchionibus item Miſniæ.

Edit. I p. 858

tem, pollicitus, ſe eis ad dies vitæ opem laturum, & quidem in Thuringia, centum galeatis, probe expeditis; extra Thuringiam vero quinquaginta, vbicunque locorum id opus eſſet, ad Albim flumen vſque.

ſuppetias fert Wirzburgenſ.

35) Quam his promiſit, eam *Alberto*, Antiſtiti Herbipolenſi, aduerſus ciues Wirzburgenſes, obſequii ignaros, h. a. reapſe tulit, & pacificationi illos inter ab Imperatore Carolo factæ interfuit. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. hunc LIV p. 224, *Friſeus* chron. Herbipolenſ. in *Alberto II* cap. XV & XVI p. 639 & ſeq. Præter quos teſtimonio nobis eſt *Gerlacus* ipſe. Is enim in litteris an. MCCCLX, feria quarta poſt Matthiæ Apoſtoli ſollemne Altuillæ ſignatis; *Daſs vvir dem Edlen* Eberhard, Graven *von* Cazenelnbogen — *ſchuldig ſin — vor ſolchen dienſt, den er vns getahn hat, da vvir lagen vor VVurzburg, und vor allen ſchaden, koſt, verluſt, die er gelitten hat in demſelben vnſern dienſt an pferden* &c.

cum Paderbornenſi ſœdus init.

36) Anno præcipite cum *Balduino* item, Antiſtite Paderbornenſi, concordiæ amicitiæque pepigit fœdus. Quod vt hoc firmius perſtaret, conuenit, ſi quid forte ſuboriretur diſſidii, id arbitrorum committendum iudicio. Delecti autem, ex parte Gerlaci, *Reinherus* de *Dalvvig*, Miles, & *Henricus* de *Hanſtein*; ex parte Balduini, *Albertus* de *Brackel*, & *Theodericus* de *Tvviſte*, Milites; Præſidis honorarii (*Obmann*) loco *Eilgerus* de *Dalvvig*. Rem Eltvillæ actam teſtantur tabulæ, die S. Stephani protomartyris honori & memoriæ dicato, confectæ.

Erfurtenſib. ius monetādi vendit.

37) Ceterum eodem hoc anno, ærarii preſſus inopia, nominumque exſoluendorum numero, ciuitati Erfurtenſi vtilitates monetæ vendidit, pacto tamen de iure redimendi, diſerte adiecto. Conf. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. II § XIII p. 108.

Abbatem Corbeienſ. in tutelam recipit.

38) Sequenti MCCCLV, ipſo Epiphanias Dominicæ feſto, *Dietericum*, Abbatem Corbeienſem, tum in Miniſtrum ſibi adſciuit, tum ſuum in patrocinium ſuſcepit, litteris Eltvillæ tum datis pollicitus, ſe ei contra quoſuis ſuo adfuturum præſidio; Sede tamen Pontificia & Imperio, *VVilhelmo* item Archiepiſcopo Colonienſi, *Henrico* & *Othone*, Landgrauiis Haſſiæ, *Friderico* & *Balthaſare*, Marcgrauiis Miſniæ, *Ioanne*, Comite Ziegenhainenſi, & *Othone*, Comite Waldeccenſi, fœderatis ſuis, omni modo exceptis. Additum, ſe ei ſuppetias laturum intra menſem a die, quo euocaretur. Porro, ſi Archiepiſcopatus Beneficiarii & Caſtrenſes rogati auxilium ei portarent, tum ſeſe ad id ferendum haud obligatum eſſe; vt tabulis, quas in codice Diplomatico dedi, curatius conſignatum eſt.

donationem Henrici collegio metropol. firmat.

39) Dein ædis ſummæ Canonicis animi beneuoli ſignum præbiturus, poſſeſſiones, quas iis *Henricus* Virnenburgius annis ſuperioribus liberaliter attribuerat, diplomate Eltvillæ XV Kalend. Octobr. edito firmauit, vt l. modo d. videre eſt.

Norimbergæ in comitiis legatis Pontif. reſpondet.

40) Inſtabat dies, quem Principibus ad conueniendum Cæſar dixerat. Quem vt obiret, Norimbergam conceſſit. Ibi vero cum eſſet, ſuumque ſtudium ad Imperii ſalutem Carolo deferret, *Stephanus*, Archiepiſcopus Toloſanus, & *Reginaldus*, Antiſtes Vlyſſibonenſis, Pontificis Miniſtri, *ille* Camerarius, *hic* Theſaurarius, litteras, quibus inſtructi erant, fiduciarias per nuntium illuc tranſmittebant, mandata ſibi data ſimul exponentes. Quibus lectis, ſequens eis dedit reſponſum. *Reuerendi PP. & DD. Litteras credentie PP. VV. in preſentia Sereniſſimi Principis, Domini noſtri, Karoli Imperatoris Romanorum, Nurenberga conſtituti, XII die menſis Decembris receptas, preſentium per latorem audiuimus cum diligentia, qua idem nobis retulit, & quia idem factum concernit preſentias DDnorum Colonienſis & Treuirenſis Archiepiſcoporum, quorum aduentus exſpectatur, decernimus, ipſis proponere nobis dicta, & cum omni promptitudine mandatis Apoſtolicis obedire. Dat. Nuremberg XII die menſis Decembris MCCCLV.*

Marck. Badenſem in Miniſterialem cooptat.

41) Anno tandem præcipite, *Rudolfum*, Marchionem Badenſem, vulgo *VVecker* cognominatum, ſimiliter, vt ante Abbatem Corbeienſem, in Miniſterialem cooptauit (*zu vnſerm vnd vnſers Stifts Diener*, vt verba tabularum, feria ſexta ante Thomæ Apoſtoli ſollemnitatem Norimbergæ ſignatarum, habent) eumque non ſecus ac Miniſterialium alios omni ſe ſtudio defenſurum ſpopondit.

Erfurtenſium ſuppetias ſibi paciſcitur.

42) De cetero, cum omnem animum in Erfordiæ poneret viribus, communi ſubiectionis vinculo haud contentus, ſpecialibus pactis ciuitatem ſibi firmauit, octoginta galeas in omne periculum ad quinque annos ſtipulatus. *Gudenus* l. d. § XIII p. 108.

II Anno autem MCCCLVI, vti narrat in Hirſaugienſi *Trithemius*, in conuentu Principum *Metis habito*, BVLLAM *dictam* AVREAM, *quia ſigillo ſit aureo roborata, de Imperatore Romanorum deligendo idem Carolus, indicta conuentione Principum, ad vtilitatem reipublicæ, de conſenſu omnium Principum Electorum & Regni, conſcribi fecit & confirmauit. His rite peractis conuentu ſoluto cum vxore tranſiuit de ciuitate in ciuitatem, & de monaſterio ad monaſterium, Sanctorum reliquias vbique diligentiſſime inquirens, ex inuentisque multas precibus, quas ſpernere poterat nullus, obtinuit, quas ad gloriam & decorem eccleſiarum gentis ſuæ Bohemis inuexit.*

A. B. partim Norimbergæ partim Metis publicata.

1) Notes velim, haud curate hic loqui *Trithemium*, dum dicit, Carolum Auream Bullam Metis conſcribi feciſſe & confirmaſſe. Siquidem ille non niſi capita poſteriora illic promulgauit, cum XXIII priora Norimbergæ iam publicaſſet. Vtraq; conſenſu ſuo approbauit Gerlacus, & tum hic, tum illic, cum publicarentur, præſens fuit. v. *A. B.* in prooemio & c. XXIV.

2) Ce-

Ruperti Palatini, & Rudolfi Saxonis iura Gerlacus communit.

2) Ceterum Norimbergæ hoc anno tum *Ruperti* ſenioris, Comitis Palatini ad Rhenum, Septemuiri, tum *Rudolfi*, Saxoniæ Ducis, cauſſam, iuraque tabulis editis communiuit. *Ruperti* quidem, dum teſtatus eſt, Ruperti iunioris conſenſu voluntateque tandem ita conſtitutum eſſe, vt patruus, Rupertus ſcilicet hic ſenior, ad dies vitæ Palatinatum Rheni teneat, vna cum iure facultateque eligendi Cæſarem. *Rudolfi* vero, dum recognouit, non alium, quam ipſum, qua Ducem Saxoniæ & ſacri Imperii Archimareſchallum, ſuffragii poteſtate in deſignando Cæſare gaudere. Vtrasque ceteris in codice Diplomatico annectere placuit.

de oppignorandis Argentoratenſi bonis quibusdam Imperii conſentit

3) Sedenim, nec *Ioanni*, Epiſcopo Argentoratenſi, tum defuit. Res ita habet. Cæſar olim *Bertholdo* Antiſtiti licentiam conceſſerat, bona Imperii, *Ortenburg*, *Offenburg*, *Gengenbach*, *Zell*, & *Aduocatiam in Mortenaue* *, Badenſibus pro nongentis marcis auri puri, quatuor millibus libbr. Halleror. & quinque millibus florenorum aureorum pignori oppoſita, ære dicto, & quinque inſuper millibus florenorum, quæ ipſe eisdem propter multa, grataque ſeruitia ſibi & Imperio exhibita, transſcripſerat, redimendi: nunc vero *Ioanni* ſucceſſori loca iſta pro ſumma monetæ modo memoratæ, veri iuſtique pignoris titulo, obligabat. Vt id ratum eſſet, Electorum opus erat conſenſu. Gerlacus igitur ſua id aſſenſione, ſabbato proximo poſt Epiphaniam Domini, approbauit, laudauitque.

* Ortenau; *quam Imperator Leopoldus, qua Archidux Auſtriæ, an. MDCC* Ludouico *Marchioni Badenſi, feudo maſculino titulo, in gratiæ ſingularis teſtimonium, conceſſit.*

Erfurtenſibus villas quasdam concedit.

4) Comitiis finitis Norimberga abiit Erfurtum. Cuius vrbis erga ſe amorem vt magis magisque prouocaret, ciuitati tum villas *Hermanſtein*, *Azmansdorf*, & *Stobra*, quas Comites Kirchbergenſes ab Sede Moguntinenſi iure beneficiario olim receperant, feria ſexta proxima ante diem, qui conuerſionis D. Pauli memoriæ ſacer eſt, fiduciario contulit ritu. Conf. *Gudenum* l. d. hiſtor. Erfurtenſ. § XIII p. 108, quem ex his emendes.

Salzenſibus leges dat.

5) Inde peruenit Salzam. Vbi feria quinta ante Hypapanten, qui communiter oppidum poſſidebant, ipſe ſcilicet, & Marchiones Miſniæ, leges quasdam, quibus ciues in poſterum tenerentur, edidere; quarum quidem initium ita habet; *VVir* Gerlach — *VVir* Friderich *vnd* Balthaſar, *Landgraven in Turingen, vnd Marggraven zu Miſſen, in dem Oſtirlande vnd zu Landisberg, Graven zu Orlamunde, vnd Herren des Landes zu Pliſſen, bekennen* &c.

caſtri Pleſſe obtinet vſū.

6) Duderſtadium cum veniſſet, *Godesmanno* & *Hermanno*, Nobilibus Dominis *de* Pleſſe, id fecit gratiæ, vt eis feria quinta ante D. Valentini ſollemnitatem & præſidium ſuum ſponderet, & aduerſus hoſtes auxilium. Quæ res tantum apud illos valuit, vt ei liberum caſtri *Pleſſe* vſum addicerent, permitterentque. Bello tum impliciti erant cum *Steinbergiis*, cædem *Eraſmo* von *Steinberg* ab iis illatam armis vindicantibus, aduerſus quos (vt id addam, exceptum enim fuit) in adiutorium trahi noluit. Edit. I p. 858

cum Haſſo fœdus init.

7) Duderſtadio conceſſit Frizlariam, vetus Sedis Moguntinæ municipium. Sidere quidem haud infelici. Cum enim ibi eſſet, contigit, vt fœdus inter ſe ſtipularentur, quos inter hactenus ſemel atque iterum fuerat diſcrepatio, ipſe nimirum, & *Henricus*, Landgrauius Haſſiæ. Stipulati autem id ſunt tum ad dies vitæ, tum ſocietatis & auxilii mutui cauſſa. Alter enim alteri quinquaginta galeas in omne ſpopondit periculum. Additum tamen, aduerſus quos neuter ad mutuam operam obſtrictus eſſe velit. Fuere ii, generatim quidem, *Henricus* Comes Hoenſteinenſis, Dominus Sondershuſæ, *Henricus* & *Guntherus*, Comites Swarzburgii, *Sifridus* Comes Witgenſteinenſis. Speciatim vero, ex parte Gerlaci, *Imperium*, Marchio Miſniæ *Fridericus*, fratres *Adolfus* & *Ioannes*, Comites Naſſouii, *VValramus* Comes Sponheimenſis, *Vlricus* Dominus de Hanau, & Ciuitas *Erfordia*. Ex parte Henrici, *Otto*, frater, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, *Ludouicus* patruus, Antiſtes Monaſterienſis, *Fridericus*, Marchio Miſniæ (*vnſer Swager*) *Erneſtus* iunior, Dux Brunſuicenſis, gener, *Ioannes* Abbas Herſfeldenſis, & *Hermannus* (*vnſer Bruder.*)

pecuniã ſumit mutuo.

8) Vti vero loca, quæ *Cunoni* de *Falckenſtein* pignori data erant, ære præſenti reuocaret, feria ſexta ante D. Georgii, ab *Eliſabetha* de *Liebesberg*, *Hermanni*, *Domini* de *Liebesberg* vidua, & *Engelharto* de *Hirſchorn* octodecim florenorum millia mutuo ſumſit, oppoſitis eisdem in ſecuritatem caſtro *Starckenberg*, oppidisque *Heppenheim* & *Bensheim*, vna cum villis contributis. Tabulis tum confectis ſigilla appendere *Rupertus* Senior, Comes Palatinus Rheni & Elector, *Gerlacus* pater, fratres item *Adolfus* & *Ioannes*, Comites Naſſouii.

Regis Bohemiæ iura de Electoratu communit.

9) Sub finem anni conceſſit Metim, quo Principibus indicta erant comitia. In his autem Cæſaris in gratiam recognouit, Regi Boiemiæ vere locum eſſe in Principibus Electoribus, eidemque, vt ceteris, competere ius ſuffragii ferendi in electione Imperatoris ſiue Regis.

nouum priuilegium a Cæſare accipit.

10) Cuius rei quam grata æſtimatio Imperatori fuerit, exinde perſpicias, quod ei aliquot diebus poſt conceſſerit ius in locis intra terminos caſtrorum *Haſeloch* & *Gerlachshuſen* prope Munzenberg, queis quidem ei viſum fuerit, oppida exſtruendi; villas item *Gernsheim* & *Niderrnhall* prope Nagelsberg, nec non *Haſela* prope Wertheim oppidorum in formam redigendi, & inſtaurandi; indultis ſimul horum locorum ciuibus iisdem libertatibus ac immunitatibus, quibus ciues Francofurtenſes vsque huc vſi &c. vti ex tabulis ipſis in codice Diplomatico curatius cognoſces.

iuri Ducis Luxenburgenſis cauet.

11) Peracta poſteriorum A. B. capitum promulgatione, litteris publicis teſtatus eſt, Wenceslao fraudi haud futurum, quod Saxo, dum Electorum quisque ſuis fungebatur muniis, Imperatori enſem prætulerit. Contende-

Edit. I p. 858

tendebat enim Lucemburgenſis, in Ducatu Lucemburgico, ceteriſque terris ſuis ſibi ius Imperatori gladium præferendi competere. Cum lectu dignæ ſint, quamuis alibi iam habeantur, codici Diplomatico inſerendas duxi.

III Anno MCCCLVII excitauit Gerlacus lapideum ſactis S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini primi viſceribus in S. Ioannis æde monumentum, de quo lib. III notatione XLVII.

cum Cunone de Falckenſtein confligitur.

1) Hoc alioquin anno ipſe cum *Cunone* de *Falckenſtein* iurgia, diſcordias, iras exercebat, quin armis correptis cum eo gerebat bellum. Et quamuis opera *Henrici*, Comitis Veldentini, res a die Mercurii ante Palmarum celebritatem vsque ad almam Pentecoſtes in induciis fuiſſet, & dein modo huius, modo illius ſtudio & labore rurſum ad certum tempus, hoc tamen anno ad pacis conditiones haud potuit adduci.

vſum caſtri Bickenbach ſibi acquirit.

2) Hæc inter autem ſecuritati ſuæ, ſuorumque, modo temporibus iſtis quammaxime vſitato, proſpicere haud neglexit. Viſæ enim nobis ſunt tabulæ, quibus Altævillæ Martis ante diem Bartholomæo Apoſtolo ſeſtum, tutelæ ſuæ cauſſa, pacto de pace concordiaque in caſtro *Bickenbach* inuicem colenda atque in perpetuuum ſeruanda, nomine *des Burg friedens*, ſe obſtrinxere cum ipſe, tum *Gerhardus*, Comes Rieneccenſis, *Mena* eius vxor, *Eberhardus* Pincerna Erpacenſis, eiusque coniux *Eliſabetha* e Comitibus Cazenelenbogiis, ac *Conradus*, Dynaſta Bickenbacenſis.

Erfurtenſibus Tundorf & Mülberg vendit.

3) Sequentibus diebus ciuitati Erfurtenſi Dynaſtias *Tondorf* & *Mulberg* (*die Huſs* Tundorf *vnd* Mulberg) vendidit; illam totam, hanc vero dimidiam partem; & quidem mille ducentis marcis argenti; adiecta tamen retrouenditionis lege. Clauſula tabellarum auctoritatis tum editarum ita habet; *Datum* 1357 *Sontag poſt natiuitatem B. V.* conf. *Gudenus* l. d. p. 108.

quadrantem caſtri Itter emit.

4) Paullo poſt tamen fortunis Archiepiſcopatus rurſum augendis inſtitit. Occaſio hæc erat. Qui familiam Dynaſtarum *Itterenſium* clauſit, toparchiæ auitæ inhians, agnatum ſuum *Heilmannum* nefarie occiderat. Occiſi vidua *Margareta*, eiusque filia *Kunigunda*, cæde marito patrique tam indigne illata motæ, quadrantem caſtri Itter cum locis contributis, iuribus item ac prouentibus (*das halbe theil vnſers halben theils des Huſes* Ytter, vt in Inſtrumento venditionis eſt, *mit Herſchaften, Gerichten, Vogteien, Kirchenſatz* &c.) Gerlaco ad emendum offerebant. Is haud cunctandum ratus, poſſeſſionibus Sedis eam pretio DCCCC marcarum argenti puri, ponderis Frizlarienſis, adiecit. Actum id Eltvillæ Veneris ante Galli.

Gambsin Paſtor. Limpurgenſ. p. 30, & *Weberus* Emblemat. Haſſiacor. ſectione I aphoriſmo VII notat. **** p. 35 habent, Gerlacum, Landgrauium, & *Othonem*, Comitem Waldeccenſem, *Itteram*, locaque reliqua anno MCCCLXI expugnaſſe; Gerlacum dein & Henricum ea inter ſe diuiſiſſe, interfectore in monaſterium Heyna detruſo.

Ceterum *Margareta* hæc poſtea nupſit *Ottoni*, Comiti Waldeccenſi. Indicium nobis faciunt litteræ *Adolfi I*, Archiepiſcopi, Frizlariæ an. MCCCLXXXI, dominica poſt anniuerſariam Galli memoriam datæ; *Wir Adolf E. zu M* — *Als wir mit der Edlen* Margreten, *Greſinne von Waldecke, Widwen, die auch vor ziten was eliche Wirtinne* Heilmanns *ſeligen von* Itter, *uberkommen ſint von das Sloſs zu Brunechhuſen* &c. Ex quibus auctorem *des Waldeckiſchen Regenten-Saals* ſuppleas.

Simul vero, *Margareta* rogatu veſtalibus parthenonis *Schaken* cenſum perpetuum ſex medimnorum frumenti hac attribuit lege, vt ſacra Heilmanni anniuerſaria ritu funebri in poſterum peragerent, ac quotannis inſtaurarent.

cum Cunone componitur.

5) Poſtero tandem, qui MCCCLVIII adeptæ ſalutis fuit, opera ſtudioque *Henrici* zum *Iungen*, Sculteti Oppenheimenſis *, cui id a Cæſare datum erat negotii, cum *Cunone* de *Falckenſtein*, poſitis odiis, ſedatiſque belli, quo hactenus inter ſe commiſſi erant, motibus, in concordiam rediit, tabulis Moguntiæ die XXVI Martii confectis pollicitus, ſe æs alienum omne, quod *Cuno* tempore adminiſtrationis contraxerit, ſine vlteriori illius moleſtia exſoluturum.

* *Cum illius hic fiat mentio, non plane ab re erit notare, fato ſuo functum eſſe anno MCCCLXVI. Sic enim necrologium* FF. Prædicatorum *Moguntiæ*; MCCCLXVI † Henricus zum Iungen, antiq. Scultet. in Oppenheim, & iacet in medio chori.

fœdus cum Erneſto Brunſuicenſi init.

6) Diſſidio ſic compoſito, diebus ipſe ſequentibus fœdus pepigit cum *Erneſto*, Duce Brunſuicenſi, *Alberti* filio. Iniit autem id ad tres annos, ac ſpopondit, ſe ei, quotiescunque opus eſſet, viginti galeatos, & viginti lanceis inſtructos miſſurum auxilio, quorum vti poſſit opera circumcirca caſtrum *Vredelant* ad quartum & decimum vsque milliare (*von dem Huſe* Vredelant 14 *myle wegis allumb, war er will vnd er bedarf*) Litteris id conſignatum Eltvillæ feria quarta poſt Pentecoſten.

Duderſtadienſibus peculiare indulget priuilegium.

7) Poſt Duderſtadenſibus inſigne indulſit priuilegium. Quippe litteris die S. Margaretæ Virginis perſcriptis, iis promiſit, ſe nec eccleſiam oppidi parochialem vlli Ordini incorporaturum ſiue contribuuturum, nec conceſſurum, vt vllum ibi vel intra mœnia, vel extra eadem extruatur monaſterium.

tertiam partem oppidi huius emit.

8) Incunte vero Septembri tertiam huius ipſius oppidi partem cum omnibus iuribus, prouentibus, clientelis, & id genus aliis a *VVilhelmo*, Duce Brunſuicenſi, emptam comparauit Archiepiſcopatui. Loquuntur id tabulæ, queis *VVilhelmus* die dominica proxima ante feſtum natiuitatis Mariæ venditionem hanc complexus eſt, ciuibusque ſimul mandauit, vt *huldam faciant Archiepiſcopo pro parte ſua*, id eſt, tertiæ huius ratione ſacramentum ei dicant; quod illi etiam dixere, *Henrico*

rico de *Hartenberg* & *Heidenrico* de *Elckershuſen* Gerlaci nomine id excipientibus.

Vormatienſi Adiutorem dat.

9) Et quum iiſdem diebus Pontifex *Innocentius VI* neceſſarium iudicaſſet, *Salmanno*, Vormatienſi Epiſcopo, & ſenio & corporis infirmitate laboranti, Adiutorem dari, Gerlaco litteris Auenioni X Kal. Nouembr. Pontificatus anno ſexto, delegauit, vt eidem ad pontificii muneris procurationem virum idoneum adiungeret, *citra tamen futuram ſucceſſionem*, ſecundum regulam a Gregorio M. præſcriptam. Epiſtolam ipſam vide apud *Baluzium* append. ad Lupum Seruatum XIV p. m. 537 & ſeq.

oppidũ Ballenberg emit

10) Anno ſequenti MCCCLIX poſſeſſiones Sedis Moguntinenſis acceſſione oppidi *Ballenberg* ſingulari auxit fide. Coemit autem id a Comitibus Eberſteiniis, *Poppone*, & *Ioanne* Canonico Moguntino, pretio quidem MLX florenorum aureorum. Tabulatum datum eſt proxima Mercurii poſt Hypapanten (*nach dem Zvvölften, den man nent den Obirſten*)

Martinſtein exædificandi dat licentiam.

11) Inde Conſiliario ſuo *Antelmanno* de *Graſevvege*, Equiti *, poteſtatem fecit, caſtrum *Martinſtein*, quod in Hunnorum tractu ſiue dorſo (vulgo *Hunsrück*) ſitum eſt, exædificandi; conſtitutis ad ſumtum operi impendendum M florenis aureis; pro quibus & DCCC aliis, quos iam expenderat Antelmannus, eidem die Gertrudi ſeſto caſtrum ipſum pignori oppoſuit.

* *Notes, quod is poſtea factus fuerit Burggrauius Beckelnheimenſis. In coniugio habuiſſe* Catharinam, Comitem *de* Homburg, *patebit ex iis, quæ infra dicam ad an.* MCCCLXIII. *De cetero in magna apud Gerlacum & Adolfum I & gratia fuit & auctoritate.*

caſtrum Vilmar expugnat & euertit.

12) Non longe poſt vna cum Treuirenſi, Colonienſi, Principibusque aliis caſtrum *Vilmar* obſedit, expugnauit, euertit. Diſerte hic *Miſcella* manuſcr. de quibus iam ſæpius; *Eodem tempore* (anno MCCCLIX) *circa feſtum Penteceſtes, omnes Principes VVederabiæ, Rheni, & alii plures, ſcilicet* Dominus Moguntinus, *Colonienſis, Treuirenſis, Landgrauius Haſſiæ, Abbas Fuldenſis, ciuitateſque ad Imperium Romanum pertinentes, in eiſdem partibus ſitæ, & alii Comites & Domini prouinciarum in his partibus morantes, obſederunt caſtrum cum ciuitate* Vilmar, *propter violatam regiam, quam Carolus Rex Romanorum eo tempore conſtituerat, a Domino* Philippo *de* Yſenburg, *& ſuis complicibus, cuius tale caſtrum erat, & ſubuerterunt caſtrum cum ciuitate infra quinque ebedomadas, ita quod lapis non remanſit ſuper lapidem.*

parthenonis

13) Dein ad curas conuerſus eccleſiaſticas, ſanctimoniales in Rhingauia *Aulenhuſenſes* ad priſcum integritatis vſum, frugemque meliorem reuocauit. Diſſidebant eæ inter ſe, euagabantur ſine venia, diuina officia haud debite obibant; & quo liberius, quicquid liberet, agere poſſent, negotium Rectricis eligendæ in longiorem diem ſemper differebant. Litteris itaque pridie diei memoriæ D. Laurentii dicatæ perſcriptis iuſta eas inceſſit obiurgatione, mandauitque, vt intra quatuordecim dies in ſuffragia euntes Moderatricem eligerent, ædificia, quæ intra clauſtri fines auſu proprio excitauerant, diruerent, & ad vitæ incorruptæ officia omni ſe componerent ſtudio.

Aulenhuſenſis ſtatum emendat.

cum Septemuiris coit.

14) Ceterum hoc anno, Caroli iuſſu mandatoque, cum Collegis Septemuiris coiit. Cuius rei ſiue negotii ergo conuenerint, haud inuenio annotatum. Baccharaci tamen congreſſos eſſe, ſatis teſtatum faciunt litteræ, quas conuentu peracto dedit ad Cæſarem. In lucem prolatas inſerui codici Diplomatico.

falſo differtur rumore.

15) Poſt paullo intelligens, illius ad aures delatum eſſe, ac ſi de eo, Pontificis conniuentia, exauctorando, & Ludouico Hungariæ Rege faſtigio Imperiali imponendo, miſcuerit conſilia, ne obtrectatio locum inueniret, omni allaborauit cura. Scriptis enim ad Carolum litteris teſtatus eſt, totum eſſe ex vano rumorem illum, & ab omni procul remotum ratione. Aliis ab Ludouico Hungaro petiit, cum probe norit ipſe, huius rei ſe falſo deferri, velit inſonti perhibere teſtimonium. Aliis ex Rudolfo, Auſtriæ Duce, qui id Cæſari attulerat, quærit, quo auctore id habeat. Singulas dedi in codice, quem ſæpius iam dixi, Diplomatico.

cum vicinis de pace publica fœdus init.

16) Tandem, vt paci conſuleret publicæ, hoc etiam anno, Caroli Imperatoris iuſſu, cum vicinis egit de fœdere. In id vero ad tres annos, nomine tituloque *eines Landfriedens*, coiuere, ipſe, *Vlricus*, Dominus de Hanau, Præfectus tum Imperialis Wetterauiæ, & Ciuitates Imperii, *Francofurtum, Fridberga, VVetzflaria*, & *Geilenhuſa.* Modus certis comprehenſus capitibus. Vnum erat, de ſecuritate cuiuis iter facienti in viis publicis præſtanda. Alterum, de numero copiarum ab vnoquoque fœderatorum hanc in rem conſcribendo iuxta alendoque. Tertium de iudicio, cauſſis, quæ pacem hanc publicam ſpectarent, cognoſcendis inſtituendo. Vltimum (reliqua enim prætereo) de terminis ac finibus, quos intra ſecuritati proſpiciendum publicæ &c. Quæ ſi curatius noſſe cupis, codicem adi Diplomaticum.

IV Quia vero magnopere ſuperiorum temporum diſſenſio, ſacrorumque ceſſatio, Moguntinam eccleſiaſticorum diſciplinam ac mores labefecerat, habuit anno Domini MCCCLIX Carolus Imperator Moguntiæ colloquium cum Moguntino Archiepiſcopo, Treuirenſi, & Colonienſi, itemque cum Saxoniæ, Bauariæque Ducibus. Aderat etiam miſſus ab Innocentio VI Legatus, Epiſcopus Caluacenſis, ſeu, vt habet MS. Cauallicenſis. quem vt cleri moribus reformandis potius, quam colligendis pecuniis operam daret, monuit Imperator. Vt vero reformationis aliquod ipſemet Imperator daret ſpecimen, vidit forte aſtantem inter alios quendam metropolitani Collegii Canonicum, Cunonem illum Comitem

Paralipom. Vrſpergenſ. f. 384. (Ser.)

Edit. I pag. 659

miuum Falckenſteinium, de quo in Henrico III ſupra. Erat autem is veſte, (quam vocat volum. III generatione XLVI *Nauclerus*, & Paralipomena *Vrſpergenſis capitium*, MSL. *pennlam*) indutus, quæ quoad materiam quidem erat pretioſior, quoad formam vero ſæcularior ac militarior, quam eccleſiaſticum deceret. *Cui* (e citato iam *Nauclero* nunc eloquor) *Imperator: Præſta mibi capitium tuum, & depoſito ſuo capitio, Imperator induebat capitium Cunonis, ſuumque vilius Cunoni dedit, dicens Principibus: An non in capitio Cunonis, ſimilis ſum plus militi quam clerico? deinde reſtituit capitium Cunoni, vertitque ſe ad Gerlacum Archiepiſcopum Moguntinum, & ait: Domine Archiepiſcope, vobis præcipimus ſub ea fidelitate, qua nobis adſtringimini, quatenus reformetis clerum veſtrum, vt abuſum in veſtibus, calceis, capillis, ac vita vſu tollant. Quod ſi non fecerint, mandetis fructus beneficiorum ſuorum occupari, & fiſco noſtro præſentari, quos, cum voluntate Papæ, in honeſtos conuertemus vſus.* Ita loquutus eſt, auctore illo narrante, Imperator. Cuius ſane præclara monitio apud hominem minime ſtupidum, & ingenio alioqui liberali ac ſapienti præſtantem, tantum valuit, vt Archiepiſcopus poſtea Treuerenſis, Adminiſtratorque Colonienſis magna cum prudentiæ laude fuerit, ideoque & ad ipſum poſtea Moguntinum Archiepiſcopum poſtulatus.

Amenebur-genſem in Collegium Canonicorū mutat.

1) Anno ſecuto (MCCCLX) parochialem *Ameneburgenſem*, de qua auctor § VI ſequenti, extulit in Canonicorum collegium, & inter alia bonis parochialium *Minneburgenſis*, *Aldendorfenſis*, *Glenenſis*, *Elmirsdorſenſis*, *Kullisheimenſis*, *Habrachtisbuſenſis* & *Orbenſis* (ſaluis tamen illorum ſalariis, qui vicaria eas curarent opera) dotis loco egregie inſtruxit. Id vero hoc factum anno, non autem ſequenti LXI, docent litteræ, die VII Martii an. hoc MCCCLX hunc in finem datæ, quas in codice Diplomatico legere eſt.

Canon. metropol. parochiali Dieburgenſem attribuit.

2) Eo tempore Decano, Canonicis, & Vicariis ad ædem D. Martini ſuæ maiorem, parochialem oppidi *Dieburg*, cum omnis acceſſione prouentus, donauit ac in perpetuum attribuit. Tabulæ, quas tum hac de re edidit, habentur l. d. ſiſeque exponunt, quo fine eis hanc fecerit gratiam.

de Iſenburgio coercendo mandatum accipit

3) His vero aliisque cum eccleſiarum dignitati commodisque conſuleret, *Philippus Iſenburgius*, ob caſtrum Vilmarienſe euerſum plenus minarum iræque, quatuor e regno Bohemiæ, qui negotiandi cauſſa in Wetterauiæ agebant tractu, manus iniecit violentas. Quo cum Cæſari quam maxima oborta eſſet indignatio, Gerlacum, literis Pragæ ipſa D. Nicolai memoria ſcriptis, monuit, cum ſociis fœderi nupero adſcriptis curaret, vt captiui quamprimum e cuſtodia dimittantur. Sin, ſuis ſe tam interdicturum, ne amplius coiter flectant, quam mandaturum, vt hominis perſequantur iniurias, ac par pari referant. De cetero in id incumbendum, vt *Philippi* infringantur libidines. Tantos enim illum ſibi ſpiritus ſumere, vt ferendus haud videatur. Inuenies eas in codice Diplomatico.

4) Quam beneuola in ædis metropolitanæ Canonicos & Vicarios non ita pridem fuerit voluntate, dictum. Præter illam vero, quam iis iam fecerat gratiam, ſub finem anni eisdem ius patronatus parochialium *Solzheimenſis* & *VVerſtadenſis*, quod *Philippus* de *Bolandia*, *Mena*, vxor eius, & *Conradus* frater, rite ipſis ac liberaliter contulerant, peculiari confirmauit diplomate. Datum id feria tertia proxima poſt feſtum B. Nicolai Epiſcopi, vt in codice Diplomatico, cui id intexui, vides. *Canon. metropol. nouum confert beneficium.*

V. Anno MCCCLX *multas*, inquit *Trithemius*, *in Bohemia Imperator de nouo fundauit eccleſias, fundataſque tam a ſe quam ab anteceſſoribus ſuis, reliquiis, ornatibus, picturis, clenodiis, & variis donationibus magnifice honorauit. Aulam villæ Ingelheim, non longe a Moguntia & Rheno, quam Carolus Imperator Magnus pro caſtro reſidentiæ maieſtatis ſuæ cis-Rhenanæ quondam habuit, in quo & natus, & gladium ab angelo contra Saracenos pugnaturus* (*qui Norimbergæ annue oſtenditur*) *accepiſſe cælitus miſſum, incolarum fide creditur, in monaſterium Canonicorum regulæ S. Auguſtini commutauit, ſtatuens, neminem in eo ad religionem ſuſcipiendum, niſi in Bohemia natum: quod ita hactenus ſeruatur, vſque in præſentem diem, per annos non minus centum quadraginta quatuor. Subiecit autem ipſum cœnobium Abbati monaſterii S. Caroli, in Praga pro tempore exiſtenti, ad quem eius viſitatio debeat pertinere. Feſtum quoque lanceæ, clauorum, & coronæ Domini noſtri IESV CHRISTI, feria ſexta poſt octauas Paſchæ ſingulis annis, per vniuerſum orbem Chriſtianum, celebrandum, impetrauit a Papa cum magnis indulgentiis, gratiis, & remiſſionibus peccatorum.*

de aula Ingelhemenſi in monaſterium mutata.

Mutauit quidem Carolus IV *aulam Ingelheimenſem* in monaſterium Canonicorum regulæ *S. Auguſtini*, dicauitque illud honori DD. *Caroli* & *VVenceslai* (*by nahmen S. Karols vnd S. Wentzelaus, in der ere vnir daſſelbe* (*Jeſſer geſtift haben*, vt verba ipſius habent)

Verum

Verum non hoc demum anno, ſed MCCCLIV iamiam, vt in deſignatione quadam monaſteriorum quorundam ad vſus profanos redactorum habetur. Saltim anno hoc LIV, tabulis Lucemburgi Saturni poſt dominicam *Innocentis* confectis, id quinquaginta medimnis ſiliginis, Nerſteinii de tribus curiis Imperialibus colligendis (*aus den 3 Höfen zu Nerſtein, die da zu dem Romiſchen Rich geboret han*) inſtruxit affecitque; biennio poſt vero, tabulis Sulzbaci Mercurii poſt D. Dionyſii ſollemne editis, agris in tractu ſuperioris & inferioris Ingelhemii ſitis, vulgo dictis *Königs-grund*, agris itidem in ſilua regali (*vf dem Königsvvald*) & tribus libris Halenſibus de vectigalibus fori, quod Ober- & Nider-Ingelhemii erat, vinarii; vt tabulis in codice Diplomatico allatis comprehenſum. Ceterum *Trithemius*, quæ hoc § auctor adduxit, habet in Sponheimenſi p. 327, Hirſaugienſi p. 243. Edit. I p. 859

Minchengarten.

VI Poſteaquam vero de Amœneburgo, quæ lib. III notatione XXVII notaui, ſcripſiſſem, contigit illuc me proficiſci. & aduerti locum illum omnino eſſe, cuius in S. Bonifacii vita mentio; viderique S. Michaelis eccleſiam ibi olim fuiſſe, quam monachi, a quibus monachorum adhuc hortus ibi quidam, cum parochiali cura tenuerint. Sed hanc a Gerlaco iſto Archiepiſcopo in S. Ioan. Baptiſtæ Canonicorum Collegium mutatam, anno CHRISTI Saluatoris MCCCLXI, prout in templi læuo iuxta primam aram pariete inſcripti docent verſus hi:

CILICIVM LILII dant ortum Canonicorum
Huius Collegii, Baptiſta Patronus eorum.
Quod pius inſtituit Gerlacus, & ære beauit:
Naſſavv quem genuit, Moguntia pontificauit.
O Baptiſta veni, caſtri ſis tutor amœni.

Wenceslaum de ſacro fonte ſuſcipit.

1) Anno alioquin, quem auctor ſignat, MCCCLXI, id habuit honoris, vt Norimbergæ Wenceslaum, Caroli IV filium, de ſalutari fonte ſuſciperet. *Henricus Rebdorfenſis* ad h. a. p. 643; *Et hinc filius baptizatus eſt dominica, qua cantatur*, Miſericordias Domini, *quæ tunc fuit III Id. April. in parochia S. Sevvaldi in Nürnberg, Babenbergenſis diœceſis, & leuatus de fonte per* Archiepiſcopum Moguntinenſem, *Colonienſem* &c.

Lichtenbergenſi feuda in Brumat confert.

2) Inde iura, *Vaſallos*, & *Burgenſes* Archiepiſcopatus *in Brumat* (quos in chronographia Alſatiæ ſigillatim enumeratos huc transſcribere ſuperſedeo) a Landgrauiatu Mercurii poſt diem S. Cruci inuentæ ſacram tranſtulit ad *Simonem*, Dominum de Liechtenberg. Petierant enim id, *Ludouicus* ſenior & *Ludouicus* iunior, Comites Oetingenſes & Landgrauii Alſatiæ, cum iura iſta ac Beneficiarios anno MCCCLIX, Iouis ante Pauli conuerſi memoriam, in dominium Sedis Moguntinæ reiicerent *. Peruenerant autem (vt id addam) illa feuda, iura, & Vaſalli in Brumat ad eccleſiam Moguntinam a Laureshamenſi monaſterio, cui inde ab antiquo Imperatorum, aliorumque liberalitate plura in his oris beneficia tributa fuerant. *Obrechtus* prodromi rerum Alſaticarum cap. XII p. 210 & ſeq.

Erfurti nouam inſtituit Collegialem.

3) Tum eccleſiæ, quæ Erfurti nomine *Sacri fontis* appellabatur, habuit rationem. Carebat ea tum Rectore, rebusque erat maxime inclinatis, quamuis olim cenſu, qui octo miniſtris alendis ſufficiebat, inſtructa fuiſſet. Quam vt ad meliorem redigeret ſtatum, in Collegium eam clericorum ſæcularium mutauit, data iis, tabulis II Non. Nouembr. ſignatis, poteſtate, in poſterum ſuo e gremio eligendi Decanum, in choro & capitulo vnum corpus faciendi, ac de cetero omnibus eccleſiarum Collegialium iuribus fruendi, vtendique.

Riffenſteinenſii commodis conſulit.

4) Poſt vero in Riffenſteinenſes inſigni fuit beneuolentia. Ad preces enim illorum parochiales *Amerenſem* & *Svverſtettenſem*, nec non ſacellum *S. Danielis*, cum omnibus iuribus, prouentibusque Abbati & monaſterio in perpetuum attribuit. Litteræ, rei teſtes, quas in codice Diplomatico exhibui, Altævillæ IV Id. Decembr. perſcriptæ ſunt.

pignus Adelburg Cæſari ſirmat.

5) Anno inſequenti MCCCLXII, tempore anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii, indicio litterarum, de quibus ſtatim, cum Cæſare ſubſtitit Norimbergæ. Earum enim clauſula eſt; *Datum Nuremberg, feria quinta poſt dominicam* Reminiſcere. Iis autem non recognouit modo, Carolum Imperatorem caſtrum Imperii *Adelburg*, olim pro certa pecuniæ ſumma (*XXIV^C Schock groſſer Pfennige Pragerſcher Müntze*) titulo pignoris auerſum, oneribus, quibus innexum erat, exſoluiſſe; verum etiam conſenſit, vt illud cum omnibus iuribus ac prouentibus tamdiu teneat, poſſideatque, donec ab Imperio redimatur.

bello implicatur.

6) Aeſtate procedente cum *Ioanne*, Comite Naſſouio, *Othonis* filio; & *Ioanne*, Præpoſito

* Non ab re erit, ipſorum verba, quantum huc faciunt, afferre. *Dem Ervvurdigen Herrn* Gerlach, *enbieten vvir* Ludvvig *der Elter*, *vnd* Ludvvig *der Iunger, Graven zu Oetingen, Lantgraven in dem Elſaſs vnſeren . . Vvver Erberkeyt tun vvir vviſſen, daſs vvir durch rechtliche ſach alle die Man vnd Manſchaft vnd Lehen, die vvir han oder von vns zu Lehen gehent von den gutern, gulten, gelte oder zinſen —— in der Statt zu* Brumad —— *die vvir von vch vnd vvveren Stift zu Lehen han, han mit bedachtem mute vnd redlich vffgeben, vnd geben ſie auch vff — in vvver hant — vnd bitten E. E. daſs ihr die egen. Lehen dem Edlen* Symond Here zu Lichtenberg *vnd ſinen Erben zu rechtem Lehen geruchen vnd liben vvolles.*

Edit. I p. 859

ſito Mulfesburgenſi, bello implicitus eſt. Si *Faſtorum Limpurgenſium* ſcriptorem §LXXXIV p. 44 audias, multum iis intulit damni, plus daturus, ni ſpurcæ tempeſtates vel inuitum domum retraxiſſent. Id certum, quod poſt aliquot dierum inducias, menſe Nouembri cum hoſte pactas, inimicitias cum armis poſuerit. Sunt enim nobis tabulæ, Eltvillæ die B. Cæciliæ feſto ſignatæ, quibus profitetur, ſe cum Mulfesbergenſi, eiusque adiutoribus in gratiam rediiſſe. Ipſe durantibus his turbis in caſtro Liebenſtein, quod ſub ditione *Henrici Beyer* de *Liebenſtein* erat, ſe continuit, cui ideo mox paullo cumulare reddidit officium. Hoſtis vero inſignem auxiliatorum manum ſub ſignis ducebat. In tabulis enim modo memoratis recenſentur *Ioannes* de *Richenſtein*, *Arnoldus* de *VVilmerade*, *Engelbertus* & *Gerhardus* von *den Erlen*, fratres, *Menfridus* de *Brambach*, *Didericus Paſtor* de *Andernach*, *VVigandus* de *Rosbach*, *Ludouicus* de *Hartenfels*, *Giſelbertus* de *Verſe*, *Ioannes* de *Bresbach*, *Henne* & *Fridericus* de *Muſberg*, & *Anſelmus* de *Arſcheit*. Diſſidii fons vnde profluxerit, haud licuit eruere.

quod tamen ſoluit.

de diſſidio cum Fuldenſi tollendo cogitat.

7) Hæc inter autem ei quoque contentio de quibusdam capitibus erat cum *Henrico* Abbate Fuldenſi: Cui vt modus imponeretur, anno poſtero MCCCLXIII vterque ſibi curæ habuit. Res autem delata ad arbitros; quibus tanquam præſides honorarii (*Obirmann*) dati, ex parte Gerlaci, *Vlricus* de *Cronenberg*, Vice-dominus Rhinganiæ, ex parte Henrici, *VVigandus* de *Buchenau*; adiecto hoc procedendi modo, vt feuda ad feudorum Dominos reiiciant; hereditates ad Dominos heredum; bona propria ad Iudicium, ſub quo ſita (*daſs ſie vveiſen ſollen die Lehen vor die Lehenherren, die Erbe vor die Erbherren, vnd das Eigen an das Gericht, da das Gut gelegen iſt*) Litterarum datum eſt; *Aſchaffenburg*, *feria tertia poſt* Reminiſcere.

caſtri Homburg vſum ſibi acquirit

8) Poſt paſchales ferias vſum liberum caſtri *Homburg*, a poſſeſſoribus illius, *Arnoldo*, Comite de Homburg, eiusque coniuge, *Iemutta*, *Iutta* de *Homburg*, Domina de Berperg, *Anſelmanno* de *Graſevvege*, eiusque vxore *Catharina* de *Homburg*, ſibi & Archiepiſcopatui Moguntino, aduerſus quosuis acquiſiuit, vt ex tabulis hac de re confectis habeo.

cum Erneſto Brunſuicenſi fœdus init

9) Videtur, ac ſi iam tum animo aduerſus *Albertum*, Ducem Brunſuicenſem, Salzæ commorantem, cui poſtea bellum fecit, conſurrexerit. Quippe aliquot menſibus poſt ſocios armorum contra eum ſibi comparauit. Fuere ii *Erneſtus*, Dux Brunſuicenſis, eiusque filius *Otho*, qui de fœdere compellati, ſocietatem ad tres annos eocum inire, polliciti, Landgrauio Haſſiæ & Marchione Miſniæ exceptis, aduerſus quosuis auxilium, ſpeciatim contra *Albertum*, quem modo dixi, eiusque fratrem *Ioannem*, ac illorum auxiliarios, ſi forte contra eos deueniat ad hoſtilia. Tabulæ pactionis ſignatæ ſunt Mercurii poſt diem adſumtæ Virgini Deiparæ ſollemnem.

cum Hirſchhornio componitur.

10) Ceterum per hos dies cum *Engelharto* de *Hirſchorn* adhuc implicitus erat diſcordia. Cauſſam ex ſequentibus facile licet colligere. Eam vero anno ſequenti, qui Chriſti naſcentis MCCCLXIV fuit, *Philippus* de *Bickenbach*, Ordinis Teutonici per Germaniam Magiſter, his finiit conditionibus; Engelhartus *digitum S. Georgii* eccleſiæ Moguntinæ reſtituat; Abbati Schönthalenſi ſatisfaciat; duos iſtos Moguntinæ ditioni ſubiectos colonos, quos Meckmühlii in cuſtodiam dediſſet, ſine lytro dimittat liberos; & tandem de lite cum Burgenſibus Starckenbergenſibus Ruperti C. P. ad Rhenum ſtet ſententia. Conſignatum id tabulis Ebirbaci ad Nicrum, dominica D. Dionyſii ſollemnitatem præcedente.

Querelas contra Haſſum Grunebergio cognoſcendas committit.

11. Hæc dum fiebant, parum abfuit, quin grauem inter ſe ſimultatem contraxiſſent ipſe, & Landgrauii Haſſiæ, *Henricus* pater, & *Otho* filius. Vtrisque enim non plane nil erat, de quo quererentur. Gerlacus quidem, præterquam quod oppidum Neoſtadium repoſceret, expoſtulabat, Falckenbergenſes aliosque caſtrenſium Haſſiacorum ex locis ditioni Moguntinæ ſubiectis prædas egiſſe; Wolfshagenſes Conſulem Nuenburgenſem, Bidecapenſes ciuem quendam Ameneburgenſem trucidaſſe; Landgrauios clientelas quasdam in tractu Geiſmariæ Moguntinenſes, & Comitatui Battenbergenſi contributas, emiſſe, ſe, qui feudi Dominus ſit, haud requiſito; in ſolo item iuris Moguntini, dicto Comitatui adſcripto, nouum condidiſſe oppidum, nomine *Franckenberg*; explicato præterea vexillo, ante Frizlariam ſpeculas Moguntinas diſturbaſſe, patibulum, rotasque erectas excidiſſe. Haſſus contra, Laicos dominio ſuo ſubditos citari in iudicium Moguntinenſe eccleſiaſticum, & quæ eius generis erant alia. Longum enim eſſet, omnia recenſere. Ne res in maiores turbas excederet, anno ſequenti MCCCLXV delectus ab vtraque parte *Nicolaus Grünenbergius*, Moguntiæ ad D. Victoris Præpoſitus, ſapiens vir, & in iudicando tum ſpectatus, tum cognitus, qui ſingula ea ex æquo bonoque decideret; quæ ille etiam & inſpexit & diiudicauit, vt ex laudo Aſchaffenburgi Mercurii ante Pentecoſten pronuntiato patet. Speciatim, quod ad oppidum *Franckenberg* attinet, cenſuit; ſi Gerlacus teſtibus fide dignis probet, Landgrauios id in ſolo Moguntino excitaſſe, æquum eſſe, vt id demolitione ſuſtollant (*Sprech ich* Niclas *vor ein recht; Bringet das min Her von Menze mit einer erbaren kuntſchaft, ſo ſollen mine Herren von Heſſen ynie den buvve abetun*) Quod ad ſpeculas deiectas, furcam, rotasque excisas; Donec Landgrauii in iudicio, vt decet, euicerint, iudicium capitis, ceteraque ſui eſſe iuris, ius fasque eſſe, vt Moguntinum in quieta illorum poſſeſſione relinquant (*So ſprech ich vor ein recht, daſs mine Heren die Landgraven ſollen minen Heren von Menze vnd ſinen Stifte als lange an dem vnroder, dem gericht, galgen, vnd reddern, vnd vvarten ungehindert laſſen ſitzen, biſs ſie yme dieſelbe ſtucke — angevvinnen mit gericht, als recht iſt.*)

12) Li-

Edit. I p. 858

Hovſteinii & Swarzburgios experitur infenſos. 12) Licet autem *Henricum*, Comitem de Hoenſtein, Dominum Sondershuſæ, *Henricum* item ac *Guntherum*, Comites de Schwarzburg, anno MCCCLIV obſequiis ſuis ac miniſteriis adieciſſet, vt vel ipſi in tabulis codici Diplomatico inſertis fatentur; quin annis inſequentibus ſemel atque iterum, dum fœdera cum aliis inibat, excepiſſet, aduerſus eos aliis ſe haud laturum auxilia; videas tamen, eos hoc temporum tractu, contra fidem datam, varias Sedi Moguntinæ (quam ſe ad dies vitæ tuituros receperant) iniurias intuliſſe. Euolue modo querelas Gerlaci l. d. allatas, & haud diffiteberis.

VII Anno MCCCLXVI, vt eſt in *MS.* Otto filius Henrici Ducis Brunſuicenſis venditis Gerlaco Archiepiſcopo Moguntino *Duderſtat*, & aliis nonnullis, perrexit in Siciliam, & duxit vxorem Ioannam, Neapolitani Regis filiam. Vnde & ipſe factus eſt Rex Neapolitanus. Iam vero pridem antea terram illam fertilem, quæ *Eichsfeldia* proprie nominatur, emerat Moguntinus Archiepiſcopus a Comitibus de *Gleichenſtain*, prout rationalia in Moguntinis tabulariis monſtrant volumina lib. VI fol. 125.

partem oppidi Duderſtadii emit. 1) Quod anno hoc LXVI Duderſtadium ſuo ſibi, eccleſiæque Moguntinenſi ære redemerit, & alii volunt. *Botho* chron. picturati p. 383 ad h. a. *Hertoghe Otto, Hertoghen Hinriken Sone to Brunſvvick, ein Here to Embeke, vnde to dem Grubenhagen, de verkoffte dat Eckſvelt, Duderſtads, Gheveldehuſen, vnd ander Borge dem Biſchoppe to Mentze, vnde toch in VVallant in Cecilien. Engelhuſius* p. 1132; *Otto iſte vendidit in patria ſua Duderſtad, Gheveldehuſen, & cetera, quæ ibidem pater ſuus Henricus habuit, Epiſcopo Moguntino; ſed nondum pecunia numerata iuit in Italiam* &c. Putarim, hoc intelligendum de parte oppidi Duderſtadt quæ Othoni adhuc competebat.

cum Alberto Brunſuicenſi grauiter diſſentit. 2) Vtcunque vero ſe res habet, Gerlacus per eosdem dies acerrime cum *Alberto II*, Erneſti Brunſuicenſis filio, *Othonis* patruele, diſſenſit. Meminere id *Miſcella* ſupradicta ad h. a. his verbis: *Tunc* (anno LXVI) *etiam fuit magna diſſenſio inter Dominum Moguntinum, & Ducem ſon me Salze.* Is autem erat *Albertus* iſte, ita dictus, quod plerumque Salzæ (*zum Salz in Grubenhagen*) habitaret.

cum ciuitate it. Moguntina. 3) Quin, non cum eo ſolum tum temporis diſſedit, verum etiam cum ciuitate Moguntina acri contendit lite; quæ tamen in neruum haud erupit, Carolo Cæſare oborta diſſidia ad pacem amicitiamque conuertente. Sic enim eadem *Miſcella*; *Interea agebatur perniciosus gvverrarum tumultus inter Epiſcopum Magunt. & ciuitatem Magunt. vnde multi Clericorum cum ſuis rebus a ciuitate receſſerunt. Et circa natiuitatem Mariæ Imperator venit Maguntiam, & concordauit Dominum Gerlacum Archiepiſcopum cum ciuibus Moguntinenſibus, ita quod ciues Moguntini dederunt Archiepiſcopo quindecim milia florenorum; ſed cum ſubſidio ipſius Imperatoris, qui ipſis auxilium fecit de theloneis. Et multa, quæ Archiepiſcopus a ciuibus periit, reformata ſunt ad ſtatum debitum.* Adminiſtros, quos ad pacificandum eos Carolus Imperator adhibuit, prodit nobis transactionis formula, Francofurti Iouis poſt Aegidii conſcripta, quippe quæ ſic incipit: *VVir* Rudolf *von Gots gnaden, Herzog zu Sachſen, des Heiligen Richs Obriſter Marſchalk, VVir* Marquarde *von Gots gnaden Patriarche zu Aglay, VVir* Philipps *von* Bickenbach, *Meiſter des Dutſchen Ordens in Dutſchen Landen, VVir* Burghart *von Gots gnaden Probiſt zu VViſſerad vnd Burggrav zu Meideburg, des Kaiſers Hofmeiſter, vnd ich* Thyme *von* Kolditze, *deſſelben Kaiſers Cammermeiſter, alle funffe miteinander bekennen* &c.

Carolo Frācofurti præſto eſt. 4) Carolo dein Francofurti præſto fuit. Produnt id tabulæ Imperatoriæ, Ilfeldenſium tum bono confectæ, editæque prid. Id. Sept. Teſtium enim, qui iis promulgandis affuere, ipſe primus editur. vid. *Leuckfeldius* antiquit. Ilfeldenſ. cap. IX p. 80.

cum Lucēburgenſi fœdus init. 5) Et cum per id temporis Cæſar fratrem ſuum *VVenceslaum* Imperii per Germaniam Vicarium conſtituiſſet, Gerlacus illi non modo prompte ſuum detulit obſequium, verum etiam ad dies vitæ mutui auxilii cum eo iniit fœdus. Ipſe ſpondebat, Wenceslao ſe intra menſem, a tempore, quo fuerit commonitus, auxilio miſſurum ſexaginta milites galeatos & lanceis inſtructos (*mit huben vnd glenen*) homines ſtipendiis merendis idoneos, probeque expeditos. Wenceslaus viciſſim totidem promittebat Gerlaco. Vterque tamen excepit, aduerſus quos alteri ſuppetias haud debeat; Gerlacus quidem, *Rupertum* ſeniorem, Comitem Palatinum Rheni, fratres ſuos, & *VValramum*, Comitem Sponheimenſem; Wenceslaus, *Ioannem*, Epiſcopum Leodienſem, & *Albertum*, Ducem Bauariæ, tum vero Hannoniæ, Hollandiæ, & Selandiæ *Ruvvartum*, & pacis publicæ intra Moſam & Rhenum ſeruandæ ſocios. Hæ tabulæ ſcriptæ ſunt Francofurti Mercurii poſt OO. SS. illæ, iisdem fere diebus. Titulum, quem Wenceslaus in aliis feria tertia poſt OO. SS. ſignatis ſibi circumpoſuit, hic eſt: *VVir VVenceslaus — Herzog zu Lucenburg, zu Brabant, vnd zu Lympurg, n des Heiligen Romiſchen Richs off dyſſit Lamperſchen geburges gemeyner Vicarius n.*

Carolo adeſt Wirtzburgi. 6) Poſtero, qui orbi poſt vindicem, aſſertoremque ſalutis humano generi natum MCCCLXVII illuxit, Wirzburgi præſto rurſus fuit Cæſari, litteriſque feria ſexta poſt Epiphaniam datis conſenſit, vt filio Wenceslao iure rituque fiduciario concederet *Heidingsfeld*, *Bernheim*, *Briſendorf*, & caſtrum *VVilesheim*.

cum Alberto Brun- 7) Sedenim diſſenſio, quæ ei cum *Alberto* Brunſuicenſi erat, tandem in certamen exceſſit & bel-

ſuis cum bellum gerit. & bellum. Iunxit autem ſe Landgrauio Thuringiæ, aliiſque, & terram ipſius inuaſit. Breuibus id narrant, quæ ſæpius iam adduxi, Σύμμικτα; *Anno MCCCLXVII in Iunio facta eſt in Alamania per Dominum Marggrauium Thuringia, Epiſcopum Maguntinum, & plures alios grauis guerra inter Ducem zum Salze de Brunſvvig. Tandem inito pacto munitiones expugnatas idem Dux in feudum ſuſcepit a Domino Moguntino, & ſic receſſerunt ab eo.*

de controuerſia cum Haſſo finienda cogitat. 8) Bello hoc perpetrato, *Hermannus* ſenior, Landgrauius Haſſiæ, & *Ioannes*, Comes Naſſouius, huc curas vertebant, vt omnem diſſidiorum fomitem ipſum inter & Henricum Landgrauium penitus extinguerent. Quod cum vtrique acceptum eſſet, delecti omnis controuerſiæ finiendæ arbitri, *Ioannes*, quem modo dixi, Comes Naſſouiæ, Gerlaci frater, *Henricus* de *Hartenberg*, *Stephanus* de *Scharrenberg*, *Bernhardus* de *Dalvvig*, ſenior, Miles, & *Arnoldus* de *Berlepſch*. Additum, ſe eorum ſententia ſtaturos. Clauſula ita habet; *Datum VVerkil feria quinta poſt Egidii*, 1367.

9) Mox paullo ad tranquillitatem, pacemque publicam firmandam intentus fuit fœderibus. *duo init fœdera.* Vnum die Iouis poſt diem aſſumtæ B. V. feſtum pepigit cum *Carolo IV* & *Alberto* Antiſtite Herbipolenſi. *Friſius* chronici Wirtzburgenſ. p. 646. Alterum, Iouis poſt Lucæ Euangeliſtæ memoriam Pfaltzgreuenſteinii cum *Cunone*, Archiepiſcopo Treuirenſi, & Comitibus Palatinis ad Rhenum, *Ruperto* ſeniore, & *Ruperto* iuniore, & quidem ad duos annos.

VIII Fulminata eſt anno MCCCLXVII B. Virginis ad gradus turris. Anno MCCCLXVIII maxima, vt rerum diuinarum, ita & corporearum eſcarum fames fuit, adeo vt liberos duos complexa ſeſe in Rhenum dederit præcipitem muliercula, vt ait MSL *.

* 1) Ita quidem *Latomus* in catalogo. *Trithemius* vero chron. Hirſaug. p. 250 famem iſtam ad. an. LXV refert, quod etiam facit *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XVIII § XVII p. 239.

nouos nummos cudi curat. 2) Ceteroquin anno hoc MCCCLXVIII nummos argenteos, maioris minoriſque formæ, communem & quotidianum in vſum ſignari curauit, conductis, qui Diepurgi eos flarent, *Henſelino* & *Henſelino* Argentoratenſibus. Fuſius id exponunt tabulæ, Aſchaffenburgi dominica *Quaſimodogeniti* hac de re confectæ, quas habes in codice Diplomatico.

IX Sed tandem coaluit magna inter P. S. Q. M. & Clerum concordia, cum apud Vrbanum V Pontificem hic de eccleſiaſtica libertate a Moguntinis violata queſtus fuiſſet ſub annum MCCCLXIV, longaque ſtetiſſet a ſacris myſteriis abſtentio, cui nunc finis factus, adlaborante potiſſimum Lamberto Spirenſi, Ioanneque Wormatienſi Epiſcopis, Ruperto Palatino, & Walramo Sponheimenſi Comite.

1) Ita etiam, & quidem vberius paullo *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCLXIV p. 250; *Eodem anno facta eſt diſſenſio grauis inter Gerlacum Archiepiſcopum & Ciues Moguntinenſes, propter defenſionem priuilegiorum & liberatem Cleri, ciuibus conceſſa infringere, Clero autem cum Archiepiſcopo indulta manutenere & defenſare conantibus. Creuit cum tempore liuor, & in odium cauſſa mutatur in tantum, quod Clerus maiore ex parte, relicta ciuitate, ad alia ſe loca tranſtulit. Citantur ad Romanum Pontificem ciues, monenturque, vt ſine mora compareant, & cauſſa longum excuſſa, tandem excommunicantur. Poſtremo Lambertus Epiſcopus VVormatienſis, Rupertus Palatinus Comes Rheni, Bauariæ Dux, & VValramus, Comes in Spanheim, vt vicini & partium amici, rogati nihilominus a Moguntinis, ſuas interpoſuere vices, & pacem inter Archiepiſcopum & ciues reformarunt. Concordia reformata, ciues ab excommunicatione abſoluuntur.* Forte tamen haud aberrauero, ſi dixerim, vtrumque de ſimultate illa intelligendum, de qua ſupra dixi.

cum Herbipolenſi diſſidet. 2) Sub id tempus cum *Alberto*, Antiſtite Herbipolenſi, quocum anno MCCCLXVII fœdus icerat, tam grauiter de iudicio Ducatus Franconiæ prouinciali, aliquot itidem cœnobiis contendit, vt res ad manus veniſſet, niſi mature interceſſiſſet Carolus, & anno MCCCLXX, die XVII Septembris Heidingsfeldi, *Ruperto* Electore Palatino, *Ioanne* Epiſcopo Pragenſi, *Ludouico* Bambergenſi, *Lamberto* Spirenſi, *Alberto* Saxone, *Friderico* Marchione Miſnenſi, *Friderico* Burggrauio Norimbergenſi, *Ioanne*, Comite Naſſouio, & *Philippo*, Ordinis Teutonici Magiſtro, præſentibus, in priſtinam eos concordiam, dato ad dirimendas inter vtrumque lites arbitro *Eberhardo* Comite Werthemenſi, reduxiſſet. *Friſius* l. d. *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. IV § CLIII p. 207.

3) Tandem anno MCCCLXXI fortiori medicamento, ex empirici cuiuſdam præſcripto, vſus animam efflauit. *Moritur.* Circumſtantiam hanc, quam ceteri prætereunt, nobis narrant *Miſcella* aliquoties iam laudata: Gerlacus *cum eſſet calculoſus, nullius Medici ſpreuit medicinam, ſed omnium expertus fuit artem. Tandem quidam Phyſicus Gallus dedit ſibi quoddam laxatiuum tam forte, vt etiam lubricitas viſcerum recederet ab eo, & ſic circa aliquot dies exanimis iacebat, donec moriebatur. & idem Phyſicus in Mogano fuit praefocatus. Hic Gerlacus fuit filius Comitis Gerlaci de Naſſavv, & erat mitis, & benignus, tantaque fuit clementia, vt a ſuis Conſiliariis regeretur ſicut puer a ſuo rectore.*

4) Di-

4) Dictum, anno MCCCLXXI ipſum obiiſſe. Quod cum ex epitaphio ei poſito clare pateſcat, auctor recte notauit MS. qui anno MCCCLXX mortuum vult; nos vero occaſione hac ſimul *Langium* & *Trithemium*, qui idem dicunt; *ille* in chron. Citizenſi p. 841, *iſte*, in Hirſaugienſi p. 257, Sponheimenſi p. 331. Edit. I p. 858

Sepelitur Erbaci.

X In Eberbacenſi Ringauiæ cœnobio eſt operoſum huius e lapide ſepulchrum, in quo morbus & mors, qua extinctus, notantur ſic: *Sub anno natiuitatis Domini MCCCLXXI* (in MS. mendoſe MCCCLXX) *die XII menſis Februarii, in caſtro Aſchaffenburg, Reuerendus in Chriſto Pater, Dominus Gerlacus de Naſſau, ex regali proſapia ortus, Archiepiſcopus Moguntinus felicis recordationis, & deuotus Mariæ Virginis glorioſæ Capellanus tumbatus; propter acerbitatem doloris inexpreſſibilis & paſſionis intolerabiliter, afflictione duorum videlicet lapidum oculatim hic poſitorum, in ipſius veſica per anatomiam repertorum, cauſati, diem ſuum clauſit extremum. Cuius anima requieſcat in pace, per ſecula infinita. Pro quo omnes & ſinguli hos lapides intuentes, humili corde & flexis poplitibus depromant, requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. Amen.*

1) Sane, haud tumulatus eſt Moguntiæ in ædium maxima, vt *Trithemius* in Hirſaugienſi l. d. tradit, ſed Eberbaci, vt auctor recte notauit. & quidem in choro templi, ſepulcro operoſo, ſub lapide editiore, ſolo olim impoſito; qui, cum illud an. MDCCVII exaltaretur, vt auguſtiorem ædes formam acciperet, parieti ad dextram (ſi verſus nauem te conuertis) inſertus fuit, & nunc erectus ſtat. Inſculptus ei Gerlacus, Archiepiſcopali cum ornatu, & hac circumcirca epigraphe: *Anno Domini M.CCC. LXXI. pridie Idus Febr. obiit Reuerendus in Chriſto Pater, Dominus Gerlacus de Naſſau, quondam Archiepiſcopus Moguntinus. Cuius anima requieſcat in pace.*

2) Verba vero, quæ auctor affert, lapidi haud inciſa ſunt, ſed tabellæ cuidam ad lapides iſtos duos illic poſitos appenſæ inſcripta fuere. de qua tabella e *chronico Eberbacenſi manuſcr.* ſequentia excerpſi; *Retro non procul a capite ſcriniolum lapidi inciſum, & craticula ferrea clauſum; in quo duo lapides poſt mortem dicti Principis ex veſica exſecti habiti, cuſtoditique fuere. Sed ablatos non vidi. Ad iſtos hac tabula membranacea appenſa cum talibus verbis videtur:* »Nota, quod ſub anno natiuitatis Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo primo, die XII menſis Februar. in caſtro Aſchaffenburg Reuerendus in Chriſto Pater, Dominus Gerlacus de Naſſau, ex regali proſapia ortus, Archiepiſcopus Moguntinus, *felix*, *religioſus* & deuotus Mariæ Virginis glorioſæ Capellanus, *hic* tumbatus, propter acerbitatem doloris inexpreſſibilis & paſſionis *intolerabilis* afflictione duorum videlicet lapidum oculatim hic poſitorum *&c.* Hæc ibi; quibus addo, ſcriniolum iſtud in muro, vna cum craticula perfracta, etiamnum conſpici.

3) Qua animi fuerit lenitate, qua itidem clementia, non eſt, quod repetam. Conſiliarii autem, quibus ſe totum dediſſe audiuimus, fuere *Nicolaus* de *Grunenberg*, Præpoſitus ad D. Victoris, qui ei alicubi dicitur *Vnſer heimelicher Rade*, Niclas, *Probiſt zu S. Victor*, it. *Vnſer lieber Hemelicher.* Eoque anno MCCCLXV fatis functo, *Vlricus* Rufus de *Cronenberg*, Miles, Vicedominus Rhingauiæ; de quibus *Miſcella* dicta l. d.

IOANNES I.

I

DIcit *MS.* poſt Gerlaci obitum, fuiſſe a Moguntinis poſtulatum, de quo in Henrico, & Gerlaco ſupra, *Cunonem Falckenſteinium*, Treuirenſem eo tempore Archiepiſcopum: ſed ſuo is Treuirico grege contentus, recuſauit. Comes Naſſouius, qui poſtea Spirenſis Epiſcopus, & ex Epiſcopo Archiepiſcopus Moguntinus, Adolphus electus deinde fuit. At electionem iſtam impediit apud Pontificem Gregorium XI Carolus Imperator: effecitque, vt fratris ſui Venceslai filius Ioannes deligeretur, cui anno MCCCLXVI commiſſa fuerat ab Vrbano V Argentinenſis eccleſia, eamque ad hunc vſque ſuum Archiepiſcopalem annum MCCCLXXI *pie & honeſte*, vt ait *Bruſchius*, *rexerat.*

Gerlaco mortuo ſuffragiis in diuerſum abiere Canonici.

1) Ita quoque *Trithemius* in chronico Hirſaugienſi p. 257 & ſeq. Sponheimenſi p. 331. Longe aliter *Miſcella*, quæ in Gerlaco ſæpius exſcripſi, *Moguntina* mſcr. *In diebus illis erat quidam Decanus Moguntinus de natione Bauarorum Bopardienſium. Hic aſſumptis quibusdam de minori parte Capituli Moguntini, fecit pernicioſam diſcordiam, eligendo quendam* Adolfum, *filium* Adolfi, *fratris* Gerlaci, *Archiepiſcopi prædefuncti* de Naſſaw, *puerum videlicet octodecennem, nondum moribus, obedientia tamen imbutum. Promiſſis & muneribus, vt dicitur, prædicti electores ſubornati. Maior autem & ſanior pars elegerunt ſeu poſtularunt* Cunonem *de* Falckenſtein, *Archiepiſcopum Treuirenſem.*

Neç

Edit. I p. 859 Nec aliter quoddam *chronicon mſcr.* quod ad ædem metropolitanam eſt; *In qua quidem die* (XII Martii) *duo fuerunt aſſumpti & nominati, quorum primus* Adolfus *de* Naſſaw, *filius quondam* Adolfi *de* Naſſaw; *alter vero dictus* Cuno *de* Falckenſtein, *actu hodierno die Archiepiſcopus Treuirorum.*

quod archidioeceſi multum damni peperit. 2) Diductis ita in diuerſa ſuffragiis multum damni Archidioeceſin contraxiſſe, eadem produnt *Miſcella*; *Ex qua diſſenſione magna pericula & incommoda in Archiepiſcopatu ſunt exorta. Prædones enim circumquaque ſedentes erecti ſunt, & nemini pepercerunt, nec fuit aliqua hoſtium ſeu amicorum . . . . Vnusquisque, qui prævaluit, alium ſpoliabat, fugabat; tunc væ omnibus rurenſibus circumquaque habitantibus, quia tam religioſi, quam ſæculares indifferenter prædabantur, etiam moniales & monachi quorumcunque Ordinum. Tunc concremata eſt villa Flersheim per latrunculos Ryffenberg, & Eſchbach, & multæ aliæ villæ. Tunc confortati ſunt filii iniquitatum, prædones, raptores, qui Milites & Armigeri olim dicebantur, cuiuſmodi nomina portare iam non ſunt digni. & tam malus ſtatus ortus eſt in terra, ſicut nulla hominum ætas poterat meminiſſe.*

tandem cathedræ imponitur Ioannes Lucelburgicus. 3) Tandem Cæſar *Ioannem*, Epiſcopum Argentoratenſem, quibuſdam Canonicorum adnitentibus, ad Moguntini Pontificatus honores perduxit, quem etiam Papa Gregorius XI confirmauit.

quibus parentibus natus fuerit. 4) Quibus ille natus fuerit parentibus, non vna omnium eſt ſententia. *VVenceslai*, primi Lucelburgenſium Ducis, filium faciunt *Lazius* de migrationibus gentium p. 102, *Bruſchius* in magni operis, de omnibus Germaniæ Epiſcopis, epitome n. LXII f. 16, *Guillimannus* de Epiſcopis Argentoratenſibus n. LXIV p. 396, auctor *Serarius* h. l. *Bertelius* hiſtor. Luxemburg. p. 61, *Balbinus* decad. I Miſcellaneor. lib. VII ſect. II tab. genealog. lit. g.) p. 185, & in notis ad eandem p. 188, *Schilterus* annotat. ad Königshovii chron. Alſatiæ cap. IV § LXXVI p. 261, *Hubner* tab. geneal. CVII. Contra *Iacobus*, quem modo dixi, de *Königshoven* l. d. ſolum vocat Comitem *Ligniaci* vel *Lucelburgenſem*; Iohans *von* Line *oder von* Lutzelburg, *ein VValich*; ad quæ verba quidem *Schilterus* annotat, ita vocari, *quod in Gallia educatus eſſet, & pater* Wenceslaus *Comitatum* Lynienſem *gubernaſſet*; ſed non ita bene. Eodem it *Ioannes Gensbein*, dum in faſtis Limpurgenſibus § CXIII p. 59 de prœlio Iuliacenſi verba faciens ait: *Vnd* Iohann *Erzbiſchoff zu Maynz, der vvare ein Bruder des vorgenanten* S. Paul, *vvievvol doch, daſs er ein VVahl vvar.* i. e. *Dicti huius Comitis* S. Pauli *frater erat* Ioannes, *Archiepiſcopus Moguntinus, ortu & ipſe Gallus.* Nec dubium, quin eo reſpexerit auctor, qui *Ioanni* λόγοι illum [illegible], de quo infra § VI, ſcripſit, dum eum, quamuis non ita bene, *S. Pauli* vocat *Comitem*. Ceterum e recentioribus *Königshovium* ſequitur *VVimphelingius* in catalogo Epiſcopor. Argentinenſ. p. 92; Ioannes *de* Linie, *quem ſummus Pontifex, Carolo IV morem geſturus, Antiſtitem eccleſiæ Argentinenſi dedit, non conterraneum, atque Germanum, ſed natione Gallum.*

Si, quod ipſe ſentio, dicendum, in poſteriorum concedo ſententiam, ac *Ioannem VVenceſlai* conſanguineum ſtatuo, non filium; filium vero *Ioannis* Lucelburgenſis, Comitis Ligniaci, & *Adelheidis* Flandricæ. Vt ita ſtatuam, facit, quod *Königshoven* & *Gensbein* Ioanni ætate ſint ſuppares; ille præterea Argentorati vixerit, ac chronicon ſuum ſe anno MCCCLXXXVI concinnaſſe, cap. VI p. 396 diſertis verbis referat: *Lazius* vero, ceterique omnes longe inferioris ſint ætatis; ne dicam, quod teſtium idoneorum, quod ſciam, deſtituantur auctoritate, & ex minus curata ſtemmatis *Lucelburgici* notitia in hanc ſententiam deſcenderint.

5) Maiorem autem res lucem, firmitatemque accipiet ex ſchemate ſequenti.

Antiſtes habetur Argentoratenſis. 6) Cathedram Argentoratenſem Caroli Imperatoris ope conſcenderat ac patrocinio. Diſerte *Königshovius* l. d. *Iohans* von *Line oder* von *Luzelnburg, ein VValich, » vvart durch des Kaiſers bette von dem Bobeſte gemacht Biſchof zu Strosburg, » vnd vvart an das Biſtum enphangen erlichen XIIII tage vor Sungichten, noch Gotz geburte M. CCC. LXVI ior. Vnd vvas funf ior Biſchof zu Stroſburg.*

laude dubia. 7) Atenim non ea nominis laude, famaque illam inſedit, vt *Bruſchius* hic ait. Audiamus modo *Königshovium*. Is enim l. d. ſic pergit; *Dirre vvas ſenfimutig vnd einvaltig, achtete nüt, vvie es in ſime lande gienge, echte men ime nuvvent vil dartruge zu eſſende. Er gab ouch morgens niman kein entvvurt, er hette denne e geſſen ein ſuppe, vnd darzu ein hun, oder ander fleiſch, alſo viſch. Das Biſtum ſtunt me an ſinen Ambachtlüten, denne an ime. vnd die richtetent ouch vs noch irem vvillen.* in latino; *Eius ſubditi magis regebantur per ſuos familiares, quam per ipſum.*

8) Nihilo ſecius tamen parum aberat, quin e cathedra Argentoratenſi gradum feciſſet ad faſtigium Archiepiſcopatus Colonienſis. *Colonienſi ferme iuſſet obtruſus.* Cæſari enim id erat curæ. Tetigit id auctor quidam anonymus *chronici Colonienſis*, circa an. MCCCLXX conſcripti, nondumque editi, in hanc verborum ſententiam; *Cuius poſtula-*

tionis (loquitur de poſtulatione *Friderici* e Comitibus Sarwerdenſibus) *effectum Dominus Imperator Karolus quartus, quamdiu potuit, impediuit: ſatagebat namque Dominum Argentinenſem, conſanguineum ſuum, ad Coloniensem eccleſiam transferre & promouere.*

9) Cum Coloniæ Cæſaris voluntati, votiſque haud reſpondiſſet euentus, reſpondit tandem, vt iam dictum, Moguntiæ. Ibi namque ad pontificatus culmen euectus eſt, & quidem, vt *Miſcella* modo dicta produnt, menſe Maio.

Edit. I pag. 861

forma corporis eximia erat, cetera ſimplex

II Princeps erat *vultus venuſtate, & corporis ſtatura conſpicuus, mitis, bonis præditus moribus, & ſimplex*, vt eſt in MSL, quem idcirco vulgus vocabat, *Epiſcopum ouem*, vel *agnum* (*Hamel*) itemque *Epiſcopum Gallicum*, vt eſt in MS, qui addit, cum *duobus duntaxat annis*, quod ex epitaphio poſtea intelligetur, Archiepiſcopatum tenuiſſe, & quidem *ſatis vtiliter*.

1) Vnum ante alios ſpecie, formaque corporis inſignem fuiſſe, & *Königshovius* l. d. teſtatur; cetera vero hominem ſimplicem, minimeque ſapientem. *Er vvas auch der ſtoltzeſte, ſchoneſte Man von libe vnd von antlit, den men vinden möchte. Vnd vvas doch einvaltig vnd vnvviſe, alſo vor iſt geſeit von ime.* Idem dicit *Latomus* in exemplo catalogi, quod mihi tractare licuit; *Princeps vultus venuſtate & corporis ſtatura conſpicuus, moribus lenis & ſimplex, qui potius regeretur, quam regeret.*

Moguntinis firmat priuilegia.

2) Archiepiſcopus factus eccleſiæ Moguntinæ & toti diœceſi omnia firmauit priuilegia. Litterarum datum eſt; *Nurnberg 1371 am Sonabent vor Kilians tag.*

vrbem ingreditur.

3) Anno poſtero, circa finem Februarii, Moguntiam vrbem ingreſſus eſt, honeſtiſſime acceptus a ciuibus. Obuios tunc habuit Imperatorem, ac multos Principes. Teſtimonio hic nobis ſunt *Miſcella* iſta mſcr. quæ addunt, eodem, quo ſuſceptus fuerit, die veſperi ortum fuiſſe tumultum iſtum contra Bohemos, de quo auctor § III. Dicunt tamen, Imperatorem non eodem die, ſed ſequenti demum ſummo mane vrbem reliquiſſe. Illos ceteroquin, qui furore acti in curiam irruperint, fuiſſe ex hominibus operariis, inauſpicato tum vino largiore vſos, nec cæde ſolum manus polluiſſe, ſed furto etiam; quædam enim Imperatrici ſubduxiſſe cimelia, vt ex dicendis patebit.

III Fuit eius tempore, anno ſcilicet MCCCLXXII, frequentiſſimus eccleſiaſticorum, & politicorum Principum, ipſo etiam Imperatore præſente, conuentus Moguntiæ, vt quid Pontifici eccleſiaſticorum redituum decimam petenti reſpondendum eſſet, diſpicerent. Erant vero Moguntini Bohemis, quorum Imperatorem comitabatur multitudo, infenſi. Quare *die quodam* (narratio eſt MSL.) *cum Imperatrix ciuitatem eſſet egreſſa, animi gratia, hoſpitia Bohemorum, præcipue zum Thiergarten, quo Carolus diuerterat, violenter irrumpunt. Quos dum non inueniunt, horti ianuam, vbi Auguſta manebat, effringunt, ac quotquot illius gentis homines comprehendere poterant, nulla reuerentia celſitudinis habita, omnes interficiunt. Cæſar ea re plurimum irritatus & commotus, eodem ſtatim die vrbem relinquit. Latrones vero læſæ maieſtatis rei, a ſenatu ſtatim comprehenſi, gladio cæſi ſunt, ſicque tamen vix crimen Moguntia eluit.*

de cæde Bohemorum ſum curia.

1) Curatius paullo *Miſcella* noſtra; *Dum garriones quidam alamodici & Bohemi rixarentur, oriebatur clamor, Bohemos ciuitati facere inſidias —— & quidam ex eis irruperunt curiam dictam* Dirgarten, *videlicet emunitatem Archiepiſcopi, vbi Bohemi conuerſabantur in ſeruitio Imperatricis, qua illa hora extra ciuitatem in horto quodam ſpatiabatur. Et illi nequam cum fuſtibus & ſecuribus effregerunt ianuas & portas emunitatis prædictæ, interficientes Bohemos, quos poterant inuenire, & etiam cameram ſiue cubile Imperatricis, violenter deſtructa porta intrauerunt, & quotquot poterant ibi inuenire tunc in lecto & ſubtus lectum Imperatricis, occiderunt de Bohemis, rapientes etiam quædam de clenodiis Imperatricis. Vnde Imperator & Imperatrix multum indignati ſunt, altera die ſummo mane receſſerunt. Et omnes honeſti ciues ex illo facto multum dolebant. & poſtea multos de illis occiſoribus captiuarunt, & tres in curia ante dictam emunitatem decapitarunt, aliis dimiſſis.*

de curia zum Thiergarten

Cum hic, alibique curiæ zum Thiergarten *fiat mentio, non ab re erit, paucis notare, quod ædi primariæ fuerit contigua, ac Archiepiſcoporum, cum Moguntiæ eſſent, domicilium. Teſtimonio loco nobis ſunt* Conradi III *litteræ anno MCCCCXXI datæ:* —— daſs vvir angeſehen haben die ſunderlich lieb vnd gunſt, die vvir han zu dem Edlen, *Dieterich, Herrn zu Erbach*, Dumherrn zu Mentze —— han vvir ime gelihen *vnſern Hoffe*, genant *der Thiergarten*, alſo daſs er den ſin lebtag inhaben, vnd darin vvohnen ſoll, doch mit behaltnus, ſo vvir zu Mentze ſin, daſs vvir dan *vnſer lager, herberg, vnd weſen* darin haben vnd halten ſollen, *als bisher* vngeferlich. Theoderici *eiusdem Archiepiſcopi ad fratrem ſuum*, Dietherum *de* Erbach, *anno MCCCCXXXV ſignatæ*; Vnſern Hof *der Thiergarten* genant, vnd zu Menz *bei dem Dum* gelegen. *Eſt, vt id addam, curia illa, cui Archiepiſcopi, ædem primariam religionis cauſſa intraturi, hodie ſuccedunt. Ceterum alioqui eſt, qui illam Canonicorum cuidam pro lubitu concedere ſolent.*

ciuitati priuilegia confirmat.

2) Poſt vero ciuitati a deceſſoribus indulta ſciuit, datoque diplomate rata habuit priuilegia. Clauſulæ verba ita habent: *Vnd iſt dirre ſelbe brief geben an des Heiligen Sant*

Boni-

& Marchis d'*Erlans*, *& nous* Marguerite, *ſa fame*, *Conteſſe & Dame de ces meiſmes leus*, *faiſons ſavoir a touz*, *que nous avons donei a* Walerans *noſtre fil en heritage* » Liney & la Chaſtellerie, *ſauf cé a nous* Marguerite *&c. Ce fui fait & donei l'an de grace noſtre Signor quant li miliaires corroit par mil & dous cens & ſexante deus ans*, *le jor de la feſte ſeinte Lucie en mois de Decembre.*

k) vid. *Blondellus* tab. 68 plenior. aſſertionis genealog. Franciæ p. 44.

l) Philippe *par la grace de Dieu Roys de France*, *a tous ceulx*, *qui ces lettres verront*, *ſalut. Savoir faiſons*, *que comme noſtre amé & feal Chevalier* Jehan de Lucembourc, *Chaſtellain* de *Lille*, *nous ont requis*, *que a* » Guy, Waleran, Henry, » Jehan, Philippe, & Jehanne *meneurs d'ans enfans dudit Chevalier de feu* Alix de Flandres, *jadis ſa femme*, *nous pourveiſſions de Tuteurs & Curateurs* —— *En teſmoing* -- *Donnees a Paris*, *l'an M.CCC.XLVII.* vid. *Quercetanus* in hiſtor. genealog. Luxemburg. pr. f. 95, & ex eo *Vredius* genealog. Flandricæ parte 2 p. 20.

m) *Cum dilecta & fidelis noſtra*, Ioanna *dicta* Bacon, *Domina* de *Molayo*, » *relicta defuncti* Ioannis *Lucemburgenſis*, *quondam Caſtellani Inſulæ*, *& Domini* de *Roncey*, *actrix in hac parte*, *plures rationes & facta propoſuiſſet in noſtra Parlamenti curia*, *contra dilectos noſtros & fideles*, Mathildim *Comitiſſam S. Pauli*, *relictam defuncti* Guidonis *Lucemburgenſis*, *ultimi* Comitis *de* Ligniaco & de S. Paulo, Waleranum *de* Lucemburgo, Comitem *de* Ligniaco, *primogenitum dictorum Comitis & Comitiſſæ* &c. *Pronuntiatum die* 27 *Aug.* *an.* 1371. Ita ex *Regeſto Curiæ* p. 35 & ſeq. Barri Campano-Franciæ *Blondellus.*

n) *Petrus Divæus* rer. Brabanticar. lib. 15 p. 181; *Froſſardus* —— *ſcribit*, —— *Porro intellecta ea noſtrorum trepidatione*, *hoſtes facto impetu ſtrata confeſtim prima acie*, *quam* Guido Comes S. Paulli & Valeranus *filius ducebant*, *reliquos pari impetu disieciſſe*; *trucidatis compluribus*, *maximum captivorum numerum fuiſſe* —— *Cæſorum ex noſtris illuſtriores fuere*, Henricus *a* Cuyck —— » Guido *a* Ligniaco, Comes Sancti Paulli &c.

Gensbein faſtor. Limpurg. § 113 p. 59; *Vnd der Grav von* S. Paul *von VVelſchland blieb auf der Brabander ſeiten*, *mit viel ſeiner landsleute aus VVelſchland.*

o) vid. lit. *m)*

p) *Iacobus* von *Königshoven* cap. 4 § 76 p. 261; Iohann *von* Line *oder von* Lüzelnburg, *ein VValich*, *vvart durch des Kaiſers bette von dem Bobeſte gemacht Biſchof zu Strosburg* &c.

Gensbein l. d. *Vnd* Iohann *Erzbiſchoff zu Mayntz der vvare ein Bruder des vorgenanten* S. Paul. Quem ſecutus *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. 18 § 34 p. 244; *Oppetiiſſe ibi ſcribitur prid. Nonas Aprilis* Ioannes *de* Lutzelburg, ſancti Pauli Comes, *Argentinenſis Epiſcopus primum*, *deinde Moguntinus Archiepiſcopus. Frater ei fuit* Guido S. Pauli Comes, *qui in acie Iuliacenſi occubuit.* Vt tamen non ita bene *Ioannem S. Pauli* Comitem vocet; quandoquidem frater illius *Guido* demum per uxorem *Mathildem* Comes *S. Pauli* factus eſt.

Henricus II Limburgenſis,
VValerami II fil.
a) occur. an. 1146.

Waleramus III,
c) † an. 1238. al. 1226.
d) ſepultus in monaſterio Rodenſi.
vx. 1) N. Montenſis ad Rhenum Comitis fil.
f) vx. 2) *Ermenſindis* Lucenburgica, *Theobaldi* Barrenſis vidua.

1 — Henricus, *Dux Limburgenſis.*

1 — Waleramus *iunior*, vx. *Iſabella* Barrenſis.
* v. *Brouwer* l. 16 § 24 p. 142.

2 — *h*) Henricus I vulgo *Blondellus* dictus, *Comes Lucenburgenſis.*
* vixiſſe dicitur vſque ad an. 1270.

2 — ** Gerhardus, *Dominus* de *Durbuy.*

Henricus II, *Comes Lucenburgenſis.* vx. *Beatrix*, f. *Balduini* de *Avennes* & *Felicitatis* de *Codiciaco.*

Henricus III, *Comes Lucenburgenſis*, *Imperator* huius nominis *VII.* vx. *Margareta*, f. *Ioannis* Ducis Brabantiæ.

Waleramus, † an. 1311 in obſidione Brixiæ.

Balduinus, *Archiepiſ Treuirenſ.*

Ioannes, *fit Rex Bohemiæ.* vx. 1) *Eliſabetha*, *VVenceslai IV* Regis Bohem. fil. 2) *Beatrix*, fil. *Ludouici* Borbonii.

Carolus, *Rex Bohemiæ*, *Imperator* huius nominis IV.

Ioannes Henricus, *Marchio Moraviæ.*

Wenceslaus, primus *Lucenburgenſ.* Dux. † an. 1383, d. 7 Dec. vx. *Ioanna*, fil. *Ioannis III* Brabantiæ Ducis. † an. 1406. ob. ſine liberis.

Rai…
Barri & Mo…
† an. 117…
b) vx. *Agnes*, f. *Theoba*…
**b*) quæ marito *Lin*…
d. circa…

Theob…
e) vx. 1) *Laur*…
e) 2) *Iſabel*…
e) 3) *Erme*…

1 — Agnes, vx. *Friderici II* Ducis Lothari… *g*) …

h) Marg… deſp. an. 1231. … *Lineii Caſtellaniam* intulit…

coniuges

Walera… 1) *Lineii D*… vx. *Ioanna* de… ambo ſepulti in *Claro-monte*, monis…

k) Waler… *Dominus* de *Lin*… vx. *Guiotta*, f. *Ioannis*… & *Beatricis*…

Ioa… *Dominus* de *Liney*, … *l*) vx. 1) *Adelheidis*, f… & *Maria*… *m*) vx. 2) *Ioanna* dicta…

1 — Guido, *n*) *Comes* de *Liney* &c. … caſus an. 1371 in prœli… *o*) vx. *Mathildis*, f. *Ioann*… & *Ioanna* de *Fien*… heres Comitatus *S. Pauli*, qu…

a) In diplomate *Conradi III*, dato Aquiſgrani an. 1146. 3 Kal. Ianuar. teſtium in numero ſunt »*Henricus* de *Lemborch*, & *frater eius Comes VValeramus* de *Arlon.* vid. *Miræus* lib. I diplomatum Belgicorum cap. 59 p. 124.

b) *Albericus* in chronico ad an. 1152 p. 322; *Habuit etiam prædictus Campaniæ Comes* Theobaldus *filias ſex — Secunda* Agnes *Barri Ducis Comitiſſa.*

**b*) *Blondellus* Barri Campano-Francici p. 55.

c) Anno quidem 1238, ſecundum documenta monaſterii ad *Rodam Ducis* ſiti, in quo ſepultus. vid. *Miræus* l. d. lib. 2 cap. 73 p. 371; anno vero 1226, ſecundum *Albericum*, qui l. d. ad h. a. p. 521; *Obiit* Valeranus *Dux* de *Ardennia*, *vir corpore decorus* (*& ſatis audax*) *poſt decem annos*, *ex quo pater eius*, *ſenior Henricus de Lemborc*, *deceſſerat*, *qui ambo ſepulti in eccleſia de Rode*, *Ordinis Auguſtini.*

d) vid. lit. *c*) præcedentem. Ceterum cohoneſtatus fuit hoc epitaphio;

Iſte fuit talis virtutibus, *Imperialis*
Maieſtas ſimilem neſcivit habere per orbem,
Limburg Dux, *Archos Arlon*, *Comes in Luceliburg*,
Walramus *dictus*, *Dux* Henricus *pater eius.*

Miræus l. d. l. 2 cap. 73 p. 371. Ceterum an. 1195 militauit in Syria, & an. 1198 Aquas Graneas defendit pro Philippo Sueuo, contra Othonem IV, vt in *auctario Aquicinctino* poſt *Sigeberti* chronicon legitur.

e) *Albericus* l. d. ad an. 1214 p. 475 & ſeq. *Dictus Comes* Theobaldus *primam habuit vxorem* Lorettam, *filiam Comitis* Ludouici, *ſororem Comitis* Gerardi

* Henricus *cæcus*,
Comes *Namurcenſis*, &c, extincta Comitum
Lucenburgenſium ſtirpe maſcula,
etiam *Lucenburgenſis.*
† poſt an. 1188, admodum ſenex.
** vx. *Agnes*, Geldriæ Comitis filia.
*** ambo ſepulti in agro Namurcenſi, *Floreffiæ*, quam *Henrici* pater condiderat.

Ermenſindis.

* *Filius fuit* Godefridi *Comitis Namurcenſis ex uxore ſecunda*, Ermenſinde, *ſorore* Wilhelmi *Lucelenburgenſis. vid.* Albericus *ad an.* 1168 *p.* 351. *Anno* 1154 *Bronienſem* S. Gerardi *Abbatiam in tutelam ſuſcepit. vid.* Miræus *l. d. lib.* 1 *cap.* 60 *p.* 128.

** *Albericus* ad an. 1193 p. 400; Theobaldus *Comes Barrenſis ante caſtrum de Namurco duxit exercitum ſatis copioſum, quia filiam* Henrici *Comitis cæci unicam, in eius ſenectute de* Agnete *ſorore* Comitis *de* Gelra *quodam accidenti natam, duxerat in uxorem, nomine* Ermenſondem *&c.*

*** Vid. *Miræus* l. d. lib. 1 c. 60 p. 128.

…ldus,
…cionis Comes.
…1170, d. 10 Aug.
…*ldi IV*, Campaniæ Comitis,
…Castellaniam attulit.
…an. 1150.

…aldus I,
…eta Loſſenſis.
… de *Barro* ad Sequanam.
…ſindis Lucenburgica.

2 — 3

Henricus, … † an. 123… — Iſabella, vx. *VValerami* iunior. Limburgenſ.
…ing. … vx. *Philippa*, f. *Roberti* Drocenſis.

…rreta, … Theobaldus II.
…an. 1240.
…familiæ Lucenburgenſi.

…mus I,
…mmes &c.
… Beaurevoir.
…lium cœnobio, prope *Orolaunum*, vulgo *Arlon.*

…mus II,
…y & *Beaurevoir.*
…*IV* Inſularum Caſtellani,
…e Claremonte.

…nnes,
…, Beaurevoir, Rouſſy &c.
… *Guidonis* Flandriæ Comitis,
… de *Sottenghien*,
…acon, Domina *de* Molayo.

1

… Paul &c.
… Iuliacenſi.
… de *Caſtellione*,
…es,
…m marito attulit.

p) IOANNES,
Epiſcopus Argentoratenſis, 1366.
Archiepiſcopus Moguntinenſis huius nominis *I*, 1371.
† an. 1373.

Loccenſis, *diœceſis Leodienſis, de qua genuit* Agnetem, *Duciſſam Lotharingiæ. Secundam vero duxit poſt mortem primæ*, Iſabellam *nomine, relictam* Anſelmi *de* Triangulo, *ſororem* Comitis *de* Barro *ſuper Sequanam* — *de qua natus eſt Comes iſte Barrenſis* Henricus — *De tertia eius uxore*, Ermenſinde, *filia* Henrici *Comitis Namurcenſis, filiam* Iſabellam *nomine genuit, quam iunior* Walramus Longus *habuit, & ei peperit poſtmodum* Walleramum *de* Poilevache. *Iſta* Ermenſindis *nupſit poſtea* Walleramo, *filio* Henrici, *cui plurimos peperit filios, una eius filia* Catharina *eſt Lotharingiæ Duciſſa.*

f) *Ego* Walramus, *filius* Henrici *Ducis de Limborch, & Marchio Arlunenſis, caſtrum meum de* Arlon, *cum omnibus appenditiis, tam in hominibus quam caſamentis, & rebus omnibus ad idem caſtrum meum pertinentibus, laude & aſſenſu prædicti patris mei, Ducis, & fratrum meorum,* Henrici *de* Vaxemberch, *&* Gerardi *de* Horne, *& etiam filiorum meorum,* Henrici *&* Walrami . . *Dominæ* Ermenſendi, *Comitiſſæ Lucelburgenſi & Rupenſi, uxori meæ, in legitimam dotem contuli & conceſſi.* — *Hæc omnia . . . me firmiter & ſemper ſervaturum ſuper ſacroſanctas reliquias iuravi an. MCCXIV menſe Maio.* vid. *Miræus* l. d. lib. 1 cap. 72 p. 161.

Ego Ioanna *Flandriæ & Hannoniæ Comitiſſa omnibus certum facio, quod poſt longam guerram, habitam inter me &* Philippum *Marchionem Namurcenſem, conſanguineum meum & fidelem ex una parte, & Virum Nobilem, Dominum* Valeranum, *Ducem de Lemburg, & Dominam* Ermenſindem, *uxorem eius, ex altera parte, ſuper Comitatu Namurcenſi pax eſt*

refor-

reformata — *Actum apud Dionantum feria II poſt* Inuocauit, *anno MCCXXII, menſe Martio.* vid. *Miraus* l. d. lib. 2 cap. 74, p. 371.

Scriptor domeſticus actorum *Ioannis I* Archiepiſcopi Treuirenſis apud *Brouverum* lib. 15 annal. Treuirenſ. § 41 p. 97; Valeramus *filius fuit* Henrici *Ducis Limburgi*; *qui poſt mortem* Theobaldi *Comitis Barrenſis, relictam ab eo viduam, Comitem Luzellenburgi, accepit uxorem, & pacem bonam diebus ſuis fecit in territorio Treuirenſi, vbi longe ſpectans atque omnibus auctus fortuna bonis, inſigni bellica virtutis ſtudio claruit: at ſi qua popularis aura gloriaque fluxa cupidine exarſit, paci ſalutis ac immortalium rerum procurationi indulſiſſet, inter præſtantiſſimos ſui ſeculi Principum numerari poterat.* Ex his patet, falli Virum Illuſtrem *Iac. Paul.* a *Gundling*, dum lib. 1 de vita rebusque geſtis *Henrici VII* ſectione 3 § 9 p. 42, & ſub finem in tabula genealog. p. 291 *Ermenſindis* e domo Limburgica maritum *Henrici* nomine appellat. conf. lit. *c*)

g) *Albericus* ad an. 1219 p. 504; *Comes Barri* Henricus *nuptias ſuas fecit, ducens in vxorem filiam Comitis* Roberti, *nomine* Philippam.

h) *Ego* Ermenſindis, *Comitiſſa Lucemburgenſis, Marchioniſſa Arlunenſis, omnibus præſentes litteras inſpecturis notum facio, quod* Henricus, *Dominus de Lucemburg, filius meus, ducere debet in vxorem* Margaretam, *filiam Domini* Henrici, *Comitis Barrenſis, & idem Comes dedit filio meo prædicto in maritagium* » Lineyum & Caſtellaniam *cum dependentiis* &c. *Actum anno Domini MCCXXXI menſe Iulio.* Notes hic, quod *Margareta* tum temporis nondum nubilis, viroque matura fuerit.

Je Philippe *Comteſſe* de *Bar fai ſcavoir a tous ceux, qui ces lettres verront, que j'ay donneit a Monſieur* Henry, *Comte* de *Luxembourg, en mariage, avec* Marguerite, *ma fille*, Liney & *ſes appendizes* — *Ce fut l' en demain de Pentecoſte, quand li miliaires couroit par mille deux cens & quarante, au mois de Juniet.* v. *Florentius* van *der Hair* lib. 2 de Caſtellanis Inſulenſibus cap. 4, *Blondellus* Barri Campano-Francici p. 55.

** *Miraus* l. d. lib. 1 cap. 95 p. 220. Pactas cum Treuirenſibus inducias his confirmauit litteris; *Gerardus* de *Lutzenburgo, Dominus Durbuichii, vniuerſis præſentes literas viſuris notum facimus, quod nos, pro noſtris & pro nobis, ſuper controuerſia, quæ vertitur inter nos ex vna parte, & communem ciuitatis Treuirenſis ex altera, dicta communitati damus inducias firmas & ſtabiles, vſque ad proximam purificationem B. Mariæ ſine aliquo dolo; & hoc literis hiſce patentibus teſtatum facimus. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, ſabbato ante feſtum B. Thomæ Apoſtoli.* v. *Brouverus* l. d. lib. 16 § 48 p. 149. Notes autem velim, quod *VValeramus* ex *Ermenſinde*, præter *Henricum* & *Gerhardum*, trium etiam filiarum pater factus ſit. 1) *Margareta*, quæ *Theobaldo II* Comiti Barrenſi elocata fuit. 2) *Catharina*, *Matthæo II* Lotharingiæ Moſellanæ Duci nuptæ. 3) *Maria*, quæ *VValeramo* Comiti Falcoburgenſi in manum conuenit. *Miraus* l. d.

i) *Nous* Henris *Cuens* de *Lucembourc* & *de la Roche*,

Edit. I p. 861 *Bonifacius dag, vnſers gnedigen Heren, vnd Vorfaren in ſinen zyten Erzb. des Heilgen Stuls zu Mentze, in dem iare da man zalte nach Gotz geburte duſent, druhundert, vnd in dem zwey vnd ſyebenzigſten iare.*

curiam Dreyſe oneribus eximit. 3) Simili beneuolentia, Eltuillæ poſtridie diei Laurentio martyri ſacræ, curiam *Dreyſe*, quæ tum in bonis Præpoſituræ Hirzenauienſis erat, nunc vero in poſſeſſionibus PP. Societatis Ieſu eſt, oneribus, ſeruitiisque (iis tantum exceptis, quæ Archiepiſcopo *in reyſis* ſiue itineribus præſtanda venirent) telonio itidem, Ehrenielſæ de fructibus curiæ, qui per Rhenum deducerentur, præſtando, exemit, liberamque dixit. Adiecta tamen conditio, vt in beneficii huius memoriam Præpoſitus Hirzenauienſis quotannis feſta Michaelis Archangeli luce *centum cruſilina, valida & bona, in Siburg facta, & duo paria botorum bonorum ſedi det, offeratque*, vt ex tabulis, quas in codice Diplomatico dedi, patet.

4) Ceterum Erfurtenſibus auxilium aduerſus Landgrauium ſpopondit, & vt hoc magis vrbem de promiſſis certam redderet, omnia ipſis priuilegia confirmauit. Addit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. II § XV p. 114; *Remiſit etiam partem mulctæ a cæde Iudæorum in ſingulos annos pendi ſolitæ: quæ cum antea ad centum marcas argenti quinquennio excurreres, ipſe in decem annos tantum centum quinquaginta ſtipulatus eſt.* Haud adeo bene. Si enim huc contuleris, quæ ſupra in Gerlaco ex actis publicis attuli, videbis, haud poſſe dici, quod ciuitati mulctam ob cædem Iudæorum remiſerit, & quidem mulctam, quæ antea ad centum marcas argenti excurrerit quinquennio. Quippe ciuitas in ſingulos annos centum marcas, die B. Martino feſta exſoluendas, in ſe receperat. Receperat autem non mulctæ inſtar & pœnæ loco, ſed ex pacto, ob Iudæorum occiſorum bona auerſa, Gerlaco iuri in ea ſuo renunciante. *Erfurtenſibus beneuolus eſt.*

IV Eodem anno MCCCLXXII *Ringauienſes deſtruxerunt & combuſſerunt caſtrum Delckenheim*, prædonum latibulum, capto loci Domino Wilderico.

Circa finem Februarii, vt notant *Miſcella* modo laudata, duce *Dietzla*. Inuaſerant autem id diluculo.

V Cœpit eodem anno Erfurtenſis Carthuſia, prout in eius notatum periſtylio. Cum enim ad auxilii montem, de quo lib. III dixi notatione XX, miraculorum, quæ diuinitus ibi fiebant, cauſſa concurſus eſſet plurimus, plurimæque oblationes, harum pars tertia ſacerdoti, qui ſacra curabat, conſtituta fuit. Ille vero magnis inde auctus diuitiis amico cuidam ſuo Ioanni Ortinis †, Dorlenſi Præpoſito, viro pio, negotium teſtamento dedit, vt in DEI honorem, animæque ſuæ ſubſidium ac ſalutem illas iſte conferret. Bona igitur & Reuerendiſſimi Archiepiſcopi, & ſenatus Erfordiani venia decreuit hic Carthuſianum ad Erfordiam cœnobium erigere. cumque de opportuno loco eſſet ſollicitus, architectum, qui circumſpiceret diligenter omnia, miſerat. Huic vero aſtitit iuuenis, qui locum, vbi Carthuſia nunc eſt, laudauit, ſimulque ſubito euanuit. Atque hunc ea elegantia & pulchritudine fuiſſe affirmabat architectus ille, vt, alterius libenter oculi iacturam faceret, ſi eum iterato ſemel duntaxat conſpicari daretur. Fuit autem conſecratum nouum hoc ſacrum ædificium anno MCCCLXXIV, poſt ipſius Ioannis mortem *, quæ anno MCCCLXXIII accidit.

† l. *Ortonis.* Sic enim vocabatur; vti diſcere eſt ex tabulis,. quibus ei *Gerlacus* anno MCCCLVIII, in *die Cœnæ*, quæ *Viridium* alias appellatur, adminiſtrationem ac gubernationem alodii Erfurtenſis tam in ſpiritualibus quam temporalibus commiſit.

* Conſ. *Gudenus* l. d. § XV p. 114 & ſeq. Anno MCCCLXXIII illum obiiſſe, cum epitaphium clare dicat, explicetque, corrigendus omnino hic *Trithemius*, qui l. d. chronici Hirſaug. p. 200 fatis illum an. LXXII functum, & in æde metropolitana tumulo illatum ſcribit. *Moritur.*

VI Ioannis vero corpus *Eluil* (hodie *Elfeldt*) vbi fuerat mortuus, deductum fuit in Eberbacenſis monaſterii templum; in quo hoc epitaphium: *Anno Domini milleſimo trecenteſimo, ſeptuageſimo tertio, pridie Nonas Aprilis, obiit Reuerendus in Chriſto Pater & Dominus Ioannes de Lutzelburg, Sancti Pauli Comes, Argentinenſis Epiſcopus primum, deinde Moguntinus Archiepiſcopus, Domino Gerlaco de Naſſavv Archiepiſcopo Moguntinenſi tunc ſuccedens: in Altavilla veneno intoxicatus, vita defungitur, in aliud ſæculum receptus.* Narrat in Sponheimenſi Chronico eadem *Trithemius* an. MCCCLXXII. p. 331 *Sepelitur in cœnobio Eberbacenſi.*

1) Λόγος hic ἐπιτάφιος non amplius ibi occurrit. Vt adeo veriſimile ſit, in tabella olim fuiſſe appenſum. Adeſt vero etiamnum lapis, in medio chori ſolo impoſitus, cum hac circum effigiem Ioannis exſculptam inſcriptione;

Anno Domini MCCCLXXIII, pridie Non. April. obiit Reuerendus in Chriſto Pater, Dominus Iohannes Archiepiſcopus Moguntinus. Cuius anima requieſcat in ſancta pace, Amen.

2) Poculo mortifero ſublatum validus quidem, incertus tamen fuit rumor; de quo *Veneno perEmptum rumor erat.*

Trithemius l. d. chronici Hirſaugienſis: *Multorum tunc fuit opinio, veneno illum interiiſſe. quod verum ſit, an falſum, ſcire non poſſum.*

vt Sedi præfuerit. 3) Satis vtiliter gubernaſſe populum & prouinciam, dixit, quem auctor § II citauit *MS.* Idem habet, quem ad ædem ſummam eſſe dixi, *Mſcr.* Vtrum vero tam vtiliter ſedi præfuerit, ac ii quidem volunt, forſan haud ſine cauſſa dubites. *Bonum virum & nulli moleſtum* fuiſſe, *Trithemius*, vti ſupra iam dictum, ſcripſit. Edit. I pag.

LVDOVICVS.

Quanquam is vere in Archiepiſcopis Moguntinenſibus haberi debeat, cum a Pontifice Sedi impoſitus ſit, a Cæſare vero beneficia ac commoda ab Imperatoribus tribui ſolita ſub lege beneficiaria receperit, vt ex dicendis patebit; aliis tamen fere aliter viſum; eos inter etiam auctori *Serario*; qui ideo haud peculiari de eo agit capite, vti ſupra de *Chriſtiano I* &c. ſed poſt *Ioannem I* ſtatim ad ADOLFVM accedit, & ſermonem ſic orditur;

I

ADolfus *Naſſouius* erat, e patre, qui Gerlaci Archiepiſcopi, de quo antea, frater: olim, vt in Ioanne dictum, electus, nunc vero cum Spirenſis iam Epiſcopus eſſet, ad Moguntinum Archiepiſcopatum a metropolitano Capitulo poſtulatus anno MCCCLXXIII; vt videatur vana ſuſpicio, quæ tamen ipſi apud Pontificem forte obfuit, quam de ipſo vagatam ait MS. *eum toxici*, de quo in ſuperiori epitaphio, *auctorem fuiſſe.*

Ludouicus II Sed grauis ei competitor & aduerſarius fuit Ludouicus Miſniæ Marchio, Thuringiæ Landgrauius, Friderici filius, Ludouici Imperatoris ex Mechtilda nepos, Epiſcopus primum Halberſtadenſis, mox Bambergenſis. *Hic* enim, vt ait libr. X Metropolis cap. XXIII *Crantzius*, per *multas ambulans eccleſias, quærens requiem, & non inueniens*, perfecerat Imperatoris Caroli IV fauore ac ope, vt a Gregorio XI Moguntino augeretur Archiepiſcopatu anno MCCCLXXIV, quo maxima Rheni inundatio, Bingæ præſertim. Et licet ante Ludouicum, oppida & munitiora loca occupaſſet Adolphus, prœlio tamen cum eo prope Erfordiam iuxta fluuium Vnſtrut, & caſtrum Bobeſt decertaſſet, niſi prœlium vtrimque vetuiſſet Imperator, qui ad ipſa Ludouici caſtra cum auxiliaribus copiis venerat. *Continuit ſe*, vt ait libro citato *Crantzius* cap. IX, *Erfordiæ Adolphus.* ad cuius *mœnia vrbis tonuit Carolus; ſed tum nihil profecit, niſi quod villas & vineas omniquaque exureret.*

ex Marchionibus Miſniæ, 1) *Friderici* cognomento *Grauis* ſiue *Seueri* filius fuit hic *Ludouicus*, *Friderici* vulgo *Strenui* frater. *Langius* chronici Citizenſis p. 842, auctor *hiſtoriæ de Landgrauiis Thuringiæ* cap. CXXVI p. 947. Natus anno MCCCXL, poſtridie diei, qui *D. Matthiæ* in faſtis ſacer eſt. Fidem faciunt *Annales Vetero-cellenſes* § XXIX p. 150 & ſeq. *Fridericus — præcedentis Friderici filius, Thuringiæ Landgrauius & Marchio Miſnenſis, ex Mechtilde filia Ludouici Imperatoris genuit quinque filios ——— Quartus* Ludouicus *natus fuit anno Domini MCCCXL, in craſtino Matthiæ Apoſtoli.* Conf. *vetus tabula*, quondam in æde monaſterii *veteris Cellæ* appenſa, quam e ſchedis Hortlederianis *Tenzelius* protulit Bibliothecæ curioſæ tomo I p. 333.

Maioris

Edit. I p. 862

Maioris lucis cauſſa ſequenti eos comprehendi ſchemate.

Henricus cognomento *Illuſtris*,
Marchio Miſniæ, Landgrauius Thuringiæ.
n. 1218. † 1288.
vx. 1) *Conſtantia*, *Leopoldi*, Auſtriæ Ducis f.
† 1243 *. — * *al.* 1240, 7 *Iul.*
2) *Agnes*, *Ottocari* Bohemiæ Regis f.
d. 1249, † 1265 *, Id. Octobr. — * *al.* 1267.
3) *Eliſabetha* de *Maltitz*.
ſep. in monaſterio veteris Cellæ.

Albertus dictus *Degener*,
n. 1240. † 1314.
vx. 1) *Margareta*, *Friderici II* Imperat. f.
d. 125.. † 1270. 6 Id. Aug.
2) *Kunigunda* de *Iſenberg*,
† 1300
3) *Eliſabetha*, Com. *Caſtellenſis*,
vidua Arnshaugiana.

Theodericus,
n. 1242. † 1282.
ſepultus Seuſelicii.

Henricus,
n. 1256, 12 April. † 1299.

Fridericus,
cognomento *Admorſus*, it. *Fortis*,
n. 1257. † 1324, 16 Nou.
vx. 1) *Agnes*, Dux Carinthiæ.
2) *Eliſabetha*, Com. Arnshaug.
d. 1300. † 1359.

Dietzmannus,
ſiue *Theodericus iunior*.
n. 1260, † 1307.

Fridericus
† 13 Ian. 1315.
* *al.* 1329.

Fridericus,
cognomento *Grauis*, it. *Seuerus*.
vx. *Mechtildis*, f. *Ludouici IV* Imperat.
d. 1328 *. † 1346, 3 Iul.

Fridericus.
† in albis.

Fridericus,
cognomento *Strenuus*,
n. 1330. † 1381, 26 Maii.

Balthaſar.
n. 1336. † 1406.

LVDOVICVS,
Archiepiſc. Mogunt.

Wilhelmus,
n. 1344. † 1407.

Fit Epiſcopus Halberſtadenſis & Bambergenſis.

2) Epiſcopatum Halberſtadenſem adiit an. MCCCLVIII, ſurrogatus Alberto II; quo tamen an. MCCCLXVI ſe abdicauit, ac ad Bambergenſem tranſiit. *Item Ludouicus primo promotus fuit ad eccleſiam Halberſtadenſem; quam electus & confirmatus rexerat ad XI* (ſ. IX) *annos: de qua poſtulatus fuit ad eccleſiam Bambergenſem: de qua ad Moguntinenſem ſaltem nomine peruenit.* ita *Chronicon Magdeburgenſe*, quod primus e mſcr. edidit *Meibomius*, p. 349.

3) Et Babebergam quidem die SS. Felicis & Adaucli, comitatu ſplendidiſſimo ingreſſus, ac exquiſito honorum omnium atque officiorum genere exceptus eſt. *Hofmannus* annalium Bambergenſium lib. IV § CLI p. 206 & ſeq.

Archiepiſcopatum Moguntinum ambit & obtinet.

4) Mortuo Ioanne, excelſioris dignitatis cupidus, Epiſcopatum ſuum dimittere, & Moguntinum, fauore Caroli Imperatoris, ſibi ſubiicere ſtatuit; atque adeo ea de re in Galliam ad Pontificem profectus, eundem anno ſequenti MCCCLXXIV, ineunte vere, obtinuit. *Hofmannus* l. d. § CLV p. 208, & lib. V § I p. 209.

Canonicis Gothanis donationem quandam ſtabilit.

5) Reuerſus in patriam die XXI menſis Iulii Gothæ Collegio Canonicorum ad B. Virginem ius patronatus, vt vulgo vocant, parochiarum *Tuphleibenſis* & *Mittelhuſana*, iis ab Abbate & ſodalitio cœnobii *Breytingenſis* liberali donatione conceſſum, peculiari ratum habuit ſciuitque diplomate; quod cum *Tenzelius* ſupplem. II ad Sagittarii hiſtor. Gothanam § LXXXIX p. 188 & ſeq. in lucem ediderit, Moguntinis id ſuo loco inſerui.

Regalia accipit a Cæſare.

6) Non ſolum autem a Pontifice Sedi impoſitus fuit, verum etiam a Cæſare iura regalia ritu fideque clientelari conſecutus eſt. Diſerte enim *Carolus* in litteris an. MCCCLXXV ad Erfurtenſes peruigilio ſalutis annuntiatæ datis; *Vnd vvann auch der Ervvirdige* Ludwig — *von vnſerm Heilegin Vater dem Babiſte zu eyme Biſſchoff zu Menze gegeben iſt, vnd vvir yme auch als ein Römiſcher Keyſir deſſelben Stiffies zu Menze vverntlichkeit vnd Regalia verliben haben* &c. Fratres item in aliis ad neſcio quam ciuitatem Gothæ dominica *Palmarum* ſignatis; *VVanne ir vnd das gantze land vvol vviſſet, daſs der vorgen. vnſer Herre vnd Bruder, recht zu dem Biſtum hat, vnd auch von vnſerm geiſtlichen Vater dem Babiſte, vnd vnſerm lieben gnedigen Herrn dem Keiſir begnadet vnd belehnet iſt.* Vtrum vero ea hoc anno (LXXIV) iam receperit, an ſequenti demum, dicere non habeo.

Carolo Pragæ præſto eſt.

7) Secuto ceteroqui primis menſibus fuit Pragæ, & paci publicæ nomen ſe daturum ſpopondit. Refert id Cæſar in litteris modo dictis, & in codice Diplomatico allatis; *Vnd er des vorgenanten Erzbiſſchoffes Iohans ſeli-*

ger gedechtniſs nachkommen iſt, vnd den vorgeſchrieben Lantfryden, als ein Erzbiſſchoff zu Menze, eyn nachkomen ſins verfaren, in allen punčten vnd artikeln, als er begriffen iſt, vnverrucket vnd genzlichin halden, volforn, ſvveren, vnd beſigeln vvil. Litteras etiam, queis Carolus Carthuſiam Erfurtenſem VI Non. Maii ſtabiliuit, ipſe tum Pragæ recognouit, & ſe recognouiſſe his verbis adſcriptis teſtatus eſt; *Et nos* Ludouicus *D.G. ſanctæ Sedis Moguntinæ Archiepiſcopus, S. I. per Germaniam Archicancellarius recognouimus eas.* Vid. *Cod. Diplomat.*

armis cum Adolfo contendit.

8) Poſt armis rem aduerſus Adolſum tentauit, vt *Cranzius* ex vero prodidit. Idem dicit *Botho* chron. picturati p. 387, quamuis in annum MCCCLXXVII id reiiciat: *In düſſem iare toch de Keyſer vor Errforde mit Marggreven VVilhelm to Myſſen, vnd lag darvor ſes vvecken, vnde brente torppe vnde kercken, vnde hatten vertich duſent man to velde, der ſtadt ſchach neyne ſchade, ſunder de törppe vnd vvingarden vvorden verdarfft, dat geſchach vmme des Biſchoppdoms vvillen to Mentze, dar krigeden de tvvey vmme, alſe Biſchopp Ledevvich Marggreveto Myſſen, vnd Greve Adolff van Naſſauvv, de daſulveſt bynnen Errforde vvas, vnde he bleyff ock Biſchopp.* Conf. *hiſtoria de Landgrauiis Thuringiæ* cap. CXX p. 945 & ſeq. & quæ pluribus dixi in *Adolfo* Naſſouio n. 6 & 8. Edit. I p. 862

III Atque Ludouicus, vt Imperatori gratificaretur, elegit ad imperium anno MCCCLXXVI illius filium Wenceslaum: neque contentionis huius finis ante fuit, quam viuendi finem huic Ludouico fecit mors, anno ſecundum *Bruſchium* MCCCLXXX, ſecundum noſtrum *MS.* MCCCLXXXI, ſecundum *Thuringiæ Chronica* MCCCLXXXII, ſecundum *Meierum* in ſua Flandria MCCCLXXXIII.

Wenceslaum eligit.

1) Wenceslaum ſane ſuffragio ſuo Cæſarem elegit; ſed, quod notandum, a Septemuirum Collegio tum adſcitus, tum pro vero, legitimoque Sedis Moguntinæ Archiepiſcopo & Principe Electore habitus. *Ioannes Pfaffenlapp* ſenior in litteris ad Prætorem Argentoratenſem, Ioannem Schilt, apud *VVenckerum* in præſidiis rerum Germanicar. p. 220; *Als die vvahl des Kunigs VVencelaus zu einem Römiſch. Kunig zugieng, kamen der Kaiſer vnd der Kunig, vnd die Churfürſten zu Renſe zuſammen, die vvahl alldar vorzunemmen, dahin anfangs der Churfurſt von Mentze, der do Biſchof vvar zu Babenberg, nicht kommen vvolte, di andern Fürſten erkanten dann, ob er von recht vválen ſolte oder nit. vvelches die andern getan, vvanne ſie kein andern Biſchof von Mentze vvüſtent, denne in. Do fuhr Herzog Ruprecht von Peigern noch ime gen Oppenheim, vnd fuhrte in gen Renſe vf den Pfingeſtdage früege —— Darnach vf den Sunnendag nach dem Pfingeſtdage in dem nachtimmes, da kam der Kaiſer vnd der Künig, vnd der Hertzog von Peigern vnd der Marggr. von Brandenburg, vnd der Herzog von Saſſen, vnd der Biſchof von Mentze, alle vf die zu gen Franckenfurt.* Et *Ieckelin Lentzelin* in litteris ad Senatum Argentoratenſem apud eundem: *Daſs man deſs Kaiſers Son ervvelet hat vnd genant zu Franckfurd vur ein Römiſchen Konig vor Zinſsdag ante feſtum Corporis Chriſti, vnd vvaren die Churfurſten alle daby, vnd ſonſt viel groſſe Herren* &c. *vnd haben das offentlich verkündet vff dem Lettener —— Auch hat er —— fürgenommen Byſchoffe Lodevvige von Myſen, vnd gevvan das mit vrteil, daſs er die Kur dun ſolte, alſs ein Biſchof zu Mentze.* Et hinc in Decreto electionis *VVlachinco* natus *Heriſlinus* de *VVitemul*, Clericus Pragenſis, Notarius, apud *Leibnitium* in Mantiſſa cod. Iuris gentium Diplomatici parte II L d) p. 263; *Reuerendiſſimus in Chriſto Pater*, Dominus Ludouicus, *ſancta Moguntinenſis eccleſiæ Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Principum Electorum ſingulorum eſt vota ſcrutatus. Carolus* itidem IV in litteris ad Pontificem apud eundem l. d. L f p. 265; *Nuper die ſancto Pentecoſtes nos tanquam Rex Boemiæ, & alii Principes Coelectores, videlicet Sereniſſimus Princeps Dominus VVenceslaus, Rex Boemiæ, Venerabilis Ludouicus Moguntinenſis* &c. Et *VVenceslaus* in litteris ad eundem Pontificem l. d. L i) p. 268; *Teſtes huius rei ſunt Venerabilis Ludouicus Moguntinenſis Archiepiſcopus* &c.

Archiepiſcopatum Moguntinum dimiſſum repetit.

2) Gregorio XI an. MCCCLXXVIII die XXVII Martii in libitinæ cenſum redacto, Vrbanus VI d. VIII April. ſolium conſcenderat Pontificium. Is præ ſe ferebat, ac ſi controuerſiæ Ludouicum inter ac Adolfum finem imponere vellet. Quippe Ludouicum vinculo, quo eccleſiæ Moguntinæ obſtrictus erat, exſoluebat, & tum Patriarcham Hieroſolymitanum conſtituebat, tum Antiſtitem Cameracenſem. Atenim, quum Ludouicus id genus Patriarcha eſſe nollet, omnia prius tentanda ratus, quam Adolfo concedendum, ope ſuorum rem eo deducebat, vt Vrbanus anno ſequenti ſententiam reuocaret. Fide ſcribo *Miſcellorum*, quæ ſæpius iam laudaui; quippe quæ hæc ad verbum fere habent.

3) Quamuis autem ſic in priſtinum locum reſtitutus eſſet, de munitionibus tamen, quæ ditionis ſunt Moguntinæ, nullam obtinuit, niſi oppidum in Thuringis, cui nomen *Salza*, vbi dein ſe continebat ac commorabatur.

Hermanno Landgrauio feuda confert.

4) Suas interim firmaturus partes, Hermanno Landgrauio feudorum ſiue beneficiorum, quæ ab Archiepiſcopatus Moguntini tutela pendebant, iura petenti, ſollemni ea ritu contulit, ſimulque montem, vulgo *VVedelberg* dictum, haud procul Nuenburgo, conceſſit. id quod itidem, quæ dixi, memorant *Miſcella*.

Gothe Ge…

5) Anno, qui Chriſti naſcentis MCCCLXXX fuit,

fuit, oſtenimus; quam bene ſuis cuperet, Collegio Canonicorum ad ædem B. M. V. quæ Gothæ eſt, ambas iſtas parochiales, de quibus ſupra, incorporauit ſiue in perpetuun vna cum latifundiis, commodis, ac prouentibus attribuit. Tabulæ, quibus voluntatis huius ſuæ ſignificationem edidit, confectæ ſunt Salzæ die III Maii. *Tenzelius* l. d. p. 200 & ſeq.

& Auguſtinianis ſe præbet beneuolum. 6) Dein commodis monaſterii familiæ Auguſtinianæ, quod olim Gothæ fuit, conſulturus, omnibus precum gratia illud frequentantibus, vel aliquo ornantibus beneficio XL dierum largitus eſt indulgentias. Datum litterarum eſt; *Salzæ V Octobr. MCCCLXXX. Sagittarius* hiſtoriæ Gothanæ cap. VI § XIX p. 161.

tranſactioni locum relinquit. 7) Tandem annus MCCCLXXXI attulit, quod æſtate ſuperiori rumor pertulerat incertus; puta, quod transactioni cum Adolfo locum reliquerit. Σύμμικτα modo dicta tanquam pro teſtimonio loquantur; *MCCCLXXXI in dominica poſt Paſcha, videlicet* Miſericordias Domini, *omnibus antea per Regem & Principes inter Archiepiſcopos Magunt. videlicet Ludouicum & Adolfum complanatis, remanſit Adolfus Archiepiſcopus, confirmatus ab Vrbano, & fuit glorioſe inthroniſatus & ſuſceptus in Maguntia ab omni clero & populo, prædicta dominica, & ſic ab ambobus Papis fuit confirmatus.*

fit Archiepiſcop' Magdeburgenſis. 8) Obtinuit autem Ludouicus Papæ Vrbani beneficio Pontificatum Magdeburgenſem, ſucceſſor datus *Petro* de *Brunna*, qui anno MCCCLXXX, contentionum, quæ ei tum Capitulo intercedebant, pertæſus, a metropolitana hac cathedra ſponte ad Olomücenſem tranſierat. *Chronicon Magdeburgenſe* l. d. *Poſt hac eccleſia Magdeburgenſis ſibi per Vrbanum Papam VI fuit ad gubernandum commendata, licet eo inuito, vt dicebatur.* & paullo ante; *Ludouicus germanus Landgrauii Thuringiæ & Marchionis Miſnenſis XXXII Archiepiſcopus poſt deceſſum Domini Petri eccleſiæ Magdeburgenſi paruo tempore vt Commendatarius præfuit. Titulum Moguntinenſis Archiepiſcopi ſibi adſcribens, cuius, propter potentiam Moguntinenſis Archiepiſcopi Domini Adolfi de Naſſavv, poſſeſſionem habere non potuit. Idem tamen Ludouicus iſto non obſtante prætendens ſe ad eccleſiam Moguntinenſem ius habere, titulum dimittere, ſaltem nomine, noluit, licet alter poſſeſſione & fructibus vteretur.*

9) *Miſcella* noſtra addunt, quod breui ſe retexuerit, Archiepiſcopi Moguntini titulo non minus tum, quam antea, vſus ſit; quin Ienæ forum dicundo iuri, ſiue curiam inſtituerit eccleiiſtaicam, ac Salzæ cohortem aluerit *Ribaldorum*, ſiue nullius pretii hominum, qui clericos Adolfi iuſſis ſtantes captiuarent ac perſequerentur. quod tamen in medio relinquo. *nec tamen Moguntini titulum deponit.*

r'o) Hæc, aliaque agitantem præpropera, funeſtaque occupauit mors. *Sed heus*, ita pergit *Chronicon* dictum, *modico & eidem* (Magdeburgenſi ſcilicet) *eccleſiæ præfuit tempore, quia anno Domini MCCCLXXXII ad eccleſiam venit* (i. e. regimen, vt interpretor, præſens auſpicatus eſt) *& eodem anno obiit. Chronicon* membranaceum *Veterocellenſe*, cuius partem *Tenzelius* nobis l. d. p. 165 dedit; *MCCCLXXXII, XIII Kalend. Marcii in ciuitate Kalbenſi: interiit Dominus Ludevvicus Epiſcopus Moguntinenſis: ac Prouiſor in Epiſcopatu Meydebergenſi, cum multis aliis. qui fuit frater Dominorum Marchionum Miſnenſium.* *breui tempore rebus Magdeburg. præeſt.*

IV Fuit autem mors, quæ ab omni leuitate, petulantia, & luxu ad Paulinos Epiſcopi mores 1 Tim. III v. 2 & ſequentibus, Tit. 1 v. 7 & 8, auocare merito quemlibet debeat. Sic enim MS. *Ludouicus Epiſcopus Bambergenſis, octennii litigio pro Epiſcopatu Moguntino completo, cum in chorea quadam inſolentius quam ſui ſtatus reuerentiam decuit, ageret, viuus igne, ſicut dicitur, cæleſti comburitur.* Et MSL. *Ludouicus in oppido Kaluenſi Magdeburgenſis Archiepiſcopatus, cum comeſſationi & ſaltationi vacaret, coorto incendio, in ipſo triclinio periculum effugere conatus, per gradus decidit, & poſt paucos dies viuere deſiit.* immo poſtridie ſtatim, vt omnia iſta vberius clariuſque narrat citato XXIII capite *Crantzius*.

tragico obiit caſu. 1) Tragicum, quo interiit, caſum ſuſius paullo explicat diſtinctiusque *Chronicon Magdeburgenſe* l. d. *Fuit namque in oppido ſuo Calvis prope Salam, ibi tenens curiam ſolennem cum Vaſallis ſuis, & vxoribus & filiabus eorum in carnis priuio. Et cum in prætorio oppidi præfati cum Dominabus & Virginibus ad choriſandum adfuit, quidam rumor ſubito de igne quodam ſiue incendio prætoris oritur; quidam volunt, quod fuit deluſio diabolica; alii vero, quod iuuenes cereas ſub lobio extinxerunt, vnde fumus in pulueribus oriebatur. ita quod propter momentaneum timorem & incuſſum metum quilibet volens per gradus deſcendere, alter alterum ex ſubito concurſu compreſſit, adeo quod Ludouicus volens per gradus deſcendere, vnus alterum ſic ſequendo, cecidit ad terram, & fractis ceruicibus exſpirauit ſolus de tanta multitudine. Sepultus in eccleſia B. Virginis ſiue Gangolfi ſine ſolennitate.* Tum, commemoratis aliis quibusdam circumſtantiis *Chronicon pictuatum* ad an. MCCCLXXXII p. 388 & ſeq. *In duſſem iare in dem Vaſtelavende, do danſede de Biſchop Lodevvich to Meydeborch to Kalve vpp dem Radhuſe mit Fruvven vnde Iunckfruvven, Heren vnde Ridder, vnde vvas des Mandages in den Dorledagen, des avendes in der dritten ſtunde. So vvas ein kammer, dar vvart dat bedde ſtro in bernen: do de lude des en vvare vvorden, vpp dem Radhuſe, do hedde eyn iuvvelick gerne*

aſſe-

affgevveſen. dar vvard ſolcke geſchrichte van Fravven vnde Manne, dat yd vnſprecklick is, ſo dat eyn na dem andern iagede na der treppen, vnde Biſchop Lodevvich ſprangk van dem danſe, vnde vvolde dem volcke ſtvren, dat ſe nicht alſo en drunghen. Mit dem dranghe quam he ſulven midden vpp de treppen. Dar vvas ſo dan drangh, dat neymet hinder vvord edder vorvvord konde komen. De treppe de brach, vnde vel dardal, dar vellen vvol dre hundert mydde nedder, vnde dar bleyff nymet van dot, vvan de Biſchopp Lodevvich ſulff dritte. Itlike Fravven vnde Mans de ſprungen vt den fenſtern, vnde vellen knoken vnde arm entvvey, ſo den ſchricht vvas dar. VVol geſchach dar neyne ſchade van den ſure: dat brende kum eines ſcheppel bodden breys, dar hedde nement not gehat, hedden ſe vpp dem huſe gebleven. Alſus vvas Lodevvich nich lengk eyn Biſchopp, vvan van Sunte Laurencius daghe an vvente des Dinxſedages im leſten Vaſtelavende. alſo vvart he dot to Meydeborch gevôret, vnde begraven in dem nyen Dom. Conf. *Langius* chron. Citizenſi p. 843, auctor *chronici terra Miſnenſis*, quem *Struuius* e mſcr. eruit, p. 48.

2) Exſpirauit autem tertiis demum Bacchanalibus, cum id pridie factum eſſet, vt *Meibomius* notat in chronico monaſterii Bergenſis p. 305; qui tamen neſcio quo memoriæ lapſu an. MCCCLXXXIII, XII Kalend. Iun. mortuum ſubdit.

3) *Sepelitur in ſacello palatii Archiepiſcopalis ibidem, quod S. Gangolpho dedicatum eſt*, vulgo *inteſtinorum ſacellum* dictum. Ita *Latomus* in catalogo; cum quo confer, quæ iam ſupra e *Chronico Magdeburgenſi* allata ſunt. *ſepelitur Magdeburgi.*

4) Cum chorearum, quam ſacrorum ſtudioſior fuiſſet, a nimia ſaltandi leuitate *Saltarelli* cognomen adeptus eſt. *Hofmannus* annalium Bambergenſium lib. IV § CLV p. 208. *Saltarellus cognominatur.*

5) Cardinalium numero ab Vrbano adſcriptum *Onuphrius Panuinius* tradit, quem ſequitur *Mallinkrot* de Cardinalibus S. R. E. Germanis n. XVII p. 514 & ſeq. Mallinkrotium vero *Tenzelius* l. d. p. 214. Atenim nullus dubito, quin *Onuphrius* errarit, & pro Adolfo Naſſouio poſuerit *Ludouicum de Miſna*; quandoquidem nec temporis, nec circumſtantiarum, quas *Theodericus Niem* attingit, ratio permittit, vt Ludouicum ad titulos iſtos adſumtum fuiſſe, dici poſſit. *haud fuit Cardinalis.*

Palatius, *in quem incidi, cum hæc iam ſcripſiſſem, tomo II ſub Vrbano VI n. 39 col. 66;* De hoc Cardinali (*Adolfo ſcilicet Naſſouio*) nulla mentio apud Panuinium, qui in ſerie Cardinalium, qui pileum reſpuerunt, Adolfi loco ponit *Ludouicum de Miſna* Archiepiſcopum Moguntinum.

ADOLFVS.

gente fuit Naſſonius. 1) Natus fuit patre *Adolfo*, *Gerlaci I* filio, matre *Margareta*, *Friderici IV* Burggrauii Norimbergenſis, filia. quo iuuabit ſequens inſpicere ſchema.

Edit. I
p. 862

ADOLFVS
vx. *Imagina*, f. *Gerlaci* Limpurgenſis.

Gerlacus, *Rupertus*, *Mechtildis*.
vx. 1) *Agnes*.
2) *Irmengardis*.

1 1 1 2 2

a) *Adolfus*, b) vx. *Margareta*, f. *Friderici IV*, Burggrauii Norimberg.

a) *Ioannes*.

a) GERLACVS, *Archiepiſcopus Moguntinus*.

Crato.

**Rupertus*.

*ADOLFVS, *Epiſcopus Spirenſis*, *Archiepiſcopus Moguntinus*.

* *Walramus*, occur. adhuc an. 1384. † vx. *Bertha*, f. *Reinharti*, Domini *de* Weſterburg.

*† IOANNES, *Archiepiſcopus Moguntinus*,

** *Gerlacus*. 1368.

† *Adolfus*, factus an. 1404 ſupremus locorum Moguntinorum in Haſſia Præfectus.

†† *Margareta*, vxor *Henrici*, Comitis *de* Waldeck, d. an. 1398.

a) *VVir* Gerlach *E. z. M. — bekennen, daſs* — Adolf *vnd* Iohann, *vnſere Brüder, Graven zu Naſſavve* &c. *Eltvil* 1355, *in die Catharina Virginis*.

b) Ita quidem vocata fuit, non *Anna*, vt nonnullis viſum. Quo minus dubites, afferam verba *Gurckfelderi* in notis mſcr. ad *Monningeri* genealogiam Burggrauiorum Norimbergenſium mſcr. p. 116 codicis Vffenbachiani; *Fraulein* Margreth, *Burggraff* Fridtrichs *Tochter*, *Graff* Adolphs *von* Naſſauw *Gemahlin, hat ſich neben ihrem Gemahl aller der güter, ſo von ihrem Vater Burggraff* Fridtrichen *an ſie gefallen verziben; doch da Burggraff* Hanns *ohne leibserben abgehen vvürdte, ſollte ihme von Naſſauvv ſo vvohl, alſs andern Burggrav* Fridtrichs *tochtern, geliehen vverden. Dabei ſeynt gevveſt ſein von* Naſſauw *Schvviegermutter* Margreth, *Burggraffs* Fridtrichs *hinterlaſsene VVittib, vnd* Ludwig *von* Hohenloe *ſein Schvvager*, Burckhardt *von* Seckendorff, *Vogt zu Onoltzbach. Actum* 1337, *Freitags vor Egidien. Ex Archivo Onolsbacenſi. Monningero* l. d. p. 106 itidem *Margareta* dicitur.

* *VVir* Adolf *E. z. M. — bekennen, — daſs vvir ſchuldig ſin dem Edlen vnſerem lieben Vetter* Ruprecht, *Graven zu Naſſavve*, Annen, *ſiner elichen Husfrauvven*, —— 6 .. —— *Sezen vvir ym zvvolff giſel, mit namen* —— Walram, *Graven* zu *Naſſauvve, vnſern lieben Bruder*, Ludewig, *Graven* zu *Rieneck, vnſern lieben Neven*, Gerlach *vnd* Gotzen *von* Hohenloch, *gebrüdere, vnſere liebe Oheime*, Eberhard *Hern* zu *Eppinſtein, vnſern lieben Svvager*, Reinhard *Hern* zu *VVeſterburg, vnſern lieben Svvager* &c. *Eltvil* 1377, *feria tertia proxima poſt diem S. Remigii*.

VVir Adolf *E. z. M. — Als der Edel, vnſer Bruder*, Walram *Grave* zu *Naſſavv* &c. 1384.

*† *VVir* Iohann *E. z. M. — bekennen, als der Ervvurdige, vnſer lieber Herr vnd Bruder ſelige, Herr* Adolf. *E. z. M. vnſer vorfahr* &c. *Mülhuſen feria quinta poſt dominicam* Iudica 1398.

** *VVir* Gerlach, *E. z. M. — daſs vvir* Gerlachen, *Graven* von *Naſſavve, vnſers Bruders, Grav* Adolfs, *Son* &c. 1368.

† *VVir* Iohann *E. z. M. — Als der Edel, vnſer lieber Vetter*, Adolf, *Grave* zu *Naſſavve, von der Edlen* Berthen *von* Weſterburg, *ſiner Muder, vnſer lieben Svvegerinne* &c. 1404.

†† *VVir* Iohann *E. z. M. — bekennen, daſs ein fruntſchaft zvviſchen dem Edlen* Henrich *Graven* zu *VValdecke, vnd* Margreten *von* Naſſaue, *vnſers Bruders, Grav* Walrams *von* Naſſaue *ſeligen, Tochtere, bered vnd gemacht iſt, alſo daſs derſelbe Grav* Henrich *die egenante* Margrete *zu eyme elichin VVibe nemen vnd haben ſoll* &c. *Eltvil vff Dienſtag nach S. Bartholomeus — tag*, 1398. Quod notari velim, cum *Klettenbergius* in libro vernaculo, *VValdeckiſcher Regenten-Saal* inſcripto, *Margaretam* hanc *Ioannis* Comitis Naſſouii filiam vocet.

fit Epiſcopus Spirenſis. 2) Quum, Gerlaci poſt deceſſum, ad Pontificatum Moguntinenſem a Papa haud admiſſus fuiſſet, Lamberto, qui Sedem Spirenſem cum Argentoratenſi commutauit, ſucceſſor, datus, cathedram in Nemetibus inſedit. *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. VII cap. LVIII p. 730.

eligitur a 3) A Moguntinenſibus poſt Ioannis Lützelburgii obitum denuo expetitus, omni allaborabat opera, vt a Gregorio XI confirmaretur. *Moguntinenſibus, ſed a Pontifice haud approbatur.* Viginti duo millia florenorum corrogaſſe, eique miſiſſe, animum illius vt expugnaret, *Miſcella* noſtra produnt, ſimulque referunt, Papam, quamuis ante bonam ſemper ſpem ipſi iniecerit, pecunia tamen accepta, precibus Caroli IV annuiſſe, ac Ludouicum

Bambergenſem Sedi Moguntinæ deſtinaſſe. Sedenim iuuabit, ipſa illorum verba ſ. 115 a) adducere. *Poſtea cum Papa Gregorius recepiſſet XXII millia florenor. quos Adolfus ſibi nomine decima a Clero diœceſis Mogunt. & a ſe ipſo procurauerat, & miſit, & cum iam prædictus Adolfus firmiter putaret, ſe confirmari per Papam, idem Papa, deludendo ipſum, quamuis antea ſemper ſibi bonum finem ſpopondiſſet, ipſo amoto prouidit Ludouico, Bambergenſi Epiſcopo, de ſede Moguntin. & quales inde inſolentia, pericula, mala, & incommoda in Alemannia ſunt exorta, videat Deus, & iudicet auctores tanti mali.*

Edit. I p.862

munita Archiepiſcopatus loca ſibi fidis committit.

4) Interim ipſe caſtella, oppidaque Archiepiſcopatus in finibus Haſſiæ & Thuringiæ munitiora fidis ſibi hominibus committit tuenda. *In menſe Auguſto*, ita *Miſcella* dicta, *Adolfus electus Archiepiſcopus tranſtulit ſe cum magno armatorum comitatu ad partes Haſſia, VVeſtphalia, Saxonia, & alibi, vbi erant munitiones eccleſia Mogunt. & omnes fecerunt ſibi homagium, reſpuentes Ludouicum, quem Papa ordinauerat Archiepiſcopum Mogunt. & orta ſunt graues guerra inter ipſum & Marggrauios.* Conf. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCLXXII p. 261.

cum Ludouico contendit.

5) Ad hoſtiles inde machinationes deuentum, recte notarunt *Miſcella* dicta. *Initium belli* (Adolfus) *faciens, quoscunque deprehendebat Ludouici eſſe partium, eos aut ſpoliabat, aut multabat ære: vinctos vero tenebat, quos ſibi præcipue nocere poſſe exiſtimabat. Ludouico qui ſtudebant, idem faciebant, & ipſe edicta Pontificia templis vndique affigebat, quæ damnarent aduerſarios, ſuam cauſſam probarent: itaque non parum multos nomine Pontificio terruit, & odium eis armorum iniecit.* Ita quidem *Fabricius* Origin. Saxon. lib. VI p. 667. *Miſcella* vero, quod Adolfus menſe Octob. cum magna armatorum manu terras Marchionum Miſnenſium & Comitum Schwartzburgiorum inuaſerit, propterea quod Marchiones duo caſtra, *Salza* ſcilicet & *Biſchoffs-guttern*, intercepiſſent.

auxiliarios ſibi adſciſcit

6) Vti vero hoſtibus par eſſet, tempeſtiue ſibi circumſpexit de auxiliis. Et anno quidem ſequenti MCCCLXXV, litteris dominica *Letare* datis, aduerſus iſtos in ſocietatem coiuit cum *Henrico* & *Erneſto*, Comitibus Glichenſibus, *Henrico*, Comite Stolbergenſi, *Henrico*, Comite Hoenſteinenſi, Domino Clettenbergæ, nec non ciuitatibus *Erfordia*, *Mulhuſa*, & *Northuſa*. Factum autem id certis conditionibus. Præter mutuum enim auxilium, quod altera pars alteri ſpondebat, ipſe pollicitus eſt, ſe centum lanceatos Erfordiæ, centum Mulhuſæ, centum Eichsfeldiæ, quotidianis in hoſtem excurſionibus faciendis, impoſiturum eſſe, omnes probe expeditos & inſtructos. Comites viciſſim & Ciuitates, ſe eadem fini ſexcentos id genus milites ſuis in caſtris proprio habituros ſumtu. Dein conuentum, ſi quam ex hoſte prædam facerent, ſiue in quotidianis illam capiant velitationibus, ſiue æquo campo, collatisque ſignis, ſe eam partituros inter ſe pro numero militum, qui ex vniuscuiusque copiis dimicationibus iſtis vel pugnæ interfuiſſent. Eadem proportione ſe pecuniam inter ſe diuiſuros, qua illuſtriores captiui ſe redimant, ſi quidem caſus ita ferret, vt quos victos ducerent, vinctosque. Melioris intellectus cauſſa dabo verba ipſa; *Auch iſt gered, quem es zu dingen, oder zu eyme ſtride, das Got vvolde, zu velde, oder vvo das vvere, „ da * frumme von bequeme „, ſollen vvir vnder einander teilen gleich vvie der marzal der Lut, die gevvappent, da myde ſint, „ da frumme gevellet „. VVurden aber Furſten da gefangen, „ vvas frumme davon gehde, den ſollen vvir alle gleich mitemander teiln nach marzal der Lut.*

** al. frommen*

7) Præter hos vero ſibi ab *Henrico* Comite Waldeccenſi tum ſuppetias ſtipulatus eſt, tum liberum caſtrorum Waldeccenſium, bello hoc cum Miſnenſibus durante, vſum. Actum id die SS. Proceſſi & Martiniani martyrum; tabulis, quibus pactio conſignata, ſigillo, quod peculiari appellatione *vnſer Vormundſchaft ingeſigel* vocat, impreſſo.

aduerſus Ludouicum ducit.

8) Dein numeroſo cum exercitu Erfordiam venit. Poſt, ſociis Erfurtenſibus, plures Marchionum villas rapinis, flammisque populatus, caſtrum *Göbeſen* (quod noſter mendoſe *Bobeſt* appellat) prope Vnſtrutam fluuium obſedit. Quod cum premeret, Balthaſar Marcgrauius, Ludouici frater, copiis magno numero contractis, ex altera fluminis Vnſtrutæ ripa caſtra caſtris hoſtilibus aduerſa poſuit, vt res ad vim ſpectaret ac manus. Auctor § II dicit, Adolfum prœlio decertaturum fuiſſe, niſi Carolus Imperator, qui Ludouico ſuppetias ferebat, interceſſiſſet, & de pace agi iuſſiſſet. Addit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. II § XVII p. 118, cum tranſigi haud potuiſſet, denuo ventum eſſe ad arma. *Fabricius* vero l. d. p. 668 paullo aliter rem narrat, refertque, Balthaſarem, pugnandi cupidum, Friderici fratris, cum maxime vero Tribunorum obluctantium interceſſione, quo minus hoſtem aggrederetur, ſe continuiſſe. Quocunque vero ſe res habet modo; Miſnenſibus ad quemcunque impetum paratis, Erfurtenſibus cœpit oriri trepidatio; conſilia hinc inibant, ſibi ſuæque vrbi commoda. Verebantur enim, ſi res parum feliciter caderet, ne tota belli moles ſibi eſſet ſuſtinenda. Domum itaque repetebant. Diſcedentibus illis & Adolfus, ſublatis raptim ſignis, properat Erfordiam. Vtrum illorum perſuaſu, quod Fabricius vult, an metu, ſe ſolum hoſtibus futurum imparem, lis eſt. Vix autem intra mœnia ſe receperat, cum Miſnenſes, Balthaſar & Fridericus, viribus coniunctis, vrbem triginta armatorum millibus cingerent. Adolfum tamen, quod ſperabant, loco mouere haud poterant. Tolerauit enim magna animi fortitudine & conſtantia plurium hebdomadum obſidionem, eamque, vt vel ipſe auctor iam indicauit, ſatis grauem.

9) Rei exitum aliter narrat auctor *faſtorum Limpurgenſium*, aliter *Fabricius*, aliter *Gudenus*, aliter alii. *Ille* l. d. § CXXX p. 73: *Vnd da die vierzehen tag gelegen vor Erffurt,*

da

Edit. I p. 862

da kam der Römiſche Kayſer Carolus IV, König zu Böheim, vnd ſein Sohn VVenceslaus, mit groſſem Volck, Rittern vnd Knechten, vnd legte ſich auch vor Erfurt, mit den Marggraffen von Meiſſen, vnd lagen allda acht gantzer vvochen miteinander mit groſſen ehren vnd gevvalt, vnd betten gern geſtritten mit den Herren vnd mit der Stadt von Erffurt, vnd mochten das nicht geſeyn. Vnd vvas von Herren, Rittern, vnd Knechten zu Erffurt vvar, das ritte bey zvveyen tagen vnd des nachts meiſtlich alle aus, vnd lieſſen den Kayſer mit den Marggraffen da liegen. Iſte, Origin. Saxon. l. d. p. 669; *Sed vtrinque captis aliquot militibus, tandem de pace agitur; qua impetrata, Erffordiani multis honoribus Imperatorem afficiunt. Ludouicus titulum Antiſtitis Moguntini accepit, ſed Pabeberga ſedem retinuit. Adolſus Spiram antiquam ſuam ſedem ipſe quoque repetit. Compoſitum bellum hoc eccleſiaſticum anno MCCCLXXV.* Ita *Fabricius*, auctorem *hiſtoria* de *Landgrauiis* cap. XX p. 946 ex parte ſecutus. *Hic*, l. d. hiſtoriæ Erfurtenſ. p. 120; *Cum autem ea, qua deditionem promouere poſſent, fruſtra tentarentur, ipſaque obſidio in decimam ſextam ſeptimanam protraheretur, Cæſar auxiliares copias in Bohemiam reduxit; Landgrauii vt affligerent, quos vincere non poterant, in vineas ſæuierunt, vitibus radicitus euulſis, plumbeos etiam canales leonini fontis, vti auus fecerat, exemerunt. Sicque liberata ciuitas. Crebro tamen hoſtilibus ager vexatus, nec impune ciues extra vrbem deprehenſi, vsque dum Ludouicus —— moreretur.* Vt adeo plane non conueniant; neuter etiam prorſus ἄσπιλος ſit. Id conſtat, quod hoſtis haud ceperit Erfordiam; & quod vtraque pars dein ad certum tempus ab armis ceſſarit. Illud & veteres & recentiores vno dicunt ore. Hoc produnt *Andreas* de *Bruneck* Præpoſitus, Decanus, & Capitulum in litteris, de quibus mox ad an. MCCCLXXVII n. 12; *Daſs vnſer Herr von des Stiſts vvegen zu Mentz* » gein dieſen vſſgehenden friden gein die Margrafen vnd iren Bruder » *&c.* Vtrum vero ſub finem obſidionis huius, an poſt demum inducias fecerint, mihi haud compertum eſt.

moleſtiam trahit ex ſolutdis ſtipendiis.

9) Adſciuerat autem ſibi ad expeditionis huius ſocietatem magnam Nobilium manum. quibus cum ſtipendium, quod iis decreuerat, dum id flagitabant, ſoluere haud poſſet, factum, vt anno ſequenti MCCCLXXVI agros, villasque Archiepiſcopatus inuaderent, raptuque pecorum ac populationibus multum colonis nocerent. Referunt id nobis *Miſcella* noſtra, atque in hunc exequuntur modum: *In illo tempore* (MCCCLXXVI) *multi Barones, Milites, & Armigeri, qui Adolfo auxilium contra Marchiones præſtiterunt, volentes habere præmium laborum ſuorum, impetiuerunt ciues & homines eccleſiæ Mogunt. multa damna ipſis intulerunt.*

Hohenloenſem in auxiliatorem adſciſcit.

10) Nihilo ſecius tamen ipſe inter hæc de nouis viribus ſibi circumponendis cogitauit, ac *Godefridi* Hohenloenſis operam contra Ludouicum, eiusque fratres Marchiones, litteris luſtratæ ſemper virginis feſto datis, conduxit; ſimul pollicitus, ſe ei de damnis, quæ partim in itinere vltimo Erfordiam inſtituto, partim in Alſatico (*vvider die boſe geſellſchaft*) fecerit, condigne ſatisfacturum.

cautionem accipit a Wenceslao.

11) Dum autem in has ipſe incumbebat curas, Carolus Imperator huc vertebat conſilia, vt filio Wenceslao Regis Romanorum adſtrueret honores. Nec fruſtra. Principibus enim Electoribus prece pretioque ſuam ad voluntatem adductis, dictus eligendo illi dies. Ne cœptis Adolſus officeret, Wenceslaus tabulis Baccharaci ex itinere Veneris ante almam Pentecoſtes confectis, ſpopondit, ſe ei nec arma illaturum, nec ſuis, vt id faciant, ac infeſtis ſignis in terras Moguntinas ſeſe inferant, conceſſurum. Quin Rex renuntiatus, quæ illis pollicitus erat, nouis Francofurti Iouis poſt D. Margaretæ memoriam ſignatis & repetiit, & vti in prioribus promiſerat, ſolleminiter firmauit.

de nouo belli ſollicitus eſt.

12) Sequenti MCCCLXXVII, quum dies induciarum cum Miſnenſibus pactarum ad finem vergerent, ad bellum renouandum omni ſe comparauit ſtudio, & cum ad tuenda Archiepiſcopatus oppida ac caſtra, copias item aduerſus hoſtes alendas & ducendas, præſenti opus eſſet pecunia, de bonis quibusdam Sedis pignori opponendis cogitauit. Aſſenſere Decanus maioris & Canonici Moguntini, litterisque ſacratioris hebdomadæ feria quinta datis permiſere, vt caſtrum ac vectigal Ehrenfelſenſe pro duobus florenorum millibus oppigneraret.

nouos auxiliatores ſibi comparat.

13) Inde non *Erneſtum* modo, Comitem Glichenſem, ad defenſionem caſtri Aſchaffenburg dominica poſt ferias paſchales prima exciuit (vid. *Struuius* parte I *des neu-eröffneten Hiſtoriſch- vnd Politiſchen Archivs* n. II p. 20 & ſeq.) verum etiam circa D. Eliſabethæ ſollemne *Fridericum*, Wildgrauium Kirbergenſem, adſignato trecentorum florenorum ſtipendio, adiutorem aduerſus Ludouicum, eiusque fratres, ſibi comparauit.

Anno ſequenti vero (qui MCCCLXXVIII poſt Virginis partum fuit) vt indies magis vires firmaret ſuas, *VVilhelmum* de *VVied*, Dominum de Iſenburg, Præpoſitum Aquenſem, ſabbato ante diem D. Valentino in faſtis dicatum.

nouos nummos cudi facit.

14) De cetero, cum nummis argenteis minoribus, quos cudi iuſſerat, in vſu quotidiano infra valorem ſtatueretur pretium, id faciendum ſibi duxit, vt nouos, quorum duo vnum Ratisbonenſem vel Swarzburgicum valerent, ſignari curaret. Fuſe id litteris feria ſecunda ante Simonis & Iudæ datis explicuit. Conſultum igitur erit, vt ipſas inſpicias. In gratiam enim rei nummariæ ſtudioſorum codici eas Diplomatico inſerui.

plures adſumit adiutores.

15) Enimuero, ne de reprimendis Ludouici conatibus conſueti quicquam ſtudii remitteret, anno, qui nunc ſequitur, MCCCLXXIX non minus, quam ſuperioribus, in adiutorium belli euocauit *Henricum*, quem ſupra iam dixi, Comitem Waldeccenſem, & *Salentinum*, Dominum de Iſenburg, viros cum priſcæ

domi nobilitatis, tum in armis præſtantes; illum, feria quinta poſt dominicam *Reminiſcere*, promiſſis in ſtipendium mille marcis argenti; hunc, non ita multo poſt.

Moguntiæ ſacrorũ interdictum ad certum tempus tollit.

16) Dein, quod ab his curis nactus erat otii, rebus eccleſiæ ſuæ impendit, cum maxime, quod tum temporis quidam eccleſiarum in ciuitate Moguntina miniſtri, neſcio quibus adducti cauſis, in parochialibus ſuis rerum diuinarum vacationem indixiſſent. Videns enim, id in pietatis & religionis vergere decrementum, inducta illorum ſententia, decretoque ipſis Kal. April. promulgato voluit, vt ex eo ad octauam vſque Pentecoſtes, ratione conſtitutionum ſynodalium vel aliarum haud habita, ſacra faciant in ſuis parochialibus, ſtatutisque temporibus veteri ea laudatoque cæremoniarum ordine perpetrent; pœna ſimul in transgreſſores ſtatuta; vt mandatum, quod diplomatis ceteris immiſcui, inſpicienti haud obſcurum eſſe poteſt.

cum Lövvenſteinenſi cõponitur.

17) Exercebat autem, cum hæc ordinaret, inimicitias adhuc & iras cum *Alberto*, Comite Löwenſteinenſi, aduerſus quem ad vim & arma ſuperiori anno ſe demiſerat. Non longe poſt tamen ab hoſtilibus ad pacis conſilia deuenit, eumque, ſublatis litium cauſſis, in ſocietatem armorum contra Ludouicum Miſnenſem tertia ante Georgii adſumſit.

cum Wirtẽbergico fœdus init.

18) Rerum dein ſuarum ſtatu ſic exigente, potentiam fœderibus firmandam cenſuit. Actum igitur cum Comitibus Wirtembergenſibus, *Eberhardo* patre & *Vlrico* filio, quorum tum temporis & eximia erat auctoritas & opum vis haud vulgaris; & confectum tandem ex voto negotium. Alter enim alteri ad quotidianas excurſiones (*zum täglichen krieg*) ſpopondit auxilium; ipſe Wirtembergenſibus quinquaginta Milites & Armigeros, lanceis inſtructos, quorum opera per octodecim circum circa Brackenhemium milliaria vti poſſent. Totidem Wirtembergenſes ipſi. Pactio in litteras tranſmiſſa Sickingæ die Bartholomæi Apoſtoli.

ſe ſubmittit Clementi.

19) Hæc inter Vrbanus VI (quem Gregorio fatis functo Itali ſuffecerant) Ludouicum, quem anno ſuperiori vinculo, quo Moguntinenſi obſtrictus erat eccleſiæ, ſoluerat, hoc reſtituerat anno. Quod ægre ferens Adolfus, nec diutius ita ſedendum ratus, Clementi (quem Gallicani Cardinales Pontificem appellarant) ſe ſubmittebat. Operæ quidem pretio haud contemnendo. Ab eo enim pallium ſtatim, honoris Archiepiſcopalis inſigne, vna cum largis accepit indulgentiis. Notarunt id rurſus *Miſcella* noſtra.

pallio induitur.

20) Inde haud cunctatus, poſtridie diei Simoni & Iudæ Apoſtolis ſacri (*ſabbato craſtino Simonis & Iudæ* dicunt Σύμμικτα modo memorata) Clementis litteras, quibus confirmabatur, publicauit, pallioque à duobus indutus Epiſcopis, pro Archiepiſcopo ſe geſſit. Factum id Eltvillæ, præſentibus maioris domus Canonicis, multisque Archiepiſcopatus tum Beneficiariis, tum Officialibus.

in poſſeſſionem immittitur plenariam.

21) Poſtea Capitulo certa pactione ſe ibidem, ſabbato poſt OO. SS. obſtrinxit; qua ſignata e veſtigio in plenariam Archiepiſcopatus poſſeſſionem immiſſus eſt, iuſſis per litteras eodem die ibidem datas vniuerſis Archiepiſcopatus Vaſallis ſiue Beneficiariis, Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Armigeris, Caſtrenſibus, Miniſterialibus, aliisque, vt ipſum tanquam feudi Dominum ac Herum agnoſcant, ac iuſti obſequii, imperiique titulis iurato delatis ſolemniter ſuſcipiant.

ſacramentum accipit.

22) Et tum ab vniuerſo ditionis Moguntinæ populo ſacramenta de more accepit, miſſo ad ſuperioris tractus ciuitates, qui in fidem eas reciperet, e Conſiliariis *Eberhardo* de *Rud*, equeſtris dignitatis viro & Burggrauio Wildenbergenſi.

Archiepiſcopi Moguntini titulo vti incipit.

23) Tum etiam miſſo Epiſcopi Spirenſis & Adminiſtratoris Moguntini titulo, quo ad id vſque temporis vſus erat, Archiepiſcopum Moguntinum & Adminiſtratorem Spirenſem ſe ſcribere cœpit. Pro teſtimonio loquantur litteræ, peruigilio Nicolai Epiſcopi ad *Antelmannum* de *Graſevvege*, Burggrauium Beckelheimenſem, datæ; *VVan vvir vormals dem —— als ein Vormunder des Stifts zu Menze beſtediget han —— vnd vvan vvir nu zu dem Stifte zu Menze als ein rechter Erzbiſchoff zugelaſſen ſin* &c. item aliæ, anno ſequenti Bruchſaliæ ipſa Epiphanias dominicæ memoria ſignatæ; *VVir* Adolf *von Gottes gnaden, Erzbiſchoff zu Menze, vnd Vormunder des Stifts zu Spire.*

caſtra locaque quædã in Capituli poteſtate relinquere cogitur.

24) Notandum tamen, Capitulum in litteris ad Vaſallos, Miniſteriales, & Ciuitates ſcriptis diſertis verbis dicere, Adolfo ſe Archiepiſcopatum cum caſtris, oppidis, villis, bonis, iuribus, in manum tradidiſſe, poteſtatemque, caſtro tamen *Klopp*, oppido *Bingen*, caſtro *Laneck*, oppido *Lanſtein*, caſtris *Ehrnfels*, *Starckenberg*, & *VVildenberg* ſibi, quamdiu ille vixerit, reſeruatis (*die vvir ſine lebetage ynnen haben ſollen.*)

bellum cum Diethero Camerario.

25) Quo minus autem ſolidam ab armis quietem haberet, fecerunt *Dietherus*, Camerarius de Wormatia, & *Philippus* Rugrauius, Dominus caſtrorum Neuen- & Alten-Beymburg. *Ille* Bensheimenſibus, qui ditioni Moguntinæ erant ſubditi, hoſtem ſe profeſſus erat; quorum adeo cauſſam Adolfus non poterat non in ſe ſuſcipere. Incidit autem, dum ſuſceperat, in damnum haud exiguum. Tulit enim ita caſus infeſtus, vt frater Ioannes vna cum pluribus aliis a Diethero proſtratus redigeretur in captiuitatem. Inde omnia conuerſa. Vt enim vinculis eum liberaret, pacis ſecutus eſt conſilia, ac Diethero ſex florenorum millia promiſit, datis eidem in ſecuritatem & obſidibus & ſponſoribus. Illi fuere, *Ioannes*, quem modo dixi, frater, *Otho*, Comes de Naſſau, *Ioannes* de *Seyn*, dictus *Greiffenſtein*, *Conradus* de *Franckenſtein*, *Gerardus* de *Berenbach*, *Henricus* de *Hatſtein*, *Georgius Vezer*, *Henne* de *Hatſtein*, *Georgius* de *Sulzbach*, *Nicolaus* de *Leiboldes*, *Henne* de *Langenau* & *Henne* de *Hoſheim*. Hi, *Ioannes*, Comes de Eberſtein, *VVilhelmus Flach*, *Nicolaus* de *Stein*, iunior, Canonici Moguntini,

Conra-

Conradus de *Bickenbach*, *Buben* de *Geiſpizheim*, *Eberhardus Rüd*, *Henricus Groſchlag*, *Hartmudus Beyer* de *Boppardia*, Burggrauius Starckenbergenſis, *Ioannes* de *Lautern*, *Georgius* de *Lindau*, *Henricus Ring*, Præfectus Dideshcimenſis, *Iacobus* de *Altorf*, *Conradus* de *Rabenolt*, & *Hennechinus Rabenolt* de *Ernſthoven*. Actum id anno MCCCLXXX, die cathedræ Petri feſto.

& Rugrauio fuit.

26) Hic, *Philippus* Rugravius, caſtri, oppidique Rockenhuſenſis cauſſa occaſionem dederat bello. Damnis tandem vltro citroque & illatis & acceptis, ſabbato poſt D. Bonifacii memoriam conuenit, vt Agnes, Philippi mater, & Adolfus id communi tenerent iure; ea mortua, Adolfus, communione ſublata, ſolus.

armis cum Palatino Rheni confligit.

27) Sequentibus diebus graui admodum bello fuit implicitus; quod cum auctor vel tribus tantum verbis attingat, *litigii quid cum Ruperto forte Palatino* habuiſſe, quamuis haud adeo bene, dicens, iuuabit, id paullo curatius referre. Scilicet *Rupertus* ille, de quo auctor dubitanter loquitur, fuit *Rupertus* ſenior, Comes Palatinus Rheni, Elector, cui tum acceſſerant *Gerhardus* Antiſtes Herbipolitanus, *Fridericus* Burggrauius Norimbergenſis, & *Ioannes*, Comes Werthemii. Cum his res erat Adolfo. Belli cauſſam & originem nec *Trithemius* nec *Lehmannus* produnt, quamuis vterque id perſtringat; ille, in chron. Hirſaug. ad annum MCCCLXXXI p. 277. Sponheimenſ. p. 334; iſte, chron. Spirenſ. lib. VII cap. LXIV p. 741. Quam acriter vero inter ſe commiſſi fuerint, præ iis *Miſcella* noſtra memorant. Et quidem hoſtilium Rupertus initium fecit, ferro igneque agros villasque ditionis tum Spirenſis, tum Moguntinenſis vaſtans. Sic enim, quæ modo dixi, Σύμμικτα; *In diebus illis Rupertus Dux, Comes Palatinus, cum magno exercitu inuaſit diœceſ. Spirenſem, & poſtea Maguntinam, & multa mala exercuit. combuſſit omnes villas, pauperes ſpoliauit, captiuauitque, & fugauit omnes in dictis diœceſibus, tam clericos, quam laicos, eorum bonis & reditibus ablatis, & iuxta ſuam voluntatem pertranſiuit dictas diœceſes, nemine ſibi reſiſtente, incendio deuaſtando, extra oppida, quicquid erat in terra, non aduertens ſua ſenectutis canitiem.* Vt vim vi repelleret Adolfus; feria tertia poſt diuiſionis Apoſtolorum *Franconem* de *Cronenberg*, & *Cratonem* de *Hazfeld*; feria item quarta poſt Margaretæ *Gerhardum* de *Blanckenheim*, Dominum Caſtelbergæ, in ſocios armorum ſibi adſciuit, opem illorum ſtipulatus, vſque dum bellum hoc cum Ruperto perpetratum eſſet. Quin probe perſpiciens, ſibi cum hoſte rem eſſe, qui opibus, armis, & potentia valeret: vt & ipſe vires hoc maiores acquireret, poſt non multo plures adhuc aduerſus eum auxiliatores ſibi parauit; in his *Fridericum* & *Cunonem* de *Reiffenberg*, *Ioannem*, Comitem Solmenſem, & quem ante contra Ludouicum quoque adiutorem ſumſerat, *VVilhelmum* de *VVied*, Dominum de Iſenburg, Præpoſitum Aquenſem. Horum confirmatior factus auxilio, hoſti ſe fortiter obiecit, & quam acerrime iniurias ſuis illatas vltum iuit. Sic enim pergunt *Miſcella* noſtra; *Poſt quindenam Adolfus Archiepiſcopus congregauit magnum exercitum, & vindicare volens prædicta damna, inuaſit terram Ducis, & ſuorum auxiliariorum, cremauit, rapuit, captiuauit, & ſimiliter multa damna intulit habitatoribus terræ circa Rhenum, Moganum, Necker, Dubir flumina, & circum viciniam, illata ex dictis guverris.*

cum eo componitur.

28) Ne belli vis ad maiorem vtrinque perniciem gliſceret, Wenceslai Imperatoris iuſſu curæ ſibi habuere *Cuno* Treuirorum Archiepiſcopus, *Conradus* Lubecenſium Antiſtes, *Premislaus* Dux Teſchinenſis, *Henricus* Dux . . . *Ioannes* Landgrauius Leuchtenbergenſis, *Crato* Dominus Hohenloenſis, & *Thyme* de *Colditz*; quibus acceſſere *Moguntia*, *VVormatia*, & *Spira* ciuitates. Quum ſedandis, comprimendisque belli huius motibus vigilias admonuiſſent, tandem conuenit, vt res omnis ad Wenceslai arbitrium deferretur, iudiciumque. De rei vero agendæ modo conſtitutum, vt vterque querelas ſuas ſcripto comprehenſas, ſignatasque edat, & Ehrenbreitſteinium mittat ad Cunonem; Cuno dein ſine mora Moguntinenſes ad Palatinum, Palatinas ad Moguntinenſem. Acceptis iis alter ad alterius expoſtulationes intra quatuor hebdomadas reſponſum det, ac ad Cunonem curet. Cuno inde poſtulata æque ac reſponſa ſigno ſuo obſignata Wenceslao tranſmittat ad ferendam ſententiam. Ille eam Moguntiæ, vel Francofurti, vel vbi ei magis viſum, ex iure & æquo partis vtriusque dicat; a qua dein recedere neutri fas ſit. Regi interim vterque, maiorem in ſecuritatem, caſtris oppidiſque *Viberburg*, & *Solmen*, *Steinſperg* & *Hilſpach*, *Dydensheim* & *Kirvveiler* caueat. *Giſel-Schlöſſer* vocantur in tabulis. Horum vero locorum Præfecti Wilhelmo, Comiti Cazenelenbogenſi, & *Vlrico* Hanouienſi iurato fidem dent, ſe cum caſtris oppidisque in eorum poteſtate futuros ac obſequio. Si Regem mori contingeret, antequam cauſſam deciderit, caſtra hæc, captiuique eum in ſtatum redeant, quo ante hanc fuere pactionem. Ab armis diſcedendum poſtridie poſt ſolem occaſum in vallibus (*in den Thälern*) Rhingauia, tractu Hunnorum, Ingelhemii, Oppenhemii, Alceiæ, totiusque Gavii; trans Rhenum, vltra Heidelbergam & ſiluam, vulgo *Odenvvald* dictam, die Lunæ, cœptante nocte. Cum Epiſcopo Herbipolitano, Burggrauio Norimbergenſi, & Comite Werthemenſi, Schurburg item & Solmen, inimicitias ponendas die Martis, primis itidem tenebris. Vterque igitur Præfectis ſuis id indicet. Si Hermannus Landgrauius ſe hoſtem Adolfi profeſſus ſit, per quatuor hebdomadas proximas res ſit in induciis. Nec Adolfus illi, nec ille Adolfo faciat bellum. Si nouas idem excitarit munitiones, eas intra hebdomadas haſce maioribus haud muniat præſidiis. Si ſeſe hoſtem haud ferat, intra tempus hocce Ruperto ſignificet,

nificet, vtrum pace hac includi velit, nec ne. Si velit, ſimiliter Regis ſtet ſententia. Sin minus, ſit ita. Rupertus vero, ſi ei forte auxilio venire apud ſe conſtituerit, per litteras Eltvillam vel Aſchaffenburgum miſſas id octiduo ante denuntiet. Acta hæc Moguntiæ, interpoſitoque a partibus iureiurando firmata die naſcenti Deiparæ feſto.

Cum ciuitate Moguntina fœdus init.

29) Poſt neque ita multo ei, Collegioque principi viſum, cum ciuitate Moguntina fœdus icere. Initum autem ad quatuor fuit annos, tabuliſque comprehenſum publicis; quarum quidem initium & finem huc apponere iuuabit. Illud ita habet; *VVir* Adolf *von Gottis gnaden, des Heilgen Stuls zu Menze Erzbiſchoff, des Heyligen Romiſchen Riches durch Dutſche land Erzkenzeler, vnd Vormunder des Stifts zu Spire; Vnd vvir* Endres *von* Bruneck, *Dumprobeſt*, Wilhelm Flach, *Dumdechant*, Otto *von* Schoneburg *Schulmeiſter, vnd der Capitel des Dumes zu Menze bekennen offentlichen mit dieſem brieve, das vvir durch friedes, nutzes, fruntſchaft, vnd gemaches vvillen vns mit den Erſamen VViſen Luten, vnſern beſundern Frunden, den Burgermeiſtern, dem Rade, vnd der Stat gemeinlichen zu Menze, vnd ſie ſich mit vns hervviderum gutlichen vnd fruntlichen vereynet haben, vnd eynen vns mit crafft dieſes Brieffes viere gantze iare, die neſte kommen, nach giffte dieſes Brieffes in alle der vviſe vnd forme, als hernach geſchriben ſteet.* Clauſula vero hæc eſt; *Der geben iſt zu Eltvil off die Mitvvochen fur Santh Mattheus tag des H. Apoſteln, in dem iar, da man zalte nach Chriſtis geburte druzenhundert iare, darnach in dem achzigſten iare.*

Rieneccenſi Hanouienſi ſubſtitutū approbat.

30) Poſt anni ſequentis MCCCLXXXI incunabula egit Norimbergæ, & cum per dies iſtos, *Vlrico* Domino *de* Hanau, alteri illorum, quorum fidei caſtra iſta oppidaque ſupra dicta commiſſa erant, fatis functo, Cæſar *Godefridum* Comitem Rieneccenſem ſurrogaſſet, ipſe litteris quarto ante feſtam Pauli conuerſi memoriam die ibidem datis plenam illi poteſtatem fecit, vna cum Wilhelmo Cazenelnbogenſi omnia agendi faciendique, ſi pacto haud ſtaretur, quæ vtrique in tabulis conuentorum, ad iſtum quidem caſum, iniuncta ſint.

Hohenloenſem Epiſcopatui Spirenſi Præfectum dat.

31) Reuerſus, feria ſexta poſt diem Valentino in faſtis ſacratum *Vlricum* Hohenloenſem Epiſcopatui Spirenſi ſupremum Præfectum dedit. Referre placet verba, quibus in litteris tum vſus; *Daz vvir den Edlen, vnſern lieben Oheim*, Vlrich *von* Hohenloch, *zu vnſerm oberſten vnd gemeinen Ambtmann in dem Stift Spire hinſyt vnd hiedifit Rynes geſezt vnd gemacht han* &c.

Moguntiam ſollenniter ingreditur.

32) Dominica dein poſt glorioſam Paſchalium diem ſecunda, *Miſericordias Domini* dicta, ab Vrbano ſimiliter iam confirmatus, Moguntiam ſollemni apparatu introiit, ampliſſimæ pompæ, humanitatiſque genere ab omni clero & populo ſuſceptus. Vide, quæ ſupra dixi ad § III n. 7 in *Ludouico*.

Canonicis

33) Forte tum increbuerat rumor, Epiſcopatum Spirenſem alii collatum iri. Aedis igitur, quæ Spiræ primaria eſt, Canonicis, litteris Eltvillæ dominica *Cantate* dicta ſignatis fidem dedit, ſi quidem id contingeret, tum ſe Epiſcopatus caſtra locaque Prouiſo haud prius in manus traditurum ac poteſtatem, quam ille ſpoponderit, ſe priuilegia eccleſiæ Spirenſi a deceſſoribus conceſſa rata habiturum, nouoque firmaturum diplomate.

Spirenſibus cautione proſpicit.

In Haſſiam & Thuringiam proficiſcitur.

34) Inde iter in Haſſiam, Thuringiamque inſtituit. Ante vero, quam id ingrediebatur, *Hermannum Roſt*, Canonicum Spirenſem & Moguntiæ Decanum ad D. Stephani, *Anſelmannum* de *Graſevvege*, Burggrauium Beckelnheimenſem, *Roſt* de *VValdeck*; Archiepiſcopatus Mareſchalcum, *Ioannem* de *Schonenburg*, Præfectum Vogtsbergenſem, *Eberhardum Rud*, Burggrauium Wildenbergenſem, & *Eberhardum* de *Vechenbach*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, viros conſilio & auctoritate ſpectatos, conſtituit, qui interea in partibus Rhenanis rerum ſummam adminiſtrarent. Tabulæ, quibus id prouinciæ Moguntinæ populo ſignificauit, datæ ipſa D. Mariæ Magdalenæ feria.

Erfurtenſibus ſingulare tribuit priuilegium.

35) Erfordiam cum veniſſet, omnibus accurate exceptus eſt officiis. Et cum ciuitatem ſacramento ſibi obſtrinxiſſet, feria ſecunda poſt diem exaltato S. Crucis ligno feſtum nouo ſingularique eam priuilegio affecit. Illius tria numeres capita. Primum eſt, ciuitatem in poſterum a nullo Sedis Moguntinenſis Iudice, ordinario æque ac delegato, ſacro interdicto notandam, ſine præſcitu ſuo, ſpecialique mandato. Alterum, ſi Nobilem, vel alium quempiam contingat Erfurtum deduci, propter quem rebus diuinis faciundis ſuperſedendum, vacationem ſacrorum in ea tantum parochia indicendam, in qua ille aſſeruetur in cuſtodia. Tertium, ciuibus tempore neceſſitatis licere diebus feriatis (exceptis tamen ſummis feſtiuitatibus) laboribus licitis & honeſtis, ſine vllo pœnæ eccleſiaſticæ metu, vacare.

Iudæis item diuerſis in oppidis.

36) Ceterum per eosdem dies Iudæorum Iſenaci, Gothæ, Salzæ, Ienæ, Vinariæ, & Wiſſenſeæ vitam tolerantium precibus faciles præbuit aures, indulto iis diplomate, quo moleſtiis, quibus miſera gens paſſim exagitabatur, haud parum leuabantur. Decreuit enim primum, ne intra ſex annos proxime ſequentes aliorſum in rem aliquam citentur, vel per litteras euocentur. Dein Iudicem, apud quem e. g. Gothani in ius vocari poſſint, conſtituit Collegialis Gothanæ Scholaſticum. In iudicando vero hunc iuſſit obſeruari modum, vt ſine vllis ambagibus ſimpliciter ac plane interrogentur, an res ita habeat, nec ne; ſi præciſe, planeque affirmando vel negando reſponderint, ius dicatur. Si teſtibus forte coarguendi ſint, conuincantur Chriſtianis & Iudæis ab odio & inimicitia vacuis. Tandem Plebanis, Viceplebanis, & Diaconis per diœceſin Moguntinam ſingulis ac omnibus interdixit, ne intra dictos ſex annos litteras euocatorias vel id genus alias, *Bannbrieffe* vulgo dictas, ſigillatim Roma miſſas, aduerſus eos acci-

accipiant, ac pro ambone ſacro recitent. Litteras ipſas habes in codice Diplomatico.

a Clero penſiones exigit.

37) His aliisque conſtitutis, Erfurto disceſſit. Prius tamen, quam abiret, a Clero ciuitatis pariter ac circumiectæ diœceſis duodecim exegit penſiones; quod quidem *Miſcella* his produnt verbis; *Ipſe exegit a Clero ciuitatis & dioceſi Moguntina duodecim procurationes, quæ extendunt ſe ad magnam ſummam, videlicet in rure vltra decem ſubſidia.*

Iecheburgenſi concedit priuilegium

38) Gothæ ſubſtitit feria poſt diem ſanctæ Cruci exaltatæ ſacram quinta, ibique *Burchardo* Domino *de* Quernfurte, Præpoſito Iecheburgenſi, ſingularem fecit gratiam. Cum enim Petrus & Gerlacus editis prohibuiſſent conſtitutionibus, ne Archidiaconi vel eorum Officiales cauſſas pecuniarias duarum marcarum ſummam tranſcendentes diiudicarent; ipſe, his aliisque non obſtantibus, facultatem ei dedit, in locis Collegiatæ Iecheburgenſi ſubditis id genus cauſſas ad viginti marcarum vsque ſummam cognoſcendi, decidendique. Loquitur id Diploma, quod codici noſtro inſerui.

Dominicanos Marpurgenſes arguit.

39) Gotha perrexit Heiligenſtadium, vrbem Eichsfeldiæ primariam; Heiligenſtadio Ameneburgum, municipium haud incelebre. Ceterum audito, Marpurgi in vicinia PP. Dominicanos tempore interdicti ſacra apertis celebraſſe ianuis, indignatus, ſanctiones eccleſiaſticas tam audacter violari, tum Marpurgenſi, tum ceteris per diœceſin Plebanis mandauit, PP. dictos ſerio commonerent, vt in poſterum eccleſiæ loci in omnibus ſe conforment; populum vero, ne ſacris interſint, ſi PP. rerum diuinarum vacatione indicta religionis operibus, diuinisque officiis modo illo vacare præſumſerint. Quod ne prætercam, Ameneburgi facit mentio. Ibi enim litteræ ad dictos Plebanos datæ fuerunt d. XXIV Nouembris.

Canonicis Spirenſibus noua conſulit cautione.

40) Hæc inter *Nicolaus* de *VVisbaden*, Præpoſitus Dauentrienſis †, & Moguntiæ Canonicus B. M. V. ad gradus *, ad ſedem Spirenſem aſpirarat. Cui cum cedere nollet Adolfus, res in contentionem excreuit, cum eſſent, qui tum ipſi, tum Nicolao adhærerent. Cum Adolfo faciebant e clero maiori Spirenſi *Eberhardus* a *Bommersheim*, Cuſtos, *Heilmannus* a *Bommersheim*, Cantor Vormatienſis, *Iunge* de *Franckfurt*, *Petermannus* zum *Iungen*, Moguntinus, *Eckardus* a *Kageneck*, Præpoſitus ad D. Petrum Argentorati. Quibus ipſe viciſſim promittebat, omnibus ſe viribus ipſos tuiturum, ac indemnes præſtiturum, ſi forte quid detrimenti facerent: quin, ſi beneficiis exuerentur, ſe cum nemine prius concordiam initurum, quam in ea eſſent reſtituti. Quod ſi diem obiret, antequam res ad pactionem venerit, tum quidem decretum, ne *Vlricus* Hohenloicus caſtra oppidaque Epiſcopatus prius e poteſtate ſua dimittat, quam eos ab omni damno immunes factos conſtet. Litterarum hac de re editarum clauſula hæc eſt; *Datum Vdenheim in die Corporis Chriſti, MCCCLXXXII.*

caſtri VVartenberg vſum acquirit.

41) Cum vero caſtrum *VVartenberg* ad impetus tam ſuſtinendos, quam in hoſtem faciendos tum temporis opportunum maxime eſſet, firmumque, huc ſua ipſe vertit conſilia, vt a Nobilibus, qui defendendo iſti in ſocietatem coiuerant, liberum illius vſum ſibi conficeret. Nec fruſtra fuit; quippe voti compotem fecere, quos dixi, loci Caſtrenſes, *Sifridus* de *VVildenſtein*, *Ioannes Kemer*, *Thilo* de *Vdenheim*, & *Ioannes* de *VVartenberg*, Caſtri ædiles; *Nicolaus* de *Lapide*, iunior, *Ioannes* de *VVartenberg*, Canonicus Moguntinus, *Sifridus Schneberg* de *VVartenberg*, *Emericus* de *Ingelheim*, *Bechtolfus* de *Flanborn*, *Sifridus* de *Scharpfenſtein*, iunior, Milites, *Andreas* de *Lapide*, *Heſſo* de *Randeck*, *Conradus Kolb* de *VVartenberg*, omnes loci Caſtrenſes. Tabulæ, quibus id ei permittebant, editæ ipſo die vinculorum S. Petri memoria celebri.

Fuldenſes in tutelam ſuſcipit.

42) Hæc dum fiebant, Fuldenſes grauiter preſſi a ſocietate, quæ *Stelligerorum* appellabatur nomine, Adolfum reſpiciebant, perſuaſi, ſaluos ſe fore, ſi res ille Fuldenſes in ſuam ſuſciperet tutelam. Decanus igitur ac illuſtris contubernii ſodales, vna cum *Ioanne* Domino *de* Iſenburg & Büdingen, *Friederico* in *Lieſperg*, *Conrado* de *VValderthuſen*, Cuſtode, *Carolo* de *Bibra*, Portenario, *Eberhardo* & *Godeſchalco* de *Buchenavv*, Militibus, in Prouiſores ab Abbate & Conuentu electis, Adolfum hac de re reuerenter compellarunt; quem, dum iis annueret, ad ſex annos, Conradi Abbatis conſenſu, tutorem ſibi conſtituere. Idem, *Conrado* Abbate Spangenbergæ poſt trucidato, & *Friderico* de *Rumrod* monaſterii gubernaculis admoto, anno ſequenti, feria tertia ante dominicam *Reminiſcere* dictam, huius ipſius fecere aſſenſu.

Norimbergæ fœderi de pace publica nomen dat.

43) Iſto alioquin, quem modo dixi, anno (MCCCLXXXIII) Norimbergam, quo non plures ſolum Principes & Epiſcopi, ſed ipſe etiam Imperator Wenceslaus venerat, conceſſit. Cum enim in vrbibus ſeditio ſæuiret, in agro vero cædes & latrocinia impune quotidie patrarentur, morbo iſti quærendum erat remedium. Actum igitur ibi de fœdere ad eam rem feriendo; quod tandem, qui conuenerant, V Id. Martii in hanc inierunt ſententiam; ſe communibus armis libertatem aduerſus immanem prædonum impotentiam & quorumcunque hoſtium impetum defenſuros, nec quemquam facinoroſorum ſuis in terris amplius toleraturos. Pluribus id memorat *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. V § XII p. 215; *VVenckerus* vero tabulas, quibus id com-

† Adolfus *in litteris dictis*, Als zvveyunge vfferſtanden iſt vmb den Stift zu Spire zvviſchen vns an eynem, vnd *Nycolao* von *Wiſtbaden*, *Probeſt zu Devenner*, der ſich nennet ervvelten, beſtedigeten Biſſchoff, an dem andern teyll &c.

* *Sic enim* necrologium *ad gradus p.* 115; II Non. Iun. anniuerſar. Reu. P. Domini *Nicolai* de *Wiſtbaden*, Epiſcopi Spirenſis, & Canonici huius eccleſie. *Fuit ceteroqui Wisbada oriundus (vnde ei etiam cognomen haſit) ciuis cuiusdam filius.* (eines Burgers Sohn von Wisbaden) Gensbein *faſtor. Limpurgenſ.* § *LXXXVI* *p.* 102.

comprehenſum, exhibet in præſidiis rerum Germanicarum n. XLII p. 233 & ſeq.

Rupertum Palatinum in fœdus iſtud recipit

44) Fluctuantibus autem Imperii rebus vt fidem, virtutemque hoc cumulatius præſtaret, non longe poſt comitiis Principum Herbipoli celebratis interfuit, & ſi quid aliud, certe ſalutis publicæ paciſque communis cordi habuit ſtudium. Inter alia Rupertum iuniorem, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bauariæ, in fœdus Norimbergæ initum ſollemni recepit ritu; vt tabulæ Martis poſt diem Georgio martyri feſtum datæ, quas in codice Diplomatico exhibui, oſtendunt.

G. de Zeiskam fata perſcribit.

45) Tam effuſa vero tum temporis prædandi atque omnia vaſtandi erat licentia, vt nullus fere honeſtati ac pietati amplius eſſet locus. Singulari id per eosdem dies apparuit exemplo. *Georgium* de *Zeyskam*, vetuſta, nobilique prolapia virum, id genus maleferiati prædones, inimicitiis ne verbo quidem ante denuntiatis, comprehenſum coniecerunt in vincula, periculoque capitis quam atrociſſimis comminationibus intentato coegerunt, vt iurato ſponderet, ſe haud enuntiaturum, a quibus in captiuitatem fuerit ductus; & ſi quis ex ipſis forte caperetur, iure iurando interpoſito ſe negaturum, non eſſe eum ex illorum numero, a quibus per vim captus ac in catenas coniectus fuerit. Nemo fere crediditſet, homines eſſe, qui tam improbe omnia iuris & pudoris repagula perfringerent; & tamen Georgii conſanguinei & amici in hoc ipſo conuentu Principibus, Comitibus, aliisque Imperii Ordinibus, id genus reperiri, ſatis dolenter querebantur, ſupplicantes, vt Georgii cauſſæ & honori ſubuenirent. Quod & factum. Nobiles ipſi, qui aderant, aderant autem numero plures, omnes honoratæ militiæ inſignibus illuſtres, cum nobilitatem ex virtute æſtimarent, lata publice præſentibus Imperii Ordinibus cenſebant ſententia, Georgium turpiſſimo auctoramenti nexu haud teneri, cum ſacramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, & ſi enuntiet eos, periurii perpetrati minime poſſe coargui. Perhibet id Adolfus, & ſe præſente ita iudicatum eſſe, litteris, quas in codice Diplomatico dedi, ſexta poſt BB. Philippi & Iacobi Apoſtolorum memoriam feria ſignatis, teſtatur.

monetur, vt Sponheimenſi ferat ſuppetias.

46) Ne vero intra ſola verba ſtaret, quod fœdere icto inter ſe ſtipulati erant Principes, *Rupertus* Comes Palatinus Rheni & Princeps Elector, quum paucis poſt diebus *Nicolaus* de *Hunoldſtein Ioanni* Comiti Sponheimenſi ſe hoſtem profeſſus eſſet, Adolfum monuit, vt Ioanni, pacis publicæ ſocio, quantocius contra Hunoldſteinium ferret ſuppetias; quas ipſum ex lege fœderis eidem portaſſe, nullum eſt dubium. Ruperti monitorias, ſi velis, legere poteris, in codice, quem ſæpius iam dixi, Diplomatico.

Vinſtingenſi partem feudorum Brumat, confert

47) Anno poſtero, qui MCCCLXXXIV fuit, dum Bruchſaliæ agebat, feria quarta Pauli ad Chriſtum conuerſi memoriam ſecuta dimidiam partem oppidi *Brumat*, quam *Henricus* & *Conradus*, Dynaſtæ Liechtenbergenſes, in dominium Sedis Moguntinæ paulo ante reiecerant, *Vlrico* Domino *de* Vinſtingen, eiusque heredibus feudi titulo, vna cum omni iure, quo Liechtenbergentes eam tenuerant, contulit, rituque conſueto conceſſit.

caſtri Leyen vſum ſibi conficit.

48) Dein liberum vſum caſtri *Leyen*, quod iſtis temporibus haud in vltimis habebatur, eodem modo, quo biennio ante caſtri Wartenberg, ſibi peperit, vna cum facultate, in hoſtem quemuis, excepto duntaxat *Henrico*, Comite Sponheimenſi, *Domino loci directo*, inde pugnandi. Litteris, quibus id continetur, nomen præfixere *Ioannes* de *Bleinichen*, *Emericus Roſt* Marſchalcus *de VValdeck*, *Ioannes* & *Lampertus Fauſt*, fratres, *de Stromberg*, Milites, *Philippus* & *Fridericus Falyſen* de *Leyen*, fratres, *Henricus* & *Brennerus* de *Stromberg*, fratres, *Henricus*, *Egenolfus*, *Vlricus*, *Philippus* de *Leyen*, fratres, *Georgius* & *Fridericus* de *Leyen*, fratres, dicti *Capelle*, *Philippus* de *Ingelheim*, & *VVilhelmus* de *Bleychen*, Armigeri, Caſtrenſes loci. Datæ ſunt peruigilio Ioannis Baptiſtæ.

fœderi ciuitatum ſubſcribit.

49) Inde Martis poſt D. Iacobi ſollemne vna cum aliis Imperii Principibus fœderi, quod ciuitates quædam inierant, Wenceslai Imperatoris opera, nomen dedit, ac tabulis publicis, quas apud *Dattium* * rerum Germanicar. lib. I cap. VIII p. 54 & ſeq. nec non *VVenckerum* in præſidiis rerum Germanicarum n. XLIII p. 246 legere eſt, ſe cum illis paci publicæ annis tribus proxime ſecuturis ſecundum pacta conuenta conſulturum recepit.

* *Apud quem tamen male pro* Adolfo Rudolfus *legitur.*

cum Balthaſare Thuringia Landgrauio fœdus ferit.

50) Erat autem ei in animo, bello petere *Hermannum* Haſſiæ Landgrauium. Hinc poſt anni ſequentis MCCCLXXXV initia cum *Balthaſare* Landgrauio Thuringiæ nouum icit fœdus. Concordiæ id non ſolum erat, ſed mutui etiam *per Thuringiam*, *Saxoniam*, *VVeſtphaliam*, *Eichsfeldiam*, *Françoniam*, *&* *Haſſiam*, *Amenebürgum & Battenburgum* vſque auxilii. Excepti tamen, aduerſus quos alter in alterius partibus eſſe nolebat, *VVilhelmus* ſcilicet & *Georgius*, Marchiones Miſniæ, *Nobilitas* ditionis tum Moguntinæ, tum Thuringicæ; ſpeciatim vero, ex parte Adolfi, *Abbas Fuldenſis.* De cetero condictum, fœdus hoc quatuor duraturum annos. Quæ omnia in litteras relata die, qui cathedræ Petri agebatur feſtus.

ei feuda concedit.

51) Ei dein vt gratum faceret, ſecunda poſt dominicam *Inuocauit* feria non modo conſenſit, vt coniugi *Margareta* bona Archiepiſcopatui Moguntino iure clientelari obnoxia, caſtrum ſcilicet & oppidum *Gotham*, caſtrum *Tonenberg*, & oppidum *VValthershuſen* dotalitii loco, ſiue ad vſum fructum viduitatis tuendæ cauſſa adſignaret, verum etiam hæc loca Margaretæ vna cum omnibus bonis & iuribus ritu fiduciario contulit; Curatoris item partes ſibi ab ea delatas libens in ſe ſuſcepit. Plenius id docebunt tabulæ, quas ceteris in codice noſtro intexui.

locis in Haſſia & Thuringia Mo-

52) Inde in Eichsfeldiam pertexit, & locis in Haſſia & Weſtphalia Moguntinis *Conradum Spiegel* Præfecti ſupremi titulo impoſuit;

giſtris præfectos dat.

ſuit ; *Henricum* vero iuniorem , Militem , & *Dietericum* de *Hartenberg* , Ruſtenbergæ & Satrapiis in Saxonia & Thuringia Moguntinenſibus. Cum enim bellum animo agitaret, peropus videbatur , viros iis præficere in armis exercitatos , quo minus in hoſtis deuenirent poteſtatem.

Epiſcopatui Spirenſi Gemmingenſem præficit.

53) Ex Eichsfeldia conceſſit Lanſteinium. Tum autem loco *Vlrici Hohenloenſis* Epiſcopatui Spirenſi præfecit *Ioannem* de *Gemmingen*, virum & nobilitate & virtutis laude in paucis clarum. Superant enim litteræ , feria ſexta ante almam Pentecoſtes ibidem datæ , quibus Præfectis , Vaſallis , ciuitatum Conſulibus , Sculretis , ceteriſque omnibus , qui ditioni Sedis Spirenſis ſubditi erant , iniungit, vt ei dicto audientes ſint.

Hersfeldenſes ſuſcipit in tutelam.

54) Aliquot diebus interiectis Hersfeldenſes ſimiliter , vt ante Fuldenſes , ſuam in tutelam recepit. Fecit autem id , quantum coniicere licet , vt Haſſum hoc acrius armis poſſet perſequi. Cum enim ſalutem eorum ſe propugnaturum promitteret , liberum ſibi caſtrorum æque ac oppidorum dominio Hersfeldenſi ſubiectorum vſum ſtipulatus eſt. Additum , ex pacto quidem Abbati integrum eſſe , vt caſtrum *Eyche* incolat ; id tamen, ſi res ad bellum aduerſus Haſſum & ciuitatem Hersfeldiam deueniret , *Hermanno* de *Baumbach* , Hoſpitalario , *Conrado* de *Rumrod* , & *Hermanno* de *Volckershauſen* tradendum , qui id Adolfo toties , quoties e rerum fuerit vſu, patefaciant , & id ſe facturos , iurato promittant. Litteris hæc conſignata Aſchaffenburgi die B. martyri Bonifacio feſta.

Hennebergenſis conducit operā.

55) Præter Equites autem Nobileſque , ſcientia rei militaris ac armorum aſſidua tractatione celebres , quos magno numero in commilitium ſibi adſciuerat , *Henricum* etiam, Comitem Hennebergenſem , fœdere arctiore ſibi iunxit ; conſtituto ei mille ſexcentorum florenorum ſtipendio ; de quo *Friderico* Domino *de* Lieſperg , *Eberhardo* & *Godeſchalco* de *Buchenavv* , *Rorico* & *Ioanne* de *Eiſenbach* , *Simone* de *Hune* , Militibus , *Eberhardo* de *Vechenbach* , Vicedomino Aſchaffenburgenſi , eiuſdemque filio *Eberhardo* , obſidibus datis , eidem cauit. Pactionis huius litteræ datæ Eltvil , ipſo die Albani.

In Haſſiam mouet.

56) Copiis dein contractis in Haſſiam irrupit , ac tanto omnia terrore compleuit , vt Landgrauius , rebus ſuis diffidens , bellum XX florenorum millibus redimeret. Quum vero tantam æris ſummam tam cito conficere haud poſſet , Adolfo in ſecuritatem oppoſuit caſtra, oppidaque *Grevenſtein* , *Ymenhuſen* , & *VVolfhain* ; eaque *VVernhero* de *Falckenburg* , Militi , *Friderico* de *Hertingshauſen* , *Ioanni* de *Falckenburg* in *Denſpurg* , & *Cunzmanno* de *Falckenburg* , Wernheri filio , commiſit , vt Adolfo ea traderent , ſi ad natalitias Domini ferias iſta XX florenorum millia haud expediret ; referuauit tamen ſibi , cum id faceret, poteſtatem ea reluendi ; quam etiam Adolfus ei conceſſit. *Miſcella* nobis ita rem referunt ; *Anno MCCCLXXXV in æſtate inſequente Adolfus Archiepiſcopus cum Othone Duce* . . . *& multorum aliorum Principum & Baronum* . . . . *intrauit terram Haſſia contra Hermannum Landgrauium , & obſedit oppidum Caſſel , & cum ibidem propter firmitatem trium oppidorum Caſſelenſium non proficeret, circumuallauit Archiepiſcopus oppidum Ymenhuſi. Oppidani & quidam Nobiles , & multi ruſticorum viriliter ſe defenderunt , & multa incommoda inimicis intulerunt. Tunc Dux prædictus iaculis igneis in oppidum miſſis* . . . . *totaliter oppidum combuſtum eſt , & perierunt in eo circa quinque millia hominum , & pauci euaſerunt.* (Conf. *Gensbein* faſtorum Limpurgenſium § CLXIII p. 91) *Tunc Landgrauius , timens ſimilem cladem aliis ſuis oppidis imminere , ad gratiam Archiepiſcopi & Ducis ſe* . . . . *dedit pro ſolutione XX millia florenorum pro expenſis Archiepiſcopo , prius poſitis in pignus tribus* . . . *& ſuſcepit feudalia ab Archiepiſcopo , & homagium ſibi præſtitit , & ſic receſſerunt ab eo.* Conf. *Dilichius* chron. Haſſiac. parte II p. 217. Sed iuuabit inſpicere tabulas , quas dedi in codice Diplomatico.

Dignitatem Cardinalitiā reſpuit.

57) Ceterum Adolfus Vaticani ſenatus purpuram ſibi per hos dies ab Vrbano alios inter oblatam reſpuit. *Theodericus* a *Niem* lib. I de ſchiſmate cap. XLIII. Vt enim per Moguntinenſem , quem ille nominat , Ludouicus intelligatur Miſnenſis , temporis haud admittit ratio , vt ſupra iam dictum. *Dignitate* , ait *Palatius* l. d. col. 65 , 66 , *ornatus ab Vrbano VI ſprevit* —— *de hoc Cardinali nulla mentio apud Panuinium.*

Homagium recipit in locis ſibi oppoſitis.

58) Quum vero ſummam æris promiſſam ad tempus conſtitutum Hermannus haud explicaſſet , Adolfus ſub principium anni ſequentis MCCCLXXXVI caſtrorum , oppidorumque dictorum , *Grevenſtein* , *Ymmenhuſen* , & *VVolfhain* , ciues ac incolas , ex pacti lege , ſacramento in ſua verba adegit, ac quo minus ſubuererentur , in poſterum ſeſe deteriore futuros conditione , ſimul teſtatus eſt , ſe iis conſuetudines ac libertates permiſſurum , quas ſibi peperiſſent.

legatos mittit ad conuentū Herbipolenſem.

59) His peractis ex Haſſia conceſſit Heiligenſtadium. Vbi cum ageret , appropinquabat dies conuentui Principum Herbipoli agendo dictus. Quo magis autem rei publicæ laborantis ſtatus exigebat , vt ei intereſſet , hoc minus ob valetudinis poterat infirmitatem. Miſit tamen , qui abſentis vice omnia obſeruarent , legatos & generis ſplendore & auctoritate eminentes , *Ioannem* , Comitem Naſſouium , fratrem , *Hermannum Roſt* , Decanum Aſchaffenburgenſem , *Henricum* de *Lindau* , Militem , *Eberhardum* de *Vechenbach* , Vicedominum Aſchaffenburgi , & *Henricum* de *Gunsrod* , Burggrauium Miltenbergenſem. Factum id feria quinta ante feſtum purificatæ ſemper puriſſimæ Virginis.

de noua moneta ſignanda agit.

60) Menſe Iunio cum *Friderico* Colonienſi, *Cunone* Treuirenſi , & *Ruperto* , Comite Palatino Rheni , egit de noua moneta feriunda, aurea æque ac argentea. Quæ vero de eius valore , forma , aliiſque tum conſtituere placuit , cum tabulas ipſas , rei huius gratia in con-

conuentū iſto confectas protulerim, operæ pretium haud eſt, ſigillatim, ſuſeque recitare.

Rieneccenſi nuptias conciliat.

61) Mercurii poſt diem Margaretæ virgini ſacrum, nuptias conciliauit *Thomæ*, Comiti Rieneccenſi, *Ludouici* & *Kunigundæ*, natu Comitis Sponheimenſis, filio, cum *Eliſabetha*, filia *Hermanni*, Comitis Hennebergenſis, X M librarum Halenſium doti dictis.

Gerolſteinio caſtri ſtatuendi licentiam dat.

62) Dein *Philippo* de *Gerhartſtein* * permiſit, vt monti *Hanenberg* dicto (*obvvendig Gerhartſtein*) caſtrum imponeret; ea tamen lege, vt id poſtea feudi ſiue clientelæ titulo a Sede reciperet Moguntina, ac ſibi ſuiſque in Archiepiſcopatu ſucceſſoribus ad liberrimum ingreſſum pariter ac egreſſum ſemper patefaceret. Tabularum datum eſt; *Pinguia feria quarta poſt diem B. Remigii.*

* hodie *Gerolſtein.*

fraternitatem Moguntinam confirmat.

63) Mox ad religionis proferendæ conuerſus opera, fraternitatem, quam ſex ante annis Canonicorum quidam & Vicariorum ad ædem maximam inſtituerant, eorum rogatu non ſua ſolum firmauit auctoritate, ſed largis etiam noxarum condonationibus omnibus vere pœnitentibus, confeſſis, ſuoque conſtitutis temporibus officio fungentibus, indultis ac conceſſis, reddidit illuſtriorem. Litteras, quibus hæc Eltuillæ d. X Octobris conſignari iuſſit, quære in codice Diplomatico.

fœdus contra Haſſum init.

64) Interim variis de cauſſis rurſum cum Hermanno diſſentire cœperat. Quare anno poſtero MCCCLXXXVII, cum *Othone*, Duce Brunſuicenſi, & *Balthaſare*, Landgrauio Thuringiæ, nouum iuxta arctiſſimumque aduerſus ipſum fœdus in hæc ferit capita; Alter alterum aduerſus Hermannum conſilio, armis, milite, caſtris pro viribus iuuet. Caſtrorum, oppidorumque, quæ vel vi vel deditione in ſuam redegerint poteſtatem, dimidiam vnam accipiat Adolfus, quadrantem pro ſe, quadrantem pro eccleſia Moguntinenſi: dimidiam alteram Balthaſar pro ſe, ſuiſque. Quod ſi mortem obeat Landgrauius Hermannus, priusquam caſtris oppidiſque Haſſiacis potiti eſſent, vnicuique integrum ſit, pro ſuo agere iure, modo alteri haud ſit impedimento. Prædam inter ſe diuidant pro numero militis, quem quiſque aduerſus hoſtem eduxit. Otho litteras, quas de homagio ab Hermanno accepit, adſeruandas tradat Henrico, Comiti Hoenſteinenſi; Henricus toties & Othoni & Balthaſari concedat, quoties iis opus habent; receptas ſtudioſe, vt antea, cuſtodiat; Hermanno fatis functo ſine mora eas Othoni reddat, vel liberis eius ac heredibus. Acta hæc Eſchwegæ Iouis poſt feſtiuitatem annuntiatæ ſalutis (*den nechſten Donerſtag nach vnſer Frauven tag* der Clybē, *den man nennet zu latine* Añunciationis)

Veldentino itidem conciliat nuptias.

65) Inde feriis Pentecoſtalibus appropinquantibus *Henricum* iuniorem, Comitem Veldentinum, *Henrici* filium, eadem, qua ſuperiori anno Rieneccenſem, ſibi obligauit beneuolentia. quippe vna cum Ruperto Palatino pronubi egit partes, conciliata ei *Eliſabetha*, *Dietheri* Catimelibocenſis filia. Loquuntur id *Dietheri* litteræ, pridie Pentecoſtes datæ, quarum partem adducere non ab re erit; *VVir* Dyether, *Graf zu Cazenelenbogen*, *irkennen offentlich an dieſem brieve, vnd thun kund allen Luten, die yn ſehend oder horent leſen, als der Ehrvvurdig in Gott Vater vnd Her, Her* Adolf, *des H. Stuels zu Menize Erzbiſchoff* ——— *Vormunder des Stifts zu Spire, vnd der Durchluchtigſt Furſt vnd Her, Her* Ruprecht, *Pfaltzgraffe by Ryne vnd Herzog in Beyern, der elter, vnſere liebe gnedige Heran, getadinget, beredt, vnd gemacht hant zuſchen vnſs mit dem Edlen* Henrichen, *Graven zu Veldenze, daz vvir yme die Edlen* Lyſlen *vnſer lieben Dochtere zu einer elichen Husfravven ſollen geben; alſo geben vvir yme dieſelben* Lyſlen *vnſer Dochter, mit crafft dies Briefs zu einer elichen Husfravven, vnd dazu mit yr vier tuſend gulden guter geber Menzer vverung* &c. *Datum vff den Pfingſtabend* 1387.

Landgrauio bellū indicit.

66) Rebus inter hæc omnibus comparatis, *Hermanno* litteris, quas diffidationis vulgo vocant, miſſis bellum denuntiauit. Quas, cum his illuſtrandis inſeruiant, huc afferre placet. *VViſſet, Hochgeborner* Hermann, *Landgrave zu Heſſen, vmb ſolich vnrecht, gedrang, vnd gevvalt, die yhr vnd die uvveren legent an vnſs, vnſern Stifft, Lande vnd Vntertbane, geiſtlich vnd vverntliche, daz vvir* Adolf, *Erzbiſchoff zu Menze uvver vnd uvver Stedte, Sloſſe, Lande, vnd Lude viend ſyn vvollen, vnd vvollen des vnſer ere bevvart han, mit vbrkund dies Briefs verſiegelt mit vnſre Inſiegel an ende dieſes Brieves gedruckt. Datum Eltvil dominica proxima poſt Aſſumpt. B. M. V. anno Domini MCCCLXXXVII.*

Haſſiam inuadit.

67) Haſſiam dein hoſtiliter ingreſſus, lateque omnia populatus, oppida Rotenburg, Melſungen, Gudesberg, aliaque expugnauit; quin Hermanno tanta inſtitit contentione, vt res in prouerbium abierit.

Ein ſprichvvort vvard; Biſchoff Adolf
Der beiſſet vm ſich, vvie ein vvolf.

Auctor *hiſtoriæ de Landgrauiis* cap. CXXIX p. 947; *Anno ſequenti idem* Balthaſar *intrauit iterato Haſſiam cum Epiſcopo Moguntino, & cum* Othone *Duce de Brunſchvvig, qui dicitur vulgariter* von der Leyne, *& ceperunt ciuitates* Rotenburg, Milſungen, Nidenſtein, *& plures alias ciuitates igne deſtruxerunt, & durauit prædicta diſcordia pene tribus annis.* Plenius aliquanto *Miſcella* noſtra; *Anno MCCCLXXXVII in æſtate iterum* Adolfus *Archiepiſcopus cum Marchionibus Miſnenſibus & Duce Saxoniæ* *, *intrauit terram Haſſiæ, quia Landgrauius irritum tenuit, quicquid antea promiſit. Et Archiepiſcopus cum ſuis auxiliariis expugnauit oppidum* Rodenburg, *cum ſuo caſtro firmiſſimo; item oppidum* Melſungen; *item oppidum* Gudesberg, *quod omnino fuit combuſtum, murique ſubuerſi; item oppidum* Nydenſtein; *item caſtrum* Falckenſtein *prope dictum oppidum; etiam obſeſſum fuit oppidum* Caſſel, *ſed non expugnatum. Et tandem treugis factis, & datis obſidibus receſſerunt ad ſua; retentis ſcilicet ab Archiepiſcopo in ſua poteſtate oppidis expu-*

* *l.* Brunſuicenſi.

expugnatis in hoc anno. Conſ. *Gensbein* l. d. § CLXVI p. 92.

Quod Adolfus *ipſe in re fuerit præſenti, teſtantur tabulæ de caſtro* Wangenheim *a* Friderico *de* Wangenheim *feudi oblati titulo recepto; quippe quarum clauſula ita habet;* Datum in campis propè Furſchuze, feria ſecunda poſt diem natiuitatis B. V. MCCCLXXXVII.

[illegible]

68) Bene dicunt *Miſcella*, de pace tum actû. Superant enim litteræ Adolfi, Rodenbergæ vigilia B. Matthæi Apoſtoli & Euangeliſtæ ſignatæ, e quibus patet, pro componenda pace obſides tum inter partes belligerantes datos. Dabo partem illarum, vt conſtet, quinam ex parte Adolfi & Othonis ob fidem dati fuerint. *VVir* Adolf —— *bekennen, als die Veſten* Hans Colmas, Berthold *von* * Adeleveſchin, *Rittere*, Heinrich *von* Stoghuſen, *vnd* Heyſſe *von* Kerſtelingerode, *vnſer vnd des Hochgebohrn* Otten *Herzogen zu Brunſvvig giſele vvorden ſin fur eynen frieden gen den Hochgebohrn* Hermann *Landgrave zu Heſſen, daz vvir* &c. Reliquam inuenies in codice Diplomatico.

** Adelveſen*

duo iniit fœdera.

69) Rebus cum Hermanno compoſitis, Adolfus anno ſequenti (LXXXVIII) die Veneris poſt Simonis & Iudæ ſollemne, cum Moguntia, Vormatia, & Spira, ciuitatibus, duo iniit fœdera; vnum ad dies vitæ; alterum de agnoſcendo, quem ipſe, vna cum duobus vel pluribus Septemuiris, caſu exiſtente elegerit, Cæſare. Digna ſunt, quæ huc apponamus, tabularum, quibus id perſcriptum, verba ipſa; *VVers ſache, daſs der Allerdurchluchtigeſte Furſte vnd Here, Her VVentzeſlavv, ietzund Romiſcher Konig von dodis vvegen abeginge, vven vvir dan mit zvvein Corfurſten oder me zu eyme Romiſchen Konige kören, offruckten, vnd haben vvulden, daſs ſie den auch fur eynen Romiſchen Konig haben vnd halden ſullen vnd vvullen, vnd vns beſteclich darinne byſtendig, beholffen, vnd geraden ſin one geverde* &c.

de adminiſtratione Epiſcop. tum Spirenſis decedit.

70) Proximo MCCCLXXXIX compoſitione cum *Nicolao*, Epiſcopo Spirenſi, facta, de adminiſtratione Epiſcopatus in Nemetibus deceſſit; vt tamen Prouiſoris ſupremi partes, nec non munitiones quaſdam ad dies vitæ ſibi reſeruarit; tum vero hanc etiam Nicolao tulerit conditionem, vt Beneficiariis ac Caſtrenſibus Epiſcopatus Spirenſis, clientelas ſuas ac iura recognoſcentibus, ſub fidei datæ vinculo quam accuratiſſime præciperet, ſibi Adolfo reuerenter pareant, itemque ad imperandum adſint. Res peracta Heppenhemii *die poſt dominicam* Oculi *tertia*, vt tabulæ, quarum in codice Diplomatico apographum dedi, teſtantur.

Rotenburgenſib. & VVindsheimenſib. [illegible]

71) Tum vero in pacificandis vicinis poſuit operam. Occurrebant primo ciuitates Imperii liberæ, *Rotenburgum* ad *Tubarim* & *VVindsheimium*. Dein *Moguntia, Vormatia, Spira, Francofurtum*, ceteræque in Wetterauia, Rheni tractu, & Alſatia fœdere inito iunctæ. Quod ad *illas*, armis premebantur a Gerhardo, Antiſtite Herbipolenſi. Cauſſa erat, quod *Rotenburgenſes* aſſumpta iuris dicundi poteſtate iudicium in eccleſiæ Wirzburgenſis homines inſtituiſſent; *VVindsheimenſes* illorum iuuiſſent conatus. Belli vim cum ſuſtinere haud poſſent, de pace quantocius impetranda cogitabant, ſuaque deſideria *Adolfo* exponebant & *Lamberto* Præſuli Bambergenſi. Neuter illis deeſſe voluit. Partibus itaque ad Id. April. vocatis, rem ad pacis deduxere conditiones. *Friſius* chron. Wirzburg. in *Gerhardo* cap. XXII & XXIII p. 665 & ſeq. *Hofmannus* annal. Bambergenſ. lib. V § XVIII p. 218.

ciuitatibus [illegible] fœdera [illegible].

72) Quod ad has, anno illæ ſuperiori, ciuitatum Sueuicarum impulſu, Ruperto Palatino bellum intulerant; ſed magno ſuo malo; quippe inſigni clade ab eo affectæ. Pacem igitur expoſcebant. Expoſcentibus cum Ruperto conciliandam ſtatuere, quorum implorauerant opem, *Adolfus* videlicet, *Lambertus*, quem modo dixi, Præſul Bambergenſis, & *Sifridus* de *Venningen*, militiæ Teutonicorum per Germaniam Magiſter. Compreſſis igitur armorum motibus, eas cum Ruperto rurſus in gratiam redegere. Factum id Aſchaffenburgi, vt tabularum habet clauſula, *dominica proxima poſt diem S. Martini.* Conſ. *Lehmannus* l. d. cap. LXIX p. 767.

portorium & vectigal inſtituit.

73) Inter hæc *Keltersbaci* portorium, cum maxime vero *Hœchſtæ* ad Mœnum vectigal inſtituit. quod tamen, cum vtrumque ſine Cæſaris ac Imperii conſenſu exercere cœpiſſet, Wenceslai compulſus mandato, poſt haud amplius exegit. *Lehmannus* l. d. cap. LVIII p. 731.

Erfurti academiam ſtatuit.

74) Sidere contra longe feliciori, prouehendis litterarum, artiumque bonarum ſtudiis Erfurti his diebus academiam ſtatuit, ſiue, vt *Gudenus* loquitur, *ſacrauit.* quem, cum inſpici mereatur, l. d. § XVIII p. 121 conſulas.

Iudæis Erfurtenſib. & Mülhuſanis priuilegium indulget.

75) Fuit ibi, & ſub anni MCCCXC initium Iudæis Erfurtenſibus & Mülhuſanis eandem, quam nouem annis ante Iſenacenſibus, Gothanis, ceteriſque, fecit gratiam. illis quidem ad ſex, his vero ad decem annos. Vtriſque ſimul conſtituit Iudices; Erfurtenſibus Prouiſorem alodii Erfordienſis; Mülhuſanis Præpoſitum *uff vnſer Frauven Brucken.* Tabulæ vno fere eodemque tempore ſignatæ ſunt. quæ Erfurtenſibus datæ, dominica diem tribus ex Oriente Magis feſtum ſecuta; quæ Mülhuſanis, feria poſt illum ſexta.

76) Poſtea die Agnetis virginis litteras in cauſſa quadam feodali ſiue beneficiaria edidit; die vero XXIV Ianuarii rationes a *Rudigero* vom *Hayn*, Prouiſore Erfurtenſi, de receptis duobus ſubſidiis maioribus accepit, *Ludouico* de *Benſfurte*, Decano Rotenbergenſi, & *Henrico Rabenold*, culinæ Magiſtro, præſentibus. Vtrumque publicis annotatum tabulis, quas inſpexi.

77) Mox paullo Erfordia diſceſſit, & Heiligenſtadium delatus, inopinato graui morbo oppreſſus, vitam cum morte commutauit, vt ſequitur. Poſtquam enim auctor narrauit, Ludouicum Miſnenſem fato ſuo functum eſſe, ita pergit;

V Ex hoc tempore caruit æmulo Adolphus, vſque ad vitæ terminum, qui ei fuit Heiligenſtadii anno MCCCLXXXVIII, ſecundum MSL, & Bruſchium: ſecundum vero noſtrum MS, MCCCXC; eius tamen cadauer Moguntiam vectum. Edit. I pag. 863

1) Obiit autem die VI menſis Februarii; id quod pro teſtimonio tum *necrologium* maioris p. 63 ad VIII Id. Februar. loquitur, tum *epitaphium*, lapidi tumbæ impoſito inciſum, quippe quod ita habet: *Anno Domini MCCCXC, ſexta die menſis Februarii ob. Reuerendus in Chriſto Pater ac Dominus, Dominus Adolphus* &c.

2) Et quidem, vt modo audiuimus, anno MCCCXC. Vnde corrigendi, præter *Bruſchium* & *Latomum*, quos auctor iam citauit, *Trithemius*, qui chron. Hirſaug. parte II p. 285, & Sponheimenſi p. 336 anno MCCCLXXXVIII mortuum ſcribit; tum vero auctor *hiſtoria Landgrauiorum*, & *chronici terra Miſnenſis*, quorum vterque anno ſequenti MCCCLXXXIX ipſum e vita tradit exceſſiſſe; *ille*, cap. CXXXI p. 948, *iſte*, p. 49.

3) Tum vero exitu haud adeo facili atque placido. Auctor modo memoratus *chronici terra Miſnenſis* l. d. *Rediens de Erfordia grauiter infirmari cœpit in Heilgenſtadt; oppreſſus tanto malo infirmitatis, vt omnes ſui fugerent abeo, immo, proprius germanus, ſicque miſerabiliter exſpirauit.* haud placide obiit.

4) Heiligenſtadio Moguntiam deuectus, ſepulturæ locum nactus eſt in baſilica maiori cathedram inter ordinariam & ſubſellium Electorale, in media via verſus aram, B. V. adſumtæ ſacratam honori. ſepultus Moguntiæ.

VI Exorto autem inter Vrbanum VI & Clementem VIII ſchiſmate, a neutro ſibi, quoad concordia eſſet, pallium petendum ſtatuit Adolphus*. Expreſſerant a Wenceslao Rege in Eccleſiaſticæ libertatis detrimentum pragmatica quædam Moguntinenſes. Verum vt ab eodem Wenceslao, eiuſque ſucceſſore Ruperto reuocarentur, perfecit Archiepiſcopus †.

* At vide, quæ ſupra n. 19 ad an. MCCCLXXIX dixi.

† Is haud eſt Adolfus noſter, ſed alius. Adolfus namque decem ante annis obiit, quam Rupertus, Wenceslao exautorato, ſummæ rerum impoſitus eſt.

VII Refert MSL, fuiſſe *diligentem œconomum*, & ex frumento ac vino reſarſiſſe illata eccleſiæ Moguntinæ damna †: idemque & alter MS, *bello fregiſſe Haſſiæ Landgrauium Hartmannum, adeo vt hic tamquam eccleſiæ illius vaſallus & Marſchalcus, Fridslariæ, propriis manibus, in equorum pabulum, auenam publice dimenſus ſit* *: habuiſſe etiam aliquid litigii cum Ruperto forte Palatino: ſed quod, amicorum Principum opera, compoſitum ſtatim fuerit.

Sedi magnifice præfuit. † 1) *Miſcella* noſtra; *Sexta die ante Dominicam* Exurge *obiit Adolfus de Naſſavv, Archiepiſcopus Moguntinus; vir magnanimus, religioſus, & potens. Rexit eccleſiam Moguntinam honorifice ſuis temporibus. MS*, qui Moguntiæ ad ædem metropolitanam eſt; *Ob. MCCCXC menſe Februar. & ſuis temporibus ſtetit eccleſia Moguntina in robore & optima pace.*

vt Landgrauium compeſcuerit. * 2) Caſtigauit hic Serarium *Immanuel VVeberus* parœmiar. hiſtoricar. diſſertatione II, parœmia I in not. p. 6 & ſeq. quem ideo audire iuuabit: *Notandus hic eſt error* Serarii, *rerum Mogunt. lib. V in vita Adolfi p. 863, qui pro* Hermanno Hartmannum *poſuit. Nuſquam enim hoc nomine Haſſia Landgrauius in genealogia reperitur. Et putidum mendacium eſt, quod ex* MS *quodam ſubiicit, bello fregiſſe Haſſia Landgrauium Hartmannum, adeo, vt hic tanquam eccleſia illius Vaſallus & Marſchalcus, Fritzlaria propriis manibus in equorum pabulum auenam publice dimenſus ſit. Contrarium enim annales noſtri teſtantur, & de compoſitione belli iſtius hac refert* auctor manuſcr. anonymus *modo laudatus:*

» Auf daſs man nun der Feind abkahm,
» Vnd das Land nicht mehr ſchaden nehm;
» Landgrav Hermann verſprechen thut
» Wol zwanzig tauſend Gülden gut
» Zu Mainz dem Erzbiſchoff zur Hand,
» Vnd ſetzt ihm ein zum Vnterpfand
» * Ziernberg, Wolfhagen, Grebenſtein, * at v ſupra § 4 n. 56
» Hierauf ſie abgezogen ſeyn.

Vtrum vero putidum mendacium ſit, quod Fritzlariæ propriis manibus in equorum pabulum auenam publice dimenſus ſit Hermannus, non huius loci eſt diſcutere. Eodem alioquin modo, quo MS Serarii, dictus *auctor mſcr.* qui ad ædem metropolitanam eſt; *Similiter dictum Hermannum Landgrauium Haſſia » pro nunc viuentem », in tantum domuit, vt officio Marſchalci in cimiterio eccleſia S. Petri Fritzlar manibus approbabiliter cum menſuratione auena ſe virum alligatum & feodatarium eccleſia Mogunt. eſſe recognouit.* Conf. quæ ſupra n. 56 ad an. MCCCLXXXV dedi e Miſcellis.

VIII Verum hiſce miſſis, narrandum hic potius, quod ad eius, qui noſtræ cum Deo pacis & reconciliationis auctor eſt, gloriam inſignire pertinet, Moguntinæ nimirum Crucis miraculum, a *Mſcriptis* omnibus relatum, e quibus vir doctus & bonus, ab ipſo *Eraſmo* valde ſupra libr. I cap. XXXVII & XL lauda-

Hiſt. F. pg. laudatus, *Theodericus Greſemundus*, narratiunculam, quæ ab eo in eiuſdem S. Crucis templo, voti cauſſa, fixa eſt, hodieque legitur *, collegit.

* Nunc vero haud amplius. Quod dum hic noto, ſimul moneo conferenda huc eſſe, quæ ſupra ad lib. I cap XXXI ſect. I n. VI p. 74 & ſeq. & in Schediaſmate *de S. Crucis eccleſia Collegiali* commentatus ſum.

Ea, prout etiamnum ſæpius edita eſt, ſic habet. *Anno ſalutis noſtræ MCCCLXXXIII * fuit in his regionibus homo quidam, cui nomen* Schelkropf: *de cuius origine & patria neque aliquid adhuc compertum habeo: neque magnopere attinet rimari. Humili certe genere, & ex infima plebe fuiſſe ortum, fama conſentit: ſed qui natalium obſcuritatem, veluti alter Heroſtratus, incenſor delubri Epheſiæ Dianæ, inſigni ſcelere illuſtrauit, immortali quadam infamia nominatiſſimus.*

* At confer huc, quæ attuli in dicto Schediaſmate de Collegiata ad *S. Crucem* § IX.

Hic igitur cum alioquin natura præditus eſſet maligno ingenio, factus eſt etiam vltro tam licentia, quam conſuetudine peccandi deterior. Neque flagitiis tantum, ſed etiam infamia ipſa delectatus, in luſtris & tabernis ætatem agebat. Fuit autem appetentiſſimus ludi: ex quo pleraque vitiorum genera, tanquam vermes e putri cadauere vbertim erumpunt; præcipue vero impietas erga Deum inde naſcitur: qua duce Schelkropf tantum nefas admiſit, quantum vix omnibus retro ſeculis auditum eſt. Cum enim alioquin volens pro conſuetudine ſua fortunam ludo experiri, quoſdam etiam ſui ſimiles ad eius rei concionem illexiſſet (nam fere nunquam in magna ciuitate complices peccaturo defuere) itum eſt ab illis in quoddam diuerſorium publicum ſiue tabernam ſuburbii Moguntini Filtzbach appellati. Nomen vero & ſignum ipſius tabernæ, flos erat, dicebaturque vulgo, zu der Blumen. *Cumque illic aliquamdiu taxillis luſiſſent: contigit forte, vt Schelkropf parum proſpera fortuna vſus, pecuniam fere omnem, quam habebat, perderet, multumque detrimenti (opinione ſua) acciperet: quod cum per ludi progreſſum nedum non emendaret, verum etiam immodice augeret: cœpit tandem (vti ſolebat) grauiter ſtomachari: & poſt conuicia colluſoribus dicta, Deum etiam & Sanctos blaſphemare. Sunt, qui referant, eum hac ira & impietate ſuccenſum palam fuiſſe minitatum: quamcunque Crucifixi IESV imaginem primum obuiam habuiſſet, ab ea ſe præſentis damni pœnas & vindi-*
364 *ctam repetiturum. Quod etſi huius hominis impietati plurimum congruebat: multumque credibile eſt: tamen id pro comperto affirmare non auſim. Hoc ſane conſtat: eum a ſociis nihil pacatiore animo digreſſum perueniſſe ad ſacellum quoddam inter ædem diui Albani & hanc B. Virginis eccleſiam ſitum, vbi iam olim hæc ſimulacbra fuerant repoſita. Plenus erat Schelkropf haud dubiæ impietatis: & qui ſcelus abominabile iamdudum animo conceptum mox effundere concupiſceret. Quamprimum ergo ad id ſacelli peruenit, hanc imaginem Crucifixi diſſecuit: ita vt nec vllatenus håreret quidem. Mox diuæ Virginis, aliorumque Sanctorum ſignis cruci aſtantibus cæſim & punctim pleraque vulnera inflixit. Haud abſimilis lupo, qui maiore interdum cædis libidine, quam fame percitus, in ouile indefenſum graſſatur. Hactenus Schelkropf debacchatus eſt. Quæ vero ſequuntur, ad vindictam diuinam & miraculum ipſum pertinent. Terrificus enim & admirabilis ille cruor, quem hic tibi videre licet, ſubito ex vulneribus a crudeliſſimo illo ſicario paſſim illatis effluxit: ceu non lignea ſimulachra, ſed viui homines eam iniuriam perpeſſi forent. Crederes Deum ipſum tanto ſcelere appetitum quodammodo indoluiſſe: & tam ſtupendo miraculo, veluti manifeſta doloris confeſſione, mortales ad vindictam faciendam animaſſe. Schelkropf autem iam expleta impietate ſua, ſiue nutu Dei affixus, ſiue ipſo cruoris miraculo exterritus, inde pedem non mouit, donec a ſuperuenientibus in flagranti crimine deprehenſus, & in vrbem Moguntinam captiuus deductus eſt: non iam ſuæ, ſed diuinæ iræ memor, anxiuſque metu pœnarum, quas paullo poſt dedit: non quidem flagitio ſuo reſpondentes (non enim tantæ impietati par ſupplicium excogitari poterat) ſed quas homini homines infligere debuerunt. Viuus enim in conſpectu populi exuſtus eſt, non longe ab vrbe, in eo loco, quem Iudæorum arenam vulgo appellant, quod Iudæi quondam cadauera ſua illic humare ſolerent.* Iudē Sand adhuc hodie *Hac morte impiiſſimus ille Schelkropf conſumptus eſt. Imagines vero vulneribus*

& cruore insignes ab ædicula illa veteri ad hoc templum ſumma veneratione ſacerdotum manibus tranſlatæ fuerunt. Vbi in hodiernum vſque diem terrificus ille cruor viſitur, & admodum religioſe colitur: multique mortales varie afflicti, ſuſceptis votis, Dei Opt. Max. clementiam experti & ſalutem adepti ſunt. Edit. I pag.

IX Neque vero ſoluta iſta narratione ſuæ adhuc erga Chriſtum Dominum pietati ſatisfecit pius ille vir, ſed perelegans eadem de re carmen elucubrauit, quod in eodem ſimiliter templo viſitur. ſed quia longius eſt, & excuſum proſtat, paucula ex eo tantum ſuccerpam. Gum inflictos crucifixi ſtatuæ ictus ſcripſiſſet, pergit:

Continuo CHRISTI caput a ceruice reſectum
Abſtulit enſe ferox: ater, miſerabile viſu,
Exilit ligno cruor: vt cum viua ſatelles
Corpora decollat, præciſæ ſanguine venæ
Exundant, animamque vomunt, largumque cruorem.
Nec tua te, VIRGO, pietas, qua protegis orbem,
Protexit: ferrum crucifixi a cæde cruentum
In te conuertit ſcelerati dextera Schelkropf,
Roboreumque caput rigido petit impius enſe. 865
Protinus hoc etiam manat de ſtipite ſanguis
Terrificus: verum iam cæcus ad omnia Schelkropf,
Virginis os, faciemque ferit, nec multa dediſſe
Vulnera contentus, caſim iam denique pectus
Virgineum, tanquam ſenſurum, fodicat: ac ſi
Haud dubiam inferret tam certo vulnere mortem.
Vltima ſacrilegæ reſtabas victima dextræ,
Qui, ſi viuus eras, poteras trepidare, IOANNES,
Victima certa quidem: nam cur tibi parceret vni
Crudelis, qui non CHRISTO, MARIAEque pepercit?
Ergo tibi malas repetito perculit enſe.
Mox naſumque, oculumque vno tranſuerberat ictu,
Bacchaturque ferox: ſed ſingula vulnera verſu
Quis recitare velit? potius miremur, ab omni
Vulnere purpureum ſubito manaſſe cruorem,
Seu cruor hoc, ſeu ſuccus erat, ſimilisque cruori
Stiria. Magnarum rerum hac miracula Diuûm
Quid fuerint, aut qua ratione creentur, ad vnguem
Explorare nefas: ſatis eſt, ſi ſupplice cultu,
Et non impuro Dominum veneremur honore.
Poſtquam terrificum ligno manare cruorem,
Et non vana ſuo vidit data vulnera ferro,
Pallet, vt hiberno decuſſæ turbine frondes:
Et circumfudit gelidus præcordia ſanguis:
Diriguitque caput, ſurſum intendente capillo.
Quin totus, veluti vibrata aquilonibus arbor,
Intremuit: cecidere illi feritasque furorque.
Scilicet vltrices metuebat Numinis iras.
Nec fruſtra: nam cum ſubito dare terga pararet,
Hæſit, vt arborea truncus radice retentus,
Et, tanquam Alpinæ cautes, immobilis aſtat

Vſque

Edit. I pag. *Vſque ſub aduentus hominum: miremur eundem*
Ad pœnam potuiſſe rapi, & nequiiſſe moueri,
Vt pœnam fugeret: ſed ſcilicet omine tactus,
Exanguiſque metu ſtabat, tam corporis impos
866 *Quam mentis: vel te, paricida neſarie, magni*
Læſa Dei pietas, quæ temperat omnia nutu,
Siſtebat: nam quæ dederas crudeliter illi
Vulnera, non etiam te impune dediſſe volebat.
Viſum igitur multis Primoribus, igne piari
Tantum poſſe nefas, animamque expellere flamma.
Interea vt ſeri tam triſtia facta nepotes,
Vltoreſque Deos noſſent regnare per orbem,
Et non vileſcat cruor admirabilis vnquam,
In mediis neglectus agris: veneranda vetuſtas
Hæc ſimulachra crucis, hac Virginis æde recepit.
Nunc etiam horrifici miracula tanta cruoris
Relligione mouent reſides, Dominique timorem
Segnibus incutiunt, atque indurata malorum
Pectora demulcent, meritoque coluntur honore.
Hoc omnes fanum ſtabili pietate ſalutant,
Ciuica plebs, pueri, iuueneſque, virique, ſeneſque,
Matronæque, pium vulgus, virideſque puellæ.

Cauſſam vero ſuſcepti hac in deſcriptione laboris ita in extremo pandit:

Eſt mihi non ſtudium laudis: non curo placere.
Perpetuis alii ſeſe inſertare laborent
Vatibus, & vitam placituro extendere verſu.
Greſmundo ſat erit, vel ſi ſua carmina ſoli,
CHRISTE, tibi placeant. Nec enim popularibus auris
Paſcitur ingenium, quod iam tibi militat vni,
Teque ducem ſequitur, quocunque vocaueris, vltro.
Et pridem accepit depulſæ præmia febris,
Donatiuum ingens: quod ſi cumulare corolla
Vis aliqua largus, non ſit mihi gloria merces,
Non aliud quicquam dederis, quod vulgus inane
Miratur, cum te precibus, votiſque fatigant.
Te mihi da, & vacuo clemens illabere cordi.
Tu mihi pro gaza Crœſi, pro ſorte Metelli,
Pro neruis magni Alcidæ, pro Neſtoris æuo.

Quæ huc pertinere poſſint, notata etiam nonnulla lib. I cap. XXXI.

CON-

Edit. I pag. 867

CONRADVS II.

I

COmes a Winſperg * in Archiepiſcopum Adolpho ſurrogatus anno MCCC-LXXXVIII, vir natura tranquillus & pacificus.

Dynaſta fuit Winſpergenſis.

* 1) Rectius *Dominus* de *VVinſperg.* Quamuis enim proſapia, qua ortus, olim & antiquitate, maiorumque imaginibus quammaxime fuerit illuſtris *, & per connubia ſplendidiſſimis Comitum *Catimelibocenſium*, *Leiningenſium*, aliorumque familiis innexa; tum vero amplas ſatis in finibus Sueuiæ & Franconiæ tenuerit poſſeſſiones; quin etiam, exſtincta *Falckenſteiniorum* gente, dignitate claruerit *Camerariorum Imperii hereditariorum*; Comitum tamen titulo honoribuſque haud fuit aucta. Conf. *Spenerus* operis Heraldici parte ſpeciali lib. II cap. LXXII § XIX p. 514, *Fuchſius* ad Lehmanni chronic. Spirenſe lib. V cap. XXXIII p. 668.

* *Anno certe MCL iam occurrit* Thicepertus *de* Winſperg, *Camerarius, in tabulis* Conradi III *Imperatoris apud* Schatenum *lib. VIII annal. Paderbornenſ. p.* 783.

Engelharti filius.

2) Fuit autem *Conradus* filius *Engelharti*, fratreſque habuit duos, ſeniorem patri, iuniorem ſibi cognominem. Lucem dabit, quam apponere placet, ſchematis genealogici, *VVinſpergiorum* familiam nonnihil illuſtrantis, particula.

* * *

fit maioris Moguntinæ Canonicus,

3) Egregiam indolem, animique vim, quam ex ſtirpe tot imaginibus meritiſque clara, feliciter traxerat, quum ſtrenue, domeſticis excitatus exemplis, excoleret, ac tanto ad præclara quæque contenderet ardore, vt magnam paſſim de ſe ſpem faceret, tuta planaque via ad honores proceſſit, & quod religionis mage, quam armorum intentus ſtudiis, eccleſiaſtico vitæ generi ſeſe dedidiſſet, locum Moguntiæ inter ædis maximæ inuenit Canonicos; vt tamen annus, quo in eorum cooptatus fuit Collegium, certo definiri nequeat. Anno MCCCLXX eos inter ſibi occurriſſe prodit in *Elencho nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ* ſectione VI p. 232 *Georgius Helvvichius*.

& Scholaſticus,

Cum autem præter eximias, queis præditus erat, dotes animum multo rerum vſu confirmaſſet, tum vero ſingulari religionis ac modeſtiæ eſſet fama, meruit, vt anno MCCC-LXXXI *Scholaſtici* maioris præficeretur muniis, *Othoni* de *Schoneburg* datus ſucceſſor, & anno MCCCLXXXIII a *Nicolao* de *Saulheim*, Decano ad D. Stephani ædem, cui *Vrbanus* Pontifex VI peculiaribus litteris, Romæ VI Kal. Iun. anno Pontificatus ſui quinto datis, id commiſerat negotii, confirmatus. quo vid. *Syllabus* Prælatorum eccleſiæ Moguntinenſis *plenior* ſectione IV p. 319, & quæ attuli in *Addendis* ad h. l.

Præpoſitus S. Petri in valle Wimpinenſi.

Ceteroqui, dum hac *Scholaſtici* exornabatur dignitate, *Sancti* etiam *Petri* in valle Wimpinenſi fuit Præpoſitus, & parochialis vici Rheno adſiti *Lorchenſis* Rector. Manifeſtum id fit tabulis *Vrbani* Pontificis VI, de quibus modo. Sic enim ibi: *Seu quod dictus* Conradus *S. Petri, vallis VVimpinenſis, VVormatienſis diœceſis, Præpoſituram, ac in eadem & prædicta Maguntina eccleſiis Canonicatus & præbendas, nec non parochialem eccleſiam in* Lorche, *Magunt. diœceſ.* —— *noſcitur obtinere.*

eligitur Archiepiſcopus.

4) His muniis cum non ſine nominis ſui fungeretur laude, ac, quos ingenii, virtutiſque congeſſerat, theſauros cum Collegii, cuius pars erat, ſalute attentiſſimo conſilio communicaret, vnus omnium maxime dignus habitus fuit, qui Moguntinæ Sedis adiret faſtigium, ac in *Adolfi* fato ſuo functi ſuccederet locum. Electus itaque eſt; quamuis, cum renuntiatus eſſet Archiepiſcopus, Canonici electores in re bona haud parum ſollicitis erant animis; adeo quidem,

q) *VVir* Conrad *Herr zu VVinſperg*, *des H. Röm. Reichs Erb-Cämmerer*, *bekennen offenbar mit dieſem brieff und thun kund allermenniglichen*, — *daſs vvir fur vns und alle unſere erben und nachkommen*, *mit vviſſen und vvillen der Hochgebornen Fravven*, Eliſabethen, *Hertzogin* zu *Sachſen*, *VVitvve*, *unſer lieben Fravven und Tochter*, *recht und redlichen haben verkaufft* — *Dieſer brieff iſt geben an dem heyl. Creutztag*, *alſs es funden iſt vvorden*, *in dem iahr*, *als man zahl von Chriſti unſers Herrn geburt tauſend*, *vierhundert*, *viertzig und drey iahr.* vid. *Lunigius* l. d. n. 42 p. 296 & ſeq.

VVir Godfrid *Biſchof* von *VVirtzburg*, *vvir* Eliſabeth, *Hertzoginne* zu *Sachſen*, — *geborne* von *VVinſperg*, *und vvir* Schenck Conrad *der älter*, *Herr zu Limburg* — *bekennen* — *daſs vvir an ſtatt und vvegen der Edeln* — *Herrn* Philips *und* Philips *von* Winſperg, *gebrüdern*, *unſern lieben Oheimen und Brudern*, *als ir nechſte frunde*, *fur ſie* — *verkaufft han* — *dem Veſten* Gotz *von* Berlichingen, *dem alten*, — *das Schloſs* der Steyn *genant* — *in allermaſſen als das uff die gen. kinder kommen iſt von irem Hern Vatter*, *Hern* Conrad *von* Winſperg, *ſeliger gedechtniſſe* — Geben am Samſtag nach *S. Laurencien* tag 1452.

s) *VVir* Friderich — *Röm. Kaiſer* — *daſs vvir von vvegen der Edeln*, Philips *und* Philips, *Gebrudern*, *Herrn* zu *VVeinſperg*, *unſer und des H. R. Erb-Camerer* — *etvvan des Edlen*, Conrads, *Hern zu VVinſperg*, *ſeligen Sune*, *die noch nicht zu irem iaren kommen ſein*, *und durch ire frunde gebeten ſind*, *daſs vvir ihnen alle* — *gnade*, *freyheite* — *privilegien* — *die ir Vordern und Vatter ſeliger herbracht haben* — *zu beſtetigen* — Neuſtadt 1452, Sontags nach Bartholom.

t) *VVir* Dieterich *E. z. M.* — *daſs vns der Edel* Philips. *Herr* zu *VVinſperg*, *unſer lieber Oheim*, *des H. R. R. Erbecamerer* — *furbracht hat*, *vvie er* — *das Schloſs* zum Stein *genant*, *dem Veſten* Gotzen *von* Berlichingen — *zu kauff geben* — Mergentheim vigil. Iacobi 1454.

u) Vid. lit. *w*) & *x*) ſequentes.

v) Vid. lit. *t*) præcedentem.

w) *VVir* Albrecht — *Adminiſtrator bekennen* — *daſs vvir dem Edlen* — Philipſen, *Herrn* zu *VVinſperg*, *dem iungern*, *dieſe hernach geſchriebene Sloſſe und güter zu rechten Manlehen geliehen han* — 1483 am Montag nach S. Vlrichs tag.

VVir Berthold *bekennen*, *daſs vvir dem Edlen* — Philipſen *Herrn* zu *VVinſperg*, *dem iungern*, *dieſe hernach geſchriebene Schloſs und gütere zu rechten Manlehen geliben*, *und in maſſen ſie ſin Vater*, *und hernach* Philips, *der alter*, *des H. R. Reichs Erbcamerer*, *ſin Bruder*, *die von unſern Vorfarn* — *zu lehen empfangen gehabt*, *und in der teilung zvviſchen den gedachten Brüdern geſchehen*, *uff den genanten* Philips *den iüngern kommen ſint*, *mit namen* — 1497 die natiuit. B. V.

x) *VVir* Berthold *E. z. M.* — *daſs vvir aus ſonderlicher zuneigung*, *ſo vvir zu den VVolgebornen und Edlen*, *unſerm lieben Neven*, Philipſen, *dem eltern*, Herrn *zu* Weynſperg, *des H. R. Reichs Erbkemerer*, *und* Eberharden *von* Eppenſtein, *Herrn* zu *Königſtein und Mynzenberg*, *haben und tragen* — *zvviſchen int* — *ein Sacrament und fruntſchaft der H. ehe auff heute* — *abgeredt*, *vertedingt*, *und beſchloſſen haben* — *Nemlich zum erſten*, *daſs der obgen.* — von Weynſperg, *von ſein und ſeiner ehelichen gemahel vvegen*, *izt in unſern* — *beyvveſen die VVolgeborn* Katherina, *ſein eheliche tochter*, *offentlich gegeben und in unſer handt dargeſchlagen hat dem obgen. unſerm Neven* von Konigſtein, *ime die zu eynem ehelichen gemaheln zu haben.* *Und zu ferner volfurunge* — *dieſer ehe* — *haben beyde* — von Weynſperg *und* Kunigſtein *vervvilliget und zugeſagt*, *daſs zvviſchen obgen. eheluten* Eberharten *und* Katherinen *zum allerfurderlichſten durch ire eigen perſon der handtſchlag und glubde unverhindert geſcheen*, *und darnach der Kirchgangk und beyſchlaff auch zum furderlichſten*, *ſo e-ſt das das ſein mage* — *follenſtrecket vverden ſoll* — *Ferner iſt beredt*, *ob dem obgen.* — von Weynſperg, *izunt dem ältern*, *ſein ehlich gemahel todes halber abginge*, — *und derſelbe* — *ein ander gemahel neme*, *und mit derſelben*, *oder der izigen ſeinem ehelichen gemaheln ehelich Manserben* von Weynſperg *gevvonnen verlies*, *ſo ſolt das obgemelt Frevvelin mit den 3000 gulden zugelts geſetiget*, *verzigen*, *und von der Herrſchafft* Weynſperg *abgeſchieden ſein* — Moguntiæ ſabbato poſt feſtum D. Martini 1498.

VVir Carl *durch Gottes gnaden*, *Ervvelter Römiſcher Keyſer* — *bekennen*, *daſs der Edel* — Eberhard *Grav* zu *Königſtein*, *Herr* zu *Eppenſtein* — *bitten laſſen*, *daſs vvir ihm alle lehen*, *ſo der* — Philip *der älter von ſein ſelbs*, *und* Philip *der iünger*, *Herrn* zu *VVeinſperg ſeines Bruders vvegen*, *von vveiland* — Maximilian — *zu lehen empfangen und getragen hat*, *und in kraft eines Teſtaments* — *durch die* — Catherine *von* Weinſperg, *des genanten* Philipſen *Herrn* zu *VVeinſperg elich tochter*, *ſeine gemahel*, *ahn die ſolches alles erblich gefallen*, *uffgericht und gemacht* — Worms 31 Maii, 1521.

* * *

Conradus
Dominus de VVeinſ
a) monaſterio *lucida Stella* an. 1308 &

b) Engelhartus,
occur. 1328, 1331, 1335 **b)* 1367 ***b)*

b) Conradus,

f) Engelhardus,
g) occur. ab an. 1367 – 1413.
h) Praſes iudicii aulici Caſarei.
i) † iam an. 1417.
k) vx. *Anna*, Comes Leiningenſis,
l) fil. *Emichonis* Comitis Leiningenſis & *Lucardis* Falckenſteiniæ.
occur. an. 1403, 1410.

f) CONRADVS,
occur. an. 1367.
Archiepiſcopus Moguntinus.

f) Con

Conradus,
m) occur. ab an. 1403 – 1446.
n) primus e gente ſua hereditarius Imperii Camtrarius,
o) Protector concilii Baſileenſis.
p) † iam an. 1452.
vx. 1) *Anna de Hohenloe,*
q) occur. an. 1403, 1413.
2) *Anna de Henneberg,*
VVilhelmi III & *Anna* Brunſuicenſis fil. *
n. 1421.
d. an. 1434. *r)* occur. an. 1446.

* vid. Spangenberg *chron. Henneb. lib.* 5 c.

Spangenberg *l. d.*

1

a) Eliſabetha,
vx. *Erici*, Ducis Saxoniæ inferioris,
occur. an. 1443, 1452.

2

s) Philippus,
ſenior dictus,
t) occ. an. 1452, 1454*, 1497**, 1498.

v) occur.

x) Catharina,
† an. 1538.
vltima ſua ſtirpis.
vxor *Eberhardi* de *Königſtein*,
familia ſua vltimi,
deſp. an. 1498.

a) Albertus *D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus* — *Quapropter ad vniuerſorum notitiam cupimus peruenire, quod nos deuotis deuotarum in Chriſto ſanctimonialium monaſterii de* Clara Stella *Ordin. Ciſterc. precibus annuentes, bona, que dilectus fidelis noſter*, Conradus *de* Winſperg, *& progenitores ſui a nobis & Imperio in feodo tenuerunt, & prefato monaſterio contulerunt, ipſi monaſterio concedimus proprietatis titulo poſſidenda, facta nobis & Imperio per dictum* Conradum *de bonis aliis compenſatione* — *Datum in Schafhuſen II Kal. April. indictione VII, anno Domini MCCC octauo, regni noſtri anno decimo.* Vid. *Beſoldus* in document. rediuiu. monaſter. *Liechtenſtern* tom. 2 n. 5 p. 435.

Ich Cunrat *von* Winſperg, *der älter, veriehen offenlich vnd tun kunt allen den, die dieſen brieff ſehend oder horend leſen, daſs ich mit guotem vvillen vnd gunſt aller miner erben, luterlich durch Gott vnd durch vnſere ſeele, vnd auch durch aller vnſer Vordern ſelen vvillen han geben aigenlich vnd frilich, vnd mit allem recht, den Erſamen Frauven, der Samenunge, dem Conuente, vnd dem Cloſter gemeinlichen zue dem* Liechtenſtern, *grauves Ordens, das in VVirtzeburger Biſtum gelegen iſt, alle vnſer lut, vnd alle vnſer gut, vnd alle vnſer recht, vnd alles vnſer vvingelt, vnd alles vnſer pfenning-gelt,* — *die vvir han* — *in dem vvilre zu* Didinbach, *vnd in derſelben marckh* — *Der brieff vvart geben do man zalt von Gottes geburt drinzehenhundert iare, vnd in dem ailiſten iare, an der mittevvochen vor S. VValpurgen tag.* Vid. *Idem* l. d. n. 6 p. p. 436 & ſeq.

Ich Engellhart *von* Winſperg — *bekhenne* — *an dieſſem brieff,* — *daz ich mit vvolbedachtem muth vnd mit gutem rathe des Edlen Herrn, myns lieben Bulen, Marggraven* Friderichs *von* Baden, *han luterlich durch Gott, vnd durch mines Vatters ſeel. ſeele vvillen* — *darzu geben* — *miten guten vvillen vnd gunſt, das min gename Herr* Conrad *von* Winſperg *hat geben eygentlich,* — *den Erſamen geiſtlich Frauven* — *dem Convent, vnd Cloſter zu dem* Liechtenſtern — *Geben do man zalt von Gottes geburtt druzenhundert iahre, vnd darnach in dem zvvölfften iahre an S. Gallen tag.* Vid. *Idem* l. d. n. 7 p. 438 & ſeq. Excitauit autem parthenonem hunc an. 1242 *Lucardis* e Pincernis *Limburgenſibus*, *Engelharti* de *VVinſperg*, vulgo der *Roth* dicti, vidua. Vid. vetus de eo narratio, quam idem dedit *Beſoldus* l. d. n. 1 p. 423 & ſeq.

b) VVir Engelhart, Cunrad, *vnd* Engelhart *von* Wynſperg, *gebrüdere, bekennen* — *daſs vvir vmb* Nydenaw, *Burg vnd Statt, vnd alles, vvas da*

...erg,
...1311 varia bona confert.

b) Engelhartus,

b) Conradus,
c) † iam an. 1328.
d) vx. *Lucardis* de *Bruberg*,
fil. *Ebirhardi* de *Bruberg* & *Mechtildis* Com. de Waldeck.

e) Conradus,
occur. ab an. 1330 – 1357.

Elisabetha;
vx. *Hartmudi* de *Cronberg*,
vidua iam an. 1347.

Wir Iohann von Beldersheim *Ritter*, *vnd* Katharina, *myn eliche Wertin*, *bekennen* — *vnd an gesigens hat*, *durch myn* Iohann *bede willen*, *der Edeln Frauwen* Elsen von Winſperg, *etwan eliches Wertinne Herrn* Hartmunde von Cronenberg, *Ritters* — 1347, *feria ſexta ante feſtum Pentecoſtes*.

...dus.

...g p. 210.

2

...) Philippus,
iunior dictus,
... 1452, 1483, 1489, 1497.

zu gehoret, *gut vnd lant*, *als ſie vnſer* Bruder *ſelige*, Cunrat *von* Winſperg, *verkauſſt hat vnſerm Oheim*, Conrat *von* Hohenriet — 1328 in vigilia Matthæi.

VVir Engelhart, Cunrad, *vnd* Engelhart, *gebrüder von* Winſperg, *bekennen offenliche an dieſem brieve*, *vnd tun kont allen den*, *die in ſehen*, *leſen*, *oder hörent leſen*, *vvan der Edel vnſer lieber Vatter ſelige*, *Herr* Cunrat *von* Winſperg, *den Erbarn vnd Gaiſtlichen Frauven* . . . *der Aeptiſſinne vnd dem Convente gemeinliche der Frauven des Cloſters zu dem* Liechtenſterne *gabe*, *vnd geben hat recht* — *Der vvart geben*, *da man zalte von Gottes geburte druzehenhundert iar*, *vnd ein vnd driſſig iar*, *an der Mitvvochen vor Sant Michels tage.* Vid. *Beſoldus* l. d. n. 8 p. 441 & ſeq.

*b) *Ich* Engelhart Her *von* Winſperg, *Herrn* Conrad *des alten von* Winſperg *ſeligen Sone*, *tun kunt*, *daſs ich bedacht han groſſe ſchult vnd komer*, *damit die Herſchaſt von* Winſperg *gegen Chriſten vnd Iuden vff groſſen tegelichen ſchaden beſallen vnd beſchvveret vvas vnd noch iſt*, *vnd die mein Vater vorgenant*, *vnd mein Bruder*, *Her* Conrad *ſelig*, *mins Neve* Conrat *Vater*, *allermeiſt gemacht hatten* — 1335, *den nehſten Dienſtag nach S. VValpurgen tag.*

**b) *VVir* Engelhart, Her *zu* Winſperg, *der alt*, Engelhart, Conrad, *vnd* Conrad *ſine Sone* — 1367 feria 3 poſt Andreæ.

VVir Gerlach *Erzbiſchof* zu *Mentz* — *vnd derſelbe* Engelhart *von* Winſperg; Engelhart, Conrad, *vnd* Conrad *ſine Sone* — 1367 feria 2. poſt Catharinæ.

c) Vid. lit. *b)* præcedentem n. 1, & *b*)* Si non ipſo hoc anno 1328, certe non multo ante obiit.

d) *Ich* Luckard *von* Bruberg, *eliche Frauvve* Gotfrids *von* Eppinſtein *des iungen*, *bekenne*, — *daſs ich* — *han gelobt* — *vvere es*, *daſs mir übele geſchehe*, *daſs ich abegienge von todes vvegen*, *vnd nicht kinder ader erben hette mit mym Bulen*, Gotfrid *von* Eppenſtein, *dem iungen*, *daſs* Conrad *myn Sone*, *oder myn nehſten erben*, *die myn gut*, *das vff mich erſtorben iſt von Herrn* Ebirhart, *Herrn* zu *Bruberg*, *mym Vater*, *vnd Herrn* Conrad *von* Winſperg, *etvvan myn elichen Manne*, *dem Got genade* — 1330, in die decollationis Ioannis Bapt.

VVir Gotfrid *von* Eppenſtein, Luckart *von* Bruberg, *ſin elich Husfravv*, *bekennen*, *daſs vvir han gelobt* — *fur ſoliche vverſchaſt vnd verzig*, *als* Conzelin *von* Winſperg, *vnſer vorgeſchrieb.* Gotfrids *Stieff-Sone*, *vnd myner der vorgen.* Luckart *rechter*

ter Sone, *ſall dun* — *als er zu ſinen tagen komt* — 1333, die Gregorii Papæ.

VVir Eberhard *Grav* zu *VVertheim* -- *vnd vvir* Conrad *Herr* zu *VVinſperg* — *daſs vvir* — *mit vvillen der Edeln* Luckard, *Fravv* zu *Eppenſtein*, *vnſer Grav* Eberhards *Muhme*, *vnd vnſer* Conrad, *Herrn* zu *VVinſperg*, *lieben Mutter* — 1357.

f) Vide lit. ***b*) præcedentem.

g) *VVir* Engelhart *vnd* Conrad, *vnſer Son*, Herrn *zu* Winſperg, *bekennen* -- *daſs vvir fur alle iare*, *ierlichen des Ervvurdigen in Gott Vatters vnd Hern*, Conrad, *etvvan Erzbiſchofs zu Mentze*, *vnſers lieben Hern Bruders vnd Vettern*, *dem Gott gnade*, *begeben ſollen zvviſchen S. Michels vnd S. Martins tag &c.* 1413 in die S. Vlrici Epiſcopi. Fidem ſcilicet faciunt, ſe pro anniuerſario *Conrado* Archiepiſcopo, fratri & patruo, quotannis rite inſtaurando, XII libras æris ponderis Moguntinenſis Decano, Collegioque metropolitano Moguntinenſi cenſus annui loco debere.

h) *VVir* Engelhart *Herr* zu *VVinſperg*, *des Allerdurchl.* -- *Herrn* Ruprechts -- *Rom. Konigs* -- *Hoferichter*, *vnd vvir* Anna *von* Wynſperg, *geborn* von *Lyningen*, *ſyne eliche Husfravve* -- *bekennen* -- 1403, Veneris ante diem S. Ioannis Bapt.

i) *VVir* Iohann *E. z. M.* — *bekennen*, *daſs der Edel* Conrad *Herr* zu *VVinſperg*, *vnſer lieber Svvager*, -- *zu rechten Manleben von vns empfangen hat die Veſte* zum Steyne — *dieſelbe lehen* „ *ſin Vater ſelige* — Gernsheim in die S. Seuerini 1417.

k) Vide lit. *h)* præcedentem.

VVir Iohann *E. z. M.* -- *bekennen* — *als die Edeln*, Engelhart *Her* zu *VVinſperg*, Anna *von* Liningen, *ſin eliche Husfravve*, *vnd* Conrad *Her* zu *VVinſperg*, *ir Sone*, — *vns die Burg vnd Schloſs* Winſperg — *verkaufft vnd ingeben han* — *des han vvir dem egenant.* Conrat, *Hern* zu *VVinſperg*, *ein virtel an dem vorgenanten Schloſs* Winſperg *vvider zu loſen geben fur* . . . *gulden*, *der vvir bezalt ſint* — *vnd vvere es*, *daſs die* — Engelhart, Anna, *ſin eliche Husfravve*, *vnd* Conrat, *ir Sone*, *die andere drei Viertel an dem vorgen. Schloſs* — *vvieder kauffen vvolten*, *des ſollen vvir* -- *jn geſtaden* -- Eltvil in die B. Gregorii Papæ.

l) *VVir* Engelhart *Herr* zu *VVinſperg* — Anna *von* Liningen — *vmb ſolche phandſchaft*, *als vvir ingehabt* -- *an den gutern gelegen am Rhein* — *mit nahmen* Cransberg, Kelſterbach, -- *die vns ankommen ſint von der Edlen Fravven*, Luckarden *von* Liningen, *geborn von* Falckenſtein, *vnſer lieben Svvieger vnd Mutter ſel. als ihr die* — *vor ihre heimſtevver zu dem Edlen* — *Graf* Emich, *Graf* zu *Liningen*, *vnſern lieben Schvveher vnd Vater ſel. verſetzt vvurden* — 1403.

m) Vide lit. *g)* & *h)* præcedentes, & lit. *r)* ſequentem.

n) *Ioannes* Archiepiſcopus Moguntinus, primo ſtatim ab obitu *VVernheri*, *Falckenſteiniorum* vltimi, anno, 1419 ſcilicet; *VVir* Iohann *E. z. M.* -- *bekennen*, -- *als der* -- Sigmund, *Romiſcher Konig* — *dem Edlen* Cunraden, *Herren* zu *VVinſperg*, *des H. Rom. Riches Erb-Camerer*, *vnſerm lieben Svvager* — *die Statt* Winſperg -- *zu einem evvigen Mannlehen* -- *verlihen hat* — 1419, 25 April.

o) *Aeneas Silnius* lib. I hiſtor. concil. Baſil. p. m. 7; *Oratores Cæſarei* — *prius tamen multum rogati*, *multumque ſtimulati*, *Baronem magnanimum & apprime inſignem*, Conradum Winſpergenſem, *ex mandato regio Protectorem ſacro Concilio & omnium Patrum defenſorem dederunt.* & lib. 3 p. m. 114; Conradus *de* Winſperg, *Romani Imperii hereditarius Camerarius*, *annis & ſenſu ſenex.*

p) Vid. lit. *s)* ſequentem.

q) *VVir* Margaretha *Grávin* zu *Schvvarzburg*, *von* Brauneck *geborne*, *bekennen mit dieſem offenen brieff für vns vnd alle vnſere erben vnd nachkommen*, *vnd thun kund allermanniglich*, *als ſich die Edlen VVolgebornen Graff* Iohanns, *Graff vnd Herr* zu *Schvvarzburg*, *vnſer lieber Schvvehr*, *Graff* Heinrich, *Graff vnd Herr daſelbſt*, *vnſer lieber Hausvvirth*, *vnd Graff* Günther, *Graff* vnd *Herr daſelbſt*, *vnſer lieber Schvvager*, *verſchrieben*, *verſigelt*, *verbriefft haben gegen den Edlen* Conrad *Herrn* zu *VVinſperg*, *vnſern lieben Vattern* (Vitricum intelligas) *vnd gegen der Edlen VVolgebohrnen Fravven*, Anna *von* Winſperg, *gebohrn* von *Hohenloch*, *ſeiner ehelichen Hausfravven*, *vnſer lieben Mutter* -- *Datum im iahr* 1403 *am Sontag vor Petri Stuhlfeſt.* vid. *Lunig* ſpicileg. ſæcul. *des Teutſchen Reichs-Archivs* part. I ſect. 14 n. 31 p. 290. conf. etiam tabulas de bonis inter matrem & filiam diuiſis n. 32 p. 291.

VVir Iohann *E. z. M.* — *bekennen*, *als der Edel* Conrad, *Herr* zu *VVinſperg* — *die Edele Fravve*, Annen, *geborne* von *Hohenloch*, *ſin eliche Husfravve*, *vff etlichen* — *guden bevviſet hat* — — 1413.

r) *VVir* Dieterich *E. z. M.* — *bekennen*, *daſs vvir den Edlen* Conrad *Herrn* zu *VVinſperg*, *Erbcamerer*, *vnſerm lieben Oheim*, *gegonnt vnd erlaubt han* — *daſs er die VVolgeborn Fravve*, Annen *von* Winſperg, *geborn* von *Henneberg*, *ſin eliche Gemahelen*, *bevviſen vnd bevviddemen moge vff* -- Biſchofsheim Iouis poſt D. Petri 1446.

poſt Prouiſoris tantū habetur loco.

dem, vt quem elegerant Archiepiſcopum, poſt Prouiſoris tantum ſiue Adminiſtratoris loco haberi vellent. Patet id ex litteris tum ipſorum, tum Conradi. Ipſorum quidem, dum Præfectis, Iudicibus, Conſulibus, Scabinis oppidorum Archiepiſcopatus, aliiſque ſignificarunt, ſe Conrado, quem ante elegerint Archiepiſcopum, vt Prouiſori, adminiſtrationem Præſulatus Moguntini in eccleſiaſticis æque ac ciuilibus commiſiſſe. Illi igitur, tanquam Adminiſtratori atque Tutori, ſacramentum dicerent, dictoque audientes eſſent. Quod ſi confirmetur a Pontifice, vel prouiſione Apoſtolica Sedem ineat, tum illi, tanquam Archiepiſcopo, iuſtos obſequii, imperiique titulos deferrent *.

* *Daſs ſie dem obgenandten Herrn* Conrad *von* Winſperg, *als unſerm und des Stifts zu Mentze rechtem gemeinen „Adminiſtrator, Vormunder, Montbar, und Proviſor„, hulden, globen* &c. — *Wer es aber, daſs der obgenant Her* Conrad *von* Winſperg, *den wir vormals, nach tode des obgenanten Ertzebiſchoff Adolfs ſeliger, von rechte und gewonheit unſers Stifts, „zu unſern und des Stifts zu Mentze Erzbiſchoff einmutelichen gewelt und gekoren han„, als da vorgeſchriben ſtet, von unſerm Heiligen Vater dem Pabeſt beſtedigt* &c. Conf. codicem Diplomaticum.

Conradi vero, dum Archiepiſcopi electi titulum ſibi haud circumpoſuit, cum ſe dominica *Miſericordias Domini* dicta Collegio principi certa obſtringeret pactione, ſed Prouiſorem tantum Moguntini Archiepiſcopatus ſeſe appellauit *; ſimul vero promiſit, ſi forte haud probetur a Pontifice, & alius quidam a curia Romana Sedi Moguntinæ deſtinetur Archiepiſcopus, tum ſe ſine Præpoſiti, Decani, totiuſque Capituli conſenſu nullam cum eo tranſactionem initurum; Præpoſitum item, Decanum, ceteroſque habiturum indemnes, ſi fortaſſis beneficiis exuantur, vel aliud quid damni faciant, propterea quod ſuis ſuffragiis Adolfi in locum ſe renuntiarint Archiepiſcopum.

* *Wir* Conrad *von* Winſperg, *Vermunder des Stifts zu Mentze* &c.

Veriſimile prorſus eſt, Pontificem tum in animum induxiſſe, Sedi Moguntinæ prouiſione, vt loquuntur, Apoſtolica præficere Antiſtitem.

qua anno electus ſit.

† 5) Electus autem ſuit anno MCCCXC, non, vt auctor habet *Serarius*, an. MCCCLXXXVIII. Vtrum Heiligenſtadii electus ſit, quod *Dieffenbachius* in catalogo mſcr. tradit, cum dubium mihi videatur, in medio relinquo.

eligitur ſenex.

6) Ceterum prouectæ iam ætatis erat, cum Adolfi ſubſtitueretur in locum. *Trithemius* teſtis eſt; quippe cui in chronico Hirſaugienſi ad an. MCCCLXXXVIII p. 286 *vir ſenex audit & bonus.* Fortaſſis ipſe huc alludit, dum in diplomate, de quo infra ad § III n. 3. ait; *Nos igitur, qui licet* circa vndecimam horam gratia diuina vocati venimus, *volentes* &c.

a Pontifice confirmatur.

7) Sedenim, cum rebus ita habentibus Prouiſoris ſiue Adminiſtratoris in ſe ſuſcepiſſet partes, pactione certa, vt modo dictum, Collegio metropolitano ſeſe obſtrinxit. Dein miſſis ad Papam Legatis, ſplendidis quidem ſibique propinquitatis vinculo coniunctis, rem eo deduxit, vt & pontificii muneris adipiſceretur procurationem, & quod donari ſolet pallium.

8) Cum ita confirmatus fuiſſet, Præpoſitus, Cantor, vniuerſumque ad ædem metropolitanam Collegium, litteris dominica poſt diem Petro & Paulo Apoſtolis ſollemnem ſcriptis, ſingulos & omnes, qui bona commodaque ab Sede Moguntina clientelari tenebant iure, commonuerunt, vt primo quoque tempore eadem a Conrado fide reciperent beneficiaria, eiuſdemque in verba ſacramentum iurarent.

permiſſu Capituli populo bonorum viceſimam imperat.

9) Et ſic pleno iure Archiepiſcopatum iniit. Cum vero multum impendii in legationem pro confirmatione obtinenda ad Pontificem miſſam factum eſſet; Archiepiſcopatus adhæc in tantum æs alienum incidiſſet, vt ſine tributaria quadam populi penſione nominibus ipſe ſoluendis minime par eſſet, Capitulum tabulis die naſcenti Deiparæ ſacra confectis permiſit, vt bonorum viceſimam ſingulis & omnibus Archiepiſcopatus ciuitatibus, oppidis, vicis, villiſque imperaret.

II Anno eius primo inierant inter ſe fœdus quoddam ciuitates LXXII in quibus etiam Moguntina, Spirenſis, Wormatienſis, Franckfordenſis; quæ dum contra Rupertum Palatinum progrediuntur, male ab eo mulctatæ ſunt. Multis enim trucidatis, cepit ex iis ille ſemel ſexaginta, qui nocturno tempore villis & pagis incendendis fœde admodum graſſati erant. Omnes in ardentem calcariam fornacem coniici mandauit, vt flammis luerent, qui flammarum tantum excitaſſent. Francofurdenſes tamen adhuc annno MCCCLXXXIX eccleſiaſticæ libertati moleſtiam excitabant: ſed eorum ab Conrado compreſſi conatus. Inuaſerunt in quandam Dominorum de Cronberg ſiluam: arbores exciderunt, decorticarunt, combuſſerunt. Sed Domini illi a CCC Palatini equitibus adiuti, pluſquam talionem ilico retulerunt, cum ad villam Praunheim iis occurriſſent, nonnullos occidiſſent, DCCXIV cepiſſent, in fugam ceteros egiſſent, vti refert MSL. & in Sponheimenſi Chronico *Trithemius*: ſed captos tantum dicens DC, & occiſos C.

v. n. 72 in Adolfo.

1) Enimuero ex dictis patet, quæ *Serarius* auctor § hoc de bello ciuitatum Rhenenſium aduerſus Rupertum Palatinum ſubiungit, ad ea tempora, queis Conradus pedum Archiepiſcopale geſtauit, haud pertinere, ſed ad deceſſoris Adolfi. Cladem itidem Francofurtenſibus a Palatino illatam ante iam contigiſſe, quam Conradus ad titulos Moguntinenſes

Edit. I p. 867

penſes adſumtus fuit: vt adeo perperam ille dicat, Conradum conatus eorum compreſſiſſe.

potit regalia a Cæſare

2) Is alioquin anno ſequenti MCCCXCI conceſſit in Boiemiam, a Cæſare ius regalium, veterumque diplomatum ac priuilegiorum ſanctiones, vt moris eſt, petiturus. Ante vero, quam iter ingrederetur, circumſpectæ fidei viros ac conſiliorum ſanctiorum participes, *Nicolaum* de *Lapide* & *VVernherum Knebel*, Canonicos Moguntinos, qui vice ſua domi rem adminiſtrarent, prouide conſtituit, facto que dominica poſt diem aſſumptæ B. Virgini feſtum Aſchaffenburgi decreto, omnes & ſingulos eisdem dicto audientes eſſe iuſſit. Similiter *Ludouicum* de *Bensfurte*, Decanum Rodenbergenſem ac Canonicum Fritzlarienſem Erfordiam miſit, vt *allodii* (ſic in litteris ipſe loquitur) Moguntini curam, Prouiſoris titulo, ibidem ageret. *Nicolaum* vero de *Sawelnheim*, ad D. Stephani Decanum, virum & doctrina & morum integritate in paucis excellentem, ad vicariam in eccleſiaſticis operam elegit, ſibique adſciuit.

impetrat ea,

3) Impetrauit autem iura regalia, vna cum omnibus Sedis Moguntinæ honoribus, die VII menſis Septembris, *ſceptro regali, & aliis ceremoniis inueſtitus*, vti *VVenceslaus* peculiaribus tabulis, ipſo hoc die confectis, teſtatum facit.

cum Palatinis Rheni fœdus icit,

4) Reuerſus, eccleſiæ ſuæ ſtatu ſic exigente, cum Comitibus Palatinis ad Rhenum, *Ruperto* patre Electore, & filio *Ruperto*, Septemviratus tum Herede, poſt Wenceslai in locum euecto, Principibus & potentia & rerum geſtarum gloria ſpectatiſſimis, mutuum iniit fœdus; tabulis, quibus id comprehenſum, die Mercurii poſt D. Martini ſollemnitatem, editis.

it. cum ſodalitate zu dem Kolben,

5) Dein vero cum pluribus aliis. Et quidem mox paullo cum Sodalibus, qui ſe vulgariter *zu dem Kolben* appellabant. Litterarum enim, quibus ſe eis deuinxit, clauſula docet, actum id dominica poſt feſtum B. Martino diem.

& nonnullis aliis.

6) Inde cum *Eberhardo* & *Diethero*, Comitibus de Cazenelenbogen, *Philippo* de *Falckenſtein*, Domino *de* Münzenberg, *Ioanne*, Domino *de* Iſenburg *in* Büdingen, nec non *Vlrico*, Domino *de* Hanau. Tabulis dominica poſt diem Virgini Deiparæ in vtero conceptæ ſacrum Dieburgi confectis modus fœderis, vt compoſitus erat, conſignatus eſt.

ſodalitatem a vulpe dictam in patrocinium recipit.

7) Valuit id eo, vt anno ſequenti MCCCXCII, cum Socii, qui ſeſe a vulpe nominabant, *Geſellen mit dem Fuſche*, Principum potentia auctoritateque præditorum circumſpicerent patrocinium, ipſe potiſſimum is eſſet, ad quem oculos animumque referrent. Vti ſane illius, Comitumque Palatinorum Rheni præſidio ſe pleni fiducia commiſere. quod factum die poſt Hypapantem ſecunda. Cum fuerint antiquitate generis omnes ac ſinguli haud incelebres, non pigebit initium litterarum, quo ſua edidere nomina, huc apponere. *VVir Dielmann, Her zu Heynzenberg, Roſt* der *Marſchalck, Iohann* von *Lewenſtein, Syfrid* von *Oberſtein, Brenner* vnd *Iohann*, gebrüder *von Steyn, Roſt* von *Schonenburg, Iohann* vnd *Philipps Boos*, gebrüder *von VValdeck, Philip* von *Ingelnheim, Endres* von *Oberſtein, Henne Marſchalck, VVilhelm Flach* von *Schvvarzenberg, Giſt* von *Stege, Brenner* von *Stroemberg, VVilhelm* vnd *Henne* von *Schonberg*, gebrüder, vnd *Heinze* zum *Iungen* von Menze, *Geſellen mit dem Fuſche* &c.

Nobiles quoſdam componit.

8) Hæc dum fiebant, grauiter inter ſe diſcordabant hinc *Dietherus* de *Gemmingen* & *Eberhardus* de *Nyperg*, inde *Guilielmus* de *Saxenheim* & ſocii, omnes nobilitate generis in primis clari. Vt poſitis odiis in concordiam redirent, Conradus, qua polluit ſollertia, auctoritateque perfecit. Loquuntur id factæ reconciliationis tabulæ, die poſt Antonii feſtum dominica confectæ.

VVimpinam & Heilbronnam in patrocinium ſuſcipit.

9) Sequentibus diebus Wimpinæ & Heilbronnæ, ciuitatibus in Sueuia Imperialibus, gratiam fecit perinſignem. Videbant eæ, ſe ſine potentiorum præſidio ſaluas eſſe haud poſſe. Per Conradum igitur & Rupertum tutari, conſeruarique cupiebant. Annuit tum Conradus, tum Rupertus. Litteræ, quibus eiſdem tutela promiſſa, datæ die Mercurii ante diem D. Georgii dicatum memoriæ.

cum Badenſi fœdus ferit.

10) Sedenim altius inter hæc perſpiciens Conradus, ſuis expedire rebus, ſi ipſe & Badenſis bene iunctam inter ſe facerent ſocietatem, paullo poſt cum Marchione *Bernhardo* percuſſit fœdus, illius ſibi aduerſus hoſtes deſpondens auxilia, eademque eidem promittens. Exceptum tamen iſto, ne Conradus ea debeat aduerſus Imperatorem, Imperium, regnum Bohemiæ, Treuirenſem, Colonienſem, Brandenburgicum, Bambergenſem &c. Badenſis vero, aduerſus Argentoratenſem, Spirenſem, *Ioannem* auum, *Ioannem* auunculum, & *Ioannem* matruelem, Comites Sponheimenſes, Marchionem Hochbergenſem, *Ioannem*, Abbatem Weiſſenburgenſem, *Fridericum* vtrumque Veldentinum, *Dietherum* Catimelibocenſem, *Henricum* Saarwerdenſem. *Ludouicum* & *Fridericum* Comites Oetingenſes. Codicillorum datum eſt, Lunæ ante almam Pentecoſtes.

litem de Præpoſitura Spirenſi ſonat.

11) Poſt diſſidio, quod Spiræ Nemetum inter *Gerhardum* Catimelibocenſem, ædis cathedralis Præpoſitum, Decanum itidem & Canonicos ex vna, nec non *Georgium* Veldentinum, Chorepiſcopum Treuirenſem, ex altera, de Præpoſitura feruebat, ſedando componendoque admouit manum. Cum enim per ſe pacis eſſet ſtudioſus, tum quidem ab vtraque parte lectus erat arbiter. Iudicauit autem ſecundum *Gerhardum*, & ſic feliciter rem deduxit ad concordiam; vt ex litteris peruigilio D. Bartholomæi perſcriptis patet.

12) Ab his ad curas verſus eccleſiaſticas, Collegio ad *D. Ioannis* Ameneburgi facilem ſe præbuit, nec parum eidem ad fortunarum ſecuritatem contulit præſidii, ad religionis vero nitorem ornamenti. Caruerat id vſque huc *Scholaſtico*, vt vocant, & *Cantore*. Quibus cum opus eſſe videretur, vtrique locum dare decreuerant Canonici, certis, quibus ambo fruerentur, ac dignitatem decenter ſuſtinerent, reditibus conſtitutis. Probauit hanc

illorum

Edit. I p. 867

illorum ſollicitudinem Conradus, ac edito diplomate non rata ſolum habuit ac firmauit, quæ creuerant, verum etiam tam Scholaſtici quam Cantoris electionem eisdem conceſſit. Fritislariæ hæc acta feria III poſt feſtum Michaelis Archangeli.

III Irrepſit Moguntiam hiſce temporibus Waldenſium hæreſis, adeo vt ea infames XXXVI ciues Bingam abducti, & ibidem igne plexi ſint.

Waldenſes perſequitur

1) Eſt ita. Waldenſium plures Moguntiam clam furtimque tum inſederant. Quod cum ægerrime ferret Conradus, eodem hoc anno (MCCCXCII) vtrique ſuorum Vicariorum, *Friderico*, Epiſcopo Tullenſi, & *Nicolao* de *Saulheim*, Decano ad D. Stephani, illi, in pontificii muneris procuratione, alti, in rerum eccleſiaſticarum poteſtate administranda, nec non *VVaſmudo*, Plebano altaris S. Crucis ſiue Parocho ad ædem maiorem negotium dedit, in eos inquirendi, reos vel ſuſpectos, cuiuſcunque etiam ordinis ſint ac dignitatis, capiendi, in carceres coniiciendi, in quæſtionem dandi, puniendi, & ad vltimum poteſtati iudicis ciuilis tradendi. Litteras ipſas dedi alias inter in codice Diplomatico. Sex & triginta reos factos, deprehenſosque, Bingæ feralibus flammis exuſtos, iam dixit auctor. *Dieffenbachius* vero id eodem hoc anno factum adnotauit in catalogo.

de pace publica cum nonnullis fœdus facit.

2) Anno, qui ſequebatur, MCCCXCIII. varias res ſobrie rurſus, dextreque accurauit. Prima facile erat pacis publicæ per terras Haſſiæ & Weſtphaliæ communi bono conſtituendæ negotium. Graſſabantur enim paſſim & per omnia loca impune prædones; illi vero, quorum curam res iſta tangebat, tantis malis fere indormiebant. Fuere autem, quibuscum illam conſtituit, *Rupertus*, Reguli Montenſis filius, Epiſcopus Paderbornenſis tum electus, *Otho*, Dux Brunſuicenſis, *Balthaſar* Landgrauius Thuringiæ, Miſniæque Marchio, nec non Haſſiæ Landgrauius *Hermannus*. Negotio extrema manus acceſſit die Veneris poſt memoriam Dorotheæ virginis celebratam, vt tabulæ, quas l. d. exhibui, oſtendunt.

Ordines mendicantes certis legibus coercet.

3) Ab his ad res eccleſiæ ſuæ emendandas ſe conuertit. Ordines enim, qui εὐαγχείας titulo vulgo a Benedictinis, Ciſtercienſibus, aliisque diſtinguebantur, & *Sodales* dicebantur *mendicantes*, Dominicani ſcilicet, Eremitæ *D. Auguſtini* diſciplina inſtituti, & familiæ *B. M. V.* de monte Carmeli alumni, plus ſibi ſumebant, quam licebat. Vbique ſemetipſos intuliſſe, ac ſine vllo eorum, quorum intererat, præſcitu atque conſenſu, quorumcunque ad ſe confluentium exomologeſes excepiſſe dicit Conradus. Quam licentiam vt cohiberet, graue edictum, feria IV ante dominicam *Reminiſcere* vulgo dictam, interpoſuit, quod eximium ipſius in retinendis eccleſiæ inſtitutis, fratrumque ſordibus abſtergendis ſollertiam arguit. Habes id in codice Diplomatico.

Thungios conciliat Herbipolenſi

4) Paucis diebus interiectis, quantæ curæ ſibi publicæ tranquillitatis eſſet ſtudium, denuo oſtendit. Herbipolenſis *Thungios*, *Diezonem*, qui Ruſſenbergæ ſedem habebat, *VVilhelmum*, equeſtris dignitatis clarum honoribus, *Hildebrandum*, *Ioannem* dictum *Gyſenbach*, ceteroſque, qui in partem caſtri Ruſſenberg veniebant, omnes gente ortos in Franconia nobili admodum, viribusque maxime florenti, fractæ pacis reos egerat, quod Epiſcopatui ſubditos, itemque lege beneficiaria obſtrictos, præcipue *Ioannem*, Dominum de Iſenburg & Büdingen, nec non *Vlricum*, Dominum de Hanau, inquietaſſent, multisque affeciſſent iniuriis. Et res iam ſpectabat ad vim. Decretum enim erat, ab iis, tanquam pacis turbatoribus, pœnam legibus ſtatutam exigendam: ad quam equidem Gerhardus Antiſtes, ſociique repræſentandam parati ſtabant. Opportune interceſſit Conradus, & rem omnem ad tranquillum pacis vſum reuocauit. Pacificationis articulos in compendio retulit *Frieſius* chron. Wirzburgenſ. in *Gerhardo* cap. XXIX, p. 666. Factum tabulæ produnt Werthemii feria quarta poſt Palmarum.

cum Ducibus Auſtriæ fœdus pangit.

5) Extremum anni clauſit nouo fœdere icto. Pepigit autem id cum *Alberto*, *VVilhelmo*, & *Leopoldo*, Auſtriæ Ducibus, his *Leopoldi III* cognomento *Probi* filiis, illo *Alberti II*, *Sapientis* titulo noti. Rationes illius Altævillæ, die qui Archidiœceſis patrono, Martino Epiſcopo, feſtus agebatur, in litteras miſſæ.

Clero imperat penſionem pecuniariam.

6) De cetero, cum ad bellicos, qui tum neceſſarii erant, apparatus præſenti opus eſſet pecunia, ſex hoc anno penſiones clero imperabat, quod, qui *Miſcella* ſæpius iam nobis dicta conſcripſit, in hæc memorauit verba: *Eodem tempore & anno* (MCCCXCIII) *Dominus* Conradus *de* Winſperg. *exactionauit clerum, quem dare oportuit ſex procurationes, pro quibus dabantur tria ſubſidia maiora per tres annos, quolibet anno vnum.*

vrbem Moguntiam ſollemniter ingreditur.

7) Subſequenti MCCCXCIV, die D. Bartholomæo in faſtis ſacra, ſollemniter vrbem ingreſſus eſt, honeſtiſſime ſuſceptus a ciuibus: eodemque ciuitati priuilegium de immunitate a telonio & vectigalibus, eidem olim a deceſſoribus ſuis indultum, dato diplomate ratum eſſe voluit. Apographo, quod mihi tractare licuit, antiquo ſatis, & Senatus auctoritate olim confecto, ſequentia adſcripta fuere: *Diſen Briff hat der vorgenante Erzbiſchoff Conrad off Sant Bartolomeus tag in dem Tiergarten, da der Coſter zu Sant Victor inne ſitzt*, Heinrich *zum* Iungen, *von des Rats vvegen, in geinvvertigkeit der vir Burgermeiſter, mit namen* Iorge Walderthein, *der alte*, Iacob Medetroſt, Orthe *zur* Eiche, *der iunge, vnd* Menche *zum* Hirzberg, *globit mit ſine lipliche trovve in ſine hant ſtete vnd veſte zu halten.*

vt pacis publicæ formula exponatur, porro habet.

8) Indigebat autem pacis publicæ formula, quam ipſe cum Principibus ſupra dictis an. MCCCXCIII ediderat, in nonnullis pleniori expoſitione. Hinc anno MCCCXCV ſecuto conuentus Alsfeldii inſtitutus, in quo communi opera capitum iſtorum data explanatio, vt tabulæ, quibus illa, die Dominica, quæ *Indica* vulgariter dicitur, conſignata fuit, fuſius docent.

cent. Locum iis dedi in codice Diplomatico.

contra ſodalitatem der Slegeler fœdus init.

9) Dein vt auſis, iniuriiſque Sodalitatis, quæ ſe cognomento *der Slegeler* appellabat, ac vicinis haud parum grauis erat, hoc magis occurreret, Heidelbergæ, dominica ante ferias pentecoſtales proxima, cum *Ruperto*, Comite Palatino Rheni, *Nicolao* Antiſtite Spirenſi, & *Bernhardo*, Marchione Badenſi, debellandis iſtis, ſocietatis & auxilii mutui fœdus iniit, vt tabulis, quas ſuo loco dedi, tum quidem confectis, planum fit.

Haſſo ſe ſociat.

10) Poſtridie vero diei, qui glorioſæ virgini Deiparæ naſcenti feſtus eſt, ſucceſſit peculiare cum *Hermanno*, Haſſiæ Landgrauio, fœdus. Turbidus enim cum maxime tum temporis rerum erat ſtatus, gliſcente prædonum, aliorumque vi ad vniuerſæ viciniæ perniciem; contra quam vires cum vicinis ac amicis conſociare, remedii erat loco.

pluribus 'ſ... cum aliis.

11) Iisdem de cauſſis ſub finem anni nouum aduerſus *ſodalitatem* ſupra dictam cum Principibus aliquot ac Sueuiæ ciuitatibus fœdus pepigit. Principes fuere Septemuir Palatinus *Rupertus*, *Nicolaus* Antiſtes Spirenſis, *Bernhardus* Marchio Badenſis, quibuscum ante iam ſecuritati otioque publico tuendo ſocietatem inierat, *Leopoldus* Auſtriæ Dux, & *Eberhardus*, Comes Wirtembergenſis. Ciuitates *Vlma*, *Rotbvvila*, *Nördlinga*, *Campidunum*, *Kauſbeura*, *Pfullendorf*, *Iſny*, *Alen*, *Leutkirchen*, *Bopſinga*, & *Dinckelsbühl*. Res acta Pfortzhemii, feſto D. Thomæ Apoſtoli. Formula fœderis tum perſcripta, legi poteſt apud *VVenckerum* in diſquiſitione de Vsburgeris § XXIV p. 105.

Prouiſori Erfurtenſi poteſtatem facit, Vaſallis in Thuringia locisque finitimis feuda conferendi.

12) De reliquo, dum Sedis Moguntinæ Vaſallis ſiue Beneficiariis, ac caſtrorum in Thuringia, Saxonia, & Eichsfeldia e nobilitate adſcitis Defenſoribus (*Caſtrenſes* tum vocabant) in tanta rerum perturbatione haud integrum erat, Moguntiam vel loca contermina adire, clientelarum ac dignitatum ſuarum recognoſcendarum cauſſa, Conradus *Ludouico* de *Bensfurte*, ſuo in Thuringia Prouiſori, poteſtatem fecit, id genus feuda ac beneficia nunc & poſthac petentibus, fiduciario iure rituque conferendi. Excepit tamen, quæ Principibus, Comitibus, liberiſque Baronibus concedenda venirent, vel poſſeſſore vacua, ſiue caduca competerent fiſco (*doch hierin vſzgenommen Furſten-Graven-vnd Herren-leben, vnd auch leben, die vnſerm Stift verfallen vveren, die vvollen vvir vns vorbehalten*)

Edit. I p. 867

Iudæos Francofurtenſes ad tres annos in tutelam ſuſcipit.

13) Sequitur annus, quem in vita vltimum habuit, MCCCXCVI. Hoc Iudæos Francofurti domicilium habentes, vna cum liberis & ſeruitiis (*Mägden vnd Knechten, die vngeverlichen ire brodeſſere ſin*) ſuam in tutelam ſuſcepit, pollicitus, ſe eos, haud ſecus ac tribules in terris Moguntinis vitam tolerantes, tuiturum ac defenſurum. Simul eos poteſtate curiæ eccleſiaſticæ Moguntinenſis exemit, Iudici interdicens ac Sigillifero, ne quem illorum in rem aliquam citent, aut litteris euocent. Iudices contra, apud quos in ius adduci debeant, conſtituit *Iacobum*, Cantorem Collegii ad D. Leonhardi, & *Brunonem* zum ** Brunenfels.* quam tamen gratiam iisdem litteris ad tres reſtrinxit annos. Datæ autem ſunt Wisbadæ feria V poſt diem Pentecoſtes.

*Braunfels

Optimatum vicinorum plures Eltuillæ excipit

14) Aeſtate inſequenti Eltvillam Electorem Palatinum & Marchionem Badenſem ad cauſſam quandam diſceptandam præſens vocarat neceſſitas. *Diem placiti habuiſſe*, dicunt *Miſcella* noſtra. Hos non animo tantum libenti, prolixoque Conradus audiuit, ſed omnibus etiam officiis accurate proſecutus eſt. Præſentes erant Archiepiſcopus Colonienſis, Fridericus, multique alii Comites, Barones, & Ordinis equeſtris viri. Dies autem, quo conuenere, agebatur Auguſti X, qui D. martyri Laurentio in faſtis adſcribitur.

Elckirhuſio arma infert

15) Ceterum eodem hoc anno, *Philippi Naſſonii* ius tutus, *Eckardo* de *Elckirhauſen* ac *Ioanni* de *Cronberg*, vtrique equeſtris Ordinis, bellum denuntiauit. Cauſſam dedit caſtrum *Elckirhauſen*, Philippo Naſſouio feudi iure deuinctum; id enim Elckirhuſius clientelari titulo recipere detrectabat. Fortuna Conradi adfuit partibus. Philippus enim caſtrum cepit, captumque funditus euertit. Id cum Σύμμικτα modo laudata memorent, hic præterire nolui.

III Migrauit e vita Conradus die XI Septembris anno MCCCXCV *, in æde prima coram altari, quod *trium Regum* vocatur, ſepultus.

quo anno & die obierit.

* 1) Diem obiit Aſchaffenburgi. *Dieffenbachius* l. d. Non autem anno MCCCXCV, die XI Septembr. vt hic auctor tradit *Serarius*; nec anno XCVII, ceu *Dieffenbachius* habet l. d. ſed anno MCCCXCVI, die XIX Octobris. Sic namque inſcriptio lapidis, honori illius ac memoriæ in æde primaria poſiti, ac prope gradus, quibus in ſummum chorum a læua adſcenditur, parieti inſerti: *Anno Domini MCCCXCVI decimo nono die menſis Octobris obiit quondam Reuerendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus* Conradus *de* Weinſperg, *Archiepiſcopus Moguntinus. Cuius anima requieſcat in ſancta pace.*

ſepelitur Moguntiæ in maiori.

2) Sepultus autem fuit biduo poſt, die nimirum vndecim millium virginum martyrum memoriæ ſacrato, vt in *Miſcellis* modo dictis habetur, & quidem in choro maiori, ante aram, vt auctor bene notauit, *trium Regum* honori dicatam. Tumulo impoſitus lapis, cui tum illius, tum *Andreæ* de *Brauneck*, Præpoſiti, inciſa effigies; Braunеccii a dextra, a læua Conradi. Ita poſt mortem iuncti, qui, dum in viuis agebant, & ſanguinis nexu & officiorum omnium ſocietate erant coniunctiſſimi.

laudatur a virtutibus.

3) Ceterum paſſim ab integritate, tranquilliſque commendatur moribus. *Trithemio* quidem l. d. chron. Hirſaug. & Sponheimenſ. p. 336 *vir bonus atque pacificus* dicitur. *Dieffenbachio* l. d. *vir integerrima vitæ, multaque modeſtia. Manuſcripto*, qui ad ædem metropolitanam eſt, *humilis vir, qui clerum dilexerit.* Fortaſſis idem viſum *Gensheimio*, dum

Faſto-

Edit. I p. 867 Faſtorum Limpurgenſ. § CCXXVII p. 122 dicit; *Derſelbig Biſchoff vvar von Weinſperg, vnd ſtund ihm baſs ein Röcklein, dann ein Pantzer.* Vt mirandum omnino ſit, fuiſſe, qui putarint, ipſum cum Saturno comparandum. Quod enim per id tempus, quo ſummæ rerum præfuit, in turbido ſemper res fuere, ipſe profecto haud fuit in culpa.

IOANNES II.

I

TVlerat fere totius metropolitani Collegii calculos *Gotfridus Comes* a *Leiningen*, vir pius & doctus, ſed cum ad Romanam ſedem iret cunctantius, *Ioannem Naſſouium*, Adolphi Archiepiſcopi fratrem, qui celeritate, ac vt ſuſpicantur aliqui, palam ſcribit etiam *Tritbemius* an. MCCCXCV in Sponh. Chron. * largitione præuerterat, maluit Bonifacius IX anno MCCCXCVII. * p. 339

filius fuit Adolfi Naſſouii, 1) Fuit *Ioannes Adolfi*, Comitis Naſſouii, e *Margareta*, *Friderici*, Burggrauii Norimbergenſis, filia, filius, frater, vt auctori iam notatum, *Adolfi* Archiepiſcopi, nec non *VValrami* & *Gerlaci*, Comitum Naſſouiorum, vt ex ſchemate, quod ſupra in Adolfo dedi, patet.

tranſactione Adolfseck & partem caſtri Naſſau a fratre accipit. 2) Iuuentutis egreſſus annos cum fratre *VValramo*, patrimonii auiti cauſſa, nonnihil contentionis habuit; quæ tamen res anno MCCCLXXXVI, *Adolfi* fratris, *Ruperti* patrui, *Eberhardi* Dynaſtæ Eppenſteinenſis, & *Reinhardi* Weſterburgii opera, his conditionibus ad tranquillitatem reducta fuit, vt ſcilicet *VValramus* Ioanni præter partem caſtri *Naſſau*, quam is iam tenebat, caſtrum *Adolfseck* etiam concederet, permitteretque; *Ioannes* vero, ſi Epiſcopatum quendam, vel id genus dignitatem eminentioris ordinis eccleſiaſticam aliquando conſequeretur, fratri Walramo, illiusque heredibus tam caſtrum *Adolfseck*, quam illam caſtri *Naſſau* partem dimitteret.

dignitatem Archiepiſcopali ambit. 3) Conrado defuncto cum dandus erat ſucceſſor, & ipſe dignitatem Archiepiſcopalem appetebat, ad quam Godefridus tendebat Leiningenſis *. *Pius* is vir erat ac *doctus*, auctoris verbis, *Miſcellis* noſtris audit *nobilis & litteratus.* Ceterum Coloniæ ædis maioris agebat Cuſtodem, Pfedershemii vero Collegiatæ Præpoſitum. Ioannes familiæ clarus erat imaginibus, magni animi, prouidus, vt in iisdem *Miſcellis* eſt, ac in altioris dignitatis & honoris ſpem ſemper erectus.

* *A Gensbeinio in Faſtis Limpurgenſibus* § *CCXXXI p. 123 perperam vocatur* Sifridus Limpurgenſis.

Romam proficiſcitur, 4) Ille totius fere Collegii metropolitani tulerat ſuffragia; iſte vero ſollertia vſus, alteri decus præripuit, decretosque honores. Ibat *Godefridus*, cauſſæ ſuæ confiſus bonitate, ad Sedem Romanam cunctantius. *Ioannes* vero quanta maxima potuit feſtinatione Romam contendit, id nimirum credens ſui fore ipſius, quod celeritate præciperet.

bene quidem inſtructus. 5) Enimuero, bene inſtructus iter ingreſſus eſt, *litteris*, *pecunia*, *familiaribus*, vt *Miſcellorum* dictorum habent verba. A Moguntinis ſane commendatitias ſe accepiſſe, ipſe fatetur in litteris, quibus ciuitati fidem facit, quod ſi voti damnatus Pontificatus Moguntinenſis ſolium adſcenderit, ſe omnia deceſſorum priuilegia eidem liberaliter confirmaturum *.

* En ipſa illarum verba. *Ais die Erſamen Wiſen Lude, die Burgermeiſtere vnd Raid gemeinlich der Stat zu Mentze vmb ſunderliche liebe vnd fruntſchaft, die ſie lange zijt zu vns gehabt hant, vnd noch hant, vns ire fruntliche Bedebrieve an vnſern geiſtlichen Vater den Babeſt zu Rome vnd ſine Cardinale gegeben hant, vnd auch ire fleiſſige bede vor deme gemeinen Capitel des Stiftes zum Dume zu Mentze mit gantzer meynunge vnd groſſem ernſte fruntlichen vor vns getan hant, vns zu fordern, vnd mit ihrer bede, als ferre ſie megens, zu der erwurdigkeit des Biſthums zu Mentze zu bringen—— Datum vff Allerheilgen dag, in deme iare, da man ſchreibet nach Chriſti geburte druzenhundert vnd ſeſſe vnd nunzig iare.*

6) Romam vbi venit, a Bonifacio IX beneuole exceptus eſt ac admiſſus, Purpuratos inter ſedere iuſſus. Auditus, optatis ex ſententia ſtatim potitus eſt. *beneuole acceptus votis potitur,* *Pontifex*, vt *Miſcellorum* verba vſurpem, *ipſum beniuole & gratioſe cum Cardinalibus recepit, ac eum ad pedes ſuos cum Cardinalibus ac inter eos ſedere fecit, & locum ſedendi dedit. Audita itaque ſupplicatione ſua, & electione, quomodo celebrata fuerit, & qualiter, aurem a decreto electionis Canonicorum Moguntinenſium auertit, nec non prædicto Domino Iohanni de Naſſavv de eccleſia Moguntinenſi prouidit, & ſumptum Cameræ pro eadem prouiſione recepit, cuius duplum pars aduerſa pro confirmatione libenter erogaſſet.*

7) Conſecutus autem Archiepiſcopatum eſt anno, quem auctor ſignauit, MCCCXCVII, vid. *Bonifacius* in litteris ad Suffraganeos Moguntinenſes. Conſentiunt præter *Langium* chron. Citizenſ. p. 885, *Miſcella* noſtra, ſemel atque iterum iam laudata, his verbis; *Factaque eſt eadem prouiſio Domino Iohanni anno MCCCXCVII.*

8) Fuiſſe, quibus tum ſuſpicio inſederit, ac ſi magnis ille largitionibus Pontificis ac Cardinalium animos ad ſuam perduxerit cauſſam, *Trithemius* non hoc ſolum, quem auctor citat, loco tradit, ſed chronico etiam Hirſaugienſi ad an. MCCCXCV p. 301. Succinunt tum *MS Auguſtinianorum*, tum *Latomus* in catalogo. Et *hic* quidem, *tradunt*, ait, *aliqui*, *non ſine magnis largitionibus eum ad hunc honorem perueniſſe.* *Iſte* vero his vernacula *largitionibus dicitur vſus,*

cuia verbis; *Doch ſo bracht dieſer Grav Iohannes beym Papſt Bonifacio ſo viel zu vvegen, daſs er zu einem Erzbiſchoff vvider den recht-ervvehlten geſetzt vnd confirmiret vvas. Man ſagt, er hab demſelben Papſt 70000 Ducaten dafur verſprochen, die er ihm folgends von des Stifts nutzungen vnd iarlichen einkommen erſtatten muſte.* Dieffenbachius vero in catalogo mſcr. minus dubitanter; *Ioannes eum Roma praeuenit, numerata ſummo Pontifici magna pecuniæ ſumma.* Ceterum non plane nullum rei colorem datum prodit *Engelhuſius* in chronico p. 1141; *Qui* (Ioannes) *ſoluit Papæ pro pallio trecenta millia floren. eo, quod frater eius praecaens Adolfus, & Conradus intermedius, qui tamen breuiſſimo tempore præfuit, non ſoluiſſent. Oportuit ergo Ioannem omnia expagare. Papa vero contulit ei gratiam, clerum ſuum ſic ſpoliandi, quod bene amplius rehabeat.*

cur Papam tam facilem inuenerit.

9) Vt vt erat, forte non errauero, ſi dixerim, Ioannem tam facile voti damnatum, &c. reiecto Godefrido, cathedræ Moguntinenſi impoſitum fuiſſe, quod Pontifex, vti antea, ita mortuo etiam Conrado conſtitutum habebat cum animo ac deliberatum, Sedi Moguntinæ prouiſione Apoſtolica dare Antiſtitem. Id ſane ſui tum fuiſſe conſilii ipſe narrat *Bonifacius* in dictis ad Suffraganeos Moguntinenſes litteris. *Dudum ſiquidem*, inquit, *bonæ memoriæ Conrado Archiepiſcopo Moguntino, regimini Moguntinæ eccleſiæ, cum vacare contigerit, per Apoſtolicæ Sedis prouidentiam vtilem & idoneam præſidere perſonam, prouiſionem eiuſdem eccleſiæ ordinationi noſtræ duximus ea vice ſpecialiter reſeruandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attemptari* &c. vt in codice Diplomatico videre eſt.

dolos, machinationesque aduerſarii effugit.

10) Vix autem a Pontifice ſalutatus fuerat Archiepiſcopus, ac Moguntinis deſtinatus, quum tantæ dignitatis fortunam ex oculis prope raptam amiſiſſet. Nec enim deerat, qui dolis ipſum, aſtu, obtrectationibus, machiniſque aliis de gradu peſſum deiicere conabatur. Enarrabo rem *Miſcellorum* verbis, cum vtramque hic faciant paginam; *Et poſt quidam Curialis, nomine* Buttineck, *bonus baratrator, miſſus ad curiam per Dominum de Lyningen electum ad impediendam prouiſionem, callide & fallaciter contra Dominum Iohannem prouiſum multa ficlitia & nugas falſiſſimas excogitauit, quomodo ipſum a ſua prouiſione amoueret. Dixit enim creditoribus Lumbardis, quod omnino pauper eſſet in partibus, nec haberet ſoluere. Viderent, quo non effugeret manus eorum, & nihil reciperent. Illi ſemper noluerunt credere verbis ſuis primo. Poſtquam hoc vidit, quod non profecit, ſpopondit illis VIIIC, quod traherent ipſum ad Capitolium pro debito ſuo; in finem cuius, non ſcribo. Sed ipſe ſcit, & ſciunt, qui procurauit. Sanctus tamen Martinus futurum fidelem ſuum Capellanum Dominum Iohannem præmoneri permiſit; fugam iniit, per decem dies omnibus ſuis familiaribus incognitus fuit, vsque* (dum) *veritas contra dictum* Buttineck *exſuperauit, & propalata per totam Romam fuit, & idem Dominus Iohannes ante exitum ſuum de Roma in prompta pecunia Domino Apoſtolico ſeu Cameræ Apoſtolicæ, Lumbardis creditoribus, & aliis omnibus ſatisfecit, cui in ingreſſu & egreſſu Dominus Mediolanenſis multas curialitates fecit.*

Edit. I pag.

ſaluus ad ſuos redit,

11) Sic igitur præſenti ſubductus periculo, rebus ex ſententia confectis, in viam ſe dedit, inſidiiſque ſibi in itinere ſtructis feliciter ereptus, ſanus ad ſuos lætusque peruenit. *In reditu*, *Miſcellorum* rurſus do verba, *per æmulos ſuos multas inſidias habuit, tamen nutu Dei ſemper euaſit, ac ſanus & hilaris ad partes peruenit.*

& pallium afferens & litteras.

12) Acceperat autem non pallium modo, dignitatis Archiepiſcopalis inſigne, ſed litteras etiam Apoſtolicas, partim ad Sedis Moguntinæ Suffraganeos, partim ad Canonicos ædis maioris. Illi monebantur, vt ei, tanquam membra capiti, honorem exhiberent, ac reuerenter obtemperarent. Hi, vt ei iuſtos obſequii, imperiique deferrent titulos. Ipſi vero poteſtas conceſſa, ſibi inobſequentes, clericos pariter ac ſæculares ſiue ſacris haud initiatos, pœnis conſtitutis coercendi, beneficiiſque priuandi.

ab aliis recipitur, ab aliis non item

13) Lectis iis, pars Capitularium, Decanus nimirum, Scholarum Magiſter, & decem alii, mandatis Apoſtolicis obtemperabant; reliqui a Pontifice prouocabant ad Pontificem. Ipſe vero Ioannes, vti illos omni complexus beneuolentia eſt, ita hos beneficiis exuit.

renitentibus quibusdam ignoſcit.

14) Manſiſſent priuati, niſi interceſſiſſet Wenceslaus Imperator, apud quem, miſſis *Alberto*, Domino *de* Hohenloe, & *Nicolao* de *Lapide*, ſuam multis laboribus ac expenſis cauſſam agebant. Is enim rem eo deduxit, vt in gratiam receptis Ioannes priſtina redderet emolumenta, præterquam quod quatuor illorum in Conſiſtorio eccleſiæ Moguntinæ publico, beneficiis priuatos pronuntiauit. Fuere ii *Ioannes*, Comes Rieneccenſis, Cuſtos, *Albertus*, quem modo dixi, Hohenloicus, *Ditmarus* de *VValen*, & *Iohannes* de *Colenhuſen*; quos tamen Papa Bonifacius poſt reſtituit, vt infra ſequetur.

II Fuit autem Ioannes corpore quidem paruo, ſed ingenio magno & prudenti, adeo vt vulgo *aſtutus* & *callidus* diceretur. 868

corpore fuit paruo,

1) Idem dicit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCXIX p. 364; *Hic Præſul ſtatura breuis, ſed ingenio valde fuit aſtutus. Vnde prouerbium vulgare dicebatur*; » Biſchoff *Henſchin* iſt ein . . . . .

pactionem

2) Acri, vigilantique ingenio ſe eſſe, ſtatim ſub regiminis initia oſtendit. Vt enim hoc magis res firmaret ſuas, die tertia poſt omnium Sanctorum celebritatem, cum Collegio principe pactionem iniit; Ciuitati vero vno eodemque tempore duo indulſit diplomata. Vno quidem priuilegium, de immunitate

init cũ Collegio maiori,

ciuitati duo

... privilegia. ... nitate ab exactionibus precariis & id genus aliis, ciuibus firmauit, ſanćteque quamplurimis præſentibus pollicitis ſe ſtaturum recepit. Sic enim legimus annotatum; *Dieſen brieff hat Biſchoff* Iohann *von* Naſſavve — *vff dem Hofe mit ſinen liplichen truvven*, *Herrn* Heinrich *zum* Iungen *von des Rats und der Stede vvegen von Mentze in ſine hant globt veſte und ſtede zu halten, in geinvvertigkeit des Ervvürdigen in Gode* &c. *Herrn* Werners, *Erzbiſchoffes zu Triere*, *des Edlen Grave* Philips, Grave *zu* Naſſavve, *und zu* Sarbrucken, *Herrn* Eberhartes *von* Ippelborn, *Dumdechens*, *Herrn* Iohanns *von* Schoneburg, *Schulmeiſters zum Dume zu Mentze, vnd etvvi viel ander Dumherren*, *Herrn* Siftitz *von* Lindawe, *Ritters*, *Vizdum in dem Ringavve*, *vnd Her* Iohans *zum* Iungen, *Her* Iohan Rinwaden, *Her* Rudolf *zur* Eiche, *vnd Her* Iohan Rymenſnyders, *vff die tzyt der Stede zu Mentze Burgermeiſter, vnd viel andere des Rats zu Mentze Frunde, da ouch die Gemeynde der Stat zu Mentze geginvvertig vff dem Hove ſtunt, vnd yme den eid, als gevvonlich iſt, nach der globede daden.* Altero fidem fecit, ſe eis, vna cum *Diethero*, Comite Catimelibocenſi, *Philippo*, Comite Naſſouio-Saræpontano, *Ioanne*, Comite Catzenelenbogenſi, *Adolfo*, Comite Naſſouio, & *Sifrido de Lindau*, Vicedomino Rhingauiæ, omni ope auxilioque præſto futurum, ſi forte hac de cauſſa, quod ſe tanquam Archiepiſcopum debite ſuſceperint, a quopiam impeterentur *.

* Verba ſic habent: *Alſ wer ſache, das ymand, wer der wer, die Stato vnd die Burgere zu Mentze, oder ire Byvvoner beſamentlich oder beſunder vm ſolche danckneme gehorſame willige entphengniſſe, als ſie vns an allen indrag entphangen hant, oder vmb ſolliche vffenbar furderniſſe, als ſie vns zu dem Stift zu Mentze mit ernſte nach yrem vermegen gefurdert hant — ſie an iren liben oder guden leidigen, ſchedingen, angriffen, oder kriegen wurde* &c.

Comitem de Bitſch adverſus Leiningenſem conducit. 3) Et cum inter hæc Leiningenſis, ægerrime ferens, locum ſibi præreptum, hoſtilia ſpiraret, Ioannes, vt ad omnem aduerſarii vim fortiter ſuſtinendam tempeſtiue ſe compararet, *Hannemannum*, Comitem Bipontinum, familiæ a caſtro *Bitſch* cognominatæ, anno ſequenti MCCCXCVIII, ipſo die, qui purificatæ ſemper puriſſimæ Virgini ſollemnis eſt, in vſus belli contra eundem ſibi addixit.

Burggravio Kirchbergio 4) Sequentibus vero diebus Erfordiam ſe contulit, vt ciuitatem ſibi in obſequium ſacramento de more obſtringeret, quam & ſollemni ritu tunc in fidem recepit. Ceterum vero *Alberto* Burggrauio Kirchbergenſi, Domino Cranichfeldæ, bona, quæ Burggrauiorum *Aldenbergenſium* olim fuerant, tum vero in poſſeſſionibus erant Kirchbergenſium, ſpeciatim *Allendorf*, non modo iure fiduciario contulit, verum etiam ea *Margareta*, quæ Alberti tenebat matrimonium, viduitatis aliquando tuendæ cauſſa, conceſſit, conſtituto illi curatore *Ioanne*, Comite Schvvarzburgio. Litteris res conſignata feria ſecunda poſt dominicam *Oculi* dictam. *ſi feuda quædam confert*

5) Erfordia in Eichsfeldiam perrexit, & cum Heiligenſtadii ageret, nouis beneficiorum ornamentis ſibi adſtrinxit *Eberhardum*, *Godeſchalcum*, & *Hermannum* de *Buchenaw* Milites, *Othonem* Godeſchalci fratrem, *Eberhardum*, *Nithardum*, & *VVilhelmum*, Eberhardi dicti filios, *VVenceslaum* de *Buchenaw*, *Othonem* & *Godeſchalcum*, dicti Hermanni filios, filios item *Apelii* de *Buchenaw*, *Sittichium* & *VVigandum*, omnes Armigeros, ceterum eximiæ nobilitatis laude præſtantes. Litteræ, quibus eos miniſteriis ſuis atque obſequiis adiecit, datæ ſunt ibidem *feria ſecunda poſt feſtum Paſcha*. *Nobiles de Buchenaw in miniſteriales recipit.*

6) Hæc aliaque cum ſibi curæ haberet, vis peſtilentiæ in terris Moguntinis oppida ſimul vrgebat, agrumque. Vt malo remedium quæreretur, opus erat. Nil autem magis in rem eſſe putabat, quam vt quisque iram Dei ſuppliciter deprecaretur. Hoc ipſo igitur anno MCCCXCVIII quinque proceſſiones & ſtationes in ciuitate Moguntina ab vniuerſo Clero in quinque eccleſiis peragendas decreuit atque inſtituit. Et vt quemque ad eas hoc magis excitaret, omnibus circa puluinaria pro lue auertenda obſecrationes facientibus gratuitas criminum contulit condonationes, XL quidem dierum illis, qui pedes nudi & laneis tantum induti veſtibus incederent, aliis vero XX. *ſupplicationes inſtituit pro auertenda peſte.*

7) Sedenim non ipſe ſolum, ſed plures erant alii, quibus tum temporis viſum, opus eſſe nonnullorum pacis publicæ capitum pleniori ac curatiori expoſitione. Fuere ii *Gerhardus* Hildesheimenſis, *Ioannes* Paderbornenſis, Epiſcopi, *Balthaſar*, Landgrauius Thuringiæ, *Fridericus* & *Henricus*, fratres, Duces Brunſuico-Luneburgenſes, *Otho* Dux Brunſuicenſis, *Othonis* Ducis filius. Conuentu igitur Göttingæ inſtituto illorum dedere explicationem, vti formulæ, quam ibi Lunæ poſt SS. Apoſtolorum, Petri & Pauli, memoriam edidere, apographum in codice Diplomatico vberius docet. *pacis publicæ formulā curatius exponi vult.*

III Tranſtulit anno Domini MCCCXCVIII Erfordiam Herbipoli ſtudiorum Vniuerſitatem, quod cum illa pacis alumna ſint, nimiis ciuium ſeditionibus exagitarentur. Sed quia, vt a Poëtarum quodam dictum, *multa renaſcuntur, quæ iam cecidere*; renatam hodie, inſigniterque Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi IVLII auſpicio, ſingularique erga Dei honorem, populi commoda, reique publicæ ornamenta ſtudio & cura, florentem Herbipoli Academiam videmus ac ſuſpicimus. cuius prima omnino crepundia ridicule in Monaſteriorum Chronologia ducit a Sangallenſibus & Campidonenſibus *Caſpar Bruſchius*, niſi Academiæ, locorumque illorum vocabulis valde abutatur. E contrario autem, infrequens, pæneque collapſa & emortua Erfortenſis Academia, qui priſtinum religionis,

religionis, doctrinæ, ac ſapientiæ vigorem, vitamque ipſi reſtituat, Phœbum expectat & flagitat aliquem. Edit. I p. 868

verum academiam Erfurtenſem condiderit?

1) Ioannes quidem academiam Erfurtenſem inaugurauit, ſed non inſtituit, vel, vt auctor loquitur, Herbipoli tranſtulit Erfordiam. Inaugurauit autem anno hoc MCCCXCVIII, cum Erfordiam veniſſet homagii accipiendi cauſſa. Scite, quamuis ſtrictim, *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. II § XVIII p. 122 in not. a) *Serarius auſpicia academiæ 1) Ioanni, 2) anno MCCCXCVIII, 3) iſti translationi, ſed triplici errore adſcribit.* Adde *Paulini* annal. Iſenacenſ. § CVII p. 104.

ſacellum prope Graventhunna Wilhelmitis ſtabilit.

2) Annum ſequentem, qui poſt Virginis partum MCCCXCIX fuit, a muniis pontificiis ac religionis prouehendæ auſpicatus eſt cura. Occaſionem præbuit *Erneſtus* Comes Glichenſis. Cum enim ſacellum, quod *in honorem glorioſiſſimi ſacramenti corporis Domini noſtri I. C. prope villam in Graventhunna* inſtituerat, cenſuque decenti ditarat, cum omnibus iuribus ac vectigali contributo fratribus *S. VVilhelmi* leges ſequentibus, ad ſtatuendum ibidem pro quatuor Presbyteris aſceterium, dono dediſſet, petebat, ſciſceret donationem hanc Ioannes, editoque diplomate cœnobitis eam firmaret. Hanc ille viri pietatem hilare animoque libenti accipiendam ratus, non modo ſtatim annuit, verum etiam ad opus explicandum manus porrexit auxiliatrices, ſingulis ac omnibus, qui religionis ſtudio ædem illam pie frequentarint, vel ad ſumtum exſtructioni impendendum liberaliter contulerint eleemoſynam, XL dierum indulgentiis indultis. Diplomatis clauſula teſtatur, hæc acta Heiligenſtadii, *feria quinta poſt dominicam* Inuocauit.

Hoſpitali in Weſenfeldenſi ius patronatus parochialis Keſtenburg.

3) Paucis diebus interiectis *Hazfeldiis* fratribus, *Cratoni*, *VVigando*, & *Gunrame*, eandem nauauit beneuolentiam. Ius enim patronatus parochialis *Keſtenburgenſis*, Sedis Moguntinæ beneficium, quod pietate moti *Priori & Conuentui domus hoſpitalis in VVeſenfelt, Ordinis S. Ioannis Ieroſolymit.* titulo, vt loquuntur, donationis inter viuos addixerant, vna cum cenſibus adiunctis domui Weſenfeldenſi in perpetuum adunauit. Acta hæc Fritzlariæ *feria ſecunda poſt dominicam* Iudica.

caſtrum Tannenberg expugnat & ſubruit.

4) Enimvero, quum iiſdem temporibus prædonum ac latrocinantium plerique Nobilium in arcibus deliteſcerent, tum quidem *Tannenberga* cum maxime ſe continebant, qui hac velut latebra inſidiarum freti, improbiſſima ratione vias obſidebant, alienis bonis manus afferebant, in præda & ſanguine verſabantur. Quod cum permagnæ calamitati eſſet accolis, inprimis Palatinatui ſubditis ac Sedi Moguntinæ, viſum tum Ioanni, tum Ruperto Rheni Palatino, id genus iniuriis modum aliquando ſtatuere. Conſiliis vero inter ſe collatis placuit, latibulum id ab omni parte aggredi, ac eo vſque oppugnare iuxta premereque, donec ſe dedat; tum vero id ipſum exſcindere, ac ne quod eius veſtigium exſtet, ab imis ſubruere fundamentis. His ita Boppardiæ ſexta poſt dominicam, quæ *Quaſimodogeniti* vocatur, conſtitutis, id poſtea contractis vndique copiis circumſedere Ioannes & Rupertus. Subſidio venere Treuirenſis, Colonienſis, Spirenſis, & e Naſſouiis Comitibus *Philippus*, pacis publicæ per Wetterauiam tum Cuſtos ſiue Aſſertor; e ciuitatibus vero *Moguntia*, *Vormatia*, *Spira*, *Francofurtum*, *Fridberga*, *Gelnhuſa*, & *VVetzlaria*: quorum viribus tandem graue populis hoc ſceleſtorum receptaculum ſuccubuit. Sat plane traditur id in litteris, vt vocant, reuerſalibus, quas anno ſequenti, die poſt B. Galli Confeſſoris memoriam tertio, deditітii, cum e vinculis dimitterentur, edidere, Wipertus Rabenold, Wifrid von Bibelos, Conradus von Ludebach, Bechtolfus de Geiſmar, aliique plures.

cum Wirtembergenſi fœdus facit.

5) Sub idem tempus fœdere ſibi iunxit *Eberhardum* ſeniorem, Comitem Wirtembergenſem, *Barbati* patrem, virum iſta ætate & opibus pollentem & auctoritate. Rebus enim tum maxime afflictis optimum factu videbatur, vires in vnum conferre, ſociareque. Pactio litteris comprehenſa eſt die Georgio martyri ſacra.

caussam contra Canonicos priuatos obtinet.

6) Inter hæc Canonicos, qui ad Curiam, vt ſupra dictum, Romanam prouocauerant, Bonifacius in integrum reſtituerat, peculiaribusque inſtruxerat Bullis. Quas ii, ſimul ac patrios ad lares redierant, Vormatiæ, alibique locorum publicabant. Motus his Ioannes Pontificem haud cunctanter per litteras, vt eas reuocaret, rogabat. Nec defuit ſucceſſus: quandoquidem tertio poſt feſtum Ioanni Baptiſtæ diem iſtas idem, qui dederat, Bonifacius irritas pronuntiauit.

monaſterium S. Albani a Pontifice conſequitur.

7) Hæc dum agerentur, *D. Albani* extra mœnia Moguntinenſia cœnobitæ de vita ad regulas Ordinis ſui pie componenda ſecuri plane erant animi. Mundanæ nimirum contagionis illecebris a priſca diſciplinæ integritate ſenſim ad mores valde deprauatos traducti. Gnarus illorum Ioannes, eos defert ad Pontificem, clauſtri regimen ſibi committi petit. Annuit Bonifacius, eique ſimul facultatem dat, iura illius, poſſeſſionesque occupandi, & ad ſuos in Archiepiſcopatu ſucceſſores tranſmittendi. Quibus partis, triduo ante ſacrum D. Albano diem *VVernherum Ring* de *Saulnheim*, Præpoſitum Höchſtenſem, in clauſtrum compegit, Præpoſituræ vero decimas, villas item Bodenheim & Ebenheim, cum omnibus prouentibus ſui fecit iuris, *Othone* de *Scharpfenſtein* Abbate necquicquam appellationem interponente. Quæ quidem fide *Miſcellorum* ſæpius iam adductorum nobis conſtat.

IV Anno MCCCXCIX, cum per Wenceslai Cæſaris ignauiam, ebrietatem, crudelitatem, litterarum odium, aliaque vitia, quæ anno MCCCC in Spon-

Edit. I. p. 868 Sponheimenſi chronico recitat *Trithemius*, & percopioſe *Cuſpinianus* *, ruere videretur Imperii dignitas, & Huſſitarum inualeſceret hæreſis, adlaborauit Ioannes primo quidem Bopardiæ, dein Francfordiæ, vt noui eſſet Imperatoris electio. * p. 358. 389. 391.

de Wenceſlao exauctorando agit. 1) Eſt ita. Egit Ioannes hoc, quem auctor ſignat, anno ſemel atque iterum de re iſta. Verum his, quæ enumerat, aliiſque Wenceſlai vitiis adductus, mihi ſane haud fit veriſimile. Quamuis enim non omni labe, culpaque fuerit immunis ille, tot tamen, tantorumque criminum grauiſſimorum haud fuiſſe reum, quot, quantiſque obrutus vulgo dicitur, ſcite oſtendit *Schminckius* peculiari de eo diſſertatione Marpurgi anno MDCCXVIII habita.

quibus de cauſſis? 2) Interim nihilo minus Clericorum in ſe prouocauerat odium, quam eorum, qui vulgariter vocantur Laici. Illorum quidem, quod oculis emiſſititiis res eccleſiaſticorum intueretur. Horum, quod pro arbitrio eos viuere nollet. Cum igitur Bonifacius IX (iratus, quod ſibi Pontificatus ſuaſiſſet abdicationem, Mediolanenſi vero Ducis contuliſſet nomen, titulumque) rerum nouarum cupidos incitaſſet, occaſionem illi hoc minus prætermittendam duxere, imperio eum exuendi.

quid inter Principes conuenerit. 3) Atque adeo Francofurtum conuenere Principes Electores, & poſtquam multa de calamitatibus, quas ille eccleſiæ pariter ac reipublicæ ſocordia & negligentia ſua intulerit, queſti fuiſſent, inter ſe deliberarunt, qua ratione malis hiſce obuiam eundum ſit. Sententiis autem primum in diuerſa abiere, aliis illum Imperio ſubmouendum, aliis Adminiſtratorem Imperii ab eo petendum ſtatuentibus. Tandem placuit, per litteras Vicarium poſtulare. Rebantur enim, illum ſine dubio miſſurum fratrem Sigiſmundum, quem etiam aliquandiu Francofurti exſpectabant. vid. *Matthias Sobernheimenſis*, & *Emicho*, Comes Leiningenſis, apud *VVenckerum* in præſidiis rerum Germanicarum p. XLVII p. 268.

Marpurgi de eadem re cum Electoribus deliberat. 4) Poſtulatis cum Wenceslaus haud concederet, hoc magis irritati, coiuere Marpurgi, noſter, Treuirenſis, Colonienſis, Rupertus Palatinus, & Rudolfus Saxo. vid. *Königshofen* in chronico Alſatiæ § CCXXXII p. 142, *Matthias Sobernheimenſis* l. d. & cum de mutui auxilii fœdere, nec non de Sacerdotio & Imperio pacando conſilia contuliſſent, alium negotio profligando diem indixere Moguntiam.

Moguntiæ ſe fœdere cum nonnullis iungit. 5) Is vbi affuit, primum Electores ſanctiſſimum inter ſe fœdus ſtipulati ſunt; alter enim alteri ad mutuam concordiam & defenſionem ſeſe obligabat. Tum vero arctam cum Duce Bauariæ Stephano, Marchionibus Miſniæ, Ludouico Palatino Rheni, Hermanno Landgrauio Haſſiæ, Friderico Burggrauio Norimbergenſi iniere ſocietatem. Vtriusque pactionis formulam dedit *Obrechtus* in apparatu I. P. p. 1 & 7. In his primas facile tenuit Ioannes; gnarus vtique, ſe rem tum aliis, tum Bonifacio maxime, non ingratam facturum.

de moneta emendanda 6) Hæc inter de moneta etiam emendanda egit. Cum enim ab aliquo iam tempore nummi, tam aurei quam argentei, valore probitateque veteribus inferiores in vſum irrepſiſſent quotidianum ac communem, ipſe, ceterique Electores Rhenani, probe perſpicientes, eos non ſine graui ſuo, ſuorumque diſpendio recipi, malo huic occurrendum eſſe ſtatuerunt. *cum Electoribus Rhenanis agit.* Viſum autem, nouos eſſe flandos, aureos pariter ac argenteos, quibus ſimul pondus ſtatuere ac valorem. Additum, monetæ, quos alerent, præpoſitos quater in anno Confluentiæ congregandos, vt præſentibus Legatis explorent, vtrum aurum, in nummorum formas conflatum, probitatis ſit definitæ. Tandem alter alteri ſe obligauit, ſeſe haud alios intra proximos decem annos ſuis in terris cuſuros. Formula conuentorum die Veneris poſt diem exaltatæ cruci feſtum Moguntiæ edita eſt, & in codice Diplomatico legi poteſt.

7) Poſcebant autem ſacræ pontificii muneris curæ, vt pauperum etiam atque infirmorum ſaluti, qua poſſet, ratione ſeruiret. Iis benefaciendi per eosdem hoſce dies Erfurti ſe offerebat occaſio. *Prochotropheo Erfurtenſi Alenſonii priuilegia firmat.* Ibi namque *Philippus Alenſonius*, Epiſcopus Oſtienſis & S. R. E. Cardinalis, dum Sedis Apoſtolicæ Legatum in Germania agebat, prochotropheum intra fines ædis ſacræ, cui a mercatoribus nomen eſt, ſitum, cum omnibus ſuis ædificiis ac eorum inquilinis pauperibus, aliiſque, omni nexu iureque parochialis dictæ exemerat, variiſque cohoneſtarat priuilegiis. Vt his ipſe pondus ſua adiiceret auctoritate, miſeri ſuppliciter orabant. Videns igitur, patefactam ſibi gratiæ illis faciendæ viam, precibus eorum propenſo occurrit animo, tabulis, quibus omnia ea rata habuit, firmauitque, ipſa die SS. Coſmæ & Damiani, vt in codice iam primum dicto videre eſt, confectis.

8) Inde Francofurti circa diem Eliſabethæ in taſtis ſacrum cum Principibus, Principumque, qui aberant, Legatis rurſum deſcendit in conſultationem, *rurſum Francofurti de alio Rege eligendo agit.* & cum Wenceslaus non ita ſocors omnium ageret, quin regnandi titillatus dulcedine regimen Imperii ſibi abrogari nollet, quid fieri oporteret, expromſit. Eorum, quæ tum acta fuere, nonnulla apud *Obrechtum* l. d. p. 13 & ſeq. reperire eſt.

9) Sub finem denique anni Gerhardo, Antiſtiti Herbipolitano, aduerſus quem ciues Wirzburgenſes, fœderatorum freti auxiliis, bellum gerebant, opportunas pollicitus ſuppetias eſt, *Wirzburgenſi pollicetur ſuppetias.* dimidia caſtri, oppidi, ac præfecturæ Krautheimenſis ad Iaxtum parte, ſumptuum impendendorum gratia, vi tabularum anno hoc MCCCXCIX, ipſa die B. Thomæ Cantuarienſis Eltuillæ perſcriptarum, pignori accepta. Vid. *Friſius* chronic. Wirzburgenſ. in *Gerhardo* cap. LII p. 675.

10) Poſt inſequentis anni, qui ſæculi vltimus erat, exordia, nil prius habuit, quam vt Francofurtum ſe conferret. Dies enim nouo con- *Francofurti diem conſtitutum obit.*

uo conuentu ibidem agendo dictus erat. Quippe viſum, ſerio tandem cum Principibus de Wenceslao exauctorando & nouo Rege eligendo agendum. quod & factum. Ne vero damnum, ſi quod inde proueniret, in ſe deriuarent Electores, fœdus, quod nuper cum Principibus de mutua pepigerant defenſione, renouabant. Dein hoc ipſo erectiores facti, Ordinibus Imperii alium diem præſtituebant, ibidem obeundum. Finis erat, vt coniunctis probe ſententiis ſtatueretur, quæ & Sacerdotio & Imperio eſſent proficua, ſtatutaque tandem mandarentur executioni. Dies autem is erat feria ſecunda poſt D. Vrbani memoriam. Vide litteras *Electorum* apud *Obrechtum* l. d. n. XIII.

iuri ſuo in D. Albani monaſterii renunciat.

11) Poſt illa, compoſitione cum Abbate & cœnobitis D. Albani facta, iuri, quod pro ſe ſuisque ſucceſſoribus in monaſterium eorum, eiusque bona impetrauerat, ac ſuperiori anno exercere cœperat, in perpetuum renunciauit, tradito iis diplomate, quod ſabbato poſt dominicam, annuntiatæ ſalutis feſtiuitatem proxime ſequentem, perſcriptum eſt. Haud gratis id feciſſe, *Miſcella* noſtra memorant. quippe produnt, trium millium & quingentorum florenorum ſummam ei tum numeratam. Quo minus dubitationi locus ſit, dabo verba ipſa. *Et tandem Abbas & Conuentus compoſitionem cum Domino Moguntino inilis, ſibique tria millia florenorum & quingentos pro eadem, reſutoris tamen prius decimis ſuis ablatis, propinauit, & ſic pacificati ſunt.*

Edit. I p. 868

Hersfeldenſes in tutelam recipit.

12) Hersfeldenſibus dein patrocinium ſuum promiſit, opemque. Sua enim intereſſe putabat, illorum propugnare ſalutem. vt fere videatur, inductos potius in Ioannis iuiſſe fidem, quam vltro. Monaſterii gubernacula tum tenebat *Hermannus*, Decani vero munia obibat *Ioannes.* Oſtendunt id litteræ hac de re Heiligenſtadii die Veneris poſt dominicam *Quaſimodogeniti* vulgo dictam ſignatæ.

Falckenbergios & Hertingshuſios adſciſcit in auxiliarios & miniſterium

13) Paucis poſt diebus, *ſabbato* nimirum, vt tabularum habet clauſula, *ante dominicam* » vocem iucunditatis » appellatam *Conzmannum* de *Falckenberg*, *Reinherum*, *Ioannem*, & *Dielonem*, eius filios, nec non *Fridericum* de *Hertingshuſen*, in auxiliatores ſibi adſciuit ac miniſtros. Quo ipſo multis poſtea ſuſpicionem mouit, ac ſi princeps & auctor fuiſſet necis non longe poſt Friderico Brunſuicenſi illatæ; quandoquidem hi iidem illi fuere, qui V Iunii die eum iuxta Fritzlariam inuaſerunt iuxta atque obtruncarunt.

14) Sedenim Francofurtum nos iam conferre oportet. Ibi namque in Principum, quos conuocarat, conuentu deliberatum fuit, quis Wenceslao ſurrogandus eſſet.

Fuit is Fridericus, Brunſwicenſis & Luneburgenſis Dux Magni filius. Sed e Comitio redeuntem nefarie occidit ex inſidiis Waldeckianus Comes: culpamque omnem in Dominum ſuum Ioannem, qui Ruſtenbergenſi illum arci præfecerat, contulit. Hinc magna Moguntini fundi calamitas. Nam & occiſi Friderici frater Henricus, multa diœceſi damna intulit, & Nobiles quidam anno MCCCCVI vrbem cædibus ac direptionibus affecere; quin & ipſum Moguntinorum nomen ridiculariis ſalibus non pauci exagitauere, prout ex hiſce apparet Leoninis:

* v. l. 14, 7 p. 18

Regula non ficta, Nequam Moguntia dicta:
Germen Pilati, nunc denuo viuificati.
Sicut dum vixit iterum Chriſtum crucifixit:
Namque Ducem ſtrauit Fridericum, qui, quaſi Dauid,
Brunſuig protexit, gentemque ſuam bene rexit.

Et hos quidem, hisque plures id genus verſus recitat *Cuſpinianus* *, ſimulque tragœdiam ita totam recenſet, vt indubie cædis illius auctorem noſtrum hunc Naſſouium Archiepiſcopum proclamet.

* p. 499.

an Fridericus Brunſuicenſis elect⁹ fuerit, maxime dubiū,

1) Vtrum Fridericus, Brunſuicenſium Dux, tum electus fuerit, non eſt omnium certiſſima conſenſio. Sunt, qui id perhibeant, ſimulque narrent, quo minus tum negotium conficeretur, obſtitiſſe Ioannem. In his *Bothe* chron. picturat. ad an. MCCCC p. 393; *So vvas de kore gevallen vpp Herthoghen Fridericke to Brunſuick vnde Lunenborch, der dar ock ſuluest to der ſtidde vvas, vnde dat vorbleiff van hates vvegen dorch rad des Biſchoppes to Mentze, ſo dat de kore to der tyt vorbleyff, dat ſick de Heren van ander ſcheden.* Scriptor itidem tabulæ in baſilica S. Blaſii Brunſwici ſuſpenſæ apud *Rethmeyerum* antiquitat. eccleſ. Brunſuic. cap. VI documentorum ſubiunctorum ad partem I n. XV p. 90, & *Leibnitium* tomo III p. 48; *Vnde de maiſten ſtimmen derſulven ervvelunge gefallen vp Hertogen Fredericken, Hertogen tho Brunſvvyk vnd Lunenborch; dorch inſperungk averſt des Biſchoppes van Menz vnenilich* (al. *viendlick*) *van ander gangen.* Sunt tamen & alii, qui diſerte tradant, ſententiis tum ita eſſe variatum, vt quem ſurrogarent, inter ſe concinere haud potuerint, qui conuenerant Principes. *Matthias* certe *Sobernheimenſis*, Ruperti Regis Cancellarius, ad Wernherum Spatzinger, reipublicæ Argentoratenſis Protonotarium, apud *VVenckerum* in præſidiis rerum Germanicar. n. XLVII p. 268; *Poſt hoc venerunt quinque prætacti Principes Electores, & alii ipſis colligati ad aliam Dietam in Francenfordiam, tractarunt ibi pro perſona eligenda; in nullam ibi concordare potuerunt; decreuerunt, & Regem Bohemiæ iterum legitime ſuis patentibus litteris citarunt &c.*

2) De-

in ſuſpicionem Ioannes cadit ei illata.

a) Decreto hoc facto, cum Principes domum reuerterentur, *Henricus*, Comes Waldeccius, *Cunzmannus Falckenbergius*, *Fridericus Hertingshuſius*, aliique *Fridericum* Brunſuicenſem die V Iunii prope Fritzlariam ex inſidiis aggreſſi, ipſum, multis captiuatis, interfecere; & cum illi in miniſterio Moguntino eſſent, Ioannes paſſim in ſuſpicionem incidit, ac ſi ſcelus iſtud ſuo conſlarit conſilio. Auctor *hiſtoriæ de Landgrau.* cap. CXLIII p. 951; *De quo malo Archiepiſcopus Moguntinus multa obloquia habuit per totam Alemanniam, imo maxime fuit ſuſpectus ex eo, quod prædictus Comes fuit ſuus Aduocatus generalis.* Botho l. d. *Dat halp de Biſchopp to Mentze verraden, unde vpp dem rede vvas midde ein Greve to VValdecke, vnd de den Hertoghen morde, dat dede ein Ridder, gebeten van Hartingshuſen.* Quin *auctor epitaphiorum* Ducibus Brunſuicenſibus in æde D. Blaſii, quæ Brunſuici eſt, recens poſitorum apud *Rethmeyerum* l. d. n. XXI p. 95; *Hinc abnepos Fridericus Imperator electus, quem, ne imperaret (heu neſas) Electorum vnus occidi fecit MCCCC.*

Iurene an iniuria ſuſpicione iſta percuſſus fuerit, auctor iam expendit; quem ideo iuuabit audire.

ſed iniuria.

V Quamuis vero Catholicam, auitamque fidem variis hodie modis oppugnent Naſſouii pæne omnes, mendacem contra eos tamen a falſiloquis rumorem ſpargi haud ſane velim: multo minus contra eorum, quibus integra religio, eximiaque dignitas, maiores. Veritas enim ſemper & in omnibus, & de omnibus amanda. Naſſouium autem hunc Ioannem cædis illius vel auctorem vel conſcium fuiſſe, in falſiſſimis eſt. Nam, vt ſua cum *nequam Moguntia*, quæ lib. I cap. V diſſlata, verſificatores iſtos nequam & famoſos relinquam, accuſationis huius falſitatem & calumniam tria demonſtrant euidentiſſime. *Primum*, ſolenne Ioannis ipſius, vti MSL. refert, iusiurandum. Quod in occultis hu-
869 iusmodi criminibus ab Archiepiſcopo & Electore iuratum vim quantam habeat, non neſciunt, qui iura, legesque callent optime. *Alterum*, eorum ipſorum, qui cædis illius rei, & comperti fuerunt, de ſumma illius in facinore tanto innocentia, confeſſio, clariſſimeque litteris & ſigillis propriis corroborata teſtificatio. *Tertium* denique iudicis ipſius, Imperatoris inquam Ruperti, ſententia, quam Norimbergæ, anno Domini MCCCCIII ſabbato poſt B. Virginis Purificationem, in ſontes ipſos tulit. Aſſeruantur in Moguntino archiuo authentica tam teſtificationis quam ſententiæ huius monumenta, extraque omnem exceptionem poſitæ tabulæ; ſed eas hic aſſcribere ſatis fuerit, quibus ab ipſiſmet cædis patratoribus inſons protſus aſſeueratur Archiepiſcopus. Sic eæ igitur loquuntur;

WIr Henrich Grafe zu Waldeck, Cuntzman von Falckenberg, Friederich von Herttingshauſen Ritter, bekennen vnd thun kundt offentlich mit dieſem brieff, allen die ihn ſehen oder hören leſen, als die Hochgebornen Fürſten vnd Herrn, Herr Rudolff Hertzog zu Sachſſen, vnd ſeliger gedechtnuſs Herr Friederich Hertzog zu Braunſchvveig, mit andern Herrn, Grafen, Rittern, Knechten, ihren Dienern vnd Mitreüttern niedergevvorffen vnd niedergelegen ſeyn, daran der Ehrvvürdig in Gott Vatter vnd Herr, Herr Iohan Ertzbiſchoff zu Maintz, &c. vnſer lieber gnediger Herr verdacht iſt, das er von der geſchicht vnd niederlag gevvuſt ſolle haben, deſs ſprechen vvir bey den ayden, die vvir alle vnſerm Herrn gethan han, das derſelbe vnſer lieber gnediger Herr, Herr Iohan Ertzbiſchoff zu Maintz, der geſchicht vnd niederlage, rhates, thates, vviſſenſchafft vnd zuthuens gentzlich vnſchuldig iſt, vnd vvere es ſach, das etvvas der geſchicht vnd niederlage fürter zu entſchüldigen, das vvollen vvir thun, nach vviſſung Fürſten, Grafen, Herrn, Rittern, vnd Knechten, in all der maſs, als vvir von ihn gevveiſet vnd vnderrichtet. Zu vrkundt ſo hatt vnſer ieglicher ſein eigen inſiegel an dieſen brieff gehangen. Datum *Fritzlariæ* Dominica proxima poſt feſtum Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, anno Domini milleſimo quadringenteſimo.

Latine vero, fere ad verbum, ſic;

NOs Henricus Comes de Waldeck, Cuntzmannus a Falckenberg, Fridericus ab Herttingshauſen, Equeſtres, publice ac palam profitemur, omnibusque, qui has vel viderint vel audierint, manifeſtum facimus, quod cum in eius facinoris, quo Illuſtriſſimi Principes ac Domini, Dominus Rudolphus Sa-

xoniæ Dux, & piæ memoriæ Dominus Fridericus Dux Brunſvicenſis, vna cum aliis quibusdam Dominis Comitibus, Equeſtribus, Famulis, & equitibus occiſi & proſtrati ſunt, ſuſpicionem trahatur Reuerendus in Chriſto Pater ac Dominus, Dominus Ioannes Archiepiſcopus Moguntinus, dilectus & clemens noſter Dominus; eum facinoris & cædis eiuſdem prorſus innocentem eſſe: perque ſacramenta, quæ Dominis noſtris omnes præſtitimus, affirmamus, eum illius neque conſilio, neque facto, cognitione & auxilio conſcium vllo modo fuiſſe. Quod ſi vero incideret aliquid, vt videretur idem Dominus amplius adhuc ab eodem facto ac ſtrage purgandus, idipſum ex Principum, Comitum, Dominorum, Equeſtrium, & Famulorum indicio, prout ab iis edocti, & certiores facti fuerimus, facere volumus. In cuius fidem appendit hiſce litteris noſtrum quilibet ſigillum proprium. Datum Fritzlariæ Dominica proxima poſt feſtum Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, anno Domini milleſimo quadringenteſimo. Edit. I p. 870

Atque hæc ad hiſtoriæ veritatem, innocentiæque defenſionem.

1) *Quis*, inquit *Pfeffingerus* in annotat. ad Vitriarii I. P. lib. I tit. V n. 35 p. 685, cum hæc in compendio retuliſſet, *ex his argumentis ſolis Epiſcopi cauſſam peroret?* Verum bene, haud dicam.

2) Interim notes velim, quod omnino Ioannes iureiurando ſollemniter interpoſito ſe de cæde hac purgarit apud Friderici fratrem Bernhardum, Ruperto, Comite Palatino Rheni, Duce Bauariæ, Comitibus permultis, aliisque dignitate illuſtribus viris præſentibus. En ipſa verba, quibus id Moguntinis ac Argentoratenſibus ſtatim per litteras *in craſtino corporis Chriſti* datas ſignificauit; *Das ir* (vnd) *ander vnſer Herren, Fründe, vnd allermennlichen erfinden vnd ſehen moger, das vns die geſchichte vnd nydderloge getrnvvelichen leit iſt, vnd vvir der ſachen billich vnuerdacht ſin ſolten, als vvir vns der auch biide vff dieſen tag gein dem Hochgeborn Fürſten Hern Bernhart Hertzogen zu Luneburg, des egenanten Hertzogen Friderichs ſeligen Bruder, in geinvvertigkeit vnſers lieben Herren Ruprechts, Pfaltzgrave by Rine, vnd Hertzogen in Beyren, etvvie wiel erber Graven, Herren, Ritter, vnd Knechte, » mit vnſerm eide clerlich geluters vnd entſchuldigt haben »* &c. vid. *Obrechtus* l. d. p. 53.

Dein, quod fide tabularum, quas hic legis, Waldeccius ſimiliter, ac ceteri duo, Ioannem inſontem aſſeuerarit, tantum abeſt, vt omnem in ipſum contulerit culpam, vt auctor paullo ante tradidit.

Tum vero, quod ſententia, quam Cæſar in Hertingshuſium ac Falckenbergium anno MCCCCIII tulit, habeatur apud *Meibomium* in diſſertatione *de Friderici Brunſuicenſis electione & miſera cæde* p. 426 tomi rerum Germanicar. III.

VI Anno eodem milleſimo trecenteſimo quinquageſimo *, in Loinſtein ſuperiori, vt ait MS. alii Francofurti, die XX Septemb. *ab Moguntino, Colonienſi, Treuerenſi, Palatino Bauaro Ruperto, licet Electores Saxo & Brandeburgicus non veniſſent, abdicatio Wenceslai confirmata & a quibuſdam *Iodocus* Morauiæ Marchio, *Barbatus* dictus, ab aliis Rupertus ipſe delectus, qui

Boppardiæ Coron. Boppardiæ poſtea confirmatus, & ab iiſdem Archiepiſcopis, Stephanoque Bauariæ Duce Coloniam deductus, demum a Colonienſi Archiepiſcopo anno milleſimo quadringenteſimo †, ipſo Epiphaniæ, vt ait MS. vnctus & coronatus ibidem, quod Aquiſgranenſis eum ciuitas Regem nollet. Adeo autem ei ſtuduit Bonifacius IX, vt, multum contra nitentibus Archiepiſcopis Electoribus, exigendarum a Germanico clero decimarum poteſtatem ei dicatur feciſſe.

Imperium Wenceslao abrogat. *1) Enimuero, cum in paucis hiſce auctor ſemel atque iterum, immo pluries erret, operæ pretium erit, recte rem, veroque conuenienter explicare. Nimirum, cum in Comitiis, menſe Maio, an. MCCCC habitis, dies habendo alii conuentui dictus eſſet, Ioannes, Agrippinenſis, Treuirenſis, & Rupertus Palatinus Lohnſteinii menſe Auguſto conuenerunt. Re, de Wenceslao abiiciendo ſatis expenſa, tandem Ioannes die XX Auguſti ad Rheni ripas, Lohnſteinium inter ac Brubacum, ſub dio, pro tribunali agens, ac non exiguo aliorum Principum, Illuſtrium, & Nobilium ad hoc vocatorum agmine ſtipatus, ſententia de ſcripto publice lecta, Wenceslao tanquam indigno Imperium abrogauit. Poſtridie vero

Rupertum Palatinum eius diei, XXI ſcilicet Auguſti, Ruperto Palatino Renſeæ vno cum ceteris ore animoque id adſtruxit. Vide tabulas *Electorum* apud *Obrechtum* l. d. p. 77 & ſeq. quibus *Iacobus* von *Königshoven* conuenienter, licet ſtrictim, in chron. Alſat. cap. II § CCXXXIV p. 143; designat Cæſarem.

Vnd do ſu des Kunigs (Wenceslai, quem vocarant) *vvol vff X tagen gevvartent, vnd er nut kam, noch niman von ſinen vvegen, do entſetzetent die drye Erzbyſchofe vnd der Pfaltzgrove mit vrteil den vorgenanten Künig VVenceſlaus, von ſiner vorgeſchribenen vntete vvegen von dem Rich vnd vvirdigkeit, vnd ſeitent lidig alle gelebende Manne vnd Getruvven des Riches ir eyde, die ſu diſem Künige hettent geton. Vnd gebütent in, das ſu ime nyme gehorſam vverent alſe eime Römeſchen Künige. Dis vrteil vvart*

geben

Edit. I p. 870

geben vnd offenlich vor allem volck geleſen an dem zwvanzigſten tage des monats genant Augeſt des vorgeſchriebenen ieres alſo man zalte noch Gotz geburt MCCCC ior. Denoch an dem nechſten tage ervvelten die vorgenanten drye Ertzebyſchofe, vnd anders nieman, den obgenanten Hertzogen Ruprech von Peyern an das Rich.

Francofurtum deducit

2) Electione peracta Rupertum Regem honorificentiſſime Francoſurtum deduxit. In via vero, ſocio operæ Friderico Burggrauio Norimbergenſi, controuerſiam eundem inter ac Fridericum Colonienſem, de vtriuſque iuribus & poteſtate iudiciali in tractu Baccharacenſi, facta Baccharaci, die S. Bartholomæo feſta, transactione amica ſuſtulit.

Idem ibi præſto eſt.

3) In caſtris dein Francofurtenſibus eocum fuit. Indicium nobis faciunt litteræ, quas tum ad *Ludouicum* de *Benſurte*, Prouiſorem Erfurtenſem, & *Conradum* de *Milſingen*, Scholaſticum Collegii ad D. Ioannem Ameneburgenſis dedit, quippe quæ ſic finiunt; *Datum in campis prope Franckinfurd, ipſo die SS. Dionyſii & ſociorum eius.* Iis autem oſtendit, illas inter ſæculi pompas ac negotia militaria diſciplinæ eccleſiaſticæ curam cordi ſibi fuiſſe.

Abbati Hegenſi contra monachos refractarios proſpicit.

Ea in aſceterio Ordinis Ciſtercienſis *Hegene* ſiue Hainenſi temporum, morumque malignitate ita collapſa fuerat, vt cœnobitæ obſequio in Abbatem exuto contumaciter agerent omnia. Vtrique igitur mandat, Abbati ad petitum præſto ſint, & refractarios hoſce coerceant æque ac ad pœnitentiam reuocent.

Coronationi Cæſaris intereſt.

† 4) Ineunte dein anno MCCCCI Rupertum Coloniam accipiendi diadematis cauſſa profectum, cum delecto nobilitatis flore honoris & officii gratia proſecutus eſt; & ſolemnibus inaugurationis Cæſareæ peractis, beneficia & commoda, ab Imperatoribus tribui ſolita, clientelari fide recepit;

ab eo regalia accipit.

peculiaribus Marchiones Miſniæ & Haſſiæ Landgrauium litteris hortatus, ſequerentur, quod eis præiuiſſet, exemplum, & ipſi quoque obſequii ſacramentum apud Rupertum dicerent. Vid. *Obrechtus* l. d. p. 99.

Norimbergæ cum Leiningenſi in gratiam redit.

5) Inde Norimbergam iuit, quo Cæſar Ordinibus Imperii conuentum indixerat, de regimine conſtituendo ad eos relaturus. Ibi cum eſſet, reuenit ex inimicitia in gratiam cum Godefrido Leiningenſi. Is ad id vſque temporis concoquere haud poterat, Ioannem calliditate ſua pontificatus Moguntini honores ſibi præripuiſſe. Hinc Ioannes, ratus a ſe recolligi oportere offenſum, per Rupertum Regem, Fridericum Agrippinenſium Antiſtitem, & Fridericum, Burggrauium Norimbergenſem, cum eo egit; quorum etiam opera reuentum in gratiam eſt, ſtatutumque, Godefridus præteritorum obliuione diſcordias finiat; Ioannes, odio ſimultateque poſitis, Godefrido faueat, eique, ſi forte ad Epiſcopatum quendam adſpiret, & conſilio & opera adſit. Tabulis hac de re *quarta feria poſt inuentionem S. Crucis* confectis ſigilla ſua appendere non Ioannes ſolum & Godefridus, ſed Rupertus etiam, ac Colonienſis, Burggrauiusque. Leges eas in codice Diplomatico.

Eichſtadienſi ius Cancellariatus eccleſiæ Mogunt. confert.

6) Sequentibus diebus Eichſtadtenſium Antiſtes Fridericus docebat, a B. Bonifacio Epiſcopis Eichſtadtenſibus olim ius Cancellariatus in eccleſia Moguntina conceſſum; idque ſibi, ſuisque ſucceſſoribus renouari iuxta confirmarique volebat, petebat. Ioannes edoctus, eſſe ita, vt Fridericus dixerat, id eidem ac eccleſiæ Eichſtadtenſi feodi ſiue beneficii titulo contulit, & inſigni diplomate, quod itidem in codice Diplomatico reperies, *feria tertia in Rogationibus* ſtabiliuit.

* *Vi dignitatis huius Antiſtes Eichſtadtenſis quondam contendit, Sede vacante ſibi competere ius coronandi Reges Boiemiæ; conſilium, ſi neceſſitas vel vtilitas id exigeret, congregandi; Conſuffraganeis conſecrationis munus impertiendi; Prælatorum electiones confirmandi; ædes ſacras & monaſteria tum dedicandi, tum expiandi,* Rationali *ſiue certo veſtis genere, quo Conſuffraganeis vti haud liceat, tum temporis vtendi &c. Ceterum in Comitiis & Conciliis* Prolocutoris *fungendi partibus, ſigillum Archiepiſcopale geſtandi &c. Vti* Petro *Archiepiſcopo fatis functo,* Philippus *Epiſcopus an. MCCCXX,* *miſſo* Thoma, *tunc Spalenſis Collegii Canonico, ædis ſummæ, quæ Moguntiæ eſt, Canonicis pluribus enarrauit ac expoſuit, ceu in codice Diplomatico videre eſt.*

auxiliatores ſibi adſciſcit

7) Mox paullo *Henrico* Comiti Waldeccenſi, tabulis *feria tertia poſt dominicam Pentecoſtes* editis, ſpopondit, ſe fœdus illud, quod deceſſores cum Comitibus Waldecciis contraxiſſent, ac perpetuum eſſe voluiſſent, omni ſeruaturum ſtudio, fideque; viciſſim

Waldeccium

vero aduerſus Hermannum, Haſſiæ Landgrauium, illius ſibi ſtipulatus eſt opem, vti ex litteris *Henrici* poſtridie illius diei datis patet.

Falckenbergiũ & Hertingshuſiũ,

8) Similiter iiſdem diebus *Cunzmanni Falkenbergii & Friderici Hertingshuſii* ſibi aduerſus Hermannum addixit operam, ab vtroque *quinque & viginti lanceatos* ſiue equites lanceis inſtructos ſibi pactus.

Comites de Wied,

9) Quin, paucis poſt diebus *VVilhelmum* etiam, Comitem de Wied, Præpoſitum Aquenſem, *Gerlacum* de *VVied*, Dominum Iſenburgi, *Salentinum* ſeniorem, & *Salentinum* iuniorem *de Iſenburg* aduerſus dictum

& Iſenburg.

modo Hermannum, Haſſiæ Landgrauium, in belli vſus ſibi adſciuit. Fuit tum Lanſteinii. Ibi enim die OO. SS. honori feſta litteræ, quibus ſe ei obſtrinxerunt, datæ ſunt.

Fridericum item Brunſuicenſem,

10) Feriis Martinalibus autem *Fridericum*, Ducem Brunſuicenſem, *Erneſti* filium, *Henrici* vulgo *Mirabilis* dicti nepotem, probi Principem moris, placidique plane animi, ſibi adſtrinxit. Superant enim vtriusque hac de re litteræ. *Ioannis*, quibus ipſum & heredes in Archiepiſcopatus Moguntini Principes recipit beneficiarios (*zu vnſern*, vti verba habent, *vnd vnſers Stifts Fürſten vnd Mannen*) *Friderici*, quibus profitetur, intuitu beneuolentiæ ſibi ſuisque a Ioanne natæ, tum ipſi, tum Archiepiſcopis ſucceſſoribus, Sedique Moguntinæ ſe vna cum heredibus ſuis titulo fiduciario obſtrinxiſſe, (*des vorgenanten Herrn Iohans, E. z. M. ſeiner nachkommen vnd Stifts Fürſten vnd Mann wvorden.*)

vtrum pacem publicã tueri velit, interrogatur.

11) Ceterum, quod ipſe paci per Haſſiam Weſtphaliamque publicæ, cum renouaretur, ac in quibusdam capitibus exponeretur, nomen dederit, ſupra dictum. Contigit igitur anno ſequenti MCCCCII ineunte, vt miſſis, quas in codice Diplomatico dedi litteris, *Ioannes* Archiepiſcopus Magdeburgenſis, *Ioannes* Hildesheimenſis, *Rudolfus* Halberſtadenſis Antiſtites, *Balthaſar* Landgrauius Thuringiæ, *Hermannus* Landgrauius Haſſiæ, *Fridericus* Dux Brunſuicenſis, *Bernhardus* & *Henricus*, Duces itidem Brunſuicenſes, *Bernhardus* Princeps Anhaltinus, *Otho* Dux Brunſuicenſis, Comitesque *Honſteinenſis*, *VVernigerodenſes*, *Mansfeldenſis*, *Reinſteinenſis*, & *Henricus* Homburgenſis Dynaſta, ſignificarent, eam ſe ſeruaturos, ac ſimul interrogarent, vtrum & ipſi animus ſit colere illam, tuerique. Cauſſa erat, quod Waldeccii, Falckenbergii, & Hertingshuſii, quos ii pacis fractæ reos agebant, miniſterio vteretur, operaque.

reſpondit [illegible] ſociis.

12) Reſpondit autem, ipſos Hermannum Haſſiæ Landgrauium, qui eam turbarit, nihilo ſecius in ſociorum habere numero; dein coiuiſſe etiam, ſe, qui fœderi illi, haud ſecus ac ipſi, ſit adſcriptus, haud vocato. Vtrumque ſibi haud æquum videri. Miſſurum tamen ſuos, ſi diem conſtituere vellent, locumque, quo tuto venire poſſint, vt de his, aliisque, quæ pacem, communemque tranquillitatem ſpectent, ipſiscum agant. Reſponderent igitur, vt quid faciendum ſibi ſit, ſtatuere queat. Litteris ipſis locus eſt in codice Diplomatico.

hoſtiã prodigioſam Gladebaco Eltuillã transferri curat.

13) Aeſtate ſequenti religionis auxit cultum, officiaque. Acciderat biennio ante Gladebaci, veluti plurium ferebatur teſtimonio, vt hoſtia ſacra, quodam quaſi prodigio, os adulteræ, aduerſus Parochi interdictum feriis Paſchalibus ad menſam dominicam accedentis, refugeret, diſcoque, in quem ſe demiſerat, tam firmiter adhæreret, vt haud potuerit auferri. Eam, vt hoc dignius coleretur, Gladebaco, vico ignobili, ſiluestri, & abdito, Eltvillam transferri, cum cura adſeruari, ac quotannis die Ioanni Baptiſtæ in faſtis ſacra ſollemnibus cæremoniis circumferri iubebat, ſingulis ac omnibus, ſacro eam comitatu tum cohoneſtantibus, largis pœnarum condonationibus indultis. Velim autem, euoluas tabulas ipſas.

nouos adiutores ſibi comparat.

14) Quum vero ſatis ſuperque animaduerteret, bellum aduerſus ſe parari, anno proximo, qui MCCCCIII indeptæ ſalutis fuit, vires ſuas fœderibus firmandas cenſuit. Delecti autem, quibuscum in ſocietatem coiret, *Fridericus*, Epiſcopus Eichſtadenſis, *Ioannes* & *Fridericus*, Burggrauii Norimbergenſes, *Ludouicus* & *Fridericus*, Comites Oetingenſes. Cum his igitur ipſo Virginis luſtratæ feſto ad quinque annos auxilii mutui fœdus iniit. Conuentum autem, ſi Ioanni vis inferatur, vt ſocii ſuos mittant Biſchofshemium, quod ditionis Moguntinæ oppidum eſt, ad Tubarim ſitum; ſi Friderico vel ceteris, vt Ioannes ſuos deleget Vffenhemium, quod iuris Onoldsbacenſis in Franconia municipium eſt, vt de numero copiarum conducendarum, bellique gerendi modo deliberent, ac certi quid ſtatuant. Dein, vt caſtra, ſi qua in hoſtico expugnarent, captiuos item, ſi quos ex hoſte facerent, ſolus ille habeat, qui bello durante e fœderatis militi præſit cum imperio. Edit. I p. 870.

cum Catimelibocenſi de caſtro Zvvingenberg contendit.

15) Erat ei ceteroquin, cum ſocietatem cum iis iniret, nonnihil diſceptationis cum *Ioanne*, Comite Catimelibocenſi. Materiem dederat caſtrum & oppidum *Zvvingenberg*; quod ſe Catimelibocenſi iure beneficiario conceſſiſſe contendebat Ioannes; ille vero ei haud ferebat acceptum. Non longe poſt tamen conuenit, litem intra dominicam *Innocauit* & ferias Pentecoſtales proxime ſecuturas tranſactione amica finiendam. Interim Ioannes conſenſit, vt id *Henlino VViskreys* de *Lindenfels* ad antichreſin venderet; Catimelibocenſis vero Ioanni omnia bona ſua, vbicunque etiam locorum ſita eſſent, hac de cauſſa oppoſuit. Diſcas id ex tabulis Gernshemii ſabbato ante dominicam *Innocauit* dictam confectis.

Fuldenſibus tutelam pollicetur.

16) Poſt in Eichsfeldiam properauit, vt ad omnem belli imminentis procellam fortiter ſuſtinendam inſtrueret eam ac firmaret. Duderſtadii ſane fuit tertia Paſchalium. Ea præſidiis munita, rebusque neceſſariis inſtructa, venit Eſchvvegam, ac vt caſtrorum Fuldenſium ſibi pateret vſum, *Ioanni* Abbati, *Gyſoni* Decano, ceterisque cœnobitis eandem, quam ante Hersfeldenſibus, pollicitus gratiam eſt ac tutelam, vt litteris ipſo B. Georgii martyris die ibidem datis propagatum eſt memoriæ.

Falckenbergium diœceſi Fuldenſi præfectum dat.

17) Die dein ſexta poſt almam Pentecoſtes *Cunzmannum* de *Falckenberg*, Equitem, ſæpius nobis iam dictum, conſtitutis ei in ſtipendium annuum mille florenis, diœceſi Fuldenſi Præfectum dedit, hac lege, vt monaſterium, monaſterio ſubditos, eorumque iura ac bona (*alle ſine Paffen, Cloſter, vnd vnderthanen, geiſtlich vnd werentlich*) aduerſus quoscunque tueatur, ac pro virili defendat; in hunc vero finem equitum (quos tum a lanceis, quas gerebant, *Gleven* ſiue *Glenen* appellabant) cohortem ſuo ſumtu ſemper ſub ſignis habeat, alatque. *Cloppa* tum erat, caſtro Bingæ impoſito, quod nunc ſuis lacerum horret ruinis, ſæculo ſuperiori a Gallis ſubiecto puluere pyrio euerſum.

cum Cæſare agit Weinhemii.

18) Paullo poſt vero Weinhemii egit cum Cæſare. Teſtimonio nobis ſunt litteræ, in cauſſa *Iacobi* de *Alzey*, ſcribis regiis præfecti, tum editæ. Huic Rupertus, vi iuris primariarum, vt vocant, precum, Canonicatum in eccleſia ad D. Bartholomæi, quæ Francofurti eſt, contulerat; Decanus vero & Capitulum, dum admitti petebat, aduerſabantur. Et cum *Hermannus* de *Rodenſtein*, Eques & Præfectus Wetterauiæ, Conſules itidem ac Senatus ciuitatis Francofurtenſis manus eidem ad poſſeſſionem beneficii huius obtinendam commodaſſent, Iudices eccleſiaſtici Moguntinenſes execrationis in eos ſententiam explicarant. Promittit igitur Ioannes, ſe tam abſtentos pœnis eccleſiaſticæ deteſtationis exemptu-

rum,

Edit. I p. 870

bello petitur a Brunſuicenſibus,

tum, quam ſua effecturum auctoritate, ne Iacobo amplius impedimento ſint Decanus & Canonici.

19) Sedenim cum inter hæc *VValdeccium, Falckenbergium,* & *Hertingshuſium* non tam deſtitueret, quam tueretur, ac in miniſtris iuxta atque auxiliatoribus numeraret, ſuſpicionem, in quam Brunſuicenſibus venerat, magis magisque auxit, & hoc ipſo in varias moleſtias, quin eodem hoc anno in bellum implicitus fuit. Quod cum auctor nimis breuiter perſtringat, aliorum verbis paullo fuſius explicabimus. *Gobelinus Perſona* coſmodrom. ætate VI cap. LXX p. 288; *Eodem anno* Henricus *Dux de Luneburg*, Bernhardus *frater ſuus, vna cum* Ottone *Archiepiſcopo Bremenſi, fratre eorum, magno congregato exercitu, venerunt contra Archiepiſcopum Maguntinum & Henricum, Comitem de VValdegge, mortem fratris ſui Friderici vindicaturi, & fuit eis adiutorio Landgrauius Haſſia, & fere omnes Duces, Comites, & Barones Saxonia. Sed quia exercitus magnus erat, ipſi propter victualium defectum, prinſquam quidquam perficerent, cogebantur ad partes ſuas redire. Et deinde inter Archiepiſcopum Moguntinum & Henricum Comitem de VValdegge ex vna, & Landgrauium Haſſia parte ex altera grauiſſima guerra continuata ſunt. Ita, quod neuter partium parcebat eccleſiaſticis, & clerici ſaculares & monachi indifferenter capti carceribus & lignis detinebantur.* Auctor *chronici Lüneburgenſis* p. 95; *Anno* 1401 *do boven Hertoge* Bernt *vnd* Hinrich *an einen groten krich mit deme Biſchoppe van Mentze, vnd den ſinen, vnde des kriges vvorden der Heren* van Luneborch *Helpere Landgreve van Heſſen, Her* Hermen, *Hertoge* Otto *van* Brunſchwik *tho Gottinge, vnde vele Heren, gude Lude vnd Stede, in der iegen beſeten* —— *De ſulven Heren togen vacken mit ehren Heren vnd Frunden in dat Stichte tho Mentze, mit groten hupen volckes. Doch deden ſe dar an beden ſiden nicht vele merckliches ein dem andern, ſunder ſe branden vnd vervvoſten tho beiden ſiden vele dorper vnd vvickbelde.* Tum *Botho* chron. picturat. ad annum MCCCCI p. 393; *In duſſem ſulven iare togen de Herthogen to Brunſvvick, alſe Hertoghe* Bernd *vnd Hertoghe* Hinrich *in Sunte Margreten dage vppe den Biſchopp to Mentze, vnde den Greven van VVoldecke, vnde vvolden den Broder hebben vvroken; over ſe vvunnen nicht vele. Doch ſe verdorffen ein ort des landes, vnde legen vnde vvachten ſtrydes, vvente de Biſchopp ön vaken to entbod, he vvolde komen iegen ſe to ſtride. des vorbleyff van öm.* Auctor *hiſtoria de Landgrau. Thuring.* cap. CXLVII p. 951; *Eodem anno* (MCCCCI) *magna diſcordia facta fuit inter* Ioannem *Archiepiſcopum Moguntinum, &* Hermannum *Landgrauium Haſſia, mutuo ſe multum ladentes, & durauit vltra annum vnum. Et clerus in diœceſi Maguntinenſi, in Thuringia, in Haſſia, in Saxonia appellauit contra Epiſcopum Maguntinenſem, propter indebitam exactionem, quam eis impoſuit.*

20) Ita illi. Notes autem, non anno ſæculi primo, vt tradunt, ſed tertio hoc bellum Ioanni cum Brunſuicenſibus interceſſiſſe. Quippe ſatis teſtatum id faciunt litteræ, quibus *Bernhardus* & *Henricus* eidem id indixere. Fuerunt autem hæ; *VViſſent Biſchoffe* Iohan *zu Menze, daz vvir* Bernd *vnd* Heinrich *von Gots gnade Herzogen zu Brunſvvig vnd Luneburg vvollen uvver, uvver lande vnd lute fynd ſin vmb das groſe vnrecht, das ir vns an vnſrem toden Bruder ſeligen vnd den vnſern tud vnd getan hebbet, vnd das ir vns nyderfellig vverdet rechtlich, daſs der Allerdurchluchtigeſt Furſt Her* Ruprecht, *Romiſcher Konig in ſinen verſiegelten brieven vns zugeſcheiden hait, vnd vvollen vns das von vch zu der eren vvol vervvart han. Geſchrieben zu Kalenberg nach Godes geborte XIIIIC iare in dem dritten iare des Donnerſtages nach aller Apoſteln tage, als ſie verſant vvorden, vnter vnſerm ingeſiegel gedruckt an dieſen brieve.*

21) Iiscum faciebant plures; *VVilhelmus* Cocles, Thuringiæ Landgrauius, illiusque e fratre *Friderico* nepotes, *Fridericus* & *VVilhelmus*, tum vero Haſſiæ Landgrauius *Hermannus*; quorum vnusquisque diffidatitias ei miſit. *Ille* quidem has; *Ervvurdiger Her* Iohan *Erzbiſchoff zu Menze. Als vvir durch des Hochgebornen Furſten Hern* Otten, *Herzogen zu Brunſvvig, vnſers lieben Svvagers vvillen, uvver fyndt vvorden ſint, als vvollen vvir vch der Hochgebornen Furſten,* Henrich *vnd Herrn* Otten, *Herzogen zu Brunſvvig vnd zu Luneburg, vnſer lieben Svvagere, helffer ſin, vnd ziben vns des in ire friede vnd vnfriede, vnd vvollen vns des zun eren gein vch bevvaret han. Gegeben zu Dresden am Sontage nach Petri vnd Pauli anno Domini, MCCCC tercio. Iſti,* ſequentes: *Ervvurdiger Her, Her* Iohan *Erzbiſchoff zu Menze. VVan vns die Hochgeborne Furſten, Her* Henrich, *Hertzog zu Brunſvvig vnd Luneburg, vnſer lieber Svver vnd Svvager, Her* Herman, *Lantgrave zu Heſſen, vnd Her* Otte *Herzog zu Brunſvvig, vnſere liebe Oheimen, Bruder, vnd Svvager, verkundiget han, daſs yn vngutlich von vch geſcheen iſt, daſs die uvvern vnſern lieben Svvager vnd Oheim Herzog* Friderich *ſeligen tod geſchlagen han, vmb das vnrecht vnd groſſen gevvalt, die ir vnd die uvvern an yn getan han. Darumb vvollen vvir uvver fint ſin, vnd vvollen vns des gein vch bevvart han. Geben zu Merſeburg an dem Mantage nach Viti, vnter vnſerm* Henrichs *Secret, des vvir* Wilhelm *mitgebruchen. Anno MCCCCIII.* Friderich *vnd* Wilhelm *Gebrudere, Lantgraven in Doringen vnd Margraven zu Miſſen. Hic,* quas ſubiungimus; *VViſſent, Ervvurdiger Her* Iohan *Erzbiſchoff zu Menze, daſs vvir* Herman *von Gots gnade Lantgrave zu Heſſen, vnd vnſer armen lut groſlick, dicke, vnd manigfald geraubet vnd geſchindet ſin von uvvern Mannen, Burgmannen, vnd Steten zu vnd von yn,*

eorumque ſocii.

nem-

nemlich in vnſerm gericht zu Bilſtein vnd anders, vnd iſt das alles geſchehen ſint den veden, die zu Herſifelde zvviſchen vch vnd vns bered vnd begriffen ſin, vnd vverden zu einer notvvere gedrungen. VVere nun, das vvir vnd die vnſern die vviddervmb ſüchten vnd beſchedigten, vvas ſchaden ir des nemet, des vvollen vvir vnſre eregein vch bevvaret han. Gegeben vnder vnſrem Sigill heruff getruckt zurucke. Vff den nehſten Fritag vor Sand Marien Magdalenen tage, ſub anno Domini MCCCC tercio.

tum de pace actũ fuiſſet.

22) Et ſic ignis diu enutritus ſurrexit in flammas. Quantum vero damni, dum ita inter ſe commiſſi erant, alter alteri intulerit, ex iam dictis patet. Prædas ſcilicet agebant, cremandoque furorem expromebant ac iras. Tandem Rupertus Cæſar intercedebat, eoque rem deducebat, vt promitterent, ſe, poſitis armis, ipſius ſtaturos ſententia. Actum id Herſfeldæ die Mercurii, lucem Michaeli Archangelo ſeſtam eum præcedente.

ipſe denuo ſe Haſſo hoſtem profitetur.

23) At vero haud ita diu durabat illis hic animus. Quippe diebus aliquot interiectis ad vim atque arma ſe rurſum dimiſit Ioannes, ac fecialibus Aſchaffenburgi dominica poſt feſtum Michaelis proxima ſignatis Hermanno Landgrauio denuntiauit inimicitias.

nouos conducit auxiliatores.

24) Indictas vt copiis hoc maioribus exerceret, varios mox aduerſus eum, quin & Brunſuicenſes, auxiliarios conduxit. Duderſtadii quidem die B. Gallo Confeſſori ſacra *Henricum & Guntherum de Bodenhauſen*; Bobenhuſæ vero feria tertia poſt diem Virgini conceptæ ſollemnem *Hartmannum* de *Carben*, vetuſta nobilique proſapia virum; a quo ſimul liberum ſibi ſuisque caſtrorum *Sternfels* & *Carben* vſum pactus eſt.

Edit. I p. 870

cum Comitibus Hoenſteinenſibus pacificatur.

25) Hoſtium item vires vt aliqua ex parte debilitaret, frangeretque, inter hæc cum *Henrico* ſeniore, Comite Hoenſteinenſi, Domino Laræ & Clettenbergæ, eiusque filiis, *Henrico* iuniore, *Erneſto*, & *Gunthero*, pace Duderſtadii facta, in priſtinam animorum conſenſionem rediit. Leges erant, vt vtraque pars captiuos dimitteret liberos; pecuniam pro redimendis incendiis vel captiuis pactam, quæ nondum ſoluta, neutra poſtularet ac exigeret: Ioannes de dimidia caſtri *Allerberg*, quæ eorum fuerat, partem alteram reſtitueret; præter eam vero dimidiam alteram, quæ Haſſi antea erat, concederet totam, atque adeo caſtri huius trientem; Hoenſteinenſes & eorum auxiliarii, *Otho* Epiſcopus Merſeburgenſis, *Vlricus* Comes Reinſteinenſis, *Guntherus* Comes Mansfeldius, cum fratribus ſuis, & ciuitas *Northuſa*, hoc cum Haſſo & Brunſuicenſibus bello aduerſus Ioannem nec eſſent nec facerent, niſi *Henricus*, eiusque filii a Marchionibus Miſniæ ad id ineuitabili impellerentur modo; *Henricus* tandem, filiique *Henricus*, *Erneſtus*, & *Guntherus*, de caſtro ditionis Moguntinæ *Gibeldehuſen*, nuper expugnato, pro rata decederent.

de incendio Bingenſi.

VII Anno milleſimo quadringenteſimo tertio, tantum caſu extitit Bingæ incendium, vt vix quarta oppidi pars ſuperfuerit, templum etiam conſumptum ſit; ad cuius reſtaurationem excitauit, indulgentiarum quarundam donatione, multorum liberalitatem Ioannes *.

* *Theodericus* etiam poſtea anno MCCCCXXXV. Ceterum curatius aliquanto funeſtum hoc incendium perſtringit *Trithemius* in chronico Hirſaugienſi ad h. a. p. 320; *Anno prænotato, tertio decimo die menſis Auguſti maximum incendium ex caſu in oppido Bingen fuit exortum, ex quo multa ciuibus damna prouenerunt. Vix enim quarta pars oppidi permanſit illæſa, omnia vero incendium apprehendit, omnia vaſtauit, eccleſiamque parochialem & Capellas* S. Spiritus, *Diuorumque* Chriſtophori, Nicolai, *&* Aegidii *penitus conſumpſit, atque in hora ex diuitibus ciues multos repente fecit pauperrimos.* Per *parochialem* intellige *Collegialem D. Martini*; quam *cum ſuis campanilibus, campanis, ambitu, aliisque ſuis attinentiis per ignis incendia & ruinam inde ſecutam miſerabiliter & totaliter confractam, & funditus deſtructam* dicit *Theodericus* in litteris anno, quem ſupra dixi, datis.

VIII Anno MCCCCIV in oppido Hoeſt, de quo ſupra (vult id MSL. dici, quod vix aſſentior, quaſi Mœni & Niddæ fluuiorum oſtium) arcem ædificauit ea diligentia, vt materiam non raro, verbi cauſſa, lapides, calcem & ſimilia fabris ferret ſuis humeris, eoque exemplo ſuos etiam Nobiles & Barones ad idem opus excitaret, prout habet MS. qui addit; *Et exſtruxit ſimiliter Haſſclavvvenſe caſtrum*, in MSL. *Altenauenſe*.

caſtra Hanau & Bobenhauſen accepit.

1) Hæc auctor, aliis omnibus, quorum tamen plura hoc anno nobis occurrunt, prætermiſſis. Intererit igitur, potiora huc afferre, ac ſummatim exponere. Vt autem ordine progrediar, notes velim, quod ipſe anno ſuperiori, caſtris *Hanau* & *Bobenhauſen* in poteſtatem acceptis, curam Dynaſtiæ Hanouienſis adminiſtrandæ, tuendæque in ſe ſuſceperit, *Vlrico* quidem, Domino Hanouiæ, volente. Quod cum fratribus illius, *Reinharto* & *Ioanni*, anſam dediſſet querendi & cum Vlrico expoſtulandi, verebatur, altercationem hanc in maiorem animorum contentionem exceſſuram. Huc igitur curas vertit, vt ſubortum eos inter diſſidium amica tolleret transactione. Dixit autem Francofurti, feria quarta poſt dominicam *Innocauit* vulgo dictam, has pacis leges; *Reinhartus* & *Ioannes* terræ Hanouienſis, quoad Vlricus vixerit, ſint Adminiſtratores, iique perpetui ac iure indiuiſo, niſi ſi filium ille tollat, vel filios, feudi capaces, & filius iſte, vel ſi plures fratrum ſint, maior natu, patre adhuc viuente, ad eam peruenerit ætatem, vt regimini rite gerendo ipſe iam par ſit. Hoc

fratres Hanouienſes componit.

ſine

Edit. I p. 870

ſine iidem reditus omnes ac prouentus, *Schafheimenſibus* tantum exceptis, recipiant. Hos Vlricus in alimenta pro dignitatis ratione colligat, habeatque; *Schafhemii* etiam, ſi velit, lares figat ſedemque, vel, ſi malit, *VVonecka* aut *Omſtadii*. Ceterum vero caſtrorum, oppidorum, bonorum, redituumque nil quicquam vlterius diuendat, oppigneret, reluat, aliisque concedat, niſi fratrum præſcitu ac conſenſu. Eo mortuo, *Eliſabetham Ziegenhainenſem* in vſu fructu bonorum viduitatis tuendæ cauſſa ei conſtitutorum Reinhartus & Ioannes haud turbent, quoad vixerit, nec ad ſecunda tranſierit vota. Si Vlricus heredes ſuſcipiat feudorum capaces, vnum ſcilicet vel plures filios, tum Dynaſtia Hanouienſis ad illum, vel ſi plures numero ſint, natu maiorem perueniat; *Reinhartus* vero & *Ioannes* interea, donec iuſtam is, legibusque conſtitutam attigerit ætatem, eius ſint tutores. Si ſine filiis decedat, ad ipſos tranſeat ea. Vlrici filiabus nupturis dotem iidem conficiant debitam iuxta decentemque. Vt adminiſtrationem terræ Hanouienſis ſine impedimento vel mora capeſſere poſſint, Vlricus Vaſallos ſuos, Caſtrenſes, Præfectos, ciues oppidorum, colonos villarum, ſingulos & omnes, litteris publice editis iureiurando ſibi olim præſtito exſoluat, iubeatque, vt *Reinharto* & *Ioanni* ſacramentum dicant, & in poſterum iuſtos obſequii deferant titulos. Quibus ita decretis, duo hi fratres Ioannem in communionem adminiſtrationis recepere, ſimulque polliciti ſunt, ſe eum, quoad in viuis ageret, in tranquilla caſtrorum *Hanau* & *Bobenhauſen* poſſeſſione, in quam ab Vlrico inductus ſit, relicturos.

Inde Ioannes, dum vixit, duas haſce præfecturas, peculii inſtar, cum omni iure & vſu fructu tenuit, ac ſæpius Hanouiæ, cum maxime vero Bobenhuſæ cum aula ſe continuit.

nouos ſibi adſciſcit adiutores. Inde viribus ſuis hoc magis firmandis Eltvillæ, ſabbato ante dominicam vſu eccleſiaſtico *Reminiſcere* appellatam, *Antonium* de *Bibra*, poſt non multo *Ioannem* de *VVangenheim*, haud ſegni conſilio, manuque viros, in belli adiutorium aduerſus Landgrauios Thuringiæ & Marchiones Miſnenſes, Brunſuicenſes item, & Haſſum, ſibi obſtrinxit.

cum Electoribus Rhenanis de moneta agit. 2) Curis mox alio verſis, Bopardiæ cum ceteris ad Rheni tractum Principibus Electoribus de moneta noua cum aurea tum argentea feriunda pactionem ad decem iniit annos. Conſtitutum ea vtrique pondus ac pretium. Modus probandi eas compoſitus. Multa monetariis, ſi recederent ab officio, dicta. Sed iuuabit, ipſas inſpicere tabulas. Reperies eas in codice Diplomatico.

Ludouico Electori loca Imperii Palatina ſibi oppignerata ſuo conſenſu firmat. 3) Ceterum per eos dies Rupertus Rex caſtra, oppida, villas Imperii *Oppenheim*, & *Odernheim*, *Schvvabsberg*, *Nerſtein*, *Dexheim*, *Ingelheim* & *Ingelheim* (ſuperius ſcilicet & inferius) nec non *VVinternheim*, ſibi multis abhinc annis a Carolo IV oppoſita, filio ſuo Ludouico pro centum millibus aureorum Rhenenſium pignori dederat. Id ne pro infecto eſſet, opus erat Electorum conſenſu. Ioannes igitur tabulis Hemſpachii feria tertia poſt Pentecoſten confectis calculum ſuum rei addidit, aſſenſitque, vt loca dicta pignoris titulo Ludouici in poteſtate eſſent, manerentque, donec eadem monetæ ſumma in poteſtatem Imperii reuocarentur.

4) Hæc, aliaque curanti ex inopinato noui ſuperuenere hoſtes, *Adolfus* Clinenſis, & *Ioannes* ab *Eiſenbach*, Haſſi partes amplexi; ex cauſſis vero aliis Nobilium quamplures. Quisque ei per litteras indicebat hoſtilia. *Clinenſis* Mercurii poſt diem Ioanni Baptiſtæ feſtum; *Eiſenbachius* eodem tempore; ceteri alio. Vti vero magni excelſique erat animi, ita fortiter eos & ſuſtinuit, & repreſſit. *a nouis inuaditur hoſtibus.*

5) Cum *Ioanne* de *Rodenſtein*, Domino Liſpergæ, vero, quem cum aliis hoſtem vſque huc habuerat, Cunzmanni Falckenbergii opera, poſitis tum armis tum ſimultatibus, in gratiam rediit. Proditum id litteris poſtridie diei B. Margaretæ feſti ſignatis. *cum Rodenſteinio tranſigit.*

6) Hæc inter vti aliis ditioni ſuæ ſubiectis, ita Iudæis etiam æquum ſe præbuit, ipſisque ſuum pollicitus præſidium eſt; conceſſit etiam, vt pignoribus quibusuis in ſecuritatem acceptis, fœnori pecuniam exponant, modo non accipiant calices ſacros, veſtimenta cruore adſperſa, pannos item madidos (*vſigenommen drierley, mit namen Kilche, bludig gevvant, vnd naſs duch*) Et tabulis quidem id complexus eſt Eltvillæ peruigilio Iacobi Apoſtoli confectis. *Iudæis de pignoribus capiendis priuilegium indulget.*

7) Hoſtibus vero maiores ſibi vires circumponentibus, & ipſe ſuas per hos dies incremento haud exiguo auxit. Præter enim Nobiles Wetterauiæ & Eichsfeldiæ tantum non omnes, *Hartmudum*, *Reinhartum*, *Simonem*, *VVilhelmum*, *Adolfum*, & *Fridericum* von *der Tannen*, *Ioannem* & *Henricum* von *Hune*, *Carolum* & *VVernherum* de *Drubinbeche* (Traubenbach) fratres, nec non *Petrum* & *Giſonem* de *VVihers* (Weyers) conſtitutis ſtipendiis aduerſus Haſſum, Brunſuicenſes, & Landgrauios Thuringiæ adiutores ſibi comparauit. *vires ſuas nouis auxiliatoribus auget.*

8) Anno tamen ſequenti MCCCCV, *Henrico* Comite Waldeccenſi, & *Adolfo* Comite Naſſouio arbitris, pacis amplexus conſilia, cum iis pacificatus eſt. Hæ vero tum perlatæ leges. Irarum, noxarumque omnium obliuione inducta, vtraque pars ad priſtinam animorum redeat conſenſionem. Quod ad captiuos, Miſnenſes iuxta Biſchofshemium capti quatuor florenorum redimantur millibus, quandoquidem & Moguntini, qui in Marchionum pridem peruenerint manus, tot millibus redimi debuerint; ceteros vtraque pars ſine lytro dimittat liberos. Dimidiam partem caſtrorum *Eſchvvege* & *Suntra*, quam Balthaſar pater & Fridericus filius pro dimidia locorum *Selza* & *Biſchoffsgutern* cum Ioanne permutauerint, nec tamen oſtendere vel voluerint vel potuerint, illius dimidiæ ſe fuiſſe dominos, Ioannes ipſis reddat. Caſtri item *Allerberg* expugnati dimidiam vnam, quam Hermannus ſui iuris eſſe oſtenderit, eidem reſtituat; alteram vero concedat, ſi quidem ille eam ea pecu- *pacem cum Haſſo facit.*

niæ ſumma teluere velit, qua ſibi, Sedique Moguntinæ ab Henrico Comite Hoenſteinenſi, cui oppoſita erat, Ioannes redemit. Idem partem caſtri Geiſmariæ vicini, *Schönenberg* nomine, Othoni Brunſuicenſi reſtituat; Hermanno Landgrauio Haſſiæ vero partem, quæ ipſius ante fuerit, caſtri *Zappenberg*. Quod ad caſtra *VVedelberg* & *Heiligenberg* attinet, placuit, vt Henrico Waldecceuſi & Adolfo Naſſouio in manus tradantur; horum vero ſententia, quam de iis tulerint, pars vtraque ſtet ac acquieſcat. Arcem *Gibeldehuſen* eo ſtatu, quo erat, cum expugnaretur, Hermannus, ſocijque Ioanni reſtituant. Clerus Frizlarienſis lite, quam Hermanno, eius coniugi Margaretæ, ac Præfectis quibusdam Haſſiacis in curia Romana mouit, deſiſtat. Litteræ ante bellum hoc datæ, fœdera ante id inita ſuam habeant vim, haud ſecus, ac ſi neutra pars illas vel illa vnquam violarit. Pacis huius ex parte Ioannis participes ſint *Cunzmannus* de *Falckenberg* & *Fridericus* de *Heringshuſen*; quorum tamen cauſſam, ob cædem Friderico Duci Brunſuicenſi illatam, Ioannes in ſe haud ſuſcipiat. Illius item participes ſint *Pincerna* de *Schvvinsburg*, & *Nobiles* de *Lövvenſtein*, aliique Ioannis auxiliatores. Ex parte Hermanni, ſociorumque vero, *VVilhelmus* ſenior, & *Fridericus* iunior, *Balthaſaris* filius, Marchiones Miſnenſes, ceterique illorum adiutores. His latis, pacem factam non iurato tantum, feria quarta poſt dominicam *Reminiſcere* dictam, confirmarunt, ſed poſtea etiam, Veneris poſt dominicam vſu eccleſiaſtico *Miſericordias Domini* appellatam, rem omnem ſe explicaturos, datis inuicem ſponſoribus, receperunt. Ioannes quidem Hermanno; *Conrado* Wildgrauio in Dhaun & Rhingrauio de Lapide, Canonico Moguntino & Præfecto Ruſtenbergenſi, *Conrado* Pincerna de Erpach, *Francone* de *Cronenberg*, *Ioanne* de *Brumſer*, Militibus, *Ludouico* de *Binsfurte*, Prouiſore Erfurtenſi, & *Ioanne* de *VValdeck*. Hermannus vero Ioanni; *Burchardo* de *Schonenberg*, *Bodone* de *Adelevœſen*, *Hermanno Trotte*, & *Diederico* de *Roden*, Militibus, *Thilone VVolff* de *Gudenberg*, & *Henne* de *Giſenberg*. Qui cum datis ſibi inuicem dextris promiſiſſent, ſi monerentur, ad diem dictum ſe ſtituros, conuentum, ſi quidem Ioannes ſuos monuerit; vt Frizlariam veniant, nec inde diſcedant, donec ei ſatisfactum ſit. Si Hermannus ſuos; vt Caſſellas pergant, nec iſtinc ſe moueant, donec ſimiliter ei ſit ſatisfactum. Additum tamen, operam dandam, vt omnia, quæ hoc tempore ad effectum deduci nequiuerint, intra diem Veneris poſt *Miſericordias Domini* & almam *Pentecoſtes* conficiantur.

fœdus cum eo & Ducibus Brunſuicenſibus percutit.

9) Bello conditionibus his finito, ſequenti ſtatim die (erat is quintus poſt dominicam *Reminiſcere*) cum *Bernhardo* & *Henrico* Ducibus Brunſuicenſibus, *Hermanno* Landgrauio Haſſiæ, & *Othone* Brunſuicenſi, *Othonis* filio, tranquillitati publicæ tuendæ Ioannes ad ſex annos iniit fœdus; quo quidem agricolis, vinitoribus, aurigis fimum agris ſtercorandis in campos, ſegetem demeſſam vel vuas decerptas domum vehentibus, venatoribus item cum canibus venaticis exeuntibus ac venaticam exercentibus, Nobilibus etiam peregre proficiſcentibus, ſecuritas promiſſa, pœna vero in transgreſſores conſtituta, vt ex tabulis ipſis, quas alias inſerui, plenius cognoſcere eſt.

Edit. I p. 870

partem dictorum caſtrorum a Miſnenſibus repoſcit.

10) Eodem Ioannes Marchionibus Miſniæ, *Balthaſari* ac *Friderico*, dimidiam partem caſtrorum *Eſchvvege* & *Suntra*, litteris peculiaribus, quas in codice Diplomatico dedi, reporrexit; viciſſim vero partem locorum *Salza* & *Biſchoffsguttern*, pro qua illam permutationis titulo acceperat, repopoſcit.

contra eos fœdus init.

11) Et cum vix ſpes erat, fore, vt ſponte eam redderent, die ſequenti (erat is ſextus poſt dominicam *Reminiſcere*) cum *Hermanno* & *Othone* fœdus percuſſit. Eo condictum, ſe Marcgrauios commonituros, vt partem iſtam locorum *Salza* & *Biſchoffsguttern* Sedi Moguntinæ reſtituant: ſi nolint, coniunctis viribus ſe illos eo adducturos. Simul placuit (facile enim præuidebant, ad arma deuentum iri) conſtituere quosdam, qui de bello, ſi ſuſcipiendum eſſet, gerendo ante deliberarent. Quos Ioannes deſignauit, erant *Franco* de *Cronenberg*, *Ioannes Brumſer*, & *Cuno* de *Scharpfenſtein*, Vicedominus Rhingauiæ. Quos Hermannus & Otho; *Bodo* de *Adelevœſen*, *Diedericus* de *Roden*, Milites, & *Bernhardus Bercken*. His Præſidum honorariorum titulo impoſiti *Henricus*, Comes Waldeccenſis, & *Adolfus* Comes Naſſouius.

Parochis & Religioſis in Moguntia certam fert legem.

12) Inde ad curas verſus eccleſiaſticas, Curionibus Moguntinis, & Ordinibus, qui *Mendicantium* appellatione ab aliis diſtingui ſolent, peculiari mandato, feria quarta poſt dominicam *Quaſimodogeniti* perſcripto, iniunxit, vt ſuis in parochialibus ac monaſteriis ſacrorum initium maturius aliquanto faciant; id enim agendum, vt iis poſt finem *pulſus primarum in maiori Moguntina dati* peractis, diebus dominicis, in ſtationibus item, rogationibus, aliisque feſtiuitatibus cum Prælatis, Canonicis, & Vicariis Moguntinæ maioris more priſco per periſtylium cum *aqua benedicta* ſiue luſtrali venerabundi procedant, & dein in æde dicta ſacro interdicto notatos publicent, vel per alios publicari faciant. Ni pareant, & his morem gerant, deteſtationis eccleſiaſticæ ſubituros pœnam; quo vide litteras ipſas.

aliquot contrahit fœdera.

13) Reliquum anni fœderibus feriundis fere tranſegit. Quippe cum *Rudolfo* Antiſtite Halberſtadenſi, die Gregorii Confeſſoris, vnum; alterum Miltenbergæ, pridie diei Petro & Paulo Apoſtolis ſacri, cum *Ioanne*, Epiſcopo Herbipolenſi, pepigit. Cum maxime vero Marbaci, feria Crucis exaltatæ honori dicata, cum *Bernhardo* Marchione Badenſi, *Eberhardo* Comite Wirtembergenſi, *Argentorato*, *Vlma*, *Reutlinga*, *Vberlinga*, *Memminga*, *Ravenſpurgo*, *Biberaco*, *Gemunda*, *Dinckelſpula*, *Kauffbeura*, *Iſna*, *Leutkircha*, *Gienga*, *Alen*, *Bopfinga*, *Buchorn*, & *Campiduno* ciuitatibus, in arctam coiuit ſocietatem. Scopus erat, vt tutæ tran-

quilla-

Edit. I p. 870

quilibetque eſſent res omnes, cum maxime vniuscuiusque paciſcentium. Vſus autem prorogabatur ad annos quinque. De cetero in hæc conuentum capita; ad quotidianas excurſiones in hoſtem faciendas, ob caſtrorum Moguntinenſium diſtantiam nec Ioannem ſociis, nec illos eadem de cauſſa Ioanni ad ſubmittendum militem obligari; obligari tamen ceteros hunc in finem ceteris ad XXXIX equites, *Glenen* vocatos, ſubmittendos: fœderatorum nulli fas eſſe, hoſti ſuis in caſtris, oppidis, & terris præbere receptum; communi conſenſu recipi poſſe in hoc fœdus, qui recipi deſiderent: ſi forte quid inter fœderatos ſuboriretur ſimultatis, id transactione amica debere componi: alterum denique alteri aduerſus eos, quos exceperint, haud debere auxilia. Excepit autem Ioannes Regnum *Boiemiæ*, *Ioannem* Epiſcopum Herbipolenſem, *Fridericum* Antiſtitem Eichſtadtenſem, *Ioannem* & *Fridericum* Burggrauios Norimbergenſes, *Hermannum* Landgrauium Haſſiæ, *Ludouicum* & *Fridericum* Comites Oetingenſes, *Simonem* Comitem Sponheimenſem, & Ciuitatem *Moguntiam*. Bernhardus, *Ludouicum*, *Ioannem*, *Stephanum*, & *Othonem*, Comites Palatinos ad Rhenum, fratres. Wirtenbergenſis, *Carolum*, Ducem Lotharingiæ, eiusque fratrem *Fridericum*. Idem Wirtenbergenſis & Ciuitates generatim ſocios fœderis ciuitatum Imperialium. Argentoratum ſpeciatim *Epiſcopum* ciuitatis, *Baſileenſes* item ac *Sarburgenſes*. Tabulas pactionis tum confectas ad verbum habet *Lehmannus* lib. VII chronici Spirenſis cap. LXXIV p. 776 & ſeq. Quam inuiſum vero fœdus hoc fuerit Ruperto, *VVenckerus* exponit in præſidiis rerum Germanicar. n. XLIX p. 276.

cum Othone Ziegenhainenſi pactionem init.

14) *Othonem* denique, Comitem Ziegenhainenſem, qui tredecim poſt annis apud Treuiros ex ſummæ ædis Præpoſito ad Archiepiſcopi pertractus honores eſt, cum ob virtutem, animique dotes in primis carum haberet, altiorique aliquando culmini impoſitum iri facile præuideret, arctius ſibi deuinciendum ſtatuit. Societatem igitur eocum faciebat. Conditiones erant, vt ſimul ac ille ad Epiſcopatus vel alius cuiusdam dignitatis eminentioris titulos gradum fecerit, alter alteri ad mutuam concordiam & defenſionem ſe obliget; conſiliis dein, rebus ita ferentibus, ac ope præſto ſit, nec vnquam vllo hoſtiliter aduerſetur modo, vel ſuis, vt id faciant, permittat. Res feria Luciæ virgini ſacra in litteras miſſa, vt ex clauſula tabularum, quas in codice Diplomatico protuli, patet.

de variis capitibus cum Rege litigat.

15) Erat autem inter hæc ei cum Ruperto Rege non plane nulla ſimultas. Nec Cæſari deerat, de qua quereretur, materies. Patuit id anno ſequenti MCCCCVI Moguntiæ. Ibi namque proximis poſt Epiphanias dominicæ ſollemnitatem diebus de his actum. Capitum, de quibus Ioannes querelas inſtituebat, erant plura. Primum enim iura Archicancellarii per Germaniam ſibi infringi nolebat; ſigillarum facultatem Vicecancellarium, Protonotarium, & Notarios conſtituendi, eos ſua in verba adigendi, & ſi quidem ſibi neceſſarium videretur, loco mouendi; Ius item decimam de tributo Iudæis impoſito capiendi; quippe quam ſibi ſuisque ſucceſſoribus vi tabularum Cæſarearum competere aſſerebat. Dein ſummam triginta millium florenorum, quæ Sedi Moguntinæ debebatur, Caroli IV nixus litteris, vrgebat. Tum vero querebatur, Regem ſibi, ne caſtrum *Hochſt* inſtauret vel exædificet, ſeuere admodum interdixiſſe, quod tamen iam a quinque Archiepiſcoporum memoria in Archiepiſcopatus ſit poſſeſſionibus. Anno ſuperiori circa tempus anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii contra hoſtes ſuos ſe Rupertum popoſciſſe auxilium. Sedenim pro ſuppetiis expetitis illum cum copiis aduerſus Sedis Moguntinæ amicos & præfectos egreſſum eſſe, caſtrum Moguntinæ ditionis diruiſſe, qui in fide Sedis & obſequio erant, cepiſſe. Monaſteria porro, clerum, aliosque ſuorum in terris Palatinis multifariam damnis affici, nec quenquam ex Præfectis regiis eſſe, qui id impediat: hoſti etiam cum prædis ex agro Moguntino actis tranſitum per vada fluminum permitti; ſuos contra, ſi raptores inſequantur, a Palatinis inuadi, maleque multari. Aduocatum (*Faut*) Heidelbergenſem Præpoſito Laurishamenſi, Clero, & Beneficiariis in tractu Bensheimenſi cenſus, beneficiaque (*Gotteslehen und Manlehen*, vt in germanico eſt) vi auferre. Compoſitionem de iudicio Hendſchuchsheimenſi, ſilua *Muckenſturm* dicta, ſaltuque Rhinbergenſi fruſtra ſe hucusque vrſiſſe; interim dictum Aduocatum adſcitis ſibi ciuibus Heidelbergenſibus Nuenhemii exercere iudicium; hos Moguntino imperio ſubditos pignoribus ablatis, aliisque modis quotidie grauare; quin eo nunc proceſſiſſe audaciæ, vt ſiluas diſtribuerint, lignique ac frondium fecerint cædem; adeo, vt coloni Hendſchuchsheimenſes lares ſuos, neceſſitate coacti, reliquerint. Officiales præterea Regis, a tempore caſtri *Klopp* exuſti, in viis publicis, ne quis Bingam ad mercatum venale quid perferat, prohibere. Et quanquam Regis ſit, negotiationibus ac commerciis publicam præſtare tum ſecuritatem, tum libertatem, Præfectos tamen Palatinos in via publica Bingam verſus, in alia item Olmenam inter ac Moguntiam tam colonos dominio Moguntino ſubiectos, quam alios plagis, verberibus, modisque aliis reieciſſe, nec conceſſiſſe, vt Moguntiam, quo tendebant, frumentum veherent. Regem inſuper pacis cuiusdam communis ac publicæ obtentu noua in viis & oppidis inſtituiſſe vectigalia, ad quæ exſoluenda Sedi Moguntinæ ſubditi adigantur; quod ſibi admodum graue ſit; quandoquidem paci iſti nomen ipſe haud dederit. Eundem ſimiliter prohibuiſſe, ne caſtrum *Lieſperg*, ex quo viciniæ multum damni illatum ſit, cingeret ac oppugnaret. Item, ne Iudæo cuidam, Benshemii, ditionis Moguntinæ oppido, vitam toleranti, contra Bernenſes in nominibus expediendis iniquam trahentes moram commodaret manus. Licet etiam inter ſe Regemque, contentionibus hoc mage præcauendis,

con-

conuenerit, ſi quid forte ſuboriretur, quod nouis ſimultatibus materiem præbere poſſet, vt id alter alteri ſignificaret, Rex quidem ſibi, per *Ioannem VVinheim*; ipſe Regi, per *Ioannem Bensheim*; Rupertum tamen id vsque huc haud præſtitiſſe; contra multis accuſationum capitibus in litteras redactis, ſibi diem dixiſſe, Oppenhemii coram Electoribus, Principibus, Comitibus, Ciuitatibusque obeundum; ad quem etiam Collegium Moguntinenſe princeps graui euocarit mandato. Eundem denique *Simoni* Comiti Sponheimenſi, Sedis & fœderato & clienti, partem tributi, a Godeſcalco Iudæo ei quotannis pendendi, extorſiſſe; *Dieterico* Comiti Hohenſteinenſi, eiusque agnatis cenſus Geilnhuſæ & Fridbergæ ipſis prouenientes; *Ioanni* vero de *VValdeck*, Archiepiſcopatus Mareſchallo hereditario, Turonenſem de vectigali Saletionenſi percipiendum & intercepiſſe & etiamnum intercipere.

Capita hæc ad verbum affert Wenckerus *l. d. n. L p.* 290 *& ſeq. vt tamen perperam anno MCCCCX propoſita dicat. Moguntiæ enim anno, quem dixi, MCCCCVI in medium prolata fuere. Conf. ipſe n. XLIX p.* 281.

vti Rex de quibusdam cum eo.

Regis contra non adeo erant multa. Querebatur autem, Moguntinum, contra quam promiſerit, fœdera aduerſus ſe pepigiſſe, aduerſus ſe Marcgrauio miſiſſe ſuppetias. Iudices eccleſiaſticos Moguntinos ditioni Palatinæ ſubiectos litteris contra ius fasque euocare, multisque modis premere, non ſine magno miſerorum diſpendio. Ioannem ſuis ex caſtris atque oppidis Regi & Imperio ſubditas ciuitates, terrasque, ac earum incolas inuadere; conuentione inſuper pactorum Hemſpachii factorum haud ſtare; tum vero id agere ac moliri, vt vectigalia, quæ pacis publicæ cauſſa inſtituerit, interrumpat. Officiales denique Moguntinos bonis Maulbrunnenſium in villa quadam manus inieciſſe violentas, ſingulis quidem ac omnibus diſſipatis iuxta atque direptis.

auxiliatores ſibi comparat.

16) Quum animis ita exacerbatis res ad motus ſpectare videbatur, ne imparatus a parato opprimeretur, Ioannes in caſum ancipitis euentus de auxiliis ſibi proſpiciebat, Nobiliumque nonnullos conſtitutis ſtipendiis in vſus belli addicebat. In his *Ioannem VVolf* de *Sponheim*, virum perinde ſanguinis ſtirpe & rei militaris peritia apprime clarum, vt litteræ ipſius teſtantur, feria ſecunda poſt dominicam Lætantium ſignatæ.

cum Rege componitur.

17) Præter ſpem tamen contentio hæc in bellum haud exceſſit. Omſtadii enim dominica diem B. Thomæ Apoſtolo in faſtis dedicatum præcedente, ſubmotæ litium cauſſæ, modusque ſimul conſtitutus, quo, ſi qua forte poſthæc naſcerentur, diſſidia reprimenda eſſent ac ad tranquillitatem reuocanda. Ex parte Ruperti rem eo deduxere *Rabanus* Epiſcopus Spirenſis, ipſius tum Cancellarius, & *Fridericus*, Comes Oetingenſis, ſupremus aulæ Præfectus; ex parte Ioannis, *Conradus* Pincerna *de* Erpach, Canonicus Moguntinus, & *Franco* de *Cronberg*, equeſtri ſtirpe Miles.

Lolhardos & Beguttas perſequitur.

18) Ceterum ipſe hoc anno id ſibi curæ habuit, vt *Lolhardos* & *Beguttas*, qui iis temporibus furtim & ex occulto Moguntiam inſederant, legum iudiciorumque pœnis coercerentur. Cum enim haberentur hæretici, haud tolerandos ſtatuit. Adminiſter operæ erat *M. Henricus* de *Lapide*, qui omnibus eos viribus perſequebatur. Notant *Miſcella* noſtra Moguntina, ſanctimonialium quampiam in clauſtro D. Nicomedis, labe iſta infectam, carceri mancipatam: iuuenem vero quendam Rotenburgo ad Tubarim oriundum in periſtylio ædis maioris dolio inſidentem, magna populi corona circumſtante, *in mantello ſuo crucem accepiſſe pro pœnitentia*; non longe poſt tamen rediiſſe ad ingenium, *M. Henrico vnam libram* depeculatum *& vnum dappardium*: plures præterea feminas, Argentorato huc delatas, in vincula conditas fuiſſe.

cum Rege fœdus pangit.

19) Vti vero pax, quam cum Rege, ceu dictum, fecerat, hoc firmius perſtaret, anno, qui ſequitur, MCCCCVII, Hemſpachii Lunæ poſt dominicam *Oculi* nouam eocum ſocietatem contraxit. Hac conuentum, ſi quid inpoſterum oboriretur, de quo ipſe cum Rege queri poſſet, operam dandam, vt via amicabili id omne ſuſtollatur. Si hoc modo componi nequeat, ad arbitrium *Friderici* Archiepiſcopi Colonienſis id deferendum; ſententia, quam ille tulerit, ſtari oportere. Si cum Principum quopiam ei quid intercedat contentionis, rem ad Cæſarem referendam. Is ex officio tentet, vtrum eam ad concordiam reuocare poſſit. Si fruſtra ſit, partibus diem dicat; ad indictum quot forte Principum haberi poſſint euocet, & cum illis cauſſam decidat. Eundem modum obſeruandum, ſi cum Comite quodam vel ciuitate aliqua eidem ſit diſceptatio. Tabulis, quibus hæc conſignata, ſigilla appendere teſtes tum adhibiti, *Philippus*, Comes Naſſouio-Saræpontanus, *Adolfus*, Comes Naſſouius familiæ Wisbadenſis, *Conradus*, Dominus Bickenbaci, Burggrauius Miltenbergenſis.

& cum illius quoque filiis.

20) Foedere hoc cum Rege percuſſo, etiam cum filiis eius, *Ludouico*, dignitatis Septemuiralis hærede, *Ioanne*, *Stephano*, & *Othone*, ad dies vitæ ſe coniunxit. Loquuntur id, quæ ſuperant, litteræ, rei teſtes. Signatæ ſunt Miltenbergæ ipſo die Sixti, Feliciſſimi, & Agapeti martyrum honori ſacro.

Epiſcopum Vormatienſem cũ clero reconciliat.

21) Grauis autem, dum rebus ita conſulebat ſuis, *Matthæo*, Vangionum Antiſtiti, certatio erat cum Clero Vormatienſi. Quam, cum vtrique parti pernicioſa eſſet, amica transactione finiendam æquiſſimo ipſe cenſebat iudicio. Idem ſentiebat, cum quo non ita pridem ſocietatem inierat, Rupertus Rex. Cum itaque controuerſias vtrinque minuiſſent, res tam feliciter ſucceſſit, vt in concordiam priſtinam redigerentur. Id circa feſtum Iacobo Apoſtolo diem ſactum eſſe, *Monachus* obſeruauit *Kirſchgartenſis*.

Vectigal Hôchſtenſe acquirit.

22) Hæc conſiliorum coniunctio valuit eo, vt *Rupertus* ei ſe tum maxime præberet beneuolum. Dimidiam enim vectigalis Hôchſtenſis alteram, quam Wenceslaus Imperator Archiepiſcopatui oppigneraucrat, eidem

&

Edit. I pag.

& ſucceſſoribus in perpetuum conceſſit, & quidem non illius modo, quod in terra pendendum a prætereuntibus, verum etiam iſtius, quod in flumine Mœno a præternauigantibus ſoluendum ex conſtituto. Alteram vero, quam ſibi, ſucceſſoribus, & Imperio reſeruarat Wenceslaus, ei pro duodecim millibus florenorum Rhenenſium in ſecuritatem oppoſuit, ac cum omni iure & vſu fructu, donec dicta pecuniæ ſumma redimeretur, contulit. Res acta Baccharaci ipſis B. Iacobi Apoſtoli feriis.

cum Treuirenſi redit in concordiam.

23) Ibidem anno ſequenti MCCCCVIII cum *VVernhero*, Archiepiſcopo Treuirenſi, tum temporis Comitatus Falckenſteinenſis & Dynaſtiæ Münzenbergenſis Tutore, rediit in gratiam. Diſſenſerat enim ab aliquo tempore cum eo. Cauſſa facile ex conditionibus pacificationis factæ colligi poteſt. Conuentum autem, vt vterque Abbatum Arnſpurgenſium magiſtratu ſubmoueatur, & Abbas Erbacenſis euocetur, qui Arnſpurgi vna cum cœnobitis, more ipſis ſolito, alium tanto muneri parem eligat. Dein, vt ratione traiectus Weiſſenauienſis idem obſeruetur modus, qui veteri inſtituto & conſuetudine inductus ſit. Tandem, vt Sedi Moguntinæ per terras Falckenſteinenſes iuriſdictionis eccleſiaſticæ liberum ſemper ac integrum permittatur exercitium.

Præclaram vtrique hic operam præſtitere, qui eo loci conuenerant Delegati, *Franco* de *Cronberg*, *Ioannes Brumſer*, & *Cuno* de *Scharpfenſtein*, ex parte Ioannis; ex parte Wernheri, *Fridericus* de *Sachſenhuſen*, *VVernherus* de *Leyen*, & *Ioannes Romilian* de *Coveren*. Crediderim, poſitis tum diſceptationibus Ioannem & Wernherum amicitiam confirmaſſe fœdere. Litteris enim proditum inuenitur, quod alter alteri ipſo hoc anno pactione facta ad ſex annos ſe obligarit.

Comites Dillenburgicum cum Catimelibocenſi componit.

24) Eodem tempore ibidem liti, quæ *Ioanni* Comiti Naſſouio-Dillenburgenſi cum *Ioanne* Comite Catimeliboeenſi de caſtro *Drydorf* erat, modum amica impoſuit compoſitione. Vtriusque enim conuentionis, tum huius tum illius, clauſula ita habet; *Datum Bacharach, ſabbato poſt diem Iacobi Apoſtoli.*

Duci Auſtriæ ſe hoſtem profitetur.

25) Dum autem paci ita ſtudebat, ex inopinato in turbas ipſe coniectus bellicas eſt. Diſcordibus enim animis inter ſe commiſſi erant hinc *Fridericus* Dux Auſtriæ, inde *Bernhardus* Marchio Badenſis. Cui cum fœdere Marbaci, ceu ſupra dictum, inito iunctus eſſet, non poterat non, quin illi denuntiaret hoſtilia. Quod & factum, fecialibus ſabbato ante annuam D. Laurentii memoriam *Friderico* transmiſſis.

de miraculo Walduranſi.

IX Anno milleſimo quadringenteſimo octauo, contigit illud, quod magno populi concurſu quotannis, prout ipſe, vidi, celebratur Waltduræ, quæ Moguntino nunc ſubeſt, miraculum euchariſticum. Fuit hoc olim quidem ſcriptum & cuſum, ſed paullo accuratius renouatum ac recuſum Herbipoli anno MDLXXXIX ſic: *Vt ſacroſancta fidei Chriſtianæ myſteria quam firmiſſime, omni abiecta dubitatione, vti par eſt, credamus; conſueuit immenſa DEI erga nos bonitas, non interiorem tantum lucem & gratiam animis noſtris affundere: ſed ipſis etiam ſenſibus exterioribus varia, eaque admodum illuſtria & præclara, quibus ingeniorum noſtrorum infirmitas ſuſtentetur, aſſenſioque magis ac magis corroboretur, miracula obiicere. Id cum in aliis, tum vero in auguſtiſſimo Al-*
871 *taris Sacramento clariſſime videmus, in quo ad veram Dominici Corporis & Sanguinis præſentiam oſtendendam tam admirabilia, tam ſæpe animaduerſa. Cetera, quæ plurimi, grauiſſimique auctores memoriæ prodiderunt, omitto; quoties ex iſto ſacramento ſanguis effluere viſus eſt? Vidit hoc, in Hiſpania, Valentini regni vrbs Daroca, dum anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo nono, in ſacris mappulis ſanguineæ guttæ extiterunt, quarum aſpectu pauciſſimi Chriſtiani incredibilem barbarorum multitudinem ſtrauerunt. Vidit in Brabantia, Mechlinia, dum anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, ſacroſanctam nefarii Iudæi hoſtiam compunxerunt. Vidit in Germania noſtra, anno Domini milleſimo quinquageſimo decimo, Brandenburgenſis Marchia, dum hoſtiam itidem ſacram alii Iudæi cultris perfoderunt. Vidit & in Polonia, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto, oppidulum Sachazetum, dum idem ſceleris ac impietatis genus, alii iterum Iudæi, barbaro immanique ſacrilegio, renouarunt. Sed in Franconia, circiter annum Domini milleſimum trecenteſimum trigeſimum, ſacri cruoris inſigne miraculum diuinitus obtigit, alia tamen longe ratione. Eſt Wirtzeburgenſis diœceſis oppidum Dürn, aut Waltdürn appellatum. Inibi, in ſacra D. Georgii æde, incruentum Miſſæ ſacrificium faciebat Sacerdos, cui nomen Henricus Ottho. Sed dum inconſideratius negligentiusque rem tantam agit, calicem rite iam conſecratum euertit. Et ecce, derepente, ſanguis Dominicus per ſubiectum corporale effunditur. Vini ſpecies, ſanguinis inſtar, rubeſcit, quocunque attingit, miram imaginem exprimit: In medio quidem, Crucifixi; ad latera vero, Veronicarum plurium. Sic enim eas icunculas vulgo appellamus, quæ ſacrum CHRISTI caput ſpinis redimitum oſtendunt. Territus Sacerdos, etſi non deeſſent, qui factum vidiſſent, pannum tamen illum, ita vt erat,*

ſanguineis illis imaginibus tinctum, in altare ipſum, lapide vno ſemoto, condidit, vt quemadmodum pannus ſitu & carie: ſic facti memoria, ipſius panni putredine, interiret. At noluit tantum ſuum opus DEVS Opt. Max. *latere. Venit ille Sacerdos ad vitæ extremum, morbo angitur; ſed magis ſceleris ſui conſcientia torquetur. Mori cupiebat, ſed mortem neſcio quid retardabat. Colligit ſeſe, factum confitetur, pannum commemorat, locum, in quo ille abditus iaceat, indicat, & moritur. Inuenta omnia. Multus de re tota fit vbique ſermo, eumque nouis quotidie miraculis* DEVS *auget, ita vt iam poſt annum fere ſeptuageſimum accuratiſſime in rem totam inquirere, & ad ſummum Pontificem, quod comperiſſent, referre, Magiſtratus ſtatuerint. Quæ omnia, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octauo, & milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto, ita diligenter, grauiter & vere facta, vt Pontifex Max. ad locum* DEI *gloriæ & maieſtati conuenientius ornandum & celebrandum, omnium beneficentiam, diplomate, inuitandam cenſuerit.* Fuit is Eugenius, & illud dedit anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto, pridie Cal. Aprilis. Edit. I pag.

... Landgrauiis Thuringiæ fœdus icit.

1) Ioannes vero, ipſa D. Remigii feria, mutui auxilii ſocietatem, & quidem ad dies vitæ duraturam, cum *Friderico* Seniore & *VVilhelmo*, fratribus, Landgrauiis Thuringiæ & Marchionibus Miſniæ magna fide coiit.

pro Salza & Biſchofsgutternloca

2) Putarim hinc *Friderico* iuniori, Balthaſaris filio, ſtimulum admotum, vt de dimidia parte locorum *Salza* & *Biſchoffsguttern* tandem anno ſequenti MCCCCIX cum Ioanne paciſceretur. Stipulanti vero pro ea promiſit quater mille & quingentas argenti marcas; pro quibus ei pignoris loco contulit caſtra *Liechtenberg* & *Salzungen*, ſibi ab Abbate Fuldenſi oppoſita; illud totum, hoc dimidiam partem. Actum id Hersfeldæ ipſa D. Martini feria.

X Curauit porro Ioannes, vt refartis iam S. Iacobi cœnobii ædificiis, diuina intermiſſa officia rurſum fierent.

de tempore ſacrorum in cœnobio D. Iacobi inſtauratis.

1) Quando curarit, vt ſacra in monte D. Iacobi inſtaurato rurſum peragerentur, definite dici haud poteſt. Sub Ioanne de Monzenheim ea denuo cœpiſſe celebrari *VVilichius* annotauit in Catalogo Abbatum D. Iacobi p. 8. Cum autem ille a. d. XIII Kalend. Februar. an. MCCCCX ſpiritum poſuerit, fere dixeris, id ante annum MCCCCX factum.

ſocietati Lynceorum nomen dat.

2) Anno alioquin hoc MCCCCX ineunte nomen dedit ſocietati, quam in decem annos inter ſe inierant *Ioannes*, Abbas Fuldenſis, *Henricus*, Comes Waldeccius, *Cunzmannus* de *Falckenberg*, *Fridericus* de *Hertingshuſen*, *Bodo* de *Adelevſen*, *Simon* de *VValdenſtein*, *Eberhardus* de *Buchenau*, Milites, aliique tum genere nobiles, cum armis ante alios præſtantes. Vocabatur illa *Lynceorum*, ſiue vt in germanico eſt, *von dem Leſſe*. In quam cum reciperetur, ſpopondit, eam ſe in ſingulis ac omnibus capitibus omni ſeruaturum fide. Litteræ, quibus id perſcriptum, datæ Eltvillæ feria quarta poſt octauam Epiphaniæ, vt in codice Diplomatico videre eſt.

caſtrum Ardeck pignoris titulo accipit.

3) Poſt paullo, quum *Adolfo* Comiti Naſſouio-Diezenſi mutuam dediſſet quingentorum florenorum ſummam, loco fiduciæ pignorisque accepit caſtrum *Ardeck*, vna cum villis *Holzheim*, *Ober-* & *Nider-Neſen*, *Netzbach*, *Lanheim*, *Holzhuſen*, *Haldenbach*, & *Freyendiez*; ita quidem, vt eo, donec relueretur (reluendi autem facultatem Adolfo conceſſerat) libere vti poſſet, fruique.

ad verſus Landgrauium Hermannum adſumit ...

4) Hæc inter autem rurſus diſſentire, imo ſatis acriter contendere cœpit cum Hermanno Haſſiæ Landgrauio. Cauſſam dederat ſchiſma, quod eccleſiam Romanam perquam grauiter tum deformabat. Quare, vt vires ſuas omnem ad euentum hoc maiori conſtabiliret robore, *VVilhelmum*, e Regulis Montenſibus, Epiſcopum Paderbornenſem, fœdere ſibi iunxit, & ſi res ad vim & arma cum Hermanno deueniret, in vſus belli obſtrinxit. Tabulis id conſignatum Eltvillæ *feria ſecunda poſt dominicam* Iudica.

cum Argentoratenſi fœdus facit.

5) Quos præter ipſum ſibi compararit adiutores, mox ſequetur. Alio enim nos nunc vocat pactio, quam his ipſis diebus fecit cum *VVilhelmo*, Antiſtite Argentoratenſi. Res autem ita habet. Cum ipſe Alexandri V amplexus eſſet partes, Wilhelmo ſuadebat, illius etiam ad auctoritatem vt ſe conferret, pollicitus, ſi id faceret, amicitiæ auxiliique fœdus ſe cum eo initurum. Suadenti cum Wilhelmus aurem præbuiſſet, recepiſſetque, in Alexandri ſe futurum fide, vt ſummam ipſe promiſſi compleret, tabulis ſollemniter confectis, opem ei ſuam operamque aduerſus quemuis quam prolixiſſime addixit. Iis cum locum dederim in codice Diplomatico, haud male facies, ſi inſpexeris.

XI Anno MCCCCX, ex Italia redux, Rupertus Rex bellum in Ioannem parabat: cumque id impedire poſſet nemo, impediit mors, quæ Maii die XXI ipſi Ruperto Oppenheimii contigit: ſepultusque fuit magnifice in S. Spiritus templo, quod Heidelbergæ, ſicuti & Academiam condiderat. 872

1) Vtrum noua his diebus diſcordiarum moles Ioannem inter & Rupertum exorta fuerit, eaque tam grauis, vt hic bellum illi facere decreuerit, magis eſt, vt dubitem, quam mihi perſuadeam. Nil enim in actis huius anni hac de re haberi, certus ſum. Et quam-

Edit. I p. 872

tis in annotationibus ad *Parei* hiſtoriam Bauarico-Palatinam libro IV ſectione III § I p. 172 in alia fuerim ſententia, putarimque, Ioannem ipſo hoc anno cum Ruperto graui diſcordia fuiſſe implicitum, non poſſum tamen, quin nunc ab ea diſcedam.

Ceterum, vt id ὡς ἐν παρόδῳ addam, Rupertus non XXI Maii die in fata conceſſit, vt auctor tradit; ſed XV Kalend. Iun. ſiue XVIII Maii, vt diſerte habet epitaphium illi poſitum, quod attulit *Pareus* l.d. p. 174. Tum vero baſilicam ad Spiritum S. ipſe quidem ſtatuit, non autem academiam; quippe quam anno MCCCXLVI excitauit Rudolfus; Rupertus ſenior vero anno MCCCLXXXVI inaugurauit. Vide, quæ dixi in addendis ad *Pareum* p. 615.

Bernardum Brunſuicenſem eiusque filium ſibi fœdere iungit,

2) Sed ſatis de his. Ipſe per eosdem hoſce dies nouos ſibi áduerſus Hermannum adſciuit auxiliatores. Primum enim *Bernhardi*, Ducis Brunſuico-Luneburgenſis, eiusque filii *Othonis* ſibi contra eum deſpondit auxilia. Teſtimonio nobis ſunt litteræ illorum, feria quarta poſt almam Pentecoſtes ſcriptæ, quibus vterque certis ea promiſit conditionibus. Vna erat, vt Bernhardus in rem præſentem ipſe veniat, & Hermannum bello perſequatur, ſi poſt feſtam Michaeli Archangelo lucem moneatur; non item, ſi ante: Otho tamen tum Landgrauio hoſtilia denuntiet, eique arma inſerat. Altera, ne Bernhardus cogatur, Henrico fratri ſe hoſtem profiteri, ſi quidem is Hermanni ſoceri partes ſequatur; contra vero nec eidem permittat atque concedat, vt Ioanni per terras ſibi & Othoni filio ſubiectas armis incumbat, vel vllum damnum importet.

nec non Fridericum iuniorem Miſnenſem.

3) Dein conſenſu *Godefridi*, Comitis de Leiningen, Præpoſiti, *Ioannis de Ippelbrunn*, Decani, *Brunonis de Scharpfenſtein*, Cuſtodis, *Henrici Ravv*, Scholaſtici, *Othonis de Friſenheim*, Cantoris, totiusque Collegii principis, Mercurii poſt Ioannis Baptiſtæ memoriam, mutui auxilii fœdus cum *Friderico* iuniore, Balthaſaris filio, Landgrauio Thuringiæ & Marchione Miſniæ, percuſſit; quo diſerte condictum, vt alter alteri poſt tertiam ab euocatione facta hebdomadem præſto ſit ope; & ad quotidianas in hoſtem excurſiones centum equites haſtatos (*Glenen* vulgo) ſubmittat, quinquaginta Eſchwegæ & Suntræ imponendos, quinquaginta Heiligenſtadio.

XII Adnitente Ioanne ad mortui coronam fuit omnium ſuffragiis vocatus Sigiſmundus, Wenceslai frater, Caroli IV filius, Hungariæ ac Bohemiæ Rex, *vir* (ait in Sponheimenſi Chronico *Trithemius*) *ſtrenuus, ſapiens, atque chriſtianiſſimus, qui imperauit annis XXVII, & multa pro vtilitate eccleſiæ Catholicæ ſtrenue fecit, & perpetrauit.* p. 343

contra Sigiſmundum

eligit Iodocum.

1) Parum accurate. Ruperto namque mortuo Wernherus quidem Treuirenſis, Ludouicus Palatinus, & Fridericus Burggrauius Norimbergenſis, Legati Brandenburgici tum fungens munere, ſabbato poſt diem Matthæo in faſtis ſacram *Sigiſmundum* elegere (vid. præter litteras eorum apud *Lehmannum* chronici Spirenſis lib. VII cap. LXXXI p. 793, quæ *Gundlingius* habet de vita & rebus geſtis Friderici I Electoris Brandenburgenſis ſectione II § II p. 25, *Spenerus* hiſtor. German. vniuerſalis parte II lib. II cap. V § II p. 196) Ioannes vero, Colonienſis item, & Legati tum Boiemici tum Saxonici die B. Remigii Confeſſoris memoriæ dicato *Iodocum* Marchionem Morauiæ. Vid. præter litteras eorum apud *VVenckerum* l. d. n. LV p. 305 & ſeq. *Gundlingius* l. d. *Spenerus* l. d. Quo rebus humanis erepto *Sigiſmundum* ſuo demum ſuffragio Ioannes extulit, vt quam clariſſime ex iis, quæ mox allaturus ſum, patebit.

cum Ludouico Palatino redit in concordiam

2) Vti vero tum, cum hæc agerentur, ipſe & *Ludouicus* C. P. Rheni & Princeps Elector de rebus quibusdam priuatis inter ſe diſſidebant; ita anno ſequenti MCCCCXI, illis pacifica pactione compoſitis, priſtinæ redditi ſunt amicitiæ. Inter conditiones conuentionis dictæ erat, vt Clero diœceſis tum Moguntinæ tum Vormatienſis liberum ſit, maneatque, in ſchiſmate præſenti eas ſequi partes, quas quisque iudicaret tutiſſimas (*zu glauben in der heiligen kirche ſachen, vvo eyns iglichen gevviſſen yn hindreyt*) quo fine neque Ludouicus illi, neque Ioannes huic vllam neceſſitatem adferat, vel vim admoueat. Dein, vt Ludouicus indignationem, quam erga ciuitatem Wormatiam conceperit, deponat; Ioannes ſimiliter eam, qua erga Heilbronnam, Wimpinam, & Winſpergam accenſus ſit. Tum vero, vtrique curæ ſit, vt Epiſcopum & Clerum Wormatienſem cum ciuitate redigant in concordiam. Pacificatorum munus obiere & rem Hemſpachii dominica *Iubilate* huc deduxere ex parte Ioannis, *Conradus de Bickenbach*, Burggrauius Miltenbergenſis, *Ioannes Brumſer*, aulæ Præfectus, & *M. Ioannes Bensheim*, Protonotarius. Ludouici vero ex parte *Fridericus* Pincerna *de* Limpurg, aulæ Magiſter, *Reinhartus* (vulgo *Schvvartz Reinhart*) de *Sickingen*, Miles, *M. Iob* (*Vener*, Nobilis Alſatus) *Dietherus Landſchad*, & *Ioannes VVinheim* (Protonotarius)

Iodoco mortuo eligit Sigiſmundum

3) Hæc inter *Iodocus*, quem ſuperiori anno ipſe Cæſarem deſignarat, cum ad ineundum regnum iter ingreſſus eſſet, a. d. XIII Kalend. April. extremum vitæ poſuerat ſpiritum. Qua ſtatus conuerſione in vtilitatem ſuam verſa, *Sigiſmundus* Ioannem ſuas ad partes traducere conſtituit. Nec res caruit effectu; ſed opera Ioannis Burggrauii Norimbergenſis, quo nuntio vtebatur, tam feliciter ſucceſſit, vt Ioannes mutata ſententia Francofurti die XXI Iulii vno cum ceteris animo Sigiſmundum Cæſarem diceret. Vid. præter Electorum litteras apud *VVenckerum* l. d. n. LVI p. 308, *Spenerus* l. d. & quem ſemel atque iterum iam laudaui, *Gundlingius* l. d. § VI p. 31 & ſeq.

4) Non

cum Francofurtenſibus pacificatur.

4) Non ſolum autem per hos dies cum Hermanno Landgrauio contendit, vt ſtatim ſequetur, verum etiam cum Francofurtenſibus non plane nil habuit ſimultatis. Cum his tamen menſe Octobri pacificatus, tabulis ipſo die B. Lucæ datis promiſit, ſe non impediturum, quo minus ciuitas iis fruatur priuilegiis, quæ ſibi peperiſſet; dein ſe rationes de bonis ac reditibus domus hoſpitalis, alterius item, extra mœnia vrbis ſitæ, & *zu den guten Leuten* vulgo dictæ, haud exacturum, nec impediturum, quo minus vtriusque adminiſtrationem Senatus idoneis curatoribus committat, & ab iis rationes tum expoſcat, tum accipiat. Et cum conuentum ſit, vt cauſſæ, quæ res ciuiles, in vrbe & ciuitatis territorio occurrentes ſpectent, Francofurti in iudicio Imperii (*in des Richs gericht zu Francfort*) diiudicentur, ſe haud conceſſurum, vt ad Sedis Moguntinæ forum eccleſiaſticum trahantur. Priuilegium denique, quod Senatus & ciues a Curia Romana obtinuiſſent (*von des Geſangs vvegen in der Francforter Meſſen, und etzliche zyt vor und nach*) ſe ciuitati integrum relicturum, nec paſſurum, vt a ſuis infringatur.

Edit. I. p. 872

cum Landgrauio bellum gerit.

XIII Anno MCCCCXI cum Haſſiæ Landgrauio bellum geſſit Ioannes, cuius ipſe cauſſas in diplomate, quod transſcribit *MS.* commemorat, ſicque orditur: *Notificare cogimur, qualiter Hermannus Landgrauius Haſſiæ, noſter & eccleſiæ ſponſæ noſtræ Moguntinæ Marſchalcus, vaſallus, ſpiritualiter & temporaliter ſubditus, & officiatus iuratus, nobis iuramento fidelitatis aſtrictus, cuius territorium ſub eccleſia Moguntina iuriſdictione ſpirituali conſiſtit, a qua ipſe & eius progenitores fidei chriſtianæ documenta perceperunt*, &c. *Quamquam, vt ſperabamus, eccleſiæ Moguntinæ ratione multiplicium beneficiorum, quæ ab ea hactenus obtinuerat, promptiſſimus debuiſſet fuiſſe defenſor, tamen omnium immemor, eandem niſus fuit ſummis viribus lacerare, ſi eius nefando propoſito poſſibilitas reſponderet.*

cum eo in concordiam redigitur.

1) Damnis interea loci vltro citroque datis & acceptis, poſtero, qui reparatæ ſalutis MCCCCXII fuit, armis poſitis, pacem & concordiæ bona motibus iſtis ac turbis antetulit. Venit autem res ad pactionem his conditionibus; Materies de Pontifice & Clero ad Cæſaris vſque aduentum in medio relinquatur. Sententia, quam ille tulerit, Hermannus ſtet. Idem fiat, quod ad Clerum, qui ex Haſſia ſe proripuerit, ſuisque beneficiis priuatus ſit. Quod ſi Rex haud veniat, tum Legatos ad eum mittendos, petitum, vt litem diſcernat. Iudicatum Hermannus faciat. Acta hæc, vt tabulæ oſtendunt, ipſo die Apoſtolorum Petri & Pauli memoriæ dicato.

Iudæis Fridbergenſibus confert priuilegia.

2) Sub finem anni Iudæis Fridbergenſibus id fecit gratiæ, vt eos ad ſex annos iuriſdictione Iudicum Sedis Moguntinæ eximeret, foroque Parochi ſubiiceret Fridbergenſis, modo ſimul, quo in ius vocandi ſint, tabulis peculiaribus (quas aliis in codice Diplomatico intexui) præſcripto. Conſulere iuuabit illas, vt quæ hic breuiſſimis perſtringo, cognoſcas paullo curatius.

eccleſiam Brampacenſem in parochialem extulit.

3) Multis autem de cauſſis, cum in viuis adhuc ageret, in id animum intenderat *Guntherus*, Comes de Hoenſtein, Northuſæ Præpoſitus eccleſiæ S. Crucis, vt eccleſia Brampacenſis, Kiliano martyri dedicata, quæ Voilſpergenſi tanquam matri ſubiecta erat, fieret parochialis. Ordinarat etiam, vt proprio committeretur Sacerdoti. Opus autem erat Ordinarii conſenſu, ſine quo filiam a matre haud diuelli poſſe, vel ipſi Brampacenſes rebantur. Petebant igitur, rem ſciſceret Ioannes, ratamque haberet. Is comperto, Brampacum villam longius remotam a Voilſpergenſi, quam vt incolæ, belli præſertim tempore, vel aquationibus iter morantibus, ſacris in parochiali commode & ſine periculo intereſſe poſſint, voti eos damnauit, ac Brampacenſem, diplomate Eltuillæ die XXVI menſis Martii anno MCCCXIII edito, in parochialem extulit, vt in codice Diplomatico videre eſt.

monaſterio Lauriſhamenſi clauſtrum S. Felicitatis incorporat.

4) Eodem inopiæ fratrum in cœnobio Lauriſhamenſi ſua ſubuenit benignitate. Clauſtrum namque Sanctimonialium *montis S. Felicitatis*, Ordinis Fratrum Minorum, vna cum poſſeſſionibus, iuribus, commodis, ac prouentibus, *menſis*, vt verba diplomatis l. d. allati habent, *Prepoſituræ & Conuentuali* incorporauit ſiue in perpetuum liberaliter attribuit.

conſtitutionem de numero Canonicorum Moguntinorum renouat & explicat.

5) Tum vero conſtitutionem, quam *de numero Canonicorum eccleſiæ Moguntinæ Capitularium* antea fecerat, renouauit iuxta explicuitque. Et cum nonnullis dubium ſubortum eſſet, vtrum *quatuor Canonici non Capitulares*, qui quatuor præbendas presbyterales tenerent, numero XXIV Canonicorum Capitularium, in conſtitutione iſta definito, comprehenderentur, aut *vltra numerum* XXIV dictorum Canonicorum *ad ipſum Capitulum & actus Capitulares admitti* poſſent, id quidem ita ſuſtulit, vt ſtatueret, eos numero in ordinatione memorata determinato minime fuiſſe & eſſe comprehenſos; atque adeo ipſos & ipſorum quemlibet, ſaluis aliis conſtitutionibus & conſuetudinibus, *vltra numerum XXIV Canonicorum Capitularium ad Capitulum & actus Capitulares licite & libere* admitti poſſe. Euolue ſis tabulas ipſas, & hæc curatius intelliges.

fœdus cum quibusdam Principibus facit.

6) Poſtea cum *Ioanne*, Epiſcopo Herbipolenſi, *Ioanne* Abbate Fuldenſi, *Hermanno*, Abbate Hersfeldenſi, *Friderico* ſeniore, *VVilhelmo*, & *Friderico* iuniore, Landgrauiis Thuringiæ & Marchionibus Miſniæ, ſæpius nobis iam dictis, ſocietatis & mutui auxilii fœdus ad ſex pepigit annos. Huc enim prouido

Edit. I p. 872

cum Ludouico Haſſiæ Landgrauio pactionem facit.

tudo ſpectabat conſilio, vt ſolidam aliquando ab armis quietem haberet. Tabulis id conſignatum fuit Hersfeldæ, die I Auguſti, quo vinculorum D. Petri memoriam eccleſia recolit.

7) Quin, vt copulandæ cum *Ludouico*, Hermanni filio & ſucceſſore, concordiæ viam iniret, pactionem cum eo fecit; qua quidem vterque ad certas deſcendit conditiones. *Ludouicus*, ſe conceſſurum, vt clerici & religioſi, Abbates, Præpoſiti, Monachi, Sanctimoniales, Parochi, Vicarii, Altariſtæ, aliique, qui Sedis Moguntinæ iuſſu Alexandri V & Ioannis XXIII partes ſecuti, cœnobiis & parochiis relictis, in exſilium coacti ſeceſſerint, in Haſſiam ad monaſteria, beneficiaque ſua libere reuertantur; dein, vt quisque plena conſcientiæ ſuæ fruatur libertate, nec vllus vel illorum vel aliorum imperio, metu, vi, malo adducatur, vt contra religionis ac conſcientiæ officium, quem reſpuit, verum legitimumque dicat Pontificem; tum vero, vt ſuorum illi beneficiorum fructus atque reditus, vna cum reliquis, ſine impedimento percipiant. *Ioannes*, ſe haud commiſſurum, vt quisquam illorum, qui abſentium prouentus receperint, vel beneficia occuparint, de perceptis reſtituendis in ius vocetur; quin eam ſe ingreſſurum rationem, vt ii, qui in ſchiſmate hoc cum Hermanno ſenſerint ac Ludouico, in beneficia ſua rurſum immittantur. Acta hæc in campis prope Selheim, in die B. Remigii, vt tabularum habet clauſula. Iis autem ſigilla appendere *Ioannes* Epiſcopus Herbipolenſis ex parte Ioannis, & *Henricus* Dux Brunſuicenſis & Lüneburgenſis, ex parte Ludouici.

Ludouico Palatino præfecturā Alſatiæ conſenſu ſuo firmat

8) De cetero, cum per id temporis Cæſar Sigiſmundus Ludouico, Comiti Palatino ad Rhenum & Principi Electori, Præfecturam Alſatiæ, acceptis viginti quinque florenorum millibus, pignoris contuliſſet titulo, Ioannes ſuo id factum conſenſu, litteris Heppenhemii Lunæ poſt OO. SS. memoriam ſignatis declarauit, ac vtriusque in gratiam, vt tum moris erat, publice profeſſus eſt.

Quosdam rurſum init fœdera.

9) Sed enim haud contentus, tranquillitati otioque publico tuendo, cum Principum vicinorum nonnullis iam coiuiſſe ſocietatem, anno MCCCCXIV ſequenti denuo fœderibus feriundis intentus fuit. Et quidem poſt incipientis ſollemnia (*Mitvvochs allernachſt nach dem 12 tag in dem iare MCCCCXIV*) cum *Friderico* Auſtriæ, & *Carolo* Lotharingiæ Ducibus vnum fecit. Vnum Moguntiæ dominica, qua canitur *Exaudi*, cum *VVernhero*, Archiepiſcopo Treuirenſi; Vnum dominica proxima poſt diem Viti & Modeſto feſtum cum *Theoderico* de *Mœrſe*, Electo Agrippinenſi, Renſæ ad Rhenum.

Rudolfo Saxoni dignitatem Electoralem conſenſu ſuo adſtruit.

10) Et cum inter hæc Sigiſmundus Imperator *Rudolfo*, Saxoniæ Duci, dignitatem Septemuiralem, ſiue Cæſaris creandi poteſtatem, Ducatui Saxoniæ adnexam, vna cum omnibus iuribus ac priuilegiis firmaſſet, Ioannes litteris Aſchaffenburgi tertia Pentecoſtes feria ſcriptis teſtatus eſt, ſe Rudolfum pro Principe Electore, quoad is vixerit, Cæſaris de ſententia habiturum.

Hersfeldenſes in patrocinium ſuum ſuſcipit.

11) Cœnobitis vero Hersfeldenſibus longe alia, dum hæc agebantur, cura fuit. Quandam enim de regula D. Benedicti in poſterum curatius ſuo in cœtu obſeruanda fecerant ordinationem. Vti vero ſecundum eam hoc tranquillius vitam componere poſſent, *Hermannus* Abbas, ceterique illuſtris huius contubernii ſodales Ioannis implorabant patrocinium; quod & ipſe tam æqua petentibus haud difficulter promiſit, & ſalutem eorum omni ſe ſtudio propugnaturum, litteris peculiaribus, vt in codice Diplomatico reperies, pollicitus eſt. Datæ ſunt Höchſtl, dominica poſt diem decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.

cum Cæſare redit in gratiam.

12) Ei ceteroqui cum Sigiſmundo Rege tum temporis neſcio quid intercedebat ſimultatis. Memorant id litteræ, quibus tum ipſe, tum Sigiſmundus id omne amica compoſitione ſublatum teſtantur, datæ ad Confluentes poſtridie diei Simonis & Iudæ honori lacræ. Recepit tum Sigiſmundus, ſe Ioanni, Sedique Moguntinæ ſua ſemper affuturum ope, ſuoque præſidio, nec ſuis conceſſurum, vt ei vel Archiepiſcopatui damni quid inferant, vel armis infeſtis moleſti ſint; Ioannes vero, ſe Regi, vt Principem Electorem deceat, conſilio ſemper præſto futurum & obſequio, nec ſuis, vt ei officiant, permiſſurum.

XIV Anno MCCCCXIV, præclara Sigiſmundi iam nominati opera & labore, cœptum eſt œcumenicum Conſtantienſe Concilium, in quo quidem Ioannes noſter, quia Ioannis XXIII præceſſorem Alexandrum V ſecutus erat, eundem Ioannem etiam ita defendit, vt cum de vno e tribus Pontificatum prehenſantibus conſtituendo deliberaretur, exclamarit, ſe, præterquam Ioanni, obedientiam nulli delaturum *.

Conſtantiā ad concilium proficiſcitur

1) Cum ad id Epiſcopi inuitati magno accederent numero, Ioannes, ne muneri deeſſet ſuo, ſub anni MCCCCXV ſecuti primordia & ipſe Conſtantiam perrexit, ampliſſimo iuxta ſplendidiſſimoque Comitum, Baronum, Equitum, ac Nobilium ſtipatus comitatu.

* *Mit 600 pferden, vnd mit ſo viel perſonen* (p. 127 *mit 460 perſonen*) *vnd mit 8 wagen, vnd ritten mit ihm acht mächtig Graffen, vnd auch viel Ritter vnd Knecht, vnd zog in Vlrichs im Holtz hauſs zu der Sunnen, an S. Paulls gaſſen*, vt *Vlricus* de *Reichenthal* in libro vernacula ſcripto, cui titulus, *Handlung des Concili zu Coſtentz*, f. 4 habet. *Dominus Maguntinus intrauit multum ſolemniter, in profeſto octauarum Epiphaniæ, cum ſeptingentis equis*, ita *Oratores Vniuerſitatis Colonienſis* epiſtola I, tomo II theſauri nouorum anecdotorum a *Marteno* & *Durand* editi, col. 161. Conf. *Trithemius* in Hirſaugienſi p. 340.

ſolemni occurſu excipitur.

2) Vrbem ingreſſus eſt die XIX Ianuarii *, exceptus extra mœnia a plerisque Purpuratorum, Archiepiſcoporum, Antiſtitum, atque Principum omni honoris ac officii genere. Ingreſſus

greſſus autem eſt militari plane cultu, habituque, galeam, brachialia, loricam, ocreas ferreas indutus: id quod multis vix decorum videbatur **.

* *Faſti concilii Conſtantienſis* tomo IV collect. Hardtianæ p. 20; *XIX Januar. Ioannes Naſſouius Elector Moguntinus magno ſtipatus comitatu Conſtantiam venit.* Aliter *Vlricus* de *Reichenthal* l. d. *Am Freytag nach Hilarii vor imbiſs.*

** *Vlricus*, quem modo dixi, l. d. *Vnd rittent ihm entgegen der merer thail der Cardinal, vil Erzbiſchoff vnd all weltlich Furſten vnd Herren, der merer teyl ſo zu Coſtenz was, vnd rit ein ganz gewapnet mit allem harniſch biſs auf die fuſſe, das all geyſtlich Herren vnziemlich bedaucht, das ehr alſo reyſig als ein Ritter einritte, wan doch all geyſtlich Furſten vnd Herren, wellich ſtates vnd wirdigkeit die warend, rittend ein mit ihren zimmlichen geyſtlichen kleydern, an allen harniſch vnd verwappnung.*

in congregatione publica fortiter pro Ioanne XXIII loquitur.

3) Vndecimo poſt Martii die congregationi, quæ in æde cathedrali præſente Sigiſmundo Cæſare habebatur, interfuit, & cum de alio Pontifice eligendo ageretur, fortiter admodum pro Ioanne Papa XXIII locutus eſt, fidenter & magna profeſſus libertate, ſe nullum alium, quam Ioannem, pro legitimo habiturum Pontifice. *Du Pinius* tomo XII p. 55, *Hottingerus* hiſtor. Heluet. eccleſiaſt. lib. V p. 252. Breuiter, ſed ſignanter dicti modo *Faſti concilii Conſtantienſ.* p. 21; *XI Martii congregatio publica in templo cathedrali, præſente Cæſare Sigiſmundo de nouo, eoque vno Papa eligendo. Quæ congregatio contentione non caruit, cum Archiepiſcopus Moguntinus pro Ioanne Papa decertaret; Archiepiſcopus vero Sariſberienſis rogo dignum Ioannem Papam enunciaret.* Similiter *L'Enfant* hiſtor. concilii Conſtantienſ. lib. I § LXXXII p. 79; *L'Archeveque de Mayence qui jusqu'ici ne l'avoit ſontenu que ſecretement, éclata dans cette rencontre, & ſe levant bruſquement proteſta, que ſi on n'éliſoit pas Jean XXIII, il n'en reconnoitroit jamais aucun autre. Mais la chaleur de ce Prélat ne ſervit qu'à aigrir les eſprits contre le Pape.*

fuga Pontificu habetur ſuſpectus,

4) Immo ſunt, qui fugæ, qua Pontifex die XXI Martii ſe ſubduxit, non plane expertem fuiſſe dicant. *Nauclerus* generat. XLVIII p. 271, *Faber* hiſtor. Sueuicæ p. 180, *Roo* hiſtor. Auſtriacæ lib. IV p. 131, *L'Enfant* l. d. § LXXXIX p. 83. Diſerte *Trithemius* l. d. ad an. MCCCCXV p. 339; *Conſilio igitur & auxilio Ioannis Archiepiſcopi Moguntini, & Friderici Ducis Auſtriæ mutato habitu, cum paucis, griſeo indutus veſtimento, equum ſecutus paruulum aufugit;* & non longe poſt p. 340; *Moguntinus Archiepiſcopus eo, quod in fugam Ioannis Papæ conſenſerat, a Patribus de concilio pœnitentiam ſuſcipiens, veniam impetrauit.*

Conſtantia abiit.

5) Ipſe vero iisdem diebus Conſtantia abiit, ac domum profectus eſt, Henrico Nidhardo Procuratore relicto. *Dominus Moguntinus*, ita *Oratores Vniuerſitatis Colonienſis* epiſtola V l. d. col. 1614, *quia per aliquot dies infirmus fuit, poſt conualeſcentiam propter aeris illius contrarietatem ſe abſentauit, rediturus ad mandatum Regiæ Maieſtatis, vt ab eodem Domino Rege audiuimus.*

Edit. I p. 872

re mittit Legatos.

6) Ne vero Concilii res deſtituere videretur, ſimul ac ad lares familiares rediit, quoſdam ſuorum Conſtantiam delegauit, tum vt Patribus honorem perhiberet, tum vero de prono ſuo ad eccleſiæ emendationem animo eisdem fidem faceret; ſimul autem omnem ab ſe remoueret ſuſpicionem. *Faſti Concilii Conſtantienſis* p. 26; *III Maii legati Ioannis Naſſonii, Electoris & Archiepiſcopi Moguntini, Ioannis Papæ patroni, Conſtantiam venientes admiſſi.* *Theodericus* item de *Niem* hiſtor. de vita Ioannis XXIII p. 30; *Die tertia menſis Maii venerunt ad concilium Oratores Domini Ioannis Archiepiſcopi Moguntini, & per Concilium admiſſi fuerunt Procuratores dicti Archiepiſcopi, in quem Archiepiſcopum ipſe Balthaſar plurimum confidebat, quod ipſe eum cum quibuſdam aliis potentibus partium Germaniæ eundem Balthaſarem deberet eripere ſeu abducere violenter, ſed fruſtra, vt experientia docuit.*

Winzingerodios compeſcit.

7) Interim ipſe domi *VVinzingerodiorum* temeritatem armis vltum ire decreuit. Incurſabant enim a multo iam tempore fines Moguntinos & Haſſiacos, prædas ex agris agebant, obuios multis iactabant ac exagitabant iniuriis, *Ioannes* de *VVinzingerode*, pater, filiique *Ioannes*, *Henricus*, *Hermannus*, & *Bertholdus*, promptæ omnes audaciæ, raptoque viuere aſſueti. In expeditionis autem ſocietatem adſumſit *Fridericum*, *VVilhelmum*, & *Fridericum*, Landgrauios Thuringiæ & Marchiones Miſniæ, *Henricum* Ducem Brunſuico-Lüneburgenſem, nec non *Ludouicum*, Landgrauium Haſſiæ. Capita fœderis anno hoc MCCCCXV dominica *Exaudi* ſollemniter percuſſi erant, vt coniunctim arcem *Scharpfenſtein*, prædonum illorum ſedem, omni vi, donec eam expugnarint, obſideant & oppugnent: captam Ioannes retineat, ſuæque faciat ditionis: de pecunia vero ex Winzingerodiorum fortunis Marchionibus pendat mille florenos, totidem etiam Landgrauio.

Cæſari nouo ſe iungit fœdere,

8) Vti vero de Cæſaris gratia, voluntateque hoc certior eſſet, nouum cum eo fœdus feriit Arbergi in Vchtlandia, pridie diei D. Iacobi memoria celebris. Quin feria tertia poſt D. Laurentii ſollemne quam ſollemniſſime ſpopondit, conſtantiſſima ſe mente cum eo facturum, & ſi contingeret, vt de eo impetendo vel exauctorando agitarentur conſilia, id genus auſis ac maleferiatis conatibus, vbicunque locorum opus ſit, omni contentione ſe obſtiturum.

ad Electi Eichſtadtenſis confirmationem diem praeſtituit,

9) Paucis poſt diebus *Friderico* Epiſcopo Eichſtadtenſi fatis functo ſucceſſorem legerant Aureatenſes Canonici *Ioannem Heideck*, Eichſtadtenſem Canonicum & cathedralis Bambergenſis Præpoſitum. Qui gnarus, veteri more & inſtituto Epiſcopum electum ab Archiepiſcopo ſuo ſollemniter confirmandum, Ioannem adire haud cunctatus, petiit, vt ſua electionem ſtabiliret auctoritate. Annuit Ioannes, & *proclamatione*, vt vocant, edita ſingulis & omnibus, quorum intereſt, diem dixit,

Edit. I p. 872

dixit, qua compareant, dicantque, quæ quisque habeat tum contra Electi perſonam, tum electionis formam. Is dies erat XXIX Octobr.

Vaſalli ſui cauſam ab iudicio imperiali aulico ad ſe reuocat.

10) Quam acri alioquin ingenio in tuendis eccleſiæ ſuæ iuribus fuerit, non longe poſt oſtendit. Cum enim *Fridericum* Comitem Veldentinum, Sedi Moguntinæ nexu clientelari deuinctum, *VValtherus* Dominus Hohengeroldsecki apud Iudicium Imperiale aulicum in ius vocaſſet, ipſe ſcriptis quarta poſt OO. SS. memoriam feria litteris illius Aſſeſſores, ne in Fridericum conſideant, ſatis grauiter monuit; veteri enim priuilegio cautum eſſe, ne Archiepiſcopatus Moguntini Clientes alium ad iudicem euocentur. Locus iis eſt in codice Diplomatico.

de Epiſcopo Argentoratenſi liberando agit.

11) Anno præcipite ædis cathedralis, quæ Argentorati eſt, Canonici *VVilhelmum* de *Dieſt*, Epiſcopum ſuum, Molshemii captum Argentorati dederant in cuſtodiam. Quod cum Ioanni non poterat non eſſe graue ac odioſum, haud cunctanter cum Marchione Badenſi conferebat conſilia. E re viſum, de eo liberando omni agere ſtudio. Concedebat igitur ſub inſequentis ſtatim anni MCCCCXVI exordium vna cum Badenſi Argentinam, ſeſeque omni interponebat opera. *Theodericus* de *Niem* l. d. p. 38; *Quibus ſic ſtantibus illic ſuperuenerunt Dominus Ioannes Archiepiſcopus Moguntinenſis, & Marchio Badenſis, cum non modica equitum comitiua, laborantes etiam inſtanter pro relaxatione prædicti captiui, ſed finaliter in hoc perficere non potuerunt.*

Cæſarem experitur beneuolum.

12) Quod ipſe Sigiſmundi a partibus omni ſe ſtudio obſequioque ſtaturum pollicitus ſit, paullo ante dictum. Id vero Cæſari tam gratum accidit, vt hoc anno datis Auinioni proxima poſt epiphaniam dominicam dominica, litteris ſponderet, ſe viciſſim ei contra quoſuis inimicos adfuturum ope, & ſi caſus ita ferret, vt eſſent, qui prauis machinationibus contra ipſius niterentur honorem, illorum ſe occurſurum conſiliis, effecturumque, vt locum ſuum dignitatemque quam honeſtiſſime teneat.

cum Bipontino & Badenſi fœdus facit.

13) Non ita multo poſt *Stephano* Comiti Palatino ad Rhenum, Simmerenſium ac Bipontinorum Regulo, nec non *Bernhardo*, Marchioni Badenſi, Bingæ feria quinta poſt Valentini icto ſe iunxit fœdere. Teſtatum id faciunt tabulæ, quibus initæ ſocietatis rationes tum conſignatæ fuerunt. Quæ ſine dubio res Patribus Conſtantienſibus anſam dedit, id genus a fœderibus illum per litteras dehortandi, vt apud auctorem ſequitur.

XV Quia vero in hiſce Rhenanis oris tumultuum neſcio quid oriebatur, dedit idem Concilium ad Ioannem noſtrum litteras XVII Cal. Aprilis anno MCCCCXVI. In illis autem ſunt multa quidem vtilia, ſed ad præſens inſtitutum paucula hæc ſatis: *Nonnullorum quidem relatione intelleximus, quod in Rheni partibus inter nonnullos potentes, tam eccleſiaſticos quam ſeculares, ligæ confœderationeſque fiunt, guerrarum exercendarum cauſſa. Quæ res quantum & huic ſacro Concilio, ſacroque Imperio noxia exiſteret, & quanta incommoda pareret, nemo ſanæ mentis ignorat. Qui enim pro quiete Chriſtiani populi ſtudent, non bellorum anfractibus impediri, ſed concordiæ atque amicitiæ veſtigiis confoueri deberent.* Et poſtea; *Quamobrem, Venerabilis Frater, qui ab eccleſia ſancta Dei, tanto honore, ſtatuque ac dignitate decoratus, vt cura tibi ſit, ne tales nouitates fiant, ac ſi facta eſſent, vt reuocentur, ſintque omnes in pacis otio conſtituti, veluti nunc vſque fuerunt, in Domino quantum poſſumus, exhortamur, requirimus & monemus. Scimus enim, quantum in prædictis tua auctoritas & prudentia valitura ſunt.*

falſum de ſe rumorem confutat.

Inter hæc autem paſſim percrebuerat rumor, ac ſi id ageret, vinculis vt Pontificem nuper a Concilio de ſede deiectum, Ioannem XXIII, liberet eximatque; quo tamen ſibi iniuriam factam, litteris ad Concilium datis, publice conqueſtus eſt. *Theodericus* de *Niem* l. d. p. 50; *Eadem die* (III Iunii MCCCCXVI) *hic in publica concione lecta ſunt litteræ excuſatoriæ Domini Ioannis, Archiepiſcopi Moguntinenſis, continentes in effectu, quomodo hic a quibuſdam æmulis ſuis falſo denuntiatus exiſteret, quod ipſe ad hoc intenderet, ſeu inſtaret, per quod huiuſmodi concilium diſſiparetur: ac etiam, vt prædictus Balthaſar a carceribus liberaretur: & ſuper hoc acquiſiuit aliqua caſtra & loca fortia, non remota a loco ſeu caſtro, in quo Balthaſar cuſtoditur: aſſerens, quod non fuiſſet nec eſſet ſuæ intentionis, quod ſic faceret ſeu facere vellet: ſed ſemper paratus eſſet, pro poſſe dictum Concilium dirigere & iuuare; & alia multa continebant prædictæ litteræ, hic breuitatis gratia omiſſa: quia ſufficit taliter eſſe ſcriptum, maxime ſi ſubſequatur effectum.*

vt Wenceslaum contra Huſſitas excitet, monetur.

Rurſumque anno eodem, IV Idus Iunii litteris aliis ab eodem Concilio monetur, vt Huſſitarum hæreſibus quoquomodo poſſet, obſtet, Wenceslaumque moneat, ne ſegniter, nimiumque conniuendo ſuum Bohemiæ regnum ab illis peſſundari patiatur.

vocat ad concilium abbates.

XVI Idem Ioannes eodem anno die XXIII Nouembris * ad idem Concilium Abbates, aliosque Prælatos vocauit. Quid illic fecerint illi, legere eſt apud *Trithemium* anno MCCCCXVII, & poſtea anno MCCCCXXIX in Sponheimenſi p. 344 ſq.

p. 349 ſq. hemenſi chronico, qui addit: *Ex eo tempore Capitula prouincialia in triennio celebrari in prouincia Moguntina ceperunt, & continuantur vſque in praeſentem diem.* Edit. I p. 872

* 1) Enimuero, non XXIII Nouembris die, ſed XXIV ad Abbates, Praelatos, aliosque, quos vel iure vel conſuetudine Concilio intereſſe conueniret, litteras dedit. Habes eas, cum omnino legi mereantur, in codice Diplomatico.

In plenam cum Haſſo conſenſionem coaleſcit. 2) In ſchiſmate eccleſiae ſaepius iam dicto Clerum in terris Haſſiacis partim cum Hermanno & Ludouico Gregorii XII, partim cum Ioanne Ioannis XXIII partes ſecutum eſſe, ex ſupra dictis notum. Sedatis hoc Concilii ſententia a celſiſſimi muneris poteſtate tandem remoto; iſto Pontificatu ſponte dimiſſo Concilii auctoritatem probante, factum, vt Ludouicus reciperet, velle ſe, vt ditionis ſuae Clerus in poſterum, ſicuti antea, in obſequio & fide Sedis Moguntinae ſit: Ioannes vero, ſe non obedientis culpam Ludouici precibus remittere, nec iudiciis vnquam vindicare velle. Res ſic in litteras miſſa Frizlariae quinta poſt D. Barbarae virginis ſollemnitatem die.

Wetterauiae praeficitur. 3) Vacabat tum Imperialis Wetterauiae praefectura. Cum igitur Ioannes in fide erga Caeſarem & obſequio, vt nupera conuentione promiſerat, curate perſtaret, viſum Sigiſmundo, beneficium bene merenti conferendum. Tabulis itaque anno poſtero MCCCCXVII Lucenburgi pridie D. Antonii confectis illius adminiſtrationem ei commiſit, hoc ipſo omnium oculis animiſque ſubiiciens, ipſius cauſſa ſe omnia velle. Dedi eas, vt inſpicere poſſis, in codice Diplomatico.

Electo Curienſi annuit. 4) Ceterum *Ioannem Ambundii*, Theologiae & Iurium Doctorem, Praepoſitum Herbipolenſem & Canonicum Eichſtadenſem; ſuperiori anno feria ſexta poſt D. Catharinae diem eccleſiae Curienſis Canonici ad Epiſcopatus Curienſis adſciuerant titulos. Is cum litteris die Ianuarii XVI Conſtantiae ſcriptis ſe confirmari peteret, Ioannes ſe votis haud defuturum reſpondit, modo ſe ſiſteret, metropolique, quem debeat, exhiberet honorem. Simul clerum Curienſem ad omnia Electo obſequia praeſtanda cohortatus, XXVI dicti menſis Ianuarii die edidit, quam vocant proclamationem.

Conſtantiae regalia accepit a Caeſare 5) Inde Conſtantiam perrexit, communi rurſus cum Patribus conſilio de rebus eccleſiae acturus. Ibi vero cum eſſet, die XXIII Februarii * terrarum ac dignitatum ſuarum iura ſollemni ritu a Caeſare impetrauit, Ludouico Palatino, Rudolfo Saxone, & Friderico Brandenburgico, Principibus Electoribus, ſua caeremoniam praeſentia cohoneſtantibus. Petebat autem ea, ſuae ſeruiens exiſtimationi, non publice & ſub dio, nec genibus prouolutus, vt Principes Electores non eccleſiaſtici ſiue ſaeculares, dum ſuas prouincias clientelari recipiebant fide, ſed in regia, corpore tantum reuerenter flexo †.

* *Faſti Concilii Conſtantienſis* ſupra nobis dicti p. 41; Menſe Februario — *XXIII Ioannes Naſſouius a Caeſare Electoratu Moguntino inueſtitur.*

† *L'Enfant l. d. liv. V § XLII p. 442: Deux jours après, l'Empereur donna l'investiture de l'Electorat de Mayence, à Jean de Nassau, Archevêque de ce diocèse. Il est à propos de remarquer ici qu'à cause de son caractère episcopal, il reçut cette investiture dans le palais de l'Empereur, & non en public, comme les Princes séculiers. L'Electeur Palatin, & ce duc de Saxe, avec Frideric Burgrave de Nuremberg, qui étoit nommé aussi bien les Electeur, assisterent à la cérémonie. Par la même raison, l'Archevêque ne se mit point à genoux devant l'Empereur, comme font les Princes seculiers en pareille occasion, seulement il se courba en marque de sa dignité.*

[illegible] 6) Redux venientem ad ſe *Ambundii*, Electum Curienſem, omni accepit humanitate, & veteri caeremoniarum ordine XIII Martii die Heppenhemii confirmauit. Miniſterium faciebat *M. Conradus Vurnvve*, Praepoſitus ad D. Petri extra muros, & Moguntiae tum Vicarius in ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis generalis; praeſentibus *Petro Echter*, Canonico Moguntino, Praepoſito S. Mauricii, & Protonotario Archiepiſcopali, *Nicolao Bettinburg*, Decretorum Doctore & Theſaurario S. Simeonis extra muros Treuirenſes, *Conrado Egghardi*, Canonico Curienſi, & *Conrado Snelle*, Rectore eccleſiae parochialis Diepurgenſis. *Ambundii* petitorias, & *Ioannis* reſponſorias, vna cum *Conradi Vurnvve* teſtimonialibus inuenies, ſi quidem rem curatius cognoſcere tibi volupe eſt, in codice Diplomatico.

Decano & Cantori Bingenſi duo attribuit ſacella. 7) Poſtea Collegio ad *D. Martini* aedem Bingenſi propenſa opem ferebat voluntate. Fecerat id nupero, quo vrbs conflagrauit, incendio haud leue rerum ſuarum diſpendium, cui haud fero venire auxilio ſui credidit eſſe muneris. *Decano* igitur ſacellum *Bethlehem* vulgo nuncupatum, & ex oppoſito vici Rüdesheim in monte, cui *Eiſenberg* nomen, ſitum *: *Cantori* vero ſacellum *S. Oſvvaldi* Confeſſoris, ſitum in finibus villae Budesheim, loco campeſtri, vulgo *Dubleſheim* dicto, vna cum fundis, iuribus, ac prouentibus, contulit, editiſque Ehrenſteinii (caſtro dioeceſis Moguntinae id nomen) die Aprilis XXX tabulis in perpetuum addixit. Habes eas in codice Diplomatico.

* *Ni fallor, fuit id, quod hodie a* D. Rocho *nomen habet.*

cum Principibus Rhenanis foedus init. 8) Probe vero gnarus, perplurimum referre, ſi Principes Rhenani ſocietate atque amicitia inter ſe bene iuncti eſſent, operam eo ſuam contulit, vt in conſenſum coaleſcerent vnanimem. Factum id ad Confluentes, Lunae poſt vinculorum D. Petri memoriam. Tum enim ipſe, *VVernherus* Treuirenſium Praeſul, *Theodericus* Agrippinenſium Antiſtes, *Ludouicus* Rheni Palatinus, Princeps Elector, & *Reinhardus* Iuliacenſium & Geldrenſium Dux, foedus inter ſe ſtipulati ſunt arctiſſimum. Quippe alter alteri ad dies vitae promittebat auxilia, & nulli ſe diſſidio locum relicturum, ſed via amicabili, ſi quid forte ſuboriretur ſimultatis,

ad

Edit. I pag.

ad æquitatem & amicitiam conuerſurum, omni pollicebatur fide. Cum maxime vero id operam dandam cenſebant, vt in Rheno & via ad fluminis ripas, qua naues funibus trahi ſolent (vulgo *Linpfad*) quiſque, quoad ditionis ſuæ ſe porrigerent fines, negotiatoribus & prætemauigantibus ſecuritatem præſtet publicam, nemine excepto, niſi qui maleficio quodam in terra contigua perpetrato in nauem ſe proripuerit.

Collegialis Ameneburgenſis inopiæ ſubuenit.

9) Comperto inter hæc, Collegialis *Ameneburgenſis* res ac fortunas bellorum iniuria, temporumque malignitate ita acciſas eſſe, vt alendis digne Canonicis vix ſufficere viderentur, curiam ſuam in villa *Niderglen*, vna cum prædio, quod ab *Adolfo Ravv* de *Holzhauſen* ære ſuo pecuniaque ſibi comparарat, eis ad præſentias, vt loquuntur, benefica contulit voluntate, litteriſque die B. Eliſabethæ viduæ datis in perpetuum addixit.

XVII Eodem anno MCCCCXVII dedit ad *S. Albani* & *S. Iacobi* Abbates litteras Archiepiſcopus; eoſque ad morum ac diſciplinæ correctionem hortabatur.

Ludouicum & Othonem Palatinos redigit in concordiam.

1) Sub initium anni MCCCCXVIII ſecuti *Ludouicum* & *Othonem*, fratres, Comites Palatinos ad Rhenum, in concordiam reduxit. De variis enim capitibus inter ſe diſſidere coeperant. Vnum erat de villis *VValsdorf*, *Nuſsloch*, & *Leymbe*..; alterum de locis Imperii Palatinatui pignoris titulo oppoſitis, *Oppenheim*, *Odernheim*, *Ingelnheim*, & *Lautern*, *Ortenburg*, *Offenbach*, *Gengenbach*, & *Zell*, nec non *Barr*; tertium de Vaſallis quibuſdam & libero caſtrorum nonnullorum vſu (*von der Manſchaft zu Enſperg vnd Vnbſtads gehörig, it. von der Manſchaft zu Stralenberg, Manſchaft vnd Oeffnung zu Zvvingenberg, Manſchaft vnd Oeffnung zu Stolzeneck, item von der Meiſter vnd Collegium zu Heidelberg vvegen, als von ihres Hofs vnd Gerichts vvegen zu Schriesheim*) Pronuntiauit autem, cum iis ſuſtollendis manum admouiſſet, quod ad primum; Heidelbergam ſe miſſurum *Rabanum*, Antiſtitem Spirenſem, *Ioannem*, Comitem Catimelibocenſem, *Conradum* Rhingrauium, & *Ioannem* de *Helmſtads*, Militem; his Ludouicus apographum dotalitii a Rege patre Reginæ quondam conſtituti oſtendat; ſi tres hæ villæ inter bona viduitatis tuendæ cauſſa ei attributa reperiantur, vtrique ius in eas ſuum integrum eſſe, ſaluumque. Quod ad alterum; cum Otho de eo melius nunc edoctus ſit, æquum eſſe, vt poſtulatis ſuis deſiſtat. Quod ad tertium; cum ab iis delectus ſit arbiter, cauſſa inſpecta ſe dicturum ſententiam; ea dein ſtari oportere. Quod ſe facturos tum Ludouicus tum Otho ſigillo tabulis proxima poſt Circumciſionem dominica confectis impreſſo ſpopondere.

duas in maiori inſtituit Vicarias.

2) Atenim de ſua, parentum ſuorum vita defunctorum, cum maxime vero fratris Adolfi ſollicitus ſalute, procurandæ illi, XIX Martii die duas in æde primaria *Vicarias* inſtituit, ac de ſuo annui cenſus reditu inſtruxit. *Vnam*, in honorem B. M. V. SS. trium Regum, S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris, S. Liborii, S. Valentini, S. Catharinæ, S. Barbaræ, & S. Dorotheæ. *Alteram*, in honorem S. Sebaſtiani martyris, S. Hieronymi, S. Antonii, & S. Hilarii Confeſſorum. Vtramque vero ſtatuit ad aras tabernaculi, biennio ante in medio templi nouo opere exſtructi; illam quidem, ad aram in ſuperiori eius parte; iſtam, ad eam, quæ in inferiori erat, fine, vt verba diplomatis dem, *ſubtus & in crypta tabernaculi*. Sed de his fuſius in comentariolo *de Vicariis* n. IV & V.

In præfectura Wetterauiæ ad dies vitæ confirmatur.

3) Cum autem Cæſari inter hæc in præfectura Wetterauiæ curanda fidem probaſſet ac diligentiam, cum ſingulari prudentia coniunctam, factum, vt eodem hoc anno id muneris ætatem obire peculiari iuberetur diplomate. Datum id Pforzhemii pridie dici Laurentio martyri ſacratæ.

873 XVIII Anno autem MCCCCXVIII, prima die Septembris, *fuit* (ait loco citato *Trithemius*) *celebratum ſecundum Ordinis noſtri capitulum prouinciale apud Auguſtinenſes in ciuitate Moguntina; in quo præſederunt Abbas Fuldenſis, Campidonenſis, S. Vdalrici Auguſtenſis, & Reynhartzburnenſis, qui in vltimo Capitulo in Conſtantia celebrato ad officium præſidentiæ fuerant deputati. Locus autem pro celebrando Capitulo fuit in monaſterio* S. Albani *denuntiatus; ſed quia monachi reformationem in Conſtantia propoſitam aſſumere contemnentes, de monaſterii tranſlatione in ſtatum ſecularem, in quo nunc eſt, laborabant; idcirco Capitulum ibidem ſeruari non potuit, ſed apud Auguſtinenſes celebratum fuit. In hoc prouinciali Capitulo perſonaliter præſens fuit Bernhardus huius coenobii Abbas, qui cum Præſidentibus monachorum ſuorum proteruiam, reformationem aſſumere contemnentium, expoſuiſſet, Viſitatoribus fuit commiſſum, vt eos per cenſuram eccleſiaſticam ad reformationem compellerent. Venientes ergo ad monaſterium Viſitatores, parum profecerunt; quia fraudulentia monachorum decepti ſunt, qui coram eis magna promittentes, poſt eorum receſſum nihil ſeruauerunt.* Hæc *Trithemius* *.

de Capitulo Ordinis Benedictinor. Moguntiæ habito.

[illegible]

* Loco citato, & in chronico Hirſaugienſi ad h. a. p. 359.

monaſterio Rodenkirchenſi Ludouicum Palatinum Aduocatū dat.

1) Præerat tum monaſterio familiæ Norbertinæ *Rodenkirchenſi*, Aduocati titulo, *Philippus* Comes Naſſouio-Saræpontanus; ſed ſua abutens poteſtate, oneri eidem erat, ſumtuique; nec, quamuis ſæpe monitus, ab his ſe temperabat. Qu ætes quum coenobitis grauiſſimæ

uiſſimæ eſſet ægrimoniæ, Abbas *Matthias* Ludouicum, Comitem Palatinum Rheni, Septemuirum, ſibi tutorem dari petiit a Ioanne. Statutum enim veteri erat priuilegio, ſi Aduocatus ad clauſtri perniciem ſuas conuerteret partes, Moguntini tum eſſe, alium cœnobio Aduocatum conſtituere. Occurrit Matthiæ deſiderio in ſe tam æqua Ioannes, ac Aduocati officium, munusque aſceterii huius tuendi, defendendique Ludouico, illiusque heredibus litteris Ehrenſteinii die S. Mauricii & ſociorum eius ſcriptis, & in codice Diplomatico allatis, ſtudioſe commiſit.

Hanouiæ nullam ſynodum haberi vult.

2) Edoctus inſuper a tempore immemorabili nullam Hanouiæ ſynodum actam eſſe, ciuibus id fecit gratiæ, vt ſtatueret, nec in poſterum vllam ibi celebrandam eſſe, & id ipſum peculiari diplomate feria D. Luciæ virgini ſacra ſignato, quod alia inter in codice Diplomatico inuenies, ad perpetuam rei memoriam complecteretur.

praxis quorundam Canonicorum Erfurtenſ. morum correctio

3) Anno poſtero MCCCCXIX feriam ſuſcepit cogitationem de Canonicis, qui Erfurti ad ædem *B. M. V.* & *D. Seueri* erant, ad ſanctius in ſacris quotidie obeundis exemplum reuocandis. Plerique eorum in vtraque fungebantur ſacerdotio. Vt igitur quotidianas diſtributiones, quæ *præſentiæ* vulgo appellantur, tum in hac, tum illa acciperent, in neutra pleno ritu peragere ſolebant diuina officia, ſed ex vna ad aliam auido ad rem currebant ingenio. Quod cum ſanctionibus eccleſiaſticis, piæque illorum, qui id genus portiones præſentibus in choro præberi voluere, intentioni in totum repugnaret, cetera cum graui piarum mentium offendiculo coniunctum eſſet, Ioannes iuſta eos increpuit obiurgatione, edictoque Höchſtl feria tertia proxima poſt diem S. Vincentii compoſito, ne quis in poſterum talia auderet, ſanxit. Voluit autem, vnam ex ambabus quisque ſibi eligat, in qua pſalmodiis ſacris decantandis, aliisque religionis vacet operibus; iisque tum emolumentis, quæ quolibet die in ea præberentur, contentus ſit. Atenim plenius id cognoſces ex tabulis ipſis.

Coloniensibus hoſtilia denuntiat.

4) De reliquo Colonienſibus tum hoſtis factus erat *Theodericus* Archiepiſcopus. Ciuitas enim jus ſtapulæ ſibi arrogabat, ius item viæ extra vrbem, quæ vulgo *der Linpfad* dicitur; adhæc ripam Rheni ad Tuitium aggere extructo, palisque Rheno infixis munierat; quæ omnia ille in ſuam ſuique Archiepiſcopatus iniuriam & fraudem facta eſſe contendebat. Cui quum fœdere iunctus eſſet Ioannes, & hæc ipſa in commerciorum detrimentum vergere iudicaret, ciuitati litteris, Martis poſt dominicam *Oculi* ſignatis, hoſtilia denuntiauit ac inimicitias.

de mutato monaſterii Sant Albanenſis ſtatu.

XIX Anno MCCCCXIX, die XVI Auguſti, Martini V conceſſu, a Ioanne Archiepiſcopo, & Ioanne Fleckenſteinio Wormatienſi Epiſcopo facta eſt monachorum S. Albani commutatio in Canonicos, quod valde dolenter narrat *MS.* * apponens *Arnoldi* cuiuſdam *Zappii* notationem, & verſus, qui metamorphoſin hanc valde improbent, nonnullos. Quando autem eandem occœptarint maioris eccleſiæ Domini, certum & definitum nuſquam perſpexi annum. Notat quidem *Tritbemius* in Hirſaugienſi chronico, *Molanus* lib. I de Canonicis cap. XIV, aliique non pauci, factum id poſt annum Domini DCCCCLXXV. Sed præciſe ac definite quando? Sane a *Mariano Scoto* lib. III eccleſia illa vocatur adhuc anno Domini MLXXI *S. Martini monaſterium*, & anno MLXXXI *monaſterium Epiſcopale*, prout lib. I c. XVIII attigi. *Conuentus* etiam *fratrum* in MS. epiſtolarum *S. Hildegardis*, quæ vt lib. II c. XXXVII patuit, poſt MC floruit, opere dicitur. Sed *Conuentus de domo*, non *de monaſterio*, quemadmodum eodem citati lib. I cap. XVIII viſum eſt.

* Dolenter itidem, verbisque paulo durioribus *Tritbemius* in chronico Hirſaugienſi ad h. a. p. 359 & ſeq. quæ, vna cum animaduerſione noſtra, inuenies in *chron. Santalbanenſ.*

ſupremum diem obit.

XX Vix ab illa vero Albanenſium mutatione prætericrant hebdomades VI, & vitam cum morte commutauit Ioannes, die XXIII Septembris, Aſchaffenburgi, vnde fuit in Moguntinam ædem primam deuectus.

1) Nec aliter *Tritbemius* in chronico Sponheimenſi p. 346, & Hirſaugienſi pag. 363, *Dieffenbachius* itidem in catalogo; quin ipſa, quam in *Epitaphiis* dedi, inſcriptio ſepulcralis. Vt adeo male *Langius* in chronico Citizenſi p. 853 anno MCCCCXX illum obiiſſe tradat.

ſepelitur in æde maiori.

2) Tumuli locum nactus eſt in æde ſacrarum maxima, ad latus fratris, ſuggeſtum parochialem inter & ſubſellium Electorale, in medio. de quo pluribus in *Epitaphiis.*

de viſione cuiusdam Eremitæ.

XXI Adiungit *MS.* Eremitæ horribilem de hoc in ſuccenſam ollam demerſo viſionem. Sed ego de huiuſmodi nihil habeo aſſeuerare. Potuit hoc ab iis iactari, qui falſis eum de interempto Brunſwicenſi Friderico criminationibus onerarunt. Non cuilibet quidlibet dicenti credendum. Illud cum S. Paulo Rom. II verſ. 6 aſſeuero: *Reddet Deus vnicuique ſecundum opera eius.* Grauiſſimo tamen *S. Gregorii* lib. IV dial. c. III teſtimonio conſtat, de Theodorico Rege Ariano,

IOANNI
vx. *Hea*

a) IOANNES II,
b) vx. 1) *Margareta*,
fil. *Friderici* Wildgrauii Kirbergenſis,
† iam an. 1370.
c) 2) *Iutta*, Comes Leiningenſis.

a) Harderadus,
occur. anno 1364.

d) IOANNES III,
* *d*) vxor *Adelheidis*,
fil. *Gerhardi* Wildgrauii.

e) Iolantha,
vx. *Ioannis de Hirſchorn*,
vidua facta an. 1426.

c) *e*) CONRADVS,
Archiepiſcopus Moguntinus,
el. an. 1419, d. 10 Octobr.
† an. 1434, d. 10 Iun.

d) *f*) Fridericus,
vx. *Lucardis*,
fil. *Godefridi* ſen. Domini
de Eppenſtein,
d. 1420.

g) Iutta
occur. an. 1400,
vx. *Hermanni* Domini
de Scharpſeneck,
**g*) *gentis ſuæ vltimi.*

h) IOANNES III,
vx. *Eliſabetha*,
**h*) fil. *Reinharti*, primi *Comitis* de *Hanau*,
d. an. 1432.

h) Gerhardus,
occur. an. 1432 & ſeq.

***h*) Eva,
coniuges
occur. an. 1434.

l) *Arnold* de *Sirck*,
Dominus de *Monclar* & *Frauenberg*.
**l*) † circa an. 1452.

Prop

n) *Scho*
o) f. an. 14

a) *VVir* Gerlach, *E. z. M.* — *verichen offentlich an dieſem brieffe, daſs vns der Edel* Iohan *Ringrave, VVildegrave zum Dune, vnd* Harderad *ſin Bruder, Ringrave zu dem Stein, verſatzt vnd verpfant han* &c. 1364. *feria tertia poſt diem B. Mauricii.*

*a) *Ich* Conrad *Ringrave* zum *Ringrevenſtein bekenne* — *daſs ich verſatzt vnd verpfand han* — *dem Ervv. Fürſten Herrn* Conrade, *trvvelten Erzbiſchoff vnd Vormunder des Stifts zu Menze* — *meinen teil* — *in dem Dorff* — *zu* Windinsheim — *vſsgenommen, vvas ich myner Dochter* Elſen, *vnd* Claſe, *mynt Schriber*, „ *yrem elichen Manne, die daſelbs zu VVindesheim geſeſſen ſint, zu andern gezitten in alle iar do gebin han* — *vnd des zu orkunde ſo han ich* Conrad *Ringrave myn ingeſigel* — *gehangen, vnd han vch gebeden die Edeln myne liebe Svvegerin, Frauvven* Iutten *von* Liningen, Ryngrevynnen *vnd* Wildgreſynnen *zu* Dunen — *Des vvir* Iutte *von* Lyningen *vergen. irkennen für vnd in montbarſchaft vnſer Kinder* — 1390, *ipſa die B. Barbare Virg.*

**a) *VVir* Conrad *E. z. M.* — *Als ervvan der Edel* Iohan *Ringrave* zum *Stein, vnſer lieber Vater ſel. dem ervvan* Iacob *zu* Moncler *ein vierteil erblichen des Huſes zu Ringrefenſtein an ſyme teile, genant* Schafelle, *vnd dazu* 80 *pfunt Heller* — *mit der Edlen* Hildegarden *von* Ringrefenſtein, *vnſer VVaſen, ſiner Suſter ſeligen, gegeben, verſchrieben vnd bevviſet hat gehabt* &c. *Steinheim vff Montag nechſt nach dem H. iarstag*, 1434.

b) *Ich* Iohan *Ringreve, VVildegreve zu Duwen* — *daſs vvir vns vnd vnſer ſel. Frauvven* Margretten &c. 1370, *Epiphan. Domini.*

c) *VVir* Conrad *E. z. M. bekennen* — *As die Edle vnd VVolgeborne* Iutta *von* Lyningen, Wildgrafynne *zu* Dune — „ *vnſere liebe Mutter ſel.* „ *von todes vvegen abgangen iſt, vnd als nu dieſelbe vnſere Mutter ſel. etlich guter hinter ir gelaſſen hat, mit namen phantſchaft, barſchaft, farende habe, huſrat* — *daran vns eyn teile anerſtorben, vnd gefallen iſt; alſo han vvir angeſehen vnd betrachtet ſolich bruderliche truvve vnd liebe, die vvir zu dem Edeln* Fridrich Wildgrave *zu* Dune *vnd* Ringrave *zum* Steine, *vnſerm lieben Bruder, han, vnd darum* — *ſo han vvir demſelben* — *alle die obgeſchr. guter vnd habe, die vns von der obgemelt. vnſer Mutter ſeligen vfferſtorben vnd gefallen ſin, die vns zu vnſeren teile zuſteen* — *gnedig gegeben* — *Eltvil an dem H. Pfingſtag*, 1434.

d) *VVir* Iohann *vnd* Friderich, *VVildegraven* zu *Dune vnd Ringraven* zu *Ringravenſtein, Gebrüdere* &c. 1402.

*d) *VVir* Iohann *E. z. M.* — *bekennen, daſs die Edlen*, Otto, *VVildgrav* zu *Kirburg, vnd* „ *ſeliger gedechtnuſs* Gerhard, *VVildgrave* zu *Kirburg, ervvan ſin Vetter, vnd ihr eltern, das Hus* Kirberg *von vns vnd vnſerm Stift zu lehen gehabt, als der obgemelt VVildgrav* Otte *das alſo noch zu lehen hat* — *daſs vvir angeſehen han die dienſte, die vns* — *der Edle* Iohann *VVildgrave zu Dune vnd Ringrave zum Stein* „ *das obgenanten VVildgrav* Gerhards *Tochtermann* — *getan* &c. 1409.

e) *Ich* Hans *von* Hirſchorn *Ritter, vnd ich* Iland, *Grevinne* von *Dune, ſin eliche Husfravve bekennen* — *als der Ervvurdig Her* Conrad *E. z. M. vnſer gnediger lieber Her vnd Bruder* &c. 1422.

Ich Ilant *von* Dune — *Hern* Hanſen *von* Hirſchorn *ſel. VVittib* — *bekenne, daſs mir der Ervvurdig Her* Conrad *E. z. M. mein gnediger lieber Her vnd Bruder* — 1427. Viduam anno præcedenti 1426 factam patet ex epitaphio *Ioannis*, quod ita habet; *Anno MCCCCXXVI, XIIII Kal. Dec. † Strenuus Miles Ioannes de Hirſchorn, fundator huius clauſtri* (nempe Carmeli *Hirſchorn*)

f) *Kund* — *daſs mit vviſſen des Ervvurdigern Hern* Conrad *E. z. M.* — *vnd* Godfrids, *Hern zu Eppenſtein eine frundſchaft* — *zvviſchen dem Edlen* Friderich *VVildgreven* — *des vorgemeldten vnſers Hern von Menz Bruder, vnd Iunfr.* Luckard *von Eppenſtein, des vorgemeldten Hern* Godfrids *elicher Tochter* — 1420.

Ich Friderich *VVildgrave* zu *Dune, Ringref* zum *Steine, vnd* Luckard *von* Eppenſtein *min elich Husfraue bekennen* &c. 142 . .

g) *VVir* Iohann *E. z. M.* — *bekennen* — *daſs vvir dem Edlen* Hermann *Hern* zu *Scharpſeneck* — *erlauben*, — *daſs er die Edlen* Iutten *VVildegreſin* zu *Dune vnd Ringreſin* zum *Ringrefenſtein, ſin elich Husfravve, bevviſet vnd bevvidemet hat* &c. *Dat. Lonſtein die S. Laurentii* 1400.

* * * *

NES I *Rhingrauius*, *Hedvvigis* Wildgrauia.

Iacobus, *Dominus* de *Monclar*, Miles, occur. an. 1350 *, 1358 **.

* In tabulis, de fœdere cum ciuitate Treuirenſi inito, pridie S. Paulini Epiſcopi ſignatis. vid. *Brovverus* lib. 17 annal. Treuirenſ. § 146 p. 222.

** In tabulis de pace cum Boemundo II Archiepiſcopo facta, die S. Paulini Epiſcopi confectis. vid. *Idem* l. d. § 178 p. 231.

* *a*) Conradus, occur. an. 1384 & ſeqq.

** *a*) Hildegardis . . *coniuges* . . Iacobus occur. an. 1358.

* *a*) Eliſabetha, vx. *N. Nicolai*, Cancellariæ Soceri Moderatoris.

i) Eliſabetha, *heres Monclerii*, *i*) vx. *Arnoldi*, al. *Iacobi* * *i*) de *Sirck*.

k) Arnoldus *de* Sirck, *Dominus* de *Monclar* & *Meinsberg*, **k*) vx. *N. Beyerin* de *Boppard*, fil. *Henrici Beyer* de *Boppard*, *Domini* in *Leſnich*.

n) Iacobus, *Praepoſitus Herbipolenſis* & *Vltraiectenſis*, *Scholaſticus Treuirenſis*, *1439 Treuirenſ. Archiepiſc.* *o*) † an. 1456.

q) Philippus, *Præpoſitus Herbipolenſis* & *Treuirenſ.* *r*) occur. adhuc an. 1469, 1472, 1473. *vltimus familiæ ſuæ.*

s) Caſpar, *t*) † an. 1431, 6 Non. Aug.

Hildegardis, vx. *VVilhelmi* Comitis de Manderſcheid, Domini *in* Keil & Wartenſtein. † an. 1480.

**g*) *Ich* Thame *von* Helmſtatt *bekenne, als die* von Scharffeneck *ſelige den zehenden zu VVolmsheim* — *von dem Ervv. Hern* Iohann *E. z. M.* — *zu leben gehabt*, — » *vnd als nu die* von Scharffeneck *ſelige von todes vvegen* one lehens erben *abegangen ſint* — 1416.

h) *VVir* Iohann *vnd* Gerhard, *gebrudere*, *VVildgraven* zu *Dune*, *vnd Kirberg*, *vnd Ringraven* zum *Steine bekennen*, *als vvir ſint der zyt*, *daſs der Edel* Iohann *VVildegrave* zu *Dune* — *ſel. ged. vnſer lieber Iungher vnd Vater todes vvegen abgangen* — 1432 *Ienis poſt* Miſericordias Domini.

**h*) Sic enim in litteris lit. *h*) citatis pergit *Ioannes*; *Vnd als nu ich* Iohan *VVildegrav vorgenant mit der Edlen* Elſen *Graffinne* zu *Hanavve*, *des Edeln Graff* Reinharts *Graffen* zu *Hanne*, *vnſers lieben Schvvehers*, *Dochter*, *zu der H. ee griffen han*, *darum dan vnſer beider Herrn vnd Frunde gerathen hant*, *daſs vvir vns vmb ſoliche vorgeſchriebene vnſere Graveſchaft muthſcharen, ſetzen, vnd ſcheiden laſſen ſollen* — *darumb ſo ſin vvir ſoliches ſcheids*, *mutſcharung*, *vnd theilung* — *an den Ervv. Hern* Conrad *E. z. M. vnſern gnedigen Hern*, *vnd die Edle* Friderich *Graven* zu *Veldenz*, *vnd* Friderich, *VVildegraven* zu *Dune vnd Ringraven* zum *Steine*, *vnſer liebe Vettern*, Iohann *vom* Steine, Roricht *von* Marxheim, *vnd* Iohann *von* Spanheim, *genant* Bacharach, *kommen* — *Bingen*, *Ienis poſt dominicam* Miſericordias Domini, 1432.

***h*) *VVir* Conrad *E. z. M.* — *bekennen*, *als die Edlen* Iohann *vnd* Gerhard *VVildgraven* zu *Dune vnd Kerberg*, *vnd Ringraven* zum *Steyne*, *vnſere liebe Vettern*, Even *ir Svveſter*, *vnſer liebe Niſteln*, *dem Edlen* Arnold *von* Syrcke, Son *zu* Moncler *vnſerm lieben Mage*, *mit vnſerm rate vnd zuthun zu der H. ee vnd zu eelichen Husfravven zu geben gelobt vnd verſprochen hant* — *Steinheim am Samſtag nach dem nuvven iars tage*, 1434.

i) *Comites* de *Sulz*, in libello memoriali mſcr. Electoribus olim in Comitiis Ratisbonenſibus porrecto; *Der eine einzige Tochter* Eliſabetham *hinterlaſſen*, *gegen deren ſich Herr* Arnold *von* Syrck *vermälet* &c.

**i*) *Ioannes* de *Düſſel* in Collectan. mſcr. quæ a familia *Manderſcheidia* adſeruantur.

k) *Conradus* in tabulis lit. ***a*) citatis: *VVann dann die itzunt gerurte iargulte etvve vil iare verſeſſen vnd vnbezalt iſt blieben*, *deshalber der Edel* — Arnolt *von* Syrck, Herre *zu* Moncler *vnd* zu Meynsberg, *der egenanten vnſer VVaſen ſeligen Dochter Sohn*, *als ein rechter nechſter Erbe*, *ſolicher gift vnd verſchribunge*, *den Edeln* Iohann *VVildgrav* zu *Dune* vnd *Kyrburg*, *vnd Ringraven* zum *Steyne*, *vnſern lieben Vettern*, *fur zyten beſchrieben* — *vnd erfordert hat*, *als vere das vnſer itzgen. Vetter fur ſich*, *ſine brudere vnd ire erben*, *ſoliche ſache an vns*, *vnd den VVirdigen Herren* Iacob *von* Syrck » Dumprobſt *zu* Wurzpurg *vnd zu* Vtrecht *ſtalten* &c.

**k*) *Ioan.* von *Düſſel* l. lit. **i*) d.

l) *Ich* Arnold *von* Syrck, Son *zu* Moncler *vnd* Herr *zu* Frauenberg, *bekenne* — *als der Ervvurdig Herr* Conrad *E. z. M.* Caſpar *von* Syrck » *min lieben Bruder ſel. ged. vnd mich mit einer anzal gevvapneter mit glenen vvider den* — Ludwigen *Landgraven* zu *Heſſen zu hulffe gevvonnen* &c. *Dat. am Samſtage nach des nuvven iars tage* 1434.

**l*) *VVir* Iacob *E. z. T.* — *vnd ich* Philip *von* Sirck, » Dumprobſt *zu* Trier *bekennen*, — *als der Edel* Arnold *von* Sirck, Herr *zu* Frawenberg, *vnſer Bruder ſel.* — *vrkunden vvir als Truvvehender des gemeldten* Arnold *ſel. Kinder* — *ſiner Tochter* Margrethen, *die zu der zit dem Edlen* Iohann *Graven* zu *Salm zu Gemahel iſt* — 1452.

m) vid. lit. *k*) præcedentem.

n) *Brovverus* l. d. lib. 19 § 29 p. 273.

o) *Idem* l. d. § 54 p. 279.

p) *Idem* l. d. § 96 p. 289.

q) *VVir* Philip *von* Sirck » Dumprobſt *zu* Wirzburg &c. 1441 ipſo *D. Matthiæ* Apoſtoli die.

Dieterich *E. z. M.* — *als vnſer Vorfahr* — *dem Edlen* Arnolden *von* Sirck, Herrn *zu* Frawenberg *ſel.* — *vnd als nun derſelb vnſer Neve tods halber verſchieden iſt*, *vnd vnſer Neve* von Trier *mit ſampt dem* Dumprobſt ſinem Bruder, *als Truvvehender des obgemeldten* Arnold *ihres Bruders ſel.* — 1453, *die Bartholomæi.* Conf. etiam lit. **l*) præcedentem.

r) *Brovverus* l. d. § 133 p. 299. § 144 p. 302.

s) vid. lit. *l*) præcedentem.

t) *Brovverus* l. d. § 33 p. 274.

Digitized by Google

Edit. I pag. no, Ioannis Pontificis & Symmachi patricii homicida, dixiſſe magnæ virtutis ſolitarium: *Heſterno die, hora nona, inter Ioannem Papam & Symmachum patricium diſcinctus atque diſcalceatus, & vinctis manibus deductus, in hanc vicinam Vulcani ollam* (Aetnæam) *iactatus eſt Theodoricus.*

374 CONRADVS III.

I

Conradus gente Wild- & Rheingrauius.

ERat Waldgrauius in Dünen *, Rheingrauius zum Stein, Canonicus metropolitanus, eccleſiæ S. Bartholomæi Francofurti Præpoſitus **.

1) * Rectius *VVildgrauius in Dune* (hodie *Dhaun*) *Rhingrauius zum Stein*, vt in antiquis catalogis dicitur; ſiue, vt in inſcriptione quadam in ædis Moguntinæ maioris periſtylio eſt, *Comes Silueſtris de Dune, Rhingrauius de Lapide.*

natus patre Ioanne II. 2) Fuit autem filius *Ioannis II* Wild- & Rheingrauii, nepos *Ioannis I*, qui *Hedwigen* Wildgrauiam, portionis Dhaunenſis heredem, in matrimonio habuit: frater vero *Ioannis III*, qui nouo cum Wildgrauiis coniugio, *Gerhardi*, lineæ Kirbergenſis vltimi, filiam *Albeiden* ſibi ſociauit. Conf. *Spenerus* op. Herald. parte ſpeciali lib. I cap. LXXVI § IV p. 307, *Imhofius* notit. Procerum Imperii lib. V cap. IV § V p. 315.

Res lucem accipit a ſchemate, quod apponimus.

** **
* *

fuit praefectus Ruſtenbergenſ. *Praepoſitus Francofurtenſis.*

3) Moguntiæ Clero principi adſcriptus, cum & ingenio & virtute maximis ſe dignum muneribus oſtendiſſet, Ruſtenbergæ Præfecti titulo impoſitus fuit; Francofurti ad Mœnum vero Præpoſiti ad D. Bartholomæum conſecutus honores eſt. Illud alibi memorabitur fuſius. Hoc iam auctori notatum **. Factus autem fuit Præpoſitus anno MCCCCXIV, electus a Capitulo. *Lerſnerus* chron. Francofurtenſ. parte II cap. XXXIV p. 110.

eligitur Archiepiſcopus II Et electus fuit anno MCCCCXIX, Octobris die X, non Moguntiæ, propter tumultuantes tum ciues, ſed Rüdelsheimii *.

Rüdisheimii * 1) Lege *Rüdesheimii*; vt bene habet *Dieffenbachius* in catalogo. Eſt autem Rüdeshemium municipium Rhingauiæ, oppido Bingen in dextro Rheni litore fere obiectum, ac natalibus *Rudolfi* de *Rüdesheim* non minus celebre, quam prouentu vini.

vaſallisque ac officialibus Moguntinis renunciatur. 2) Simul autem ac ad mitram vocatus erat, Collegii principis Decanus ac Canonici Archiepiſcopatus Beneficiariis, Caſtrenſibus, Præfectis, ceteriſque Officialibus *(allen des egenanten Stifts Fürſtenmannen, Edelmannen, Burgmannen, Dienſtmannen, Ambtlüten* &c) ſe Conradum elegiſſe, notum fecerunt, ſimulque mandarunt, vt quamprimum compareant, eique verbis conceptis (*nach lud eines zedels, die uch dan geleſen vverden ſol*) dicant ſacramentum. Significarunt autem id per litteras ſimul ac delegatos e gremio ſuo, *VVilhelmum*, Comitem de Naſſaw, Præpoſitum, *Eberhardum*, Pincernam de Erbach, *Ioannem* von *Leovvenſtein*, dictum *Randeck*, & *Ioannem* de *Rodenſtein*. Litterarum clauſula eſt: *Datum Erenſtein uff den Fritag nach S. Dyniſii, MCCCCXIX.* Inuenies eas in codice Diplomatico.

a Pontifice probatur. 3) Pontifex vero Martinus V auditis, quibus factam electionem examinandam commiſerat, *Alamanno*, S. Euſebii Cardinale Preſbytero, & *Alfonſo*, S. Euſtachii Cardinale Diacono, tum ſuo eum iudicio, teſtimonioque probauit, tum litteris Florentiæ a. d. XVIII Kalend. Ianuar. ſignatis Archiepiſcopatus Moguntini Vaſallis ſiue Beneficiariis (vt in codice Diplomatico videre eſt) Apoſtolica commendauit auctoritate. Vt adeo ſine vllo impedimento Sedem inierit.

academiae Erfurtenſi dat Vicecancellarium. 4) Ipſe interea memor, Archiepiſcopum Moguntinum academiæ Erfurtenſis Cancellarium eſſe perpetuum, ne quid, quod ſuarum eſſet partium, intermitteret, vices ſuas *Ioanni Granenborn*, Profeſſori in ea Theologo, viroque morum & litterarum præſtantia excellenti, commiſit, ac ſtatim ſub regiminis ſui primordia, tabulis, quas codici eidem inſertas vides, commendauit.

it Brunſuic. 5) Anno ſequenti MCCCCXX ad procurandas

Digitized by Google

Fuldenſis.

randas eccleſiæ Fuldenſis res animum tradu-cebat. *Friſeus* auctor eſt, Ioannem Epiſcopum Herbipolenſem oculum illis adieciſſe. Quum vero videret, ſolum ſe parum eſſe profecturum, laboris ſocium ſibi adſciuiſſe Conradum; quo factum, vt in eccleſiæ Fuldenſis ſuſcepti ſint prouiſores. (in *Ioanne* II cap. XVI p. 700) Vtcunque vero ſe res habet: ſtatus monaſterii tum temporis admodum erat turbulentus, Abbate *Ioanne* & *Hermanno* Adiutore quam grauiſſime inter ſe contendentibus; vt ſane prouiſoribus fuerit opus, qui, ne res eccleſiæ prorſus irent peſſum, operam darent. Iniere autem Conradus & Ioannes muneris illius procurationem octauo poſt diem memoria trium ex oriente Magorum illuſtrem, populo tum in fidem ſollenniter accepto. Edit. I p. 874

Clerum litteris hortatur ad vitæ caſtimoniam.

III Anno MCCCCXX poſt dominicam *Exaudi* dedit ad Cleri Optimates litteras Eltvilla, quibus cum de vitiis aliis, tum vero maxime de obſcæno concubinatu funditus euellendo monuit *; & teſtatur MSL. Martini V iuſſu Moguntinæ diœceſios inſtitutam viſitationem per Cardinalem Placentinum, eandemque in templorum quorundam thecis aſſeruari. v. § 4 n. 11

*1) Dedi eas, vt legere poſſis, in codice Diplomatico. Sigillatim vero Canonicos ſerio admodum monuit, vt Prælatis maiori, quam hactenus, ſtudio & honorem exhiberent ac obſequium; data ſimul Decanis facultate, minus morigeros pœnis legibus conſtitutis coercendi.

componit Spirenſes cū Epiſcopo.

2) Inde litem, quæ Rabano, Epiſcopo Spirenſi, cum ciuibus Spirenſibus intercedebat, & in bellum iam exarſerat, lata decidit ſententia. Ipſe enim finiendæ illius a Pontifice dictus fuerat ſequeſter. Decretum, quod tulit, ſecunda Pentecoſtes ſigillo ſuo firmarunt Conſules, Ciuitatisque Senatus. *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. VII cap. LXXXV pag. 809.

pacem conciliat Suinfurtenſibus cum Epiſ. Wirzburg.

3) Hæc vero dum agerentur, *Ioanni* de *Brun*, Epiſcopo Wirzburgenſi, grauis cum Suinfurtenſibus erat contentio. Quod enim ciuitas transactione, quam *Adolfus* Archiepiſcopus Moguntinus & *Lambertus* Antiſtes Bambergenſis fecerant, ſtare detrectaret, Ioannes lege agendum ratus, ſumma vi actionem eidem intendit, ciuibus ad forum Ducatus ſui prouinciale vocatis. Qui ſatius rati, auxiliis opportune parandis intendere, quam in ius ambulare, id declinabant, ſocietatem cum *Dietericis* ſeniore & iuniore, *Dominis* de *Bickenbach*, *Erckingero* de *Seinsheim*, Equite, eius item filio *Michaele*, *Friderico* item, *Dieterico*, *Balthaſare*, *Sigiſmundo*, & *Eberhardo* de *Thüngen* coeuntes. Qua re tantum abeſt, vt Ioannes a propoſito ſuo reuocatus fuerit, vt potius, cum ad diem conſtitutum vadimonium haud obirent, in contumaciam eos condemnaret, ac ſacro notaret interdicto. Proſcripſiſſe eos, addit *Friſeus*. Hinc ad vim contentio excedere, *Hermanno* de *VVeibers* & *Eucharto* de *Thann* Suinfurtenſium in fortunas & agrum hoſtiliter impetum facientibus: fœderatis (qui tum temporis propter inſignes, quibus orti, familias *die Bundsherrn* dicebantur) ſimiliter armis tumultuariis Epiſcopi fines inuadentibus. *Friſeus* chron. Wirzb. in *Ioanne II* cap. XVII p. 700, *Hofmannus* annalium Bambergenſium lib. V § XLII p. 229. Commodum euenit, vt Conradus intercederet. Is enim controuerſia ſuis momentis a *Ioanne* de *Hirſchorn*, Milite, *Hartmanno Echter*, & *Philippo* de *Iſtein*, Protonotario, ponderata, ſententiam tulit, qua res ad aliquam concordiæ faciem reducta. Ea condemnati Suinfurtenſes ad duo florenorum Rhenenſium millia, Ioanni pro impenſa in bellum facta pendenda. Acta hæc, vt tabularum prodit clauſula, Martis poſt diem Ioanni feſtum.

Erfurti ciues ſibi obſtringit homagio.

4) *Menſe Augusto venit* Erfordiam, *ſuamque in fidem ciuitatem recepit, ne Moguntina Vrbis exemplo, qua furioſe tumultuabatur, ſedulla, dominum excluderet. Homagium in templo S. Seueri exactum, & a ſingulis de Senatu præſtitum eſt. Populus in turma iurauit.* Ita *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. II § XXI p. 130.

Hersfeldenſes in tutelam ſuſcipit

5) Poſt aliquanto Hersfeldenſibus promiſit, fortunas eorum, ſalutem, & incolumitatem, non minus quam ſuorum, omni ſe cura fideque propugnaturum. Diploma, quod iis, vt hoc magis ita eſſe confiderent, tradidit, alia inter habet, *Albertum* Abbatem, *Eberhardum* Decanum, totamque Congregationem id tum reuerenter ac ſtudioſe expetiiſſe. Perſcriptum autem eſt Aſchaffenburgi ſabbato poſt celebritatem D. Seueri Epiſcopi.

ciuibus Moguntinis vetera priuilegia confirmat.

6) Menſe dein Decembri præcipite tabulas, quibus ciuitati vetus de immunitate a telonio & vectigalibus priuilegium confirmabat, iam ante XV Iulii die (qui memoriæ Apoſtolorum in diuerſas orbis prouincias diſperſorum ſacer haberi ſolet) confectas, Senatui in manus porrexit; quod qua ſollemnitate peractum fuerit, veteri, quod tractaui, apographo his adſcriptum fuit verbis; *Diſen brieff hat Biſchof* Cunrad Ringr. *off den Dinſtag off den H. Criſtabend in dem iare nach Chriſti geburt MCCCCXX in der groſſen ſtoben in dem Dyregarten zu Menze mit ſinen liplichen truvven, Hern* Clas Dulin *von des Rats vnd der Stette vvegen von Menze in ſin hant globt feſte vnd ſtede zu halden, in gegenvvurtigkeit des Edlen Herren*, *Grave* Philips *Grave zu Naſſavve vnd* zu *Sarbrucken*, *Grave* Wilhelm *von* Naſſawe, *genant* von Bilnſtein *, *Dumprobiſt zu Menze*, *Herrn* Peter *von* Vdenheim, *Schulemeiſter*, *Her* Iohann *von* Lewenſtein *genant* Randecke, *Domherre zu Menze* &c.

* hodie Beilſtein

v. n. 16

IV Anno MCCCCXXIII prouincialem coegit ſynodum, quæ in lucem exiit. Anno MCCCCXXIV oppidum Steinhemium cum XIV pagis, multiſque

Edit. I p. 874 que aquarum & ſiluatum iuribus emit ab Epſteinianis Baronibus. Aſchaffenburgenſem arcem inſtaurauit magnificentius; obſedit cum aliis Rheni Electoribus Spiram, & cum aduerſus Bohemos belligerari ſtatuiſſet Imperator, hunc ſuum in ipſius Imperii adminiſtratione decennalem iuſſit eſſe Vicarium. Quod initio quidem Principibus nonnullis diſplicuit; ſed ita ſe illa in dignitate geſſit, vt nullum vlli querimoniæ locum reliquerit.

v. n. 8

v. n. 9

diœceſi Fuldenſi præfectum dat.

1) Enimuero, vt his interiiciam, quæ auctor præteriit; cetera vero ad genuinas temporis rationes reuocem, res poſtulat. Ab anno igitur MCCCCXXIII & MCCCCXXIV velim regrediaris ad MCCCCXXI. Hoc autem luculenter oſtendit, qua cura fideque eccleſiæ Fuldenſis rebus proſpexerit. Cum enim, ſimiliter ac Herbipolenſis, coram iis adminiſtrandis vacare haud poſſet, prouido cenſebat conſilio, quo minus detrimenti quidpiam paterentur, illarum procurationi certum præficere Satrapen. Cum laudaſſet ſententiam Wirzburgenſis, quem eligerent, quærebant. Quærentibus id genus muneri obeundo præ aliis par videbatur *Eberhardus* de *Buchenavv*, qui Steinauiæ ſuum habebat domicilium. Erat enim eximiæ domi nobilitatis, ceterum vero acris admodum vir toga militiaque. Eum itaque *dominica*, vt auctoritatis habent tabellæ, *qua cantatur in eccleſia Dei* Reminiſcere, ſupremum diœceſis Fuldenſis Præfectum conſtituere, decreto ei in annum quadringentorum florenorum ſtipendio.

Comitiis Norimbergenſibus intereſt.

2) Hæc inter Sigiſmundus Imperator de Boiemis ad obſequium redigendis agebat, Ordinibus Imperii Norimbergam ad conuentum vocatis. Qui cum ibi de ſubigendis illis, & extirpandis nouarum opinionum auctoribus deliberarent, placuit Principibus ad Rhenum Electoribus, ſua inter ſe conſociare conſilia. Statuerunt autem, ſi quidem aduocarentur in auxilium, tum nempe coniunctim Cæſari ſe velle reſpondere, nec diſſociatis hac in cauſſa animis abire in partes. Tabulæ, quibus vna cum Treuirenſi, Colonienſi, & Palatino, Conradus ſuum præfixit nomen, datæ die Georgio martyri feſta.

cum Marchionibus Miſniæ fœdus init.

3) Paucis poſt diebus (*vff vnſers Hern lichnams abend*) iidem *Friderico*, *VVilhelmo*, & *Friderico*, Miſniæ Marchionibus, inito iiſcum Wirzburgi fœdere, & ſtudium aduerſus Huſſitas, ſpoponderunt & ſuppetias. Metus enim erat, eos inter hæc in Miſniam ſe effuſuros. Quam imminenti periculo ſubtrahendam cenſebant cum ceteri, tum Conradus maxime; Marchionibus, dum de ſalute ſua anxii erant, magna fide dextram porrigens. Eo fœdere ſimul decreuere, neminem, qui dogmatibus Boiemorum addictus ſit, ſuis in terris ſe toleraturos, & quo facilius ſentes iſtos, vt vocant, extirpare liceat, ac funditus tollere, vnumquemque ſibi ſubditorum, qui virilis ſit ſexus, modo annum ætatis duodecimum exceſſerit, ſacramento obſtricturos, vt auitæ inhæreat doctrinæ, & quos nouarum opinionum ſuſpectos intellexerit, ſine mora ad magiſtratus deferat. Pactionis tabulas habet *Müllerus* ſectione I des Reichs-tags-theatri ſub Friderico III cap. XXIII n. II p. 302 & ſeq.

aduerſus Boemos ducit.

4) Ceterum Conradus, quum Collegis Septemuiris poſtea deliberatum eſſet ac conſtitutum, prompte Cæſari portauit auxilia; quin ipſe aduerſus Boiemos iuit. Audiamus *Aeneam Siluium*, temporum illorum ſcriptorem, hiſtoriæ Bohemicæ cap. XLIV p. m. 66; *Venere* Moguntinus Archiepiſcopus, *& Colonienſis*, *Comes Palatinus Rheni*, *Saxoniæ Duces*, *Marchio Brandenburgenſis*, *& plurimi ex Alemannia Pontifices*; *ceteri ſuos miſere.*

Epiſcopum Wirzburg. & Marchionem Brandenburgenſē componit.

5) Domum reuerſus, ſedandæ inter *Ioannem* Herbipolenſem Epiſcopum & *Fridericum* Marchionem Brandenburgicum controuerſiæ ſtuduit. Quæ rametſi ex variis oborta erat cauſſis, ac ab aliquo iam tempore de vectigalibus, iure conducendi, feudis, tutela Iudæorum, ac iuriſdictione in quibusdam locis criminali, ducebatur, qua tamen ingenii pollebat ſollertia, rem dominica poſt Martini, vt tranſactionis habent tabulæ, ad pacem amicitiamque conuertit.

de habitu cleri conſtitutionē edit.

6) Per eoſdem alioqui dies perceperat, miniſtros eccleſiæ Diepurgenſis, corrupti ſæculi vitio modeſtiæ fines tranſgreſſos tegumentis capitum vti, Clericos prorſus non decentibus. Anno igitur poſtero, qui MCCCCXXII reparatæ ſalutis fuit, edito voluit edicto, vt *Paſtor & Plebanus mitras ſine almucia de aſperiolis*; *Altariſta* vero *& Beneficiati temporibus diuinorum mitras de pellibus agninis nigris* geſtent. Cum doceat, quo ſtudio labefactatas praui moris licentia Cleri partes reſtituerit, dedi id in codice Diplomatico. Signatum autem eſt Eltvillæ, dominica, cui a *lætitia* appellatio.

Argentoratenſibus bis pacem conciliat.

7) Argentoratenſibus dein bis conciliauit pacem. Primum cum *VVilhelmo* de *Dieſt*, vrbis Epiſcopo, quocum de Vsburgeris, vt vocabantur, tum contendebant. *VVenckerus* de Pfalburgeris & Vsburgeris p. 102. Dein cum Nobilibus, qui Argentorato demigrarant, & ſe *die vereinigte Ritterſchaft aus Straſsburg* appellabant. *Idem* de Vsburgeris p. 52 & 56. Vtramque vero poſt ferias procurauit Paſchales: hanc, die Georgii; illam, Mercurii poſt dominicam, quæ recepto loquendi vſu vocatur *Quaſimodogeniti*.

Spiram cum aliis obſidet.

8) His vero cum occupatus eſſet rebus, Spirenſes ſententia, quam ante tulerat, ſeſe grauatos querebantur, nec ea amplius ſtare volebant. Quod cum non poſſet non ægre ferre, & inimicitias ciuitati denuntiauit per litteras, Herbeshemii ipſo D. Albani die ſcriptas, & Rabano, armis rem acturo, ſuppetias tulit; quin, cum aliis ad Rhenum Electoribus ipſe Spiram obſedit, vt non auctor heic ſolum tradit, ſed *Lehmannus* etiam, in chronico Moguntino haberi, l. d. cap. LXXXVI p. 814 teſtatur.

9) His,

conſtituitur Vicarius Imperatoris.

9) His, aliiſque pro ſalute tranquillitateque publica curis atque laboribus tantam apud Cæſarem Sigiſmundum virtutis collegit famam, vt is, dum quæreret, quem bellis diſtentus externis ad Imperatorii muneris procurationem adſumeret, neminem iudicaret magis idoneum, quam Conradum. Nec mora. Adſciſcebat ſibi eum ad decem annos in Imperii adminiſtratione Vicarium. Conradus, vt oſtenderet, quanti hanc Cæſaris erga ſe faceret voluntatem, maximeque honorificum iudicium, litteris Norimbergæ hoc anno Veneris poſt diem Bartholomæo feſtum exaratis ſancte promiſit (*bey Furſtlichen truvven, eren, vnd eyde*) ſe partibus iſtis omni ſtudio diligentiaque, pro eo ac Cæſar in tabulis ſuis mandaſſet, functurum (*getruvvelich, rethlich, vnd erſamlich, vnd nach innehalt der Königl. Maieſt. briefe*)

Landgrauiis Thuring. feuda concedit.

10) Feria vero poſt illum quinta in ædibus Sigiſmundi Stromeri, quarum inſigne roſa erat. *Othone* Archiepiſcopo Treuirenſi, *Ioanne* Epiſcopo Herbipolenſi, *Adolfo* Comite Naſſouio, *Michaele* Comite Wertheimenſi, *VVilhelmo* Præpoſito Moguntinenſi, *Conrado* Domino Bickenbaci, aliiſque quamplurimis præſentibus, *Friderico* ſeniori & *VVilhelmo*, fratribus, nec non *Friderico* iuniori (cuius vices *Fridericus Beichlingenſis* obibat) Landgrauiis Thuringiæ, ſuam fidem ſacramenti religione profeſſis, Sedis feuda fiduciario iure vtrimque conceſſit.

de Placentini reformatione.

11) De cetero, cum ipſe virtutem, fidemque Imperii præſtaret rebus, *Branda* Cardinalis *Placentinus*, dum diœceſin interuiſebat Moguntinam, in diſciplinæ incubuit emendationem. Tetigit id ſupra auctor *Serarius* *. Factum autem eſſe anno hoc MCCCCXXII docet *Branda* ipſe. Ne dubites, afferam formulæ, quam tum præſcripſit, initium ac finem. Illud ſic habet; Branda *miſeratione diuina tit. S. Clementis SS. R. E. Cardinalis*, Placentinus *vulgariter nuncupatus, in regno Boemiæ, ac Miſnenſi & Morauia Marchionatibus Apoſtolicæ Sedis Legatus, nec non metropolitanarum, cathedralium, aliarumque eccleſiarum, monaſteriorum, ac piorum locorum regularium & religioſorum, quarumcunque partium Alemanniæ, Reformator generalis, per eandem Apoſtolicam Sedem deputatus, Reuerendiſſimo in Chriſto Patri & Domino, Domino* Conrado *Archiepiſcopo Moguntino —— Prælatis, Canonicis & ceteris Clericis —— Mogunt. Salutem & huiuſmodi noſtras viſitationes benigne ſuſcipere.* Finis vero ita; *Dat. Moguntiæ MCCCCXXII, Indictione XV, XXVI Nouembr.*

* § 3

caſtra Calſmunt nec non Pfedersheim acquirit.

12) Conſtituerat autem ei Sigiſmundus Cæſar anno ſuperiori decem florenorum millia ſalarii loco. Quæ cum explicare haud poſſet, pignore ei cauendum duxit. Comodum autem tum Conradus æs, pro quibus caſtra Imperii *Calsmund & Pfedersheim* Falckenſteiniis olim oppoſita erant, heredibus illorum, ad quos peruenerant, *Annæ* ſcilicet Solmenſi, Comiti Saynenſi viduæ, & *Diethero* Iſenburgio, Domino Büdingæ, exſoluerat. Sigiſmundus igitur ei tum pro æris vtrique numerati, tum ſalarii decreti ſumma, pignoris titulo, vna cum omnibus bonis contributis, ac iuribus ea conceſſit tamdiu poſſidenda, donec redimerentur. Teſtimonio ſunt litteræ, quas hac de re anno, qui nunc ſequitur, MCCCCXXIII Caſſouiæ dedit, & Mercurii ante Philippi & Iacobi Apoſtolorum memoriam ſignari iuſſit. Edit. I p. 874

Imperii adminiſtratione ſe abdicat.

13) Sed enim mox paullo Imperii adminiſtratione deceſſit. Ludouicus enim, Palatinus Rheni, obnuntiationibus interpoſitis, ſibi Cæſare extra Germaniæ fines agente ius regni adminiſtrandi competere contendebat. Maluit igitur procuratione illa Conradus ſe abdicaſſe, quam cum alterius inuidia vel offenſione amplius fungi. Factum id Bopardiæ, die menſis Maii vndecimo. Tum enim tabulis editis teſtatus eſt, iſta ſe abiiſſe prouincia, nec poteſtate ſibi a Sigiſmundo collata vlterius vſurum. Dedit eas *Thulemarius* in Octouiratu cap. XXIX § XXIV p. 564, & nos ex eo in codice Diplomatico.

Epiſcopum Spirenſem pacificat cū Hunoldſteinio.

14) Poſt hæc liti, quæ *Nicolao*, Aduocato Hunoldſteinenſi, cum *Rabano*, Nemetum Antiſtite, intercedebat, finem ſtatuit. Erat ea de chirothecis æneis, aliiſque id genus ſquamis (*Blechharnaſche*) nec non quatuor equis, quos ſeruis Hunoldſteinii, quum nupero bello iiſdem Spiram ad herum tenderent, vi abſtraxerant Rabani milites. Leuiculis ſane de rebus; quæ tamen, cum ſua præter modum repeteret Nicolaus, in diſcordiam haud leuem eos egerant. Quam cum ipſi, contentionis tandem pertæſi, exſtinctam cuperent, rem ad Conradi deferebant arbitrium, iudiciumque; qui minime cunctatus, pacem inter eos, vt dictum, compoſuit. Conciliauit autem eam Vormatiæ, *feria ſexta poſt octauas corporis Chriſti*; hanc enim diem nobis diſerte ſignat transactionis tum factæ inſtrumentum.

de Notariis conſtitutionem edit.

15) Is vero inter hæc Moguntiæ inualuerat abuſus, vt Tabelliones Sedis (*Notarios publicos* vulgo vocant) *proceſſus & receſſus, litterasque alias iudiciales, nec non regiſtra & acta iudicialia* hominibus indoctis, rudibus, inexercitatis tum ſcribenda, tum deſcribenda committerent. Quod cum haud paucis hactenus fraudi fuiſſet ac noxæ, variis præterea in iudicio eccleſiaſtico incommodis ac litibus dediſſet occaſionem; ipſe prauo huic mori obuiam eundum ratus, edicto feria tertia poſt decollati Ioannis Baptiſtæ memoriam publice propoſito, conſtituit, vt quiſque Tabellionum id genus litteras, diſceptationes, inſtrumenta in poſterum ipſe ſcriberet, expediretque; nec, ſi forte impediretur, aliis, quam per Iudices Sedis probatis & admiſſis, ſcribenda vel deſcribenda daret. Simul vero diſerte voluit, præcepitque, vt Notarii numero conſtituerentur ſufficienti; Procuratores vero debitum ordinem, temporumque obſeruarent interualla, nec in ſalario exigendo quenquam indebite grauarent, vt in codice Diplomatico pluribus legere licet.

Synodum celebrat.

16) Quod alioquin anno hoc ſynodum coegerit prouincialem, auctor ſupra iam notauit;

Edit. I p. 874

uit; qui etiam videri poteſt lib. I cap. XXXIII p. 105, ex eoque *Schmidius* in diſſertatione de conciliis Moguntinis n. XXXIV.

Fœdus icit cum Friderico Bellicoſo.

17) Sub finem illius *Friderici* ſenioris, Landgrauii Thuringiæ & Marchionis Miſniæ (quem ab animi virtute, armorumque ſtudiis *Bellicoſi* vulgo appellabant cognomento) id dedit meritis, vt eocum Meinungæ magna fide iceret fœdus. Ad id vero feriendum ipſe tum vſus fuit *Ioanne* Epiſcopo Herbipolenſi, *VVilhelmo* de *Naſſau*, Præpoſito Moguntino, *Ioanne* de *Rodenſtein*, Canonico Moguntinenſi, *Reinharto* Domino *de* Hanau, & *Conrado* Domino *de* Bickenbach; Fridericus vero *Anarco* de *VValdenberg*, Domino *in* Walckenſtein, *Apelio* de *Vizthum*, ſtirpe equeſtri Milite, *Ioanne* von *Bach*, eccleſiæ Miſnenſis Præpoſito, & *Kerſtano* de *VVizleben*. Pactionis tabulæ ſignatæ fuerunt feria quinta ante Andreæ.

ne priuilegio quodam læderetur, Papa cauet.

18) Non longe poſt *Martinus V Friderico* iuniori, Landgrauio Thuringiæ, eiusq; coniugi, *Anna*, Comitibus Swarzburgicis ortæ, ſingulare indulgebat diploma. Eo namq; edicebat, ne quis illos ſacrorum interdicto ſubderet, vel in terris eorum ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ mandato diuinorum officiorum indiceret vacationem. Cum vero plura eorum oppida, locaque diœceſi contributa eſſent Moguntinenſi, ne Conradus queri poſſet, lædi ſuæ ius eccleſiæ ac aperte conuelli, Pontifex id, quod ad loca diœceſi dictæ ſubiecta, nullius roboris & momenti eſſe voluit. Datum eſt anno ſequenti MCCCCXXIV ineunte, vt codicem Diplomaticum inſpicienti patebit.

Die Churf. Verein cum Electoribus ceteris facit.

19) Per eosdem alioqui dies Conradus cum ceteris Septemuiris coiuit Bingæ. Recipiendus enim erat in collegium Electorale *Fridericus*, quem modo dixi, *Bellicoſus*; quippe cui Cæſar Sigiſmundus anno ſuperiori Saxoniæ Ducatum contulerat, vna cum dignitate Septemuirali. Quod cum fiebat, viſum, haud parum ad Imperii tranquillitatem conducturum, ſi animis inter ſe probe conſociati eſſent ipſi. Quare de mutuo actum fœdere; quod & omnibus probe perpenſis tandem die, qui D. Antonio Confeſſori ſacer eſt, ſollemniter ibidem percuſſum. Formulam illius, vulgo *Churfürſtliche Verein* dictam, ſi cupis, dabit *Mullerus* l. d. n. I p. 299 & ſeq.

Friderico Saxoni honorem Septemuiralem firmat.

20) Fœdere icto, Conradus Friderico honores collatos pro parte ſua, vt tum moris erat, honeſtiſſimo teſtimonio, Martis poſt dictam Antonii feriam dato, propenſiſſima probauit voluntate.

Nil prohibet, quin ipſas, quas hac de re tum dedit, litteras huc afferam. *Wir* Conrad —— *bekennen offentlich mit dieſem brieff, als der Allerdurchluchtigſte Furſte, vnſer gnediger Here der Romiſch Konig, dem Hochgebornen Furſten Hern* Friderich, *Landgraven zu Doringen vnd Marckgraven zu Myſſen* —— *vnſrem lieben Obemen, das Herzogthum zu Sachſſen mit der Kere vnd Marſchalck-ampt gegeben vnd geliehen hait, daz wir ihn als ein Kurfurſte mit wiſſen vnd willen vnſer Mitkurfurſten vffgenommen vnd empfangen han, doch vnſchedlich ſolicher brieff, als er vns vnd vnſirn Mitkurfurſten hait gegeben. Des zu orkund* —— *gegeben zu Bingen am Dinſtag nach S. Anthonii tag des Bichtigers*, 1424.

inter clerum Vormatienſem & ciues concordiam conciliat.

21) Diebus ſequentibus recruduerat Vormatienſes inter ac Clerum ciuitatis bellum. Quod vt extingueretur, antequam ad diœceſis iuxta vrbisque maiorem gliſceret perniciem, ipſe non minus, quam Ludouicus Rheni Palatinus, curæ ſibi habuit. Nec incaſſum. Qua enim vterque in conciliandis diſſidentium animis ſollertia erat atque auctoritate, Benshemii feria quarta poſt diem aſſumtæ B. Virgini ſacratum res eo deducta, vt in concordiam redirent. Notauit id *Helvvichius* in prodromo annalium Vormatienſium, eoque antiquior *Monachus Kirſchgartenſis* cap. LVIII p. 153.

Inter Comites item Wertheimenſes & Eppſteinios.

22) Proximo, qui MCCCCXXV æræ vulgaris fuit, id dedit operam, vt diſceptationi, quæ Comitibus Wertheimenſibus, *Ioanni* & *Michaeli*, cum Eppenſteiniis, *Godefrido* & *Eberhardo* intercedebat, modum imponeret. Quamuis enim materies, quæ rixæ occaſionem dederat, haud adeo ardua erat (de iure patronatus eccleſiæ Brambacenſis inter ſe diſſidebant) nihilo tamen minus diutina iam diſtracti erant ſimultate. Succeſſit res ſimiliter ex voto. Ea namque conuenienti modo ſublata, die poſt memoriam Pauli ad Chriſtum conuerſi tertio concordiam inter eos conciliatam litteris publice editis ſtabiliuit, firmauitque.

aduerſus Haſſum auxiliatores ſibi adſciſcit

23) Hæc inter autem ipſe diſſentire cœperat cum Ludouico, Haſſiæ Landgrauio. Aduerſus quem, cum res ad vim ſpectare videbatur ac arma, amicos ſibi comparandos ſtatuebat ac belli ſocios. Cum *VVilhelmo* igitur Bergenſi, Comite Ravenſpergenſi, fœdus iniit, eiusque operam ſibi contra Haſſum pactus eſt. Poſuit autem *VVilhelmo* tria florenorum millia, militiæ præmium; hac tamen lege, donec profligatum eſſet bellum, vt quotannis quater vel quinquies, centum inſtructis equitibus, *Glenen* vulgo dictis, excurſionem in agrum faceret Haſſiacum. Teſtis loco hic nobis ſunt tabulæ, Diepurgi die Mercurii dominicam *Oculi* ſubſecuto datæ. Ipſe viciſſim ſuam ei opem contra Comites Hoienſes, *Ericum* & *Ioannem*, promiſit, & vtrique per litteras Höchſtl Veneris poſt dictam modo dominicam inimicitias teſtatus eſt ac hoſtilia.

24) Quin, vt hoc maioribus copiis, viribusque ſe Ludouico obiiceret, quamplures e familiis tum maxime illuſtribus, potentiaque validis eodem tempore, conſtitutis ſtipendiis, velut in rem, periculumque commune ſibi adiunxit. In his fuere *Ioannes*, Comes Naſſouio-Dillenburgicus, *Henricus*, Comes Naſſouiæ, Præpoſitus Monaſterienſis, *Henricus* de *Dryburg*, *Hartmannus Iude*, *Henricus* von *Enſe*, *Gerhardus Spiegel*, *Ioannes* de *Haxthauſen*, *Ioannes* & *Burcardus* de *Aſſeburg*, *Sifridus* de *Biedenfeld*, *Sitticus*, *Burcardus*, *Godeſchalcus*, *Engelhartus*, *Eberhardus*, & *VVigandus* de *Buchenavv*, *Erhardus* de *VVyers*, *Henricus* de *Erenberg*, *VVolfgangus* de *Bommersheim*, *Nicolaus* de *VVolfskeel*, *Georgius Geyling*, *VVilhelmus*

Edit. I. p. 674

Forſtmeiſter, *Henricus* de *Ortenberg*, *Henricus* de *Remchingen*, *Gerhardus* de *Hohenberg*; quorum ſane nomina poſteritatis ad memoriam huc afferre, vtile nobis viſum.

25) Interim ne res ad manus veniret, & in perniciosſum excederet bellum, curæ ſibi duxere *Ludouicus*, Comes Palatinus Rheni, & *Fridericus*, Marchio Brandenburgenſis. Partes enim Moguntiam, ad diem Veneris poſt D. Georgii memoriam, vocabant, viſuri, an rem ad tranquillum pacis vſum reuocare liceret. Vbi vero tum pacificatio perpetrari nequiit, aliam iſti conciliandæ diem ſtatuebant, quæ fuit dominica *Exaudi*; quo Meinungam conueniant. Tandem compromiſſum in *Ioannem* Herbipolenſem, & *Fridericum*, Marchionem Brandenburgicum. Qui cum diſſidia coorta ſingulari minuiſſent ſtudio, pacem inter eos compoſuere, pridie feſti, quo ſacratiſſimam Triadem veneratur ac adorat eccleſia; & iterum ſublatis aliarum litium cauſſis, Kitzingæ, dominica poſt annuam B. Kiliani martyris celebritatem.

26) Quamuis autem bellicis tum implicitus erat negotiis ac occupationibus, haudquaquam tamen intermiſit, rebus Archiepiſcopatus amplificandis, ſtudioſiusque augendis manum admouere. Sub hæc enim die B. Georgio martyri ſacra a *Godefrido* Domino *de* Eppenſtein (fratre eius *Eberhardo*, filiisque *Adolfo* & *Godefrido*, conſentientibus) oppidum *Steinheim*, vna cum villis contributis, ſibi ſucceſſoribusque pretio XXXVIII millium florenorum redemit. Quam rem dum auctor hic loci, nec non *Vogelius* relat. compendiar. de cœnobio Lauriſhamenſi p. 169 in annum MCCCCXXIV præcedentem reiiciunt, errant. Ex litteris enim, quibus emptio hæc conſignata, ad oculum patet, hoc demum anno eſſe factam. Similiter corrigendi veniunt, qui pretium ad XL M florenorum extendunt; quos inter *manuſcr*. qui *FF. Eremitis* Conuentus Moguntini eſt f. 124 a) Teſtes contractui interfuere, ne quid prætercam, *Eberhardus Löw*, Burggrauius Fridbergenſis, *Ioannes* de *Stockheim*, *Reinhardus* de *Swalbach*, *Georgius Brendel* ab *Homburg*, *Henne* von *Erlebach*, dictus *von Wilbach*. Dynaſtiæ vero Satrapæ titulo primum impoſitus *Ioannes* de *Bellersheim*.

27) Sedatis ad tempus belli, quod inſtabat, motibus, cum *Wilhelmo* de *Dieſt*, Antiſtite Argentoratenſi, ad dies vitæ ſocietatis & amicitiæ iniit fœdus, tabulis dominica Bartholomæi Apoſtoli ſollemnitatem ſecuta confectis pollicitus, ſe ei tum conſilio, tum ope auxilioque aduerſus quosſuis, Pontifice, Cæſare, Sedisque Moguntinæ Beneficiariis ac Officialibus duntaxat exceptis, præſto futurum.

Iudæos in gratiam recipit.

28) Iudæis alioqui Moguntiæ, Vormatiæ, Spiræ, Francofurti, Oppenhemii, immo omnibus intra quintum circum oppida hæc milliare habitantibus, ceterisque ditioni Moguntinæ ſubiectis, neſcio quibus de cauſſis pergrauiter ſuccenſens, *Ioanni*, Epiſcopo Cerinenſi, ſuo in pontificalibus Vicario, negotium dederat, eos euocandi, atque in eos confidendi. Sedenim impenſis illorum precibus, queis veniam expoſcebant, rebusque aliis, quibus ei reſpondebant ad animum mitigatos & lenitas, anno ſequenti MCCCCXXVI iis non modo culpæ gratiam fecit, verum etiam ius, quod ſibi peperiſſent, permiſſurum, tabulis die Martis poſt purificatæ Deiparæ ferias datis appromiſit.

Leuchtenbergenſem contra Bohemos conducit.

29) Opem vero ſuam quod Cæſari contra Bohemos ſpopondiſſet, *Leopoldi* Landgrauii Leuchtenbergenſis conduxit operam. Conditiones erant hæ; Leopoldus quinque & viginti equites, *Glenen* ſiue *Gleven* vulgo appellatos, probe expeditos omnes, ad quotidianas aduerſus illos excurſiones faciendas aleret, quousque Conrado viſum; Conradus vnicuique illorum in ſingulos menſes ſtipendii loco quatuor & viginti florenos numeraret Rhenenſes. Illorum opera ſi amplius vti nollet, id octiduo ante Leopoldo ſignificaret. Damnum, quod facerent, reſarciret Conradus. Idem vero captiuos, ſi quos ex hoſte duceret Leopoldus, haberet, eosque ſolus. Pecuniam item pro redimendis incendiis Bohemis impetratam pro rata. Pabula vero ex agro hoſtili acta (*Kuhe- und Eſel-ſpiſe*) pro portione ſua Landgrauius. Enimuero plenius omnia diſces e tabulis, quibus pactio hæc feria ſexta ante Matthæi Euangeliſtæ ſollemnitatem comprehenſa, in codice Diplomatico.

30) Inde ſibi id penſi habuit, vt Fuldæ *Ioannem* Abbatem, & mitræ deſtinatum Adiutorem *Hermannum* redigeret in concordiam. Rebus enim ſuis conſultum exiſtimabat, ſi poſitis odiis ingenio inter ſe haud eſſent diſcordabili. Stimulis igitur vtrique graui ſeueraque ad pacis ſtudium exhortatione additis, adhibitisque in conſilium Miniſtrorum ſuorum præcipuis, tandem perfecit, vt inimicitias, ſaltim in ſpeciem, ponerent. Litteris id conſignatum Fuldæ, feria, qua OO. SS. peragebatur celebritas.

ad bellum cum Haſſo ſe comparat.

31) Videbat autem, in priſtinas belli cum Haſſo curas, turbasque ſe coniectum iri. Cauſſam fuiſſe tradit *MS*, quem *FF. Eremitis* conuentus Moguntini eſſe, ſæpius iam dixi, quod Ludouicus Sedi Moguntinæ reditus quosdam, iuraque alia conuelleret. Auctor vero § VII, quod Ludouicus ſe nimium rebus ingereret Fuldenſibus; apertius alii, quod Ludouicus cauſſam *Ioannis* Abbatis tuendam ſuſcepiſſet, quum contra Conradus Coadiutoris *Hermanni* de *Buchenau* partes ſequeretur; hos inter *Fr. Cornelius* in Breuiario Fuldenſi p. 442, & *Browerus* antiquitatum Fuldenſium lib. IV p. 327. Quare ſibi non modo ſubſidia bello gerendo neceſſaria comparabat, verum etiam Principum, virorumque armis illuſtrium operam. Speciatim ſocietatis, mutuique auxilii fœdus cum *Theoderico*, Colonienſi Archiepiſcopo, feſto D. Eliſabethæ honori die, contrahebat. Præter illum vero in adiutorium aduocabat, ſibique adſciſcebat *Dietherum* de *Iſenburg*, *Ioannem*, Comitem *de* Wertheim, *Adolfum*, Comitem *de* Wilnaw *, *Dietericum* de *Manderſcheid*, pluresque alios, nobilitatis laude præſtantes; quorum nomina promere

Edit. I p. 874

promere atque communicare cum iis viſum, quibus familiarum nobilium, veterum maxime, notitia cordi eſt. Fuere nimirum ii *Ioannes* & *VVezilo* de *Landsberg*, *Gerhardus* de *Plettenberg*, dictus *von der Mühlen*, *Fridericus* de *Horde*, *Simon Schliz*, dictus *Görtz*, *Albertus Torck*, *Godefridus* de *Meſchede*, *Bertholdus* de *Hertingshauſen*, *Dietzo*, *Eberhardus*, & *Engelhardus* de *Thüngen*, *Dietericus* ab *Hatſtein*, *Georgius* & *Conradus* de *Bebinburg*, *VValtherus* de *Cronberg*, *Crato Zobel*, *Ioannes* de *Blumenau*, *Eberhardus Rüd* de *Collenberg*, *Ioannes Voit* de *Salzburg*, *Conradus* de *Hartheim*, *Gilbertus Schütz* de *Holzhauſen*, *Henricus* de *Diedesheim*, *Nicolaus Grumbach*, *Fridericus* de *Neumagen*, *Georgius Fleming*, *Lupoldus* de *Bebinburg*, *Ioannes Fuchs* de *VValſperg*, *Ioannes* de *Levvenſtein* &c. quibus addas *Thomam*, Comitem *de* Rieneck, a quo ſibi anno ſequenti viginti minimum equites, *Glenen* dictos, ſtipulatus eſt.

* *Adolfus* hic *maritus fuit* Margaretæ, *gente* Schliziorum *dictorum* von Görz *ortæ*, *quæ antea in matrimonio* Rorici *de* Eiſenbach *vixerat*; *frater* Henrici, *Comitis* de *Wilnaw*. *Quæ hic annotare viſum, cum non longe poſt Wilnauiorum familia defecerit, vetuſta ceteroquin, multisque clara imaginibus, quæ ſedem habuit in finibus Haſſiæ.*

cauſſa Boica diſentienda a Cæſare præficitur.

32) His vero, aliisque cum diſtineretur, Cæſar mandabat, vt controuerſiam Boicæ Ducum, de regionibus in Boica, vt appellant, ſecunda, ab Ioannis Bauari, Antiſtitis olim Leodienſis, morte inter ſuperſtites Boicæ Duces diuidendis, cognoſceret. Prodit id nobis *Adlzreitterus* annalium Boicorum parte II lib. VII § LXVII p. 155, quem hic audire operæ erit pretium. *Cæſar*, inquit, *bello & reipublicæ procuratione occupatus, cauſſam remiſit ad Moguntinum Electorem, qui conuocato Septemuirum comitio non modo Boicos Principes, ſed etiam Cæſaris mandatarios, & Albertum Archiducem Auſtrium, filium ac heredem Alberti IV & Ioannæ, Alberti ſenioris Boio-Hollandi filiæ, qui etiam litem ad ſe quoque pertinere credebant, diſceptantes audiret. Lecti præterea viginti quinque ex tribus Boicæ Ordinibus ſequeſtres, qui litem inſpectam componerent.*

fœdus init cum Wirzburgenſi.

33) Ceterum in ſpem veniens, ſibi quam maxime profuturum, ſi præter illos, quos modo memoraui, Epiſcopum etiam Herbipolenſem, acri Principem ingenio, validisque viribus, in conſilii adſumeret ſocietatem ac armorum, anno MCCCCXXVII ſubſecuto fœdus eo cum pepigit, Iouis dominicam *Iudica* præcedente.

Ordines Imperii de adducendis contra Huſſitas copiis admonet.

34) Sequentibus diebus Francofurti agebatur de bello coniunctis denuo viribus Huſſitis inferendo. Et cum decretum eſſet, quatuor exercitibus quatuor in finibus inuadendos eſſe, Principes Electores ceteros Imperii Ordines litteris dominica *Quaſimodogeniti* datis ſerio grauiterque commonuere, vt copiis quisque ſuis ad Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli diem Norimbergæ vel in vicinis campis præſto ſint. Conradum iſtis primo ſubſcripſiſſe loco ex apographo, quod in codice Diplomatico dedi, cognoſcere eſt.

de Procuratorib⁹ mandatum edit.

35) Quam alioquin anno MCCCCXXIII de *Tabellionibus* ediderit conſtitutionem, ex ſupra dictis patet. Quum vero inter hæc comperiſſet, & *Procuratorum* numerum vltra placitum excreuiſſe; adhæc illorum plures eſſe imperitos, plures mercedula inductos miniſtros ſe præbere iniuſtitiæ, mandato circa diem B. Margaretæ virginis promulgato ſingulos ac omnes ab officio remoueri, e remotis vero, quos Iudices Sedis legales ac idoneos cognouerint, rurſus admitti, ceterorum autem in locum alios bonæ famæ, aptos, integros, & ad munus hoc fungendum probe affectos cooptari iuſſit. Dedi id alias inter tabulas in dicto codice.

Haſſo bellũ indicit.

36) Non ita multo poſt, rebus amicisque ad bellum comparatis, Haſſo litteris fecialibus, Lunæ ante diem Mariæ Magdalenæ honori dicatum Steinhemii ſcriptis, inimicitias indixit; *Theoderico* Colonienſi, quem ſibi obnoxium fecerat, fœderis ex lege itidem ei bellum denuntiante. Conradi diffidatitiæ ita habebant: *VViſſet Herr Ludvvig Landgrav zu Heſſen, daſs vvir Conrad, von Gotes gnaden des Heiligen Stuls zu Mentz Erzbiſchoff, des H. Rômiſch. Richs in dutſchen landen Erzcanzler, uvver land vnd lute vnd alles, das vvir vff ſie geſehden mogen, fiend vvollen ſin vmb ſoliches vnrechten vvillen, das ir vnd die uvvere lange zyt vns, vnſerm Stiſt, vnd den vnſrn getan haint, vnd vvollen des gen vch vnd die uvvern vnſre ere bevvart han mit dieſſem vnſerm offin brieffe, verſiegelt mit vnſerm vffgedruckten ingeſigel. Geben zu Steinheim am Montag vor S. Mar. Magdalenen tag, anno Domini MCCCCXXVII.*

acie vincitur.

37) Tum vero haud veritus eſt, *magno copiarum numero prodire ad cingendam obſidione Fuldam: ſed auxiliis vndique contractis, vbi ventum in campos, qui indigenis* Münſterfeldt, *Landgrauii præſertim virtute retro pulſus, magno cum dedecore ſalutem expedire fuga coactus eſt.* Ita *Brovverus* l. d. Inſperſis quibusdam aliis circumſtantiis *Manuſcr.* ſupra memoratus: *Da geſchahe von ihnen eine ernſtliche groſſe ſchlacht, in vvelcher viel leute vmkamen. Doch ſo behielt der Landgraf den ſieg — dann die Mainziſchen in die flucht geſchlagen vvurden, in der ihr ob die 600 gefangen, die ſich hernach* (nicht) *ohne ſchaden vnd nachtheil des Erzbiſchofs mit geldt erledigen muſten.* Haud abſimiliter *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCCXXXIII p. 387; *Contra quem Archiepiſcopus contractis hinc inde copiis proceſſit ad prœlium, & commiſſo diu ancipiti bello tandem Ludouicus obtinuit campum, multis ab vtraque parte cadentibus. Ex parte vero Archiepiſcopi ducentos (alii dicunt ſexcentos) Landgrauius abduxit captiuos, qui libertatem non ſine incommodo Archiepiſcopi & eccleſiæ Moguntinæ pecunia multa comparare coacti ſunt.*

pacem cum eo facit.

38) Vires ſuas infractas ſentiens Conradus, ad pacem quantocius cum Haſſo faciendam inclinauit animum. Vt coaleſceret, operam dedere *Theodoricus*, Colonienſium Præſul, *Ioannes*, Wirzburgenſis Antiſtes, *Fridericus*, Marchio Brandenburgenſis, nec non *VVilhelmus*, Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis. Pacificationis, Francoſurti die naſcenti Deiparæ ſacro perſcriptæ, varia fuere capita: e quibus ea huc referre placet, quæ Conradum maxime ſpectant (nam & *Henrici* & *VValrami* Comitum Waldecciorum, ei fœderatorum, res ibidem ad pacis vſum reuocata) Primatium facile erat, vt poſitis odiis firmam cum Haſſo iniret, coleretque amicitiam. Alterum ab hoc, vt Ludouicum ad caſtrorum ac oppidorum, Archiepiſcopatui ab Abbate Fuldenſi pignori ad triginta & octo florenorum millia oppoſitorum, alteram admitteret partem. Fuere ea *Fulda* & *Hunefeld* pro dimidio, *Lauterbach*, *Fiſchberg*, & *Bruckenau* pro toto, *Schildeck* pro dimidio, *Rockenſtul* vero & *Geiſa* pro altera parte. De quibus locis poſtea die D. Nicolai noua pactio in has conditiones facta; vt ſcilicet neuter animum intendat vel conetur, ea ſibi ſoli vel emptione vel aliis modis adſerere: dein id operam vterque det, ne quis, præter Abbatem & Conuentum, quibus ius reluendi competat, ea ære ſibi comparet, aut acquirat.

bellumque redimit.

39) Reperiuntur tabellæ, vt vocant, cautionis, dicto natiuitatis B. M. V. die ſignatæ, quibus Conradus profitetur, Landgrauio ſe debere quatuor & quadraginta florenorum millia; affirmate ſimul & bona ſpondens fide, alteram pecuniæ huius partem ſe ei proxime feſto Michaelis Archangeli, alteram anno ſequenti, feſto cathedræ Petri honore inſigni, ſoluturum. Vix dubitem, quin ære hoc bellum tum redemerit. De pecunia interim Landgrauio cauebat obſidibus; qui fuere *Philippus* Comes Naſſouio-Saræpontanus, *Ioannes* Comes *de* Ziegenhain & Nidda, *Philippus* Comes Catimelibocenſis, *Michael* Comes Wertheimenſis, *Bernhardus* & *Ioannes*, fratres, Comites Solmenſes, *Thomas* Comes *de* Rieneck, *Dietherus* de *Iſenburg* & *Büdingen*, *Godefridus* & *Eberhardus* de *Eppenſtein*, fratres, *Gilbertus VVeis*, Miles, *Georgius Brendel*, *Franco* de *Cronberg*, iunior, *Damo* de *Prumheim*, *Henne* von *Erlebach*, dictus *VVilbach*, *VValtherus* von *Riffenberg*, *Ioannes Brendel*. Vt fidem liberaret, nomen poſtea partim Gieſſæ, partim Grünbergæ ad diem exacte diſſoluit ac explicauit.

[illegible] fœdus [illegible] coit.

40) Pace ſic conſtituta, eodem ſtatim die concordiæ, amicitiæque fœdus in XII annos inter ſe ſtipulati fuere, qui paullo ante armis decertarant, *Conradus* & *Ludouicus*; quibus acceſſere *Theodericus* Colonienſis, *Ioannes* Herbipolenſis, *VVilhelmus* & *Henricus* Duces Brunſuicenſes, nec non *Fridericus* Landgrauius Thuringiæ.

Hæc aliquanto fuſius, temporumque rationibus curate ſignatis enarrare placuit. Videas enim eſſe, qui hic eas turbent; ſigillatim *Trithemium* l. d. *Latomum* in catalogo, *Dilichium* chron. Haſſ. parte II p. 234 & ſeq. quorum hic bellum hoc perperam in annum MCCCCXXXIV profert; illi vero in annum MCCCC XXXIII. Edit. I p. 874

Saxoniæ Duces fœdere ſibi iungit.

41) Ceterum eodem hoc anno Ducum Saxoniæ & Landgrauiorum Thuringiæ ſibi deſpondit auxilia. Erat enim, cur metueret, Erfurtenſes ſibi forte, rebus tam creperis, conſilium capturos. Rem *Gudenus* lib. II hiſtoriæ Erfurtenſis § XXI p. 131 ſtrictim iuxta atque eleganter exſequitur; quem adeo hic audire iuuabit. *Vrbis*, ait, *opes longa pace feliciter creuerunt, & cum iis potentia, eoque deuentum erat, vt & vires ſuas Erfordia reſciret, & timeret Moguntia, nec illa cum veteri demiſſione obſequia, ſed ſuperbius præſtaret. Auxit huic animum, illi timorem fœdus, quod cum Erico Brunſuicenſium Duce ciuitas ſuperioribus annis pepigerat. Duci quandocunque petenti quinquaginta cataphractos, vrbs viciſſim in ſingulos annos trecentos aureos promiſit, ſique Ducem ipſum peteret, centum aurei inſuper ſoluerentur. Elector Conradus defectionem metuens, fœdus cum Friderico Electore Saxoniæ, eiusque fratribus paciſcitur, illis contra quoſuis hoſtes auxilia promittit, ſibi viciſſim contra Erfordiam, ſi Moguntinæ Sedis iuſſa detrectaret, ſtipulatur.*

Electores iam Rhenanos.

42) Subſecuto MCCCCXXVIII ſapienti ſecum reputabat conſilio, ſi cum vicinis ad Rhenum Electoribus priſtinam renouando amicitiam, in vnum coaleſceret conſenſum, id nempe maximo ſibi reique publicæ futurum bono. Vix id explicarat, cum ſe pronos ſatis in rem oſtenderent *Otho* Treuirenſis, *Theodericus* Colonienſis, & *Ludouicus*, Comes Palatinus Rheni. Hinc ſine multa difficultate in eum deducta fuit locum, vt Coloniæ ad mutuam concordiam ſe fœdere obligarent. Conuentorum formula illic loci die, qui D. Dorotheæ feſtus agitur, miſſa fuit in litteras.

Suos ad ſubſidia in bellum ſacrum hortatur.

43) Ab his ad belli ſacri curas transferebat animum. Nec enim dememinerat, Legati Pontificii cohortatione, monituque, Electores, Principes, Comites, Proceres alios, ac Milites in Conuentu vltimo Francofurti celebrato ad pium excitos armorum ſtudium, Sigiſmundo in debellandis Boiemis appromiſiſſe opem. Eam ad rem ſua iam ſponte currenti ſtimulum addiderant Legati, quem modo diximus, Pontificii * litteræ, ſuperiori anno Francofurti VIII Id. Septembris datæ. Plenæ enim erant ſpiritus, & vnicuique, qui commeatu, pecuniaque bellum iuuaret, eximia ad offenſas obliterandas pollicebantur beneficia. Quare ſuæ archidiœceſis Clerum, Præpoſitos, Decanos, Archidiaconos, Curiones, litteris Heppenhemii die menſis Februarii octauo & decimo ſcriptis, tum paterne tum grauiter exhortatus eſt, vt conſtituta ſubſidia ſacro ærario quamprimum inferant; cetera pro felici rerum ſucceſſu votis omnes, piisque ad Deum excubent precibus.

* Fuit is *Henricus* Vintonienſis, regia Anglorum ſtirpe natus, *titul. S. Euſebii ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Presbyter Cardinalis, de An-*

Edit. I p. 874

glia vulgariter nuncupatus, per vniuerſam Germaniam, Vngariæ, Bohemiæque regna, ac in cauſſa fidei per vniuerſum orbem Apoſtolicæ Sedis a latere Legatus.

Tributum a ſuis exigit.

44) Vt autem ærealieno, quod bello nuper implicitus ſatis grande contraxerat, exiret, tam Clero diœceſis Moguntinæ, quam populo vniuerſo tributum imperauit. Clero quidem *collectam*, vt in litteris quinta poſt D. Viti diem feria datis, & codici Diplomatico inſertis eſt, *duorum maiorum ſubſidiorum, quod ad Capitula, Collegiatas eccleſias, & monaſteria; & ſex procurationes, quod ad dignitates, perſonatus, officia & cetera beneficia eccleſiaſtica:* Ciuitatibus vero, ceteroque populo triceſimam de bonis illorum ac poſſeſſionibus ſingulis ac omnibus.

Epiſcopum Wirzburg. cum Canonicis & ciuibus componit.

45) Aeſtate procedente Herbipoli, dum *Ioanni II* Epiſcopo ſuppetias ferebat, non de pace minus, quam de bello egit; quin multo tandem labore ipſum inter ex vna, ac ædis ſummæ Canonicos, ciuesque ex altera parte, formula die XIX Auguſti conſignata, coorta diſſidia reuocauit ad tranquillitatem.

Palatinum item cũ Comite Sponheimenſ.

46) Eadem ratione haud ita multo poſt *Ludouicum* Electorem Palatinum, & *Ioannem*, Comitum Sponheimenſium vltimum, occaſione indiuiſi in Comitatu Sponheimenſi citeriore imperii diſtractos, Othonis Ducis Mosbacenſis vſus adiutorio, Wormatiæ in priſtinam reduxit concordiam. Tabulis id perſcriptum publicis, die Veneris poſt feſtum Michaelis ibidem confectis.

Inimicitias exercet cum Cazelnbogio & Riffenbergio.

47) Ceterum anno præcipite non plane nil ſimultatis habebat cum *Philippo* de *Cazenelenbogen*, ſeniore, & *Henrico* de *Riffenberg*; quam cum armis proſequendam ſtatuiſſet, *Ioannem* de *Hoenberg*, nobili natum genere, nec artis militaris imperitum, in auxilium vocabat. Diſcas id ex litteris, quibus *Ioannes* fidem ei ſuam, quoad cum iſtis bellum eſſet, Veneris poſt Luciæ addixit.

Iudaeos capit & emungit.

48) Anno ſequenti MCCCCXXIX Iudæos, qui in locis dominio Moguntino ſubiectis, Lonſteinii, Bingæ, Eltvillæ, Steinhemii, Aſchaffenburgi, Miltenbergæ, Amorbaci, Diepurgi, Benshemii in Strada montana, atque Heppenhemii, Biſchofshemii item Krauthemiique commorabantur, quæſtumque exercebant, cepit ac in vincula coniecit, bonis illorum, ſingulis quidem ac omnibus, obſignatis ac ſub placito ſuo detentis. Suſpicione aliqua motum id feciſſe, illorum litteræ, de quibus ſtatim, his produnt verbis: *Vm arguvone vnd vnvvillen, ſo derſelbe gein vns gemeinlich gevvonnen hatte.* Et rurſum; *Solchen argevvan vnd vnvvillen, ſo er vm ſache vvillen, die ihn dazu bevvegeten, gein vns gemeinlich vnd beſunderlich furgenommen vnd gevvonnen hatte.* Poſt tamen in gratiam eos recepit, ac in integrum, ſi aurum argentumque ſignatum exceperis, reſtituit. Quo facto omni de retenta pecunia, impenſis, damnisque factis actioni renuntiauere. Tabulas, quibus id profitentur, rogatu *Danidis Biſchoff*, *Iſaaci* Aſchaffenburgenſis, & *Moiſis* Lorchenſis, ſigillis ſuis muniuere *Diethervi* de *Iſenburg*, Dominus in Büdingen, *Franco* de *Cronberg*, ſenior, & *Henne* de *Spanheim*, dictus *Bacharach*. Datæ autem ſunt Eltvillæ die D. Viti memoriæ in faſtis ſacrata.

Fœdus cum vicinis init.

49) Auctumno procedente ſe parabat ad iter Hungaricum. Poſonium enim Cæſar Imperii euocarat Ordines. Vt autem ſe abſente domi res hoc magis in tuto eſſent, cum *Ludouico* Electore Palatino, nec non *Vormatia* & *Spira* ciuitatibus ad mutuam concordiam & defenſionem, ſecuritatem inſuper cuiuis (præter maleficos capitis damnatos, & alterius partis hoſtes) præſtandam, frumentum item, aliaſque ſpecies annonarias æquo ſibi inuicem pretio diuendendas, ſe obligauit, vſu fœderis in quinque annos prorogato. Factum id Vormatiæ Lunæ poſt annuam D. Lucæ celebritatem.

Echtero rerum eccleſiaſticarum curam committit.

50) Dein *Petro Echter*, Decano Collegii maioris, viro magna virtutis opinione, & ſplendore generis claro, rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem ac curam peculiari diplomate Aſchaffenburgi die I Nouembris edito commiſit.

de Iudaeorũ tributo Cæſari pendendo tranſigit.

51) Tum vero iter ingreſſus eſt, & cum iisdem fere diebus *Erckingerus* de *Seinsheim*, iuſſu Sigismundi Imperatoris, per Germaniæ & Italiæ regiones Imperio ſubiectas, Iudæis tributum imperaret, id ne a tribulibus ditionis Moguntinæ exigeret, ipſe impetrauit, priuilegiis Sedi ſuæ conceſſis docens, eiuſmodi collationes verpis, qui ſub dominio Moguntinio eſſent, haud poſſe imponi. Ceterum Sigiſmundi in gratiam quatuor florenorum millia Erckingero Ratisbonæ dominica poſt Martini promiſit, ac dein termino conſtituto exſoluit.

Poſonii comitiis intereſt.

52) Poſonium cum veniſſet, ac omni beneuolentia a Cæſare acceptus eſſet, non minus de Imperio tranquillando, quam bello Boiemis inferendo cum ceteris, qui præſentes erant, Imperii Ordinibus conſultauit. Actorum ſeriem ſummatim habes apud *VVenckerum* in præſidiis rerum Germanicarum n. LX p. 320 & ſeq. cui adde *Gundlingium* in hiſtoria de vita rebusque geſtis Friderici I Electoris Brandenburgici ſectione XIII § II p. 312 & ſeq.

Quam gratus Cæſari aduenerit, patet ex tabulis, queis *Sigiſmundus* Sedis Moguntinæ priuilegia D. Thomæ Apoſtoli die confirmauit. Ibi enim diſertis ille verbis: *Durch ſunderliche liebe willen, die wir zu dem vergen.* Conrad *vnd ſinem Stifft han, vnd auch, daſt er vns itzunt durch der heiligen Chriſtenheit ſachen vnd vnſers willen mit kranckem lybe vnd groſſer mühe vnd arbeit vns beſucht, vnd domit getrulich vnd fliſſiglich geraten hat &c.*

Argentoratenſis partes aduerſus ciuitatem amplectitur.

53) Iſta vero, qua hæc agebantur, tempeſtate Argentoratenſes cum Antiſtite ſuo, *VVilhelmo* de *Dieſt*, nouas exercebant inimicitias. Conradus igitur, fœderis eocum anno MCCCCXXV initi haud immemor, Wilhelmi partes tuendas ſuſcepit, ac ciuitati factus eſt hoſtis. Prius tamen, quam hoſtiliter in fines eorum excurreret, hoſtilia eiſdem, vt tum moris erat, denuntiauit. Diem

nobis

nobis litteræ ſignant feciales, quippe quarum clauſula eſt, *Geben zu Caſtel am S. Thomas tag Cantuarienſis, anno Domini MCCCC-XXIX.*

ſuos adverſus Huſſitas concitat.

54) Huſſitis vero tum temporis iram & furorem populationibus, incendiis, aliisque maleficiorum generibus in terras Imperii quantum maxime poterant expromentibus, ipſe anno MCCCCXXX ſequenti redux factus, vniuerſum dirionis ſuæ populum ad arma vocauit, ac ad quæuis, pro patria aduerſus ipſos defendenda, animo corporeque obeunda paratum eſſe iuſſit. Ceterum, vt quisque hoc magis impigrum ſe præberet, ſecunda ante D. Valentini ſollemnitatem feria edixit, ne quis a die iſto vſque ad octauum poſt D. Martini memoriam cenſus vel debiti cuiusdam cauſſa quempiam ad Sedis Moguntinæ Iudices vocet ac rapiat. Mandati apographum inuenies in codice Diplomatico.

iuſtitium edicit.

Alio Steinhemii die Mercurii poſt dominicam *Iudica* dato his interdixit, ne intra integrum anni ſpatium quendam Laicorum cenſus vel rei cuiusdam ciuilis cauſſa citent ac euocent. Vt tamen permiſerit, ſi cuipiam in foro ciuili denegetur iuſtitia, & lis ad ipſos deferatur, vt tum petenti ius dicant; item, vt cauſſas beneficia eccleſiaſtica (*Gottesleben*) matrimonia, vſuras illicitas, decimas, periuria, & id genus alias ſpectantes, nec non quæ iam in iudicio eccleſiaſtico penderent, diſcutiant & decidant &c. Habes id ſimiliter l. d.

Horneccii bellum denuntiat.

55) His aliisque ſtimulos ſuis admouentem, ad arma iniuriis quampluribus vocabant *Horneccii*, nobiles ab *Hornberg* vulgo cognominati. Quin enim illas vltum iret, non poterat iuſta correptus ira. *Simoni* igitur *Horneck* de *Hornberg*, Veneris poſt diem D. Iacobi dedicatum memoriæ, bellum indixit (*vm ſoliches vnrechts vvillen, als din Vater, vnd din Brudere an vns vnd die vnſere begangen vnd getan hant*) *Conrado* itidem de *Horneck* iisdem eodem die verbis.

Spirenſibus ſubſidio venit.

56) Quibus cum immineret, Spirenſes hoſtiliter inuaſerat *VVinricus* de *Fiſchenich*, equeſtri in Rhenanis ſtirpe ortus. Hi ad auxilium ferendum aduocabant ſocios, quos inter etiam Conradus. Qui, qua erga fœderatos erat fide, quod ciuitati ex pacto debebat, ſimul atque commonitus fuerat, & promiſit, & miſſis circa D. Dionyſii celebritatem copiis haud dubitanter tulit. *Lehmannus* l. d. cap. LXXXIX p. 821.

Norimbergæ de rebus Imperii agit.

57) Poſterioribus anni menſibus, Octobri, Nouembri & Decembri Norimbergæ luculenter rurſus rebus Imperii fidem præſtitit (menſe Maio enim ſimiliter ibidem egerat) Hæc inter autem feria Andreæ ſacra *Pfingio* (*Heyntſchig Pfing zu der Schvvarzenburg*) *Othonis* Comitis Palatini ad Rhenum, vulgo Moſbacenſis dicti, tum inimico & hoſti, litteris ibidem ſignatis teſtatus inimicitias eſt.

Cæſari ibidem adeſt.

58) Cæſari vero anno ſubſequenti MCCCCXXXI illuc venienti cum maxime omni præſto fuit reuerentia, atque ad id enixe nauauit operam, vt in Thaboritas, Orebitas, Orphanos, Huſſi progeniem, communi omniique Germaniæ Principum ac Ordinum nomine decerneretur expeditio. Quæ quidem vt hoc auſpicatius æque ac expeditius ſuſciperetur, Cæſar Mercurii poſt D. Gregorii ſollemne pacem per Imperium communem, publicamque in tres annos graui ſanxit edicto, ne dum foris aduerſus Boiemos res ageretur, domi ea infeſtis miſceretur tumultibus. Tum vero, clauſis iuſtitio per totum expeditionis huius ſpatium foris omnibus, conſtituit, neminem, qui ſumtis aduerſus hoſtem armis in caſtris ſit, vel ſuos miſerit, ſi forte valetudine impeditus, in re præſenti ipſe eſſe nequeat, vlla de cauſſa in ius vocandum eſſe.

Edit. I p. 174

Landgrauii Leuchtenbergenſis conducit operā.

59) Expeditione ſic decreta, Conradus nil prius habuit, quam vt militem legeret, ſiſteretque condictum. Statim igitur *Leopoldum* Leuchtenbergenſem, pactione denuo cum eo dominica *Palmarum* facta, conduxit. Capita potiora erant; Leopoldus ducentos contraheret equites, probe inſtructos & armatos, vel lancea quemque vel arcu (*vnd ir iglicher ein armbroſt oder ſpies zu ſinen handen habe vnd ſure vngeverlich*) & Moguntinis Saturni poſt ſollemnem Ioannis Baptiſtæ diem ad oppidum Weidam iungeret: Conradus vnicuique in menſtruum ſtipendium quinque numeraret florenos.

Catzenelenbogiis inducias denuntiat.

60) Et quum per id temporis cum Catzenelenbogiis, *Philippo* ſeniore & *Philippo* iuniore, implicitus adhuc eſſet bello, eisdem litteris die Veneris poſt dominicam *Quaſimodogeniti* exaratis denuntiauit, ſe Cæſaris ad mandatum, per integrum triennium, initio a die Martis poſt dominicam *Miſericordias Domini* dictam facto, omnes aduerſus ipſos actus hoſtiles intermiſſurum.

a Clero decimam prouentuum exigit.

61) Ad alendum vero militem cum præſenti opus eſſet pecunia, a Clero ciuitatis æque ac diœceſis Moguntinæ decimam omnium prouentuum anno præterito perceptorum ære ſoluendam exegit, *Ioanne* de *Rodenſtein*, *Hermanno Mörle*, ad ædem maiorem Canonicis, *Ludouico Iſtein*, ad D. Petri Scholaſtico, & *Hermanno* de *Bensheim*, Canonico ad gradus, qui eam colligerent, ipſo die SS. Viti & Modeſti inſtitutis.

ſynodum conuocat prouincialem.

62) Inde ſollicitum habebat Concilium Baſileam indictum. Suberat enim tempus, quo dandum ei erat initium. Conſultum autem duxit, libere Patribus conſcriptis aperteque exponere, quæ eccleſias Germaniæ premerent incommoda, quæue remedium poſcerent ac emendationem. Ante tamen, quam in medium conferret ea, ſuis cum Suffraganeis maturo omnia diſcutere ſtatuit conſilio. Singulos igitur omnesque ad ſynodum prouincialem Aſchaffenburgi ad diem XII Nouembr. habendam inuitabat, paterne rogans, vt ad dictum diem ſibi adſint, vel, ſi id non liceat, Oratores plena inſtructos poteſtate mittant. Litteras, quibus Herbipolenſem ad eam vocauit, habes in codice Diplomatico.

alios Germaniæ Archiepiſcopos

63) Idem vt facerent, acrique ea, vna cum ſuis, peculiaribus in conuentibus, iudicio diſcernerent atque expenderent, *Salzburgenſem*,

Magde-

Digitized

ad idem faciendum hortatur.

Magdeburgenſem, & *Bremenſem*, litteris XXI Septembris die datis, excitauit, vnumquemque obteſtatus, vt poſt ſynodum ſua in archidiœceſi habitam, nuntios ad XIX Nouembris diem Moguntiam deleget. Omnium enim optime, collatis in commune ſententiis, ſtatui poſſe, vti mala, quæ eccleſias Germanicas hactenus afflixerint, deformarintque, Patribus concilii ante oculos ponere conueniat. Litteris ipſis locus eſt in codice Diplomatico.

V Anno MCCCCXXXI menſe Decembri cœpit Concilium Baſileenſe *. Tumultuabantur, vt ſupra dixi, Moguntinenſes, nouum ſenatum creabant, monetam cudebant; ſed, Cæſaris tandem, Baſileenſisque Concilii auctoritate, lites conſopitæ omnes, vt in ſequente Archiepiſcopo dicetur: impetrarunt tamen a Conrado Domini Metropolitani contra iſtiusmodi populares iras oppidum Bingium, & teloneum Ehrnfels †.

* 1) De prima ſeſſione, die XIV Decembris habita, quam etiam auctor ſine dubio in mente habuit, hoc intelligas. Iam enim die XIX Iulii Baſileam venerant *Ioannes Polemar*, & *Ioannes Raguſinus*, vicaria delegati poteſtate: quos Cardinalis *Iulianus*, Concilii Præſes, die IX Septembris ſecutus eſt. Vid. *Gerius* append. ad partem II hiſtoriæ litterariæ eccleſ. *Canei* p. 323, *Hottingerus* hiſtor. eccleſiaſticæ Helueticæ ad h. a. p. 333 & ſeq.

† 2) De Moguntinenſium aduerſus Clerum molitionibus confer, quæ n. 9 ſequentur pluribus. Nunc enim temporis, rerumque exigit ratio, vt ad annum progrediamur, qui poſt vindicem, aſſertoremque ſalutis humano generi natum fuit MCCCCXXXII.

agreſtes tumultuantes comprimendos ſtatuit.

3) Hoc autem ineunte agreſtium manus in tractu, qui *Gania* vulgo dicitur, agmine facto, vexilloque expanſo conſederat ante Vormatiam. Auſu non peſſimi minus exempli, quam temerario prorſus ac prorupto. Conradus colluuiem iſtam in articulo retundendam ratus, Bingæ cum vicinis Principibus aliisque deliberationem inſtituit. Quibus cum eadem mens eſſet, ipſa D. Dorotheæ memoria conuentum, eam ſine mora coniunctis viribus diſiiciendam; nefarii vero huius conſilii ac tumultus auctores meritis afficiendos pœnis.

caſtrum Hattſtein expugnat.

4) Hæc dum fiebant, prædonum turba, quæ *Hattſteinii* (caſtro *Hattſteiniorum* gentili id nomen) ſe continebat, publica itinera quam infeſtiſſima reddebat, populationibus cuncta paſſim miſcebat, ferro igneque villas vaſtabat, magno illius tractus incommodo ac damno. Ipſe igitur, inito cum *Diethero* Iſenburgio, Ciuitate *Francofurtenſi*, *Adamo* de *Aldendorf*, *Ioanne Boos* de *VValdeck*, & *VVilhelmo* de *Staffel*, ſeniore, pacto, caſtrum id obſidione cinxit, & poſt multos labores tandem die S. Laurentii cepit. Conſ. *Trithemius* chron. Hirſaugienſ. parte II p. 385, qui tamen id perperam *Hattſtatt* vocat. Expugnatum, vt ipſos inter peruigilio D. Iacobi conuenerat, in quatuor diuiſum fuit partes. Vna obuenit *Conrado*, vna *Iſenburgio*, vna *Francofurtenſibus*, vna ceteris.

pacem Epiſcopũ Wirzburgenſem, Canonicos & ciues.

5) Interea vero Herbipoli nouæ lites Epiſcopum Ioannem inter, ac ſummæ ædis Canonicos, ciuesque, quos ante biennium diſtractos itidem pacarat, exortæ erant, ac in fœdum exercuerant certamen. Hinc ipſe, vna cum *Friderico* Electore Brandenburgenſi, *Henrico* Duce Boiariæ, *Othone* C. P. Rheni, qui Mosbaci habebat ſedem, *Eberhardo* Magiſtro Ordinis Teutonici, *Richardo* de *Sickingen*, Equite, & *Sigiſmundo Stromero*, e Patritiis Norimbergenſibus, eximio tum auctoritatum prudentia viro, id operam dedit, vt turbas iſtas componeret; quibus etiam Kitzingæ die Iouis poſt Mauricii modum ſtatuit. Cauſſas, cur inter ſe tum contenderint Ioannes, & iunctis cum Collegio principe animis ciues, fuſe exponit *Friſeus* l. d. cap. XLIII & ſeq. p. 711 & ſeq. quem adi.

fœdus aduerſus Huſſitas init.

6) Dum ita de rebus eccleſiæ in meliorem formam redigendis, ac vicinis ſtudioſe tranquillandis laborabat, Huſſitæ in varias Imperii graſſabantur prouincias, ſuoque more prædis agendis, incendiis, latrociniisque easdem deuaſtabant. Ne ſuis excurſionibus ac rapinis terris ad Rheni Mœnique fines eſſent infeſti, *Ludouicus* Comes Palatinus Rheni, Princeps Elector, & Antiſtes Herbipolitanus *Ioannes* viribus conſociatis prouidendum ſtatuebant. Quod conſilium, cum ad periculum commune auertendum faceret, non probauit modo Conradus, verum etiam ſine mora in vnum cum ipſis aduerſus eos fœdus coiit. Tabulis id comprehenſum fuit Aſchaffenburgi Iouis ante feſtum Michaeli Archangelo diem.

Wirzburgenſem, vt Baſileam ſe conferat, monet.

7) Ioanni dein, Antiſtiti Herbipolenſi, omni inſtitit ſtudio, vt Baſileam ſe conferret ad Concilium, ſi modo poſſet; ſin minus, expertæ tamen prudentiæ ac ſpectatæ auctoritatis viros illuc mitteret, qui iunctis cum Legatis Moguntinenſibus animis conſiliisque de eccleſia a prauis dogmatibus purganda, ac ſanctiore diſciplina in vſum reuocanda ſeriam ſuſcipiant cogitationem. Diſcas id ex litteris, XX menſis die ad ipſum datis.

baſilicam Höchſtenſem in parochialem mutat.

8) Luculentum ceteroquin eodem hoc anno ſui in emendandis, meliusque formandis eccleſiarum ſibi concreditarum rebus zeli exemplum dedit. Eſt HôchſtI baſilica, *SS. Iuſtini*, Presbyteri & Confeſſoris, nec non *Margarete*, virginis & martyris, dicata honori. Eam olim Archiepiſcopus Ruthardus Abbati & contubernio ad *D. Albanum* extra mœnia Moguntina, qui tum pietate, vitæque integritate magna apud omnes erant exiſtimatione, attribuerat. Quam etiam Cœnobitæ aliquandiu naua ſacris curabant opera. Poſt vero, temporum malignitate a priſca ſenſim diſciplinæ norma, veterisque religionis vſu ad inertiam luxumque traducti fere negligebant, ſuo tantum animo morem gerentes. Monachus certe *Præpoſiti* titulo huc miſſus ferme nil

minus agibat, quam vt res diuinas pleno faceret ritu. Hunc in religionis operibus teporem haud amplius ferendum eſſe, cum recte exiſtimaret Conradus, baſilicam iſtam in parochialem extulit, omnibusque eam iuribus ac priuilegiis, quæ parochialem conſtituere ſolent, cohoneſtauit; liberali ſimul ſtipendio Curioni, qui ſacris eam curet officiis, conſtituto.

Moguntinis Clerum grauantibus,

9) Sedenim ex vero ſupra dictum, quod per ipſos hoſce dies Moguntini Clerum omni exagitarint ratione. Quippe alia inter nouum vectigal cibariis imponebant, vt eum hoc magis grauarent; quin eo tandem procedebant audaciæ, vt menſe Decembri, pœnis certis in transgreſſores conſtitutis, edicerent, ne quis ciuium & peregrinorum a quopiam Clericorum ſibi vinum in vrbe coemeret. Et quamuis Conradus æque ac Clerus auſis hiſce intercederent, hic priuilegia ſua opponendo, ille, vt cœptis deſiſterent, ſemel atque iterum monendo, eodem tamen ii conſiliorum tenore perſtabant, immo immoderatius agebant omnia; quippe quos, nulla legis iniquæ ratione habita, a Clericis vinum mercari reperiebant, verberibus inſectabantur, ac vaſis ablatis mancipabant carceri; haud veriti, Preſbyterum quendam, vt eiscum hac de re conferret miſſum, equo, quo vehebatur, violenter detractum, per vrbem palam, veluti latronem quendam, raptare, & nouem dies captiuum detinere; vt plura alia, quorum *Ioannes Rodenheim* in libello Concilii Baſileenſis Patribus porrecto mentionem facit, prætercam. Cum igitur tam contumaciter omnem & iuris & æqui rationem contererent, Clerus omnis vrbe exceſſit. *Inter Clerum*, inquit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCCXXXIII p. 388, *& ciues Moguntinos hac tempeſtate magna fuit diſſenſio pro conſeruatione priuilegiorum eccleſiæ, quibus illi continue violentiam intulerunt. Vnde totus Clerus Moguntiam egreſſus, habitauit in Alta villa, & in Rhingaugia, vt potuit, hinc inde diſperſus, quouſque tandem interuenit concordia.*

fruſtra intercedit,

hinc Clerus vrbe excedit.

Edit. I p. 874

VI Anno MCCCCXXXIII circa B. Petri cathedram cepit omnes Imperator Iudæos, qui Moguntiæ plurimi erant, & ſynagogam, vbi nunc Sanctorum omnium in Reuerendiſſimi D. Suffraganei domo, & nominatim SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum ſacellum eſt.

Ameneburgi agit Conradus.

1) Quod ad Conradum attinet, is partem anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii tranſegit Ameneburgi, vt ex iis, quæ in catalogo *Præpoſitorum B. M. V.* vulgo *ad gradus* ad *Ioannem* de *Selheim* notaui, patet.

res monaſterii Burſfeldenſis componit.

2) Inde conceſſit in Eichsfeldiam. Heiligenſtadii vero cum eſſet, rebus monaſterii Burſfeldenſis in tranquillum redigendis haud grauate ſe dedit. Erant eæ tum ſatis turbatæ, *Ioanne* ab *Vſſlar*, Abbate, & contubernio inter ſe ab aliquo iam tempore grauiter diſſidentibus. Cauſſa fuit, quod Ioannes cœnobio non ea, qua par erat, fide diligentiaque præeſſe videbatur. Cum vſque quam ſatis eſt inter ſe altercati eſſent, ex compromiſſo rem ante ramos *Palmarum* deferebant ad Conradum. Is partibus ad ſeruandum arbitrium ſacramento adactis, dominica *Miſericordias Domini* pacis leges dixit, ſententiamque tulit; primum, vt cœnobitæ ad vitæ incorruptæ & modeſtiæ redeant officia; dein, vt Ioannes magiſtratu abeat, in aliud ſe redigat Ordinis monaſterium, & pro ſumtu annuo viginti florenis & annonaria ad vitam prouiſione contentus ſit.

monetur a PP. Concilii vt Clerum reuocet & cum ciuibus componere ſtudeat.

3) Confuſa Moguntiæ, vt ſupra dictum, religione, abdicatisque ſacris, Concilii Baſileenſis Patres graui ſeriaque Conradum monuerunt compellatione, vt quantocius Clerum reuocaret in vrbem, ac inter partes tentaret concordiam; quod ſi reconciliationi locum haud concederent, ciuibus, vt a vi ſibi temperent, præciperet; vtrisque vero certum diem, eumque haud nimis laxum, quo Baſileæ coram Concilio in ius ambulent, daret conſtitueretque, vti plenius cognoſcere eſt ex ipſis illorum litteris, in codice Diplomatico allatis. His ille dicto audiens, nil prius habuit, quam vt vtriſque ad pacem tranquillitatemque reuocandis curam adiiceret. *Trithemius* teſtis eſt, & l. d. p. 388 *anno*, inquit, *prænotato* (MCCCCXXXIII) *feria quinta poſt feſtum S. Iacobi Apoſtoli conuenerunt in oppido memorato* (Eltvil) *Conradus Archiepiſcopus Moguntinus, Theodericus Archiepiſcopus Colonienſis, & cum eis Epiſcopus Leodienſis, commiſſionem habentes a Baſileenſi Concilio, vt inter diſſidentes* (Clerum ſcilicet ac ciues Moguntinos) *concordiam reformarent. Aderant ex parte Cleri Comites decem & ſeptem cum Nobilibus multis: ex parte ciuium miſſi quidam ex Spirenſibus, VVormatienſibus, Franckenfurtenſibus. Verum in illa dieta non fuit inter eos reformata concordia.* Cum ita labor, quem iis in amicitiam concordiamque redigendis impenderat, in caſſum cecidiſſet, litteris, vt id ſtatim addam, XVIII die Nouembris Ehrenfelſi ſcriptis Concilii Baſileenſis Patres quam enixiſſime obteſtatus eſt, vt finiendis inter eos inimicitiis manus ſerio admoueant, Iudicibusque, quibus negotium demandatum, mandent, vt litem quamprimum iuſto decidant æquoue iudicio. Conſ. huc iſtas; dedi enim in codice, quem modo dixi, Diplomatico.

re infecta, Concilium ad componendam hanc litem hortatur.

feſtum D. Seueri transfert.

4) Hæc inter autem religionis ductus ſtudio, ad preces Collegii, quod Erfurti ad *D. Seuerum* eſt, edicto Altvillæ ipſis Kalend. Auguſti edito ſtatuit, feſtum translationis *D. Seueri* in poſterum a. d. XI Kal. Nouembr. in omnibus ac ſingulis oppidis, villis, ac locis diœceſi Erfurtenſi contributis ſollemni ſacrorum ſpecie celebrandum, XL dierum indulgentiis omnibus, qui bene præparati ac vitæ anteactæ ſordibus expiati, ſacris iſtis intereſſent, indultis, vt in codice dicto videre eſt.

VII Ful-

* *Tres hasce priores generationes ſuæ propaginis ex tabula genearchica, quam Erpacenſes ſuperioribus annis cum amico quodam communicarunt, deſumſi. Vt probationibus eas firmarent, optavi, petii; ſed incaſſum.*

* A
Pincerna
† 3 Id. No
vx. *Giſila*, fil. *VVi*
† 12 Kal. I

* Ebe
† ipſo feſto *A*
vx. *Mena*, Com
† 4 fer. poſt *D.*

* He
† an. 1387, ipſo
vx. *Eliſabetha*, fil. *Vlric*
d. an. 1360,

a) Sigefridus.

Woll
† ar

b) Otho
c) Satrapa *Miltenbergenſis* factus an. 1439.
vx. *Amalia*, f. *Georgii*, Comitis Wertheimenſis.
d) † iam an. 1451.

Ioannes,
e) conſtitutus an. 1435 Satrapa *Heppenheimenſ. Bensheimenſis* & *Starckenburgenſis*,
f) an. 1450 *Furſtenauienſis.*
† an. 1454.
vx. *Agnes*, fil. *Conradi* iun. Pincernæ *de* Erpach.

g) DIETERICVS
Archiepiſcopus Moguntinus,
el. an. 1434. † an. 1459.

i)

a) In ſchemate dicto dicitur occubuiſſe in prœlio Sembacenſi, quod notandum. In catalogo cæſorum, quem *Fugger* lib. 3 *des Oeſterreichiſchen Ehrenſpiegels* cap. 11 p. 370 & ſeq. dedit, haud occurrit.

b) *Ich Schenck* Otte, *Herr* zu *Erpach*, *Schenck* Eberhards *ſel. Sone* &c. 1425.
Ich Schenck Otte, *H. z. E. Schenck* Eberhards *ſel. Sone, bekenne — von ſolichs Burglehens vvegen, ſo derſelbe min Vater ſelige* &c. *Datum am S. Lauventien tag*, 1432.

c) *VVir* Dieterich *E. z. M.* — *daſs vvir den Edlen Schenck* Otten, *Herrn* zu *Erpach*, *unſern Bruder* — *zu unſerm und unſers Stifts Amptman* zu *Miltenberg geſatzt und gemacht han* &c. *Datum am Fritag nach S. Vits tag* 1439.

d) *Zu vviſſen, als der Edel Schenck* Otte, *Herr* zu *Erpach, an den* — Dietrich *E. z. M.* — *anſprach vermeinet zu han — umb Steure, ſo ſin Gnaden* „*ſiner Husfravven ſel.*„ *zugeſagt — umb erbtheil ſins Bruders* Diethers *ſel. vvegen &c.* Miltenberg feſto *Thomæ* Apoſtoli 1451.

e) *VVir* Dieterich *E. z. M.* — *daſs vvir den Edlen Schenck* Hanſen, *Herrn* zu *Erpach*, „*unſern lieben, Bruder*, *zu unſerm und unſers Stifts Amptman zu Heppenheim und Bensheim, und vvas zu dem Schloſs und Ampt zu Starckenburg gehoret, geſatzt und gemacht han* — Eltvil am Montag nach dem Palmtag 1435.

f) *VVir* Dieterich *E. z. M.* — *daſs vvir den Edlen Schenck* Hanſen, *Herrn* zu *Erpach*, „*unſern lieben Bruder, zu unſerm und unſers Stifts Amptmann zu Furſtenavv geſatzt, und gemacht han* — *Aſchaffenburg nach dem H. Crutz tag*, 1450.

g) *Ich Schenck* Dieterich, *Herre* zu *Erpach*, *Dumherr zu Menze, bekenne*, — *daſs ich ſchuldig bin* — *Herrn* Peter Kern, *Capplan S. Barbarn-Altars zu Michelſtatt* — *mit vviſſen* „*myns lieben Vaters*, *Schenck* Ebirhart, *Herrn* von *Erpach* — 1415, Martis ante Pentecoſten. Vt adeo erret *Imhof*, dum Notit. Procerum Imperii lib. 8 cap. 3 § 2 p. m. 555 *Theoderici* patrem vocat *VVolfgangum*.

Digitized by Google

…bertus
…nie *Erpach*,
…na. an. 1312.
…*Wilhelmi* de *Ochſenſtein*.
…an. an. 1298.

…hardus,
…*Andrea* an. 1327.
…Comes Sponheimenſis.
…*D. Iacobi* an. 1341.

…Henricus,
…die *Ioannis* Apoſtoli.
…, Domini *de* Bickenbach.
… † an. 1380.

…fgangus
† a. 141…

h) *g*) Eberhardus.
h) † iam an. 1425.
vx. *Maria*, filia *Conradi*,
Domini *de* Bickenbach.

h) Philippus,
…, *Abbas Weiſſenburgenſis*,
…ab an. 1434 ad an. 1467.

k) Dietherus,
factus an. 1434 Canonicus Moguntinus.
l) † an. 1437, peruigilio *D. Nicolai*.

Agnes,
m) vx. *Conradi* Pincernæ *de* Erpach.
d. an. 1412.

o) Conſtantina,
† virgo Moguntiæ
circa an. 1442.

m) Philippus,
n) vx. *Lucardis*, f. *Eberhardi* Domini de Eppenſtein.

h) Ephemerides manuſcr. *Petrenſium*, qui Erfurti ex *D. Benedicti* norma viuunt, ad an. 1440; *Et Reuerend. Pater*, *Dominus* Magnus, *Epiſcopus Hildesheimenſis*, *Dominus* Hermannus, *Epiſcopus Citrenſis*, *Suffraganeus in pontificalibus*, Hermannus *de* Bechenouia, *Abbas Fuldenſis*, *Dominus* Abbas *in* Wiſſenburg, »*germanus Domini Moguntini*, *Comes ac Domicelli in Rheno*, *nec non Comites in Almania venerunt cum eo*, Theoderico ſcilicet, Erfurtum.

i) Vid. *Bruſchius* centur. I monaſteriorum Germaniæ p. m. 23.

k) *Wir* Dieterich *E. z. M.* — *daſs vvir dem Edlen Schenck* Diether, *Herrn* zu *Erpach*, *Dumherrn zu Menz*, »*vnſerm lieben Bruder*, *vnſern Hof*, der Thiergarten *genant* &c. *Datum am Montag in der Cruzvvochen*, 1435.

l) Vid. *Syllabus* noſter *plenior* ſectione 6 p. 356.

m) *Ich Schenck* Otte, *Herr* zu *Erpach*, — *Als etvvan der Edel Schenck* Conrad, *Herr* zu *Erpach*, *min Svvager* — *derſelbe min Svvager nun von todes vvegen abgangen iſt*, *vnd einen Sohn*, *genant* Philips, *hinter ſich gelaſſen hat*, *daſs darum der obgenant min gned. Herr von Menze mir ſoliche nachgeſchribene güter in Monpars vvyſe an tragen* &c. 1425 Dienſtag nach *S. Peters* tag.

n) *Ich* Eberhard *von* Eppenſtein *erkenne* — *daſs ich min eigen ingeſigel von bete vvegen des obgenant. Schenck* Philips, »*mins lieben Eyden*, *an dieſſen briev han gehangen* — 1432, ſabbato poſt dominicam *Reminiſcere*.

Ich Schencke Philips, *Herre* zu *Erpach bekenne* — *ſolichen teil*, *als mir der Edel* Eberhart, *Herre* zu *Eppenſtein*, *myn lieber Schvveher*, *ingeben hat an ſyme teil an Brubergk* 1432 &c. Martis poſt dominicam *Lætare*.

o) Sic enim in catalogo quodam vetuſto defunctorum e ſocietate *B. M. V.* & *S. Chriſtophori* an. 1380 Moguntiæ inſtituta, & an. 1386 ab *Adolfo I* Archiepiſcopo confirmata; *Iungfraue* Conſtina *Schencken* von *Erpach*, *ſoror Domini noſtri Moguntini*.

Digitized by Google

Edit. I p. 874

VII Fuldenſibus nimium rebus ingerere ſe Ludouicum Haſſiæ Landgrauium ægre ferebat Conradus; Fuldam obſedit, manusque cum illo, ſed parum feliciter, conſeruit *.

* 1) Atenim hæc anno MCCCCXXVII contigiſſe, ſupra oſtenſum eſt.

Teſtamentum facit.

2) Sequitur annus, quem in vita vltimum habuit, MCCCCXXXIV. Enimuero, animo tum ipſe præſagiens, breuem ſibi vitæ ſupereſſe vſuram, mox cum ſapienter, tum ſerio de vltimis cogitare cœpit. Mercurii vero poſt ferias Pentecoſtales Eltvillæ vltimæ voluntatis ſuæ edidit tabulas. His ædis metropolitanæ Canonicis *ad præſentias*, quæ dicuntur, vineas in tractu Lorchenſi, obitu *Ioannis Schrammii* de *VValdeck*, feudi caduci titulo, tum vacuas, reliquit, ac in has legauit conditiones; primum, vt ſe viuo quidem, patris ſui matrisque cultum anniuerſarium funebri ritu inſtaurent, eorumque pro ſalute *ſeptimi* ac *triceſimi diei* officia rite celebrent; vita vero cum exceſſerit, tum ſibi cæremonia parentent ſollemni, gratamque quotannis ſui memoriam eodem cultu, iisdemque temporibus agant. Dein, vt ante ædiculam in templi medio, vbi tumuli locum ſibi elegerit, demortuum inferant conditorio. Volebat autem ſarcophagum ſibi parari, cadauereque recondito, locum ſterni aſſeribus. *Auch ſal die Preſencie*, ita in tabulis inquit, *vns ein grab beſtellen mitten in vnſrem Dume vor dem Capelchin vnd Elter, do vvir vnſer begrebde hain gekoren; vnd ſal eynen redelichen ſarcke vff das grabe laſſen havven, vnd den in die erden verſencken, vnd eynen deckel daruff* *, *den man zu yderzeit, ſo man vnſer iarzyt, ſiebenden vnd driſſigſten begeet, ſal vff thun, vnd vier kertzen daby ſetzen, als andern Erzbiſchoffen vnſern Forfarn ſeligen.*

* *Operterium hocce hodie adhuc conſpicere eſt, quod hic notandum.*

3) Tum vero Vicariis, quos deceſſor Ioannes II recens inſtituerat, liberali conſuluit ſtipendio, vtrique illorum aſſignatis XXX puri frumenti modiis. Conſtituit autem, vt hoc deuincti beneficio bis per hebdomadem in ara B. M. V. Miſſæ peragant officium; in ea vero, quæ in medio ſita, quotidie.

corporis forma,

VIII Hominem ait *MS* fuiſſe *corporis forma præſtantem, ſed cuius illecebris indulgentius nonnunquam obſequutus ſit.*

animique virtutibus conſpicuus fuit.

Alii autem non a ſpecie tantum corporis laudant illum, ſed animi etiam virtutibus. *Latomo* dicitur *Princeps lenis & erga amicos benigniſſimus*; aduerſus malos vero ſibique inimicos animi imperterriti; *ein groſsmuthiger, vnfurchtſamer, vnd gantz trotzig licher feind*, vt in manuſcr. *Auguſtinianor.* eſt; qui addit, apud Cæſarem, aliosque Imperii Principes in magna fuiſſe exiſtimatione. *Trithemio* l. d. p. 364 audit *amator Cleri, & ſtudioſus defenſor populi.*

Moritur.

IX Eſt autem a corpore auocatus Eltuillæ anno MCCCCXXXIV, ſabbato poſt cathedram S. Petri, vt ait *MS*. aut die X Iunii, vt vult *MSL* *.

* 1) Quin & alii; *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 389, *Lerſnerus* chron. Francofurt. l. d. Et recte quidem. Hoc eodem namque die illum obiiſſe, lapidis ſepulcralis prodit inſcriptio, quam inuenies in libello *de Epitaphiis*.

2) Præfuit itaque Archiepiſcopatui *annos fere quindecim*, vt bene *Trithemius* l. d. p. 364 habet; ex quo interpreteris tum *Langium* in chronico Citizenſi p. 883, tum *Dieffenbachium* in catalogo manuſcr.

THEODERICVS.

I

IMperii Pincerna & Dominus in Erbach *, Canonicus metropolitanus †, Bingii fuit ad eccleſiæ Moguntinæ gubernationem aſcitus anno MCCCCXXXIV, in S. Apoſtolorum Petri & Pauli octaua.

Stirpe Comitum Erpacenſi fuit ortus,

1) Ortus fuit *Theodericus* familia tam imaginibus, quam meritis maxime illuſtri, *Dominorum* ſcilicet, vt tum vocabantur, vt hodie vero appellantur, *Comitum Erpacenſium*: qui cum Palatinatus ad Rhenum Pincernæ ſint hereditarii, olim *Pincernæ* de *Erpach* ſunt appellati. *Spenerus* operis Heraldici parte ſpeciali lib. II cap. XXIII § XVIII p. 442, *Imhofius* notitiæ Procerum Imperii lib. VIII cap. III § III p. m. 555.

2) Parentes, quibus natus fuit, partemque illuſtriſſimorum Maiorum ſchema, quod appono, ob oculos ſiſtit.

* * * * * *

haud bene Imperii vocatur Pincerna.

* 3) De cetero, cum Erpacenſes ſeſe quondam *Pincernas* de *Erpach* vocarint, haud adiecto *Imperii* vocabulo; patet vtique, auctorem more loquendi ſcribendique pragmatico hic loci haud vſum, dum Theodericum *Imperii* appellauit *Pincernam*.

Cantor fuit maioris.

† 4) Fuit autem non in Canonicis modo Moguntinis, ſed etiam *Cantoris* metropolitani ſuſtinuit partes, anno MCCCCXXIX in locum *Eberhardi Mônch de Roſenberg* ſuffectus. Vid. *Helvvichii* elenchus Nobilitatis eccleſiæ Mogunt. ſect. V p. 227, & *Syllabus plenior* ſectione V p. 333.

Bingæ Archiepiſcopus eligitur.

5) Bingii alioquin electum ac ad Præſulatus Moguntini euectum fuiſſe apicem, teſtatur *Trithemius* in chronico Hirſaugienſi ad an. MCCCCXXXV p. 359, & Sponheimenſi ad eundem annum p. 355.

confirmatur a Pontifice, & pallium accipit.

6) Quum vero probe gnarus eſſet, Pontificis ſibi opus eſſe indicio atque approbatione, ſimul ac delatos honores iniit, *Ioannem* de *Lyſura*, Decretorum Doctorum, & Collegialis ad ædem B. M. V. *ad gradus* vulgo dictæ Canonicum, Florentiam ad Eugenium miſit Pontificem. Qui, cum de facta electione, electique meritis per *Antonium* S. Marcelli Cardinalem Presbyterum, & *Lucidum* S. Mariæ in Coſmedin Cardinalem Diaconum, vt par erat, edoctus eſſet, eum XIII Kal. Nov. & confirmauit, & Collegio commendauit principi, miſſo ſimul per *Ioannem* legatum, quod Archiepiſcopis donari ſolet, pallio, vt litteræ in codice Diplomatico allatæ docent.

iura item regalia a Caſare.

7) Similiter ad Cæſarem Poſonium delegauit *Diethérum* de *Iſenburg*, Dominum *in* Büdingen, *Zurch* von *Stetten*, Præfectum Biſchofsheimenſem, & *Petrum Schenck*, iura petitum regalia. Quibus, cum Heri preces, qua par erat, reuerentia expromiſiſſent, peræque facilem ſe præbuit Sigiſmundus, petentique beneficia ac commoda ab Imperatoribus tribui ſolita, die XXIII Nouembris, qui Clementi in faſtis ſacer eſt, beneficiario contulit ritu; ſimul autem voluit, vt ſibi Germaniam inuiſuro apud Ratisbonam reuerenter Theodericus occurrat, præſensque iureiurando interpoſito clientis obſequia profiteatur; interim vero coram Treuirenſi fidelitatis dicat ſacramentum. Id enim Legatos Heri nomine præſtare nolebat. Sed audire iuuabit *Sigiſmundum* ipſum. Sic autem ille in aſſignationis formula tum edita: *Doch ſo, vvan vvir — gen denſelben landen hinuff für Regenſpurg kommen, dax dan der egenante Dieterich — perſonlich zu vns komme, vnd ſolche ſine leben mit der Banyr von vns entphangen, vnd den aid ſelbs in vnſer hand thun ſoll, als gevvöhnlich iſt.* Dipl. I pag.

in ſacrificio Miſſæ ſui memoriam vult fieri

8) Ipſe interea, vt hoc felicius regimen eccleſiæ ſuæ auſpicaretur, ac deinceps id ipſum hoc maiori illius gereret commodo, in officio Miſſæ ſub finem his verbis Deo ſe commendari voluit; *Et famulum tuum Theodericum, electum Antiſtitem noſtrum, & gregem ſibi commiſſum ab omni aduerſitate cuſtodi.* Cognoſces id ex litteris ad Presbyteros vniuerſæ diœceſis Moguntinæ die XXIX Auguſti datis, quarum in codice Diplomatico dedi apographum.

fœdus init cum Marchione Brandenburgenſi

Othone Palatino.

& ciuitate Vormatia.

9) Securitati vero publicæ hoc magis tuendæ, conſeruandæque fœdus iniit Mergenthemii, die Saturni poſt Simonis & Iudæ memoriam, cum *Friderico* Marchione Brandenburgenſi, Burggrauio Norimbergenſi, & *Othone*, Comite Palatino Rheni, familiæ Mosbacenſis ſatore; quin non longe poſt cum *Ciuitate* etiam *Vormatienſi*, quæ tum in Rhenanis haud vltimi erat nominis. Tabularum enim, quibus id conſignatum fuit, clauſula ſic habet: Datum Heppenheim, feria *Luciæ* Virgini ſacra an. MCCCCXXXIV.

ſacramentum dicit Cæſari

10) Legatis ab aula Cæſarea reuerſis, anno ſequenti MCCCCXXXV Heppenhemii in ſtrada montana Sigiſmundi ad voluntatem conceptis verbis ſacramentum dixit, & fidam Imperio operam ſe nauaturum ſpopondit, *Rabano* Treuirenſi formulam excipiente; præſentibus vero *Diethero* Iſenburgio, Domino *in* Büdingen, *Ioanne* eius filio, Pincerna *Dieterico*, Canonico Wirzburgenſi, *Rabano* de *Liebenſtein*, Canonico Moguntino, *Conrado* Pincerna *de* Erpach, *VViperto* de *Helmſtadt*, Milite, aulæ Præfecto, *Ioanne* de *Erlebach*, Mareſchallo, *Ioanne* de *VVolmerßhauſen*, Archimagiro, *Diethero*, Camerario de Wormaria, dicto de *Dalberg*, *Ioanne* & *VViperto* de *Helmſtadt*, fratribus. Teſtimonio ſunt *Rabani* ad Sigiſmundum litteræ in codice Diplomatico allatæ: *Alſo —— hat der obgenante Herr Dieterich vff hut dato dis brieſs mir an Vvver ſtatt gelobt, vnd ſolche aid vff das H. Evangel. liplich zu den Heiligen geſchvvoren, nach inhalt der formen, als mir die Vvv. Kayſ. Gnadt in iren brieſen verſchloſſen geſant hat ——*

II Huius tempore miſſi fuerunt a Baſileenſi concilio, qui Moguntini cleri, 875
populique diſſidia componerent, & feliciter compoſuerunt, Maulbrunenſis Abbas *Ioannes*, Cameræ auditor *Ioannes* de *Polemar*, S. Florini Confluentiæ Præpoſitus *Ioannes* a *Lins*.

diſſidium Moguntinéſe componitur.

1) Conuerterunt autem ea ad pacem, amicitiamque, facta anno hoc MCCCCXXXV, feria poſt Epiphaniam dominicam prima, duplici conuentione *; Theoderico, qui non ſecus ac deceſſor Conradus, omnem hanc ad rem operam contulerat, haud mediocrem animo voluptatem hinc capiente. Maiori ſigilla non ſolum appendere miſſi a concilio Legati, *Ioannes* Abbas Maulbrunnenſis, *Ioannes* de *Polemar*, Rotæ Romanæ Auditor & Archidiaconus Barcinonenſis, & *Tilmannus Iobel* de *Lins*, S. Florini apud Confluentes Præpoſitus, verum etiam *Ioannes* Comes *de* Catzenelnbogen, *Reinhardus* Comes *de* Hanau, *Godefridus* Dominus *de* Eppenſtein, nec non Ciuitates *Vormatia*, *Spira*, & *Francofurtum*. Mino-

Edit. I p. 875.

Minori vero Legati tantum & Ciuitas *Moguntia*.

* *De capitibus illarum alibi dabitur occaſio agendi.*

Regenſteinio Theodericus ſe hoſtem profitetur.

2) Non longe poſt iniurias, quas *Vlricus*, Comes *de* Regenſtein, Moguntinæ Sedi ſubditis in tractu Hirzbergenſi intulerat, vindicaturus, transmiſſis eidem litteris denuntiauit inimicitias. Datæ erant Steinhemii, die Mercurii, poſt D. Valentini ſollemne.

cum vidua Palatina & Mosbacenſi fœdus pangit.

3) Cum *Mechtilde* dein Sabauda, *Ludouici* Barbati vidua, & *Othone* Mosbacenſi, Ludouici iunioris, Palatinatus Rhenani heredis, tutore, ſocietatis & auxilii mutui fœdus ad ſex contraxit annos. Tabulas Hemſpachii dominica feſtum Corporis Chriſti ſubſecuta confectas, ſigillis conſignarunt *Emicho* Comes Leiningenſis, *Michael* Comes Wertheimenſis, *Reinhartus* de *Sickingen*, vulgo *Niger* (*Schvvartz Reinhart*) dictus, *Eberhardus* de *Neiperg*, *Bernhardus Kreyſs* de *Lindenfels*, *VVernherus VVinther* de *Alzey*, Milites.

De diſſidio inter Wirzburgenſem & Wertheimenſem componendo laborat.

4) Poſthæc ſedandæ *Ioannem* Epiſcopum Wirtzburgenſem inter & *Albertum* Comitem Wertheimenſem, Epiſcopatus Curatorem, controuerſiæ admouit vigilias. Quippe Kitzingam profectus, omni, qua pollebat, ingenii ſollertia modum illi imponere ſtudebat. Memorant id Epiſcopi Traiectenſis litteræ, Norimbergæ profeſto Michaelis Archangeli ad *Ludouicum*, Patriarcham Aquilegienſem, & *Ioannem*, Epiſcopum Lubecenſem, ſcriptæ, quas *Friſeus* in chronico Wirtzburgenſi cap. XCIII in *Ioanne II* p. 746 attulit, e latino in germanicum conuerſas ſermonem.

Item de alio inter Rabanum Spirenſem & Vlricum Manderſcheidiū.

5) Tum vero omni contendebat ſtudio, vt archidiœceſin Treuirenſem, quæ aliquot iam annos, *Rabano*, Antiſtite Spirenſi, & *Vdalrico Manderſcheidio* de tiara certantibus, fœdis populationum atque omnis hoſtilis ſæuitiæ exemplis miſerandum in modum deformabatur, vltimo eriperet exitio. Acceſſerant *Theodericus* Colonienſis, & *Fridericus* Vormatienſis, iunctis rem conſiliis ad æquitatem & concordiam reducere conantes. In quos cum tandem vtraque pars compromiſiſſet, Eugenio Pontifici IV, miſſis Florentiam Legatis *Tilemanno* de *Lins*, Confluentiæ ad S. Florinum Præpoſito (de quo ſupra) & *Rudolfo* de *Rüdisheim*, Canonico Vormatienſi, negotium omne expoſuere. Qui cum annuiſſet, ſub finem anni ad cauſſam quantocius diſcutiendam nouem legere viros, clariſſimis partim ortos familiis, partim rerum vſu, auctoritateque quam maxime ſpectatos, *Fridericum* videlicet de *Crove*, Collegio principi, quod Treuiris eſt, magna tum cum laude Præpoſitum, *Chriſtianum* de *Erpel*, Iuris ciuilis Doctorem, *Dietericum* de *Knebel*, Canonicum Moguntinum, *Ludouicum* von *Aſt*, I. V. D. *Othonem* de *Stein*, Iuris Canonici Doctorem, *VVipertum* de *Helmſtadt*, Militem, *Nicolaum Cuſanum* (*Clas Cus*) Iuris Pontificii Doctorem, *Henricum* de *Fleckenſtein*, & *Ioannem Boos* de *VValdeck*, ſeniorem; maturis quorum conſiliis, ſingularique ſtudio ac ſollertia anno ſequenti MCCCCXXXVI agitatæ quinquennis diſcordiæ iræ auſpicato poſitæ fuerunt.

quod & ſublatum.

6) Tulerunt autem ad S. Goarem, die Mercurii D. Agathæ memoriam ſecuta, ſententiam hunc in modum; Vlricus Rabano cedat, & duobus florenorum millibus, pro ſumtu annuo, quoad viueret, nec non caſtro *Stoltzenfels* cum valle ſubiecta, pro habitatione, contentus ſit; Rabanus vero Archiepiſcopatum quiete in poſterum teneat. Quam arbitri ſupra dicti, Theodericus noſter, Colonienſis, & Vormatienſis, dein Renſæ peruigilio *Palmarum* & confirmarunt, & promulgarunt, Rabano archidiœceſin cum omni iure, Manderſcheidio Stolzenfelſam cum locis contributis ac duo florenorum millia ſingulis, quoad in viuis fuerit, annis de vectigali in Engers capienda, adſignantes.

7) Quibus peractis *VVilhelmum*, Comitem de Wied, quem pridie natalitiarum Domini feriatum diœceſi Treuirenſi ſummum Præfectum dederant, die Mercurii ſollemne D. Walpurgis ſubſequente, ab muneris demandati procuratione reuocarunt. Hæc aliquanto fuſius, cum *Brovverus* in annalibus hic iuſto ſit breuior.

rumore quodam falſo differtur,

8) Hæc inter percrebuerat, ac ſi Colonienſis quendam ſpe pretioque ſollicitarit ad petendum veneno Ludouicum Landgrauium Haſſiæ; Theodericus vero rei huius fuerit conſcius. Quo cum ipſe maximam ſibi iniuriam fieri, nec iniuria, exiſtimaret, vt ſuſpicionem iſtam ab ſe remoueret, nil fecit reliqui. Docent id litteræ tum Colonienſis, tum Landgrauii, quas in codice dedi Diplomatico.

cum Palatino diſſidet & componitur.

9) Non ita longe poſt aliquot ipſe de cauſſis cum *Ludouico* Comite Palatino ad Rhenum diſſidere cœpit. Enimuero, quod togæ amantior eſſet, quam belli, facile annuit, vt litis finiendæ legerentur arbitri. Fuere ii *Fridericus* Antiſtes Vormatienſis, & *Dietherus* Iſenburgius, Dominus Büdingæ; quibus ipſe adiunxit *VVipertum* de *Helmſtadt*, aulæ Præfectum; Ludouicus vero *Dietherum Kemerer*, Scultetum Oppenheimenſem. Acta hæc Hemſpachii Veneris poſt diem vinculorum Petri memoria celebrem.

duo ferit fœdera.

10) Mox paullo res ſuas nouis firmauit fœderibus. Quorum quidem vnum pepigit cum *Friderico* Placido, Landgrauio Thuringiæ & Marchione Miſniæ, Friderici *Bellicoſi*, qui dignitatem Septemuiralem domui ſuæ intulerat, filio, validis Principe viribus. Pactionis, quæ extant, tabulæ docent, eos inter conueniſſe Steinhemii, Veneris poſt diem Virginis Deiparæ naſcenti dicatum. Alterum iniit cum *Erneſto* & *Eilgero*, Comitibus Hohenſteiniis, Dominis Lahræ & Clettenbergæ, idque in tres annos Steinhemii die Archangelo Michaeli feſto.

Duderſtadii nouam inſtituit parochialem.

11) Duderſtadii tum nonniſi vnica erat parochialis. Ea cum tantæ multitudini, quæ, feſtis præcipue diebus, ad diuina officia conuenire ſolebat, capiendæ haud amplius ſufficeret, tum vero ſita eſſet in loco maxime inopportuno, angulo ſcilicet oppidi, ipſe cultui ſacro, vt par erat, augendo ſacellum *S. Seruatii*,

quod in inferiore oppidi parte erat, anno ſequenti MCCCCXXXVII incunte in parochialem extulit, certisque finibus circumſcripſit, vt codicem Diplomaticum conſulenti patebit.

Indulgentias concilii Baſileenſis diſpenſaturos reuerenter recipi mandat.

12) Ceterum Baſileenſis concilii Patres lenamento pœnarum, quæ piaculis debentur, largas peccatorum condonationes ſingulis ac omnibus indulſerant, qui pro felici ſperataque Græcorum ad eccleſiam Romanam reductione pias ad Deum preces verterent, votaque: conſtitutis, qui per ciuitatem ac diœceſin Moguntinam eas diſpenſarent, erogarentque, *Petro Echter*, Collegii maioris Decano, & *Alberto* Schenck *de* Limpurg, ad ædem ſummam Canonico. Theodericus itaque, cum tanti, vt loquitur, boni particeps fieri impenſe deſideraret, tum vero nil magis haberet in votis, quam vt quantocius ad dictæ gremium eccleſiæ redirent tot populi, omnibus diœceſis ſuæ Abbatibus, Præpoſitis, Decanis, Prioribus, Parochis, ceterisque Clericis, ſingulis ac omnibus, ſerio mandauit, vt tam ſalubris negotii intuitu, iſtos, vel quos nomine ſuo delegarint, vbiuis locorum reuerenter excipiant, admittantque: vti quidem plenius cognoſcere eſt ex litteris die VI Martii ad eos datis, quas in codice protuli modo dicto.

Michaeli Comiti Wertheimenſi,

13) Ab his ad bellicas ſe conuertit curas. A multis enim iam annis *Michael*, Comes Wertheimenſis, filii Alberti ſecutus partes, Ioanni Epiſcopo Herbipolenſi multum exhibuerat moleſtiæ: quin ira percitus, tam præcipitia tandem egerat conſilia, vt de laqueo ei nectendo, Vffenhemiique iniiciendo cogitaret, Vid. *Friſeus* l. d. cap. CIX p. 759. Et quamuis filii, *Albertus*, *Ioannes*, & *Georgius*, Kitzingæ feſto Pentecoſtes cum Ioanne rediiſſent in gratiam, ipſe tamen omnes amicæ compoſitionis reſpuebat conditiones. *Idem* l. d. cap. CX p. 760. Viſum itaque Principibus vicinis, aliisque, armis compeſcere tam inconſultam hominis audaciam. Hoc fine delectum, vbi conuenirent, Biſchofshemium, Moguntinæ ditionis oppidum ad Tubarim. Ibi cum eſſent, *Theodericus*, *Ioannes* Wirzburgenſis, *Fridericus* Marchio Brandenburgicus, *Conradus* Dynaſta Winſpergenſis, & *Crato* Hohenloicus collatis die D. Georgio in faſtis ſacrata ſententiis cenſuere, caſtrum *Schvveinsberg*, Michaeli obnoxium, armis ſubigendum.

habita cum aliis deliberatione,

Cum vero Michael ad id vſque temporis in Conſiliariorum Moguntinenſium haberetur numero, Theodericus litteris, Aſchaffenburgi die honori decem millium Equitum dicato ſcriptis, iſtam ei dignitatem abrogauit, &, hoſtilibus dein ipſi denuntiatis, proximis poſt Ioannis Baptiſtæ memoriam diebus, vna cum ceteris, Schweinsbergam tanta vi oppugnauit, vt vndecimo poſt die ſe dederet. *Idem* l. d.

bellum infert.

Hornekios compeſcit.

14) Poſtea, cum Mergenthemii Veneris, quæ D. Martini ſollemne ſecuta erat, cum *Ioanne* Herbipolenſi, *Friderico* Electore, eiusque filiis *Ioanne*, *Friderico*, & *Alberto*, Marchionibus Brandenburgicis, & *Othone* Mosbacenſi arctam pace belloque in XX annos ſocietatem iniiſſet, *Hornekios* de *Hornberg*, qui Iaxtbergæ ſe continebant; & diœceſis Moguntinæ, Burggrauiatus Norimbergenſis, aliorumque in vicinia agrum paſſim populando peragrabant, eodem modo compeſcuit. *Horneckio* enim ſeniori, eiusque filiis *Horneckio* & *Simoni* Lunæ poſt diem Deiparæ in vtero conceptæ ſacrum hoſtem ſe profeſſus eſt. Quo facto *Iaxtberga* obſeſſa, ac dominica poſt D. Thomæ celebritatem proxima ad deditionem ſubacta. Conf. *Friſeus* l. d. c. CXIV p. 761.

Edit. I p. 875.

monaſterio S. Maximini parochiam Suabenheim attribuit.

15) Inde monaſterii *S. Maximini* iuxta muros Treuirenſes conſuluit rebus. Id namque, cum olim ampliſſimis inſtructum fuiſſet opibus, bonisque, ita tum bellis aliisque caſibus exinanitum erat, vt alendis condigne Abbati atque cœnobitis haud amplius par eſſet. Benefaciendi præſto erat materies. Occurrebat enim in diœceſi Moguntinenſi parœcia, cuius patroni & collatores, vt vulgo vocant, erant Abbas & D. Maximini fratres, *Suabenheim* appellata. Hanc igitur Theodericus iis vna cum omnis conceſſione prouentus in perpetuum attribuit, ac diplomate, Aſchaffenburgi die IV menſis Decembris confecto, adunauit.

a PP. concilii iubetur in factum quoddam inquirere.

16) Hæc inter prædones, quorum his temporibus & magna multitudo erat, & effuſa omnia vaſtandi licentia, monaſterii Seligenſtadenſis villas agrosque populabundi incurrerant, raptuque pecorum, flammaque tam cœnobitis quam colonis multum intulerant damni. Quod *Cuno* Abbas vindicaturus, ſuos exciuit; qui ſacrilegos iſtos raptores, tempus opportunum nacti, inuaſerunt, duos illorum gladiis iugularunt, duos ſuſpenderunt, plures vero vulnerarunt. Quod cum ipſo præſente, quamuis haud adminiculante, feciſſent, anxius ille erat animi, & incertus, an non *irregularitatis*, vt vocant, contraxiſſet notam, atque adeo Patrum Concilii gratiam implorabat. Qui ſtatui illius prouiſuri, his, quas in codice Diplomatico dedi, litteris ipſis Idib. Decembr. Theodorico id dederunt negotii, vt diligenter in factum inquireret, & comperto, ita eſſe, vt Cuno retulerit, auctoritate Archiepiſcopali curaret, vt *monaſterio* ille *ſuo præeſſe, & in ſuſceptis ordinibus libere & licite miniſtrare* poſſit.

Suffraganeos ſuos ad Synodum vocat.

17) Tum temporis autem res Germaniæ publica, Sigiſmundo Imperatore die IX Decembris vita defuncto, capite deſtituta erat; res Chriſtiana vero, haud leuibus inter Eugenium Pontificem & Baſileenſis concilii Patres interpoſitis offenſis graue adierat periculum ac diſcrimen. Menſe igitur Februario anni, qui ſequebatur, MCCCCXXXVIII Suffraganeos ſuos Moguntiam ad diem dominicam, qua in eccleſia *Indica* cantatur, vocauit, vt maturo iiscum diſpiceret conſilio, quid maxime in turbis hiſce eccleſiaſticis eccleſiis Germanicis expediret. Fidem faciunt tabulæ, quas XXI dicti menſis die ad eos, aliæ item, quas die VII Aprilis ad Auguſtanum, Argentoratenſem, Curienſem, & Hildeshemenſem dedit, in codice noſtro allatæ.

Francofurti duos prouinc…

18) Poſt Francofurtum conceſſit, quo Principes Electores conuocauerat. Hæc inter an-

tem

tem difficultatibus rei Chriſtianæ probe perpenſis, ante omnia conſultum ducebat, quod & ceteris Septemuiris viſum, alteri parti aduerſus alteram nullo fauendum modo; contra vero omnibus contendendum viribus, vt diſſidium hocce, quamprimum fieri poſſit, tollatur. Conuentio, quam tum fecere (*Vnionem* vocabant, ſiue *Churfürſten-Verein*) *Inſtrumentum* itidem, vti appellabant, *wegen der Churfürſtlichen Neutralität*, die XVII Martii in litteras* miſſa, legi poſſunt apud *Müllerum* parte I des Reichstags-Theatri ſub Friderico III cap. IV § VIII & IX p. 30 & ſeq.

PP. concilii, ne contra Eugenium procedant, rogat. 19) Præterea cenſuit, Patres Concilii rogandos, vt *quoſcunque proceſſus atque edicta contra & aduerſus Eugenium inſtituendos & inſtituenda ad tempus* ſuſpenderent, ne difficiliorem in ſtatum res eccleſiæ coniicerentur. Idem cum exiſtimarent ceteri, datæ ad eos eodem die, quarum ſummam recitaui, litteræ.

Albertum Auſtriacum Cæſarem deſignat. 20) Dein die ſequenti, qui XVIII Martii erat, vna cum reliquis voluntate *Albertum* Auſtriacum, Hungariæ & Boiemiæ Regem, Cæſarem deſignauit. Quod etſi notum ſit, ac vel ex ipſo electionis, vt appellatur, inſtrumento apud *Müllerum* l. d. cap. I § II p. 2 pateat, haud tamen, vti reor, ſuperuacuum erit, ex Actis ipſis ſequentem huc apponere narrationem. *In dominica* Reminiſcere *intrauerunt omnes Principes Electores Francofurtum. In die Lune immediate ſequenti Archiepiſcopus Moguntinus diſpoſuerat Miſſam* de Spiritu S. *in ortu ſolis, hoc ipſum omnibus aliis Coelectoribus ſuis inſinuans. Miſſa finita intrauerunt Principes ſacriſtiam, & inibi coram Notario ex certis cauſis, animum eorum mouentibus, continuarunt actum electionis vſque in diem ad hoc magis congruentem.*

In veniente die Mercurii iterum fecerunt Miſſam decantari de B. Virgine, *& poſt eandem omnes ad altare ſummum acceſſerunt, & iurauerunt, prout pronunciatum erat per D. Archiepiſcopum Mogunt. qui iuramentum detulit, & dixit iuxta normam Caroline, & ex cauſis arduis iterum electionem vſque in diem Martis proximum differentes.*

Quo adueniente, auaita Miſſa intrauit D. Archiepiſcopus Mogunt. ſacriſtiam cum duobus Suffraganeis ſuis, videlicet Herbipolenſi & VVormacienſi, cum nonnullis ſuis Nobilibus, & duobus Notariis, & inibi preſedit, fecitque intrare D. Archiepiſcopum Treuirenſem; quo accedente, vota ipſius perſcrutatus, dicens Domino Treuirenſi; Supereſt eligere Regem Romanorum; in quem igitur vultis dirigere vota veſtra? *qui protinus reſpondit;* In Dominum Ducem Auſtrie. *Pariformiter & ſecundum ordinem perſcrutatus eſt vota aliorum; demum & omnes collectim ipſum D. Archiepiſcopum Mogunt. accedendo, in dicta ſacriſtia vota ſua perquiſiuerunt; cum quibus concurrendo, reſpondit de Duce ſupradicto —*

Litteras ad ipſum dant Septemuiri 21) Electione peracta, Septemuiri decretos honores Alberto per Legatos detulere, ſimul rogantes, vt eos haud recuſare, cetera vero vnicuique, quæ priuilegia ſibi peperiſſent, confirmare vellet. Delatos Albertus accepit*; libertates vero illorum ac priuilegia ſe datis diplomatis ſtabiliturum pollicitus eſt, ſimulac ſigillum Maieſtatis, quo ſignanda ſint, exſculptum eſſet. Speciatim id Theoderico litteris Viennæ Martis ante Philippi & Iacobi Apoſtolorum memoriam ſcriptis promiſit. Id enim ſigillatim is rogauerat.

* Occurrerunt nobis litteræ, quibus Imperium his acceptauit verbis: *Ego* Albertus, *Hungarie, Dalmatie, Croatie Rex, & Bohemie Electus, Dux Auſtrie, Stirie, Karinthie, Marchio Moravie, & Comes Tirolis, in nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, glorioſiſſime Virginis Marie, beatiſſimique Georgii militis Chriſti & martyris, & totius celeſtis curie, ad laudem Dei omnipotentis, ſancte matris eccleſie protectionem, exaltationem ſacri Imperii, & infidelium barbarorum oppreſſionem, & commune bonum totius chriſtianitatis, electionem Illuſtrium S. R. I. Electorum factam de perſona mea ad ipſius Imperii ſacri culmen vigore preſentis decreti michi preſentatam, accepto, approbo & collaudo, illique tanquam humilis Dei ſeruus & eccleſie fidelis filius, in pia Dei clementia, & prefatorum Electorum ſubſidio & aſſiſtencia confiſus, purum preſto aſſenſum pariter & conſenſum, cupiens omnibus, quibus poſſum, melioribus iure, forma, atque cauſa, ex hac ſancta & canonica electione S. Imperii ſuſcipere gubernacula, cum adminiſtracione plena, abſoluta, atque libera, & poteſtatis plenitudine iuriſdictionem cohercicionem atque imperium, & eorundem exercicium acquirere in ſubiectos ſacri Imperii & orbis vniuerſi, cum omnibus & ſingulis eiusdem Romani Imperii iuribus, honoribus, preeminenciis, immunitatibus, priuilegiis, & libertatibus, quibus gaudere, potiri, & vti conſueuerunt, potuerunt, atque debuerunt omnes & ſinguli retroacti Domini Romani Principes, Imperatores, & Reges, preſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt in ſecula benedictus, Amen.*

22) Litteras inſuper dedere tum ad *Eugenium* Pontificem, tum Imperatorem Græcorum *Ioannem*. Illis Papæ ſuum de graui ſchiſmate tollendo tum deſiderium teſtabantur, tum ſtudium: iſtis haud obſcure indicabant, quid hoc rerum metuerent ſtatu. Cum haud adeo facile ſint obuiæ, nemo mihi vitio vertat, quod integras proferam.

ad Eugenium. *Poſt humillimam recommendationem, deuotiſſima pedum oſcula beatorum, Sanctiſſime Pater ac Clementiſſime Domine. Cordi nobis ſemper fuit, quibus remediis, quibusue viis differencie materia inter S. V. ex vna, nec non ſacrum Baſilienſe concilium partibus ex altera, nuper, quod non ſine graui noſtrarum mencium amaritudine referimus, ſuborta e medio queat amputari; idcirco nobis circa electionem eccleſie Aduocati, Romanorum Regis, diuina fauente clemencia in Caſarem procreandi, in preſenciarum occupatis, hanc ſollicitudinem permaximam eciam recenſuimus, quo offendiculum precindatur totius chriſtianitatis, & quo ſeminari poſſit ſemen optate quietis. Eapropter per Egregios Viros, preſenciam latores, noſtroſque Oratores ad veſtre recurrimus pedes Sanctitatis, humiliter ſupplicantes, quatenus ipſis noſtris Oratoribus in perorandis noſtri pro parte ad preſens fidem dignetur S. V. impendere creditiuam,*

Edit. I p. 871

nam, adeo in re tam graui veſtrè benignitatis brachium extenſuri, vt confiſi de veſtrâ ſolita benignitate vnitas in eccleſia remaneat vniuerſali, ad laudem Dei, & non modicum Apoſtolice ſedis decorem. Dat. Franckfordie die XIX menſis Marcii, anno Domini MCCCCXXXVIII.

& Graecorum imperatorem.

Inuictiſſime Princeps & Preſtantiſſime Domine. Pridie ad noſtram veridico ſermone deductum extitit auditenciam, ad locum Ferrarienſem, in quem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Eugenius concilium Baſilienſe dicitur tranſtuliſſe, Veſtram Serenitatem applicuiſſe. Et quoniam, vt ex oracione nobis tam pro parte eiuſdem Domini noſtri, quam eciam Patrum in ſacra ſynodo Baſilienſi congregatorum nobis facta coniicere poteramus, nil aliud his in rebus accelerari videri, niſi, quod haud ſine graui mencium noſtrarum amaritudine referimus, graue ſciſmatis diſſidium, orthodoxe fidei cultoribus enormiter preiudicaturum; quod vt zelatores vnionis in eccleſia Dei, quantum cum nobis eſt, preuenire fatagentes, hinc ſumpta occaſione ad veſtram per preſentes noſtros Oratores recurrimus Celſitudinem, affectuoſe rogantes, quatenus predictis Oratoribus noſtris noſtri pro parte in preſenciarum in perorandis fidem accommodare velitis credicinam, ipſis conſiliis & fauoribus veſtris in re tam graui aſſiſtere adeo velitis, prout vnitatem diligitis in eccleſia vniuerſali, & nos de veſtra preclariſſima Magnificentia confidenciam recepimus ſingularem. Datum Franckfordie die XIX menſis Marcii anno Domini MCCCCXXXVIII.

Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Domino IOHANNI, *Romeorum Imperatori, Domino noſtro preſtantiſſimo.*

23) Vtraſque perferendas commiſere Oratoribus ſuis, ad Curiam deſtinatis. Quos inter cum *Ioannes* de *Lyſura* eſſet, B. M. V. *ad gradus* vulgo dictæ Canonicus, isque tempus reſidendi ſecundum Capituli ſtatuta nondum Moguntiæ impleuiſſet, Theodericus Collegium eccleſiæ iſtius litteris Aſchaffenburgi die XXVII Martii datis compellauit, omnique requiſiuit ſtudio, nolint committere, vt reſidentiæ iam factæ tempus ille perdat; quin hanc ei faciant gratiam, vt id, cum reuerſus eſſet, continuare poſſit.

v. cod. Diplomat.

de pace publica tuenda in ſocietatem coeunt.

24) Pacis publicæ vero cum non minorem illi, quam rerum aliarum rationem haberent, eius tuendæ firmandæque curam, fœdere ibidem Veneris poſt dominicam *Oculi* dictam propterea facto, in ſe ſuſcepere. Cuius capita ſi cognoſcere cupis, codicem euolutas Diplomaticum. Ibi namque formulam de ea tum in litteras miſſam inuenies.

Hinc Theodericus ſynodum celebrat.

25) Hæc inter aduenerat tempus, quo Moguntiæ cum Suffraganeis ſuis de præſenti eccleſiæ ſtatu deliberare decreuerat. Penſi igitur habuit, vt cum Legatis, qui a plurimis illorum miſſi erant, quid expediret, pertractaret atque concluderet. Viſum autem fuit, inhærere iis, quæ Francofurti Principes Electores prouido conſtituiſſent conſilio. Quæ proin Auguſtano, Argentoratenſi, Curienſi, & Hildesheimenſi, qui diem dictum haud obierant, transmittebat, litteris Aſchaffenburgi die Aprilis VII datis monens eos ac obſecrans, vt ſecundum ea haud grauate ſe componant, ac omnes diœceſium ſuarum Clericos, Ordinesque, vt idem faciant, hortentur iuxta vrgeantque.

Eodem die ea quoque cum Abbatibus, Præpoſitis, aliisque eccleſiarum diœceſis Moguntinæ Rectoribus communicauit, ſingulos ac omnes obteſtatus, vt hæc ipſa, quæ Principes Electores concluſiſſent, ante oculos habeant, obſeruentque. Litteris, quas hac fini tum ad hos, tum illos dedit, locus eſt in codice Diplomatico.

Ruſchenbergenſi parœciæ ius patronatus Hadelsdorffenſis.

26) A publicis his ad priuatas eccleſiarum res tranſgreſſus, & *Ruſchenbergenſi* & *Eckſtettenſi* conſuluit parœciæ. Illi *Ioannes*, Comes Ziegenhainenſis & Niddanus, ius patronatus eccleſiæ *Hadelsdorffenſis* donarat, ac vi teſtamenti ſui in perpetuum tranſcripſerat. Quod cum ſibi, ſuisque ſucceſſoribus confirmari peterent Parochus ac Vicarius, quem vulgo *Alturiſtam* vocant, Ruſchenbergenſes, annuit Theodericus, & amplo diplomate die XXVI Iul. Gernshemii confecto, eccleſiæ id Ruſchenbergenſi ſtabiliuit. Iſti, *Eckſtettenſi*, cum a pluribus annis ob cenſuum tenuitatem proprio deſtitueretur Paſtore, *Fridericus* Landgrauius Thuringiæ ac Marchio Miſniæ, ad preces *Berchtoldi Vizthum*, altare SS. Andreæ, Georgii, & Mariæ Magdalenæ in caſtro Eckſtett dicatum, cuius patronus erat, ac collator, vna cum prouentu, ceterisque iuribus omnibus liberaliter contulerat, *Vizthumius* vero, vt id ſua Theodericus auctoritate ratum eſſe velit, petebat. Quare *Hermanno* de *Buchenau*, Ordin. D. Benedicti, curiæ Archiepiſcopalis Erfurtenſis Prouiſori, in mandatis dedit, vt diligenter in rem inquireret, & ſi repererit, omnia ita ſe habere, vt dictum ſit, altare iſtud caſtri eccleſiæ parochiali cum omni cenſu fructuque adunet. Litteræ, quibus id iubet, datæ Hôchſtl die XXVIII menſis Auguſti.

Eckſtettenſi altare in caſtro Eckſtett ſtabilit.

monaſterio Rodenkirchenſi parœciam VValdleybersheim confert.

27) Monaſterio vero, quod prope *Kirchemium* olim erat, *Rodenkirchenſi*, temporum iniuria in magna tum egeſtate verſanti, parochialem *VValdleybershemenſem*, cum omni vectigali ac iure, eorum, quorum intererat *, conſenſu accedente, die dicti modo menſis Auguſti XXX attribuit ac in perpetuum addixit.

* Quinam illi fuerint, diſcere eſt ex his diplomatis cœnobio tum dati verbis; *Accedente ad hoc conſenſu & aſſenſu Magnifici Principis Ducis* Stephani *de* Bauaria, C. P. Rheni, *ac* Nobilium *de* Schonenburg —— *necnon noſtra voluntate, cuius quidem collatio & prouiſio* —— *ad prædictos & nos ratione directi & vtilis dominii in Kirchheim pertinuiſſe dinoſcitur &c.*

Thungis bellum indicit.

28) Poſt paullo *Ioannis*, Epiſcopi Herbipolenſis, ſecutus partes, *Carolo* de *Thüngen* denuntiauit inimicitias. Ei namque Ioannes duplici de cauſſa bellum inferre decreuerat. Vna quidem erat, vt iniurias, quibus a mul-

Edit. I p. 875

tis iam annis a Thüngiorum gente affectus erat, vlciſceretur: altera, vt poſſeſſiones *Eberhardi* & *Engelhardi* Thüngiorum, fori prouincialis ſententia ſibi adiudicatas, ſuæ faceret poteſtatis. *Friſius* l. d. capite XVIII p. 762. Dedit autem Theodericus, quas Carolo miſit, diffidatitias Höchſti dominica Ioannis Baptiſtæ decollati memoriam proxime ſubſecuta.

ab Henrico Naſſouio hoſtiliter impetitur.

29) His cum ſe hoſtem profeſſus eſſet, hoſtem ipſe expertus eſt *Henricum* iuniorem, Comitem Naſſouiæ & Viandæ; quippe qui iunctis ſibi *Gerhardo* Wildgrauio *in* Dune & Rhingrauio *zum* Stein, *Philippo* Virneburgio, *Dieterico* Manderſcheidio, *Ioanne Hirt* de *Schöneck*, & *Arnoldo Sirckio*, Monzingen & Rodenbergam inopina inuaſione occupata in buſtum coniecit, hoſtilibus tum demum denuntiatis, cum iam inimicitiarum feciſſet initium, vel fecialibus ad loca ab eo, vbi tum temporis cum aula Electorali ſe continebat, longius remota, miſſis. Quod cum grauiſſime ferret, Cæſaris per legatos implorabat opem: qui haud cunctatus, litteris Görlicii feria D. Eliſabethæ ſacra ſcriptis, *Othoni* Palatino & *Ludouici* Conſiliariis in mandatis dedit, vt Naſſouio ſeueriſſime edicerent, iniuriis iſtis quamprimum deſiſteret; dein vero partibus diem ad cauſſam cognoſcendam præſtituerent.

Ioan. de Hirſchorn excommunicari iubet.

30) Sub finem anni *Ioannes* de *Hirſchorn* Ioannem, Epiſcopum Herbipolenſem, Hochſtadium ad Fridericum, Marchionem Brandenburgenſem, tendentem, debiti cuiusdam cauſſa, in via, Schlüſſelfeldam inter ac vicum Elſendorf, ceperat, ac Reicheneckam, gentis Egloffſteiniæ in Epiſcopatu Eichſtadtenſi caſtrum, abduxerat. Quem vt liberarent, Bambergenſis, Eichſtadtenſis, Fridericus, quem dixi, Marchio Brandenburgenſis, aliique Norimbergæ omni allaborabant ſtudio. *Friſius* l. d. cap. CXX & CXXI p. 763 & ſeq. Cum Hirſchornius omnes, quas ferebant, reſpueret conditiones, Theodericus grauiter indignatus, Vormatienſem, Auguſtanum, Conſtantienſem, & Eichſtadtenſem Epiſcopos, litteris Steinhemii die menſis Decembris XXII ſcriptis impenſe hortatus eſt obteſtatusque, vt ſecundum Canones eccleſiaſticos, aduerſus id genus ſacrilegos inuaſores latos, *Ioannem* de *Hirſchorn*, vna cum facinoris perpetrati ſociis (erant ii *Ioannes* Comes Oetingenſis, *Ioannes* de *Heideck*, & *Horneck* de *Hornberg*) grauibus anathematum religionibus inuoluere ne ceſſent.

Friſius l. d. cap. 81.

Herbipolenſi teſtimonio eſt.

31) Iſtis alioqui diebus eidem, quem modo dixi, Epiſcopo Herbipolenſi culpæ dabatur, ac ſi Francofurti, cum nouus Cæſar eligendus eſſet, Friderici Marchionis Brandenburgenſis offeciſſet luminibus, Theoderico, ne ſuo in eum ſuffragio iret, inducto. *Friſius* l. d. p. 764 auctor eſt, rumorem iſtum peculiari cantiuncula vltro citroque in ſympoſiis diſperſum fuiſſe ac plateis. Ioannes, vt iſtam de ſe dimoueret ſuſpicionem, anno ſequenti MCCCCXXXIX Theodericum compellauit; qui haud grauate veritati perhibuit teſtimonium, & Ioannem noxæ iſti exemit.

Moguntiam ſollemniter ingreditur.

32) Id temporis vrbem nondum ſollemni pompa, vt tum moris erat, inierat. Inire cum tandem conſtituiſſet, Saturni poſt dominicam, quam *Reminiſcere* eccleſiaſticus vocat vſus, apparatiſſimo cultu ἐπιδημεῖν. Ante tamen, ſollemni ſe honore eam ingreſſurum, litteris Ehrenfelſæ dominica *Reminiſcere* ſcriptis tum Ciuitati, tum Iudicio ciuico, tum Collegio principi ſignificauit. Iudicio ciuico miſſis ſic inſcripſerat; *Dem Edlen Schenck* Eberhart, *Heren zu Erpach*, *vnſerm Vettern vnd Kemerer*, *vnd dem Erſamen* Peter *zum* *Mulubaum, *vnſerm Schulteiſſen*, *vnd andern Richtern vnſers wernlichen Gerichts zu Menza vnd lieben getruwen.*

*Mülbaum

Conuentui Moguntino intereſt.

33) Occaſionem, ni fallor, dabat conuentus metu peſtiferæ contagionis Francofurto Moguntiam Procerum conſenſu translatus; qui quidem, vt id addam, maxime fuit celebris. Præſentes enim aderant tres Archiepiſcopi Electores, *Theodericus* noſter Moguntinenſis, *Theodericus* Colonienſis, & *Rabanus* Treuirenſis. Præter eos vero pereximii Regum, Principumque Legati atque Oratores; Alberti Cæſaris, *Leonhardus* Patauienſis, *Ioannes* Lubecenſis Epiſcopi, *Ioannes* Abbas, Scotorum Viennæ, & *Theodericus Ebbrach*, Protonotarius; Regis Galliarum, *Philippus* Archiepiſcopus Turonenſis, *Ioannes* Trecenſis, *VVilhelmus* Verdunenſis Epiſcopi, *Ioannes* de *Monte Morio* Præpoſitus Lugdunenſis, *Martinus VVernerii* Decanus Turonenſis; Regum Caſtellæ, Legionis, & Portugalliæ, *Aluarus*, Epiſcopus eccleſiæ Conchenſis; Theoderici, cum abiiſſet, *Henricus Leubing*, LL. Doctor, Licentiatus in Decretis, & Præpoſitus Heiligenſtadenſis, *Ioannes VVitte*, Decretorum Licentiatus, *Hermannus Stummel* & *Hermannus Roſenberg*, DD; Theoderici Colonienſis, *Tirimannus Delius*, Decretorum Doctor, S. Florini apud Confluentes Præpoſitus, *Henricus Herpel*, LL. D. Coloniæ Præpoſitus ad D. Seuerinum, *Burchardus* de *Royda* SS. Theol. D. & *Ioannes* de *Lins* V. I. D. Othonis Palatini, Tutoris Ludouici Archidapiferi, *Ioannes Chirchem* V. I. D. Friderici Saxoniæ Electoris, *Albertus* Schenck *de* Limpurg, Decretorum D. Friderici Marchionis Brandenburgici & Electoris, *Henricus Leubing*, ceterique Moguntinenſes; Salzburgenſis, *Ioannes Saxe*, SS. Theologiæ Profeſſor; Magdeburgenſis & Bremenſis Archiepiſcoporum, *Ioannes* Epiſcopus Lubecenſis, ſupra dictus; *Philippi Mariæ* Ducis Mediolanenſis, *Matthæus* Albiganenſis eccleſiæ Epiſcopus, & *Franciſcus* de *Barbauariis*. Qui ab Eugenio miſſi erant, latebant in remotis, vt *Aeneas Siluius* loquitur lib. I commentariorum de geſtis concilii Baſileenſis p. m. 8; ad Archiepiſcopos tamen Electores has dedere litteras; *Reuerendiſſimi in Chriſto Patres & Domini noſtri ſingulariſſimi. Scripſimus alias ad vos, Reuerendiſſimum Patrem, Dominum* Theodericum *Maguntinenſem, nos ad dictam Francofordienſem*

ſem, quam nunc in Maguntiam mutatam intelleximus, iamque ad eam Dominos conuenire, accedere non poſſe, niſi prius reſponſum habeamus a S. D. N. ad cuius Sanctitatem nuncium miſeramus & literas ſuper rebus Baſilee deliberatis: nunc vero, quoniam reſponſionem illam a S. D. N. infra ſex dies ad tardius habere ſperamus, viſum eſt, ne tempus aliquod inutiliter elabatur, præſentem nuncium ad Reuerendiſſimas Dominationes veſtras deſtinare, per quem eiedem Dominationibus ſupplicamus, vt cum non ſit omnino ſecuritas viarum, placeat prouidere, vt ſaluos conductus habeamus, in forma plenos a ciuitate Maguntina & ab aliis Dominis, per quorum loca habemus tranſire, quos iſtic intereſſe putamus, vt eo caſu, quo S. D. N. nobis mandaret, ad dietam accederemus, poſſimus celerius & ſine mora hic nos transferre. Indulgeant autem nobis Humanitates ac Caritates veſtre, ſi hoc a Reuerendiſſimis Dominationibus veſtris tam libere petimus; facimus enim id ex confidentia veſtris DD. maxima, neſcientes, vnde melius hanc rem habere poſſimus. Commendamus nos Reuerendiſſimis Dominationibus veſtris, parati, ſi quid a nobis fieri poteſt, quod eis gratum ſit. Ex Norimberga die XII Martii MCCCCXXXIX.

Reuerendiſſimarum PP. VV.
filii & ſeruitores
Iohannes *Archiepiſcopus Tarentinus.*
I. F. * *Doctor & Miles.*
Fr. Iohannes *de* Turre cremata.

* *f. Ioan. Fiſcellus*

Reuerendiſſimis in Chriſto Patribus & Dominis, Theoderico, Theoderico, Rabano, *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopis Mogunt. Colon. & Treuir. ſacrique R. I. Electoribus, Dominis ſuis ſingulariſſimis.*

fortiter pro concilio loquitur.

34) Quas Theodericus hoc in Conuentu partes amplexus ſit, idem *Aeneas* l. d. his memorat verbis: *Præcipuus illo in conuentu fautor Concilii habitus eſt Colonienſis Archiepiſcopus, qui ſummo ſtudio, ſummoque niſu rem bene dirigere conatus, ſe non minus virtute animi, quam genere atque opibus præſtantem oſtendit, eumque Moguntinus eſt imitatus. Rabanus vero Treuirenſis aliquanto rigidiorem ſe præbuit.*

cum Henrico & Othone Brunſuicenſibus inimicitias exercet.

35) Inde populationibus, rapinis, incendiis, quibus Brunſuicenſes, *Henricus* Erici, & *Otho* Friderici filius in Moguntinæ ditioni ſubditos ab aliquo iam tempore graſſabantur, incenſus, ad arma deſcendit, ac iis apertum ſe hoſtem tulit, inimicitiis, more tum temporis vſitato, per litteras Iouis poſt dominicam *Cantate* dictam vtrique denuntiatis; quas tamen poſt vnum alterumue menſem, tranſactione cum *Othone* & *Henrico* circa D. Kiliani feriam interueniente, aliquantiſper reſtinxit. Pro teſtimonio loquantur litteræ, quibus *VVernherum* de *Hanſtein* & *Erneſtum* de *Vſlar* rogat, vt pacis vel induciarum potius, vſque ad diem Martini duraturarum, obſides ſint. Scriptæ ſunt Heppenhemii dominica poſt Kiliani, &, quæ dixi, his complectuntur verbis: *Solch fried dan vff Dienſtag neckſt ſurgangen angangen iſt, vnd furter vvehren ſoll bis vff S. Martins dag.*

Edit. I p. 875

Audit Moguntiæ legatos concilii.

36) Peruigilio diei B. V. aſſumtæ dicati rurſum fuit Moguntiæ, ibique cum *Iacobo* Treuirenſi, aliorumque Procerum Oratoribus audiuit Legatos Concilii, afferentes *litteras & bullas priuationis Papæ, declaratorias fidei, & decretorum, quod concilium debeat continuari* (Baſileæ ſcilicet) *cum aliquibus copiis.* Quibus auditis reſponſum, velle ſe de his deliberare, & tam cum Romanorum Rege, quam Electoribus abſentibus conferre.

cum Henrico & Engelberto Naſſouiis bello implicatur.

37) Menſe Octobri cum Naſſouiis implicabatur bello. *Henricus* enim iunior de quo ſupra, *Engelberti* Comitis Naſſouiæ & Viandæ, Dynaſtæ Leccenſis & Bredani, filius, ſibi non temperabat ab damnis Sedi Moguntinæ ſubiectis hic illic inferendis; pater vero filii auſus non tam improbabat, quam per ſuos adiutum ibat. Capita controuerſiarum, vnde iniuriarum fons omnis profluxit, duo potiſſimum erant; Vnum ſpectabat Turonenſem (*einen groſſen Thornoſs*) quem Naſſouii de vectigali, quod Lohnſteinii ad Rhenum penditur, ſibi intercipi querebantur: alterum vero ſiluam, die *Durtsbeck* dictam. Theodericus in vltionem excandeſcens armis rem committere haud dubitauit, miſſis Engelberto bellicæ denuntiationis litteris. Scriptæ erant eæ Aſchaffenburgi Lunæ poſt diem Dionyſio ſacratum.

de ſacerdotii & imperii rebus cũ collegis laborat

38) Alberto Cæſare non longe poſt præmatura morte rebus humanis erepto; Eugenio Pontifice vero a Patribus Baſileenſis Concilii dignitate exuto, id inprimis curæ ſibi habuit, ne in tanta rerum caligine ad ſcopulum offenderet Imperii fortuna. Collatis igitur Francofurti cum Collegis Septemuiris hac de re ſententiis decretum, in hoc eccleſiæ ſchiſmate ſe medios partiumque intactos manſuros; ſimul vero omni in id incubituros ſtudio, vt ſublatis animorum diſſenſionibus in vnum partes conſenſum coaleſcant; vti conuentio ipſos inter ipſo D. Martini feſto inita, & recepto iam nomine *Anderwveite Churfurſten-Verein* appellata apud *Müllerum* l. d. cap. IV § XI p. 48 fuſius docet. Tum vero de digno in locum defuncti Cæſaris ſucceſſore propediem ſurrogando communi actum conſilio.

Antiſtitum Argentinenſiũ cauſſam examini ſubiicit.

39) Quæ dum fiebant, Argentorati ædis ſummæ Canonici in Antiſtite creando ſciſſis ſuffragiis in diuerſa abierant. Vna, eademque potior pars legerat *Conradum* de *Buſnang*, altera iſti obiiciebat *Ioannem* de *Ochſenſtein*, Præpoſitum, defectum annis virum, & deſertum viribus. Cum ſuum vtraque ius perſequeretur, Theodericus *Petro* de *Vdenheim*, Moguntiæ ad ædem ſacrorum maximam Scholaſtico, *Richardo* de *Cleen*, ad eandem Canonico, *Ioanni* de *Lyſura*, Collegialis B.M.V. *ad gradus* vulgo nuncupatæ tum Præpoſito, ſuoque in eccleſiaſticis Vicario, & *Helwico* de *Boppardia*, Sedis Moguntinæ Protonotario, vt vtriusque cauſſam diligenter & exquiſite diſquirerent, commiſit: die vero Decem-

bris

Edit. I p. 875

bris quarto non Decano ſolum & Collegio Argentoratenſi, verum etiam omnibus per diœceſin Ducibus, Comitibus, Baronibus, Baliuis, Capitaneis, Vaſallis ſiue Clientibus, ne cauſſa indeciſa vni præ altero adhæreant, pareant, vel auxilium præſtent, miſſis ſuaſit inculcauitque litteris.

PP. concilii, ut Paderbornenſem eccleſiam Colonienſi innectant, compellat.

40) Ceterum a multo iam tempore Theodericus Agrippinenſis huc conſilia nempe curasque ſuas verterat, vt eccleſiam Paderbornenſem, cuius ſimul tenebat gubernacula, a matre ſua, metropoli Moguntinenſi, cui a primo ſui initio ſubdita erat, auelleret, & Colonienſi ſubiiceret, immo iungeret innecteretque. Propoſiti haud prorſus abiiſſe irritum, euentus oſtendit. Martinus enim V, quem hac de re olim conuenerat, impotenti poſtulato annuit, conſtituitque, vt Agrippinenſi adunaretur. Ipſe Theodericus id tanquam pro teſtimonio loquitur in tabulis, de quibus infra n.26 ad § III. His diebus vero, vt ne citra effectum res eſſet, concilii Baſileenſis Patres inſtanter vrgebat. Voti damnatum vix dubites. Rumor ſane erat, conſenſiſſe Patres, ac Ludouico Patriarchæ Aquileienſi in mandatis dediſſe, vt eam tandem ad eccleſiæ Colonienſis imperium adiungeret. Id ſimulac intelligebat noſter, litteris iſtis, quas in codice noſtro ſæpius iam dicto reperies, Baſileam ad Concilium miſſis pro viribus obniti, ac ius ſuum tueri haud ceſſauit, Patres, ne ſe inaudito quid ſtatuerent, maiorem in modum obteſtatus.

grauamina nationis Germanicæ conſcribi curat.

41) Interea appropinquabat tempus nouo Cæſari creando conſtitutum. Id igitur in maximis tum ac neceſſariis habebat rebus, vt *grauamina* ſiue querelæ *nationis Germanicæ* ſcripto comprehenderentur. Quod etiam obtinuit. In litteras enim anno ſequenti MCCCCXL mittebantur Moguntiæ, vulgoque vocabantur *Aviſamenta.* Legi poſſunt apud *Müllerum* l. d. cap. IV § XIII p. 52 & ſeq.

Fridericum III Cæſarem eligit.

42) Inde Iouis poſt feriam memoriæ Pauli ad Chriſtum conuerſi ſacram Francofurtum perrexit, ac die dein Februarii ſecundo *Fridericum* Auſtriæ Ducem, *Erneſti* Ferrei filium, III cognomento vulgo notum, ſuo ſuffragio ad Imperium vocauit. Vid. Relatio electionis apud *Müllerum* l. d. cap. I § II p. 3 & 8, nec non *Boeclerum* in diplomatis ac documentis hiſtoriæ *Friderici* huius *III* ſubiunctis p. 190 & ſeq.

Sigiſmundū Antiſtitem Herbipolenſem confirmat.

43) Poſtridie *Sigiſmundum*, Friderici & Wilhelmi, Saxoniæ Ducum, fratrem, *Ioanni de Braun*, Epiſcopo Herbipolenſi nuper fatis functo ſurrogatum, Collegio cathedrali petente, laudato cæremoniarum confirmauit ordine. *Friſeus* chron. Wirzburg. in dicto *Sigiſmundo* cap. I p. 774.

de reconciliatione Magiſtrorum Ordinis Teutonici & Enſiferorum agit.

44) Sequentibus diebus vna cum *Theoderico* Colonienſium Archiepiſcopo, *Friderico* Duce Saxoniæ, & *Friderico* Marchione Brandenburgenſi, omnem dedit operam, vt diſſidium inter *Paulum* de *Ruſsdorf*, ſupremum Ordinis Teutonici Magiſtrum ex vna, *Eberhardum* de *Savvensheim* ſiue *Seinsheim*, eiusdem Magiſtrum per Germaniam ac Italiam, ex altera, & *Heidenricum Finckium* de *Auerberg*, Enſiferorum per Liuoniam Magiſtrum, ex tertia parte coortum ad concordiam reduceret ac tranquillitatem; quanquam omnis, quem tum ſuſceperat, labor in caſſum ceciderit; vt diſerte produnt litteræ, quibus ipſe poſtea & *Otho* Palatinus, Ludouici Palatini iunioris tutor, perſcripſere, Spiræ partes in *Ioannem* Comitem Wertheimenſem compromiſiſſe, qui diem ipſis dixerit Erfurti ad feriam adſumtæ B. V. obeundum.

de ope domui Teutonicæ Mergentheimenſi ferenda compellatur.

45) Erat autem, quod hic notandum, Theodericus domorum Ordinis Teutonici *Mergentheimenſis*, *Protſeldenſis*, *Neuenbrunnenſis*, & *Argeſchoffenſis* Aduocatus & Patronus. Cum igitur his diebus nonnulli, quos inopia vexabat, bonis illius, quæ Mergenthemii eſt, manus attuliſſent, & quidem prius, quam Ordini inimicitias denuntiauerant, cauſſati, eſſe ſibi ab Commendatore factam iniuriam; *Eberhardus* de *Seinsheim*, Ordinis per Germaniam Magiſter, reuerenter petiit, vellet ipſe Mergentheimenſibus eſſe præſidio, ſuisque Præfectis, Biſchofsheimenſi præcipue, in mandatis dare, vt raptoribus iſtis ſe obiiciant, fugientibus inſiſtant, e fuga reprehenſis vincla iniiciant, vt iudicio ſiſtantur; cetera vero Comites Rieneccios monere, ne eis per vectes remiſſarios, aut ſaltum, in quo portæ Comitatus ſitæ, tranſitum permittant. Quod & Theodericum feciſſe, ex litteris Seinshemii in codice Diplomatico allatis colligere eſt.

pacem facit cū Naſſouiis

46) Aliquanto poſt cum Naſſouiis, ſancita iniuriarum obliuione, litiumque cauſſis arbitrio *Iacobi*, Archiepiſcopi Treuirenſis, commiſſis *, pacem fecit Boppardiæ Martis poſt diem Marco Euangeliſtæ feſtum; præſentibus *Ioanne* de *Erlenbach*, aulæ Moguntinæ Præfecto, *Adamo* de *Aldendorf*, Vicedomino Rhingauiæ, & ex parte Naſſouiorum, *Gerlaco* de *Schönborn*, Milite, *Ioanne* de *Muderſpach* & *Emerico* de *Heppenheſt*.

* *Notes hic, quod* Iacobus *anno ſequenti Lunæ poſt dominicam* Lætantium *Moguntiæ pronuntiarit ſententiam.*

ſynodum Aſchaffenburgi habendā indicit.

47) Non minus autem publicæ, quam priuatæ ſtudioſus erat tranquillitatis, ac ſi quid aliud, hoc ſane in votis habebat, vt graue iſtud, quod rem Chriſtianam premebat, ac indies magis corroborabatur, diſſidium opportunis aliquando remediis reduceretur ad concordiam. Cum igitur Fridericus Cæſar, in quo ſpem haud paruam aduerſus id collocabat Germania, conuentum Principum Norimbergam ad diem Michaeli Archangelo feſtum indixiſſet, ipſe, vt hoc maiora conſilii præſidia, communem in vtilitatem tum explicanda, ſibi compararet, per hos dies denuo omnes archidiœceſis ſuæ Suffraganeos ad ſynodum Martis poſt diem adſumtæ B. V. Aſchaffenburgi celebrandam vocauit, maxima vnumquemque obteſtatus contentione, vt vel ipſe eam frequentet, vel viros doctrina præſtantes, rerumque vſu probe exercitatos ad eam mittat. Quam piam optimi Præſulis ac Metropolitani ſui curam atque ſollicitudinem multa omnes proſecuti laude, reſponderunt, in ob-

ſequium ſe eſſe paratos, ac qui negotio ſint pares, ad diem præſtitutum miſſuros.

in Haſſiam it ac Thuringiam. 48) Poſthæc iter in Haſſiam ſuſcepit, Thuringiamque, vt tanquam beneficum aliquod ſidus paſſim locorum ſuos ſpargeret radios, ſibique ſubditos ſimul reciperet in fidem. Veneris poſt Michaelis Archangeli Heiligenſtadium venit, ciuibusque in ſua verba adactis, die Franciſci memoriæ ſacro perrexit Duderſtadium; inde Erfurtum: *Erfurti ſplendide excipitur,* quam die Dionyſii ſplendidiſſime ingreſſus eſt; quippe deductus a pluribus munerum iuxta generisque dignitate quammaxime illuſtribus; quos inter erant *Magnus*, Epiſcopus Hildesheimenſis, natu Dux Lauenburgicus, *Hermannus* Epiſcopus Citrenſis, *Hermannus II* Abbas Fuldenſis, *Philippus* Abbas Weiſſenburgenſis &c. *Occurſum ei a ciuibus & omni multitudine, atque cum ſubiectionis profeſſione homagium præſtitum eſt.* *homagium accipit.* *Senatus in templo Seueriano, ciues in coemeterio iurarunt. Non in aula, ſed in monaſterio S. Petri diuertit.* Ita *Gudenus* lib. II hiſtoriæ Erfurtenſis § XXIII p. 134.

Abbati D. Petri ſingulare concedit priuilegium. 49) Abbati *Hartungo*, cognomento *Herling*, tum hanc fecit gratiam, vt monaſterio inſigne impertiret priuilegium. Ei namque ſucceſſoribusque conceſſit, vt poſſint fratribus ſibi ſubiectis primos conferre ordines; perpetuis itidem temporibus ornamenta ad monaſterium D. Petri pertinentia ſacrare. id quod fide *manuſcr.* Petrenſis adnoto.

Wirzburgi Epiſcopum cum Canonicis reconciliare ſtudet. 50) Erfurto vna cum *Hermanno* Abbate Fuldenſi conceſſit Herbipolin, reconciliationem tentaturus Sigiſmundum Epiſcopum inter ac ædis ſummæ Canonicos, qui tum acriter inter ſe erant commiſſi. Venit autem eo Iouis poſt anniuerſariam OO. SS. memoriam, ac reducendæ diſſidentes inter concordiæ multum operæ impendit. *Friſeus* l. d. cap. VIII in *Sigiſmundo* p. 778. *Edit. I p. 875*

Facit ipſe rei huius mentionem in litteris quibusdam anno MCCCCXLII datis; *Als wir vnſer land zu Heſſen, im Eichsfeld, vnd zu Doringen eingenommen, im Stift zu Wirzburg etwa lange zyt mit ſwerer koſt gelegen ſin, groſſen vnrath vnd vnuermeidlich deſſelben Stiffts verderpnis zu verhüten* &c.

eadem de cauſa Legatos mittit Kitzingam, 51) Cum nil ſe proficere videret, domum quidem remigrabat; nihilo tamen ſecius Kitzingam ſuis e Conſiliariis mittebat *Ioannem Flach* de *Schvvarzenberg*, ædis ſummæ Cuſtodem, *Henricum Leubing*, Decretorum Doctorem, Cancellarii nuper ad munia adſcitum, *Ioannem* de *Erlenbach*, aulæ ſuæ Præfectum, & *Zurch* von *Stetten*, Sattrapam Biſchofsheimenſem, vt de ſedandis partes inter ac comprimendis motibus quanta poſſent diligentia agerent ac contentione. Qui etiam ſtudio ſuo atque labore a Sigiſmundo obtinuere, vt amicabili compoſitioni Wirzburgi denuo tentandæ dies ſtatueretur. Erat is Veneris poſt diem Virgini Deiparæ in vtero conceptæ ſollemnem: *& dein Wirzburgi diem conſtitutum obit.* quem etiam Theodericus prolixa obiit voluntate, quantum impendio poterat ac diligentia contendens, vt controuerſiæ aliquando imponeret modum. *Friſeus* l. d. cap. XIX p. 783.

Glichenſi de dotalitio vxori conſtituendo conſentit. 52) Sub finem anni non ſolum *Ludonico* Comiti Glichenſi permiſit, vt coniugi *Vrſulæ* cenſum de clientelis *Blanckenheim* & *Hochdorf*, viduitatis tuendæ cauſſa, aſſignaret, ſed curatores etiam *Vrſulæ* ipſi dedit, conſtituitque *Adolfum*, Comitem Glichenſem, Dominum in Thonna, *Sigiſmundum* Comitem Glichenſem, & *Henricum*, Dominum in Gera & Lobenſtein, ſeniorem. Tabularum clauſula prodit acta hæc eſſe Mercurii poſt D. Virginis & martyris Luciæ ſollemnitatem.

III Eodem fere tempore nobile typographices inuentum apud Moguntinos extitit; de quo ſatis multa lib. I cap. XXXVI & ſequentibus *.

* Sedenim & alii, ſuo laudandi loco. Nunc enim Theoderici rebus perſequendis inſiſtendum.

videtur, interfuiſſe Comitiis Moguntinis. 1) Vix autem dubium eſt, quin anno ſequenti MCCCCXLI ineunte Moguntiæ, quo Cæſar Ordinibus Imperii Comitia indixerat, & ſe ipſum ad ea venturum ſignificarat, rei publicæ ſubſtiterit cauſſa; quamuis res ita ſerebat, vt Fridericus aliis diſtentus negotiis ad ea, vti conſtituerat, accedere haud poſſet, ſed Legatos mitteret, ceu ex litteris fiduciariis eisdem traditis, & in codice Diplomatico allatis, patet. Ceterum, quod ad Comitia ipſa, conferri meretur *Mullerus* l. d. cap. V p. 57 & ſeq.

Treuirenſi Archicancellarii per Germaniam vices defert. 2) Dein, cum in ſuæ gubernatione eccleſiæ tanta negotiorum in eccleſiaſticis iuxta ciuilibusque premeretur mole, vt obeundis Archicancellarii per Germaniam partibus vix par eſſe poſſet, ſub exordium anni modo dicti *Iacobo* Treuirenſi Archiepiſcopo, vt talium munerum iam olim adſueto, curiæ Imperialis, quam *Cancellariam* vocamus, procurationem vicaria detulit poteſtate. Id enim hoc anno ſuis in litteris Moguntiæ ipſo D. Matthiæ Apoſtoli die ſcriptis produnt, qui negotio iſti interfuere, *Philippus* de *Sirck*, Herbipoli ædi primariæ Præpoſitus, *Petrus* de *Vdenheim*, Scholaſticus Moguntinus, *Dietherus* de *Iſenburg*, Dominus in Büdingen, *Nicolaus* Aduocatus Hunoldſteinenſis, *Henricus Leubing*, Cancellarius, ac *Dammo* de *Gundersdorff*. *V. cod. Dipl.* Vt adeo corrigendi hic veniant, qui in annum ſequentem id proferunt, annalium Treuirenſium ſcriptores, *Kyriander* & *Brovverus*, ille, part. XV p. 244, iſte, lib. XIX § LX p. 280.

3) Commiſit autem ipſi partes has ad dies vſque vitæ; ſicuti iidem ſatis clare innuunt teſtes, dum in litteris modo dictis ita pergunt; *Alſo hat vnſer Herr von Menze vnſerm Herrn von Triere in derſelben maſs geredt vnd zugeſagt vnd verſprochen, yne von der Canzelie nit zu entſetzen, die er ime dan izunt, als vorgeſchrieben iſt, bevolen* &c.

4) Cæſari dein, ſeſe Archicancellarii per Germaniam munia in aula Imperiali obeunda

Iacobo

v. cod. Diplom.

Iacobo detuliſſe, litteris Moguntiæ ipſo D. Petri Apoſtoli die datis reuerenter ſignificauit, rogans ſimul, velit illum Fridericus ad ea clementer admittere.

v. cod. Diplom.

5) Petenti Cæſar annuit, vti reſponſoriæ Neoſtadii die Mercurii poſt D. Iacobi memoriam ſignatæ docent. Iacobus vero anno ſequenti Theoderico, Saturni poſt diem Dorotheæ Virgini feſtum, quam explicatiſſime cauit, id ſine præiudicio vel derogatione iuris ipſi ſucceſſoribusque in Sede Moguntina proprii futurum.

Benedictinos archidiœceſis Conuentib9 Ordinis extra prouinciam indictis haud vult intereſſe.

6) Interea loci Abbates cœnobiorum D. Benedicti inſtituta in terris Ducatus Brunſuicenſis, vulgo tum *ad Leinam* dicti, nec non Epiſcopatuum Hildesheimenſis, Paderbornenſis, Verdenſis, & Halberſtadenſis ſequentium, litteris quibusdam obreptiue latenterque a Concilio Baſileenſi obtentis nixi, contra antiquam conſuetudinem a Capitulis ſiue comitiis Ordinis Moguntinenſi in prouincia nuper celebratis ſe retraxerant; contra vero interfuerant conuentui in monaſterio S. Ioannis Baptiſtæ extra mœnia Magdeburgenſia in monte nuper coacto; quin nec diſſimulabant, in poſterum etiam ad eos, qui vel in Magdeburgenſi, vel Bremenſi haberentur prouinciis, ſeſe venturos. Quæ res cum in manifeſtum Sedis Moguntinæ contemptum vergeret, Theodericus, ab ſe iam in tuendis eccleſiæ ſuæ iuribus acris prorſus ac vigilantis ingenii, tum vero a Suffraganeis ſuis, ac Capituli nuper in prouincia Moguntina celebrati Patribus rogatus, Hildeshemenſem, Paderbornenſem, Verdenſem, & Halberſtadenſem litteris Aſchaffenburgi die Aprilis X datis grauiter ac ſerio commonuit, vt quam accuratiſſime iis interdicant, ne poſthac veterem migrent morem, & id genus congreſſibus extra prouinciam Moguntinam interſint.

v. cod. Diplom.

litem Helfſteinii cum Leiningenſi ad ſe reuocat & decidit.

7) His alioqui diebus *Emichonem*, Comitem Leiningenſem ad forum Burggrauiatus Norici prouinciale vocarat *Vlricus*, Comes Helfenſteinius. Materia litis erant bona quædam, quæ *Emicho* a matre, auiaque relicta hereditatis adierat iure tituloque. Atenim vero, quod is nexu beneficiario Sedi Moguntinæ obnoxius eſſet, cauſſam Theodoricus ad ſe reuocabat. Quippe inter Principum Electorum priuilegia, vt alibi iam notatum, eſt, Vaſallos ſiue Clientes eorum ad iudicia tum prouincialia, tum alia haud euocandos eſſe; ſi qui vero quapiam de re compellandi veniant, in ius vocandos apud Electorem, cuius ſint Vaſalli *. Atque adeo Theodericus vtrique diem dixit, Lunæ ſcilicet poſt D. Kiliani ſollemne Benshemii obeundum. Ad quem cum vadimonii cauſſa adeſſent, lata ſtatim litem decidit ſententia; quæ quidem eodem adhuc die publicis conſignata fuit litteris.

* Conf. *Codicem Diplomaticum Palatinum* n. CXLI p. 91.

Hôchſtl familiam Antonitarum plantat.

8) Enimuero, cum ſingulis in diœceſi ſua religioſorum ſocietatibus bene, honeſtiſſimeque cuperet, tum maxime animo in B. Confeſſoris *Antonii* familiam erat ſingulari; quem vt hoc luculentius teſtatum faceret, Hôchſtl & domicilium ei attribuit, & ædem loci parochialem, iuxta cum omni iure, prouentuque; ad hæc domum ſocietatis Roſtorfenſem eidem in perpetuum adunauit, adiectis, vnde ſibi victum hoc melius faciliusque fratres compararent, agris, pratis, cenſibus, aliisque bonis quamplurimis. Factum id Aſchaffenburgi, die menſis Septembris XXI, vt ex tabulis, quas in codice Diplomatico dedi, fuſius liquet.

baſilicam Ingolſtadenſem ad B. V. iuſſu Cæſaris in tutelam ſuſcipit.

9) Ceterum haud ita multo ante *Ludouicus*, Boiariæ Dux Comesque Mortaniæ, cognomento *Barbatus*, Ingolſtadii baſilicam, vulgo tum *zur ſchönen Marien* dictam *, condiderat, largeque ditatam Cæſaris commiſerat patrocinio. In quod cum eam vna cum domo præbendali nouo (*dem nuvven pfrunthus*) Fridericus ſuſcepiſſet, conſtituit, qui rationem illius ſtudioſe haberet, Cancellarium ſuum, *Conradum*, Viennæ ad D. Stephani Præpoſitum, eoque decedente vnumquemque in Cancellariæ Imperialis dignitate ſucceſſorem (*vnd eynen yden nachfolgenden zu zyten in dem Rich Canzlar*) Sedenim perpenſo magis, qui tum erat, rerum in Boica ſtatu, conſultius iam ducebat, Sedis Moguntinæ eam concredere fidei. Nec mora; Theoderico eam litteris Græcii Lunæ, quæ feſtum Michaeli Archangelo diem tum præceſſit, ſingulari commendabat ſtudio cum tuendam, tum omni conſeruandam cura; vt tamen liberam ei relinqueret facultatem, ſi quidem res ita exigeret, alium adſerendæ iſti vindicandæque ſubſtituendi. Quam ipſe procurationem libens in ſe recepit, ac *Heluico de Boppardia*, Decretorum Doctori, Decano Veſalienſi, ſuoque Cancellario, vicaria opera obeundam anno ſequenti MCCCCXLII ſummo ſtudio demandauit. Produnt id tabulæ hac de re Aſchaffenburgi Lunæ poſt dominicam *Innocauit* confectæ.

v. cod. Diplom.

* *Conf.* Auentinus *lib. VII annal. cap. XXV § XXI p.* 792.

Ochſenfurti recipit homagium.

10) Inde dominica, quæ proxime ſequebatur, *Reminiſcere* dicta, Ochſenfurtum, quod Sedi Moguntinæ non ita pridem a Capitulo Herbipolitano pignori oppoſitum fuerat, vna cum Abbate Fuldenſi conceſſit, vt ciues imperii iuxta atque obſequii vinculis ſibi adſtringeret, deuinciretque. *Friſeus* l. d. cap. XXX p. 789.

Acconenſi in eccleſia Wirzburgēſi functiones pontificales committit.

11) Ibi cum eſſet, *Hermanno*, Epiſcopo Acconenſi, in iſta cleri principis cum Sigiſmundo Epiſcopo diſſenſione, feria ſecunda poſt dominicam modo dictam, auctoritate Archiepiſcopali poteſtatem conceſſit, in eccleſia Herbipolenſi, eiusque diœceſi ſacros conferendi ordines, chriſma item conſecrandi, ceteraque iura pontificalia exercendi, ne per dies iſtos, quibus cæleſtis bona gratiæ per id genus ſacramenta offerri, percipique eccleſiaſticus poſceret vſus, neglectos ſe queri poſſint, qui forte per vrbis agrique parœcias iſta conſequendi pio concitati forent ſtudio.

Epiſcopatus Wirzbur-

12) Vt adeo miſer omnino rerum Wirzburgenſium tum fuiſſet ſtatus, ni Theodericus

cus

ſenſis cauſſam agit. cus ſua vigilantia rationibus illarum prouidiſſet, cum maxime, quod ipſis hiſce diebus *Albertus* Marchio Brandenburgicus ſe magnos ſumtus Sigiſmundi cauſſa feciſſe queſtus, duo & viginti florenorum millia a Sexuiris, quibus Epiſcopatus adminiſtratio commiſſa erat, exigeret. Nouis enim res hæc materiem præbere poterat motibus. Quo minus autem daret, conſulte præcauendum rebantur cum alii, tum in primis ipſe rurſum Theodericus. Dictus igitur, quo Wirzburgi inter partes ageretur, dies. Erat is dominica poſt ferias paſchales prima. Ea vbi affuit, ipſe, vti operam ſuam vtrique parti prolixe detulerat, ita præſens re ipſa præſtare conatus eſt, quamquam tum nihil ad rei ſummam profecerit. *Friſius* l. d. cap. XXXIV in *Godefrido* p. 790.

coronationi Cæſareæ intereſt, 13) Hunc Fridericum, regali diademate ornandum, honoris ergo Aquiſgranum deduxit, ſollemnibusque, quæ die XVII Iunii Colonienſis peragebat Præſul, magna interfuit dignatione. *Gerhardus* de *Roo* lib. V hiſtoriæ Auſtriacæ p. m. 172, *Müllerus* l. d. cap. VI § IV p. 77.

Francofurti regalia ab eo impetrat. 14) Illis finitis Cæſarem ſecutus, Francofurti vna cum ceteris ſaluti publicæ conſuluit in Comitiis, ipſoque die Apoſtolorum in diuerſas orbis partes diſcedentium memoriæ dicato, iura regalia quanta maxime par fuit cæremonia (*mit ſchonheit vnd zieret, als ſich das gebüret*, vt in publicis hac de re tabulis eſt) a Friderico tum petiit, tum impetrauit.

priuilegia Auſtriaca conſenſu ſuo firmat. 15) Viciſſim ipſe, Iouis poſt diem aſſumptæ Virgini matri ſacratum, ſua Cæſari, domuique Auſtriacæ probauit officia. Quippe inſtrumento, quo Fridericus vetera Cæſarum ac Imperatorum priuilegia Auſtriacis conceſſa, luculenter admodum confirmauerat, ſuo robur adiecit conſenſu. Vid. diplomata & documenta, quæ *Aeneæ Siluii* de Friderico III hiſtoriæ ſubiunxit *Boeclerus*, p. 13.

Norimbergenſibus Comitiis intereſt. 16) Poſt Norimbergam, quo Cæſar nouum Principibus conuentum indixerat, profectus eſt, & de componendo, quod eccleſiam mire deformabat ſchiſmate, pro ſingulari, quo in rem publicam ferebatur ſtudio, omni egit diligentia. Conf. *Roo* l. d. p. 173.

a Philippo & Engelberto Naſſouiis impugnatur. 17) Cauſſabatur tum *Philippus*, Comes Naſſouio-Saræpontanus, ſe ſæpius iam tum ore tum ſcriptis queſtum eſſe, quantum miles Moguntinus, itinere in Comitatum Diezenſem nuper facto, ſibi ſuisque rapinis, incendio, aliisque id genus iniuriis intulerit detrimenti; nec tamen inter hæc æqui vel iuſti quid impetraſſe; nec cunctatus, cum ad id vſque temporis in Conſiliariorum Moguntinenſium fuiſſet numero, & his ſponte ſe abdicabat muniis, & ſimul litteris Mercurii poſt diem Aegidio in faſtis ſacrum datis, Theoderico hoſtilia minabatur. Idem eodem tempore faciebat *Engelbertus* Naſſouiæ & Viandæ Comes, de quo ſupra. Quorum quidem conatibus vt occurreret Theodericus, nil fecit reliqui.

cum Haſſo perpetuum init fœdus. 18) Vt igitur hac parte, quæ belli erant, ſpectabat, ſic item altera, quæ pacis; quandoquidem paucis poſt diebus cum *Ludouico*, Haſſiæ Landgrauio, ſublatis prius litium omnium cauſſis, perpetuum idque arctiſſimum amicitiæ mutuique auxilii fœdus iniit, tabulis, quibus id conſignabatur, Fridbergæ die Mercurii D. Martini ſollemnitatem ſubſecuto, confectis. Edit. I p. 875

litem Brandenburgenſ. cum Wirzeburgenſibus componit. 19) Interea etiamnum feruebat lis de nominibus, quæ Brandenburgenſis Sigiſmundi cauſſa ab Herbipolenſibus exigebat. Vt ad concordiam tandem reduceretur, ſub anni finem arbitri delecti, *Godefridus* Pincerna Limburgenſis, Epiſcopatus Wirzburgenſis recens conſtitutus Prouiſor, *Conradus* Dynaſta Winſpergenſis, &, primo quidem loco, *Theodericus*. Quorum opera Mergenthemii res hæc ipſis D. Luciæ feriis ad æquitatem redacta. Summam compoſitionis tum factæ habet *Friſius* l. d. cap. XXXII p. 808.

Dalwichium & Hertingshuſium compeſcendos ſtatuit. 20) Anno poſtero, qui poſt Virginis Deiparæ partum fuit MCCCCXLIII, tranquillitatem publicam, de qua ipſe tam ſollicitus ſemper erat, ſemel atque iterum turbabant *Reinhardus de Dalwvich* ſenior, & *Fridericus* de *Hertingshuſen*. Quos vt in ordinem redigeret, caſtra *Nuvvenburg* & *VVedelberg*, quæ in ſua habebant poteſtate, ipſe ſtatuit expugnanda. Nec moratus, ſui rationes conſilii communicat cum Ludouico Haſſiæ Landgrauio. Cui cum hoc minus improbarentur, quo magis rei communi videbantur vtiles, de expeditionis modo ſineque tractatum eſt. Conuenit autem inter eos, conſociatis viribus vtrique obſidionem inferendam eſſe. *Nuenburgum* captum Theoderico ſoli ceſſurum; *VVedelbergam* vtrique pro dimidia parte: neutrum vero Dalwichio & Hertingshuſio vnquam reſtituendum. Acta hæc Iouis ante dominicam, cui nomen a *Lætitia*.

21) Sequenti tamen (MCCCCXLIV) ira, quam aduerſus eos diſtrinxerat, preſſa ſpatium animo, locumque dedit reconciliationi. Delecti igitur ab vtraque parte arbitri, *Hermannus Riedeſel*, Mareſchallus Haſſiæ hereditarius, *Philippus* de *Cronenberg*, Præfectus Olmenſis, *Sittichius* de *Berlepſch*, Satrapes tractus ad Loganam, & *Ioannes* ab *Erlenbach*, Vicedominus Aſchaffenburgenſis: quorum in auctoritate ſe futurum his, Iouis poſt diem virginis Deiparæ purificationi ſacratum, *Dalwvichius* ſpopondit conditionibus; caſtro Amelburgenſi, vel, eo armis ſubacto, Höchſtenſi, in quod ſe tum conferre velit, ſeſe nec exceſſurum, nec quoquam pedem moturum, donec feciſſet indicatum.

Ordinationē Canonicorū ad D. Bartholomæi Francof. de Plebano ordinario conſtituendo ratam habet. 22) Francofurti tum parochialis erat vnica, Collegialis nimirum ad *D. Bartholomæi*; quam quidem hactenus quidam e Canonicorum ad eam numero ſacris curauerat officiis, idque gratis ac ſine ſtipendio. Enimuero, cum neminem illorum fugeret, dignum eſſe operarium mercede ſua, viſum tandem, beneficium primo quoque tempore vacaturum Plebanatui ſiue muneri parochiam Curionis vice adminiſtrandi, adſignare, in perpetuumque attribuere: ei vero in poſterum e Collegio ſuo neminem alium præficere, niſi qui in academia quadam publica celebrique integro biennio

Edit. I p. 875

biennio ſacris ſtudioſe ſe dederit litteris, ac ad ſummos in Theologia aut iure Canonico honores vel iam adſpirarit, vel minimum eosdem petendi conſecutus ſit licentiam. Qua mente cum eſſent, *Ioannes Schvvert*, Monaſterienſis, Moguntiæ ad D. Stephani Scholaſticus, curiæque Archiepiſcopalis eccleſiaſticæ Iudex, canonicatu, quo in Collegiali hacce fruebatur, hunc in finem ſe deceſſurum, pie ſane, liberaque pollicebatur voluntate. Supererat, vt Archiepiſcopi accederet conſenſus; quem cum flagitarent, Theodericus, quo in rebus eccleſiarum curatius inſtruendis ornandisque erat ſtudio, opido quam libens annuit, ac amplo diplomate Aſchaffenburgi die X Aprilis edito, id omne ratum habuit, ſciuitque.

Cauſam Winſpergenſi cognoſcit.

23) Dein feria poſt dominicam *Quaſimodogeniti* dictam prima ibidem tribunal conſcendit, ius dicturus *Conrado*, Dynaſtæ Winſpergenſi, qui diem dederat bonorum Falckenſteinio-Münzenbergicorum heredibus, *Bernhardo* & *Ioanni*, Comitibus Solmenſibus, *Godefrido*, Domino Epſteinenſi, & *Eberhardo*, Domino Epſteinenſi ac Kônigſteinenſi, Sedi Moguntinæ clientelari fide obſtrictis, poſtulans, vt adigerentur ad explicanda tandem iſta decem millia marcarum auri, ſibi pridem per ſententiam fori Cæſarei Rotwilenſis ex opibus Falckenſteiniorum relictis attributa. Adſidebant iudicio *Hermannus*, Abbas Fuldenſis, *Cuno*, Abbas Seligenſtadenſis, *Ioannes Flach* de *Schvvarzenberg*, Cuſtos, *Volpertus* de *Ders*, Scholaſticus, *Ioannes* de *Lindau*, *Conradus Ravv*, ſenior, & *Richardus* de *Oberſtein*, Canonici Moguntini; *Ioannes* de *Svvalbach*, Ordinis D. Ioannis Melitenſis Eques, Commendator in Weiſſel, *Henricus Lenbing*, Iuris Cæſarei Doctor, Canonici Licentiatus, Cancellarius; *Georgius* Comes *de* Wertheim, *Reinhartus* iunior, Comes *de* Hanau, *VVilhelmus*, Comes *de* Wertheim, *Philippus* Comes *de* Rhineck, *Vlricus* Dominus *de* Bickenbach, & *Philippus* Pincerna *de* Erpach; *Philippus* de *Cronenberg*, *Eberhardus* de *Riedern*, & *Conradus* de *Franckenſtein*, Milites; *Zürich* de *Stetten*, *Henne* de *VVaſen*, *Ioannes* de *VVittſtatt*, ſenior, *Ioannes* de *Erlenbach*, *Ioannes Schelm* de *Bergen*, *Franco* de *Cronenberg*, iunior, *Conradus* de *Remrode*, & *Bernhardus* de *Svvalbach*.

de moneta ferienda cũ Electoribus Rhenanis agit.

24) Commerciorum porro tum ineundorum, tum miſcendorum adiumento, cum Collegis Electoribus Rhenanis, *Theoderico* Colonienſi, *Iacobo* Treuirenſi, & *Ludouico* Palatino de moneta aurea, argenteave, maiori & minori, pari pondere, valore, forma, & figura (*vff glichen ſtalen vnd maniere*) ſex proximis annis cudenda Bingii Lunæ poſt D. Georgii memoriam peculiarem iniit conuentionem; ex qua, cum noſſe expediat, quæ rei nummariæ tum facies fuerit ac ratio, nonnulla huc adferre, iuuabit. Sic autem ibi; *Sol iglicher halten einen —— Münzmeiſter, —— ſchlagen güldene, dern iglicher halten ſol 19 grait fynes goldes vſſer dem rcymunt, ſunder remedium, vnd mit dem ſtriche glich ſin der nadlen, vnd derſelben guldinen ſchön gemacht vnd bereit, ſollent hundert vnd nit mee 1½ Colliſche margk gevviegen geen. VVir vvollen vch ——— muntzen VViſſphenige, die da halten 8 phenige konig-ſilbers, vnd ſollent ſolicher VViſſphenige vviſs, ſchon gemacht vnd ganz vſſbereit, hundert vnd zvvelff, vnd nit mee, ein Colliſche margk vviegen. ——— Deſglichen ſollen vvir vch munzen halbe VViſſphenige vnd Drylinge, glich gut an ſilber, als die VViſſphenige, vnd ſollent der halben VViſſphenig 200 vnd 24, vnd der Drylinge 428, vnd nit mee vff ein Colliſche margk geen. Dazu ſollen vvir vch Heller munzen, die da halten funſten halben phenig fins ſilbers, vnd der ſollent zvvem vnd funfzig 1 loit vviegen, vnd 12 der obgerurten VViſſphenig einen gelten ——— vnd daſs vnſer Muntzmeiſter ſolichs deſto bas mage zukommen, ſo ſollen vvir zu keinen ſilbernen muntzen ſchleſchatze nemen* &c.

caſtra Hundeſruck & Woldenſtein expugnat.

25) Interea temporis *Conradus* de *Hoheſtede* & *Conradus* de *Schvvichelde*, genere magis nobiles, quam virtute, dum rapto viuere aſſueuerant, crebris incurſionibus agrum Moguntinenſem, Hildesheimenſem, ac Brunſuicenſem reddebant infeſtum. Sedenim ſuorum vicem acriter Theodericus vltus eſt. Cum *Magnus*, Hildeſienſium Antiſtes, *Otho* Brunſuicenſis, Friderici filius, ac patre *Erico* nati *Henricus* & *Erneſtus*, illatam ſuis iniuriam ferro perſequendam ſtatuiſſent, ipſe abiecta omni mora in eandem iuit ſententiam. Copiis igitur contractis caſtra illorum *Hundeſruck* & *VVoldenſtein* obſident, expugnant: tum vero data ſibi inuicem fide ſtatuunt, propulſandis iſtis, ſi forte animis ſumtis vni alteriue bellum facerent, ſe, velut in communi periculo, conſilia opes operamque iuncturos. Acta hæc dominica antecurſoris Chriſti natalem ſubſecuta.

vt Agrippinenſis iuri ſuo in Paderbornenſi eccleſiam renunciaret perficit.

26) Qua alioqui vigilantia in vindicanda metropoli ſuæ eccleſia Paderbornenſi excubuerit, ex ſuperioribus conſtat. His addas, quod hac ſua in tuendis pontificatus ſui iuribus fide diligentiaque perfecerit, vt eodem hoc temporis tractu *Theodericus* Agrippinenſis, Collegii Colonienſis conſenſu, iuri, quod in Paderbornenſem acquiſierat, formula publica, die Martis ante feſtum Viſitationis Mariæ edita, ſollemniter in perpetuumque renunciarit.

ad Comitia legatos mittit,

& poſt ipſe venit.

27) Indixerat Cæſar ordinis vtriusque Principibus conuentum Norimbergæ habendum. Vbi conueniendi tempus affuit, miſit eo, domi ipſe rebus eccleſiæ ſuæ moderandis, & ab Armeniacorum Aſſariam perſtrepentium incurſionibus tuendis inſiſtens, Legatos, qui cum aliis conſulerent de re publica. Poſt tamen, Cæſare, vt accederet ipſe, ſibique præſens conſilio adeſſet ac obſequio, inſtante, exigente, boni intuitu publici, cui priuatum poſthabere decreuerat, illuc conceſſit, ac de grauiſſimis, quæ tum eccleſiam, tum rempublicam Germanicam premebant, difficultatibus libere, ſapienterque ſententiam dixit.

Accedat

Aeneas Silvius in litteris ad *Ioannem Gers*, Protonotarium Regis, apud *Mullerum* l. d. cap. XVII § XV p. 226, *Brovverus* l. d. lib. XIX § LXIX p. 282.

Spiram vendit.

28) Norimberga vero vix domum reuerterat, quum publicæ tranquillitatis cauſſa Spiram adſcenderet, de Gallis Alſatia tandem depellendis, vna cum ceteris Principibus abſentiumque Oratoribus conſulturus. Adfuiſſe ibi diſerte memorant Legati Argentoratenſium in litteris apud *Mullerum* l. d. cap. XXI § III p. 263.

Edit. I p. 875

IV Aedificauit Theodericus Algesheimenſe caſtrum. Anno MCCCCXLV inter Ludouicum Palatinum & Theodericum Moguntinum, cui Badenſis & Brandenburgenſis Marchiones opem ferebant, fuit diſſenſio *.

* 1) Diſſenſit equidem cum Ludouico Electore Palatino Theodericus; verum non hoc, quem auctor ſignat, anno, ſed decennio ante; vt ſupra ad § II n. 9 notatum. Ab eo tempore cum eo ſic ſatis amice vixit. Dum *Alberti* Brandenburgenſis & *Caroli* Badenſis opem ſibi deſpondit, non cum *Ludouico* exercuit inimicitias, ſed cum *Friderico*, Ludouici fratre & ſucceſſore; vti ad annum MCCCCLV dicetur pluribus.

cum pluribus fœdus pacifcitur.

2) Quo magis autem periculi, in aſpero illo difficilique temporum articulo, tractui Rhenano impendentis rationes ferebant ac poſtulabant, vt vires in vnum conferrent finitimi Principes; hoc ſtudioſius id Theodericus habebat penſi. Factum hinc, vt anno hoc MCCCCXLV in fœdus ipſe coiret cum *Othone* Comite Palatino Rheni, *Ludouico* Duce Boiariæ & Comite Greisbacenſi, *Ioanne* & *Alberto*, Marchionibus Brandenburgenſibus, *Iacobo* Marchione Badenſi, & *Vlrico*, Comite Wirtembergenſi; qui omnes huc ſua vertebant conſilia, ſuis a finibus vt peſtem illam, perniciemque auerterent. Proditum id tabulis, quæ hac de re dominica poſt anniuerſariam Pauli ad Chriſtum conuerſi memoriam fuerunt exaratæ.

Episcopum Vormatienſem confirmat.

3) Vere ſequenti Wormatiæ *Reinhardum* de *Sickingen* in locum *Friderici* Antiſtitis fato ſuo nuper functi ſurrogarant ædis primariæ Canonici. Supererat, vt quem elegerant, veteri more ac inſtituto ſollemniter confirmaret Metropolitanus. Adeunt ergo Theodericum; qui votis ipſorum haud difficulter reſpondens, *Reinhardum* Ehrnfelſæ die XXVII Iulii laudato cæremoniarum ordine probauit. Interfuere ſollemnitati *Cuno*, Abbas Seligenſtadenſis, *Volpertus* de *Ders*, Moguntiæ ædis maioris Scholaſticus, *Ioannes* de *Lyſura*, Collegiali B. M. V. *ad gradus* Præpoſitus, *Henricus Leubing*, Præpoſitus ad D. Mauricii, *Heluicus* de *Boppardia*, ad D. Stephani Canonicus & in ſpiritualibus Vicarius generalis, *Ioannes Schvvert*, ad eandem D. Stephani Scholaſticus, & curiæ eccleſiaſticæ Iudex. *Fridericus Greiffenclavv* de *Volrats*, Miles, nonnullique alii; omnes ad Theoderici latus ſedentes; tum vero *Bernoldus* de *VVittſtatt*, Decanus Vormatienſis, *Rudolfus* de *Rüdesheim*, Præpoſitus D. Pauli, aliique numero plures, fide digni, vt teſtes ſpeciatim vocati.

Elegerant quidem die Maii XXVIII Ludouicum *ab* Aſt, *I. V. D. & tum ædis cathedralis Præpoſitum. Sed is, ſpatio quatuor hebdomadum ad deliberandum ſumto, poſt menſem honores ſibi delatos reſpuebat. Noua igitur Præſulis deſignando comitia poſt indicta. Ad quæ cum conueniſſent* Bernoldus *de* Witſtatt, *Decanus*, Rudolfus *de* Rüdesheim, *Decretorum Doctor, Præpoſitus S. Pauli*, Ioannes *de* Monte Martis, *Scholaſticus*, Wipertus *de* Franckenſtein, *Cantor, itidem Decretorum Doctores*, Ioannes Ladebaum, Ludouicus Schenck, Dietmarus *de* Dreyſa, *Decretorum Doctor*, Georgius *de* Lapide, Conradus *de* Werd, *Doctor in Medicinis*, Eberhardus Phyl, Ioannes Krieg, Rabanus *de* Menzingen, Ioannes Willich, Reinhardus *de* Heimſtatt, Winandus *de* Siberg, Ioannes Rapolt, *vterque Decretorum Licentiatus*, Conradus *de* Sickingen, *&* Bartholomæus *de* S. Trudone, *Decretorum Doctor, omnes ædis dictæ Canonici, viſum interpoſito valuo compromiſſo ſtare arbitrio* Bernoldi *Decani*, Ioannis *de* Monte Martis, *Scholaſtici, &* Bartholomæi *de* S. Trudone, *qui miſſis dein ſuffragiis Ausſtiekin, vt dictum, ſalutarunt* Reinhardum *de* Sickingen.

Eichſtadenſem itidem.

4) Eadem cæremoniarum dignitate adhibita Aſchaffenburgi die menſis Octobris XXVI *Ioannem* de *Eych*, I. V. D. eccleſiæ Eichſtadenſis Canonicum, & Wezflariæ ædi beatiſſimæ Virginis Mariæ honori dicatæ Præpoſitum, poſt *Alberti* de *Rechberg* exceſſum Eichſtadii ad Epiſcopatus euectum culmen, in frequenti virorum maxime venerabilium, generisque nobilitate clariſſimorum corona, confirmauit.

V Anno MCCCCXLVI Moguntinus Decanus, *Petrus Echter*, aliique Domini, religione adducti, Theoderico perſuaſerunt, vt bonis quibusdam Hôchſtanis, quæ ab Albanis accepiſſet, cederet. Eodemque anno cum Antonianis de aliis quibusdam Francofordiæ contractum reſcidit *.

* 1) Quod rem quandam olim cum Antonianis contractam Francofurti hoc anno reſciderit, mihi ſane haud occurrit. Id vero ſatis liquet, errare auctorem, dum ſcribit, eum *Petri Echteri*, aliorumque ſuaſu eodem hoc anno (MCCCCXLVI ſcilicet) bonis quibusdam Hôchſtenſibus, quæ Albanenſium olim fuerint, ceſſiſſe. Ex iis enim, quæ n. 8 ad § III dicta ſunt, patet, Theodericum ea, conſentientibus *Petro Echtero* Decano, ceterisque maioris domus Canonicis, *D. Antonii* ſodalibus anno MCCCCXLI attribuiſſe. Quibus (vt hoc magis conſtet, auctorem hic allucinatum) addo, *Petrum Echterum* iam anno MCCCCXLII (vt diſerte habetur in epitaphio eiusdem) ſupremum vitæ diem expleuiſſe.

Francofurti Electorum intereſt conuentui.

2) Viſum autem Electoribus, tempore anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii conuenire Francofurtum. In cauſſa fuit Eugenius. Cum enim

enim Treuirenſis & Colonienſis anno ſuperiori alienos ab eo animos oſtendiſſent, is ambos excommunicationis, vt vocant, cenſura notauit, ſacrorumque expertes iudicauit munerum. Sua igitur intereſſe putabant, quantocius coire, & quid, in re tam ardua grauique, conſilii capiendum ſit, prouide diſpicere. Affuit die præſtituto Theodericus, ac id egit, vt quam maxime diceret, quod in rem erat cum eccleſiæ, tum reipublicæ. Quæ tum communi conſtituta fuere ſententia, duæ nobis explicant tabulæ, vno eodemque die, qui Lunæ poſt dominicam *Oculi* fuit, editæ. Alteris nimirum ſtatuunt, mittendos ad Eugenium Legatos, qui peterent, nationis Germanicæ tolleret onera, & auctoritatem Conciliorum, ſecundum ſynodi Conſtantienſis decretum, profiteretur: quod ſi poſtulatis haud annueret, tum in Amadei, quem *Felicem V* appellabant, obſequium transeundum. Alteris nouo ad mutuam concordiam, defenſionemque ſe obligant fœdere. Vtrasque, iure iurando conceptiſſimis verbis interpoſito firmatas, habet *Müllerus* l. d. *illas*, cap. XXIII § 3 p. 278 & ſeq. *iſtas*, cap. XXIV § 13 p. 305 & ſeq.

Albertum Auſtriacum cum Ciuitatibus Heluetiis compoſuit.

3) Hæc inter odiis adhuc armisque inter ſe commiſſi erant *Albertus*, Auſtriæ Dux, Tigurinis tum ſociatus, ex vna, & Heluetiorum Ciuitates (*Schulteis, Rat, vnd gemeine Burger zu Berne, Solleturn, Lucern, Lantman vnd Lantlute zu Vre, zu Schvvize, Vndervvalden oben vnd niden dem Hernvvalde, Amman, Rate, vnd Burger der Stat Zueg, Glaris, Appenzel*) ex altera parte. Vt poſitis iis in concordiam redirent, omni ſtudiorum contentione laborabat *Ludouicus* Rheni Palatinus, Elector. Idem precibus vrgebat Treuirenſis: cum maxime vero *Theodericus*. Quorum etiam opera tandem ita proceſſit negotium, vt Conſtantiæ de bello componendo agi inciperetur. Pacificatum a *Theoderico* miſſi aderant Legati *Dietherus* de *Iſenburg*, Dominus *in* Büdingen, nec non *VVipertus* de *Helmſtatt*, aulæ Præfectus; a *Ludouico* vero, *Eberhardus* de *Stetten*, Magiſter Ordinis Teutonici, *VVilhelmus* Comes *de* Wertheim, *Crato de* Hohenloe, *Georgius* Dominus *de* Ochſenſtein, *Ludouicus* ab *Aſt*, Præpoſitus Wormatienſis, *Fridericus* de *Flersheim*, *Vlricus* de *Menzingen*, Miles, *Henricus* de *Fleckenſtein*, *Ioannes* de *Gemmingen*, *Dietherus* de *Siekingen*, *Vlricus* de *Ratſamshauſen*, *Vlricus* de *Roſenberg*, *Michael* de *Mosbach*, & *Petrus* de *Dalheim*; ab Epiſcopo *Baſileenſi*, Ciuitatibusque *Argentoratenſi*, *Auguſtana*, *Norimbergenſi*, *Conſtantienſi*, & *Vlmenſi* alii: quorum ſtudio & labore die Iouis poſt almæ Pentecoſtes ſollemne res, inducta irarum noxarumque obliuione, tranquillum in locum rediit.

ſodus contra prædones ſancit.

4) Quæ vero Germaniæ tum erat infelicitas, itinera paſſim obſidebat, ac prædationibus quam infeſtiſſima habebat innumera hominum vagorum ac per latrocinia & rapinas vitam tolerantium multitudo. Quæ cum in dies creſceret, omnibusque metuenda eſſet, vt perniciosiſſimum hoc hominum perditorum genus iunctis diſſiparent viribus, ac prouinciis ſuis exturbarent, enitendum ſibi ſtatuebant Principum plurimi; in his primo facile loco, pro ſuo in tuenda ſecuritate publica ſtudio, Theodericus. Hinc ſocietatis, auxiliique contra eos mutui fœdus initum; cui præter *Ludouicum*, Rheni Palatinum, Principem Electorem, *Albertum* Ducem Auſtriæ, *Othonem* Mosbacenſem, *Ioannem* & *Albertum* Marchiones Brandenburgenſes, *Iacobum* Marchionem Badenſem, *Ludouicum* & *Vlricum*, fratres, Comites Wirtembergenſes, & ipſe nomen dedit. Res acta Schorndorfii, in agro Wirtembergico, Mercurii poſt diem D. Vlrici ſacratum honori.

fraternitatem corporis Chriſti Salfelda inſtitutam confirmat.

5) Ceterum ſuperiori anno *Salefelda*, quod oppidum Thuringiæ haud ignobile eſt, quidam pietatis incenſi ſtudio in ſacram quandam coiuerant ſocietatem. Vocabatur illa *fraternitas pretioſiſſimi & excellentiſſimi corporis D. N. I. C.* Finis erat, vt honori & cultui ſacratiſſimi corporis Chriſti hoc magis intenderent; qua etiam de cauſſa, certo de rebus ac poſſeſſionibus ſuis cenſu ad id deſtinato, conſtituerant, in poſterum quot hebdomadibus, feria ſemper quinta, in æde D. Ioannis Miſſæ de ſacramento Euchariſtiæ officium ſollemniter a fratribus decantandum; id ipſum vero in ſpectabili quadam ac pretioſa arcula in ara ponendum, collocandumque, nullo velamine obtenſo, vt ita præſentium oculis bene diſtincteque ſubiiceretur (*in notabili*, vt verba diplomatis habent, *& pretioſa Monſtrantia, ita & taliter, quod viſibiliter & apparenter oculo ad oculum nullo velamine appenſo cerni poterit atque intueri*) Hanc ſodalitatem vt ſua Theodericus ſtabiliret auctoritate, fratres petebant. Qui haud ingratam ſibi eorum pietatem eſſe teſtatus, inſigni diplomate, Francofurti die XVIII Septembris dato, eandem non confirmauit ſolum, verum etiam aliquot dierum indulgentiis ad noxæ leuioris piacula liberaliter additis cohoneſtauit.

in conuentu Francofurtenſi partes Eugenii ſub certis conditionibus accedit.

6) Reuerſis interea, quos ad Eugenium Septemuiri miſerant, Legatis, nouus, vt conſtitutum erat, Francofurti coactus Principum Electorum, aliorumque vtriusque ordinis Procerum cœtus. In quo cum noſter, ab Aenea inductus Siluio, de priſtino conſiliorum deflexiſſet curſu, factum, vt Germania denique manus daret, & Eugenium ſeſe ſecuturam profiteretur, ſi, quemadmodum per *Ioannem Caruaial* & *Nicolaum Cuſanum* ſpem fecerit, vniuerſale Concilium tempore opportuno in vna ex quinque vrbibus nuper denominatis ſe celebraturum promitteret; tum vero Baſileenſis ipſe Concilii decreta laudaret, rataque & firma ſciſceret, quæ ſalubriter Patres ordinaſſent; & tandem nationis Germanicæ tolleret onera. *Gobelinus* lib. I commentarior. Pii II p. 12; *Moguntinus, qui fœderi aliorum Electorum & pro ſe & pro Friderico Brandenburgenſi ſigillum appenderat, rogantibus Oratoribus Cæſaris, vt ſententiam mutaret, non erat inuitus, id ſi certa poſſet*

ratione teneri, ne promiſſi violator videretur. Tunc Aeneas bono animo Collegas eſſe iuſſit, quod Moguntino facile ſatisfaceret: noctem ipſe inſomnem duxit, atque ex notulis Principum, ſecundum quas Eugenium litteras dare volebant, alias notulas compoſuit, omni expreſſo veneno, quod Eugenius abhorrebat, ſententiasque omnes extendit, per quas & nationi prouideretur, & Archiepiſcopi reſtituerentur. Quibus peractis eas oſtendi Moguntino iuſſit, ſibique dici, voluntatem Cæſaris eſſe, ſecundum eas notulas Eugenium nationi prouidere; neque dubitandum eſſe, quin illa ex eius Sanctitate poſſent impetrari, ſi rurſus ad eum mitterentur Oratores. Viſa eſt res Moguntino & ſufficiens & iuſta: moxque cum Imperialibus & Archiepiſcoporum Magdeburgenſis, Bremenſis, & Salzburgenſis, & Frederici Marchionis, multorumque aliorum Principum Legatis fœdus iniit, vt notulæ, quas Aeneas confecerat, ſigillis omnium munirentur, mitterenturque Romam. Quod ſentientes Electores, ceterique Principes, animo conſternati, non ſunt auſi contra niti: nationis enim pars maior notulas ſequebatur Aeneæ.

formula, vna cũ aliis, ſubſcribit.

5) Formulæ, de qua *Gobellinus*, Lunæ poſt ſollemnem D. Franciſci memoriam ſubſcripſere; *Theodericus*, *Petrus* Epiſcopus Auguſtanus; *Silueſter* Epiſcopus Chimſeenſis, *Iacobus* Marchio Badenſis, *Albertus* Marchio Brandenburgenſis. Nomine locoque *Friderici* Imperatoris, *Caſpar* Dynaſta Weiſkirchenſis, Cancellarius, *Aeneas Siluius*, Canonicus Tridentinus, *Hartungus* de *Capelle*, I. V. D. Loco *Friderici*, Electoris Brandenburgenſis, *Petrus Knorr*, Præpoſitus Wetzlarienſis, & *M. Fridericus Seſſelmann*. Loco *Friderici* Archiepiſcopi Saliſburgenſis, *M. Fridericus Greve*, Cancellarius, & *M. Ioannes Heſſe*. Loco ſupremi *Ordinis Teutonici* Magiſtri, *M. Andreas*, Parochus Gedanenſis, & *Ludouicus* de *Erlickhuſen*, Præfectus Leippenſis (*Voit zur Leip*) Loco Antiſtitis *Bambergenſis*, M. *Henricus Leubing*, D. Parochus ad D. Sebaldi Norimbergæ, & M. *Ioannes Thavvon*. Nomine Epiſcopi *Paſſauienſis*, *Conradus Bladeck*. Nomine tandem *Conſtantienſis*, *Nicolaus Gundelfinger*, Vicarius in ſpiritualibus.

Lyſuram mittit ad R. Pontificem.

6) Ipſe vero Theodericus conuentu finito ſuo *Ioannem* de *Lyſura* nomine, Legatis ad Pontificem euntibus adiunxit, reuerentiam Eugenio exhibiturus ac obſequium. *Gobellinus* l. d. p. 13, *Müllerus* l. d. § 13 p. 346.

Erfurti Petrenſes reformat.

7) Hoc alioquin anno Erfurti *in monaſterio D. Petri diſciplinam reſtituit, atque reformationis Burſfeldenſis regulas introduxit.* Ita *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. II § XXIII p. 135.

cum Othone Mosbacenſi pacificatur.

8) Principio ſequentis MCCCCXLVII nonnihil adhuc cum *Othone* Mosbacenſi diſſenſit. Sed ipſis mox Theophaniæ feriis Mergenthemii in priſtinum cum eo vſum rediit. Reconciliationis pararii erant *Albertus* Marchio Brandenburgenſis, & *Iacobus* Marchio Badenſis, quorum ille præſens aderat, hic legatos miſerat *Conradum* Pincernam de Erpach, *Ioannem* de *Yberg*, & *Dietericum* de *Gemmingen*. Summa compoſitionis factæ huc redit; Moguntinæ ditionis homines Mosbaci, & Palatinæ Biſchofshemii ac Laudæ in captiuitatem ductos (cuius cauſſa inter ſe diſſidere cœperant *Otho* & *Theodericus*) liberos dimittendos.

Edit. I p. 175

a nouo Pontifice accipit litteras.

9) Eugenii, non longe poſt rebus humanis erepti, in locum menſe Martio ingreſſus erat *Nicolaus V*; qui id Theoderico non ſolum litteris Romæ XII Kal. April. ſcriptis ſignificabat, verum etiam ab eo expetebat, vt in vniuerſa diœceſi Moguntina ſollemnes ſupplicationes cum ſacro Miſſæ, *de Spiritu S.* officio habendas, pro initi ab ſe Pontificatus felici adminiſtratione, decerneret.

V. cod. Dipl.

monaſterii Steinam in eccleſiã mutat collegiatam.

10) Emendandis inde, aliumque in ſtatum conuertendis monaſterii B. M. V. *Steina* dicti, rebus curam impendit. Ordinis id erat D. Benedicti, initiaque ſua referebat ad Ruthardum, Sedis Moguntinæ Archiepiſcopum; tum vero Abbatum negligentia, malaque adminiſtratione ad eas rei familiaris deciderat anguſtias, vt nominibus exſoluendis haud amplius par videretur. Quo ſtatu multis videbatur, ni in Collegialem mutaretur eccleſiam, ac aliunde neceſſariis fulciretur præſidiis, breui interiturum. Hoc Theodericus percepto, putauit acceptius fore Deo, ſi Clericis committeretur regendum, quam ſi penitus peſſum iret, ac in profanos conuerteretur vſus. Statuit igitur, in eccleſiam id euehere Collegialem, & aliorum beneficiorum commodis augere. Quo fine *fraternitatem Calendarum* in oppido ad Werræ & Fuldæ confluentes, cui *Munden* nomen, huc transferendam ducebat. Quod cum ipſe præſens ad exitum perducere haud poſſet, *Hermanno*, Epiſcopo Citrenſi, ſuo per Saxoniæ & Thuringiæ partes in pontificalibus Vicario, nec non *Ioanni* de *Rengelderode*, Præpoſito Iecheburgenſi, litteris Elunfeltæ ipſo BB. Viti & Modeſti die ſcriptis, mandatum dedit, id accurandi.

conuentui Aſchaffenburgenſi intereſt.

11) Menſe Iulio ſequenti, die Margaretæ Virgini ac martyri ſacra, initium habuit conuentus, quem Cæſar Principibus Aſchaffenburgum indixerat; vt illi quidem, qui Eugenio ſe ſubmiſerant, in obſequio erga ſucceſſorem Nicolaum V firmarentur; iſti vero, qui nondum acceſſerant, illius adducerentur ad voluntatem. In hoc Theodericus eadem fuit mente, qua ſuperiori anno in Francofurtenſi, ac Legatis Cæſareis, *Aenea* & *Hartungo*, vtilem in diſſenſionibus animorum penitus tollendis operam præſtitit. *Müllerus* l. d. cap. XXVII § I p. 355 & § VII p. 359.

Herbipolenſem cum Alberto Marchione pacificat.

12) Sub hæc *Albertus*, Marchio Brandenburgenſis, *Godefrido*, Epiſcopo Wirzburgenſi, partim nominum quorundam, partim iudicii eccleſiaſtici cauſſa, bellum moliebatur: Godefridus contra ad id fortiter ſuſtinendum ſeſe parabat, vt *Friſius* pluribus enarrat. Enimuero, cum iam ad vim & manus ſpectare viderentur omnia, pacis ſtudio ſeſe interponebat Theodericus; quo factum, vt compoſitioni litium amicæ locum partes relinquerent.

Edit. I p. 875

quererent. Tranſactum autem in vico ditionis Herbipolitanæ Biebelriet, Lunæ poſt D. Iacobi. A Theoderico aderant *Conradus* Dynaſta Winſpergenſis, *Henricus Leubing*, D. Parochus ad D. Sebaldi Norimbergæ, & *Conradus* de *Franckenſtein*, Eques, Burggrauius Starckenbergenſis; quibus ſe iunxit, miſſus a Norimbergenſibus, *Bertholdus Volckamer*, Senatorii ordinis vir, celebrique apud Noricos gente patritia oriundus. Pacificationis ſummam refert *Friſeus* l. d. cap. XXXVIII in *Godefrido* p. 811.

de ordinatione Godefridi edita ſententiam fert.

13) Reſtabat, vt ipſe, quemadmodum conuentum erat, de ordinatione iudicii eccleſiaſtici, quam *Godefridus* ediderat, ferret ſententiam. Tulit igitur eam anno, qui hinc ſubiit, MCCCCXLVIII Miltenbergæ, &, vtraque parte ſufficienter audita, Veneris ante dominicam *Oculi* appellatam, pronuntiauit, iuri eam æquitatique eſſe conformem, excepto vno capite (quod ſimul mutabat) atque adeo retinendam. *Friſeus* l. d. capite XXXIX p. 811 & ſeq.

vicinos quosdam Principes & Nobiles componit

14) His transactis, domi tempus, negotiorum externorum vacuum, ſibi ſuisque dedit rebus. Ne tamen annum prorſus finiret in otio, fecere, qui tum inter ſe contendebant, vicinorum quidam, *Stephanus*, Comes Palatinus Rheni, qui Biponti habebat ſedem, *Fridericus* itidem Rheni Palatinus, *Iacobus* Marchio Badenſis, Comitatus Sponheimenſis Domini, *Albertus* de *Bervvangen*, *Ioannes Stumph* de *Simmern*, *Conradus Phylm* de *Vlnbach*, & *Nicolaus Ruſſe* de *Ovvyler*, ex vna; ex altera vero parte *Ioannes Hirt* de *Schöneck*, ſuo, *Ioannes Hirt*, filii nomine, *Ioannes* de *Rulingen*, Dominus in Siebenborn & Dachſtul, Eques, & *Ioannes* de *Dhern*. Hos enim in concordiam vt reuocaret, tranquillitatis publicæ ſtudio ac amore, habebat penſi. Diem igitur iis dixit: quo cauſſa Aſchaffenburgi diſcuſſa, dominica poſt D. Franciſci in gratiam eos e diſcordia reduxit.

Rotenburgenſibus & Halenſibus bellū indicit

15) Vt arma anno ſequenti MCCCCXLIX indueret, cauſſam præbuerant ciues vrbis Imperialis *Rotenburgenſis* ad Tubarim, in finibus Franconiæ, & *Halenſis* ad Cocharum in Sueuia. Ii quippe, animo elati, caſtro oppidoque *Nuvvenſels*, quod iuris erat Moguntini, haud parum dederant damni, nec, quamuis ſemel atque iterum moniti, ſe paratos demonſtrabant ad ſatisfactionem de iniuriis illatis præſtandam. Indixit autem ipſis bellum litteris dominica poſt ſacram decollati Ioannis Baptiſtæ memoriam Aſchaffenburgi ſignatis. Quod vt eisdem hoc maiore vi inferret, in adiutorium ſibi adſciuit *Antonium* Epiſcopum Bambergenſem, *Stephanum* Comitem Palatinum Rheni, Ducem Boiariæ, *Othonem* Moſbacenſem, *VVilhelmum* Ducem Saxoniæ, *Ioannem* & *Albertum*, Marchiones Brandenburgenſes, *Iacobum* Marchionem Badenſem, nec non *Vlricum* Comitem Wirtembergenſem.

Norimbergēſibus itidem.

16) Ex his quum *Alberto* Marchioni tum temporis cum Norimbergenſibus bellum interecederet, Theodericus, ſocii adiuturus partes, eisdem ſe quoque hoſtem Veneris poſt B. M. V. natalem miſſis profeſſus diffidatiis eſt.

ſacellum oppidi Steinheim in parochialem euehit.

17) Interim tamen de eccleſiæ rebus procurandis nil quicquam conſueti remiſit ſtudii: quod vel oppidani Steinheimenſes commodo ſuo fuere experti. Erant ii parœciani eccleſiæ in villa cognomine haud procul adiacente. Turbulentis autem iſtis temporibus ſacris vix ſine periculo intereſſe poterant. His vt eos moleſtiis leuaret, ſacellum oppidi, tabulis Aſchaffenburgi die Octobris XXI editis, in parochialis euexit dignitatem, tranſlatis in iſtud omnibus vicinæ illius iuribus ac priuilegiis. Conſenſere, quos res iſta tangebat, *Cuno* Abbas Seligenſtadenſis, Collator, vt vocant, *Conradus Bez*, parochialis Curio, ſacellique oppidani Rector *Hartvvinus Trutman*.

Vnionem confirmat Burſfeldenſem.

18) Ceterum eodem hoc anno celebrem illam & tantopere laudatam cœnobiorum Ordinis D. Benedicti quamplurium ſocietatem, ad ſtatum monaſticum ſecundum Burſfeldenſis aſceterii diſciplinam formandum initam (*Vnio Burſfeldenſis* vulgo appellatur) *pro vniformi regularium inſtitutorum obſeruatione* confirmauit. *Leuckfeldius* antiquit. Burſfeldenſ. cap. II § XV p. 44.

cum Rotenburgenſibus & Halenſib⁹ pacem facit.

19) Poſtero, qui Chriſti naſcentis MCCCCL fuit, bello cum Rotenburgenſibus ac Halenſibus, de quo paullo ante, finem impoſuit, pactione pacifica Bambergæ Lunæ ante feſtum Ioanni Baptiſtæ diem iiscum facta. Compoſitionis auctores fuere *Godefridus* Antiſtes Wirzburgenſis, *Silueſter* Epiſcopus Chimſeenſis, *Fridericus* C. P. Rheni, Palatinatus tum Adminiſtrator, *Ioannes* de *Nyeperg*, & *M. Vlricus Ryeder*, Cæſaris; *Georgius* Comes Hennebergenſis & *Georgius Fuchs* in *Schvveinshaupten*, Godefridi; *Iodocus* de *Venningen*, Ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam Magiſter, *Heſſo*, Comes Leiningenſis, *Petrus* de *Thalheim*, & *Vlricus* de *Roſenberg*, Friderici Palatini; *Ioannes Thuſtier*, Præpoſitus ædis cathedralis Vratiſlauienſis, Friderici Archiepiſcopi Salisburgenſis; *Otho Pintzenauer* in *Kempnaten* & *Iacobus Puterich* in *Richartshuſen* Alberti Boiariæ Ducis Legati, Adminiſtri, ac Conſiliarii. Conf. *Friſeus* chron. Wirzburgenſ. in *Godefrido IV* cap. XXIII p. 805.

in factas obreptiue beneficiorum, clauſtrorum que incorporationes inquirit.

20) Vſque dudum autem intellexerat, eſſe in diœceſi Moguntina, qui multas, variasque diuerſorum monaſteriorum, clauſtrorum, dignitatum, officiorum, eccleſiarum, beneficiorum, ac altarium incorporationes, vt vocant, ac vniones, neglecto iuris ordine, clam omnino atque obreptiue impetrarint, obtinuerintque. Id prolixius cum ſcire vellet, ac curatiori examine, vt res habeat, explorare, litteris Aſchaffenburgi feriis memoriæ Ioannis Baptiſtæ decollati dicatis, ad Abbates, cœnobiorum Rectrices ſiue Abbatiſſas, nec non Præpoſitos eccleſiarum ac Decanos per ciuitatem ac diœceſin Moguntinam datis, mandauit, vt intra ſexaginta dierum ſpatium, mo-

naſteriis ſuis ac eccleſiis a triginta annis incorporatorum ſiue adunatorum beneficiorum ac officiorum, aliorum itidem clauſtrorum atque eccleſiarum accuratam edant deſignationem, eamque vna cum primigenia ſcriptura litterarum ac tabularum ſuper iſtis confectarum, *Sifrido* Epiſcopo Gyrenenſi, & *Paulo*, eccleſiæ ad D. Ioannis Decano, quibus ipſe negotium hoc commiſerit, ſine vlla fraude aut recuſatione exhibeant.

diſceptationem cũ Magiſtro Ord. Teutonici ſinit.

21) Diſceptabat adhuc, cum annus MCCCCLI orbi chriſtiano illuxiſſet, cum Magiſtro Ordinis Teutonici per Germaniæ & Italiæ partes, *Iodoco* de *Venningen*. Diſſidii cauſſam materiemque pacti conuenti formula hanc nobis narrat, quod Theodericus, dum parœciis, cœnobiis, ſacellis ſuam per diœceſin pecuniæ, quando vſus erat, iubebat ſubſidia (*ſubſidien vnd procuracien*) ea ab iis etiam poſtularet, quæ intra fines Ordinis erant; *Iodocus* vero ab his ea dependi nollet. Sedenim, vt pacifica transactione interueniente ad tranquillitatem aliquando res deduceretur, penſi ipſe habebat; nec abnuebat alter. Ita factum, vt Aſchaffenburgi die Mercurii Fabiani & Sebaſtiani celebritatem ſubſecuto ad pactionem ea veniret.

Francofurtenſes recipit in gratiam.

22) Id agentem ſibi quoque propitiandum cenſebant Francofurtenſes, qui non vno modo ipſius in ſe prouocarant indignationem (*von der geſchicht an dem Abt zu Selgenſtat, vnd an ſinem huß zu Giſelbach, vnd von des Schloſt Rödelheim vvegen begangen*, vt *Dietheri* Iſenburgenſis, ſucceſſoris, litteræ anno MCCCCLIX datæ habent) Haud difficilem ſe præbuit Theodericus; quin amica conuentione Steinhemii dominica *Quaſimodogeniti* facta non reditum modo in gratiam eis aperuit, verum etiam pollicitus eſt, ſe commodis illorum, in prouehendis tuendiſque nundinis, velificaturum, nec permiſſurum, vt ſuis in terris ſcienter receptentur eorum hoſtes.

a partibus Lützelſteiniorum ſtat

23) Ceteroqui tum a cauſſa *Iacobi* & *VVilhelmi*, Comitum Lützelſteinenſium, fratrum germanorum, aduerſus *Fridericum* C. P. Rheni, Tutorem Philippi pueri, Electoratus heredis, animo haud erat alieno. Cum enim ad D. Laurentii ferias dies iſti diſceptandæ Spiram indictus eſſet, non affuit modo, verum etiam ab iis, vna cum Badenſi, Leiningenſi, & Dynaſtis Liechtenbergenſibus ſtetit. *Lehmannus* chron. Spirenſis lib. VII cap. C p. 845.

Synodum celebrat.

VI Synodum, ad prolapſos Cleri populique mores erigendos, conuocauit; quam Pontificis Legatus, Cardinalis ad vincula S. Petri & præſentia & auctoritate ſua confirmauit.

1) Habuit autem eam hoc, quem nunc finimus, anno MCCCCLI, vti auctor lib. I cap. XXXIII p. 142 diſerte notauit, inchoauitque dominica poſt feſtum Martini Epiſcopi. Habitam confirmauit Cardinalis *Nicolaus*, Cuſæ in Treuiris natus, die Veneris, quæ tertia erat Decembris. *Lyſerus* diſſertat. de Conciliis Moguntinis § XXXIX p. 37, *Schmidius* de iiſdem num. XXXV.

de inſtaurandis cœnobii S. Ioannis in Rhingania rebus agit.

2) Inierat autem annus ſalutis inſtauratæ MCCCCLII, cum de collapſo monaſteriorum ſua in diœceſi ſtatu reſtituendo ſeriam ſuſcepit cogitationem. In his ſtatim occurrebat, quod in Rhingauia *D. Ioannis* honori dicatum eſt, & cum in monte ſit ſitum, vulgo *Biſchofsberg* appellatur. Cœnobitæ enim, cum diu ſatis a priſco integritatis vſu dilapſi, ſuo morem geſſiſſent animo, vitiorum & mundanæ contagionis dediti illecebris, tum quidem aliorum incitati exemplo, ad veteris religionis cultum inceperant ſe reuocare: adeſis autem per luxum & negligentiam fortunis in tanta erant egeſtate, vt, ni aliunde ſubleuarentur, vnde victitarent, penitus neſcirent. Quod ſane Theoderico tantæ erat ægrimoniæ, quantæ iſtud iucunditati. Ad pedem montis ſanctimonialium iacebat clauſtrum, *Cluſa* vulgariter dictum: quod reducendæ cœnobitarum in mores ſanctiori diſciplinæ haud parum videbatur officere. Id vt Theodericus vna cum vectigali cenſuque perpetuis illorum vſibus attribueret, transſcriberetque, erant, qui ſuaderent, plurimi, ſic fore perſuaſi, vt his fratres leuentur difficultatibus, ſenſimque reualeſcant. *Rudolfo* igitur de *Rüdesheim*, Collegii apud Vangiones primarii Decano, *Hermanno Roſenberg*, ſuo in eccleſiaſticis Vicario, nec non *Henrico*, monaſterii ad D. Iacobi in monte ſpecioſo Priori, litteris Aſchaffenburgi ſabbato poſt D. Matthiæ ſcriptis, in mandatis dedit, vt in rem, quanta poſſent diligentia, inquirant, & ſi intelligerent, ita, vt dicebatur, eſſe comparatam, tum ipſam accurent ac ad effectum deducant.

de diſciplina item in monaſterio Klingēmünſter reſtituenda.

3) Inde oculos intendit in cœnobium, cui nomen *Klingenmünſter*, ſitum, vt ſuo iam dictum loco, in finibus Alſatiæ inferioris, haud procul Landauia. Subiectum id erat Benedictinæ alumnis familiæ; ſed qui, non ſecus ac plerique alii, a priſtino virtutis deſciuerant tramite, neruoque diſciplinæ excuſſo, vitam agebant legibus, in quas iurarant, prorſus non congruentem. Hos, graui reprehenſos ſermone, ſerio hortatus eſt, vt quantocius meliorem ad frugem ſeſe recipiant, eaque contentione ad priſcum viuendi componant ritum, vt exemplis teſtibus perſpicuum fiat, ad vitæ incorruptæ, modeſtiæque ipſos rediiſſe officia: ad quod, litteris Aſchaffenburgi quarto Aprilis die ſcriptis, trium menſium iis præſtituebat ſpatium atque interuallum.

Cluſam monaſterio D. Ioannis vnit.

4) Enimuero, quæ aliquot ante menſibus *Rudolfo* de *Rüdesheim*, *Hermanno Roſenberg*, & *Henrico* Priori in mandatis dederat, hæc ii diligenter exequenda rati, qua par erat fide de ſtatu *Cluſa* inquiſiuere, perſpectoque, incluſarum & fortunas eſſe attritas, & mores exempli minus recti, nil horum Theoderico celarunt. Qui proin, hoc confirmatior in propoſito factus ſuo, *Luberto* Abbati ad D. Iacobi in monte, *Rudolfo* item & *Hermanno* dictis, nec non *Ioanni Menzer*, Præpoſito Dorlonenſi & Sigilliſero Moguntino, peculiari mandato, Vormatiæ die VII Septembris conſignato,

Edit. I p. 875.

ſignato, commiſit, vt ſine vlteriori mora *Cluſam* memorato *D. Ioannis* in monte monaſterio incorporent ſiue iungant; facta ſimul iis poteſtate, Abbatis ac Fratrum mores denuo inſpiciendi, indignos cœtu eiicendi, contra alios aperta, ſimplice, rectaque vitæ forma introducendi; paucis, quicquid rebus cœnobii expedire viderint, id omne ordinandi, ſtatuendique; Sanctimonialibus vero facultatem dedit, alio ſeſe transferendi. Prolixe fecerunt illi, quæ imperauerat, & ne Rectrici Lucardi (*Luckele* de *Svvalbach*) eſſet, quod quereretur, rem eo deduxere, vt Abbas ei ad dies vitæ annuos quinquaginta florenos ſe depenſurum, ore, manuque Saturni poſt ſacrum ſanctæ Crucis exaltatione diem polliceretur. Conſ. *Trithemius* annal. Hirſaug. ad an. MCCCCLIII, ad quem ipſe, licet non adeo bene, rem profert, p. 425.

cum Mosbacenſibus componitur.

5) Dum hæc agebantur, implicatus erat quodam cum Palatinis Mosbacenſibus, *Othone* ſeniore & *Othone* iuniore, nec non Canonicis Mosbacenſibus diſſidio: cuius componendi gratia *Ludouicus* Palatinus Rheni, Elector, & *Albertus* Marchio Brandenburgenſis olim iam vtrisque diem præfiniuerant, Beſighamii, quod agri Wirtembergici oppidum eſt, obeundum: tum vero, alium, quo anno ſequenti MCCCCLIII Heilbronnæ ad Nicrum adeſſent, nunc indicebat Marchio Badenſis *Iacobus*. Cuius etiam labore illic, re omni diſcuſſa, controuerſiæ Iouis poſt dominicam *Exaudi* finis conſtitutus fuit.

priuilegia Vnioni Burſfeldenſi a Cuſano data confirmat

6) Quanti vero Burſfeldenſis monaſterii faceret diſciplinam; cum alias, tum ſane anno, qui nunc ſequitur, MCCCCLIV fecit teſtatum. Quæ enim *Nicolaus Cuſanus* ſocietatis ſecundum eam initæ Fratribus anno ſuperiori indulſerat priuilegia, hæc ipſe Seligenſtadii, in congregatione Abbatum Ordinis, menſe Maio, propenſa maxime confirmauit, rataque habuit voluntate. *Leuckfeldius* l. d. § XVI p. 45.

Bernhardo Badēſi feuda confert.

7) Ceterum obierat anno præterito Marchio nobis dictus, Badenſis, *Iacobus*, relictis duobus filiis, auiti Principatus heredibus, *Bernhardo* & *Carolo*: qui cum noſſent, caſtrum *VVeiſenſtein* & Præturam *Pforzheimenſem* (das Schultheiſſen-ambt zu Pforzheim) clientelari nexu Sedi Moguntinæ deuincta eſſe, hoc anno inſigni Conſiliariorum & nobilium virorum comitatu ſtipati, Theodericum Pfedershemii adiere: quorum *ille* beneficia dicta ſollemni ritu ſibi conferri reuerenter petebat; *iſte* vero publice teſtabatur, Bernhardo ea a patre in vltimæ voluntatis tabulis fuiſſe attributa. Theodericus pro ſuo, quo in domum Badenſem ſemper fuit animo, ſtatim annuit, ac in frequenti virorum munerum iuxta dignitate ac natalium ſplendore illuſtrium corona fiduciario iure Bernhardo ea conceſſit. Qui tum ſollemnitati iſti præter ceteros interfuere, *Ioannes* Comes Naſſouiæ, *VVilhelmus* Comes Wertheimenſis, *Conradus* Dynaſta Bickenbaci, *Philippus* Pincerna Erbacenſis, *Franco* de *Cronenberg*, ſenior, *Ioannes* de *Erlenbach*, aulæ Moguntinæ Præfectus, *Godeſchalcus* de *Buchenau*, Mareſchallus, *Ioannes* de *Hulshoven*, *Bernhardus* de *Svvalbach*, & *Ioannes* de *Hedersdorf*, literis ſuis teſtantur, hæc acta Mercurii poſt diem Ioannis Baptiſtæ celebrem memoria.

cum Wirzburgenſi de quibusdam pacificatur capitibus.

8) Quamuis autem cum ipſe tum Godefridus, Antiſtes Wirzburgenſis, fœdere anno ſuperiori Veneris poſt dominicam *Reminiſcere* inito, iuncti erant, nihilo tamen ſecius diſſenſionis quid eos inter hiſce exortum diebus eſt. Capitum, ex quibus id natum fuit profectumque, erant quatuor vel quinque; ex quibus duo adſerre liceat; erant enim potiora; vnum quidem de debito mille florenorum, quos Theodericus olim *Ioanni*, Godefridi deceſſori, ad vitæ neceſſitates mutuo dederat; alterum de iudicio Epiſcopatus Wirzburgenſis prouinciali, & Centæ, quæ vocant, iudiciis, in locis Sedi Moguntinæ ſubiectis. Id ne amicitiam labefactaret vel diſſueret, vterque præcauendum ſtatuebat. Delecti igitur e Conſiliariis principes, qui rem in tranquillum conferrent; quod & profeſto D. Laurentii martyris auſpicato factum. Fuere ii *VVilhelmus* Comes Wertheimenſis, *Conradus*, Dominus Bickenbaci, *Ioannes* de *Erlenbach*, aulæ Moguntinæ Magiſter; *Ioannes* Abbas ad D. Burchardi extra mœnia Wirzburgenſia, *Georgius Fuchs* in *Schvveinshaupten*, aulæ Herbipolenſi Præfectus, & *Georgius Fiſcellinus* ſiue *Fiſchle*, Equites.

monaſterii Flonheimēſe mutat in Collegiatam

9) Lite hac compoſita, id maxime in rebus neceſſariis habebat, vt negotium, quod monaſterium *B. M. V. Flonheimenſe* ſpectabat, conficeretur. Erat id Ordinis D. Auguſtini, in vico cognomine, a Comitibus Silueſtribus olim, religionis bono, conditum ditatumque: temporum horum malignitate vero collapſo maxime ſtatu. A multis namque annis nec Præpoſitus nec Canonicorum quiſpiam votis religioni debitis ſe rite plenarieque obſtrinxerant, nec vllo induci poterant modo, vt iſtis vel nunc tandem ſeſe obligarent: nemo ab hominum memoria tirocinium poſuerat legibus præſcriptum; omnes Pontifici ſupplicarant, vt cœnobium verſo ſtatu mutaret in eccleſiam Collegialem: quorum precibus *Ioannes* & *Gerhardus*, Comites Silueſtres, ſuas iunxerant. Quibus *Nicolaus* permotus, bulla Romæ anno ſuperiori III Kal. Ianuar. edita Theoderico negotium dedit, vt hac de re ſedulo inquireret, compertoque, ſic ſe habere, monaſterium dictum, ordine ſtatuque Canonicorum, vt vocantur, Regularium exſtincto, conuerteret in Collegiatam, Præpoſito & ſex Canonicis inſtructam: Comitibus Silueſtribus vero ius patronatus ac facultatem perſonas idoneas Præpoſito & Collegio deinceps præſentandi concederet. Acceptis his ille tabulis, *Hermanno Roſenberg*, ſuo in rebus eccleſiaſticis, vt ſupra dictum, Vicario, & *Ioanni Lorch*, Decretorum Doctori, die V Septembris demandauit, vt Pontificis ex ſententia rem hanc rite explicatam darent.

Francofurtenſibus comitiis intereſt.

10) Poſtea Francofurti in Comitiis ad decernendum aduerſus Turcos bellum, cuius gratia Fridericus ea inſtituerat, *Aeneæ Siluii* erectus oratione, ſua cum Cæſare iuxta Pontificeque conſilia ſtudioſe iunxit. Acceſſerat enim

ad ea. *Müllerus* l. d. ſectione II cap. IV § 4 p. 474.

Fechenbachium cum Ciuitatibus Sueuiæ componit.

11) Anno præcipite *Philippus* de *Fechenbach* ſuo, fratrumque nomine inimicitias exercebat cum fœderatis in Sueuia ciuitatibus Imperialibus. Cauſſabatur, quæ iure poſtulaſſet, ab iis ſe haud impetraſſe. Theodericus, ne res in maiores turbas excreſceret, vtrisque poſt ſequentis MCCCCLV initia diem conſtituit, quem cum Biſchofshemii obirent, edixit, vt noxarum inducerent obliuionem, ac captiuos ſine vllo lytro (præcedente tamen de non vindicando cautione) vtrinque haud cunctanter dimitterent. Qua ſententia ſe ſtaturos, die Iouis poſt purificatæ Virginis ferias Fechenbachius pariter ac ciuitatum legati ſpopondere.

ad bellum aduerſus Palatinum ſe parat.

12) Sequentibus diebus ad ſimultates cum *Friderico*, Comite Palatino Rheni, delapſus, in turbas coniectus eſt, bellique motus. Nec enim audiendi ſunt, qui rem integro biennio, immo decennio præcipiunt. Cauſſas diſſenſionis ex pacti conuenti formula (de qua poſt) has colligere licet, quod ipſe non ſecus ac Bipontinus, Badenſis, aliique Friderici, cum Septemuiralem iniiſſet vel potius inuaſiſſet dignitatem, improbarit conatus, ac ſimul ſuſpectarit potentiam. Nec abeunt *Trithemius* chron. Hirſaug. ad an. MCCCCLII p. 425, &c, qui inſer. nobis eſt, *Hachenbergius* de vita Friderici lib. II. Theodericus, vt belli diſcrimen hoc maioribus adiret viribus, illius in ſocietatem ſibi adſciuit quamplures, qui potentia valebant, ac inclitum domi, militiæque nomen iſta ætate ſibi pepererant; in his *Othonem* Comitem Hennebergenſem, *Sigiſmundum* Comitem Glichenſem, *Brunonem* Dominum Querfurti, *Michaelem Seinshemium*, L. B. *de* Schwarzenberg, *Philippum* de *Herde*, *Conradum* de *Steinruck*, *Fridericum* de *Crombach*, *Henricum Riedeſel*, *Iacobum* de *Anglachen*, *Godefridum* Pincernam *de* Schweinsberg &c. ab ſingulis certum ſibi equitum ſtipulatus numerum. Enimuero, cum

ab armis diſcedit.

hinc ipſe, inde Fridericus iam vexillum, quo copiæ concurrerent, propoſuiſſet, *Iacobus* Treuirenſis ſua interceſſit auctoritate, atque vt ab armis diſcederent, effecit. Adi *Brovverum* annal. Treuirenſium lib. XIX ad an. MCCCCLIII § XC p. 287; quem tamen ex his & ſequentibus interpreteris, neceſſe eſt.

Procuratorem legati a Rege Cypri miſſi in cuſtodiam dat

13) Interea *Ioannes*, Cypri Rex, grauiter a Saracenis preſſus, modisque exercitus variis, *Paulinum Zapp*, Nicoſienſem, Scutiferum & Conſiliarium ſuum, in diuerſas orbis Chriſtiani partes miſerat, vt *ad defenſionem regni Cypri contra perfidos crucis hoſtes, & impiiſſimos Theucros, paganos, & Saracenos, immaniſſima feritate terras & Chriſtianorum loca, & præcipue Cyprum hoſtiliter inuadentes*, Nicolai V P. M. beneficio ac permiſſu eleemoſynas colligeret. *Zappius*, has in oras delatus, *Ioannem* de *Caſtro Coronato*, L. L. Licentiatum, conſtituerat, qui in partibus Alemanniæ indulgentias, a Papa Romæ pridie Id. Aug. anno MCCCCLI conceſſas promulgaret, ſtipemque in belli ſacri ſumtum cogeret. At is ſua intemperantius vtebatur poteſtate. Theodericus, intelligens, multum

Edit. I p. 871

damni hac ratione redundare in rem tam eccleſiaſticam, quam ciuilem, cum priſca Princeps eſſet integritate, tum vero inclitæ virtutis & vigilantiæ Præſul, hominem in cuſtodiam duci iuſſit, ære congeſto in fidem publicam depoſito. Produnt id nobis litteræ *Abelis Kilchoſii* & *Philippi Vrri*, Cyprii, Procuratorum a *Zappio* conſtitutorum, de pecunia cum Theoderico partienda tranſigentium, datæ Saturni poſt B. Virginis natalem.

Maioris lucis cauſſa, litterarum, quibus *Ioannes Paulino* fidem fecit, initium & clauſulam, cum lectu non iniucunda ſint, proferre iuuabit. Illud ſic habet: *Notum ſit, & euidenter pateat, quod cum Sereniſſimus Princeps & Excellentiſſimus Dominus, Dominus* Ioannes, *D. G. Iheruſalem, Cyprique & Armenie Rex, in preſencia Magnificorum & Potentum Militum & Baronum ſuorum, Domini* Iacobi *de* Flori, *Comitis Ioppenſis, & Domini* Ianiti *de* Monteoliſ, *Regni Cypri Auditoribus, & Domini* Odethi Buſath, *Vicecomitis Nicoſienſis, ſuam altam & regalem curiam more regni Cypri repreſentancium, narrauiſſet & expoſuiſſet, ſibi a Sanctiſſimo — & vero Petri ſucceſſore, Domino noſtro, Domino* Nicolao — *quasdam gratioſas litteras fore traditas, nonnullas gracias, conceſſiones, & indulta in ſe continentes — per quas quidem litteras Apoſtolicas dixit & aſſeruit, ſibi, dependentibusque ab eo nunciis & procuratoribus — auctoritate Apoſtolica fore traditum, indultum ſpecialiter, & conceſſum* &c. Clauſula hæc eſt: *Datum & actum in Nicoſia regni Cypri, in regali palatio, in capella regali, anno a natiuitate Chriſti MCCCCLII, indictione quinta decima, die vero Mercurii, VI menſis Ianuarii, preſentibus Spect. & Generoſo Milite, Dn.* Thoma, *regni predicti Mariſchalco, & Eximio Artium & Medicina Doctore Dn.* Iacobo Sagratico, *& Medico ipſius Sereniſſimi Dn. Regis, & me Notario publico* (Benedictus is fuit de Onetariis) *& aliis quam pluribus teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.*

Senatum Eltuilenſem cum ciuibus componit.

14) Sub initium anni MCCCCLVI diſſidebat Eltuillæ cum Conſulibus & Senatu oppidi populus, grauari ſe, rebusque haud paucis premi queſtus. Ne res in turbas excederet, ciuitatique afferret damnum, Theodericus partes Höchſtam vocauit, inſpectisque querelis coortum diſſidium ad pacem conuertit, cauſſis, quæ concordiam ſciderant, diſſipărantque, prouide ſublatis. Factum id ſabbato poſt trium Regum, in conſeſſu illuſtri maxime ſplendidiſſimoque. Aderant enim *Ioannes Nix* de *Hoheneck*, dictus *Enzberg*, tum temporis Moguntiæ Collegii maioris Decanus, poſt Præſul Spirenſis factus, *Ludouicus* Comes Wertheimenſis, Canonicus Moguntinus, & e Conſiliariis *Iodocus* de *Venningen*, Ordinis Teutonici Magiſter, *VVilhelmus* Comes Wertheimenſis, *VValtherus* de *Eppenſtein*, Dominus Brubergæ, *Ioannes* Comes Wertheimenſis, *Conradus* Dominus Bickenbaci, *Franco* de *Cronenberg*, ſenior,

Ebers

Edit. I. p. 873.

Eberhardus de Riedern, *Conradus* de *Franckenberg*, equeſtri ſtirpe Milites, *Ioannes* de *Erlenbach*, aulæ Magiſter, *Hermannus Roſenberg*, Vicarius in ſpiritualibus generalis, *Ioannes* de *Lorch*, D. curiæ eccleſiaſticæ Iudex, *Ioannes* de *Beldersheim*, D. *Eberhardus* de *Draba*, *Dietericus Specht* de *Bubenheim*, *Rudigerus* de *Mergentheim*, dictus *Suezel*, *VValtherus* de *Riffenberg*, *Ioannes* de *Hulshoven*, *Bernhardus* de *Suvalbach*, *Gerhardus* de *Merlavve*, *Ioannes* de *Hengſperg*, Scriba prouincialis.

cum Norimbergenſib. Windsheimenſib. & Weiſſenburgenſibus fœdus facit.

15) His peractis cum ciuitatibus Imperii liberis, *Norimbergenſi*, *VVindsheimenſi*, & *VVeiſſenburgenſi* Aſchaffenburgi ipſa D. Pauli ad Chriſtum conuerſi memoria contraxit ſocietatem. Finis erat, vt conſilia referrent ad ſecuritatem publicam tuendam; dein, vt mutuum ſibi inuicem aduerſus prædones, qui tum paſſim vias inſidebant, præſtarent auxilium. Quo minus autem ab amicitia diſtraherentur, ſimul ſtatutum fuit, ſi quid forte ipſos inter oriretur diſſidii, id amica ſtatim componendum via.

cum Palatino ad tempus in concordiam reducitur.

16) Poſtea actum de concordia ipſum inter & *Fridericum* Palatinum concilianda. Poſt multas deliberationes res circa dominicam, quæ a ſacratiſſima Triade nomen habet, ad pactionem deuenit. Ea fidem dedere, neutrum alterius hoſtes ſuis in terris recepturum vel toleraturum: vtrumque vero in tranquillitate publica tuenda curas defixurum ſuas: res item ſuorum a prædonibus auerſas omni vindicaturum ſtudio; diſſidiis denique finem impoſiturum. Simul vero ad octo annos contraxere fœdus. Ita perſcriptum tabulis, quas *Fridericus* feria poſt dictam dominicam ſecunda Omſtadii edidit. In aliis, quas ibidem poſtridie confecit, habetur, de his hac inter ſe conueniſſe conditione, vt a die iſto vſque ad B. V. adſumtæ ſollemnitatem Theodericus ſecum deliberet, an Fridericum pro Archidapifero & Principe Electore habere velit, nec ne. Si in animo id habeat, ac intra tempus iſtud ſcripto profiteatur, tum fore, vt fœdus initum octo annos duret: ſin minus, vt poſt quintum & decimum Auguſti diem irritum ſit atque infectum; veluti in codice Diplomatico videre eſt.

prædones perſequendos conſtituit.

17) Erat autem, vti dictum, inter conuentorum capita, vt prædonum vterque perſequeretur iniurias, maleficiaque. Id quum primo quoque tempore Theodericus facere conſtituiſſet, Heidelbergæ cum Friderico ſua, de oppugnandis ac exſcindendis illorum latebris ac receptaculis, conſilia tempeſtiue contulit. Diuo Bonifacio martyri ſacra fuit dies, qua probe iunctis ſententiis rei modus compoſitus.

ſuos ad iudicia externa haud vult euocari.

18) De cetero, cum ipſe non minus, quam Fridericus nollet, ſuos ad externa tribunalia euocari, ambo die Kiliani martyris honori feſta peculiari conuentione ſtatuere, neutiquam ſe permiſſuros, vt quiſquam ſuorum ad id genus iudicia prouincialia, aulica, aliaque, Weſtphalicorum nomine vulgo nota, in ius rapiatur.

rogatur, vt Ruperto Palatino Archiepiſcopatum Treuirenſ. procuret.

v. cod. Dipl.

19) Vix hæc decreta, cum Fridericus rogaret, vt fratri Ruperto in adipiſcendo Pontificatu Treuirenſi, qui morte *Iacobi* tum vacabat, ſua adeſſet opera. Theodericus vt oſtenderet, deſideranti ſe velle, facilis ad hoc fuit, ac ſtatim pollicitus eſt, ſe cauſſam hanc tum Papæ, tum Philippo Burgundiæ Duci, tum aliis, quorum vſus videretur neceſſarius, omni commendaturum ſtudio, ac quantum poſſet operam daturum, vt optatis honoribus Rupertus potiatur. Quam præſtantem in ſe beneuolentiam Fridericus grato agnoſcens animo, eodem die (fuerat is tertius & decimus Iulii, D. Margaretæ inſignis memoria) reſpondit, viciſſim ſe Theoderico, ſi forte contigerit, vt hac de cauſſa moleſtiæ quid traheret ac negotii, omni ſemper præſto futurum conſilio, auxilio, atque ope.

Fridericum Palatinum pro Electore habet.

v. cod. Dipl.

20) Inter hæc appropinquarat tempus, quo tandem, quid de Friderici ipſe ſentiret cauſſa, expromendum erat. Viderat autem, quoties rem hanc ſecum voluebat, dubiis iſtis ac formidoloſis temporibus in locum difficilem plane, ſcopuloſumque ſe deuenturum, ni Fridericum & ipſe ſalutaret Electorem, & in Collegium Septemuirale reciperet. Litteris igitur Lunæ poſt diem glorioſæ Virgini adſumtæ dicatum Aſchaffenburgi datis oſtendit, ſe non ſolum ire in arrogationem Philippi pueri, verum etiam in Friderici titulos ac honores; addito promiſſo, in poſterum ad Comitia Septemuiralia, aliaque negotia ſe eum, vt S. R. I. Archidapiferum & Principem Electorem, ſemper tam vocaturum, quam admiſſurum; & ſi contingat, vt Cæſar eadem ſit mente, Fridericumque probet, tum ſe tabulis illius ſigillum ſuum prompte libenterque appenſurum.

caſtro Monfortio obſidionem infert

quod expugnatur.

21) Inde arma in prædones expedita. Quorum cum magna colluuies in caſtrum *Montfortium*, Comitatui Sponheimenſi contiguum, confluxiſſet, & vicinum agrum, Moguntinenſem maxime, rapinis ac maleficiis improbiſſima ratione vexaret, Theodericus prouinciam iſta liberaturus moleſtia, id inuadendum cenſuit, exſcindendumque. Cuius ſententiæ cum etiam Fridericus eſſet, copiæ vtrinque contractæ, caſtroque vis admota. Quinque diebus fortiter oppugnatum cum Fridericus cepiſſet, igne deſtructum fuit, adiecta execratione, ne quis ſceleratam & impiam domum reædificaret. Factum id menſe Octobri. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 432. *Hachenbergius* l. d.

Fridbergam pro parte, qua Moguntinenſi Sedi oppignerata erat, vendit

22) Id temporis ciuitas *Fridbergenſis* pignoris nexu deuincta erat cum maxime Archiepiſcopo & eccleſiæ Moguntinenſi, tum *Dietbero* de *Iſenburg*, Domino *in* Büdingen, *Godefrido* de *Eppenſtein*, *Eberhardo* de *Eppenſtein*, Domino *in* Kônigſtein, nec non ciuitati *Francofurtenſi* ad Mœnum, eisdemque certa præſtabat emolumenta. Hæc pro parte ſua, vna cum iure, quod Sedi Moguntinæ in eandem erat, Theodericus per hoſce dies in caſtri Imperialis, quod vrbi adiacet, ſocios tranſtulit, litteriſque Aſchaffenburgi Lunæ ante Martinalia datis, Conſulibus & Senatui

ciui-

cuitatis mandauit, vt quo hactenus modo ſibi præſto fuiſſent, eodem in poſterum Burgenſium ad nutum ſeſe paratos exhibeant.

Norimbergæ interest conuentui.

23) Miſera ceteroquin Imperii facies, quæ vnicuique ob oculos verſabatur, Septemuiros iuxta Procerumque complures adduxerat, vt ſua intereſſe putarent, quamprimum de ſalute publica deliberare. Cui etiam rei dies dictus, quo Norimbergæ coirent. Fuit is, qui D. Andreæ nomen in faſtis gerit. Theodericus pro eo, quo erga rem communem erat, ſtudio ſine cunctatione illum obiit, ac quid in tanta Cæſaris lentitudine Imperio expediret, ac facto opus eſſet, confidenter ediſſeruit, libereque. *Mülleru*s l. d. cap. II § I & ſeq. p. 555 & ſeq.

cum Herbipolenſi de oppido Ochſenfurt diſceptat.

24) Anni, quem redux auſpicatus eſt, MCCCCLVII exordio diſcordia adhuc implicitus erat cum *Ioanne* Epiſcopo Herbipolenſi. Cauſſam præbuit oppidum *Ochſenfurtum*, quod Theodericus pignori habebat, & cum ad id numerata pecunia reluendum ſeſe paratos denuntiaſſent ædis ſummæ, quæ Wirzburgi eſt, Canonici, e manibus dimittere tergiuerſabatur. Scriptis tamen ſolum, quod ſciam, certatum fuit, non item armis. Vid. *Friſeus* l. d. in *Ioanne III* cap. IV & V p. 815 & ſeq.

recens electum Abbatem cœnobii Klingenmünſter confirmat.

25) Dein recens electum cœnobii ſupra iam dicti, *Klingenmünſter*, Abbatem ſolitis cæremoniis Aſchaffenburgi die IV Martii probauit. Regum enim ac Imperatorum inſtituto a primis iſtius incunabulis ita comparatum erat, vt Archiepiſcopus Moguntinenſis clauſtri haberet rationem, quamuis in Spirenſi id ſitum ſit diœceſi, & vno quoque tempore Abbati electo conſtabiliret dignitatem. Erat autem, quem tum confirmauit, *Erpſo Brack* de *Clingen*, cœnobii, vt vocant, Profeſſus, ſurrogatus in locum *Bernhardi* dicti *Schilling* de *Surburg*, qui paullo ante magiſtratu ſe abdicarat. Vt autem monaſterii res in poſterum hoc ſtudioſius adminiſtrarentur, & ab omni incommodo ſartæ ſeruarentur tectæque, Theodericus altero poſt die Erpſoni *Bernhardum* deceſſorem, ſpectatæ virtutis & induſtriæ virum, ad partem curarum ſuſtinendam Coadiutoris adiunxit titulo, certis, vnde is viueret, ſuamque dignitatem tueretur, reditibus de cœnobii bonis ac poſſeſſionibus, Erpſonis conſenſu, conſtitutis. Quamdiu *Bernhardus* ſuperuixerit, haud liquet. *Erpſo* vero anno demum MCCCCLXXXIII vita exceſſit, ſucceſſorem nactus *Eucharium* de *VVeingarten*; quod ὡς ἐν παρέργῳ notare viſum.

aduerſus Iudæos conſtitutiones edit.

26) Poſt paullo iuſtas in Iudæos, genus hominum inſolens, proteruum, ac ad fœnus & pudendas vſuras peruicaciſſimum, iras diſtrinxit. Quippe ſanguinolentis centeſimis, immo ſemunciariis Chriſtianorum exhauriebant facultates, ac vſuras in ſortem redigebant, quod legibus grauiter prohibitum; tum vero eodem cum Chriſtianis habitu in publico comparebant, nec, quod ſacris Patrum ſanctionibus ſtatutum erat, circulos in palliis aut veſtibus viri, ſtriſſas ſiue ſtrias in peplis ferebant mulieres. His ille, aliisque haud mediocriter incenſus, omni diœceſis ſuæ clero, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Curionibus, Diaconis, Tabellionibus item ſiue Notariis publicis, litteris Aſchaffenburgi die XVI Martii datis, ſub excommunicationis, vt vocant, pœna mandauit, vt viſis illis mox cuiuslibet loci Magiſtratus, Conſules, Proconſules, Scultetos, Scabinos monerent atque exhortarentur, id amplius ne ferrent, ſed intra quindecim dierum ſpatium Iudæos quisque ſuos adigerent, vt id genus ſigna in publico geſtent, ac vſuras in ſortem quomodolibet redactas ſingulis ac omnibus, quibus reſtituendæ ſint, reſtituant; tum vero, hæc ſe feciſſe, certis intra tempus iſtud præfinitum teſtimoniis probatum dent. Litteris ipſis, quas in codice Diplomatico dedi, res fiet clarior.

Edit. I p. 875

cum Friderico Palatino de certis quibusdam capitibus pactionem facit.

27) Sub hæc appropinquabat tempus, quo Francofurti Conuentus agendus erat, ſuperiori anno Norimbergæ decretus. Quare tum ipſi tum Palatino placuit, de certis quibusdam capitibus inter ſe pactionem facere. Potiora erant, enitendum, ne Cæſar Ducatum Mediolanenſem Franciſco Sfortiæ nexu fiduciario conferat, vel de conferendo eocum agat, niſi ipſorum præſcitu atque conſenſu. Tum, vt nouum ille Francofurti inſtituat vectigal, in nundinis vernalibus & auctumnalibus quotannis pendendum. Inſtitutum vterque omni curet & adſerat ſtudio. Quod prouenerit in partes tres æquales diuidendum; quarum vnam Cæſar capiat ac Imperium, reliquas duas vero ipſi lance pari. Dein, vt Cæſar de feriunda per Imperium moneta aurea atque argentea mandatum edat, ac vtrique negotium det, quæ eo pertinent conſtituendi. Poſt, vtrique curæ ſit, alterius commodis vt velificetur; Friderico quidem, vt Cæſar Moguntino ea permittat priuilegia, quæ Sedes ſibi pepererit; ſigillatim ius curiam Imperii moderandi, ac decimam partem cenſus, qui a Iudæis pendatur, percipiendi; Theoderico, vt Cæſar Fridericum pro Principe Electore habeat, & honores Septemuirales ei confirmet; declarationem inſuper edat de iure iurando, quod Fridericum oppidis Offenburg, Gengenbach, & Zell, locis item præfecturæ Alſaticæ, cum eorum caperet poſſeſſionem, præſtare oportuerit. Tum præterea, ne Cæſar Adminiſtratorem Imperii, vel Locumtenentem, vel Regem Romanum inſtituat, ſine vtriusque præſcitu & voluntate. Ad extremum, ſi Rex Romanorum eligendus ſit, vt conſilia prius inter ſe conferant, quam negotio manus admoueatur, ac ſtudium omne eo conuertant, vt ſuffragiis ſuis in vnum eundemque eant. Quod ſi quis deſignetur, quem ipſi haud legerint, vel alteruter modo, cum electo iuſtos obſequii titulos haud ante deferant, quam ſcripto declarauerit, ſe neutri propterea indignaturum. In litteras hæc miſſa ſabbato poſt feſtiuitatem annuntiatæ ſalutis.

Ioannem Treuirenſem in Vnionem Electoralem recipi curat.

28) Is cum dein ageretur, *Ioannes* Marchio Badenſis, qui *Iacobo* in pontificatu Treuirenſi ſurrogatus erat, in *Vnionem* ſiue fœdus, quod anno MCCCCXLVI Septemuiri inierant, Veneris poſt diem Chriſto de inferis

Edit. I p. 875

ris triumphanti ſacrum receptus eſt, poſtquam id omni ſe fide ſeruaturum iure iurando ſollemniter interpoſito ſpopondit. Præſens autem, cum hæc agerentur, fuit Theodericus. Vid. *Müllerus* l. d. ſect. III cap. VII § II p. 593.

Treuiris optimatum fœderatorum vnionem diſiicit.

29) Tum vero Treuiris, Pontificis iuſſu, in pactionem male nexi, colligatique fœderis, quam Optimatum nonnulli, oppidaque firmiora aduerſus Archiepiſcopum inter ſe pepigerant, inquiſiuit, & quum, re probe diſcuſſa, ex æquo bonoque ſecundum Ioannem iudicaſſet, ſtabili viam muniuit concordiæ. Vid. *Brovverus* l. d. lib. XIX § CIII p. 291.

raptores perſequitur.

30) Interea loci *Cuno*, Dynaſta Weſterburgius, *Iacobus* de *Cronenberg*, *Meſridus* de *Brambach*, *Haman VValtmann*, *Ioannes Moſpach*, & *Philippus Rode*, vna cum ſociis, communem turbarant tranquillitatem. Quippe negotiatorum Golonienſium nonnullos in Mœno, Francoſurtum inter ac Moguntiam, ſine vlla hoſtilium denuntiatione prius facta (*alles ohne fehde, vnvervvart ir eren*) inuaſerant, ac Weſterburgum abduxerant captiuos. Hanc rem, cum de ſecuritate publica non plane nil detraheret, commerciis vero libere exercendis officeret quam maxime, ægre prorſus ferebat *Theodericus*; nec æquius finitimi alii, *Agrippinenſis*, *Treuirenſis*, *Franco Cronenbergius*, ſenior, ac *Colonia* & *Francoſurtum* Ciuitates: quin armis vindicandam ſtatuebant, vt otii communis maior in poſterum haberetur ratio. Lohnſteiniii igitur Lunæ poſt Catharinæ Virginis memoriam, ſocietate inter ſe conſtituta, bellum aduerſus raptores iſtos decreuere. Modus gerendi compoſitus hic erat: vt ſcilicet quisque fœderatorum litteris diffidatitiis Weſterburgum dominica inſtantes D. Thomæ ferias præcedanea miſſis inimicitias eisdem indicat; dein vero copias contrahat, & ipſo D. Thomæ die ad locum mittat deſtinatum; *Molſpergam* Moguntinus, Cronenbergius, & ciuitas Francofurtum; *Hartenfelſam* Agrippinenſis, Treuirenſis, & ciuitas Vbiorum Colonia. Moguntinenſis equites mittat XXV, pedites XI; Cronenbergius equites XV, pedites X; Ciuitas Francoſurtenſis equites XX, pedites VIII: Agrippinenſis itidem XXV mittat equites, & pedites XI, totidem Treuirenſis, Ciuitas vero Colonia, haud ſecus ac Francoſurtenſis, equites armis inſtructos XX, & pedites VIII. Et illa & iſta pars ſuis, quos mittat, præficiat Centurionem; quibus duobus Moguntinenſis præfectum imponat ſupremum; illis in conſilium adhibitis, excurſionibus quotidianis Weſterburgium & facinoris ſocios vexandos (*den teglichen krieg gen die VVeſterburgiſche zu driben.*) Quod ſi inter diem iſtum ac Virginis purificatæ ſollemne rem ex ſententia conficere haud liceat, tum ad diem Apolloniæ legatos Boppardiam mittendos, qui de iuſta aduerſus hoſtes expeditione conſultent. Si Weſterburgum, vel aliorum caſtrorum vnum alterumve expugnetur, Nobilium itidem aut ignobilium quidam capiantur, caſtra non minus quam captiuos æqualiter Principes inter ſe diuidant; captiuos vero prius haud dimittant, quam cautione illi iurata ſe obſtrinxerint, de non vindicando in Franconem & Ciuitates.

in quos datur iudiciũ.

31) Horum armorum ſibi incumbentium vi animo perculſi pacis iſti turbatores, tempeſtiue veniam poſcebant, pacemque. Vt conſequerentur, *Caroli* Marchionis Badenſis effectum opera. Res autem ſub initium anni ſubſequentis MCCCCLVIII acta Confluentibus, quo loci ab vtraque parte affuere legationes. Sententia Iouis poſt diem, quo Pauli conuerſi memoria recolitur, lata. Redibat autem huc, vt ne Cuno proximis ſex annis aduerſus Moguntinum, Agrippinenſem, & Treuirenſem vllo ſtet modo, vel aduerſus eos tendat; dein, vt bona mercatoribus per vim ablata, ereptaque bona reſtituat fide, adnumeretque; captiuos vero dimittat liberos. Conſ. *Brovverus* l. d. § CIV p. 291.

Conuentui Principum nonnullorũ Spira intereſt.

32) Dominica, quæ *Lætare* dicitur, Spiræ habitus fuit conuentus. Aderant *Albertus* Auſtriæ Dux, *Stephanus*, *Otho*, *Ludouicus*, Comites Palatini ad Rhenum, hic & ille Bipontinæ, iſte Moshacenſis familiæ; *Albertus* Marchio Brandenburgicus, *Carolus* Badenſis, *Vlricus* Comes Wirtembergenſis, &, qui primo loco nobis nominandus erat, noſter *Theodericus*; omnes magna Comitum, Equitum, Nobilium turba ſtipati. Vt coirent, faciebat Fridericus Rheni Palatinus, Septemvir; ab eo enim ſe multis modis in iure ſuo interpellari, vno omnes querebantur ore. Sed re infecta diſceſſum, vt notat *Lehmannus* chron. Spirenſ. l. d. cap. CII p. m. 850.

de quib⁹ capitibus cum Friderico C. Palatino contenderit,

33) Quid vnicuique illorum cum eo fuerit controuerſiæ, huc non pertinet. Theoderico erat de paſcuis quibusdam, ratibus itidem ſiue lignis, quæ per aquas aguntur (*von des floshols vvegen*) aliisque; quarum iſtam Decano Wormatienſi, illam Magiſtro Ordinis Teutonicorum per Germaniam Magiſtro pridem commiſerat diſceptandam. Cum neuter interea pronuntiaſſet ſententiam, *Sifridus*, Spirenſis Epiſcopus, rem eo deduxit, vt vtramque partes, vna cum ceteris, ad arbitrium, iudiciumque *Heſſonis*, Landgrauii Leiningenſis referrent, præſtituto ſimul, intra quod pacis leges diceret, ſex menſium ſpatio. Actum Vormatiæ Veneris poſt diem D. Bonifacii martyrio inclitum.

& compoſitus ſit.

Eodem ipſe alias ad pacem conuertit, ac Friderico auctor fuit, vt ſententiæ de tractu Cubam inter & vicum Lorch a *Iodoco* de *Venningen* latæ renuntiaret, quod & ille pro ſe & Philippo, fratris Ludouici filio & futuro ſucceſſore, fecit, Collegio metropolitano ſpondente, agri illius ergo ſe ei nouem florenorum millia intra annum Oppenhemii vel Wormatiæ exſoluturum. Dein, ne tractus iſtius cauſſa in poſterum nouæ orirentur lites, de terminis eiusdem egit Sifridus, qui etiam ſingulari cura conſtituti. Ceterum vero decreuit, vt Lorchenſes incolis caſtri Reinbergenſis ius paſcendi & lignandi vſque ad duos ſub arce riuos & foſſam, vulgo der *Blidengraben* dictam, concedant; Fridericus vero ciuium Moguntinorum cauſſam nec in ſe ſuſcipiat, nec aduerſus Theodericum & Sedem

Moguntinam tueatur. Additum tamen, poſſe eiscum agere, ne ſibi aduerſentur, vel hoſtibus Palatinatus in vrbe receptum dent. Tandem, quos ex ciuibus Bingenſibus vno vel altero modo ſibi obſtrinxerit, omni exſoluat vinculo, niſi forſan in illorum numero inueniantur, qui Palatinatui ſeruituris nexu ſint deuincti; hos enim illum ſibi vindicare poſſe.

ciuitati Erfurtenſi cenſum Iudaeorum annuum remittit.

34) Erfurti Iudæos per tumultum plebis conſumptos, & cenſus ab iis Electorali fiſco pendi ſolitos ciuitatem ſe ſoluturam conſtituiſſe, alibi dictum. Hæc a Theoderico, vellet vrbem ſuam hoc onere ſubleuare, ſupplex petiit. Remiſit Elector centum marcas argenti annuas, quæ loco Iudæorum vectigalis ſoluebantur; canonem tamen, quem de ædibus Iudæi pependerant, etiam poſthac ſibi a Senatu præſtari voluit. Acceſſere in ſupplementum quatuor millia florenorum & trecenti, quæ ciuitatem ſibi numeraſſe Theodericus tabulis peculiaribus recognouit. Conf. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. II § XXV p. 138 & ſeq. Datæ ſunt Aſchaffenburgi Martis poſt dominicam *Miſericordias Domini*; vt adeo pateat, hæc inter iſtas cum Palatino controuerſias contigiſſe.

cum Bipontino, Brandenburgenſi & Wirtembergenſi ſocietatem contrahit.

35) Vt interim ad omnem caſum fortiter ſuſtinendum tempeſtiue ſe compararet, ſubſequentibus diebus cum *Ludouico* Duce Bipontino, cui *Nigri* cognomen vulgo erat, *Alberto*, Marchione Brandenburgico, & *Vlrico*, Comite Wirtembergenſi, de fœdere ineundo actum; quo etiam Martis poſt D. Viti memoriam Mergenthemii ad decem annos ſe illis iunxit. Quo minus autem id labefactaretur, aut diſſueretur, mutuo ſtatutum conſenſu, ſi forte quid vnum inter alterumue exoriretur offenſæ, id, quoad fieri poſſet, priuata compoſitione placide atque amanter, vel ſi id ſtatim non poſſet, per ſequeſtres vtrinque lectos componeretur. Conſiliariorum vero, e quibus arbitrarii huiusce iudicii tum præſes ſiue director, tum aſſeſſores (*Obmann vnd Gemeyner*) deligendi, quisque deſignauit quatuor; *Theodericus* Præfectum prætorio ſiue aulæ ſuæ Mareſchallum, Vicedominum Rhingauiæ, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, & Burggrauium Starckenburgenſem: *Bipontinus* aulæ Magiſtrum, & Mareſchallum, tum vero Præfectos Nouicaſtellanum, & Meiſenheimenſem; *Albertus* aulæ ſimiliter ſuæ Magiſtrum, & Mareſchallum, tum Capitaneum, quem vocant, Burggrauiatus ſuperioris, & Præfectum Cadoltzburgenſem; *Vlricus*, aulæ Magiſtrum, Præfectum domus ac rei œconomicæ (*Hus-Hofmeiſter*) & e Satrapis Ballingenſem, & Sturgardienſem. Edit. I p. 875

cum Haſſo pacificatur.

36) Sub anni, quem in vita vltimum habuit, MCCCCLIX incunabula cum *Ludouico*, Haſſiæ Landgrauio, in gratiam rediit. Cauſſa, quæ eos in diſcordiam egerat, hæc fuit. Theodericus infeſtis iſtis temporibus loca iuris Moguntini, in Haſſiæ ſita finibus, Ludouici commendarat patrocinio: commiſſa Ludouicus defenderat, ſuoque præſidio præſtiterat tuta. Sed non ſine impendio. Id cum ſibi poſt reddi poſtularet, Theodericus non plane nil moræ interponebat ac tergiuerſationis. Reconciliationis auctores fuere *VVilhelmus*, Dux Saxoniæ, & *Albertus*, Marchio Brandenburgenſis. Res vero acta Bambergæ, Lunæ ante diem D. Antonii nomine inſignem.

auxiliarios ſibi comparat.

37) Cum autem tum temporis *Fridericum* Palatinum Rheni, quocum nondum compoſitus erat, ſuſpectaret, & contentionem, quam cum eo habebat, in bellum metueret exceſſuram, ne imparatus in paratum incideret, quamplurium e nobilitate ſibi conduxit operam; nominatim *Ioannis* de *Eichelzheim*, *Eraſmi* de *Roſenberg*, *Friderici Rüd* de *Bödigkeym*, *Simonis* de *Adolsheim*, *Ioannis* de *Durn*, *Ioannis* de *Stetten*, *Conradi* de *Berlichingen* &c. ab vnoquoque illorum certum equitum probe expeditorum numerum ſibi litteris D. Wernheri die Aſchaffenburgi datis pactus. Sed enim vero hos intra apparatus morte mox his curis leuatus, ac ad quietiorem traductus vitam eſt.

VII Fuit huius Theoderici ea, Dei beneficio, felicitas, *vt eius aula quidam veluti paradiſus videretur*, vt habet MS. Ea interim frugi patrisfamilias induſtria, vt e cereis, quorum in aulico miniſterio vſus erat, diſtillantem ceram, diligenter iterum colligi, ac in globulos redigi curaret, ita vt ex iis nouos, quibus ipſemet vti poſſet, cereos conflaret.

publicam magnificentiam dilexit.

1) Dubites, vtrum tam parca frugalitate fuerit Theodericus, ac quidem auctor hic tradit. *Bruſchius* enim, *Latomus*, aliique ita nobis eum deſcribunt, vt luxus magis quam parſimoniæ domeſticæ ſtudioſus fuiſſe videri poſſit. Ille quidem in catalogo *Princeps*, ait, *clementia, pacis ſtudio, & multis aliis præclaris virtutibus ornatus, venationum tamen, quam eccleſiaſticarum cæremoniarum ſtudioſior: alioqui mire pompoſus & ſplendidus, & qui ſemper in curia ſua archiepiſcopali trecentos aut quadringentos equos alebat.* Iſte, in catalogo manuſcr. *Princeps ad luxum & pompam vſque ſplendidus, & ſæcularibus potiſſimum rebus deditus.* Nec abit manuſcr. Germanicus; *Dann er gemeiniglich 300 oder 400 pferde an ſeinem hof hielt, denen er futter vnd mahl mildiglich vnd auch reichlich mittheilet. Zu dem vvas täglich ein merckliches groſſes ab- vnd zureiten von andern Fürſten, Graven, Herren, vnd der Ritterſchaft, dievveil man gemeiniglich an ſeinem hof, vvie bey einem vveltlichen Furſten, pfleget vnd gevvohnt vvas zu rennen vnd zu ſtechen: alſo, daſs mans einen königlichen pracht vvol mögt verglichen haben. Ab dem ſich doch das Erzſtift gar nicht beſſert oder zunahm.*

Obit & humatur.

VIII Anno MCCCCLIX Aſchaffenburgi, quod ædificiis pluribus egregie ornaret,

***

a) I
Domina
occu

a) LVI
Dominus
vixit adl
vx. .
terrarum *Büdin*

b) Margareta,
vx. *VVilhelmi*, Comitis *de* Cazenelenbogen.
occur. an. 1296.

Hermannus,
vx. *Liſa* de *Hohenſels*.

Ludouicus,
Præpoſitus VVetzlarienſis.

* Wil
patris ſucc

d) IOANNES,
e) *Proviſor Abbatiæ Fuldenſis*,
f) † 1395 apud Confluentes ipſo *Cinerum* die.
*d) vx. *Sophia*, Comes Wertheimenſis.

g) Agnes,
vx. *Dieterici* Domini *de* I
occur. an. 1384.

h) IOANNES
† 1408.
h) vx. *Margareta*, Comes Catimelibocenſis.

i) DIETHERVS,
a Friderico III Comitis Büdingenſis titulo an. 1442 *cohoneſtatus*.
* † circa an. 1461 vel 1462.
i) vx. *Eliſabetha*, Comes Solmenſis.

k) Ioannes,
factus Carthuſianus, & an. 1439
Prior nouæ Cellæ in Grünaw.
† 1463.

DIETHERVS,
Archiepiſ. Moguntin.

Bernhardus,
Eques Ordin. Teutonici.

Otho,
Eques Ordin. Ioannitici.

l) ı

a) *Ludouicus* hic de *Iſenburg* anno 1265, conſenſu patris ſui, Canonicis Moguntinis pro 120 marcis quartam partem decimæ vini in tractu Bingenſi vendidit.

b) *Nos* Wilhelmus, *Comes iunior* de *Cazeneinbogen* — *quod nos conſulente Socero noſtro Domino* Ludouico *Domino* de *Iſenburg* &c. an. 1296.

c) *VVir* Luther, *Herr* zu *Iſenburg*, Henrich *vnſer* Son — *bekennen*, *daſs vvir den Edeln* Philips *vnd* Cunen, *gebrudern*, *Sohnen Herrn* Cunen *ſel. vnſers Svvagers von Falckenſtein* &c. an. 1334.

d) *Nos* Conradus, *Prepoſitus*, *totusque Conuentus monaſterii in* Elwinſtadt, *Ord. Premonſtratenſ. Magunt. dioceſ. recognoſcimus tenore preſencium*, *publice profitendo*, *quod de eccleſia parochiali in* Rendele, *que per Nobilem Virum*, *Dominum* Henricum *de* Iſenburg, *Dominum* in *Büdingen*, *cum iure patronatus*, *quod ad ipſum ſpectabat*, *de conſenſu Domine* Adelheidis, *ſue legitime vxoris*, *Domicelli* Iohannis, *eorum filii ſenioris*, *& Domine* Phie, *eiuſdem legitime contheralis*, *pro ipſis & heredibus ſuis*, *ob ſalutem animarum ſuarum nobis propter Deum eſt donata* &c. *Actum V Idus Decembris anno Domini MCCCLVIII.*

e) *VVir* Adolf *E. z. M.* — *vvan vns die Erbern* — Mertin *Dechant*, *vnd der* Convent — *des Stifts zu* Fulde, *mit den* Phlegern, *die der Ervv.* Conrad *Apte des vorgen. Stifts* — *uber den Stift zu* Fulde, *mit namen Her* Iohan *Here* zu *Iſenburg vnd* zu *Büdingen*, Friderich, *Her* zu *Lieſperg* &c. *gekorn vnd genommen han* — 1382 *des nechſten Donreſtags vor S. Thomas tag des H. Apoſt.*

f) *Gensbein* faſtor. Limpurg. § 212 p. 115.

g) *Ich* Diederich *Herr* zu *Bickenbach bekenne*, *daſs ich mit verhengniſs* Conrad *des iungen*, *Hern* zu *Bickenbach*, *mines lieben Bruders*, *vnd* Conrad *des eltern*, *Hern* zu *Bickenbach*, *mins lieben Vettern*, *vvideme vnd bevviſe in dieſem brief* Agneſen, *myn eliche Husfravv*, *die da Dochter vvas des Edlen Herrn* Henrichs *von* Iſenburg &c. *Dat. an S. Katharinen abent* 1384.

h) *VVir* Adolf *E. z. M.* — *bekennen*, *daſs vvir eine fruntſchaft gered vnd getedinget han zvviſchen deme Edeln*, *vnſerm lieben Svvager* Dyther *Grafen* zu *Cazeneinbogen* — *vnd dem Edeln* Iohann, *Herrn* zu *Iſenburg vnd* zu *Büdingen* — *alſo daſs der vorgenant vnſer Svvager Graf* Dyther, Margarethen *ſine Dochter*, *vnſer Nifteln*, *vnd der vorgenant* Iohann *Herr* zu *Iſenburg*, Iohann *ſinen Son* — *zu der ee geben vnd globet habe*, *alſo daſs der obgen.* Iohann *von* Iſenburg *der iunge vnd* Margarethe *von* Cazenelnbogen *ſich zu der ee nemen vnd byſlaffen ſollen hie zvviſchen vnd S. Iohans tag Bapt. erſt komet*, *an geverde.* — *Dat. Aſchaffenburg in die S. Stephani protomartyris* 1384.

i) Cum *Helvvichius* lib. *de diſſidio Moguntino* ſect. 1 § 2 & ſectione 3 § 13 *Dietheri* Archiepiſcopi patrem vocet *Franciſcum*, matrem vero *Margaretam*, eandemque *Comitem* dicat *Naſſoviæ*, operæ pretium erit oſtendere, eum errare.

Quod igitur ad *patrem*, teſtimonio nobis venit *Dietherus*

Conf. huc *Spenerum* op. Herald. parte ſpeciali lib. 2 cap. 53 § 4

Digitized by Google

.

Ienricus,
in *Iſenburg*,
an. 1265.

DOVICVS,
in *Iſenburg*,
uc an. 1301.
Hedvvigis,
genſium ex parte heres.

nelmus,
eſſor. † *ſine liberis.*

Fridericus.

c) LOTHARIVS,
vx. *Iſengardis*, Falckenſteinio-Münzenbergica.

d) HENRICVS.
vixit adhuc 1370.
vx. *Adelheidis* Hanoica.

Philippus.
a quo linea *Grenſavienſis.*

ickenbach.

Henricus.

Wilhelmus,
Præpoſitus Limpurgenſis.

LVDOVICVS,
ſtirpis propagator.
conſtitutus an. 1460 Præfectus Steinheimenſis.
*l) an. 1480 Satrapa vrbis Moguntinæ.
** vx. *Maria*, Comes Naſſouiæ.

Philippus,
m) *Canonicus Moguntinus.*

Ioannes,
Satrapa Biſchofsheimenſis.
n) *miſſus an. 1479 a fratre ad recipiendum a ciuibus locorum Fuldenſium Sedi oppigneratorum homagium.*

ipſe. quippe qui in litteris an. 1459 Martis poſt Ioannis Baptiſtæ natalem datis; *VVir* Diether *von Gots gnaden Ervvelter des Stifts zu Menze bekennen, daſs vvir dem Edeln* Diethern *von* Iſenburg, *Grave* zu *Büdingen*, „ *vnſerm lieben Vater* — *ſchuldig ſin* &c. & in aliis an. ſequenti 1460 die S. Ioannis Baptiſtæ datis; *VVir* Diether — *bekennen in dieſem brieffe, ſolicher vnvville', zvveyſtracht vnd irrunge vnd myſshell, die ſich bisher vff dieſen tag zvvuſchen den VVolgebornen* Diether *von* Iſenburg, *Graven* zu *Büdingen*, „ *vnſerm lieben Vater*, *auch* Ludewigen *von* Iſenburg, *Graven daſelbs, vnſerm lieben Bruder, an eynem, vnd* Philips *Graven* zu *Hanaue* &c.

Quod ad *matrem*, certos nos reddit initium tabularum, quas illa & maritus an. 1435, die Michaeli Archangelo ſacra, ſuper venditione cenſus cuiusdam *D. Victoris* dederunt Collegio; *VVir* Diether *von* Iſenburg, *Herr* zu *Büdingen*, Eliſabeth, *ſin ehelich Husfravv*, Iohann *ihre elſter Sohne* &c. Conf. *Zeibichius* geneal. Solmenſ. tab. 2 n. 28, qui ex his lucem accipiet.

* Quo anno diem ille obierit ſupremum, diſtincte mihi nondum occurrit. Id tamen ex litteris *Dietheri* Archiepiſcopi patet, eum an. 1460 & 1461 adhuc vixiſſe; ex aliis vero an. 1462, dominica *Quaſimodogeniti* fato ſuo iam fuiſſe functum. In his enim diſerte *Dietherus*; *Als der Edel* Diether *von* Iſenburg, *Grav* zu *Büdingen*, „ *vnſer lieber Vater ſelig* &c.

k) Vid. lit. i) Ceterum conf. *Schediaſma* de *clauſtro Carthuſianorum* Moguntinenſi § 12.

l) *VVir* Diether *E. z. M.* — *bekennen, daſs vvir den Edlen* Ludvvig *von* Iſenburg, *Graffen* zu *Büdingen, vnſern lieben Bruder vnd getruvven, zu vnſerm Amptman zu Steinheim geſezt vnd gemacht han* &c. Moguntiæ 18 Ian. 1460.

*l) Lunæ poſt dominicam *Quaſimodogenit.* Vid. Catalog. *Vicedominorum Moguntinenſium.*

** *VVir* Adolf — *Ervvelter vnd Beſtetigter zu Menz* — *laſſen vch Manne, Burgmanne, Amptlude* — *vnd die Lantſchafft gemeynlich* — *gein Steinheim gehorig vviſſen, daſs vvir den Edlen* Ludewig *von* Iſenburg, *Graven* zu *Büdingen*, Mergen *von* Naſſaue, *ſiner elichen Husfrauvven* &c. *am Sontag nach Simonis & Iuda* 1463.

m) *Ich* Iohann *von* Allenblumen — *mins gnedigen Herrn von Menz Proviſor zu Erffurt* — *bekenne, daſs mir die Edlen* — Philips *von* Iſenburg, *Graf* zu *Budingen, Dhum Herre, Graf* Sigmund *von* Glichen — *des obgen. Herrn* Diethers *Biſchoflichen Hoff vnd Vorvverck zu Erfurt* — *ingeantvvertet han* &c. 1461 *die Philippi Iacobi.*

n) *VVir* Diether, *E. z. M. bekennen, daſs vvir den Edeln* Iohann *von* Iſenburg, *Graven* zu *Büdingen*, *vnſern lieben Bruder, vnd* Georg Rieteſel, *Erbmarſchall zu Heſſen, geſertiget han, von vns vnd vnſers Stifts vvegen, von den invvonern der Statt vnd Sloſs zu* Fulda, Hunefeld, Geiſa, Rockenſtul, Luterbach, Fiſchberg, Bruckenavv *huldung zu empfangen* &c. *Aſchaffenburg Montag poſt Pentecoſt.* 1479.

&c 5 p. 775 & ſeq. *Imhof* notit. Procerum Imperii lib. 6 cap. 6 § 4 p. m. 406.

Digitized by Google

Edit. I p. 875

ornarat, communem humanæ vitæ viam iniit pridie Nonas Maii & in SS. Petri & Alexandri collegiata eccleſia ibidem humatus.

1) Et quidem in choro; hoc epitaphio ei ſcripto: *Theodericus Pincerna ab Erbach, Archiepiſcopus Moguntinus, S. R. I. per Germaniam Archic. & Princeps Elector, Archiepiſcopatum iniit an. MCCCCXXXIV, prid. Non. Iul. adminiſtrauit annos XXIV, menſes X; reliquit, beata immortalitate fruiturus, an. MCCCCLIX, prid. Non. Maii. Requieſcit in hoc SS. Petri & Alexandri Collegio, quod impenſe coluit ſemper & dotauit, inter piiſſimos eccleſiæ fundatores tumulatus.*

2) Corrigendus ex his *Langius*, qui in chron. Citizenſi p. 866 anno MCCCCLVIII mortuum ſcribit.

DIETHERVS
primum.

I

A quibusdam *Theodericus* vocatur, ſicuti & vocatus, qui anteceſſit. Eccleſiæ Moguntinenſis Cuſtos *, Comes de Iſenburg, ſeu de Büdingen, anno MCCCCLIX, die XX Iulii ** electus; a Pontifice tamen Pio II tunc non confirmatus †, quin MCCCCLXI die XI Kal. Septembr. ab illo dignitate iſta deiectus fuit, vt ex Pontificio patet diplomate, vbi & eius deiectionis cauſſæ variæ afferuntur.

ſtirpe fuit Iſenburgico-Büdingenſi.

1) Dietherus natus illuſtri Comitum *Iſenburgenſium*, familiæ *Büdingenſis*, ſtirpe. Pater ei fuit *Dietherus*, magnæ vir in aula Moguntina auctoritatis & dignationis. Egit enim ſupremum locorum Sedi in Haſſia ſubiectorum Præfectum ab anno MCCCCXXVII ad MCCCCXXX vſque. Anno MCCCCXXXVIII Conſiliariis fuit adſcriptus, & anno MCCCCXLVIII Satrapes in Buchonia conſtitutus: mater ei fuit *Eliſabetha*, Comes Solmenſis, *Othonis* & *Agnetis* Falckenſteinio-Munzenbergiæ filia; auus *Ioannes*, auia *Margareta*, Comitibus Catimeliboenſibus orta.

Maioris lucis cauſſa non piget, partem ſchematis genearchici, quæ huc facit, apponere.

* *   * *
*   *

litteris initiatus, Erfurti in ſtudia incubuit,

2) Idoneis magiſtris in diſciplinam traditus, domi artibus, quibus puerilis ætas ad humanitatem informari ſolet, imbutus: annis vero maturior Erfordiam, quæ tum hominum litteratorum affluebat copia, miſſus eſt, vt ingenium ingenuis excoleret diſciplinis, atque generis ſplendori litterarum conſociaret claritudinem. Vbi cum indies ad altiora virtutis quodam niteretur impetu, maturitate iam quadam doctrinæ ac ſapientiæ tempeſtiuus, dignus anno MCCCCXXXIV habitus eſt, qui faſces gereret academicos. *Dietherus*, ita *Gudenus* Hiſtor. Erfurtenſ. lib. II § XXII p. 134, *Comes de Iſenburg, litterarum ſtudiis operam hic nauans, hoc anno academiæ Rector præfuit, ac ſpecimen dedit, ſe dignum eſſe, qui olim imperaret.*

ibidemque Rectorem egit academiæ.

3) Locum in illuſtriſſimis metropolitanarum Moguntinenſis, Treuirenſis, & Colonienſis Collegiis cum inueniſſet, virtute ſua meruit, vt idoneus maxime haberetur ad honores & ampliſſimos magiſtratus gerendos. Theoderici ſane multos annos fuit a conſiliis, vt ex litteris, queis anno MCCCCXLVII die Aurei & Iuſtinæ officio huic renuntiauit, patet. * Dein Moguntiæ in Collegio maiori *Cuſtodis* dignitatem obtinuit anno MCCCCLIII, *Ioanni Flach* de *Schvvarzenberg* ſucceſſor datus. *Helvvichius* elench. nobilit. eccleſ. Mogunt. ſect. III p. 223. Præter quam & Collegiis ad *D. Victoris*, & *S. Ioannis* Præpoſitus fuit. Idem *Helvvichius* de diſſidio Moguntino ſectione I § II p. 137. Illi quidem, poſt exceſſum *Henrici Ehrenfels*, iam anno MCCCCXLII, vt in catalogo Præpoſitorum *D. Victoris* notatum p. 622. Immo parum abfuit, quin anno MCCCCLVI, *Iacobo Sirckio* fatis functo, celſiſſimum Treuerici archiepiſcopatus culmen adſcendiſſet. Quippe a Canonicorum nonnullis in defuncti lectus locum. Nec alieno ipſe a titulis iſtis erat animo. *Ioanni* ſane, e Marchionibus Badenſibus, a ceteris expetito, haud parum Romæ faceſſiuit negotii. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIX § C & CIII p. 290 & 291; ex quo *Helvvichium*, qui de diſſidio Moguntino ſect. dicta § III p. 137 plus forſitan affectui dat, interpreteris.

ad varios honores euectus,

Treuiris a parte quadam Canonicorum Præſul fuit electus,

4) Quos Treuiris ambiit, Moguntiæ tandem conſecutus honores eſt. ** Dum vero die

& tandem Archiepiſco-

pes Moguntinum factum non d. XX Iul.

die XX Iulii electum tradit auctor, errat. Errat, qui *Serarium* ſequitur, *Helvvichius* de diſſidio Moguntino ſect. I § III p. 137. Martis enim poſt D. Viti ſollemne, quod in XV Iunii diem incidit, iam ad mitram vocatum fuiſſe, patet e clauſula pactionis, qua ipſe, cum electus eſſet, Collegio principi ſeſe obſtrinxit: *Haben vvir in guten truvven gelobt, vnd in geinvvertigkeit des heiligen Evvangelii, das da vor vns lage, mit vffgelegter hant vff vnſer hertz geſvvorn, alle vnd igliche vorgeſchrieben ſtucke, punkte, vnd artigkele ſtete vnd veſte zu halten —— vnd auch darvvidder nymmer mee zu thun — mit vvorten ader vvercken — vnd vber dieſen vnſern eydt, ader eynchen punkten ader artickel darinn begriffen, kheinerley diſpenſacien ader gnade, entledigunge, vfloſunge, vernichtigunge, ader luterunge von dem Stule zu Rome oder von eynem Concilio —— impetriern ader ervverben ——·—— Vnd des zu vrkunde haben vvir vnſer angeborn inſiegel mit rechter vviſſen an dieſen brieffe gehangen, vnd ſo balde vvir beſtetiget vnd confirmirt vverden, ſollen vnd vvollen vvir vnſer groſſes ingeſiegel zu merer getzugnus, als Ertzbiſchoff zu Mentz auch an dieſen brieffe vnvertzogenlichen —— thun hengken. Der geben iſt am Dinſtag nach Sant Vits tag, anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono.* Idem conficias ex litteris Collegii metropolitani, quibus, Dietherum Theoderico ſurrogatum & Archiepiſcopum conſtitutum eſſe, Sedis clientibus ſiue Vaſallis ſignificauit. Datæ enim ſunt Martis poſt Kiliani, quem diem ante XX Iulii orbi illuxiſſe, ſat planum eſt. Quin, cum ipſe *Helvvichius* l. d. § II p. 136 dicat, poſt Theoderici Erbacenſis obitum diebus quadraginta tribus eccleſiam Moguntinenſem vacaſſe, conſequitur omnino, Dietherum non XX Iulii, ſed

ſed XVIII Iun.

XVIII Iunii ſolio fuiſſe impoſitum; quandoquidem a VI die Maii, qui Theoderico fatalis fuit, ad d. XIV Kal. Iul. ſiue XVIII Iunii tot dies intercedunt. Ceterum die XVIII Iunii electum, iam ſuo tempore notauit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 435.

Verum adhibitis malis artibus?

5) Pecunia, malisque artibus potiora eligentium ſuffragia ſibi comparaſſe, *Gobellinus* lib. III commentar. Pii II p. 24, lib. itidem VI pag. 146 tradit; quem *Helvvichius* l. d. § IV p. 137 κατὰ πόδα ſequitur. Atenim haud immerito dubites. Saltem Dietherus publice, conſtanterque in ſua negauit apologia, ære ſe viam ad Sedis honores ſibi muniuiſſe. Confer, quæ ad *Helvvichium* l. d. notaui.

Electus Vaſallis Moguntinis denuntiatur.

6) Electum *Ioannes Nix de Hobeneck* dictus *Entzberger*, Collegii principis Decanus, *Volpertus* de *Ders*, Scholaſticus, *Conradus Ravv*, Cantor, ceterique eiusdem Canonici, litteris Moguntiæ Martis poſt D. Kiliani, vt dictum, memoriam ſcriptis, Archiepiſcopatus Beneficiariis ſiue Vaſallis, caſtrorum itidem e nobilitate defenſoribus, aliisque (*allen vnd iglichen des egenanten Stiffts Furſtenmannen, Edelmannen, vnd Mannen, Burgmannen, Dienſtmannen*) denuntiarunt, ac ſimul, vt ipſum tanquam feudi Dominum recipiant; ac vt beneficii auctorem ſtato tempore, iureiurando verbis conceptis interpoſito, agnoſcant, iuſſere (*daſs ir*, ita verba habent, *dem egenanten vnſerem gnedigen Herren* Diethern, *ervvelten Ertzbiſchoff zu Mentze, als fur vnſern vnd uvvern vvaren vnd gerechten Herren entpfahen, vnd ime, als einem Ertzbiſchoff, gelobde, huldung vnd eyde thun, nach lude einer zedeln, die vch dan geleſen ſal vverden, vnd als ich* Iohan *Dechant obgenant, vnd die Erſamen Herren*, Sellentin *von* Scharpfenſtein, Raben *von* Liebenſtein, *vnd* Iohan Specht, *vnſer Mitdumherren, die vvir zu vch mit dieſem offen brieff ſenden, clerlich vch ſagen ſollen*) Edit. T. p. 871

electus autem fuit interpoſito compromiſſo.

7) Ceterum interpoſito compromiſſo Præſulem dictum fuiſſe, *Helvvichius* l. d. iam notauit; ad quem illos, quibus eligendi partes delegatæ fuerunt, nominatim in notis attulimus. Hic e litteris Collegii metropolitani modo dictis paucula hæc promere non ab re, vti quidem exiſtimo, alienum erit: *Vnd haben da*, (in conclaui Capitulari) *mit gottlichen, erberglichen, vnd redlichen, mit einer beſtentlicher vvale, eynmutiglichen, ongezvvayet zu vnſerm, uvvern vnd des gantzen Stiffts zu Mentze Ertzbiſchoffe erkoren, vnd mit lobelichem Sange erhaben, ingeſatzt vnd entpfangen den Ervvirdigen in Got Vater vnd Hern, Herren* Diethern, Herren *von* Iſenburg, *furmals vnſern Kuſtern vnd Mitdhumherren.*

mittit legatos ad Pontificem pro conſequendo pallio,

8) Simul autem ac ſedem iniit, tum Mantuam ad Pontificem, tum Viennam Auſtriæ ad Cæſarem legatos miſit; ad illum, vt muneris adipiſceretur confirmationem, &, dignitatis inſigne, pallium: ad iſtum, vt ſpatium iura regalia recognoſcendi impetraret. † A Pontifice paulliſper dilatus fuit; poſt tamen, quum iteratis inſtaret precibus, & probatus eſt, & pallium, quod donari ſolet, obtinuit. *Helvvichius* l. d *. Quod probe notandum; cum auctor hic fallat, dum ſcribit, a Pontifice Pio tunc non confirmatum. A Cæſare, litteris Viennæ die Martis, quæ Luciæ martyris memoriam præceſſit, datis, tempus annuum ad beneficia, iuraque regalia clientelari fide recipienda conſecutus eſt, vt in codice Diplomatico videbis.

* Vt hoc minus dubites, non modo faciet titulus, quo an. MCCCCLX in litteris Veneris poſt dominicam *Oculi* datis vſus eſt; *Wir* Diether *von Gots gnaden* Erwelter *vnd* Beſtetigter *zu Mentze* &c. & in aliis Martis poſt Ioannis Baptiſtæ ſignatis; *Von Gots gnaden wir* Diether, *des H. Stuls zu Mentz* Ervvelter *vnd* Beſtetigter, *des H. R. Rychs durch Germanien Ertzcantzler vnd Kurfurſt* &c. verum etiam diſertum *Pii* Pontificis *II* in litteris, quas ad *Helwichium* ſect. XIII § III p. 194 dedi, teſtimonium; *Pallium autem, quod pro dicta eccleſia dudum accepiſti, volumus vt conſignes V. F.* Honofrio *Epiſcopo Tricaricenſi, Nuncio & Oratori noſtro* &c.

ne cum Palatino armis ſupplicaretur, opera data.

9) Vix autem regimen auſpicatus erat, quam cum Friderico Palatino ſimultatibus implicitus eſt ac diſcordia: quæ ne in apertam excederent vim, ac publicum impedirent bonum,

Edit. I p. 875

num, *Stephanus* de *Nardinis*, Sedis Romanæ Protonotarius ac Referendarius, *Sifridus* Epiſcopus Spirenſis, *Henricus Senſtleben*, Collegii Vratislauienſis primarii Decanus, Legati Pontificis, *Albertus* Archidux Auſtriæ, Auſtriæ Dux *Sigiſmundus*, *Ioannes* Comes Palatinus Rheni, & *Ioannes*, Epiſcopus Eichſtadenſis, penſi habuere; quorum e numero dein *Albertus* Archidux & *Ioannes*, quem modo dixi, Eichſtadenſis delecti, qui partes vel transactione amica, vel lata ex æquo ſententia reducerent in gratiam. Quo etiam fine arbitri hi vtrisque diem ſtatim dixerunt, ad exaltatæ Crucis ſollemnitatem Norimbergæ obeundum.

Vicarium in ſpiritualib⁹ e Canonicis maioribus conſtituit.

10) Ipſe interim rebus eccleſiarum rite procurandis intentus, & de viro, cui vices ſuas committeret, idoneo ſollicitus, vi pactionis cum Collegio, vt dictum, factæ, ex gremio illius delegit *Ioannem Mönch* de *Roſenberg*, virum inſigni tum probitate, tum doctrina, auctoritateque, eumque officio Vicarii in rebus ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis, vt vocant, generalis præfecit. Teſtimonio ſunt litteræ, quas in codice, quem modo dixi, legendas exhibui.

Prouiſori Erfurtenſi amplam poteſtatē dat.

11) Quam ampla porro *Adolfum*, Comitem Naſſouium, tum temporis Prouiſorem Erfurtenſem, in rebus eccleſiaſticis inſtruxerit poteſtate, diſces ex tabulis, quas in eodem ſimiliter in lucem protuli.

Othon. Hennebergenſem in commilitium adſciſcit.

12) Ratus autem, ſibi auxilia ad omnem caſum tempeſtiue comparanda eſſe, *Othonem*, Comitem Hennebergenſem, virum rei militaris gloria, opumque modo non vulgari clarum, Lunæ poſt diem Margaretæ virgini & martyri ſacrum, in vſus belli ſibi addixit.

Rhinganienſibus in fidem receptis ſtabilit priuilegia.

13) Die Saturni vero ſequente in Rhingauiam conceſſit, incolas in fidem recepturus; quibus, cum ſacramentum dixiſſent, & verbis & edito diplomate promiſit, id omne ius ipſis ſe permiſſurum, quod olim ſibi peperiſſent. Memorant id nobis litteræ *Bernhardi*, Comitis Solmenſis, *Ludouici*, Comitis Iſenburgico-Büdingenſis, *Philippi* de *Cronberg*, Equitis, & *Volperti* de *Swalbach*, quibus tum Rhinganienſibus, tanquam prædes, fidem fecere, Dietherum, quamprimum a Papa fuerit confirmatus, tabulas ipſis datas & renouaturum, & ſollemniter ſigillo conſignaturum Archiepiſcopali.

mandat, vt loca profanata expientur, & ſacrandi ſacrentur, velanda velentur.

14) Rerum dein eccleſiaſticarum ad veteris diſciplinæ normam componendarum ſe cupidum eſſe ac ſtudioſum, ipſo oſtendebat opere. Quippe gnarus, legibus ſtatutum eſſe, vt ædes ſacræ, ſacella, aræ, cœmeteria, quæ polluta eſſent, profanataque, expiarentur; Abbates item ac Præpoſiti nondum conſecrati, virginum etiam ſacratarum Magiſtræ; ipſæque ſanctimoniales, quæ ſacrum velamen nondum ſuſcepiſſent, & conſecrationis munus capeſſerent & velaminis vſum: omnibus hinc ac ſingulis Curionibus, Vicariis, & Diaconis per terminos Præpoſiturarum *SS. Stephani* & *Ioannis* Moguntinenſium, *Fritzlarienſis* item, nec non *B. M. V.* & *D. Seueri* Erfurtenſium, tum *Iechaburgenſis*, *Dorlonenſis*, *Heiligenſtadenſis*, *Nordhuſenſis*, *Geiſmarienſis*, & *Einbecenſis*, litteris Aſchaffenburgi d. XIV Aug. ſcriptis negotium dedit, annitendi, vt ædes, ſacella, aræ, cœmeteria profanata intra menſem ab *Hermanno*, Citrenſis eccleſiæ Epiſcopo, ſuo in pontificalibus muniis Vicario, expientur; conſecrandi vero, velandæque ab eo conſecrationis item accipiant beneficium, & honoris inſigne, velamen, laudato cæremoniarum ordine capeſſant.

Collegiatā in Steina rationi habet.

15) Et cum hæc inter Canonici Collegiatæ *Steina*, facta cum priſtino monaſterii Abbate & monachis relictis transactione, alio ſe recepiſſent, & hos de bonis ſibi tradendis vexarent, *Adolfo*, Prouiſori Erfurtenſi, nobis iam dicto, die IV menſis Septembris in mandatis dedit, vt reſciſſa pactione iſta, Canonicis ad redeundum certum tempus præſtitueret, inſtaretque, vt ſuis debite fungantur officiis, res eccleſiæ curent, Abbati & monachis relictis victum & amictum præbeant, creditoribus nomina explicent, aliaque omnia faciant, quæ Theodericus conſtituiſſet. Litteras ipſas habes in codice Diplomatico ſemel atque iterum iam dicto.

Diem præſtitutum Norimbergæ per legatos obit.

16) Hæc dum agebantur, dies S. Cruci exaltatæ feſtus appropinquauerat, quem Diethero & Palatino *Ioannes* Eichſtadenſis & *Albertus* Auſtriacus dixerant. Legati a Diethero Norimbergam ad eundem obeundum miſſi Herum ſententiæ arbitrorum ſe ſubmiſſurum teſtabantur; non item, qui a Friderico venerant; cauſſati, ſe haud cum poteſtate miſſos eſſe. Nihilo tamen ſecius ſequeſtres ſententiam tulere. Varia erant capita, de quibus litigabatur; quorum vnum attingere iuuabit, tum quod primarium facile ſit, cum maxime vero, quod infra rurſus nobis occurrat. Erat ſcilicet, vt rem ab initio quaſi repetam, *Cubam* inter ac vicum Rhingauiæ *Lorich* haud paruus agri tractus, quem Lorichenſes hactenus poſſederant, Cubenſes vero ſui iuris eſſe contendebant. Controuerſia ad *Iodocum* de *Venningen*, arbitrum, delata, ſecundum Fridericum fuit iudicatum. Qui proin ſuæ ditionis fecit locum, Cubenſibus in poſſeſſionem immiſſis. Atenim, cum iſtum Lorichenſes ſibi ademptum dolerent, Epiſcopo Spirenſi interueniente, ius eis ſuum nouem florenorum millibus vendidit. Eam pecuniam ædis metropolitanæ Moguntinenſis Canonici ſe depenſuros, ſyngrapha data fecere fidem. Vide *Friderici* litteras ad Spirenſes, Iouis poſt D. Eliſabethæ ferias anno hoc datas, apud *Lehmannum* lib. VIII chron. Spirenſ. cap. CIII p. 852. Contigit poſt, vt Fridericus Hendſchuchsheimii, vico ditionis Moguntinæ, haud procul ab Heidelberga, neſcio quam ob cauſſam nonnulla per vim ageret ac furorem: quorum quidem *Dietheri*, ſociorumque litteræ anno ſequenti dominica *Eſto Mihi* editæ (quas apud *Mullerum* ſect. III theatri Comitior. ſub *Friderico III* cap. XXVII legas) his p. 764 mentionem faciunt verbis: *Dazu ſo finder ſich vch das plutvergieſſen an der geſchichte zu Henſchuchsheim von vch begangen, ihr * der kirchen vnd vff gewiehtem ertrich daſelbſt,*

* *f. in*

mit

mit namen manſlahe etliche von leben zum tod bracht &c. Id penſi habentes *Ioannes* Eichſtadtenſis & *Albertus* Auſtriacus, arbitri, cenſuere, ob vim hanc (*gein der geſchicht, ſo ſich in dem dorff Hendſchuesheim verlauffen hat*) Canonicos debito iſto nouem millium florenorum abſoluendos. Vt itaque Fridericus chirographum iis reddat, ſimul vero apocha tradita teſtetur, ſibi ſatisfactum eſſe, pronuntiauere.

tum Alberto Brandenburgico & Vlrico Wirtembergenſi bellū contra Fridericum denuntiavit.

17) Feriis natalitiis de belli magis, quam pacis actum rebus. Sententia namque hac per arbitros Norimbergæ lata ſe grauatum denuntiarat Fridericus: quin, Diethero, Brandenburgenſi, Veldentino, & Wirtembergenſi, litteris publicis variorum capitum inculatis, haud obſcure ſignificarat, armis mage quam verbis cauſſam ſe diſceptaturum. vid. *Dietheri* ceterorumque, quas modo memoraui, litteras apud *Mullerum* l. d. Vim igitur vi opponendam rati, Dietherus cum maxime, tum *Albertus* quoque Brandenburgicus, &, qui pariter coniugis ſuæ reſpectu cauſſis inimicitiarum erga Fridericum interſerebat, *Vlricus*, Comes Wirtembergenſis, Veneris poſt lucem Chriſti incunabulis & natali ſacram, ſe propediem bellum ſumturos, ſuosque dolores vna vlturos, Aſchaffenburgi, data inter ſe fide, ſtipulati ſunt, ſimulque ſtatuerunt, ſi forte *Ludouicus*, Dux Biponti & Comes Veldentinus, & ipſe multis hactenus a Friderico iniuriis iactatus ac agitatus (*nachdem ime viel gedrangnus, erodes, vnd vnvvillens erzeugt iſt*) in fœdus hoc recipi deſideraret, pronis illum animis admittendum.

diœceſi viceſimam imperat,

18) Inde tum de ſubſidiis bellicis, tum auxiliariis comparandis ſollicitiſſime cogitauit. Quod ad iſtud attinet, anno ſequenti MCCCCLX ipſa Epiphanias dominicæ feria ditionis Moguntinæ populo viceſimam bonorum imperauit, conſtitutis, qui eam colligerent, *Rabano* de *Liebenſtein*, *Ioanne Mönch* de *Roſenberg*, Canonicis Moguntinis, *Philippo Groſchlag* & *Ioanne Hedersdorff*.

multos e nobilitate Rhenana & Weſtphalica ſibi adſciſcit auxiliarios.

19) Quod ad hoc, e nobilitate ad Rheni inferioris tractum quamplures aduocauit, ſtipendiisque Saturni ante dominicam *Oculi* dictam conſtitutis in belli ſecum traxit adiutorium: ſigillatim *VVernherum* de *Pallant*, filium natu maximum *Pallantii*, cui a domo *Breidenpent* cognomen hæſit, *VVernherum Burs*, *Antonium* de *Orsbeck*, Olbrucki Dynaſtam, *Gerhardum* de *Humel*, *VVilhelmum* de *Schœnrode*, *Vlricum Holtorf*, iuniorem, *VVernerum Horit* von *dem Buſch*, *Damonem* von *dem Bongart*, *Ioannem* de *Greiſbeck*, iuniorem, *Reinhardum Bront*, *VVirichium* von *dem Bruch*, *Eccardum Starpemann*, de Bechenich, *Petrum Boichholtz*, *Arnoldum* de *Krickenbeck*, *Engelbrachtum* de *Eylle*, *Godeſchalcum* de *Hulſſen*, *Arnoldum* de *Huyſſen*, *Philippum* de *Stelenberg*, dictum *Mortkock*, *VVilhelmum Boch* de *Keſſel*, *Thus Boch* de *Keſſel*, *Henricum* de *Rode*, *Ioannem* & *Fridericum fratres* de *Dadenberg*, *Caſparum Muckart*, *Henricum* de *Keſſel*, *VVilhelmum* von *der Oilſen*, *Ioannem* de *Bertmar*, *Ioannem* de *Ioch*, *Henricum* de *Bredemer*, *Hermannum* de *Eynetheym*, *Danielem* von *der Rilſſen*, *VVilhelmum* de *Viſchel*, *Carſilium* von *der Heyden*, *Luytgin Kuſenkroff*, *Ioannem Kipperg*, *Vollinck* de *Keſſel*, *Ioannem* de *Treſſe*, aliosque.

Edit. I p. 875

monaſteriis Palatinatus certa conditione ſecuritatem promittit.

20) Tam acri bellum parabat ſtudio. Qua tamen erga monaſtici ordinis loca, clauſtraque religione erat ac beneuolentia, editis Moguntiæ Lunæ poſt dominicam modo dictam tabulis, magna pollicitus eſt fide, ſi quidem Fridericus agri Moguntini cœnobia bello hoc intacta relinqueret, tum ſe viciſſim ea, quæ in Palatinatu ſita ſint, nullo affectaturum damno.

hinc, Palatinus Schauenburgum obſidet & expugnat.

21) Finitis Paſchalium diebus res in neruum erupit. Cum enim Dietherus contractis copiis in campis Moguntinis conſiſteret, Fridericus hoſtem celeritate præueniendum ratus, vt agrum Heidelbergenſem ab hoſtilibus incurſionibus tutum præſtaret, *Schauenburgum*, iuris Moguntini in ſtrada montana caſtellum, tum temporis celebre admodum, ac omni non minus apparatu refertum, quam foſſis altiſſimis munitum, Diethero nec opinante, obſedit, idque octauo oppugnationis die ſuam ſub poteſtatem redegit, equitibus octodecim, peditibus triginta captis, ac Heidelbergam in vincula abductis. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 437, quem *Helvvichius* l. d. § VI p. 139, & *Hachenbergius* de vita rebusque geſtis *Friderici Victorioſi* lib. III ad h. a. ſequuntur.

Ipſe vero oppugnat Ingelhemium.

22) Contra Dietherus, Bipontinis auctus copiis, ad *Ingelhemium* expugnandum deſcendit. Et oppidum quidem non magno occupauit labore; aulam vero, ſiue vetus Regum ac Imperatorum palatium (vulgo *den Ingelheimer Saal*) licet ipſis inhæreret portis, fruſtra oppugnauit, obſeſſis obſidionem fortiter tolerantibus, donec Fridericus cum copiis aduolaret, ipſos liberaturus. *Munſterus* Coſmograph. lib. III cap. CXVII p. m. 704, & ex eo *Hachenbergius* l. d.

Palatinus Collegiatis extra Moguntiam incendium minatur.

23) Hoſtem non expectandum ratus noſter, ſignis confeſtim motis militem in *Gauiam* (id nomen late patentibus Alzeiam ac Vormatiam verſus campis eſt) abduxit. Fridericus vero, rebus Ingelhemii reſtitutis, retro Moguntiam tetendit, ac in agrum vrbi circumiectum delatus, Canonicis ad *S. Crucis* ædem, tribus horæ quadrantibus ab vrbe, non plane nil damni inflixit; quippe ignem domiciliis eorum iniecit, ac hoc ipſo tum *D. Victoris*, tum *S. Albani* Canonicis tantum incuſſit terroris, vt incendium confeſtim pecunia redimerent; quo præter *Helvvichium* l. d. § IX p. 140, vide, quæ in chronico *D. Victoris* ſectione I § XXXV p. 609, *S. Crucis* § X p. 689, & *Santalbanenſi* lib. II ſectione I cap. III attuli.

Ipſi loca quædam incendio vaſtat.

24) Dietherus viciſſim iure belli in Palatinæ ditionis homines ac loca vſus, vti ea, populariqve paſſus eſt. Qua occaſione Collegialis *Neghuſana*, antiquiſſimum Dagoberti opus, a Carolo M. aliisque egregie amplificatum, *Liebenavv* itidem & *Hochheim*, cœnobia Vormatiæ vicina, communem cum aliis

belli

Edit. I p. 875

belli caſum ſuſtinuere. Auctor *chronici Vormatienſis* p. 167, *Lehmannus* l. d. p. 856.

cum Palatino confligit, & vincitur.

25) Tandem ad *Pfedershemium*, iuris tum Moguntini oppidum, ventum ad manus eſt. Huc enim contenderat Dietherus, animo, *Bockenhemium*, Leiningenſis Comitatus municipium, quod hoſtis oppugnabat, obſidione eximendi. Quod vbi Fridericus cognouit, lætus pugnandi copiam ſibi præberi, oppugnatione ſoluta, ducit quam proxime ad hoſtem poteſt. Nec mora; cum dies D. Vlrico feſtus illuxiſſet, collatis certatum ſignis. Pugnam e *Lehmanno* aliisque *Hachenbergius* l. d. his deſcripſit verbis: *Et iam prima lux aperiebat diem, quum hoſtis magno cum tumultu omnibus ſeſe portis effundit, fulgensque armis in proximum campum deſcendit. Agmen ſequebantur carpenta campeſtria, quibus eo tempore caſtra in formam valli ſolebant circumdari: adhuc multi currus aderant, annona omnique militari ſupellectile graues; tum tormenta, machinaque omnis generis portabantur. Poſita plano in loco caſtra, bellicique currus; ipſi hoſtes propius ad Palatinas ſtationes prætervecti ſubſtiterunt, altiori tumulo ſuperſtantes, ex quo inſolenter paucitati inimicorum illudebant. At Princeps exiguitatem militis ſui magno animo adiuuans, flecti cornua, & obuerti ordine in ora hoſtilia iubet. Haſſo peditem omnem tradit, atque eum parte dextra circumire tumulum iubet; ipſe mille ac ducentis equitibus comitatus, in humiliorem vallem transgreditur. Stetere aliquandiu oppoſita acies, armaque minitando & ſtrependo ſibi intentauere, donec tandem impatiens moræ Moguntinus ex tumulo decurrit primus, atque in anteſignanos Palatinos inuehitur. Tum Princeps ſuos obequitans*, ite, *inquit*, ſocii in hoſtem, ite adiuuantibus ſancta Maria, ſancta Cruce, ſanctoque Georgio, quicunque mori aut triumphare cum imperatore veſtro ſtatuiſtis. Ego certe aut hodie aut nunquam Palatinus Comes ero. *Nec plura profatus, prior in occurſantes hoſtes peruadit, totumque equitatum ſecum rapit. Inde Haſſus ſubit in latera prætervectus, & circuitu haud magno tumulum præcingit. Illum Liechtenbergenſis Comes inſequitur, latusque claudit. Magnis animis concurſum eſt, commiſtique manipuli mutuas cædes & vulnera fecerunt, donec circumfuſus tergis hoſtium Palatinus ordines perfregit, turbatosque perpulit in vallem. Statim Bipontinus pauidus & exanimis pugnam deſerit, fugaque ad ſaltuoſum agrum elabitur. At Moguntinus Præſul, dum trepidante equo in fugam ſe coniicit, circumuentus ab equitibus, tubis vndique concinentibus, ægre inter tela hoſtium in oppidum euaſit. Tum in campis patentibus cædes vndique edita; trucidati hoſtes, equisque conſternatis obtriti, pauci fuga per agros ſparſi ſtragem euitarunt.*

ex quo Pfedershemium expugnatur

26) Poſt tertium inde diem Fridericus, ingenti, quam fecerat, præda Weſthoffi inter militem diuiſa, oppido *Pfedersheim* obſidionem etiam intulit. Cepiſſet locum ſine difficultate, ſi hoſte fuſo ſtatim eum circumfodiſſet; nunc vi opus erat. Expugnauit tamen, ſimul ab omni parte mœnia aggreſſus. *Trithemius* l. d. *Helvvichius* l. d. § VII p. 139.

27) Dietherus vero, cum inter hæc in tutiora ſe recepiſſet loca, non omnem de bello continuando abiecit cogitationem; quin nouos conducendo auxiliatores, Lunæ poſt Margaretæ virginis feriam, Gernshemii *Ioannem* & *Fridericum Greiffenclavvios* de *Volrat*, viros manu ſtrenuos, aduerſus Fridericum, facta iiscum pactione, ſibi obſtrinxit. *nouos conducit auxiliarios.*

28) Ad vltimum tamen circumſpectis rebus omnibus, rationibusque ſubductis, ſententiam ad pacis deflexit conſilia. Nec cunctatus, miſſis ad Fridericum litteris ſignificauit, ad pacem ineundam prono ſe eſſe animo, conſtitueret modo diem, quo de concilianda ea Vormatiæ agatur. Cur nollet, cauſſam initio dixit Fridericus; poſtea tamen annuit. Intercedebat enim *Heſſo*, Landgrauius Leiningenſis, ſuadebatque, ne in colloquium venire grauaretur. *de pace cogitat.*

29) Erat locus, Vormatiam inter ac Moguntiam, commutationibus ipſos inter ac conſiliis opportunus. Fide igitur accepta dataque, Veneris poſt diem Apoſtolorum ab ſe digredientium memoriæ dicatum, iſti ſucceſſere loco. Vterque ducentos ſecum ducebat armatos, qui diſtincto interuallo in campo conſtiterunt. Sed ipſi Principes, quum propius in conſpectum ſubiiſſent, equis deſcenderunt, iunctisque amplexibus & manibus nexis in tugurium, quod iſta in planitie erat, & vulgo *tugurium nouum*, vernacula *die newe hütte*, item *die zimmermans-hütte* appellabatur, ſeceſſerunt. *Lehmannus* l. d. *cũ Palatino colloquitur,*

30) Vbi cum per integram fere horam inter ſe collocuti eſſent, pax coaluit. Pararius erat *Heſſo*, Landgrauius, vt dictum, Leiningenſis; conditiones vero hæ; Vterque inimicitias ponat, & ſine mora ſociis ſuis, vt idem faciant, mandet; tum vero captiuis diem, quo ſe ſiſtant, hunc intra & aſſumtæ glorioſæ Virgini ſollemnem, præſtituat; e pecunia, quam Lorichenſium nomine Canonici metropolitani ſe depenſuros receperint, quatuor millia Dietherus intra quatuordecim proximos dies Palatino ſoluat, quinque reliqua intra annum; caſtri *Schauenburg* reliquias, villas item *Handſchuchsheim* & *Doſſenheim* (*dieſelbe Burgſtadel vnd dörffer*) quas Palatinus bello hoc ſuæ fecit poteſtatis, retineat, donec Moguntinus eas pretio viginti millium florenorum redimat; tabulas, quibus *Ioannes* Eichſtadtenſis & *Albertus* Auſtriacus de iſto nomen millium florenorum debito pronuntiauere, Dietherus Friderico Heidelbergam tranſmittat, nec, quam tulere, ſententiam in poſterum aduerſus eundem vrgeat; ad tertiam item partem caſtrorum *Kirchheim*, *Stauff*, & *Tannenfels* cum rurſus admittat; de metallifodinis *Deymbacenſibus* vterque rem deferat ad Philippi Comitis Catimelibocenſis arbitrium, eiusque dein ſtet ſententia; ipſe & Palatinus locum illico deſignent, ad quem intra hunc & aſſumtæ Virginis feſtum conueniant, acturi de fœdere, eo *cum eo pacem facit,*

ginti

ginti annos ſe obligent; vt dimidium pecuniæ, qua *D. Victoris* Canonici incendium redemere, ſeptingenti nimirum ac quinquaginta floreni, intra quatuordecim dies proxime ſecuturos Palatino numerentur, Dietherus curet; Idem inimicitiis cum *Horneckio* de *Hornburg* finem imponat; *Horneckius* vt idem faciat, Fridericus operam det; captiuos idem ad præſtitutum diem, cautione de non vindicando accepta, liberos dimittat; additum, excipi, qui *Ludouico* Bipontino & *Comitibus Leiningenſibus* meruerint; eos enim pace hac haud includi vel comprehendi. Hoc ipſo tum omnis ipſos inter res, tum ea, quæ *Godeſchalco* de *Buchenavv*, aulæ Moguntinæ olim Præfecto, aliisque hactenus cum Friderico fuerit, compoſita ſit ac in tranquillum collata. Pacificæ pactionis huius initium ſic habet; *VVir* HESSE *von Gotes gnaden, Langrave zu Lyningen vnd Grave zu Tagſperg bekennen* &c. Clauſula vero; *Der geben iſt in der nuvven hütten vff Fritag nach der H. zvvölf Botten ſcheydunge tag.* Conf. *Trithemius* l. d. p. 438, *Lehmannus* l. d. *Helvvichius* l. d. § VIII p. 140, *Mullerus* l. d. § III p. 771, *Hachenbergius* l. d. quos tamen ex his, quæ dixi, interpreteris.

quæ non ſeruatur. 31) Poſitis ſecundum formulam hanc armis, de fœdere inter ipſos actum. Venit autem res ad pactionem Hemſpachii, Lunæ poſt diem vinculorum D. Petri memoria celebrem proxima, his conditionibus; Viginti annos ad mutuam concordiam & defenſionem alter alteri deuinctus ſit. Quod ſi alter bello petatur a quopiam, vel bello ſe inuolutum iri ſuſpicetur, ac alterius auxilio vti cupiat, id ipſi ſignificet. Is, qui auxilium rogatur, proximum intra menſem tentet, vtrum rem via amicabili ad concordiam reducere poſſit; ſin minus, an eo deducere, vt arbitrorum deferatur ad iudicium. Quod ſi nec id obtineat, & auxilium rogans paratus ſit, ſocii iudicium pati, pars aduerſa vero id recuſet, tum rogatus, menſe iſto præterlapſo alteri ſe commodet, illiusque hoſti per litteras denuntiet hoſtilia. Mittat vero confeſtim ad locum conſtitutum quinquaginta equites probe armatos, eosque ſub imperio præfecti militia nobilique genere ſpectati; quos tamen alter ſuis alat ſumtibus. Si forte quinquaginta iſti non ſuffecerint, ſed plures requirantur, auxilium rogatus menſtruum intra ſpatium maiores numero copias petenti mittat; adhæc vero eidem conſilio, re, fortunisque præſto ſit, & haud ſecus ſe gerat, ac ſi propriam ageret cauſſam; idque tamdiu, donec res, quæ bello dederit originem, ad tranquillum pacis vſum fuerit reuocata. Quo firmius autem hoc ſocietatis ac mutui auxilii fœdus perſtaret, ſtatutum, ſi quid ipſos inter ſuboriretur diſſidii, Auſtregarum id permittendum iudicio; quarum certus inſimul compoſitus fuit modus.

Norimbergæ conuentui intereſt. 32) Hinc itum Norimbergam, quo Principes conuenire ſtatuerant. Quamplurimis enim videbatur, Cæſari, tam creperis rebus, haud ſatis eſſe curæ ſalutem Imperii; Diethero vero primum erat, quod quereretur. Nec opinantem namque Iudices Cameræ, vt vocant, Apoſtolicæ ſacrorum nuper ſubdiderant interdicto, ob cauſſam non aliam, quam quod pecuniam, quam Legati ad pallium redimendum mutuo ſumſerant, ad diem haud diſſoluiſſet. *Edit. I p. 875* Dolori autem erat ac ægritudini, hæc pati; maxime quod perſuaſum ſibi haberet, id ſe haudquaquam promeruiſſe; plus peti, exigique, quam vel iure, vel recepto hactenus exigi deberet more; quantum deceſſores perſoluerint, quin penderet, ſe nec recuſaſſe, nec etiamnum abnuere; in periculo verſari Septemuirum honorem, Germaniæ libertatem.

a Papa prouocat ad concilium. 33) Cum ventum eſſet ad deliberationem, ſtatuit, a Pontifice prouocare ad Concilium. Nec cunctatus appellat. Conſilio ne prouido prudentique, noſtrum haud eſt diſcutere. Videas tamen fuiſſe, qui factum collaudarent. *Fridericum* Marchionem Brandenburgenſem, & *Fridericum* Comitem Palatinum Rheni, vtrumque Electorem, *Helvvichius* iam nominauit l. d. § XI p. 141. Et horum quidem ille litteris pridie diei dominicæ, quæ *Reminiſcere* dicitur, ibidem datis, teſtatus eſt, appellationi ſe adhæſurum, ac Diethero tum ope adfuturum, tum conſilio. Iſte, eodem pariter die. *Ioannes* vero, Præſul Herbipolenſis (quem *Helvvichius* haud expreſſit) dominica, quæ *Iudica* vſu vocatur eccleſiaſtico, demum acceſſit: hoc ſinguli animo, vt labantem & exterorum libidini ingemiſcentem Germaniam erigerent.

Dietherus viciſſim Brandenburgenſi poſtridie eius diei repromiſit, ſi forte quid indignationis ad hæc conciperet Pontifex, haud prius ſe conquieturum, vel ſua de re cum Curia Romana tranſacturum, quam ipſum apud Papam in gratiam repoſuiſſet.

34) Reſtabat, vt Pontifici cum Dietheri, tum communes exponerentur querelæ. Id vero negotii in ſe ſuſcepere Palatinus & Brandenburgenſis, haud abſterriti a propoſito, quod opus eſſet periculoſæ plenum aleæ. Epiſtolas, quas vterque ad *Pium* dedit, ſummatim recenſuit *Helvvichius* l. d. § XII p. 141.

conuentum indicit Francofurti habendum. 35) De cetero opus iſtis videbatur, quid Imperio, ſtatu rerum tam turbido dubioque, expediret, communibus tandem ſtatuere conſiliis. Placuit itaque nouum Francofurti agere conuentum. Quem cum Dietherus Principibus ad primam poſt ferias Pentecoſtales dominicam indixiſſet, viſum, Cæſarem ipſum ad eundem vocare. Litteris, in quibus plura vellicabant, nomina præpoſuere Electores, qui tum aderant, ſinguli. Scriptæ vero ſunt dominica, quam dixi, *Reminiſcere*, legique poſſunt apud *Mullerum* l. d. cap. VII § II p. 17 & ſeq.

cum Palatino & Brandenburgenſi arctam init ſocietatem. 36) Cum vero verendum eſſet, dum ita pro ſtatus ſacri iuxta atque ciuilis ſalute, dignitateque excubarent, ne Cæſaris pariter ac Papæ aduerſus ſe prouocarent iras; eodem adhuc die tres hi Electores ſocietatis, mutuique auxilii fœdus magna inter ſe ſtipulati ſunt religione. Conditiones huc redibant; ſi forte ſinguli, vel etiam vnus quis ipſorum, rei huius cauſſa, deteſtationis eccleſiaſticæ aut proſcriptio-

Edit. I p. 875

ſcriptionis ciuilis inuolueretur pœnis, aut aliis impeteretur modis, vt tum conſociatis viribus ac conſiliis vim omnem ab ſe dimouerent, ac ſummo cum ſtudio alter alteri præſto eſſet.

Comiti Glichenſi gratificatur.

37) A publicis his Dietherus ad priuatas conuerſus res, eadem dominica *Ludouico*, Comiti Glichenſi, Dynaſtæ Blanckenhainio, permiſit, vt coniugi *Catharinæ*, vetuſta Waldenburgiorum proſapia oriundæ, dotalitium, vt vulgo vocant, in feudis ſiue clientelis Moguntinis, Burgo ſcilicet inferiori (*der Niderburg*) & Crannichfelda conſtitueret, eique vſum fructum illorum ad viduitatem aliquando digne tuendam legaret.

In vnionem Electoratem conſpirat.

38) Die dein Veneris, quæ dominicam dictam proxime ſequebatur, in fœdus, quo Principes Electores ſuperioribus annis ſibi inuicem ſeſe obſtrinxerant, vulgo die *Chur-Verein*, iureiurando ſollemniter interpoſito, receptus fuit. *Mullerus* l. d. cap. III § III p. 7, & cap. IV § IV p. 11. & ſeq.

Miltenbergæ ſynagogam Iudaeor. addicit Sacellano B. V.

39) Miltenbergæ poſtea, expulſis Iudaicæ ſuperſtitionis zizaniis, domum lapideam, vulgo Iudæorum ſynagogam dictam (*genant die Iudenſchule*) iuxta cum exteriori mulierum oratorio, area, cella, horto, domoque עַמְּ֑ ‏שַׁמָּשׁ siue Diaconi adiacente (*mit der huſung der Iudenfravven ſchule, hoffe, keller, gang, garten, vnd das neben-hus, darin der Iuden Schulklepper ſeſshaft gevveſen iſt*) omni, quod Iudæis in loca hæc competere poterat, iure ſublato, Presbytero ſacelli, *B. M. V.* dicati, attribuit, conſtituitque, vt Sacerdoti ad dictum *B. V.* ſacellum poſteris temporibus in perpetuum eſſet pro habitatione. Res acta Aſchaffenburgi die Mercurii poſt dominicam, quæ vocem *Iucunditatis* edit.

Moguntiæ agit conuentum.

40) Conuentui, quem Francofurtum indixerat, cum Cæſar obſtacula oppoſuiſſet, alium ſub initium menſis Iunii egit Moguntiæ: in quo quid actum ſit, ex parte iam *Helvvichius* l. d. § XIII, XIV, XV p. 141 & ſeq. recenſuit, *Gobelini* ſecutus veſtigia. Præter ea vero, quæ adduxit, *Rudolfus* de *Rudesheim* & *Franciſcus* de *Toledo*, Legati Pontificii, vt tempori inſeruirent, Diethero, ceteriſque, qui aderant, Principibus, Principumque Legatis primum coram declararunt, nolle Pontificem, in belli ſacri ſumtum decimas a natione Germanica exigi, niſi ea plene conſentiente; nolle præterea, vlli Principum vel Ordinum, qui eas peroſi cum ceteris haud conſentirent, ſententiis cenſuriſque in concilio Mantuano aduerſus reſtitantes vel tergiuerſantes latis, vllum faceſſere negotium. Dein vero die menſis dicti quinto, quæ dixerant, Ordinum rogatu ſcripto conſignata Conuentui obtulére. Quo ſane factum, vt plurimi, qui Diethero alioqui fauebant, in diuerſum mutarent animos. Ceterum hanc Legatorum ſuorum teſtificationem *Pium* ratam habuiſſe, *Mullerus* l. d. cap. X p. 29, allatis ipſius litteris, Tiburi pridie Nonas Septembr. datis, oſtendit.

41) Cum a pleriſque ſe deſtitui videret Dietherus, Conuentu finito, prouocationi renuntiauit. *Helvvichius* l. d. § XVI p. 144. Tum vero, *Rudolfi* ac *Franciſci* ſuaſu, Legatos ad Pontificem miſit, qui, quo res Moguntinæ ſint ſtatu, curate exponerent, Piique expugnarent animum. Id quod difertis ipſe narrat verbis in Apologia ſua apud *Müllerum* l. d. p. 43. *Pii* tamen haud conſecutus gratiam eſt. In vis haud permanſiſſe dicit *Gobellinus*; repetit l. d. *Helvvichius*; vt tamen neuter memoret, quo ſe Dietherus modo ad priora innouarit. *Pius* in litteris exauctorationis hæc affert (*Perſeuerabat in auſteritate ſua, & ſibi Romanam Sedem cedere dignum arbitrabatur; & tanquam nos ab eo, non ipſe a nobis inſtrui deberet, arrogantiſſime loquebatur: non ſe ſatisfacturum mercatoribus obelis, non vitam emendaturum, non iura ſeruaturum, aut alia, quæ tenetur; ſed tanquam nobiſcum paciſci velles, hæc atque illa promittebat, ſi nos ſibi, quod ipſe cupiebat, promitteremus.* Vtrum vero hoc ſit, ad ingenium redire, alii diſpiciant. Benignus, dum renuntiaret, Legatorum promiſſis fretus, ſperabat, non modo præteritorum ſe impetraturum veniam, ſed æris etiam ſoluendi ſi non remiſſionem, diminutionem tamen quandam. *Alleswin der meynunge, daſs vns von ſyner Heyligkeit ſyner Sendboten zuſagen nach, des gelts verlaſſunge beſcheen, oder des eyns teyls abſtellunge getan, oder aber zu des bezalunge lengere friſt, nach vnſer vnd vnſers Stiffts notturfft gegeben, vnd darüber von ſyner Heyligkeit vff vns nicht vollfahren vverden ſolte.* Ita *Dietherus*, ediſſerens, cur appellationi renuntiarit, ac legatos miſerit ad Pontificem, l. d. p. 43.

appellationi renuntiat.

Archiepiſcopatu deiicitur.

42) Tandem, menſe Septembri, ſpe veniæ lapſus, de dignitate Archiepiſcopali deiectus eſt. Litteræ exauctorationis datæ Tiburi a. d. XII Kalend. Septembr. Moguntiæ Clero tum maiori, tum minori prælectæ Saturni ante diem Michaeli Archangelo feſtum. Cetera exequitur *Helvvichius* l. d. ſect. I § XVII, XVIII, XIX p. 144 & ſeq. & ſectione II, § I — V p. 146 & ſeq. quem vide.

II Narrat rem totam copioſiſſime *Nauclerus*, *Vrſpergenſis* Paralipomena, & in Sponheimenſi chronico *Trithemius*, quos, cui litigia iſta curæ, conſular.

1) Præter iſtos vero *Müllerus*, nobis iam ſæpius laudatus, l. d. cap. VIII & ſeq. p. 22 & ſeq. tum *Helvvichius* maxime l. d. quamuis ab odio gratiaque non plane vacuus: quos, cum vtramque hic faciant paginam, operæ pretium erit conſulere.

Cœnobio Billickheim Advocatum dat.

2) Id vnicum hic notare iuuabit, quod nec inter ipſos armorum ſtrepitus curam, quam eccleſiarum res poſcebant, plane remiſerit. Extant enim litteræ peruigilio Hypapantes (*vnſer lieben Fravven abent vvurzvvyhe*) anno MCCCCLXIII datæ, quibus cœnobio *Billickheim*, ne penitus peſſum iret, *Ludouicum* de *Sickingen* Aduocatum dedit, ſiue, qui id tueretur ac defenderet, patronum.

Edit. I pag.

III De eo autem ponit MS. hoſce verſus:

Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca ſonarent,
Quodque foraminibus tibia mille ſonat,
Quodque leues calami, quod ſuauis cantat aedon,
Quod lyra, quod cithara, quod moribundus olor;
Non potuit duram Dietheri flectere mentem,
Conſiliisque bonis nec dedit ipſe fidem.

1) Repetunt iſtos *Dieffenbachius* in catalogo ſæpius dicto, & *Helvvichius* l. d. ſectione III § XIV p. 163.

Archiepiſcopatu decedit

Ceterum vt pontificatu tandem deceſſerit, iidem, quos laudaui auctores, fuſe exponunt. Ceſſit autem ſponte, & transactione in campis prope villam *Zeilsheim* cum Adolfo facta (quam in notis ad *Helvvichium* ſectione XIII § III p. 191 & ſeq. ſummatim dedi) Francofurti ad Mœnum tabulis Lunæ poſt D. Seueri editis & Archiepiſcopatui renunciauit, & aliis die Mercurii ſubſecuto confectis oppida longaque ditionis Moguntinæ, Steinhemio, Dieburgo, & Höchſta exceptis, ſacramento ſibi dicto exſoluit. Quas oppidis tractus ſuperioris tranſmiſit, habes in codice Diplomatico.

poteſtate Archiepiſcopali eximitur.

2) Simul autem ipſe vno eodemque die, vt l. d. videbis, ab Adolfo, vti pactione Zeilsheimenſi conuentum erat, omni poteſtate Archiepiſcopali exemptus fuit.

ADOLFVS II. 876

I

NAſſouianus Comes Wisbadenſis, non generis tantum nobilitate, ſed doctrina etiam præſtabat: fuitque in deiecti Dietheri locum a Pontifice iam dicto immiſſus.

illuſtribus ortus maioribus.

1) *Adolfi* Cæſaris abnepos fuit hic noſter *Adolfus*, natus patre cognomine, matre *Margareta*, *Bernhardi* Marchionis Badenſis filia. *Adolfum I* & *Ioannem II*, Sedis Moguntinæ Archiepiſcopos, in patruis numerauit magnis. Id quod ob oculos præſens ſiſtit ſchema.

*

* * * *

fit Prouiſor Erfurtenſis & Eichsfeldia Præfectus.

2) Canonicis Moguntinis adſcriptus, cum & conſilio & re ſe præter ceteros promptum oſtendiſſet, anno MCCCCLI, die Mercurii poſt annuam D. Vlrici memoriam, cum Prouiſor Erfurtenſis, tum ſupremus Ruſtenbergæ, nec non totius Eichsfeldiæ Præfectus conſtitutus fuit, vt alibi dictum.

Hunc videas, cum in litteris fecialibus anno MCCCCLI, dominica poſt D. Catharinæ ferias proxima, Appelio Vizthum *miſſis, hunc ſibi cognomen tribuit:* Wir *Adolf*, Grave zu Naſſauwe, Dhumherr zu Menze, *Prouiſor zu Erffurd vnd Amptmann zu Ruſteberg. Vid.* Müllerus *parte I des Reichs-tags-Theatri ſub Maximiliano I ſectione II cap. XXXIX n. XV p. 404.*

& Præpoſitus D. Petri Mog.

Moguntiæ vero Præpoſiti ad *D. Petrum* dignitatem conſecutus eſt. Vid. *Chronicon Petrenſe* ſectione II p. 492.

Diethero opponitur.

3) Vt a Pontifice Diethero oppoſitus fuerit, fuſe expoſuerunt *Helvvichius* de diſſidio Moguntino ſectione I § XVII & ſeq. & ſectione II § I & ſeq. *Müllerus* parte II des Reichs-tags-Theatri ſub Friderico III ſect. IV cap. XI & ſeq. p. 130 & ſeq. quos conſulere iuuabit. Nolim enim hic eſſe longior, & dicta cum faſtidio repetere.

II Quia vero longa inter hos electos fuit concertatio, & vterque magnos ac potentes ſibi Principes adiunxerat, plurimum ſane damni Moguntiæ illatum, præſertim anno MCCCCLXII, die XXVII Octobris, quando, præter opinionem, multis cum equitibus, nocturno tempore, in vrbem irrupit Adolphus, ipſumque Dietherum, & Comitem Philippum Katzenelbogium fere cepiſſet, niſi ſubita ſeſe fuga, ex arcis mœnibus fune demiſſi, & piſcatoriam ſcaphulam ingreſſi, proripuiſſent.

1) Quas, quantas, quam incredibiles calamitates diœceſis hauſerit Moguntina, cum Adolfus de Archiepiſcopatu cum Diethero per duos annos certaret, pluribus enarrauit *Helvvichius* l. d. ſectione III, V, XI, & XII, quem adi.

ab oppidis in Haſſia ſe...

2) Interea loci ipſe ſub initium anni MCCCCLXII in Haſſiam perrexit, & dominica,

Notes hic, ſchemata genearchica in Gerlaco p. 666, & Adolfo I p. 689, *in vnum redacta eſſe, ac perſonis rebusque, quibus hic ſtellula præfixa eſt, nonnihil aucta.*

Walramus, *Comes Naſſoniæ.*

Adolfus. *coniuges*

Rupertus,
*a) deſponſus an. 1292 *Agneti*, f. *VVenceslai*, Regis Bohemiæ.

1 — **N. filia,** vx. *Cratonis* de *Hohenlohe.*

1 — **Adolfus,**
* † an. 1370, die S. Antonii.
ſep. in cœnobio *Clarenthal* prope Wisbaden.
vx. *Margareta*, f. *Friderici*, Burggrauii Norimberg.

Walramus.
*d) † an. 1393 d. 7 Nou.
*e) vx. *Bertha* Weſterburgica.
*ee) d. an. 1374. † an. 1418.

Adolfus, *Archiep. Mogunt.*

*f) **Fridericus,** *Canonic. Moguntin.*

Ioannes, *Archiep. Mogunt.*

Gerlacus.

*g) **Agnes,** vx. *Eberhardi* de *Eppenſtein.*

Adolfus,
i) † an. 1426, d. 26 Iul.
k) vx. *Margareta*, f. *Bernhardi*, March. Badenſ.
l) † an. 1442, d. 7 Iul.

l*) **Henricus,**
vx. *Anna* de *Grüningen.*
† ſine liberis.

Margareta,
vx. *Henrici*, Com. de Walde.
vixit adhuc vna cum marito an. 14..

m) **Ioannes,**
Vicedominus Rhingauiæ ab an. 1455 ad 1460.
m*) † an. 1480, menſe Maio.
n) vx. *Maria*, Comes de Naſſau-Dillenburg, *Engelberti* fil.
o) † an. 1472, menſe Octobri.
ambo ſepulti Idſteinii.

m) **ADOLFVS,** *Archiepiſcop. Moguntinus.*

p) **Walramus,** occur. an. 1426.

q) vx. *Eberhardi* ... *Eppenſtein* ...
deſp. an. 14..
r) vixit ...

x) **Adolfus,**
y) Ducatus Geldriæ & Comitat. Zutphaniæ Gubernator.
Iudex Cameræ Imperialis.
propagator ſtirpis.
z) † an. 1511.
vx. *Margareta*, f. *Philippi* Comit. Hanou.

Ioannes,
aa) *Canonic. Moguntin.*
† circa an. 1480.

Engelbertus,
bb) f. an. 1476 *Propoſitus Francofurt.*
cc) an. 1481 *Canonic. Moguntin.*
† an. 1506, d. 7 April.

* a) Ne dubites, apponam verba diplomatis, quo *Adolfus* pater ſe filio ſponſam hanc conciliaſſe refert, eique dotem conſtituit; *Nos* Adolfus *D. G. Romanorum Rex ſemper Auguſtus, recognoſcimus, & tenore preſencium proteſtamur, quod inclitum* Rupertum, *Natum noſtrum primogenitum, Nate Illuſtris Principis noſtri*, Wentzelay, *Regis Bohemorum, Marchionis Meranie, Ducis Cracouie & Sandomirie, dedimus, tradidimus, tradimus, damus, & vice ipſius ac nomine eundem filium noſtrum ipſius* Wenceslai *filie deſponſamus iuxta ordinacionem factam nobiſcum & iuriſiurandi religione firmatam per Honorabiles & Strennuos Viros* — *Aquisgrani 2 Kal. Iul. an.* 1292. vid. *cod. Diplomat.* Ceterum obiere vterque ante legitimam ætatem, vt *Balbinus* refert decade 1 miſcellan. lib. 7 ſect. 1 cap. 34 p. 139.

* b) *Irmgardem* gente *Hohenloicam* fuiſſe, dubitare nos haud amplius ſinit ſigillum, quod tabulis de clauſtro *Büllenheim* an. 1364, die Saturni ferias paſchales proxime ſecuto, iuxta cum *Cratone* de *Hohenlohe* & *Anna*, eius coniuge, appendit. Repræſentat enim mulierem ſtantem, auemque ſiniſtra tenentem; cui a dextro latere clypeus, cum *Leone Naſſonico*, a ſiniſtro, clypeus cum *gradientibus duobus* eſt *Leopardis*, Hohenloicorum inſigni, vt vel ipſius ſigillum *Cratonis* oſtendit. Circum circa vero hæc verba leguntur: *S. Yrmengart, Comitiſſe* de *Naſſavve.*

* c) Vid. ſchema in *Gerlaco* p. 666 lit. f*) vt adeo erret *Brovverus* annal. Treuir. lib. 17 § 128 p. 218, dum faſtos Limpurgenſes ſecutus, eum an. 1346 in prœlio Creſſiacenſi occiſum ſcribit.

* d) Sepultus Idſteinii, teſte epitaphio, ei olim poſito, quod ita habuit, vt in quodam chartophylacii Idſteinenſis codice mſcr. adnotatum eſt; *Anno Domini MCCCLXXXXIII, VII die menſis Nouembr. ob. Generoſus & Nobilis Dominus*, Walramus, *Comes* de *Naſſaue. Cuius anima requieſcat in pace.*

* e) Præter ea, quæ ſupra in *Adolfo I* p. 689 ſub ſigno † attuli, ſic legas in dicto chartophylacii Idſteinenſis manuſcr. *Grave* Walram *folget nach ſeines Herrn Va-*

*

Gerlacus,
minus Limpurgenſis.

Imagina.
* ſepulta in monaſterio *Clarenthal.*

Gerlacus,
vx. 1) *Agnes.*
**b)* 2) *Irmengardis.*

Mechtildis,
vx. *Rudolfi*, Electoris Palatini.

1 — 1 — 2 — 2

Ioannes,
vx. 1) *N. N.*
2) *Iohanna,*
vltimi Comitis Saræpontani
fil. & heres.

Gerlacus,
Archiepiſcop. Moguntinus

Crato,
**c)* occurrit adhuc an. 1361.

Rupertus.
vx. *Anna.*

**b)* Catharina,
vx. *Reinharti* de *VVeſterburg.*
d. 1373, d. 20 Iun.

Philippus.

Schönetta.

eck.
. 1432.

Anna,
rdi Domini *de* Ep-
& Königſtein.
125. d. an. 143..
adhuc an. 1463.

Agnes,
s) vx. *Conradi* Domini *de* Bickenbach,
t) aulæ Moguntinæ ſub Adolfo II Præfecti.
u) vidua facta ſub an. 1482 vel 1483.

Philippus,
Camerar. & Conſiliar. Cæſareus,
dd) deſp. an. 1465, impuber adhuc,
Margareta Palatino-Bipontinæ, itidem impuberi.
† d. 9 Iun. an. 1509.
ſepultus Idſteinii.

ee) Maria,
vx. *Ludouici* Comitis *de* Iſenburg *&* Büdingen.

ff) Anna,
vx. *Othonis*, Com. Solmenſis,
d. circa an. 1464.

ters todesfall in der Regierung, vnd vvard vermählt an Bertham, *Grävin* (rectius *Fravv*) von *VVeſterburg* an. 1374. Ceterum ex his corrigas errorem, quem *Hubnerus*, *Textorem* ſecutus, commiſit in ſchemate Naſſouiorum genearchico, dum *Bertham* hanc *Gerlaco III* vxorem dat, & *Adolfum II* Archiepiſcopum Moguntinum illius filium facit.

*ee) Sepulta Idſteinii, indice epitaphio, quod ſimiliter, cum lapides ſepulcrales circa an. 1638 e templo ſubmouerentur, in memoratum modo codicem tranſcriptum fuit: *Anno Domini MCCCCXVIII den heiligen Chriſt-abent iſt vergangen* (ſ. verſchieden) *die Edele Fravv* Bertha *von* Weſterburg. *Deren ſeelen Gott gnadt.*

*f) Vid. *Helvvichii* Elenchus nobilitaris eccleſiæ Moguntinæ ſect. 6 p. 236.

*g) *VVir* Adolf *Graff* zu *Naſſauvve*, Margaretha *Graffynne daſelbs*, *unſere liebe eliche Frauvve*, *verihen vnd bekennen vffenliche* — *umb alſoliche gelt*, *das mit namen iſt* 1200 *punt* — *Menzer vverung*, *daſs vvir dem Edlen*, *unſerme lieben Sone*, Ebirhart, *Herren zu Eppenſtein*, *noch ſchuldig ſin von alſoliches hinderſtelligen geldes vvegen*, *als vvir yn mit der Edeln*, *vnſer lieben Dochter*, Agneſen, *mitdegaben* — 1364 *feria ſexta proxima poſt feſtum Paſche.*

* h) Vid. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. 18 § 4 p. 236.

i) Indice epitaphio; *Anno Domini M.CCCC.XXVI. ipſo die S. Anne ob. Nobilis Dominus*, *Dominus* Adolfus, *Comes* in *Naſſaue. Cuius anima requieſcat in pace.*

k) *VVir* Adolf, *Grave zu Naſſaue*, *vnd vvir* Margrethe, *Marggrefynne* von *Baden*, *ſin eliche Husfraue*, *bekennen* — *daſs vvir erblich vnd evveglich verkaufft* — *dem Ervvirdigen in Got Vater vnd Herrn*, *Herren* Conrad *E. z. M.* — *unſere Sloſs*, *Burg*, *vnd Stat* Wiſebaden, *mit den Dörffern* Erbenheim, Schirſtein, Biburg — *darum han vvir auch gebeten den Hochgebornen Furſten*, *Herrn* Bernhart, *Marggraven zu Baden*, *vnſern lieben Hern vnd Vater* — *Mergentheim* ipſa die inuent. S. Crucis 1420.

l) Indice

Digitized by Google

Digitized by Google

l) Indice epitaphio, quod ita habuit; *Anno Domini M. CCCC. XLII in die S. VVillib. Epiſcopi ob. Nobilis Domina* Margareta *de* Baden, *Comitiſſa* in *Naſſaue*, *cuius anima requieſcat in pace.*

l*) Nobis quidem nusquam alibi occurrit, quam in manuſcr. ſemel iterumque iam dicto; cuius proinde verba iuuabit apponere; *Grav* Walram *vvard vermählt an* Bertham, Grävin *zu* Weſterburg. *Bekamen zvveen Söhne*, Adolfen *und* Henrichen. *Iezt-bemeldter* Henrich *nahm zum Ehegemahl* Annam *von* Gröningen; *ſturben beyde ohne leibs-erben.*

m) *VVir* Conrad *E. z. M.* — *als vvir vor zyten der VVolgebornen* Margrethen *von* Baden, *Graffinnen* zu *Naſſaue*, *VVitvven*, *und des Edlen*, Iohann *Graſen* zu *Naſſaue*, *ires eldeſten Sons*, *Burg und Statt* Wiſebaden — *inne gehabt und beſeſſen han* &c. *Hoſte am Mitvvoch nach S. Martinstag* 1432.

Adolf *E. z. M.* — *hat der VVolgeborn*, „ *unſer lieber Bruder*, Iohann *Grav* zu *Naſſaue*, *als ein gehorſamer Grav des H. Römiſchen Stuls und des H. Richs*, *auf ſolch gebot* &c. 1464 Lunæ poſt conuerſ. Pauli.

m*) Indice epitaphio; *Anno Domini M. CCCC. LXXX. die . . . menſis Maii ob. Nobilis ac Generoſus Dominus*, Ioannes, *Comes* in *Naſſaue*, *Dominus* in *Itzſtein & VVisbaden. Cuius anima requieſcat in pace.*

n) *VVir* Dietherich *E. z. M.* — *als der Edel* Iohann *Grave* zu *Naſſaue*, *unſer lieber Neve*, *die Edele* Mergen *von* Naſſaue *und* Vianden, *ſin Husfravve*, *unſere liebe Niſtel, bevviedemet hat uf die Sloſs* Adolfsecke &c. *Donnerſtag nach S. Severs tag*, 1436.

o) Indice epitaphio; *Anno Domini M. CCCC. LXXII, die II menſis Octobr. ob. Generoſa Domina* Maria *de* Dilleberg *ac* Naſſawe, *Comitiſſa* in *Naſſaue. Cuius anima requieſcat in pace.*

p) *Ich* Margrete *von* Naſſaue, *Grevynne* von *VValdecke*, *bekenne*, *als der Edle*, Henrich, *Graf* zu *VValdeck*, *unſer lieber Iuncker und Gemal*, *für* Walraven „ *unſers Brudern Sone* &c. *Datum Bopparden des Dienſtags nechſt nach S. Panthaleons tag*, 1426.

q) *VVir* Adolf *Grave* zu *Naſſauvve*, *und* Eberhart *Herr* zu *Eppenſtein bekennen* — *daſs vvir* — *unſere kinder zu der heiligen ee zuſammen verſtricket, und gegeben han*; *VVir* Eberhart *obgen. han gegeben* — *unſern lieben Sone* Eberharten *des obgen. unſers lieben Neven und Svvehers Tochter* Annen *zu eime elichen Gemahele*; *ſo geben vvir* Adolfe — *die obgen. unſre liebe Tochter* Annen *dem vorgen. unſers lieben Neven und Svvehers eldeſten Sone*, Eberharten, *zu einer elichen Husfravven* — *mit namen, ſo ſollen vvir beide vorgeſchribene Herrn die obgenant unſere liebe kinder binnen zehen iaren nach datum dieſes brieffes mit zulegen*, *vvir vverden es dan eynmudiglichen zu rade* &c. An. 1425, Iouis poſt Dorotheæ Virg.

VVir Margaretha *von* Baden, *Graffynne* von *Naſſauvve*, *und* Iohann, *Grave* zu *Naſſauvve*, *tun kunt* — *ſolicher fruntſchaft*, *liebe*, *und hienliche der heiligen ee*, *als zugegangen*, *gemacht*, *und geſchehen iſt zvvuſchen der VVolgebornen* Annen, *unſer lieben Dochter und Svveſter*, *und dem Edlen* Eberharten *von* Eppenſtein, *Iungherre* zu *Königſtein*, *unſerm lieben Eyden*, *Sone*, *und Svvagere*, *demſelben vvir zu rechtem zugelde geben ſollen und vvollen vier thuſent gulden* — 1438 Dominica *Exaudi.*

r) *Adolfus II* in litteris, quibus an. hoc 1463 ædes, vulgo *zum Rotenhaus an S. Stephans-berg gelegen*, *Eberhardo* de *Eppenſtein*, Domino *in* Königſtein, donauit, ita pergit; *und* Annen, *unſer lieben Svveſter*, *ſiner ehlichen Husfravven*, *mit aller* &c.

s) *Als der Edel*, *unſer lieber Svvager*, Conrad *Herre* zu *Bickenbach*, *der VVolgebornen*, *unſer lieben Svveſter*, Agneſen, *Gräffynnen* zu *Naſſauvve*, *ſine elichen Gemaheln*, 600 *fl. zur morgengab uff dem Sloſſe und der Furſtenhuben zu* Krulebach &c. Ita dictus *Adol-*

ſus II Archiep. in lit. datis Dominica poſt *Cantate* 1464.

t) *VVir* Adolf *E. z. M. — bekennen , — ſolicbe hus vnd hoffreyde — gelegen — zu Milsenberg , als der Edel, » vnſer Hofmeiſter , » lieber Svvager , vnd getruvver* , Conrat , *Herre* zu *Bickenbach , gekauſt hat* — Veneris poſt dominicam *Lætare* , 1467.

u) *VVir* Diether *E. z. M. — daſs vvir dem Edlen* — Conraten , *Herrn* zu *Bickenbach* , *vnd* Agnes , *ſin elich Gemahel — alher in vnſer Stadt Mentz zu ziehen vnd alda zu vvonen gefriet haben.* —— 1481, Natiuit. B. V.

Albertus *D. G. S. Moguntine Sedis Adminiſtrator* — Agneti *Domine* de *Bickenbach* , *vidue* — Veneris poſt Dionyſii , 1483.

x) *VVir* Iohann *Grav* zu *Naſſauvve* , Adolf *Grav* zu *Naſſavve* , *ſin Sone* , *bekennen* — Mercurii poſt diem Michaelis 1465.

y) *VVir* Adolff , *Grave* zu *Naſſaue* , *Herre* zu *VVisbaden* , *Statthelter General der Lande Gellere vnd Graveſchafft zu Zutphen* — 1490 , 1 April.

z) *Hübnero* in tabula Naſſouio-Wisbadenſium genearchica mortuus dicitur an. 1504. Sed perperam. Vixit adhuc an. 1511 , menſe Iulio. Sic enim *Maximilianus I* in litteris h. a. d. 5 Iulii datis : *VVolgeborner* , *Edle — Vns hat der Ervvirdig* Vriel , *E. z. M. — anruffen vnd bitten laſſen , daſs vvir bey dem Ervv.* Philipſſen , *Biſchoffen zu Speyer* , *vnſerm Fürſten vnd lieben Andâchtigen* , *vnd dir* Adolffen , *Graven* zu *Naſſavv* , *ernſtlich verfugen vnd verſchaffen ſollen* &c. Illarum vero inſcriptio , quod notes , ita habet : *Denn VVolgebornen* , *Edeln* , *Erſamen* , *Gelerten* , *lieben getruvven* , Adolfen , *Graven* zu *Naſſavve* , *Herren* zu *VVysbaden vnd Yſtein* , » *vnſerm Cammer-Richter* , *vnd N. vnſern Beyſitzern* &c. Menſe vero Septembri iam dicitur mortuus. Sic enim *Vriel* , Archiepiſcopus Moguntinus , in litteris eodem hoc anno die S. Michaelis datis ; *Als ſich zvviſchen vveylant Landgrave* Wilhelmen *zu* Heſſen *nehſt verſtorben , eins , vnd etvva vnſerm nehſten Vorfharn Erzbiſchove* Iacoben , *andern teils* , *beide ſel. vnd löbl. ged. vnſers — dorffs* Coſtheim *halber irrung , vnd deshalb vor dem Ervv.* Philipſen *Biſchof zu Speyer* , *vnd » vveylent* Adolffen *Graven* zu *Naſſavve* , *als Rom. Keyſ. Mai. — darzu verordneten Commiſſarien* , *rechtvertigunge erhalten* &c. His adde , quæ attuli in ſchediaſmate *de monaſterio Carmelitarum Moguntinenſ.* § 8.

aa) Vid. *Syllabus* noſter *plenior* ſect. 6 p. 383. & lit. *bb*) ſeq.

bb) *Admiſſus* 1476 *in die Silueſtri Papæ* , *& in craſtino poſt habuit aliquos de Capitulo* , *& aliquos de Comitatu in prandio* , *& dedit iis eſcas* , *& fuerunt ſecum hic tres fratres* , Adolfus , Ioannes , *&* Philippus *de* Kônigſtein (l. *Idſtein* ; ibi enim ſedem habebat) *& ipſe ego* Bernhard Rorbach *interfui ex iuſſu & vocatione Dom. Prepoſiti.* Ita ille apud *Lerſnerum* parte 2 Chron. Francof. cap. 34 p. 111.

cc) Vid. *Helvvichius* elench. nobilitat. eccl. Mog. ſect. 6 p. 235 , *Syllabus* noſter *plenior* l. d. p. 384.

dd) Vid. quæ dixi ad *Parei* hiſtoriam Bauarico-Palatinam lib. 5 ſect. 2 p. 191.

ee) *VVir* Adolf , *Ervvelter vnd Beſtetigter Erzbiſchoff zu Mentze — laſſen vch Manne* , *Burgmanne* , *Amptluse — vnd die Lantſchaffe gemeynliche — gein Steinheim gehôrig vviſſen* , *daſs vvir dem Edlen* Ludewig *von* Iſenburg , *Graven* zu *Büdingen* , Mergen *von* Naſſaue , *ſiner elichen Husfrauen* &c. *am Sontag nach Simonis vnd Iude* 1463.

ff) *VVir* Otto *Grave* zu *Solms bekennen — als der Hochvvirdige Furſte — Herre* Adolf , *— vns — verſchreben hat* 4 ... *gulden — vnd nachdem ſolich gelt in die ſomme der mitgifft vnd zugelts* , *das vns zu der Edeln vnd VVolgepornen* Annen , *Grâſſin zu Naſſauvv* , *die vns zu der H. ehe vertruvvet iſt* , *geboret* &c. *am Dienſtag nach Barnabe Apoſt.* 1464.

Digitized by Google

Digitized by

cramentum accipit.

nica, quæ poſt Pauli conuerſi memoriam proxima occurrit, Neoſtadienſes & Fritislarienſes ritu ſollemni in fidem recepit; Ameneburgenſes vero die poſtero; quibus etiam tum priuilegia & libertates, quas ſibi pepererant, edito firmauit diplomate.

Abbatem Seligenſtadenſem ad obſequiū vocat.

3) Poſt aliquanto Abbatem Seligenſtadenſem ad præſtandum vocabat obſequium. Qui cum metueret, Diethərum, ſi fidem Adolfo daret, quammaxime indignaturum, grauemque futurum monaſterio (oppidum enim ſua tenebat ſub poteſtate) Pontifici periculum ſuum expoſuit, pollicitus, Adolfi iuſſa ſe prompte ſtudioſeque ſecuturum, ſimul ac ille Seligenſtadium ſuæ fecerit ditionis. *Pius*, probe gnarus, ſapientis eſſe, tempori ſe accommodare, litteris Viterbii XIV Maii die ſcriptis Adolfum hortatus eſt, Abbatem excuſatum habeat, nec amplius moleſtet; ſi vero iam aduerſus eum ad aliquas pœnas vel cenſuras proceſſerit, illas nullo ſpatio interpoſito tollat. *v. cod. Dipl.*

Geiſmarienſes in fidem recipit.

4) Quos ſequentibus diebus ſibi compararit auxiliarios; quibus modis Moguntinenſes ſuas ad partes pertrahere conatus ſit; quanta contentione Diethero ſe obiecerit, alibi iam dictum *. Hic ſolum notare iuuabit, quod interea Veneris poſt feſtum D. Laurentio martyri dicm Geiſmarienſes, iuris Moguntini in Haſſia populum, in ſua adegerit verba.

* *Vid.* Helvvichius *l. d. ſectione III* § *XI & ſeq. p.* 160 *& ſeq. ſectione IV p.* 165, *ſectione V* § *XIII & ſeq. p.* 169 *& ſeq.*

Moguntiam intercipit.

5) Die tandem, quem auctor ſignat, tempore nocturno Moguntiam cepit, vt fuſe admodum narrat *Helvvichius* l. d. ſectione XI p. 181 & ſeq. quem conſule. Ceterum obſerues, Diethərum & Philippum Catimelibocenſem non *ex arcis manibus* tum demiſſos fuiſſe, vt auctor heic dicit. Quamuis enim ſint, qui tradant, Diethərum nocte iſta, qua Adolfus Moguntiam intercepit, *in arce vrbis* fuiſſe, *Nauclerus* ſcilicet, *Trithemius*, & e recentioribus *Hachenbergius* & *Struuius*, quorum hic Syntagmatis hiſtor. German. diſſertatione XXX § XXXV p. 1065 ipſis his *Serarii* verbis vtitur; oſtenſum tamen in notis ad *Helvvichium* ſect. XI § V p. 183, falli eos & aberrare. Ceterum e regione domus, quæ vulgo das *Stierhaus* dicebatur, fune demiſſos fuiſſe, ibi ſimul annotatum.

6) Anno ſequenti MCCCCLXIII ſemel atque iterum cum Diethero de pace egit, vt apud *Helvvichium* l. d. ſectione XIII p. 190 & ſeq. legere eſt. Interea vt Erfurtenſes, ſuas pertractos in partes, hoc magis ſibi deuinciret, libertates illis integras & illibatas fore promiſit, pacto de non petendo ſequelam adiecto. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis libro II § XXXVI p. 141. *Erfurtenſiū priuilegia confirmat.*

7) Rebus etiam eccleſiarum in Thuringia, locisque conterminis bene formandis, ordinandisque, *Ioannem Rode*, Sigilliferum curiæ Archiepiſcopalis Erfurtenſis, *Ioannem Bettenhauſen*, Decretorum Doctorem, ad B. M. V. Scholaſticum, *Ioannem Echte*, Iuris Canonici Licentiatum, ad D. Seueri Scholaſticum, *Henricum Padys*, I. V. D. *Hunoldum de Plettenberg*, artis Medicæ D. & *Henricum Cappel*, I. V. L. Canonicos ad B. M. V. Iudices per Thuringiam & terminos Præpoſiturarum *B. M. V.* & *D. Seueri* Erfurtenſium, *S. Petri* Iechenburgenſis, *Petri & Pauli* Dorlonenſis, *S. Martini* Heiligenſtadenſis, Nordhuſanæ item, Einbeccenſis, & Bebracenſis generales die VI Septembris conſtituit, ordinauitque, vt iudicio Archiepiſcopali præſiderent, ac pro commodo atque vtilitate perſonarum eccleſiaſticarum & ſæcularium, intra Præpoſiturarum memoratarum fines, omnes & ſingulas cauſſas, tam ciuiles quam criminales, eccleſiaſticas & profanas, ad forum ſacrum pertinentes, inter quoscunque Prælatos, Capitula, Collegia, Vniuerſitates, cognoſcerent, deciderent, ac ad debitum perducerent finem. *Iudices generales per Thuringiam inſtituit.*

III Tandem anno MCCCCLXIII Francofurdiæ per Apoſtolicum Legatum & Robertum Colonienſem Archiepiſcopum, hæc inter illos conſtituta concordiæ ratio, vt Adolphus Archiepiſcopatum teneret: Diethero autem depoſito, quoad ſuperſtes foret, relinqueret Lonſteinium oppidum, caſtrum, & teloneum, itemque Steinheimenſe, & Diepurgenſe.

cum Diethero componitur.

1) Enimuero, non Francofurti per Legatum Apoſtolicum ac Rupertum Colonienſem ad concordiam & pacem res reducta fuit, ſed Mercurii poſt Franciſci in caſtris iuxta villam *Zeilsheim* per *Henricum*, Landgrauium Haſſiæ, vt ad *Helvvichium* ſectione XIII § III p. 191 oſtendi. Francofurti tantum, quæ conuenerant, effectui data. Dein præter *Steinhemium* & *Diepurgum* Diethero conceſſa fuit *Höchſta*, vna cum vectigali & locis contributis, vt l. d. p. 192 videre eſt. *Lohnſteinium* vero ei non ad dies vitæ permiſſum fuit, ſed pignoris titulo tantum oppoſitum, donec ei ac iis, quibus debebat, ſatisfactum eſſet, vt l. d. n. 31 p. 193 habetur. Videas alioqui, *Struuium* rem l. d. his ipſis *Serarii* verbis perſtringere.

ad Papam & Cæſarem

2) Bello ſic compoſito nil prius habuit Adolfus, quam vt conditionibus, ad quas deſcenderat, ſtaret. Diethero ſane tum Pontificem conciliauit, tum Cæſarem, vt ex iis, quæ ad *Helvvichium* l. d. p. 193 attuli, & mox adducturus ſum, patet. *conciliat.*

3) Et quum, rebus ciuitatis anno ſuperiori mirum quantum conuerſis, fere penitus ceſſarent commercia, negotiatoribus exteris, ne merces aduherent ac expedirent, periculi metu ſuſpenſis, iis inſtaurandis diplomate Saturni poſt D. Thomæ Apoſtoli ferias publice edito ſingulis ac omnibus mercaturam Moguntiæ exercere volentibus fidem dedit publicam, promiſitque, ſe ipſos, eorum bona, res, merces, & quæcunque Moguntiam attulerint, tuiturum, conceſſurumque, vt ea expediant, extrudant, vendant, mutent, & quandocunque velint, libere rurſus auchant. *commerciorum cauſſa diplomate dat*

4) Anno dein ſequenti MCCCCLXIV *cum auxilium*

liuriis rationes putat. cum plerisque, quorum opera in bello vſus fuerat, rationes putauit. Tabularum ſuperſunt plures, quæ dictis fidem faciunt. In his ſyngraphæ, in quibus perſcripſit, fratri *Ioanni* ſe pro factis in bellum hoc impenſis debere, ſupra triginta tria florenorum Rhenenſium millia, octingentos octoginta; *Eberhardo* Eppenſteinio, ſupra ſeptem & triginta millia, nongentos & viginti; *Gerhardo*, Comiti Seynenſi, ſupra quatuordecim millia ducentos & vnum; *Ludouico*, Dynaſtæ Liechtenbergenſi, millia ſex. Reliquas prætereo.

aliis damna reſarcit. 5) Præter hæc aliis, quod contraxerant damni, rependere ſtuduit ac reſarcire. *Carolo* ſane Badenſi & *Georgio* Epiſcopo Metenſi, fratribus, qui ſua captiuitate in maximam inciderant iacturam, iiſdem diebus ſexaginta florenorum millia transſcripſit, ex his vtrique triginta (*von ſolchen verluſt vnd ſchaden, die er durch gefengniſs vnd ſchatzung ſin vnd ſiner diener von Graffen vnd Herren, Rittern vnd Knechten, die mit ime nidergelegt vnd gefangen vverden ſint*) *Philippo*, Comiti Rieneccenſi, ob præſtitam operam, iacturamque haud vice ſimplici factam, Vicedominatum contulit Aſchaffenburgenſem. Ahis alia.

litteras pro Palatino & Diethero abſolutorias accipit. 6) Interim Roma venere litteræ, quas ſuo ſe ſumtu procuraturum ſpoponderat, abſolutoriæ. Pro teſtimonio ſit ſyngrapha *Petro Ferrici* tum data, quæ ſic habet: *Nos* Adolfus *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Electus & confirmatus confitemur & in veritate recognoſcimus, quod ſumus debitores Reuerendi Patris Domini* Petri Ferrici, *Decretorum Doctoris, ſacri Palatii Auditoris, Nuncii & Oratoris Apoſtolici, in quingentis florenis auri Rhenenſis, occaſione abſolucionis Illuſtris Principis, nepotis noſtri, Domini* Henrici, *Lantgrauii Haſſie* &c. *& ſuorum, & Nobilis viri,* Dietheri *de* Iſenburg, Comitis *in* Büdingen, *& ſuorum, quam abſolucionem tramus obligati noſtris expenſis eis obtinere; quos quingentos florenos promittimus ſibi tradere ad omnem ſuam peticionem, ſine quacunque contradictione & exceptione* &c. *Datum Hofheim XXI die menſ. Februar. MCCCCLXIV.*

ut Oeringa conuentus de Metenſi, Badenſi, & Wirtembergenſi nexu liberandis, agerotur, turas. 7) His vero allatis, nil magis penſi habuit, quam vt *Georgius* Metenſis, *Carolus* Badenſis, & *Vlricus* Wirtembergenſis nexu quamprimum expedirentur. Dederat enim quisque eorum, cum e captiuitate dimitterentur, *Friderico* Palatino ſyngrapham, in qua certam ei pecuniæ ſummam perſcripſerat, ſi abſolutorias pro eo non impetrarent; *Metenſis* decem florenorum millia; *Badenſis* triginta; *VVirtembergicus* ſimiliter decem. Habitus igitur *Oeringe*, Comitatus Hohenloici oppido, ad diem Martis poſt dominicam Eſto mihi conuentus. In hoc, præſentibus *Honufrio* Epiſcopo Tricaricenſi, & *Petro Ferrici*, Pontificis, *Alberto* Marchione Brandenburgenſi, ac *Henrico Pappenhemio*, S. R. I. Mareſchallo hereditario, Cæſaris Oratoribus ac Nuntiis, ſtatutum, vt Palatinus Lunæ poſt dominicam *Lætare* proxima Vormatiæ religionibus, quibus adſtrictus erat, a Legatis Pontificiis expediretur; ſimul vero vnicuique illorum ſyngrapham redderet.

8) Sequentibus diebus hereditarium illud fœdus, quod *Carolus IV* & *VVenceſlaus*, Bohemiæ Reges, cum *Gerlaco* anno MCCCLXVI inierant, dominica, quæ *Miſericordias Domini* dicitur, renouauit, *Georgio* Regi pollicitus, id ſe omni ſeruaturum ſtudio; quod ipſum & *Georgius* Adolfo litteris peculiaribus, Pragæ eadem dominica datis, ſpopondit. *fœdus cum Bohemia hereditarium renouat.*

9) Videns autem, ex nimia feriarum ſacrarum multiplicatione contemptum illarum oriri, his ipſis diebus conſtitutione ſynodali declarauit, quot in poſterum in diœceſi Moguntina ſub præcepto celebrandæ ſint. Fuere autem ea *omnes dominicæ, dies natiuitatis Domini cum tribus ſequentibus, Stephani* ſcilicet, *Ioannis, & Innocentum, circumciſionis Domini,* & *epiphaniæ* dominicæ; *dies* item *Paſchatos cum tribus ſequentibus, Aſcenſionis Domini, Pentecoſtes cum duobus ſequentibus, ſollemnitas corporis Chriſti, Aſſumtionis & alia feſta B.V.M. videlicet Purificationis, Annuntiationis, Viſitationis, Natiuitatis, & Conceptionis, omnia feſta SS. Apoſtolorum, Matthiæ, Philippi & Iacobi, Petri & Pauli, Iacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis & Iudæ, Andreæ, Thomæ, natiuitatis S. Ioannis, Inuentionis S. Crucis, Bonifacii Epiſcopi, Laurentii, Mariæ Magdalenæ, Michaelis, OO. SS. S. Martini patroni, Catharinæ & Nicolai, anniuerſarium dedicationis eccleſiæ Moguntinæ, quod celebratur ipſo die S. Vdalrici, nec non S. Albani ante meridiem, vſque ad horam X duntaxat.* Litteræ, quibus hæc conſtitutio Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, aliisque denuntiabatur, datæ die XV Maii. *de numero feriarum ſacrarum conſtitutionem edit.*

Notes, ex his diem Innocentum, *quartum* paſchalium, *feriam* Mariæ Magdalenæ, Catharinæ *item*, Nicolai, & Albani *hodie non amplius in feſtis numerari.*

10) Edoctus præterea, caſtrum diœceſis, cui nomen *Heinzenberg*, æuo laborans, ruinam minari, bona facultatesque ſacelli in eo ſiti, conſenſu *Ioannis*, Archiepiſcopi Treuirenſis, aduocati illius ſiue patroni, ſacello caſtri *VVartenſtein* die VII Iunii attribuit, ac in perpetuum adunauit; hac lege adiecta, vt ſacra, quæ illic peragenda eſſent, in poſterum hic ordine modoque conſueto pie celebrarentur. *bona ſacelli in caſtro Heinzēberg in ſacellum caſtri Wartenſtein transfert.* v. *eod. Diplomat.*

11) Quæ dum fiebant, *Henricus VVynand*, *Frigrauius* ſiue Iudex Sedis liberæ ſiue Iudicii exſecratorii *Medebacenſis* & *Hallerbergenſis*, ciues Frizlarienſes, Iudiciorum occultorum inſcios (*die der heimlichen Gerichten nit vviſſent ſin*) a *Philippo* de *Biedenfelt*, *Ioanne Schenck*, & *Conrado* de *Firmen* poſtulatos, ad Sedem ſiue Iudicium *Hallerbergenſe* euocarat. Enimuero, quod ditioni Moguntinæ ſubditi priuilegiis Cæſareis id genus iudiciis *Vehmicis* ac occultis exempti eſſent, Adolfus litteris intercesſit publicis, ne quid Henricus in eos ſtatuat, obteſtatus, poſtulauitque, ſi quid iſti aduerſus Fritislarienſes haberent, eis mandet, curiam in illos adeant Archiepiſcopalem; fore, vt ius iis æqualiter ibidem dicatur, diligenterq; *Frizlarienſes contra iudicium Vehmicum tuetur.*

12) Erant

ſacellum Rôdelheimenſe ad parochialis euehit dignitatem.

12) Erant autem tum incolæ caſtri vallisque *Rôdelnheim* parœciani eccleſiæ Prumheimenſis (*Pfraunheim* hodie) Quam cum ſæpius tum propter turbas bellicas ac hoſtiles, tum eluuiones adire nequirent, *Cuno* Comes Solmenſis & *Catharina* de *Iſenburg*, *Franconis* de *Cronberg*, ſenioris vidua, quorum in ditione caſtrum dictum erat, ſacellum villæ, *D. Cyriaci* memoriæ & honori dicatum, parochialis iure cohoneſtari petebant, ſimulque ſe paratos oſtendebant, ad eam fortunarum opumque ſubſidiis inſtruendam exornandamque. Accedebat conſenſus Decani & Canonicorum ad *B. M. V.* & *Georgii* ali... *S. Leonhardi* Francofurti ad Mœnum (ad quos ius patronatus parochialis Prumheimenſis pertinebat) ipſiusque eccleſiæ illo tempore Rectoris, *Ioannis Ravver*. Horum preces iuſtas piasque cenſens Adolfus, ſacellum dictum a parochialis Prumheimenſis obſequio ſolutum ad parochialis honorem, cum omni iure atque dignitate, litteris XII Iunii Moguntiæ datis, euexit.

ſacelli ad SS. Trinitatem Francofurt. bona ſtabilit.

13) Interea *Hartmannus Becker* zum *Falckenſtein*, Patritius nobilis & Scabinus, nec non *Margareta Appenheimers*, coniuges, religionis incenſi ſtudio, ſacellum ad *SS. Trinitatem* in noua, vt tum appellabatur, ciuitate Francofurtenſi ſitum, reædificarant (collapſum enim fere & reditibus exinanitum fuerat) & cum neceſſariis id inſtruxiſſent opibus, volebant, vt quothebdomadibus feria ſemper ſecunda Miſſarum in eo officia celebrarentur. Quo minus autem hoc fine exciderent, poſtea loco bonorum eidem collatorum id genus ſtatuebant comparanda, quæ temporum iniuriis aut improborum fraudibus non ita eſſent obnoxia. Decimas igitur in tractu villæ *Obervvalſtatt* a *Friderico* de *Bellersheim*, Armigero, conſenſu *Eberhardi* Eppenſteinii, Dynaſtæ Kônigſteinenſis, cui feudi ſiue beneficii nexu deuinctæ erant, coemerunt, ac eidem ſacello in perpetuum attribuerunt. Vt rem Adolfus probaret, confirmaretque, opus erat. Is autem, ſimul ac Hermannus id petebat, hoc ita ratum eſſe, publico diplomate die XVI dicti menſis Iunii edito teſtatum fecit, ac cum ſacellum hoc honori ſacratiſſimæ Triados, vt dictum, conſecratum eſſet, dedicationis memoriam, quæ vsquehuc ipſo Epiphanias feſto peragebatur, octaua Pentecoſtes in poſterum celebrandam conſtituit, quadragenaria piaculorum condonatione omnibus pio animi propoſito eam obeuntibus indulta. Conf. *Lerſnerus* chron. Francofurtenſ. lib. II cap. XXIV p. 89.

conſtitutionem deceſſorum de ſacris Godesbornenſibus & oblatis confirmat.

V. cod. Diplomat.

14) Inde tabulis Moguntiæ die XX Iunii ſignatis conſtitutionem olim per Archiepiſcopos deceſſores ac Præpoſitum, Prioriſſam matrem, ac congregationem ſanctimonialium Ord. D. Benedicti in *Lipoldesberg* de ſacris *Godesbornæ* factitandis, donisque ibidem oblatis factam, probauit, confirmauitque. Fuit autem *Godesborna* villa diœceſis Moguntinæ, magno quondam populi, religionibus impleti, concurſu frequentata. Omnium enim ſermone celebrabatur, ſacratiſſimum corpus dominicum illic loci, neſcio quo caſu, fuiſſe inuentum. Quod ipſum ſane, ne rem ſicco prætereamus pede, in cauſſa eſt.

Moguntinis præfectum imponit.

15) Moguntinos vero, priſtinæ libertatis nondum oblitos, vt hoc magis in officio contineret, *Eberhardum* Eppenſteinium, Dynaſtam Kônigſteinenſem, ſupremum iis præfectum impoſuit, eoque cum imperio in vrbe verſari illum voluit, vt rerum omnium, præterquam eccleſiaſticarum, haberet curam; excubias conſtitueret per vicos; portis, turribusque imponeret vigilias; ſpeciatim turris telonio adſitæ, nec non portæ Filsbacenſis cuſtodiam quatuor ſuo e ſeruitio, iisque fidis, committeret; ipſe vero cum equitibus ac armatis ad omnem vſum expeditus ſemper eſſet ac paratus; ſi qui ciuium inquieti eſſent animi, vel imperia abnuerent, hos multa coerceret, vinculisque. Si negotiorum cauſſa præſens ſemper eſſe non poſſet, tum vices ſuas viro cuidam militia, virtute, nobilique genere ſpectato demandaret. Factum id Iouis poſt Ioannis Baptiſtæ natalem proxima.

monaſterii Ilbenſtadenſe interuiſi iubet.

16) Enimuero, hæc inter a multis fide dignis acceperat, tam Præpoſitum, quam Fratres cœnobii *B. M. V.* in Wetterauia *Ilbenſtadenſis*, Præmonſtratenſi deuinctos regula, excuſſo diſciplinæ neruo, vagos prauis omnia miſcere exemplis, rem diuinam negligere, bona fundosque prodigentia diſſipare. Quod cum pro ſui ratione muneris ac officii moleſte prorſus ferret, *Sifrido*, Cyrenenſi Epiſcopo, ſuo in pontificalibus Vicario, litteris III Augusti die exaratis in mandatis dedit, vt vna cum *Conrado*, monaſterii Selboltenſis Abbate, Ilbenſtadium ſeſe conferret, de his omnibus omni ſtudio diligentiaque inquireret, ac vt vitam illorum moresque, nec non monaſterii ſtatum repererit, fideliter renuntiaret. Quippe cum animo ſtatutum habebat atque deliberatum, ſi res ita haberet, ad frugem meliorem eos omni reuocare cura atque contentione.

Præpoſitum Pfedersheimenſem in Conſiliarii adſciſcit.

17) Sic in diſciplinæ collapſæ emendationem incumbenti occurrit *Antonius VVyſs*, antiquo vir nobilique genere, ſed maiore virtutis, religionis, ac modeſtiæ fama. In monaſterio diœceſis Metenſis Gôrzienſi, præſtantiſſimorum alumnorum ſemper feraci, in D. Benedicti iurarat leges; tum vero montis *D. Georgii* prope oppidum Pfedersheim magna dignatione agebat Præpoſitum. Hunc ſimul vt vidit, ac qua morum ſanctimonia, doctrina, ſapientiaque eſſet, noſcere cœpit, in aulam cenſuit euocandum: nec diu cunctatus, litteris XVI Septembris die ſcriptis, in Conſiliarium ſibi adſciuit ac *Capellanum*, vt vocat, *deneſtitum*.

populo tributum imponit.

18) Premebatur autem tum æris alieni, bello præterito contracti, magnitudine. Aerarium contra erat inops & exhauſtum, granaria frumento, horrea vinaria vino vacua. Vt fidem liberaret, ac pecuniam pro addicto dependeret, erant, qui monerent, inſtarent, vrgerent. Habita cum præſentibus Archiepiſcopatus Ordinibus, ſacris pariter ac ſæcularibus, deliberatione, viſum, ab eccleſiaſticis poſcere ſubſidium; ciuitatibus vero, oppidis, inco-

incolisque omnibus viceſimam de bonis ſuis præſtandam indicere. Tabulis itaque, Lunæ poſt Divalia, publice editis, ſingulis hiſce atque omnibus eandem impoſuit, edixitque, penſionem hanc tributariam de bonis ſuis, cuiuscunque ea conditionis ſint, ſiue moueri poſſint, ſiue ſolo contineantur, penderent, ac *Salentino* de *Scharpffenſtein* & *Evvaldo Faulhaber*, ædis metropolitanæ Canonicis, *Theoderico* item de *Berlithingen*, Equiti, Satrapæ Wildenbergenſi, & *Ioanni* de *Heidersdorf*, quibus eam exigendi poteſtas facta, fide prius iureiurando interpoſito data ſoluerent; alteram quidem partem nunc ipſum; alteram vero ad Pentecoſten anni proxime ſequentis.

cœnobio Breitenau conſulit.

19) Is reparatæ ſalutis erat MCCCCLXV. Quo primum nobis occurrit, quam erga monaſterium *Breitenau* exeruit, voluntas benefica. Supplicabant ſcilicet Abbas, Prior, totumque ſodalitium omni, quo poterant, ſtudio, ſubueniret inopia preſſis Adolfus: temporum malignitate, fortunæque iniuria copiis ſeſe familiaribus adeo exiguis eſſe, vt vix ſit, vnde vitam tolerent, tantum abeſt vt ſuppetat, quo hoſpitalitatem ex lege Ordinis exerceant. Sigillatim petebant, vt parochialem vicinam *Brunſtarienſem* cœnobio velit attribuere. Illorum precibus Rector iſtius, *Henricus Biedenbach*, ſuas iungebat; *Gerlacus* vero & *Vapelo* de *Liebenſtein*, fratres germani, Armigeri, ad quos ius patronatus eiusdem a parentibus & maioribus peruenerat, annuebant. Quæ petebant fecit, pro ſuo erga inopes ſtudio, Adolfus, ac monaſterii rebus parochialem iſtam cum vniuerſo vſu fructu in perpetuum adunauit, facta ipſis poteſtate, quando Curio *Biedenbachius* alio conceſſerit, vel viuendi fecerit finem, in poſſeſſionem eiusdem libere proficiſcendi, omnemque illius cenſum in cœnobii ſui vtilitatem conuertendi. Tabulæ, quibus hanc ipſis gratiam fecit, confectæ ſunt Eltvillæ die Aprilis XXVI, Cleto Pontifici ſacra.

pallium petit ac conſequitur.

20) Carebat tum temporis adhuc pallii, quod dignitatis Archiepiſcopalis inſigne eſt, geſtamine. Id vero non longe poſt Roma accepit, quo *Ioannem Stube*, ſibi a ſecretis, ablegarat, ad id reuerenter impetrandum. Literæ enim, quibuscum Pontifex *Paulus II* iſtud tranſmiſit, datæ ſunt VI Kal. Maias. Adſignando illi conſtituti fuere *Reinhartus* Vormatienſis, & *Sifridus* Cyrenenſis Epiſcopi; ſaltim eorum alter: qui Pontifici dicto obedientes eo Adolfum ſolito cæremoniarum ordine atque apparatu ſub an. MCCCCLXVIII incinxere.

Fuldenſium reſpicit inſortunium.

21) Inde monaſterii & oppidi Fuldenſis, quæ pridem oborto incendio miſerandum in modum deuaſtata fuerant, miſertus, Fuldenſibus quauis diœceſis Moguntinenſis parte ſubſidia poſtulandi dedit poteſtatem; Clericis vero litteris VI Iulii die datis inter alia mandauit, vt aduenientibus omni præſto ſint beneuolentia, ſicuti codicem Diplomaticum inſpicienti patebit.

Coadiutorem adſumit.

22) Ex eo ſocia in iure dicundo, eccleſiaque adminiſtranda poteſtate ſibi adiunxit *Henricum*, Comitem Wirtembergenſem, Vlrici Adamati filium natu minorem. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 461, *Pregizerus* ephemerid. Wirtemberg. ad h. a. p. 10. Cauſſarum plures fuiſſe in obſcuro haud reliquere documenta publica. Vnam quidem diſerte explicant, ac Adolfum infirma valetudine fuiſſe referunt. Ceteras innuunt magis, quam explanant. Adhæc aliis prægnantibus inductum generatim dicunt ac abſciſe (*auch ſuſt durch ander redliche urſachen*) Ingratiis autem Collegii metropolitani id eum conſilii cepiſſe, ſibique Henricum ad iſta adſciuiſſe munia, tabulæ *Dietheri* anno MCCCCLXXV, Lunæ poſt Martini, editæ fidem faciunt. Illarum enim hæc ſunt verba: *Als der Ervvirdige Herr Adolffe E. z. M — zu zyt ſiner regirunge unſers Stifts zu Menz in dem iare — tuſent vierhundert ſechzigk vnd funffe einen mergklichen reiſigen gezugkh mit Furſten, Graven, Herren, Rittern, vnd Knechten, ane vviſſen vnd vvillen der VVirdigen vnd Erſamen — Dechants vnd Capitels vnſers Dhumſtiffts zu Menze, in dieſelbe vnſer Stad Menze zu kommen verboyt, bracht, vnd ingelaſſen, vnd einen Coadiutor des Stifts zu Menze, ob man es alſo heyſſen oder nennen mocht, geſatzt, gemacht, vnd vffgenommen, vt ſo viel getan vnd furgevvant hat, daſs die vorgen. Dechant vnd Capitel darinn auch vervvilliget han, vvievvole ſie das nit gerne thun, vnd ir eyns teyls im Capitel nye vervvilligen vvolten.*

Edit. I p. 876.

cum eo & aliis fœdus pangit.

23) Quin, vno eodemque tempore ad mutuam ſimul concordiam & defenſionem *Alberto* Marchioni Brandenburgico, *Vlrico*, *Eberhardo*, & quem ad partem epiſcopalium curarum ſuſtinendam cooptarat, *Henrico*, Comitibus Wirtembergenſibus, ſe fœdere ætatem obligauit. Rem Moguntiæ die D. Laurentio martyri in faſtis conſecrato actam docent, quæ tum confectæ fuerunt ac etiamnum ſuperant, tabulæ.

ſanctimoniales vt pie & modeſte agant, cohortatur.

24) Si quid autem, hoc certe quam indigniſſime ferebat, quæ in Chriſti ſeruitium ſe dediſſent virgines a priſca diſciplinæ norma paſſim per diœceſin deſciſcere, poſitaque modeſtia ac verecundia extra cœnobiorum ſuorum ſepta vagari ac diſcurrere, intra ea vero admittere perſonas ſuſpectas, non ſine ingenti mentium piarum offendiculo; honeſtas item ſine veris legitimisque cauſſis. Sane mandato Moguntiæ die Auguſti XXIII grauibus verbis promulgato, ſingulis ac omnibus, vt ad priſcum viuendi ritum ſe ruſus debito componerent ſtudio, ſerio commonitis, ſub anathematis interminatione interdixit, ne in poſterum extra cœnobia huc illuc vagentur, neve aliquo nomine ſuſpectis acceſſum intra ea dent: honeſtis vero, integræque vitæ nonniſi ex cauſſis rationabilibus aditum patefaciant: quin nec monachis loquantur, niſi Rectrice parthenonis præſente, idque aliquantiſper tantum, pauciſſimisque adhæc verbis. *V. cod. Dipl.*

fratris inſtitutum curæ ſibi habet.

25) Ceterum *Ioannes* Naſſouiæ Comes ab aliquo iam tempore omni in id incumbebat cogitatione, vt ædem oppidi Wisbadæ parochialem

Edit. I^o p. 876

chialem Collegio quodam Sacerdotum proborum ac religioſorum inſtrueret. Quum veró domui Teutonicorum Moguntinenſi ius competeret, Vicarios ad eandem alternis cum monaſterio *Dieffenthal* vicibus præſentandi, *Vlricum* de *Lentersheim*, Ordinis per Germaniam & Italiam Magiſtrum, his ipſis diebus rogabat, vt id Collegio futuro condonaret: Quod cum ille, conſenſu Fratrum domus impetrato, ſub certis feciſſet conditionibus, *Adolfus* editis peruigilio D. Matthæi Apoſtoli, quas in codice Diplomatico dedi, tabulis pollicitus eſt, eas impletum iri.

binam cum Electore Palatino pactionem facit.

26) Anno poſtero, qui MCCCCLXVI poſt Virginis partum fuit, Lunæ poſt dominicam *Reminiſcere* dictam, binam cum *Friderico* Palatino Rheni, Principe Electore, pactionem fecit. Altera erat de mutua ſocietate. Quæ cum ſtabilis perpetuaque eſſe deberet, ne qua re infirmaretur, conſtitutum, vt ſi quid ipſos inter poſthæc oriretur controuerſiæ, daretur opera, vt amicabiliter ad æquitatem adducatur. Modus id obtinendi hic compoſitus: Alter alteri diem, illi tollendæ, dicat. Si cauſſam intendat Adolfus, ſuos Oppenhemium; ſi Fridericus, Moguntiam ſuos mittat. Quod ſi inter eos haud conuenerit, petitor *(der Forderer)* eligat aliquem, qui auſtregis ſiue iudicio iſti arbitrario præſideat *(einen Obmann)* Electus ſi ei, vnde petitur *(dem Antvverter)* haud arrideat, & illi liberum ſit, quempiam excutere. Simul denominati, e quibus arbitrarium id genus iudicem ſiue directorem capere liceret. Fuere ii, *Reinhardus* Epiſcopus Wormatienſis, *Heſſo* Landgrauius Leiningenſis, *Ioannes* Comes Naſſouio-Saræpontanus, Dominus Hengsbergæ, *Otho*, Comes Solmenſis, *Philippus*, Comes Hanouienſis, *Ioannes*, Wildgrauius Dunæ & Kirbergi, *Eberhardus* Dynaſta Eppenſteinius, Dominus Kônigſteini. Quod ſi ex his petitor vnum, vnum alter, vt dictum, elegerit, res reuocetur ad ſortem. Sorte ductum is, qui eum ſuo elegit arbitrio, conueniat, adducat, vt arbitrali diiudicatione rem ad concordiam reuocet. Qui ſi annuerit, intra diem quintum & decimum partibus diem præſtituat; conſtituto cauſſam cognoſcat; diſcuſſa pronuntiet. Altera erat de poſtulatione, quam Adolfus de lytro, quod Metenſis, Badenſis, ac Wirtembergicus Friderico ſoluerant, ingerebat. Placuit autem, vt hoc minus labefactaretur, quam dextris datis ſanxerant, amicitiæ futuræ fides, Adolfus iſta ad dies vitæ deſiſteret. Adiecta cautio, id ipſum ſucceſſori nulli futurum fraudi.

Abbatem Blidenſtadenſem cum Scharpfenſteiniis componit.

27) Hæc dum fiebant, bello inter ſe commiſſi erant hinc *Ioannes* Abbas Blidenſtadenſis, inde *Ioannes* & *Philippus* de *Scharpfenſtein*. Irarum cauſſa erant feuda quædam ſiue prædia beneficiaria, ſita *am eygen zu Frauenſtein*. Hæc fide clientelari ſe ab Abbate conſecutum eſſe contendebat fratrum Scharpfenſteiniorum natu maior, *Ioannes*, atque adeo in ea immitti volebat. Abbas contra negabat, ſeſe ad id adſtrictum. Vt inimicitiis modum poneret, delectus Adolfus; qui vtraque parte audita has tulit leges; Abbas intra tres hebdomades proximas curiam Parium *(ſin Mangericht)* ad certum diem conuocet; ſi ad primam citationem forte haud affuerint, toties excitet, quoties legibus definitum: diem vero præſtitutum Scharpfenſteinio ſimul ſignificet, qui de impenſis, ſecundum ius & conſuetudinem curiæ caueat. Quam cauſſa cognita Pares tulerint ſententiam, ea partes ſtent. Quod ad damna vltro citroque tum illata tum accepta, noxarum iniuriarumque omnium obliuione ſancita, rem ipſos inter amice ſtatim compoſuit. Acta hæc Veneris poſt dominicam *Reminiſcere*.

parthenonem Marienſchloſs reformari curat.

28) Ineunte æſtate parthenonem, qui vulgariter *Marien-Schloſs* appellabatur, & prope *Rockenbergam* ſitus erat, inſigni aduerſus religionem edito documento ad omnem honeſtæ vitæ ſanctimoniam reuocauit. Cum namque cerneret, ſanctimoniales, Ciſtertienſi diſciplinæ inſtitutas, laxata ad omnes mundanæ contagionis illecebras cupiditate, per luxum ætatem agere, bona cœnobii dilapidare, decoquere, *Sifrido* Cyrenenſi Epiſcopo, Vicario ſuo, litteris die IV Iunii Moguntiæ datis, plenam dedit facultatem, monaſterii ſtatum inſpiciendi, & ſi comperiret, naufragas & vitiorum ſcopulis affixas ad diſciplinæ frugem reuocari haud poſſe, repudiatis iis ac cœnobio eiectis, alias regularis, vt vocant, obſeruantiæ introducendi, ceteraque omnia, quæ parthenonis rebus ad meliorem formam reducendis expedire iudicauerit, ordinandi.

parochialem Kônigſteinenſem ad Collegiatæ dignitatem euehit.

29) Mox *Eberhardi*, Dynaſtæ Eppenſteinii, ſororii ſui, & probauit & ornatum iuit pietatem. Occaſio erat hæc. Maiores gentis, Kônigſteiniæ pariter ac Eppenſteiniæ, procurandæ ſuæ ſuorumque ſaluti, parochialem honori *B. M. V.* prope caſtrum Kônigſtein, & extra mœnia oppidi Eppenſtein ſacellum memoriæ *D. Antonii* erexerant: & illi quidem curandæ conſtituerant Beneficiariorum quatuor; huic duos; vna cum iuſto, vnde vitam digne tolerarent, cenſu. His cum vi muneris incumberet, vt ſacris ſumma operarentur diligentia ac religione, vitæ vero ſanctimonia Chriſtianæ plebis animum ad æmulandum accenderent decus, in alia omnia, quæ ſæculi tum fuit malignitas, tractis nil minus penſi erat, quam vt iſthæc curarent. Ipſe Eberhardus Adolfo coram queſtus eſt, nonnullos quam ſæpiſſime domo abeſſe, ac rem diuinam habere neglectui; ceteros, qui domi ſe continerent, & infeſtis inter ſe diſſidere animis, & vitiorum deditos illecebris animo obſequi, genio indulgere. Vt extinctis titulis atque beneficiariis parochialis iſta ac Capella iunctim in piam Sacerdotum quorundam congregationem concederet, maxime cum maiorum pietati, tum parochianorum, & populi in montanis ac ſilueſtribus vicini rationibus putabat conuenire. Oculis obuerſabantur eiusdem modi domus magno religionis bono in valle *S. Mariæ* prope Geiſenhemium in Rhingauia, *fontis* itidem *ſalientis* Monaſterii, & *Vadenbacenſis* Coloniæ florentes. Parochialem igitur ad modum iſtarum in Collegiatam erigi optabat. Id petenti quo minus deeſſet

Adol-

Adolſus, ſatis erat cauſſarum. Præter enim, quod in rem hoc ipſum vtilitatemque videbatur eſſe publicam, qui rogabat, erat in coniunctiſſimis; tum vero inſigni fide operaque, quam eccleſiæ Moguntinæ in nupero bello, non ſine magno fortunarum ſuarum damno, præſtiterat, omnem beneuolentiam gratiamque promeritus. Beneficiis igitur titulisque exſtinctis, parochialem iſtam atque Capellam iunctim ad Collegialem extulit, editoque Moguntiæ die XXIII Auguſti diplomate, priuilegiis & iuribus ad inſtar domorum in ciuitatibus Monaſterienſi & Colonienſi, nec non vallis in Rhingauia *S. Mariæ*, exornauit.

v. cod. Dipl.

de rel. Collegialis Steinæ inquiri iubet.

30) Inde ſollicitum habuit Collegialis *Steina*. Fuerat ea Ordinis D. Benedicti monaſterium. Vt verſo ſtatu in Canonicorum Collegium tranſiret, Theodericus aliquot ante annis conceſſerat. Creditum enim, fore, vt hac ratione ex rei familiaris anguſtiis explicaretur. Atenim vero euanuit iſta ſpes. Tantum enim abeſt, vt emerſerit, vt potius ad tantam deciderit inopiam, vt Decanus & Canonici, quum nominibus diſſoluendis haud pares eſſent, ad alia ſeſe tranſtulerint loca, cultu diuino prorſus ceſſante. Hoc ſtatu *Godeſchalcus*, *Theodericus*, & *Mauricius*, Dynaſtæ *Pleſſenſes*, patroni eiusdem, rogabant, vt eam Collegiatæ *D. Petri* in *Northen* adunaret; bene rem proceſſuram, ſi decem iſtis, qui in Northenſi D. Petri eſſent, Canonicatibus duo e Collegiali Steina, vna cum fortunarum reliquiis, contribuerentur; & ſic ex duobus hiſce Collegiis vnum efficeretur corpus. Is nil ſtatuendum ratus, antequam rem omnem penitus cognouiſſet, die V Nouembris *Heiſoni Krauwel*, Decretorum Doctori, Præpoſito Heiligenſtadenſi, *Ioanni Imhof*, Decano, & *Bertholdo* de *Meden*, Scholaſtico Fritislarienſi, mandauit, vt de his omni ſtudio inquirerent, & vti rem repererint, per litteras ipſorum tum manu tum ſigillo ſignatas renuntiarent.

de Henrico Coadiutore cum Palatino agit.

31) Promiſerat, quum ſuperiori anno in ſocietatem cum Friderico Palatino coiret, ſe, priusquam fœderis tabulas inter ſe commutaſſent, in id incubiturum, vt *Henricum* Wirtembergenſem, quem ſibi Adiutorem adſciuerat, vel precibus vel alio quodam modo induceret, vt iſta ſe dignitate abdicaret. Id vero nec dum effecerat. Friderico nihilominus, vt alter alteri eas tandem traderet, acquieſcente, litteris Heidelbergæ Iouis poſt dominicam *Miſericordias Domini* datis pollicitus eſt, ſi Henricus ad conditionem fœdere hoc latam accedere ac Adiutoris partes miſſas facere nolit, ſe eocum ſine Friderici præſcitu ac voluntate, nullam vnquam de retinenda iſta dignitate pactionem facturum eſſe. Quin, aliis eodem die datis recepit, ſi Papa Henrico poteſtatem faceret, ſedem Moguntinam, ſuo tempore, ineundi, tum in arbitrio Friderici futurum, vtrum pactis conuentis ad dies vitæ ſtare velit, nec ne.

v. cod. Dipl.

v. cod. Dipl.

Erfurtenſibus nouum præſtat ſorum.

32) Neque vero ſatis habuit, priuilegiis Erfurtenſium prouocaſſe amorem; ipſum adeo tribunal, quod ſupra gradus prope templum erat, ad Senatus & Cleri Mariani preces anno ſecuto MCCCCLXVII alium in locum tranſtulit, diplomateque Saturni poſt dominicam *Vocem iucunditatis* ſignato conſtituit, vt ſub fornicibus in foro ius deinceps diceretur (*daſs vnſer Gerichts-hus vnder die Kaffasen derſelben Kirchen in einen ſwigebogin gelegt, durch die vergen. Dechent vnd Capitel dahin gebuwet, vnd vnſer wernlich gericht hinfur mit aller frihit, herrlichkeit, eren, wurden, als von alters-herkommen iſt, daſelbs durch uns vnd vnſers Stifts Vizthum — gehalten werden ſall, als bisher uff den greden geſcheen iſt; vnd ſall der begriff deſſelben ſwigebogens allezit zu demſelben vnſerm wernlichen gericht geboren* &c. Conf. *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. II § XXVII p. 142.

v. cod. Dipl.

cum Henrico Coadiutore tranſigit.

33) Aliquot menſibus poſt, *Caroli* Marchionis Badenſis opera, cum *Henrico* Adiutore his tranſegit conditionibus; de regimine Archiepiſcopatus, ad quod admiſſus erat, decederet; omnia Archiepiſcopatus loca, arces, oppida, excepto Biſchofshemio, Adolfo libera dimitteret; in nullam rem, quæ per imperium gerenda, deinceps ſeſe ingereret; ſacramento ſibi dicto ditioni Archiepiſcopatus ſubditos exſolueret; caſtrum & oppidum Biſchofsheim, vna cum locis contributis, donec Epiſcopatum quendam conſequeretur, teneret, & omni cum iure, vſu fructu ac reditibus, exceptis tamen, qui Collegio metropolitano deberentur, poſſideret; oppidi ciues, præfecturæque huic adſcriptos denuo iuriſiurandi vinculo ſibi obſtringeret; ad honores epiſcopales alio expetitus, Biſchofshemio cum annexis ſtatim decederet. Quæ cum Lunæ poſt aſſumtæ Virginis ſollemnitatem in tabulas relatæ eſſent, Henricus poſtridie eius diei omnes & ſingulos Archiepiſcopatus Beneficiarios, Caſtrenſes, Præfectus, Scultetos, Scabinos, aliosque, Biſchofsheimenſibus exceptis, ad vnum omnes fide iurato ſibi promiſſa ſolutos pronuntiauit.

v. cod. Dipl.

Quibus tranſactis Adolfus eidem duo adhuc florenorum millia in cumulum quaſi adiecit. Plene ſiquidem ei ſatisfactum volebat. Litteræ, quibus Henrico ea adſignauit, datæ Aſchaffenburgi Lunæ poſt D. Martini ferias annuas.

Senatui Erfurtenſi ius monetæ concedit.

34) Quam bene Erfurtenſibus cupierit, paullo ante dictum. Id anno, qui nunc ſequitur, MCCCCLXVIII nouo teſtatum fecit documento. Cum enim quondam a Gerlaco, quæ in vrbe eſt, monetam cum omni iure, vſu fructu, conſuetudinibus, & honore emiſſent, ipſe, tabulis Moguntiæ dominica *Exaudi* confectis, Senatui poteſtatem nummos cudendi conceſſit, ita tamen, vt monetæ lucrum inter Electorem & vrbem diuideretur; ipſis rationibus Officiales Moguntini intereſſent. Conf. *Gudenus* l. d. p. 143.

Collegiatis per diœceſin viceſimam eripit.

35) Quod ditionis Moguntinæ populo viceſimam imperarit, ex antecedentibus patet. Sedenim hoc anno ipſis Kalend. Iuniis ſacri etiam ordinis per diœceſin Collegiis, metropolitano, quod eſt Moguntiæ, *Petri* itidem, *Stephani*, *Victoris*, *B. M. V.* in campis, *B. M. V.*

Edit. I p. 876 ad gradus *Mauritii*, *Ioannis*, *Gangolfi*, & *Albani*; *Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſi; *Petri* Frizlarienſi; *B. M. V.* & *Seueri* Erfurtenſibus; *Bartholomæi*, montis *S. Mariæ*, & *Georgii* Francofurtenſibus, *Martini* Bingæ, *Catharinæ* Oppenhemii, Moxſtadienſi, Cellenſi, Liechenſi, Heiligenſtadenſi, Iſenacenſi, Gothano, Dorlonenſi, Boylanenſi, Bebracenſi, Northunenſi, Ameneburgenſi, Rotenburgenſi, Iecheburgenſi, Northuſano, Eimbeccenſi, Caſſelenſi, & Geiſmarienſi incredibiles pecuniæ publicæ anguſtias expoſuit, ſubſidium ſibi ab iis depoſtulans atque exigens. Efflagitauit autem, vt proximos decem in annos de dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficiis, ac prouentibus ſuis ſingulis ac omnibus (quotidianis ſolum diſtributionibus, quas *præſentias* vocant, exceptis) viceſimam ſibi penderent, & vnoquoque trimeſtri, tempore angariarum partito exſoluerent. Simul conſtituit, qui iſtam exigerent colligerentque, *Vlricum* Dominum *de* Bickenbach, Cantorem; & *Macharium* de *Buſeck*, maioris Canonicos, nec non *Adolfum Breitbart*, ædis B. M. V. ad gradus Decanum.

Cœnobium Pfaffenſchvvabenheim, *36)* Quod autem plura alia his temporibus cœnobia inuaſerat mali, id etiam *Pfaffenſchvvabenheimenſe* Ord. D. Auguſtini, in anteriore Comitatu Sponheimenſi, corripuerat. Queritur Adolfus in litteris die XXVI Iul. datis, monachos & Canonicos illius excuſſo diſciplinæ iugo, in præcipitia conuerſos deliciis ac deſidia torpeſcere, religionis in operibus omnem remiſiſſe induſtriam. Propoſuerat itaque ſibi, ſubmotis illis introducere eiusdem remotis Canonicis, Ordinis fratres, vulgo *de Obſeruantia* dictos. Cum vero neceſſe eſſet, vt prius, quam noui immitterentur, veteres officiis, quæ hactenus inibi obierant, renuntiarent, *Bernhardo Groſs* de *Mörſen*, Decretorum Doctori, Protonotario, & curiæ Archiepiſcopalis Iudici generali, mandauit, vt actui iſti interſit; vti muniis ſe abdicent, audiat; quod iis abeant, probet, aliaque, quæ obſeruatu neceſſaria eſſent, ordinet.

Congregationi VVindeshemenſi ſubiicit, *37)* Quatuor diebus poſt, fratribus ac Canonicis, qui hactenus ibi degerant, conſentientibus, monaſterium cum omnibus ac ſingulis ædificiis, prædiis, bonis, fortunis, iuribus, congregationi *VVindeshemenſi*, ſubiecit, iubens ſtatuensque, vt ex eo Præpoſiti nomen in Prioris tranſeat; Prior autem & Fratres introducendi in his, quæ ordinis ſunt ac obſeruantiæ, dictæ congregationi ſubſint; ceterum vero ad vitæ ſanctimoniam, puritatemque diligenter ſe componant, religionis ac pietatis ſemper inſiſtentes operibus, ab euagatione omni longe remoti, vt in codice Diplomatico videre eſt.

feſtum præſentationis B. V. celebrandum ordinat. *38)* Cultui vero *B. M. V.* quod ſingulariter eſſet deditus, feſtum *præſentationis* eiusdem, quod XXI menſis Nouembris die celebrari ſolet, & ſuam per diœceſin, ſicuti feſtum *conceptionis*, ſollemniter celebrandum, tabulis die XXIX Auguſti editis inſtituit ac ordinauit.

Epiſcopus conſecratur. 39) Vt ius ſacrorum ex veteri maiorum inſtituto capeſſeret, & ritu Epiſcopi inaugurare- tur, reſtabat. Enimuero & id hoc tandem anno quanta maxime par fuit cæremonia, religioneque ſuſcepit. Innuunt id litteræ, in quibus ſe h. a. non amplius *Electum* ſiue *Ervvelten vnd Beſtettigten*; vt antea, ſed *Archiepiſcopum Moguntinum* appellat; item aliæ, quibus anno ſequenti ſyngraphas Diethero datas Lunæ poſt inuentionem D. Stephani confirmat. In iis enim; *So als vvir* — *dem benanten vnſerm Svvager vnd Frunde etvve viel verſchribungen vnder vnſern anhengenden ingeſiegeln gegeben, vnd vns darinn verſchrieben vnd verpflicht han, ſo balde vnd vvann vvir* Adolf »zu Erzbiſchoflichen wirde gewyhet ſin, vnd groſs ingeſigel han machen laſſen, *daſs vvir* — *alsdann dem benanten* Diethern *ſoliche obgerurte verſchribunge* — *ſollen thun mit vnſerm groſſen ingeſiegel vmbſchrieben* &c. Sigillo autem maiori ſignatæ ſunt.

40) Neoſtadii anno MCCCCLXVII Cæſar pacem publicam in quinque conſtituerat cū Henrico annos, grauibus pœnis, ciuilibus æque ac Landgrauio eccleſiaſticis, in violatores ſtatutis. *Mulle-* contra Ludouicum *rus* l. d. ſectione IV cap. XLI p. 291 & ſeq. Landgrauium pactionem facit. Huic ſuis in terris ac prouinciis hoc firmius tuendæ *Adolfus*; *VVilhelmus* Dux Saxoniæ, & *Henricus* Haſſiæ Landgrauius icto ſe ſociarant fœdere. Contigit autem, vt *Ludouicus* Landgrauius Henrico inter hæc populationibus flammaque haud parum intuliſſet damni. Quare anno ſequenti MCCCCLXIX inter *Adolfum* & *Henricum* ita conuenit; Adolfus Henrico aduerſus Ludouicum toto belli huius tempore omni adſit conſilio atque ope; ex caſtris, oppidis, atque vicis, quæ armis ſubigerent, ea ſibi ſoli ſeruet, quæ Archiepiſcopatus fuiſſent propria; cetera ipſe & Henricus æquis inter ſe diuidant partibus. Acta hæc Cambergæ poſt feſtum Epiphaniæ.

41) Non longe poſt *Ioannes* de *Ingelheim* & *Henricus VVolf* de *Sponheim*, Equites eximiæ domi nobilitatis, ſcientiæque in bello, rogabant, vt *ſancta Crucis* ſacellum extra villam *Oberingelheim* in campo ſitum transferret in loci parochialem. Cauſſa, cur id petebant, erat, quod turbulentis iſtis temporibus populus id ſine periculo haud facile adire poſſet. Annuit tam æqua petentibus liberaliter admodum Adolfus, & id ipſum, vna cum omni cenſu iureque, in parochialem villæ traduxit. Modus autem, quem obſeruari volebat, erat hic; Beneficiarius ſacelli in parochiali Oberingelheimenſi primo quoque tempore altare in honorem *S. Crucis* erigeret, ſtatueretque; dein vero ſacra, ad quæ vi inſtitutionis obligatus eſſet, ſtato ſemper tempore in eo omni faceret diligentia atque religione. Docent id tabulæ die XIV Aprilis V. cod. Dipl. Moguntiaci confectæ.

42) Id temporis *Roſenbergii*, *Georgius*, Roſenbergios *Michael*, & *Arnoldus*, paſſim prædas age- compeſcendos ſtatuit. bant in ſilua Othonica; quin longius ad Nicrum Mœnumque progreſſi agrum Palatinum, Moguntinenſem, & Wirzburgenſem latrociniis habebant infeſtum. Sigillatim *Georgius* non ita pridem *VVipertum Suzeln*, inimicitiis

ante

ante haud denuntiatis, ceperat, captumque in vinculis etiamnum detinebat. Quam hominum licentiam cum non minus compeſcendam ſtatueret Adolfus, quam Fridericus Palatinus & Rudolfus Herbipolenſis, anno ſecuto MCCCCLXX, Lunæ diem D. Antonii præcedanea, inter eos conuenit, quamprimum contrahendum militem, qui aream templi in vicis *Schvveigern* & *Vnterſchüpf* occupet, inſideatque. Recepit autem quisque, ad hanc expeditionem ſe miſſurum centum equites *, & trecentos pedites. Quod ſi intra diem hunc & hiemis finem per hunc metum illis propoſitum pacem haud peterent Roſenbergii, tum ſimul ac ver ſe aperuerit, caſtris *Boxberg* & *Schüpf* obſidionem inferendam ac tamdiu vrgendam, quam expugnentur. Expugnata æquis partibus diuidenda. Conf. *Friſeus* chron. Wirzburgenſ. in Rudolfo II cap. X p. 851.

* *Ex his corrigas licet dubiam in* Friſeo *l. d. lectionem. Pro* 1200 *enim, vel* 200, *legendum* 100.

Biſchofshemium recipit.

43) Menſe ſequenti *Biſchofshemium*, quod vna cum locis connexis Henrico Comiti Wirtembergenſi conceſſerat, recepit. Sub finem enim anni ſuperioris Brettæ res ad aliam ipſos inter pactionem deuenerat. Deceſſit autem Henricus locis iſtis, vna cum omni iure, die, qui D. Agathæ in faſtis ſacer habetur, ciuibus ac incolis præfecturæ Biſchofshejmenſi adſcriptis iureiurando, quo ſibi eos deuinxerat, ſolutis.

regalia conſequitur a Caſare.

44) Tum vero ius regalium nondum clientelari fide a Cæſare Adolfus impetrarat. Vt acciperet tandem, tempore verno in Carinthiam profectus, Fridericum Volckenmarckæ reuerenter, habituque Electorali indutus adiit, id, veterumque diplomatum ac priuilegiorum ſanctiones petitum; qui fidem, obſequiumque ſacramenti religione profeſſo beneficia ac commoda, ab Imperatoribus tribui ſolita, in frequenti corona, veteri & laudato cæremoniarum ordine contulit. Recepti in fidem Principatus tabulæ conſcriptæ Saturni ante diem Vrbano feſtum.

Schüpf & Boxberg expugnat.

45) Inter hæc *Schüpf* & *Boxberga*, prædonum illorum receptacula, vi expugnata fœderatorum venerant in manus. Qui proin peruigilio D. Iacobi conuentum egere, vt certi quid de iis deciderent. Statuerunt autem, caſtrum *Schüpf* ab imo deiiciendum, nec vnquam reparandum; ciues ac agreſtes illi adſcriptos contribuendos caſtro *Boxberg*; atque adeo duas præfecturas, Schüpfenſem & Boxbergenſem, redigendas in vnam; prouentus æquis partibus diuidendos; Quæſtorem, qui reditus recipiat, Boxbergæ communiter inſtituendum, & præter hunc Satrapam, qui ſubiectis iura det, ac ſummæ rei præſit. Ex quo tum Schüpfenſes tum Boxbergenſes in verba Adolfi, Friderici, & Rudolfi, Lunæ poſt D. Laurentii memoriam adacti: quibus *Conradus* de *Berlichingen* Præfecti titulo ac poteſtate præpoſitus. Conf. *Friſeus* l. d. cap. XI p. 851.

Hoc anno caſtra hæc expugnata eſſe, non autem anno MCCCCLXIX, notandum contra Hachenbergium. Trithemius *præter hæc, quæ a de-* *mandatis publicis actulis, aſſerit chron. Hirſaug. ad an. MCCCCLXIX p. 470 dicit, anno ſequenti, LXX ſcilicet, ſubacta fuiſſe;* Boxbergenſe *feria quinta cœnæ Domini;* Schüpfenſe *octaua reſurrectionis Domini.*

Edit. I p. 876

Ratisbonam it ad Comitia.

46) Inde ſelectiſſimo cum comitatu Ratisbonam profectus eſt, quo Cæſar Principes ac Ordines Imperii Comitiis habendis euocarat. Ne vero interim domi res Moguntina detrimenti quid caperet, gubernaculis admouit viros & natalium ſplendore & prudentiæ ciuilis laude quam maxime illuſtres. Fuere ii *Rupertus* Comes Solmenſis, ædis metropolitanæ Cuſtos, *Ioannes Greiffenclavv* de *Volrats*, Vicedominus tractus Rhingauienſis, *VVigandus* de *Selbach*, & *Philippus* de *Stockheim*, Archimagirus.

laudatur a Campano.

47) Ratisbonam vero vix inierat, cum ſtatim virtutibus ſuis haud parum laudis ferret atque exiſtimationis. *Ioannes* ſane *Antonius Campanus*, Epiſcopus Aprutinus, *conuenerunt*, inquit, *poſt diem tertium Moguntinus & Marchio Brandenburgenſis, vterque maximus in Germania Princeps, & quibus vis ſit cum quatuor Caſaris eligendi. Moguntinus vir ingenii manſueti; & qui neque aſpectu, neque manſuetudine Germanum ipſe ferat.* lib. VI epiſtola III p. m. 348.

ibidem pro tribunali egit.

48) De cetero, quum auctoritate in Imperio eſſet illuſtri, quin maxima prorſus, anno ſequenti MCCCCLXXII, die XXV Augusti, Imperatoris iuſſu in aula Cæſarea pro tribunali egit, ac in cauſſa *Eberhardi* Dynaſtæ Eppenſteinii aduerſus *Caſparum Riprecht*, Burgmannum ſiue Caſtrenſem Geilnhuſanum, iudicis multa cum laude functus eſt partibus. *Müllerus* l. d. ſectione V c. XXIX § II p. 551.

Auguſtæ ſimiliter.

49) Poſtero MCCCCLXXIII eadem ſuſtinuit munia Auguſtæ Vindelicorum in Comitiis. *VVerlichius* chron. Auguſt. parte II p. 217, *Müllerus* l. d. § III p. 552. Illic etiam loci die XX Maii ſeptem Equitibus a Cæſare honoratæ militiæ decoribus inſigniendis iurisiurandi prælegit formulam; cui ſua ipſe adſcripſit manu: *Dieſen eyde han vvir* Adolf *Erzbiſchof zu Menze den Rittern, der ſiben gevveſt ſin, vorgeſagen zu Augſpurgk, vff den XX tag Maii, da der Biſchoff zu Mez ſin regalien entpfinge.*

Caſarem ſequitur Badenam.

50) Auguſta cum Cæſare abiit Vlmam; Vlma Badenam, Marchionum Badenſium regiam; vbi pompam, qua Fridericus *Ruperto* Palatino, familiæ Bipontino-Simmerenſis, Antiſtiti Argentoratenſi, ius regalium fiduciario iure contulit, ſua cohoneſtauit præſentia. *Müllerus* l. d. cap. XXXII § II p. 556. Badena Fridericum comitatus eſt Argentoratum. *Königshoven* chron. Alſat. cap. V p. 368.

Argentoratum, Treuiros,

Poſt illocum Treuiros conceſſit, pars conuentus iſtius hominum & litteris & prædicatione clari. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIX § CXXXVII p. 306; quin ſecretorum Cæſaris intimus arbiter, vt *Arnoldus* loquitur *Lalainus* epiſt. de congreſſu Friderici Imperat. & Caroli Burgundi p. 304.

Coloniam.

51) Fridericum Treuiris abeuntem ſecutus eſt Coloniam. Colonia anno ſequenti MCCCCLXXV

Edit. I pag. MCCCCLXXV Rotenburgum ad Tubarim. Inter teſtes ſane, qui tabulis, de titulo Ducali terris Holſaticis tum collato, promulgandis adhibiti fuere, primo eminet loco. Vid. *Müllerus* l. d. cap. XLI § III p. 614.

Comitiis Auguſtanis intereſt. 52) Paulo poſt, vt & Cæſari & ſuo ſatisfaceret officio, interfuit Comitiis rurſus Auguſtam Vindelicorum indictis. *Lehmannus* chron. Spirenſis lib. VIII cap. CXIII p. 901. Quin haud dubitauit, Fridericum III ad bellum aduerſus Carolum Burgundum proficiſcentem comitari. *Müllerus* l. d. cap. LXI § III p. 675, & cap. LXXI § VIII p. 705. In quo quidem bello non nudum ſors pugnantium ſpectatorem egit, ſed ipſe etiam cum hoſte pedem contulit. Quod dum *Iacobus Mayerus* lib. XVII annal. Flandric. p. 416 in litteras miſit, calamo ſatis acri, quin in tantæ dignationis Principem ac Præſulem vere iniurioſo, perſtrinxit. *cum Cæſare in bellum proficiſcitur*

Obit. IV Cum in caſtris ad Noueſium eſſet, graui cœpit ægritudine conflictari, ideoque in caſtrum Eltuillanum reductus, ad extrema deuenit, prout hoc in Erbachiani cœnobii templo, vbi iuxta Naſſouium Gerlacum, de quo ſupra, ſepultus, indicat epitaphium: *Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto ſexta menſis Septembris, obiit Reuerendiſſimus in CHRISTO Pater & Dominus, Dominus Adolphus II de Naſſau Archiepiſcopus Moguntinus: cuius anima requieſcat in pace. Amen.*

Sepelitur. Sepultus fuit in crypta, ſuperimpoſito lapide; qui, cum ſolum chori, vti iam dictum, anno MDCCVII maioris decoris gratia eleuaretur, parieti iuxta Gerlaci ſtatuam inſertus; cineres vero in vrnam lecti, & inter ambas ſtatuas reconditi. Ceterum verba ἐπιγραφῆς ſepulcralis ita habent; —— *Dominus* Secundus *Adolfus de Naſſau* &c.

V Ceterum, per diſcordiæ huius occaſionem, ne quod in Erfurtenſi vrbe ius habet Reuerendiſſimus Moguntinus, Principum forte vicinorum alicui venderetur, ſubmetuere cœpit illa ciuitas. Melior enim fere ſemper eorum, qui ſub eccleſiaſticis, quam qui ſub politicis ſunt, conditio. eamque ob cauſſam Romano ſupplicauit Pontifici, ne venditioni illi aſſentiretur. Reſcripſit igitur Pontifex Pius II, anno Dominicæ incarnationis MCCCCLXII, venditionemque vetuit, & quidem cum præclaro Erfurtenſium elogio, quod eiuſmodi eſt: *Conſtantis fidei probata ſynceritas, & ſingularis deuotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis eccleſiam, digne merentur, vt humiles preces veſtras ad exauditionis gratiam admittentes, illa vobis fauorabiliter concedamus, quæ ſtatus veſtri honorem, tranquillitatem, & pacem, nec non veſtræ reipublicæ communem concernere dignoſcuntur.* At nos fuimus Troes: cecidit corona capitis noſtri: effuſa eſt in terram gloria noſtra. *Sed nunquid qui dormierit, non adiiciet, vt reſurgat?*

Conf. *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis l. d. § XXVI p. 140 & ſeq.

DIETHERVS,
ſecundum.

I

POſt Adolphi mortem *anno MCCCCLXXV, ipſo S. Martini die*, Canonici* (ait in Sponheimenſi *Trithemius*) *maioris eccleſiæ ſapienti conſilio vſi, qua-*
877 *tenus in vnum prouentus eccleſiæ reducerent, Dietherum* de *Iſenburg, quondam abrogatum, denuo in Archiepiſcopum elegerunt, qui præfuit ſecundo annis VI, menſibus totidem.*

eligitur ſecundum Archiepiſcopus *1) Adolfo fatis functo, lectus iterum fuit in Archiepiſcopum *Dietherus*, & quidem die Iouis ante Martinalia, qui IX fuit menſis Nouembris, non autem ipſis D. Martini feriis, vt *Trithemius* in Sponheimenſi habet, & poſt eum *Helvvichius* de diſſidio Moguntino ſectione XV § I p. 195. Diſertim namque Decanus & Collegium ad ædem maiorem in ſuis ad Vicedominos, Præfectos, Prætores, Scabinos, Conſules ciuitatum ditionis Moguntinæ Lunæ poſt Martini datis; *Haben vvir* »*am nehſt vergangenen Dornſtag*« *den Hochvvürdigen Fürſten in Gott Vatter vnd Herrn, Herrn* Diether *von* Iſenburg, *Graven* zu *Büdingen, zu einem künftigen Erzbiſchoff vnſers Stifts zu Menz mit zimlicher ere vnd vvürdigkeit vffgenommen vnd ervvelt.* Et in aliis ad Pontificem die XXXI Decembr. ſcriptis: *De perſona, quæ eandem releuare, reſque ab ea alienatas melius recuperare, atque ad id faciendum aptior, vtilior, & conuenientior reperiri poſſet, prout tenebamur, prouidere volentes,* »die nona menſis Nouembris,« *Nobilem & Generoſum Virum, Dominum* Dietherum *de* Iſenburg, *Comitem* in *Büdingen, in Diaconatus ordine conſtitutum, mul-* v. eod. Dipl.

tis bonis atque laudabilibus reſpectibus, tanquam abilem & idoneum, ac vt talem, qui præ cunctis dictam eccleſiam noſtram defenſare, atque in pace & tranquillitate conſeruare, & ab ea alienata recuperare poſſit ac valeat, elegimus in Rectorem & Paſtorem.

commendatione quidē ipſius Adolfi

2) Ad Adolfi, leto iam propinqui, commendationem ad Archiepiſcopatus titulos denuo adſumtum *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 484 narrat. *Is*, inquit, *cum lecto decumberet ægritudinis, iam prope moriturus, percunctantibus Canonicis, quem ſibi deſignaret ſucceſſorem, reſpondit:* Etſi meum non „ ſit, mihi denominare ſuccedentem, tamen „ ex quo conſilium meum requiritis, fideliter „ dicam pro veſtra vtilitate, quod ſentio. „ Dietherus de Iſenburg, qui ante me fuit „ Archiepiſcopus, meliora quæque ſibi per „ concordiam aſſignata pro ſuo ſtatu detinet „ eccleſiæ bona, ſicut notum eſt omnibus: „ nec dubium, quin & pecunias habeat mul„ tas, & non paruæ æſtimationis clenodia. „ Conſilio hunc meo iterum in Archiepiſco„ pum eligite, & omnia, quæ habet, cum „ eo ad eccleſiam reuertentur. Quod ſi „ neglexeritis, timendum eſt, quod in ami„ cos & conſanguineos eius, quicquid ha„ bet pecuniarum aut clenodiorum, poſt „ mortem ſuam deueniat.

ingratiis vero Papæ & Cæſaris.

3) Quin ingratiis Papæ, cum maxime vero Cæſaris electus fuerit, vix dubites. Qua enim in adſerendis Imperii iuribus ac eccleſiarum Germanicarum commodis animi eſſet magnitudine, vtrique haud obſcurum erat; tum vero haud ſatis conſonum videbatur, quem a celſiſſimi muneris poteſtate deiecerant, denuo in Sedem imponi. Sixtum ſane IV, comperto, agitari de ſurrogando Diethero conſilia, grauiter indignatum, ſerio, quin ſub anathematis interminatione prohibuiſſe, ne eligeretur, litteræ, quas in codice Diplomatico dedi, apertte docent.

pactione ſe obſtringit Capitulo.

4) Electus Decano, ceterisque ædis ſummæ Canonicis, vt olim, ita nunc quoque peculiari pactione ſe obſtrinxit, ac *ponendo manus ſuas ſupra pectus ſuum* iurauit, promiſſis ſe per omnia & ſingula capita quam ſtudioſiſſime ſatisfacturum. Factum id die Lunæ poſt D. Martini ſollemne, *Nicolao Iuſſel*, Præpoſito ad D. Mauricii, & *Conrado Bensheim*, Decano ad ædem B. M. V. ad gradus, vt teſtes eſſent, præſentibus.

eidem vrbem Moguntiam in perpetuum attribuit.

5) Eodem vrbem Moguntiam, cum omnibus iuribus, libertatibus, ac bonis, munimentis itidem, moenibus & portis, ciuibus denique ac incolis, in perpetuum eisdem poſſidendam, tenendamque tradidit, ac vt eam hoc magis in officio continere poſſent, ſimul ipſis poteſtatem fecit, caſtrum iuxta turrim, vulgo *Grynsthorn* dictam, vel alio quodam, qui eis commodior videretur, loco ædificandi, ædificato Præfectum, genere virtuteque ſpectatum (*einen treffenlichen Amptman*) oſtiarium, præſidiarios ac cuſtodes imponendi; ſumtum in opus impendendum ſe numeraturum pollicitus. Quod ſane mirum. Vnde vix eſt, quin ſtatuam, Canonicos ſibi eam antea diſertim fuiſſe pactos. Interim ficto prætenſæ cauſſæ. Vna, quod Adolfus Canonicis, cum ſententiis in diuerſum tenderent, haud ſemel minatus fuerit, ni ſecum ſtarent, ſe ciuitatem ditioni Sedis ſubducturum, alioſnamque in manum traditurum. Altera, quod Imperator id agat, vt eam ſibi vindicet ac Imperio: vti ſane non ita pridem, maleuolorum inſtinctu, vrbem ſibi in manus dedi voluerit; cum tamen Moguntia iure iuris ſit ac fuerit Moguntini, nec Cæſari & Imperio, nullius interpoſitu, vnquam ſubiecta (*die dan vnſerm Stift vnd Kirchen zu Menze zugehorig, vnd nicht keinem Römiſchen Kaiſer oder König, oder auch dem Römiſchen Rich zugeſtanden oder geeignet iſt*) Ita ſane *Dietherus* in tabulis, quas tum hac de re confecit, editque.

Edit. I p. 877

vt magnopere legitimus Archiepiſcopus recipiatur, mouentur Sedi Moguntinæ ſubditi.

6) Decanus vero ac Canonici ciuitatibus Archiepiſcopatus, litteris eodem hoc die exaratis, mandarunt, vt Diethero ad pontificatus Moguntini gubernacula rurſum adſcito fidem ſacramento addicant atque obſequium. Simul e gremio ſuo cum eo *Rupertum* Comitem Solmenſem, Cuſtodem maioris, *Volpertum* de *Ders*, Scholaſticum, *Bernhardum* de *Breidenbach*, & *Ludouicum* de *Helmſtatt* Aſchaffenburgum, Seligenſtadium, Obernburgum, Werdam, Miltenbergam, & Amorbacum delegarunt; ad ciuitates vero in Thuringiæ, Saxoniæ, & Haſſiæ partibus, eundem *Rupertum* Solmenſem, *Ioannem Specht* de *Bubenheim*, *Bernhardum* de *Breidenbach*, & *Gerhardum* de *Ebrenberg*.

ne eligatur, litteris velut Pontificis.

7) His ita ordinatis, die XII Decembris quidam, qui ſe Friderici Imperatoris ferebat nuntium, *Sixti* Pontificis afferebat litteras, quibus, ne Dietherus eligeretur, grauiter interdicebat, vt ſupra iam dictum. Atenim vero, cum ſibi perſuaſiſſimum haberent *Bertholdus* Decanus, *Rupertus* Comes *de* Solms, Cuſtos, *Vulpertus* de *Ders*, Scholaſticus, *Salentinus* de *Iſenburg* in *Grenſau*, *Dammo* de *Praunheim*, *Fridericus* de *Lewenſtein*, *Otho* de *Bach*, *Ioannes Specht* de *Bubenheim*, *Bernardus* de *Breidenbach*, *Gerhardus* de *Ebrenberg*, *VVilhelmus* Comes *de* Wertheim, ædis maioris Canonici, nonniſi publicæ vtilitatis intuitu ſuis ſe ſuffragiis Diethero Archiepiſcopatum contuliſſe, illis poſtridie in domo, vt vocant, Capituli publice lectis, *Volpertus* de *Ders*, Scholaſticus, ſuo totiusque Collegii metropolitani nomine, præſentibus *Adolfo* de *Breithart*, Scholaſtico ad D. Petri, & *M. Ioanne Lapicida*, ad ædem maiorem Vicario, tanquam teſtibus ad hæc vocatis, ſollemnium obteſtationum formulam interpoſuit (*proteſtationem* vulgo vocant) tabellionemque publicum, *Ioannem Oleatoris*, vt obnuntiationem factam litteris conſignet, rogauit.

quibus reſpondetur.

8) Poſtea litteris die menſis Decembris vltimo ſcriptis Pontificem reuerentiſſime omnique obſecrarunt ſtudio, velit Dietherum probare. Addebant, non inconſulto ſe illum elegiſſe, ſed certo iudicio, optimis plane rationibus adductos; quin ante iam, quam litteræ, quibus id prohibeat, aduenerint. Ceterum

v. cod. Dipl.

Edit. I p. 877 terum aduerſus ipſum ſe iam nec tendere poſſe, nec in diuerſum diſcedere, ni omnia ad perniciem profligare velint atque perdere. Quibus, vt euentus docuit, Papa acquieuit.

probatur a Papa.

9) Siquidem anno ſequenti eiusdem aduenerunt litteræ, Romæ Non. April. datæ. His Dietherus, quod rogarat, ex voto conſecutus eſt. Pontifex enim ſibi de ipſius *in litteris ſcientia, vitæ munditia, morum honeſtate, ſpiritualium prouidentia, aliisque multiplicibus donis fide digna teſtimonia* perhibita eſſe, præfatus, dignitatem ei Archiepiſcopalem auctoritate firmabat Apoſtolica. Adiecta tamen, quam ipſismet illarum verbis dabimus, conditio; *Volumus autem & auctoritate prædicta decernimus*, Lonſtein, *ſupra ripam Rheni*, *&* Hoeſt *ſupra ripam Mogoni, ac* Steinheim *&* Dieppurg *opida, cum eorum vectigalibus, theloneis nuncupatis, per flumina & terram extrahi ſolitis, & quæcunque alia loca ſeu bona, tam mobilia quam immobilia, cum omnibus & ſingulis pertinentiis, quæ alias* —— Pius *Papa II* —— *propter nonnullas differentias inter te & præfatum* Adolfum, *ſuper præfectione præfata eccleſiæ exortas, ad tui vitam, iuxta certam concordiam, tibi conceſſerat, ex tunc ad ius & proprietatem dictæ eccleſiæ ac in eum ſtatum, in quo tempore conceſſionis huiusmodi erant, iuxta dictam conuentionem reuertantur.* Aliæ, quas idem *Sixtus* ad populum ciuitatis & diœceſis Moguntinæ dedit, legi poſſunt in codice Diplomatico.

cui proinde gratias agit.

10) Beneuolam hanc Pontificis erga ſe voluntatem quam demiſſiſſime exoſculatus Dietherus, *Sixto* haud cunctanter gratias egit per litteras, eique & eccleſiæ omne obſequium ſpopondit ac reuerentiam. Quas quam benigne acceperit Pontifex, infra ſequetur.

Moguntiam rurſum ſuæ facit poteſtatis.

11) Nunc enim nos poſcit Moguntinenſium intemperies. Quippe hi, vt turgidis ſemper fuere ingeniis, & ad turbida omnia proniores, furere in armis ac paſſim in foro tumultuari, quin tandem Decano & Collegio ad ædem maiorem, ipſis Mariæ Magdalenæ feriis, ciuitatis dominium vi extorquere auſi ſunt. Sedenim non longa imperii poſſeſſione. Dietherus namque triduo poſt accurrit, vrbemque ſuæ fecit poteſtatis. Inita autem tum cum ciuibus pactio in has leges; Ciuitas Diethero, eiusque in Archiepiſcopatu ſucceſſoribus in perpetuum ſubdita ſit, maneatque. Archiepiſcopo decedente obſequii fidem Capitulo iurato præſtet, eique pareat, vsque dum nouus Archiepiſcopus rite fuerit electus; Electus præterea legitimis ſuffragiis ſe Archiepiſcopum conſtitutum allatis Collegii litteris, iisque maiori ſigillo firmatis, docuerit. His ita conſtitutis, eodem die iuris iurandi vinculo ſe Diethero obſtrinxere, in eiusque poteſtate ſe futuros, ſancte polliciti ſunt.

benignum a Pontifice reſponſum accipit.

12) Vt Sixto gratias egerit, n. 10 dictum. Notandum nunc, quam benigne Pontifex reſponderit. Partim autem dignis ipſum exornabat laudibus, partim vt in Cæſaris ſe inſinuaret gratiam, prouide conſultoque monebat. *Gratiſſimæ*, inquit, *fuerunt nobis litteræ tuæ, quibus deuotionem & affectum animi tui erga nos abunde declaras: de qua quidem re nunquam dubitauimus, quodque egimus, libenter a nobis actum eſt, tum propter virtutes tuas, tum quod exiſtimamus, talem te futurum,* —— *qualem polliceris, & fore confidimus, ita vt optimum filium genuiſſe SS. Romana gaudeat eccleſia* —— *Reliquum eſt, vt cum Cæſarea Maieſtate ſtudeas bene conuenire, ita vt omnia in concordia & vnanimitate procedant, & vt ſimiliter ſe ſua habeat Maieſtas, cum* —— *Friderico Palatino* —— *procures; quoniam hoc erit valde ſalutare rebus Chriſtianis, quarum cura præcipue nobis cordi eſt.* Dat. *Narniæ die XXI Auguſti.*

de inſtituenda Moguntiæ Academia agit.

13) Ceterum alias inter curas de inſtituenda etiam Moguntiæ bonarum litterarum, artiumque officina ſiue academia ſeriam ſuſceperat cogitationem, vt ciuitatis, diſſidio nupero nimium quantum afflictæ, conſuleret commodis, cum maxime vero ſtudiis liberalibus maiorem ad cultum prouehendis. Agebat itaque, vt voti damnaretur, cum Pontifice. Nec fruſtra. Sixto, quæ petebantur, benigne prorſus prolixeque Bulla IX Kal. Decembr. edita concedente, vt in ſchediaſmate *de Academia Moguntinenſi* § III legere eſt.

Ioannis Niclashuſenſis dogmata execratur.

14) Accidit autem tum, vt iuuenis quidam ruſticus, *Ioannes Beheim*, vulgo *de Niclaſhauſen* dictus, magno apud credulam plebem eſſet numero. Habebatur enim propheta, doctorque diuinitus excitatus. Hæc res, cum periculi plena eſſet, ne eccleſiam in caſum quendam daret, tum *Rudolfus* Epiſcopus Herbipolenſis, tum *Dietherus* habebant penſi. Et ille quidem miſerum, captum & in vincula redactum, die XIX Iulii ignis affecit ſupplicio, Vid. *Friſeus* chron. Witzburgenſ. in *Rudolfo II* cap. XV, XVI, XVII, p. 852 & ſeq. Dietherus vero ædem *Niclashuſenſem*, ad quam, illo extincto, non minor quam ante populi concurſus erat, ineunte anno MCCCCLXXVII die II menſis Ianuarii euerti, ſoloque æquari iuſſit, extinctis omnibus priuilegiis ac iuribus, eidem a deceſſoribus olim conceſſis vel firmatis; parochianis vero ædi Gamburgenſi in perpetuum contributis, vt ex tabulis tum editis fuſius cognoſcere eſt. Qua ſententia poſtmodum nonnihil mutata, litteris die menſis Octobris X ſignatis, ædem interdicto tantum ſuppoſuit; ceterum vero, ne quis eam inuiſat, ſub anathematis interminatione interdixit. Vtrasque reperies in codice Diplomatico.

Wilhelmum Brunſuicenſem anathemate exſolui iubet.

15) Aliquanto ante vero miniſtri ſatellitesque *VVilhelmi* iunioris, Ducis Brunſuicenſis & Lüneburgenſis, Presbyterum quendam violenter inuaſerant, ac captiuum aliquandiu in vinculis cohibuerant ac compedibus. Quod omne cum Dux ipſe ratum haberet gratumque, pœnas ille eccleſiaſticæ deteſtationis incurrit. Quibus cum nunc eximi deſideraret, peteretque, Dietherus annuit, ac Parocho ad *D. Iacobi*, quæ Göttingæ eſt, in mandatis dedit, vt, ſi comperiret, Presbytero condigne ſatisfactum eſſe, Wilhelmum vinculis iſtis expediret: exacto tamen prius ab

eodem iureiurando, quod pariturus mandatis eccleſiæ, intra annum *a dato litterarum* Sedis Apoſtolicæ conſpectui ſe præſentare velit. Litterarum vero datum eſt, Moguntiæ die XXI Martii.

v. cod. Dipl.

academiam Moguntiæ aperiendam ſignificat.

16) Decem diebus poſt, tabulis publice editis, ſingulis ac omnibus bonarum artium liberaliumque ſcientiarum ſtudioſis ac cultoribus ſignificauit, ad Kalendas Octobreis publicam honeſtorum ſtudiorum palæſtram ſe Moguntiæ aperturum. Leges eas § IV dicti *de Academia Moguntinenſi* ſchediaſmatis.

Litem Dorlenſiū cum Collegiata Salzenſi decidit.

17) Inde controuerſiam, quæ ciuibus maioris Dorlæ (*Oberdorla*) cum Collegiata Salzenſi erat, Erfurti die Mercurii poſt dominicam *Vocem iucunditatis* dictam & cognouit & decidit. Vbi velim notes, Collegialem hanc Dorla ab Adolfo Salzam translatam fuiſſe; fundatam ceteroquin ab Willigiſo Archiepiſcopo. Conf. *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. I § V p. 18, & quæ dixi in annotationib. ad *Serarium* in vita *VVilligiſi* § IX p. 453.

monaſterii Seligenſtad. inuiſit.

18) Fama vero de prolapſo cœnobii Seligenſtadenſis ſtatu indies magis percrebeſcente, ipſe adſumtis ſecum Ordinis D. Benedicti Præſidibus, aliisque magna auctoritate viris illud interuiſit, & cum reapſe comperiret, non cœnobitas ſolum excuſſo diſciplinæ iugo prauis omnia miſcere exemplis, vagosque diſcurſare, verum etiam ipſum Abbatem *Reinhartum* inſtituti religioſi minus fuiſſe obſeruantem, in regimine vero ſegniter ac negligenter egiſſe omnia; adhæc magnam iam fundorum partem prodigentia decoxiſſe; quin immo D. Laurentii martyris caput, nec non alias plerasque Sanctorum reliquias, vaſa item ſacra, ornamenta templi, libros cenſuales, aliaque clanculum aſportaſſe, & Geilnhuſæ vitam agere vagam; litteris die XXVII Iulii datis vniuerſis per ciuitatem ac diœceſin Moguntinam eccleſiarum Rectoribus, præcipue vero Geilnhuſanis, apud quos ille ſe continebat, mandauit, vt eum *primo*, *ſecundo*, *tertio*, & *peremptorie* citent, ſicut & ipſe his eum citabat litteris, vt Aſchaffenburgi poſt quatuordecim dies, *hora veſperarum*, compareat, ad videndum & audiendum, ob cauſſas prædictas ab dignitate officioque ſe eſſe remouendum.

Roſenbergiis gratificatur.

19) Hæc inter *Roſenbergii*, ceterique caſtrorum *Boxberg* & *Schüpf* e Nobilitate poſſeſſores olim ſocii (vulgo *Ganerben* vocant) enixe petebant, vt ſibi loca hæc reſtituerentur. Iis ſic rogantibus, ſequeſtrium intercesſere loco *Albertus* Elector Brandenburgicus, & *Philippus* Epiſcopus Bambergenſis, & die partibus Windshemium indicta rem huc tandem deduxere, vt *Dietherus*, *Philippus* Palatinus, & *Rudolfus* Herbipolenſis iis tum caſtrum Boxberg cum oppidulo, tum Schüpf cum locis contributis redderent; Roſenbergii vero pollicerentur, ſi caſtrum Boxberg reædificarent, tum id feudi ſiue beneficii titulo ſe ab illis recepturos. Conſ. *Friſeus* l. d. cap. XIX p. 855. Compoſitioni finis impoſitus Mercurii poſt D. Laurentii ſollemne. Legati, ad diem conſtitutum a Diethero miſſi, erant *Ioannes* frater, Comes Iſenburgico-Büdingenſis, *Ludouicus* de *Bünavv*, & *Petrus Eberſtein*; a Palatino, *Simon* de *Baltzoven*, Aduocatus Heidelbergenſis, & *Erckingerus* de *Rodenſtein*, aulæ Mareſchallus; ab Herbipolenſi, *Georgius* ab *Elrichhauſen*, *Kilianus* de *Bibra*, Canonici Witzburgenſes, & *Conradus* de *Hutten*, Miles.

Landgrauiæ Mechtildi poteſtatem dat conſtituendi, qui cœnobia per Haſſiam inuiſant.

20) Quum vero tot aliis occupatus negotiis monaſteria in terris Landgrauiatus Haſſiaci, a priſco integritatis vſu haud parum prolapſa, ad intermortuæ religionis officia & veteris diſciplinæ vigorem præſens ipſe reducere haud poſſet, litteris Aſchaffenburgi die XXI Auguſti ſcriptis *Mechtildi*, e Comitibus Wirtembergenſibus & Montisbeligardenſibus, Landgrauiæ Haſſiæ, *Ludouici III* viduæ, poteſtatem fecit, viros quosdam munerum dignitate, vitæque ſanctimonia conſpicuos eligendi, qui cœnobia illa, ſiue ſanctimonialium ſint ſiue virorum, toties quoties opus ſit, pro officio inuiſerent, & ad cultum veteris religionis omni reuocarent ſtudio; data ſimul eisdem facultate, defectus corrigendi, & Officiales, quin & illorum tum Rectores tum Moderatrices ſuſpendendi ſiue magiſtratu ad tempus ſubmouendi, immo ſi commeruiſſent, penitus de dignitatis gradu deiiciendi, vt codicem Diplomaticum inſpicienti patebit.

arcem Moguntiæ fundat.

II Hic Dietherus arcem in fine ciuitatis Moguntinæ de nouo conſtruxit, quam caſtrum *S. Martini* appellari voluit. Vniuerſitatem gymnaſii generalis in ciuitate Moguntina primus inſtituit, quam aliqualiter dotatam a ſummo Pontifice confirmari & conſuetis priuilegiis & gratiis cumulari impetrauit. *n. 10 & 16 § 1.*

Arx vero illa paullo ante ab eo exſtructa ſubito incendio ſub noctis medium tota deflagrauit anno MCCCCLXXXI, feria VI ante dominicam *Eſto mihi*: fuiſſetque tam ipſe, quam Erneſtus Saxoniæ Dux, qui forte aderat, in ſomno exuſtus, niſi a Reiffenbergio excitati ambo, nudi profugiſſent. Illam tamen firmiori e lapidibus opere ilico reædificare inſtituit: dumque fundamenta locarentur, ſingulis latomorum, cæmentariorumque magiſtris, per Reinholdum Anſelmum Cellarium, ſingulos donauit nummos aureos.

in fine vrbis

1) Excitauit eam in fine vrbis, qua Rhingauiam ſpectat, ædibus, vt illi exſtruendæ locus eſſet, duodecim, in illo tractu ſitis, tanti quanti ante vrbem ab Adolfo occupatam æſtimatæ erant, numerata pecunia coemptis.

ſumtu ante iam confecto

2) Sumtum ad opus explicandum confecerat iam ante. Cum enim *Ioannes* de *Niclashauſen* ad ignis, vt dictum, raptus fuiſſet ſupplicium, partem auri, argenti, aliarumque rerum, quas ei populus obtulerat, cepit *Comes VVertheimenſis*, tanquam loci dominus, partem *Rudolfus* Herbipolenſis, tanquam Diœceſanus, partem *Dietherus*, tanquam Primas prouinciæ. Et hanc ipſe ad arcem hancce

ſtatuen-

Edit. I p. 877

ſtatuendam deſtinauit iuxta atque expendit. *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 487.

cur D. Martini caſtrum appellari voluerit.

3) Cum vero *D. Martinus* Moguntinenſium patronus ſit, non mirum, quod *S. Martini caſtrum* illam appellari voluerit Dietherus. Huius alioquin rei cauſſa *D.* quoque *Martini* imago, ingentis quidem magnitudinis, turri arcis maiori, qua Rhenum reſpicit, poſt appicta (quæ vtique renouari mereretur) cum inſcriptione; quæ tamen [illegible] maximam partem temporum ceſſit iniuriis.

Moguntiæ imponit præfectum.

4) Anno ſequenti MCCCCLXXVIII, vt Moguntinos hoc magis in officio contineret, Martis poſt dominicam *Iudica* vſu eccleſiaſtico appellatam, *Philippum* Eppenſteinium, Dynaſtam Kŏnigſteinenſem, *Eberhardi* filium, ciuitati Præfectum impoſuit, cum mandato, fortunas Cleri & eccleſiarum ſtudioſe tuendi; populo autem iuſto moderatoque præſidendi imperio; quo vide *catalogum Vicedominorum ciuitatis Moguntinenſis.*

monaſterium Seligenſtad reformat.

5) Poſt monaſterium, de quo ſupra, Seligenſtadenſe, adſumtis denuo quibusdam Ordinis Benedictini Cœnobiarchis, Bursfeldenſi deuinctis regula, reuiſitauit, videnſque, nil minus cordi fuiſſe cœnobitis, quam vt factis ſtarent conſtitutionibus (repererat enim nonniſi Abbatem & vnicum e fratrum numero) *Reinhartum* ad dies vitæ Abbatis officio (titulo tamen retento) abſtinere iuſſit; regimen vero, curam, & adminiſtrationem monaſterii die XXVII Iunii plenarie commiſit *Iacobo Stege*, dicti Ordinis monacho, litterarum ſcientia, in rebus agendis induſtria, vitæque integritate multum laudis conſecuto.

Bullam palam Francofurtenſibus datam reſtringit.

6) Bullam deinde, qua Pontifex Francofurtenſibus facultatem conceſſerat, diebus anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii & aliis, quibus eſus ouorum & lacticiniorum prohibitus, butyro, caſeo, ouis, lacte, cibisque ex lacte aliis; ſenibus vero & valetudine aduerſa correptis, carnibus veſcendi, & explicuit & edito die III menſis Iulii diplomate reſtrinxit, ætate ſolum grauibus & ex morbo infirmis butyri, ouorum, & id genus ciborum eſu permiſſo.

Presbyteri & Epiſcopi honores conſequendi licentiam accipit.

7) Vsque huc vero nondum Presbyteri conſecutus erat honores. Hoc autem anno Bulla peculiari, Romæ ipſis Id. Auguſti data, a *Sixto IV* licentiam accepit, eos, a quocunque velit Antiſtite Catholico ſuſcipiendi, nec non ab eodem vel alio, accitis tribus vel duobus Epiſcopis, conſecrationis munus ſolito capeſſendi ritu.

Academiæ Moguntinenſi certa priuilegia indulget.

8) Academiam, quam Moguntiæ condiderat, vti in oculis habebat ac animo, ita multis eam anno poſtero MCCCCLXXIX exornauit, cohoneſtauitque tum priuilegiis tum immunitatibus, quo tam docentibus, quam diſcentibus hoc acriores ad litterarum ſtudia faces ſubderet. Tabularum, quibus ea complexus fuit, datum eſt Moguntiæ die XXVII Aprilis.

Prouiſorem Erfurti inſtituit.

9) Sequentibus diebus Aſchaffenburgi de conferenda *Alberto*, Duci Saxoniæ & Canonico Moguntinenſi, Prouiſoris Erfurtenſis dignitate, cum Legatis ipſius, *Caſpare* de *Schönenberg*, Milite, & *Henrico Mellerſtatt*, Doctore, Canonico Miſnenſi, egit. Conſummatis deliberationibus, Lunæ poſt almam Pentecoſtes, eam *Alberto* detulit prouinciam, tabulisque editis commiſit.

III Anno MCCCCLXXIX Eysfeldiam ad ſe pertrahere conati ſunt Saxoniæ Principes, & Ruſtenburgenſem arcem Comes Schwartzenburgius; hiſce tamen conatibus omnibus prudenter occurſum.

loca Eichsfeldiæ recuperat.

1) Scilicet, Adolfus deceſſor *VVilhelmo*, Saxoniæ Duci, & *Henrico*, Comiti Schwartzburgio, cum eos ſibi in auxilium adſciuiſſet, pro conſtitutis ſtipendiis præcipua tractus Eichsfeldenſis loca oppoſuerat pignori. Vid. *Helvvichius* de diſſidio Moguntino ſect. III § XII p. 161. Hæc vt Diethérus oneribus, quibus innexa erant, exſolueret, Sedique adſereret Moguntinæ, curæ habuit. Vt poſſet, certam pecuniæ ſummam ab *Alberto*, quem dixi, Saxoniæ Duce, ſumſit mutuo. Qua cum ea recuperaſſet, Lunæ poſt D. Dionyſii ferias itineri ſe accinxit, ac Duderſtadium dominica D. Galli ſollemne ſubſecuta ingreſſus eſt. Ciuibus, ipſis D. Lucæ feriis, in fidem receptis, ſequenti die Heiligenſtadium conceſſit, oppidanisque ſimiliter ſacramenti religione ſibi obſtrictis, Mercurii poſt D. Seueri memoriam proxima, *Alberto* cum præfecturam Ruſtenbergenſem, tum totius curam Eichsfeldiæ delegauit; conſtituto, qui vice illius Duderſtadii ageret, *Burchardo* de *Enzberg*; in reliquo vero Eichsfeldiæ tractu *Henrico Reuſs* de *Plauen*, Domino Cranichfeldæ.

& Alberto Prouiſori committit.

2) Inde Fritislariam perrexit. quo cum veniſſet, Mercurii poſt OO. SS. ciues in ſua adegit verba; poſt, die Saturni ante D. Martini ferias, Ameneburgum ſe contulit, oppidanos eadem ſibi deuincturus ratione.

Moguntinenſes nouo pacto ſibi obſtringit.

3) Poſtero, qui MCCCCLXXX a ſalutifero Virginis partu fuit, noua Lunæ poſt illius purificatæ ferias ciues Moguntinos ſibi obligauit pactione. Summa huc redit; Ciuitatem vna cum arce illi impoſita, omnibus item iuribus, reditibusque in perpetuum manſuram in Archiepiſcoporum Moguntinenſium ditione; Archiepiſcopo item homagio ſiue iureiurando interueniente iuſtos obſequii titulos religioſe delaturam. Arcem *S. Martini* perſpectæ nobilitatis viro, tanquam Burggrauio, committendam, qui vigiles, cuſtodes, aliosque curandæ illi & defendendæ conſtituat. Si contingeret, ſe vel ſucceſſorum quendam hoſtiliter capi, id agendum, vt duo e gremio Collegii maioris & Vicedominus Rhingauiæ cum ternis duobus in caſtrum ſe conferant; queis Senatus ciuitatis vnum ex ordine Senatorio, Rhingauienſes ſeptem, & vnumquodque tractus ſuperioris oppidum, *Aſchaffenburgum* ſcilicet, *Seligenſtadium*, *Dieburgum*, *Miltenberga*, *Amorbacum*, *Biſchofsheiminum*, *Kulsheimum*, *Buchen*, & *Düren*, vnum adiungat; qui antequam in arcem recipiantur, Burggrauio iurato fidem dent, ſe eam omni defen-

Edit. I p. 877

deſenſuros ſtudio, donec Archiepiſcopus libertati reſtitutus ſit. Si ipſe vel ſucceſſorum quiſpiam vitæ finem impleat, idem obſeruandum, donec defuncto legitimis ſuffragiis ſucceſſor datus ſit, & electus caſtrenſibus hiſce per quatuor Canonicos, vna cum litteris Collegii metropolitani ſigillo maiori firmatis, denuntietur; cui dein duo iſti e gremio Capituli vna cum ceteris obſequii religione ſine mora ſe deuinciant.

n. 18 § 1. n. 5 § 2.

IV Anno MCCCCLXXX equeſtres a nobilitate ludi Moguntiæ habiti, prout refert liber, qui *Torneamentorum* dicitur. Præter Academiæ inchoationem, valde hoc in Diethero laudatur, quod quæ in clero, & monaſteriis, Seligenſtadienſi præſertim, quod nobilium genere, ignobilium moribus, monachorum luxu diffluebat, ſcandala videbantur, tollere ſtuduerit. *Ioannem* de *Weſalia*, hæreticum, vt lib. I cap. XXXIV notatum, damnauit. Videtur vero & ipſus eſſe Archiepiſcopus, qui tumidum, dicacem, & contumelioſum concionatorem *Wigandum* quendam Francofurti coercuit, quique nequiſſimis & vaniſſimis illis, quos anno poſtmodum MDIX Berna combuſſit, *Mirabiliariis* (ſancti enim *Auguſtini* verbo vti placet) formidini fuiſſe traditur.

Tract. 13 in Ioan.

ludos Moguntiæ haberi permittit.

1) Quod ad ludos iſtos equeſtres, notandum, quod initium ſumſerint Veneris poſt diem Virgini adſumtæ ſacrum. Vti vero hoc maiori celebrarentur frequentia, Dietherus, litteris die Iouis dominicam *Oculi* dictam ſubſequente datis, ſingulis ac omnibus Principibus, Comitibus, Dynaſtis, Militibus, Armigerisque ad iſta venturis fidem dedit publicam (*vnſer fry, ſtrack, vngeverlich, vffrichtig geleide*) iisque ſimul immunitatem a vectigalibus, quibuscunque Archiepiſcopatus locis, terra fluminibusque Mœno ac Rheno præſtandis, appromiſit.

Ne vero Pontifici ſuboriretur ſuſpicio, ac ſi iſtos aliis de cauſſis Moguntiæ haberi permitteret, litteris X die menſis Maii perſcriptis ſumma teſtatus fide eſt, plane nil, quod rei vel eccleſiaſticæ vel ciuili officere poſſet, ibidem actum iri. Locus iis eſt in codice Diplomatico.

cum Henrico Haſſo fœdus renouat

2) Dein, vt bene iunctam cum *Henrico* Haſſiæ Landgrauio coleret amicitiam, fœdus, quod Theodericus Fridbergæ anno MCCCCXLII, Mercurii poſt D. Mauricii ſollemnitatem, cum Ludouico III, illius patre inierat, Hôchſtl Lunæ poſt dominicam SS. Triados honori peculiariter ſacratam, auſpicato renouauit; eoque ſic in eius ſe dedit conſuetudinem; vt Henricus ipſi tum villæ *Ems*, quantum ditionis erat Haſſiacæ, tum thermarum partem ad dies vitæ conferret.

præfecturas Algesheim & Ameneburg redemtas Alberto Saxoni concedit.

3) Sedenim, vt *Algesheimenſem* & *Ameneburgenſem* præfecturas pignoribus eximeret, accepta rurſus ab *Erneſto*, Saxoniæ Duce & Septemuiro, XX M. florenorum ſumma, eas *Alberto*, eiusdem filio, concredidit tum regendas tum fruendas; adiectis tamen quibusdam conditionibus; quas inter erat; ſi ipſi haud integrum vel collibitum eſſet, iis coram præeſſe, vt geminæ viros nobilitatis (*zum Schild geboren*) conſtitueret, qui tum Algeshemii tum Ameneburgi laribus fixis easdem adminiſtrarent; deinde, ſi ad culmen Sedis Moguntinæ proueheretur; antequam reluerentur, vt tum Archiepiſcopatui easdem liberas dimitteret, omnique nexu ſolutas.

cum Ioanne Wertheimenſi componitur.

4) Hæc dum fiebant, durabat adhuc lis, quæ ei cum *Ioanne*, Comite Wertheimenſi, intercedebat. Materies potiſſimum erat oppidum *Kulsheim*, quod cum Ioanni impigneratum eſſet, poſtea *Ioanni* de *VVittſtatt* oppoſitum fuerat; Wertheimenſi rem grauiter ferente, & non modo *VVittſtattium* vi de loco depellente, ſed oppidi etiam ciues inuadente iuxta deſpoliante que. Accedebat controuerſia de præſtationibus hominum propriorum præfecturæ *Buchen*. Tandem Elector Palatinus, ad quem vtriusque partis voluntate res delata erat, peruigilio D. Iacobi contentionem ſic diiudicauit; Ioannes Dietherum in poſſeſſionem partium oppidi Külsheim poſtulatarum immitteret, eique penſionem tributariam hominum propriorum præfecturarum Buchen & Düren impræpedite permitteret. Adſedere *Philippo*, cum ſententiam ferret, *Reinhardus* Epiſcopus Wormatienſis; *Thomas Dornberg*, Cancellarius, *Godefridus* de *Adolsheim*, Eques, *Eitelius* de *Sickingen*, Eques, *Petrus VVacker* D. *Hartmannus* de *Eppingen* D. *Bernhardus Frevvis* D. *Nicolaus* de *Ebesheim* D. *Ludouicus* de *Sickingen*; *Philippus Kemerer* de *Dalberg*, & *VVendelinus* de *Remchingen*.

Moguntiæ ædes ruinoſas & deformatas inſtaurari iubet.

5) Moguntiæ tandem inſtaurandæ cum non plane nullam haberet rationem; Veneris poſt ferias Seruatoris natalitias ciuibus Moguntinis promulgato iniunxit edicto, vt quisque ædes ſuas, quæ vel vetuſtate laborarent, vel incendio ruinisque eſſent laceræ, vel etiam ſolo afflictæ, intra annum reficiat, & ex ruinis ſuſtollat: de collapſis vero nemo vel ligna vendat, vel lapides; ruinoſarum adhæc nullam deſtruat ſine magiſtratus præſcitu.

Sedi ſubditis viceſimam imponit.

6) Arcem anno ſequenti MCCCCLXXXI totam deflagraſſe; auctor § II iam præcepit. Hanc cum reædificare decreuiſſet; ſimulque conſtituiſſet, vnam alteramue præfecturarum, titulo pignorum adhuc auerſarum, præſenti recuperare pecunia; Saturni poſt Virginis adſumtæ memoriam prouinciæ Moguntinæ ſubditis viceſimam pendendam impoſuit, conſtitutis, qui eam colligerent, *Bernhardo* de *Breidenbach*, Ciuitatis Camerario, *Volperto* de *Ders*, Canonicis Moguntinis, *Conrado* de *VVildungen*, Decano ad D. Gangolfi, & *Georgio Brendel* de *Homburg*.

mandatum de inſtaurandis ædibus extendit.

7) Quam Moguntiæ inſtaurandæ habuerit curam, dictum paullo ante. Iuſſis cum nemo fere inter hæc obtemperaſſet, & reficiendis manus admouiſſet, Veneris poſt D. Bartholomæi ferias tempus ſuperiori anno præſti-

tutum

Edit. I pag.

tutum vſque ad Pentecoſten anni MCCCCLXXXII extendit; hac adiecta denunciatione, quod ſi quis intra hoc ſpatium imperata haud fecerit, tum ædes areasque fiſco addictum iri.

Forum legibus munit.

8) Ceterum, vt tribunal ciuitatis ad iuſtitiæ & æquitatis flecteret habenas, monitis illud conſiliisque ſalubribus temperauit, ac eodem hoc anno leges etiam quaſdam promulgauit, a Iudicibus in poſterum obſeruandas.

Biſchofsheimium reluit.

9) Quemadmodum vero omne eo conuertebat ſtudium, vt loca Archiepiſcopatus ad alienos dominos olim dilapſa recuperaret, ita anno MCCCCLXXXII oppidum *Biſchofsheim*, cum locis contributis, quod Adolfus, cum ab *Henrico* Adiutore dimiſſum eſſet, Comiti Rieneccenſi pignoris dederat loco, præſenti reluit pecunia, miſſis die Martis poſt dominicam *Reminiſcere* dictam fratre *Ioanne*, *Volperto* de *Schvvalbach*, *Ebaldo Faulhaber*, *Ebaldo VVymar*, & *Conrado Volprecht*, qui ciues, incolaſque præfecturæ iſti adſcriptos denuo in fidem reciperent.

V Opera docti piique viri, quem ſequentibus verbis in catalogo ſuo deſcripſit *Trithemius*, multum vſus eſt: *Ioannes*, inquit, *de Lutra villula, dictus de Lutrea, vir in diuinis Scripturis ſtudioſus, & eruditus, & in philoſophia ſcholaſtica egregie doctus, ingenio ſubtilis, ſermone compoſitus, vita & conuerſatione honeſtus & ſingulariter deuotus, amator virtutum, hoſtis vitiorum, fortiſſimus auaritiæ contemptor, qui pluralitatem beneficiorum abhorruit, titulum Epiſcopatus ſibi oblatum ſpreuit, qui primum in Gymnaſio Erfordienſi Theologiam multis annis glorioſe docuit, & poſtea in eccleſia Moguntina prædicatoris officium ſtrenue geſſit. Scripſit ſuper ſententias lib. IV. Quæſtiones quoque varias, ſermones de tempore & de Sanctis lib. II. Et quædam alia nobis incognita. Moritur ſub Frederico Imperatore III, & Sixto Papa IV, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono, indictione XII.*

VI Tandem vero cum ſecundum electus ſuo annos VI, menſes VII, dies XXI bene perfunctus eſſet munere Dietherus, dyſenteria extinctus eſt Aſchaffenburgi anno MCCCCLXXXII, die VII Maii, cum prius, de Capituli partis maioris conſenſu, a Pontifice Sixto impetraſſet, vt egregiæ indolis adoleſcens *Albertus*, annos natus XVII, Saxoniæ ac Miſniæ Ducis *Erneſti* filius, Canonicus Moguntinus, fieret Adminiſtrator, poſtea ſucceſſor. Moguntiam vero pompa funebri adductus, hoc, in principe templo, habet epitaphium:

878 *Bis Præſul factus Comes Eyſenberg * Dietherus,*
Moguntinam arcem ſtruxerat atque ſcholam.
Hoc voluit tumulo corpus condi miſerandum,
Ciuibus æthereis dans animamque Deo.

* l. Iſenburgk

Iuſta funeris ſui procurat.

Vt ædis maioris Canonici ſibi poſt obitum ſollemni parentarent cæremonia, & gratam quotannis nominis ſui memoriam peragerent, moriens curauit, vt iis quadringenti numerarentur floreni, quos etiam Iouis poſt Aegidii *Chriſtianus Gans*, Præpoſitus Moxſtadenſis ac Sigillifer Moguntinus, eiſdem exſoluit.

Similiter anno MCCCCLXV, Mercurii poſt ſollemne B. Virginis in vtero conceptæ, animæ cum ſuæ tum parentum ſuorum ac maiorum expiandæ, Miſſam inſtituit, in arce Hochſtana quotidie in honorem D. Barbaræ legendam.

Lector beneuolus ἁμάρτημα, quod nobis ſupra p. 771 in ſchemate Dietheri genearchico lit. i) obrepſit, corrigat, & pro verbis, *eandemque* Comitem *dicas* Naſſouiæ, legat velim; *eandemque* Comitem *dicas* Catimelibocenſem.

ALBERTVS I,
ab aliis
ADELBERTVS III.

I

FActum in hoc, quod ſupra petiiſſe Dietherum, qui eum liberaliter educarat, narraui. & Aſchaffenburgo Moguntiam veniens, ad ſolitum fidei ſacramentum ciues ilico vocauit die VIII Maii. *Albertus*

Stirpe fuit Dux Saxoniæ

1) Fuit *Albertus*, vt ſub finem Dietheri iam dictum, filius *Erneſti*, Ducis Saxoniæ, Principis Electoris, & *Eliſabethæ* Bauaræ; frater, quod addendum, *Friderici*, cognomine *Sapientis* appellati, *Ioannis*, cognomento *Conſtantis*, Electorum, & *Erneſti*, Archiepiſcopi Magdeburgenſis. Schema id docet ſequens.

Digitized by Google

Edit. I p. 878

Fridericus *Strenuus*,
Landgrauius Thuringiæ, Marchio Miſniæ
n. 1331, 6 Octobr. † 1380, 26 Maii.
vx. *Catharina*, f. *Henrici* Hennebergenſ.
† 1397, 15 Iul.

Fridericus *Bellicoſus*,
Dux Saxoniæ, Princeps Elector.
† 1428, Non. Ianuar.
vx. *Catharina*, f. *Henrici* Ducis Brunſu. & Luneb.
† 1442.

Fridericus *Placidus*,
n. 24 Aug. 1412, † 7 Sept. 1464.
vx. *Margareta*, f. *Erneſti* Ferrei, Ducis Auſtriæ
d. 25 Iun. 1432, † 12 Febr. 1486.

Erneſtus,
n. 25 Mart. 1441, † 1486, 26 Aug.
vx. *Eliſabetha*, f. *Alberti III*, Ducis Bauariæ
† 1484, 5 Martii.

Fridericus *Sapiens*, *Elector*;	ALBERTVS, *Adminiſtrator Moguntinus*, n. 1464, † 1484.	Erneſtus, *Archiep. Magdeburg. Epiſcop. Halberſtad.*	Ioannes *Conſtans*, *Elector.*

Canonicus Moguntin' factus,

2) Virtutis, in- [illegible] cum eſſet probatæ, tener adhuc Moguntiæ ad cleri principalis cœtum adſcriptus, tam Diethero ipſi, quam Collegio omnium maxime idoneus viſus eſt; qui quamprimum rebus gerendis admoueretur, accedebant domus Saxonicæ tum opes, tum neceſſitudines, ad eccleſiam Moguntinenſem e ſuperiorum temporum caligine in lucem, veteremque dignitatem vindicandam haud leue pondus allaturæ. Cum igitur Erfurti tum temporis & in Eichsfeldia res non prorſus eſſent quietæ, Dietherus eum anno MCCCCLXXIX, Lunæ poſt almam Pentecoſtes, *Prouiſorem* conſtituit Erfurtenſem;

mature fit Prouiſor Erfurti, & Præfectus Eichsfeldiæ.

die vero Mercurii poſt D. Seueri memoriam & caſtri Ruſtenbergenſis & totius tractus Eichsfeldenſis *Præfectum* ſupremum; vti quidem in antecedentibus iam notatum. Quod dum repeto, non poſſum, quin adiiciam, quem ſibi, Prouiſor & Præfectus horum locorum factus, circumpoſuerit titulum. Sic autem in tabulis quibusdam, Moguntiæ anno MCCCCLXXX, die Saturni poſt feſtum diuiſionis, vt vocant, Apoſtolorum confectis: *VVibr* Albrecht *von Gots gnaden Herzog zu Sachſen, Landgrave in Doringen vnd Marggrave zu Miſſen*, Dhumher zu Menze, Proviſor zu Erfort *vnd* Amptman zu Ruſtenberg.

Mox a Pontifice deſignatur Conſeruator Archiepiſcopatus, & futurus Adminiſtrator,

3) Sed enim conatibus Schvvarzburgici, aliorumque ita repreſſis, Diethero æque ac Collegio principi viſum, omnium rerum cum imperio agendarum ipſum facere participem. Miſſis igitur Romam legatis, rem eo deduxere, vt Sixtus IV P. M. litteris anno ſequenti MCCCCLXXX, pridie Id. Ianuar. datis eum, quamdiu Dietherus vitam in humanis duceret, eccleſiæ Moguntinæ tam in ſpiritualibus quam temporalibus deſignaret Conſeruatorem; Adminiſtratorem futurum, ſi Dietherus vel regimine ſe abdicaret, vel vita defunctus vacuam relinqueret cathedram, vsque dum ſeptimum & viceſimum ætatis annum attigerit; ſimul ac vero illum attigiſſet, dictæ eccleſiæ cum plena poteſtate Archiepiſcopum. Tabulas ipſas leges in codice Diplomatico.

ac Archiepiſcopus.

Inde conſequitur præfecturarum Algesheim & Ameneburg adminiſtrationem,

4) Nec infeliciter cecidit, quicquid id fuit conſilii. Erneſtus enim, Alberti pater, eodem hoc anno pecuniam, ad præfecturas Algesheimenſem & Ameneburgenſem pignoribus eximendas, iis conditionibus, de quibus ſupra actum, explicabat. Quas cum Dietherus eas recuperaſſet, Albertum in illarum adminiſtrationem immiſit.

Diethero omnium cum applauſu ſuccedit.

5) Diethero mortuo Archiepiſcopatus regimen non ſine multa Cleri, populique gratulatione adiit. ante annos enim animum, curasque viriles gerebat. Teſtatum id facit, quem auctor § III affert, λόγος ἐπιτάφιος; præter quem *Trithemius* etiam in chron. Hirſaug. ad an. MCCCCLXXXII p. 514 ait; *poſt cuius* (Dietheri) *obitum* Albertus, *Erneſti Saxonum Ducis filius, annum agens ætatis XVIII, per Capitulum in Adminiſtratorem eccleſiæ Moguntinæ adſumitur, & cum fauore non paruo multorum a Sixto Pontifice IV confirmatur.* A Collegio principe Adminiſtratoris loco, tituloque tum ſollemni cæremonia adſumtum fuiſſe, vere narrat. Sic enim Decanus & Canonici in litteris, de quibus ſtatim, diſerte: *Demnach vvir den genanten Hern* Albrechten *Adminiſtrator, vormals als Conſeruator, vnd izt, als der gemelt vnſer Her Erzbiſchoff Diether ſeliger todes abgangen iſt, zum Adminiſtrator vnd zukünfftigen Erzbiſchove vffgenommen vnd mit lobgeſang erhaben, ingeſezt vnd empfangen haben.* A Sixto tamen non tum demum, vt innuere videtur *Trithemius*, ſed ante iam deſignatum, confirmatumque fuiſſe, ex dictis liquet.

Ad regimen

6) Summæ rerum impoſitum Decanus ceterique

adſtantes Sedi ſubiectis denunciatur.

teriquе ædis maximæ ſacerdotes tum litteris, Martis poſt dominicam *Cantate* ad Præfectos prouinciarum ac Sedis Beneficiarios ſiue Vaſallos, ſigillatim ciuitatem Moguntiam ac tractus Rhinganienſis incolas, ſequenti vero die ad reliquas Archiepiſcopatus ciuitates & præfecturas datis, tum miſſis e gremio ſuo quatuor ſpectata auctoritate Canonicis, non denuntiarunt ſolum, verum etiam iuſſere, vt ei iuſtos obſequii, imperiique titulos, ſacramento de more interpoſito, deferrent. Contulit autem ſeſe in Rhingauiam, ad homagium a populo accipiendum, die, quem dixi, poſt dominicam *Cantate* ſecundo; ad loca vero in ſuperioribus Archiepiſcopatus partibus, ſequenti.

v. cod. Dipl.

inſidiis appetitur

7) Vix autem ſedem inierat, quam impiis petebatur inſidiis. Indiciis enim patefactus fuit ac comprehenſus improbæ quidam emiſſarius factionis, *Ludouicus* vel, quod ab initio nomen edidit, *Carolus Bonnigke*, *Georgio* de *Bonnigke*, qui Tobervvizii ſedem habebat, extra coniugium natus. Is enim Aſchaffenburgi dominica, qua vocem Iucunditatis eccleſia edit, confeſſus eſt, a *Ioanne Bock*, *Nicolao Brambach*, & *Nicolao Bramen*, ciuibus Erfurtenſibus, promiſſa mercede ſe conductum, vt Moguntiam ſeſe conferret, ac ſi comperiret, Archiepiſcopum fatis functum, id quantocius per fidos homines renuntiaret: accepturum tum octodecim aureos. Vti vero hoc facilius alios falleret, habitum aulicis Saxonicis vſitatum indueret, & omnes conſequeretur vias, quibus in regiam Alberti ſe peruenire poſſe putaret: pecuniam ad veſtes, loricam, arma, aliaque commenda ſe miſſuros: aditu in aulam obtento id ſibi porro haberet curæ, vt Albertum perimeret veneno; perfici poſſe ſcelus, ſi aquam, qua in cœnaculo aulico vitra eluerentur, poculaque, inficeret, vel, inita cum ſartoribus aulicis familiaritate ac conſuetudine, veſtibus, quas conficerent, virus inderet præſentaneum. Sed de his poſtea.

machinationibus Erfurtenſium.

arci Moguntinæ, Martinsburg, Burggrauium imponit.

8) Albertus autem, cum interea prouidam arcis Moguntinæ, *D. Martini* appellatione nuper inſignitæ, rationem habere conſtituiſſet, Martis poſt diem D. Bartholomæo in faſtis ſacrum, eidem *Volpertum* de *Schvvalbach*, virum militia, nobilique genere ſpectatum, Burggrauii titulo auctoritateque impoſuit, hac fini, vt eam ille tum inhabitaret, tum omni ſtudio operaque tueretur. Compoſitione enim anno MCCCCLXXX, Lunæ poſt feſtum, vt vocant, viſitationis Mariæ facta, conſtitutum fuit, deligendum ſemper eſſe, qui curam illius ageret, virum cum eximiæ domi nobilitatis, tum ſcientiæ in bello.

Miniſteriales ſibi adſciſcit.

9) Anno ſubſequenti MCCCCLXXXIII ad functiones in aula eminentiores obeundas (*Miniſteriales* vulgo, vernacula *Dienſtmannen* vocabant) ſibi adſciuit *VVilhelmum* de *Scharpfenſtein*, *Ioannem* de *Sorgenloch*, dictum *Genſefleiſch*, *Iacobum VVinther* de *Rudisheim*, *Henricum* de *Staffel*, *Ioannem* de *Knebel*, *Ioannem* de *Breitbach*, *Ioannem* de *Scharpfenſtein*, *Henne* de *Hohenvveiſſel*, *Fridericum* de *Rüdisheim*, *Gobel Kranch* de *Lambsheim*, & *Iacobum* de *Hoenſtein*, omnes & generis & virtutis opinione claros.

Erfordienſes pecunia mulctat.

II Erfordienſes cum aliis de cauſſis, tum vero quod monialium in *S. Cyriaci* monte cœnobium, absque ſua facultate, in vrbem tranſtuliſſent, arcemque ibidem ædificaſſent, ad luculentam pecuniæ mulctam coegit.

1) Vid. *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. III § IV p. 161 & ſeq. qui hic omnino legi meretur. Addere iuuabit, rem Amorbaci compoſitam Lunæ poſt purificatæ ſemper puriſſimæ Virginis ferias; mulctæ vero quadragies mille florenorum, ciuitati impoſitæ, dimidiam partem, teſte apocha, ſtatim Mercurii poſt dominicam, quæ *Reminiſcere* dicitur, perſolutam. Ceterum vix dubites, quin inter cauſſas illas alias, ad quas digitum intendit auctor, referendæ veniant inſidiæ, Alberto, vt dictum, ſtructæ.

miſſis legatis, Vicedominum deſignatum ibidem in officium immittit.

2) Interim miſſi Erfurtum legati, *Bertholdus*, Comes Hennebergenſis, ædis maioris Decanus, *Ludouicus* Iſenburgius, Comes Büdingenſis, *Gerhardus* ab *Ehrenberg*, *Adolfus Rau* de *Holzhauſen*, iunior, vterque Canonicus Moguntinenſis, *Emericus* de *Reiffenberg*, aulæ Præfectus, *Georgius Hell*, D. Cancellarius, & *Eobaldus VVymar*, Alberti a ſecretis; qui die Mercurii poſt dominicam *Oculi* proxima, vna cum *Gunthero Milvvitz*, Vicedomino, *Ioanne Funck*, Sculteto, & Scabinis, in curiam Archiepiſcopalem ſe contulere: quo cum veniſſent, Cancellarius infra gradus ſub fornicibus, magna populi multitudine circumſtante, dictum *Guntherum* de *Milvviz* publice inaugurauit, ordine perferens ac ad vniuerſos denuntians, Albertum illi Vicedominatus officium commiſiſſe.

Solme & Schurburg permutat.

3) Poſt ferias paſchales, permutatione cum *Reinharto* de *Neyperg*, Ordinis Teutonici Magiſtro, facta, *Schurberg* arcem & *Solme* oppidum Ordini fratrum Teutonicorum permiſit; ipſe viciſſim arces *Protfeldam* & *Neuenbrunn*, cum locis contributis, accepit. Adiecta conditio, vt domum hoſpitalem Protfeldæ ſartam ſemper ſeruaret tectamque, proviſoremque, qui curam illius vsque huc egerat, in officio toleraret, nec, niſi eo morte intercepto, alium conſtitueret. Ex parte *Alberti*, dum de permutandis hiſce locis agebatur, aderant Conſiliariorum nonnulli; ex parte *Reinharti* vero, *Georgius*, Comes Hennebergenſis, Mergenthemii, *Nicolaus* de *Mulhuſen*, Moguntiæ, Commendatores, & *Herbordus Thielen*, Secretarius.

de inſidiis ſibi ſtructis curatius cognoſcendi omnem inſtituit.

4) Quam ſubdole Erfurtenſes, cum Albertum delinire ſtuderent, egerint, *Gudenus* l. d. p. 161 & ſeq. pluribus exponit. Quod cum ipſe, re comperta, non poſſet non ægre ferre, ſine dubio adductus fuit, vt de inſidiis ſibi ſtructis curatius inquirendum ſtatueret. Et cum ad facinoris diſquiſitionem intereſſet adeſſe quamplurimos, litteris Moguntiæ Iouis poſt ferias B. M. V. Eliſabetham inuiſenti

ſacras,

ſacras, Palatinum, Saxonem, & Brandenburgenſem, Principes Electores, Epiſcopum item Herbipolenſem, & ex ciuitatibus Norimbergenſes, Francofurtenſes, & Vormatienſes rogauit, vt quisque duos e ſuis Seligenſtadium ad diem Lunæ poſt vinculorum Petri memoriam mitteret, qui examini interſint.

qui interfuerint;

Adfuere, cum illuxiſſet deſtinatus dies, a Palatino *Balthaſar Forſtmeiſter*, Eques; a Saxone, *Fridericus* de *Hopſgart*, Eques, & *Bernhardus Marſchall*; a Brandenburgenſi, *Albertus* de *Bibra*; ab Herbipolenſi, *Oſvvaldus* de *VVeyler* & *Carolus* de *Grumbach*; a Norimbergenſibus, *Vlmannus Stromer*; a Francofurtenſibus, *Arnoldus Holzhauſen*, & *VVickerus Froſch*, iunior; a Vormatienſibus, *Georgius* ab *Hemſpach* & *Ioannes VVölff*; ab Erfurtenſibus miſſi aduenerant D. *Laurentius Schaller*, & *Dietericus* von *der Sachſſen*; ab Alberto denique *Ludouicus* & *Ioannes*, Comites Iſenburgico-Büdingenſes, *Emericus* de *Reiffenberg*, aulæ Magiſter, *Georgius Hell*, dictus *Pfeffer*, D. Cancellarius, *Georgius Brendel* ab *Homburg*, Vicedominus Aſchaffenburgenſis, & *Ioannes* de *Cronberg*, Eques.

qua reus faſſus ſit;

Quibus conſidentibus reus, iureiurando prius conceptiſſimis verbis dicto, faſſus eſt, ſibi nomen eſſe *Ludouico*, quamuis primum ſe *Carolum* vocari dixerit; cognomen vero *Bonnigke*; patriam eſſe villam Toberwiz. Monitus, vt quæ ante faſſus eſſet, iteraret, dixit, ſe Grimmæ in *D. Auguſtini* nomen, iuraque conceſſiſſe, & conſtitutum eſſe in ordine ſiue gradu Diaconorum: Grimma deſcendiſſe Erfordiam, & cum in clauſtro Carthuſienſium aliquandiu egiſſet, religionis pertæſum ex aſceterio ſe proripuiſſe, depoſitoque habitu monaſtico aliquot dies in vrbe ſubſtitiſſe. Compellatum tum a quopiam, conſultumque, vtrum linguam haberet in poteſtate? quod cum affirmaſſet, ab eodem rogatum, vt Moguntiam ſe conferret, ac omni in id ſtudio incumberet, vt Marchionem Miſnenſem iuniorem (*den iungen Herrn von Meiſſen*) vel cibo vel potu veneno infectis perimeret; pecuniæ affatim pro hac opera accepturum. Quam cum pollicitus eſſet, *Ioannem Bock* ſibi arrhaboni dediſſe quatuor florenos aureos; addito Senatus nomine mandato, operam daret, vt ad feſtum Corporis Chriſti Moguntiæ eſſet: aduenturos quosdam Erfurto; hos expectaret; tum vero id ageret, vt vna cum iisdem ad ſeruitia reciperetur aulica. Hic ſe, pecunia accepta, lingua quidem promiſiſſe, curate ſe hæc omnia facturum; vti vero faceret, animo nunquam intendiſſe. Interrogatus, an tormentis coactus hæc pridem confeſſus eſſet? reſpondit, quæſtioni ſe haud fuiſſe ſubiectum, ſiue tortoribus, vt vera fateretur, in cruciatus traditum; ſubiiſſe quidem, dum in vinclis fuiſſet, carnificem; ſed, præter quod loris crura vincto conſtrinxerit, tormentorum aliud nil minitatum. Iterum monitus, ne peieraret, vel falſi quid ementiretur; regeſſit; quæ dixiſſet, morte ſe obſignaturum ſua. Sed de his ſatis. Edit. I. p. 878

Ciuitatibus quibusdam in Sueuia pacē parat;

5) Vti vero optimus hic Princeps natura ipſa duce tranquillitatis publicæ ſtudioſus admodum erat, ita non longe poſt Steinhemii pacem conciliauit ciuitatibus *Vlmenſi*, *Gemundenſi*, *Memmingenſi*, *Leutkirchenſi*, & *Iſnenſi* cum *Henrico Rud de Collenberg*, Beneficiario Moguntino; qui iniuriam parenti *Eberhardo* ab eisdem illatam multo iam tempore armis vltum iuerat. Cenſuit autem, trecentos florenos *Henrico* a ciuitatibus ſatisfactionis loco pendendos; prout e tabulis ſabbato poſt Ioannis Baptiſtæ decollati memoriam ibidem confectis fuſius patet.

Reliquias D. Rufi Odernhemii bis quotannis religioſe exponi concedit.

6) Ceterum eodem hoc anno reliquias *D. Rufi*, quæ *Odernhemii* in æde parochiali reconditæ dicuntur, bis quotannis ad cultum piorum exponendi incolis Odernhemenſibus facultatem dedit. Docent id tabulæ publicæ tum *ipſius*, tum *Odernheimenſium*, tum *Cuſtodis* atque *Capituli metropolitani*. Illas ad verbum legere eſt in codice Diplomatico; has vero, quantum huc faciunt, addere non ab re erit. Odernheimenſes poſt Alberti deceſſum ſic; *VVihr die Buhrmeiſter vnd Kirchengeſvvoren der Pfarrkirchen zu Odernheim —— bekennen, —— als der Ehrvvurdigſt in Gott Vater, Her Albrecht, evvan Adminiſtrator des Stifts zu Menze, vervvilliget hat, des lieben Helligen* Sant Rufus *begrebnis vnd bebeltnis des iahrs ſeben zu laſſen, vnd der izige vnſer gnädiger Her von Menz auch zugelaſſen hat* &c. Cuſtos vero Capitulumque: *VVir* Ruprecht *Graf zu Solms, Cuſtos —— bekennen —— als der Ehrvvürdigſt in Gott Vatter vnd Herr, Albrecht, ervvan Adminiſtrator des Stifts zu Menze —— durch gleublich erfarunge vnd vntervviſung, vnd auch mit zitigem verraide vervvilliget vnd zugelaiſen hat, des lieben Helligen* Sant Rufus *còrper vnd lychnam, der in der Pfarrkirchen zu* Odernheim *raſtet vnd begraben lygt, zvveimal im iar, nemlich vf der Kirchvviengę tag, vnd ſo derſelbe liebe Hellige dachienen bracht vnd kommen iſt* &c.

Moritur.

III Magnam magnarum rerum ſpem oſtendebat: ſed flos fuit ille caducus. Nam adoleſcentem tam egregiis corporis animique dotibus ad maxima eſfloreſcentem primo amœniſſimi menſium Maii die præmatura decerpſit mors anno MCCCCLXXXIV, prout eius monumenti ſaxum, in æde maxima, ſic:

Hic manet reliquum Reuerendiſſimi Domini Adelberti, Adminiſtratoris Moguntini, optimi atque innocentiſſimi adoleſcentis, qui vt omni applauſu eſt ingreſſus, ſic Patrum, populique mœrore carnem feliciſſime ſoluit anno ſalutis 1484 Kalendis Maii.

1) Et

* *

HENR

vx. *Sophia*, f. *Güntheri* C

a) HERMANNVS,
vulgo dictus *Bellicoſus*.
*vx. *Agnes*, f. *Güntheri* Comit. Schwarzburgenſ.

* Spangenberg *l. d. cap. 6 p. 145.*

FRIDERICVS I
* † an. 1422, d. 24 Septembris.
* vx. *Eliſabetha*, f. *Henrici* Comitis Hennebergenſis.

* Idem *l. d. cap. 9 p. 147.*
* Idem *l. d. cap. 9 p. 146.*

GEORGIVS,
b) † an. 1465, d. 25 Iulii.
vx. 1) *Catharina*, Comes Wertheimenſis.
* † an. 1419, d. 23 Martii.
2) *Ioannetta*, f. *Philippi* Weilburgo-Saræpontani.
* *c)* d. an. 1422. *d)* † an. 1481, d. 1 Februarii.
ſepulta iuxta maritum.

* Idem *l. d. cap. 12 p. 148.*
* Idem *l. d.*

2 2 2

e) FRIDERICVS II,
n. 1429. *f)* † an. 1488, d. 16 Nouembr.
vx. *Eliſabetha*,
Vlrici Adamati, Comitis Wirtemberg. fil.
d. 1468. deducta 1469.
g) † an. 1501, d. 1 al. 6 Aprilis.

o) HERMANNVS,
p) † an. 1535 d. 5 April.
vx. *Eliſabetha*, f. *Alberti* Elector. Brandenburg.
* d. an. 1491. *q)* † an. 1507, d. 25 April.

h) Philippus,
n. an. 1430. † an. 1487, d. 2 Ian.
fit Epiſcopus Bambergenſis an. 1475.

i) Georgius,
n. an. 1432. † an. 1508, d. 13 Ian.
Spangenberg l. d. cap. 17 p. 152.
i) Commendator Mergentheimenſis.

n. a

* Idem *l. d. lib. 4 cap. 25 p. 150 ſq.*

a) Emit an. 1371 die Martis poſt dominicam *Quaſimodogeniti* a *Bertholdo* XII *Hartenburg* cum locis contributis. vid. *Spangenberg* l. d. lib. 4 cap. 6 p. 145, *Hiſt.* chron. Coburgenſ. lib. 2 p. 88.

b) Sepultus Römhildæ, indice epitaphio, quod ita habet: *Anno Domini MCCCCLXV vff Sant Iacobs tag iſt verſchieden der Hochgeborn Herre, Here* Iorge. *Dem Got gnade. Stifter vnd anheber dieſes Stifts.* Vid. *Tenzelius* Bibliothecæ curioſæ tomo I p. 156.

c) Vid. *Teſtimonium Nobilitatis Bertholdo* datum, quod attuli in *codice Diplomatico.*

d) Teſte epitaphio, quippe quod ita habet: *Anno Domini* 1481 *vff Abend Purificationis Marie iſt verſchieden die Hochgeborne Fravv* Iohannet. *geporn von Naſſavv. Grävin vnd Fravv zu Hennberg. Stifterin dieſes Stifts. D. G. G. Tenzel* l. d. p. 155.

e) *VVir* Bertold *E. z. M.* —— *bekennen* —— *als irrung ervvachſen zvvüſchen dem Ervv. Herrn* —— Iohanns *Apt zu Fulde, vnſerm lieben Vettern, eyns, vnd dem Hochgepornen, » vnſerm lieben Brudern, Herren* Friderichen *Graven vnd Herren zu Henuenberg, andern teils* &c. *Fritag nach S. Laurentien tag* 1486.

f) Indice epitaphio; *Anno Domini MCCCCLXXXVIII iar vff Montag nach Martini iſt verſchieden der Hochgeborne Fürſt vnd Herre, Her* Friderich, *Grave vnd Her zu Henneberg. Dem Gott gnedig ſey. Amen. Tenzel* l. d. p. 159.

g) Sepulta Römhildæ, indicio epitaphii; . . . . *Hochgeborn Furſtin vnd Fravv* Eliſabeth, *geborne von VVirtenberg* &c. *Grevin vnd Fravv zu Henneberg. Der Gott gnedig vnd barmherzig ſey. Tenzelius* l. d. p. 159.

h) *Es ſoll auch* (Bertholdus ſcil.) *einen leichſtein mit zimblicher bildung vnd vvapen » ſins Bruders Biſchoffen* Philip *ſel. machen laſſen, vnd den bey ſin begrebnus gein Bamberg verordnen* &c. Ita legas in tranſactione *Bertholdi* cum *Henrici* Epiſcopi Bambergenſis Conſiliariis, ſuper debito quodam, an. 1489 Martis poſt D. Iacobi in Comitiis Francofurtenſibus facta.

i) *Vnd ſind dieſe nachgeſchriebene vnſer byſizende Rethe gevveſt, nemblich die VVirdigen Hoch- vnd VVolgeborne, » vnſere liebe Brüdere vnd Oheym* — Georg, *» zu Mergentheym Compthur, Tutſch Ordens, vnd* Ott, *gebrüder, bede Graven vnd Herren zu Hennenberg,* Johann *Grav zu VVertheim*, Johann *von* Iſenburg *zu* Büdingen &c. Ita *Bertholdus* in ſententia quadam iudiciali, lata *Martis poſt aſſumpt. B. V.* 1486.

k) *Spangenberg* l. d. cap. 20 p. 154 refert, eum obiiſſe an. 1496; ſed errat. In epitaphio enim diſerte dicitur vita defunctus anno 1502. *Anno Domini MCCCC vnd in dem LXXXXXII iar iſt der Hochgeporn Herr, Herre* Ott, *Grave vnd Herre zu Henneberg verſchieden. Dem Gott gnedig ſey. Amen. Tenzelius* l. d. p. 157. Quo minus numeros in dubium voces, ſubiungo ſequentes *Bertholdi* Archiepiſcopi litteras.

Digitized by Google

ꟷRICVS,
ꟷ Comit. Schwarzburgenſ. *

* v. Spangenberg *Chron. Henneb.* *lib.* 4 *cap.* 3 *p.* 143.

Bertholdus,
Canonicus Bambergenſis.
Spangenberg l. d.

Sophia,
vx. *Henrici*, Comitis Ortenburgenſis.
Spangenberg l. d. cap. 5 p. 144.

2

Otho,
n. a. 1437, k) † an. 1502.

2

Henricus,
n. an. 1438.
l) *Archidiac. & Scholaſtic. Argentorat.*
m) *Præpoſitus SS. Petri & Alexandri Aſchaffenburgi.*

2

Hermannus,
n. an. 1439. n) † an. 1465, d. 13 Febr.

2

BERTHOLDVS,
Archiepiſc. Mogunt.

VVir Berthold *E. z. M.* — *Nachdem etvvan von den* — *unſern Vorfahren* — *das Schloſs* Lichtenberg *vor der Rone gelegen, und der halbe theil ahn Burg und Stats* Salzungen — *vveiland dem* — Georg, *Grafen und Herrn zu Henneberg*, „ unſerm lieben Hern Vater ſel. — *uff vviderkauff verkaufft, nach ſeinem abgang Herrn* Friderich *ſeligen und Herrn* Otten, *Grafen und Herrn zu Henneberg*, „ *ſeinen Sohnen, unſern lieben Brudern, gefallen, und in der theilung der Herrſchafft Hennenberg, ſo dieſelbe unſere Bruder gethan haben, voneinander getheilet vvorden ſeinth, alſo daſs dem* — Friderich *der halbe theil ahn* — Salzungen, *und* — Otten *das Schloſs* Lichtenberg *zugefallen iſt, und nuhn der* — Herman *Graf und Herr zu Henneberg, unſer lieber Vetter, des egenanten unſers Bruders* „ *Graf* Friderichs *Sohn, mit dem* — *Graf* Otten, *unſerm Bruder, ſich vereinet* &c. 1501.

VVir Berthold *E. z. M.* — *bekennen. Als etvvan der Hochgeborne, unſer lieber Bruder, Herr* Otto, *Grav und Herr zu Hennenberg löbl. ged. verſchiener zeyt, als er noch im leben gevveſt, eine beſchloſſen laden* — *mit gelt, cleynot* — *hinder die* — *zu Svvinfurt zu trevven handen geſezt hat* &c. Iouis poſt Bonifacii 1502.

l) *Vnd dieſe nachgeſchriebene unſer byſitzende Rethe, nemlich die VVirdigen, Hoch- und VVolgeborn, Veſten* — „ *Herre* Henrich, *des Hohen Stifts Strasburg Schulmeiſter*, „ *und* Ott, *bede Graven und Herren zu Hennenberg*, „ *unſere liebe Brüder*, Sigmund *der elter zu* Gleichen, Philips *von* Rieneck *der* iünger &c. Ita *Bertholdus* in ſententia quadam iudiciali lata Lunæ poſt aſſumpt. B. V. 1485.

m) *Grav* Georg *von Hennenberg, Commenthur zu Merienthal*, Henrich, *Grav zu Henneberg*, „ *Probſt zu Aſchaffenburg*, „ *unſer Brüder* &c. Ita *Idem* in litteris an. 1497 ſignatis.

n) Teſte epitaphio; *Anno Domini MCCCCLXV an Sant Valentins abend iſt verſchieden der Hochgeporn Herre, Her* Herman, *Grave und Herre zu Hennenberg. Dem Got gnedig und barmherzig ſei. Amen.* Ex quo corrigendus *Spangenbergius*, qui l. d. cap. 22 anno 1464 morte interceptum ſcribit.

o) Vid. lit. k) præcedentem.

p) Indice epitaphio; *Anno Domini MCCCCCXXXV iar auf den funften tag des monats Aprilis iſt verſchiden der Hochgeborn Furſt und Her, Her* Hermann, *Grave und Her zu Hennenberg. Dem Got genedig und barmherzig ſei. Amen.* *Tenzelius* l. d. p. 160.

q) Teſte itidem epitaphio; *Anno Domini MCCCCCVII am XXV tag Aprilis iſt ſerſchieden die Durchleuchtig Hochgeborn Furſtin und Frau, Frau* Eliſabet, *Kurfurſtlich geborn Margrevin zu Brandenburg, Grevin und Frau zu Hennenber. der Got gnad. Amen.* *Idem* l. d.

Digitized by Google

Digitized by Google

Aſchaffenburgi; 1) Et ſpiritum quidem Deo reddidit Aſchaffenburgi. *Fabricius* origin. Saxonicar. lib. VII p. 792, *Müllerus* annal. Saxonicor. p. 49, febri oppreſſus acuta, vt *Bruſchius* in catalogo & *Dieffenbachius* habent.

ſepelitur Moguntiæ, 2) Tumulatus eſt ad latus Dietheri, teſtante id lapide ſepulcrali; in quo inſculpta inſignia Saxonica, cum rota Moguntinenſi; inſcriptione vero, quæ addita fuit, ſic detrita, vt legi amplius haud poſſit.

cohoneſtatum monumento, 3) Monumentum vero, de quo auctor, eſt ad columnam, in ichnographia littera I ſignatam, & ita habet: Lapidi inſculptus Albertus, ſtans, cum calyptra & pluuiali tantum (*einer Chor-kappe*) nec non baculo in manu: adiecta, quam auctor attulit, ἐπιγραφή.

BERTHOLDVS.

I

De ipſo ita orditur narrare MS; *Bertholdus Comes de Henneberg de Romheldt, maioris eccleſiæ Moguntinenſis Decanus, vir conſilio valde prudens, ore facundiſſimus, opere præcipuus, memoria tenaciſſimus, ſtatura procerus, & elegantis formæ, vnanimiter eſt electus XX die menſis Maii, quæ fuit quinta feria poſt Cantate; ob cuius electionem populus primum quidem territus eſt, ob eius animi rigorem, quem antea præ ſe tulerat, ſed poſtea, cum mitiſſimus appareret, valde gauiſus fuit. Erat etiam omni tempore pacificus, & in omni Germania pacis ſemper omnimodis procurator. Cuius etiam prudentia Maximilianus Rex in arduis quibuſque negotiis plurimum vſus eſt.*

qua familia ortus fuerit, 1) Familia Bertholdus *Aſchacho-Hartenburgica*, quæ vulgo etiam *Römhildenſis* dicebatur, fuit ortus; patre natus *Georgio*, matre *Ioannetta*, maioribus cetera illuſtriſſimis; quorum quidem memoriæ, maiorisque lucis cauſſa ſequens ſchema placet apponere.

* * * * * *

fit Decanus maioris, 2) Decani dignitatem conſecutus eſt anno MCCCCLXXIV, *Richardo* de *Oberſtein*, qui iſta ſeſe abdicabat, ſuccedens. Vid. *Helvvichii* elenchus nobilitat. eccleſiæ Mogunt. ſect. II p. 16, *Syllabus* noſter *plenior* ſect. II p. 304.

eligitur Archiepiſcopus 3) Viceſima menſis Maii die, quæ feria quinta poſt dominicam *Cantate* fuit, Archiepiſcopum deſignatum fuiſſe, ex vero narrat, quem auctor adducit, MS. Firmatur enim id litteris Collegii metropolitani ad Præfectum Moguntinum, caſtri item, vulgo *Martinsburg* dicti, Burggrauium, ipſamque ciuitatem Moguntiam datis, quibus iubet, vt Bertholdo de more ſacramentum dicant; quippe ſic ibi: *Daſs vvir vff hute datum den Hochvvürdigen Fürſten in Got Vatter vnd Herrn, Herrn* Bertolden *Graven vnd Heren zu Henneberg, vnſern Dhumdechant, zu einem künftigen Erzbiſchoff vnſers Stifts zu Menz ervvelet* — Datæ autem ſunt Iouis poſt *Cantate*.

pallium petit & accipit. 4) Præſul electus huc primum curas vertit, vt a Pontifice muneris adipiſceretur procurationem, ac, inſigne iſtius, pallium. *Bernhardum* itaque de *Breidenbach*, Canonicum maioris & Iudicii ſæcularis Camerarium, virum vt nobilitate & imaginum ſplendore conſpicuum in paucis, ita virtutum ornamentis plusquam vulgaribus, Romam proficiſci iuſſit, poſtulatum, vt dignitatem ſibi collatam ſua *Innocentius* confirmaret auctoritate. Qui cum cauſſam peroraſſet, Pontifex ante iam certior factus, qua virtutis religioniſque fama eſſet Bertholdus, libens annuit, eidemque auctoritatis litteras vna cum pallio transmiſit. Et *illarum*, & *iſtarum*, quæ de pallio agunt, apographum reperire eſt in codice Diplomatico.

Simul vero reſiduum pecuniæ, occaſione indulgentiarum a Fr. *Emerico*, Ord. Minorum, promulgatarum collectæ, in vſum & fabricam ædis, quæ Moguntiæ eſt, principis, litteris peculiaribus, quas itidem in dicto legas codice, conceſſit iuxta atque donauit.

5) Ipſe interea Renſæ, iuxta ſedem regalem, Lunæ poſt ferias D. Virgini ad Eliſabetham inuiſenti ſacras, cum *Ioanne*, Archiepiſcopo Treuirenſi, & de pecunia, illi olim ab Adolfo addicta, tranſegit, & amicitiæ, ſocietatisque fœdus pepigit; quo quidem rebus ſuis haud parum conſuluit. Eo namque *Ioannes* pollicitus eſt, ſi Bertholdus a quopiam, vel etiam pluribus, ſiue Principes ſint, ſiue ciuitates, bello impeteretur, ſe monitum omnibus ipſi viribus auxilio venturum, opemque laturum, donec hoſtis copias ſuas in hi- *cum Treuirenſi tranſigit & fœdus facit.*

berna deduxerit; vel dimiſerit; quod ſi vero alios ipſe bello decreuerit petere, tum ſe eisdem quoque hoſtilia denuntiaturum, & in expeditionem aduerſus eos ducentos equites & quadringentos pedites, probe inſtructos, propriis educturum ſumtibus. Porro, ſi quem vel quos incurſionibus quotidianis (*täglichen krieg*) conſtituerit vexare, tum ſe in locis Archiepiſcopatus ſibi denominatis præſidia collocaturum, aduerſus Principem quidem, centum equites; aduerſus Comitem vel liberæ poteſtatis Dynaſtam, triginta; aduerſus ciuitatem, viginti; aduerſus equeſtris dignitatis virum, quindecim; hac lege, Præfectorum Moguntinenſium vt pareant imperio.

Edit. I pag.

pallium induit.

6) Approbatus autem a Pontifice, pallium, quod Roma acceperat, die XIV menſis Nouembris in choro ædis maioris ſollemniter induit, Antiſtite Vormatienſi, vt *Innocentius* iuſſerat, præſente. Notatum id in ephemeridibus Moguntinis, quas *Ioannes Segen*, alias *Cuſanus*, continuauit ad h. d.

II Fuit ab *Innocentio* Papa confirmatus. & anno MCCCCLXXXV Dominica *Lætare*, quamplurimis præſentibus, in metropolitana æde, a doctiſſimo 879 & celeberrimo Wormatienſi Epiſcopo *Io. Dalburgio* conſecratus.

ſollemniter conſecratur.

1) Magna certe cæremoniarum dignitate tum ordine initiatus Epiſcopali eſt. Affuere enim, ſuaque pompam præſentia cohoneſtarunt *Ludouicus*, Epiſcopus Spirenſis, *Bertholdus*, Epiſcopus Panadenſis, *Hermannus*, S. Iacobi in monte ſpecioſo, *Conradus*, S. Ioãnis in Rhingauia, *Ioannes* Seligenſtadenſis, *Anſelmus* Limburgenſis, *Ioannes* Bleidenſtadenſis, *Conradus* Amorbacenſis, *Ioannes* Spanheimenſis Abbates, aliique plures. *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 522, Sponheimenſ. p. 347, *Manuſcript.* qui *FF. Eremitis* conuentus Moguntini eſt, f. 131 a)

Georgiũ Saxoniæ Ducẽ conſtituit Eichsfeldiæ Præfectum & Prouiſorem Erfurtenſem.

2) Erat tum temporis inter ædis ſummæ Canonicos *Georgius*, Dux Saxoniæ, *Alberti* cognomento *Animoſi* filius. qui tametſi nondum ſatis habebat ætatis (quatuordecim enim tantum annos natus erat) vigentis tamen erat ſenſus, multæque exſpectationis, ac, quod potiſſimum, inclita maxime, viribusque præpotenti proſapia. Huic igitur, Dietheri ſecutus veſtigia, peruigilio Petri & Pauli Eichsfeldiam Præfecti ſupremi, Erfordiam vero Prouiſoris titulo auctoritateque, commiſit regendas, miſſis, qui ſollemniter in hæc eum munia immitterent, *Ioanne*, Comite Iſenburgico-Büdingenſi, & *Georgio* de *Hell*, Cancellario; cum ante *Otho Spiegel*, Doctor & Eques, nec non M. *Petrus Arnold*, Secretarius, Georgii nomine locoque fidelitatis dixiſſent ſacramentum. Conſ. auctor *chron. terræ Miſnenſis* p. 70.

Indulſit autem Bertholdus, vt id officii nec intra duodecim annos proximos coram & per ſe obire, nec ad miniſteria intra annos octo proximos euocatus, ipſe comparere obſtrictus ſit. Simul conſtitutus, qui vices eius interim expleret, *Bruno*, Dynaſta Querfurtenſis; quem dein Heiligenſtadii, die Saturni poſt D. Kiliani memoriam, iurisiurandi ſacratione interpoſita fidem ſuam Sedi adſtrinxiſſe, tabulæ tum editæ produnt, memorantque.

de libris cenſendis conſtitutionem edit.

3) Enimuero, cum per id temporis multi reperirentur, qui libros eccleſiaſticos, de iuris itidem agentes ſcientia, aliisque rebus, in ſermonem verterent germanicum, typisque vulgarent; id ipſum vero in contemptum artis chalcographicæ, maxime vero religionis dedecus vergere, ſibi perſuaſum haberet Bertholdus, litteris anno ſubſequenti MCCCCLXXXVI, die IV Ianuar. datis in id genus auſus grauiter inuectus, certos tum Moguntiæ, tum Francofurti conſtituit librorum cenſores; hic Parochum loci, vna cum vno alteroue Legum doctore, a Conſulibus ciuitatis ei adiungendo: illic *Ioannem Bertram* de *Nevvenburg* (Numburg) in Theologia, *Alexandrum Diethrich*, in Iure, *Theodericum* de *Meſchede*, in Medicina, & *Andream Eler*, in Artibus, academiæ Moguntinæ Profeſſores; ſine quorum approbatione nil in poſterum imprimi, vel venale haberi mandauit. Tabulas ipſas, cum dignæ ſint lectu, attuli in codice Diplomatico.

Simul litteris per eosdem dies datis Sedis Suffraganeos hortatus eſt, vt per diœceſes ſuas id genus erroneos ac periculoſos auſus comprimant, Principesque iuxta ac Comites per eas imperantes, vt idem faciant, omnibus commoneant atque ſollicitent modis.

III Anno autem MCCCCLXXXVI Francofurdiæ in maxima Principum, populique corona, principalibus, quæ *Regalia* vocant, inſignibus ac ornamentis ab Imperatore Friderico III donatus. vnde &, non multo poſt, ibidem, cum præſentibus Electoribus aliis, Romanorum Regem creauit Imperatoris filium, qui annum agebat XXVIII, poſteaque Imperator fuit, & Caroli V auus, Maximilianum, eumque paſchali feria III Rheno ſecundo Coloniam, hinc Aquisgranum ad coronam accipiendam comitatus eſt. Eodem anno excitata inter Moguntinos Canonicos & Bingenſes ciues, ob venationis ius, contentio, cui, bonis æquisque conditionibus, modum fecit. Sed cum his poſtea non ſtarent iidem ciues, grauiter eos punitus eſt.

Francofurtum it ad comitia.

1) Francofurtum quidem, quo Cæſar Fridericus Comitia indixerat, ſe contulit, illuſtri maxime, magnificoque ſtipatus comitatu. Refert id nobis *Q. Aemilianus Cimbricus* encomiaſtico I, verſu 173 & ſeqq.

Haud mora; Cæſareo iuſſu venere vocati.
In primis ſacro quibus eſt optare poteſtas
Imperio Regem: quorum Bertholdus *ab oris*
It Moguntinis, cui circum tempora vitta
Albebant gemini ſeunes inſignia honoris.

Hunc

Edit. I p. 879

Hunc portabat equus, maculis variatus & auro
Inſignis, cui ſella nitens, phaleriſque decorum
Inſtratum, grandi comitum ſubeunte caterva,
Qualis vbi Lyciam Delphis commutat Apollo,
Aut ſacrum Ortygiæ gaudens Phœbona reviſit.

Habebat autem, præter plures alios militia, genereque ſpectatos, hos ſecum comites; *Ioannem*, Abbatem Fuldenſem, familia Comitum Hennebergenſium prognatum, *Georgium* & *Othonem*, fratres, nec non *Hermannum*, Comites Hennebergicos; tum vero *Ioannem* & *Eraſmum*, Comites Wertheimenſes, *Sigiſmundum*, Comitem Glichenſem, *Philippum*, Comitem Naſſoviium, *Ludouicum* & *Ioannem*, Comites Iſenburgico-Büdingenſes, illiusque duos filios; *Philippum* ſeniorem, *Reinhardum*, & *Philippum* iuniorem, Comites Rineccenſes. Vid. auctor *anonymus* relat. de electione Maximiliani I *Böclerianus* p. 219, *Freherianus* p. 25.

de Rege eligendo cum Collegis deliberat. 2) Variæ erant res, quarum gratia conventum hunc Cæſar inſtituerat; potiſſima quidem, vt filio Maximiliano Regis Romanorum honores pararet ac dignitatem. de qua cum aliquot vicibus deliberaſſent ac in medium conſuluiſſent Septemuiri, Bertholdus litteris die XIII Februarii datis (quas *Mullerus* parte I des Reichs-tags-theatri ſub *Maximiliano I* ſectione I cap. I § V n. II p. 9 protulit) Collegis diem Iouis proximum, qui XVI dicti menſis Februarii erat, electioni peragendæ conſtituit.

Iura regalia accipit. 3) Secuto, qui quidem Martis erat, D. Valentino in faſtis ſacer, iura regalia ſollemni maxime apparatu a Cæſare cum petiit, tum impetrauit. Vid. auctores modo citati, *Böclerianus* p. 219, *Freherianus* p. 28. Ritum curare in litteras tum temporis miſit *anonymus* quidam, qui actui ipſi interfuit, isque nondum editus; ex quo hæc habe. Proxime ædes, quæ ab inſigni gruis vulgo *zum Kranich* appellantur, tabernaculum erat extructum, e materia, patulum, in quod per gradus adſcendebatur. Eo Cæſar venit paullum poſt horam XI ante meridiem, medius incedens inter *Hermannum* Colonienſem & *Philippum* Palatinum; *Saxone* enſem præferente, *Treuirenſi* vero a tergo ſequente. Poſt illinc in vicinam tranſiens domum veſtem induebat ſollemnem; & inde rurſum prodiens in ſolio conſidebat regali. Mox paullo illum adibant *Otho*, Comes Hennebergenſis, *Ludouicus*, Comes Iſenburgico-Büdingenſis, *D. Georgius Heß*, dictus *Pfeffer*, Cancellarius, & *Diezo* de *Thüngen*, aulæ Magiſter, ac demiſſe orabant, vt Hero publicum Imperii beneficium, inſigniaque conferret Principatus. Cum Cæſar, id ſe velle, reſpondiſſet, modo ille veniat ipſe; Mareſchallus cum agmine, ſigno, quod vulgo *das Rennfähnlein* dicitur, erecto, incitatisque procurrens equis, tabernaculum, vt fieri conſueuit, bis petebat, primum triginta, ſecundo ducentorum equitum turma ſtipatus. Interim Bertholdus, cultu indutus Septemuirali, cum altero agmine a porta, quæ ad Mœnum ducit, accedebat. Præferebantur ei duo vexilla, quorum alterum, vulgo das *Blut-panier* dictum, erat e ſerico rubro; alterum inſignibus Archiepiſcopatus, rota ſcilicet, notatum; adhæc ſigilla duo Imperialia, maius, quod vulgo *das Maieſtät-Sigel* appellatur, & minus, e baculo oblongo, eoque linteo coloris rubri obducto, pendentia (miſerat enim ea Cæſar mane per *Sigiſmundum Prüſchenck*, vt præferrentur) quisque vero equitum in pileo ferebat vexillum e linteo rubei item coloris, eoque læuigato, paruum, ſcutulæ ſiue virgæ, duas ſpithamas longæ, affixum (*vff ſeinem hude oder kugel ein rot fenlein von rotem ſchechter an einem ſtecklein zwveyer ſpannen lang*) Vbi auguſtale ſolium conſcenderat, in genua prouolutus ante Cæſarem idem rogabat, votique damnatus fidem ſuam, obſequiumque ſacramenti, quo Principes Electores tenentur, religione profitebatur.

4) Biduo poſt in Maximilianum ſuo iuit ſuffragio. Conf. anonymus *Freherianus* p. 29, *Müllerus* l. d. p. 5 & ſeqq. Sequentibus dein diebus de ceteris capitibus, pace ſcilicet per terras Imperii communi, publicaque ſancienda, auxilio Cæſari aduerſus Matthiam, Hungariæ Regem, ferendo, conſtituendo ad diſceptandas cauſſas tribunali iuſtitiæ publico, nec non corrigenda re nummaria, cum ceteris Electoribus, Principibus, ac Ordinibus Imperii diu multumque conſilia agitauit. Quæ tum conſtituta fuere, collegit *Müllerus* parte III des Reichs-tags-theatri ſub *Friderico III*, ſectione VI cap. II & ſeqq. p. 8 & ſeqq. *Maximilianum eligit.*

5) Conſultationibus finitis, die XXVIII Martii Francofurto abiit, Cæſarem & Maximilianum proſecuturus ad Aquas graneas. Anonymus *Böclerianus* p. 30, *Müllerianus* l. d. In via, die XXX Martii, Regem in cathedra iuxta *Renſam* oppidulum lapidea, quæ vulgo *Sedes Regis* ſiue *der Königſtul* dicitur, collocauit. ſacramentum, vt moris eſt, Imperio Romano-Germanico dicturum; quo dicto in nauem ſe rurſus, ſicut & ceteri, recepit. *Manuſcriptus* vetus de actu hoc coronationis αὐτόπτου, nec non anonymus *Böclerianus* p. 30. *eundem Regem ſe collocat in ſede regia.*

6) Die dein Aprilis IV ſingulari Aquiſgranum magnificentia ingreſſus eſt. Adduxerat enim quinquaginta ſupra trecentos equites, omnes togis rubris amictos, tæniisque nigris & albis, teſſeræ veſtiariæ loco, exornatos. Ibidemque die Aprilis IX *Hermanno* Colonienſi, in Rege inſignibus auguſtalibus exornando, quanta maxime par fuit, religione adſtitit. Vid. auctores modo dicti, ille p. 33, iſte l. d. qui cum cæremoniam omnem curate deſcripſerint, nos tantum mentionem faciemus illorum, quibus e comitatu Moguntino Rex, coronatione peracta, dignitatis equeſtris decora contulit. Fuere autem ii; *Hermannus*, Comes Hennebergenſis, *Chriſtophorus* de *Roſenberg*, *Simon* de *Stetten*, *Eberhardus* de *Heuſenſtamm*, *Ioannes* de *VViſſenbach*, *Philippus* de *Truchſeſs*, & *Bernhardus* de *Berlichingen*. *MS.* quem diximus, de actu hoc coronationis ineditus, & anonymus *Müllerianus* l. d. *coronationi intereſt.*

7) Quam

Diploma, quo Maximilianus iuri ſuo in Moguntiam renuntiauit conſequitur

7) Quam his, aliisque apud Maximilianum inierit gratiam, haud obſcure prodit ampliſſimum diploma, Coloniæ Martis poſt SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi ferias datum; quippe quo recens electus omni iuri, quod Cæſar & Imperium vnquam in ciuitatem Moguntiam habere viſi ſunt, vel etiamnum habere videbantur, renuntiauit, eandemque Archiepiſcopatui in perpetuum plene, omnique cum iure addixit, diſerte profeſſus, ſeſe haud perſpexiſſe, *daſs die genant Statt* (vt ipſa diplomatis verba afferam) *vnd die Burgerſchafft daſelbs in vordern zitten Röm. Keiſern oder Königen mit eyncher huldung, pflichten, ſtevvren, tributen, gerichten oder anders ye vervvandt, verpflicht, verhafft, oder gevvertig gevveſen, oder auch das Römiſch Rich der in beſeſs, übung, vnd gebruch gevveſen ſeie.* Contra ſufficienter ſeſe edoctum, *das die Erzbiſchoven vnd Stift Menz von alten zitten bis her die eygenſchafft, herrſchafft, huldung, vveltliche hohe vnd nidere gericht, auch münz, maſt, gevvicht, zolle, geleit, ordenung des marcks, vvechſels, gevvandtſchnides, fleiſchkauffs, vnd andere oberkeit an vnd in der gemelten Statt gehabe vnd herbracht han, vnd die Burgerſchafft nit anders in irem vveſen vnd verſehung der Statt handlen ſollen oder mögen, dan ſo viel ſie durch begnadung der Erzbiſchoven vnd Stift Menz zu zitten erlangt, als vvir des alles glaublich vnderrichtung entpfangen.* Integrum ſi legere cupis, adi codicem noſtrum Diplomaticum, ex quo *Lunigius*, qui id ſpicileg. eccleſiaſtici cap. II ſect. I n. XCIX p. 90 & ſeqq. attulit, hinc inde emendandus.

pacem publicam promulgat.

8) Domum redux pacem publicam, quam Cæſar nuper Francofurti in Comitiis ſanxerat, iuſſu publico publice promulgauit. Litteras, quas hac de re Aſchaffenburgi XXIV Iunii die ad Conſtantienſem dedit Epiſcopum, in lucem protulit *Müllerus* ſectione VI des Reichs-tags-theatri ſub *Friderico III*, cap. IV n. II p. 27 & ſeq. Edit. I p. 879

Bingenſes compeſcit.

9) Quo Bingenſes modo coercuerit, caſtigaritque, notat *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 526; quem adeo audire iuuabit: *Archiepiſcopus* Bertholdus *ad inſtantiam Canonicorum cum quadringentis viris armatis ad Bingen ſecretius rediit, & ante lucem mane per poſticum ad caſtellum Klopp, quod oppido in monte adiacet, intromiſſus fuit. Semper enim Canonici ſuum in eo caſtello ſolent habere præſidium. Igitur XXVII die menſis Nouembris anno præſignato* (MCCCCLXXXVI) *memoratus Archiepiſcopus ad arcem Bingiorum latenter intromiſſus, ad ſe vocauit Senatum: quorum alios coniecit in vincula carceris, alios extra diœceſin proſcripſit. Prima dehinc die menſis Decembris Senatum, Scabinos, Iudices, & Officiales nouos inſtituit, & rempublicam pro ſuo arbitrio reformauit.* Conſentit *Manuſcr. Auguſtinianor.* f. 131, a.

ſodalitati des Winds liberi commeatus dat tabulas.

10) Poſt aliquanto Sodalitas, quæ ſibi a *vento* appellationem adſciuerat (*König vnd Geſellſchaft des VVines*) ludos equeſtres tempore anni futuri æſtiuo Coloniæ Vbiorum edere conſtituerat; quos cum Bertholdo denuntiarent, ſimul rogabant, vt tum ſociis, tum aliis ad eos venturis liberi per prouinciam Moguntinam commeatus daret tabulas. Is, quod id genus exercitamenta ac congreſſiones, tanquam virtutis bellicæ quædam tirocinia, haud improbaret, vel reiiceret, hoc libentius annuit, litteriſque Bingæ feria D. Andreæ ſacra perſcriptis fidem illis dedit publicam.

11) Sub finem anni fœdere, quod cum *Philippo*, Comite Palatino, Principe Electore, dominica poſt memoriam conceptæ in vtero Deiparæ fecit, vt tranquillitatis publicæ amans erat, ſuorum conſuluit ſaluti.

IV Fuit anno ſecuto ſub veſpertinam horam VII terræmotus Moguntiæ, ipſo S. Thomæ die. Sub hiemis principium redux Imperator e Flandria, in cuius vrbe Brugenſi captus fuerat Maximilianus Rex, Moguntiam venit anno MCCCCLXXXVIII, & poſtea ſecuto Martio, ipſe iam liberatus Maximilianus.

Norimbergæ intereſt conuentui Ordinum.

1) Anno cæteroqui MCCCCLXXXVII, qua erga Cæſarem eſſet fide, qua erga Imperium, quam luculentiſſime oſtendit. Conuentum Fridericus Principibus Norimbergam indixerat ad dominicam *Oculi*. Ad hanc ipſe non modo acceſſit, verum etiam, quid facto opus eſſet, non libere minus, quam prudenter expoſuit. Cum enim Cæſar ab Ordinibus ſuppetias aduerſus Matthiam, Hungariæ Regem, Neapolin Auſtriæ grauiſſima tum obſidione prementem, peteret, Bertholdus quidem ferendas eſſe ſtatuit; cenſuit tamen, opus eſſe, vt Cæſar ante pacis publicæ anno ſuperiori ſancitæ, nec non fori per Imperium iudiciarii debitam haberet rationem. *Müllerus* ſectione VI des Reichs-tags-theatri ſub *Friderico III* cap. XXI & ſeqq. p. 85 & ſeqq. & in compendio *Dattius* de pace Imperii publica lib. I cap. XXIX p. 204 & 207.

Synodū agit.

2) Inde, quod a publicis Imperii negotiis otium nactus erat, domi formandis eccleſiæ rebus tradidit. Varia autem erant capita, de quibus ſibi agendum videbat. Vti vero hoc curatius ageret, Suffraganeos prouinciæ ſuæ vocabat in conſilium; qui, ne ſuis deeſſent partibus, legatos miſere, in commune conſulturos. Teſtimonio ſunt litteræ, Eichſtadtenſium in gratiam tum Veneris poſt aſſumtæ B. V. ferias datæ; in iis namque ſtatim ab initio: *Als die Ervvirdige in Gott Vätter die Biſchoffe Suffraganien vnſer provinz ire botſchaft bei vns verſamlet gehabt haben* &c.

cum Treuirenſi & Palatino fœdus contra Colonienſes init.

3) Ab his ad ciuiles transgreſſus curas eſt. Erexerat Ciuitas Colonienſis nouum quoddam telonium: quo cum ſua ſibi vectigalia deteri exiſtimarent Rheni obſeſſores, *Bertholdus*, *Ioannes* Treuirenſis, & *Philippus* Palatinus, id quouis modo oppugnandum ſtatuere. Qua fini Cubæ (id oppidulo ad Rhenum nomen eſt) die Archangelo Michaeli ſacra conuentio

facta,

Edit. I p. 879

facta, qua ſtatutum, Rhenum portoriis nouis atque iniquis coniunctis operis exonerandum; &, ſi res vim poſceret, militem in expeditionem iſtam, vna cum tormentis, aliisque rebus, æquis educendum partibus.

Legatos mittit ad Conuentum Rotenburgensem.

4) Per eosdem alioqui dies ſuos Bertholdus habuit Rotenburgi ad Tubarim. Iuſſu namque Cæſaris ibidem leges contra corruptelas vini, quæ tum temporis nimium quantum inualuerant, multosque iam in ægritudines coniecerant ac varii generis morbos, ferendæ erant. Legatos a Principibus ac Ciuitatibus ad diem iſtum obeundum miſſos iam enumerauit *Müllerus* l. d. des Reichs-tags-theatri ſub *Friderico III* cap. XXXV § II p. 151 & ſeq. Vnde ſuffecerit, Moguntinos tantum huc afferre. Fuere autem ii, *Martinus* ab *Adelzheim*, & *Fridericus VVeigant*, Cellarius Biſchofsheimenſis. Conſtitutionem ipſam, poſt habitas deliberationes ac auditas Medicorum ſententias, aduerſus id genus corruptelas & vini adulteratores ibidem editam, idem *Müllerus* attulit l. d. § III p. 152. Eam poſt Cæſar litteris, Norimbergæ die Octobris IV ſignatis, incluſam, vti aliis Imperii Principibus, Ordinibusque, ita etiam Bertholdo promulgandam, ſeruandamque tranſmiſit.

Septemuiros Aſchaffenburgum euocat.

5) Poſt Cæſare, nouis Hungarorum in terras Auſtriacas incurſionibus exacerbato, Principibus ac Ciuitatibus militem imperante, Bertholdus probe gnarus, communibus opus eſſe conſiliis, litteris Aſchaffenburgi die D. Andreæ ſacra ſcriptis, Septemuiris conuentum, ad D. Vincentii ſollemnitatem, ſiue diem XXII Ianuar. anni ſequentis, Francofurtum indixit, poſtulans, vt quoſdam ſuorum plena cum poteſtate ad inſtituendam hoc de negotio conſultationem maturam eo delegent. *Müllerus* l. d. cap. XXXVI § II p. 154.

Canonicos maioris & Bingenſes componit.

6) Ante vero, quam ſuos eo mitteret, anno MCCCCLXXXVIII ſecuto lites, quæ denuo inter ædis ſummæ Canonicos ac ciues Bingenſes exortæ erant, ne in maiorem excederent contentionem, Bingæ præſens ipſe cognouit, operaque amicabili diremit, edita poſt Aſchaffenburgi Saturni poſt D. Sebaſtiani ferias peculiari, qua vtraque pars in poſterum teneretur, ordinatione.

legatos mittit Francofurtum.

7) Suos dein ad conſtitutum diem Francofurti adeſſe iuſſit; quo cum & ceterorum veniſſent legati, conſiliis diu multumque agitatis, quid Septemuirum videretur Collegio, litteris ad Cæſarem datis comprehenſum. Habet eas *Müllerus* l. d. cap. XXXVI § IV n. I p. 155 & ſeq.

de Maximiliano liberando agit.

8) Aliquot poſt diebus Brugenſes Regem Maximilianum nefario auſu regimine demotum compegere in cuſtodiam. Quod cum *Adolfus*, Naſſouiæ Comes, & *Ioannes* de *Quad*, D. Præpoſitusque Traiectenſis, miſſis *Ioanne* de *Hirz* *, I. V. D. & *Iacobo VVolff*, illo, Maximiliani a conſiliis, iſto, a ſecretis, Bertholdo denuntiaſſent, is ſtatim cum Philippo Palatino communicauit conſilia.

* Hirſch

9) Vtrisque tum viſum, de liberando Rege omni laborare conatu. Datæ hinc ſunt mora in Vangionibus die VI Martii ad Ordines Flandriæ, Brabantiæ, & Mechliniæ, ſeorſum quoque ad Brugenſes litteræ; in his eos hortabantur, vt Regem liberum dimitterent, ac, vti ſubiectos deceret, omni reuerentia proſequerentur ac obſequio: in iſtis vero ſignificabant, ſe propediem miſſuros Oratores, ſpectatæ viros fidei & tranquillitatis amantes, ad tractandum de pace: curarent modo interea, vt Rex cuſtodia eximeretur.

10) Adhæc Septemuiros, litteris die Veneris poſt dominicam *Reminiſcere* exaratis, Herbipolim ad dominicam *Quaſimodogeniti* dictam euocauit; vbi dein, miſſis *Othone* fratre & *Georgio Hell*, Cancellario, ceterorum legatis, quo res ſint loco, expoſuit, ſimul admonens, vt de negotio hoc fideliter ad Heros referant, quo mature diſpiciatur, quid tandem capiendum ſit conſilii. Vid. *Müllerus* parte I des Reichs-tags-theatri ſub *Maximiliano I* ſect. I cap. V § XXXVII p. 73 & ſeqq. *Septemuiros Herbipolim euocat.*

11) Quin non longe poſt *Ioannem* de *Breitbach*, Vicedominum Rhingauiæ, virum honoratæ militiæ inſignibus illuſtrem, & *Georgium Schraub*, LL. Doctorem, ad *Philippum* Archiducem miſit in Belgium, ſuam illi offerens operam. Litteræ, quibus eos inſtruxit, fiduciariæ datæ Moguntiaci, dominica, quæ *Indica* vſu appellatur eccleſiaſtico. *legatos mittit ad Philippum Archiducem.*

12) Hæc inter vero a Cæſare monitus, vt ad Maximilianum cuſtodia liberandum omni conſurgeret ope, litteris Steinhemii dominica *Palmarum* ſcriptis Sedis beneficiarios, Comites, Barones, Nobiles (quorum catalogus ſuperat, isque ſatis numeroſus) ac denique ciuitates ad arma euocauit, eoque iterum iterumque inſtante, poſt paullo haud exiguam equitum iuxta peditumque, probe inſtructorum, manum ipſi in adiutorium miſit, & cum Fridericus inultum ferre facinus intolerandæ arrogantiæ populum nollet, ſuo ſumtu vltra quatuor menſes in caſtris aluit. *Vaſallos ſuos ad arma vocat.*

13) Interim ipſe domi, rogatus a Comitibus Waldecciis, *VVolramo* patre, & *Philippo* filio, vt domum hoſpitalem, quam *Ioannes Rottenberger*, Presbyter Canonicus ad ædem, quæ Coloniæ OO. Apoſtolorum honori dicata eſt, pietatis & miſericordiæ ſtudio in oppido Sachſenhuſen excitarat, ipſi vero tabulis iam anno MCCCCLXXII die D. Hippolyti confectis, firmarant, ſua corroboraret auctoritate, prono annuit animo, eamque cum omnibus priuilegiis, iuribus, ordinationibus, aliisque honeſtiſſimo diplomate, die X Iunii Moguntiæ dato, ſtabiliuit, pauperibus Chriſti, in eam receptis, ſuam in tutelam quam benigniſſime ſuſceptis. *Hoſpitale Sachſenhuſanum confirmat.* V. cod. Dipl.

14) Sedenim per eosdem dies certior factus, errores nonnullos contra eccleſiæ Romano-Catholicæ doctrinam & ſacramenta in diœceſi Moguntina clanculum inualeſcere, pluribus eos cum fouentibus, tum diſſeminantibus, ratus, niſi quam citiſſime malo pararetur medicina, breui tempore populum fidei ſuæ commiſſum in maximam perniciem coniectum iri, Erfordiæ *Ioanni Klugkrieme*, Decano S. Seueri, *Vdalrico Riſpach*, Canonico ad *In nouorum dogmatum auctores inquiri iubet.* V. cod. Dipl.

ad ædem B. M. V. & *Ioanni Paltz*, Ord. Eremitarum D. Auguſtini, Theologiæ Doctoribus; Moguntiæ vero aliis quibusdam, litteris die XI menſis Iulii datis, negotium dedit, vt in eos quam curatiſſime inquirerent, & quos id genus dogmatis infectos reperirent, arguerent iuxta, promeritisque afficerent pœnis.

conſentit, vt Dynaſtia Bickenbacenſis Erpacenſib⁹ vendatur.

15) Mox paullo, quam cupide libenterque æqua petentibus gratificaretur, oſtendit. Dynaſtia *Bickenbach*, Sedi Moguntinæ nexu fiduciario mancipata, *Conradi*, vltimi poſſeſſoris, voluntate ſuperioribus annis tranſiuerat ad generum, *Albertum*, Comitem Mansfeldenſem, lineæ citerioris, appellatione *der Vorder-Oerterischen* vulgo notæ, auctorem, eoque defuncto ad liberos, quos e *Suſanna*, Conradi filia, ſuſceperat, *Guntherum*, *Erneſtum*; *Hoierum*, filios, filiasque *Annam* & *Eliſabetham*. Horum tutores, *Rudolſus* de *VVazdorf*, *Ioannes* de *Latorf*, *Conradus* de *Herbilſtas*, *Fridericus Feſcke*, & *Conradus* de *VVazdorf*, videntes, e pupillorum ſuorum haud eſſe commodo, ſi ſua iſtam in poteſtate retinerent, ſibi licentiam dari rogabant, eam, dum opportune poſſent, vendendi. Bertholdus, auditis hiſce, benigne ſtatim annuit, ac id ſe paſſurum, prolixa reſpondit voluntate. Litteræ, quibus illi rem narrant, ſimulque dynaſtiam hanc *Eraſmo*, Pincernæ Erpacenſi, 7700 aureis Rhenenſibus, valoris ponderisque Moguntini, venundant, ſcriptæ die S. Galli; quod notari velim, cum *Spenerus* operis Heraldici parte ſpeciali lib. II cap. XXIII § X p. 442, ex eoque *Imhofius* notit. Procerum Imperii lib. VIII cap. III § IV p. m. 556 id in annum MCCCCLXX reponant.

cum Metenſi tranſigit.

16) De reliquo, cum *Henricus*, Antiſtes Metenſis, pecuniam deceſſori olim ab Adolfo, ob impenſas in bellum ſociale factas, adſignatam exigeret; vel ipſa Pontificis Romani ope implorata, Bertholdus opera Treuirenſis eo rem deduxit; vt ſedecim millibus de ſumma XXX M florenorum remiſſis, Henricus quatuordecim contentus eſſet; quæ ei etiam hoc anno explicauit.

Nobilib⁹ de Stetten ſubſidio venit.

17) Initio ſubſequentis MCCCCLXXXIX bellicis implicitus erat curis. Occaſionem præbuerant *Nobiles de Stetten*, *Kilianus*, *VVilhelmus* ſenior; *Caſpar*, *VVilhelmus* iunior, *Gabriel*, & *Sigiſmundus*. Horum enim caſtrum gentilitium *Kocherſtetten* cum Comites Hohenloici, *Albertus* & *Crato*, anno ſuperiori præcipite ex improuiſo circumſediſſent, areaque illius ſtatim occupata, etiamnum oppugnarent, rogabant, vt *Simoni* obſeſſo quantocius opem ferret Bertholdus. Ex iis *Simon* & *Kilianus* ipſi a conſiliis erant, ac miniſteriis eminentioribus (*mit rath vnd dienſtpflicht vervvandt*) Inde factum, vt eam petentibus denegandam haud cenſeret. Ipſis proin Kalend. Ianuar. non ſolum Palatinum per litteras monuit, vt ne Hohenloicorum cauſſam vel conſilio iuuaret, vel opera; verum etiam, *Friderico* Marchione Brandenburgico in auxilium adſcito, copiis tam equeſtribus quam pedeſtribus, quanta potuit celeritate contractis, Iouis poſt Epiphaniæ in campum progreſſus, haud procul caſtro conſedit, ac, Friderico mox paullo in expeditionis partem veniente, aduerſus hoſtem ſuos direxit; qui, ne ſuas fortunas in dubium daret, ſtatim inducias petiit; quæ etiam, Brandenburgenſi concitatum Bertholdi animum deprecatione tempeſtiua flectente, Cunzelſauiæ in certum tempus factæ; res ipſa vero ad iudicium tum *Bertholdi*, tum *Philippi* Palatini, tum *Friderici*, quem modo dixi, Brandenburgenſis, ac *Eberhardi*, Comitis Wirtembergenſis, delata: a quibus dein, Martis poſt D. Auguſtini memoriam, alia inter decretum, arcem *Stetten* Nobilibus *de Stetten*, cuique quidem pro rata parte, reſtituendam. Nomine Bertholdi tum aderant *Martinus* de *Adelzheim*, Præfectus diœceſis ſuperioris (*Landvogt im Oberland*) & *Martinus* de *Sickingen*, Præfectus Neidenauienſis: nomine Palatini, *Diedericus* de *Venningen*, D. *Ioannes* de *Morsheim*, Præfectus Germersheimenſis, & *Ioannes* de *Stettenberg*: nomine Brandenburgici, *Ludouicus* ab *Eyb*, ſenior, Eques, *Sebaſtianus* de *Seckendorf*, Præfectus Neoſtadienſis ad Aiſſum, & *Albertus* de *Bibëren*, Præfectus Creglingenſis: nomine Wirtembergici, *Albertus*, Pincerna Limburgenſis, *Georgius Truchſeſs* de *VValdeck*, dictus *Heimerdingen*, Commendator Winedæ, & *Gerhardus* de *Talheim*, Præfectus Lauffenſis. Hohenloicorum cauſſam perorabat *Thomas Dornberg*, D. Cancellarius Palatinus; Nobilium de Stetten, *Thomas Rud* de *Collenberg*, aulæ Moguntinæ Magiſter.

Edit. I p. 879

V Attulit autem eodem anno MCCCCLXXXIX ad confœderationem, quæ *Suevica* vocata eſt; momenti non parum Bertholdus: idemque in diſſidiis, quæ, magno cum detrimento, erga Bingenſes eccleſiamque Moguntinam vrgebat Palatinus, magna ſeſe cum prudentia, & animi æquabilitate geſſit, adeo vt cum a metropolitanis Dominis, & Conſiliariis ad bellum incitaretur, pacis potius conſilia mallet: cumque vicinia Palatino ſubdita nihil niſi Martem iam & bellum ſonaret, ad idque magnis ſeſe ſtudiis quotidie compararet, ille, Rogationum diebus, in ambarualibus, quæ priſco more haberi tum ſolent, proceſſionibus, inermem præcedentem clerum, linteatum, orantem, religioſeque cantantem, procedens etiam inermis, orans, & religioſe cantans ſubſequebatur; adeo vt dicerent Palatiniani; *En, iſte nos egregie irridet Presbyter. Armis territare ipſum conamur: & ecce, quaſi rerum omnium ſecurus deambulatum vadit.*

1) Sci-

fœderi Sueuico accedit

1) Scilicet, ſicuti anno ſuperiori ad fœdus Sueuicum haud parum attulerat momenti, ita eidem anno hoc ineunte, Iouis poſt D. Hilarii memoriam, acceſſit. Acceſſit autem iuſſu Cæſaris; cuius litteras, anno præterito Eslingæ, die IV Decembris datas, habet *Dattius* l. d. lib. II cap. X n. 5 p. 302. Et ſociis quidem centum armatos equites aduerſus quoſuis, *Sigiſmundo* Auſtriaco, *Friderico* & *Sigiſmundo* Brandenburgicis, & *Eberhardo* ſeniore Wirtembergenſi duntaxat exceptis, promiſit; totidem ſibi viciſſim ab eisdem ſtipulatus.

Principibus nonnullis ſe fœdere iungit.

2) Eodem præterea die, Cæſaris mandato, in pacis publicæ Francofordianæ tutelam, peculiari fœdere ſe iunxit *Eberhardo*, quem modo diximus, Comiti Wirtembergiæ; & dein Halæ Sueuorum, ramis *Palmarum*, *Sigiſmundo* Archiduci, *Friderico* & *Sigiſmundo*, Marchionibus Brandenburgenſibus, *Chriſtophoro* Badenſi, & eidem *Eberhardo*. Tabulas illius habet idem *Dattius* l. d. n. 36 p. 307 & ſeq.

ſuis id cum mandato ſignificat.

3) Hæc inter autem Sedis Clientibus, omnibusque ditioni Moguntinæ ſubditis litteris peculiaribus Saturni poſt Pauli ad Chriſtum conuerſi memoriam ſignatis ſignificauit, fœderi Sueuico ſe nomen dediſſe, ſubiuncto ſimul mandato, vt, comperto quenquam Sociorum hoſtiliter inuadi, inuadentes perſequantur, nec quenquam hoſtium clanculum recipiant vel iuuent. Vid. cod. Diplomaticus, in quo eas reperies.

Aſſeſſores iudicii fœderatorum conſtituit.

4) Poſtea vero Conſilio ſiue Senatui, rebus fœderis diiudicandis conſtituto, pro parte ſua dedit Aſſeſſores *Thomam Rud* de *Collenberg*, aulæ ſuæ Magiſtrum, *Ottonem* Comitem *de* Henneberg, *Ludouicum* Comitem *de* Iſenburg, *Ioannem* Comitem *de* Iſenburg, *Georgium* de *Velberg*, aulæ Mareſchallum, *Ioannem* de *Breitbach*, Vicedominum Rhingauienſem, *Ioannem* de *Vechenbach*, *Martinum* ab *Adolsheim*, tractui Moguntino ſuperiori Præfectum, *Fridericum* de *Rüdesheim*, iuniorem, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, & *Philippum* de *Thüngen*, Satrapam Wildenbergenſem.

cœnobium Fr. Minor. in Siegen confirmat.

5) Aliquanto poſt monaſterium *FFr. Minorum* in oppido *Siegen*, quod auctoritate *Innocentii* Papæ *VIII Ioannes*, Comes Naſſouiæ & Deciæ, anno ſuperiori ſtatuerat, fundatoris rogatu, honeſtiſſimo diplomate, quod in codice noſtro dedi, ſtabiliuit ac confirmauit.

Comitiis Francofurtenſibus intereſt.

6) Inde Francofurti comitiis, quæ Cæſar inſtituerat, Maximilianus vero præſens habebat, interfuit, curasque ſuas ac conſilia huc vertit, vt non ſolum de decernendis aduerſus Gallorum Regem auxiliis, verum etiam de pacis publicæ diſciplina maiori contentione per Imperium ſeruanda, officinaque iuris aliquando aperienda ageretur. Demonſtrant id documentis pluribus cum *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. VII cap. CXX p. 926 & ſeqq. tum maxime *Müllerus* l. d. des Reichs-tags-theatri ſub *Friderico III* cap. XXXIX, XL, & XLI, p. 160 & ſeqq.

cum Argentoratenſibus fœdus facit.

7) Interea loci non ſolum cum ciuitate Argentoratenſi ad dies vitæ fœdus percuſſit, tabulis Friburgi Briſgoiæ, Mercurii poſt dominicam SS. Triadis honori dicatam, ſignatis: verum etiam, petitu *VVilhelmi*, Haſſiæ Landgrauii, altare caſtri *Frauenberg*, ſatis quidem antiqui, ſed tum fere deſolati, altari B. M. V. in caſtro *Marpurg*, vna cum omnibus reditibus, iuribusque attribuit, ac, litteris Francofurti die XXI Iulii datis, in perpetuum adunauit.

nec non cum Herbipolenſi

8) Poſt vero, cum male quieti ſpretis proterue pacis publicæ legibus, fines tum Moguntinos tum Herbipolenſes hoſtiliter inirent, fœdisque populationibus ac incendiis grauiter admodum attererent, ipſe, retundendis illorum latrociniis, cum *Rudolfo*, Antiſtite Wirzburgenſi, ad quatuor annos in peculiare coiit fœdus; cuius quidem capita Iouis poſt D. Laurentii ferias in litteras miſſa.

Colonienſes Rheni nauigatione prohibet.

9) Hæc aliaque dum fiebant, ciuitas Agrippinenſis telonii erigendi priuilegio, quod a Friderico III Imperatore bello Burgundico tulerat, frui potirique, inuitis Rhenanis obſeſſoribus, attentabat. Quo cum illi commercia turbari, ſeque in iure ſuo impediri fruſtra hactenus queſti eſſent; cum Bertholdus, tum Treuirenſis ac Palatinus vno conſenſu fluminis eos nauigatione prohibuere, Rheno ſupra & infra Confluentes interſepto. Actum id Moguntiæ, Veneris poſt SS. Apoſtolorum Simonis & Iudæ annuam ſollemnitatem. Conf. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIX § CLXXXIII p. 310, *Fuchſius* in annotat. ad *Lehmanni* chron. Spir. lib. VII cap. CXX p. 933.

cum Palatino contendit

10) Ceterum, hoc non minus, quam ſequentibus annis graui diſſidio cum *Philippo* Palatino implicitus fuit, vt vel ipſe auctor hic notat. Plures autem diſſenſionis iſtius fuerunt cauſſæ; quarum cum nonnullas recenſuerit *Trithemius* chron. Hirſaug. ad h. a. p. 539, potiores huc apponemus. Prima a Bingenſibus profecta erat. Ii namque, neſcio quo auſu, a Palatinæ ditioni ſubditis non modo noua aliquandiu exegerant vectigalia, portoriaque, ſed iter etiam publicum, Baccharaco ad Alzeiam, aliaque Palatinatus loca ducens, obiectis ab vtraque pontis, Nauæ impoſiti, parte repagulis aliquoties clauſerant; quod tam male habebat Palatinum, vt ſuis interdiceret, ne quid venale Bingam ad mercatum producerent; tum vero in vicino vico *Münſter* ipſe nouum inſtitueret quothebdomadibus frequentandum. Altera de monaſterio *S. Ruperti* iuxta Bingam erat exorta. Id namque ad ſuum pertinere dominium contendebat Palatinus Philippus, Bertholdus vero negabat, & tam in ciuilibus, quam eccleſiaſticis ditioni Moguntinæ ſubeſſe dicebat: quin, vt ſuum ſibi ius hoc fortius adſereret, huc tandem deſcendebat, vt munitiones quasdam in monte Rupertino excitaret. Reliquas præterimus. Prudentiam vero tum ſuperaſſe malitiam, ingenue fatetur idem *Trithemius* l. d.

Comitatus Naſſouio-

11) Fortunam autem ac incolumitatem Comitatus Naſſouio-Saræpontani cum ipſe non

Sarapontani rationem habet.

ſecus penſi haberet, ac *VVilhelmus* Haſſiæ Landgrauius, anno ſubſequenti MCCCCXC, Veneris poſt Ioannis Baptiſtæ memoriam, non modo vna cum eo promiſit, illius ſalutem ſe propugnatirum, ſed etiam de dotalitio, vt vocant, *Veronicæ* Saynenſis, quæ in *Philippi* viuebat matrimonio, penſione *Philippo* ex bonis & reditibus Comitatus quotannis ſoluenda, tutoribus item *Ludouici*, illius e filio *Ioanne* defuncto nepotis, capitibusque aliis ordinationem edidit, vt codicem Diplomaticum inſpicienti patebit.

Collegialem Steina ad Ordinem D. Bened. reducit.

12) Anno dein MCCCCXCI ineunte de monaſterio *Steina* cogitationem ſuſcepit, curamque. Cum enim nec Theoderici Archiepiſcopi, nec Adolfi II votis, inſtitutisque euentus reſponderet, inter Abbates S. Michaelis Hildeshemii, & S. Blaſii Northemii, nec non Decanum & Canonicos Collegialis D. Petri in Nörthen de certis quibusdam ſuper hac re conuenit capitibus. Præcipuum erat, *vt domus dicta eccleſia in Steina cum omnibus ſuis dotibus, iuribus, bonis ad Ordinem reuertatur & perueniat præfatum* (D. Benedicti ſcilicet) *ibique erigatur monaſterium Ordinis prædicti, quibus Abbas inſtituendus præficiatur*. Cum ſic inter eos conueniſſet, Bertholdum rogarunt, vt robore capitibus iſtis adiecto, domum dictam vna cum omnibus bonis ſuis a Collegiali in Nörthen ſeparare, ac, verſo ſtatu, in monaſterium Ordinis memorati immutatam proprii Abbatis adminiſtrationi committere dignaretur. Quod cum ille vtriusque eccleſiæ rationibus conducere perſpiceret, Steina cum ædificiis, bonis, ceterisque omnibus, quæ Collegialis dicta vigore incorporationis ſiue coniunctionis conſecuta fuerat, ab ea ſeparauit ac disiunxit, dans & concedens ea omnia Abbatibus & Ordini prælato, iure proprietatis in perpetuum habenda, poſſidenda, & exercenda; ita tamen, vt ſine mora congregationem fratrum ibidem inſtituant, perſonamque dignam, quæ iis præſit, eligant, ac ad confirmandum præſentent. De cetero tres præbendas, quas Adolfus, cum eam Collegiali Northenſi adunaret, ſupra numerum antiquum inſtituerat, extinxit. Tabularum, quibus id ordinabat, clauſula hæc eſt: *Aſchaffenburg, ſub ſigillo noſtræ maieſtatis, an. MCCCCXCI, XXII Ianuar.*

Norimbergæ intereſt Comitiis.

13) Inde rurſum ad publicas Imperii curas, ſic officio ac fide hortante, tranſiit. Quippe Norimbergam, quo Cæſar Proceres rerum Hungaricarum cauſſa conuocarat, profectus, in medium conſuluit, quæ tempori tum conuenire, pro ea, qua polluit, prudentia prouidebat. Vid. *Mullerus* l. d. des Reichs-tags-theatri ſub *Friderico III* cap. XLVII & ſeqq. p. 190 & ſeqq.

fratris filio nuptias facit.

14) A publicis his dein ad priuatas conuerſas, domus ſuæ velificatus honori eſt. Deſponderat ſibi anno MCCCCLXXXII, Lunæ poſt D. Laurentii ferias, Friderici fratris filius *Hermannus* Eliſabetham, *Alberti* Achillis, Marchionis Brandenburgenſis & Principis Electoris, filiam. Cum nunc in eo eſſet, vt matrimonii vinculo eam ſibi copularet, Bertholdus, ſuæ lætus felicitate familiæ, ſplendidiſſimo apparatu, magnaque celebritate nuptias illis fecit Aſchaffenburgi. *Spangenbergius* chron. Henneberg. lib. IV cap. XXV p. 60 & ſq. dominica annuam D. Vrſulæ ac XI M. Virginum ſociarum ſollemnitatem proxime ſecuta. *Mulliger* in genealogia Brandenburgica manuſcr.

Edit. I p. 879

litem de dynaſtia Kircheim componit.

15) Non longe poſt ab *Eliſabetha*, Henrici Stolbergenſis coniuge, Comitibus Wirtenbergicis oriunda, eiusque e priore matrimonio filio, *Ioanne Ludouico*, Comite Naſſouio-Saræpontano, ab vna, ab altera vero parte a *Philippo*, Comite Naſſouio-Weilburgenſi, eiusque e filio Ioanne nepote, *Ludouico*, arbiter delectus, litem, quæ eos inter de dynaſtia *Kircheim* intercedebat, Moguntiæ, Iouis poſt Luciæ Virginis ferias, lata diremit ſententia.

commemorationem fidelium defunctorum in omnibus eccleſiis celebrari iubet.

16) Edoctus autem, Feralium die commemorationem fidelium defunctorum non æque in aliis intra & extra ciuitatem Moguntinam eccleſiis, ac in maiori ſiue metropolitana celebrari; peculiari edicto, ſubſequenti XVI menſis Decembris die ſignato, conſtituit, in poſterum feria hac in aliis non minus, quam maiori, quæ religioſo iure animabus defunctorum quæri ſolent piacula, ritu veteri laudatoque peragenda eſſe. Dedi id, vt rem hoc curatius cognoſcas, in codice Diplomatico.

cum Herbipolenſi de capitibus quibusdam tranſigit.

17) Proximo, qui MCCCCXCII erat, huc primum curas vertit, vt controuerſiæ, quæ ei de debito quodam pecuniario, portorio Walbacenſi, aliisque, quibus ſe læſum putabat, capitibus cum Rudolfo, Antiſtite Herbipolenſi, erat, modus imponeretur. Miſſi igitur componendæ iſti legati: quorum etiam opera res tandem omnis, Lunæ poſt memoriam Pauli ad Chriſtum conuerſi, ad æquitatem redacta eſt. Delegarat autem ipſe *Thomam Rud* de *Collenberg*, aulæ Magiſtrum, *Dietericum Kuchenmeiſter*, Aſchaffenburgi Collegialis ad D. Petri & Alexandri Scholaſticum, & *Philippum* de *Thüngen*, tractus Aſchaffenburgo contributi Vicedominum: Rudolfus vero *Ioannem* ab *Aldendorf*, ad D. Burchardi Præpoſitum, Cathedralis Herbipol. Canonicum & Archipresbyterum, Cancellarium curiæ, *Georgium* de *Giech*, itidem Canonicum, forique Ducatus Franconiæ prouincialis Iudicem, & *Conradum* de *Schaumburg*, aulæ Mareſchallum.

fraternitatem S. Georgii confirmat.

18 Eodem Burggrauius & Rectores caſtri Imperialis Fridbergenſis peculiarem fraternitatem, in Dei, glorioſæque Virginis Mariæ, nec non Antonii Confeſſoris & Georgii martyris hohorem laudemque inſtituerant, *S. Georgii* nomine tituloque appellatam, certisque eandem munierant legibus. Quam cum per hosce dies confirmari peterent, Bertholdus non ſolum eam auctoritate, qua pollebat, ordinaria, die XXVI Martii ratam habuit, verum etiam nouis ordinationibus auxit, ac omnibus, qui ſacris fratrum ſupplicationibus pio animi ſtudio riteque præparati interfuerint, XL dierum piacula condonauit. Fuſius id docet, quod in codice noſtro dedi, diploma.

19) Aeſta-

parthenonem D. Ruperti reformat.

19) Aeſtate ſequenti ad parthenonem *D. Ruperti*, iuxta Bingam, in meliorem formam redigendum ſua incubuit cura. quod cum auctor infra § X attingat, temporis ratione habita huc referre viſum. Qui curatius rem noſſe velit, adeat lib. II cap. XXXVI, legatque, quæ ibidem in notis dicta ſunt.

ad Comitia Confluentina accedit.

20) Lunæ dein poſt D. Matthæi ad Confluentes Rheni & Moſellæ initium ſumſere Comitia, quæ Maximilianus Rex inſtituerat, iniuriam ſpretæ contemptæque fidei, quam tum Carolus VIII Galliarum Rex, tum Anna, Ducis Britonum relicta filia & heres, dederant, armis vlturus. Iis autem ampliſſimos inter Imperii Proceres non interfuit modo Bertholdus, ſed multos etiam dies de decernendis auxiliis ac deducendis tributi condicti rationibus cum Principibus iuxta ciuitatibusque egit. *Lehmannus* chron. Spirenſ. lib. VII cap. CXXI p. 934 & ſeqq. *Müllerus* parte I des Reichstags-theatri ſub Maximiliano I cap. XXIII § VIII & ſeqq. p. 158 & ſeqq.

litem Bingenſium cum Collegio metropolitano componit.

21) Interea rurſus de vectigali, tabernariis, ordinationibus mechanicos ſpectantibus, electione Conſulum, rebusque aliis non plane nil contentionis Bingenſes inter ac Collegium metropolitanum exortum erat; quam vt tempeſtiue dirimeret, ipſe Bingam conceſſit, ac dominica D. Dionyſii ferias proxime ſecuta edita conſtitutione eam compoſuit.

VI Anno MCCCCXCIII præſcripſit illas precationum formulas, de quibus lib. I cap. XI.

parthenonem Heydæ reformat.

1) Hoc alioquin anno, rogatu *VVilhelmi*, Haſſiæ Landgrauii, cœnobium ſanctimonialium in *Heyde* ad cultum veteris religionis ac disciplinæ reuocaturus, litteris die Martis XI datis Abbati monaſterii Walckenrode & Patri montis S. Ioannis vulgo *zu Apſperg* nuncupati, Ord. Carthuſ. patres, illud omni diligentia, ſtudioque interuiſendi & repurgandi, commiſit.

domum Pœnitentium diplomate ſtabilit.

2) Poſt *domum Pœnitentium*, Weiſſenauiæ contiguam, non tam conſtruxit, vt Auctor § X tradit; quam honeſtiſſimo diplomate, quod in codice Diplomatico inter alia legendum dedi, firmauit, ac aliis iuribus ac beneficiis auxit; vt ad lib. I cap. XXXI n. 6 p. 80 fuſius dictum.

a nobilibus quibusdam impetitur.

3) Quo minus autem per hos dies pacis publicæ bona carperet, impediuere Ioannes *de Schwalbach*, *Nicolaus Brun*, & *Fridericus de Hettersdorf*: quorum hic ipſi miſſis litteris diffidatitiis & inimicitias indixit & intulit: illi, ne quidem hoſtilibus ante, vt tum moris erat, denuntiatis, quosdam Rhinganienſium in via publica aggreſſi, captiuos in caſtrum Kaldenfels abduxerunt, vno ex illis indigniſſime trucidato. Quam tamen vim ac iniuriam haud inultam auferebant. Maximilianus enim lata Norimbergæ die IX Decembr. ſententia eos proſcripſit, ſiue capitis damnatos pace & fide Imperii excluſit.

aulam Maximiliani, vt Archicancellarius ſequitur.

4) Anno ſubſequenti MCCCCXCIV, Maximiliani rogatu, aulam Cæſaream ſecutus eſt, Archicancellarii quidem munia vt præſens obiret; quod cum *Latomus* iam olim in catalogo, & *Anonymus*, qui Auguſtinianis Moguntiæ eſt, perhibuerint, tum *VVenckerus* proximis annis *Henrici Martini* comprobauit teſtimonio, ſic ad *Mallinkrotium* p. 421 commentatus: *Henricus Martinus, qui ſe Romanæ Imperialis Cameræ Procuratorem Fiſcalem nominauit, inter alia, quæ ciuitati Argentin. ex aula Cæſarea perſcripſerat, & hoc recenſet, quod, poſt obitum Imperatoris Friderici vulgo III, filius Maximilianus, Rex Romanorum, Bertholdo Electori Moguntino & Archicancellario Romanam Cancellariam ſiue Imperialem aulicam præcipue commendauerit, & quod idem Princeps Elector curam hanc in ſe ſuſceperit; quo nomine dictus Martinus ciuitati ſingulariter gratulatur.* Hæc ille; ex quibus tum *Bruſchium* in catalogo, tum *Chytræum* lib. VII Saxon. a principio; tum *Mallinkrotium* l. d. interpreteris.

Locumtenentem domi inſtituit.

5) Ne vero, dum ipſe abeſſet, res Moguntina rectore careret; moderandi Archiepiſcopatus habenas, *Locumtenentis* titulo poteſtateque, commiſit *Ioanni*, Comiti Iſenburgico-Büdingenſi; viro tum genere illuſtri, tum longo rerum vſu præ aliis exercitato; litteris Coloniæ, Mercurii poſt anniuerſariam B. M. V. Eliſabetham viſitantis memoriam ſignatis, ſingulis ac omnibus mandans, eius in imperium vt omni ſemper ſtudio parati ſint.

monaſterii Keppel reformat.

6) Inde cum Maximiliano in Belgium profectus, per reliquum anni tempus eocum ſubſtitit. Ita tamen, quæ Cæſaris erant, curabat, vt eccleſiæ ſuæ curam minime abiiceret. Litteris ſane Mechliniæ die XV Aug. exaratis Abbati monaſterii Ord. Præmonſtrat. in Arnſtein in mandatis dedit, vt veſtalium in *Keppel* mores, vitamque omni induſtria recognoſceret, ac ad priſcum viuendi componeret ritum.

Fridericum Saxon. Ducem conſtituit Præfectum Eichsfeldiæ & Prouiſorem Erfurtenſem.

7) Non ita multo poſt *Friderico*, Duci Saxoniæ, *Alberti*, vulgo *Animoſi* cognomento illuſtris, filio, Canonico Moguntinenſi, & Præfecti Ruſtenbergenſis, ceterorumque tractus Eichsfeldenſis caſtrorum, & Prouiſoris Erfurtenſis munia ad decem annos concredidit; conſtituto, quod tenerioris ille adhuc eſſet ætatis, ac *Senis* in litteras incumberet, qui vices eius interim obiret, *Erneſto*, Comite Hoenſteinenſi. Ceterum non aliæ adiectæ conditiones, quam quas Georgio ante tulerat, ſi hanc modo exceperis; quod ſi Fridericus intra tempus iſtud Canonicatus beneficio ſe abdicaret, vtroque etiam hoc abiret magiſtratu. Comprehenſa vero hæc omnia tabulis Mechliniæ Martis poſt diem Michaeli Archangelo feſtum confectis.

parochialem Hanonienſem mutat in Collegiatam.

8) Tandem hoc anno *Philippi*, Comitis Hanoicienſis, rogatu, *Innocentii* vero Pontificis VIII mandato, parochialem oppidi *Hanau* ad Collegialis dignitatem euexit, vnoque eam Decanatu ac ſex Canonicatibus, beneficiis ſcilicet altarium *B. M. V. SS. Andreæ, Bartholomæi, Martini, Nicolai, & Catharinæ*; tum vero totidem Vicariis, vt vocantur, alta-

Edit. I. p. 879

rium videlicet *S. Crucis*, *B. V.* in arce oppidi, ſanctorumque *Georgii*, *Dorotheæ*, & *Eliſabethæ*, inſtruxit. Tabularum clauſula menſem, diemque, quo hæc acta, his indicat verbis: *Datum Mechliniæ ſub ſigillo noſtræ maieſtatis I die menſis Octobris MCCCCXCIV.*

Actui donationis Cæſari Maximiliano a Richardo Anglo factæ intereſt.

9) Anno ſequenti MCCCCXCV ineunte adhuc egit Mechliniæ, ac ſollemni interfuit actui, quo *Richardus* Rex Angliæ grati animi ergo *, in Cæſarem *Maximilianum*, eiusque filium *Philippum* Archiducem, illorumque heredes maſculos legitime progenitos libera donatione *omnia iura & actiones ſibi in regna Angliæ & Francorum, Ducatum Eboracenſem, Dominium Hiberniæ, & Galliæ Principatum competentia & competitura* hac tranſtulit conditione, ſi ipſe ſine heredibus maſculis ex ſe legitime natis vita defungeretur, vel ſi maſculi, quos ex legitimo matrimonio ſuſtulerit, ſine filiiis heredibus naturæ concederent, vt tum Maximilianus eiusque liberi maſculi Angliæ & Francorum regna, Ducatum Eboracenſem, Dominium Hiberniæ, ac Principatum Galliæ cum omnibus & ſingulis dignitatibus, iuribus, ac bonis apprehendere poſſint ac valeant.

* Maximilianus *enim pro ſe*, Philippo *Archiduci filio, nec non aliis ſuis heredibus*, Richardo *eiusque liberis maſculis legitime pregnatis remiſerat & donarat quicquid iuris & actionis ſibi ſuisque, tanquam heredibus domus Lancaſtriæ, in regnum Angliæ &c. competebat vel competere poterat; vt ex tabulis* Richardi, *quas in codice Diplomatico dedi, cognoſcere eſt.*

VII Anno MCCCCXCV maximus Principum omnium conuentus fuit Wormatiæ, vbi auctor iis fuit Bertholdus, vt Spirenſe ad diiudicandas lites tribunal excitaretur. Cum enim ipſemet ſæpe ac diu Imperatoris aulam ſecutus, Archicancellarii per ſe ipſum partes obiiſſet, vidiſſetque, maxima cum populorum moleſtia, cauſſas ad Imperatoris, qui modo hic, modo illic, & interdum quidem longiſſime eſt, aulam referri, pro inſigni ſapientia ſua perſpexit, proque præſtante ſua eloquentia omnibus perſuaſit, vt fixum, firmumque litibus diſceptandis prætorium, in quo prudentes iureque conſulti & incorrupti ſederent viri complures, Spiræ ſtatueretur.

Cameræ Imperialis erigendæ præcipuus eſt auctor.

1) Principum, Ordinumque Imperii nemo fere fuit, qui non cenſeret, diſceptandis in Imperio litibus tribunal firmum fixumque erigendum eſſe. Cum maxime vero Bertholdus id ipſum vrſit; veruntamen non illo primum tempore, ſed ante iam, & quidem ſæpius, vt vel ex dictis patet. Interim, quod iterum iterumque cum ſuaſerat, tum eflagitarat, his in comitiis tandem confectum eſt, vt poſtea dicetur.

cum ſociis caſtri Steincallenfels in gratiam redit.

2) Ante vero, quam id negotii ad finem perducebatur, ipſe *Andreæ Grumbachii*, Ordinis Teutonicorum per Germaniam Magiſtri, cura ſtudioque cum condominis ſine ſociis caſtri *Steincallenfels* in gratiam rediit. Vsque huc enim diffidebat iiscum, quod nuper, cum *Ioannes* de *Schvvalbach* Archiepiſcopatus hoſtis factus eſſet, non prohibuiſſent, quo minus ex illo in fines Moguntinos hoſtiliter incurreret: cum tamen olim *Ioannes* & *Eberhardus Brenner*, *Ioannes Plate*, *Emericus* & *Hugo* von *dem Stein*, *VVilhelmus Flach* de *Schvvarzenberg*, Miles, *Fridericus* & *Ioannes* de *Kellenbach*, nec non *VVinandus* de *Stein*, qui communi illud tenebant iure, litteris die Iouis ante D. Magdalenæ ferias an. MCCCXXXV datis fidem dederint, nemini permiſſum iri, vt in Archiepiſcopatum Moguntinum inde pugnet. Tranſactionem, die Veneris poſt feſtum Virgini viſitanti ſacrum; in litteras miſſam, conſenſu ſuo roborarunt *Rudolfus* de *Alben*, dictus *Sulzbach*, *Henricus* de *Ramperg*, caſtri ædiles, *Ioannes* de *Hohenfels*, Dominus *in* Reipolzkirchen, *Fridericus Camerarius* de *Dalberg*, *Ioannes* de *Kellenbach*, *Henricus Blick*, Milites, *VVilhelmus* de *Lapide*, *Emericus* de *Lövvenſtein*, *Ioannes* ab *Honſtein*, *Ioannes* de *Sötern*, *Fridericus* de *Schmideberg*, *Orendel* de *Gemmingen*, omnes caſtri dicti Conſortes.

cum Aluici Comitis Sulzenſis filiis tranſigit.

3) Inſuper *Henrici*, Epiſcopi Curienſis, opera cum *Aluici*, Comitis Sulzenſis, qui Adolfi olim partes aduerſus Dietherum propugnarat, filiis, *Rudolfo* & *VVolfgango Hermanno*, de pecunia, quam ſibi, ob impenſas in bellum iſtud a parente factas, adhuc in nominibus eſſe contendebant, die Veneris poſt D. Kiliani ferias amice tranſegit; tutoribus illorum, *Hugone*, Comite Werdenbergenſi, & *VVolfgango*, Comite Fürſtenbergenſi, tum præſentibus, tum adſtipulantibus.

Monaſterio D. Helenæ diploma indulget.

4) Inde clauſtro *S. Helenæ*, quod *Ludolfus* de *Enſchringen*, I. V. D. Præpoſitus ad D. Simeonis Treuiris, & Moguntiæ ad S. Crucis ædem in campo, vir vtriusque ſermonis, tam græci quam latini, iurisque cum diuini tum humani ætate illa clariſſimus, iuxta Welſchbillichium condiderat, honeſtiſſimo diplomate, Mercurii poſt D. Iacobi ferias dato, quod in codice noſtro aliis ad verbum inſerui, & priuilegia, quæ obtinuerat, confirmauit, & opem ſuam patrociniumque liberaliter appromiſit.

regalia accipit a Maximiliano.

5) His peractis, in ſplendidiſſima Septemuirum *Ioannis* Treuirenſis, *Hermanni* Colonienſis, *Philippi* Palatini, & *Friderici*, Ducis Saxoniæ; Antiſtitum *Ioannis* Vormatienſis, *VVilhelmi* Eichſtadtenſis, *Ludouici* Spirenſis, *Henrici* Curienſis; *Ioannis* item Abbatis Fuldenſis, & *Andreæ* de *Grumbach*, Ordinis Teutonici Magiſtri; tum vero *Othonis* C. P. ad Rhenum, *Alberti* Ducis Saxoniæ, *Friderici* Marchionis Brandenburgenſis, *Magni* Ducis Mecklenburgici, *VVilhelmi* Ducis Clivenſis, *VVilhelmi* medii & *VVilhelmi* iunioris, Landgrauiorum Haſſiæ, *Rudolfi* Anhaltini, pluriumque aliorum Principum, Comitum, Nobiliumque corona, apparatu, quo

par

Edit. I p. 879 par erat, regalia ac Imperii beneficia a Cæſare, vt moris eſt, requiſiuit, ſuamque profeſſus fidem fiduciario conſecutus ritu eſt. Formula, qua Maximilianus ea ipſi aſſignauit, data die XIV Iulii, vt apud *Müllerum*, qui l. d. cap. LVI p. 511 & ſeq. eam dedit, videre eſt.

cum Palatino pacificatur. 6) Cum vero pacis publicæ ſollemniter ſignandæ inſtaret dies, vt oſtenderet, tranquillitatis otiique ſe vere eſſe amantem, cum Palatino ex inimicitia in gratiam rediit. Reconciliationis auctores erant *Hermannus* Colonienſis & *Fridericus* Saxo., Principes Electores. Capita compoſitionis, vt Philippus mercatum in vico *Münſter* ſuſtollat, nec vllo vnquam tempore vel ibidem vel intra proximum circa Bingam milliare id genus alium inſtituat; idem ſpondeat pro ſucceſſoribus: Bingenſem inpoſterum minime impediat. Bertholdus contra intra quatuordecim proximos dies præſidium de monte D. Ruperti deducat; munitiones in eo excitatas ſolo æquet; repagula, quibus vias, itineraque publica obſtruxerit, amoueat. Tabulas, quibus ea die VI Aug. comprehenſa, habet *Idem* l. d. cap. LXIX p. 612 & ſeqq.

pace publica poſt ſignata, 7) Poſtridie negotium de pace publica, quod ipſe præ aliis hactenus curæ ſibi habuerat, ad finem perductum, ſanctione illius ſollemni ſignata ritu. *Idem* l. d. cap. XL p. 389 & ſeq.

Camera Imperiali inſtituta. 8) Eodem VII Auguſti die Iudicium, quod *Cameram Imperialem* vocant, controuerſiis minuendis, aliisque Principum, Ordinumque negotiis tranſigendis publico Cæſaris ac Procerum conſenſu inſtitutum fuit; quod dein pridie Kalend. Nouembr. Francofurti habuit initium. Vid. idem *Mullerus* l. d. cap. XXXIX p. 380 & ſeq. cap. XLI § V & ſeq. p. 418 & ſeq. quippe quem præ aliis hic conſulere iuuabit.

cænobium Bleidēſtadt commutat 9) Hoc alioquin anno cœnobium *Bleidenſtadenſe*, de quo auctor § X, in Canonicorum commutari Collegium non repugnauit. Quamuis enim videas, a *Trithemio* in chron. Hirſaugienſi p. 570, & Sponheimenſi p. 410 ad annum MCCCCXCVIII id referri, anno tamen hoc XCV id factum colligas tum e tabulis *Alexandri* Pontificis VI, quibus verſo diſciplinæ ſtatu ad Collegiatæ conditionem id traduxit; ſignatæ enim ſunt Romæ IV Id. Iunii MCCCCXCV; tum ex litteris *Ioannis Iacobi Leiſt*, Decretorum Doctoris, Protonotarii Apoſtolici, & Moguntiæ ædis B. M. V. *ad gradus* Decani, quibus *VVilhelmo*, Abbati monaſterii B. M. V. Lucemburgenſis, ac Ordinis Benedictini Viſitatori, Correctori, ac Iudici, qui, obteſtatione interpoſita, Canonicis, vt ad Ordinem redirent, mandarat, auctoritate, qua tum fungebatur, interdixit, ne eos amplius interturbet. Datæ enim ſunt die XIV Martii an. MCCCCXCVI. *in Canonicorum collegium.*

De cetero, quæ tum obtentui ſumta, ex dictis Alexandri VI litteris, quas in codice Diplomatico protuli, diſcas. Nobis nunc ſuffecerit, paucis notaſſe, quæ ſtatus verſi fuerit ratio. Loco ſcilicet Abbatis, patris Prioris, quatuor Cœnobitarum, ac duorum Acolytorum, octo inſtituti fuere Canonici, totidemque Canonicatus, vna cum X Vicariis; dignitates vero, quas *Prælaturas* vulgo vocant, quatuor; Præpoſitura, vt receptis vtamur vocabulis, Decanatus, Scholaſteria, & Cantoria. Præpoſiti partes commiſſæ *Eckhardo Klüppel* de *Elckershauſen*, qui cœnobii hactenus Abbatem egerat; Decani vero *Philippo Hilchin*, antea Priori; Scholaſtici, *Sifrido* de *Irmtraut*; Cantoris, *Friderico Donner* de *Laerheim*; vnicuique quidem horum cum Canonicatuum vno, vnaque præbenda. Adiecta conditio, neminem vel ad dignitates iſtas adſumendum, vel in Canonicum recipiendum, niſi vtroque parentum nobili prolapia ſpectato fuerit ortus.

Velim hic notes, Præpoſito *non ita diu locum in Collegiali hac fuiſſe; quandoquidem poſt* Wilhelmum *de* Staffel, *anno MDXV electum & confirmatum haud amplius* Præpoſitorum *quiſpiam occurrit.*

VIII Hinc vero ſuas multo acrius in animarum ſibi commiſſarum ſalutem curas intendit. Vicarium in ſpiritualibus virum pietate inſignem habuit Dominum *Wolffgangum* a *Bicken*, cuius & in ſummo templo, & in S. Agnetis parthenone ſuperſunt piæ liberalitatis ac munificentiæ argumenta.

1) Eſt ita. De *VVolfgango* vero confer huc catalogum *Canonicorum* ædis metropolitanæ & *Vicariorum* general. quippe in quibus dictum, quo munus hoc anno inierit ille, quo reſignarit item, & quam multa piæ liberalitatis argumenta paſſim ediderit.

cum Brandenburgenſi & Wirtembergenſi fœdus pangit. 2) Anno deinde ſequenti MCCCCXCVI ad maiorem pacis ſancitæ ſanctimoniam & firmitatem, Martis poſt Antonii Confeſſoris memoriam, arctiſſimum cum *Friderico*, Marchione Brandenburgenſi, & *Eberhardo* Wirtembergico ad XIII annos iniit fœdus, iſti aduerſus quosuis tuendæ ſuum ipſis pollicitus auxilium, ipſorum vero ſibi viciſſim ſtipulatus.

Societati Sueuicæ prorogata 3) Quin, cum Societatis Sueuicæ finis ſiue terminus in XVII menſis Martii ſequentis diem incideret; e re vero Imperii eſſet, conſociationem iſtam prorogari, ipſe non modo, Cæſaris nomine, Ordinibus id ante ſemel atque iterum commendauit; verum etiam, cum in tres annos die iſto renouaretur, proximo poſt Maximilianum loco illi ſubſcripſit. *Dattius* l. d. lib. II cap. XIII n. 22 p. 324, & cap. XIV p. 325. *denuo nomen dat.*

fraternitatem S. Martini renouat 4) Die dein menſis Aprilis X *fraternitatem S. Martini* a *Gerhardo* deceſſore olim inſtitutam, & renouauit, & nouis tum conſtitutionibus, tum gratuitis criminum condonationibus liberaliter admodum indultis illuſtriorem reddidit. Illæ cum legi mereantur, tabulas, quibus continentur, aliis in codice noſtro inſerui.

Comitiis Lindanienſibus 5) Ceterum haud contentus, ſecuritati publicæ dictis modo conſuluiſſe modis, æſtate ſub-

ſubſequenti ſeſe etiam Lindauiam contulit, quo Cæſar comitia Francofurtum indicta tranſtulerat. Hic vero de negotiis, quæ in conuentu nupero Vormatienſi in incerto relicta erant, cum præſentibus multa induſtria æque ac prudentia ad Dominicam vsque *Eſto mihi* anni poſteri MCCCCXCVII egit; ſigillatim compoſitionem ſuper certis quibusdam debitis, de quibus *Alberto* Saxoniæ Duci, cum *Maximiliano* Imperatore, eiusque filio *Philippo* certatio erat, poſt multos habitos tractatus, tandem die XVIII Nouembr. feliciter fecit; & cum inter conuentionis dictæ capita eſſet, vt certorum quorundam locorum poſſeſſio, vna cum reditibus & vectigalibus, ſibi Capituloque Moguntino traderetur, Duci *Alberto*, eiusque heredibus, in caſu moræ ſiue neglectæ ſolutionis, permittenda, biduo poſt *Othonem* de *Langen*, Canonicum Moguntinenſem, delegauit, qui ea in poſſeſſionem acciperet, vt ex litteris fiduciariis, quas in codice noſtro ſæpius iam dicto in lucem protuli, patet: quibus ſequentes ad *Philippum* hic addere non ab re erit. *Illuſtriſſime Princeps, Conſanguinee noſter dilecte Pro executione eorum, que nuper in opido Lindavv concluſa fuere, ad Illuſtriſſimam Dilectionem veſtram, ac etiam Illuſtrem Principem, Dominum* Albertum *Saxonie Ducem, pertinentia, circa que cum partim nobis onus iniunctum ſit, & pro bono concordie per nos ſuſceptum, mittimus Honorabilem Dominum* Ottonem *de* Langen, *Canonicum eccleſie noſtre, Conſiliarium & fidelem noſtrum nobis dilectum; quem placeat circa commiſſionem ſibi a nobis datam benigne & clementer audire, & pro nunc fidem habere. Quod tum vtile, tum Excellentie veſtre dignum eſt, & nobis gratum, ne diligentie & labores fruſtra dilabantur. Si quid enim pro augmento dignitatis, ſtatus, & excellentie veſtre noſtra opera & ſtudio noſtro afferre poſſumus, officium noſtrum impendere non intermittemus. Felix ſemper valeas Illuſtriſſima Excellentia veſtra; cui & nos offerimus & commendamus. Date in opido Lindavv XX Nouembr. MCCCCLXXXXVI.*

6) Tandem anno poſtero MCCCCXCVII, dominica *Eſto mihi* decretum comitiale ſua firmauit ſubſcriptione. Vid. *Müllerus* l. d. ſect. III cap. V p. 23 & cap. XXXI p. 119. Hoc, alia inter, ipſi poteſtas facta, Ordines conuocandi, ſi qua res incideret, quæ dilationem vsque ad Comitia Vormatiæ ad dominicam *Miſericordias Domini* habenda haud pateretur. Vid. *Receſſus Lindauienſ.* § VIII, *Müllerus* l. d. cap. XI p. 53.

& Vormatienſibus intereſt. 7) Cum dies celebrandis iis illuxiſſet, adfuit in Vangionibus (*Müllerus* l. d. ſect. IV cap. I § 3 p. 142) & poſt ferias Chriſto inferos triumphanti, cæloſque adſcendenti ſacras maſculam ad Ordines habuit orationem, qua næuos Imperii tam libere, quam vere expoſuit iuxta redarguitque. Legi poteſt ea apud *VVenckerum* in apparatu Archiuorum p. 70 & ſeq.

8) Tum vero ſubſidium pecuniarium, Cæſari condictum, *communis denarii* vulgo notum appellatione, non ipſe ſolum pro rata explicuit, verum etiam ciuitates ad ſymbolas repræſentandas non ſine quadam animi contentione (*etvvas hiziger meynung*) hortatus eſt. *Matthæus Neidhart* & *Clemens Reichlin* in litteris ad Wilhelmum Beſſerer, die Mercurii, Margaretæ virginis ſollemnitatem præcedente, datis apud *Dattium* lib. III rer. German. cap. X n. 3 p. 593. — Edit. I p. 873

defunctorũ ex fraternitate S. Martini curam habet. 9) Inter hæc vero primum Clero per ciuitatem & diœceſin Moguntinam, litteris die VI menſis Maii datis & in codice noſtro luci expoſitis, mandauit, vt in monaſteriis, ædibus ſacris, & ſacellis vigilias & Miſſas pro omnibus ex *fraternitate S. Martini* defunctis, ſingulis annis feria ſecunda poſt dominicam *Lazaro*, vel ſi feſtum celebre in eandem incideret, die proxime ſequenti religioſe celebrent ac decantent.

Societatem S. Martini inſtituit. 10) Deinde etiam peculiarem inſtituit ſodalitatem, quam a diœceſis Moguntinæ patrono, D. *Martino*, Epiſcopo Turonenſi & Confeſſore, *Societatem S. Martini*, vernacula *S. Martins-brüderſchaft vnd geſellſchaft*, appellari voluit. Potiora cuius ſtatuta cum noſſe interſit, ea huc afferre placet. Fuere autem hæc; Caput ſocietatis huius quolibet tempore ſit, qui rebus Moguntinis præeſt, Archiepiſcopus. Ab eo ſocii cooptentur. Nemo autem in ſodalitatem hanc recipiatur, niſi maioribus antiquæ nobilitatis ortus (*von 4 anchen zum ſchild vnd helm geboren*) Quisque illorum quolibet anno die patrono in faſtis ſacra, in honorem Dei, gratamque beneficentiæ D. *Martini* memoriam, pauperem quendam veſtiat: die paraſceues vero domi ſuæ quendam cibet. Quisque item Ordinis geſtet inſignia. Ea ſint ex argento puro, pondere minimum ſelibrali, Diuique *Martini* equo inſidentis, ferroque chlamydem diuidentis, referant imaginem, cetera icunculis angelorum ſemiformium, ſiue pectore tenus effictorum, manibusque rotas tenentium, ſint cincta. Geſtet autem ea, quotiescunque aulam frequentet Electoralem, tum vero in ſollemnitatibus Principum, aliisque diebus genialibus, feſtis item eccleſiæ celebrioribus, præcipue vero die D. *Martini* memoriæ & honori dicato; & ea quidem in pectore, ante oculos omnium, non operte. Quoties id neglexerit, & a fratrum ſiue ſodalium quopiam de eo fuerit commonitus, ei pauperum in eleemoſynam ſex pendat nummulos, *Hallerorum* appellatos notione. Luſionibus, ſaltationibusque parum decoris ſi ſorte vacet, ea deponat. Tabularum vero, quibus fraternitas hæc inſtituta, firmataque, datum eſt, *Moguntia die S. Ioannis Baptiſta MCCCCXCVII*, vt in codice Diplomatico videre eſt. Vix dubitandum, quin ea originem dederit mori, quem etiamnum Canonici Capitulares Moguntiæ obſeruant, *clinodia* ſcilicet *Martini* (*S. Martins Kleinod*) de pectore pendula geſtandi.

inter fratres Rieneccios rem... 11) Inde, ne Comites Rieneccios, *Reinhardum*, *Thomam*, & *Ioannem*, fratres, de herciſcundis bonis paternis negotium diſtraheret,

de hereditate paterna composuit. fieret, ipſorum rogatu, Vormatiæ Saturni poſt vinculorum B. Petri memoriam, rem ita compoſuit, vt caſtris, terris, clientelis *Reinhardo*, quod naſcendi ordine primus eſſet, adſignatis, *Ioanni*, natu minimo, quinquaginta, *Thomæ* vero centum & quinquaginta florenos annui cenſus attribueret. quod cum iſte non minus quam ille ratum haberet, hereditati paternæ iurato tum renunriarunt.

ſacellum Erpacenſe ad parochialis faſti evehit. 12) Domum reducem compellabat *Eraſmus*, Pincerna Erpacenſis & Bickenbaci Dynaſta; id depoſcens, vt ſacellum arcis Erpacenſis parochialis dignitate ac iuribus cohoneſtaret. Ad id enim vsque temporis loci incolis atque inhabitatoribus ſacrorum cauſſa eundum erat Michelſtadium. quod cum illis, belli præſertim tempore, tum maxime Eraſmo ipſi ac gynæceo illuſtri, moleſtum erat, quod locus iſte alterius ditioni erat ſubditus. Has preces cum æquas eſſe Bertholdus perſpiceret, ſacellum iſtud, tabulis die menſis Decembris XV confectis, a Michelſtadienſi ſeparatum parochialis ad dignitatem erexit, proprioque inſtruxit Curione.

Friburgi 13) Poſtero, qui Chriſti naſcentis MCCCCXCVIII fuit, Cæſaris in obſequium paratus, *Cæſari præſto eſt in comitiis,* Friburgi ad diem decreto Wormatienſi præſtitutum affuit, ac ad opem ſaluti publicæ ferendam nil fecit reliqui. *Mullerus* l. d. ſect. IV cap. IX § 3 p. 156.

Cæſaris diploma Alberto Saxoni datū aſſenſu ſuo firmat. 14) Sigillatim, cum *Albertum* Saxonem, *Animoſi* cognomento illuſtrem, Cæſar Friſiis Gubernatoris hereditarii titulo atque auctoritate, diplomate XX menſis Iulii die edito, imponeret, Bertholdus adiecto alio, die D. Iacobo ſacra ſignato, teſtatus eſt, id ſe bono totius reipublicæ ſuo aſſenſu probaſſe. Conſ. *Mullerus*, qui rem omnem, *Vbbonem Emmium* ſecutus, curate exponit, ſimulque diploma Cæſaris Alberto conceſſum affert, l. d. cap. XLVII p. 565 & ſeqq.

cum Brandenburgenſi & Wirtembergenſi nouum init fœdus. 15) Et cum in iisdem Comitiis de pacis publicæ ſanctimonia denuo actum fuiſſet, iſti hoc magis ſtabiliendæ, biduo poſt, die videlicet menſis Iulii XXVII, cum *Friderico*, Marchione Brandenburgenſi, & *Vlrico*, qui Eberhardi iunioris in locum ſucceſſerat, Duce Wirtembergenſi, tredecim in annos mutuum iniit fœdus. *Dattius* l. d. lib. V cap. III n. 5 p. 796.

IX Cleri ſynodum egit anno MCCCCXCIX, in qua perorauit ſupra in *ſynodū agit.* Adolfo II (*leg. I § VIII*) laudatus *Greſemundus*, & cum gentium omnium ſententia & exemplo ſacerdotalis ordinis dignitatem explicuiſſet, adiungit: *Conſulite, quæſo, vobis Patres, conſulite animabus veſtris & conſcientiæ tranquil-*
180 *litati: Cogitetis ipſi, quantum ſceleris ſit ſacroſanctam religionem negligi, pollui, violari; tantum honoris gradum per flagitium inquinare, ſeque tanta dignitate reddere indignum. Cogitate tam dicta veſtra quam facta eſſe palam ac omnium oculis paſſim expoſita. Cogitate Deum optimum maximumque nihil non videre: eſſe memorem fandi ac nefandi. Iuſtum inſuper in illo die tremendo ac inexorabilem iudicem futurum. Etenim quis eſt tam vecors, qui cum in cælum ſuſpexerit, aut Deum eſſe non ſentiat, aut cum Deum eſſe intellexerit, non intelligat, eum delictis noſtris ad iracundiam concitari, & meritas quemque* * *pœnas inflicturum? Si enim bonus eſt Deus, credendum vtique eſt, mala noſtra illi diſplicere. Si omnipotens, quid prohibet eum, quo minus iram ſuam exerceat, & in nos animaduertat? Si iuſtus, nihil relinquet impunitum. Iuſtitia enim eſt, reddere vnicuique quod ſuum eſt. Verum cum idem etiam miſericors ſit, nonne leuius, nonne tolerabilius eſt, miſericordiam eius quam iuſtitiam experiri. Quare poſt habitam de commiſſis pœnitentiam & ſatisfactionem, poſt confirmatum deinceps abſtinendi propoſitum, exorandus eſt nobis altiſſimus, vt & præteritorum obliuiſcens & futura ſtabiliens, vltionem, ſi quam iuſte parauerat, miſericorditer auertat.*

* vnicuique

ſacelli Blickenrodenſis nomen immutat. 1) Quid offendiculi iam ſub initium anni huius ſuſtulerit, loquuntur litteræ, quas in codice protuli Diplomatico. Erat ſcilicet in villa *Blickenrode* ſacellum, quod vulgo *ſacer panis* appellabatur. Id nominis cum rei deſignatæ minime conueniret, ceteta vero videretur abſonum, Abbas & Conuentus cœnobii Bursfeldenſis rogabant, vt alia Bertholdus id inſigniret appellatione. Has ille preces haud ſegnibus excepit auribus, quin litteris II Ianuarii die datis in poſterum *Capellam corporis Chriſti & glorioſæ Virginis Mariæ* id vocari voluit, ſingulisque ac omnibus, qui eo venerabundi ſupplicatum irent, vel ad eius inſtaurationem liberali ſtipem porrigerent manu, quotiescunque id facerent, XL dierum conceſſit indulgentias.

Hennebergenſi & filiæ Alberti Brandenb. conſanguinitatis facit gratiam. V. cod. Dipl. 2) Diebus ſecutis *VVilhelmo*, Comiti Hennebergenſi, & *Annæ*, *Alberti* Achillis, Marchionis Brandenburgenſis & Principis Electoris filiæ, auctoritate a *Iuliano*, Epiſcopo Oſtienſi, per litteras Romæ XIII Kal. April. ſignatas, Papæ mandato ſibi delegata, conſanguinitatis fecit gratiam, tabuliſque Moguntiæ III menſis Iulii die datis matrimonii contrahendi eisdem dedit poteſtatem.

fœderi Sueuico rurſus nomen dat. 3) Anno dein ſequenti, qui MD orbi chriſtiano illuxit, fœderi Sueuico, Eslingæ duodecim in annos prorogato, primos inter nomen dedit, vt, quod ſemper fecerat, & nunc cum communi cauſſa ſeſe coniungeret. Docuit id tabulis, tum feſto purificationis Mariæ confectis, & ex ἀρχείῳ Eslingenſi in lucem prolatis *Dattius* l. d. lib. II cap. XVIII p. 349 & ſeqq.

Vt Regimentum Imperii inſtitueretur, ſuadet,

4) Poſtea, cum Auguſtæ Vindelicorum eſſet in Comitiis, Cæſari omni ſuaſit modo, vt peculiarem quendam Senatum, *Regimentum Imperii* poſt appellatum, ad conſeruandam pacem & defenſionem Imperii, cum poteſtate exequendi, inſtitueret. *Mullerus* lib. I des Reichs-tags-Staats von anno 1500, cap. I § 4 p. 11. Et perſuaſit tandem, obtinuitque, vt Maximilianus id genus Senatum ad ſex tum conſtitueret annos. De præſide vicario, adſeſſoribus, ordine, poteſtateque, huius loci non eſt, vt agamus; conferri poterunt iuris doctores publici, aliique, *Dattius* præcipue lib. III rer. Germanic. cap. XII p. 599 & ſeqq. *Mullerus* l. d. cap. II & ſeqq. p. 12 & ſeqq. Id tamen huc afferre non ab re erit, Ordinatione, quæ vulgo *die Regiments-Ordnung* dicitur, tum conſtituta § XIII fuiſſe ſtatutum, vt Bertholdus, qua S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, *Cancellariam Regimenti* Secretariis aliisque Officialibus rite inſtruat; cetera vero, qua Elector, primo trimeſtri Senatus huiuſce adſeſſor ſit, § V.

Cæſarique perſuadit.

Auguſta ædi SS. Vdalrici & Afræ conſecratæ.

5) Has inter curas, ad pontificia conuerſus munia, Cæſare, quamplurimisque ſacræ rei Antiſtitibus, Principibusque ſollemnitatem præſentia ſua cohoneſtantibus, ædem monaſterii *SS. Vdalrici* Epiſcopi & *Afræ* martyris denuo ibidem excitatam eximio plane cæremoniarum apparatu conſecrauit; omnibusque eam feſtis eccleſiaſticis celebrioribus, aliisque diebus deſignatis pia rectaque voluntate inuiſuris, tum vero ad eam ſartam, tectamque ſeruandam, vel ad res eiusdem ſacras, vaſa, ornamenta, libros, idque genus alia ſtipem manu liberali ſparſuris, quotiescunque id fecerint, quadraginta dierum condonauit indulgentias. Diploma ipſum dedi in codice Diplomatico.

Indulgentias parochiali Eichſtadienſi

6) Pari beneuolentia, cum, domum reuerſurus, Eichſtadium perueniſſet, parochiali, quæ ibidem *D. VValpurgi* dicata eſt, die menſis Septembris XVIII, & poſt Nerolingam delatus, die X Octobris Capellæ, quæ illic in æde FF. Minorum *D. Annæ* honori ſacra; id fecit gratiæ, vt ſingulis eas pio animi affectu frequentaturis liberalem pœnarum conferret relaxationem.

& ſacello D. Annæ Nerolingæ confert

Norimbergæ adſidet Regimento Imperii.

7) Anno, qui hunc excepit, MDI nil prius habuit, quam vt Norimbergæ, quo ſecundum ordinationis Auguſtanæ conſtitutionem profectus erat, ſalutem tranquillitatemque Imperii publicam omni promoueret ſtudio; primum præſens ipſe; poſt, cum domum abiret, relicto, qui iuxta cum ceteris in medium conſuleret, *Ioanne Kuchenmeiſter*, viro eximia religionis ac prudentiæ fama claro. Vid. *Mullerus* l. d. cap. XXI p. 222.

Indulgentiis ibidem populum ad preces pro pace promouet.

8) Ante tamen, quam domum repeteret, proni rurſus in promouendis religionis operibus animi dedit documentum. Cum pacis publicæ diſciplina Cæſari æque ac fœderis Sueuici ſociis, ſi qua alia res, curæ eſſet, ſtatutum fuit, vt in omnibus fœderatorum terris, quothebdomadibus die Mercurii tempore ſerotino æris Campani pulſu ſignum ederetur; quo audito quisque ad Deum pro conſeruando pacis bono pias funderet preces. Ad eam vt populus Norimbergenſis hoc magis excitaretur, Senatus ciuitatis rogabat, vt gratuitis criminum condonationibus multitudinem Bertholdus prouocaret; qui haud cunctatus, ſingulis ac omnibus ad iſtum æris Campani pulſum orationem dominicam, vel angelicam ſalutationem, vel aliam precatiunculam pio animi affectu ad Deum, Superosque miſſuris de iniunctis pœnitentiis octoginta dierum contulit indulgentias. Tabulas ipſas hac fini XIX die menſis Martii editas reperies in codice noſtro ſæpius iam dicto. Edit. I p. 880

Fœdus init cum Philippo Palatino.

9) Nouo dein fœdere res firmaturus ſuas, anno ſequenti MDII cum *Philippo* Palatino, validis tum viribus Principe, ſibique vicino, auxilii mutui cauſſa, ſingulari ſocietatem iniit fide. Res, vt tabulæ fœderis docent, peracta Herbipoli, Iouis poſt dominicam *Innocanit* dictam.

Cæſari, aduerſus Turcos auxilia petenti, reſpondet.

10) Cæſare vero per eosdem dies Ordines, ſigillatim vero Septemuiros, auxilium aduerſus Turcos præſentaneum poſtulante, Collegas ipſe Geilnhuſam conuocauit; quo profecti, re conſiliis inter ſe non minus, quam cum ſuis diu multumque agitatis diſcuſſa, Maximiliano reſpondere, ſtudium omne ſe liberaliter ac prolixe ipſius voluntati delaturos, ſi modo & alii Principes, Regesque, opibus firmi, vires ſuas aduerſus eos conferre haud detrectentur. Turcorum enim potentiam in tantam iam magnitudinem excreuiſſe, vt vix ſpes ſit, frangi eam poſſe, niſi coniunctis Principum chriſtianorum conſiliis iuxta auxiliisque. Vid. *Mullerus* l. d. lib. II cap. I p. 237 & ſeqq.

cum Collegis renouat die Churfürſten Verein.

11) Simul vero ad defenſionem mutuam, iuriumque Septemuiralium conſeruationem ſe obſtrinxere, pacto, quod vulgo *die Churfürſten-Verein* dicitur, renouato, datisque primum inuicem dextris, tum vero iurisiurandi religione conceptis verbis interpoſita firmato. *Idem* l. d. cap. II p. 246 & ſeqq.

Conuentum agit Herbipoli.

12) Ceterum, rebus Imperii ſic exigentibus, tum placuit, ſi Cæſar interea Ordines haud euocaret ad Comitia, nouum conuentum ad diem OO. SS. Gelnhuſæ inſtituere, eoque Principes, Ciuitatesque inuitare. *Idem* l. d. cap. III p. 260 & ſeq. quem tamen poſtea Herbipoli agere viſum; quo etiam Bertholdus ſe contulit. *Idem* l. d. cap. V p. 266 & ſeq.

Cæſari indignanti ſe excuſat.

13) His vero, aliisque quibusdam odioſis ſuſpicionibus Maximilianus adeo accenſus indignatione eſt, vt iras ſat graues aduerſus ipſum in pectore volueret. Quod poſtquam Bertholdus reſciit, litteris Aſchaffenburgi Veneris poſt ferias Domini natalitias datis, Cæſariq; per certum tabellarium tranſmiſſis, ſuam teſtatus innocentiam, petiit, nolit maleuolorum inſimulationibus aurem præbere; quin potius oſtenſo, qua re culpæ quid contraxiſſe viſus ſit, poteſtatem faciat, de ea ſe purgandi.

14) Cæſare, anno MDIII ſequenti, reſpondente, ex eo ſibi motam indignationem, quod ipſe potiſſimum is eſſe videatur, per

quem

Edit. I. p. 880 quem ſteterit, quo minus in comitiis vsque huc atque conuentibus publicis quidpiam ex ſententia, vſuque Imperii confectum fuerit: aliis Bertholdus, Moguntiæ poſt dominicam *Quaſimodogeniti* ſignatis, queſtus eſt, cum ſuis ipſe officiis ac obſequiis nil minus commeritus ſit, quam id genus offenſam, hoc maiori eam ſibi dolori eſſe atque ægritudini. Egiſſe ſe in comitiis cum Ordinibus; ſed optima fide, nec aliter, quam Principem Electorem decuerit. Inde nec ſuorum conſiliorum ſe agere pœnitentiam. Salutem certe, tranquillitatemque Imperii penſi ſemper ſeſe habuiſſe; ideoque petere, Cæſar, circumſpectis iis omnibus, rationibusque ſubductis, iram deponat. Sin vero nolit, paratum ſe eſſe, coram Electoribus, Principibus, ac Ordinibus, quibuscum in comitiis egerit, ſuorum rationem reddere conſiliorum. Quin, ſi ne ſic quidem ſibi ſatisfactum putet, ſe coram Collegis Septemuiris (vt moris quidem ſit, vetuſtæque in Imperio conſuetudinis, ſi quid Regi rei ſit cum Electorum quopiam *) cauſſam dicturum: in horum auctoritate ſe futurum, his ſe polliceri ac ſpondere.

* *Wie das in ſolchen fellen vnd ſachen, eines Romiſchen Konigs wider einen Kurfurſten geburlich, vnd im Reich von alters herkommen.*

quam nis fruſtra. 15) Sedenim, & has incaſſum mittebat preces. Cæſar enim irritatior, quam vt preſſa indignatione iis acquieſceret, reponebat, Electoribus, ad quos vtique primum pertineret (*dahin die anfänglich gehöret*) ſe rem permiſſurum; ceterum vero in comitiis propediem habendis, quas iratum habeat rationes, vberius explicaturum, ipſique ſimul ad dicta ſatis abundeque ex animi ſui ſenſu reſponſurum.

Septemuiris rem enarrat. 16) Quare Bertholdus, Saturni poſt feſtum corporis Chriſti, Collegis Septemuiris cauſſam omnem per litteras enarrauit, maximo vnumquemque obteſtatus opere, ne hoc negligerent negotium; acerbum quippe ſibi eſſe, ac intolerandum fere videri, immerentem ſuſpicione iſta oblata premi. Litteras huc pertinentes habes in codice Diplomatico, ſingulas quidem ac omnes.

Moguntiæ de rebus Imperii agit. 17) Interea vero de fide, ſtudioque erga rem communem nil quicquam remiſit, ſed in conuentu Electorum ac Principum, qui per eosdem dies Moguntiæ agebatur, ſi quis alius animum ad ſalutem publicam, dignitatemque Ordinum conſeruandam retulit. Indicio ſunt litteræ, quas Electores, Principes, abſentiumque legati dominica corporis Chriſti ad Cæſarem, de tollendo iudicio Camerali ſiue Imperiali, non ita pridem Ratisbonæ inſtituto, dedere, *Müllerus* vero l. d. cap. VI p. 271 & ſeq. in lucem protulit.

Septemuiris Conuentum indicit. 18) Enimuero, dum his, aliisque inſiſteret curis, Cæſar ipſi pariter ac ceteris Electoribus certa per certos legatos proponebat capita. Primum erat, de conuentibus illorum hactenus inſtitutis, quos ægre ferebat: alterum, de Comitiis, quæ proxime vel Coloniam vel Aquasgraneas indicere vellet; tertium, de Philippo filio in Electorum Ordinem cooptando. Quæ cum communem poſcerent deliberationem, ipſe contentione omni ſublata Collegas Francofurtum inuitauit; quo cum menſe Nouembri veniſſent, & de his contuliſſent conſilia, placuit, quid ſentirent, Cæſari viciſſim per legatos exponere. *Müllerus* l. d. cap. VII p. 275 & ſeqq. Simul vero de rebus quibusdam aliis, Imperii tum dignitatem tum tranquillitatem ſpectantibus, actum, vt l. d. pluribus videre eſt.

19) De reliquo, cum probe perſpiceret, eſſe Germanis, quorum emendationem a Curia peterent Romana, pleraque nationis, vt vulgo vocant, grauamina ſua ipſe per hos dies conſignauit manu. Teſtem do *VVimphelingum*, iſtius ſcriptorem ætatis, qui, dum ea profert, diſerte ſcribit: *Huiuscemodi, maioraque grauamina (quæ ad Sedem Apoſtolicam Aeneas vult eſſe referenda) Bertholdus Hennebergenſis, Pontifex & Princeps Moguntinus ſapientiſſimus, cum ſæpe ac multum animo reuolniſſet, audiens cum ſolido gaudio, Franciſcum Senenſem ad ſumma Sedis Apoſtolicæ faſtigia pro meritis nuper exaltatum, ſciensque, eum nobiliſſimæ noſtræ nationi vehementer affectum, mox propria manu pleraque conſignare cœpit, quorum ab eius Sanctitudine vel remedia vel leuamina pro diuini cultus noſtræ nationis incremento, ſeſe impetraturum confidebat.* Tom. II Freher. p. 696. *grauamina nationis Germanicæ conſignat.*

20) Iuit poſt ipſe ad Cæſarem, Auguſtæ Vindelicorum commorantem, omnemque animi dolorem Imperii poſt habuit ſaluti, debitoque erga caput illius obſequio. Vid. *Müllerus* l. d. cap. XVI p. 354. In via vero Eſlingæ, ipſis Kalend. Decembr. *Ioannem Somerungen*, Decretorum Doctorem, Canonicum ad D. Seueri, & Sigilliferum Erfurtenſem, *Henningi Gôde* in locum academiæ Erfurtinæ dedit Vicecancellarium; quod ἐν παρόδῳ notare intererit. *ad Cæſarem proficiſcitur Auguſtam.*

21) Pluribus ipſe tum Cæſari, quid Electoribus videretur, declarauit, acceptoque poſt reſponſo, eisdem anno ſubſequenti MDIV ad dominicam *Lætare* conuentum edixit Aſchaffenburgum; quem cum agerent, Maximilianum Veneris poſt dominicam dictam denuo rogarunt, Comitia non Coloniam aut Aquiſgranum, ſed vel Francofurtum, vel Vormatiam vel Herbipolin indiceret, ad eaque ipſe veniret, ni velit fructum illorum intercipi. *Müllerus* l. d. cap. XVII p. 364 & ſeq. *Septemuiris nouum indicit Conuentum.*

22) Quin belli mole Palatino tum imminente, alia Electores conuocatione Moguntiam ad ferias Pentecoſtales inuitauit. Cauſſa erat, quod ſuppetias Philippus ex fœderis poſtularet lege. Vti vero probe perſpiciebat, quammaximis Imperium calamitatibus inuolutum iri, ſi res belli committeretur aleæ, cenſuit, Cæſarem rogandum, vt poſitis armis vel transactioni amicæ faciat locum, vel ex officio iubeat, vt partes in ius ambulent; Philippum recepiſſe, Cæſaris ac Electorum iudicium ſeſe paſſurum. *Idem* l. d. cap. XVIII § 16 p. 406 & ſeq.

23) Bipontino, Wirtembergenſi, Haſſo aliis- *bello contra*

Palatinum ſe non implicat.

aliisque poſt agrum Palatinum armis infeſtis depopulantibus, ipſe, has belli ciuilis flammas execratus, Aſchaffenburgi quietiſſime ſe continuit, nec quid mouit, cum iisdem diebus *VVilhelmus*, Haſſiæ Landgrauius, diffiditiis ab *Eberhardo*, Pincerna Erpacenſi, quocum diffidebat, occupato caſtrum Bickenbach, quod a tutela Archiepiſcopatus Moguntini pendebat, ſuæ feciſſet poteſtatis; mandato cum litteris dominica feſtum Corporis Chriſti ſubſecuta datis ſignificaret, tanti Moguntino id haud futurum fraudi. Edit. I p. 880 v. cod. Dipl.

X Dietherus (l. *Bertholdus*) vero *pænitentium domum*, de qua lib. I cap. XXXI, conſtruxit: S. Ruperti prope Bingium collapſam diſciplinam reſtituit; Bleidenſtadienſe S. Ferrutii cœnobium in Canonicorum collegium, Pontificis aſſenſu, commutari non repugnauit: reliquiarum ſarcophagos ſex in S. Albani æde anno MDIII inuenit: arcem Niderulmenſem exſtruxit.

quamplura cœnobia reformauit.

1) Immo, aliis adhuc rebus operibusque nominis ſui famam æternum propagauit. Præter enim quod quamplura cœnobia ad priſcam diſciplinæ normam redegit, ſanctimonialium quidem Werdæ, Katlenburgi, & Fridelſcæ anno MCCCCLXXXIV, Wormelæ anno LXXXVI, D. Catharinæ Francofurti LXXXVIII, Tertiariarum Butisbaci & Bermerodæ an. XCIV, veſtalium Franckenhuſæ an. MD, FF. Minorum Fritislariæ an. MDIV; ædem ipſe *D. Mauritii* memoriæ ſacram inſtaurauit; arcem vero Moguntinam variis ædificiis, turribus etiam, amplificauit pariter atque excoluit. Indicio ſunt inſignia Hennebergenſia, in iis hinc inde etiamnum occurrentia. Nec dubium eſt, quin turrim ad ædem *D. Quintini*, ſpeculam itidem agri Moguntini & Naſſouienſis infra vrbem in dextro Rheni latere limitaneam exſtruxerit. Videas enim & iis inſerta illa ipſa inſignia, & quidem in ſpecula adiecto anno MCCCCLXXXIX.

multa ædificia inſtaurauit, extruxit, excoluit,

2) Ceterum quod ad domum *Pænitentium*, monaſterium *D. Ruperti* iuxta Bingam, & *S. Ferrutii* Bleidenſtadenſe, vide, quæ ſupra n. 2 ad § VI, n. 19 ad § V, n. 9 ad § VII dixi.

3) Pacis vero quum eſſet amantior, quam belli, aliorumque iniurias plerumque vlciſceretur patientia, quod nobiliſſimum alioquin vincendi genus eſt, factum, vt vicini, Palatinus maxime, clerum omnem per diœceſin multos annos multis afficeret damnis, malisque aliis; quæ qui curatius noſſe cupit, *Trithemium* adeat, qui ea in chronico Hirſaug. ad an. MDIV in compendio recenſet.

XI Denique anno MDIV, die * XIX Decembris, non anno MDV, vt in *Bruſchio* eſt, viuendi finem fecit. Fuerat autem anno illo tanta vini copia, vt menſura non amplius quam quatuor obolis emeretur: ſicuti & primo eius Archiepiſcopatus anno, adeo vt non defuiſſe dicantur in MS. ruſtici, qui, vt nouum acciperent, vinum vetus effuderint, & murorum cæmentum vino temperarint. Videat eius, qui volet, in eccleſia maiore monumentum.

quo genere morbi obierit.

1) Obiit ex morbo turgentium puſtularum, vt idem *Trithemius* l. d. an. MCCCCXCVI p. 563 eundem appellat, ſiue *der böſen blaſen*, vt *Maximilianus* vocat in conſtitutione aduerſus blaſphemos anno MCCCCXCV promulgata (vid. *Müllerus* ſectione II des Reichstags-Theatri ſub *Maximiliano I* cap. XLVI § 24 p. 472 & ſeq.) Id non *Bruſchius* modo prodidit in catalogo, ſed *Spangenbergius* etiam chron. Henneb. l. IV cap. XXIII p. 159, & *MS.* germanicum, qui *FF. Eremitis* eſt Moguntiæ; qui tamen addit, patientia illum compoſuiſſe animum, & vsque dum exoptata vitam finiret morte, iſtam corporis ægritudinem toleranter pertuliſſe.

* Obiit autem die Decembris XXI, non XIX, vt auctor h. l. memorat. quo conf. epitaphium, quod his n. ſequenti 2 ſubiunxi.

tumulatur in æde maiori.

2) Tumulatus eſt peruigilio natiuitatis Domini. *Cuſanus* l. d. in veſtibulo chori ferrei, ante altare *S. Chriſtophori*, quod nunc ex marmore nouum, ſimulacro *matris doloroſæ* affabre ex ære fuſo exornatum eſt. Lapis, qui tumbæ impoſitus, rubro ex marmore, ſuperat, cum hac, circum figuram Epiſcopalem exſculptam, inſcriptione: *Bertoldus Archiepiſcopus Moguntinus, Comes de Henneberg. Obiit XXI Decembr. anno MDIIII.*

monumenti ſitus.

3) Monumentum vero, de quo auctor, eſt ad columnam, in ichnographia ædis ſummæ littera L. ſignatam, cum ἐπιγραφῇ, quam reperire eſt in libello *de Epitaphiis*. *ſitum.*

laudatur.

4) Inſignia ab ætatis iſtius ſcriptoribus elogia tulit. Viuens quidem ab auctore *chronici terræ Miſnenſis* p. 69 hoc; *Qui ſucceſſit in Præſulatu memorata Moguntina eccleſia Dominus* Bertholdus *de* Henneberg, *Decanus eiusdem eccleſiæ, valde (vt famabatur) facundus & prudens, ac in rebus gerendis ſtrenuus & ſerioſus.* & p. 72 *Similiter Dominus* Bertholdus *de* Henneberg *Archipræſul Moguntinus, doctor inſignis, pacificus, amator iuſtitiæ, pauperem vt diuitem per ſe audit, cauſas diſcutit, & quantum patitur æquitas, celeri fine negotia ſeu ſimultates terminat, monaſteria reformat, poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ alienatas pro poſſe recuperat, ſtationibus ſolemnibus cleri intereſt, auctoritatem in caſibus reſeruatis in foro animæ Mendicantibus denegat; propter quod illi ſoli ei detrahunt, cunctis eum laudantibus.* Mortuus vero a *Trithemio* ſequens; — *Qui fuit in principatu ſuo vir magnæ auctoritatis & prouidentiæ, ingenii ſubtilis, & promptus eloquio, experientia multa, patientiſſimusque laborum. Eccleſiam Moguntinam, quam ære alieno grauatam reperit, vt plurimum ex oneribus debitorum tempore ſui regiminis liberauit. Verum in his Clerum & clauſtrales inconſuetis ſubuentionibus moleſtiis grauauit.* chron. Hirſaug.

Edit. I pag. ſing. p. 627 ; A *Spalatino* item hoc ; *Ein vveiſer ehrlicher Churfürſt , vnd der es mit dem H. R. Reich treulich vnd vvol gemeint hat , vnd in groſſen lob vnd ruhm vieler fürtreffliehſten leut , auch nach ſeinem tod , vnd ſonderlich meines gnedigſten Herrn , Herzogen Friederichs zu Sachſen Churfürſten ſeblichen gevveſt.* Hiſtor. von Churfürſt *Ernſten*, parte III des neu - eröffneten Hiſtoriſch - vnd Politiſchen Archivs p. 25.

XII Huius tempore fuit ille , qui in catalogo a *Tritbemio* ſic deſcribitur : *Ioannes de Oderheim , Paſtor eccleſiæ diuæ Catbarinæ in Oppenbeim , non longe a Moguntiaco , ſacræ Tbeologiæ Baccalaurius , vir tam in diuinis Scripturis quam in ſecularibus litteris egregie doctus, ingenio ſubtilis & clarus eloquio , in declamandis ad populum ſermonibus celeberrimæ opinionis. Scripſit multos & varios tractatus , quos necdum in lucem venire paſſus eſt. Sermones quoque per anni circulum & de variis materiis multos & elegantes compoſuit. Epiſtolas tam ad me , quam ad alios ſcripſit eloquii venuſtate compoſitas. Multos denique veterum auctorum tractatus in vernaculam linguam de latino ſermone conuertit, non minori eloquentia, quam repperit , ſi tamen Teutonicæ linguæ lepos & ornatus concedatur ineſſe. Vide ex bis* Tullium *de natura Deorum , quem tranſtulit ad inſtantiam ſtrenui militis Friderici Camerarii Dalburgii non minus eleganter quam docte.* Auguſtinum *quoque de ciuitate Dei ad eundem Fridericum transferre incepit , & XII ferme libros conſummauit. Alia quoque multa ſcripſit & tranſtulit , quæ ſuo tempore in lucem ventura ſunt. Viuit adbuc ſenectute bona in Oppenbeim , varia ſcribens , ſub Maximiliano Rege , anno Domini, quo iſta ſcripſimus , MCCCCXCV.* — de Ioanne ab Oderheim.

XIII Dedicauit huic Archiepiſcopo D. *Bernardus a Breidenbach* Metropolitanus Decanus Moguntinus ſuum illud , quod cum Solmenſi Comite *Ioanne*, nobilique viro *Pbilippo* de *Bicken* confecerat , quodque *Adricbomio* & aliis crebro citatur , Hieroſolymitanum iter. in cuius præfationibus inſignes Archiepiſcopi dotes, peregrinationis illius ſacræ vtilitatem , ſuæque ipſius vitæ correctionem attingit. & hanc quidem ſic : *Ego Bernardus* de *Breidenbacb* , *inſignis metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ tunc quidem Camerarius , nunc vero etiam Decanus immeritus , fatear neceſſe eſt , quo ceteris exemplo fiam ; poſteaquam diu, prob dolor , laſciuiori ætate reſpexi in vanitates & inſanias falſas , tandem deſuper quaſi de graui ſomno expergefactus , cogitare cœpi vias meas , & conuertere pedes meos in teſtimonia Dei : atque poſt multa vana , vane experta , tempus adeſſe ratus ſum , quo quod bonum eſſet , & ſaluti accommodum tenerem , & amplecterer.* — de Bernh. a Breidenbach — 881

IACOBVS.

I

E *Liebenſteinia* Sueuorum ſtirpe ſatus , ad Metropolitani Collegii Decanatum peruenerat*, excellente vir probitate, doctrina, & virginitatis laude. Fuit die XXX Decembris † anno MDIV ad Archiepiſcopale gubernaculum admotus : neque eſt , quod in eo a quoquam culpetur , niſi quod ad taxillorum ludum fuiſſe putetur aliquanto propenſior.

Si NISI *non eſſet , perfectus quilibet eſſet :*
Sed pauci viſi , qui caruere NISI.

nobiliſſima ortus familia, 1) Nobiliſſima omnino in Sueuis ad Kocharum gente ortus fuit Archipræſul IACOBVS. Paſſim enim *Liebenſteinios* inter eximiæ auctoritatis , priſcæque virtutis Equites ac Nobiles occurrere videas. v. libellus germanicus *von der Fränckiſchen Ritterſchaft* , quem *Struuius* e mſcr. parti I *des neuen eröffneten Hiſtoriſch - vnd Politiſchen Archivs* n. XI inſeruit , p. 233. *Ioannis* de *Liebenſtein* mentio fit inter auxiliarios Comitis Wirtembergenſis aduerſus Eslingenſes anno MCCCCXLIX , apud *Dattium* lib. I de pace Imperii publica , cap. XV p. 118 ; *Alberti* & *Rabani* de *Liebenſtein* , ad ædem metropolitanam Moguntinenſem Canonicorum (quorum ille an. MCCCC . . iſte an. MCCCCLXIX obiit) in *Syllabo* noſtro *pleniori* ſectione VI p. 397 ; *Ioannis* , *Simonis* , *Petri* , & *Bernbardi* de *Liebenſtein* inter ſocios fœderis Sueuici , vulgo *S. Georgen - Schilds* , anno MCCCCLXXXVIII , apud *Burgmeiſterum*, im Reichs - Ritterſchaftlichen corpore Iuris n. XXIII p. 110. Alios taceo.

2) Parentes , quos habuit , maioresque ipſe, in Canonicum recipiendus , ſequenti expoſuit ſchemate.

- IACOBVS *de* Liebenſtein *Archiepiſcop.*
  - Petrus *de* Liebenſtein.
    - Petrus *de* Liebenſtein.
      - Conradus *de* Liebenſtein.
        - Albertus *de* Liebenſtein.
        - N. N.
      - Hofwarthin *de* Kircheim.
        - Hofwarth *de* Kircheim,
        - N. N.
    - Agnes *de* Lichtenſtein.
      - N. *de* Lichtenſtein.
        - N. *de* Lichtenſtein,
        - N. N.
      - N. *de* Nothaſt.
        - N. *de* Nothaſt.
        - N. N.
  - Agatha *de* Kaltenthal.
    - N. *de* Kaltenthal.
      - N. *de* Kaltenthal.
        - N. *de* Kaltenthal.
        - N. N.
      - N. N.
        - N. N.
        - N. N.
    - N. *de* Neuhaus.
      - Bertholdus *de* Neuhaus.
        - N. *de* Neuhaus.
        - N. N.
      - N. *de* Gemmingen.
        - N. *de* Gemmingen,
        - N. N.

fit Decanus Moguntinus * 3) Decani metropolitani honores conſecutus fuit anno MCCCCXCVII, *Bernhardi* de *Breidenbach*, fato ſuo functi, in locum ſuffectus. *Helvvichius* elench. nobilit. eccleſ. Moguntinæ ſect. II p. 16, & *Syllabus* noſter *plenior* ſect. II p. 3■5.

& Archiepiſcopus. † 4) Bertholdo ſurrogatus fuit *Luna*, poſt D. Thomæ Cantuarienſis ferias, die XXIX Decembr. celebratas. Sic namque Cuſtos & Collegium ædis maioris ad Vicedominum, Burggrauium, & Ciuitatem Moguntinenſem: *Daſs vvir* vff heut *den Hochvvurdigen Furſten in Gott Vatter vnd Herrn*, *Herrn* Iacob *von* Liebenſtein, *vnſern Dumdechant*, *zu einem künfftigen Ertzbiſchoff vnſers Stifts zu Mentz ervvelet* &c. Datum autem harum litterarum eſt, *Montag nach S. Thomas tag Cantuarienſ.*

inuitus quidem, 5) Inuitus autem, vt *Dieffenbachius* in catalogo manuſcr. ait, & repugnans Archiepiſcopatum ſuſcepit. *Innite intrans*, vt *Cuſanus* infra in ephemeridib. mſcr. loquitur.

homagium 6) Cum a populo Moguntinenſi ſacramentum de more acciperet, aderant, miſſi a Collegio, *Adolfus Ravv* de *Holzhauſen*, Scholaſticus, *Vlricus* de *Schechingen*, *Petrus Nothaſt*, & *Ioannes* de *Haſſtein*, omnes ad ædem principem Canonici. *accipit.*

7) Inde ad curas ſtatim conuerſus publicas, anno ſequenti MDV die XXVII Ianuar. *Ioannem*, Epiſcopum Sidonienſem, Suffraganeum Erfurtinum, *Ioannem Someringen*, ad D. Seueri Erfordiæ Canonicum, & Sigilliferum, *Iacobum Doleatoris*, dictæ Collegialis Decanum, *Simonem Volzecken*, eiusdem Cantorem, Doctores, & *Ioannem* de *Heringen*, ad B. M. V. Cantorem, Decretorum Licentiatum, *iudices generales & executores ſtatutorum prouincialium* per Thuringiam & terminos Præpoſituratum B. M. V. & D. Seueri conſtituit. *generales per Thuringiam inſtituit iudices.*

8) Tum vero quartam oppidi *Klingenberg*, quod ad dextram Mœni ripam ſitum eſt, partem, quam *Philippus* Palatinus a *Philippo*, Comite Hanouienſi, ſibi comparatat, bonis Archiepiſcopatus, iuſta legitimaque emptione, *partem oppidi Klingenberg emit.*

quæ

vid. *ſupra ſchema in Gerhardo II p.* 621.

Eberha
Dominus de
occurrit ab an. 1357 ſolus
a) † an.
b) vx. 1) *Agnes*, f. *A*
occur. an. 1363 -- 13
c) 2) *Lucardis* d
cum qua Dynaſtiam *Falcke*
occur. an. 1376.

d) Godefridus,
ſator lineæ Eppenſteinio-Münzenbergenſis.
occur. ab an. 1392 vſque ad 1437.
e) vendidit an. 1424 ſatrapiam *Steinheimenſ.* eccleſiæ Mogunt.
f) † an. 1437, ſepultus Eppenſteinii.
g) vx. *Iutta*, f. *Adolfi*, Comitis *de* Dietz, & *Iutta* Comitis *de* Naſſau.

ſa

h) Adolfus,
i) *Canonicus Moguntinus & Præpoſitus ad D. Barthol. Francof.*
k) † an. 1433.

h) l) Godefridus,
m) fit Satrapa Höchſtenſis an. 1432.
Conſiliarius Theoderici an. 1442.
n) † an. 1466.
o) vx. 1) *Margareta*, f. *Philippi*, Comitis *de* Hanau.
p) 2) *Agnes*, f. *Dieterici*, Domini *de* Runckel,
& *Anaſtaſia*, Comitis *de* Wied.
d. anno 1451. vixit adhuc anno 1481.

l) Eberhardus.

q)
acceq

Godefridus
de *Eppenſtein*, *Dominus* de *Münzenberg*, & *Comes* de *Dietz*,
inueſtitur an. 1466, Veneris poſt Thomæ.
fit Conſiliarius Haſſiacus an. 1477.
transfert feuda ſua in agnatum Eberhardum an. 150 . .
v) † an. 1522, d. 24 Decembr.
vltimus ſuæ lineæ.
x) vx. *VValpurgis*, f. *Ioannis* Rhingrauii, vidua *Cunonis*, Comitis *de* Solms.
d. a *Godefrido* an. 1479.

occur. an. 1
aa) occur. q

a) Henrich, Cune; *vnd* Pridderich, *gebrüdere* von Nurode, *irkennen mit dieſem brieffe, ſoliche Manleben, als dem Edeln Herrn, Herrn* Ebirhart, *Herrn* zu *Eppinſtein*, „*ſeligen* — 1392, *in die Epiphan. Domini.*

b) *Nos* Eberhardus, *Dominus* de *Eppenſtein* — *profitemur* — *in cuius rei certitudinem pleniorem nos & Nobilis* Agnes, *collateralis noſtra* — 1363, 6 *Kal. Iun.*

Wir Adolf *Grave* zu *Naſſauwe*, Margaretha *Gravinne daſelbs, vnſere liebe eliche Frauwe, verieben vnd bekennen vffentliche vmb alſoliche gelt, das mit namen iſt* 1200 *punt Heller, Menzer werung, das wir dem Edeln, vnſerme lieben Sone*, Ebirhart, *Herren* zu *Eppinſtein, noch ſchuldig ſin von alſoliches hinderſtelligen geltes wegen, als wir ym mit der Edeln, vnſer lieben Dochter*, Agneſen, *mitdegaben* — 1364, *feria 6 proxima poſt feſtum Paſche.*

Wir Vlrich, *Herre* zu *Hanauwe, bekennen, als der Edle Herr*, Ebirhart, *Herr* zu *Eppinſtein, vnd Frauwe* Agnes, *ſine eliche Frauwe, vns das Gericht* zu Grindauyve *by* Geilhuſen *gelegen, verkauft han* — 1369, *Iouis poſt purificat. B. V.*

Ich Iohann, *genant* Maſpach, *Burgraffe* zu *Frauwenſtein, bekenne*, — *daſs ich dem Edlen* — *Herrn* Eberhart, *Herrn* zu *Eppinſtein, zu dienſte vnd zu liebe* — *die kore gegeben vnd gethan han von ſolichs guts wegen, das ich vnd Herr* Iohann *ſelige, myn Oheim, etwann vmb denſelben mynen Herrn, vnd ſine eliche Husfrauwe* „*ſeligen, recht vnd redlichen bezalt vnd gekaufft han zu Maſſenheim gelegen* — 1374, *die natiuitatis S. Ioan. Bapt.*

c) Conf. inf. lit. x)

Wir Ebirhart *Herr* zu *Eppinſtein, wir* Luckart, *ſin eliche Frauwe, vnd wir* Godfrid *ire Sone* — 1389, *ſabbato poſt Matthei.*

d) Vid. lit. *c)* præcedens.

Ich Cune *von* Hatſtein *der eldeſte bekenne, daſs der* — Gotfrid *Herr* zu *Eppenſtein von mir geleiſt hat* — *die* Hartmud Huſer *von* Hoenberg *zu Burgleben hatte von dem Edln myn lieben Herrn* „*ſeligen, Herrn* Eberhart *H. z. Eppenſt.* — 1392, *Dominica* Quaſimodogen.

e) Vid. *Serarium* auctorem in *Conrado III* § 4 n. 26 p. 736, *& p.* 740.

f) Si epitaphio ſtandum, quod *Winchelmannus* parte 2 chron. Haſſ. cap. 4 p. 145 nobis dedit, mortuus eſſet an. 1438. Sic enim id habet: *Anno Domini MCCCCXXXVIII feria tertia poſt feſtum S. Matthie Apoſtoli ob. Nobilis Baro Domicellus* Godfridus *ſenior, Dominus* in *Eppenſtein. Cuius anima requieſcat in pace.* Sed enim, cum filius heres iam an. 1437, ſabbato ante Bonifacii, bona, quae a Sedis Moguntinæ tutela pendebant, fide clientelari receperit, vix dubitandum, quin in epitaphio hoc pro 1437, deſcribentis forte vitio, legatur 1438.

g) *Wir* Engelbrecht, *Graffe* zu *Naſſauwe, Herr* zu der *Lecke vnd* zu *Bredauwe, vnd wir* Godfridt *Herre* zu *Eppinſtein, vnd* Iutte *von* Dyeze, *Frauwe* zu *Eppinſtein*, Gotfrids *vergen. eliche Husfrauw, dun kunt, alſo als ſeliger gedechtniſſe der Edele* Aylff, *etwan* Graffe *zu* Naſſauvve *vnd zu* Dyeze, *vnſer* Engelbrechts *vergen. Bruder, vnd vnſer* Godfrids *vnd* Iutten *vergen. Sweher, Herre vnd Vater, dem Gott guedig ſin wolle, nuwelichen dodes halben abegangen &c.* 1420, *die viſitationis B. V.*

† *Ich* Elſe *von* Eppenſtein, *etwan* Frauvve *von* Falckenſtein *vnd zu* Münzenberg, *bekenne* — *ſo als vnſer lieber Herre ſelige vnd Huswirt, Herr* Philips *von* Falckenſtein, Herr *zu* Münzenberg, *leider von dodes wegen verfaren iſt* — 1407, 11 *Maii.*

Wir Wernher *Erzb. zu Trier, Herr vnſer Graffſchaft* Falckenſtein *vnd* Münzenberg, *erkennen* — *vmb ſoliche* 1000 *fl. als die Edel, vnſer liebe Swegerin*, Elſe *von* Eppenſtein, *etwanne* Fravv *von* Falckenſtein *vnd zu* Münzenberg, *vns vnd vnſerm Oheim*, Philips, *Graven* von *Falckenſtein, dem Gott barmhertzig ſiin wolle, hinmal* — *gelauwen hat* — 1409 *vltima Februarii.*

Wir Gotfryd *Herre* zu *Eppenſtein*, Iutte, *vnſer eliche Husfrauwe, bekennen* — *alſo, als vns, vnſerm Bruder, Swager, vnd Suſterchin*, Eberhart *zu* Eppenſtein, *vnd* Annen, *ſiner elichen Husfrauwen, vnd ir erben vfferſterben ſin* 2 . . . *gulden von vnſer Mumen vnd Swegern von Schwartzburg, vnd* „Suſtergen *von* Falckenſtein, *vnd Herrſchaft von* Mynzenberg, *nach inhalt der teylungs-brieffe daruber gegeben* — 1422, *dominica* Vocem Iucunditatis.

h) Ailf *vnd* Godfrid, *Gebrüder, Herrn* zu *Eppenſtein* — *als vnſer Vater* Godfrid *H. z. E.* — *Datum Wiene* 1424.

i) Vid. *Syllabus* noſter *plenior* ſectione 6 p. 355.

k) Sepultus Moguntiæ in periſtylio maioris, teſte ἐπιγραφῇ, ſcuto *Eppenſteinenſi*, ibidem ſuſpenſo, inſerta: Adolfus *de* Eppenſtein, *Canonicus Moguntinus, ob. MCCCCXXXIII.*

l) *Wir* Godfrid, Eberhard, Iohann, *vnd* Wernere, *Gebrüdere* von Eppenſtein — *bekennen* — Ita illi in litteris, quibus an. 1437 Conuentum *Frr. Ord. Regular.* in *Hirtzenhain* inſtituerunt.

m) *Wir* Conrad *E. z. M.* — *bekennen, daſs wir den Edlen* Gotfryt, *Herrn* zu *Eppenſtein, des Edlen*, Gotfrids, *Herrn* zu *Eppenſtein Son* — *zu vnſerm vnd vnſers Stifts Amptmann zu Hoeſte geſatzt vnd gemacht han* — *Dat. Hoeſte am Montag nach S. Peters tag ad vincula*, 1432.

n) *Wir* Eberhard *von* Eppinſtein, *Herr* zu *Konigſtein, bekennen, daſs der* — Craft *von* Bellersheim *vns gebeten hat, ihm ſolch lehen zu leihen, das er von dem eltern* Godfrid *H. z. Eppinſtein vnd* zu *Münzenberg, vnſerm lieben Vetter* „*ſeligen gehabt* — 1466, Dienſtag nach Egidii.

o) *Wir* Philips *Grav* zu *Hanau, der iung, bekennen* — *nachdem in zyten dem Edeln* Godefrid *H. z. Eppenſtein vnd zu Mynzenberg, vnſerm lieben Swager ſeligen, Iungfrauwe* Margareth, *gebern Tochter vnd* Grävinne *zu* Hanauvve, *vnſere liebe Waſt ſel. vermählet* — *als die ge-*

Digitized by Google

...
...
... ſtein,
... que ad 1391 incluſiue.
... 1391.
... Comitis Naſſouii,
... † iam an. 1374.
... Falckenſtein,
... familiæ ſuæ adſeruit.
... 1389, 1391.

Eberhardus,
... *Eppenſteinio-Königſteinenſis.*

† Eliſabetha,
vx. *Philippi de Falckenſtein.*
occur. an. 1407, 1409. † iam an. 1422.

l) Ioannes,
... *Canonicus Moguntin. & Præpoſitus Francofurt.*
... nuntiat an. 1462 omni hereditati auitæ,
... fratre *Godefrido* penſione 200 aureor. annua.
... vixit adhuc an. 1478. † iam an. 1480.

l) Wernherus,
Dominus de *Ziegenberg.*
s) † an. 1462,
ſepultus Butisbaci ad D. Marcum.

Lucardis,
t) vx. *Friderici* Wildgrauii *de* Daun,
Rhingrauii *in* Stein.
d. an. 1420.

y) Ioannes,
... z.) probat Treueri an. 1480.
... *Canonicus Colonienſis* an. 1493.

Agnes,
bb) *ſanctimonialis in Berbach,*
velata an. 1466.
cc) vixit adhuc an. 1479.

welche zwei ebeleuth ohne leibs-erben abgegangen — 1478, *Mercurii poſt Margarete.*

p) *Ich* Dieterich, *Herr* zu *Runckel*, *vnd ich* Godfrid *von* Eppenſtein — *alſo daſs ich* Dieterich — *die Edle* Agneſe, *geborne von* Runckel, *meine liebe Tochter*, *dem obgeſchriebenen* Godfrid — *zu einem elichen weib gegeben*, *die ich* Godfrid *von* Eppenſtein *mit ganzem willen auch alſo genommen* — 1451, *dominica* Exaudi.

Magnifico Domino — Godfrido *Domino* de *Eppenſtein*, *ac* D. Agnete *contborali* — *fratribus & ſororibus eorundem*, *Ordinis Seraphici benefactoribus*, *deuotiſſimus* Fr. Iohannes *de* Capiſtrano, *Ordinis minimus & indignus*, *heretice prauitatis generalis Inquiſitor* — *Dat. Francof.* 25 *Octobr.* 1454.

q) Vid. *Syllabus* noſter *plenior* ſectione 6 p. 356.

r) *Wir* Godfrid, *H. z. E. vnd wir* Iohann *zu* Eppenſtein, *Dumherr* — 1478.

Nachdem ich in forderung gein Herrn Iohann *von* Eppenſtein *seligen*, *Dumherrn zu Menz* — 1480.

s) Indice epitaphio, quod ita habet: *Anno Domini MCCCCLXII viceſima menſis Iulii ob. Nobilis* (&) *Generoſus Dominus* Wernherus *de* Eppenſtein, *Dominus* in *Menzenberg*, *cuius anima requieſcat in pace. Amen.* Vid. *Winckelmannus* l. d. p. 186.

t) *Es iſt zu wiſſen*, *daſs vff hude mit* — *willen vnd beliebniſſe des* — *Hern* Conrads *E. z. M.* — *vnd Iungherre* Gotfriden, *Hern* zu *Eppenſtein*, *ein fruntſchafft*, *hynlich*, *vnd e betheydinge* — *vnd gemacht iſt*, *als zwiſchen dem Edeln Iunghern* Friederich, *Wiltgrave* zu *Dhune vnd Ringrave* zu *dem Steine*, *des obgen. vnſers gn. Herren von Menze Brudern*, *vnd Iungfrauwe* Luckart *von* Eppenſtein, *des obgen. Iungher* Gotfrids *eliche Tochter* — 1420, 5 *feria poſt diem S. Martini.*

v) Sic enim diſerte legas in prima ſtatim pagina veteris cuiusdam *Eppenſteiniorum* libri Copialis; *Godefridus III iſt geſtorben vff Chriſtabend* 1522. Sepultus eſt Moguntiæ in æde D. *Stephani*, in qua viuus adhuc ſibi lapidem erigi curauit, cum hac ἐπιγραφῇ: *Anno Domini MDXX* ..... *iſt geſtorben der Wolgeborne Herr*, *Herr* Godfrid, *Graf* zu *Diez*, *Herr* zu *Epſtein vnd zu Munzenberg. Bitt derſelbigen vnd allen glaubigen Seelen Gott vmb ein Pater noſter.*

x) *Wir* Cune *Graf* zu *Solms bekennen*, — *ſo als der* — Iohann, *Wildgraf* zu *Daun* vnd *Kerburg* — *vnſer lieber Swaher*, *die Edlen* Walpurgen, *Ringreſin daſelbs*, *ſeine Tochter*, *vns zu einer elichen Husfrauwen vertrauwet* — 1457.

Wir Walpurg, *geborne* Ringrevin, *Grevin* zu *Solms*, *Witwe* — 1479, *die conuerſionis Pauli.*

Wir Walpurg, *geborne* Ringrevin, *Frauwe* von *Eppinſtein* 1479, *die Aegidii.*

Nupta autem fuit *Godefrido*, pronubo *Henrico* Haſſiæ Landgrauio; id quod ipſe, quem dixi, *Godefridus* profitetur in litteris an. 1480 die Paſchatos ſignatis; *Wir* Godfrid *Herre* zu *Eppenſtein vnd* zu *Munzenberg bekennen* — *Nachdem der Hochgeborne Furſte* — Henrich *Landgr.* zu *Heſſen* — *durch ſiner Gn. erbare Rethe*, Iohan Schenck *von* Svveinsberg, *Marſchalck*, Hanſen *von* Walbron, *den eltern* — *ein ſacrament der heil. ee beredt vnd beſleſſen haben zwiſchen der Wolgebornen* Walpurgen, *geborn* Ringräffin, *vff die zit gelaſſen Wittwen Graffen* Cunen *von* Solms *ſel. mit rathe vnd byweſen ihres Vettern* — Philipſen *Grav* zu *Hanauwe*, *des eltern*, *vnſers lieben Swagers ſel. an einem*, *vnd vns am andern teil*; *alſo daſs wir dieſelbe* Walpurgen *zu einer ehelichen Gemaheln*, *vnd ſie vns auch alſo han vnd nehmen ſollen*; *daruf ſo ſin wir zu Francfurt* — *zuſammen vertraut*, — *vnd darnach zu Eppenſtein* — *beygeſchlaffen* —

y) Vid. ſupra lit. r)

z) In *teſtimonio Nobilitatis*, ei, cum an. 1480 Treueris Collegio principi cuperet adſcribi, a *Philippo* Comite Naſſouio-Saræpontano, & *Ludouico* Comite Iſenburgico-Büdingenſi, dato ſic legas: *Vnd des* Iohanſen *Anherr*, *gemeldt* Godfrids *Vater*, *hieſſe auch* Godfrid *Herr* zu *Eppenſtein*; *vnd deſſelben* Godfrids, *ſeines Anherrns*, *Husfrauw vvar eine geborne* Grefin *von* Diez, *genant* Iutta; *vnd des gemeldten Beweiſers Vatters Vatters Mutter vvar eine geborne* Frauvv *von* Falckenſtein, *genant* Luckard; *vnd des Beweiſers Vatters Mutter Mutter vvar eine geborne* Grefin *von* Naſſau, *genant* Iutta. Et in alio, ratione matris, eidem tum temporis a *Reinharde*, Comite *de* Leiningen, & *Dieterico* de *Runckel* dato: *Daſs der* — Iohann *von* Eppenſtein, *von der* — Agneſen *von* Runckel, *ſeiner Mutter*, *ehelich geboren iſt*, *vnd ihr Vatter hieſs* Dieterich, *vnd vvare ein* Herr *zu* Runckel; *vnd deſſelben* Dieterichs *Vatter hieſſe auch* Dieterich, *ein* Herr *zu* Runckel, *vnd deſſen Husfrauw*, Iohanſen *von* Eppenſtein *Vhranfrauw*, *vvare eine Tochter von* Witgenſtein, *genant* Iutta, *vnd des Bewveiſers Mutter Mutter vvar eine geborne* Grefin *von* Wiede, *genant* Anaſtaſia, *vnd derſelben* Grefin *von* Wiede *Mutter vvar eine von* Iſenburg, *genant* Cunigundis —

aa) *Als irrung ervvachſen ſein zwiſchen den Wolgebornen Herrn* Iohanſen, *Dhumherrn zu Colln*, *eins*, *vnd Herrn* Gotfriden, *gebrudern*, Herrn *zu* Eppenſtein *vnd zu* Minzenberg, Graven *zu* Dietz, *andern teils* — *Martis poſt* vocem Iucunditatis 1493.

bb) *Wir* Godfrid, *Herr* zu *Eppenſtein* vnd *zu Münzenberg* — *Als vnſer liebe Mutter vnſere liebe Swveſter*, Agnelen, *mit wiſſen* — *vnſer lieben Vettern*, Eberhards *von* Eppenſtein, Herrn *zu* Konigſtein, *vnd* Dieterichs, *Herrn zu Runckel*, *in das Cloſter zu der* Berbach *gethan hat*, *dem allmechtigen Gott* — *vnd S. Clara zu lob vnd zu ehren* — *zu dienen* — 1466.

cc) *Wir* Catharina, *Abbtiſſin* — *zu der* Berbach *bekennen*, *nachdem der* — Godfrid *H. z.* *Eppenſtein* vnd *zu Munzenberg vns* — 20 *fl. als von ſiner Swveſter wegen*, *zu geben verſprochen* — 1479.

Eberhardus

Digitized by Google

Ferner iſt beredt, ob dem obgen. — von Weynſperg, *itzunt dem altern, ſein ehlich Gemahel todes halben abegienge — vnd derſelbe — ein ander Gemahel neme, vnd mit derſelben, oder der itzigen ſeinem ehelichen Gemaheln ehelich Mans-erben von* Weynſperg *gewonne verlies, ſo ſolt das obgemelt Frewelin mit den* 3000 *gulden zugelts geſetiges vernugen, vnd von der Herrſchaft Weynſperg abgeſchieden ſein — Moguntiæ ſabb. poſt feſtum D. Martini* 1498.

v) Vid. ſupra lit. *e*)

v*) *Helwichius* mortuum dicit an. 1509, vt *Syllabus plenior* ſectione 6 p. 356 docet. Eſt tamen, cur dubitem, & ſerius aliquanto fatis functum coniiciam.

x) Vid. ſupra lit. *e*)

y) *Wir* Berthold *E. z. M. — Thun kunt — daſt wir zwiſchen den Wolgepornen —* Heinrichen *Graven vnd Herren zu Stolberg vnd Werengerod, als von wegen Graf* Botten *ſeines Sons, an eynem, vnd der Wolgeb. Frauw* Ludvvigen *von* der Marck, *Witwen, vnd* Eberharten *von* Eppenſtein, *beiden Frawen vnd Herrn zu Konigſtein vnd Myntzenberg — als von wegen irer Tochter vnd Sweſter,* Anna *genant, am andern teyl, ein heyrat, hinlich, vnd Sacrament der heil. ehe abgeredt vnd beteydinget haben, wie hernach folgt. Nemlich ſollen die obgedachten Graff* Bott *von* Stolberg, *vnſer Neve, vnd* Anna, *vnſer Niſſtel von Kunigſtein, nachdem ſie einander beſichtigt vnd gefallen haben, einander zu dem Sacrament der heil. ehe — nemen, halten, vnd haben — Ferner, ſo ſollen vnd wollen vnſer Niſſtel vnd Neve von Kunigſtein zu* Anna *irer Tochter vnd Sweſter* 5000 *gulden an golde — fur zugelt vnd hymſteuer geben — Vnd nachdem beid obgemelt teil den tag vnd zeit des handſchlags vnd ehelichen beyſchlafs zu vnſerm beſcheidt geſtalt, ſo haben wir beiden teilen deshalb einen tag ernant vnd angeſetzt, vnd thun das hiemit, nemlich vff Sontag nach S. Dorotheen tag ſchirſt kompt, alsdan gegen dem abent zu Butzbach oder Kunigſtein zu ſein — des Montags darnach den handſchlag vnd ehelichen beyſchlaff zu volnbringen — Dat. Dinſtag nach Katherine Virg.* 1499.

Digitized by Google

Eberh…
Dominus de…
vx. 1) *Agnes*, …
2) *Lucardis* …

Godefridus.

Eberha…
ſator lineæ Eppenſtein…
diuiſionem cum fratre an. 1433 ſer. …
a) † ſub a…
b) vx. *Anna*, f. *VValtheri* de *Cron…*
d. an. 1…

c) Eberhardus,
fit Vicedominus Aſchaffenburgenſis an. 1458.
primus ciuitatis Moguntinæ deuictæ Præfectus an. 1464.
d) † an. 1475.
e) vx. *Anna*, f. *Adolfi*, Comitis *de* Naſſau.
deſp. an. 1425. d. an. 143..

f) Waltherus,
Dominus in *Breuberg*,
occur. ab an. 1434 vſque ad 146..
cooptatur a Theoderico an. 1452 in Conſi…
g) † iam an. 1468.

n) Philippus,
fit Satrapa vrbis Moguntinæ an. 1478.
† an. 1481.
o) vx. 1) *Margareta*, f. *Vlrici* Comitis Wirtembergenſis.
d. an. 1469. † iam an. 1471.
p) 2) *Ludouica*, Comes *de* Marck.
d. an. 1472. vixit adhuc an. 1499. * p)

Margareta,
q) vx. *Philippi*, Comitis *de* Rieneck.
d. an. 1460.

r) Eberhardus,
Comes in Königſtein & Dietz, *Dominus in Eppenſtein*, *Müntzenberg*, *& Breuberg*.
aliquot annos Locumtenens Moguntin.
† an. 1537, vltimus ſui ſtemmatis,
ſepultus in cœnobio *Hirzenhain*, quod abauus an. 1437 excitarat.
s) vx. *Catharina* de *VVeinſperg*, d. an. 1498. † an. 1538.

v) Philippus,
Canonicus Moguntinus.
v*) † an. 151..

a) *Wir* Friderich — *bekennen*, *daſs vor uns kommen iſt der Edel*, Eberhart *von* Eppenſtein, *Iungherre* zu *Konigſtein*, *vnd legt uns fure von* Eberharts *von* Eppenſtein, *Herre* zu *Konigſtein*, *ſins Vatters wegen*, *wie daſs die nachgeſchrieben leben vnd guter* — *vnd bat vns*, *daſs wir ſinem Vatter dieſelbe guter* — *zu verleiben* — *geruheten*, *wann er ſin Vatter obgen. kranckheit halben ſins libes nicht gelegen were*, *ſoliche ſelbs zu fordern* — 1442, *ſabbato poſt Iacobi Ap.*
Wir Friderich *Rom. Konigk* — *bekennen*, — *daſs vns die Edeln* Eberhart *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Konigſtein*, *vnd* Walter *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Bruberg*, *gebrudere* — *gebeten*, — *daſs wir yn dieſe nachgeſchriebene leben* — *ſo ir* „*Vater ſeliger* — 1444, Martis poſt Palmarum.
b) *Kund* — *daſs eine fruntſchaft vnd ee beredt vnd betedinget iſt zuuſchen dem* — Eberhard, *Herrn* zu *Eppenſtein*, *vff ein ſyte*, *vnd Iungfrawen* Annen, *Herrn* Walthers *von* Cronenberg *ſel. Tochter*, *vff die andere ſyte* — 1403, *feria quinta in vigilia exaltationis S. Crucis.* Conf. *Codex Diplomaticus.*
c) Eberhard *von* Eppenſtein, Eberhard *vnd* Walther, *ſine Sone* &c. 1434.
Wir Reinhard, *Grave* zu *Hanau*, Bernhard *vnd* Iohann, *Graven* zu *Solms*, Wernher *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Münzenberg*, „Eberhard *vnd* Walther, *gebrüder* von *Eppenſtein*, *Herrn* zu *Konigſtein vnd* zu *Bruberg*, *bekennen* — 1448, *Lune poſt Ambroſii.*
d) *Ich* (ita capiuus quidam) — *vnd ich nach abgang des obgemeldten mines gnedigen Iunckern ſeligen* (Eberhards) *in des Wolgebornen Iunckers* Philips *von* Eppenſtein, *Herrn* zu *Konigſtein*, *ſiner Gnaden Sone* — *hand zu Konigſtein geſtalt worden bin* — *Datum* 1475, *am Samſtag nach* Letare. Vixit autem *Eberhardus* adhuc d. 21 Ianuarii anni huius 1475.
e) Vid. ſchema genearchicum in *Adolfo II* lit. q) p. 778 *b)* & infra lit. *r*)
f) Vid. ſupra lit. *e*)
So han wir Walther, *des obgen.* Eberhards *Son*, *vnd wir* Luckard *vnd* Maria, *Tochtere des gemeldten Herrn* Eberhards — 1434.
g) Eberhard *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Konigſtein thun kund*, *daſs wir vnſerm lieben Bruder* „*ſelig*, *dem Got gnade*, „ Walthern *von* Eppenſtein, *Herrn* zu *Bruberg* — 1468.
h) Vid. ſupra lit. *f.*)

i) *Wir* Eberhard *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Konigſtein*, *bekennen* — *daſs wir ingegeben han den Edeln*, *Schencken* Philips, *Herren* von *Erpach*, *vnd* Luckarten *von* Eppenſtein, *ſiner elichen Husfrauwen*, *vnſerm lieben Eyden vnd Dochter*, *iren Erben* — *vnſer teyl des Schloſs* Brubergk *mit allen rechten* — 1441 *ipſo die B. Lucie Virginis.*
k) Teſtibus litteris, quibus ei maritus *Philippus*, Dominus *de* Erpach, aulæ Moguntinæ Præfectus, h. a. vidualitium conſtituit.
l) Vid. ſupra lit. *f*) n. 1.
m) *Ich* Bernhard, *Grave* zu *Eberſtein*, *vnd ich* Eberhart *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Konigſtein*, *bekennen beide* — *daſs wir* — *ein ee*, *beyradt vnd fruntſchaft zuuſchen vnſer beider Kinder begriffen*, *beredt*, *vnd betedinget haben* — *Zum erſten*, *ſo verſprechen vnd geloben ich* Bernhard *Grave* zu *Eberſtein*, *obgen. vor mich vnd den Wolgebornen minen lieben Sone*, *Grave* Hanſen *von* Eberſtein, *daſs ich denſelben minen Son*, *Grave* Hanſen, *des obgen. Herrn* Eberharts *Dochter*, *Freulin* Merie, *zu einem elichen Manne geben ſoll*, *vnd keine ander* — *Item*, *ſo verſprechen ich* Eberhart *von* Eppenſtein — *daſs ich die obgen. mine liebe Dochter*, *Fr.* Merie, *dem vorgen. Grave* Hanſen *von* Eberſtein, *zu einer elichen wybe geben ſoll vnd will*, *vnd daſs auch dieſelbe mine Dochter den obgen. Grav* Hanſen *von* Eberſtein, *ob er anders inne leben verlybet*, *vnd keinen andern zu irem elichen Manne haben vnd nemen ſolle. Es iſt auch beredt vnd betedinget worden*, *daſs wir* Bernhart *Grav* zu *Eberſtein*, *vnd* Eberhart *von* Eppenſtein — *dieſelben vnſere beide Kinde eliche zuſammen geben ſollent vnd wollent hie zwuſchen vnd Phingſten nehſt kompt uber ein iare* — *Datum* zu Vrbach, *in dem Dorffe*, *an der Bergſtraſſe gelegen*, 1434, Mercurii poſt Pauli conuerſionis.
Ich Bernhart *Grave* zu *Eberſtein* — *bekenne*, *als der Edle* Eberhart *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Konigſtein* — *vnd ich vormals einer gemahelſchaft der heiligen ee zuuſchen vnſer beider Kindere uberkommen ſint*, *nemlich*, *daſs ich Gr.* Bernhart *vorgen. minen lieben Sone Grave* Hanſen *von* Eberſtein, *vnd der obgen.* Eberhart *von* Eppenſtein — *ſine Dochter* Merie — *zu der heil. ee zuſammen gelobt*, *verſprochen*, *vnd verſchrieben haben* — *Des zu vrkunde ſo haben wir* Bernhart *Grav* zu *Eberſtein*, Agneſe *von* Vinſtingen, *ſine eliche Gemahel*, *vnd Grave* Hans *von* Eber-

Digitized by Google

…rhardus,
…de Eppenſtein.
…, Comes Naſſoviæ.
…de Falckenſteinia.

…rhardus,
…-Königſteinenſis.
…4 poſt *Petri ad vincula* inſtituit.
…a. 1443.
…berg, & *Eliſabetha* de *Runckel*,
…a. 1503.

b) Lucardis,
i) vx. *Philippi*, Pincernæ de Erpach,
k) vixit adhuc an. 1459.

l) Maria,
m) vx. *Ioannis*, f. *Bernhardi*, Comitis de Eberſtein,
& *Agnetis* de *Vinſtingen*.
deſp. an. 1434.

…

r) Anna.

r) Anna.

x) Georgius,
† cælebs an. 1527.

y) Anna,
vx. *Bothonis*, Comitis de Stolberg.
d. an. 1500. † an. 1538.

ſtein, *ire beider Sone* — 1435 Lunæ ante diem Galli.

Wir Lodevvigk — *Pfaltzgrave by Rine — Ertzdruchſeſſe* — *bekennen* — *als vns der Edel* Hans *Grave* zu *Eberſtein*, *vnſer Vogt zu Ortenbergh — gebetten hat, ime zu gonnen, eine ſumme geltz, nemlich* 4000 *gulden, vff die Stadt* Goppoltzheim — *die von vns — zu rechtem Manlehen rurat — die Edle* Merge *von* Eppenſtein *geborne, ſin eliche Husfrauwe, zu bewiſen* — Heydelberg in feſto corporis Chriſti, 1442.

Ich Hanſe *Grav* zu *Eberſtein — ſo als der Edel* Eberhart *von* Eppenſtein, *Herr* zu *Konigſtein, min lieber Sweher, ſine Dochter* Merie, *min liebe Husfrauwe, mir zu ein elichen Gemabeln geben hat, vnd der genant min Swehen von miner lieben Vatter ſel.* Bernharten *Graven* zu *Eberſtein* — *des widerfalls des zugelts bewiſet iſt vff dem Schloſt Bochambach* — 1442 *feria 6 poſt corpor. Chriſti.*

n) Vid. ſupra lit. *d)*

Wir Otte *Grave* zu *Solms, zu dieſer zyt in kauffswiſt vff einen widderkauffe, vnd wir* Eberhart *von* Eppenſtein, *Herre* zu *Konigſtein, vnd wir* Philips, *ſin Sone — alle Herrn zu Butzbach* — 1468, ſabbato poſt conceptionem B. V.

o) *Wir* Vlrich *Graffe* zu *Wirtemberg, vnd wir* Eberhard *von* Eppenſtein, *H. z. K. bekennen — daſt wir ein fruntſchafft vnd elichen byrat vnſer beider elichen kinde abgeredt vnd betedingt haben in wiſt hernach geſchriben ſtet; nemlich alſo, daſt wir vorgen. Graffe* Vlrich *von* Wirtemberg *die Hochgeporn Frewlin* Margrethen, *vnſer liebe eliche Dochter, des iugen.* Eberharts *von* Eppenſtein, *H. z. K. elichen Sone, nemlich dem Wolgepornen* Philips *von* Eppenſtein, *H. z. K. zu dem Sacrament der heil. ee geben, vnd er ſie zu ſinem elichen Gemabel nemen vnd haben ſol nach ordnung der heil. Kirchen — Geben zu Stutgarten an S. Agneſen der heil. iungfr. tage;* 1469.

Wir Eberhart *von* Eppenſtein, *H. z. K. vnd wir* Philips *von* Eppenſtein *H. z. K. ſin Sone, bekennen — als der Hochgeporne Herre, Herre* Vlrich, *Grafe* zu *Wirtemberg, vnſer lieber Herre vnd Sweher, vns* Philips *von* Eppenſtein, *H. z. K. Frewlin* Margrethen, *Gräfin* von *Wirtemberg, ſine eliche Tochter, verbyrat hat — vnd wan zu derſelbe byrat vnder andern inhelset, daſt Frewlin* Margareth — *vnſer* Philips *Gemabeln, vff Vaterliche vnd Mutterliche erbe vnd anfelle verzyen ſol* — 1469, *vff Samſtag nach Sebaſt. martyr.*

Wir Eberhart *von* Eppenſtein, *H. z. K. vnd* Philips *von* Eppenſtein — *ſin Sone, bekennen — daſt wir die Hochgeporne Frauwelin* Margarethen *von* Wirtemberg, *vnſre liebe Dochter vnd Gemabeln, bemorgengabt haben vff vnſer beche zu* Rockenburg *vnd* Oppershofen — 1469, Martis poſt Viti. Corrigas ex his *Hubnerum*, qui tab. genealog. 801 eam *Eberhardo* Eppenſteinio nuptui datam vult.

Wir Vlrich, *Grave* zu *Wirtemberg bekennen — als in dem hyrath zwuſchen dem Wolgepornen vnſerm lieben Sone,* Philipſen *von* Eppenſtein, *H. z. K. vnd der Hochgepornen vnſer lieben Dochter, Frauwe* Margarethen, *Grevinne* zu *Wirtemberg, „ſeliger vnd loblicher gedechtnus, vnder andern beredt iſt, daſt die 6000 gulden, die wir derſelben vnſer lieben Dochter ſäligen* — 1471 *Samſtag nach S. Anthonien tag.*

p) *Wir* Eberhart *von* Eppenſtein, *H. z. K. bekennen — daſt wir vff hute date den Welgelarten Meiſter* Iohann Wonneck *von Cube D. zu vnſerm Artz, Rat, vnd Diener vffgenommen haben, alſo, daſt er vns vnd die Welgeporn,* Philipſen, *vnſern Sone,* Ludvviga *von* der Marck, *ſin elich Gemacle,* Anna, *vnſer liebe Tochter,* Barbara *Greſin* von *Eberſtein, vnſer liebe Mungin, vnd ir Kammer-Iungfrauwen, darzu vnſer vnd ir Kammer-Knaben — zum beſten nach ſinem vermogen mit artzeneye — verſehen vnd getruwelich verſorgen ſol* — 1473, Mercurii poſt diem Franciſci.

p*) Vid. infra lit *y)*

q) *Zu wiſſen, daſt vff hute date diſes brieffes eine gantze fruntſchafft der heiligen ee beredt vnd beteidingt — iſt zwuſchen den Wolgebornen vnd Edeln,* Philipſen, *Graven* zu *Rieneck, dem iungen, an eine, vnd* Eberhart *von* Eppenſtein, *H. z. K. von Iungfrauw* Margarethen *ſiner Dochter wegen, am andern teil — Zum erſten, ſo hat* Philips *Grave* zu *Rienecke vorgen. gelobt vnd verſprochen die obgen. Iungfrauwen* Margarethen *zu einer elichen Husfrauwen zu nemen. So hat die genant Iungfr.* Margaretha *ſelber geredt, gelobt, vnd verſprochen, den egen.* Grav *von* Rienecke, *zu einem elichen Gemabel vnd Huſtwirt zu nemen. Vnd iſt beredt, daſt der gen.* Eberhart *von* Eppenſtein *H. z. K. der vorgen. Iungfrauwe* Margarethen *zu dem obgen.* von *Rienecke, zu middegifft vnd heimſture geben ſoll funf tuſent gulden — vnd ſollen die obgenanten — elichen byſchlaffen zwuſchen hie vnd S. Iohannes tag nehſt kompt* — 1460 *vff Mitwochen S. Gregorien tagk.*

r) *Necro-*

Digitized by Google

r) Necrologium *Carmelitarum* Moguntinenſium: *Anniverſarium Nobil. Domicelli* Eberhardi *de* Eppenſtein, *qui alias dicitur de* Königſtein, *ubi habitavit, eiusque uxoris* Anne *de* Naſſau, *amborumque parentum & prolium, nominetenus Domicelli* Philippi, *eorum filii*, Anne & Anne, *filiarum ſuarum.*

s) *Ich* Henrich *von* Allendorff — *Amptmann* — *zu Konigſtein, bekenne, daſs ich von der egen. meiner gnedigen Herrſchafft, vnd von vvegen des Wolgebornen Iungherrn* Eberhard *von* Eppenſtein, *Iungherrn* zu *Konigſtein, als iczo des eldeſten* — *bis ſo lang er zu ſeinen mundigen tag vnd iaren kompt* — 1481, die Laurentii.

tt) Diether *von* Erlenbach — *alſo bekenne ich, daſs auf heut dato die* — *Iungfraw* Loys *von* der Marck, *vnd Fravv zu Konigſtein, vnd die* — Eberhard, Philippe, *vnd* Georg, *Gebrüder*, *von* Eppenſtein *vnd* H. z. K. *ebver Gn. Söhne* — 1483.

u) *Wir* Berthold *E. z. M. bekennen* — *daſs vvir aus ſonderlicher zuneigung, ſo vvir zu den Wolgebornen vnd Edlen, vnſern lieben Neven*, Philipſen *dem eltern*, Herrn *zu* Weinſperg, *des H. R. Reichs Erbkemerer*, *vnd* Eberharten *von* Eppenſtein, *Herrn* zu *Konigſtein vnd Mynzenberg, haben vnd tragen* — *zvviſchen ine* — *ein Sacrament vnd frundſchafft der heil. ehe auff heute* — *abgeredt, vertedingt vnd beſchloſſen haben* — *nemlich zum erſten, daſs der obgen.* — *von* Weynſperg *von ſein vnd ſeiner elichen Gemahel vvegen itzt in vnſerm* — *beyvveſen die Wolgeborn* Katherina, *ſeine eliche Tochter, offentlich gegeben, vnd in vnſer hande dargeſchlagen hat dem obgen. vnſerm Neven von* Konigſtein, *ime die zu eynem ehelichen Gemahelin zu haben. Vnd zu ferner volfurunge* — *dieſer ehe* — *haben beide* — *von* Weynſperg *vnd* Konigſtein *verwilliget vnd zugeſagt, daſs zwiſchen obgenanten eheluten*, Eberharten *vnd* Katherinen, *zum allerfurderlichſten durch ire eigen perſon der handſchlag vnd glubde vnverhindert geſcheen, vnd dornach der kirchgangk vnd beyſchlaff auch zum furderlichſten, ſo erſt das ſein mage* — *folenſtracks werden ſol* —

Digitized by Google

Edit. I p. 880

quæ Heidelbergæ Veneris poſt D. Gregorii ſollemne facta, adiecit.

conſecratur.

9) Poſt, a Pontifice Iulio II litteris pridie Kal. Apil. datis confirmatus, die XX menſis Iulii, in æde maiori ordine Epiſcopali initiatus eſt. Conſecrationis munus eximia ſacrorum ſpecie exequebatur *Thomas*, Epiſcopus Viceomponenſis, Suffraganeus Moguntinus: rei diuinæ ſubſeruiebant *Philippus*, Antiſtes Spirenſis, & *Ioannes*, Epiſcopus Chermoſolitanus, Philippi in muniorum pontificiorum procuratione Vicarius: ceterum promptiſſimo ſtudio ſex adſtabant Abbates, Schônthalenſis, Amorbacenſis, Seligenſtadenſis, D. Iacobi in monte ſpecioſo, Erbacenſis, & D. Ioannis in Rhingauia.

perinſigni comitatu deducitur.

10) Cum ex arce, baſilicam petiturus, prodiret, perilluſtri ſtipatus erat comitatu. Sequebantur enim, præter modo dictos Antiſtites & Abbates, quamplurimi Comites, Dynaſtæ, virique militia, nobilique genere ſpectati. Sacris vero ſuſceptis, pallium, honoris ac dignitatis Archiepiſcopalis inſigne, indutus, inter confertiſſimam affluentium turbam, eadem pompa e templo ad palatium deducebatur; *Adolfo Ravv* de *Holzhauſen*, crucem; *Ludouico*, Comite Iſenburgico-Büdingenſi, enſem præferente. In arce cum gratulantium excepiſſet voces,

magnificum epulum præbet.

munificum Clero, Nobilitati, aliisque præbitum epulum. Ad menſarum primariam ei adſidebant *Philippus*, *Thomas*, & *Ioannes*, Epiſcopi: ad alteram Archiepiſcopatus accumbebant Beneficiarii, Comites, Dynaſtæque: ad tertiam, Abbates; ad quartam, ædis maioris Canonici: ad alias alii. Conuiuarum vero ſi putes numerum, quinquaginta fere ſupra quingentos fuere adhibiti.

litē Eppenſteiniorum componit.

11) Sub finem anni litem, quæ *Eberhardo*, Comiti Kônigſteinii & Diezæ, Dynaſtæ Eppenſteinii & Münzenbergæ, cum *Godefrido*, Dynaſta Eppenſteinenſi, itemque Diezæ Comite, ab aliquo iam tempore de dynaſtia Eppenſtein, parteque Comitatus Diezenſis erat, arbitri fungens munere, Moguntiæ lata compoſuit ſententia. Decreuit autem, vt *Eberhardus* dynaſtiæ Eppenſteinenſis, ceterorumq; in Comitatu Diezenſi iuris Eppenſteinenſis locorum ſolus teneret regimen, ipſoque fatis functo proximus heres: prouentuum vero, fructuum, vectigaliumque, quæ ex iis redirent, partem dimidiam quotannis præberet Godefrido. *Godefridus* caſtrum *Burgſchvvalbach* pro habitatione ad dies teneret vitæ, poſſideretque; ceterum vero rei adminiſtrationem publicæ haud attingeret. Quam ſententiam vterque ipſis D. Luciæ Virginis feriis iurato habuit ratam.

Cum duo hi agnati familiam *Eppenſteiniam* obitu ſuo finierint, non ab re erit, ſecundum promiſſum noſtrum, ſupra p. 625 in *Gerhardo II* factum, reſiduam *ſchematis Eppenſteinii* partem huc afferre.

* * *

Comitiis Colonienſibus haud interfuit.

12) Ceterum comitiis anno hoc Coloniæ habitis, quod *Latomus* vult, ex eoque auctor noſter, haud interfuit; vti ſane nec apud *Trithemium*, nec *Müllerum*, qui ſingulos fere, qui Cæſari tum affuere, enumerant, *ille*, in chronico Hirſaug. p. 628, *iſte*, lib. III des Reichs-tags-Staats cap. III § 2 p. 434. haud occurrit. quin, diplomati de priuilegiis Auſtriæ manu adſcriptum antiqua: *Nota, quod Reuerendiſſimus noſter nedum ſigillauit, neque ſubſcripſit*, » propter abſentiam, *licet alii id fecerint.*

conſtituitur arbiter litis quæ Abbati Limburgenſi cum Leiningenſi erat.

13) Durantibus tamen his Comitiis a Cæſare per litteras iuſſus eſt, *Macarii*, Abbatis Limburgenſis, cauſſam aduerſus *Emichonem*, Comitem Leiningenſem, vtraque parte audita, diſcutere. Audiamus, qui diſtincte hæc nobis narrat; *Trithemium* l. d. *In eodem conuentu Principum Macarius exuſti monaſterii Limburgenſis coram Maximiliano Rege querelam detulit contra Emichonem Comitem de Liningen, accuſans eum & proclamans, vt auctorem incendii, ſimul & ſpoliatorem memorati cœnobii ſui. Verum Rex aliis negotiis regni plurimum occupatus;* Iacobo *Archiepiſcopo Moguntino cauſſam per litteras commiſit abſenti: inter alia præcipiens, vt poſt cauſſæ cognitionem tentaret inter partes pro concordia: quod ſi eas concordare non poſſet, negotium cum actis remitteret.* Et epiſt. XXXI p. 469; *In cauſſis ſuis* (Macarius) *contra aduerſarium ſuum Comitem de Liningen, cuius miniſtri cœnobium Limburgenſe, vt ſcis, ignibus incenderunt, Commiſſarium a Regia Maieſtate obtinuit* Iacobum, *Archiepiſcopum Moguntinum, qui partium allegationibus auditis, teſtibusque, ſi qui fuerint producti, examinatis, inter eos non iure, ſed amice tentabit concordiam. Et ſiquidem res concordare potuerit, bene res acta eſt. Sin vero nequiuerit, quod ego magis credo, totum ad Regem negotium cum actis remittet.*

de monaſterii Limburgenſis origine & fatis.

Quod vero ad monaſterium hoc Limburgenſe, in diœceſi ſitum id fuit Spirenſi, a Benedictini Ordinis inhabitatum cœnobitis; conditum anno MXXX ab Imperatore Conrado II; poſt anno MCCCCLXXXI, reſtituta diſciplina, temporum & morum malignitate collapſa, in meliorem formam redactum opera *Hermanni*, Abbatis ad D. Iacobum in monte ſpecioſo extra mœnia Moguntina, dato fratribus Rectore ſiue Abbate R. P. *Bonifacio*, dicti montis S. Iacobi tum temporis monacho. Igne a Leiningenſibus an. MDIV hoſtiliter iniecto penitus conſumtum, ſequentibus annis paullatim e cineribus reſurrexit, primo ſacræ miſſæ officio anno MDLIV, die XXI Martii, D. Benedicti memoriæ ſacra, in nouo choro ſollemniter celebrato. Non longe poſt vero grauem rurſus rerum, fortunarumque ſubiit commutationem. Quippe anno MDLVI, die XXIII Ianuar. *Otho Henricus* Palatinus, abrogato veteris religionis cultu, de ſtatu, ad quem vix e ſuperiorum temporum caligine emerſerat, id quaſi conuulſit: *Fridericus* vero *III*, Elector Palatinus, anno MDLXI, die XXIII Iunii, rebus illius, bonisque omnibus,

bus, quæ tamen ante annotari iuſſerat, manus attulit. Hæc e catalogo monaſteriorum, ad ſæculi formam redactorum, exhibito Subdelegatis Cæſareis an. MDCXXVIII ab Abbate S. Iacobi, poſt edictum reſtituendorum a Cæſare Ferdinando II publice promulgatum. Conf. *Trithemius* l. d. ad an. MDIV p. 623 & ſeq. ad an. itidem MCCCCLXXXI p. 511.

milites Cæſari promiſſum legit.

14) Et cum in nuperis Comitiis Cæſari quatuor equitum millia cum annuo ſtipendio decreta fuiſſent, ipſe pro rata illorum XXXVI coegit, lectis, qui conducerent, viris cum eximiæ domi nobilitatis, tum ſcientiæ in bello, *Cratone* de *Elckershuſen*, *Ludouico* de *Greſchlag*, *Ioanne de Schellenberg*, *Henrico* de *Bubenheim*, *Cyriaco* de *Linſingen*, *Ioanne Echter*, & *Ioanne* de *Cölln*. Proditum id tabulis Amorbaci poſt Cinerum diem confectis.

cum Elector. Rhenanis conſtitutionem de commerciis edit

15) Non ita multo poſt cum tribus Electoribus Rhenanis Veſaliæ, quæ ſuperior dicitur, Veneris poſt dominicam *Cantate* appellatam, certam de mercibus, quæ a finitimis vltro citroque in Rheno conuehi ſolent, conſtituit ordinationem: quæ dein, vt in notitiam veniret illorum, qui nauium exercebant vecturas, vel negotiabantur, Coloniam, Aquisgranum, Mechliniam, Brugas, Antuerpiam, Zutphaniam, Dauentriam, Leodium, Tremoniam, Zwollam, Lipſiam, Lubecam, Norimbergam, Auguſtam, Vlmam, Baſileam, Argentoratum, & fanum S. Galli miſſa.

cœnobium Valbruccenſe Priori Rauengersburg. commendat.

16) Hæc inter parthenonem *Valbruccenſem*, ſuperiorum temporum malignitate penitus euerſum, Bertholdi auſpiciis reædificarant Tertiariæ; quem, ne vitium faceret, ſed ſtatum teneret ſuum, die VI Maii Priori Canonicorum regularium *D. Auguſtini* Rauengeresburgenſium, qua in rebus eccleſiæ ordinandis erat vigilantia, commendauit; adiecto mandato, vt quotieſcunque opus videretur, ſororum mores cognoſceret, vitamque.

villam Coſtheim emit.

17) Augendis vero pontificatus Moguntini poſſeſſionibus ac bonis intentus, a Collegio ad D. Stephani vicum *Coſtheim*, non procul a confluentibus Mœni & Rheni, vna cum omnibus iuribus, Lunæ poſt D. Vlrici memoriam, ſibi ſuisque ſucceſſoribus numerata acquiſiuit pecunia: miſſis, qui publico nomine poſſidendi illius auſpicarentur ius, principiaque, *VVilhelmo*, Comite de Hohenſtein, Cuſtode, & *Thoma Rüd* de *Collenberg*, aulæ Magiſtro; quod dum memoro, ſimul notari velim, aduocationem loci iure fiduciario ad Dynaſtas Eppenſteinios tum pertinuiſſe; quam vt *Godefridus* a Iacobo requireret, Stephanitæ tabulis eodem hoc die confectis monuere.

Treuirenſi, ne iuribus ſedis Moguntinæ quid

18) Poſt Antiſtes Treuirenſis, in aulam conceſſurus Cæſaream, & curiam moderaturus Imperii, rogabat, *Iacobus* Treuirorum ſibi interim commendatam haberet diœceſin, &, ſicubi opus foret, relictis domi Locumtenenti ac Conſiliariis ſuo adeſſet conſilio; quod is etiam litteris Aſchaffenburgi Veneris poſt D. Kiliani ferias datis liberaliter pollicitus eſt; ſimul tamen amice monuit, id dum obiret muneris, daret operam, ne quid iuribus ac priuilegiis Archiepiſcopatui Moguntino conceſſis derogaretur; quod & Treuirenſis ſe facturum, litteris aliis diſerte recepit.

derogaretur monet.

monaſterio Steina præficit Priorem.

19) Sequentibus diebus monaſterii nobis ſæpius iam dicti, *Steina* ſcilicet, apprime conſuluit commodis. Carebat id tum Rectore. Abbas enim & cœnobitæ propter rei familiaris implicationem ad alia ſeſe tranſtulerant loca, duobus tantum fratribus in clauſtro relictis, qui tenues bonorum reliquias adminiſtrarent. Qui tametſi officio ſuo neutiquam deerant, vt tamen mala euitarentur atque incommoda, quæ vt plurimum *ἀναρχία* parit, *Theodoricus*, Dynaſta Pleſſenſis, ac *Ioannes* & *Iodocus Hardenbergii*, cœnobii rationibus quam opportuniſſimum putabant, ſi Prior ipſis imponeretur, qui rerum omnium ageret curam. Litteris igitur Aſchaffenburgi die XXVI Auguſti ſcriptis *Hermannum Bruck* de *VViſſzell*, Ordinis Benedictini monachum, rerum ſacrarum ſcientia, morumque integritate ſibi notum iuxta charumque, Prioris titulo auctoritateque clauſtro huic præfecit.

Burgbretting. genſis inopiam ſublenat.

20) Eadem beneuolentia die XV Nouembris monaſterii *Burgbrettingenſis* ſuccurrit inopiæ. Petitu namque Abbatis & Conuentus parochialem villæ *VVolffen*, & ſacellum *D. Nicolai* in villa *VVeges*, cum omnis conceſſione prouentus, eidem in perpetuum incorporauit ſiue attribuit. Fuit autem cœnobium hoc Ordinis Benedictini, ſitum in agro Eppenſteinenſi. Vid. *Lenckfeldius* antiquit. Burſfeldenſ. cap. III p. 61.

quosdam in numerum nepotum & familiarium recipit.

21) Ceteroquin eodem hoc anno *Theodericum Zobel*, I. V. D. & *Godefridum* de *Harſtein*, Canonicos Moguntinos, *Conradum* & *Simonem* de *Liebenſtein*, fratres, diœceſis clericos Conſtantienſis, *Ioannem* de *Dalheim*, D. & Moguntinum Cancellarium, *Andream Eler*, Legum Doctorem, *Conradum Rucker*, ſibi a ſecretis, *Tielmannum Seyler*, *Brunonem Truchſes*, *Adamum Iſentremer*, *Martinum Gotl*, *Hermannum Grauvvechter*, Decretorum Licentiatum, & *Nicolaum Fabri*, Clericos, in numerum nepotum, familiarium, ac dilectorum receptos ac deſcriptus, Cancellariæ Apoſtolicæ *ad primam gratiarum*, vt vocantur, *exſpectatiuarum expeditionem*, ſecundum receptam conſuetudinem, comendauit.

V. cod. Dipl.

in fraternitatem Benedictinorum recipitur.

22) Ipſe etiam anno hoc, dum conuentus Abbatum familiæ Benedictinæ in cœnobio D. Iacobi extra mœnia agebatur, ordinis in fraternitatem receptus eſt, vt *Langius* tradit chron. Citizenſ. p. 890.

III Interfuit & Comitiis aliis †; iterum anno MDVII Conſtantiæ Comitiis, vbi de Germaniæ pace, belloque aduerſus Venetos faciendo multa. Reuocauit in Eybingenſi parthenone integritatem, quæ pæne dilapſa *.

1) † Fallitur auctor, dum dicit, præter Colonienſia Iacobum & aliis interfuiſſe Comitiis, antequam iuerit ad Conſtantienſia. Colonienſia enim haud adiiſſe, iam dictum. Tum illa inter ac Conſtantienſia nulla alia, quibus intereſſe potuiſſet, celebrata fuere.

2) Con-

regalia accipit. 2) Conſtantienſia vero dum agebantur, ipſe ipſis Kalend. Iul. in Electorum, Principumque omnium, qui ad ea venerant, praeſentia, ius regalium, vt moris eſt, Imperiique beneficia a Maximiliano & petiit, & fide conſecutus clientelari eſt.

militem Caeſari decretum legit. 3) Domum reuerſus nil prius habuit, quam vt militem Caeſari ibidem decretum pro rata explicaret. Habito quippe delectu *Hectorem* Comitem Glichenſem, *Frovvinum* ab *Hutten*, *Balthaſarem* & *Ludouicum* de *Groſchlag*, *Ioannem* de *Schellenberg*, *VVolfgangum* de *VValdeck*, dictum *Vben*, *Stephanum Rüd* de *Büdicken*, *Georgium* de *Adolzheim*, *Georgium* de *Henchlingen*, & *Henricum* de *Stozenheim* conſtitutis conduxit ſtipendiis, vnicuique certum, quem colligerent, equitum numerum imperans.

fratrem Caeſari comitē adiungit. 4) Caeſari vero vt ſuum hoc magis probaret ſtudium, *Petrum* fratrem (maritus is erat *Veronicae* de *Schauenburg*) deſignauit, qui ipſum Romam ad capiendum diadema profecturum proſequeretur.

Caeſarem Moguntiae ſuſcepit. 5) Menſe Maio anni MDVIII ſubſecuti Moguntiae, quo Principes ad Comitia indicta venerant, multis Maximilianum diebus exſpectauit. Sane tum, alios inter, ibidem ipſum affuiſſe *Trithemius* diſerte ſcribit in chron. Hirſaug. ad h. a. p. 638.

6) Et cum per eosdem dies *Leonardus Lauredanus*, Venetiarum Dux, *Zachariam Contarenum*, Equitem, de induciis cum Maximiliano pangendis in Germaniam mitteret, ratus e re fore, ſi Iacobus de occaſione ſtatuque belli, quod reipublicae cum Imperatore intercedebat, edoceretur, litteris, quas in codice noſtro attuli, ipſum decenter compellauit. *a Duce Venetiarū accipit litteras.*

7) Iacobus alioquin praeter parthenonem *Eibingenſem* plura adhuc coenobia, vitiis mundanae contagionis repurgata, ad veteris religionis cultum reuocauit. Hoc quidem anno ſanctimonialium *Nordhuſa* & *Tinchenhainenſe*; ſuperiori vero Ordinis Benedictini prope Salzam, cui *Homburgk* nomen. Tam ſtudioſe in ſtatus monaſtici paſſim prolapſi incumbebat emendationem. *plura reformat coenobia.*

Quod ceteroqui aſceterium *Eibingenſe* ad auitae diſciplinae frugem reduxerit, & *Latomus* in catalogo manuſcr. teſtatur, & *manuſcriptus*, qui *FF. Eremitis* conuentus Moguntini eſt, f. 137 b.)

IV Inualetudine, praeſertimque lumbagine fere ſemper conflictabatur. Obiiſſe ait *Bruſchius* anno MDVIII, menſe Septembri, & diem indicat MSL. XVII Kalend. Octobr. Epitaphium vero ſic habet in ſummo templo: *Iacobo de Liebenſtein, optimo & clementiſſimo Praeſuli, qui anno, ex quo Pontificatum inierat, ſecundo, menſe Iulio, die XVI, bonis omnibus eccleſiae vicem dolentibus, deceſſit. Poſteri bene merenti poſuerunt.* Videntur autem hic eius anni non ab electione, ſed a conſecratione putari.

infirma fuit valetudine. 1) Quod infirma ſemper fuerit atque aegra etiam valetudine, & alii perhibent. *Qui morbo calculi*, inquit *Trithemius* l. d. p. 627, *& veſica laborans continue, non ita rebus eccleſiae ſuae praeeſſe valuit, quemadmodum ratio temporum poſtulare videbatur.*

moritur. 2) Fatis autem functus eſt, vt bene *Latomus*, XVII Kalend. Octobr. ſiue XV Septembr. Sic enim non modo *liber animarum* ſiue necrologium aedis maioris habet, ſed lapis etiam ſepulcralis, cui lamina aenea indita, in qua ſcriptum:

> *Reliquum Domini Iacobi de Liebenſtein, piiſſimi ac integerrimi Praeſulis Moguntini. Vixit an. XLVI, menſ. I, dies XX. Obiit anno ſalutis MDVIII, XVII Kal. Octobr.*

ſepelitur in maiori. 3) Tumulatus eſt ante chorum ferreum, loco lit. a) ſignato. Epitaphium vero, de quo auctor, viſitur ad columnam lit. *M* notatam, & manifeſto labor.t errore. Pro *quarto* enim anno male lapidi inſculptum, *ſecundo*. Quod hic notandum. Nec enim conciliatio, quam auctor affert, nodum ſoluit. Ceterum pro *menſe Iulio*, quem ille habet, lege, vt in monumento legitur, *menſe VIII.*

laudatur. 4) Tam moderato, iuſtoque Archiepiſcopatum adminiſtrauit imperio, vt paſſim multis celebretur laudibus. *Liber*, quem dixi, *animarum*; *MDVIII, XVII Kal. Octobr. obiit Reuerendiſſimus & erga ſuos mitiſſimus, Iacobus de Liebenſtein, Archiepiſcopus Moguntinus.* *Langius* l. d. p. 893; *Vir optimus & pientiſſimus, & (vt fama fuit) vſque ad finem virgineus.* *Trithemius* l. d. p. 627; *Homo bonae conditionis, vita & moribus integer.* *Ioannes Segen* alias *Cuſanus* in ephemerid. manuſcr. *Princeps vbique pius, deuotus, ſimplex, rectus, pacificus, inulte intrans.* *Dieffenbachius* in catal. manuſcr. *Vir venerabilis & apprime doctus.*

5) Quam populi ſui vicem moriens deplorarit, in Grauaminibus nationis German. quae *VVimphelingus* Maximiliani I iuſſu edidit, videre eſt. Sic enim ibi: *Non ſine cauſſa Iacobus Archiepiſcopus iam fere moriens dixit: ſe de morte ſua non adeo dolere, quam ob id, quod ſubditi ſui pauperes iterum pro pallio grauem exactionem dare cogerentur.* p. 678. *populi ſui vicem dolet.*

6) Ceterum, dum Sedi ille praefuit, vicus Moguntiae in dextro Rheni litore obiectus, *Caſſel* vulgo, maximam partem incendio periit. *Latomus* in catalogo manuſcr. *MS.* itidem *Auguſtinianor.* f. 133 b.)

Edit. I p. 881

VRIEL.

I

A *Gemmingen* vocabatur, tantosque in honeſtiſſimis ſtudiis habebat progreſſus, vt legum Doctor creatus ſit; deinde maioris eccleſiæ Decanus.

nobiliſſima natus fuit familia. 1) Parentibus, auis, maioribusque ſingulari virtute, opumque in Creichgouia modo non vulgari claris prognatus fuit VRIEL; quos vt hoc magis noſcas, haud piget, illorum ſeriem, vt ipſe eos ſchemate hoc genearchico comprehendit, ſubiicere.

VRIEL *Archiepiſcop.*	Ioannes *de* Gem̃ingen, dictus *Audax*, Aduocatus in Germersheim. † 1487.	Eberhardus *de* Gem̃ingen, Aduocatus in Germersheim 1469	Eberhard. *de* Gem̃ingen † *ſub an.* 1420.	Gerhard *de* Gemmingen. 1391
				Anna *de* Liebenſten.
			Eliſabetha *de* Zwingenberg.	Ioannes *de* Zwingenberg.
				Eva Rüdtin *de* Collenberg.
		Barbara *de* Neiperg. † 1486.	Eberhard. *de* Neiperg.	N. *de* Neiperg.
				N. N.
			Margareta *de* Menzingen.	Eberhardus *de* Menzingen, *occur.* 1369
				Eliſabetha *de* Stein.
	Brigitta *de* Neuenſtein. † 1479.	Godefridus *de* Neuenſtein.	Ioañes *de* Neuenſtein.	N. *de* Neuenſtein.
				N. N.
			Eliſabetha *de* Münchingen.	N. *de* Münchingen.
				N. *de* Michelfeld.
		Eliſabetha *de* Berlingen. † 1477.	Petrus *de* Berlingen.	N. *de* Berlingen.
				N. N.
			Catharina *de* Sindringen. † 1452 *vidua.*	N. *de* Sindringen.
				N. N.

duos habuit fratres. 2) Fratres habuit duos, *Georgium* & *Erpſonem*, quorum vterque in Nemetibus & Vangionibus ad præcipuas dignitates eccleſiaſticas emerſit. *Georgius* enim Vormatiæ Canonicum & Spiræ Collegii cathedralis Præpoſitum egit; *Erpſo* Vormatiæ Decanus fuit, & dein Spiræ fratris in Præpoſiti muniis ſucceſſor.

a maiori ſtudiis fuit traditus. 3) Ceterum a *Georgio*, fratre natu maximo, viro vti impenſe docto, ita ſingulari rei litterariæ ornamento iuxta ac præſidio, ſtudiis liberalibus magna traditus fuit cura. Prodit id *VVimphelingus* ac laudat in dedicatoria *Iſidoneo* ſuo præmiſſa *, vt bene obſeruauit *Burckhard* parte II de linguæ latinæ in Germania fatis cap. IV p. 380.

* Sic enim eam finit ille; *Vale, cunctorum ſtudioſorum præſidium ſingulare, tuorumque gentilium & familiæ* Gemmingerorum *gloria ſempiterna; quam optimarum litterarum ſtudio, cui fratres tuos germanos,* Hurielem & Herpphonem, *feliciter tradidiſſe, amplificari facies admirum & illuſtrari.*

4) Do-

Doctoris con ſequitur titulum,

4) Doctoris axioma, more nobilitati ingenuæ iſtis temporibus perquam vſitato, omnino haud aſpernatus eſt, ſed gloriæ ſibi duxit, generis ſplendori litterarum gloriam iunxiſſe. Conſ. *Langius* chronic. Citizenſ. p. 893, *Trithemius* chron. Hirſaug. p. 639.

& varias dignitates.

5) Ab artibus honeſtis ſic inſtructus, cetera vero pluribus virtutum conſpicuus ornamentis, gratia, dignitate, honore, ſi quis tum alius, effloruit. Vormatiæ ædis cathedralis fuit Cuſtos: Moguntiæ Reuerendiſſ. Collegii metropolitani nomine Præfectus Mumbacenſis *; tandem Collegii principis Decanus, *Iacobo Liebenſteinio*, ad celſiſſimi pontificatus Moguntini culmen euecto, legitimis ſuffragiis anno MDV ſuffectus. Vid. *Syllabus plenior* ſect. II p. 305. Doctrina alioqui ſua tantam nominis conſecutus erat famam, vt Imperatori dignus vidſus fuerit, qui Spiræ Nemetum in foro Cæſareo ius diceret. Sic enim *VVurmſerus* in catalogo Cameralium, inter præſentatos a Cæſare: *Vriel von Gemmingen, MDI, V Maii, poſtea Elector Moguntinus.*

* *Manifeſtum id faciunt Sculteti & Communitatis villæ* Mumbacenſis *litteræ, vt vocantur, reuerſales, ſiue, de obligatione reciproca, ſuper Miſſa Mumbaci, Collegii Petrini permiſſu, inſtituta:* Dem Würdigen, Edlen, vnd Hochgelerten Hern *Vriel* von *Gemmingen*, Doctor, Dhumherren zu Mentz, vnſerm gnedigen Herren „ vnd Amptmann.

Edit. I pag. 882

eligitur Archiepiſcopus

II In Iacobi locum electus fuit eodem anno MDVIII, VI Calend. Octobris; ſed anno MDIX Dominica *Lætare* inauguratus. Fuit, hoc eius initio, grauis contra Senatum Erfordienſis plebis tumultus, e quo, quæ ſuperſunt, natæ inter ciuitatem illam & Archiepiſcopos Moguntinos controuerſiæ. Ad arma deuentum fuiſſet, niſi peropportune rara pietate ac prudentia virum miſiſſet illuc Maximilianus Imperator, *Laurentium Bibræum* Herbipolenſem Epiſcopum. Inuenio apud Ioannem Pfefferkornium Maximiliani quaſdam ad hunc litteras contra Iudæos anno MDIX, eiusque memini q. XIV in Tobiæ cap. XII.

d. 27 Sept.

1) VI Kal. Octobris electum *Latomus* quoque refert in catalogo manuſcr. *Paulus* vero *Langius* l. d. *in feſto SS. Martyrum, Coſmæ & Damiani.* Recte. Hunc enim diem quam certiſſime nobis ſignant litteræ, quas Canonici metropolitani ad Vicedominum, Burggrauium, ciuitatemque Moguntinenſem dedere. In iis enim *Mercurii* poſt *D. Mauricii* communibus ſuffragiis Iacobo ſurrogatus dicitur. *Daſs vvir vff heute*, ita inquiunt, *den Hochvvürdigen Fürſten in Gott Vatter vnd Herrn, Herrn* Oriel *von* Gemmingen, *zu einem künfftigen Erzbiſchoff vnſers Stiſts zu Mentz, ervvelet haben* — & in fine: *Datum vff Mitvvoch nach S. Mauricien tag,* 1508. Eundem diem produnt *Acta publica*, tum temporis conſignata; *Die vero Mercurii XXVII menſis Septembris, anno, quo ſupra, electus fuit atque proclamatus in Archiepiſcopum Moguntinum Reuerendiſſimus Dominus* Oriell *de* Gemmynghen, *antea Decanus Magunt. Dii bene vertant!*

2) *Cum mærore totius populi* electum addit *Langius* l. d. Vtrum ex vero, cum ceteri, quos tractauimus, rerum Moguntinenſium ſcriptores hic ſileant, in medio relinquimus.

homagium a Moguntinis accipit,

3) Moguntinos poſt de more in verba ſua ſacramento adegit; præſentibus, pro conſuetudine, e gremio Collegii Reuerendiſſimis quatuor Canonicis. Fuere ii *Thomas*, Comes *de* Rieneck, Cuſtos, *Adolfus Ravv* de *Holzhanſen*, Scholaſticus, *Vlricus* de *Schechingen*, & *Adolfus* de *Stockheim*.

reſiduum ſubſidii ſibi explicari vult,

4) Sub finem anni expetiit, vt Clerus partem ſubſidii pecuniarii Iacobo promiſſi nondum ſolutam explicaret; eſſe enim factas expenſas ſatis graues Cæſaris cauſſa. Quod petitum cum Clerus haud iniquum eſſe videret, haud grauate annuit; ſimul autem rogauit, tolleret Vriel onera, queis eccleſiaſtici paſſim ab Officialibus & Præfectis premerentur, & conſuetudines, libertates, iusque id, quod Clerus ſibi peperiſſet, eidem, ſicuti vsque huc feciſſent Sedis Archiepiſcopi, illibatum permitteret.

pallium redimit,

5) De cetero Iacobum, morti proximum, non ſine cauſſa populi ſui ſortem miſeratum fuiſſe, euentus oſtendit. Sic enim *VVimphelingus* in Grauaminibus nationis Germanicæ p. 678; *Et cum Archiepiſcopus Iacobus vix quatuor annos ſediſſet in Archiepiſcopatu, mox poſt eum electus Dominus Vriel, ad minus XXIV aut XXV millia coactus eſt perſoluere: quorum partem mutuo forſan accepit a mercatoribus; ſed vt illis ſatisfaciat, imponere coactus eſt ſubſidium aut exactionem in ſuos populos & pauperes agricolas; quorum aliqui nondum ſatisfecerunt tributo aut exactioni pro pallio a ſuo predeceſſore Iacobo impoſita.*

opera Fuggerorum.

Vſus autem in redimendo pallio *Fuggerorum* opera eſt. Superat enim in bibliotheca Sereniſſimi Ducis Gothani epiſtola, ad illorum in curandis Norimbergæ negotiis miniſtrum data, qua *cambii litteras efflagitat ad impetrandam Romæ confirmationem in ſacerdotio, & pallium a Curia emendum*, vt *Cyprianus*, cuius verbis hic loquimur, notauit in catalogo codic. manuſcr. bibliothecæ dictæ cap. II n. CXXII p. 68.

quod magna ſollemnitate ſuſcipitur,

6) Allatum autem fuit pallium anno ſequenti MDIX, feſta Matthiæ Apoſtolo die, magnaque Moguntiæ ſuſceptum ſollemnitate. Sic enim Acta dicta, ſiue Protocollum Cleri ſecundarii; *Eodem die* (Matthiæ Apoſt.) *hora quarta per Nobiles Viros*, Laurentium Truchſeſs *de* Bommersfeld *Scholaſticum*, *&* Ioannem Vilbel, *Canonicum Mog. tunc Oratores Reuerendiſſimi Domini Moguntini hodierni, allatum fuit ex vrbe pallium pro confirmatione eiusdem Reuerendiſſimi D. N. quod quidem pallium ea, qua decuit, reuerencia totus Clerus Moguntinus ſolenniter congregatus*

circa portam, vulgariter dit Diederport *nominatam, ſuſcepit, cum decantacione reſponſorii de patrono, videlicet* Martinus Abrahæ, *& itum in eccleſiam Moguntinam, quo cum peruentum in organis & choro decantabatur,* Te Deum laudamus. *Et de poſt quilibet ad ſuas receſſit edes.*

conſecratur Epiſcopus.

7) Quod deinde ius ſacrorum, ex veteri maiorum inſtituto, ea, quam auctor dixit, dominica ſollemniter capeſſiuerit, non *Latomus* tantum, l. d. teſtatur, ſed ante iam *Trithemius* quoque prodidit l. d. p. 639. Capeſſiuit autem, conſecrationis munus impertiente *Thoma Ruſcher*, Suffraganeo Moguntino, diuinæ rei ſubſeruientibus Epiſcopo Wormatienſi & Suffraganeo Spirenſi, adſtantibus Seligenſtadenſi, Amorbacenſi, Schönauienſi, & Erbacenſi Abbatibus; præſentibus item *Adolfo* Comite Naſſouio, *Reinhardo* Comite Rieneccenſi, *Philippo* Comite Iſenburgio, *Eberhardo* Comite Königſteinenſi, aliisque multis e præcipua Nobilitate viris; quos omnes finitis ſacris conuiuio excepit ſplendidiſſimo.

Bullam Pontificis de præbendis edit.

8) Bullam, *ut quis Clericorum ſimul poſſit habere Canonicatus aut Vicarias in diuerſis eccleſiis*, impetrauerat a Pontifice. Hanc die XXVII Martii promulgauit, ac Clero propoſuit. Qui ſe maximopere grauari iudicans, poſt habitas aliquot deliberationes, ad Curiam Romanam prouocauit; a qua etiam *citationem*, vt loquuntur, *cum inhibitione* obtinuit; quam dein more ſolito publicauit, & poſt multas ſollicitationes eo tandem rem deduxit, vt Vriel incepto abſiſteret.

regalia accipit Vormatiæ.

9) Bulla dicta Clero propoſita Vormatiam profectus eſt, vt intereſſet Comitiis. Ibi poſtea in frequenti Electorum, Principum, Comitum, Nobiliumque corona, apparatu ſollemni; regalia Imperiique beneficia die XXIII Aprilis Maximiliano Cæſari accepta tulit.

in Comitiis Archicancellarii munia obit.

10) Quo ante finem eorum in expeditionem aduerſus Venetos eunte, ipſe Vormatiæ remanſit, Archicancellarii munia vt præſens obiret. Transmiſſo enim Kauffbeura die menſis Maii XIV per *Ioannem Storck*, Conſiliarium aulicum, ſigillo Cæſareo, Maximilianus volebat, vt litteras, diplomata, aliaque, quæ vel ab Ordinibus Imperii, vel Legatis Cæſareis, vel Iudicio, quod vocant, Camerali durantibus Comitiis ederentur, ſua Vriel manu, ſicuti annis ſuperioribus deceſſor Bertholdus, ſubnotaret, ſignoque firmaret Imperatorio.

V. cod. Dipl.

fœdus cum Brandenburgenſi & Wirtembergenſi prorogat.

11) Præterea in iisdem fœdus, in quod olim cum *Friderico* Marchione Brandenburgenſi, & *Vlrico*, Duce Wirtembergico, Bertholdus coierat, viginti in annos, tranquillitatis publicæ cauſſa, prorogauit. *Dattius* lib. V de pace Imperii publica cap. III p. 796.

Frovv. de Hutten Cæſari ad tempus concedit

12) Vtebatur autem tum in capiundis conſiliis ac aulæ miniſterio *Frovvino* de *Hutten*, magnaque & vetere proſapia viro; quem cum virtute, prudentia, multoque rerum vſu ſtirpi ſuæ parem intellexiſſet Maximilianus, hominis conſilio ad vnum, alterumque menſem vti diſcupiebat. Litteris igitur die XXIV Iulii datis ſuum Vrieli explicabat deſiderium. Cui ille hoc pronius ſubſcripſit, quo magis honorificum ſibi ducebat, tam præſtanti virum ingenio ſibi locare operam.

V. cod. Dipl.

Edit. I p. 882

Haſſum in pactionem de re nummaria recipit.

13) Iisdem fere diebus *VVilhelmus II* ſiue medius, Landgrauius Haſſiæ, in pactionem de re nummaria ſuperioribus annis a quatuor Electoribus Rhenanis confectam, recipi deſiderauerat. Idem, eo inter hæc fatis functo, *Philippi* filii & heredis nomine locoque nunc petebant conſtituti Landgrauiatus adminiſtratores, *Ludouicus* de *Boineburg*, aulæ Magiſter prouincialis, *Dietericus* de *Cleen*, Balliuiæ Commendator Marpurgenſis, *Hermannus Schenck* de *Schvveinsburg*, *Caſpar* de *Berlipſch*, vterque honoratæ militiæ inſignibus illuſtris, *Georgius* de *Hatzfeld*, Dynaſta Wildenbergæ, *Levvenſtein* de *Levvenſtein*, Mareſchallus, *Henricus* de *Bodenhauſen*, & *Iodocus* de *Baumbach*. Quorum illi precibus relinquentes locum, *Philippum*, Lunæ poſt feſtam Michaeli Archangelo lucem, his admiſere conditionibus: Legibus ſtet ac capitibus, de re monetaria in nupero conuentu conſcriptis. Florenos, quos cuderit, ſic ſignet, vt in priori facie exhibeant ſcutum maioris formæ, cum inſignibus Haſſiacis, idque quatuor Electorum Rhenenſium parmulis cinctum: circa vero hæc verba: *Moneta aurea Rhenenſis*, vna cum anno, quo conflati, cifris ſiue numeris exſcripto: in poſteriori repræſentent Haſſi patronum tutelarem; infra ad pedes illius inſignia; circa vero, nomen Landgrauii, titulumque. Ad quas conditiones moderatores dicti libenter acceſſere, ſacramenti religione per legatos interpoſita.

Teutonicis Marburgi ius patronatus ad eos translatum confirmat.

14) Fratribus poſtea Ordinis Teutonici Marburgenſibus *ius patronatus ſeu præſentandi ad altare S. Barbaræ* in parochiali villæ *Goſfelden*, in ipſos a Fratribus domus Marburgenſis vulgariter *zum Levvenbach* appellatæ translatum, auctoritate ordinaria ſtabiliuit, plenam iis & ſucceſſoribus, liberamque concedens poteſtatem, perſonam idoneam ad dictum altare, quoties illud vacare contigerit, præſentandi, & alia, quæ patronis de iure competunt, faciendi. Litteræ hac de re datæ, quas in codice noſtro inuenies, ſignatæ fuerunt Moguntiæ d. XXVI Nouembris.

a Reuchlini cauſſa haud alienus eſt.

15) De epiſtola vero, quam eodem hoc anno a Cæſare Maximiliano accepit, conf. *Mains* in vita Reuchlini p. 259, immo ipſe *Capnio* in ſpeculo oculari (*Augenſpiegel*) cui eam non minus, quam ipſam Vrielis ad ſe miſſam præmiſit. Ceterum, quæ Vriel in hac ipſa Reuchlini aduerſus *Ioannem Pfefferkornium*, exiudæum, cauſſa egerit, idem narrat *Capnio* in litteris ad Wimphelingum anno MDXIII datis, quas *Mains* l. d. in lucem protulit p. 390 & ſeq.

ciuitati Erfurtenſi proſpicit.

16) Ceterum non hoc ſolum, ſed ſequentibus etiam annis multum laboris exhauſit ac curarum, vt ciuitati Erfurtenſi, inteſtinis motibus diſtractæ, magnumque iam in periculum adductæ, proſpiceret ac mederetur; de quibus omnibus fuſe curateque egit *Gudenus* hiſtor. Erfurtenſ. lib. III § VIII & ſeqq. p. 170

p. 170 & ſeqq. quem adeo conſulere iuuabit.

de loco ac cenſu Beguttis a Sickingio deſtinatis inquiri iubet.

17) Anno ſubſequenti MDX *Franciſcus Sickingius*, magni ille heros nominis, belloque Treuirenſibus illato notiſſimus, ne pia parentum ſuorum voluntas citra effectum eſſet ſollicitus, de domo vna cum oratorio pro *Beguttis* ſiue Virginibus quibusdam, *D. Auguſtini* regula deuinctis, extruenda cogitabat, vniceque habebat in votis, vt ſuo rem Vriel aſſenſu, conſilioque promoueret. Is, tametſi animo a religionis operibus haud erat alieno, prius tamen, vt vigilantis erat ingenii ac in omni vitæ officio circumſpectus, de toto rei ſtatu ex viris fide dignis ſibi cognoſcendum ratus, Patri domus Rauengeresburgenſis & Plebano ſiue Parocho Crucenacenſi die XVIII Iulii in mandatis dedit, viderent, an locus, domui illi ac oratorio deſtinatus, honeſtus ſit, ac religioni exercendæ conueniens; cenſus vero deſignatus ſororibus alendis ſufficiat.

parochiali Hoeſtatenſi parochiali caſtri Fridbergenſis incorporat.

18) Poſt *Emerici*, *Caroli*, *Ruperti*, & *Hermanni* de *Carben*, fratrum & conſanguineorum, id dedit precibus, vt parochialem villæ *Hoeſtat*, vna cum prouentu, parochiali arcis Friedbergenſis, *D. Georgii* martyris & *Antonii* Confeſſoris honori ſacræ, in augmentum portionum quotidianarum ſacris in choro operantibus præbendarum, tabulis Moguntiæ die XXIX Octobr. datis incorporaret, ſiue in perpetuum adſcriberet.

Sacerdotum in doctrinâ,

19) Edoctus autem, pleroſque fere diœceſis Moguntinæ Sacerdotes nec rerum diuinarum cognitione, nec communium litterarum ſcientia ornatos eſſe, anno poſtero, qui a ſalutifero Virginis partu MDXI fluxit, Vicario ſuo in eccleſiaſticis ac Commiſſariis, vt vocantur, Aſchaffenburgenſi, Frizlarienſi, Erfurtenſi, Ameneburgenſi, Heilgenſtadenſi, Göttingenſi, Northuſenſi, Eimbeccenſi, ceterisque, litteris ipſis Kalend. Ianuar. ſignatis, mandauit, vt quisque iurisdictioni ſuæ ſubiectos, loco atque tempore opportunis, adhibitis, ſi opus fuerit, viris aliis doctis, examinet de adminiſtratione Sacramentorum, forma baptiſmatis, pœnitentiis iniungendis, intellectu euangeliorum, quomodo & quid populo ſibi commiſſo in ſuis ſermonibus proponant; de ceterisque conſtitutionibus ſynodalibus, & an eas (quantum ad eos pertinent) obſeruent. Quos minus idoneos ac ad ſacrum miniſterium aptos quisque reperit, ſine ambagibus per litteras indicet. *V. eod. Dipl.*

& vitam inquiri iubet.

20) Aliis eodem die datis dicto ſuo in eccleſiaſticis Vicario, Iudicibus, ſtatutorum prouincialium Executoribus & Commiſſariis in mandatis dedit, vt in Sacerdotes concubinarios & fornicarios diligenter inquirant; quos invenerint, ſub cenſurarum comminatione ſerio moneant, vt concubinas & mulieres alias, quas iura non admittunt, ab ſe intra tempus præſtitutum remoueant; aduerſus minus morigeros vero aut contumaces, prout moris eſt, procedant. *V. eod. Dipl.*

Parochis Mulhuſanis de certa ſepultura mandatum dat.

21) Hæc inter autem acciderat Mülhuſæ, vt Plebani ac diuinorum Rectores funera illorum, qui repentina morte *caſualiter & propria incuria* intercepti erant, ſepulturæ eccleſiaſticæ tradere recuſarent. Quod cum in mortuorum præiudicium, relictorum vero terrorem non modicum vergere videretur, litteris VII die Ianuar. datis dictis Parochis ac Curionibus ad decem annos facultatem conceſſit, cadauera modo dicto defunctorum (dummodo in fide orthodoxa deceſſerint, & dum in viuis agebant, ſigna animi prætulerint pœnitentis, ac minimum ſemel in anno de peccatis ediderint confeſſionem) ſupremo mandandi officio. *V. eod. Dipl.*

Sacellano Neuderfenſi ius baptizandi concedit.

22) Poſt Collegii Petrini conſenſu eccleſiæ *Neuderffenſi*, quæ filia erat Elteuillanæ, die X Aprilis fontem conceſſit baptiſmatis. Sæpius enim vsque huc contigerat, vt infantes Chriſto initiandi, dum hiemali vel pluuio Altamuillam deportabantur tempore, tempeſtatis debilitarentur violentia, & ante diem vitam clauderent. Indulſit igitur, vt in poſterum in ſacello villæ a Sacellano loci ſacro baptiſmatis lauacro abluerentur.

Michelſtadtenſi parochiali Pungſtadtenſem attribuit.

23) Quin, vt diuinum cultum in parochiali *Michelſtadtenſi* in priſtinum reſtitueret ſtatum, eidem ſimiliter ſub anni MDXII ſequentis auſpicia, *Eberhardi* Pincernæ Erpacenſis rogatu, parochialem Pungſtadtenſem, cum vniuerſo vſu fructu, ad augendas portiones clero quotidie præberi ſolitas, elargitus eſt, in perpetuumque adunauit.

III Anno MDXII fuit in frequentiſſimo Principum conuentu, quem Treueros accierat Imperator. vbi & illorum precibus reſeratum altare ſummum, quod anno MCCXCIV obſeratum fuiſſe dicebatur, ex eoque in hominum oculos prolata inconſutilis Domini tunica. Eodem anno MDXII ſanxit, vt in Choro *B. Virginis ad Niues* anniuerſaria eſſet memoria.

Treueri adit templa.

1) Treueris non conſultationibus modo de communi periculo ab Germaniæ finibus propulſando grauiter interfuit, verum etiam templa auguſtæ vrbis, diuorum monumentis, pignoribusque conſecrata; ſignata itidem martyrum inclitorum veſtigiis cubilia, ſupplex obiit. quibus religionibus cum ſic ſtudioſe incumberet, hunc pietatis ſuæ tulit fructum, vt ipſam quoque B. Virginis matris tunicam caſu ibidem inueniret. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XX § L p. 329.

Treuirenſi ... inaugurat.

2) Ipſo dein almæ Pentecoſtes die *Richardum*, Archiepiſcopum Treuirenſem, antiquo & in eiusmodi ſacris adhiberi ſolito ritu, in magna Procerum vtriusque Ordinis frequentia, pontificem conſecrauit, *VVilhelmo* Argentoratenſi & *Reinharto* Vormatienſi inſeruientibus. Idem *Brovverus* l. d. § LI p. 329.

3) Ceterum eodem hoc anno, Lunæ poſt D. Dionyſii, fœderi Sueuico, Auguſtæ in decem annos rurſus prorogato, ſubſcripſit. *Dattius* l. d. cap. XXI p. 382; in quo tamen, librarii vitio, pro *Vriel* eſt *Cariel*

Iudæis in ...

4) Cum vero hoc temporum tractu magna paſſim

[illegible] Moguntinas das Rabinat[illegible]. paſſim Iudæorum multitudo in agro Moguntino larem haberet, ſedesque, ne ſine moderatore, animi ſui, ingeniique prauitate iuris pudorisque perfringerent repagula, eisdem anno ſequenti MDXIII pro rectore (*zum Rabi, Hofmeiſter vnd Corrigiereren*) impoſuit tribulem, nomine *Beyſuſi*, hominem ritus patrii ſat gnarum, ceterum vero artis medicæ haud prorſus imperitum. Datum autem ei negotium, vt tribulibus per diœceſin Moguntinam ſingulis ac omnibus (*allen vnd ieden Iuden, mann vnd fravv, in vnſerm Creſam vnd Stift, ſo vvtit der langet*) ſecundum leges gentis ius diceret: ſi quis quid aduerſus eas deliquiſſet, pro noxa debito modo vindicaret; matrimonii ineundi licentiam petentibus faceret; initi vinculum, re ſic exigente, ſolueret; eaque omnia, quæ ἀγγ-εναγώγιον ſunt, fide haud fluxa curaret. Adiecta conditio, vt Weiſſenauiæ ſuum collocaret domicilium, nec iniquis pudendisque vſuris concederet locum. Tabulis Vriel, Vormariæ Martis poſt dominicam *Exaudi* dictam, datis præmiſit, cauſſis ad hoc iuſtis legitimisque ſeſe adductum. Edit. I p. 880 *v. infra Dipl.*

5) Ceterum non minus, quam Iacobus deceſſor, id in maximis ac neceſſariis rebus habuit, vt ſanctiorem diſciplinam ſanctimonialium in mores reduceret. Quippe anno ſtatim MDIX parthenonem *Thundorfenſem*; ſequenti *Anrodenſem*; anno MDXII *Beuernenſem* & *Katlenburgenſem*, præſtantium ordinis monaſtici virorum opera, ad priſcum viuendi ritum compoſuit. *plura ſacrarum monialium cœnobia reformat.*

moritur, IV Ex hac luce diſceſſit anno MDXIV, die XI Februarii, vt S. Chriſtophori *MS.* ait, addens etiam die XII ſepultum. Sed quæ in ipſius monumento eſt publica inſcriptio diem IX notat. Ea vero eſt huiusmodi. Vrieli *de* Gemmingen *Archiepiſcopo Moguntino, Principi Electori, viro ſingulari vitæ grauitate, animique conſtantia præclaro, qui poſteaquam ſedit annis IV menſ. IV, ætatis ſuæ anno XLV, a Chriſto nato MDXIV, V Idus Februarii, vitam cum Pontificatu depoſuit* *.

1) * Nota, his inferne ſequentia ſubiecta eſſe: *Albertus, Marchio Brandenburg. Archiepiſcopus Mogunt. ſucceſſor mortuo P.*

ſepelitur. 2) Sepulcro autem illatus eſt, vt in viuis ordinarat, in *loco*, qui vocatur, *Memoria*, XIII Februarii die, ante altare D. Aegidio dicatum, & in ichnographia ædis ſummæ notatum n. 5. Tumbæ vero impoſitus lapis, cum inſcriptione, quam ceteras inter dedi in Epitaphiis.

quæ his attexenda. V In extremo eius actu duo notat, quæ a patribus acceperit, MSL. *Vnum* quaſi certum; Vrielem, cum homo eſſet frugi, ſuorumque cellariorum quendam alieno tempore noctu Aſchaffenburgi e cella vinum ſuffurantem comperiſſet, ægre adeo tuliſſe, vt vietorium, qui forte fortuna ibi ad manum fuit, arripuerit tuditem, eoque adeo valenter iniqui ſerui caput percuſſerit, vt exanimatus miſer ille corruerit. *Alterum* incertum; tanta ſuæ huius iræ ictusque tactum pœnitentia, vt cum poſtridie, tertia ſcilicet feria, pridie Purificationis, Moguntiam veniſſet, nimio animi mœrore paullo poſt mortuus ſit, vel ſe mortuum ſimularit, & ipſius loco cellarius ille funere magnifico elatus ſit ac humatus; ipſe autem vt toto reſiduo vitæ tempore pœnitentiam ageret, in Carthuſiam ſeſe quandam, peregrina in regione, abdiderit. Priori famæ aſſentitur MS. poſteriori vero MSL. dicens: *Hæc vt libentius credam, facit huius Archiepiſcopi epitaphium, e regione chori ad dexteram ſitum; vbi tantum imaginem crucifixi videmus: Epiſcopum vero flexis genibus, nudo capite, ſine omni ornatu Pontificali procumbentem, bacillum vero ſeu pedum confractum, chirothecas, mitram, & ſandalia ad ſtipitem crucis iacentia.* Sic ille. Mihi vero liquet nihil. Varii quandoque hominibus, etiam magnis, caſus accidunt, *Ira, furor breuis eſt:* & pœnitendi vis interdum magna. Sed & inania de illis finguntur non raro multa: cuiuſmodi & hoc eſt, nudo capite ipſum eſſe, cum infulam, ceterumque pontificalem ornatum habeat. *Horat. l. 1 Ep. [illegible]*

1) Prius, circumſtantiis tamen quibusdam diuerſis, e libro quodam manuſcr. *Dieſſenbachius* etiam memorat l. d. Quod ad poſterius vero, hæc ſubdit: *Archiepiſcopus nimio terrore perterritus, hoc facto, Moguntiam centum & quinque ſatellitibus feſtinauit. Veniens autem ad Caſtell, tertio ante Hypapantes feſtiuitatem, inter denſiſſimam nebulam, glaciemque, qua pridie reſoluta erat, magno timore ſolus Rhenum traiecit, ceteris ea vice traiicere nolentibus. Altera autem Dorothea Archipræſul ſurgere volens e lecto, tactus fuit, manſitque ſine loquela in quintam vſque feriam, quo facto ſpiritum reddidit, ac ſequenti dominica, quæ fuit* Septuageſima, *ſepulturæ traditur in ambitu eccleſiæ.*

2) Eximia vir fuit prudentia, priſcique moris in eccleſias reducendi haud parum ſtudioſus. Illud vel ipſe ſucceſſor *Albertus* in epitaphio haud reticet; hoc *VVimphelingus* l. d. p. 679 his indicat verbis: *Vriel Archiepiſcopus impetrauit, ut quis deinceps ſimul poſſit habere canonicatus aut vicarias in diuerſis eiusdem ciuitatis eccleſiis.* conf. huc, quæ ſupra n. 8 ad § II dixi. *magna vir fuit prudentia.*

3) *Lam*

Edit. I pag.

3) *Langius* in alia omnia abit, ac l. d. ait: — *qui negligenter, immo peſſime præfuit: plures quippe ſemper hoſtes habuit, ac eccleſiam multis debitis aggrauauit.* Sic ſatis acriter, modo vere.

4) Mortuus bonis ſui reliquit deſiderium; quos inter *Conradus Mutianus Rufus* epiſt. CCCLVIII p. 174 *Defleui fatum*, inquit, *repentinum Pontificis prudentiſſimi, teſte panniculo, quo tergebam hos oculos.*

883

ALBERTVS II, ab aliis ADELBERTVS IV.

I

PAtrem habuit Brandenburgicum Electorem *Ioannem*, fratres *Ioachimum* & *Ioannem Albertum**: quorum ille fuit patre mortuo Elector; hic vero Canonicus Moguntinus.

ortus ſtirpe Marchionū Brandenburgenſium,

1) ALBERTVS lucem adſpexit anno MCCCCXC. *Reineccius* origin. ſtirpis Brandenburg. p. 39. Patre natus, vt auctor iam notauit, *Ioanne*, Electore Brandenburgenſi, qui a procera & heroica corporis ſtatura, ſummaque per Imperium auctoritate *Magnus*, ab eloquentia vero *Cicero Germanicus* cognominatus fuit. *Idem* l. d. p. 38. Matre *Margareta*, *VVilhelmi III*, Saxoniæ Ducis, filia. *Idem* l. d. p. 37. Nec enim audiendus hic *Leuckfeldius*, qui antiquitat. Grôningenſium cap. IV § XL p. 54 matrem ei fuiſſe dicit *Eliſabetham* Danicam. Fratrem habebat *Ioachimum*, patris, vt auctor haud tacuit, in dignitate Septemuirali & Marchionatu Brandenburgico ſucceſſorem. * Patruelem vero *Ioannem Albertum*: quem dum auctor ei hic fratrem dat, fallitur. Notum enim, quod is patre *Friderico* (qui vulgo *Senior* dictus eſt, ac in auiti diuiſione patrimonii Burggrauiatus Norimbergenſis inferioris terras, Principatum Onoldinum complexas, accepit) matre vero *Sophia*, *Caſimiri IV*, Regis Poloniæ, filia, prognatus fuerit.

Dictis nonnihil lucis fœnerabitur, quod ſubiicio, ſchema.

ALBERTVS
vulgo *Achilles Germanicus* dictus,
Elect. Brandenburgenſis.
vx. I *Margareta*, *Iacobi*, Marchionis Badenſis, f.
II *Anna*, *Friderici*, cognomento *Placidi*, Elect. Sax. f.

1 *Ioannes*, Elect. Brandenburg, vx. *Margareta*, *VVilhelmi*, Ducis Saxon. fil.

2 *Fridericus*, dictus *Senior*, Marchio Onoldinus, vx. *Sophia*, *Caſimiri IV* Reg. Polon. f.

2 *Sigiſmundus*, Marchio Byruthanus, † 1495, ἄγαμος.

Ioachimus, Elect. Brandenb. — ALBERTVS, *Archiep. Mog.*

Caſimirus, Marchio Byruthanus. — *Georgius*, Marchio Onoldinus. — *Albertus*, prim⁹ Pruſſiæ Dux. — *Ioannes*, Prorex Valentiæ. — *Wilhelmus*, Antiſtes Rigenſis. — IOANNES ALBERTVS, *Canonicus Moguntinus*, & ab an. 1538 vſque ad 1549 *Cuſtos*; ab anno 1549 *Archiep. Magdeb.*

bonis litteris fuit excultus.

2) Cum bonas litteras, vna cum fratre, ſingulari addidiciſſet diligentia, magnoque earum in melius prouehendarum deſiderio flagraret, eidem poſtea in academia Francofurti ad Viadrum inſtituenda omni conſilio aſſuit, opeque. id quod *Ioan. Behmius* in dedicatoria duarum orationum hiſtoricarum, *de duplici diuina gratia fundamento, cui Boruſſiaca academia ſuperſtructa*, p. 8 dudum prædicauit, ex eaque *Crenius* in epiſtola nuncupatoria parti XV animaduerſionum philologic. & hiſtor. præmiſſa p. vt ego numero, 9 repetiit.

II Factus vero erat Archiepiſcopus Magdeburgenſis, & Germaniæ Primas, eccleſiæque Halberſtadenſis Adminiſtrator anno Domini MDXIII; ſed cum eſſet etiam Canonicus Moguntinus, & Treuirenſis, e vitaque non ita pridem migraſſet Moguntinus Archiepiſcopus *Vriel*, prout ſupra vidimus, concordi omnium ſententia & voce, a Moguntino Capitulo toto, illius in locum ſuffectus eſt anno Domini MDXIV, die IX Martii: ſtatimque acceſſit Leonis X approbatio; a quo Cardinalatus etiam dignitate auctus eſt, & anno MDXVIII ab illius Legatis

gatis Cardinale *Thoma Caietano*, *Matthia* Cardinale *Gurcenſi*, vt eſt in *Bruſchio*, & *Cratepolio*, (*Saltzburgenſis* dicitur in MSL.) dignitatis eius inſigni- Edit. I p. 883 bus redimitus Auguſtæ Vindelicorum. Quia enim magnæ ipſi, & eccleſiæ Dei a Satana impendebant tempeſtates, multis ac magnis eius tam corporis, quam animi nobilitatem viribus firmare, ac obſepire voluit Dominus, vt cum interiore gratia & ope iunctæ mundi huius vires, poſſent ex orco erumpentis, immaniterque furentis hæreſeos impetum, ſi non omnino (cum aliud flagitarent peccata noſtra) coercere, inhibere tamen aliquantulum, & retardare, vel impedire.

III Nam cum indulgentiarum quarundam huic a Pontifice demandata eſſet promulgatio, & ab hoc, Prædicatoribus Dominicanis, in quibus excellebat *Ioannes Tetzelius*, impoſita, cœpit Auguſtinianus inuidere monachus, *Martinus Lutherus*, iniquoque ferre animo, ſe, quem vana quædam doctrinæ, Germanicæque loquentiæ opinio pridem inflarat, illi poſtpoſitum. Scripſit igitur contra indulgentias diſputationem, propoſitionibus XCV comprehenſam, eamque Wittenbergæ ad arcis templi valuas affixit anno MDXVII, pridie omnium Sanctorum, eodemque die de eodem argumento ad Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Archiepiſcopum hunc noſtrum dedit litteras, in quibus longe aliter, quam poſtea docuit, dicit, *ne per infuſam quidem gratiam poſſe hominem ſuæ ſalutis certum fieri: & in timore, ac tremore, vt ſalui efficiamur, connitendum eſſe.* Sic in theatrum funeſta hodiernarum calamitatum, ac tot, tantarumque diſſenſionum, & errorum tragœdia ſenſim adducta; de cuius prologo iam ſatis.

ad eccleſiaſticos adſpirat honores.

1) Eccleſiaſtico vitæ generi ab adoleſcentia deſtinatus, primum Moguntiæ & Treuiris ad cleri principalis adſcriptus fuit cœtum, vt vel ipſe auctor § II memorauit. Dein anno MDXIII, die XXXI Auguſti *Erneſto* Saxoni in Archiepiſcopatu Magdeburgenſi & Præſulatu Halberſtadienſi ſurrogatus eſt. *Langius* chron. Citiz. p. 901, *Leuckfeldius* l. d. p. 54. Quas quidem dignitates Leo X P. M. hac ipſi primum lege firmauit, vt vtrumque munus *Adminiſtratoris* ſiue *Vicarii* ſolum titulo obiret, donec XXVII ætatis annum attigerit: poſt vero ea conditione: vt quamprimum XXV iniiſſet annum, id plena Archiepiſcopi & Præſulis fungeretur auctoritate.

magnam de ſe ſpem præbet.

2) Magnam vero, cum inunia hæc adiiſſet, paſſim de ſe ſpem præbuit. *Hic Deo dignus Antiſtes*, ita *Langius* l. d. pergit, *cum affectu in Superos arderet deuotiſſimo, memorato germano fratre conſentiente, hoc ipſo anno Presbyter ordinatus, primitias octaua Paſcha celebrauit, & Capellam ſeorſum cum VIII Presbyteris prabendatis apud Coloniam Rhenenſem* (ſ. Sueuorum) *e fundamentis erexit & fundauit, dotauitque & optime prouidit. Et ita inprimis ſe deuote & laudabiliter habuit, clericorum reformationi & reipublica paci & tranquillitati operam dans, adeo, vt a cunctis admiraretur & adamaretur.*

fit Archiepiſcopus Moguntinus.

3) Anno ſequenti MDXIV, inaudito pæne exemplo, Archiepiſcopus etiam Moguntinenſis ſalutatus eſt. Id quod *Conrado Mutiano Ruſo*, Gothæ ad D. Virginis tum Canonico, tantam mouit admirationem, vt in epiſtola ad Vrbanum, quæ CCLXXXV eſt, p. 149, calamo nonnihil liberiore ſcripſerit: *Magna rerum mutatio. Vnus iuuenis, vix pædagogos & rudimenta litterarum relinquens, vno anno fit ter Præſul, & quidem eminentiſſimus. Miror, ſi Leo X chlenam (vulgo pallium vocant) tranſmittat. Sed Roma quid non venale? Videbis penulatum Albertum, cui Deus conſtantiam attribuat. Mutato enim conſilio plus nocebit, quia potentiſſimus, Erphordia, quam prodeſſe cenſetur.*

confirmatur a Pontifice.

4) Vti vero Pontificis approbaretur iudicio, palliique donaretur honore, Romam miſit *Thomam*, Comitem Rieneccenſem, ædis ſummæ tum fungentem Cuſtodia, *Theodericum Zobel*, & *Martinum Truchſeſs*, Canonicos maioris, nec non *Philippum* de *Stockheim*, Cantorem S. Albani; qui cum redditis Papæ litteris mandata diligenter expoſuiſſent, Leo, re cum Cardinalibus mature deliberata, electum litteris XV Kal. Septembr. datis, & confirmauit, ac vtrique Archiepiſcopatui præeſſe iuſſit: aliis vero, ipſis Kalend. Septembr. ſignatis, pallii condecorauit geſtamine: hac tamen prioribus conditione adiecta, vt ante, quam Archiepiſcopatus Moguntini adminiſtrationem ſuſciperet, Sedi Romanæ coram Spirenſi & Brandenburgenſi Epiſcopis, interpoſita ſacramenti religione, deferret obſequium.

donatur pallio.

venit Moguntiam.

5) Die VIII Nouembris flumine ſecundo venit Moguntiam, ante portam piſcariam a Clero tantis exceptus ſtudiis atque honoribus, quantis a multis annis Archiepiſcoporum nemo alius. Per eam magno ſtipatus comitatu, progreſſus eſt in ædem maiorem, & antiphona *de S. Martino* in medio templi decantata, ad locum Capitularium conuentibus deſtinatum, vt iuriſiurandi religione firmatam eccleſiæ Moguntinæ fidem daret. Hac data, in ædem ad ſummam perductus aram ipſe demum enixus, ac *in ſignum realis & actualis poſſeſſionis* impoſitus ſedi. Qua cæremonia finita, inter confertiſſimam affluentium turbam ad arcem *S. Martini* conceſſit, mille equitum & mille peditum deductus agmine.

Miſſam in æde ſumma celebrat.

6) Die dein D. Martino feſta apparatiſſima pompa, Pontificis indutus amictu, Miſſæ peregit ſollemnia, Epiſcopo Vicecomponenſi, &

quinque

Edit. I p. 883

quinque Abbatibus, Fuldenſi ſcilicet, Eberbacenſi, S. Iacobi, montis D. Ioannis in Rhingania, & Seligenſtadenſi adſiſtentibus & ſubſeruientibus. Finito officio diuino in area ante caſtrum *D. Martini* donum, quod honoris cauſſa Clerus dabat (*propinam* vulgo vocant) beneuolo cepit affectu, pollicitus, ſe priuilegia eidem ac immunitates confirmaturum.

pallio induitur.

7) Legatis, quos Romam miſerat, die ſabbati poſt Andreæ reuerſis, pallium, quod afferebant, ſollemni Cleri Moguntinenſis occurſu ante portam, quam modo dixi, piſcariam ſuſceptum, & in æde maiori, poſt hymnum Ambroſianum læto cantu abſolutum, in armario illius reconditum eſt. Quod dein die Veneris poſt D. Thomæ ferias, ſacro Miſſæ officio ab eo, cui commiſſum erat, decantato, flexis ipſe genibus ante aram coram Epiſcopo Brandenburgenſi procumbens, Bullis Papalibus lectis ac iureiurando Sedi Romanæ præſtito, accepit. Sequenti vero die in æde D. Petri extra mœnia Moguntina petentibus ordines tam maiores quam minores, hoc honoris Archiepiſcopalis inſigni incinctus, contulit.

natali Christi ſollemniter diuinum peragit officium.

8) Feria tandem Chriſti incunabulis & natali ſacra diuinum officium in æde primaria ſollemni cæremoniarum apparatu celebrauit, *Thoma* Comite *de* Rieneck, Cuſtode, *Laurentio Truchſeſs*, Scholaſtico, *Georgio* Comite *de* Henneberg, & *Ioanne* de *Erenberg* miniſtrantibus, tanto quidem vtriusque ſexus confluxu, vt multitudini capiendæ vix locus ſupereſſet. Leo enim X P. M. omnibus ſollemni confeſſione vitæ anteactæ ſordibus expiatis *plenarias a pœna & culpa indulgentias* conceſſerat, qui officio huic intereſſent.

SS. Rabani & Maximi reliquias Halam transfert.

9) De cetero, cum non longe poſt initi Pontificatus auſpicia ſactas Moguntiæ obiret ædes, videns, ſanctas primorum Moguntinenſis eccleſiæ Pontificum reliquias in D. Albani baſilica in minori fere, quam par eſſet, veneratione haberi, auctoritate non minus Apoſtolica, quam Ordinaria, vſus, corpus *B. Rabani* Archiepiſcopi totum, & *S. Maximi* dimidiam partem Halam Magdeburgicam aſportauit, ac anno ſequenti MDXV in æde caſtri, vulgo *Moritzburg* appellati, quam nuper demum conſecrarat, ſollemni cæremoniarum apparatu depoſuit. *Trithemius* in vita S. Maximi cap. XIX; quem auctor ſupra lib. II cap. XXVI § III, lib. item IV, in *Rabano* § XXIV, & hic § VII ſequenti exſcripſit.

Iudicium aulicum inſtituit.

10) Hæc inter cum comperiſſet, ſuperioribus temporibus lites, vel otio ac ceſſatione indicantium, vel ea paucitate, quæ impar erat cauſſarum multitudini, æquo longius protractas; quin haud paucas perennare; ne quid in poſterum, vt hactenus, damni ex iuſtitiæ neglectu in populum ſibi ſubiectum deriuaretur, anno hoc MDXV, Lunæ poſt dominicam *in Albis*, peculiare tum litibus, controuerſiis, cauſſisque diſceptandis, tum appellationibus ſiue prouocationibus recipiendis inſtituit tribunal (*Iudicium aulicum* id vocari notum) cum poteſtate iuris reddendi, quoties eſſet, qui illud poſceret. Dicundo autem vndecim conſtituit iuſtitiæ adminiſtros; quorum vnus Iudicis fungeretur munere; ceteri vero adſiderent: pars, ſummis in iuris ſcientia honoribus inſigniti; pars, genere nobiles; omnes moribus & virtute ſpectati. Iudicem vero ſemper eſſe voluit prudentia, auctoritate, ſplendoreque natalium tanto muneri parem, Comitem, Baronem, vel minimum antiqua, nobilique maxime ortum proſapia. Primumque tum partes iſtas impoſuit *Ioanni* de *Lune*, dicto *Mohr*, Vicedomino Moguntiæ, viro, vt maiorum imaginibus, ſic æqui rectique ſtudio ſua ætate quam clariſſimo.

ignoſcit Mülhuſanis.

11) Non longe poſt, qua dominatum benignitate temperaret, Mülhuſanis planum fecit. Infeſto illi impetu in cœnobium tractus Eichsfeldenſis Reiffenſteinenſe illati, nonnulla per vim egerant ac furorem; nunc vero, facti pœnitentes, propitiandum ſibi ducebant, in quem auſu hoc non leuiter peccarant. Cum ita veniam poſtularent, Albertus haud difficulter ſe exorari paſſus eſt, vindictæque hanc admiſcuit lenitatem, vt mulcta mille florenorum contentus, cum alioqui longe grauius in eos conſulere potuiſſet, priſtinam in gratiam reditum eis patefecerit. Factum id ipſa dominica *Exaudi*.

monaſterium Auguſtinian. Islebiæ priuilegiis afficit.

12) Mox non ſolum *Alberto*, Comiti Mansfeldenſi, permiſit, vt religionis bono prope Islebiam ædi *D. Annæ* pro *FF. Eremitis*, qui ex *D. Auguſtini* regula viuunt, cœnobium adſtrueret; verum etiam, eidem hoc magis gratificaturus, id omnibus iuribus ac priuilegiis, quibus cetera in diœceſi Moguntinenſi cœnobia fruuntur, honeſtiſſimo diplomate, die XVIII menſis Iunii dato, exornauit.

V. cod. Dipl.

In Saxoniam ſe confert.

13) Exinde *Eberhardo*, Comite Kônigſteinii & Diezæ, Dynaſtæ Eppenſteinii & Münzenbergæ, Locumtenentis auctoritate ſummæ rerum impoſito, perrexit in Saxoniam, Aſchaffenburgo Lunæ poſt D. Laurentii ferias profectus. Habebat ad cuſtodiam corporis centum & quinquaginta equites armatos, qui rubri coloris, quo induti erant, veſtitu, galeisque ſplendentibus (*gliſſenden haupt-harnaſch*) inſigni erant adſpectu. Ex itinere primum Ameneburgi, dein Heiligenſtadii, poſt Duderſtadii, locis omnibus quam honorificentiſſime exceptus, populum obſequii religione ſibi deuinxit, ac tandem, Veneris poſt diem decollati Ioannis Baptiſtæ memoria celebrem, ſe Halam ſanus ſoſpesque appulit.

monaſteriis Conradsdorf & Himmelthal conſulit.

14) Sequenti MDXVI & parthenoni *Conradsdorf* & clauſtro *Himmelthal* proſpexit. Illi quidem, *Theobaldum* de *Babenhauſen* Præpoſitum, quem ſanctimoniales elegerant, auctoritate Archiepiſcopali confirmando; huic, veſtalium mores vitamque ad veterem diſciplinæ reuocando ſeueritatem.

Indulgentiarum conſtituit præconem.

15) Enimuero, iam anno MDXV, die vltima Martii, vna cum *Guardiano* FF. *Ordinis*, vt vocatur, *Minorum* de obſeruantia, Conuentus Moguntini, *Alexandro Molitoris*, a Leone X P. M. conſtitutus erat, vt per prouincias Moguntinenſem, Magdeburgenſem, & Halberſtadienſem, terras item Marchionatus

tus Brandenburgici indulgentias ſiue criminum publicaret condonationes. Vid. *Pallauicinus* hiſtor. concil. Trident. lib. I cap. III n. 7 p. m. 6. Hinc anno, quem nunc inimus, MDXVII, iuxta cum *Alexandro*, XII menſis Februarii die, *Iodoco Lorcher*, Decretorum Doctori & in Theologicis Baccalaureo, parochialis Nouoforenſis Curioni, ac *Georgio Behem*, Norimbergæ Præpoſito ad D. Laurentii, diœceſis Eichſtadtenſis, nec non *Ioanni Neubar*, Herbipolenſis eccleſiæ Vicario, Theolog. Licent. omnimodam poteſtatem dedit, ciſtas in locis, in quibus ſacratiſſimæ crucis erigeretur ſignum, ponendi, Sacerdotes, queis populus conſcientiam aperiat, conſtituendi, conſanguinitatis in tertio vel quarto gradu gratiam faciendi, pretium pro indulgentiis conſequendis ſtatuendi, aliaque omnia exercendi, quæ Pontifex in litteris ſuis mandarit ac conceſſerit: his tamen additum, vt pecuniam in arculas illatam nonniſi tabellione publico & teſtibus præſentibus dinumerent; dinumeratæ ſummam vero in tabulas authenticas ſemper referri curent.

certa iſtis mandata dat.

16) Aliis dein litteris, Aſchaffenburgi Iouis poſt dominicam *Exaudi* datis*, omnibus, quibus iſtas piaculorum relaxationes prædicandi negotium datum erat (*Subcommiſſarien & Mitdeputirten*) mandauit, vt clauium ad ciſtas in templis ad ſtipem colligendam poſitas alteram Iacobo Fuggero tradant, nec quam illarum referent, niſi in ipſius præſentia. Sibi enim & Collegæ proxime a Papa per litteras ſub anathematis interminatione iniunctum, vt id curæ ſibi habeant, ac Fuggeris vel eorum Procuratoribus dimidiam pecuniæ collectæ partem numerent.

* *Habes eas in codice Diplomatico, vna cum Inſtrumento quodam* Henrici Sylonis *de reclinſa Francofurti in æde D. Bartholomæi memoria dicata ad genus ciſtæ, & pecunia dinumerata.*

librorum edendorum conſtituit cenſores.

17) Cum vero per id temporis plura in lucem prodirent, quæ doctrinæ receptæ, bonisque moribus contraria videbantur, ſaluti animarum, vt ipſe prodit, noxia, & non raro in perſonas dignationis haud modicæ iniurioſa, ipſe *Paulo*, Epiſcopo Aſcalonenſi, ſuo in pontificalibus muniis Vicario, & *M. Iodoco Trutvetter*, Doctori Theologo, ac Erfurti ad B. M. V. Canonico, litteris Moguntiæ die menſis Maii XVII ſignatis, id mandauit negotii, vt librorum prelo ſubiiciendorum curatam agant cenſuram, ne cum bonis ſeminibus ſpinæ coaleſcant, vel medicinis venena intermiſceantur; bonos & vtiles edi permittant; noxios contra reiiciant: inſuper, quos ex iam editis fidei morumque ſanctimoniæ officere perſpexerint, ne porro vendantur ac diuulgentur, prohibeant. Ceterum per totam diœceſin Moguntinam in hæreticæ prauitatis ſuſpectos ſumma cura ſtudioque inquirant; reos, cuiuscunque etiam dignitatis, ſtatus, ac præeminentiæ ſint, coerceant, caſtigent, puniant, in eosque ea omnia ſtatuant, quæ hæreticæ prauitatis Quæſitorum ad compeſcendos id genus homines eſſe norint. Tabulas ipſas, vt legere poſſis, dedi in codice Diplomatico.

cum Septemuiris tractat de Comitiis habendis.

18) Sub tempus æſtiuum Moguntiæ tractatum fuit de Comitiis habendis. Conuenere autem eo Treuirenſis, Colonienſis, Palatinus, & Brandenburgenſis Electores; quos omnes exquiſito honorum omnium atque officiorum genere excepit Albertus, humanitatisque, quod cohoneſtandis illis eſſet, nil quicquam prætermiſit.

quid occaſionem dederit Luthero diſputandi contra indulgentias.

19) Contigit poſt, cum *Ioanni Tezelio*, inſtituti Dominicani monacho, partes indulgentias in Saxonia promulgandi demandaſſet, vt *Lutherus* Wittembergæ propoſitiones, de quibus auctor § III, aduerſus eas ederet. Vtrum vero ex ea, quam *Serarius*, Latomum, aliosque ſecutus, vult, cauſſa, non eſt, vt hic disquiramus. Conferri poſſunt *Seckendorfius* aduerſus Maimburgium lib. I ſect. VII § VII p. 16 & ſq. ſectione item IX § IX p. 23, & nouiſſime *Tenzelius* in opuſculo poſthumo, *Hiſtoriſcher Bericht vom anfang vnd erſten fortgang der Reformation Lutheri* inſcripto, cap. II § XXII & ſeq. p. 131 & ſeq. Tezelium vltra limites progreſſum, tum ſtatim *Carolus Miltizius*, Canonicus Moguntinus & Miſnenſis, Leonis X a cubiculis & in Germaniam Delegatus, litteris an. MDXIX ad Degenhardum Pfeffingerum ſcriptis, faſſus eſt; noſtris vero temporibus nec *Maimburgius*, S. I. Theologus, lib. I hiſtor. Lutheran. ſectione VI iuit infitias.

clauſtrum Trumbach confirmat.

20) Sub anni MDXVIII ſecuti exordium clauſtri, *Trumbach* dicti, fortunis ac ſaluti prouidit. Cum enim *Franciſcus Sickingius & Hedevvigis* de *Flersheim*, coniuges, id multis & laboribus & impendiis reſtituiſſent, liberalique ditatum cenſu VII tradidiſſent *Beguttis* ſiue virginibus, *ex D. Auguſtini* norma victuris, ipſe non modo illud ſua firmauit auctoritate, ac honeſtiſſimis inſtruxit priuilegiis; verum etiam Sigillifero Moguntino & Priori cœnobii Schwabenheimenſis, Ordin. Canonicor. regular. de obſeruantia *S. Auguſtini*, commendauit; ſanctimonialium diſciplinam, inſtituta, mores eorundem fidei committens ac tutelæ; qua de re operæ pretium erit inſpicere tabulas tum II Ianuar. die editas, in codice Diplomatico.

in Saxoniam abiens

21) Cum vero tum temporis iter meditaretur in Saxoniam, vt Magdeburgenſis pariter ac Halberſtadienſis eccleſiarum commodis præſens inuigilaret, in tractu Archiepiſcopatus inferiori ſummæ rerum Locumtenentis titulo præfecit *Laurentium Truchſeſs* de *Bommersfeld*, ædis ſummæ Decanum; in ſuperiori *Reinhardum*, Comitem *de* Rieneck, Vicedominum Aſchaffenburgenſem.

Locumtenentes Archidiœceſis conſtituit.

Litteræ, quibus id Præfectis, ceterisque ditioni Moguntinæ ſubditis denuntiauit, datæ Aſchaffenburgi *vff Montag purificat. B. V.*

Wizzenhuſæ Wilhelmitas ſubleuat.

22) Ex itinere Heiligenſtadii die XVIII Februarii Sodalium, qui Wizzenhuſæ *D. VVilhelmi* leges ſequebantur, inopiam atque ærumnas prono ſubleuauit animo, eisdemque parochialem *Almerodenſem*, *VVidekindi* de *Vilar*, illius patroni, conſenſu accedente, cum omni iure & cenſu in perpetuum addixit.

23) Re-

23) Rebus in Saxonia ordinatis ad Comitia Auguſtam Vindelicorum indicta perrexit. ac Aſchaffenburgum delatus, *Nicolao Zieglero*, qui ſummus Maximiliani Secretarius erat, hanc fecit gratiam, vt in emptionem, qua ille non ita pridem dynaſtiam in Alſaria inferiori *Barrenſem* a Cæſare obtinuerat, tabulis die Martis poſt memoriam Apoſtolorum ab ſe diſcedentium ibidem confectis, qua Septemuir, vt leges volebant, conſenſit. Conſ. *VVenckerus* in apparatu Archiu. p. 437.

24) Auguſtæ vero cum eſſet, votis incolarum villæ *Niclaushauſen* ſingulari reſpondit gratia. Cum enim templo loci vetuſtate laboranti reficiendo manus admouiſſent; ſumtibus autem in opus faciendis haud eſſent pares; tabulis, vt in codice noſtro videre eſt, XXVI menſis Iulii die confectis Parochis eccleſiarum, Vicariis, & diuinorum per totam diœceſin Moguntinam Rectoribus mandauit, vt ſuorum quemuis pro ſuggeſtu ſacro ad opem illis ferendam exhortentur: his vero, qui manus Niclaushuſenſibus porrexerint adiutrices, *indulto Apoſtolico* centum, & *auctoritate ordinaria* quadraginta dies *de iniunctis pœnitentiis* remiſit.

25) Dein ipſis Kal. Auguſti Vaticani Senatus dignitate, ad quam XXIV die menſis Martii Romæ euectus erat, per *Caietanum* magna cæremoniarum dignitate atque magnificentia inauguratus eſt. Quam pompam cum curate deſcripſerit *Iacobus Manlius* in hiſtoria, quam tomo II dedi, *collata Cardinalitia dignitatis in Albertum*, non eſt, quod pluribus hic verbis rem perſequar. Interim conferri poſſunt *Huttenus* in epiſtol. ad Iulium Pflugium, quam *Burckardus* commentar. de Hutteno parte I p. 128 magnam partem repetiit, *Sleidanus* lib. I de ſtatu religionis p. 5, *Fuggerus* ſpecul. honor. Auſtriac. lib. VI cap. XIX p. 1359.

Ceterum hic pro, *Matthia Cardinale*, lege, *Matthæo*. Hoc enim nomine vocabatur *Langius*, peruetuſta Patritiorum Auguſtanorum familia natus, *S. Angeli* SS. eccleſiæ Romanæ Diaconus Cardinalis, Epiſcopus Gurcenſis, & tum Salisburgenſis Coadiutor; ab obitu vero Leonardi Archiepiſcopus; vir multis clarus nominibus. Conſ. *Strunius* præfat. ad *Ioan. Pierii Valeriani* epiſtol. de honoribus Langio Romæ habitis, p. 570 ſeq.

26) Dein XXVIII menſis Septembris die quanta maxime par fuit cæremonia, dignitatum ſuarum iura, Imperiique beneficia, vt moris eſt, requiſiuit, ac ab Maximiliano fide recepit clientelari, *Hermanno* Colonienſi, *Gabriele* Eichſtadtenſi, *Henrico* Auguſtano, & *Chriſtophoro* Brixienſi Antiſtitibus, *VVilhelmo* Comite Palatino ad Rhenum, Duce Bauariæ, *Caſimiro* Marchione Brandenburgenſi, *VVilhelmo* Comite de Henneberg, *Ioachimo* Comite de Oetingen, *VVilhelmo* Domino de Rapolſtein, aliisque Nobilium maximo numero præſentibus.

27) *Latomus* in catalogo ſubdit: *Eodem MDXVIII in Comitiis Auguſtanis cauſſa Lutheri examinari cœpta eſt ab Epiſcopis & Theologis ad hoc deputatis: vbi Albertus plurimum annixus eſt ſedare furentem hominem. Verum Luthero doloſe elabente, res in irritum ceſſit.* Atenim neſcio, an erret. Albertum enim Luthero tum collocutum, nemo, quod ſciam, dixit.

28) Maximiliano Cæſare anno ſubſequenti MDXIX d. XII Ianuar. Velſii in Auſtria fatis functo, ipſe omnes in reipublicæ ſalutem curas conuertit. Diſſidebant tum inter ſe bello Hildeshemenſis Epiſcopus & Duces Brunſuicenſes. Cui componendo cum ſtudium impenderet *Fridericus*, Saxoniæ Dux & Elector, Imperator tum vicarius, Albertus eidem Sereniſſ. operam iunxit; vt vel ipſe *Lutherus* innuit in apologia contra Henricum Brunſuicenſem tom. VII Altenburg. f. 461.

29) E Saxonia Moguntiam reuertit Iouis poſt dominicam, ab introitu *Innocauit* vſu eccleſiaſtico dictam, & a Clero tam maiori quam minori extra portam piſcariam clariſſimis obſeruantiæ argumentis exceptus, in ædem principem, inter ciuium decore armatorum ſtationem, ex vtraque viæ, qua procedendum erat, parte diſpoſitam, deductus fuit; in qua poſt finitam de *S. Martino* antiphonam, *Bartholomæus Zehender*, Eccleſiaſtes metropolitanus, breuem habuit orationem, qua ei tum de dignitate Cardinalitia, tum felici aduentu gratulabatur. Qua finita, carmineque ſollemni, quod nonniſi lætis rebus gratulabundi modulamur, concinne dulciterque decantato, purpurati indutus amictu in equum adſcendit, ac ad arcem D. Martini conceſſit; ante quam in area Cleri lautia oblata prono cepit animo.

30) Simul ac vero reuerterat, de conuocandis priuatim Electoribus Rhenanis, antequam publica haberentur Comitia, circummiſſis nuntiis deliberationem inſtituit. Placebat omnibus ad dominicam *Lætare* conuenire intra ditionis Treuericæ metas, in oppidum Veſaliam. Cum conueniſſent, ad mutuam ſeſe, vsque tum noui Cæſaris peracta eſſet coronatio, colligarunt defenſionem, vulgo *die beſondere Rheiniſche Verein* dictam. Vid. *Goldaſtus* Politiſcher Reichshändel part. I p. 23 & part. VIII p. 216, *Zieglerus* corp. ſanction. pragmaticar. p. 1016. Iſtam vero ad rem quantum vigilantia ſua, conſiliisque momenti Albertus attulerit, quiuis facile colligat.

31) Pari pro libertate Germaniæ ſtudio reſponſum Pontifici, qui tum per Legatum, *S. Sixti* Cardinalem, Septemuiros monebat, id penſi habeant, vt Principem eligant optimum: in Regem vero Neapolitanum (Carolum intelligebat Auſtriacum, vaſti Hiſpaniarum regni heredem) ſuffragiis ſuis ne eant. Reges enim Neapolitanos Sedis Romanæ eſſe beneficiarios, & fide data iam olim ſic pactum, ne Romanum Imperium appetant, ſed vt alterutro ſint contenti. Carolum itaque legibus teneri, quo minus ad Imperii gubernacula accedere poſſit. Aperte tandem, plane, ſignanter, ſine vllis verborum inuolucris ac ambagibus, ſeparatim etiam & per ſe quisque, de his reſpondeant. Nomine enim illo-

rum *Theodericus Zobel*, ad ædem Moguntinenſem maiorem rei præfectus ſcholaſticæ, repoſuit: Electores Veſaliæ congregatos non Cæſaris eligendi gratia, ſed aliis plane de cauſſis: ſigillatim comprimendorum in Imperio motuum ergo. Igitur nec loci nec temporis eſſe, de re iſta agere. Cum ad electionis ventum fuerit conſilia, tum in Cæſarem ſe cooptaturos, qui ſacræ Sedi gloriæ & honori ſit, reipublicæ chriſtianæ incremento, S.R.I hoſtibus formidini. Interim mirari Principes Electores, Leonem ipſis, quod æuo hoc inauditum plane, leges, quibus ſe in nouo Cæſare ſurrogando tenerent, præſcribere velle. Conf. *Goldaſtus* l.d. ex eoque *Bœclerus* de rebus ſæc. XVI parte II p. m. 303.

Edit. I pag.

Dein ad conſtitutum tempus Francofurtum iuit, eo animo, vt Imperio Rectorem ſuo ſuffragio daret, rei communi quam maxime profuturum.

IV Anno autem MDXIX magno id opere ſategit idem Albertus, vt, cum, functo vita Imperatore Maximiliano I, in Franciſcum Gallorum Regem Principum nonnullorum inclinarent animi, eos ad Auſtriacam domum reuocaret; ſuaque tandem ſapientia, induſtria, & eloquentia perfecit, vt ex iſta fuerit ab Electoribus, qui aderant, omnibus, & Bohemico Legato, electus Francofurti Carolus V; extantque apud nonnullos diſertiſſimæ ipſius eam in rem orationes. Anno autem MDXXXI Coloniæ, in Cæſarem ſimiliter, licet abeſſet, abnueretque per legatos Saxo, eligi curauit Ferdinandum, Imperatoris ipſius fratrem. 314

fortiter pro Carolo V loquitur.

1) Albertus ſane, dum de Cæſare eligendo deliberatio habebatur, primus omnium de ſumma rerum loqui cœpit; cumque multis primum expoſuiſſet, nec legibus conuenire, nec ex vſu eſſe, vt exterus quis admoueatur Imperio: dein vero prouide monuiſſet, potentis cuiusdam nec a viribus imparati Principis ope, tutelaque Imperio opus eſſe, fortiter pro Carolo Auſtriaco dixit. Vtrum vero orationem iſtam, de qua auctor, αὐταῖς λέξεσι ac ad verbum habuerit, forſan non ſine cauſſa dubites. Conf. *Ludevvigium* ad A. B. tit. II § II p. 384. Si *Schookio* exercit. I ad Monzamban. p. 9 fides, *Philippus Melanchthon* eam ingenii exercendi gratia compoſuit. Conf. quem cum *Schookio* haud obſcure facere videas, *Thomaſium* ſcholior. in Monzamban. cap. IV § V lit. u) p. 322, & cap. V § I lit. a) p. 348. E *Sabini* dein, vel potius *Melanchthonis* hiſtoria electionis Caroli V alii, eosque inter *Sleidanus* lib. I de ſtatu religionis p. m. 19 repetiere.

Eundem eligit.

2) Die poſt Iunii XXVIII ad ipſum electionis actum proceſſit. Is ita peragebatur. Cum celebratum fuiſſet Miſſæ officium, in ſacrario ædis a D. Bartholomæo appellatæ (in quod ſe Electores & Legatus Boiemus contulerant) *Hieronymo* Epiſcopo Brandenburgenſi, *Laurentio Truchſeſs* de *Bommersfelden*, Decano Moguntino, *Henrico Reuſs* de *Plauen*, Decano Colonienſi, *Florentio* de *Venningen*, Cancellario Palatino, & *Friderico Thanne*, Præfecto Vinarienſi, tanquam teſtibus aduocatis, & Tabellionibus publicis, quos Notarios vocant, præſentibus, primo Treuirenſem interrogauit, in quem ſuo iret ſuffragio? Eo reſpondente; in Hiſpaniarum Regem & Archiducem Auſtriæ *Carolum* ſe ire; ceteros etiam ordinatim percunctatus eſt. Qui poſtquam Treuirenſi acceſſiſſent, tandem iunctim ex Alberto quæſiuere, quem ipſe legeret? Is, cum non ſecus ac illi *Carolo* Imperii amplitudinem detuliſſet, voluntate illorum iuſſuque eundem ſine mora in conclaui proclamauit. Hæc ex ipſis electionis peractæ actis ſiue documentis.

ad venditionem Ducat. Wirtembergenſis ſuos mittit.

3) Hæc vero, aliaque dum agebantur, nouum fœderis Sueuici ſociis cum *Vlrico* Wirtembergenſi bellum interceſſerat. Contracta enim familiarium manu ex improuiſo *Heinſam* ille, *Leonbergam*, *Stutgardiam*, *Kirchhemium* recuperauerat. Cum vero haud parum ſumtus in expeditionem iſtam ab ipſis factum eſſet, vt reciperent, quod impenſum erat, prouinciam, ex qua denuo illum eiecerant, anno ſequenti MDXX, die VI Februarii Auguſtæ Vindelicorum Carolo & Ferdinando Auſtriacis ſub haſta vendidere. Erat eos inter Albertus: cuius etiam nomine tum aderant *Ioannes Kuchenmeiſter de Gamberg*, Doctor, & *Iacobus Frölingkind*, Secretarius.

Seruitis in monaſterio D. Wolfgangi priuilegia confirmat.

4) Ipſe vero die XI ſequenti tabulis publice editis Priori & Conuentui Fratrum Ordinis *Seruorum B. M. V.* ſecundum regulam & inſtituta *B. Auguſtini* viuentium monaſterii *S. VVolfgangi*, prope Hanouiam, conſulturus, indulſit, vt gratiis, priuilegiis, ac libertatibus, a Sede Romana Ordini conceſſis, in diœceſi Moguntina frui poſſint, iubens, vt haud ſecus recipiantur, admittantur, ac foueantur, quam fratres profeſſi quatuor Ordinum mendicantium.

Gernsheim recuperat.

5) Dein menſe Maio ſecuto oppidum *Gernsheim*, quod *Adolfus II Philippo*, Comiti Catimelibocenſi pro XL M florenorum oppoſuerat, redemit; numeratis *Philippo*, Haſſiæ Landgrauio, ad quem hereditario peruenerat iure, tum XXX M, & anno ſequenti X reſiduis. Rem eo deduxere *Laurentius Truchſeſs* de *Bommersfelden*, Decanus, *Sebaſtianus* de *Rotenhan*, D. & Eques, &, quem modo dixi, *Ioannes Kuchenmeiſter* de *Gamberg*, omnes Alberti a conſiliis.

coronationi Caroli V intereſt.

6) Poſt, cum tempus inſtaret, quod Cæſar capiendis Imperii inſignibus deſtinarat, promptiſſimo ſtudio Aquas graneas profectus, Carolo, die XXI Octobris vrbi appropinquanti, nomine omnium felicem gratulatus aduentum eſt; poſtridie vero Colonienſi, ſacra illum inungenti cæremonia, magna adſtitit dignatione. Perendie dein, qui XXIII Octobr. erat, in publica denuntiauit panegyri,

Ponti-

Edit. I p. 884

Pontificem Romanum, approbata electione, iubere, vt *electi Cæſaris* nomen in poſterum *Carolus* vſurpet. *Sleidanus* l. d. lib. II p. m. 46 & 47.

[illegible] 7) Illum poſtea Wormatiam ad Comitia indicta tendentem ampliſſima pompa Veneris ante D. Catharinæ ferias Moguntiæ excepit; die dein dominica a Clero vniuerſo cum crucibus & vexillis ſollemniter ex arce ad D. Martini ædem deductum omnibus, vt moris eſt, officiis proſecutus fuit.

Wormatiam concedit ad Comitia. 8) Mox & ipſe Vormatiam perrexit, ac anno ſequenti MDXXI præſenti rerum ſtatui conſilia ſua attemperans, Cæſarem, qui Lutherum non amplius audiendum decreuerat, communi rogauit nomine, permitteret Principibus, qui quidem vellent, vt denuo eum interrogent, atque ad ſaniora conſilia hortentur. Minis *Franciſci Sickingii*, aliorumque e Nobilitate perpulſum, id precibus a Cæſare depopoſciſſe, *Pallauicinus* lib. I hiſtor. Concil. Trident. cap. XXVII § 5 p. m. 43 tradit, additque, Albertum pio magis tum fuiſſe animo, quam forti. *Palatius* vero vol. II faſtor. Cardinal. ſub Leone X n. XXXVIII col. 692 refert, perterrito vires addidiſſe *Carolum V*, dicendo; *Quadringenti iſti ad vindictam parati erunt forſan, vti trecenti Mutii, quorum tamen vnus & ſolus fuit.*

[illegible] a Luthero [illegible] obiurgatur. 9) Poſt id contigit, vt nouas Halis promulgari curaret papales venias; tum vero Parochum quendam ad vxorem, quam duxerat, dimittendam carceris cogeret pœna. Id vero tam male habebat *Lutherum*, vt litteris ipſum, magna ſermonis libertate ſcriptis, obiurgaret. Quod cum auctor poſt multa alia § XII demum narret, temporis ratione habita huc refero. Albertum ad eas, ſatis quidem minaces, leniſſime reſpondiſſe, res ipſa loquitur, vt § dicto videre eſt. Reſpondit autem tam moderate *VVolfg. Fabricii Capitonis* & conſilio & ſtilo. Vid. *Seckenderfius* l. d. § CVII, p. 175.

fœderi Sueuico prorogato ſubſcribit. 10) Vti vero pacis, ſecuritatisque publicæ, ſi quis alius, amans erat ac ſtudioſus, ita anno poſtero MDXXII fœderi Sueuico, in conuentu Vlmenſi ad XI rurſus annos prorogato, alios inter & ipſe nomen dedit. Manifeſtum id fit tabulis ipſis, Lunæ poſt dominicam *Reminiſcere* ibidem confectis, apud *Dattium* lib. II de pace Imperii publica, cap. XXIII p. 405.

ad comitia proficiſcitur Norimbergenſia. 11) Inde Norimbergam conceſſit ad Comitia Ordinibus indicta, vt de Turcis reprimendis, liberandisque ex eorum faucibus Hungaria, finitimisque regionibus, quam neceſſitas poſtulabat, inſtitueretur deliberatio. Itineri autem ſe dedit Mercurii poſt dominicam *Oculi* dictam.

peculiare Conſiliariorum conſtituit Collegium. 12) Hæc inter cum enixius ſecum, diligentiusque reputaret, quæ maxime res impedimento eſſet, quo minus Archiepiſcopatus Moguntinus, quem tamen vsque huc ſemel atque iterum magnis leuaſſet ſumtibus, ex incommodis haud emergeret, reperit, id omne propemodum ex perturbatiori *oikonomia*, interruptoque plurimum rerum agendarum tenore proficiſci. Opportuniſſimum igitur duxit, peculiare Conſiliariorum collegium inſtituere, quorum quidem ad arbitrium iudiciumque, ſiue abſens ipſe eſſet (quod ſæpius contingebat) ſiue præſens, rerum omnium ſumma rediret. Et quidem hoc magis in neceſſariis id habuit, quo curatius expendebat, Sedem Moguntinam totius Imperii eſſe primariam; Archicancellariatus adhæc per Germaniæ fines adminiſtrandi dignitate auctam (*dieweil vnſer Erzſtift Mentz der oberſt Stuhl, vnd ein Ertzcancellariat des H. R. R. in Germanien*) cetera vero amplam maxime, ac negotiorum tum magnitudine conſtrictam, tum copia. Placuit autem hic modus; Vt ipſe quidem in id cooptaret duos ad ædem maiorem Canonicos, dein aulæ Præfectum, Cancellarium, & Mareſchalcum; tum duos Iurium Doctores, duos item eximiæ auctoritatis Nobiles. His dein eccleſiarum Prælati adiungerent vnum, vnum Nobiles, diœceſi adſcripti; vnum tractus inferioris, vnum item ſuperioris ciuitates. Quibus ita conſtitutis, leges etiam, quibus in rerum adminiſtratione ſe tenerent, eisdem præſcripſit. Qui tum cooptati fuere, hi ſunt; *Theodericus Zobel*, Scholaſticus, & *Balthaſar* de *Groſchlag*, Canonicus maioris, *Frobenius* de *Hutten*, Eques, aulæ Magiſter, D. *Caſpar* de *VVeſthauſen*, Cancellarius, *Caſpar Lerch* de *Dirmſtein*, Mareſchalcus, D. *Ioannes Furderer*, Excancellarius, *Philippus Echter*, Vicedominus Aſchaffenburgenſis, D. *VVolfg. Fabricius Capito*, *Henricus Brumſer*, Vicedominus Rhingauiæ: *Diethericus VVenck*, S. Victoris Decanus, Prælatorum, & *Arnoldus* de *Holenvveiſel*, Ordinis Equeſtris nomine. Qui a ſecretis eſſent, conſtituti *Andreas Rucker* & *Iacobus Frölingkind*. Quæ omnia litteris conſignata Aſchaffenburgi, Martis D. Martini ferias præcedente.

13) Mox rurſum ſe contulit Norimbergam, quo Principibus, aliisque Proceribus Imperii indictus erat dies. Occaſionem dederat eadem, de quo paullo ante, materies; quam Ordinibus, qui aderant, ſingulari oratione, publico in conſeſſu habita, quam enixiſſime commendauit *Franciſcus Ioſephit* Ord. Minor. *S. Franciſci* de Obſeruantia, Epiſcopus Seguienſ. regni Hungarici Orator. *rurſus in Norimbergam.*

14) A *Franciſci Sickingii* partibus cum non prorſus alienus fuiſſe videretur, fœderatis Principibus, Treuirenſi, Palatino, & Haſſo, ſui pœnas dedit conſilii. Quod vt hoc explicatius vnicuique ſubeat, *Leodium* audire iuuabit. Is hiſtor. de geſtis vel potius auſis Franc. Sickingii p. 302 & ſeq. *In Moguntiacam deinde Nobilitatem animaduertere Principes ſtatuunt, quæ maximas Franciſco vires in bellum Treuirenſe ſubminiſtrauerat; immo hac ſuadente ſuſceptum plerique adſerunt; nec defuere, qui aperte dicerent, Præſulem tacitum coadiutorem. Certe ſatis mihi perſuadet, non perinde illum ab hac lepra mundum, qui & Magiſtrum ſuum curiæ (vt vocant)* Frouinum *ab* Hutten *&* *Marſchallum* Caſparem Lerch, *addamus & primarios eccleſiæ* *cauſa Sickingiana fauiſſe dicitur.*

 ſua

ſua Moguntina Canonicos Franciſco anteſignanos (vt ita dicam) habuerit, paſſusque ſit, prædam Treuerenſem Moguntiæ publice venundari, & in manubias redigi. Quare Principes ab eo litteris expoſtulant, vt ſinat & adiuuet ſeſe de illis pœnam debitam ſumere, qui publicam Romani Imperii pacem vetito bello violaſſent, quam & ipſe ſeruaturum & defenſurum præſtita fide iuraſſet. Moguntinus fœderatis Principibus reſcripſit. Quibus cum nihil proficeret, Principum congreſſum expoſtulat, & ſe, publica tamen fide, ad eos Francofurdiam venturum pollicetur: ratus ſcilicet, plus coram impetraturum, quam litteris. Qui cum adueniſſet, cauſſam Nobilium ſuorum eodem ferme tenore, quo litteris prius, egit. Illi reſpondent, ſe præoptaſſe, ne ad id incommodi Nobilitas Moguntina deueniſſet: nunc eo adactos eſſe publicæ rei cauſſa, quam deſerere nec vellent nec poſſent, vt de transgreſſoribus legum Imperialium, quas ipſi condidiſſent, debitas pœnas exigant: alioquin & malum impunitum in deterius verteretur, & ipſi periurio obſtricti notari poſſent. Ad quæ Moguntinus: »Quandoquidem, Conſanguinei, *inquit*, ita vobis perſuaſum eſt, vt nec mei intuitu, nec vllis precibus moueri poſſe videam, rogo, *inquit*, ſaltem aliquid clementiæ meis impertiri velitis, ne ſe omnino conquerantur meis precibus nihil fuiſſe adiutos.« *Cui Principes: licet ita dictantibus legibus, vt primo res redderent Treuiro, belli ſumtus reſarcirent, adhuc ab vnoquoque ſexaginta millia aureorum exigere poſſent: tamen, vt ſui ſentiant, ſe omnia cum decore ſua de cauſſa facturos libenter, ab omnibus ſemel duntaxat ſexaginta florenorum millia expoſtulant. Territus Moguntinus ea ſumma, ad humillimas fere preces deuoluitur, & tandem impetrat, vt ſtatutis terminis Principibus nomine Nobilitatis viginti quinque millia aureorum perſolueret.* Actum id menſe Octobri an. MDXXII. Conf. *Brovverus* annal. Treuir. lib. XX § CV p. 346, *Seckendorfius* l. d. § CXLVII n. 7 p. 259, § CL n. 3 p. 269. *ob id a fœderatis mulctatur.*

15) Anno ceteroquin ſequenti de concordiæ rationibus in religionis negotio ineundis non plane nil egiſſe videtur. Inuenitur enim tomo II Altenburg. f. 345, ſicut & in vetuſtioribus editionibus, anno hoc MDXXIII ſcriptum quoddam, ex quo colligere eſt, tractatum fuiſſe, vt vel Seruestæ, vel Naumburgi, vel alio, qui Alberto placeret, loco ipſe & Epiſcopus Merſeburgenſis, tum vero Lutherus, adhibitis ex vtraque parte quatuor aut quinque viris idoneis, conuenirent: vtque Ioannes & Georgius Saxoniæ Duces, vel duo alii ex Principum aut Comitum ordine adeſſent. *Seckendorfius* l. d. § CXLVIII n. 2 p. 263. *de concordia in religionis negotio egit.*

V A duobus potiſſimum bellis ei periculum fuit. *Vnum* a tumultuantibus in Ringauia ruſticis, & Moguntinis nonnullis ciuibus nouo Lutheri claſſico ad Martem, & cædes excitatis, cum in Saxonia interim abeſſet. Sed ab eius fratre Canonico, quem Moguntiæ reliquerat Gubernatorem, ſapienter compreſſa hæc omnis ſeditio, præſertim cum *validus*, vt ait MSL. *accitus e Lotharingia equitatus acceſſiſſet.*

de rebus Moguntinis tempore belli ruſticani.

1) Incidit bellum iſtud in annum MDXXV. Abſens tum erat, vt auctor notauit, ac in Saxonia agebat Albertus. Quo factum, vt non agreſtes ſolum, ſed oppidani etiam per totum fere Archiepiſcopatum, immo Moguntinenſes ipſi numero haud paruo cum defectoribus hoc animoſius facerent; adeo, vt *VVilhelmus*, Epiſcopus Argentoratenſis, Alberti Locumtenens, coactus fuerit, cum tumultuantium præfectis militaribus iniquiſſimam facere transactionem. Sigillatim Moguntinenſes Mercurii poſt diem Marco Euangeliſtæ feſtam in foro gentili cœtum armati & concurſum fecere, ordinationem quandam, triginta & duobus articulis conſtantem, auſu temerario edidere, ad eamque recipiendam & confirmandam primum principes ad ædem maiorem Collegium, dein ipſum etiam, quem dixi, Locumtenentem, cum Moguntiam veniſſet, adegere; arcem D. Martini armata manu inuaſere, eamque ſibi dedi præruptis poſtulauere animis. Breuiter *Latomus* in catalogo; *Moguntini ciues & Rhingoia vulgus contra Clerum conſpirare, iugum omne excutere, decimas & cenſus denegare, monaſteria diripere cœperunt. Et ni ſollertia Gubernatoris illis mature obuiam itum eſſet, ruina & ſubuerſiones eccleſiarum ac ſæuiſſima ſtrages ſecutæ fuiſſent.*

Hæc illi. Sed non ſine malo ſuo ac infortunio. Fuſis enim ad lacum Bodanicum, per Algoiam, Sueuiam, alibique agreſtibus & ad officium reductis, fœderis Sueuici Dux & Conſiliarii, litteris Gartachii ad Nicrum ſabbato poſt dominicam *Iubilate* datis, & per *Frovvinum* de *Hutten* ad oppida transmiſſis, tumultuantibus denuntiabant, ni intra triduum ad obſequium redirent, & fœderis ſe permitterent arbitrio, ipſos vltima eſſe paſſuros. Aliis, Wirzburgi ipſa dominica ſanctiſſimæ Triados honori feſta ſignatis, eisdem mandabant, quantocius iuſſa facerent, & *Frovvini* de *Hutten* ſtarent imperio; aliter grauiſſimas violatæ religionis pœnas daturos.

Quibus perterriti, animisque infracti, ſe in auctoritate fœderatorum futuros eſſe polliciti ſunt. Speciatim Moguntinenſes, ſabbato poſt beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli memoriam, peculiaribus ſpopondere tabulis, ſe Principi ſuo, eiusque Locumtenenti obſequenter in poſterum parituros eſſe; quotquot defeciſſent, arma ſua, cuiuscunque etiam ea generis ſint, magiſtratui tradituros, nec vlla deinceps coemturos, vel geſtaturos; in ſodalitates ſine venia ſe nunquam coituros; pœnas Principi debitas depenſuros; cenſus, decimas, vectigalia, aliaque quotannis rite exſoluturos; quos rerum nouarum comperirent

ſtudioſos,

Edit. I p. 884

ſtudioſos, magiſtratui ſine mora denunciaturos. *Paucis*, ita pergit *Latomus* l. d. *ex his antesignani gladio caſi, aliqui proſcripti, reliqui pecunia multati ſunt.* His addendum, Moguntinenſibus, quum anno ſequenti dominica *Exaudi* Aſchaffenburgi ſupplices culpam deprecarentur, delicti quidem veniam datam; pœnam vero haud remiſſam fuiſſe, condonatamque.

Quod ad ceteros in ſuperiori tractu, ſigillatim illos, qui Aſchaffenburgi defluxerant, conferri merentur *Crinitus* de bello ruſticano cap. LXXXIII p. m. 272, *Gnodalius* ruſticanorum tumultuum lib. V p. 169.

Hæc fuſius aliquanto, ex quibus auctorem emendes.

qua occaſione a Luthero ad coniugium ineundum incitatus fuerit.

2) Seruili hoc agreſtium bello Albertus præ ſe ferebat, ac ſi animum ad immutandas vitæ, ſtatusque rationes appuliſſet. Prodit hoc aliquatenus ipſe, dum tegere aut excuſare vult, *Cochlæus* in an. MDXXVI f. 132, vbi non tacet, Principes, Comites, & Barones (Magdeburgici Archiepiſcopatus clientes) rem vxoriam Alberto ſuggeſſiſſe. Inde Luthero per *Rubelium*, Alberti in Archiepiſcopatu Magdeburgico Conſiliarium, anſa data, litteras iſtas, quas auctor § XIV ſequenti ſub ſtili acumen vocat, ſcribendi. De quibus, quæ huc non inutiliter conferas, affert *Seckendorfius* l. d. lib. II § VI p. 20 & ſeq.

quam varia de cauſſa belli ruſticani ſententia.

3) Sedenim proſtratis magna ex parte rebellibus, in diuerſum tendebant ſententiæ. Qui Pontificis partibus tenacius addicti erant, cauſſam mali Luthero & doctrinæ eius palam imputabant. præcipui inter hos Albertus, Ioachimus frater, Georgius, Saxoniæ Dux, Henricus Brunſuicenſis. Ex aduerſo Elector Saxo & Landgrauius culpam tumultus in illos reiiciebant, qui populo libertatem conſcientiæ denegaſſent, cultusque publici. Erant, qui mediam quaſi viam ingreſſi pacem quærere videbantur, Ludouicus, puta, Elector Palatinus, Caſimirus Marchio Brandenburgicus, & alii. Varii inde conuentus anno ſequenti MDXXVI inter Principes habiti. Albertus quidem, Ioachimus, Elector Brandenburgenſis, Henricus & Ericus Brunſuicenſes conuenere Deſſauiæ: alii alibi. *Seckendorfius* l. d. § XVI addit. 1 a) p. 42.

conuenit ad comitia Spirenſia,

4) Secuta Comitia, hoc fine Spiram indicta, vt de religionis ageretur negotio, paceque publica per Imperium ſeruanda. quibus rebus vt & ipſe ſuam præſtaret fidem, ad præſtitutum diem eo iuit Albertus. Non tacuit id *Sleidanus*, dum lib. VI de ſtatu religionis p. 139 ait: *Erant in hoc comitio Spiræ Principes Electores omnes, præter Brandenburgicum.*

Eslingam item ad Regimentum,

5) Poſt, cum clades Regis Hungariæ percrebuiſſet, ipſe vna cum ceteris ad *Regimentum* ſiue Senatum Imperii delegatis (*Deputatos* tum vocabant) Eslingæ coiuit, ſtatuitque, vt quæ in proximo Spirenſi conuentu de ſuppetiis celeribus (*eilender hülffe*) decreta fuerant, ſtatim expedirentur, contractis etiam ad tres menſes corrogationibus, quæ ad ſex conſtitutæ erant. *Seckendorfius* l. d. n. 9 p. 46.

Inde in Archiepiſcopatum Moguntinum.

6) Ceterum hoc temporum tractu plerumque egit in Archiepiſcopatu Moguntinenſi. Vti ſane anno ſequenti MDXXVII Aſchaffenburgi *Georgium VVinckl erum*, Hallenſium Eccleſiaſten, qui parochianis ſuis ſacram cœnam ſub vtraque, vt loquuntur, ſpecie diſtribuere auſus erat, audiuit. *Seckendorfius* l. d. § XXXI 3) p. 83.

Merckelio Abbatiam Salfeldenſem firmat.

7) Poſtero quoque, qui MDXXVIII fuit, *Balthaſari Merckelio* Abbatiam Salfeldenſem, quam ei Cæſar anno ſuperiori litteris Valliſoleti d. VII Maii ſignatis contulerat, tabulis Moguntiæ, die Martis poſt dominicam *Exaudi* datis, qua loci Ordinarius, firmauit, & hoc pronius ſtabiliuit, quo maiori tum temporis Balthaſar dignatione erat ac auctoritate, in aula præſertim Cæſarea *. Conf. *Strunii* miſcella hiſtor. Salfeldenſ. part. II *des neuen eröfneten Hiſtoriſch- und Politiſchen Archivs* p. 99 & ſeq.

* In litteris Alberti vocatur *Römiſcher Kaiſerlicher Maieſt. General-Commiſſarius, Orator, Rath, Vice-Cantzler, Coadiutor zu Coſtantz, und Poſtulirter zu Hildesheim.* Conf. *Reutelius* chron. Hildesheminſ. § XLVIII p. 110, *Mallinkrot* de Cancellar. & Vice-Cancellar. Imperialib. p. 438, ibique *Wencherus* in adnotat. p. 439.

VI Bellum inſtitit *alterum* ab Philippo Haſſiæ Landgrauio. Fuerat enim optimo Catholico Saxoniæ Duci Georgio a conſiliis Doctor iuris quidam *Otho Pack;* qui cum nouis Lutheri machinationibus ſtuderet, falſas finxerat litteras, iisque Haſſo Principi, & Ioanni Saxoniæ Duci, Lutheri patrono, perſuaſerat, eſſe contra ipſos ab Epiſcopis illis, & Ferdinando, Bauaroque coniuratum: ideoque arma in eos ſubito capienda. Et falſa quidem erant omnia. Ne innoxius tamen ſubditorum funderetur ſanguis, miſeraque oppidorum & agrorum depopulatio fieret, redimendam vexationem, centum aureorum depenſis millibus, cenſuerunt Epiſcopi. Fraus tamen poſtea tota patuit, ſceleratusque ille nebulo quatuor in partes Antuerpiæ diſſectus fuit *.

de motu Pacciano.

1) Inſtitit bellum hoc anno, quem iam ſignauimus, MDXXVIII. *Paccius* autem, qui id conflauit, ſiue *de Pack*, nobili in Miſnia gente erat natus, Doctoris Legum ornatus titulo (vnde vulgo *Doctor Otho* vocabatur) & inter Ducis Georgii Conſiliarios haud vltimi nominis. Vicem ſane Cancellarii aliquando præſtitit; vnde ſe ipſum alicubi nominat *Cantzley-Verweſer*; homo verſutus ac profuſis ſumtibus: quo vitio ad alia inductus eſt. Falſi Caſſellis conuictus, & a Landgrauio dimiſſus, cum aliquot annis apud exteros oberraſſet, anno tandem MDXXXVI, cum Viluordiæ die menſis Septembr. XVI in tormentis eſſet,

frau-

fraudem confeſſus *, capitis dein pœnam luit. Conf. *Seckendorfius* l. d. § XXXV n. 4 p. 94 & n. 12 p. 97. Quod nouis ille Lutheri machinationibus ſtuduerit, auctori relinquendum.

* *Impoſitus equuleo, faſſus eſt, Creutzbergæ in itinere formulæ illius ſe primas duxiſſe lineas; Dreſdæ vero ſummam ei adieciſſe manum. Deſcribendam dein dediſſe Caſpari Weriſſin; deſcriptæ vero ſigillum Ducis Georgii, alias detractum tabulis, affixiſſe. A Landgrauio ſe non miſſum fuiſſe ad Waiwodam Hungariæ, vt hoc ei fœdus indicaret. Luthero etiam ſe haud perſuaſiſſe, ac ſi id fœdus reapſe percuſſum ſit. Nec enim prius ei ſe locutum, quam cum Caſſellis e vinclis fuiſſet dimiſſus, cum tamen Lutherus ante iam iſtam ad Lincum epiſtolam ſcripſerit. Equuleo ſolutus, cum interrogaretur, an eaomnium, quæ in tormentis faſſus eſſet, fateretur? ſe fateri ea, reſpondit, ac morte obſignaturum ſua; vti hæc & alia in protocollo* de edita rei in tormentis confeſſione, *quod in codice noſtro dudo curatius legi poſſunt.*

[illegible] quo belſum ab Haſ- Ceterum Albertus, vt damnum ab exercitu Haſſi finibus ſuis imminens auerteret, Landgrauio in belli ſumtum XL aureorum dependit millia. *Sleidanus* l. d. lib. VI p. m. 152, *Adlzreitterus* annal. Boicor. parte II lib. X § XXXIII p. m. 243, *Seckendorfius* l. d. In apologia vero, quam tum edidit, ita de religione locutus eſt: *Nunquam aliud intendimus, quam vt gloria Dei & amor proximi promoueatur, minime vero, vt verbum Domini opprimatur: eo potius omni ſtudio & opera annitimur, vt illud plantetur, & incrementa habeat: ordinationem etiam & reformationem chriſtianam non impediemus, ſed ſi de ea agendum erit, ipſo facto oſtendemus, optime nos animatos eſſe.* Vid. *Hortlederus* volum. I de bello Germanico lib. II p. 782. *ſi [illegible]*

Qui plura de hoc bello velit, adeat *Sleidanum* l. d. *Fabricium* lib. VII orig. Saxon. p. 870, *Hortlederum* l. d. cap. I ad X; cum maxime vero *Seckendorfium*, quippe qui de eo ex actis tum editis, tum *ἀνεκδότοις* l. d. curate egit. Auctor interim, licet admodum turbatis temporum rationibus, ita pergit;

VII Quamuis vero in lubrico vitæ huius curriculo notetur ab aliquibus næui neſcio quid, quæ merito tamen illud obruant, fuerunt in eo inſigni laude complura digniſſima, quæ in hiſtoriæ S. Maximi fine perſequitur hiſce verbis *Trithemius: Dominus Albertus ex Marchionibus Brandeburgi, Princeps nobiliſſimus, Moguntinæ ac Magdeburgenſis in Saxonia eccleſiarum inſignium Archiepiſcopus, atque Primas Germanorum reuerendiſſimus, Chriſto deuotiſſimus Archipræſul, cum cultor, & amator, & venerator Sanctorum Dei maximus eſſet, reliquias, & ſacra buſta eorum ſumma cum veneratione ſemper, vbi licuit, inquiſiuit, de puluere cum honore leuans, auro, & argento veſtiuit: honorem quoque debitum ſingulis exhibuit, & eorum memoriam feſtiue celebrauit. Mox enim vt ſummmi pontificatus duplicem apud Germanos, Domino prouidente, apicem ſuſcepit, totum ſe Chriſtianæ religioni mancipauit, actus Epiſcopales, præter multorum conſuetudinem Præſulum, in perſona frequenter propria deuotiſſime miniſtrauit, ordines contulit, Miſſas ad altare ſolenniter ſæpius decantauit, conſecrauit eccleſias, benedixit Abbates, habitum publice deferebat pontificalem locis atque temporibus ſuis, & nihil omiſit eorum, quæ ad Chriſtiani Antiſtitis ſacri ſacrum videbantur pertinere officium. Summa eius delectatio ſemper in obſequio diuino, in celebrandis ad altare myſteriis ſacroſanctis, in ornandis quoque, & venerandis magnifice reliquiis Sanctorum. Vnde cum anno Moguntini Archiepiſcopatus ſui primo, Magdeburgenſis autem ſecundo, pro Dei amore, & reuerentia Sanctorum apud Moguntiam circumeundo ſacras more ſuo viſitaret eccleſias, baſilicam D. Martyris Albani deuotus intrauit, & videns decem præſcriptorum Pontificum ſancta corpora ſine honore neglecta, auctoritate non minus Apoſtolica, quam Ordinaria vſus, corpus D. Rabani, quondam Archiepiſcopi, totum, & S. Maximi Epiſcopi medium, permiſſione Canonicorum inde abſtulit, & in Saxoniam transferens, apud Hallas oppidum in baſilica caſtri S. Mauricii ſollemni proceſſionis officio collocauit, anno Dominicæ incarnationis MDXV, indictione Romanorum tertia: a tranſitu vero ipſius beati Maximi, anno MCXXXVII.* Atque hæc ſcripſit citatus auctor, anno Alberti ætatis XXVI, Dominicæ incarnationis MDXVI, vt e S. Maximi præfatione MS. planum eſt. Edit. I pag. 885

VIII Hanc tamen egregiam erga diuinum cultum voluntatem deinceps in omni vita retinuit ſemper, & magis magiſque demonſtrauit idem Antiſtes, prout tot, & tanta eius in eccleſias plurimas, ſed metropolitanam potiſſimum, extant dona magnificentiſſima. Quicquid enim hodie pretioſarum ad ſacri altaris myſterium, ad ſacrarum reliquiarum thecas, ad Sacerdotum, & Archiepiſcoporum amictum, veſtium, gemmarum, & artificiorum eſt (eſt autem plurimum) id fere totum Albertinum eſt. Et in iſtiuſmodi operum quibuſdam videre eſt phrygionica elaboratum textura inſigne illud, quod crebris e Pſalmo XXV vſur- v. 8

pare

Edit. I pag. pare ſolebat ſermonibus, vel ſymbolum, vel apophthegma: *Domine dilexi decorem domus tuæ.* v. 8

IX Cum vero ad noua Lutheri dogmata Saxones velut agmine facto ruere, veterem tantis Caroli Magni laboribus conſtitutam religionem turpiter indies abiicere, ſurſumque ac deorſum miſcere omnia videret, operæ cogitauit pretium, vt, quam plurimas poſſet ſacras reliquias e ſacrilegis rapaciſſimarum harpyarum manibus eriperet, ac e Magdeburgenſi eccleſia in Moguntinam transferret. Vnde & in hac feſtum ſacrarum reliquiarum diem inſtituit, qui poſt v. n. 27 § 15
S. Bartholomæi feſtum in choro etiamnum agitur.

X Vt vero Dominicæ paſſionis memoria Moguntinorum animis infigere- v. n. 22 § 15
tur altius, iidemque ad Chriſti Ieſu Domini, ac Saluatoris noſtri acerbiſſimos cruciatus, & ſacroſanctum redemptionis noſtræ lytron pia meditatione, ſeriaque precatione tractandum magis excitarentur, eoque modo ſacrum quadrageſimæ ieiunium pie clauderent, & ad paſchalem ſeſe religioſius confeſſionem, atque communionem præpararent, conſtituit, vt quotannis a feria V ante Dominicam paſſionis vſque ad maioris hebdomadis feriam IV e ſumma æde ſignum ad vnam fere horam, grauiſſimo campanæ omnium maximæ ſonitu, ſub ſolis occaſum, daretur. Quo tempore magnus hodie ad Societatis Ieſu templum concurſus, frequensque admodum comprecatus eſſe conſueuit.

XI Sed inprimis maximam apud exteros, poſterosque omnes laudem ſemper feret eximia Principis huius in auita, & ſacroſancta Catholica fide conſtantia, eo tempore, cum, ad nouæ fiſtulæ modulos, leuiter ac fœde ſaltitarent tam multi, tamque magni, & propinqui: cum ſeditionum, bellorum, & atrociſſimarum coniurationum tempeſtates inſurgerent vndique, cum ditionum amplitudo, inſitæ mortalium corporibus illecebræ, florentis ætatis ardor, maximarum opum inſtrumenta, potentiæ longe lateque dominantis magnitudo, Lutheranarum Sirenum blanditiæ plurimæ, ipſiusque adeo Lutheri epicureæ voces, ac litteræ, ipſius identidem ad nouæ ſectæ licentiam animum titillarent, ac prolectarent. Dum ore, vt aiunt, pleno quendam, cuius æterna eſſet gloria, laudare vellet Eccleſiaſticus cap. XXXI verſ. 10. *Potuit*, ait, *transgredi, &*
886 *non eſt transgreſſus: & facere mala, & non fecit.* Cogitabat enim, prout bono, grauique iudicio Princeps erat Albertus, nihil noui eſſe, in eccleſia oriri hæreſes; harum architectos ſemper operam dare ſolitos, vt inani ſacrarum litterarum iactatione, vitiorum, quæ in eccleſiaſticis quibusdam ſunt, exaggeratione, legum veterum contemptu, corporearum voluptatum indulgentia, populariqúe blandiloquentia in ſimplicium, minusque attentorum animos influant. Cogitabat, ſacerdotibus Domini apud Chriſtianos, vetita iam pridem eſſe ſacris, politicisque legibus connubia: innatas cupiditates, & incendia debere ſe, ac, Dei cum gratia, ſi quidem vellet, poſſe, bonis, vſitatisque modis aliis domare, ac reſtinguere: opes non vitiorum, ac licentiæ, ſed virtutum, & beneficentiæ inſtrumenta eſſe, præſertim eccleſiaſticas, quarum œconomus & ad breue aliquod tempus, diſpenſator ipſe conſtitutus eſſet, accuratiſſimam a ſummo Domino rationem, non ita multo poſt, exigendus. Hæc & alia cum prudenter cogitaret Princeps, ab omni religionis nouitate abhorrebat, Iouinianum nouum deteſtabatur, ad antiquæ fidei petram firmiſſime adhæreſcebat.

XII Extant aliquot ad noſtrum hunc Albertum Lutheri epiſtolæ, quarum in nono cremandorum eius operum tomo Germanico, Wittenbergenſis apud Ioannem Lufft editionis, legi quatuor. *Prima* eſt fol. 8, de qua ſupra. *Altera* fol. 129, anno MDXXI, in qua duo agit apoſtata. Primo iracundiſſime, ac ſuperbiſſime ſuis nullas litteris litteras reddi, ſuisque ab Archiepiſcopo conſiliis non obediri ſtomachatur. *Mir* (ait) *nicht des Schimpffs. Man muſs anders davon ſingen, vnd hören. Der Luther vvirdt ein Spiel mit dem Cardinal von Maintz anfahen, deſs ſich nicht viel verſehen.* Id eſt: *Mihi* Luthero *eiuſmodi iocus non fiat. Aliter hac de re canendum, & audiendum. Lutherus inceptabit cum Moguntino Cardinale ludum, de quo non ſuſpicantur multi.* Deinde obiurgat, quod ſcortatores e Clero Archiepiſcopus puniat, neque ad ſacrilegas procurrere nuptias patiatur. Id ægerrime fert Lutherus, eorumque cauſſam agit impudentiſſime, minas adiiciens, ſe poſt dies XIV librum ſatis vehe-

mentem editurum. Quid vero hic Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus? Contempſit hominis inſaniam: & non Lutheri, ſed ſuæ ipſius habita ratione perſonæ, grauiter, modeſteque reſpondit. Exemplum, quod a poſteritate legatur dignissimum, e Germanico eſt hoc. *Dilecte D. Doctor.* (ſtilo ſcilicet Germanico ita loquitur, prout etiam cum hæreticis quandoque fieri poſſe docet *S. Auguſtinus* epiſt. CXLVII) *Litteras tuas, quæ Dominico poſt S. Catharinæ feſtum die datæ ſunt, accepi, & perlegi, gratioſe, bonamque in partem interpretans. Confido penitus, cauſſam pridem, quæ ad eiuſmodi ſcriptionem* (libri ſcilicet nominati) *te commouit, ſublatam. Et, Deo bene iuuante, ita me gerere, palamque præ me ferre volo, quemadmodum bonum eccleſiaſticum, & Chriſtianum Principem decet; quamdiu ſuam mihi Deus gratiam, vires, & rationem conceſſerit. Quam ad rem & Deum rogo ipſe, & ab aliis eum rogari curare volo. Nam a me ipſo poſſum nihil: libenterque confiteor, Dei gratia egere me, vtpote qui miſer peccator homo ſum, qui errare, & peccare poteſt, quotidieque peccat, & errat. Non hoc infitior. Probe equidem noui, abſque Dei gratia in me boni eſſe nihil: & inſtar cuiuſcumque vſquam alterius, ſi non magis, eſſe me inutile, olidumque lutum. Hoc ad tuas litteras volui bono animo te non celatum. Nam ad bene de te merendum ſum, Chriſti gratia, parato paratior. Miſericordem, bonum Deum, hiſce in rebus vlterius, gratiam, robur & patientiam, vt ſecundum ſuam voluntatem in omnibus viuamus, largiturum ſpero. Datum Hallæ ipſo Thomæ Apoſtoli MDXXI. Albertus manu propria.* Sane tam admirandæ fuerunt hæ litteræ demiſſionis, vt Lutherus ipſe in ſubiuncta ad *Wolffgangum Capitonem* epiſtola ibidem fol. 131 dixerit, *ſi ex animo ille ſcripſiſſet* (ſuſpicioſorum & improborum, ſuoque ceteros omnes pede metientium eſt, nihil cuiquam bono credere) *ſe*, qui Pontificis Maximi, ad Chriſti Domini honorem, pedes oſculari, ſcelus, & idololatriam clamet, *velle hilariter, ac humiliter ad illius pedes accidere, ſeque indignum* (vt reuera indignus erat) *exiſtimare, qui pedum illius puluerem oſcularetur.*

Edit. I pag. 445 · 887

XIII Sed *tertia* eiusdem Lutheri Epiſtola eſt fol. 224 anno MDXXV, in qua vult Islebienſem quendam Barabbam, qui, vt ait S. Marcus cap. XV, *cum ſeditioſis erat vinctus*, dimitti: & ni fiat, turbas & tumultus, quia furere cœperant ruſtici, minatur: quodque, niſi vertiginoſi eius capitis inconſtantia nota eſſet, mirum videretur, vocat ibi *S. Iacobi* epiſtolam, quam ſceleratiſſime alibi * *ſtramineam* vocare auſus eſt.

* *Præfat. in eam epiſt. edit. prim. & anno MDXXVII Norimberg per Ioan. Gutknecht.*

XIV *Quarta* eodem anno fol. 226. Cum enim immanes illæ ruſticorum copiæ furialibus ipſius Lutheri vocibus primo, deinde Müntzeri, aliorumque id genus Gracchorum concionibus in Dominos, Principesque ſuos, eccleſiaſticos præſertim, eccleſiaſticasque opes incitatæ fuiſſent, ipſaque Germaniæ viſcera cædibus, rapinis, & incendiis crudeliſſime vaſtarent, magnæ ſcilicet Luthero curæ fuit, quemadmodum —— *motos poſſet componere fluctus.* Varia igitur ſecum verſat, & mirabile ipſi ad ſedandas tempeſtates omnes conſilium, cæloque ipſo delapſus modus occurrit, vt ad Archiepiſcopum hunc ſcriberet, modumque illum ei explicaret. Sic enim orditur. *Aeneid. 1*

Vnter andern Sorgen vnd Fürnemen, ſo mich auch bekümmert, dieſe leidige vnd grewliche Empörung zu ſtillen, welche durch den Satan, als ein Straffe Gottes erregt wirdt, iſt mir eyngefallen, E. Kurf. G. zu ermahnen, vnd anzuruffen.	*Inter alias curas & cogitationes, quæ me ſollicitant ad fœdam hanc & abominabilem ſeditionem ſedandam, quæ per Satanam, tanquam pœna excitatur, incidit mihi, veſtram Reuerendiſſimam Celſitudinem monere & appellare.*

Ad modum deinde ſtatim aggreditur.

Vnd iſt kürtzlich diſs die Meynung, daſs ſich E. Kurf. G. in den Ehelichenſtandt begeben, vnd das Biſthumb zum weltlichen Fürſtenthumb macheten.	*Et breuiter hæc eſt ſententia, vt Celſitudo veſtra matrimonium ineat, & Epiſcopatum in ſæcularem conuertat Principatum.*

O ſapientiam! O magnum ad Aeolos omnes tranquillandos Neptunum! Ecce, quam præclara conſilia, quam faciles, iucundosque maximis, grauiſſimisque

Edit. I miſque impendentium malorum procellis pacandis modos duos dat: *Vnus* eſt, pag. vt coniugium ineat Princeps, opibus, corporisque viribus pollens, annos natus XXXV. Quid aptius? Quæ Siren ſuauior? Tumultuantes ruſtici omnes
888 abiectis armis ad nuptias videlicet accurriſſent: & ruſticanum bellum in ruſticanum tripudium, meraſque choreas verſum fuiſſet. *Alter*, vt datas a maioribus eccleſiæ Dei opes ſibi, ſuisque vendicet, eccleſiaſticum Principatum faciat ſæcularem, ſeque ipſum ex Archiepiſcopo Ducem. Quid carnis auribus, humanæque cupiditati accommodatius? Quam plena, mollis, & amœna hæc via? Hic ſane apparet Archiepiſcopi noſtri virtus, qui hos Epicuri noui hortos ingredi, ad Sirenios iſtos cantus aures patefacere nunquam voluit. Quanquam profecto facit iis, qui vero, ſanctoque matrimonio iuncti ſunt, iniuriam Lutherus, dum ſceleratam, impuramque hominis, cuius Deo ſolenni aut promiſſo, aut voto conſecrata caſtitas, cum carne alia coniunctionem,

Coniugium vocat, atque hoc prætexit nomine culpam, Aeneid. 4.

& quidem, etiamſi Germanicam vocem ipſam ſpectemus. Quid enim quæſo eſt, *der Eheſtand*, aut, vt ipſe loquitur, *der Ehelicheſtand?* Maiores noſtri *legem* lingua ſua vocare ſoliti ſunt *ein Ehe*, vti libello de legibus num. 2 e Germanicis Luthero ipſo vetuſtioribus Bibliis ante annos plures indicaui. Nam, verbi cauſſa, in eo ad Romanos cap. III, quod nouatoribus pro ſola fide tam gratum, quodque *ſolius* additione a Luthero ipſo tam nequiter deprauatum, ita veteres illæ verſiones loquuntur: *Alles Fleiſch vvürdt nicht gerechtfertiget vor im auſs den Wercken der Ehe. Wenn die Erkantnuſs der Sündt iſt durch die Ehe. Aber nu iſt eröffent die Gerechtigkeit Gottes ohn die Ehe. Bezeugt von der Ehe vnd von den Weiſſagen.* Et paullo inferius: *Wann vvir mainen, daſs der Menſch gerecht möcht vverden durch den Glauben, ohn die Werck der Ehe.* Noſtro etiam hoc ſæculo in Zwinglianorum Bibliorum præfatione a Tigurinis in editione anni MDXXXVIII, authentici, canonici, ac legitimi ſacrarum litterarum libri vocantur *die Ehelibhe Bücher*. Ideoque ſi germane ac proprie loquamur, ſtatus is vocatur *der Eheſtands*, qui *legitimus* eſt, qui *legibus ſanctus, approbatus*, & *confirmatus* eſt. Qui ergo ſuum Deo Opt. Max. corpus deuouit, & illud homini poſtea dare vult, in alienamque poteſtatem transferre, poteſtne dici ſeſe *in den Ehelichenſtandt begeben?* Nonne huiuſmodi ſtatus ſacris canonibus, legibusque ciuilibus improbatus, irritatus, & damnatus eſt? *Alter* vero modus a ſcelere, ſacrilegioque pari haud immunis. Quo enim iure, quæ Deo dicata ſunt, in profanum vſum auertere, ac depeculari fas? Omnino hic Euangeliſta nouus eſt, qui ad Nabuchodonoſorem, Balſaſarem *, Heliodorum, Menelaum †, & Iudam imitandum * adhortatur. Sed rationes forte ſui huius tam egregii conſilii magnas, & graues habet Lutherus. Audiamus.

*Danielis 5 v. 2 & 3. † 2 Maccab. 3 & 4 v. 32. * Ioan. 12 v. 6.*

Vnd ſind diſs meine Vrſachen. Erſtlich, daſs damit der Straffe Gottes zuvorkommen, vnd dem Satan die Vrſachen der Empörung genommen vvürden.

Et ſunt hæ meæ rationes. Primo, quod hac ratione ira DEI auerteretur: & ſatanæ cauſſæ ſeditionis eriperentur.

At iſto modo peccatum magis fuiſſet, grauiorque Dei offenſio, & ira excitata, quia contra ius, fasque omne, vt ſupra dictum.

889 *Zum andern, daſs auch nun der gemeine Mann ſo vveit bericht, vnd in Verſtandt kommen iſt, vvie der Geiſtlicheſtandt nichts ſey.*

Secundo, quod vulgo iam ita inſtituti ſunt homines, vt intelligant eccleſiaſticum ſtatum nihil eſſe.

Agreſtes quidem turbas plurimas, vrbanas, prouincialesque ſeditiones funeſtiſſimas turbulenta hæc excitauit oratio: ſed eius falſitatem arguit poſt pæne LXXX etiamnum annos hodierna experientia, imo & Lutherano dogmate melior Germanorum etiam Lutheranorum natura, qui eccleſiaſticis Catholicis bonis & grauibus, fidei honorisque ſæpe plus quam ſuis ipſorum Prædicantibus habent. Clericorum vero deſpicientia, quam apud ganeones, & ardeliones quoſdam inualuiſſe indicat ibidem, quaque tantopere, tanquam eius auctor,

& magiſter, exultat Lutherus, an eorum ordinem, ac ſtatum prauum eſſe docet? Sic ſane & veteris legis tempore, liceret id, quod ipſemet ſtatuerat Dominus, ſacerdotium vocare impium, ac futile, quia iis, qui e bono, ſacroque alioquin ordine praui erant, dixit Dominus Malach. II v. 3; *Diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum.* Vin' ſcire, mi homo, quid hæ in clericos contumeliæ, ludibria, & ſannæ efficere debeant? Non ſane, vt Clerici deſinant eſſe Clerici: vt clericales reditus in patrimoniis, & peculiis ſuis numerent: vt ſcorta ſibi, per falſam coniugii ſpeciem, adiungant: vt e ſacris profani fiant; ſed vt in eodem illo ſuo ſtatu, & ordine omnem vitæ prauitatem corrigant, omnem ſcandalorum anſam remoueant, ſacerdotali conuenientes gradui mores, pietatem, & doctrinam præ ſe ferant. Ita enim eodem loco Dominus v. 7; *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt. Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas; & accepiſtis faciem in lege.* Tertia Lutheri ratio. Edit. I Pag. 888

Evvre Kurf. G. hatt deſs für andern gröſſer Vrſach, vveil ſie ſich an Gott vergriffen, vnd zu Halle den Geiſtloſen Standt helffen mit groſſer Koſt vergeblich ſtercken.

Celſitudo veſtra præ ceteris magnam cauſſam habet, quoniam Deum offendit, quod Halæ ſtatum minime ſpiritualem magno ſumptu fruſtra confirmare conata eſt.

Hæc quidem oratio magnam Alberti laudem continet, ſi, vt fieri debet, pro Lutherano *Geiſtloſen*, catholicum *Geiſtlichen* reponamus. Quarta vero ratio.

Hie hatt E. Kurf. G. ein ſchön Exempel, den Hohemeiſter in Preuſſen.

Habet hic præclarum Celſitudo veſtra exemplum, magnũ Magiſtrum in Pruſſia.

Egregium vero, & dignum, quod imitandum proponatur, exemplum. Duxit in Pruſſia vxorem Teutonici Ordinis Magiſter ex eadem Brandenburgica familia, eodemque nomine *Albertus*. Imitari ergo in Germania debet Moguntinus Archiepiſcopus, & Cardinalis *Albertus*. Immo, quia tanto illuſtriſſimam dedecore familiam, nobiliſſimumque Teutonicum Ordinem affecerat degener ille Brandenburgicus, merito cauere ſibi debuit *Albertus* alter.

Tum tua res agitur, paries cum proximus ardet. †

† *Horatius* l. 1 ep. 18 v. 84.

Aeneid. 2. v. 311. Ne ſit Virgilianus * ὐκ ἀλέγων, cauet quiſquis prudens eſt. Malorum exempla nobis (*non*) ad imitationem, ſed ad cautionem diuinitus conceduntur. Et tamen quam infelix fuit ille illius hymenæus? quam infauſtæ faces? Noluit rectiſſime imitari Albertus noſter: ſed memoria noſtra imitatus eſt Archiepiſcopus & Elector Colonienſis *Gebhardus Truchſeſſius*. At quam recte, quamque feliciter, teſtis calamitoſiſſimus ipſius exitus, & importuniſſimum, Lutheranæ ciuitatis miſericordia, Caluinianus ille cum eſſet, ductum ei Argentinæ funus. Verum aliud multo maius, grauius, & efficacius adhibendum cenſuit exemplum idem Lutherus. Ipſe ipſe tantus vir, tantusque DEI propheta, & Elias, eodem tempore, ac anno, monachus monacham *Catharinam Borenſem* ſibi deſpondit, fol. 128. fictoque coniugio iunxit Lutherus. *Ich* (ait eodem loco ad quendam ſcribens) *habe ein Weib genommen, daſs ich meine Lehre (die vielleicht nach meinem Todt vvieder vndergetrückt vvirdt vverden) mit meinem eigen Exempel beſtetigt.* i.e. *Ego vxorem duxi, vt doctrinam meam, quæ forte poſt mortem meam iterum ſupprimetur, meo ipſius exemplo confirmarem.* Et hanc quidem pathicam feminam duxit ille tempore triſtiſſimo, maximeque lacrymabili, cum, vt ipſe in citatis iam litteris, quibus ad nuptiales epulas Amſdorffium inuitat, ſcribit, *miſerorum ſanguine ruſticorum redundaret Germania*, cumque eſſet, Aeneid. 2. vti deflet Poeta *,

Luctus vbique, pauor, & plurima mortis imago.

v. 4. Tam belle ſeruabat Epicurus iſte, quod ab diuino Eccleſiaſte dicitur c. III; *Omnia tempus habent. Tempus flendi, & tempus ridendi: Tempus plangendi, & tempus ſaltandi.* quin & cum de Spiritu ſancto accipiendo, & conſeruando ma-

ximo

Edit. 1 pag. ximie cogitandum, ipſe in ſpiritu carnis totus erat, ipſaque Pentecoſte, & deinceps ad nuptiarum ſuarum hilaritatem amiculos vocabat, vt ibidem cernitur fol. 227, 228, & ſequentibus. Quinta porro eius ratio eſt.

Solte das allein gnug ſeyn, das E. Kurf. G. ein männlich Perſon von Gott gemacht.

Debebat id ſolum ſufficere, quod Celſitudo veſtra a DEO mas creatus eſt.

Itane? Nonne mas fuit Elias, Eliſæus, Ioannes Baptiſta, S. Paulus, CHRISTVS IESVS? An contra DEI præceptum commiſerunt, quia feminas non cognorunt? Iouiniani eſt hoc vetus argumentum, *ſubantis*, ait *S. Hieronymus* lib. contra ipſum, & ad libidinem, pecudum inſtar, veſane ac impudenter adhinnientis. Quaſi tamen præclara, & auditu digna dixiſſet, addit amplificationes & præſertim duas illuſtres. *Vna* eſt,

Auf ſolche gevvaltige tröſtliche Verheiſſung vvage es E. Kurf. G. friſch, vnd herauſs aus dem leſterlichen vnchriſtlichen Standte, in den ſeligen, vnd göttlichen Standt der Ehe, da vvirdt ſich Gott gnediglich finden laſſen.

Hac tanta tanquam ſuaui conſolatione excitata Celſitudo veſtra audeat, & ex abominabili tranſeat ad beatum & diuinum ſtatum matrimonii. Ibi Deus benignum ſe exhibebit.

Non aliter Epicurus, aut leno quiſpiam ad lupanar bonum & ſimplicem
quempiam iuuenem inuitaret: non aliter illa Prouerbiorum VII petulantiſſima v. 18.
meretrix, quæ ait; *Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Altera*,

Schrecklich iſt, ſo ein Mann ohn Weib gefunden ſolt vverden im Tod, zum vvenigſten, daſs er doch ernſtlicher
891 *Mainung, vnd Willens vvere in die Ehe zukommen. Denn vvas vvil er antvvorten, vvenn Gott fragen vvirdt; Ich habe dich zum Mann gemacht, der nicht allein ſeyn, ſondern ein Weib haben ſoll, vvo iſt dein Weib?*

Horribile eſt, ſi vir ſine vxore in morte inueniatur, niſi minimum ſerio propoſuerit inire matrimonium. Nam quid reſpondebit, ſi Deus interroget, virum te creaui, qui ſolus eſſe non debuit, ſed cum vxore. Vbi igitur eſt vxor tua?

Bone Deus! Quis talem vnquam diuini iudicii deſcriptionem audiuit? Quis
omnibus, quibus vxor non eſt, ſeueram adeo a ſummo Iudice quæſtionem ponendam
legit? Prorſus, quaſi veteres gentilium contra cælibatum leges in cælis
adhuc vigerent. Longe alia nobis in iudicio proponenda, vel obiicienda ſacri
docent Euangeliſtæ, Apoſtoli. Nam, vt de fide, quæ ſalutis principium eſt,
ſine qua *impoſſibile eſt Deo placere* Hebr. XI, taceam, quia *qui non credit, iam* v. 6.
iudicatus eſt Ioannis X*; Chriſtianis certe hæc, quæ in Argentinenſi ſummo *c. III v. 18
templo contra infelicem *Truchſeſſium*, qui ibidem indigne pridem ſepultus, maximis
litteris etiamnum hodie depicta, S. Matthæus in iudicio extremo, a ſummo
iudice dicenda refert cap. XXV verſ. 34; *Eſuriui & dediſtis mihi manducare* &c.
Rurſumque v. 41; *His qui a ſiniſtris erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.* Quod ſi operum eiuſmodi a Chriſtianis omnibus exigetur adeo accurata ratio, quanto magis ab Epiſcopis? & Matthæi XII verſ. 36, *Dico*, ait Dominus, *vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Vbi de muliere vlla quæſtio? Epiſcopos profecto formidabilis, & horrifica illa vox reſpicit: *Redde rationem villicationis tuæ.* Lucæ XVI verſ. 2. Tantum tibi Epiſcopatum, tantam eccleſiam, tot animarum millia tam charo ſanguinis mei pretio redempta commiſi. Redde rationem villicationis tuæ. Quantam earum curam geſſiſti? Quomodo vt in ſancta Catholica fide erudirentur, & conſeruarentur, a vitiis & ſceleribus abducerentur, in DEI, ſanctaque charitate magis & magis perficerentur, elaboraſti? Paſtorem gregis mei, populi mei, ouium mearum te conſtitui. Quomodo eas verbo, exemplo, precatione pauiſti? Hæc dicit Dominus

DEVS Ezech. XXXIV verſ. 2; *Væ paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos:* Edit. I
v. 3 *nonne greges a paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini,* pag.
v. 4 *& quod craſſum erat occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis. Quod*
infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, quod confractum
eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat, non
v. 5 *quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Et diſperſæ*
ſunt oues meæ, eo quod non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationem omnium
v. 6 *beſtiarum agri. Et diſperſæ ſunt oues meæ. Errauerunt greges mei in cunctis*
montibus, & in vniuerſo colle excelſo: & ſuper omnem faciem terræ diſperſi
ſunt greges mei, & non erat, qui requireret, non erat, inquam, qui requi-
v. 7 *reret. Propterea, paſtores, audite verbum Domini: viuo ego, dicit Dominus*
v. 8 *DEVS: quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in de-*
uorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor (neque enim quæ-
ſiuerunt paſtores mei gregem meum) ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & gre- 892
v. 9, 10 *ges meos non paſcebant: propterea, paſtores, audite verbum Domini: Hæc dicit*
Dominus DEVS: Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meum de ma-
nu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltra non paſcant gregem, nec paſcant
amplius paſtores ſemetipſos: & liberabo gregem meum de ore eorum: & non erit
v. 11 *vltra eis in eſcam. Quia hæc dicit Dominus DEVS. Ecce ego ipſe requiram*
oues meas, & viſitabo eas. Audis, Luthere miſer, audis, quid ab Alberto, quid ab aliis Epiſcopis omnibus in hora mortis, in particularis, extremique iudicii tempore rogandum, & exigendum ſit? Nuſquam ii accuſantur, quod ſecubuerint, quod feminis caruerint. Nunquam ab iis petitur, vbi mulier, vbi vxor tua? Væ alioquin omnibus, qui hactenus in eccleſia DEI floruerunt, magnaque doctrinæ ac ſanctitatis luce fulſerunt, *Athanaſius*, *Baſilius*, *Hilarius*, *Gregorius*, *Ambroſius*, & vt innumerabiles alios prætercam, *D. Auguſtinus*, de quo in eius vita teſtis oculatus ita *Poſſidius* cap. XXVI; *Feminarum intra domum eius nulla vnquam conuerſata eſt, nulla manſit, nec quidem germana ſoror, quæ vidua DEO ſeruiens multo tempore vſque in diem obitus ſui præpoſita ancillarum DEI vixit. Sed neque patrui ſui filiæ, & fratris ſui filiæ, quæ pariter DEO ſeruiebant: quas perſonas ſanctorum Epiſcoporum concilia in exceptis poſuerunt. Dicebat vero, quia etſi de ſorore, & neptibus ſecum habitantibus nulla naſci poſſit mala ſuſpicio, tamen quoniam illæ perſonæ ſine aliis neceſſariis, ſecumque manentibus feminis eſſe non poſſent, & quod ad eas etiam aliæ foris intrarent, de iis poſſe offendiculum, aut ſcandalum infirmioribus naſci, & illos, qui cum Epiſcopo, vel quolibet Clerico forte manerent, ex illis omnibus feminarum perſonis vna commorantibus, aut aduentantibus, tentationibus humanis poſſe perire, aut certe malis hominum ſuſpicionibus peſſime diffamari: ob hoc ergo dicebat, nunquam debere feminas cum ſeruis DEI, etiam caſtiſſimis, in vna manere domo, ne (vt dictum eſt) aliquod ſcandalum vel offendiculum hoc tali exemplo poneretur infirmioribus. Et ſi forte ab aliquibus feminis vel videretur, vt ſalutaretur, rogabatur, nunquam ſine Clericis teſtibus ad eas intrabat, vel ſolus cum ſolis vnquam eſt locutus, nec ſi ſecretorum aliquid intereſſet.* Ita *Poſſidius*. Ne tamen *vxor* omnino deſit Epiſcopis, ſciat Lutherus, a veteribus Patribus eccleſiam illis commendatam, eorum vocari vxorem & ſponſam, vt ſupra in Ioanne II vidimus: & videre amplius licet apud *S. Hieronymum* epiſt. ad Oceanum, *Theophylactum*, & *Oecumenium* in I Timoth. c. III, *S. Ambroſium* lib. de dignitate ſacerdotali cap. IV. Vnde doctiſſima doctiſſimi Polonici Eccleſiaſtæ *Socolouii* oratio IV eſt, quæ in Epiſcopi conſecratione, tanquam in eius nuptiis, inſcribitur *Epithalamion*: & in poëtica de Archiepiſcopo *Wolffgango* electo gratulatione aliud *Epithalamion*, & quidem de *nouis eccleſiæ Moguntinæ nuptiis*: itemque in alia de Reuerendiſſimo *Ioanne Adamo* electo, *Sacra ſponſalia.* His ergo, ſi ſocordia, & inertia ſua eccleſiam ſibi ſuam per hæreſes, & ſcandala eripi patiantur, dicetur ſane, *vbi vxor tua?* Quomodo eam a Luthero, Caluino, & ſimilibus rapi, a ſceleribus, & flagitiis inquinari, ab rerum diuinarum ignorantia, ſcandalorumque impunitate violari ſiuiſti? Hæc, Luthere, in iudicio erunt examina: hæ quæſtiones: hæ opprobrationes, non illæ tuæ venereæ, inauditæ, flagitioſæ. Quin potius, ſi quod abſit, aurem

Edit. I p. 893 tibi dediſſet Albertus, ei ante DEI tribunal ſtanti, palpitanti, totisque artubus contremiſcenti dictum fuiſſet: *Quæ illa tecum mulier? Quid ea ſibi vult?* Eccleſiæ meæ Chriſtianæ Pontifices, caſti, cælibes, coniugii vel omnino, vel certe, ſi vxores olim forte duxiſſent, coniugalium operum expertes, iam inde a principio eſſe conſueuerunt. Quæ igitur iſta tecum mulier? Scortum eſt, non coniunx: impura meretrix eſt, non vxor. Hæ, quas vocas nuptias, non ſunt veræ nuptiæ. Ito maledicte in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & angelis eius, e quibus Aſmodæus eſt, qui blandiloqua cupidineaque Lutheri lingua & calamo te ſibi totum in æternum mancipauit. Eſt enim diligenter in Lutheri verbis hoc notandum, velle ac vrgere ipſum, vt in earum, quas vocat vxores, cum reapſe non ſint, vel contubernio, vel contubernii conſtanti propoſito firmoque deſiderio ex hac vita emigrent eccleſiaſtici, quod non eſt ſimpliciter peccare, ac libidine interdum labi (Hoc enim licet improbe nequiterque fiat, propoſito tamen mutato, impuroque diſſoluto contubernio expiari per pœnitentiam ſeriam poteſt) ſed eſt in peccato, nefariaque conſuetudine pertinaciter inſiſtere ac immori, nulla præteritæ culpæ pœnitentia, nullo emendationis deſiderio ac propoſito teneri. Hæc igitur & his multa terribiliora, quæ Luthero ipſi, quæ Truchſeſſio quondam Archiepiſcopo, quæ Teutonico illi Magiſtro dicta ſunt, Alberto etiam noſtro dicta fuiſſent, ſi quidem, quod clementer auertit DEVS, ab ſacris eccleſiæ Catholicæ inſtitutis, canonicis legibus, piis caſtisque maiorum exemplis abſtrahi ſe ac diuelli paſſus fuiſſet. Sed in vocatione, qua vocatus erat firmus perſtitit, falſum connubii nomen repudiauit, Catholicam ad extremum vſque ſpiritum fidem conſtans retinuit.

XV Vnde noua ei gloriæ ſeges exorta. Cum enim eius peruertendi ſpem omnem abieciſſet Lutherus, ſeque indies plurimorum a ſancta maiorum religione deſciſcentium tam Summatum, quam vulgi turba munitiorem videret, ideoque audacior quotidie, tumidior, & effrenatior fieret, cœpit bonum Principem vel ſannis variis afficere, vel falſa ei facta & dicta, prout libuit, affingere, aut vera quæ eſſent, male interpretari ac ſiniſtrorſum trahere, vt videre eſt in illius tomo VII fol. 417 & 428. in Sympoſiacis cap. de verbo DEI fol. 7. cap. de peccato ſemel & iterum fol. 98. cap. de Antichriſto fol. 253 & 254, alibi. Sed quemadmodum *a laudatis viris laudari magna laus eſt:* ita & ab illaudatis vituperari, gloria non parua eſt. Exemplum eſſe poteſt in eo, quod eiuſdem Alberti noſtri prouerbium vocat idem Lutherus in citatis iam Sympoſiacis c. de verbo DEI fol. 18. Ipſum enim refert dicere ſolitum: *Multa tempori commendanda ſunt: futurum confido, vt Catholica rurſum religio ac pietas in Germania vigeat.* Quid in hac oratione non prudens, cautum, & ſapiens? An quæ Dei bonitas & gratia eſt, cuique maximæ hoc etiam nomine grates ſint; non videmus quotidie, multis in locis, etiam Moguntinis, quæ afflicta prorſus proſtrataque iacebat, reſtitui, reuiuiſcere, ac reflorеſcere ſacroſanctam maiorum fidem? Ideoque non parua in laude ponendum, quod ibidem indignans de Alberto ſubiicit Lutherus: *Recte inſtitutus eſt Romæ Albertus. ideoque Lutheranam doctrinam noſtram flocci facit.* Verum hæc modo ſatis.

Hæc auctor, plus iuſto fere ad alia aberrans; ordine præterea plane inuerſo progreſſus. Vnde iuuabit cum diſtinctius, tum plenius illorum dare ſeriem.

Comitiis Spirenſibus intereſt. 1) Turbis ſcilicet Packianis (de quibus ad § VI dictum) compoſitis, Albertus ad negotia Imperii tranſiit publica, atque anno ſtatim ſequenti XXIX interfuit Comitiis apud Nemetes, religionis & belli Turcici cauſſa, habitis. *Seckendorfius* l. d. § XLIV addit. lit. *c.*) p. 129. In quibus cum *Ioannes*, Septemuir Saxo, *Georgius*, Marchio Brandenburgicus, *Erneſtus* & *Franciſcus*, Duces Luneburgici, *Philippus* Haſſiæ Landgrauius, & *VVolfgangus* Anhaltinus decreto comitiali intercederent (quod vulgo *proteſtari* dicitur) *Proteſtantium* nomen originem traxit. *Sleidanus* lib. VI p. 160.

2) Hæc vero dum fiebant, Francofurti in Collegiatis ad *D. Bartholomæi*, *D. Leonhardi*, & *B. M. V.* diſciplina cum eccleſiaſtica, tum rei familiaris adminiſtratio tam turpiter collapſa erat, vt metus eſſet, ni arctioribus vtraque legibus deuinciretur, peſſima populo praui moris exempla importatum iri. Quod cum Albertus comperiſſet, *Valentino* de *Tetteleben*, Canonico Moguntino & Magdeburgenſi, Præpoſito Lebuſſenſi & Francofurtenſi, *Bernhardo Scholl*, Protonotario & curiæ Moguntinenſis eccleſiaſticæ Iudici, nec non *Ioanni Pfaff*, ciuitatis Moguntinæ Prætori ſiue Sculteto, litteris Aſchaffenburgi die XI Iunii ſcriptis mandauit, de his omni fide ac induſtria inquirerent, rebusque omnibus talem imponerent ſtatum, qualem veteris nitor religio- Collegiatas Francofurti inſtaurat.

nis

nis & priſcus viuendi ritus requirant.

Electum Daualienſem conſecrat. 3) Inde Seligenſtadii *Nicolaum Schigner*, electum Daualienſem, Moguntinenſi & Herbipolenſi Suffraganeis rei ſacræ ſubſeruientibus, *Valentino* vero, quem modo dixi, de *Tettelebeu*, *Diethero VVenck*, Moguntiæ ad D. Victor. Præpoſito, *Conrado Rucker*, Scholaſtico Aſchaffenburgenſi, aliisque teſtium loco præſentibus, conſecrationis munus, dominica poſt ſacratiſſimæ Triadi feſtam XV, laudato cæremoniarum ordine impertiuit.

Auguſtæ in comitiis variis occupatur. 4) Succeſſere anno ſequenti MDXXX celebratiſſima illa Comitia Auguſtana. In quibus quam ampliter occupatus fuerit Albertus, memorare oportet. Cæſarem nimirum, vt die XV Iunii ad vrbem venit, nomine omnium decentiſſima oratione excepit. *Caleſtinus* hiſtor. A. C. tom. I p. 79. Die vero ſequenti in ſupplicatione publica, magnifico ſub vraniſco (quem ſex Principes, alii aliis, cum in ſtationibus quieſceretur, ſuccedentes, geſtabant) ſacram ipſe tulit hoſtiam. *Idem* l. d. p. 81 & ſeq. Poſtridie cum Cæſar conſenſiſſet, vt per delegatos cum Proteſtantibus de intermittendis concionibus ageretur, iisdem inter eos fuit, quibus id commiſſum. *Seckendorfius* l. d. § LXI n. 2 p. 165. Seſſione poſt ſecunda, die XXIV Iun. legato Pontificio, Cardinali Campegio, iuſſus reſpondit. *Caleſtinus* l. d. p. 132 b.)

iurium Electoralium conſeruandorum ſtudioſus eſt. 5) Cæſaris interim honori ſic ſtuduit, vt Septemuirum iura, dignitatemque Imperii haud haberet neglectui. Luculentiſſimo teſtimonio eſt obnuntiatio, quam ſuo, ceterorumque Principum Electorum nomine die menſis Iulii XXIX in curia Ciuitatis, magna teſtium quammaxime illuſtrium corona circumſiſtente, interponere iuſſit *Caſparem* de *VVeſthauſen*, *V. cod. Dipl.* Cancellarium ſuum. Nimirum, cum Carolus paullo ante, dum in Italia agebat, pactionem cum Pontifice, Venetis, aliisque feciſſet, inſciis Electoribus; iisdem etiam ad ſollemnia coronationis Imperatoriæ Bononiæ celebrata haud euocatis, quæ Septemuiris vi A. B. competunt munia, Principibus Italis, dum inaugurabatur, ex parte demandaſſet, vt neutrum ſibi vel Imperio, præcipue vero Colonienſi, qua Archicancellario Imperii per fines Italiæ, fraudi aliquando foret ac præiudicio, vtrique intercedendum ipſe non minus, quam Collegæ ceteri, boni publici cauſſa cenſuit ſtatuitque.

In religionis occupatur negotio. 6) Inde ad religionis rediit negotium, & quum amicabili via partes diſſidentes ad concordiam reducendas nonnulli Principum pro-uido iudicarent conſilio, ipſe die Auguſti tertia Cæſarem rogauit, vt ipſis permitteret, de conciliatione ineunda cum Proteſtantibus aliqua ratione agere. *Seckendorfius* l. d. § LXVI n. 7 p. 173. Poſt illa, quum de faciendo decreto comitiali deliberaretur, alios inter & ipſe delectus eſt, qui conſcribendo iſti manum admoueret. *Sleidanus* l. d. p. 178.

7) Id quomodo habuerit, apud *Caleſtinum* l. d. f. 137 b) *Chytræum* p. 462 & ſeq. & in compendio apud *Sleidanum* l. d. p. 179 & 185, *Maimburgium* lib. II ſect. XXXV n. 1 legi poteſt. Nihilo tamen ſecius, cum poſtridie eius diei, quo Proteſtantibus recitatum fuit, Ioachimus frater minis aduerſus Saxonem, ſociosque egiſſet, dixiſſetque, fore, vt Ordines reliqui cum Cæſaris potentia ſuas iungant vires, immo vitam & ſanguinem impendant, quo ei præſtetur obſequium; ipſe miſſo ad Saxonem tum abiturientem Ruhelio teſtatus eſt, ſe non adſtipulari dictis; periiſſe potius a Cæſare, vt ipſum aliosque excuſatos haberet, maxime a culpa rebellionis ruſticæ; ab illa enim plane immunes eſſe. *Seckendorfius* l. d. § LXXVIII n. 8 p. 201, & addit. y) p. 205, *Sleidanus* l. d. p. m. 182. *Edit. I p. 893*

Merckellium conſecrat. 8) Inter hæc vero *Balthaſarem Merckelium*, Epiſcopum Hildesheimenſem & Conſtantienſem, Cæſare & Imperii Ordinibus magna cæremoniam pompa cohoneſtantibus, conſecrauit. *Mallinkrot* de Archicancellar. & Vicecancellar. Imper. p. m. 438, *Pregizerus* catalog. Epiſcopor. Conſtantienſ. Sueuiæ ſacræ ſubiuncto p. 477.

Septemuiros Coloniam euocat. 9) Ex vſu tum rei publicæ Cæſar, ſibique neceſſarium iudicabat, vt ſecundum ſe crearetur aliquis Romanorum Rex, velut alterum Imperii caput. Quare Albertus litteris XIII menſis Nouembr. die ſignatis Electores, vt ad d. XXIX Decembr. ſibi Coloniæ adſint, citauit. Quas quidem Ferdinando, qua Regi Boiemiæ (*Königlicher Durchlauchtigkeit zu Hungarn vnd Boheim*) die XVI ſequenti reddidere *Marquardus* de *Stein*, Præpoſitus maior Moguntinus, *Caſpar* de *VVeſthauſen*, Cancellarius, & *VVolfgangus Möhrlin*, dictus *Behem*, Mareſchalcus: Treuirenſi, die XXVII Nouembr. Montaburi *Matthias* ab *Yle*, Iulium Doctor, & *Eberhardus Rüd* de *Collenberg*: Colonienſi, iidem Poppelsdorfii prope Bonnam, die Iouis poſt Andreæ: Palatino, die XXII Nouembr. in arce noua (vulgo *Nevvſchloſs*) idem *Eberhardus Rüd* de *Collenberg*, & *Laurentius VVildhelm*, D. Saxoni, Torgauiæ die XXVII Nouembr. *Leuinus* de *Veltheim*, Præpoſitus ædis maioris Hildeshemenſis, & *Chriſtophorus Turcus*, Cancellarius Halenſis; Brandenburgenſi, iam Auguſtæ die XIX Nouembr. *Caſpar* de *VVeſthauſen*, & *VVolfg. Möhrlin*, dictus *Behem*, ſupra iam allati.

de Romanorum Rege creando agit. 10) Inde Cæſarem ſecutus, contendit Coloniam, & de Rege Romanorum creando cum Collegis egit: Legatis Saxonicis, *Ioanne Friderico*, Septemuiratus herede, & *Ioanne* de *Minckvvitz*, Equite aurato, cœptis conſultationibus ac negotio ipſi die XXIX Decembr. in ſacrario ædis maioris nequicquam obnuntiantibus.

Ferdinandum eligit. 11) Quippe ſub anni MDXXXI initium, quinto nimirum menſis Ianuarii die, itum in ſuffragia, quibus Ferdinandus Rex Romanorum dictus eſt: poſtridie vero fœdus initum, quo ſe electionem factam tuituros inter ſe ſtipulati ſunt, tum Carolus & ipſe recens deſignatus Romanorum Rex, tum Albertus & Principum Electorum reliqui.

inaugurationi illius intereſt. 12) Colonia poſt omnes profecti ſunt Aquas, locum inaugurandis Germaniæ Regibus definitum: vbi Albertus Colonienſi XIII Ianuarii die * Ferdinandum vetuſto ritu, cæremoniaque

Edit. I p. 893

moniaque diademate ac ceteris regni decoribus exornanti, magna adſtitit reuerentia, auctoritateque. Et cum moris ſit, vt Archicancellarius S. R. I. per Germaniam ſigillum Imperiale, quod ſub conuiuio catena ſiue tænia collo appenſum geſtare ſolet, epulis ſollemnibus finitis, noui Regis committat Cancellario; id Albertus, ad diuerſorium reuerſus, per *Valentinum Tettelebium*, ex baculo argenteo oblongo pendens, vna cum equo generoſo, eximiæque formæ, *Bernardo Cleſio* ſiue *de Glôs*, Cardinali & Epiſcopo Tridentino, qui tum Ferdinandi regebat curiam, transmiſit. Die vero Saturni, coronationem proxime ſecuta, Aquiſgrano, domum reuerſurus, diſceſſit.

* Sleidanus *quidem lib. VII p. m.* 191; Ibi Ferdinandus inauguratus regno fuit „vndecimo Ianuarii die. Heuterus *lib. X cap. VI*; „ Tertio Idus Ianuar. corona Caroli M. argentea Aquiſgrani magna cum pompa redimitur. *Quos* Struuius, *aliique ſequuntur. Sed* Andreas Rucker, *Alberti a ſecretis, qui Coloniæ tum ac Aquiſgrani præſens fuit, & tam electionis quam coronationis actum, qua Tabellio publicus, in litteras miſit, diſerte XIII Ianuarii die ſcribit coronatum.* Auff Dornſtag, „ *octaua trium Regum*, „ *tredecima Ianuarii, anno milleſimo, quingenteſimo, triceſimo primo*, iſt König Ferdinand zum Romiſchen König coroniret vvorden, vvie folgt &c.

Adiutorem adſumit.

13) Domum redux, prægnantibus adductus cauſſis, *VVilhelmum*, Epiſcopum Argentoratenſem, Collegii metropolitani voluntate & conſenſu, die menſis Martii XI ad partem Archiepiſcopalium curarum in diœceſi Moguntina ſuſtinendam, ſociamque in iure dicundo poteſtatem, *Adiutoris* titulo & cum ſpe ſuccedendi, certis ſub conditionibus, cooptauit: quam etiam functionem *VVilhelmus* in ſe ſuſcepit, conſtitutis Romæ Procuratoribus, qui Pontificis peterent approbationem; vt ex Inſtrumento Notariorum ſiue Tabellionum publicorum, de quo poſt, fuſius cognoſcere eſt.

de concordia inter Ordines reſtituenda ſollicitus eſt.

14) Sicut autem de concordia inter Ordines reſtituenda ſollicitus ſemper erat, maxime, cum Proteſtantes ſe contra vim, ſi qua fieret, hoſtilem deliberationibus Smalcaldiæ & Francofurti inſtitutis muniebant: ita ſuas Palatino, iſti reducendæ, iunxit operas. Miſſi hinc ad Cæſarem in Belgium legati, qui neceſſitatem exponerent, & cum Proteſtantibus tractandi peterent facultatem. Cum Carolus annuiſſet, *Chriſtophorum* ipſe *Turcum*, Cancellarium Halenſem, & *VVolfgangum* a *Bach*, Præfectum Querfurtenſem, die XXVI Maii ad Electorem Saxoniæ ſine mora delegauit; quin, cum iter tum per ſiluam haberet Thuringicam, *Nicolaum* etiam *Endium*, Vallis S. Georgii Præfectum, in vicum Tambach ad ſe accerſiuit, multa de pacis conditionibus cum illo collocutus. *Seckendorfius* l. d. lib. III § V addit. II p. 16. Secutus mox Smalcaldiæ conuentus; in quo legati Alberti & Ludouici cum fœderatorum legatis congreſſi. *Sleidanus* l. d. p. 201 & ſeq. *Seckendorfius* l. d. § V p. 16.

Wilhelmo poſt Coadi-

15) Quum vero inter hæc prægrandes quædam, notabiles & arduæ cauſſæ (quas in dicto ſupra Inſtrumento latius expoſitas habes) *VVilhelmo* ſuccurriſſent, facerentque, vt onus, quod in ſe receperat, ab ſe remouendum ſtatueret, die XXIV menſis Nouembris Moguntiæ in conclaui Capitularium conuentibus dicato, ſponte, libere, ſcienter, reque bene deliberata, Coadiutoriæ ſiue procurationi, quam capeſſiuerat, renuntiauit. Quam abdicationem tum *Albertus* ratam habuit, tum Collegium, quod præſens erat, princeps. Rem in litteras, vt dictum, miſere duo Notarii, quorum Inſtrumentum, vt vocari ſolet, inuenies in codice noſtro.

interim ſe abdicante.

de pace inter Ordines agit.

16) Anno ſequenti MDXXXII, eodem, quo ſuperiori, animo Cæſarem, cum Ratiſbonam iturus Moguntiam tranſiret, non minus quam Septemuir Palatinus Ludouicus rogare haud ceſſauit, vt cœptum de pace conficienda negotium reſumi permitteret; eoque annuente, Saxonem atque Landgrauium, vt conciliationi perſequendæ integros ſe lubenteſque traderent, per litteras monuit. Qua ratione factum, vt Suinfurti primum, dein Norimbergæ denuo de pace ageretur; quæ etiam, licet ægre, tandem in hanc coaluit conditionem; ne religionis cauſſa cuiquam vlla moleſtia crearetur, ad vſque concilii tempus: aut ſi nullum ageretur, tantiſper, donec per Ordines Imperii alia fuerit inuenta ratio diſſidium hoc ſanandi. *Sleidanus* l. d. p. 205 & ſeq. *Seckendorfius* l. d. § IX p. 19 & ſeq.

cum vicinis Principibus in fœdus coit.

17) Vti vero fœderis Sueuici vires multis Ordinum quam maxime ſuſpectæ erant, ita per hoſce dies de alio agi cœptum a Principibus Rheno conterminis, Landgrauio, qui illud ſuis de reſtituendo Wirtembergenſi conſiliis obſtare videbat ac officere, haud parum adnitente: in quod tandem Veneris poſt D. Leonhardi memoriam *Ioannes* Treuirenſis, *Conradus* Herbipolenſis, *Ludouicus* Comes Palatinus Rheni, Princeps Elector, *Philippus*, quem dixi, Landgrauius Haſſiæ, & ipſe *Albertus* coiuere. quod dein ad diſſoluendum fœdus Sueuicum haud parum momenti attuliſſe, vix dubitarim. Conf. *Dattius* de pace Imperii publica lib. II cap. XXIV n. 28 p. 430, & n. 39 p. 433.

Saxonem cum Ferdinando componit.

18) Biennio poſt cum *Georgio*, Saxoniæ Duce, ſimultati, quæ Electori Saxoni cum Rege *Ferdinando* intercedebat, reſtinguendæ vigilias admouit, eoque ſollertia ſua rem deduxit, vt Lunæ poſt Ioan. Baptiſtæ, id eſt, die XXIX Iunii, ſubortum diſſidium ad eas pacis conditiones adduceretur, quas *Sleidanus* l. d. lib. IX p. m. 224 & ſeq. *Seckendorfius* l. d. § XXVI n. 9. p. 75 ſummatim referunt; *Hortlederus* vero lib. I part. III cap. XIII, ipſa tranſactionis formula in medium allata, explicat.

colloquii Lipſiæ inſtituti auctor eſt

19) Ceterum in ſpem veniens, fore, vti mutuo colloquio via quædam ad religionis controuerſias etiam minuendas, conciliandaſque muniretur, id dedit operam, vt eodem hoc anno Lipſiæ quidam hac de re inſtitueretur conuentus. Actum autem de iuſtificatione hominis peccatoris, & ſacrificio Miſſæ:

non item de reliquis. nolebant enim ſuis de cauſſis vlterius progredi Electorales Saxonici. Fuere ii *Gregorius Pontanus* & *Philippus Melanchton.* Ab Alberto vero aderant *D. Vehus,* Suffraganeus Halberſtadenſis, item Præpoſitus operis noui Halenſis, Ordinis Dominicanorum, & *Chriſtophorus Turcus* : a Georgio Saxoniæ Duce, *Iulius Pflugius,* Decanus tunc Miſnenſis, & *Georgius Carlenitius. Seckendorfius* l. d. § XXXI in addition. p. 90 ex *codice* Vinarienſi Reg. H f. 88 n. 34.

veteris religionis eſt ſtudioſus. 20) Quamuis autem humanius aliis & beneuolentia quadam cum Lutheri ageret adſectatoribus, veteris tamen, vt vocabant, religionis per erat ſtudioſus. Aperte *Latomus* in catalogo; *De amplificanda & conſeruanda Catholica religione cum doctis ſæpe egit, & quantum temporis iniquitas tulit, rebus deploratis mederi non deſtitit : nunc humanitate vicinos Principes & oppida inuitans, nunc minis quoſdam territans.* Anno certe MDXXXVII Electori Saxoni, libellum de recuſatione Concilii cum litteris mittenti, blande quidem, ſed callidis vſus verbis, reſpondit : *Se, cum ventum foret ad tractandum de reformatione & bona ordinatione eccleſiæ, per Dei gratiam ita geſturum eſſe, vt rationem Deo, ſuperioribus, & in vniuerſum omnibus illæſa conſcientia reddere poſſit. Seckendorfius* l. d. § LII lit. d) p. 147.

fœderi ſacro nomen dat. 21) Quin Proteſtantibus res ſuas fœdere Smalcaldico indies magis firmantibus, idem anno ſequenti MDXXXVIII fœderi, quod Norimbergæ opera *Heldi* initum fuit, & *ſanctum* vulgo vocabatur, nomen dedit. *Sleidanus* l. d. lib. XII p. 313, *Adlzreitterus* annal. Boicor. parte II lib. X § XLIII p. m. 249.

peculiarem tempore ieiunii quadrageſimalis conſuetudinem introducit. 22) Poſtero, qui MDXXXIX ab humano genere reſtituto fluxit, die XXX Auguſti iſtam, de qua auctor § X, conſuetudinem peculiari introduxit ordinatione. Conſtituit autem, vt æris Campani maioris ſonitu ex ædium primaria ſignum detur, non *ad vnam fere horam*, vt auctor tradit, ſed *ad quartale vnius hora*, ſiue ad vnum horæ quadrantem (*gegen abend, vvann ſich tag vnd nacht ſcheidet, eine viertelſtund lang*) vt in ipſa hac conſtitutione, quæ *Ordnung vnd Satzung, vvie die groſſe glock im Dom in der Faſten geleutet vverden ſoll*, inſcripta eſt, & tabulis iſtis, quas in codice Diplomatico attuli, habetur. Tum vero vnicuique ducentorum & quadraginta dierum largitus eſt indulgentias, qui orationem dominicam, vna cum ſalutatione, vt vocant, angelica, ter, & fidei chriſtianæ ſymbolum ſemel ſub hac æris Campani pulſatione religioſe recitarit. Notes autem, quod mos hic poſtea in deſuetudinem abierit : forſan, ex quo aliud pietatis exercitium hunc in finem per totum anniuerſarii Chriſtianorum ieiunii tempus hora V veſpertina in æde metropolitana pie celebrandum, quod vulgo *Miſerere* dicitur, ab Archiepiſcopo Anſelmo Franciſco inſtitutum eſt.

teſtamentum condit. 23) Memor autem fati, quod quemque manet, vltimi, anno MDXL ſubſecuto, animum a negotiis ſæcularibus ad tempus ſeuocando, vltimæ voluntatis ſuæ tabulas edidit. Quas cum auctor infra § XIX attingat, laudetque, notaſſe hic ſuffecerit, quod curatores illius tum nuncuparit *Marquardum* de *Stein*, ædis ſummæ Præpoſitum, *Ioannem* de *Erenberg*, Decanum, *Philippum* de *Stockheim*, Cantorem, & Caſparem *Lerch* de *Dirmſtein*, aulæ Mareſchalcum. Edit. I p. 891

* *Quin & lapidem ſepulcro ſuo olim imponendum tum temporis ex marmore rubro ſibimet cædi curauit ; quod hic notaſſe non ab re erit.*

quid in conventu Gelnhuſano egerit. 24) Paucis poſt diebus, vt de cauſſa Geldrenſi & Cæſaris cum Iuliacenſi conciliatione, tranquillitatis publicæ cauſſa, inter ſe conſultarent, Gelnhuſæ conuentum agere viſum fuit Electoribus. In hoc vero ipſe omnem circa ſacra tractatum recuſauit, cum aliis de cauſſis, tum quod a Ferdinando monitus erat, ne quid ibi de concordia in religione tentaretur : aut ſi quid pertractatum eſſet, vt in ſuſpenſo maneret, ac ad Cæſarem referretur. *Seckendorfius* l. d. § LXXVIII addit. II lit. d) p. 266.

magni æſtimatur a Pontifice. 25) His, aliisque factum, vt Pontifex virtuti illius haud parum confideret, & cum ſub id tempus Cæſar conuentum Principibus Spiræ habendum indixiſſet, ſponte iam currenti, litteris d. XIV Maii datis, calcar adderet, hortatus, ſatisfaciat illic ſuo Albertus officio, honorique. Se condigna prædicaturum laude, quod is ſe talem, qualem Pontifex cupiat, præſtiterit. *Seckendorfius* l. d. § LXXIX, addit. II lit. ll) p. 276.

addit ſacris ædibus cultum. 26) Vti vero decorem ædium ſacrarum plurimi ſemper fecit, dilexitque, ita quamplurimis perinſignem ipſe adiecit. Romæ quidem, quod *Schraderus* de monumentis Italiæ p. 171, & *Palatius* l. d. memorant, ædi, quæ *S. Petri ad vincula* appellatur ; quippe quam mirifico exornauit cultu ; quod ad eam Presbyter eſſet Cardinalis : Moguntiæ vero ædi ſummæ, vt auctor notat § VIII. Contulit autem ei theſaurum iſtum anno hoc MDXL per donationem, vt loquuntur, inter viuos ; vt *necrologium* illius diſertis habet verbis.

metropolitanæ Moguntinenſi quamplurimas reliquias infert. 27) Quin, haud contentus, id feciſſe, quamplurimas etiam ſacras reliquias, e Saxonia aſportatas, eidem intulit ; quod auctor § IX narrat : *Paulus* vero *Langius*, ætatis illius ſcriptor, ſatis acerbe his carpit verbis : *Eccleſias multas & complura monaſteria contra omnem iuſtitiam & æquitatem, contra ius faſque, contra omnem charitatem & humanitatem, maioribus & pretioſioribus ſpoliauit reliquiis, plerumque auro & argento, gemmisque incluſis, totum ſibi vſurpans, totum vendicans & reſeruans, papali autoritate & priuilegio (vt dicebatur) fretus, in damnum & iacturam eccleſiarum & poſſidentium de iure turbationem & grauamen maximum. Petere quidem ſolebat primum, ſed vbi conſenſum impetrare nequiuit verbis, vſus eſt mox viribus, potenterque, etiam ipſis ſuis poſſeſſoribus renitentibus & contradicentibus, abſtulit, quemadmodum & mihi ore proprio*

Edit. I pag. *quidam lamentabiliter conqueſti monaſteriorum fuere Prælati.*

Has inter reliquias etiam fuit particula de tunica Seruatoris noſtri I. C. *anno MCCCCII* a Manuele Palæologo, *Imperatore Conſtantinopolitano (cuius hac de re litteras in codice Diplomatico habes)* Margaretæ, *Danorum & Suecorum Reginæ, donata.*

Feſtus vero, quem reliquiarum iſtarum honori inſtituit, dies hoc peragi ſolet modo. Poſt matutinum Sacriſtæ aram principem, reliquiis hinc inde magno numero locatis, quam magnificentiſſime exornant. Inde veſperæ cantantur quam celeberrime. Eis finitis denſa hominum affluit multitudo, qui roſaria ſua & id genus alia lipſanorum attactu ſacranda offerunt, quorum etiam pietati ſatisfaciunt Sacriſtæ & Vicariorum nonnulli ad hoc rogati. His vero peractis reliquias illi ſuo quasque loco reponunt.

28) Annis proxime ſecutis bis interfuit Comitiis: MDXLI quidem Ratisbonenſibus. *Seckendorfius* l. d. parte III § LXXXVIII p. 361 & § LXXXIX p. 368. Poſtero MDXLII Spirenſibus. *Sleidanus* lib. XIV p. 366. Vtrobique vero ſatis manifeſte teſtatum fecit, non inſtrenuum ſe eſſe partium pontificiarum ſectatorem. Reliqua § ſequenti exſequitur auctor. *Comitia frequentat.*

XVI Anno MDXLII ipſo Deiparæ aſſumptionis feſto, de cælo tactæ ſunt
894 eccleſiæ Moguntinæ præcipuæ, metropolitana, B. Virginis ad gradus, & S. Stephani, cuius pulcherrima celſiſſimaque turris conflagrauit: fulmine in terram deiecti multi, læſi tamen nulli. Sacra domicilia ferit ex inuidia perlibenter dæmon, quemadmodum apud *Leonem Marſicanum* lib. III Chronici cap. XX videre eſt: & ſuos caſtigat Dominus filios, ſed paterne, vt videant, quas & quantas, ſi quidem vellet, momento vno inferre poſſet pœnas, necesque; prout pluribus explicat optime ſanctiſſimus apud *V. Bedam* lib. IV hiſtor. Angl. c. III Epiſcopus *Ceadda*, & *S. Vincentius* ſerm. II de Rogationibus.

XVII Eodem porro anno e decem primis Societatis IESV Patribus primus venit Moguntiam R. P. *Petrus Faber*, de quo vitæ P. Ignatii lib. III c. XI *Ribera.* Quo autem modo venerit, quid ibidem egerit, libet eius, qui ab eo Moguntiæ in eandem admiſſus fuit ſocietatem, doctiſſimi P. *Petri Caniſii* verbis audire, quæ ſua ipſe manu ſcripſit, anno MDXCVI, poſtridie Kalendarum Ianuariarum, rogatus per litteras a R. P. *Ioanne Buſæo.* Sic ergo ſcribit: *Reuerendus Pater meus Faber cum eſſet annorum circiter XXXVI, a præſtanti Cardinale, & Archiepiſcopo Alberto Brandeburgenſi expetitus, Moguntiam habitandi cauſſa peruenit anno MDXLII, quum antea Spiræ, ac Ratisbonæ vixiſſet in Comitiis Imperii, bonamque dediſſet operam multorum magnatum confeſſionibus excipiendis, & iam Germanis quoque familiaris eſſe cœpiſſet, qui religioſa ſimul, & iucunda illius conſuetudine oblectabantur. Vixit idem Moguntiæ in ædibus D. Chunradi Parochi apud D. Chriſtophorum, quem ex concubinario Carthuſianum effecit, idemque, vt puto, in Carthuſia Colonienſi diem clauſit extremum. In huius ædibus verſabar & ego, quum ſolus ad inuiſendum dictum Patrem Fabrum veniſſem Moguntiam, mihique perſuaderi paſſus ſum, vt ſpiritualibus meditationibus ſtatim exercerer. Eodem tempore Pſalterium Dauidicum ab eodem Patre in ſchola Theologica prælegebatur: atque vtinam ſcripti ab eo commentarii reperirentur, quos Carmelitanus quidam ſic ſatis illi familiaris exceperat. Vitæ ſumptus illi præbuit dictus Archiepiſcopus, qui boni patris colloquiis recreabatur, eumque mittere ſtatuerat ad Synodum Tridentinam vna cum D. Suffraganeo ſuo, creato Epiſcopo Mersbergenſi, qui P. Fabro etiam de peccatis confitebatur.* Et paullo poſt: *Moguntiæ libenter inuiſit eccleſiam Cathedralem, præſertim cum theſaurus ingens reliquiarum, quas nominatus Archiepiſcopus collegerat, ac exornarat, in maioribus eccleſiæ feſtis publice proponeretur. Ex tali conſpectu præſens Pater mirifice mouebatur, multasque fundebat lacrymas ex ardenti pectore, ſicut itidem factum fuit in die Corporis CHRISTI, cum ſanctiſſimum ſacramentum religioſe per vicos circumferebatur. Sacrificium ſubinde obtulit DEO non ſolum in ſumma æde, verum etiam apud D. Chriſtophorum, & in templo ad gradus Deiparæ virginis, tum apud Carmelitas, & extra muros ad D. Albanum. Singularem illi attulit pietatem conſpecta imago Crucis, in quam dire homo nequam ſæuierat, & altera vetuſtior, CHRISTVM crucifixum exhibens.* Et iterum: *Attulerat illi Cancellarius non exile munus ab Archiepiſcopo deſtinatum, fortaſſe L fuere Thaleri, quos omnes ille donauit xenodochii pauperibus, Cancellario valde repugnante, atque diſſuadente. Moguntia porro diſceſſit anno MDXLIII, poſtquam ego me totum ſocietati in ædibus ſupra dicti Parochi tradidiſſem, & Coloniam rediiſſem.* Hæc

P. Fabrum Moguntiam vocat.

de quo plura.

inter alia, & cum aliis pluribus *Caniſius*. Cui conſonat optimi cuiuſdam in Colonienſi Carthuſia Prioris R. P. *Gerardi* epiſtola, quam ad Treuirenſis Carthuſiæ Priorem Colonia dedit anno MDXLIII. Autographum ipſum ab Treuirenſis eiuſdem Carthuſiæ Priore, illum ſecuto, donatum R. P. *Gibbono* Anglo, Societatis IESV Collegii Treuirenſis Rectori, anno MDLXXXIX. Eſt vero exemplum iſtiuſmodi: *Dulciſſima IESV vulnera ſalutis loco. Venerabilis in CHRISTO perdilecte Pater & amice. Inter luctuoſiſſimas noſtræ tempeſtatis procellas, quibus nunc vndique concutitur Chriſtianitas, non vſque adeo DEVS reliquit eccleſiam ſuam: quin ſuſcitauit nobis viros aliquos Apoſtolicos, quos ſpiritu ſuo impleuit, & induit virtute ex alto, vt ex multorum doctorum teſtimonio didici, qui vero feruore errantes reuocent, peccantes recreent, trahantque ad iter ſalutis, & ſequitur magnus fructus, operante inuiſibili artifice in cordibus hominum, quorum verba ſunt ſcintillæ æris candentis, cordaque tangunt, incendunt. Sunt a S. D. N. Paullo III approbati & ad diuerſas nationes miſſi. Primus eorum vocatur Ignatius & moratur Romæ, & in Italia aliqui, in Hiſpaniis, Galliis, & Portugallia ſunt alii, colentes vineam Domini. Vnus eorum Doctor eſt in Ingelſtat, & vnus moratur Moguntiæ apud Cardinalem, vir magnæ ſanctitatis. Vocatur M. Petrus Faber, Theologus Pariſienſis. Dat hominibus ſe illi offerentibus bonæ voluntatis exercitia quædam ſpiritualia, quibus intra paucos dies obtinent veram cognitionem ſui & peccatorum ſuorum, & gratiam lacrymarum; veram & animoſam conuerſionem a multis creatis ad DEVM, profectum in virtutibus, & ſecretam familiaritatem, amorem, & amicitiam DEI. Vtinam per aliquam occaſionem liceret adire Moguntiam. certe talem theſaurum deberet homo merito quærere etiam apud Indos. Spero, quod Dominus dabit mihi videre hominem DEI, ſingularem amicum ſuum, antequam moriar, vt ab eo dirigar ad interiorem hominis reformationem, & vnionem cum Deo: ad quod ordinatio Capituli nos monet. Hoc periculoſiſſimo tempore multi adhærent hæreſiarchis, vaſis perditionis, organis Diaboli iniquiſſimi. Ideo libentius adhærere debemus amicis DEI, organis Spiritus ſancti, vt eo tutius defendamur a telis igneis, quæ dæmon iaculatur in corda hominum. Sed de hoc alias latius, ſi forte tetigerit Dominus cor P. V. vt ſuo amico Moguntiæ loquatur. Valeat P. V. in Chriſto. Raptim vltimo Maii. Anno XLIII.* Eodem autem anno R. P. ille *Faber* Moguntia Coloniam petiit, aliaſque inde vrbes ac regiones.

Edit. I pag. 896

Albertus vero Cæſarem, ex Hiſpania in Germaniam reuerſum, vt cum Guilielmo, Duce Iuliacenſi, bello contenderet, Moguntiæ exquiſitis officiis humanitatis ac magnificentiæ excepit iuxta coluitque. *Brovverus* lib. XXI annal. Treuirenſ. § XXVIII p. 368.

XVIII Erat autem ad eiuſdem anni vltimum Nouembris diem indictus a Cæſare Imperii conuentus. Sed cum propter Gallicum bellum extrahendus ille videretur, ſcripſit ad Proteſtantes Principes, qui Francofurti tum conuenerant, Bruxella Cæſar, die Decembris decimo, Spiræ conuentum illum habendum, eoque ſe anni proxime ſecuturi MDXLIV Ianuario menſe venturum. Quod & fecit. & eius menſis die XXIII magna fuit ſolis eclipſis. eodemque anno lunæ tres eclipſes plenæ, quæ velut prodigium cum admiratione a mortalibus conſpectæ, præſertim cum dicerent Phyſici, tale quid a Caroli Magni tempore viſum nihil. Comitiis vero illis Spirenſibus interfuit Albertus, immo & alii omnes, quod rarum, Electores, ipſeque etiam Ferdinandus Rex.

Legatos mittit ad concilium Tridentinum.

1) Quum anno ſequenti MDXLV Concilium Tridentinum ſua inchoaret initia, aduerſa ipſe premebatur valetudine, eaque tam graui, vt aliquot iam menſibus ne quidem firmo incedere poſſet gradu. Cum igitur eidem per ſe intereſſe nequiret, honorifica legatione Patribus ſuum teſtatus ſtudium eſt. Delegauit autem eo viros tam eruditione quam virtute ſpectatos, *Michaelem Helding*, Epiſcopum Sidonium, ſuum in muniis pontificalibus obeundis Vicarium, *Conradum Nitrofium*, Ordinis Dominicanorum, Doctorem Theologum, *Theodoricum Kauff*, Iurium Doctorem: qui acceptis mandati tabulis Moguntiæ die menſis Aprilis XXVII ſignatis, in viam ſe dedere, & die XVIII Maii in conſeſſu Patrum comparuere; Sidonio Herum, quod concilium ipſe haud adeat, diſerta oratione iis excuſante. Conf. *Sarpius* hiſtoriæ Concilii Trident. libro II § XXXII p. m. 133.

Landgrauio opem fert contra hoſtem.

2) Domi vero, quas Landgrauio ex fœdere debebat, ſuppetias tulit, cum is Henricum Brunſuicenſem, terras ſuas vi & armis contra Cæſaris ſententiam recuperare conantem, bello perſequeretur. *Seckendorfius* l. d. § CXXIV n. 7 p. 568. Sed dum ad hunc auctor deuenit annum, ita pergit:

XIX An-

Edit. I pag. XIX Anno demum ſecuto MDXLV, die VIII Calendas Octobris, ex humanæ huius vitæ ſcena diſceſſit Albertus noſter, & in primaria æde ad aræ ſummæ baſin poſitus, ſub rubri marmoris lapide, in quo, vt lib. I cap. XXXI dicebam, eſt aliquoties.* hoc e memoria numquam deponendum, *Alle bernach.* Ad vnum chori latus eius tabula quædam & imago cernitur, in qua præter alia hæc: *Albertus* &c. *Amator eccleſiæ.* *Moritur.*

Sic oculos, ſic ille genas, ſic ora ferebat **.

Obſignatas ipſius teſtamenti, quod Aſchaffenburgi anno MDXL, feria III poſt S. Pauli conuerſionem fecit, vidi tabulas, in quibus tam multa tam multis pie donat, vt iis hic recenſendis multæ haud ſufficerent paginæ. Sed extra chorum ad columnam ei ſtatutum monumentum †.

traditur ſepulturæ. Terræ ſollemni apparatu ac magnificentia illatus fuit quarto poſt die, octauo ſcilicet & viceſimo Septembris. Deferebatur funus, ſacris veſpertinis finitis, ſub funebri æris Campani compulſatione, Palatinis proceribus ſuccollantibus, in ædem maiorem. Præibant Ordines religioſi; quos ſequebantur Clerici omnes & Sacerdotes ædium ſacrarum Collegialium; hos, primariæ claſſis Canonici; vltimi erant ciues Moguntinenſes, veſtitu lugubri, cum accenſis fraternitatum ſuarum cereis. Funeri vero ſuccedebant Plebanus, vt vocatur, chori ferrei; aulæ primores; Rector academiæ cum Profeſſoribus, Doctoribusque ceteris ac Magiſtris; Magiſtratus ciuicus; litterarum Studioſi; quos excepere ciues reliqui. Agmen claudebant matronæ, quælibet ſecundum conditionis ac dignitatis ſuæ gradum. Vbi ventum in baſilicam, ſermo, quo defunctus laudabatur, habitus; dein funus rite compoſitum, humoque conditum ad aræ tum ſummæ baſin ſub marmore, vt auctor iam notauit, rubeo.

* Non aliquoties; ſed bis tantum verba hæc, *Alle bernach*, in lapide iſto legi, iam ad lib. I cap. XXXI dictum; quod etiam aduerſus *Palatium* notandum; quippe qui l. d. tradit, *ter* inciſa legi verba illa; quorum tamen alterum ibidem librarii, quod crediderim, vitio deprauatum & commutatum eſt in *KRENACH.*

** Imago vero, de qua auctor, ſicut & tabula iſta interea euanuere. In ſacrario alioqui tabula adſeruatur, in qua picta Alberti effigies, habitu Epiſcopi; ſed ſine inſcriptione.

† Λόγοι ἐπιλέγιοι monumento, quod ei extra chorum ad columnam ſtatutum eſt, nec non lapidis ſupra memorati inſcriptio legi poſſunt in libello de Epitaphiis.

XX Quia vero ei viuo tam moleſtus fuit Lutherus, dabo hic Lutheranum, Melanchthonis ipſius generum, *Georgium Sabinum*, qui mortuum lachrymis & verſibus decoret. *laudatur ſub Sabino.*

897 *Albertus iacet hoc loco ſepultus,*
Qui de ſanguine regio creatus,
Lumen Cardinei fuit ſenatus,
Qui virtute potentiaque rexit
Magni Saxonicas Othonis vrbes,
Et Moguntiaci fluenta Rheni.
Nil Germania maius hoc habebat.
Nam de litibus, arduiſque rebus,
Conuentus vbi Principes agebant,
Verbis promptus, & elegante lingua,
Ceu Laertiades regebat alter
Totum conſilio ſuo ſenatum:
Ac tot diſſidiis vbique motis
Terrarum bene conſulebat orbi.
Pacis ſuaſor erat, quieta pacis
Semis otia præferebat armis:
Quin & iuſtitiæ tenax & æqui,
Dignas ſontibus irrogare pœnas,
Complectique bonos, & innocentes,
Mitis non ſecus ac parens, ſolebat.
Nec fuluum ſibi congregabat aurum,
Doctos munera conferens in omnes:

Edit. I p. 897

Diſpenſabat opes, manuque largà
Sacras Pieridum fouebat artes.
Hunc lugubria tectus ora velo
Albis, Rhenus, Hauelus, hunc peremptum,
Fontis Pegaſei cohors, & omnis
Eſt reſpublica proſecuta fletu.

1) Huic *Sabini* addimus aliud eiusdem, quod *Cæſaribus* immiſcuit *Germanicis* lib. II;

Nec te carminibus noſtris, Alberte, *tacebo*;
Nobile Præſul aui nomen adepte tui.
Ipſa gubernatrix, caput & Germania mundi,
Quo nihil, excepto Cæſare, maius habet.
Omnis cura tibi magnarum tradita rerum,
Inque tuis humeris grande recumbit onus.
Te medium pacis te conditionibus offers,
Teutonis armorum dum pauet ora metu.
Dumque Ducum tacitæ fraudes, & aperta tumeſcunt
Bella domi, nobis, bella timenda foris;
Et ſacra turbatur variis eccleſia ſectis,
Omnia mixta quibus fanda nefanda iacent.
Ergo quod exultant ſecuris publica terris
Otia, ſuppreſſo bellaque Marte ſilent:
Quodq; graui nondum Germania mota tumultu,
In ſua conuertit viſcera cæde manus:
Se debere tuis meritis, Alberte, *fatentur,*
Compoſitæ quotquot commoda pacis amant.
Ne qua ſed exiſtat metuendi cauſſa furoris,
Afflictis fidei rebus & affer opem.
Induat vt verum pietas renouata nitorem,
Quæ modo diſſidiis tot labefacta ruit.
Quod ſi compoſito per te ſublata tumultu
Schiſmata turbatæ relligionis erunt,
Donec adorabit nomen Germania Chriſti,
Laudis erit nunquam fama caduca tua.

Litteratorum fuit Mæcenas.

2) Multis corporis, ingeniique dotibus exornatus fuit Albertus; in bonas vero litteras, optimarumque artium vindices animo tam propenſo, vt maximam paſſim tulerit laudem. Videri poſſunt *Stromerus* præfat. in *Aeneæ Silnii* de aulicorum miſeria libellum an. MDXVII ſcripti, *Reuchlinus* in præfat. ad *Athanaſii* librum, *de variis quæſtionibus*, ex græco in latinum ab ſe traductum, aliique: quos inter *Vlricus Huttenus* in dedicatione dialogi ſui, cui *ab Aula* titulus, ſub finem: *Non magnopere noſtri nos ſtatus piget; ſub illo ſcilicet, omnium quos hæc natio habet Principes, benignißimo, humanißimoque*, Alberto *Cardinali & Archiepiſcopo: qui quum maximo virtutum omnium teneatur ſtudio, & ſingularis probitatis amicus ſit, in primis tamen bonarum litterarum ſtudia, eorumque adſertores reuerenter ſuſpicit ac liberaliter fouet.. Quis enim nunc recte per Germaniam eruditus eſt, quem ille non norit? aut a quo tali vnquam ſalutatus eſt, quem non largo munificentiæ ſuæ imbre conſperſerit? atque vt ſollicitus nuper fuit, ne quid ſe indignum pateretur bonus Capnion? vt cupide litteris ad ſe vocauit Eraſmum? cuius etiam nomini ſolet honorificam ſemper præfationem adiungere: & a nobis crebro percontatur, ex docte doctis quid quisque faciat, quid patiatur.* Quod ſpeciatim cauſſæ Reuchlini quammaxime fauerit, idem *Huttenus* epiſt. ad Comitem Nuenarium (quæ ſeparatim anno MDXVIII in 4 prodiit) his memorat verbis: *Quum illi obtuliſſet Stromer omni conuiciorum genere refertum libellum Pepericorni aduerſus Capnionis amicos, legit quidem, ſed lectum, vt ad ignem forte conſederat, impuriſſimi Iudæi nebulonis maledicta deteſtatus, & hoc omnium ſæculorum memoria dignum apophtegma præfatus*; ſic pereant, qui ſic loquuntur; *flammæ iniecit.* Quin ipſi, qui hæc prodit, prædicatque, *Hutteno* anno MDXVI ad perficienda in academiis Italiæ ſtudia liberale ſubſidium; poſt vero perfugium Moguntiæ præbuit: litteris eapropter anno MDXX correptus a Leone Pontifice, iisque ſatis minacibus, quas *Burckhardus* commentar. de Hutteno part. II p. 49 nuper inſeruit.

Reuchlini cauſſæ fauit

Hutteno itidem.

3) Tametſi vero his, aliisque excellebat virtutibus, non omnis tamen labis expers fuit. Næuorum neſcio quid ab aliquibus iam olim notatum fuiſſe, vel ipſe auctor ſupra § VII, *Latomum* ſecutus, haud diffitetur. Fuere inter eos *Georgius Arnoldus*, Chemnicenſis, ICtus, in hiſtoria manuſcr. de vita Electoris Mauricii; *Fridericus Myconius* in narrat. manuſcr. quos adduxit *Seckendorfius* l. d. lib. I § VI addit. I p. 12, § VII addit. lit. f) p. 17, vt *Lutherum* hic tom. VII Altenb. f. 394 taceam.

ſuis etiam laborauit næuis.

4) Morte ſua multum Pontifici, veterisque religionis adſertoribus iniecit ſollicitudinis ac curarum. Candide nobis id Cardinalis prodidit *Pallauicinus*, qui parte I hiſtor. Concil. Trident. lib. V cap. XV § IV p. m. 181 & ſeq. *Alberti Cardinalis Moguntini, qui fidei præcipuum columen in Germania merito habebatur, tum magnitudine dignitatis, quippe Septemuirûm princeps, tum Brandenburgicæ familiæ potentia, quæ Germanicarum nulli concedit, ſi demas Auſtriacam; tum denique ſincero religionis ſtudio, quod ille, tametſi quandoque timide, ſemper tamen conſtanter exercuit. Quin per ætatem poſtremam, deferueſcente ſanguine, religionis æſtus in eo referbuerat. Caſus hic moleſtiam æque attulit ex tanti capitis iactura, ac anxietatem ex incerta ſucceſſoris electione: de qua nonniſi grauiter timendum erat, vt quæ ab incerto effrenatoque vrna arbitrio pendebat, & inter nationem, adeo vel in eccleſiaſticis corruptam, habenda erat. Quapropter pro menſione ponderis ac periculi impenſa opera, vt Canonici eum promouerent, cuius virtus extincti deſiderium ſedaret.*

morte ſua Pontifici iniecit curas

SEBA-

Edit. I p. 898

SEBASTIANVS.

I.

E Nobili *Heuſenſtammiorum* familia ducebat originem, & a primis annis bonarum litterarum ſtudia, bonorumque morum honeſtatem ita ſectatus fuit, vt in illis quidem perhonorifico Canonici, Cæſareique Iuris Doctoratu ornatus fuerit; in his vero ſummam apud omnes famam temperantiæ ac pietatis conſecutus ſit. Ideoque primum a metropolitani Collegii Dominis ad Scholaſtici dignitatem vocatus, deinde vero ſtatim atque in humanis eſſe deſiit Albertus Cardinalis, ad Archiepiſcopalem thronum ſublatus fuit anno MDXLV, Octobris die XX.

nobiliſſima ortus ſtirpe fuit,

1) E nobiliſſima ſane, vt auctor bene notauit, multisque imaginibus clara familia ortum traxit *Sebaſtianus*. *Heuſenſtammios* in locum *Philippi Melchioris* de *VValdeck*, dicti *de Vben*, Sedis Moguntinæ Mareſchalli hereditarii, anno MDLIV d. XXVIII Maii ſurrogatos, dignitatem Mareſchallorum Archiepiſcopatus hereditariorum genti ſuæ intuliſſe, dicetur alibi. In Auſtria etiam ſedem eos laresque fixiſſe, ac etiamnum ibidem florere, *Comitum* de *Heuſenſtein* inſignitos titulo, iam notatum ab *Humbrachto* tab. genealog. CXXXV.

quos parentes habuerit

Natus autem fuit patre *Martino*, vrbis Moguntinæ ab an. MDXXIII ad MDXXVIII Vicedomino, vita defuncto an. MDXL, matre *Eliſabetha Brendelia* ab *Homburg*, coniuge illius altera.

Duas *Martino* fuiſſe vxores ex hiſce patet litteris, anno MDIX ſignatis; *Als ſich ſpenn — gehalten zwiſchen den* — Martin *von* Heuſenſtamm, *Ritter, von wegen* — Elſen, *gebornen* Brendelin *von* Homburg, *ſeiner Husfrauen abegang, als legitimi adminiſtratoris — ſeiner Kinder, ſo er mit* Dorothea *gebornen* Brendelin *von* Homburg, *ſeiner Husfrauen ſeligen gehabt, an einem, vnd der* — Beatrix, *gebornen* von Eſch — *weiland* Eberhard Brendels *von* Homburg *gelaſſen Wittwe, andern teils* &c. Id quod ad *Humbrachtum*, qui tab. CXXXIV *Eliſabetha* tantum meminit, notandum.

Auorum, ceterorumque progenitorum ſeriem ſequens, quod ipſe olim confecit, ſchema docet.

* * *

SEBA-

- SEBASTIANVS *Archiepiſcop.*
  - Martinus *de* Heuſenſtam,
    - Eberhardus *de* Heuſenſtam,
      - Eberhardus *de* Heuſenſtam,
        - Henricus *de* Heuſenſtamm, Miles.
          - Henricus *de* Heuſenſtam, Miles.
          - Lucia *de* Neuperg.
        - Aña *de* Venningen
          - Dietherus *de* Veñingen,
          - N. *de* Gemmingen.
      - Aña *de* Gemingen
        - Georgius *de* Gemmingen.
          - Suicardus *de* Gemmingen,
          - Elſa *de* Lammersheim.
        - Agnes *de* Remchingen.
          - Henricus *de* Remchingen,
          - Agnes *de* Sickingen.
    - Eliſabetha *de* Venningen.
      - Ioannes *de* Venningen.
        - Ioannes *de* Venningen.
          - Ioannes *de* Venningen.
          - Eliſabetha *de* Ozweil.
        - Aña *de* Mauren.
          - Martinus *de* Mauren.
          - Anna *de* Angloch.
      - Elchin *de* Frauenberg.
        - Ioannes *de* Frauenberg.
          - Carolus *de* Frauenberg,
          - Gutta *de* Muderſpach.
        - Gutta *de* Remchingen.
          - N.
          - N.
  - Eliſabetha Brendelin *de* Homburg.
    - Eberhardus Brendel *de* Homburg.
      - Georgius Brendel *de* Homburg.
        - Ioannes Brendel *de* Homb.
          - IoañesBrendel *de* Homburg
          - Catharina *de* Ottenſtein.
        - Margareta *de* Stockheim.
          - Engelhart *de* Stockheim.
          - Maria *de* Burckſtatt.
      - Eliſabetha *de* Cleen.
        - Georgius *de* Cleen
          - Rudolfus *de* Cleen,
          - Eliſabetha *de* Lewenſtein.
        - Anna Weiſs *de* Feuerbach.
          - N. Weiſs *de* Feuerbach,
          - N. *de* Hazfeſd.
    - Agnes Rôderin *de* Rodeck.
      - Dietherus Rôder *de* Rodeck.
        - Dietherus Rôder *de* Rodeck.
          - Diether. Rôder *de* Rodeck,
          - Anna Rôderin *de* Rodeck.
        - Aña *de* Hirſchhorn
          - Ioannes *de* Hirſchhorn.
          - N.
      - Eliſabetha *de* Zeiskam.
        - Ioannes *de* Zeiskam.
          - Rudolfus *de* Zeiskam,
          - N.
        - Eva *de* Guttenberg.
          - N. *de* Guttenberg,
          - Margareta *de* Plaſſenburg.

quos habuerit fratres.

2) Fratres habuit duos ; *VValtherum* & *Martinum* ; quorum *hic* Satrapa fuit Steinhemenſis, Hòchſtenſis, & Hofheimenſis, pater *VVolfgangi*, Canonici Moguntini, mortuus anno MDL, die XIX Iunii ; *ille*, Commendator, vt vocant, Ordinis Teutonici Confluentinus, & ſupremus aulæ Moguntinæ Mareſchallus.

quando factus Scholaſticus.

3) Ad Scholaſtici dignitatem vocatus fuit anno ſuperiori MDXLIV, in locum *Adami Kuchenmeiſter* de *Gamberg* : quam Archiepiſcopus factus, die Nouembris XXIII dimiſit.

omnibus præfertur

4) Mortuo Alberto Pontifex quidem, vna cum Cæſare, enixe inſtabat, vt *Othonem Truchſeſſium*, Cardinalem & Epiſcopum Auguſtanum, poſtularent ædis ſummæ Canonici. Non tacuit id MS. qui *FF. Eremitis* Conuentus Mogunt. eſt. Rex Ferdinandus vero *Laurentium* ab *Altenſtaig* miſerat, qui ſuffragatoribus ex filiis vnum commendaret. Quin Landgrauius Haſſiæ etiam, Philippus, amicos Canonicorum quorundam occulte per *Alexandrum Thannium*, Præfectum Darmſtadtinum, die V Octobr. Moguntiam miſſum, tentabat. In ſpem enim neſcio quam venerat, fore, illorum vt ope filius Alberti in locum eligeretur. *Seckendorfius* hiſtor. Lutheraniſmi lib. III § CXXIV n. 8 p. 568. Sed iis

Competitoribus.

omnibus

Edit. I pag. omnibus antelatus Sebaſtianus, Palatini Electoris, quin ipſius etiam Landgrauii fauore, vt *Eberhardus Thanninus* e fratris Alexandri ore Electori Saxoniæ per litteras retulit. *Seckendorfius* l. d.

[illegible] applauſu. 5) Electus autem fuit cum applauſu, gaudioque omnium, præſentibus & gratulantibus tum Cæſaris, tum Ferdinandi Regis legatis, N. Comite Mansfeldenſi, *Ioanne Naues*, Vicecancellario Imperatoris, & *Iacobo Iona*, Cancellario Ferdinandi. Erat enim, vir vita, moribus, & virtutibus commendabilis, doctrina & eruditione inſignis, circumſpectus, prudens, temperans, ſobrius, in negotiis ſemper cautus *.

* In narratione manuſcr. de electione ipſius his ſane commendatur verbis: *Vir honeſtæ vitæ & per cuncta laudabilis, & in Dei opere ſpectabilis, corde humilis, vita fidelis, ſanctitate mirabilis, opere vtilis, in theologia & iure doctiſſimus, & in omni morum honeſtate præcipuus, pauperum & indigentium omnium ſuſtentator, non in gloriam elatus manens, non otio vanitatis mundi, nec inutilibus vacans expenſis, ſed impoſitum ſibi onus ſemper agnoſcens; creberrimus in ieiuniis, peruex in vigiliis, deuotus in celebrando, & in orationibus; & in ſumma, animum habens ad cæleſtia ſemper promptum.*

II Confeſtim vero curas, cogitationeſque huc ſuas omnes conuertit, vt tot, ac tam variis, & noxiis erroribus oppugnatæ, tot, ac tam funeſtis diſſenſionibus laceratæ, tot, ac tam grauibus malis laboranti reipublicæ Chriſtianæ opem, ſi quam vllo modo poſſet, afferre conaretur: & in primis, eccleſiæ, cuius Paſtor conſtituebatur, Moguntinæ. Hanc vero quia ære alieno videbat nonnihil grauatam, alleuare ipſam ſtatuit, aliqua etiam ſupellectilis alicuius eccleſiaſticæ, inſtrumentique non neceſſarii venditione: licet quibus hoc diſpliceret, non deeſſent.

[illegible] ſubditos in ſua verba adigit. 1) Inito regimine die menſis Octobr. XXVII Moguntinos, die XIV Nouembris Rhingauienſes, Iouis poſt D. Eliſabethæ memoriam Olmenſes & Algesheimenſes, die III Decembr. Hœchſtanos, & ſequentibus tractus ſuperioris ciuitates iureiurando & obſequii religione ſibi ſollemniter deuinxit.

[illegible] pro confirmatione legatos Romam mittit. 2) Pontificis vero iudicio vt quamprimum ſtabiliretur, & dignitatis Archiepiſcopalis ab eodem conſequeretur inſigne, pallium, per eoſdem dies Romam deſtinauit *Arnoldum* de *Bucholtz*, ad ædem maiorem Canonicum, & *Antonium VViedmeyer*, Decanum Collegialis B. M. V. ad gradus, viros & auctoritate ſpectatos & virtute.

[illegible] Colonienſis, 3) Quibus Romæ demandatum ſibi negotium accurantibus, ipſe domi prono in Pontificis honorem, parteſque iuit ſtudio. Cum enim ſub initium anni MDXLVI in conuentu Veſalienſi, qui Hermanni Colonienſis cauſſæ fauebant, omni contenderent opera, vt ipſe & Treuirenſis eiuſdem ſuſciperent patrocinium, & Cæſaris intercederent ſententiæ, aperte renuit. *Sleidanus* lib. XVI p. 443, *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XXI § XLVII p. 373, *Seckendorfius* l. d. § CXXXI n. 6 p. 615.

4) Et quamuis non longe poſt a Landgrauio alia inter coram rogatus eſſet, vt in comitio Ratisbonenſi conſilia ſua ad Germaniæ referre velit tranquillitatem (*Sleidanus* l. d. p. 444) Proteſtantium tamen cauſſæ, vt auctor § ſequenti narrabit, ibidem haud fauit. & Proteſtantium haud fauet.

5) Interim legatis Roma reuerſis, dominica, quæ vſu eccleſiaſtico *in Albis* appellatur, ius ſacrorum, ex veteri maiorum inſtituto, magna cæremoniarum dignitate, *Melchiore Zobel*, Epiſcopo Herbipolenſi, inaugurante, capeſſiuit. Rei diuinæ ſubſeruiebant *Michael Helding*, Epiſcopus Sidonius, & *Georgius Lorch*, Suffraganeus Wirzburgenſis. Abbas monaſterii D. Ioannis in monte, Erbacenſis, & Seligenſtadenſis adſtabant. conſecratur Epiſcopus.

6) Inde ſabbato quatuor, vt vocant, temporum, quo pro introitu Miſſæ *Charitas Dei* cantatur, ordines ſacros tam maiores, quam minores veteri & laudato rituum ordine petentibus contulit: feriis vero pentecoſtalibus alia id genus officia prompte, qua in obeundis muniis pontificalibus ſollertia erat, adminiſtrauit. ordines ſacros petentibus confert

In publicis vero negotiis quo conſilia ſua verterit, curaſque, auctor enarret.

Ratisbonæ in comitiis a cauſa Proteſtantium alienus eſt. III Anno ſecuto MDXLVI Ratiſponæ Comitia indixit Imperator Carolus V, in quibus, magno religionis ſtudio, Moguntini legati cum Treuericis a Lutheranis ſeceſſionem fecerunt, præſertimque a Colonienſi Archiepiſcopo, qui Germanicis Lutheri, Buceri, aliorumque id genus libris (nam *Latina vix* tenuiter, vti Landgrauio, eius inſcitiam, & leuitatem arguens, dixit Cæſar, *attigerat*) in nouos errorum laqueos perductus erat, religionem ſua in diœceſi veterem tollebat, ordinariis eccleſiæ miniſtris, & Paſtoribus remotis, nouos inſtituebat, ab ipſoque Pontifice iam (Clero quidem, & Academia Colonienſi ſatagente) ab eccleſiæ communione, Archiepiſcopali dignitate, ſacerdotiiſque ac priuilegiis, & facultatibus eius ordinis omnibus ſummotus erat. Iidemque Moguntini legati,
899 de Sebaſtiani voluntate, incepti concilii Tridentini principia comprobarunt, & Cæſarem, vt illud tueretur, hortati ſunt: ſimulque vt Proteſtantibus perſuaderet, ad illud proficiſcerentur, eiuſque ſe decretis & cognitioni ſubmitterent. Quin & poſtea, cum eoſdem Legatos ſibi adiungere conarentur Proteſtantes, vt Cæſarem vna ſecum adirent, belli (quod nullum reuera parabat Cæſar, ſed

eius ipſi, data opera, rumores ac ſuſpiciones quacunque ſpargebant) deprecandi cauſſa, recuſarunt illi conſtanter. Edit. I pag.

Quod Sebaſtianus ipſe Comitiis his interfuerit, *Seckendorfius* l. d. § CXXXVII n. 7 & 10 p. 662 & ſeq. prodit; non item *Sleidanus*. Ceterum legatos, quos eo miſerat, ita ſe ibidem geſſiſſe, vt auctor hic tradit, *Sleidanus*, quem ſequitur, quamuis haud nominet, diſerte narrat l. d. libro XVII p. m. 466 & ſeq.

vt tempore belli Smalcaldici erga Proteſtantes ſe geſſerit.

IV Interea, quod ab iiſdem Proteſtantibus tamdiu coctum, tectum, & diſſimulatum fuerat, erupit funeſtum illud Smalcaldicæ coniurationis fœdus, cuius primarii Duces *Ioannes* * Saxo, & Haſſiæ Landgrauius *Philippus*. Hinc vero cladium, vaſtationum, & malorum quantum in Germania extiterit, narrant paſſim ſæculi noſtri ſcriptores. De Imperatore certe, qui a milite imparatus in Germaniæ quaſi medio verſabatur, neque belli eiuſmodi cogitationem vllam habebat; pæne actum, adeoque de Catholica tota his in regionibus religione, ni hæreticorum hunc impetum, freno velut iniecto, compreſſiſſet DEVS, paullatimque ad Carolum V concurriſſent equitum, peditumque copiæ. In his fuerunt equites quater mille, peditesque fere decies mille, quos e Belgio ductabat Buranus Comes *Maximilianus*. Sed Bingam cum veniſſet, Rhenumque circa Moguntiam tranſire vellet, obſtabant coniuratorum in altera ripa cohortes triginta, & ſeptem; quibus præerant *Chriſtophorus Oldeburgus*, & *Rifebergus*. Virtute tamen, ac induſtria, noſtro præſertim annitente Moguntino, tranſiuit ille, Smalcaldicosque illos omnes turpem in fugam egit, & per Aſchaffenburgum, Milteburgumque in Bauariam ad Imperatorem contendit. Iis igitur auctus copiis Imperator inſignem de perduellibus victoriam retulit: Saxonem, & Haſſiæ Landgrauium cepit: fœderatæque ciuitates ei ſeſe dediderunt: Burano autem redeunti, & in Haſſiam irrumpenti, Darmſtadiumque occupanti, Francofurtana ciuitas, quod eius metuerent ciues, ne Moguntiam, aut Wormatiam a ſe nobilis ille mercatus, quem quotannis binum, magno ſuo commodo & celebritate, habent, vt in *Gerlaco* ſupra dictum eſt, transferretur.

* Io. Fridericus

multum inde contrahit damni.

1) Studuit vtrique Sebaſtianus Cæſaris in hoc bello rebus, vt bene notat auctor, quamuis de cetero non ab omni vacuus ſit odio, gratiaque. *Archiepiſcopus Moguntinus non minimum huc attuliſſe momentum putatur*, ait *Sleidanus*, dum lib. XVIII p. 495 narrat; Burenſem ſupra & infra Moguntiam, cum copiis ſuis Rhenum; fortuna haud ancipiti, tranſiiſſe. Hoc tamen ipſo non plane nil damni ſibi contraxit. Landgrauius enim, propter nauatam Burano operam, ditioni Moguntinæ ſubditis, cum copias ſuas domum reduceret, ſex aureorum millia, incendiorum lytron, imperauit; quod fide manuſcr. qui de rebus his curate agit, adſcribere iuuat. de reliquo conferri huc meretur idem *Sleidanus* l. d. p. m. 517.

Clerum ad vitæ hortatur emendationem.

2) Ratus interim ipſe, nec immerito, malorum, quæ Germaniæ tum impendebant, cauſſam haud poſtremam eſſe ſolutam paſſim fluxamque illorum, qui ſacris operarentur, diſciplinam, anno MDXLVII omnem diœceſis ſuæ Clerum ſeria admodum, quamuis paterna, admonitione exhortatus eſt, vt impuritate omni eierata ad meliorem frugem redeat, ac in poſterum ad vitæ incorruptæ, modeſtiæque ſeſe componat officia. Teſtimonio ſunt litteræ, ad eum hac de re die XXVIII menſis Martii Aſchaffenburgi datæ, quarum apographum dedi in cod. Diplomatico.

V In hiſce fluctibus, magnaque Germaniæ totius trepidatione poſitum fere biennium. Sed vt turbarum omnium compoſitio aliqua, & pax, ſi fieri poſſet, firma conſtitueretur, iterata voluit Imperator haberi Auguſtæ Comitia: eoque venit anno MDXLVII menſe Auguſto: primarium templum, & alia quædam 900 Catholicis recepit; in illo eccleſiaſten ſtatuit *Michaelem Sidonium*, Sebaſtiani noſtri vicarium Epiſcopum, ſeu, vti iam vocari dixi lib. I cap. XXII, Suffraganeum. Conuenerunt paullatim frequentiſſimi Principes.

p. 79.

VI Cum vero intellectum eſſet, ob vicinorum bellorum procellas migraſſe Tridento Bononiam Patres, qui ad Concilium conuenerant, doluit Cæſar nonnullam Germanis Proteſtantibus de ſynodo adeunda tergiuerſandi occaſionem dari, fuitque ſenatui Principum auctor, vt de eo Pontificem interpellarent. Itaque XIV die Septembris (vt autor alioqui Catholicis periniquus lib. XIX refert) Epiſcopi datis ad eum litteris, Germaniæ ſtatum, atque periculum exponunt, & illud auerti potuiſſe dicunt, *ſi mature fuiſſet adhibitum naſcenti morbo remedium, Concilium videlicet publicum, de quo Cæſarem non ſemel interpellarint, vt intra Germaniæ fines illud procuraret. quo nimirum eius regionis Epiſcopi, quorum inprimis interſit, adeſſe poſſent. Cum enim ipſorum ſit ampla iuriſdictio,*

Ioan. Sleidanus.

non

Edit. I *non eſſe commodum, hoc præſertim tempore, longius a ſuis finibus abeſſe. Dili-*
pag. *gentia tandem Cæſaris, quum Mantuam & Vicentiam nemo veniſſet, indictum*
quidem eſſe concilium, & inchoatum, ſed extra fines Germaniæ: Tridenti ſcili-
cet, quod ad Italiam magis pertineat: hac etiam de cauſſa perpaucos eo veniſ-
ſe Germanos: neque ſane potuiſſe, præſertim belli tempore, omnibus vndique
viis obſeſſis, & interclufis: nunc autem, ea depulſa tempeſtate, quum in ipſum
ferme portum eſſet peruentum, & bona quædam ſpes animos omnium teneret,
præter omnem exſpectationem alio transferri, vel diuidi potius concilium, in quo
ſalus fuiſſet tota collocata reipublicæ: vehementer hoc ſibi dolere propter impen-
dens periculum. Iam enim totos XXVII annos conflictari Germaniam cum no-
uis, & perniciofis dogmatis, & ſectis, & Epiſcoporum auctoritatem prope o-
mnem iacere, & in hac vaſtitate rerum, atque confuſione infinita hominum mil-
901 *lia de ſalute periclitari: breuiter, hoc tam peſtilenti malo vitiatum, & cor-*
ruptum eſſe, quicquid antea ſincerum fuit, & diuulſos inuicem Ordines Imperii,
nullam inter ſe colere amicitiam: in his tot, tantisque malis vnicum habere ſe
perfugium ad eccleſiam Apoſtolicam. orare igitur maiorem in modum, & per
Germaniæ ſalutem, vt concilium reſtituat: id ſi faciat, nihil eſſe, quod non
ab ipſis debeat expectare: ſin autem, non ſibi apparere, vnde petant auxilium.
Nam vndique ventos, & procellas imminere, quibus depellendis eccleſiam Ro-
manam DEVS conſtituerit, veluti propugnaculum aliquod, & rupem firmiſſi-
mam. habeat igitur eorum, quæ poſtulent, rationem, & cogitet, poſſe fieri, niſi
prouideat, vt aliæ rationes ineantur atque conſilia, cauſſam hanc expediendi.
Quod ſupereſt, orare, vt hæc boni conſulat. Nam vt ita ſcribant, & officio,
& temporis conditione ſeſe cogi.

VII Reſpondit iis Pontifex Kalend. Ianuarii an. MDXLVIII, *ipſorum lau-*
data pietate, quod de republica ſolliciti ſint in his hæreticorum, & ſeditioſo-
rum hominum motibus; *cauſſam* ait *ſubeſſe grauem, atque legitimam. Nam*
& ſe vehementer angi ſollicitudine iſta: & quoniam hoc ad ſuum paſtorale mu-
nus proprie pertineat, nullum ſibi tempus abire, quo non de remedio cogitet:
hac etiam de cauſſa, ſtatim a ſuſcepto Pontificatu decurriſſe ad illud, cuius &
ipſi mentionem faciant, perfugium, & ſua ſponte concilium indixiſſe, Mantuæ
primum, deinde Vicentiæ: ſed cum id fruſtra fieret, Tridentum ad eam rem
delegiſſe, oppidum in ipſis Germaniæ finibus poſitum, quo ſine periculo veniri
poſſet: (cumque ſub illud tempus bellum exortum impediret aditum, ſe, qui lega-
tos eo miſiſſet, neceſſario diſtuliſſe rem in aliud tempus, ac deinde facta pace
rurſus denuntiaſſe conuentum, dimiſſis in omnes partes litteris, & tandem de
Tridento ipſis annuit,)

VIII Interea *Cæſar* (ait idem auctor lib. XX *) *in Saxoniam profectus ho-*
ſtem ad Albim ſuperat, vtrumque belli Ducem prælio, & deditione capit, &
902 *nihilominus ante, & poſt confectum bellum, ſæpe per litteras, & internuntios*
Pontificem rogauit, iuberet Patres Bononia redire Tridentum: eſſe enim magni
periculi, ſi ſecus fieret. Poſtea conuentum indixit Auguſtæ, in quo, petente
Cæſare, Principes omnes, ac Ordines magno conſenſu, concilium Tridentinum
approbarunt, eique ſe velle parere ſine vlla conditione, promiſerunt. Cum id
obtinuiſſet, Cardinalem Tridentinum ilico Romam miſit, qui Pontifici, & ſena-
tui Cardinalium iſta explicaret, ac totius imperii nomine Concilii Tridentini con-
tinuationem flagitaret. Atque hoc anno MDXLVIII, in hiſce Auguſtanis co-
mitiis, tractata diligenter, quæ ad Spirenſis tribunalis, quod valde oderant, &
impetebant nouarum rerum cupidi, auctoritatem, & ordinem, præcipue vero
ad religionis auitæ conſeruationem, Germaniæque tranquillitatem ſpectarent, vt
indicant, quæ in manibus ſunt, Acta comitialia.

* *immo eodem lib. XIX p. m. 559.*

IX In his autem omnibus, vti loco, & dignitate, ita etiam induſtria, ſa-
pientia, & zelo principem facile locum tenuit noſter Sebaſtianus: multamque
curam, & ſollicitudinem adhibuit, vt dum œcumenica ſynodus de iis, quæ in
controuerſiam a Nouatoribus vocata eſſent, ſciſceret, prouiderent ſuis in diœ-
ceſibus Epiſcopi, ne quid caperet detrimenti Catholica religio, ſynodoſque huic
fini cogerent. Collecta etiam per nominatum ſupra D. Suffraganeum Moganti-

** 1. Iul.* *Edit. I pag.*

nium, & Reuerendiſſimum Naumburgicum Epiſcopum D. * *Io. Pflugium*, *Ioannem*que *Agricolam*, qui Lutheri dogmatibus nuntium pridem remiſerat; itemque per nonnullos a Nouatoribus ipſis additos, *Melanchthonem*, & *Brentium*, earundem rerum breuis quædam inſtructio, quæ, quia interim, dum ſententiam pronuntiaret ſynodus, obſeruari debebat, vocata eſt vulgo *Interim*, ab aliis *Interreligio*, quæ paſſim edita extat, etiam in Suriano Conciliorum tom. III anno MDLI.

Auguſtanis comitiis intereſt.

1) Victo ſcilicet ad Mühlbergam Saxone, & Landgrauio poſt Halis fraude retento & in cuſtodiam dato (quod auctor ordine inuerſo § VIII demum innuit) habita fuere Auguſtæ Comitia, quæ Cæſar III Iulii die Principibus indixerat. Inter Proceres vero, quos magna frequentia ad ea veniſſe, auctor dicit, fuit Sebaſtianus, ſplendidiſſimo comitatu (quem *Mameranus* nobis in catalogo famil. totius aulæ Cæſar. in Comitiis Auguſtan. deſcribit) ſtipatus Auguſtam ingreſſus eſt; quod ad § V. notandum. Et *Michaelem* quidem *Sidonium*, clariſſimi tum nominis virum, quem Cæſar muneri in ædium primaria publice docendi præfecit (*Sleidanus* lib. XIX p. 545) alios inter habuit comitem.

concilium Tridentinum vrget.

2) Dedit autem non ſolum illas, vna cum aliis, ad Pontificem litteras, de quibus auctor § VI, verum etiam, qua erga Sedem Romanam fide erat ac obſeruantia, non ſecus, ac duo reliqui ordinis eccleſiaſtici Electores, concilium Tridentinum ſine vlla conditione vrſit. Idem *Sleidanus* l. d. p. 549.

Ceterum verba § VII, quæ vncinis incluſimus, nec Pauli Pontificis ſunt in ſuis ad Epiſcopos reſponſoriis, nec a *Sleidano*, quem alioquin auctor hic ſequitur & exſcribit, l. d. referuntur, nec cum ceteris Papæ in eisdem conſiſtere poſſunt. Auctori igitur, qui ea de ſuo aſſuit, relinquenda.

Mauritii intereſt in- … *veſtiturâ*

3) Hæc inter orbi illuxerat annus MDXLVIII; quo quidem Sebaſtianus, cum Cæſar Mauricio, Saxoniæ Duci, die XXIV Februar. dignitatem conferret Septemuiralem, ſollemni cæremoniæ non modo interfuit, verum etiam eidem, honores iſtos petenti, Carolo innuente, & reſpondit, & iusiurandum, quo Septemuiri tenentur, recitauit. *Sleidanus* l. d. p. 577.

de libro Interim Cæſari agit gratias.

4) Et quamuis animaduerſionibus Pontificis in librum *Interim*, interea Auguſtæ conſarcinatum, vna cum Treuirenſi & Colonienſi, ſubſcriberet, bonorumque in primis ſacrorum vrgeret reſtitutionem: poſt tamen, cum Cæſar illum publice prælegi curaſſet, gratias ipſi egit, *non exquiſitis Ordinum*, vt *Sleidanus* l. d. p. 581 docet, *ſententiis; & quoniam antehac ipſius fidei rem permiſerint, ac nunc in eo ſit elaboratum, æquum eſſe* dixit, *vt gratiſſimis animis hoc ipſum agnoſcant, & decreto pareant.* Quam *gratiarum actionem Cæſar pro communi habuit aſſenſu & approbatione, nec vllam poſt excuſationem admiſit.*

Fallitur autem auctor, dum § IX *Melanchthonem* & *Brentium* auctoribus libri *Interim* adiunctos narrat. Tantum enim abeſt, vt *Brentius* ſocias ipſis iunxerit operas, vt potius σύγγραμμα iſtud μεταξυνὸν voce iuxta ſcriptoque impugnaret. *Sleidanus* lib. XX p. 582, *Adami* in vit. Theologor. p. m. 213, *Fiſchlinus* memor. Theologorum Wirtembergenſ. parte I p. 26. Quod ad *Melanchthonem*, nec is manum operi admouit.

X Vltima die Iunii Comitiorum finis fuit, & Moguntiam reuertit Sebaſtianus, vbi, vt ait MS. L. *optimi Paſtoris partes obiens, cunctos ſuæ diœceſis ſubditos, per litteras, legationes, ac viſitationes, ad Catholicam religionem inuitare, ac impellere non deſtitit.* Quod inuitus ſcribit etiam lib. XXI his verbis hæreticus *Io. Sleidanus*: *Moguntini ditio longiſſime patet. Nam XII ei ſubſunt Epiſcopi, & Heſſia quoque fere tota ad ipſius iuriſdictionem eccleſiaſticam pertinet. Cœpit igitur vrgere* &c. Rurſumque paullo poſt: *Francofurtum quoque Moguntinus vicarium ſuum Epiſcopum Michaëlem Sidonium miſit. Is expiatis primum ibi templis, more ſuo concionatur atque docet.*

p. 602 *903*

parœcias & monaſteria diœceſis ſuæ interuiſi curat.

Quin, cum probe noſſet, ſui eſſe muneris, vt prolapſus paſſim vitæ monaſticæ ſtatus emendaretur, clerusque omnis ad auitæ diſciplinæ reduceretur frugem, his ipſis diebus viros delegit munerum, vitæ, morumque honeſtate venerandos, *Michaelem Helding*, Epiſcopum Sidonium, *Arnoldum* de *Bucholtz*, ad ædem maiorem Scholaſticum, *Balthaſarem Geyer*, ſuum in eccleſiaſticis Vicarium, *Iodocum Selbach*, Decanum ad D. Petri, Protonotarium, *Antonium VViedmeyer*, Decanum ad gradus, *Dietericum* de *Rheden*, Erfurti ad D. Seueri Præpoſitum, Moguntiæ vero ad gradus Scholaſticum, & *Gerhardum Iſing*, ad D. Ioannis Decanum: quibus tabulis V Non. Octobr. ſignatis commiſit, vt parœcias, monaſticasque vtriusque ſexus congregationes interuiſerent, ac in cleri, omniumque ac ſingulorum in cœnobiis agentium vitam, moresque omni fide inquirerent & diligentia. quod muneris illi dein die Octobris XXII, præuio ſollemni Miſſæ, *de Spiritu Sancto* in æde D. Petri officio, ſtudioſe aggreſſi ſunt.

Synodum diœceſanã agit.

XI Habuit idem Sebaſtianus eodem anno *diœceſanam Synodum*, cuius in citanda paullo poſt præfatione iniicietur mentio: *prouincialem* vero anno ſecuto, qui ſupra ſeſquimilleſimum erat vndequinquageſimus die VI Maii, prout lib. I cap.

Edit. I pag. cap. XXXIII notatum iam fuit. Eius autem præfatio lectu digniſſima eſt. Nam & quid paſtoralis officii ſit, & quantum in hac tanta temporum calamitate ſtudii, laboriſque ſumpſerit, luculente docet. *Poſteaquam*, inquit, *graue illud paſtoralis muneris onus humeris noſtris (Domino ſic diſponente) incubuiſſet, ſane nunquam quaſi in dignitatis & honorum faſtigio ſublimati, lætari potuimus, ſed quaſi in quadam ſpecula poſiti, ingentem & anxiam ſollicitudinem animo concepimus, & quaſi importabile onus humeris ſuſtinentes, ad omnem ſuſcepti muneris recordationem frequenter ingemuimus. Non enim ignorabamus depoſitum, quod tradente, & commendante CHRISTO ſuſcepimus, quanta in illo aſſeruando cura, ſollicitudine, & labore nos deſudare oporteat: quantave pœna nos maneat, & quam terribilis nos Domini ſententia exſpectet, ſi quicquam de theſauro illo, quem CHRISTVS, velut ſedulus & prudens negotiator, pretio ſanguinis ſui comparandum duxit, noſtra forte incuria perire contigerit. Accedebat ad cumulum ſollicitudinis noſtræ, & timoris noſtri pondus in immenſum augebat, quod functionem noſtram paſtoralem in eam videbamus tempeſtatem incidiſſe, qua tot ſectæ, ſchiſmata, & omnes pæne præteritorum temporum hæreſes, velut conſpiratione facta, agminatim in eccleſiam irruerant,*
904 *& diſperſum CHRISTI gregem immanes lupi ad interitum rapiebant: & qua, vniuerſa vitiorum corruptela, & grauiſſimorum ſcelerum lues, ouile CHRISTI quaſi contagione perſerpens, ouiculas CHRISTI ſanguine redemptas, crudelem in modum depaſcebatur. Atque hac temporum iniquitate nobis nequaquam deſidiæ patrocinium, aut negligentiæ excuſationem, præberi exiſtimabamus: ſed curam, & ſollicitudinem noſtram potius augeri, vt quanto grauioribus malis laborantem eccleſiam conſpiciebamus, tanto attentiore animo, & ſtudio vigilantiore in eam, quam Dominus nobis impoſuerat, paſtoralis officii functionem incumberemus, & gregi nobis credito cuſtodiam ſimul & diſciplinam ſedulo adhiberemus: cuſtodiam quidem, vt ex commonitione noſtra cauere noxia, & ſalutaria appetere, peccata refugere, & virtutes ſectari, plebs nobis commiſſa ſedulo addiſceret; diſciplinam vero, vt qui ſpretis ſalutaribus monitis, aut torpentes negligentia, aut malitia incitati, delinquerent, per nos a vitiis ſuis, eccleſiaſticæ cenſuræ ſeueritate coercerentur. Siquidem memineramus, hanc vtramque curam a DEO ouilis ſui cuſtodibus, ſub graui comminatione iniungi. Cuſtodiam quidem, cum ait:* Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. *Seueritatem vero diſciplinæ Dominus a paſtoribus exigens:* Non quæras, *inquit*, fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: *nimirum innuens, graui culpæ alligari eum, qui vitia ſubditorum, quæ pro poteſtate ſibi tradita compeſcendo emendare debet, diſſimulando nutrit, & auget. Et alibi Dominus paſtorum negligentiam ſeueriſſimis minis increpans:* Ecce ego ipſe, *inquit*, ſuper paſtores, gregem meum de manu eorum requiram. *His nos Domini comminationibus incitati, iam inde ab initio ordinationis*
905 *noſtræ, propenſa voluntate ad debitam commiſſæ nobis functionis executionem, omnem animi & conſilii vim conuertebamus. Sed pios conatus noſtros inquietudo temporis illius impediebat, dum tumultibus, & bellis feruerent omnia, ac plane appareret, ſeculum noſtrum iam nec vitia ſua ferre poſſe, nec remedia pati velle. Et iam nihil aliud, quam grauem eccleſiarum ruinam, & de proximo imminentem religionis noſtræ interitum oculis præuidebamus, niſi Deus pro immenſa ſua miſericordia miſeratus, eccleſiam ſuam tot malis grauiſſime afflictam, & ſub tantarum calamitatum onere iam iam ruituram, inuictiſſimi, & potentiſſimi Principis Caroli V, pientiſſimi & vere Catholici Imperatoris, armis texiſſet, & a caſu præſeruatam, pia eiuſdem Imperatoris ſollicitudine, ad priſtinæ ſecuritatis recuperandæ ſpem erexiſſet. Cum igitur ſingulari Dei gratia, & miſericordia, & Chriſtianiſſimi, ac potentiſſimi Imperatoris beneficio, hæc quies eccleſiis reddita eſſet, vt iam de rebus religionis conſilia tuto capere liceret: Nos tantam opportunitatem, quam nobis diuinitus concedi diu deſiderauimus, nequaquam negligendam rati, omnes animi & conſilii conatus ad eccleſiarum nobis ſubiectarum diſciplinam rite conſtituendam, & ad plebis commiſſæ ſalutem*

Ezech. 33, 6 — Eccl. 7, 6 — Ez. 34, 10

promouendam, adeoque ad totius paſtoralis muneris noſtri functionem pro viri- li exequendam applicuimus. Et veterem eccleſiæ conſuetudinem inſequentes, quam Apoſtoli nobis reliquerunt, & ſancti Patres quaſi per manus traditam ſedulo retinuerunt, vt quoties in fide Chriſtiana dubiæ quæſtiones orirentur, aut alio quo ancipiti malo eccleſia periclitaretur, mox ſynodum conuocarent, & dubias quæſtiones ex ſcripturis ſanctis, iuxta communem ſanctorum Patrum conſenſum, & receptam eccleſiæ auctoritatem dirimerent, & ſuborientibus difficultatibus, & periculis collato inter ſe conſilio, matura & ſalutaria remedia adhiberent: Nos quoque poſt celebratam a nobis ſynodum diœceſianam, præſentibus malis etiam amplioris conſilii remedia credentes quærenda, iuxta canonum ſacrorum ſanctiones Prouinciale concilium duximus congregandum. Itaque comprouinciales noſtros amicos chariſſimos, & dilectos in Chriſto reuerendos Coepiſcopos ad diem ſextum Maii in ciuitatem noſtram Moguntiam euocauimus. Extat vero variis formis edita hæc ſynodus, cui & pro inſigni cura inſignem de omnibus pæne fidei capitibus catecheſin addidit.

Edit. I pag. 906

Synodum, de qua auctor, *diœceſanam* habuit, vt ad formulam a Cæſare præſcriptam eccleſias emendaret. nam hoc ei promiſerat. *Sleidanus* lib. XXI p. 602. Habuit autem menſe Nouembri; ad eamque eccleſiarum A. C. addictarum miniſtros Erfurto, Iſenaco, Crucisburgo, Waltershuſa &c. etiam euocauit: quorum tamen nullus comparuit. Vt dictis fides ſit, afferre placet Erfurtenſium litteras, quas in lucem protulit *Cyprianus* in præfat. ad Supplementa reliqua hiſtoriæ Gothanæ.

ad quem Miniſtros A.C. Erfurti &c. etiam euocat.

Reuerendiſſime Archiepiſcope, Idemque Princeps &c. Domine clementiſſime.

Oblatæ nobis ſunt R. D. V. litteræ euocatoria ad ſynodum diœceſanam in ciuitate R. D. V. Moguntina XIX Nouembr. indictam, ad quam cum intellexerimus euocatos etiam eſſe Paſtores viciniæ huius ſub ditione Illuſtriſſimorum Saxoniæ Principum, ſed accedere propter certas & graues quasdam cauſas, ad R. D. V. perſcriptas, non poſſe, noſque illis in doctrina Chriſti confeſſione, quam eandem cum illis profitemur, coniuncti ſimus: Oramus obnixe, vt R. D. V. quod propter eaſdem cauſas ad indictam ſynodum accedere non poſſumus, excuſatos nos quoque habere velit. Offerimus autem nos, ſicut & illi ſeſe obtulerunt. ad omnia, quæ ad eccleſiæ & reipublicæ piam pacem & tranquillitatem ſine Dei & conſcientiarum noſtrarum offenſione, pro viribus & facultatibus noſtris præſtare debemus ac poſſumus; petimusque humiliter, vt R. D. V. excuſationem noſtram, vna cum officiorum debitorum delatione, clementer a nobis accipiat: cuius gubernationem tam eccleſiaſticam, quam politicam vt Deus ipſe regat, atque fortunet, ſedulo orabimus. Data Erphurdiæ X Nouembris MDXLVIII.

R. D. V.

ddd

Concionatores Euangelii Chriſti in vrbe & eccleſia Erphurdiana.

Prouincialem egit anno ſequenti MDXLIX, initio Maii, vt in diſſertatione *de Conciliis Moguntinis* fuſius dictum. Conf. *Sleidanus* l. d. p. 608.

agit et prouincialem.

Formulam Pontificis Landgrauiis, aliisque commendat.

XII Eodem anno cum a Pontifice Legatos, qui ampliſſima illos, qui ab votis, monaſteriis, eccleſiaque tota diſceſſiſſent, in gratiam cum hac reponendi poteſtate aucti eſſent, accepiſſet Cæſar, deque beneficio tanto Germanos Epiſcopos e Belgio monuiſſet, ilico Moguntinus noſter cum ad alios, tum ad Landgrauianos Præfectos, & Conſiliarios dat litteras, & de ſua ſollicitudine paſtorali, deque Cæſaris fide & diligentia multa locutus, petit, vt eccleſiæ miniſtris formulam iſtam, a Pontifice miſſam, exhibeant, eique iubeant parere.

Quin, haud ſecus ac Cæſar ipſe, inſtitit, vt Principes iuniores Saxoniæ libellum religionis vſque ad concilium generale tenendæ, *Interimiſtica* vulgo, capita complexum, reciperent. *Paullini* annalium Iſenacenſ. § CLV p. 151; quamuis incaſſum laborarit.

Auguſtanis rurſum intereſt Comitiis,

quid in iis actum.

XIII Rurſum vero conuentum Imperii Ordinum haberi Auguſtæ anno MDL, ad XXV Iunii voluit Imperator, ad quem vna cum filio Philippo Bruxella diſceſſit Maio vertente, ducto ſecum Saxoniæ Duce captiuo, Landgrauio autem relicto Mechliniæ. Affuit Sebaſtianus. Actum de cœpto Tridentino concilio proſequendo, de ſeruando religionis decreto nuper Auguſtæ facto, de iuriſdictionis eccleſiaſticæ, bonorumque ſacrorum a Nouatoribus occupatorum, & direptorum reſtitutione. Vnus interceſſit Ducis Mauricii legatus: cuius tamen oratio, velut indigna, ne in Acta referretur, vetuiſſe Imperii Archicancellarius Sebaſtianus ab citato antea ſcriptore traditur. Multis, quæ ad religionem ſanciendam facerent, decretis, Idibus Februarii anno MDLI dimiſſus eſt Imperii conuentus.

[illegible]

Sebaſti-

cum Electoribus Rhenanis conuentū agit.

Sebaſtianus, domum reuertens, ex itinere circa Paſchatos feſtum inuiſit Heidelbergæ Fridericum: & non longe poſt, medio Aprili, Veſaliam ſuperiorem conceſſit, vbi quatuor Rhenani Electores conuentum agere conſtituerant, & per quinque dies ibi commoratus, ſumma ſe cum illis concordia iunxit. *Leodius* lib. XIII de vita Friderici II El. Palat. p. m. 270.

Tridentum proficiſcitur ad concilium.

XIV Ipſa vero æſtate, vt ad Tridentinum proficiſceretur Concilium, quod Maii Calendis, eodem anno Pontifice Iulio III continuari cœptum, ſeſe comparanit Archiepiſcopus, iterque ingreſſus, Calendis Septembribus, in quas progredientis Concilii conſeſſus alter dilatus fuerat, præſto Tridenti fuit cum Treuirenſi *Ioanne Iſenburgico*, magna omnium lætitia, & gratulatione, quod ſpem
Edit. I pag. 907 magnam conciperent omnes, fore, vt tantis e Germania Præſulibus, & Principibus præſentibus & quæ Germaniæ ſanandæ noſſent accommodatiſſima diſſerentibus, diuulſi, diſtractique in ſectas nouas Germani redintegrarentur, & omnibus eccleſiæ morbis ſalutaria maxime remedia iam adhiberentur.

909 *Sleidanus* lib. XXII p. 655; *Sarpius* lib. IV p. 334, *Pallauicinus* lib. XI cap. XV § V p. 87; qui in margine e diario notat, die XVIII & XX Auguſti eos Tridentum venisse. Kalendis igitur Septembribus primum interfuere ſollemni conſeſſui. Colonienſis poſt acceſſit d. XI Octobris. *Pallauicinus* l. d. lib. XII cap. IX § I p. 112.

XV Sunt hæc omnia perſpicua ex ea, quæ iiſdem Calendis illic, nomine Reuerendiſſimorum Concilii Præſidum, recitata fuit, oratione, cuius principium eſt eiuſmodi: *Cum poſt reſtitutam huc ſynodum, Patres Ampliſſimi, recens isque peropportunus, ac nobis optatiſſimus duorum clariſſimorum Germaniæ Præſulum, & eorundem ſacri Romani Imperii Principum Electorum, aduentus magnam ſpem attulerit nobis, fore, vt non ſolum multi eiuſdem nationis Epiſcopi, illorum exemplo excitati, verum etiam alii quamplurimi variis ex locis propediem huc adſint, atque ita ſacrum Concilium ad Dei omnipotentis honorem proſequi, & peragere liceat: Nunc denique noſtras eſſe partes duximus pro loco atque perſona, quam ſuſtinemus, vt in principio, & tanquam in limine actionum noſtrarum, pauca verba veſtri ſimul, & noſtri hortandi, atque admonendi cauſſa faciamus.* In huius autem hortationis progreſſu, additur: *Profecto cuius impulſu, atque auxilio opus iam inſtitutum, & cœptum eſt, eodem quoque vires ſubminiſtrante, & nobiſcum ſimul operante, abſoluetur. Non eſt abbreuiata manus Domini vt eccleſiæ ſuæ opitulari non poſſit: neque minuta clementia, vt nolit.* Iſa. 59. 1 *Cuius quidem propitiæ voluntatis erga nos, cum alia multa, tum hoc non minimum teſtimonium habemus, quod hos duos Germaniæ Præſules, auctoritate, prudentia, pietate præſtantiſſimos in eam mentem impulit, vt tam opportuno tempore, multis, & magnis, quibus impediebantur, difficultatibus conſilio & virtute ſuperatis, ad hanc ſacroſanctam ſynodum accederent.* Rurſumque poſtea in ipſo prorogationis decreto: *De venerabilium in CHRISTO fratrum, & filiorum ſuorum, Maguntini, & Treuerenſis Archiepiſcoporum, ac ſacri Rom. Imperii Principum Electorum, & complurium ipſius, aliarumque*
908 *prouinciarum Epiſcoporum ſub hanc ipſam diem aduentu in Domino exultans, & dignas ipſi omnipotenti DEO agens gratias, firmamque ſpem concipiens, quamplurimos tam ipſius Germaniæ, quam aliarum nationum Prælatos, & ſui officii debito, & hoc exemplo commotos propediem eſſe venturos, futuram ſeſſionem ad quadrageſimam diem, quæ erit XI menſis Octobris proxime ſequentis, indicit,* videlicet ſynodus.

Seſſio XIII

XVI Cum vero dies Octobris vndecimus veniſſet, factus eſt conſeſſus, qui Concilii ſeſſio XIII nominatur: in eoque de ſanctiſſimo præſertim Euchariſtiæ ſacramento diligenter actum: publicaque ſimul fide Proteſtantibus omnibus, qui ad Concilium accedere, in eo dogmata ſua proponere, confirmare, ac propugnare vellent, de tuto itu, redituque cautum, ea formula, quæ in ipſo Tridentino typis vulgata legitur, cum Patrum ſubſcriptione, præſertim Archiepiſcopi noſtri Moguntini, Treuerici, & Colonienſis *Adolphi Schauuenburgici*, qui & ipſe priores non ita multo poſt ſecutus, Tridentum aduenerat. Die autem Nouembris XXV ſeſſio fuit XIV, in eaque de ſanctiſſimis Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis ſacramentis doctrina ſimiliter definita. Expectabantur interea ſemper, qui iamiam ſe venturos ſpargebant, Proteſtantium Theologi, cum pauculi quidam tantummodo a Principibus legati veniſſent, qui cras & cras venturos Theologos dicebant. & XIV ſeſſio.

XVII Abiit

Inter quæ infeſti rumores Tridentum allati.

XVII Abiit annus MDLI, & iniit nouus MDLII, magnique ſubito, de bello, quod in Cæſarem, & Catholicos clam appararent Dux *Mauricius*, & Brandenburgicus *Albertus*, rumores Tridenti extiterunt: nec ſane vani. Nam ſuorum litteris certior factus eſt Moguntinus noſter, Magdeburgum ſolutum obſidione die III Nouembris: milites exauctoratos die VIII, ſed eos tam, qui pro Cæſare vrbem oppugnarant, quam qui defenderant, retentos, taciteque a Mauricio, ſed obducto Megelburgici nomine conductos. Ii per Thuringiam, & loca vicina hiemare iuſſi, damni plurimum dabant cum eccleſiaſticis aliis, tum vero potiſſimum Moguntino, quod huius ad loca illa limes pertineat *. Magnam ea ſubditorum oppreſſio moleſtiam bono Principi afferebat. Metuebant alii etiam duo Electores, ne ad ſuos quoque fines mali huius contagio ſerperet. Die igitur XXI Decemb. litteras ad Imperatorem dederunt, vt ſibi, bona eius venia, Tridento excedere liceret, gliſcentibusque domi malis opem ferre. Cum vero, pro zelo, curaque Imperatore tanto digniſſima, cuperet admodum Cæſar, non interrumpi Concilium, iis reſpondit die III Ianuarii, non exiſtimare ſe, tam eſſe perfidum, datique ſibi ſacramenti oblitum *Mauricium*, vt hoſtile quidquam mediteretur: curaturum ſe, vt ille in hibernis miles abſque vlla ipſorum noxa exauctoretur, ac dimittatur.

Edit. I pag. 909

Mauricianorum in locis Moguntinis intemperies.

* Ita *Sleidanus*, quem auctor ſequitur, ſtrictim, breuiterque lib. XXIII p. 676. Curatius paullo illius ætatis *manuſcr.* germanicus: » Paſſim prædas agebant, inopema fflictamque multitudinem, nulla ſexus ratione habita, fœdiſſime, crudeliſſimeque vexabant, » templa depeculabantur, ſacras hoſtias in » terram effuſas pedibus conculcabant, & » poſtquam omnem late viciniam innumeris » fere iniuriis exagitauerant, in Eichsfeldiam illati incolis graue ſex millium aureorum tributum imperabant. Sollicitos habebat vis hæc Locumtenentem Moguntinum & Conſiliarios, maxime cum relatum eſſet, Haſſos quoque ſiniſtra agitare conſilia, atque bellum quam diligentiſſime inſtruere. Quare haud cunctati, ad omnem » caſum tres peditum cohortes conſcripſerunt, ſimulque prouinciæ Moguntinæ beneficiarios ad arma vocarunt. quos tamen, » cum Cæſar promiſiſſet, Electorem ſe contra quamcunque vim defenſurum, poſtea » a ſignis dimiſere ». Hæc ille, ex germanico in latinum a nobis conuerſa. Litteras Imperatoris, de quibus dictum, habet *Sleidanus* l. d. p. 676 & ſeq. ac, quæ § ſequenti auctor dicit, paginis ſequentibus plenius refert & explicat.

Seſſionis XV alia.

XVIII Manſerunt Archiepiſcopi, adfuitque præfinitus XV ſeſſioni dies, XXV Ianuarii: nouaque Proteſtantium quorundam præſentibus legatis data fidei publicæ cautio, & quidem eo modo, & ratione, quæcunque potuit excogitari optima, & certiſſima, vt ſuos tandem aliquando Theologos venire facerent: in eorumque gratiam, quæ definiendæ pridem fuerant, de Sacramento ſub vna ſpecie ſumendo, de eodem infantibus dando, & ſimilibus, diſputationes prorogatæ in Martii diem XIX.

Mauricio, fœderatisq; palam bellum mouentibus.

XIX At pro Theologis certi de aperta iam Proteſtantium vi, & bello nuntil comparuerunt. Nam belli huius, quod tanto iam tempore omni artificio texerant, palam ſigna tollere cœperunt *Mauricius*, *Albertus* Brandenburgicus, *Guilelmus* capti Landgrauii filius, & alii. Franciæ ſibi Regem *Franciſcum* *, vt Germanicæ libertatis vindex vocaretur, certo fœdere coniunxerant: isque magnis cum copiis in Germaniam tendebat: hi vero Catholicorum agros paſſim vaſtabant, Imperiales vrbes capiebant, omnia denique omni terrore complebant, Tridentumque verſus ad Alpes properabant.

* I. Henricum II

Sebaſtianus Tridento abit.

His rebus cognitis, cum crebri ſuperuenirent alii poſt alios nuntii, neque iam vlla reſideret amplius dubitatio, Moguntinus noſter, & Colonienſis, ad quem ex inferiore Germania multum erat nuper aduectum alimoniæ, magna celeritate comparatis equis, vndecima die Martii, prima luce diſcedunt, cum Legatus Pontificius, reliquis comitatus Epiſcopis, Italis & Hiſpanis, pridie, ſalutandi cauſſa, ſub veſperum ad ipſos veniſſet.

Concilium interrumpitur.

XX Cum vero maiora indies Tridentinis Patribus pericula intentarentur, tantiſper interrumpi Concilium neceſſe fuit, quoad poſt haſce tumultuum tenebras, noua aliqua lux exoriretur: eiusque intermiſſionis decretum die XXVIII Aprilis in ſeſſione XVI ſollemni ritu palam expoſitum, in quo inter alia, hæc: *Cum ipſa ſancta Synodus omnia, & præcipue Germaniam, armis ardere, & diſcordiis videret, omnes fere Epiſcopos Germanos, præſertim Principes Electores,*

Edit. I pag. 907 *ſtores, ſuis conſultum eccleſiis, e concilio abiiſſe, decreuit tantæ neceſſitati non reluctari, & ad meliora tempora reiicere, vt Patres, quod eis nunc agere non licet, ſuis ouibus proſpectum ad ſuas eccleſias regredi valerent, ne diutius vtrobique inutili otio conterantur.*

Heſſus propoſitum ſuum Moguntinis ſignificat.

Scilicet, poſtquam III Februarii die Galliarum Rex editis litteris ſe libertatis Germaniæ & Principum captiuorum vindicem profeſſus eſſet, ac exercitum in Germaniæ fines eduxiſſet, *Guilielmus*, Landgrauii filius, aliis, quæ ipſis Kalend. Mart. datæ erant, Conſiliariis Moguntinis denuntiabat, decreuiſſe ſe, aliosque fœdere ſibi iunctos, liberandi patris cauſſa, rem, cum aliter non poſſint, armis tentare. Qui ſuum hoc inſtitutum haud impediant, eos amicorum numero ſe habituros, & ab omni incommodo, detrimento, moleſtiaque ſinceros, integrosque conſeruaturos. Qua igitur ſint mente, ſine ambagibus, plane ſimpliciterque profiteantur, & ſi conſiliis his ac conatibus nullam moram iniicere cogitent, ſuper eo recte ſibi ſociisque caueant. Sin, vires dimetiantur ſuas, ſecumque perpendant, quantum Hero allaturi ſint diſpendii. Se, quicquid reſponderint, fœderatis ſine cunctatione ſignificaturum.

Hæc inter item machinas, quæ Amenebburgi erant, bellicas ſuos in vſus ſibi commodari petebat; pollicitus, ſi haud repulſus abiret, ſe tempeſtate hac Archiepiſcopatus terris nulla alia re grauem futurum, vel detrimenti quid importaturum.

Illis ſubnegantibus, ipſe, cum non longe poſt delectus ageret ac in expeditionem iret, præfecturis Ameneburgenſi, Fritislarienſi, & Neoſtadienſi quammaxime moleſtus erat; quin machinarum nonnullas armata manu diripi iubebat atque abduci.

Quæ quidem res Conſiliarios mouit, vt denuo aliquot peditum cohortes ſtipendio conducerent, quibus tamen mox paullo ſimiliter, vt antea, dedere miſſionem. Videbant enim, tum exigua manu ſe ſolos non eſſe reſiſtendo: tum vero animo ſecum reputabant, cauſſæ communi non plane nil allatum iri cum præiudicii, tum incommodi, ſi forte ad eam ſubigerentur neceſſitatem, vt hoſtis eos arbitrio oporteret relinquere; quod facile coniiciebant futurum, ni tempeſtiue eos dimitterent. Sacramento ſolutos *Conradus Hanſteinius*, qui Francofurti pro Cæſare curabat, ſua ſub ſigna cogebat, ac ibidem collocabat in præſidiis. Quod poſtea terris Moguntinis male admodum vertit. *quod ipſos reddit admodum ſollicitos.*

His vero cognitis Sebaſtianus, die quem auctor dixit, Tridento abiit. *Sleidanus* l. d. p. 686, *Sarpius* lib. V p. 420, *Pallauicinus* lib. XIII cap. II § VI p. 139. Cum Oeniponti appropinquaſſet, exceptus honorifice fuit ab iis, quos Cæſar obuiam miſerat; in quibus Epiſcopus Atrebatenſis. Cum Imperatore dein diu multumque collocutus, iter proſecutus eſt. nam celeritatem res poſcebat. *Sleidanus* l. d. *Sarpius* l. d. De via vero, die XXVIII Martii Heidelbergæ Fridericum ſalutauit Electorem, vt de ſtatu rerum præſenti eocum conſultaret. *Leodius* l. d. lib. XIV p. m. 280. *Sebaſtianus in reditu cum Cæſare loquitur, & Palatino.*

XXI Plurima vero, grauiſſimaque multis illata damna. Multæ vrbes captæ, aut inſigniter exagitatæ, præſertim Norimberga, Wormatia, Spira, Treuiri, Francofurtum. Multi eccleſiaſtici, non minorum tantum ordinum, ſed Epiſcopi etiam Spirenſis, Wormatienſis, Treuirenſis, Wirceburgicus, Bambergenſis, Wolfgangus ſummus Teutonici ordinis Magiſter, ac Moguntinus Archiepiſcopus iniquiſſime diuexati. Nam Tridento reuerſus huc Sebaſtianus, ilico ſuos ad arma ciues vocare, ſtipendio milites conſcribere, Moguntiam, & maxime S. Iacobi cœnobium munire. Sed cum omnium quaſi deſperatione fractos, languentesque animos, nonnullos etiam ad nouas ſpes, nouasque opiniones penitus ferri, vicinos opis nihil oſtentare ſentiret, pecunia cum furente ac dira omnia minitante *Alberto* Brandenburgico tranſigere annixus eſt. Sed ſumma exigebatur intolerabilis. Furori ergo tantiſper cedendum putauit: maiora, ne hoſti prodeſſent, in Rhenum tormenta demerſit; omnes, quo poſſent modo, vitæ, fortunisque ſuis conſulere monuit, & die V Iulii Moguntia diſceſſit: Argentinam die XXV venit: nec plus noctem vnam ibi moratus, trans Rhenum ſe in Briſgoiam contulit. Obſeſſum vero fuit a Mauricio Francofurtum (in quo Cæſaris præſidium, XVII ſigna peditum, equites ad mille) a Iulii die XVII, vſque ad menſis eiuſdem vltimum, quo cum Cæſare in gratiam rediit *Mauricius*, cum ab illo pacem illam, quæ *Paſſauienſis* dicitur, armatus extorſiſſet.

redux Sebaſtianus Moguntiam firmius munit

1) Iuuabit, quæ tum rerum Moguntinarum fuerit facies, paullo plenius enarrare, curatiusque. Sebaſtianus ſcilicet domum redux id primum ſibi curæ habuit, vt firmioribus Moguntiam complecteretur munimentis, ac ad omnem ſe caſum compararet, quod vel ipſe auctor iam retulit.

Vormatiam

2) Acceptis inde ab *Henrico* Galliarum Rege, quas in codice Diplomatico attuli, litteris, eiusque legato *Chriſtophoro Richerio*, die XXVIII Aprilis audito, contulit ſe Vormatiam. Eo namque Principes euocarat vicinos. e quibus Treuirenſis, Palatinus, Iuliacenſis, & Wirtembergenſis ipſi aduenere: Colonienſis vero & Herbipolenſis miſere legatos. Cum inter ſe contuliſſent conſilia, ac quid præſenti *ad Principes euocatos ſe confert.*

cum iis Legatos ad Regem Galliæ mittit,

rerum ſtatui expediret, expendiſſent, placuit legatos mittere Weiſſenburgum, quo Rex cum exercitu iam appulerat, bellum & inimicitias deprecaturos. Fuere ii ex parte Sebaſtiani, *Philippus*, Comes Naſſouius, *Conradus de Hatſtein*, & *Chriſtophorus Matthia*, Cancellarius; ex parte Treuirenſis, *Ioannes Henricus*, Comes Leiningenſis, & *Cuno* de *Metzenhauſen*; ex parte Colonienſis, *VVilhelmus* de *Breitbach*, & *Ioannes Rickvvein*, Iur. Licent. ex parte Palatini, *Franciſcus*, Comes Silueſtris & Rheni, *Ludouicus*, Comes Löwenſteinenſis, & *Iohannes* de *Dienheim*; ex parte Iuliacenſis, *VVilhelmus Ketler*, *VVilhelmus Ley*, aulæ Magiſter, & *Alexander* de *Drenckborn*; ex parte Wirtembergenſis, *VVolfgangus*, Comes Löwenſteinenſis, & *Ioannes Henricus Höcklein* de *Steinach*. Admiſſi rogabant, abſtineret Rex ab agrorum vaſtatione; parceret promiſcuæ multitudini; longius in terras Imperii ne procederet; ad pacis conſilia adiiceret animum; Herbipolitani Epiſcopi patronum ageret apud Brandenburgicum, illique mitiora impetraret. Verba faciebat Cancellarius, quem dixi, Moguntinus. Conf. *Sleidanus* lib. XXIV p. 705, *Leodius* l. d. qui ſimul, quæ Rex reſponderit, afferunt.

Haſſo præfecturas Moguntinenſes quaſdam occupante,

3) Enimuero, dum Sebaſtianus ita de ſiſtendis Henrici armis agebat, *Guilielmus* Landgrauius die V Maii (quod auctor § XXIV demum memorat) per tribunum *Marcum Leſch* tres præfecturas ſupra dictas, Fritislarienſem, Amenebürgenſem, & Neoſtadienſem, ex improuiſo in ſuam redigebat poteſtatem, ciuibus & colonis ſacramento ſua in verba adactis. Obtentui ſumtæ poſtulationes cum veteres, tum nouæ, quas diutius negligere vel in ſuſpenſo relinquere graue ſibi eſſe aiebat, damnoſumque.

Oldenburgenſi Eichsfeldiam aliaque loca perſultante,

4) Non longe poſt *Chriſtophorus*, Comes Oldenburgenſis, cum copias Alberto adduceret, non modo Heiligenſtadium, Duderſtadium, aliaque Eichsfeldiæ, quæ tranſibat, loca multis afficiebat incommodis; verum etiam Miltenbergam ac Biſchofshemium, ſuperioris tractus oppida, militi dabat prædæ: cauſſatus, Moguntinos Hanſteinii, ſibi incumbentis, partes conſilio, opeque iuuiſſe; nec ſibi temperabat, quin ſe Archiepiſcopatus hoſtem deinceps futurum, aperte profiteretur.

Marchione Alberto bellum minitante,

5) Mox Albertus ipſe bello ditionis Moguntinæ populum perſequi inſtituit. Titulus, quem armis, furorique præferebat, non fuit vnus. Prætendebat enim, Sebaſtianum alieno ab fœderatis fuiſſe animo; iis reprimendis ſemel atque iterum conſcripſiſſe militem; conſcriptum mox ſubdole, nulloque alio conſilio exauctoraſſe, quam vt ſub Cæſaris concederet ſigna; Hanſteinio præterea machinas ſubmiſiſſe bellicas, eidemque prono ſemper per ſuos affuiſſe ſtudio. patuiſſe id nuper, dum Oldenburgenſi, Aſchaffenburgi flumen tranſmiſſuro, impedimentum iniectum; Hanſteinio contra, ad illum inſequendum, enixe præbitum adiutorium. Adhæc præfectos illum militares, militis legendi cauſſa ab ſe miſſos, in cuſtodiam tradidiſſe Moguntiaque expuliſſe; nec ad ſociorum litteras, vſque huc, quid voluntatis ſuæ ſit ac conſilii, explicaſſe; vt adeo ſatis appareat, hoſtibus ipſum fauere, omnique addictum eſſe modo.

B dit. ſ p. 919

... ſtatim Moguntinis infertur,

6) Cum igitur, Norimbergenſibus, & quos eodem tempore afflictarat, Epiſcopis, Bambergenſi & Wirzburgenſi, ad iniquiſſimas pacis conditiones adactis, Mergentheimii fœderatis in via ſe iunxiſſet, quicquid iratum conceperat, in Archiepiſcopatus terras diſtringebat; & quamuis Palatinus, Wirtembergenſis, aliique miſſis legatis quam enixiſſime deprecarentur, ne quid Sebaſtiano damni daret, ſed omiſſo belli conſilio ad pacem ſe flecteret; tantum tamen abeſt, vt illorum admiſerit preces, vt potius copias ſtatim ſuas, gulæ tantum & incendiis aſſuetas, Chriſtophoro, de quo paullo ante dictum, Oldenburgenſi duce, in agrum Moguntinum immiſerit; quæ velut inundantis diluuii rapiditate Krauthemium, Königshofam, Biſchofshemium, Külshemium, Amorbacum, Nidenaniam, Miltenbergam obruerunt, grauiſſimo ſingulis tributo, lytri nomine, indicto. Conf. *Leodius* l. d. p. 282.

7) Ipſe dein ſecutus, reliqua tractus ſuperioris oppida, locaque, Protſeldam, Klingenbergam, Seligenſtadium, Steinhemium, Diepurgum, Gernshemium, & Hauſen, acerbiſſimis exactionibus, in vicem expilationis ac incendiorum, onerata, Galliarum Regi, ſibique iureiurando obſtrinxit; ſimul vero, quicquid in horreis vinariis & granariis apparatus principalis erat, improbiſſima diripuit ratione.

periculo ipſe ſe ſubducit.

8) Quo rerum ſtatu Sebaſtianus, furori cedendum ratus, VI Iulii (non V, vt auctor *Sleidanum* ſecutus habet) Moguntia diſceſſit, & in tutiora ſe loca contulit, melioribus quidem temporibus vt ſe ſeruaret.

Demerſit autem ante, quam periculo ſe ſubduceret, machinarum bellicarum nouem paullo ſupra Eltuillam, & viginti quinque infra Rüdishemium, quod auctori illuſtrando haud viſum præterire.

de pace cum Haſſo agit.

9) Cum vero inter hæc de pace Paſſauii ageretur, & ſuos ipſe ibi habuit conſiliarios, in commune cum ceteris conſultaturos. Pacem enim, ſi quis alius, poſcebat. Et ne quid prætermiſiſſe videretur, ſigillatim de controuerſia, quæ ei cum Landgrauio intercedebat, ſedanda agere inſtituit; primum quidem cum eiusdem, qui Paſſauii erant, conſiliariis; dein in caſtris cum Guilielmo ipſo: quanquam res hæſerit, donec Othone Henrico, Palatino, ſequeſtris partes obeunte, primum ea Hanouiæ, dein Francofurti ad aliquam concordiæ faciem adducta eſt. Supererat, vt de machinis quoque, quas Haſſi flumine extractas ſubduxerant, tranſigeret. Sed enim & id negotii, Othone Henrico itidem adnitente, confectum, data Guilielmo ſyngrapha, Sebaſtianum eas octodecim aureorum millibus redempturum.

Branden-

XXII Indigniſſime hanc qualem qualem pacificationem tulit *Albertus*, & de ſocio Mauri-

Edit. I pag. Mauricio acerbe, odioſeque admodum loquebatur: qui & deſertam ab illo Francofurtenſem obſidionem vrgere inſtitit. Sed eandem die IX Auguſti ſoluit, & omne in vicinam Moguntiam iræ, furoriſque virus effudit. Hanc, reſiſtente nemine, ingreſſus, ſuam in fidem ciues adigit, iisque XII aureorum millia imperat: Clero autem centum millia. Sed cum eccleſiaſticorum plerique fuga dilapſi eſſent, tam ingens tam ſubito ſumma confici non potuit. Templa ſacrilege diſpoliauit: *S. Martini* arcem, quæ Archiepiſcopi domicilium, & tunc ipſius hoſpitium erat, nefarie incendit, ſimulque die XXIII Auguſti, pridie S. Bartholomæi, nobiliſſima illa, de quibus lib. I cap. XXX & XXXI dictum ſatis, templa, *S. Albani*, *S. Victoris*, *S. Crucis*, & *Carthuſiam*. S. Iacobi cœnobio peperciſſe aiunt, vel quod ibi aliquando, cum in Cardinalis Alberti *burgico mox omnem furorem in diœceſin effundere.*
911 aula verſaretur, liberaliter interdum habitus eſſet, vel quod pro huius incolumitate deprecata eſſet mater, quæ quodam tempore, cum aliunde veniens, intendentibus tenebris, vrbe fuiſſet excluſa, illuc diuerterat, benigneque prout ex tempore fieri potuit, accepta fuiſſet. Primario etiam templo nefarias ſubiicere faces voluerat. Sed vt ſaluum illud ſineret, effecerunt cum aliorum bonorum virorum, tum vero D. Richardi Palatini & Canonici, Præpoſitique Moguntini apud eum preces. Iam vt eccleſiaſticorum omnium ædes pariter concremarentur præceperat, ſed cum fore id ciuitati toti noxium incendium, ſuasque eodem implicandas domos, ciues oſtenderent, vt flammis quidem abſtineretur, annuit, ſed vt earum illorum manibus diruerentur, iuſſit. Quod, vbi tamen diſceſſit, haud factum. Simili modo incendit arcem eiuſdem Archiepiſcopi Aſchaffenburgenſem & Miltebergenſem: eandemque Steinheimenſi cladem inferre cogitabat, ni Cæſarianorum, qui Francofurti erant, Præfectus prohibuiſſet. Eodem incendiorum, direptionum, depopulationumque genere per Germaniam longe, lateque graſſatus Albertus in Galliam ad Regem tendebat: Sed in Lotharingia maximis cum damnis hæſit, vſque dum venienti ad obſidionem Metenſem Imperatori certis conditionibus reconciliatus eſt.

Vrbem ingreſſus *Albertus*, ciuis Regi Galliæ ſacramentum dicere coegit. Inde Rhingauiam, Olmenam, Algeshemium, Hôchſtam, Lohnſteinium ſui fecit iuris, ac Sebaſtiano & clero Moguntinenſi ſexcenta florenorum millia imperauit. quæ ingens ſumma cum confici haud poſſet, in tractu ſuperiori arcem Aſchaffenburgenſem & Miltenbergenſem, Moguntiæ vero eam, quæ *D. Martini* nomine appellata eſt, templa itidem, de quibus auctor feralibus flammis in buſtum coniecit. Quibus improbiſſime peractis Lutram Cæſaream verſus iter inſtituit.

Ceterum notes; *Richardum* Palatinum, cuius precibus adductus ædem primariam intactam reliquit, tum nondum Præpoſiti eminuiſſe dignitate, ſed ſolum fuiſſe in Canonicis, ac demum anno MDLIX *Marquardo* de *Stein* ſucceſſiſſe. Vide *Syllabus* noſter *plenior* ſect. I p. 291.

XXIII Venit vero ſuis cum copiis Imperator Auguſtam die XX Auguſti, eodemque ad illum feſtinauit, poſt multa, & difficilia itinera, noſter Sebaſtianus, indeque Moguntiam rediit; funeſtos illos incendiorum cineres mœſtus aſpiciens. *ad Cæſarem venit Sebaſtianus.*

populum denuo in fidem recipi curat Ad Cæſarem cum veniſſet, id primum rogauit, vt ditionis Moguntinæ populum iuriſiurandi religione, qua coactus ſe Galliarum Regi obſtrinxerat, exſolueret. Eo cupide libenterque annuente, nulla mora interpoſita Canonicorum & Conſiliariorum quibusdam in mandatis dedit, vt in fidem eum denuo recipiant: quod & communi omnium lætitia factum.

Inde in tractus ſuperioris fines ipſe venit, vbique locorum quam honorificentiſſime & clariſſimis obſeruantiæ argumentis exceptus. & poſtquam Hôchſtam die X Septembris feliciter appuliſſet, Moguntiam haud cunctatus rediit. *in diœceſin ipſe ſe confert.*

XXIV Eodem anno MDLII, die V Maii ſub horam pomeridianam tertiam occupauit Amœneburgum *Guilelmus* Haſſus, omniaque ilico Catholica ſacra ſilere iuſſit. At per *D. Io. Andream* de *Moſpach*, Eichsfeldiæ Præfectum, aliosque inſignes Legatos cum illo ſic egit Archiepiſcopus, vt pridie S. Michaelis ad priſtinum Dominum, priſtinumque Dei cultum redierit illud oppidum.

Heidelbergã Palatinum inuiſit. Anno ſequenti LIII Heidelbergæ, cum Treuirenſi & Cliuenſi, Friderico Electori Palatino affuit, & quotidie, vſque ad diem XXX Martii de republica tractauit. *Leodius* l. d. p. 288; fœdere etiam, vt ab iniuriis ſe defenderent, inter ſe inito. *Sleidanus* l. d. p. 731.

conuentui Paullo poſt, ad initium Iulii, conuentui Francofurtano, belli Franconici cauſſa inſtituto, interfuit, ac ad reducendam Albertum Brandenburgicum inter & Epiſcopos concordiam ſua contulit conſilia; quanquam re infecta diſceſſum. *Sleidanus* l. d. *Camerarius* annotat. rerum præcipuarum anno MDLIII p. 545. *Francofurtano intereſt*

E Gallia vero reuerſus Albertus de inſtituta Germaniæ vaſtatione nihil remiſit; ſed an. MDLIII ſcelerata in omnes pæne illius partes arma circumtulit, donec a Mauricio, quondam ſocio, Iulii die IX ad Viſurgim, cruentiſſimo fractus prœlio, virium ſuarum robur omne perdidit. Cumque Moguntinus noſter, Palatinus, Bauarus, Wirtenbergicus, & abſentium quorundam Principum, Ferdinandique Regis legati Hailbrunnæ conueniſſent, de communi re ab iis deliberatum *. Edit. I pag.

* Factum id medio Septembri. *Leodius* l. d. p. 291.

Decanum Hildesheimenſem confirmat. Anno ad exitum vergente rogabatur Sebaſtianus, vt *Burchardum* de *Oberg*, quem Canonici Hildeshemenſes ad ædem principem in locum *Ludolfi* de *Veltheim* Decanum elegerant, auctoritate metropolitana confirmaret. Hildeſienſis enim poſtulatus, ad quem alioquin id ſpectabat negotii, nondum Pontificis Romani probatus erat iudicio. Enimuero, cum nil obſtaret, quo minus Collegii annueret precibus, litteris Steinhemii XII Decembris die ſignatis electo dignitatem de more conſtabiliuit.

XXVI Sollicitantibus poſtea tot & tam multis, quos tam atrociter incendiis & depopulationibus vexarat *Albertus*, hunc Spirenſis Cameræ Iudices, cæremonia ſolenni, Cal. Decembribus proſcripſerunt, vt publicæ quietis, & Imperii perturbatorem, dimiſſis huc illuc litteris, & affixis palam: ipſiusque 912
vitam, & fortunas omnium prædæ permiſerunt.

cum fœderatis del. lecat Bruchſaliæ. Eo vero conductis nouis copiis bellum inſtaurante, qui in fœdus de ſecuritate publica tuenda coiuerant Principes, *Sebaſtianus*, *Fridericus* Elector Palatinus, *Chriſtophorus* Dux Wirtembergenſis, *Ioannes* Treuirenſium Antiſtes, & *Albertus* Bauariæ Dux, hi duo per legatos, ceteri per ſe, de comprimendis illius auſibus anno MDLIV ſubſecuto, Bruchſaliæ in tractu, qui *Pruhrhein* vulgo appellatur, a die menſis Martii V ad XIX vſque egere. Quod dum memoro, non poſſum, quin ſimul notem, fœderis huius Ducem (*Bunds - Obriſten Hauptmann*) fuiſſe *Chriſtophorum*, quem modo dixi, Wirtembergenſem; Cancellarium vero (*Bunds - Canzler*) D. *Rochum Freymann*. Sed redeundum ad auctorem, qui de proſcriptione dicta ita pergit:

Eademque proſcriptio in illum iterato ab Imperatore ipſo, Bruxellæ, anno MDLIV contorta eſt: tandemque ſub Iunii finem a Wirceburgicis, Bambergicis, Brunſwicenſibus, & aliis ad Schweinfurtum & Kitzingam profligatus, omnique ditione, Blaſſeburgo præſertim arce, in qua Brandeburgici ſoli ſpes omnis poſita, funditus euerſa, pulſus, & eiectus in Galliam profugit. Vnde ne quid turbarum nouarum daret, in Wormacienſi conuentu, menſe Auguſto, rurſuſque in Francofurtenſi, menſe Octobri, prouiſum. Decembris die XVIII
l. XXV p. 765 (ait citatus ille auctor) Cæſar, Bruxellæ datis litteris ad omnes Principes, ac Ordines Imperii, *Quam grauibus* (dixit) *de cauſſis, Albertus Brandeburgicus, ante annum ſit a Cameræ iudicio proſcriptus & perduellionis condemnatus, ex iis, quæ tunc palam fuerunt affixæ, quæque poſt etiam a nobis emanarunt, litteris atque mandatis, aperte vobis conſtat. Quia vero ſuis illis turbulentis conſiliis, atque pernicioſis pertinaciter inſiſtit, & res nouas haud dubie molitur, vt communem omnium parentem Germaniam denuo vexet, & affligat: deinde, quoniam ſua paſſim habet apud nonnullos diuerticula, receptum, atque perfugia, ſicut ad me defertur, equidem, vt patriæ conſulam, edicta ſuperiora neceſſario renouanda. præſertim, cum ex vobis neminem eſſe credam, qui non & patriam amet, & ſibi, ſuiſque finibus, atque populo conſultum, & illius atque ſociorum conatus impediri velit, atque tardari. Quapropter iiſdem, quæ a me iam pridem ſunt propoſitæ, pœnis iterum edico, ne quis illum, atque ſocios vlla re iuuet, non ope, non conſilio, non hoſpitio, non pecunia, non annona, non tormentis: vt etiam ipſe vel ſocii manus vllas faciant, aut militem cogant in alicuius finibus, nemo illis permittat, & ſi quid eiuſmodi moliantur, modis omnibus, pro ſe quiſque prohibeat, ſuæque ditionis homines, ne tranſcurrant ad eum, coerceat, ſontes autem, & qui dicto non ſunt audientes, plectat.* Hæ litteræ paſſim promulgatæ fuerunt, excuſæ typis. 913

XXVII Sub eiuſdem anni finem eſſe debuerant Auguſtæ Comitia, eoque venerat ad XXIX Decembris Ferdinandus Rex, ſed ea ſecuto anno habita ſunt. Ad quæ tamen non eſt profectus Sebaſtianus, quia ab alio Imperatore ad alia vocabatur comitia. Nam ad Idus Martias cum cæleſti vita terrenæ huius commutationem fecit. quæ tamen præſens vita ipſi ſane in tot, tantiſque curis, timoribus, & laboribus parum eſſe iucunda potuit, niſi ad Dei O. M. gloriam, eccleſiæ

Edit. I clesiæ ſanctæ vtilitatem, ouiumque ſibi commiſſarum ſalutem, & futuram æter-
p. 913 næ felicitatis mercedem oculos identidem conuertiſſet.

morbi implicitus,

1) Habebat iam ſub anni MDLV initium minus belle. Quum vero menſe Februario inclinatæ magis valetudinis motus ſentiret, Canonicorum ſuaſu, dominica *Inuocauit* dicta, Steinhemio Eltuillam conceſſit, ac ſollicita Medicorum vſus eſt ope, accito Heidelberga *Ioanne Langio*, qui ætate iſta artis medicæ experientiſſimus & prudens in primis habebatur.

Eltuillæ vita defungitur

2) Sedenim ſpe longioris vitæ abſciſſa, ad meliorem ire animo atque cogitatione cœpit, ac die XVII Martii ad ſupremam morientium luctationem religioſe præparatus ac munitus, Lunæ, poſt dominicam *Oculi*, quæ XVIII Martii erat dies, paullo ante octauam matutinam, inter ſacerdotum inſtituti Carthuſienſis aduigilantium & aulicorum preces, placidum ſortitus exitum, naturæ conceſſit; poſtquam vixiſſet annos XLVII, dies II. Auctor, dum ad Idus Martias defunctum ſcribit, *Sleidanum* ſequitur, qui idem, quamuis perperam, dicit lib. XXVI p. 775.

3) Quo minus autem mors in vulgus ſtatim emanaret, opera data. quandoquidem aulæ Magiſter, *Eberhardus Rüd* de *Collenberg*, ad eam clam habendam cubicularios & qui morienti ex obſequio adſtiterant, ſacramenti religione obſtrinxit, iuſſitque, vt interea menſas de more tanquam viuo inferant, ac ita ſe gerant; quaſi ſolita ipſi exhiberent miniſteria.

Moguntiam abductus,

4) Die XXIII Martii funus ſollemni pompa Eltuilla abductum. Vehebatur autem naui; ad quam id hora VI matutina humeris ſuis extulere viri decem, & munerum amplitudine & eximiæ nobilitatis lande ſpectati, *Philippus* de *Græuenrod*, Præfectus Lohnſteinenſis, *Fridericus* de *Stockheim*, Vicedominus Rhingauiæ, *Ioannes* de *Stockheim*, Præfectus Olmenæ & Algeshemii, *VVolſgangus* de *Haſtein*, Satrapa Höchſtenſis, *VVolſgangus Albertus Rud* de *Collenberg*, *Ludouicus* de *VValbrunn*, *Daniel Camerarius* de *VVormatia*, dictus *Dalberg*, *Eberhardus* de *Heppenheim*, dictus *de Saal*, *Antonius* de *Lautern*, & *Stephanus* de *Fechenbach*. Vbi ventum Moguntiam, nauis iuxta turrim, quæ *rubea* vulgo vocatur, appulſa. Illi cum ſacer Cleri ordo, omniumque cœnobiorum conuentus, in agmina ſua coacti; hora poſt meridiem prima ad cohoneſtandas exſequias ſucceſſiſſent, feretrum ſubiere, quos diximus; & funus e naui, iuxta litus Rheni ſurſum verſus, per portam piſcatoriam in ædem principem deportarunt. Inde ſermo funebris habitus. quo finito, corpus e medio templi, in quo depoſitum fuerat, in *locum Memoriæ*, vt vocatur, extulere iidem: vbi ritu ſollemni humo mandatum.

ſepelitur in æde maiori,

5) Conditum autem fuit in *loco Memoriæ* *, iuxta pias exuuias patris *Martini* de *Heuſenſtamm*: id quod nobis *MS. Auguſtinianum* ita prodit: *vnd zu ſeinem Vater*, Martin *von* Heuſenſtamm; *auf die Memori begraben.* Lapidem tamen, quod notes; ſepulcralem non habet.

* *Haud procul ianua ſacelli* D. Nicolao *dicati.*

XXVIII In ſummo vrbis Moguntinæ templo viſitur mauſoleum, in quo iſta, ſupra eius caput:

Vigilate, quia neſcitis diem neque horam. *Matth. 25, 43*

Infra pedes; MEMENTO MORI. Et infra:

D. Sebaſtiano ab Heuſenſtam, Moguntino Archiepiſcopo, S. Romani Imperii per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, &c. Viro ingenio, rerumque vſu clariſſimo, vtriuſque I. Doctori, ac in adminiſtranda rep. domi, foriſque indefeſſo; qui inter fluctuantes Germaniæ procellas dum fatigatus oneri ſuccubuiſſet, ſpiritumque Deo reddidiſſet, ſucceſſor pio officio monumentum poſuit. Sedit annis IX menſibus IV diebus XXVIII. Moritur in Eltuil XVII Martii MDLV.

cohoneſtatur monumento.

1) Mauſoleum hoc viſitur ad columnam, in ichnographia ædis primariæ lit. *R* ſignatam. Infra pedes vero non legitur, vt hic, *Memento mori*, ſed, *Memorare nouiſſima.* Pro *XVIII Martii*, quem diem ſupra ſignauimus, habet quidem, *XVII* Martii: ſed male. Diſtincte enim *XVIII*, & bis quidem, ponit auctor narrationis, de morte & ſepultura illius, tum temporis ex officio confectæ.

laudatur a virtutibus.

2) *Princeps fuit*, vt *Latomus* inquit, *tranquilliori tempore digniſſimus, qui maxima parte ſui apud Danielem ſucceſſorem & omnes bonos diutiſſime vixit. Inter hos tumultus, quicquid pecuniæ congeſſit, id totum ad rationem ædificiorum, tum in redemptionem oppidorum oppigneratorum deſtinauit.*

beneficus fuit in pauperes.

3) In pauperes fuit beneficus: quod & vltimæ voluntatis ſuæ tabulis teſtatum fecit. Vnde quotannis, dum in ædium maxima defuncto parentat clerus, ſenes quidam, fortunæ inopes, in *loco*, quem diximus, *Memoria* certo numero conſident, orantes: quibus dein eleemoſyna erogatur.

Digitized by Google

DANIEL.

CAPVT I

De ipſius ortu & parentibus.

HAnc in lucem editus Daniel anno Domini MDXXIII, die XXII Martii.
Patrem habuit *Fridericum* e nobili *Brendeliorum* ſtirpe: matrem *Mar-*
garetam e paris nobilitatis domo *Riedeſeliana*. Sed illi agnomen ab *Hom-* 914
burg, huic *von Bellersheim*. Vterque (quod lubriciſſimo, lapſantiumque ple-
niſſimo ſæculo iſto, & loco, laudis non paruæ eſt) auitam conſtanter fidem
retinuit: in eaque filios, filiasque omnes erudiit. *Fridericum* vero abſtulit mors
citius: vitam egit vidua *Margareta* longiorem, ad annum Domini MDLXIII.
Iis elegans, ac pium e candido marmore, in ædis metropolitanæ ſacello, vbi &
ipſe tandem etiam ſepultus, monumentum erexit Archiepiſcopus filius *. In
v. 8 eo cernitur cruci affixi Domini ſacra imago, ſupra quam loquitur DEVS; *Pro-*
pter ſcelus populi mei percuſſi eum, Iſaiæ cap. LIII; ad latera vtrimque, ipſi
v. 5 cum natis omnibus parentes, qui dicunt: *Ipſe autem vulneratus propter ini-*
quitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, & eius liuore ſanati ſumus,
v. 6 Iſaiæ LIII. Et: *Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſque in viam ſuam*
declinauit, & poſuit DEVS in eo iniquitates omnium noſtrum, Iſaiæ LIII. In-
v. 11 fra crucem: *Bonus paſtor ponit animam pro ouibus ſuis*, Ioan. X. Summo au-
tem loco eſt vtiliſſimum illud ad viuorum quemlibet monitum: *Hodie mihi, cras*
tibi. Infimo tandem loco, matris, de cuius morte iterum aliquid poſtea, epi-
taphium hoc:

Nobilibus prognata atauis Margretha recumbit,
Quæ fuis æterno viuere digna die.
Cui patriam partu Bellersheim clara dediſti,
Et Riedeſelium nobile ſtemma, genus.
Brendelia de ſtirpe ſatus, Fridericus ab Homburg,
Coniugii & prolis fecit amore ſuam.
Illa tamen felix natis, & Præſule felix,
Orba viro, factis inclita, morte iacet.
SI tIbI neC VIta, neC fatI teMpora Conſtant,
CoLLIge, per LongIs arte notata notIs. 915
Luces adde decem, Iuni ſeptemque Calendis,
Vtque animus viuat, ſæpe precare, DEO.

* Quod Daniel parentibus monumentum ſtatuit, eſt in ſacello, quod ceterorum reſpectu vulgo ſacellum *B. M. V.* vocatur. Vtrum autem e candido marmore ſit, quod auctor dicit, alii diiudicent. Quos alioquin auos, proauosque habuerit, ſequens explicat ſchema, quod ipſe, in Canonicorum cooptandus numerum, anno MDXLVIII exhibuit.

CAPVT

Digitized by Google

- **DANIEL** Brendel *ab* Homburg. *probans an.* 1548.
  - Fridericus Brendel *ab* Homburg, *Vicedominus Aſchaffenburgenſis.*
    - Fridericus Brendel *ab* Homburg.
      - Fridericus Bren *ab* Hombur
      - Kunigunda K *de* Lindenfe
    - Lucia Kalbin *de* Rheinheim.
      - Reinhartus K *de* Rheinhei
      - Anna *de* Venni
  - Margareta Riedeſel *de* Bellersheim.
    - Henricus Riedeſel *de* Bellersheim.
      - Eberhardus Ried *de* Bellershei
      - Margareta Kl *de* Hohenbu
    - Margareta *de* Carben.
      - Hermannus *de* Carbe
      - Margareta Rie *de* Collenber

Digitized by Google

ricus Brendel Homburg.	Ioannes Brendel *ab* Homburg. *Miles.*	Ioannes Brendel *ab* Homburg.
		Eva *de* Werberg.
	Eliſabetha *de* Levvenſtein.	Ioannes *de* Lôwenſtein.
		Anna *de* Oberſtein.
igunda Krais Lindenfels.	Bernhardus Krais *de* Lindenfels.	N. Krais *de* Lindenfels.
		N. *de* Fechenbach.
	Gutta Wolf *de* Sponheim.	Ioannes Wolf *de* Sponheim.
		Apollonia Flachin *de* Swarzenberg.
nhardus Kalb Rheinheim.	Martinus Kalb *de* Rheinheim.	Adamus Kalb *de* Rheinheim.
		Margareta *de* Dalvvich.
	Engeltrudis *de* Laſtenheim.	Diethardus *de* Laſtenheim.
		Anna *de* Luſtatt.
de Venningen.	Diethardus *de* Venningen.	Eberhardus *de* Venningen.
		Eliſabetha *de* Velberg.
	Eliſabetha Horneck *de* Hornberg.	Arnoldus Horneck *de* Hornberg.
		Anna *ab* Embs.
hardus Riedeſel Bellersheim.	Eberhardus Riedeſel *de* Bellersheim.	Ioannes Riedeſel *de* Bellersheim.
		Margareta *de* Carben.
	Anna *de* Trohe.	Ioannes *de* Trohe.
		Margareta *de* None.
rgareta Klem Hohenburg.	Ioannes Klem *de* Hohenburg.	Ioannes Klem *de* Hohenburg.
		Eva Weiſſin *de* Feuerbach.
	Anna *de* Bellersheim.	Henricus *de* Bellersheim.
		Margareta *de* Rheinberg.
anus *de* Carben.	Carolus *de* Carben.	Hermannus *de* Carben.
		Anna Groſchlagin *de* Diepurg.
	Eliſabetha *de* Schônborn.	Philippus *de* Schônborn.
		Margareta Schürz *de* Holzhauſen.
rgareta Rüd Collenberg.	Henricus Rüd *de* Collenberg.	Eberhardus Rüd *de* Collenberg.
		Margareta Kuchenmeiſterin *de* Gamberg.
	Vrſula Voit *de* Rieneck.	Georg. Chriſtoph. Voit *de* Rieneck.
		Maria Anna *ab* Erthal.

Digitized by Google

Edit. I. pag.

CAPVT II

De Fratribus.

FVere Danieli fratres tres, e quibus præcerpſit vnum immatura mors: duo reliqui, *Philippus* & *Eberhardus* Brendelii, magna cum auctoritate Moguntinam gubernarunt vrbem, ambo *Vicedomini* ordine. Pietatis ac ſui in Catholica fide zeli dedit non raro luculentum vterque ſpecimen, præſertim cum ob magnæ nobilium partis contagionem crebra daretur occaſio. Eorum certe alter, cum anno Domini MDLXIII morbo admodum graui & repentino hæretica in vrbe correptus eſſet, hoc vnum aiebat ſe vehementer dolere, quod ibi, vnde auita exularet pietas, pietatiſque inſtrumenta, & ſymbola, moriendum videretur. Ne ergo, quod minime vellet, ſacroſanctis Euchariſtiæ ſacramentis orbaretur, in Catholicum ſeſe oppidum curru deuehi præcepit, ſtatimque certos Moguntiam accurrere veredarios, qui Reuerendiſſimo fratri de inualetudine nuntiarent, rogarentque non tam corporis, quam animi Medicum, e Societate IESV Sacerdotem, quam citiſſime mitteret. Miſit iſte pro ſua erga fratrem pietate ilico, & quem ille petebat Sacerdotem, & ſuum germanum fratrem alterum, intempeſtæ noctis ſilentio. Ille vero Sacerdotis illius præſentia, conſolatione, ceteraque ſpirituali opera, dum confitenti aures, confeſſo ſacroſanctum Domini corpus præbuit, adeo recreatus & corroboratus eſt, vt ſe iam vitæ huius illecebras non amare, ſed aſpernari, mortemque non tam pertimeſcere, quam expetere diceret. Quæ DEI tamen fuit bonitas, priſtinam ille ſanitatem recuperauit, deincepſque, quoad vixit, & religionem coluit, & in Societate IESV amanda vni tantum fratri ſuo Reuerendiſſimo cedere voluit Archiepiſcopo.
916
In eiuſdem Societatis templo frequens erat *Eberhardus*, & cum ex partu anno Domini MDLXXXI eius vxor altera *Catharina Hattſteinia*, & ante ipſam nata, baptiſmoque ſacro eluta proles animam efflaſſent, vt eo in templo humaretur vtraque, per eundem Reuerendiſſimum fratrem ſuum effecit. Et illam quidem in hæreſi educatam duxerat, ſed ex eadem, magno poſtea ſtudio & hortatu, eduxerat, ſicuti & tertiam *Schönebergicam*. cuius etiam Catholicus filius ad S. Cæſareæ Maieſtatis aulam ab Generoſo, Hungaricaque militia inclito, Catholico Domino *Ioanne Richardo* (Reinhardo) *Schönebergico* non ita pridem ductus eſt. Magna ſane coniugum talium, & quam imitentur alii, digna laus, dum vnus ad veram ac ſalutarem deducere fidem conatur alteram, & hæc in errore, quem olim hauſerat imprudens, pertinaciam nullam adhibuit. *Mulier*, inquit Apoſtolus I Timoth. II, *in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione.* v. 11

CAPVT III

De Sororibus.

ERant eidem Reuerendiſſimo Danieli ſorores quatuor *, e quibus adhuc ſupereſt hoc ipſo anno MDCIII vna, Domina *Anna* Brendelia, vidua ſane grauis, & modeſta. Nupſerat ea nobili viro D. *Philippo* a *Biken*, qui aulæ Moguntinæ Marſchalcus ſummus. Atque is quidem, pro temporum regionumque iſtarum ratione, rectam initio fidem non ſequebatur: ſed vbi eius integritatem, antiquitatem, puritatem a melioribus magiſtris audiuit, errorum nouitatem, fallaciam, & inanitatem conſpexit, prius nihil habuit, quam vt Catholicum ſe palam, & magno cum animo, licet ægre Nobilium ferrent, & morari etiam ac impedire conarentur quidam, profiteretur. adeo vt Societatis IESV Patres valde diligeret, apud ſe libenter haberet, ad eorum quandoque ſcholas, honoris cauſſa, veniret, pædagogos ab iis domeſticos peteret, filios iis ſuos omnes inſtituendos committeret. Fuerunt ii tres, *Ioannes Adamus*, *Iodocus*, & *Hartmannus*, bonis omnes litteris ac moribus exculti. ſed primus maxime. qui
917
anno Domini MDLXXIV in metropolitanæ huius eccleſiæ Canonicum admiſſus eſt,

Digitized by Google

Edit. I pag.

CAPVT V

De Danielis in Archiepiſcopum electione.

ARchiepiſcopo nouo deligendo præſtitutus, & omnibus, quorum intererat, prænuntiatus erat dies XIV Cal. Maias, ſeu dies XVIII Aprilis, eodem anno MDLV. Erant vero in metropolitani Collegii ſenatu multi tum auctoritate magna viri, ſed eminebat inter omnes nobiliſſimi ſtemmatis ſplendore, opum magnitudine, amicorum copia, Palatini fratris vicinia, & ſumma, quam in eo ipſo Collegio gerebat, dignitate conſpicuus D. *Richardus* Præpoſitus *, Princeps Simmeranus. E contrario autem erat D. Daniel ornamentis hiſce omnibus impar, & vir iuuenis, & inter Capitularium Dominorum extremos. Tres enim poſt ſe tantum habebat. Ille igitur certa iam ſpe Archiepiſcopalem prehenderat dignitatem, adeo, vt ne præſto quidem eſſe voluerit Moguntiæ, comitiali die; ſed ex vrbe cum excederet, dicatur ſuis Vale familiaribus dixiſ-
919 ſe, quaſi eam in domum eo modo rediturus amplius non eſſet; quin vero ſe, vbi ſuffragia tuliſſet omnia, magno cum triumpho in vrbem reuocandum & inducendum putarit: & plerique Archiepiſcopum, & Electorem cum apertis iam vocibus dicerent, pictisque inſignibus pronuntiarent. Sed vbi ad Comitium a Reuerendis & Nob. Dominis Canonicis ventum eſt, mutata ſunt omnia: facti ſunt nouiſſimi primi; electus eſt Daniel, prætermiſſus Palatinus. Obſtupuere omnes, & qui notæ melioris erant, ingenti exultauere gaudio, dicentes, *Dei digitum hic fuiſſe.* Et vere fuit, vti, quæ conſecuta ſunt, monſtrauere quam manifeſtiſſime. Nam dignitatem iſtam maximam maximo cum eccleſiæ, prouinciæque ac Principatus Moguntini bono & ornamento gubernauit ſapienter ac feliciter Daniel: Palatinus vero ille turpiter a S. Martino, Moguntinorum præſide, ad apoſtatam Martinum Lutherum, a Catholica fide ad hæreſin defecit. Magnum vero fuit hoc diuinæ bonitatis erga Moguntinam eccleſiam beneficium, cui nullum hactenus præfici paſſus eſt, qui ab antiqua, & ea, quam S. Bonifacius docuit, ſuoque ſanguine confirmauit, credendi forma deſciuerit.

* Enimuero notes, tum, cum Sebaſtianus diem ſupremum obiit, Daniel vero ad mitram vocatus eſt, *Richardum* Palatinum, de quo hic auctor, nondum Præpoſiti obiiſſe munus (quippe anno demum MDLIX *Marquardo* de *Stein* ſuffectus eſt, vt ſupra iam dictum) electioni vero interfuiſſe præſentem, vt ex *Inſtrumento electionis*, quod in codice Diplomatico dedi, patet.

Ceterum Daniel ſollemniter electus & populo, cum aræ maiori de more impoſitus fuiſſet, denuntiatus, ex æde D. Martini medius inter *Io. Andream Mosbach* de *Lindenfels*, Decanum, & *Arnoldum* de *Bucholtz*, Cuſtodem, ad exuſtam *D. Martini* arcem, in veteris, receptæque hactenus conſuetudinis indicium, deductus eſt: quam cum ſubiiſſet, ex area, quousque venerat, retro ceſſit, ductus ad Carmelitarum cœnobium, quo hoſpitio tum Archiepiſcopus vtebatur.

Quarto poſt die, qui XXII menſis Aprilis erat, in ædibus, quæ vulgo *der Thiergarten* dicebantur, ciues Moguntinos iureiurando & obſequii religione ſibi deuinxit. Inde vero nil prius habuit, quam vt a Pontifice ampliſſimi muneris tum confirmationem, tum pallii conſequeretur geſtamen. Delegauit igitur die VIII Iunii Romam *Arnoldum* de *Meroda*, Canonicum, & *Arnoldum* de *Bucholtz*, iuniorem, Domicellarem, vt vocant, vtrumque reuerenter vt peterent iuxta expoſcerentque. Voti damnatum fuiſſe, patet ex Inſtrumento *Ioannis Franciſci Firmani*, quod in codice dedi Diplomatico.

CAPVT VI

De primis Archiepiſcopatus eius principiis.

VOracibus Brandenburgici Alberti, de quo ſupra, flammis hauſta fuerat Moguntina S. Martini arx, priſtinum Archiepiſcoporum domicilium. Hoſpitio igitur vſus eſt electus Daniel Carmelitarum cœnobio, parte, quæ ipſis neceſſaria erat, relicta: ſuaque ipſos liberalitate fouens ac ſuſtentans. Cogitauit interim de illa reædificanda: & Comitiorum, e quibus nuper aduenerat, intentam ſtatim curam ſuſcepit, non vt ad ea rediret (neque enim hoc primo Archiepiſcopatus initio poterat) ſed vt per legatos ſtudioſe ageret. In iis vero poſt

multas variaſque Catholicorum, & eorum, quibus venuſtum fidei ſymbolum Edit. I
Auguſtana Confeſſio allibuerat, diſceptationes, eo tandem deuentum, vt ſci- pag.
ſceretur, nullum, neque veteris religionis, neque nouæ illius confeſſionis cauſſa, vlli quidem exhibendum negotium: ſi tamen ex eccleſiaſticis vllus ad hanc 920
tranſire vellet, cum eo eccleſiaſtica bona & dignitates nequaquam tranſirent, ſed eorum ille omnium iacturam faceret. Nam etſi Catholicæ cauſſæ, vbicunque poteſt, periniquus eſt *Ioan. Sleidanus*, decreti tamen illius verba, quæ fol. 90 b) in Comitialibus actis germanica ſunt, latine ita conuertit lib. XXVI; *Si quis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Antiſtes, aut alius ordinis eccleſiaſtici a religione veteri deficiat, is continuo decedat ab Epiſcopatu ſuo, præfectura, beneficio, ſimul omnibus etiam fructibus, quos inde percipit: quod ipſum tamen ad nullam eius infamiam pertinebit: & collegio, ſiue iis, ad quos ea res iure vel conſuetudine pertinet, liceat, integrumque ſit in eius locum eligere, ſeu conſtituere alium, qui ſit veteris religionis, quo nimirum inſtitutionis, electionis, præſentationis, confirmationis, & id genus alia iura, ſimul cum tranquilla poſſeſſione bonorum, integra illis permaneant: ſic tamen, vt futuræ conciliationi religionis, de qua dictum eſt, nihil hoc ipſo detrahatur.*

Danielis vero legati fuerunt *Marquardus von Stein*, in metropolitanam *Richardi* Principis, Lutherani iam facti, Præpoſituram ſuffectus*, *D. Ioannes Mosbach von Lindenfels* Decanus, *Philippus Coppenſteinius* Canonicus, *Chriſtophorus Matthias* Cancellarius, nobiles item viri *Ioannes Brendel* ſenior, Fridbergenſis Burggrauius, *Sebaſtianus Rüdt*, *Leonhardus Kotvvitz*, *Petrus Echter*, cuius fideli opera & conſilio in ſecutis pluribus Comitiis, & multis magniſque in rebus perlibenter vti ſolebat Daniel. Fuit autem ille *Iulii* Reuerendiſſimi & Illuſtriſſimi Herbipolenſis Epiſcopi, ad maximum eccleſiæ illius bonum adhuc ſuperſtitis, pater; qui cum generis nobilitate inſignem antiquæ fidei amorem, decori veſtitus modeſtiam, prout ipſe aliquando notaui, & accuratam liberorum in eadem illa fide, honeſtis diſciplinis, boniſque moribus inſtitutionem (vnde illis poſtea dignitatis plurimum) copularat **.

* Notes, *Marquardum* de *Stein*, quem Daniel loco primario ad Comitia miſit, non ſucceſſiſſe *Richardo*, ſed *Richardum* illi, vt ex dictis patet.

** Sequenti MDLVI domi de componendis cum *Alberto* Marchione Brandenburgenſi rebus egit. Conuenerant enim Moguntiam Principes ad Rhenum Electores; quos inter *Otho Henricus* Palatinus priuignum *Albertum* adduxerat. Sed opinio erat, non cum optima gratia diſceſſum eſſe. *Camerarius* annotat. rerum præcipuar. ad h. a. p. 567.

Secuta ſunt anno MDLVII partim Ratiſponæ, partim Spiræ vel Comitia, vel comitialia de Spirenſi Tribunali ſcita, quibus & per legatos ſubſcripſit Daniel. Et in Ratiſponenſibus quidem, factu viſum fuerat optimum, vt inter Catholicos & Lutheranos, ad omnes de religione tollendas diſſenſiones colloquium 921
Wormatiæ haberetur, ſimulque præſes, & colloquentium, auditorum, Notariorum, eorumque qui præſidi aſſiderent, numerus, & conditiones præſcriptæ diligenter erant, vt in actis legere eſt*: attamen perexiguum eſſe id genus colloquiorum fructum fatentur Principes in iis, quæ proxima inſecuta ſunt, Comitiis †.

* *a fol. 192 vſque ad 196; f. 215 b*) (Ser.)

Francofurtum concedit. † Poſtero, qui orbi MDLVIII illuxit, cum Carolus V ſecum conſtituiſſet, Imperii faſces ponere tituloſque, & Francofurtum legatos miſiſſet, qui Electoribus id denuntiarent, Daniel X Kal. Martii CC ſtipatus equitibus eo venit, Cæſaris percepturus mentem. *Camerarius* l. d. ad h. a. p. 576.

Ea per Seldium expoſita, & ipſe votum Caroli ratum habuit, Ferdinandumque die XIV Martii Imperatorem agnouit: ſimul autem illum ſuo, ceterorumque Septemuirorum nomine de conferendis vnicuique Imperii beneficiis, tanquam feudorum dominum ac auctorem, reuerenter compellauit.

** regalia a* Die dein ſequenti, quem Ferdinandus ipſi præſtituerat, hora poſt meridiem ſecunda in hoſpitium ſe contulit Cæſareum, & per *Ioannem Andream Mosbach* de *Lindenfels*, Decanum, *Georgium*, Comitem Iſenburgico-Büdingenſem, *Ioannem Brendel* de *Homburg*, Burggrauium Fridbergenſem, ac *Ioannem* de *Stockheim*, Vicedominum Rhingauiæ, iura regalium, Imperiique beneficia ſibimet tribui petiit. Eo annuente, ipſe, qui interea in proximo conclaui opperiebatur, euocatus acceſſit ad auguſtale ſolium, & in genua prouolutus idem rogauit. Inde tactis manu euangeliis, quæ Epiſcopus Labacenſis Ferdinandi in gremio poſita tenebat, ſollemni formula Septemuirale iuſiurandum recitauit, & enſem Cæſareum, ſibi porrectum, exoſculatus, Cæſaris *Ferdinando conſequitur*

iuſſu

Edit. I p. 921 iuſſu conſurrexit, eique aſſedit: Treuirenſi dein iisdem cæremoniis dignitatum ſuarum iura recognoſcente.

Cæſarem poſtea die XXI Martii Francofurto diſcedentem, honoris & obſequii cauſſa proſecutus, Aſchaffenburgi exquiſito officiorum omnium genere excepit, & ſequenti die Miltenbergam vſque comitatus eſt, nil vtique prætermittens, quod illi eſſet cohoneſtando.

Cæſaris petito, Egerat autem Cæſar Ferdinandus in conuentu Francofurtenſi cum Septemuiris eccleſiaſticis, expetieratque, vt de ſanctiore diſciplina in mores Cleri reducenda vlteriorem ſuſciperent cogitationem. Cum igitur non longe poſt *Michael*, Archiepiſcopus Salisburgenſis, formulam quandam ſcripto comprehendiſſet, ac pollicitus eſſet, ſi illi diem locumque quendam præſtituerent, quo rei huius *de Clero reformando* gratia vellent conuenire, ſe quoque compariturum; rogabat Cæſar Ferdinandus per litteras Viennæ die VII Iunii datas, velit Daniel cum Treuirenſi & Colonienſi hac de re quamprimum agere. Is haud cunctatus, vtrumque compellauit, ac vt quosdam ex ſuis Bingam ad XIV Septembris diem delegarent, *agit Bingæ,* monuit. Quo appropinquante ipſe eo miſit *Ioannem Andream Mosbach* de *Lindenfels*, Decanum maioris, & *Chriſtophorum Matthia*, Cancellarium. Deliberatione habita Legati optimum factu cenſuere, ſi alius hac de re conuentus Vormatiæ ad d. XIII Nouembr. ageretur; Electores vero interea viros idoneos, quos eo ablegent, omni deligerent cura.

Quare Daniel ſtatim *Michaelem Helding*, Epiſcopum Merſeburgenſem, & Tribunalis Spirenſis Iudicem, rogandum iudicauit, vt conuentui iſti intereſſe, & primarium inter Moguntinenſes locum obire vellet, vel, ſi forſan per munia Iudicis ſibi incumbentia non poſſet, ſaltem Moguntinos, ante congreſſum Spiram negotii huius cauſſa mittendos, fidelibus monitis conſiliisque inſtitueret. Michaele prius deprecante, ad poſterius vero reſpondente, ſe quidem eos tum libenter admiſſurum, tum pro viribus adiuturum, ipſe denuo eum compellauit, obſecrauitque, partes iſtas in ſe ſuſciperet; permultum enim id ad negotium iſtud promouendum, feliciterque expediendum allaturum momenti. Quin tandem perfecit, vt conuentus, qui Vormatiam indictus erat, transferretur Spiram.

Affuere igitur ibidem ad diem præſtitutum *& Spiræ,* Legati, nomine Danielis laudatus modo *Michael*, Merſeburgenſis Epiſcopus, *Georgius Behem*, SS. Theol. Licentiat. & *Simon Bagen*, Secretarius: nomine Treuirenſis, *Georgius Leonberg*, Decanus S. Florini Conſluentiæ & Officialis, nec non *Bartholomæus Latomus*, SS. Theol. D. nomine Colonienſis, *Ioannes* Epiſcopus Cyrenenſis, Suffraganeus, & *Ioannes Schlotanus*, Theol. D. non item, qui Salisburgenſis exſpectabantur nomine. Suis autem de cauſſis die XVII Nouembris viſum, deliberationem hac de materia habendam transferre Auguſtam, quo indicta eſſent Comitia proxime agenda. Ad ea igitur deueniendum. Sic autem Auctor;

Ea vero fuerunt Auguſtæ anno MDLIX, iisque præſens interfuit Daniel, *de actis in comitiis Auguſtanis.* in quibus religionis, quæ anno MDLV placuerat, confirmata pax: pecuniaria in Turcicum bellum, & vrbium, arciumque reparationem ſubſidia decreta: prædonibus, eorumque receptaculis domibus & caſtris excidium conſtitutum: Spirenſium denique iudiciorum ratio ſancita.

Sed & de reformando Clero ab Eccleſiaſticis actum. Primum die XIV Martii in cœnobio S. Crucis, cum *Iulio*, Epiſcopo Numburgenſi; quem poſtea die VII Iunii Daniel & Antiſtes Herbipolenſis, ipſi inuiſerunt, vt negotio iſti manum admouere vellet, hortantes. Dein die VIII Iulii in hoſpitio Moguntino; vbi Daniel præſentes monuit, eſſe ſibi formulam, de Clero ad auitæ diſciplinæ frugem reuocando, ſcripto comprehenſam. Diſpiciendum igitur, vt operis principia auſpicanda ſint. Quod & factum, formula lecta, & deliberatione inſtituta. Sed ſatis de his.

CAPVT VII

Quomodo Societatem IESV Moguntiam vocarit.

Dictum in *Alberto* Cardinale ſupra, quemadmodum Moguntiam venerit magna doctrina & virtute vir *Petrus Faber*. Sed quia vocabatur alio, neque ipſe, neque alius e Societate quiſpiam Moguntiæ tunc ſedem fixit: ſed vt hac in vrbe domicilium ſtatuerent Societatis IESV Patres, omnium primo a Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Daniele acceſſiti ſunt. Id vero quemadmodum contigerit, percenſebo e domeſticis, quos manuſcriptos reliquit P. *Valerandus Sartorius* Inſulenſis, commentariis. *Anno*, ait ille, *a Virginis partu MDLXI, Pio IV alterum in ſummo Pontificatu annum agente, Ferdinando autem I Romanum Imperium obtinente, & IV iam annum regnante, iacta fuerunt Moguntiæ prima Societatis IESV Collegii fundamenta. Nam Reuerendiſſimus, eius ciuitatis Archiepiſcopus, idemque ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector Daniel, cum ſua diæceſis in Catholica fide, Chriſtia-*

niſque moribus promouendæ zelo diuinitus incitaretur : ipſius Academiæ Mo- Edit. I
guntinæ (quæ antea non ita pridem ab Illuſtriſſimo Cardinale Alberto Bran- pag.
deburgico , & legibus optimis reſtaurata , & ſtipendiis nouis aucta fuerat) Pro-
feſſores ſibi ad eam rem auxilio fore non immerito ſperabat. Verum quod mul- 922
to minus inde præſidii , quam ſibi interim promiſerat , exſpectandum eſſe tandem
prudentiſſimus Princeps animaduerteret , alio opus eſſe præſidio iudicauit , vn-
de & priuatim ad plurimos rectæ inſtitutionis fructus dimanaret , & publice
aliqui emergerent veræ auitæque fidei atque pietatis aſſertores , quorum opera
in ampliſſimi Archiepiſcopatus adminiſtratione vteretur. Ceterum quod iam ante
ex nobili viro Petro Echtero (qui ei a conſiliis erat) & D. Simone Bagen (qui
a ſecretis) formandæ iuuentutis in Colonienſi , aliisque Societatis Collegiis dili-
gentiam cognouiſſet , animum ad Societatis homines in ſuam diœceſin euocandos
adiecit. Huc accedebat vicinum Reuerendiſſimi Treuirorum Archiepiſcopi Io-
annis a Petra exemplum , qui ſuperiori anno apud Treuiros Collegium Societa-
tis inſtituerat : & aliquanto remotius aliud Clariſſimi Bauarorum Ducis Alber-
ti , qui aliquot ante annis idem Ingolſtadii perfecerat : maxime vero illud Fer-
dinandi Auſtrii Imperatoris , a quo pridem Viennam , Pragamque , ac Oeni-
pontum Societatis IESV homines fuiſſe aduocatos Moguntinus Præſul Daniel
minime ignorabat. Itaque ne hoc religionis Catholicæ præſidio ſuam diœceſim
vacuam eſſe pius Antiſtes ſineret , anno ſacræ electionis ſuæ ſexto , conſilio cum
Dominis Metropolitanis , Decano & Capitulo omni , communicato , litteris pe-
tiuit a Reuerendo P. Iacobo Lainez , Societatis IESV generali Præpoſito , vt
ſocios XII pro initio ad hoc inſtitutum ſibi tranſmitteret.

Summatim aſtringam alia. Miſſus Colonia fuit, conſulari gente, inſigni-
que diuinarum rerum ſcientia, pietate, morumque grauitate præſtans vir *P. Io-*
annes Rhetius , cum adiutore ſocio. Aſchaffenburgum , vbi tum morabatur
Princeps , ipſo Annunciationis B. V. feſto die peruenerunt. Gratiſſimus fuit
bono Principi Patris illius aduentus , humaniſſimeque ipſum & per ſe , & per 923
ſuos accepit : cauſſam , cur Societatis IESV homines ſua in diœceſi & ciuitate
Moguntina eſſe vellet , expoſuit : omnia , quæ ad victum & amictum , ædem
ſacram , & bibliothecam opus forent , prolixiſſime promiſit , & reipſa ſane,
quoad in vitæ huius ſtatione fuit , cumulatiſſime præſtitit. Aderat forte illis
diebus ipſi Reuerendiſſimus Nuntius Apoſtolicus *Zacharias Delphinus* , Epiſco-
pus Pharenſis , qui cum *Io. Franciſco Commendono* , Epiſcopo tum Zacynthio,
poſtea Cardinale , a Pio IV Pontifice Maximo ad Naumburgenſem Proteſtantium
Principum conuentum, qui eodem anno MDLXI habebatur, & ad Germaniæ Ar-
chiepiſcopos , Principeſque alios miſſus ideo fuerat, vt eos ad Tridentinum Con-
cilium , Germanicorum bellorum tumultu , prout in Sebaſtiano vidimus , in-
termiſſum , nunc tandem repetendum & continuandum , inuitaret. Cum hoc
Moguntiam petente , miſſus ille a Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Francofur-
tum , vbi vernus erat mercatus , vt bibliothecæ quædam velut initia emeret ,
donatis thaleris CC. Sed eum Moguntiam ſecum abduxit Nuntius. vbi hoſpi-
tio in arce admodum honorifice accepti , pie Paſcha egerunt. Aprilis die XII
Moguntiam reliquere : ſed ille alio , Aſchaffenburgum Rhetius tetendit , vbi to-
tum pæne menſem varios vtileſque cum eo ſermones habuit Reuerendiſſimus.
Illinc V Idus Maii Moguntiam rediit , ipſe autem Reuerendiſſimus VII Idus
Iunii, qui in binis eccleſiæ Cathedralis ædibus , quarum alteræ *Iulii Pflug* Naum-
burgenſis Epiſcopi , alteræ *D. Fuchſii* * , Scholaſtici Metropolitani , erant , So-
cietatem initium facere voluit habitandi & docendi : neceſſariamque ſupellecti-
lem & annonam liberaliſſime ſuppeditauit : & cum die vndecimo Auguſti
Aſchaffenburgum reuerteretur , iſtius totius negotii procurationem diligenter fi-
dis hominibus commendauit. Venit interea initio Octobris Moguntiam deſi-
gnatus Collegii noui Rector , P. *Lambertus Auerus* , S. Th. Doctor , deinceps-
que alii complures. Sicque , quod DEVS OPT. MAX. bene ac feliciter eue-
nire ſemper iubeat , publicis lectionibus datum initium ipſo B. Virginis conceptæ
die , diuulgatis prælectionum indicibus , & eleganti ad tempus accommodata
oratione habita.

* I. *Fockii* de *VValſtatt* , vt ſupra iam monui L I cap. XXXIV § IV p. 108.

Accidit

Bat. I p. 924 *Accidit vero, inquit citatus Valerandus, ſub hæc initia, vt magni aliquot viri cum Illuſtriſſimo Principe colloquentes, omnibus modis perſuadere conarentur, ne Societati Moguntiæ vllus concederetur locus, eaque de cauſſa quædam non ſat honeſta de Societate commiſcerentur: quibus ita reſpondit, vt nec ab Epiſcopo ſapientius, nec a Principe dignius, nec a Patrono amantius reſponſum dari potuerit, vti ipſo referente noſtri poſtea cognouerunt: neque videlicet ſibi ab eis leges eſſe accipiendum, quas & ipſi in adminiſtranda ditione propria ab aliis accipere nollent: neque ſi minus eſſet officio ſuo functus, id negligendum in poſterum: atque ſi quæ obiectabant, probarent, adhuc ſe de admittendis Societatis IESV Patribus deliberaturum.* Atque hoc vocatæ a Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Daniele Moguntiam Societatis IESV principium fuit. Alia opportuniore loco deinceps.

CAPVT VIII

Quomodo ter venerabile Chriſti Domini corporis Sacramentum in proceſſione circumtulerit Daniel?

ANno Domini MDLXII, cum Dominici corporis feſtus inſtaret dies, ad maiorem CHRISTO IESV honorem tribuendum, maioremque tanti myſterii memoriam & venerationem excitandam, ſtatuit non publicæ tantum, quam Metropolitanus Clerus, præclaro cum ordine, pretioſa veſte plurima, coronis ob ſolis æſtum, & nudorum capitum munimen quernis habere ſolet, proceſſioni adeſſe: ſed ſuis etiam manibus ven. Sacramentum geſtare. Diſſuadebant plurimi: aiebant rem hiſce temporibus eſſe nouam, ſuſpicionis plenam, hæreticorum vicinorum, immo & inteſtinorum riſibus & ſannis obnoxiam. Sed quo illi magis dehortabantur, eo ille magis ad Chriſtianam exercendam pietatem excitabatur. ita, vt cum res vicinis in locis increbuiſſet, maximi fuerint vel ad ſpectandum, vel ad explorandum concurſus. Ipſa igitur Theophoriæ ſacræ luce circumgeſtauit Archiepiſcopus arcam Teſtamenti noui ſacerrimam, ſacroſanctum Domini corpus, Catholicis exultantibus, DEVMque & Archiepi-
925 ſcopum laudantibus: hæreticis obſtupeſcentibus, partimque probantibus, improbantibus. Ex illo autem tempore cœpit, quem hodie videmus, mos, vt e circumfuſis hæreticorum vrbibus & pagis Moguntiam ad ſacra iſta Chriſtophoria ſpectanda concurrant tam multi.

CAPVT IX

Quomodo Maximilianum II Cæſarem elegerit, & vnxerit?

DVos, quorum ſucceſſit alter alteri, Romanorum Reges elegit, & vnxit Archiepiſcopus Daniel: Vnum quidem elegit *Maximilianum II*, Imperatoris *Ferdinandi* filium eodem anno MDLXII, die XXIV Nouembris in Francofurtenſi S. Bartholomæi templo: eundemque ibidem die menſis eiuſdem vltimo inunxit. Cuius rei narrationem, prout a *Simone Schardio* I. C. in hiſto-
fol. 2066 riarum tomo III relata eſt, operæ fuit pretium hic intertexere *.

* Ante vero, quam eam audiamus, iuuabit, breui de electionis negotio & ſerie pauca præmittere.

Scilicet, cum Daniel Collegis Septemuiris conuentum ad XV Iunii diem Francofurti habendum indixiſſet, poſt vero in d. XX Octobris prorogaſſet, ipſe XXIV eiuſdem menſis die cum Cæſare eo venit. Initio Comitiorum dein XXIX Octobris facto, ſequenti die Principes Electores & Colonienſes Legati conuenere, Imperatoris percepturi mentem. qua per Albertum, Boicæ Ducem, expoſita, diebus ſecutis deliberationes inſtitutæ: & cum ſedes Agrippinenſis tum vacaret, miſſi Coloniam ad Collegii maximi Clerum, *Ioannes Andreas Mosbach* de *Lindefels*, Decanus Moguntinenſis, *Henricus Riedeſel* de *Bellersheim*, Aduocatus Germersheimenſis, & *Simon Bagen*, qui ſupra cap. VI & VII nobis iam occurrit, adhortaturi eum, vt noui Præſulis electionem maturarent, quindecim diebus illi præfixis.

audita Cæſaris propoſitione, & legatis Coloniam miſſis,

Interim, dum ii Coloniæ iuſſa expediebant, Daniel die XVII Nouembr. litteras, de Rege Romanorum ad diem XXIV dicti menſis eligendo, Septemuiris, vt moris eſt, tranſmiſit: Treuirenſi quidem per *Arnoldum* de *Bucholtz*, Cuſtodem, *Eberhardum Rud* de

Septemuiris Collegis litteras de Rege Romanorum eligendo tranſmiſit,

Collenberg, aulæ Præfectum, & *Chriſtophorum Matthia*, Cancellarium: Bohemo, per eosdem: Palatino, qui in ædibus Teutonicorum Sachſenhuſæ hoſpitabatur, per *Leonhardum Corvvitz* ab *Aulenbach*, Mareſchallum, & *Eberhardum Brendel* ab *Homburg*, Satrapam tum Clingenbergenſem, Protſeldenſem, & Lohnſteinenſem: Saxoni, in ædes Glauburgianas per *Philippum* de *Graenrod*, Vicedominum Rhingauiæ, *Philippum* de *Bicken*, Præfectum tum temporis Steinhemenſem, & *Henricum* de *Selbolt*, Satrapam Olmenſem & Algesheimenſem: Brandenburgenſi, in ædes, vulgo *der Nürnberger hof* dictas, per eosdem: Colonienſi, die XIX Nouembr. electo, per *Philippum Brendel* ab *Homburg*, Præfectum Diepurgenſem. Edit. I pag.

Die ſequenti vero, XVIII ſcilicet Nouembris, de conditionibus Regi ferendis (*Capitulationem* vulgo vocant) deliberatum, & cum Colonienſis *Fridericus* recens deſignatus aduolaſſet, dicto XXIV Nouembr. die electionis negotium in æde D. Bartholomæo ſacra contectum; de qua re videri poteſt auctor lib. I cap. XXV. Ceterum is de coronatione ſecuta ſic pergit. *Maximilianum eligit.*

Sic ergo narrat ille: *Interiectis* (poſt factam ſcilicet electionem) *ſex diebus & inſtantibus Calendis Nouembris* * (qui dies D. *Andreæ* CHRISTI Apoſtolo ſacer eſt) *rurſus in templo prædicto conuenere primo eccleſiaſtici Electores nempe Moguntinus, Treuirenſis, & Colonienſis, atque vna cum his Wirciburgenſis & Marquardus Spirenſis Antiſtites, idque mane cum dies ſatis illuxerat, horam paullo poſt ſextam. Imminente vero iam ſeptima tum Bohemiæ Rex, & vna cum eo ſæculares Electores Palatinus, Saxonienſis, & Brandeburgenſis ad palatium Cæſaris vna ſe contulere. Ipſe igitur Rex ſericam veſtem oſtro tinctam, quæque promiſſa quidem, ſed ſtrictior erat, & aurato texto, cui pretioſiſſimum pellicium ſubductum prominebat, pellucidam geſtabat, hanc ſuperinductus oblongum indumentum ex auro contextum chlamydis inſtar, capitis vero pileum ceteris Electoribus conformem: qui iidem omnes & ſinguli Electorali ſuo habitu & clenodiis Imperialibus in dextris, vt ſupra relatum eſt, conſpicui Cæſaream & Regiam Maieſtatem, quorum vterque ſub tegmine portatili aurato incedebat, cælum id vocant, (cuius tergeminum axem humeris ſuſtinebant ſelecti e ſenatu Francofurtenſi viri D. Chriſtophorus Keller* , Carolus Kuborn, ambo Scabini, & Antonius * Iungius, Carolus a * Glaubach, Iuſtinianus ab Holtzhauſen, & Daniel * Hengsburgerus quatuor ſenatorii ordinis viri) a latere quidem dextro Elector Palatinus, a ſiniſtro autem Brandeburgenſis, Electore Saxonico inter vtrumque gradiente, a palatio Cæſareo ad templum vſque prædictum S. Bartholomæi comitati ſunt. Eo poſtquam deuentum, atque id eccleſiaſticis Electoribus, qui in ſacrario chori interim ſua quiſque Pontificalia induerant, denuntiatum eſſet, protinus hi quidem obuiam Cæſareæ & Regiæ Maieſtati in medium chori progreſſi ſunt, primo adeo Elector Moguntinus præcedens cum Clero ſuo, ex hoc alio crucem argenteam oblongam, alio pedum Epiſcopale, alio baculum argenteum, in quo ſigilla Archicancellariorum Imperii affixa pendebant, geſtantibus, Maieſtatem ipſius venerabundus excepit: ad Regis vero vtrumque latus duo Epiſcopi ſupra dicti Wirciburgenſis & Spirenſis (eo quod reliqui duo Electores Archiepiſcopi nondum eſſent conſecrati) ſe applicantes ipſum medium reuerenter amplexi ſunt. Hos vero tres ſeculares Electores cum clenodiis ſuis, mox Cæſar ipſe, & a tergo eius Baro quidam Schenckius a Limburgk chlamydem Cæſaris portans, poſt hunc duo reliqui Electores eccleſiaſtici Treuirenſis & Colonienſis ſequebantur. Cæſare itaque primum in choro ſeſſionis locum a dextris capiente, tres Electores ſæculares, vnus pomum aureum, alter ſceptrum, tertius gladium tenendo, coram eius Maieſtate ſtantes paululum miniſtrarunt, quibus ille mox innuit, vt & ipſi pone in dextro latere conſiderent, iuſſitque, vt ipſorum officiarii ſubſtituti interim vicem eorum gererent: reliquis quoque Principibus, Duci Bauariæ, Duci Iuliæ, Magiſtro ordinis Germanici, Wolfgango & Georgio Ducibus Palatinis, Duci Meckelburgenſi aliiſque, ex oppoſito ſibi, ſedilia dari mandauit: præterea alios Duces & Principes, nempe Wirtenbergenſem, Ducem Lotharingenſem, duos Landgrauios, Ducem Lauenburgenſem, Ducem de Arſchot, Principem Vraniæ, & Principem Anhaldiæ, & reliquos, vbicunque vellent, conſiſtere permiſit. Legati quoque Pontificii non longo inde interuallo a conſpectu ipſius, ſicut & reliqui Electorum ſummi conſiliarii aſſidebant. Rex interim in medio templi apud altare conſiſtens, donec Cæſar cum toto ſenatu Principum conſediſſet, exſpectauit, cumque apud altare flexis genibus oraſſet, preceſque finiiſſet, ad ſellam ſibi deſtinatam, inque Cæſaris*

Margin notes: * I. Decemb. — 926 — * Kellner — * Zülungen — * Glauburg — * ab Hynſperg — 927

Edit. I pag. *Cæſaris conſpectu poſitam, auratis ſtratis, tapetibusque altis decoratam a duo-*
bus Epiſcopis Wirciburgenſi & Spirenſi ducitur, reliquis quoque Electoribus
eccleſiaſticis vna cum his ſuam quiſque ſedem nempe Treuirenſi & Wirciburgenſi
a dextro Regis latere, Colonienſi vero & Spirenſi a ſiniſtro occupantibus. Mox
igitur Elector Moguntinus, qui conſecrator erat, ſacrum officium Miſſæ in-
choans, pro more confeſſionem præfatus eſt. Hæc cum incipitur, tum Elector
Palatinus e choro in conclaue ſe ſubduxit, licet reliqui duo Electores, Saxonicus
& Brandeburgenſis, ſub ſacro illo perſiſterent, donec cantaretur ALLELVIA.
Rex itaque mox a duobus illis Epiſcopis, Wirciburgenſi & Spirenſi, ad ſummum
altare deducitur, vbi ipſum ad genua prouolutum Elector Moguntinus, tan-
quam Conſecrator, his fere verbis interrogat, nempe, an fidem Catholicam ſer-
928 *uare, eccleſiam CHRISTI defendere, iuſtitiam adminiſtrare, Imperium*
Romanum augere & amplificare, viduas & orphanos, omneſque pauperes tu-
tari, & Pontifici Romano debitum honorem tribuere velit? Ad quæ omnia cum
Rex ſe promptum & paratum fore affirmando reſpondiſſet, Elector Moguntinus
manum ſuper caput eius imponens orauit, finitiſque precibus Regem ſacrato
chriſmate inungere cœpit. & primo in ſummo capitis vertice, deinde in pectore,
poſtea in ſcapulis ſeu humeris, tum in dextro brachio, inque dextræ manus pal-
ma. Inunctum duo Epiſcopi ſupra dicti in conclaue chori, vt ibi oleum Chriſma-
tis aqua ablueret, deduxerunt. Quod cum eſſet ablutum, Regem alio veſtitu,
nempe Diaconali, quem amictum quondam Imperator Carolus Magnus geſta-
uerat, indutum rurſus e conclaui ad ſummum altare reducunt, cui tum Conſe-
crator Moguntinus gladium nudum in manum dedit, ſimulque monuit & horta-
tus eſt, vt totam Imperii Romani rempublicam fideliter protegeret, omniaque,
quæ ad eius ſalutem ac conſeruationem concernerent, pro viribus ſuis perſequi
velit. Gladium igitur illum in vaginam Elector Saxonicus recondidit, ac Regis
lateri circumdedit. Mox Conſecrator dextro Regis digito pretioſiſſimum annu-
lum aptauit, corpori chlamydem ex auro rigidam induit, ſiniſtræ manui chryſo-
melum ſiue pomum aureum Imperiale, dextræ vero ſceptrum regium, & capi-
ti coronam auream (quæ clenodiæ fuere Caroli Magni) impoſuit: coronam
autem, cum Regi imponeretur, tres Electores eccleſiaſtici ſimul attigerunt,
Regemque religioſe initiarunt. Sic itaque coronatum Elector Maguntinus
iterum per iuramentum in ſancta Euangelia, officii ac promiſſi facti admo-
net, ſimulque iniungit, quatenus omnia quæcunque Chriſtianum Regem facere
decet, & fas eſt, pro animi ſui viribus ſeruare ac præſtare ſtudeat. Poſt hac
igitur Regem iam ſollenniter & glorioſe coronatum ducunt in ſublimem quandam
929 *ſtructuram, aſſeribus contignatam, cuius omnia auratis ſegmentatiſque ſtratis,*
pannoque viridi circumquaque erant tecta: ſuper hæc autem erat ſella ſeu thro-
nus regius, in forma regii illius ſolii, quo Carolum Magnum vſum fuiſſe perhi-
bent, miro ſplendore apparatus. In hoc throno ſeu ſolio collocatum, & ſeden-
tem ipſum Regem poſſeſſione ac reſidentia Romani Imperii publice in conſpectu
omnium inaugurarunt. Tum Elector Moguntinus Regi Romanorum regno re-
cens initiato de ſummi honoris iſtius acceſſione ſuo & aliorum confratrum ſuorum
nomine honorifice gratulatus & bene precatus eſt, ſeque & omnes alios ſtatus
Imperii gratiæ ac tutelæ ipſius humiliter commendauit. Mox igitur rurſus ma-
gno cum iubilo ac gaudio totus chorus muſicus glorioſe, TE DEVM LAV-
DAMVS, decantare, tubæque & organa ac tympana toto templo inſonare cœ-
perunt. Interea a nouo Rege coronato heroici equitis deauratis armis decorati &
inſigniti ſunt quidam Principes, Barones, & Nobiles, nempe duo Comites Pa-
*latini, duo Landgrauii, Dux Echardus * Wirtenbergenſis, Ioan. Albertus* * I. Eberhardus
Dux Meckelburgenſis, Dux Carolus a Münſterberg, Chriſtophorus a Carlenitz,
* Mager *Eraſmus Magro *, Ioan. Phryſinger * &c. Quibus ſollenniter peractis, Rex* * Preyſinger
iterum e ſublimi illa ſtructura deſcendens in chorum rediit ac ſellam ſuam priſti-
nam repetiit, intendens cultui diuino, cuius ſacra Elector Moguntinus perage-
bat: cumque ſub offertorio ſacræ Miſſæ Rex patenam apud altare deoſculatus
eſſet, obtulit ſacrificanti Electori Moguntino ſuper altare magnum aureorum nu-
merum, moxque rurſus in ſolio ſuo recubans, librum quoque Euangelii, cum
finita eſſet eius lectio, oſculo veneratus eſt. Porro inter hæc, duo Canonici A-
quen-

quenſes in medium coram Rege prodierunt qui conceptis verbis & iuramento præmiſſo Maieſtatem ipſius veteris ſtatuti ac conſuetudinis admonuerunt, aſſerentes, vnumquemque Regem Romanorum nouiter electum ac coronatum in numerum Collegarum ſeu Canonicorum Aquenſium recipi ſolere. Edid. I p. 930 *Hæc autem cum omnia & ſingula ita gererentur, & ad finem properarent, tum Sereniſſima Regina D. Maximiliani coniunx, quæ toto huius actionis tempore vna cum multis illuſtribus matronis & Ducibus, vt Lotharingiæ, eiusque filia, & item Electoris Saxonici coniuge, atque Bauariæ Duciſſa, ac pleriſque aliis in loco ſublimi conſiſtens ſingulas has ceremonias ſpectauerat, tandem ſurgens, ſe e templo in Electoris Saxon. coniugis diuerſorium, ad ſumendum ibi prandium, cum toto prædicto Nobiliſſimarum Ducum Comitatu recepit: vbi etiam totius Electorii ſenatus ampliſſimam e templo proceſſionem e feneſtra ſpectauit. Finito itaque (vt ad incepta redeam) demum hoc ſummæ Miſſæ ſacro, Electores eccleſiaſtici in chori ſacrarium ſecedentes, Pontificales ſacras veſtes rurſus depoſuere, habitum ordinis Electorii induerunt. Tum Cæſar (qui toti huic ſacro officio & coronationis actui in ſolio Cæſareo reſidens interfuit) cum illi aſperſa eſſet aqua benedicta, e ſella ſurrexit, exitumque e templo parat. Diuertunt itaque vna omnes ad curiam ſenatoriam, vbi Cæſareum ſeu Imperiale conuiuium in cænaculo apparatum erat, præcedente primo Electore Treuirenſi ſolo, & poſt ipſum ſequentibus in vna ſerie Palatino cum pomo aureo, Saxone cum gladio nudo, & Brandeburgenſi cum ſceptro Imperiali, mox Cæſar ipſe & ad paſſum vnum iuxta a ſiniſtro latere Rex Romanorum ſub tecto aureo incedebant, horum tergo imminentibus Electoribus*
fol. 2074. *Moguntino & Colonienſi.* Eadem in eodem tomo III deſcribit *Nicolaus Heydenus.* Sed quæ iam, ne lectori crambe ſit, omittenda. De alterius vero electione & coronatione dicetur infra.

De conſultationibus cum Cæſare ſuper coniugio Clericis & calice ſacro Laicis concedendo, *habitis.*

Cæſar autem, vti nuper Francofurti, cum filius Maximilianus in regni collocaretur faſtigio, ita poſt etiam iudicabat, ne res eccleſiæ Romano-Catholicæ penitus peſſum iret, duo potiſſimum a Pontifice petenda eſſe; I) vt laicis vſum calicis in ſacra cœna concedat. II) vt Clericis permittat coniugium. Litteris igitur Friburgi in Briſgoia die XXVII Decembr. a. h. LXII datis tres ad Rhenum Archiepiſcopos & Principes Electores monuit, vt omnem curam cogitationemque hanc in rem conferrent, & e Conſiliariis quisque ſuis vnum alterumue ſcientia rerumque vſu ſpectatum delegaret, quibuscum eam vlterius expendat. Ii conuentu apud Confluentes habito reſcripſere, miſſuros e ſuis quoſdam, ſi diem Cæſar præſtitueret, locumque, quo delegandi ſint. Hoc dein & illo conſtitutis, Daniel anno ſequenti MDLXIII Kal. Iul. Viennam miſit *Philippum Acker* ſiue *Agricolam*, Decanum ad D. Petri, & *Simonem Bagen*, Secretarium; Colonienſis, *Ioannem* Epiſcopum Cyrenenſem; Treuirenſis, *Bartholomæum Latomum*; Salisburgenſis vero, quem quidem & Bauariæ Ducem Ferdinandus ſimiliter compellarat, *Chriſtophorum* de *Lamberg*, Præpoſitum Iuvavenſem, *Felicianum Morbonium*, Ordinis Prædicatorum, & *Gervaſium Fabricium*, I. V. D. & Conſiliarium; Albertus Bauarus, *Thomam VVidmann*, Cancellarium Burckhuſanum, *Martinum Eiſengrein*, Ingolſtadii Parochum ad D. Mauricii, & *Ludouicum Glengk*, Theol. & Iur. Licentiat.

Hi cum auditi eſſent a Cæſare, & poſtea de modo rem tractandi deliberaſſent, cenſuere, ab Epiſcopo Gurcenſi, tanquam Præſide, nomine Cæſaris Legatos Electorum & Principum rogandos ſententiam. Quod & factum. Concluſum autem, quod ad communionem ſub vtraque, vt vocant, attinet, legationem mittendam ad Pontificem, petitum, vt laicis ſacri calicis vſum in ſacramento cœnæ percipiendo concedat, *ad arbitrium* tamen (quod additum) *Ordinariorum loci.* Quod ad coniugium Clericorum, in diuerſas itum ſententias. alii enim ſtatuebant, ſatius eſſe, Clero nuptias permittere, quam pati, vt eccleſia in extremum veniat diſcrimen. rogandum itaque Pontificem, vt patiatur, Parochos, qui velint, ire in matrimonium. alii contra, Moguntinenſes præſertim, ferri hoc non poſſe. abhorrere enim a maiorum conſuetudine, & prorſus labefacere ſtatus eccleſiaſtici auctoritatem. alii aliter. Cæſar his perceptis, Legatis ſignificari iuſſit; referrent ad Heros de habitis deliberationibus; forſan futurum, vt qui nunc ſeorſum ab aliis ſentiant, iis accedant. Sin minus, ſe tamen confidere, ipſis haud graue fore, ſecum adire Pontificem, rerumque ſtatu expoſito petere, velit ſua eo dirigere conſilia, vt offendicula piarum mentium, quæ peſſumdent eccleſiam, tandem tollantur.

Et cum conſtituiſſet, Legatum mittere ad Pontificem, litteris d. XIV Aug. datis Danielem hortatus eſt, velit de coniugio Clericorum ceterorum in ſententiam concedere, & coniunctis viribus Papam, vt id iis, laicis vero calicis ſacri vſum indulgeat, rogare. Idem poſtea aliis vrſit. Vnde Daniel, re cum Treuirenſi & Colonienſi communicata, nouum indixit conuentum, Confluentiæ ad d. VI Decembr.

Edit. I pag. cembr. celebrandum ; in quo, dum agebatur, concluſum, cum res ardui maxime ſit momenti, Suffraganeos prius conſulendos & audiendos, quod & ad Cæſarem perſcriptum : qui interea Legatum hac de cauſſa ad Pontificem miſit.

Ceterum *Pius* alios inter & Danieli certis ſub conditionibus facultatem largitus eſt, ſacri calicis vſum promiſcue propinandi, vt ex litteris ipſius an. MDLXIV, die Aprilis XVI datis, fuſius patet. V. eod Dipl. Verum vero ille eam indulgentiam ſua in diœceſi iuris publici eſſe voluerit, eſt, quod dubitem.

911

CAPVT X

Quomodo in Academia, eiusque Collegio Algesheimenſi, & demum in eo, vbi hodie ſunt, loco, Societatis IESV Patres locarit.

EOdem anno MDLXII, cum creſceret in dies Societatis Ieſu ſcholarum & fama & numerus, ſategit Reuerendiſſimus Daniel, vt in Academiam, eiuſque Collegia Philoſophicum & Theologicum referrentur e Societate Philoſophi ac Theologi; cumque duo eſſent eiuſdem Academiæ domicilia, *Schenkenbergicum* & *Algesheimenſe*, cum Academicis, vt in hoc immigrarent illi, tranſegit: annoque ſecuto MDLXIII eam, quæ e regione eſt, domum ad Conuictorum, ſi qui eſſe voluiſſent, contubernium, coemit, e qua, in hodiernum vſque diem, multi docti & reip. vtiles viri extiterunt *.

* Immo, vi tabularum anno MDLXVIII, die VII Septembr. editarum, PP. Societatis, præter Collegium hoc *Algesheimenſe*, adiacentes tres domos, *zum Hammerſtein*, *zum Herbſt*, & *zum Bierbaum* dictas, æreque ſuo coemptas, tum eorum in vſus conſignauit, tum maxime ad ſeminarium ſeu contubernium iuuenturis, nobilis præcipue, bonis artibus, litteriſque imbuendæ. Cuius quidem domus *Petrus Thyraus* anno MDLXXXVI in litteris ſe *Regentem* ſcripſit; *Matthias Egidii* vero *collegii conuictorum Procuratorem*. (V. eod. Dipl.)

Breui ceteroquin contubernium hoc effloruiſſe, vel inde liquet, quod in hoc conuictu viginti, quin plures fuerint alumni: conuictorum vero prope centum; quorum animos Patres omnibus ingenuis artibus formabant, componebantque, donec anno MDCXXXI, Suecis vrbi appropinquantibus, cœtus iſte periculi metu diffluerer.

Vt autem eſſet habitatio laxior, templumque Societatis proprium, egit per litteras cum Pontifice, vt Franciſcanorum, quod loco eſſet, quam Carmelitanorum, de quo etiam egerat, ad Societatis functiones aptiore, vixque a duobus cultoribus habitatum, Societatis Collegium fieret. Voti ſtatim compos factus eſt anno MDLXXVI, & per Cl. V. *D. Chriſtophorum Fabrum*, Cancellarium ſuum, in eius loci poſſeſſionem Patres induxit anno MDLXXVII, die XVI Iulii. Illi vero in eum, toto cum domeſtico, librario, & templario inſtrumento, commigrarunt VII Idus Septembres: ipſoque natæ B. Virginis die ſacro, templum functionibus ſuis vtcunque accommodatum aperuerunt, a precibus, concionibus, & ſacroſanctis myſteriis auſpicati.

PP. Societatis, qui tum intra horam poſt meridiem primam atque ſecundam in poſſeſſionem clauſtri huius pedem poſuere, fuerunt *Hermannus Thyraus* Prouincialis, *Georgius Ruderus*, Rector, *Franciſcus Coſterus*, *Ioannes Leo*, Hiſpalenſis, & *Iacobus Ernfelderus*.

Extant Pontificis, & de tradita poſſeſſione Notarii publici publica teſtimonia: ſed vnum tantum Danielis ipſius ſatis eſt: *Daniel DEI gratia ſanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps Elector, vniuerſis & ſingulis huiuſmodi noſtras litteras inſpecturis, ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere.*
912 *Cum in diœceſim noſtram Moguntinam communicato conſilio cum Venerabilibus & Honorabilibus Decano & Capitulo eccleſiæ noſtræ, ante annos aliquot, religioſos viros Societatis Ieſu aſſumpſiſſemus ad inſtituendam in pietate ac diſciplinis variis iuuentutem, atque erudiendum populum noſtrum in fide Catholica, tandem eiſdem anno præſenti templum atque monaſterium Fratrum Minorum, ex conceſſione atque voluntate ſedis Apoſtolicæ, tradidimus cum omnibus attinentiis, atque per Nobiles ac Clariſſimos viros, Chriſtophorum Fabrum Cancellarium, & Henricum Hupp vtriuſque Iuris Doctores, atque noſtros Conſiliarios, in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem immitti atque induci curauimus, prout in inſtrumento datæ poſſeſſionis latius habetur. Ne autem prædicti religioſi Societatis Ieſu vnquam valeant moleſtari in poſſeſſione dicti monaſterii,*

rii, nos auctoritate ordinaria iniungimus omnibus Officiatis noſtris, tam eccle- Edit. I
ſiaſticis, quam ſæcularibus, hiſce litteris, vt non permittant prædictos poſſeſ- pag.
ſores a quocunque quomodolibet moleſtari. Contradictores quoslibet & rebelles,
ac ſedis Apoſtolicæ ordinationi, vnioni, ſuppreſſioni, extinctioni, & incorpo-
rationi huiuſmodi contradicentes, ac mandatis eiuſdem ſedis, ac noſtris non pa-
rentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, atque opportuna iu-
ris & facti remedia, poſtpoſita omni appellatione, compeſcant: inuocato etiam
ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Hoc enim nobis a ſede Apo-
ſtolica iniunctum eſt, atque mandatum, etiam non obſtantibus priuilegiis ordi-
nis Minoritarum, ordinationibusque Apoſtolicis quibuſcunque &c. Quare
per quoſcunque iudices quauis auctoritate fungentes, ſecundum hoc iudicari,
& definiri debere decernimus, irritumque declaramus & inane, ſi ſecus ſuper
hiſce a quocunque quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit atten-
tari. In quorum fidem præſentes noſtras litteras manu propria ſubſcripſimus, 933
ac ſigilli noſtri appenſione fecimus communiri. Datum apud arcem S. Martini
in ciuitate noſtra Moguntina die viceſima Iulii, anno Domini MDLXXVII.
Atque has litteras magno cum Danielis zeli ac pietatis eulogio laudauit, rataſque habuit anno MDLXXXVII eius ſucceſſor Reuerendiſſimus Wolſgangus, prout, cum ad eum venero, infra forte notabitur.

CAPVT XI

Quanto amore Societatem eandem complexus Daniel?

ERga Societatem IESV quantus eius fuerit amor, e pluribus perſpicitur. *Primo*, quod eorum in religione tuenda & propaganda, in iuuentute inſtituenda, in omnibus, ægris & valentibus, opulentis & egentibus, aut erudiendis, aut aliter iuuandis opera valde gauderet. *Secundo*, quod eorum libenter præſentia vteretur. *Tertio*, quod multa in eos & magna beneficentiæ argumenta conferret non raro. *Quarto*, quod poſt explorata varia de ipſis mendacia, ne rumoribus quidem iis, qui de ipſorum vel viuendi vel docendi ratione ab hæreticis & maleuolis aſſidue cuderentur, hac illacque ſpargerentur, patefaciendas aures duceret.

Plurimis ab anno MDLXI, quo illi ad eum, eius vocatu venerunt, vſque ad MDLXXXII, quo ipſe in cælum, vt ſperamus, a DEO vocatus eſt, exemplis poſſent iſta monſtrari (eorum enim pleni ſunt domeſtici annales, breuiaria, & ephemerides) ſed paucula tantum & permodice innuam potius, quam exponam. Dum ad Maximiliani electionem & vnctionem, de qua capite IX antea, Francofurtum iret, voluit e Collegio Theologum & Eccleſiaſten ſecum habere; multumque cum Ferdinando Imperatore de Societate collocutus, multum ab eo in ſuo de hac iudicio confirmatus fuit, illumque ſimul, vt Colonienſe Collegium eius ampliſſimæ ciuitatis Conſulibus, & Archiepiſcopo com-
mendaret, rogauit. Cum anno eodem ad Tridentinum Concilium P. *Ioan.* 934
Polancus & Societatis ipſius Præpoſitus Generalis P. *Iacobus Laynez* e Gallia per Germaniam tenderent, dici vix poteſt, quanta præſentes ac abeuntes humanitate proſequutus ſit, quanta loquentes auiditate ac voluptate audierit. Nam liberali non contentus viatico, varias ad varios Principes iis dedit litteras, dicens, ad congreſſum ac de rebus perutilibus ſermones aditum iſtis aperiri. Ad Collegium, Moguntiæ cum eſſet, libenter veniebat, de ſociorum valetudine, de ſtudioſorum numero & profectu, de ſimilibus interrogabat, & cum forte anno MDLXIII orationem declamaret adoleſcens, eam totam benigne attenteque audiuit, & cum argumento, dictione, geſtu ac voce admodum eſſet delectatus, gratulabatur iuuentuti, & clara voce, vt porro ita proficiendo pergeret, hortabatur. Eodem anno, ter in hebdomade, toto quadrageſimali tempore Aſchaffenburgi a Theologo illo coram ſe aulaque ſua, & magno oppidanorum concurſu, conciones haberi voluit; poſt Paſcha vero, vt Francofurti etiam haberentur, conceſſit admodum poſtulanti reuerendo ac docto, pioque *S. Bartholomæi* Decano, D. *Io. Latomo*, adeo vt ſeſquiannum Societatis ibi miſſio, quæ
* *f.* 1564 anno MDLXVII * reuocata, fuerit. Eundem, vt in extremo vitæ tempore,

matri

Edit. P pag.
matri adeſſet, eamque ad piam Chriſtianorum ſpem dirigeret, ablegauit, & vt
in eius funere peroraret, petiit. Vt idem concionatum excurreret, paulloque
interdum diutius moraretur, optimo Spirenſis eccleſiæ Cathedralis Decano tan-
to annuebat lubentius, quanto id ipſum ad Catholicæ religionis incolumitatem
audiebat vtilius: eaque ratione dici quodammodo poteſt auctor non minimus
excitati poſtea anno MDLXV Spirenſis Collegii, ſicuti etiam Fuldenſis, &
Molshemenſis. Ad hæc enim cohortatus eſt Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Balthaſa-
rum Abbatem Fuldenſem litteris anno MDLXXIV, & Reuerendiſſ. ac Illuſtriſſ.
Epiſcopum Argentinenſem Ioannem, præſertim, cum anno MDLXXVI hunc
ad Moguntini Collegii templum, & Balthaſarum perhonorifice duxiſſet. In
ſua vero ditione, quia patet quam latiſſime, non Moguntino Collegio vno con-
tentus fuit, ſed in Eysfeldia Heiligenſtadii alterum excitauit, vt ſubiungetur
poſtea, & meditabatur Erfordiæ tertium, cuius tamen quoddam veluti ſemen
iecit, quod nondum euulſum: ſed herbeſcit adhuc, & ſuo forſan tempore, vt
935 adoleſcat, vberemque in Domini horrea meſſem proferat, dabit Altiſſimus *.

* *Accedentibus liberaliſſimis legatis anno MDCI Miſſio tranſiit in Reſidentiam: aſſumptus etiam anno MDCIV Societatis habitus, cum antea ſub clericali Patres latuiſſent. Demum MDCVII conducta a clero Mariano domo, quæ ad iconem B. Virginis appellatur, accedente etiam anno MDCIX opima hereditate Denſtadiana, Elector* Ioannes Suicardus *anno MDCXV monaſterium Regularium deſertum a Canonicis adiecit: ſicque Reſidentia anno MDCXIX in Collegium Societatis euecta eſt.* Ita *Gudenus* hiſtoriæ Erfurtenſis lib. III § XXXII p. 243; qui etiam lib. IV § XXXV p. 332 huc facit.

In Metropolitana æde concionalem illam, quæ Archiepiſcopi propria eſt, cathedram noſtros aſcendere, ex eaque populum ſacroſanctam Catholicam fidem, Chriſtianoſque mores docere, ac ad eoſdem exhortari, prout etiamnum hodie fit, voluit anno MDLXXII. Anno Domini MDLXXIII grauem in morbum incidit. Aderat ei noctes & dies e Societate Pater. cumque, DEI gratia & beneficio, conualuiſſet, aſſidua Patris huius induſtria, ſociorumque precibus, e mortis quaſi faucibus ereptum ſe prædicabat: & exinde illum in aula ſua ſecum ſemper manere cupiit. Sed cum aulicæ id genus longæ ſtatæque commorationes Societatis hominibus, canone quodam, varias & iuſtas ob cauſſas vetitæ ſint, non potuit quidem tanto Societatis Mæcenati Præpoſitus Generalis omnino, quod rogabat, negare; rogauit tamen, vt commorationem illam dicto canoni nullo modo fraudi eſſe vellet. Eodem anno MDLXXIII morte Collegii Rectoris, quam in Romano itinere obierat †, audita, familiariter ſane illacrymauit.

† Fuit is *Lambertus Auer*, natione Germanus. Obiit autem Romæ IV Non. Mai. Ceteroqui primus fuit Collegii Moguntini anno MDLXI inſtituti Rector. Vid. auctor ſupra cap. VIII, & *Sotvvellus* biblioth. ſcriptorum S. I. p. 537.

Præter id, quod conſtitutum ab eo erat ſalarium, finem de Collegio bene merendi faciebat nullum, nouis, quæ bona ipſi ſuggerebat voluntas, donis in templum, penum, veſtiarium, lignile, bibliothecam. Sed in hanc perpetuum hoc & ſollenne, dum vixit, tenuit, vt quemadmodum anno primo cœperat, CC in librorum emptionem thaleros, interdum etiam plures, largiretur, ſtatimque præter vſitatam Cleri & Academiæ immunitatem, ſuorum teloniorum præfectis & quæſtoribus ſcripto mandauit, vt quidquid neceſſariarum huiuſcemodi rerum in Collegium inferretur, ab omni portorio & vectigali eſſet immune. Vt autem ſuæ huius beneficentiæ poſſet in eam, quam ad finem vſque dilexit, Societatem fons eſſe perpetuus, neque vna ſecum exareſceret, magnam ſupernumerariæ quaſi pecuniæ vim ſepoſuerat, e qua manat aduſque non parum.

Rumores vero, quos, vt ſupra iam attigi, contra eandem Societatem nunquam non fingit ac refingit aut hæreſis, aut maleuolentia, cum eorum aliquoties falſitatem ac inanitatem deprehendiſſet manifeſtiſſime, ad animum non admittebat vnquam, crebro ne ad aures quidem. præſertim cum ea de re a Pontifice *Pio IV* litteras accepiſſet, datas die XXX Decembris anno MDLXIV. Earum eſt hoc initium:

Venerabili Fratri noſtro DANIELI Archiepiſcopo Moguntino, Sacri Romani Imperii Principi Electori. Edit. I p. 936

Venerabilis Frater noſter ſalutem, &c. Non ſine magna admiratione cognouimus libellos quoſdam maledictorum, probrorum & contumeliarum plenos nuper diſſeminatos per Germaniam fuiſſe ad odium infamiamque conflandam vniuerſo ordini Societatis Ieſu, & quibusdam ex ea, præcipue qui ſunt ceteris notiores. Sane id moleſte tulimus. Intelleximus enim, id antiqui hoſtis inſtinctu actum fuiſſe, vt quoniam ab eius Societatis Collegiis, quæ ſunt in Germania & aliis Prouinciis, magna & multiplex his miſeris temporibus ad eccleſiam Dei vtilitas peruenit, eorum bona opera per maleuolorum hominum obtrectationes & calumnias impediantur. De maximo igitur Danielis erga Societatem amore,

Hæc mihi dicta ſemel toties hærentia faſtis,
Ne ſeriem rerum ſcindere cogar, erunt.

CAPVT XII

De negotiis publicis.

Dignitas, quam in ſacro tenet Imperio Moguntinus Archiepiſcopus, multa & grauia ei negotia imponit. Eſt enim illius Elector & Archicancellarius, vt lib. I cap. XXIV & XXIX explicatum eſt. Hinc plurimæ ad eum cauſſæ, curationesque pertinent, & eæ maxime, quæ ad Imperii Conuentus & Comitia pertinent. Decretum fuerat in Auguſtanis Comitiis anno MDLIX, vt Spiræ ad certa negotia quædam eſſet coitio anno MDLX. * & fuit Wormatiæ alia anno MDLXIV, iis per legatos adfuit: per ſe ipſum vero Auguſtanis Comitiis anno MDLXVII †, & Spirenſibus anno MDLXX; vbi, ob indulgentiarum promulgationem & ſacrarum confeſſionum auditionem, cum operariis pluribus opus eſſet, miſſi e Moguntino Collegio fuerunt ſubſidio non Germanicæ tantum, ſed 937
& Gallicæ Germanicæque linguarum gnari.

* Scilicet, cum multa ſupereſſent capita, quæ in ſuperioribus Comitiis haud erant confecta, Cæſare, vt tandem explicarentur & accurarentur, inſtante, anno hoc MDLX duo Conuentus Spiræ habiti fuere; primus menſe Martio; alter Septembri & Octobri; ad quorum vtrumque Daniel miſit legatos: ad illum, *Henricum* de *Naſſau*, Canonicum Moguntinum, & *Chriſtophorum Matthia*, Cancellarium; ad iſtum, *VVolfgangum* Camerarium de Wormatia, dictum *de Dalberg*, & *Chriſtophorum*, quem modo dixi, *Matthia*; qui tum in priori, tum poſteriori ad propoſitionem a Cæſarianis die XXX Martii & X Octobris factam reſpondit.

† Lege MDLXVI. Ad ea Daniel die XXVI Februarii venit, & dein die XXII Aprilis in ædibus Fuggerianis, habitu indutus Electorali, regalia ac beneficia Imperii fide clientelari accepit.

Quum dein anno MDLXVIII Septemuirum conuentus Fuldæ, ſub medium menſis Ianuarii, ad diſcutienda quædam Imperii ſalutem & dignitatem ſpectantia negotia, haberetur, ſimiliter adfuit per legatos; qui quidem tum erant *Ioannes Andreas Mosbach* de *Lindenfels*, Præpoſitus maior, *Simon Bagen*, ad D. Petri Canonicus, Vicecancellarius, *Ioannes Leonbardus Cotvviz* ab *Aulenbach*, diœceſi Hauſen id temporis Præfectus, & *Balthaſar Sax*, I. V. D. Conſiliarii.

Spiræ vero an. MDLXX, vt dictum, præſens fuit ipſe, atque in iſtis, quod haud prætereundum duco, Comitiis *Eliſabetham*, *Maximiliani II* filiam, *Carolo* Galliarum Regi in matrimonium deſponſam, per ἱερολογίαν ſacerdotalem eidem, *Ferdinando* Archiduce vices eius obeunte, deuinxit.

Sic enim *Languetus* lib. I parte I epiſt. XCI p. 167 & ſeq. *Die ſolis circa horam tertiam a meridie celebrata ſunt ſponſalia Regis Galliæ in ſummo templo huius vrbis. Imperatoris concionator habuit latinam orationem de laudibus coniugii. Poſtea lectum eſt Inſtrumentum procuratorium miſſum a Rege Galliæ Archiduci Ferdinando. Deinde facta eſt deſponſatio per Archiepiſcopum Moguntinum. Facta deſponſatione cecinerunt*, Te Deum laudamus. *Secutæ ſunt veſpertinæ preces; quibus finitis itum eſt in eum locum, vbi fuit cœnandum —— Omnes Principes adfuerunt Imperatori in cœna. Menſa fuit oblonga & anguſta. Suprema parte ſedebant Imperator & Imperatrix: in latere menſæ, quod erat dextrum, Imperatori primo loco erat* Moguntinus, *cui aſſidebat* Colonienſis. *Sub* Colonienſi *ſedebat* Legatus Gallicus, *ita tamen, vt eſſet intermedius ſtructor. Legato Gallico aſſidebat Dux* Ioannes Guilielmus, *cui adſtabat alius ſtructor. Sequebantur* Spirenſis & Argentinenſis *Epiſcopi. Poſtea ſtabat tertius ſtructor, quem ſequebantur Dux* Caſimirus & Georgius *Landgrauius. In altero latere menſæ Archidux* Ferdinandus *ſedebat ſupremo loco, cui* Regina Galliæ *aſſidebat. Sequebantur* Palatinus Elector, *eius* Coniux, Magiſter Teutonici Ordinis, *vxor Ducis* Ioannis Guilielmi, Georgius Ioannes, *Comes Palatinus, Illuſtriſſima filia veſtræ Celſitudin.* (Electoris Saxoniæ) Dux Mecklenburgenſis, *vxor* Georgii Ioannis *Palatini*, Carolus *Marchio Badenſis*, & Palatini Electoris *filia nondum nupta. In extremitate menſæ e regione Imperatoris & Imperatricis ſedebant* Chriſtophorus *Palatinus*, & *Dux* Areſcotus.

Ad

Edit. I p. 937

Ad Francofurtenſem vero conuentum anno MDLXXI legatos miſit.

Cum fœderati Turcis ad Naupactum, hodie *Lepanto*, prœlio nauali inſignem intuliſſent cladem, Rex Hiſpaniæ apud Cæſarem inſtitit, velit rem eo deducere, vt Ordines Imperii fœderi contra iſtos percuſſo accederent. Quod cum Maximilianus Danieli an. MDLXXII per *Philippum* L. B. *de* Winnenburg, conſilii Imperialis aulici Præſidem, & *Ioannem Hagenmüller*, I. V. D. & eiusdem Aſſeſſorem, expoſuiſſet, is Principibus Electoribus, quibuscum Cæſaris petitum communicabat, conuentum indixit, Mülhuſæ ad d. XIV Iul. agendum; quem etiam per legatos obiere. Cæſaris nomine affuere, quem modo dixi, *Baro de VVinnenburg*, *Lazarus de Schvvendi*, & *Timotheus Iung*, Conſiliarius Imperialis aulicus; Danielis, *VVolfgangus* de *Dalberg*, *Antonius* de *VVilsperg*, *Caſpar* de *Berlips*, *Melchior* de *Breidenbach*, & *Ioannes Thomas Eiſenberger* I. V. D. Treuirenſis, *Adolfus Schilling* de *Lanſtein*, & *Conradus Reck*, I. V. L. Colonienſis, *Franciſcus Burchard*, Cancellarius, & *VVilhelmus* de *Breitbach* in *Bürresheim*; Palatini, *Nicolaus Schenck* de *Schvveinsburg*, & *Gerhardus Paſtoir* I. V. D. Saxonis, *Ioannes* de *Bernſtein*, *Ericus Volckmarus* de *Berlips*, & *Laurentius Lindemann* de *Sedelix*, I. V. D. Brandenburgenſis, *Martinus* Comes *de* Hoenſtein, & *Andreas Zoch*. Cæſarianorum propoſitione die XXII Iulii audita, inſtitutæ deliberationes; concluſum die XXVI dicti menſis, cum negotium hoc maxime arduum ſit, Electores in ſe ſolos id ſuſcipere haud poſſe.

Ad Ratiſponenſia, quæ anno MDLXXV habita, ipſus profectus eſt, vti repetetur cap. XVI (*l. XV*)

Ea, quæ ibidem anno ſequenti MDLXXVI habebantur, obiit per legatos, *VVolfgangum* de *Dalberg*, Præpoſitum, *Chriſtophorum* de *Graenrod*, Canonicum Moguntinum, *Chriſtophorum Fabrum*, Cancellarium, *Philippum* de *Bicken*, aulæ Mareſchallum, *Hartmudum* de *Cronberg* medium, & *Ioannem* de *Born*, Conſiliarios.

Ad Conuentum Delegatorum Imperii (*Reichs-Deputations-tag*) anno ſecuto Francofurti habitum, ſimiliter legatos miſit *VVolfgangum* de *Dalberg*, modo dictum, *Chriſtophorum Fabrum*, *VVolfgangum Riedeſel* de *Bellersheim*, Præfectum Orbenſem & Hulenſem, & *Ioannem* de *Born*, Conſiliarium.

Ad ea, quæ Auguſtam an. MDLXXXII indicta erant, venire conſtituerat ipſe; id enim enixe deſiderabat Imperator Rudolfus. Sed antequam ea inchoarentur, diem clauſit extremum.

CAPVT XIII

Quomodo Poloniæ Regem Henricum acceperit.

Sigiſmundus Poloniæ Rex e Iagellonia gente vltimus, ab regum Rege hinc euocatus fuit anno MDLXXII, die XVIII Auguſti. Eius ſceptrum detulerunt Polonica Comitia *Henrico* Gallo, Andium Duci, *Caroli* Francorum Regis VIII fratri, ad eumque miſſus Poſnanienſis Epiſcopus, aliique complures honoratiſſimi legati †. Venerunt hi ad eum in caſtra, quando munitiſſimam Caluinianorum vrbem Rupellam obſidebat. Ille vero legatis auditis, paceque cum hoſtibus inita, per Germaniam in Poloniam iter habuit. Moguntiam Heidelberga venientem magno cum Comitum, Baronum, nobiliumque virorum numero, multo cum Moguntinorum ciuium & aliunde vocatorum agmine, ad Rhenum excepit, in arcemque ſuam deduxit Daniel. Magnificentiæ nihil defuit, vt admirarentur & Galli & Poloni. Sed inprimis delectabatur Rex inclita Galliæ Regum Carolomannorum & Carolûm Magnorum memoria, quæ ob S. Bonifacium, & eccleſiæ Moguntinæ opulentiam hic intermori nunquam aut poteſt, aut debet. Et in abitu pretioſam illam Archiepiſcopo crucem donaſſe Rex ille dicitur, cuius in *Ioanne Adamo* aliqua incidet mentio *.

Caſaris rogatu Electores legatos mittunt Varſauiam ad commendandum Erneſtum Archiducem.

Cum plura ſint, quæ huc afferri mereantur, potiora breuiter perſtringemus. Nempe, cum mortuus eſſet Rex *Sigiſmundus Auguſtus*, Cæſar Maximilianus regnum Poloniæ ambiit pro vno filiorum ſuorum, ſigillatim *Erneſto*. Cum autem iudicaret, magnum negotio pondus allatum iri, ſi Principes Electores legatos ad Ordines regni Poloniæ mitterent, ac Erneſtum commendarent, eos, vt id facerent, litteris d. XXII Februar. an. MDLXXIII datis rogauit. Quibus acceptis cum annuiſſent, e ſuis quoſdam delegarunt; Daniel, *Melchiorem* de *Breidenbach*, Vicedominum Erfurtenſem, & *Georgium Oland*, I. V. D. Conſiliarium; Treuirenſis, *Ioannem Zand* de *Merle*; Colonienſis, *Hermannum* de *Hazfeld*; Palatinus, *Ioannem Philippum Landſchad*; Saxo, *Ioannem* de *Lindenavv* & *Vitum Oertel*, I. V. D. Brandenburgenſis, *Leuinum* de *Schulenburg* & *Detlouum* de *VVinterfeld*. Qui deliberatione prius Erfurti habita in Poloniam conceſſere. Varſauiam cum veniſſent, nomine Collegii orationem ad Proceres regni die XIII Aprilis in conſeſſu ampliſſimo habuit *Georgius Oland*, qua

qui audiuntur.

qua audita, reſponſum; rem maxime omnium dependere a manu Dei; ideo ſe Principibus Electoribus nil definite reſpondere poſſe; id interim ſe polliceri, futurum Regem Imperii Romano-Germanici ſemper fore amicum.

Henrico Andegauenſi electo,

† *Henrico* dein Andegavenſi peruigilio Pentecoſtes electo & proclamato, reuerterunt; a Polonis vero miſſi, qui regnum ei deferrent, Legati, *Adamus Conarsky* de *Lobilinio*, Epiſcopus Poſnanienſis, nomine regni Poloniæ, & *Ioannes* de *Thomize*, Caſtellanus Gneſnenſis, nomine magni Ducatus Lithuaniæ; ex quibus auctorem, qui *complures honoratiſſimos legatos* ad Henricum miſſos dicit, interpreteris.

de tranſitu eidem concedendo Electores deliberant.

Cæſar autem interea ex Electoribus quærebar, vtrum Henrico liber per Imperii fines commeatus deberet concedi? Qui proinde Francofurtum legatos miſere, hac de re conſultaturos. Daniel quidem *Georgium* de *Schönenburg* Decanum, *Hartmudum* de *Cronberg*, ſeniorem, aulæ Præfectum, *Sebaſtianum Echter*, *Philippum VVolffium* de *Roſenbach*, & *Georgium Oland*, Conſiliarios; Treuirenſis, *Ioannem* de *Schönenburg*, Præpoſitum Treuirenſem, & *Ioannem Zand* de *Merle*; Colonienſis, *Damianum VVolff* de *Metternich*; Palatinus, *Ioannem Philippum Landſchad* de *Steinach*, & *Gerhardum Paſtoir*; Saxo, *Ericum Volckmarum* de *Berlips*, & *Laurentium Lindemann*; Brandenburgenſis, *Georgium* de *Blanckenburg*, & *Lambertum Diſtelmeyer*; quibus adfuere *Ludouicus*, Comes de Löwenſtein, & *Ioannes Hagenmüller*, Conſiliarius Imperialis aulicus, miſſi a Cæſare. Habita deliberatione matura, viſum, ob vicinitatis ius, pluresque cauſſas alias ei haud denegandam eſſe liberam per Imperii fines tranſeundi facultatem; modo ſub ingreſſum rite caueat, ſe ſuosque ſine iniuria maleficioque, perſoluto itidem vbique commeatu, pacifice & amice tranſiturum: deinde, ne præter famulitium ſuum vllum ſecum adducat militem; quod ſi vero, præter ſuos, alios etiam itineris comites ſibi velit adiungere, id curet, ne vniuerſus comitatus DCCC homines vel equos excedat *; ex his ipſe CCCC aut ad ſummum D ſecum habeat; ceteri turmatim, alteri alteros, per binos dies, quo commeatus omnibus recte ſubminiſtrari poſſit, ſubſequantur.

Quibus conditionibus ſe ſtaturum *Henricus* poſtea reſpondit, *Carolo*, Duce Lotharingiæ, fideiuſſore conſtituto. Litteras ad Danielem, quibus id promittit, ſic finiit; *Quas & ſubſcripſimus, & iis ſigillum Andegavenſe, quo hactenus vſi ſumus, apponi iuſſimus. Dat. Pariſiis in palatio noſtro Andegavenſi die XX menſis Septembris MDLXXIII.*

* *Poſtea tamen, cum numerus hic ei nimis paruus videretur, petiit ab Imperatore, aliisque, vt ad eum adhuc quadringenti adderentur. vid.* Languetus *parte I epiſtol. lib. I ep. CXII p.* 206. *Mille ſane, centum & viginti octo equos ſuo in comitatu, cum Moguntiam veniret, habuit.*

Aduenienti Danieli multum honoris exhibet.

Aduenientem dein Daniel die XV Decembr. ſollemni occurſu magnifice excepit, vt vel ipſe notat auctor, & per integrum biduum exquiſito honorum omnium atque officiorum genere proſecutus eſt. Non autem ad Rhenum eundem excepit, vt idem hic narrat, ſed in campo, & per portam, per quam in tractum, qui *Gania* dici ſolet, in arcem deduxit.

Edit. I p. 937

Pari, quod adiicere iuuabit, ſplendore eundem accepit *Wilhelmus* Haſſiæ Landgrauius; cum contra *Henricus* nec adeo lecto turmarum robore ſtipatus, nec eo comitatus, rerumque ceterarum apparatu, vt tantum decuiſſet Principem, inſtructus eſſet. Diſcas id ex his *Wilhelmi* litteris Rotenburgo die XXXI Decembr. ad Danielem ſcriptis: *Es führt die Königl. Würde mit ſich ein groſs, aber warlich zu vaſt gahr ein vnordentliches geſündlein, vnd ziehen daher im feld, einer hier, der ander dort, in allerley farben vnd kleidungen, auff pferdlein, deren eins kaum* 10 *gulden werth, vnd auff eſeln, vnd iämmerlichen kutſchen, daſs ſolcher zug für einen ſo gewaltigen König gegen Teutſchen gebrauch ein ſeltſamb anſehens hatt. Wehr ſeinth ihme mit* 600 *pferden entgegen gezogen — Ihre Königl. Würden hatte im feld bei ſich nit über* 200 *pferd, die mit derſelben ingezogen, vnd wan einer hundert Teutſcher pferd hett, mogt ſchier den gantzen hauffen damit ſchlagen, ſo ubel ſeinth ſie zu feld ſtaffirt — Es iſt ſonſt wenig geprengs bey dem König, helt ſich demutig, redet mit meniglich, auch ſonderlich wan er uber dem eſſen ſizt, legen ſich die Franzoſen ſchier gahr uff den leib, halten mit ihm ein groſs immerwehrend geſchwez, alſo, daſs er kaum eſſen kan, vnd haben in warheit die Franzöſiſche mores gegen Teutſchen brauch ein lecherliches anſehen &c.*

* Vbi vero in *Ioanne Adamo* de pretioſa illa cruce, quam Danieli *Henricus* donaſſe dicitur, mentionem iniecerit auctor, fruſtra quæſiueris.

inter hæc cum Wilhelmo Haſſo tranſigit.

Cum inter hæc anno MDLXXI *Dietericus*, Dynaſta Pleſſenſis, gentis ſuæ vltimus, die XXII Maii viuis exceſſiſſet, nonnihil contentionis habuit *Daniel* cum *VVilhelmo*, Landgrauio Haſſiæ. Cauſſa erat aduocatio monaſterii *Steina*. Hanc enim intermortuis clientibus feudi lege ad eccleſiam Moguntinam, vnde exierit, cum omni iure rediiſſe, contendebat *Daniel*; *VVilhelmus* vero in dubium vocabat, perhibens, clauſtrum ante iam Pleſſenſibus certo modo obnoxium fuiſſe, quam aduocationem illius ſub lege beneficiaria conſecuti eſſent. Tandem anno LXXII hac de re cum eo, Lunæ poſt Ioannis Baptiſtæ memoriam, tranſegit. Modus erat hic. Steina monaſterium, aduocatio item, tanquam feudum caducum, vna cum omni iure cedat Archiepiſcopo: decimæ in tractu vici *Boventhen*, Pleſſenſibus a Sede Moguntinenſi iure clientelari olim conceſſæ, bonaque nonnulla alia ſint Wilhelmi. Conf. *Meierus* origin. & antiquit. Pleſſenſium parte I cap. V § IV p. 84.

Erneſtum Archiducem denuo ipſe & ceteri Electores Polonis commendant.

Henrico Rege poſtea clam e Polonia ad gubernacula regni Gallici capeſſenda digreſſo, & dein a Proceribus Polonis excluſo, Cæſar denuo Electores Ratisbonæ rogabat, vt *Erneſtum* de meliori illis commendarent nota. Qui, ne voluntati eius deeſſent, nomine Collegii Septemuiralis Varſaniam miſere *VVolfgangum* ab *Iſenburg*, Comitem de Büdingen, & *Hartmudum* de *Cronberg*, medium, Conſiliarium Moguntinum; qui dein extra vrbem a Caſtellano Caſilienſi & Palanicenſi die XV Nouembr. an. MDLXXV in Senatum deducti, & in magna Nobilitatis Polonicæ frequentia auditi fuere.

CAPVT

Edit. I pag.

CAPVT XIV

Quomodo Eiſfeldiam luſtrarit, plurimumque ipſi profuerit.

EIſfeldia Moguntinæ diœceſis ditio, de qua lib. III not. XX, frumenti fe-
938 raciſſima eſt; ab Archiepiſcopis luſtrata diu non erat. Hæreſeon in ea ſentes excreuerant, zizaniaque: Catholicorum ſpicæ admodum raræ: ſilueſcebat ager totus inſcitia, nouarumque opinionum ſentibus. Non deerat e nobilitate *Bartholomæus Wencierodus*, Lutheranus, cuius in quamplurimos nobilitata erat cædibus, latrociniis, variiſque ſceleribus crudelitas. Multæ illinc & graues aſſidue afferebantur querelæ. Tolli malum vix poſſe videbatur, niſi magno cum comitatu, boniſque viribus ipſe adeſſet Archiepiſcopus. Vt ouium igitur ſuarum, qua eccleſiaſticus, qua politicus Princeps, incolumitatem & ſalutem procuraret, illuc ſe maximo cum ſumptu, in viam dedit; ſed ne ferreo magis gladio & bombarda, quam ſpiritu & lenitate armaretur, aliquot ſecum e Societate, qui catecheſibus & concionibus rudem vel ab hæreſibus reuocarent, vel in auita fide confirmarent populum, ſacerdotes duxit. Et eo ſtatim anno datum ei, quod illic modo eſt, & nouis nuper prælectionibus ab Reuerendiſſimo *Ioanne Adamo* auctum fuit, Collegio Heiligenſtadiano principium. Ipſe vero Reuerendiſſimus cum alia in vrbibus, arcibus, & vicis plurima reſarſit, tum vero non contemnendam portionem ditionis, quæ oppignerata fuerat, redemit, in qua *Horpergenſis* & *Statvvirbſana* quæſturæ. Illum vero vt genere, ſic & facinoribus multis nobilem *Wencierodum* cepit, Moguntiamque abduci curauit. Vbi tandem, poſt ſerias & vehementes multas accuſationes, & infirmas defenſiones, capite in foro publice plexus. Poſt reditum vero ſuum, multa, quæ illinc ipſemet coram notarat, corrigenda, miſſis legatis, curauit; multos perditæ vitæ apoſtatas monachos e parochiis, in quas irrepſerant, amouit: pluresque multo hæreticos Prædicantes.

CAPVT XV

Quomodo Cæſarem hodiernum Rodolphum vnxerit, & coronarit.

FVerunt anno MDLXXV Auguſtæ * Comitia. In iis cum de aliis, tum de nouo Romanorum Rege deliberatio habita. Electus Danielis, aliorumque
939 Septemuirum vocibus *Rodolphus II*, Imperatoris Maximiliani II filius primogenitus. Non multo ante in Bohemicis Comitiis fuerat hoc eodem anno Cæſurgii declaratus Bohemiæ Rex, nunc vero Auguſtæ Romanorum Rex: & poſt electionem, ſtatim a Daniele magna cæremonia, quæ cap. IX ſatis explicata, regio vnguento delibutus, ſceptro & corona ornatus, inſpectante & gaudente Patre; qui anno ſecuto in Comitiis Ratiſponenſibus Nouembri menſe * moriens, Regi nouo imperiales tradidit habenas.

* Duplex hic error auctori obrepſit. Primum, dum loco *Ratisbona*, quam in animo habuit, ſcripſit; *Fuerunt anno MDLXXV* Auguſtæ *comitia*. Dein, dum Maximilianum anno ſequenti *menſe Nouembri* vita defunctum refert. Die namque menſis Octobris XII, circa horam nonam matutinam, viuis illum exceſſiſſe notum. Vid. *Thuanus* lib LXII p. 134, *Polheim* in oratione parentali eidem Roſtochii habita, quam *Chytræus* lib. XXIII Saxoniæ inſeruit, ſub finem, *Languetus* parte II epiſtol. lib. I ep. XCIII p. 240.

Rudolfo συγχαίρει De cetero, cum Rudolfus miſſo Aſchaffenburgum *Gabriele Strein*, Dynaſta Schwarzenauenſi, patris mortem ſignificaſſet, Daniel per *Hartmudum* de *Cronberg*, medium, Linciam delegatum, ſuam illi teſtatus *συμπάθειαν* eſt.

ad funus Maximiliani cohoneſtandum legatos mittit. Anno dein ſequenti ad cohoneſtandas inuictiſſimi exſequias, Pragam miſit, qui funus proſequerentur, *VVolfgangum a Dalberg*, ſummæ ædis Præpoſitum, *Hartmudum*, quem modo dixi, *de Cronberg*, & *Melchiorem* de *Breidenbach*, Vicedominum Erfurtenſem; e quibus *VVolfgangus*, cum id die XXII Martii e cœnobio, quod in veteri vrbe D. Iacobo dicatum eſt, in ædium maximam deduceretur, Septemuiro Colonienſi a dextris, vti Treuirenſis a ſiniſtris, inceſſit; in baſilica vero proximo ab Imperatore conſedit loco.

regalia ab Rudolfo accipit. Quarto poſt die per eoſdem Daniel iura regalia, beneficiaque Imperii a Rudolfo requiſiuit, moreque ſollemni ſub lege clientelari conſecutus eſt.

litem inter Antiabbatiſſas Gandersheimenſes decidit. Poſtero, qui poſt Virginis partum MDLXXVII fuit, Tribunalis Spirenſis decreto deſignatus eſt, qui controuerſiam *Margaretam* de *Columna* inter ac *Eliſabetham* Brunſuicenſem (quarum hanc pater *Iulius*, Dux Brunſui-

Digitized by Google

ſuicenſis, parthenoni Ganderſheimenſi manu forti obtruſerat Antiſtitam, illam Veſtales *Magdalenæ* nuper defunctæ communibus ſuffragiis ſurrogarant) diſcuteret; quam etiam, Iudicibus quibusdam delegatis, & cognouit, & decidit. *Lenckſeldius* antiquitat. Ganderſhemenſ. cap. XXII § XXXVII p. 264, & in addendis n. XIV p. 463 & ſeq. Edit. I p. 939

CAPVT XVI

Archiepiſcopatus opes ac dominium quantopere auxerit.

IN paruulo Cl. V. piæque memoriæ, *D. Philippi Wolfgangi a Roſenbach*, Moguntini Cancellarii, de Moguntinis Epiſcopis commentariolo aut indiculo potius, ita ſcribitur: *Multa oppida, territoriaque oppignorata magno pretio redemit, & diœceſi adiecit Daniel.* Quin vero & inſignes Comitatus duos adiunxit, *Rieneccanum*, qui & ab oppido præcipuo Lohra, *Lohrenſis* vocatur; & *Regiſaxeum*, ſeu *Königſteinianum.* Nam in vtroque ipſa Comitum ſtirps emortua fuerat: &, caduci beneficii, ſeu feudi iure, prior quidem ad Archiepiſcopum, poſterior ad Cæſarem ſpectabat. Sed ſuum hoc beneficium ſeu feudum in eccleſiam contulit Moguntinam Cæſar, cum benigne prius eo Stolbergenſium Comitum fratres duos potiri voluiſſet. Mortui vero iſti ſunt, liberoſque nullos reliquerunt: ſicque anno Domini MDLXXXI, menſe Auguſto, Königſteinianam arcem, & quæ Cæſarei beneficii erant, omnia poſſidere cœpit Moguntina eccleſia. Lohram vero, ceterumque Rieneccenſem Comitatum eodem quidem exeunte Auguſto menſe., ſed anno MDLXXIV * iniit Daniel, cum ex Eichsfeldia Moguntiam reuertiſſet menſis eius die V; Aſchaffenburgum iiſſet die XVI; Lohram die XXIX.

* 1) *Rieneccenſem* Comitatum *Daniel* non anno demum MDLXXIV, ſed anno iam MDLIX, quo die menſis Septembris tertio Comitum Rieneccenſium vltimus Philippus mortem obiit, feudi lege ſui iuris fecit. Quippe percepto illius obitu ſtatim Lohram miſit, qui populum in fidem reciperent, *Eberhardum Rud* de *Collenberg*, aulæ ſuæ Præfectum, *Ioannem Leonhardum Corvviz* ab *Aulenbach*, Mareſchallum, *Petrum Echter*, Satrapam Diepurgenſem, nec non *Simonem Bagen*, Secretarium; poſt eos vero *Ioannem Fock* de *VValſtatt*, maioris Moguntinæ Scholaſticum, & *Ioannem Ogier Brendel* ab *Homburg*, Præfectum Eichsfeldiæ; qui dein iunctim d. XI, XII, & XIII menſis dicti ciues populumque obſequii religione Hero deuinxerunt. Die poſtea menſis Octobris tertio ipſe Lohram venit, ac oppidanos ſine mora iureiurando in ſua verba adegit: poſtridie vero in poſſeſſionem arcis pedem poſuit, ac die ſequenti Protfeldæ & Rieneccæ; ſexta vero Framersbaci de more ſacramentum a populo accepit.

2) *Königſteinenſem* diœceſi Moguntinæ adiecit anno, quem auctor, dixit, MDLXXXI. Iuuabit autem, iis, quæ attulit, hoc curatius intelligendis, rem altius paullo repetere, deducereque. Fuit ſcilicet caſtrum *Königſtein*, vna cum locis contributis, olim in peculio *Comitum* de *Nuringes*, Wetteraicos inter perquam celebrium; quorum familia ſub primordia ſeculi XIII exſtincta, peruenit ad *Dominos* de *Munzenberg*; ſed & his ſub annum MCCLV ſuam finientibus ſtirpem, ad *Dominos* de *Falckenſtein*; ab his vero, familiæ vltimo, *VVernhero*, Archiepiſcopo Treuirenſi, an. MCCCCXVIII in Libitinæ cenſum redacto, cum *Lucarde* Falckenſteinia, *Eberhardi* Eppenſteinii vxore, ad gentem *Dominorum* de *Eppenſtein*; cui etiam paruit ad annum vſque MDXXXV, quo *Eberhardus*, *Philippi* filius, familiæ Eppenſteiniæ poſtremus, naturæ conceſſit. Fratrem is habebat *Georgium*; cum quo anno MDXXI, in Comitiis Vormatienſibus, die menſis Maii IX, ab Imperatore Carolo V impetrauit, ſi quidem ſine heredibus maſculis decederent, vt filiæ, ſi quas haberent, filiabus vero ſimiliter deficientibus, in bonis ſuis, quæ ab Imperii penderent tutela, ſororis *Annæ* filii ſuccederent. E quibus etiam *Eberhardus*, fratre *Georgio* anno MDXXVII in cælibatu fatis functo, die menſis Iulii tertio *Ludouicum* Comitem Stolbergenſem, dictæ ſororis ſuæ *Annæ* e *Bothone* Comite Stolbergenſi filium natu tertium, eoque ſine maſculis decedente, fratrem ipſius *Philippum*, inter filios *Annæ* naſcendi ordine quintum, & ſi caſus ita ferret, vt & is ſine filiis vita defungeretur, *Chriſtophorum*, filium *Annæ* vltimo genitum, vel illius heredes maſculos, e thoro legitimo ipſi natos, heredes ſcripſit & inſtituit. E quibus etiam *Ludouicus*, auunculo anno MDXXXV morte intercepto, Comitatum hunc adiit, & quum anno MDLXXIV ſine liberis maſculis mortem oppeteret, ad fratrem *Chriſtophorum* (*Philippus* enim iam dudum obierat) dimiſit; qui eundem dein tenuit ad annum vſque MDLXXXI.

Cum autem inter hæc Archiepiſcopus & Elector *Daniel* a Cæſare Maximiliano II, tabulis anno MDLXXV die I menſis Martii ſignatis, ius ſucceſſionis in Comitatum hunc obtinuiſſet, ſi *Chriſtophoro* Stolbergenſi ſine liberis maſculis decedente, is tanquam feudum ſiue beneficium ad Imperium, vnde exierat, rediret; poſtea anno MDLXXXI, quo *Chriſtophorus* ἄγαμος ſpiritum depoſuit, vi commiſſionis ſiue negotii a Cæſare Rudolfo II ſibi,

Edit. I: pag. bi, per litteras Pragæ die III menſis Auguſti datas, demandati, poſſeſſionem ſæpius memorati Comitatus per *Hartmudum* de *Cronberg*, ſeniorem, aulæ Magiſtrum, *Chriſtophorum Fabrum*, Cancellarium, *Ioannem Fridericum Mosbach* de *Lindenfels*, *Philippum* de *Bicken*, *Caſparem* ab *Elz*, & *Ioannem Erbardum Hettinger*, Conſiliarios, quos hac fini delegarat, cepit, ac deinceps ab eo Pragæ die XXVII Octobris fide rituque clientelari conſecutus eſt.

Controuerſia dein poſſeſſori a *Georgio Alberto*, Comite Stolbergenſi, *Ludouici* ac *Chriſtophori* fratre, mota & aliquot annos in iudicio pendente, *VVolfgangus*, Danielis ſucceſſor, cum *VVolfgango Erneſto*, *Ioanne*, *Henrico*, *Ludouico Georgio*, & *Chriſtophoro*, Comitibus Stolbergenſibus, qui litem, *Georgio Alberto* interea temporis defuncto, proſequebantur, & inaugurationem beneficiariam a Daniele obtentam nullius valoris eſſe contendebant, anno MDXC, die menſis Februarii tertio tranſegit, ſumma ter centum millium florenorum, tribus penſionibus æquis exſoluendorum, eisdem addicta: quam tamen conuentionem Stolbergenſes poſtea, vti notum, impugnauere; quin etiamnum id faciunt, & in Comitatum hunc ius ſucceſſionis ſibi competere perhibent. Conf. *Speneruſ* op. Heraldici parte ſpeciali lib. III cap. LI § III & IV p. 766 & ſeq. *Imhof* notit. Procerum Imperii lib. VI cap. XVII § III & IV, *Schwederus* theatr. prætenſionum & controuerſiarum illuſtrium lib. VI ſect. XXIX cap. II p. 884 & ſeq. quorum quidem hunc ex hiſce cum suppleas tum emendes.

940

CAPVT XVII

Quomodo annos tot, ne Moguntina pacis rota verteretur, cauerit.

FVit pacis Princeps peramans, & cum periculoſiſſima eſſent tempora, & modo in Galliam, modo in Belgium variæ a ſectarum ſectatoribus copiæ mitterentur, id tamen operam ſemper dedit, vt ſuos in pace ſubditos tueretur. Cumque ob Comitatus, de quibus paullo ante, motuum neſcio quid imminere videretur, ſic tamen animi magnitudine conſtitit, æquitate pugnauit, manſuetudine iratorum quorundam animos pacauit, conſilio & induſtria omnes omnium molitiones diſturbauit, vt in iuſta debitaque poſſeſſione metropolitanus Moguntinorum Archiepiſcopatus etiamnum maneat. Et vero hanc ſummam ab omnibus, etiam mortuus, tulit laudem, tributa & exactiones nouas nullas impoſuiſſe: nemini re vlla, quæ quidem conſtet, grauem aut moleſtum fuiſſe.

CAPVT XVIII

Principalia eius ædificia.

CItatus antea Domini *Roſenbach* indiculus, *Collapſa*, inquit, *ædificia*, *exuſtaſque arces reædificauit* Daniel. Sed omnium maxime ac ſumptuoſiſſime Moguntinam S. MARTINI arcem vna cum attigua Cancellaria, & templo; quod ſiue materiam ſiue formam & artem ſpectes, pulcherrimum eſt. Sed de hoc iam lib. I cap. XXXI, lib. II cap. VII, lib. III notatione II e poſterioribus.

941

CAPVT XIX

De corporis modeſtia.

TOtus ad modeſtiam & morum maturitatem Archiepiſcopo dignam erat compoſitus: veſtitus ſacerdotalis, non inſolens, neque faſtuoſus, quem non in eccleſiaſticis modo, ſed & in legum lytis aut prolytis improbabat, adeo vt interdum diceret, videri quoſdam aut militibus, aut ſartoribus ſimiliores, quam iuris ſacerdotibus. Barbam, veteri Germanici Cleri more, radebat: longiorem capillum orbiculatim tonſum alebat: ab omni vana oſtentatione, vanaque gloria tam alienus, vt ne ſui quidem vultus effigiem fingi aut pingi libens admitteret. adeo, vt quam in bibliotheca noſtra eius imaginem habemus, eam, noſtrum quibuſdam enitentibus, furtim expinxerit artifex, dum, quæ in arce a ſcholaſtica iuuentute dabatur, comœdiam quandam ſpectaret.

Digitized by Google

Edit. I pag.

CAPVT XX

De precum ſtudio.

PReces, quæ Canonicæ vocantur, precabatur ſingulis diebus quam ſtudioſiſſime. ita vt nulla tanta occupationum poſſet ei moles incumbere, non tot Domini & Principes ad eum ventitare, quin quotidianum eccleſiaſticæ precationis penſum illud exſolueret. Gloriatur in locis ſuis, Lutheri Medicus *Munlius*, ſe Clerico cuidam, qui bene mane in aurora, vt matutinas preces oraret, e lecto ſurgebat, perſuaſiſſe, vt ſomno indulgeret diutius: non ſe diligentia tanta fatigaret: DEO fieri ſatis, ſi vel quinquies orationem recitaret Dominicam. Magnus nimirum hic orator, & Lutheri ſchola digniſſimus, qui rem adeo carni moleſtam & difficilem, quam pigris quotidie ſtudioſis perſuadet pigritia, ignauo perſuadere Clerico potuit. Nunquam hunc audiuiſſet Daniel: inſidioſam & fallacem iudicaſſet medicinam, quæ reſidi noſtræ adeo indulget carni, vt ab officio auocet. Morem hunc is tenebat, vt hora ſtatim quarta matutina, vel non multo poſt ſurgeret: antelucanas preces diceret: ad audiendum ſe ſacrum conferret, in eo ceteras oraret antemeridianas, ſub veſperum 942
veſpertinas, & completorium. Accidit vero quodam tempore, vt in Comitiis quibuſdam veſperi ab Cæſare diu retineretur, ita vt in multam noctem ſermo, qui de grauiſſimis ac vtiliſſimis rebus erat, productus fuerit. Dimiſſus tandem, redit cum funalibus in illud, vbi diuerſabatur, palatium. Sacellanus, quicum orare ſolebat, de Archiepiſcopi reditu deſperans, ſuas ipſe veſperas orarat, & alto iam ſomno conſopitus dormiebat. Rei, horæque neſcius bonus Domini Sacerdos e ſomno illum excitat. Orare incipit, vixque preces finierat, & horam noctis duodecimam, vel, vt alius, multis audientibus, publice publico in loco retulit, primam poſt noctis medium ſonuit horologium. Tanta eius erga DEVM erat religio, tanta eccleſiaſticorum rituum obſeruantia, vt neque propter intermiſſam, caſu etiam, precandi horam, obliuiſci precum potuerit: neque propter occupationum magnitudinem, feræ noctis intempeſtiuum, dilati ſomni, quietisque neceſſitatem, ab illis excuſari voluerit. Ipſo ſane, quo ex hoc mundo abiit, die, priſtinam conſuetudinem adhuc tenuit in iiſdem precibus.

CAPVT XXI

De quibuſdam eius in precario libello deſcriptis gnomis, aut ſymbolis.

IN precario ſuo libello, vt in memoriam ſibi vtilia quædam bene viuendi monita crebro redigeret, ſua ipſius manu gnomas aut ſymbola ſcripſerat.

1 VITA BREVIS.	6 VICTORIA ANCEPS.
2 FORMA DECIPIENS.	7 CONCORDIA FALLAX.
3 PECVNIAE FLVXAE.	8 SENECTVS MISERA.
4 IMPERIVM INVISVM.	9 MORS, FELICITAS.
5 BELLVM PERNICIOSVM.	10 SAPIENTIAE FAMA PERENNIS.

Iſta vero Poeta quidam non ita pridem expoſuit diſtichis pluribus, & Archiepiſcopo *Ioanni Adamo* dedicauit, hoc modo:

Iſta tuus Daniel deſcripſit auunculus olim
Symbola, quæ magnæ ſymbola mentis habent.
Subiicient hæc ipſa faces monumenta nepoti, 943
Et rapient animos ad pia ſenſa tuos.
Aſt vtinam ſub lemmatibus ſua ſenſa dediſſet,
Quantum Principibus calcar ad alta forent?
Nam priuata ſuo ſi ſymbola mortua ſenſu
Exſtimulant; quid agent ſenſu animata ſuo?

Expoſitionem, cum clara ſatis omnia, omitto; tantum adiicio, me poſteaquam

Edit. I pag. quam hæc ſcripſiſſem, chartulam quandam citati antea Cl. V. Philippi Wolfgangi Roſenbach manuſcriptam conſecutum, in qua cum eædem ſententiæ, tum vero poſt eas, hæc: *Fuit precationum libro hæc inſerta ſcheda Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. & incomparabilis Principis D. D. Danielis. ex qua ſine dubio quotidie vanitatem vanitatum contemptui habebat, & ad æternam beatitudinem ſibi viam ſternebat ſine intermiſſione.*

Nienburgi, Fioniæ oppido, in æde ſacra inter vexilla ſuſpenſa vnum, cui hæc *Danielis* ſymbola inſcripta. id quod ſe ibi an. MDCLXXVI conſpexiſſe, in diario ſuo notauit *Caſpar Sagittarius.* Vid. *Schmidius* in vita eiuſdem p. 57.

CAPVT XXII

De eccleſiaſticarum in cibis, ſacroſancto Miſſæ officio, ſacraque communione legum obſeruatione.

TAnti ſacra matris eccleſiæ fecit præcepta, vt ab iis, etiam cum aliqua poſtulare videretur neceſſitas, ne tantillum quidem vellet diſcedere. Patuit paullo ante in horis, vt vocantur, Canonicis. de rebus aliis audiamus. Piſcibus veſci non poterat. Suadebant ei non medici tantum, ſed alii etiam plures, hæreſeos minime ſuſpecti, carnium in quadrageſima, ceterisque ieiuniis eſum. Atque vt abſque omni peccato id ſe intelligeret facere, Pontificia eum lege illa ſoluebat poteſtas. Hoc tamen priuilegio vti nunquam voluit: ſed in aulica exquiſitiſſima ceteroqui menſa iuſculis & ouis contentus erat. Accidit, vt non multo antequam lethalis eum ægritudo aggrederetur, Heidelbergam ab Illuſtriſſimo Palatino amice inuitatus ierit. Iam conſtat, incruentum illinc CHRISTI Domini ſacrificium pridem exturbatum: exoticam vero Caluini cœnam & dogma inductum. Dies aderat Dominicus. Quid Catholicus, Catholicæque pietatis tenax Princeps Daniel faceret? Præuiderat ſcilicet miſeriam hanc, & neceſſarium ſacrificio inſtrumentum ſecum deuexerat, illudque ſuo in conclaui religioſe fieri voluit. Vetat eccleſiaſtica quædam lex, ſacroſanctam euchariſtiam 944
ab iis, qui die aliquo aliquid iam ederint, accipi. Aeger erat: ederat paululum quid, & metuebat, ne ſcandalo foret aliquibus, ſi tunc ſacerrimum illud eſcarum omnium caput guſtaret. Guſtauit tamen, & quidem magno cum pietatis ſenſu, ſed non prius, quam omnem ſcandali cauſſam abeſſe aduertiſſet.

CAPVT XXIII

De Catholicæ religionis zelo.

QVæ hactenus commemorata, Catholicæ fidei zelum in eo magnum ſatis oſtendunt, præſertim quæ allata capite VII, VIII, XI, XIV, XX, & XXII. Sed ſunt alia etiam indicia. 1 Tanta in ſcholarum ædificationem, hibernam lignationem, præmiorum, quibus ad ſtudia iuuentus accendi quotannis ſolet, diſtributionum munificentia. 2 Alumnorum, qui bonis litteris ac moribus exculti dominicam poſtea vineam colerent, & quæ ipſam demoliuntur, vulpes caperent, tam multorum, tam liberalis ſuſtentatio, & quorundam ad Germanicum Romani Gymnaſii Collegium miſſio. Cum vero ſuſtentationem eandem ambirent nonnulli, ſed ita, vt iuri ſtuderent, reſpondit: *eorum, qui iuri iam ſtuduiſſent, eiuſque doctores eſſent, magnam ſibi quotidie offerri copiam: non ita bonorum Paſtorum & Theologorum.* Cum Parochos & Concionatores quoſdam Moguntinos vita leuior, & phraſes nouorum dogmatum aliquid olentes ſuſpectos non leuiter hæreſeos facerent, certos conſtituit, qui attenderent, qui obſeruarent, ne quid ſanæ doctrinæ aduerſum rudi propinaretur populo. 4 Si qui ab hæreſi vel e ſuis ouibus, vel ex alienis gregibus reſipiſcerent, admodum gaudebat, omni eos amore amplectebatur: ſi aliunde venirent, & ope, domo, protectione indigerent, hanc vero impartiebatur non inuitus, prout monſtrari poſſet exemplis pluribus. 5 Fidei apud Indos, Mexicanos, Iaponios ortu & incremento mirifice oblectabatur: iiſque de rebus periucunda erat ei interrogatio, auditio, lectio. 6 Quibuſdam Conſiliariorum ſuorum

ſuorum Catholicis ; & vni præſertim , quem vt auctoritate , ſic & doctrina , Edit. I
pioque zelo antecellere ſciebat , dixit non ſemel : *Cum cauſſa & negotium aliquod , quod religionis priſcæ ſanctitatem attingeret , incidiſſet , id præ aliis omnibus diligenter expenderet : de eo prudenter ac ſancte fieri quidnam poſſet , ſtudioſe diſpiceret : expenſum , diſpectumque ad ſe referret , ſe tanto ſapientius ac fidentius , faciendum quidnam eſſet , præſcripturum.* 7 E Catholicis tepidos ac torpidos non tam diligebat , quam feruidos , & id quod ſunt , palam præ ſe ferentes, religionemque ſacram, quo poſſent modo , defendentes , adiuuantes, latiusque proferentes amabat , & in his Secretarios duos D. Hieronymum Pleſs , & antea nominatum D. Simonem Bagen , quem & in quibusdam interdum Comitiis Procancellarium ſuum eſſe , ac illis ſubſcribere voluit. 8 Vt Catholicæ religioni quandam veluti columnam ſubiiceret , iuſſit in Societatis Ieſu Moguntina æde conſecrari Epiſcopum , virum doctrina & ſpiritu plenum, D. Nicolaum Elgardum, Erfordiæque Suffraganeum commorari. 9 Multorum ſunt hac de re luculenta teſtimonia edita , inedita. ſed vnum iam tantummodo citabo , & eum quidem , qui tamen hunc maxime , quem quadantenus adumbraui zelum , requirere , ac nimiumquam de nidulantibus ac pæne regnantibus in aula & ciuitate Moguntina hæreticis queri videtur. Ante laudationem tamen, iuſtane fuerit querimonia, prius videamus.

p. 945

CAPVT XXIV

De magno in aula & ciuitate Moguntina hæreticorum numero , habita, Danielis tempore , inter doctos quosdam altercatio.

QVid igitur , inquiunt aliqui , ſi tantus in Daniele fuit fidei zelus , cur e Clero ſcandala quædam non ſuſtulit ? cur tot in aula , tot in Moguntina vrbe paſſus eſt Lutheranos , Caluinianos? cur & hic & in aliis diœceſis vrbibus & pagis caupones viatoribus permiſit diebus vetitis carnes in menſis proponere ? Cur e Lohrenſi & Konigſtainiano Comitatibus Prædicantes , eorumque profana ſacramenta, dogmata, & libros non expulit ? Reſponderem ego : ſed totam hanc 946
diſputationem ſatius fuerit , non meis , ſed eius ipſius , qui Moguntiæ hanc ipſam , apud quendam neque imprudentem neque infantem , querimoniam, diſputationemque inſtituit , & alibi typis mandauit , verbis proponere. Is vero eſt *Robertus Turnerus*, natione Anglus, religione Catholicus , dictione diſertus , eruditione clarus , officio tunc ad Leodienſes legatus , qui , cum Reuerendiſſimi & Sereniſſimi Erneſti ad illos iter , ſeu vt ipſe vocat , *Triumphum*
fol. 108, 109, 110. *Bauaricum*, deſcribit , ita ſcribit : *Moguntiam inde venimus , vidimus , vtinam illud tertium addere potuiſſem , vicimus. Ciuitas namque eſt tam opportuna loco , palatio tam magnifica , populo tam polita , Clero tam frequens , vt dolcam omnem laudem , quæ aut ex opportunitate ad locum , aut ex magnificentia ad palatium , aut ex politiori humanitate ad populum , aut ex frequentia ad Clerum poſſet affluere , vno obteri crimine miſeræ ſeruitutis ; quare ſi viciſſemus tam feliciter , quam vidimus libenter , felicior eſſet Moguntia victa , quam Bauaria vindex ; cum fructus victoriæ eſſet non ager fœdatus vaſtitate , ſed ciuitas reddita libertati. Libera dicitur , ſed eo ſerua magis , quo ſerua dicitur minus. Sedet ad clauum Princeps Catholicus , tractat clauum ſubditus hæreticus. Vides hic ſeruam libertatem , vide ibi liberam ſeruitutem. In ore , in templo , in foribus eſt Bonifacius , ſed Bonifacius pulchre pictus ; in menſa, in cubiculo , in conſilio eſt Lutherus , & Lutherus periculoſe ſedulus. Sed ne videar facere conuicium , vide rem clarius ; in tota aula tam frequens eſt hæreticus , ſiue inſpicias menſam , ſiue irrepas in cubiculum , vt plures inuenias , qui Miſſam proſcindant , quam audiant ; parum eſſet , ſi hæc peſtis menſæ ac cubiculi cancellis includeretur , manat ad portam , ad culinam , ad nobilem tenellum , illum , qui ſolebat a maioribus noſtris includi in aulam , tanquam ſcholam religionis. Sed rerum iam orbis plane eſt inuerſus , non puritate religionis imbuitur hic puer nobilis , potius aſcitus in aulam , caueтur pacto , ne imbuatur.* 947
Inde fit , vt puellus hæreſeos ſentinam qui extremis labellis vix attigerit , plenis buccis effundat , qui ſacerdotis notionem nondum nouerit , ſacerdotis

Edit. I pag. tis maieſtatem audeat violare. *Huius iuuentutis tenellæ ſi videres mores molliuſcule fluentes, riſum indecore Sardonium, geſticulationes fœde mimicas, voces impie tragicas, plane efficeretur, vt putares, ad hanc normam fregiſſe ſuos delicias Sardanapalum, & inciſis virtutum neruis, molliculis feminarum moribus obleuiſſe.* Hæc *Turnerus* vel accuſans, vel querens. Quid vero ad hæc alter? *Hæc omnia,* inquiebat, *tantum abeſt, vt ponenda ſint in vitio Principis, vt vix videatur poſſe iniri ratio commoda huius incommodi excludendi. Cingitur enim vndique ab iis Principibus, qui Lutheri labe aſperſi ſunt; vt niſi hæretico applaudat, faueat, ſubrideat, aditumque aperiat in ſuam familiam, in cubiculum, in conſilii ſocietatem, periculum videatur impendere, quod tantilli Archiepiſcopi humeri vix videantur poſſe aut vllo modo ſuſtinere, ſi incumbat; aut alio modo impedire, ne incumbat. Peſtis, quæ non poteſt excludi, ne ſerpat, debet ſerpere, ne graſſetur, ac totam ciuitatem peruagetur, eo certiori periculo, quo incertiori medicina. Flamma, quæ non poteſt extingui, debet ſopiri, & prudentiæ quaſi quodam cinere obduci, ne erumpens late comprehendat totam viciniam eo maiori ſtrage, quo minori ope.* Ita Moguntinus Patronus. Sed fecitne accuſatori ſatis? Nondum omnino. Pergit enim: *His atque huiuſmodi ſermonibus, cum ego Archiepiſcopi negligentiam incuſarem liberius, conabatur quidem auertere omnem culpam ab Archiepiſcopo; præterea ego requirebam antiquam virtutem; ille obiecit noua tempora: ego volebam hæreſeos euulſas fibras; ille oppoſuit hæreſeos nimium inſitas radices: ego deſiderabam Archiepiſcopum Bonifacium; ille prætulit Principem politicum.* Perrexit
948 tamen adhuc altercando *Turnerus*, & illuſtrem Borromei Mediolanenſis pro eccleſia Dei zelum, labores, conatus, & pericula obiectauit: tandemque tamen ſibi perſuaſum fatetur, excuſatum videri ob allatas rationes Danielem, in eiusque inſignes laudes ingreditur. *Etſi,* ait, *huius orationem totam refelleris, penituſque infregerit vnus Borromeus, neque dicendo potuerit efficere, vt magis probarem politicum, qui flammam ſua prudentia occulat, quam Bonifacium, qui virtute ſua extinguat: tamen id conſecutus eſt, vt credam, illa vitia omnia hominis non eſſe, temporis eſſe. O tempora! Sed relinquamus tempora, dicamus hominem.* Omnino dic, *Turnere*, hominem, ſed dic vere, dic ex animi ſententia, quaſi teſtis, & quaſi teſtis non diſſimulans, ſi quem ineſſe putabas næuum, ſed ediſſerendo veritatem quærens, inuentamque omnibus enuntians & quidem teſtis oculatus. Incipe; audio.

CAPVT XXV

Turneri de Daniele Archiepiſcopo teſtimonium.

Homo eſt Archiepiſcopus iis moribus, quibus deberes fingere Principem. Princeps eſt ea facilitate, qua cuperes formare hominem; vt poſſit dici & homo Platonis, qualem ſolum antiquitas putabat Socratem; & princeps Ariſtotelis, qualem ſemper omnis reſpublica optabat rectorem. Cani loquuntur ſenem, firmæ vires iuuenem. Huius ſpeciei nonne vides laudem? & cano colore maieſtatem Archiepiſcopi, & firma vi onus Principis ſuſtinet egregie. Religionis ſuffulciendæ, confirmandæ quo ſtudio tenetur, abunde ſatis indicat templum a fundamento non ita pridem excitatum, & eleganti opere, vario lapide, imagine rara peregregie expolitum. Ambroſii videor maieſtatem exprimere, atque adeo Ambroſii iam tonantis in Theodoſium. Magis crederes, ſi his addas eius humanitatem, amorem; quippe ſic excepit Bauaros, ſic amauit Catholicos, vt
949 *quod tanta ſuauitate exceperit, hoſpitalis; quod tanto ſtudio amarit, pii non ſolum meritus ſit nomen, ſed etiam vicerit nomen.*

CAPVT XXVI

Quomodo electum Leodienſem Epiſcopum Reuerendiſſimum & Sereniſſimum Erneſtum acceperit Daniel.

ANno MDLXXXI ad Leodienſes, a quibus Epiſcopus depoſcebatur, profectus eſt Sereniſſimus Bauariæ Dux Erneſtus. In itinere magno cum comitatu,

mitatu, venit, vti aliquoties iam ſignificatum, Moguntiam, & omni humanitatis ac honoris argumento a Daniele acceptus fuit. Cetera qui præſens aderat, narrat citatus cap. XXIV & XXV *Turnerus* hunc in modum: *Apud hunc duo dies nobis fluxerunt poſiti ſuauiſſime refocillandis corporibus, neceſſario curandis nauibus. Die, quæ finita erat nauigationi, prandetur; poſt menſam Archiepiſcopus non ſolum officioſe comitatur Ducem noſtrum ad oram Rheni, ſed etiam nauim, quam ſuam illi conceſſerat, ingreditur, vt honeſtet: egreditur, ne impediat; poſt expreſſam in aere hinc ab Archiepiſcopo, inde a Duce crucem (hunc enim morem precandi diſcedentibus fauſta, ſollennem apud Catholicos aduerti in Germania) certatur vtrinque buccina: vincitur vtrinque, arte a nobis, officio ab illis; quippe non contenti buccinæ ſtridula ſymphonia, aut fiſtulæ ſuaui ſibilo, ſoluentes nos proſequuntur ſclopi ſtrepitu, tormenti fragore, vt amoris officiique ſigna nec potuerit Moguntia edere clariora, nec deberemus nos requirere certiora. Aſcenſum eſt, diſceſſum eſt.*

Edit. I pag. 950

fol. 111

CAPVT XXVII

De Danielis morte ac epitaphio.

ANno MDLXXXII, die XXII Martii, quo, vt ſupra cap. I dictum eſt, die lucem hanc primo aſpexerat, patrum ſuorum viam ingreſſus eſt Aſchaffenburgi, ſomno quaſi placidiſſimo conſopitus, & in Metropolitani templi ſacello, de quo ſupra eodem cap. I, funeratus, iuxta ſepulchrum Reuer. & Nobil. *D. Bernardi Breidenbachii*, qui ſuperpoſiti ſaxi imagine nondum putrefactus ſignificatur, aut aromatum, quæ Hieroſolymis attulerat, vi, prout putant nonnulli, aut alia neſcio qua ratione.

Fatis conceſſit die, quem auctor dixit, mane intra horam quartam & quintam. Funus vero demum ſexto poſt die Aſchaffenburgo abductum. Vehebatur naui; quæ cum Höchſtam appulſa eſſet, a Canonicis ad D. Bartholomæi Francofurtenſibus & Antonitis Höchſtanis, qui in litore Mœni aduentum pompæ præſtolabantur, ritu funebri deductum fuit in templum oppidanum. Poſtridie vero eodem, quo receptum erat, ordine elatum ex æde ſacra, & naui redditum ad peragendum iter. Hora poſt meridiem prima ventum Moguntiam: vbi primo depoſitum fuit in æde D. Gangolfo ſacra: die ſequenti vero ſollemni apparatu in arca plumbea, iuxta dictum Breidenbachii tumulum, in ſacello B. Mariæ V. humo illatum, ſub nullo tamen, quod mireris, lapide ſepulcrali.

In proxima vero extra id ſacellum columna poſitum ei a ſucceſſore magnificum monumentum hoc: *Daniel D. G. Archiepiſcopus Moguntinus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector, ex nobili familia Brendel ab Homberg*; anno MDLV, ætatis ſuæ XXXIII, electus, eccleſiam annis XXVII optime pacificeque rexit, haud paucis emolumentis auxit, atque ampliauit, iuſtitiam coluit, religionem promouit, charus omnibus extitit. Duos Imperatores Maximilianum II & Rudolphum II coronauit, inculpate vixit, ſacramentis Catholice perceptis pie placideque quieuit, deſiderium ſui luctumque cunctis reliquit. Obiit Aſchaffenburgi anno MDLXXXII, XXII Martii. C. A. R. I. P. Succeſſor prædeceſſori bene merito poſuit.*

* Homburg.

Monumentum hoc ei poſitum, ac in ichnographia lit. s) notatum, puluere ita hodie oppletum eſt, vt inſcriptio hæc, quam auctor attulit, vix ac ne vix quidem legi poſſit.

Ceterum non poſſum, quin adiiciam verba, quæ *Godefridus Adolſus Voluſius*, templi ſummi olim Parochus, in necrologio illius, diei, quo funeratus fuit Daniel, adſcripſit: *MDCLXVIII dum ſepeliretur* D. Adolſus Hund *de* Saulheim, *Præpoſitus, reperta eſt tumba Reuerendiſſimi* Danielis, *& exiuit odor mira fragrantia. Idem contigiſſe poſt eius exſpirationem, retulit mihi Perilluſtris Domina* Baroniſſa *de* Walderdorf, *mater Illuſtriſſimi Principis ac Præſulis Viennenſis, aſſerens, ſe ex ore parentis ſui, Domini* Dietheri *de* Greiffenclaw, *hæc audiuiſſe*; Vnſer Biſchoff *Daniel* iſt geſtorben, vnd ſo bald er verſchieden, iſt ein köſtlicher vngewöhnlicher geruch durchs gantze zimmer gangen. *Vtinam curatius in tam ſancti Viri vitam inquireretur.* Hæc ille.

CAPVT

Edit. I pag.

CAPVT XXVIII

De eiuſdem funere: ſtellaque in eo conſpicua.

TOta eum luxit Moguntina diœceſis; & funere inſigni proſequutus eſt Metropolitanorum Patrum ſenatus, Nobilitas, Academia, ciuitas tota; quin & ei proprie, tanquam auctori & meritiſſimo ſuo parenti, parentauit palam Collegium Societatis IESV Moguntinum, & epicedio, lugubrique typis edito
951 carmine perpetuam eius æternare memoriam conatum eſt, e quo, quæ huc ſpectant, peti poſſunt quamplurima. Sed illud non tacebo, quod cum primo abſens olim, & Moguntiæ modo legerem, poeticum magis, quam ita re ipſa geſtum rebar; ſub horam ſcilicet pomeridianam ſecundam vel tertiam, ſupra metropolitanum templum ſtellam fuiſſe conſpicuam; cum tamen, an rei aliquid poeſi huic ſubeſſet, eos, qui tum affuiſſent, rogarem, affirmarunt; ita vt contra veterem verſum vates, quiſquis ille fuit,

Obliget hiſtorica iam ſua verba fide.

Eſt autem carmen illud eiuſmodi:

Quando ferebatur Danielis corpus humandum,
Carmine geſta fuit res memoranda meo.
Pene die medio radianti lumine ſolis,
Tempore, quo cæli ſidera parua latent,
Stella ſupra templi turrita cacumina fulgens,
Siue planeta fuit, ſeu noua ſtella, ſtetit.
Stella quid illa precor Phœbo conſpecta micanti?
Illatumne notat ſidus in aſtra nouum?

Luxit vtique amiſſum tam pium, probumque Principem tota ciuitas, immo diœceſis, vt auctor vere dicit, vniuerſa. Sane quum dominica *Lætantium* ex mandato *Georgii* de *Schönenburg*, Epiſcopi Vormatienſis, Moguntiæ ad ædem ſummam Decani, & in eccleſiaſticis Vicarii, in parochialibus pro ſuggeſtu mortuus denuntiaretur, nemo fere fuit, quin vbertim lacrimas profunderet. *Quod cum ego*, ita Parochus tum temporis chori ferrei in dicto necrologio, *præſtarem, in ſumma parochia ſub concione matutina, omnes pene eruperunt in lacrimas, quas & ego vix tenere poteram.*

VVOLFGANGVS.

CAPVT I

Eius genus, & ante Archiepiſcopatum tempus.

IN Vangionibus, & Nemetibus antiquum & celebre eſt *Camerariorum*, qui & *Dalbergeri* vocantur *, ſtemma. Ex eo extitit *Wolfgangus*, qui Spirenſis & Moguntinus Canonicus magnas in eccleſia vtraque ſuſtinuit functiones. Nam vtrobique Præpoſitus fuit, & erat iam an. Domini MDLXVII Moguntinus Scho-
952 laſticus *. Fuit enim inſigni facundia vir, ita vt Germanice loquentem audire, præſertim longius quid perorantem, iucundum eſſet.

* *Camerariorum* cognomen vnde ſit, & qua occaſione cum *Dalbergiorum* coaluerit, *Ludevvigius* ad Monachi Kirſchgartenſis cap. XXVII p. 78 his explicat verbis; *Iſta familia* Camerariorum *poſtea vnita fuit per matrimonium cum familia* de Dalberg, *inter vltimos ex vtraque familia ſuperſtites. Vocabantur autem die* Cämmerer *von* Worms, genant *von* Dalberg. *Supremus olim tempore adhuc Francorum Regum in vrbe Vangionum Iudex* Camerarius *fuit, permanſitque poſtea ſuccedentibus Epiſcopis, quorum nomine tria ſingulis annis iudicia, quæ tum illis temporibus* placita *vocabantur, in curia Epiſcopali exercebant, ſcilicet in Ianuario, Aprili, & Iunio. Iudicio huic*, Camerario *pretore, XVI apparitores, quos* Heimburgios *appellabant, præſto erant. Quilibet Iudicum baculum manutenens a* Camerario, *cui iuramento obſtrictus erat, rogabatur*; Ecquid ſciret, quod contra ius aut æquum in ciuitatis perniciem vſpiam in vrbe perpetratum eſſet, vt id indica-

Edit. I p. 952

iudicaretur? *Si quid commiſſum erat, de Aſſeſſorum ſententia, quos ſucceſſu temporis* Scabinos *appellabant*, Camerarius *pro qualitate delicti mulctam ſtatuebat, intra III quindenas perſoluendam. Ipſi ratio de cenſu Cameræ tradenda erat. Item Iudæi ſingulari quodam modo ipſi deuincti erant. Progreſſu autem temporis, ob fidelitatem Epiſcopis præſtitam, officium hoc hereditario in liberos ac totam familiam obtinuit, exindeque abolito officio ſe* Camerarios *perpetuo nominarunt.*

Ceterum ſtemma illorum non antiquitate ſolum, ſed præſtantibus etiam, quos tulit, viris a longo iam tempore admodum illuſtre eſt. Sub finem quinti & decimi ac initium ſexti & decimi ſæculi *Ioannem* habuit *Dalbergium*, *Philippi* Electoris Palatini Cancellarium, poſt Præſulem Vormatienſem, multæ virum eruditionis, & cum litterarum, tum litteratorum omnium Mæcenatem ſingularem. Vid. *Spiegelii* explanat. progymnaſmat. f. 75, & *Syllabus plenior* ſect. VI p. 350. Dein *Theodoricum Dalbergium*, non philoſophicis ſolum ſtudiis, ſed diuinioribus etiam quam maxime excultum, & quod caput eſt, veræ pietatis ſtudioſum. Conſ. *Melanchthonis* teſtimonium apud *Maium* in vita Reuchlini p. 190. Noſtra vero ætate *Philippum Franciſcum Eberhardum*, Tribunalis Spirenſis Præſidem, magna virum auctoritate, Cæſarique pariter ac reip. recti ſtudio atque conſtantia commendatiſſimum.

Parentes, auos, proauosque, a quibus originem duxit *VVolfgangus*, vt noſcas, ſequens, quod ipſe exhibuit, ſchema inſpicere iuuabit.

* * *

Quum magna virtutis, eximiæque tum religionis tum prudentiæ eſſet fama, anno MDLXIII a Daniele ad vicariam rerum eccleſiaſticarum procurationem adſumtus fuit; quam etiam ad annum MDLXXVIII ſumma cum nominis laude adminiſtrauit.

* Maioris vero Scholaſticus ab Cleri maximi Collegio factus eſt anno MDLXIV, ſucceſſor datus *Ioanni Fock* de *VValſtatt*. Vid. *Syllabus* noſter *plenior* ſectione IV p. 322; Præpoſitus dein anno MDLXXI, ſurrogatus *Ioanni Andreæ Mosbach* de *Lindenfels*, magnæ dignationis viro. Vid. idem *Syllabus* ſectione I p. 293.

CAPVT II

Electio ad Archiepiſcopatum.

VT noui eſſet Archiepiſcopi electio, præſtitutus fuit dies Aprilis XX, * anno MDLXXXII. Aderat præſens Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Herbipolenſis *Iulius*: itemque Wormatienſis. & ille quidem tanquam prudentiæ, doctrinæ, zelique in Catholica fide tuenda & reſtituenda exploratiſſimi Princeps, a multis poſtulabatur. electus tamen fuit Wolfgangus. & quidem ita, vt magnam tulerit vterque laudem. Ille quidem nihil de ſuffragiorum aut numero aut vi litigando: iſte delatum honorem recuſando. Atque hoc ita eleganter Poeta quidam depinxit:

Cum te Pontificem tentant, VVolfgange, creare
Qui ius Primates muneris huius habent:
Agnoſcens oneris molem, curæque periclum,
Flauentes mitræ ſubtrahis ipſe comas.
Imperio leſis non par ego viribus, inquis:
Herculeum pectus tam graue poſcit onus.
At contra Proceres; In te ſunt cetera, dicunt,
Quæ poſſunt tanti pondera ferre gradus:
Integritas vitæ, pia munificentia, rerum
Cognitio, grauitas, ingeniique vigor,
Maieſtas oris, nec abeſt facundia linguæ:
Denique non leſis ſenſibus, acre caput.

Cauſſa

- WOLFGANGVS *de* Dalberg. *a)*
  - Fridericus *de* Dalberg. *b)*
    - Theodericus *de* Dalberg. * † 1530, *Mercurii poſt Apollonia.*
      - Wolfgang… * † 1476.
      - Gertrudis *de* … * † 1502.
    - Anna *de* Helmſtatt. * † 1528.
      - Ioannes …
      - Gertrudi…
  - Anna *de* Fleckenſtein. *c)*
    - Ludouicus *de* Fleckenſtein. * † 1541
      - Iacobus *de* … * † …
      - Veronica…
    - Vrſula *de* Ingelheim. * † 1538, 24 *Febr.*
      - Ioannes *de* … * † …
      - Margareta *de* … * † …

a) *prohans an.* 1557.
b) † *an.* 1574 *d.* 21 *Febr.*
c) † *an.* 1564 *d.* 11 *Febr.*

Digitized by Google

* *

Wolfgangus de Dalberg, *Miles.* * † 1476. *ſep. Oppenhemii.*	Ioannes *de* Dalberg, *Miles.*	Ioannes *de* Dalberg, *Miles.*
		Anna *de* Bickenbach.
	Anna *de* Helmſtatt.	Ioannes *de* Helmſtatt.
		Gutta Knebel *de* Cazenelnbogen.
Gertrudis Greiffenclavv *de* Volrats. * † 1502. *ſep. Oppenhemii.*	Fridericus Greiffenclavv *de* Volrats.	Fridericus Greiffenclaw *de* Volrats, *Miles.*
		Irmgardis *de* Ippelbrunn.
	Adelheidis *de* Langenavv.	Wiricus *de* Langenaw, *Miles.*
		Chriſtina *de* Meckenheim.
Ioannes *de* Helmſtatt, *Miles.*	Iacobus *de* Helmſtatt.	Adamus *de* Helmſtatt, *Miles.*
		Maria Haas *de* Dievelich.
	Adelheidis *de* Flersheim.	Fridericus *de* Flersheim, *Miles.*
		Margareta *de* Randeck.
Gertrudis *de* Pallant.	Bernhardus *de* Pallant, Dominus *in* Ruland.	N. *de* Pallant.
		N. *de* Burſcheidt.
	Anna *de* Felsberg.	Ioannes *de* Felsberg.
		Ioannetta *de* Bruck.
Iacobus *de* Fleckenſtein. * 1514.	Ioannes *de* Fleckenſtein. * † 1483.	Henricus *de* Fleckenſtein.
		N. *de* Mülheim.
	Margareta *de* Ratſumhauſen.	N. *de* Ratſumhauſen.
		N. *de* Ochſenſtein.
Veronica *de* Andlavv.	Ioannes *de* Andlavv.	N. *de* Andlaw.
		N. *de* Huis.
	Lucia *de* Ramſtein.	N. *de* Ramſtein.
		N. *ab* Oſtringen.
Ioannes *de* Ingelheim. * † 1517.	Ioannes *de* Ingelheim. * † 1480. 30 *Mart.*	Philippus *de* Ingelheim, *Miles.*
		Maria *de* Werberg.
	Lyſa Wolf *de* Sponheim.	Adamus Wolf *de* Sponheim.
		Irmgard *de* Lewenſtein.
Margareta *de* Hendſchuchsheim. * † 1509.	Daniel *de* Hendſchuchsheim.	Henricus *de* Hendſchuchsheim.
		Gutta Knebel *de* Cazenelnbogen.
	Adela *de* Windeck.	Bertolfus *de* Windeck.
		Anna *de* Windeck.

Digitized by Google

Edit. I pag. *Cauſſa leuis, cernens tot cauſſas ordine, ceſſit;*

Vincere, ſed grauiter, non potuiſſe, dolet.

Quin vero iucundum fuit iſtorum inter ſe modeſtia & comitate certantium Principum ſpectaculum, dum duo illi electum Wolfgangum, magno cum honore
953 ac ſolennitate, ad Moguntinam S. Martini arcem, e metropolitano S. Martini templo deduxerunt.

* Eligendo nouo Antiſtiti præſtitutus quidem erat XIX dies Aprilis, *D. Creſcentii* (quem pro primo Præſule Moguntino haberi, ſupra dictum) in faſtis ſacer; quo etiam ædis ſummæ Canonici, qui ſuffragiorum iure pollent, a ſexta matutina ad ſextam vſque veſpertinam conuentum egere. Sed cum illo die ipſos inter haud conueniſſet, res reiecta in diem ſequentem; quo tandem lectus Wolfgangus; quem hora XII Reuerendiſſimus Epiſcopus Vormatienſis, *Georgius*, familia *Schonenburgiorum* ortus, Collegii Decanus, in medio chori proclamauit.

Quanti ceteroquin viſus fuerit Cæſari *Rudolfo*, patet ex illius litteris ad Pontificem die VII Maii ſcriptis; *Qui cum præter auitæ nobilitatis decus & ſincerum piumque orthodoxæ religionis Catholicæ zelum, vitæ honeſtatem, aliaſque inſignes animi dotes atque virtutes, huiuſmodi Præſule maxime dignas, ætate atque iudicio iam maturus ſit, & a prædicto anteceſſore ſuo multo iam tempore grauiſſimis negotiis tam in generalibus Comitiis, quam aliis ſacri Imperii conuentibus — agendis tractandiſque adhibitus, ſingularem rerum experientiam ſibi comparauit.*

* Electus Moguntinæ ditionis populum in tractu ſuperiori menſe Maio in ſua verba adegit, & deinde Auguſtam ad Comitia indicta conceſſit, vrbem die XVIII Iunii ingreſſus.

CAPVT III

Ad Auguſtana Comitia profectio.

MAgnæ & graues, quæ in Imperio turbarum non parum daturæ videbantur, aut vere dare iam cœperant, cauſſæ tum inciderant, & præter alias, duæ. *Vna* propter nouatorum Aquiſgranenſium contra Catholicos ſeditionem: *Altera* propter Colonienſis Archiepiſcopi *Gebhardi Truchſeſſii* apertam ab Catholica fide ad nouorum errorum opiniones defectionem. Vt hiſce malis remedii aliquid afferretur, indixit anno eodem MDLXXXII Auguſtæ Comitia Cæſar. Ad iter igitur ſe accinxit Wolfgangus, & pro re Catholica ea in illis dixit ac egit, quæ incendio huic opprimendo profuere plurimum, etiamſi ſectarum aliarum Principes valde contra tenderent, & in primis Magdeburgicus, qui olim Germaniæ Primas erat, Archiepiſcopus.

Auguſtæ cum eſſet, Romam miſit *Ioannem Bernhardum a Gablenz*, Canonicum maioris, & *Vitum Miletum*, SS. Theol. D. ac Erfordiæ ad D. Seueri Decanum, petitum, vt & Pontificis probaretur iudicio, & pallio, quod Archiepiſcopis donari ſolet, cohoneſtaretur. Quibus auditis *Gregorius* primum Bulla III Non. Septembr. edita eum confirmauit; dein vna cum alia, menſe Octobri ſignata, pallio, quod Mileto deferendum dedit, condecorauit.

Tum vero die Iulii XXX iureiurando ſollemni ritu interpoſito in *Vnionem*, vt dicitur, *Electoralem* more conſueto receptus eſt. Significat id ipſe poſtea Septemuirum ceteris per litteras die XIV Septembris Aſchaffenburgi exaratis.

Quin & non infima pars fuit pompæ, qua Cæſar *Ioanni* Archiepiſcopo Treuirenſi ſolita Septemuiratus iura, quæ *Regalia* vocant, concedebat. *Brovverus* annalium Treuirenſ. lib. XXII § LIV p. 418.

Sequenti MDLXXXIII *Hartmudum de Cronberg*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, *Ioannem* ab *Heuſenſtamm*, Præfectum Amorbacenſem, & *Stephanum Braun*, Conſiliarium, miſit Poſonium ad Cæſarem, Imperii petitum beneficia; quæ etiam ab eo die XIII April. fiduciario iure rituque accepit.

CAPVT IV

De Truchſeſſiana cauſſa in Francofurtenſibus Comitiis iudicium.

ANno Domini MDLXXXIII dedit ad Wolfgangum litteras Palatinus, quibus valde Truchſeſſianas ei nuptias, cauſſamque totam commendabat. Et interim die XXIII Maii in Truchſeſſii locum delectus fuit Reuerendiſſimus & Sereniſſimus Erneſtus Bauarus. Perægre tulerunt aduerſæ religionis Principes id, & querelis terroribuſque complebant eorum aliqui omnia, ſic vt Comitia Francofurti cogenda fuerint. Eorum vero euentus fuit, vt abiudicaretur Truchſeſſio

cauſſa, etiam volentibus, & approbantibus magnis e Proteſtantium ordine Principibus. Edit. I Pag. 8

Ipſe contra Wolfgangus Non. Ianuar. *VVilhelmo* Bauariæ Duci per litteras *Gebhardi* conſilia graphice deſcripſit. *Adlzreitterus* annal. Boicor. parte II lib. XII § XII p. m. 290.

Ceterum eodem hoc anno Aſchaffenburgi die D. Thomæ Apoſtolo feſta in ſacello arcis a *Stephano VVebero*, Epiſcopo Myſienſi, Diaconus, & dein ſabbato quatuor temporum poſt Luciæ Presbyter ſollemnibus cæremoniis adhibitis ordinatus fuit.

CAPVT V 954

Religionis Catholicæ ſtudium.

IN Comitiis, vt dixi, pro Catholica religione ſuas egit Wolfgangus partes nauiter. Sed anno MDLXXXIV, dum pueris, vna cum alphabeto quaſi primo, tabellas libelloſque nouis inquinatos labiis proponi cognouiſſet, vetuit: & ne niſi ſincerum in litterariis ludis omnibus quidquam legeretur aut doceretur, præcepit. Magna erat ei cura & ſollicitudo, ne quid facere vnquam, quod in iuſtam aut Pontificis Maximi, aut Principum Catholicorum reprehenſionem incurreret, videretur. Audiebat de iis, quæ ad religionem ſpectabant, doctos & graues homines non illibenter. Quia hæreticorum omnium quædam veluti arx eſt, vitioſorum in Catholicis, præſertimque Clericis, morum cloaca: idcirco eam repurgare aliquoties tentauit, vt anno MDXCV & * MDXC. Alia narrabuntur loco ſuo. * f. 1596

CAPVT VI

Conſecratio.

ASchaffenburgi anno MDLXXXIV Archiepiſcopatus, quam certas ob cauſſas, hucusque diſtulerat, magno ſuo pietatis ſenſu, magna frequentia, conſecrationem accepit.

CAPVT VII

Saxoniæ Ducis erga VVolfgangum obſeruantia.

OB prudentiam, morumque grauitatem valde obſeruauit Wolfgangum Auguſtus Saxoniæ Dux Elector: Princeps quidem Lutherico imbutus dogmate, ceteroqui ſapiens, grauis, pacis & concordiæ publicæ amans. Venerat is forte eodem anno MDLXXXIV valetudinis cauſſa in vicinas vel thermas Wisbadenſes, vel Schwalbacenſes acidulas. Illinc Moguntiam maximo cum comitatu veniens, perhonorifice acceptus eſt: & varia cum Moguntino noſtro, Treuirenſi Archiepiſcopo, & Caſimiro Duce, qui aderant, colloquia, quæ ad Imperii tranquillitatem ſpectarent, habuit. 955 Tunc Eſtheris comœdia tantis ſpectatoribus in arcis area, frequentiſſimo theatro ab Academica Collegii Societatis IESV iuuentute peracta eſt, ea ſane gratia & approbatione, vt laudarent omnes, ipſe vero etiam Saxo multorum thalerorum munere Collegium donaret: Reuerendiſſimus actores omnes poſtea inuitaret, qui erant CX, & eorum plerique e prima nobilitate Germanica & Gallica.

Venit *Auguſtus* cum coniuge Moguntiam X Iunii die, & cum per biduum ibidem ſubſtitiſſet, Eltuillam conceſſit, acidularum vſitatus potu. Refert id Wolfgangus Cæſari, ſimulque ſignificat, videri ſibimet, Auguſtum pronum eſſe ad impertiendum *Erneſto* Colonienſi, in locum Gebhardi ſuffecto, titulum Archiepiſcopi & Electoris.

CAPVT VIII

Erga Lotharingum & Bauaros Duces Moguntiæ diuerſantes amor.

CArolus, Caroli Sereniſſimi Lotharingiæ Ducis filius, Metenſis Epiſcopus, in Moguntinum Canonicorum metropolitanorum relatus erat album. Ideo e bonis receptiſque inſtitutis, certo quodam & definito tempore, eccleſia illa ipſi

Edit. I pag. ipſi adeunda erat. Hoc nomine venit ille Moguntiam, ibique menſes complures hæſit anno partim MDLXXXIV, partim MDLXXXV. Eandem ob cauſſam poſtea Sereniſſimi Bauari *Gulielmi* duo filii, *Philippus* & *Ferdinandus*, Moguntiæ diuerſitati ſunt anno MDXCI & MDXCII. Magna erga omnes humanitate vſus eſt: ſed ita vt horum etiam, quia litterarum cauſſa, quotidianas Collegii Societatis IESV ſcholas adibant, ſtudia, licet ſuapte illi generoſiſſima indole currerent, libens excitaret, dum publice declamantes, & in arcis ipſius æde perorantes maxima cum ſplendidiſſimorum auditorum corona præſens audiebat; ſicuti & eoſdem in templo item Societatis IESV idem exercitationis genus obeuntes attentione ſua proſecutus eſt Reuerendiſſimus Wormatienſis Schôneburgius.

CAPVT IX

In Societatem IESV animus.

MOguntini Societatis IESV Collegii parente optimo Daniele ſublato, non deerant, qui minus in illud propenſum putarent Wolfgangi animum.
956 Sed longe res habuit ſecus, prout planum faciunt e multis, argumenta hæc. I, Cum e Comitio, ad Moguntinam arcem, electus maxima procerum frequentia ſtipatus deduceretur, & Collegii portam tranſiret, videns in ea Rectorem, ſubſtitit, eumque humaniſſime affatus, manum porrexit: poſtridie ad prandium inuitauit: die tertio iiſdem cum Principibus & Nobilibus frequentiſſimus ad eiuſdem Societatis templum venit: ſacrum & concionem ibi audiuit, Collegiumque ipſum iniuit. II, Suos e fratribus nepotes non alibi quam in Societatis conuictu educari voluit, & ita quidem, vt nullam iis diſciplinæ vel in ſcholis vel domi remiſſionem, quæ adoleſcentulis obeſt non raro, vellet. Vnde vt multis multos hodie Nobiles alios ornamentis vincant, factum. Cumque tam prælectiones quam conuictum diſſipaſſet peſtis contages anno MDLXXXIII, nepotibus alio profectis, vt a Societate menſes aliquot adeſſent aliqui, optauit. III, Si quando Collegii Rector, quod tantis occupationibus diſtrictum Principem quam rariſſime interpellandum videretur, ad eum accedere differret, vltro ipſe vocabat & prouocabat. IV, Viſitatori, vbi & quando vellet, aditum ad ſe liberum eſſe, nuntiauit. V, A concionibus eſſe ſibi ex eadem Societate aliquem petiit anno MDXC. VI, Sociorum in ſtudiis erigendis operam probabat, ideoque & libenter *Eſtherem* anno ſupradicto, *Io. Baptiſtam* anno MDLXXXIII, *Iezabelem* anno MDXCII ſpectauit: conciones ad milites illos, qui anno MDLXXXVIII Moguntiam cuſtodiebant, & a Rheno, id eſt, a proditionis periculo aberant longius, contra nonnullorum ſententiam, laudauit. VII, Ad Auguſtana, de quibus ſupra, iturus Comitia e Societate Sacerdotem, vt eius opere & conſilio vteretur, ſibi adeſſe curauit. VIII, Sacram, cuius antea mentio facta, ſuſcepturus conſecrationem, Aſchaffenburgum vocauit e Patribus aliquos, a quibus, quæ ad cæremoniæ illius pietatem facerent, acciperet. IX, Quoſcunque vel ex Archiepiſcopali ærario ſeu Camera, vel aliunde attribuerat Daniel Collegio reditus, eos firmos integroſque dependi iuſſit omnes. Aſcribo domeſticorum commentariorum in anno MDLXXXIII narrationem. *Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus Archiepiſcopus*, inquiunt, *Moguntinenſis, a quo tempore ad Archiepiſcopatum Moguntinenſem peruenit, non vulgaria bene-*
957 *uolentiæ & humanitatis in nos argumenta dedit. Primum in eo, quod, quæ ad neceſſarium Collegii commeatum pertinent, non grauate hactenus ſuppeditauit; deinde, quod magnam quandam pecuniæ ſummam, quam felicis memoriæ Daniel, huius Collegii auctor & fundator, inteſtatus nobis reliquerat, nobis omnino cedere velit; qua in re perficienda non minorem quoque Reuerendi & Nobilis Capituli Metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ beneuolentiam & fauorem ſumus experti.* X, Et rurſum anno MDXCI ad priorem Collegii fundationem, Archiepiſcopi fauore, additi alii C floreni. Ne vineæ cuiuſdam, quæ *Stephanica* vel *Cuſana* dicitur, emptio impediretur, operam dedit an. MDXCIII. XI, Primo ſtatim Archiepiſcopatus anno ad templi reparationem & picturam liberaliter, quod oportunum viſum eſt, donauit. XII, Societatis ius in ea, quam a Da-

niele acceperant, domo aduerſus nonnullos, qui apud Nuntium Apoſtolicum Edit. I
querebantur, egregie tutatus eſt anno MDLXXXVII, die XV Nouembris. pag.
Cum enim iuſtum ordinem & modum poſſeſſionis illius traditæ commemoraſ-
ſet, ſubiungit: *Et hæc D. T. ſcribere libuit, vt intelligeret, nos ægre ferre,*
prædeceſſorem noſtrum piæ memoriæ Danielem notari iniquitatis & violentiæ, qui
rarus fuit in ſacro Imperio Archiepiſcopus, & rarus Princeps. Vt autem ſciat
D. T. prædeceſſorem noſtrum, Ordinem hunc, & domum eiuſdem, non ſua,
ſed Apoſtolica auctoritate, & ex mente ipſius Gregorii XIII Pontificis Maximi
ſuppreſſiſſe, & extinxiſſe, celare D. T. nec debuimus, nec voluimus, habere
nos deſuper Breuia Apoſtolica ipſius Gregorii ſanctæ memoriæ ſub annulo Piſca-
toris expedita, quæ, ſi neceſſe fuerit, exhibere poterimus. Et deſideraremus
plurimum, vt Fratres iſti, pacis amantes & religionis ſtudioſi, ceſſare velint,
importunis iſtis ſollicitationibus, & informationibus inæqualibus, moleſti eſſe
S. D. N. D. T. nobis, & Presbyteris Societatis IESV Collegii noſtri Moguntini.
Non enim aliud facere poſſumus, quam quod ſub obedientia ſancta, qua ſedi
Apoſtolicæ obſtricti ſumus, in mandatis habemus. Mandatum autem eſt præ-
deceſſori noſtro ſuisque ſucceſſoribus omnibus Archiepiſcopis Moguntinis a ſede 958
Apoſtolica, quatenus ſupreſſioni huic & extinctioni faueant, illud ratum habeant,
& contra inſecutores Presbyteros dictos tueantur. XIII, Cum eandem So-
cietatis domum vna cum Sereniſſimis Bauariæ Ducibus, de quibus antea, &
Wormatienſi Epiſcopo luſtraſſet, vidiſſetque ipſam peſſime materiatam & So-
ciorum ſtudiis ac laboribus perincommodam, ſtatuit omnino, non iam auri-
tus, ſed oculatus, nouam ædificare, cœpitque feliciter anno MDXCV, & ad
æternam tanti beneficii memoriam feliciter abſoluit anno MDXCIX, eo modo
& ſpecie, quam cum admiratione intuentur hodie quam plurimi, præſertim
qui e regionibus externis non raro huc adueniunt. Ex ea in alteram domus
partem tranſitum adiunxit inſuper commodum. XIV, Cum anno MDLXXXV
ex ipſius alumnis domeſticam conuictus diſciplinam violarent nonnulli, eoque
veniſſent impudentiæ, vt corrigi non viderentur poſſe, ipſos excludi non ægre
modo non tulit, ſed & probauit: ſicuti & e gymnaſio publico refractarios anno
MDXCVI. XV, Confinxerant hæretici anno MDLXXXVI horribilem de So-
cietatis hominibus fabulam. Narrabantur in ea varia illorum flagitia & libidines,
tandemque debitiſſima, quæ deprehenſis illis intuliſſent, ſupplicia Regii Magi-
ſtratus Cracouiæ in Polonia. Exiit vero typis in vulgus res hæc tota, tanto
ſectariorum omnium applauſu, vt in omnium pæne eſſet manibus: ſuper men-
ſis, & in circulis omnibus identidem referretur: crebrius recuderetur: a ple-
riſque, qui editum nanciſci exemplar non poſſent, tranſcriberetur: a Societa-
tis diſcipulorum parentibus quibuſdam hæreticis aſpicienda filiis, & per hos eo-
rum condiſcipulis, in ipſo etiam ludo, legenda obtruderetur. Nam per huius-
cemodi adoleſcentulum, qui famoſum in ſcholam libellum intulerat, memini
me de tota rumigeratione hac primo cognouiſſe. Prudentes quidem non cre-
debant, etiam ex aduerſariis: ſed tantum tamen & tam inſigne Societati dede-
cus iniuri gaudebant hi: & gliſcebat indies magis magisque malum. Commo-
dum vero, prima ſcelerum iſtorum quaſi cubilia Moguntiæ fingebantur, ipſe-
que Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Elector illorum omnium conſcius & parti-
ceps. Qui pro ſumma igitur animi magnitudine, ſapientia, & grauitate ſex-
centos id genus rumuſculos deſpicere, proque nihilo ducere ſolitus erat, puta-
uit hic expergiſcendum, neque ferendum, vt tam ſceleratum tamque impudens 959
de Societatis hominibus, Europa tota, volitaret mendacium: ſed veritatem ſe-
rio indagandam, indagatamque patefaciendam clariſſime omnibus, & innocen-
tiam vindicandam. Tabellarium igitur in Poloniam ad Sereniſſimum illic Regem
ablegat cum litteris, quibus de iis, quæ in Polonia geſta ſycophanticus ille liber
narrabat, percunctatur: & publicum authenticumque teſtimonium poſtulat.
Quia magni res momenti eſt, & valet ad loquentium iniqua os obſtruendum,
ipſa litterarum, quas ſuis cum ſigillis vidi, ac in manibus habui non ſemel,
quaſque cum iiſdem in Moguntina Cancellaria cuſtodiri, publico libello teſtatus
eſt Cl. V. Moguntinus Cancellarius, aſſcribam.

CAPVT

Edit. I pag.

CAPVT X

Ad Poloniæ Regem, Wolfgangi Archiepiſcopi litteræ.

SEreniſſime Rex, Domine & Amice chariſſime. D. Veſtræ deferimus omne obſequium noſtrum. Nouerit D. Veſtra, quod in lucem editus, & non ſolum in plebem, ſed & in aulas Principum ſparſus ſit famoſus libellus, incerti auctoris & typographi, haud ſine magno ſcandalo infirmorum, de quatuor religioſis Societatis IESV, qui propter facinora Cracouiæ extremo ſupplicio a D. V. poſt examen & confeſſionem, publice affecti finguntur, quemadmodum ex adiuncto libello, & P. Poſſeuino, *vel* Socolouio *D. Veſtræ Theologo (cui Superior Collegii noſtri ſcribet fuſius) intelliget. Cum autem ad inſtaurandam & conſeruandam religionem Catholicam, & ſubditorum obedientiam plurimum conducat, vt famæ conſulatur eorum, qui verbo & inſtitutioni ceterorum a magiſtratu præficiuntur: ne, dum vita horum eccleſiæ operariorum deſpicitur, etiam doctrina contemnatur; hiſce litteris nos conſecuturos ſperamus a D. V. vt innocentiæ & veritatis publicum teſtimonium detur, ad obſtruendum os loquentium iniqua, omneſque intelligant, etiam qui in aulis Principum verſantur, mendacium hoc non niſi mentientibus & fingentibus obfuiſſe. Inuoluimur & nos huic fabulæ, qui nullos vnquam homines in Poloniam miſimus. Si tamen ſimilis aliquis caſus accidiſſet Cracouiæ, & inter facinoroſos ſupplicio affectos, nonnulli ex ſubditis noſtris fuiſſent, vel Heiligenſtadiani, vel Moguntini, vellemus id per D. V. perſcribi & communicari eorum confeſſiones. In ſimili vel*
960 *maiori negotio nos habitura eſt D. V. ad gratificandum paratos & promptos. Deus Opt. Max. D. Veſtram eccleſiæ S. Catholicæ atque ſubditis ſuis ſeruet quam diutiſſime incolumem. Moguntiæ XXII Maii. Anno MDLXXXVI.*

Wolfgangus Archiepiſcopus Moguntinus S. R. Imp. per Germaniam Archicancellarius, Princeps Elector.

Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Stephano Dei gratia Regi Poloniæ, magno Duci Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, &c. Domino & Amico noſtro chariſſimo.

CAPVT XI

Regis Poloniæ reſponſum.

STephanus Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, &c. Tranſyluaniæ Princeps, Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, Domino Wolffgango Archiepiſcopo Moguntino, S. R. I. per Germaniam Archicancellario, & Principi Electori, &c. Amico noſtro chariſſimo, ſalutem & omnis felicitatis incrementum.

Reuerendiſſime in Chriſto Pater, Amice noſter chariſſime.

Litteras P. V. vna cum figmento Germanico de Patribus quibusdam Ieſuitis, qui ob, neſcimus, quæ facinora ſupplicio a noſtris affecti in eo finguntur, recte accepimus; fabulamque eam primum nos non ſine admiratione legimus: deinde Senatoribus etiam noſtris, qui tum circa nos erant, vniuerſæque aulæ noſtræ proponi iuſſimus, in qua nemo omnium extitit, qui non modo falſiſſime eam confictam, verum ab omni etiam ſimilitudine veri non alienam eam agno-
961 *ſceret, ſicque exiſtimaret, nulla refutatione opus eam habere, quæ omnibus partibus ſeipſam labefactaret. Præterquam enim quod narratio ipſa nullo fere loco cohæreat, eo etiam tempore Cracouiæ nobis præſentibus res geſta fingitur, quo nos non modo Cracouia iam diſceſſeramus, verum aliquamdiu ante in magnum Ducatum noſtrum Lituaniæ perueneramus. In Nilo deinde perfecta*

ſcribitur, quo quidem nomine celeberrimum in Aegypto fluuium eſſe ſcimus, in noſtro autem regno nullum vel obſcuriſſimum locum extare, qui eo nomine ſit. Itaque is ſenſus fere omnium, qui eam cognoſcerent, fuit, vt Catholicis quidem voluptatem tam aperte deprehenſa vanitas hæreticorum; hiſce pudorem eadem ſociorum ſuorum vanitas afferret: omnes autem digniſſimum pœna iudicarent auctorem, qui figmento tam manifeſto hominum innocentiſſimorum famam traducere auſus fuerit. Verum natura ea prauitatis vt ſemper fuit, ita nunc etiam eſt, vt vbi veritate contra veritatem efficere nihil poſſit, ad fabulas atque calumnias confugiat. Nos quidem cum in regno, ac ditionibus noſtris Societatis eius Patres, ad iuuentutem excolendam non paucos foueamus, teſtimonium hoc illis vere tribuere poſſimus, non modo nullum eorum vnquam in regno noſtro ob facinus aliquod ſupplicio affectum: ſed ne accuſatum quidem, aut minimam ſuſpicionem facinoris alicuius vnquam in vllum eorum collatam: itaque omnes vixiſſe & viuere, vt cum, religionis ipſius cauſſa digniſſimos eos clementia noſtra iudicemus, ob ſingularem pietatem, & vitæ ſanctimoniam, multo etiam chariores nobis ſint. Quod reliquum eſt, Paternitatem V. quam optime valere cupimus. Grodnæ die XII menſis Iulii anno Domini MDLXXXVI, regni noſtri XI. Edit. I pag.

Stephanus Rex &c. ſſt.

Reuerendiſſimo in Chriſto Patri, Domino Wolfgango Dei gratia Archiepiſcopo Moguntino, & S. R. I. per Germaniam Archicancellario, Principique Electori, &c. amico noſtro chariſſimo.

CAPVT XII 962

Regium teſtimonium.

Stephanus Dei gratia, Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, & Princeps Tranſyluaniæ, &c.

Significamus præſentibus hiſce, quorum intereſt, vniuerſis & ſingulis, delatum ad nos fuiſſe libellum quendam Germanicum, quo Patres quidam Ieſuitæ Cracouiæ in facinoribus quibusdam a nobis deprehenſi, deinde Nili ſupplicio affecti finguntur. Quæ res cum in regno noſtro geſta dicatur, & a Principibus etiam quibusdam, quibus negare id non debeamus, appellati de ea fuiſſemus; vt quod etiam ſponte noſtra non inuiti facturi eramus, teſtimonium veritati præberemus, quomodoque & an omnino ita, quemadmodum fingeretur, ſe res haberet, publice etiam teſtaremur, hiſce litteris faciendum id exiſtimauimus. Ac quamuis narratio ipſa, vt quæ & nullo loco cohæreat, & falſiſſima ſit, ſeipſam facile euertat, regno præterea vniuerſo, & aula noſtra teſte confutari poſſit: non minus tamen falſiſſimam, & confictam eam eſſe, nos etiam litteris hiſce noſtris teſtificamur, neque vllum vnquam Societatis IESV cuiusque criminis apud nos aut magiſtratus noſtros accuſatum, ac ne in ſuſpicionem quidem vllam alicuius facinoris adductum, multo minus autem ſupplicio aliquem eorum in regno noſtro vnquam affectum fuiſſe, auctoritate præſentium confirmamus. In quorum fidem haſce manu noſtra ſubſcripſimus, ſigilloque regni noſtri communiri iuſſimus. Datum Grodnæ die XIII menſis Iulii, anno Domini MDLXXXVI, regni vero noſtri XI.

Stephanus Rex, &c. ſſt.

I. Zalczinski, S. M. Regiæ Secretar. ſſt.

CAPVT

Edit. 1 pag. 963

CAPVT XIII

Cracouienſis Epiſcopi teſtimonium.

PEtrus Myskouuski Dei gratia Epiſcopus Cracouienſis notum facimus omnibus ſcire volentibus, delatum huc eſſe Cracouiam in diœceſin noſtram germanice impreſſum libellum typographo & auctore incerto, cum inſigni duarum crucium, quibus Gedanenſis ciuitas in Pruſſia vtitur, in quo viri religioſi Societatis IESV ex Germaniæ partibus Cracouiam venientes propter quædam horrenda facinora in menſe Ianuario anni huius milleſimi, quingenteſimi, octuageſimi ſexti, a Regia Mai. Poloniæ Sereniſſimo & Pientiſſimo Principe noſtro Stephano, comprehenſi, & extremo ſupplicio affecti dicuntur. Quæ impudens confictio, & calumnia, cum innocentiam oppugnet, & famam eorum laceret, qui vitæ probitate, & ſana Catholicæ veritatis doctrina eccleſiam DEI ædificant, & exornant, ad ferendum innocentiæ patrocinium, & dandum veritati teſtimonium, ne aliquis credulus & parum circa hæreticorum inſidias cautus patiatur ſcandalum, his publicis litteris noſtris teſtamur, & omnibus conſtare cupimus, nullum vnquam ex viris religioſis Societatis IESV in vllo crimine Cracouiæ, immo nec in tota diœceſi noſtra, apud vllum magiſtratum fuiſſe accuſatum, multo minus deprehenſum, aut ſupplicio affectum, nec rei huius, quæ falſo refertur, vllum hic Cracouiæ, & in tota diœceſi noſtra veſtigium extare, aut indagari ab aliquo poſſe. Sed & locus iſte Nilus, in quo affecti dicuntur ſupplicio, nullus eſſe ſcitur in tota vicinia, & diœceſi hac noſtra, immo nec in toto regno, qui hoc nomine cenſeatur, vt & Regiæ Mai. abſentia, quæ Cracouiæ in Ianuario tuliſſe contra eos ſententiam dicitur, cum multo ante Lituaniam diſceſſiſſet, & alia multa non modo falſe, ſed & inconcinne, & ſtulte ficta, produnt hoc falſiſſimum hoſtium veritatis commentum. Quod in hæreticorum, qui ſimilibus adiumentis ſui euangelii aſſueuerunt, confuſionem, ſimpliciumque & credulorum cautionem Dominum conuerſurum confidimus. Nos teſtimonium Patribus Societatis IESV, & his, qui in diœceſi noſtra, & illis, qui in toto regno Poloniæ verſantur, pro eo ac debemus, veritatis & virtutis damus; illorum vitam non modo ab illis facinoribus eſſe alienam: ſed pietatis, probitatiſque ac eruditionis exemplis omnibus lucere, plurimiſque in eccleſia DEI, per eorum continuos, feliceſque labores in Domino prodeſſe. In cuius rei fidem, huic teſtimonio noſtro ſigillum noſtrum imprimi iuſſimus, & manu noſtra ſubſcripſimus. Datum Cracouiæ II Auguſti. Anno MDLXXXVI.

964

Petrus Myskowski Epiſcopus Cracouiæ ſſ.

CAPVT XIV

Generalis Capitanei Cracouienſis teſtimonium.

NIcolaus Zebrzydouuski, Generalis Cracouienſis & Boleſlauienſis Capitaneus. Significamus quorum intereſt, vniuerſis & ſingulis, perueniſſe huc Cracouiam libellum quendam famoſum germanica lingua, typographi & auctoris nomine ſuppreſſo, editum, habentem in titulo inſignia duarum crucium, in quo refertur, Patres Societatis IESV, ex Germania a Regia Mai. Poloniæ euocatos in menſe Decembri anni Domini MDLXXXV huc Cracouiam perueniſſe, & in die trium Regum ſequentis anni, facinora quædam horrenda & turpia, homicidiis duobus copulata, perpetraſſe, deprehenſoſque, tortos, & conuictos ab eadem R. M. Poloniæ, tres extremo ſupplicio punitos ad locum quendam Nilum vocatum interiiſſe. Quæ res cum hic Cracouiæ, vbi nos nomine Regiæ Mai. præſumus, penitus ſit inaudita, & falſam prorſus, confictamque habeat narrationem, Chriſtique ſeruis ſacerdotibus Societatis Ieſu iniquiſſime detrahat, & eorum optimum hic nomen & innocentiam laceret, hiſce litteris noſtris teſtamur, & omnibus notum facimus, nullum vnquam ex Societate IESV hic Cracouiæ, & in toto diſtrictu Cracouienſi, de aliquo crimine accuſatum fuiſſe, multo minus

nus in tantis facinoribus conuictum, aut aliqua pœna damnatum: totamque il- Edit. I
lam narrationem eſſe falſam, confictam, & malitioſe excogitatam. Nam nec pag.
eo tempore Regia Mai. Cracouiæ præſens aderat, cum in Septembri anni MD- 965
LXXXV in Lituaniam diſceſſiſſet, hactenusque ad loca hæc non veniſſet: nec Nili nomen vllum eſt in obſcuris etiam his locis, de quo cuipiam conſtaret: & tota narratio nihil habet, præterquam inſulſa mendacia in viros religioſos, quorum virtutes, & eruditio, & conuerſationis ſanctæ probitas, omnibus hic adfert magnam ædificationem. In cuius rei fidem ſigillo noſtro præſentibus impreſſo manu noſtra ſubſcripſimus. Datum Cracouiæ II Auguſti, anno MDLXXXVI.

Nicolaus Zebrzydowski, Generalis
Cracov. Capitaneus ſſt.

CAPVT XV

Senatus & Conſulum Cracouienſium teſtimonium.

NOs Conſules ciuitatis Cracouiæ vniuerſis & ſingulis, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, vel præeminentiæ exiſtentibus, officiorum noſtrorum debita commendatione præmiſſa, ſignificamus præſentibus litteris noſtris, oblatum eſſe nobis a venerabilibus Patribus Ieſuitis, hic Cracouiæ morantibus, libellum quendam germanicis typis excuſum: quo facinora quorundam Ieſuitarum atque ſupplicia recenſentur, quibus anno præterito hic Cracouiæ affecti eſſe finguntur. Quæ omnia cum non minus falſe, quam inepte conficta ſint, petierunt a nobis memorati venerabiles Patres Ieſuitæ, vt ipſis hac de re veritatis teſtimonium præberemus, & an quid huiuſmodi hic in ciuitate noſtra patratum ſit, publice teſtaremur. Nos itaque, etſi minime dubitemus, fabulam iſtam, quæ nullo fide digno fundamento nititur, neque vllam veritatis ſpeciem præ ſe fert, ad hæc eo tempore hic Cracouiæ in præſentia Sacræ ac Sereniſſimæ Regiæ Mai. Domini D. noſtri clementiſſimi, geſta eſſe dicitur, quo tempore eadem Sacra ac Sereniſſima Regia Mai. iam hinc diſceſſerat, & aliquamdiu ante in magnum Ducatum Lituaniæ peruenerat, apud homines iudicii non expertes, nullum pondus habituram: attamen vt petitioni prædictorum Patrum Ieſuitarum ſatisfiat, hiſce præ-
ſentibus teſtatum facimus, commentum illud, quod in libello ſupra commemorato 966
de facinoribus Ieſuitarum hic Cracouiæ patratis, & ſuppliciis ipſorum continetur, omnino falſum eſſe, neque quidquam eiuſmodi hic Cracouiæ commiſſum, aut aliquem Ieſuitarum eo nomine accuſatum, multo minus ſupplicium publicum de quopiam ipſorum ſumptum eſſe. In cuius rei fidem, ac euidentius teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus eſt ſubappreſſum. Datum Cracouiæ die ſecunda menſis Auguſti, anno Domini MDLXXXVI.

Venerat Moguntiam anno MDLXXXVII *Gabriel*, Achridonienſis, Bulgariæ, Macedoniæ, Seruiæ, aliarumque vicinarum ac primæ Iuſtinianæ Archiepiſcopus & Patriarcha, tam Cæſaris quam aliorum Regum ac Principum commendatitiis inſtructus, vt miſerum eccleſiarum illarum, a Turcis maximopere afflictarum conditionem & ſtatum Præſuli tam pio, ac Wolfgangus erat, patefaceret, ſicuti eum detegerat iam aliis. Hunc ille, qua decuit, beneuolentia & humanitate excepit, ac aliquot ſecum retinuit dies; abeuntem vero litteris die menſis Septembris I datis inſtructis, aliiſque commendauit.

CAPVT XVI

Sacra quædam.

SAcrarum indulgentiarum ac iubilæi fuit anno MDLXXXVIII Moguntino Archiepiſcopo, eiuſque diœceſi a Pontifice facta communicatio. Quia vero tunc furebat Mars, & Moguntia in periculo non paruo putabatur, erant, qui illo tempore ſuaderent, ne illarum promulgatio fieret, ne vel ſic hoſtibus aliqua in vrbem vel irrependi vel irrumpendi daretur occaſio. Sed expenſis ſapienter omnibus, promulgationem faciendam, omniaque, quæ rei huic opportuna eſſent, apparanda decreuit ille. Neque enim precibus, eleemoſynis ac pœni-

Edit. I pag. pœnitentia, peccatorumque confeſſione, ac emendatione, quæ in iubilæis maxime ſpectantur, vrbium defenſionem impediri, ſed adiuuari potius ac augeri.

CAPVT XVII

Bellica, & politica nonnulla.

Dicto iam anno MDLXXXVIII magnæ a Chriſtiano Saxoniæ Duce in Galliam, vt Caluinianis ferrent ſuppetias, equitum peditumque mittebantur copiæ. Has ductabat Chriſtianus Princeps Anhaltinus: & diu partim colligebat, partim expeditas tenebat in Moguntino agro, prope ipſa pæne vrbis mœnia. Multi ac triſtes ſerebantur vbique rumores. Catholica vrbs, & Cleri plena detrimenti ab alienarum ſectarum milite, eoque tam copioſo aliquid
967 videbatur acceptura. Ipſe etiam miles atroces non raro minas iactabat, prædæque inhiabat. Sed animum non deſpondit Wolfgangus: tempore alias non legitimo, accurrit Aſchaffenburgo Moguntiam: ciues armari iuſſit; & ne vel numeri paucitate, vel excubiarum multitudine ac aſſiduitate nimium forſan debilitarentur, militem conſcripſit, præſidioque firmo vrbem inſtruxit, quoad atra illa euanuit nubes. Sed rurſum anno MDXCIV in Ratiſponenſibus Comitiis, ad Turcicum bellum, quo Hungaria primo, deinde Germania ſtatim abſorbenda videbatur, inchoandum, ac deinceps non ilico interrumpendum, momenti attulit plurimum *.

* Cum Cæſar Comitia hæc an. MDXCIII indixiſſet, legatos Aſchaffenburgum miſit, qui cum Wolfgango conferrent, *VVilhelmum* Comitem Oetingenſem, & *Ioannem Zinner*, Conſiliarios; quos cum ille die VII Octobris audiſſet, Electoribus Rhenanis, ad conueniendum, diem dixit, Bingamque dein, quo eos euocarat, delegauit *Philippum de Graenrod*, Canonicum metropolitanum, & *Franciſcum Philippum Fauſt*, Conſiliarium.

Deliberationibus finitis, anno ſequenti Ratisbonam præmiſit *Ioannem Adamum* de *Bicken*, Canonicum maioris, & *Philippum VVolfium* de *Roſenbach*, Cancellarium; quos ipſe dein ſecutus, die XV Maii Ratisbonam ingreſſus eſt, ac in Collegio Electorali ipſe coram Directoris, vt vocant, partes obiit.

Ceterum in iisdem Comitiis inaugurationi *Erneſti* Archiepiſcopi Colonienſis Septemuirali, magna ſollemnitate peractæ, interfuit. *Khevenhüller* annal. Ferdinand. tom. IV col. 1217 & ſeq. *Adlzreitterus* l.d. § LXVII p. 319.

Eum ſua cum coniuge inuiſit anno MDC Illuſtriſſimus Palatinus, & canitiem, grauitatemque ſacerdote dignam laudauit. Magnificum Hœſtanæ arcis ædificium eo, qui omnium hodie oculos capit, ſplendore abſoluit. In Steinheimenſi arce nonnulla etiam exſtruxit.

Turcis, Caniſſa an. MDC in poteſtatem ſuam redacta, Auſtriæ imminentibus, Cæſari viſum, neceſſitatem ſibi impoſitam, conuocandi Ordines Imperii. Miſit itaque anno ſequenti ineunte *Henricum* de *Neuhaus*, Conſiliarium in ſenatu rebus Imperii diiudicandis inſtituto, Aſchaffenburgum, qui Wolfgangum rogaret, vt conſilio huic velificaretur. Idem per ſequentes litteras vrſit *Clemens* Pontifex.

CLEMENS PP. VIII.

Venerabilis Frater, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Angit nos dies ac noctes afflictus Chriſtianæ Reipublicæ ſtatus, dum de rebus Germaniæ crebro cogitamus, & quam grauia ab immaniſſimo Turcarum Tyranno illi pericula immineant, ex hac Apoſtolica ſpecula non ſine magno dolore proſpicimus. Sollicitat etiam nos valde inualetudo chariſſimi in Chriſto filii noſtri, Rudolphi, Imperatoris Electi, quæ, quam alieno tempore exſtiterit, & quam multa ſecum detrimenta afferat, Fraternitas tua pro ſua prudentia optime intelligit. Nos in tantis rerum difficultatibus quod poſſumus, præſtamus, & Catholicos Germaniæ Principes filios noſtros hortari atque admonere non ceſſamus, vt in tanto diſcrimine patriam adiuuent, conſilia & opem expediant, vires coniungant, celeritatem inprimis adhibeant, ne hoſtis deterrimus, omnibus quidem Chriſtianis infenſus, ſed Romani Imperii opprimendi inprimis auidus, & Caniſa occupata multo etiam auidior, in ipſa Germaniæ viſcera ferro, igni, vaſtitate, peruadat. Quia vero multum in vobis eccleſiaſticis Electoribus poſitum eſſe ſcimus, Vos omnes, & tuam Fraternitatem nominatim, magnopere in Domino hortamur, vt de patria in tanto diſcrimine ſublenanda ac defendenda cogitationem ſuſcipias dignam tua virtute & loco, curesque pro tua virili, vt communicatis conſiliis & ſtudiis cum Venerabilibus Fratribus noſtris, Collegis tuis, Colonienſi & Treuirenſi Electoribus, quæ neceſſaria ſunt, & præſentibus & impendentibus malis remedia, & ſedulo parentur, & celeriter adhibeantur. Veſtram concordiam, veſtram animorum conſenſionem, veſtram auctoritatem plurimi communis boni amatores, vt plane in Domino confidimus, ſequentur. Nos autem, quantum cum Domino poterimus, noſtra Apoſtolica auctoritate præſto vobis eſſe cupimus. Quare a te petimus, Fra-

ter, vt quidquid Reipublicæ cauſſa a nobis ſciri oportere cenſueris, & quid facto opus eſſe exiſtimaueris, ad nos accurate perſcribas. Multum enim iudicio tuo tribuimus, & quantum in nobis erit, nullas paſtoralis officii noſtri partes prætermittemus.

Reſpiciat Dominus pro ſua clementia calamitatem populi ſui, & veſtra Catholicorum Principum conſilia & opera cæleſti ſua gratia ſemper dirigat, vt quæ Catholicæ religioni & patriæ ſalutaria ſunt, ipſo adiutore & prudenter videatis, & conſtanter efficiatis. Et nos Apoſtolicam benedictionem noſtram Fraternitati tuæ peramanter impartimur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die XIII Ianuarii MDCI, Pontificatus noſtri anno nono.

Siluius Antonianus Card.

Venerabili Fratri Volphango Archiepiſcopo Moguntino, S. R. I. Principi Electori.

Vtrique reſpondit, nil ſibi prius aut antiquius eſſe, quam Germaniæ conſeruationem, communisque reipublicæ Chriſtianæ incrementum. Velle igitur ſua eo conſilia omni conferre ſtudio.

Edit. I pag.

CAPVT XVIII

Mors.

Aſchaffenburgi anno MDCI, die V Aprilis e vita diſceſſit, & Moguntiam aduectus eſt die XVII. Sed cum inde Francofurtum, vbi eo tempore vernus agebatur mercatus, atrata nauis atrato nobilium globo completa, ſilenti mœſtoque Mœno allapſa eſſet, ilico e Catholicorum templorum omnium turribus æra conſonuere Campana omnia: & ad Mœni pontem, ripamque vtramque concurrere mortales quamplurimi. Spectauere in Principe ac Electore tanto humanæ fragilitatis ſpectaculum, modeſti quidem omnes, triſtes etiam e ſectarum ſectatoribus quamplurimi, quod morum grauitatem, publicique otii amorem in eo diligerent.

Cum ab aliquo iam tempore corporis quadam infirmitate laboraſſet, vehementiori tandem eiusdem vi atque impetu die XXXI Martii, tempore antemeridiano proſtratus, Iouis poſt *Lætare*, qui in dictum diem V menſis Aprilis incidebat, poſt meridiem, inſtante hora quinta eo ſuperatus, Deo lucis vſuram reddidit, poſtquam vixiſſet annos LXIII, menſes IV, dies XI.

Aſchaffenburgo funus auectum eſt d. XVI Aprilis naui, ſuper cuius conſtrato collocatum erat, ſub vraniſco, facibus ardentibus circumcirca poſitis.

Cum Hochſtam ventum, ab Antonitis in templum deductum, & poſtridie ex eo hora V matutina ſacro peracto rurſus in nauem elatum.

Moguntiam vero appulit poſtridie, id eſt, vt dixi, Aprilis XVII, ad eam Rhenani littoris partem, quæ pone arcem eſt; vbi ſtabat Metropolitanus Clerus, & reliquus, Academia, & ciuitas. Ab omnibus, cum vſitatis pro defunctis precibus & cantibus, deductum in ſacram arcis ædem cadauer: ibique ad funerationis pomeridianam vſque horam depoſitum.

Moguntiæ iuxta arcem a Clero exceptum, & proſequente fratre, *Ioanne*, Præfecto Lanſteinenſi, qui medius inter Præpoſitum & Decanum maioris incedebat, in ædem D. Gangolfi, quæ arcis ſacra eſt, pompa funebri delatum fuit.

CAPVT XIX 968

Funus.

A Prandio ſub pomeridianam horam ſecundam conuenere ad funus iidem, qui ante prandium ei ad Rhenum proceſſerant obuiam, & longe multo plures, triſtique ac ſolenni pro defunctis pſalmodia, & gemebundo campanarum ſonitu ex arcis templo ad metropolitanum delatus Archiepiſcopus, ibidemque iuxta Cardinalis *Alberti* ſepulchrum conditus *.

* Tumulus ſaxo tectus fuit, cui ſepulcralis inciſa inſcriptio; lapis etiam eidem monumenti loco erectus ad columnam in ichnographia lit. r) ſignatam, cui itidem inſculpta ἐπιγραφή. Vtramque reperies in libello de *Epitaphiis*.

CAPVT XX

Funebris Concio.

Funebrem habuit concionem R. D. *Ioannes Elgardus*, SS. Theol. Doctor, eiuſdemque Principis Sacellanus. Multa de illo dixit, oculatus ipſe teſtis, præclara.

Digitized by Google

ad pag. 899

*

- IOANNES ADAMVS *de* Bicken. *
  - Philippus *de* Bicken. *a)*
    - Philippus *de* Bicken.
      - Philippus
      - Eliſabetha *de*
    - Regina *de* Muderſpach.
      - Ioannes *de*
      - Eliſabetha
  - Anna Brendelin *ab* Homburg. *b)*
    - Fridericus Brendel *ab* Homburg, *Vicedominus Aſchaffenb.*
      - Fridericus Brenc
      - Lucia Kalbin
    - Margareta Riedeſel *de* Bellersheim.
      - Henricus Ried he
      - Margareta

* *Probatus an.* 1574.

a) † *an.* 1590, *d.* 22 *Ian. ſepultus Steinhemii.*

b) † *an.* 1605, *d.* 14 *Decembr. ſepulta Steinhemii.*

Digitized by Google

Philippus de Bicken.	Conradus *de* Bicken.	Conradus *de* Bicken.
		Ioannetta *de* Ider.
	Eliſabetha *de* Helfenſtein.	Ioannes *de* Helfenſtein.
		N. Einenberg *zur* Landscron.
...abetha de Widerſtein.	Ioannes *de* Widerſtein.	N. *de* Widerſtein.
		N. N.
	Eva *de* Kotzenrod.	N. *de* Kotzenrod.
		N. N.
...oannes de Iuderſpach.	Ioannes *de* Muderſpach.	Bernhardus *de* Muderſpach.
		Anna *de* Heyer.
	Anna *de* Lüzenrad.	N. *de* Lüzenrad.
		N. *de* Breidbach.
Eliſabetha de Effern.	N. *de* Effern.	N. *de* Effern.
		N. *de* Bernſau.
	Gutta *de* Gymnich.	Ioannes *de* Gymnich.
		Margareta *de* Quadt.
...icus Brendel *ab* Homburg.	Fridericus Brendel *ab* Homburg.	Ioannes Brendel *ab* Homburg.
		Eliſabetha *de* Lewenſtein.
	Kunigundis Krais *de* Lindenfels.	Bernhardus Krais *de* Lindenfels, *Miles.*
		Gutta Wolf *von* Sponheim.
...Kalbin de Rheinheim.	Bernhardus Kalb *de* Rheinheim.	Martinus Kalb *de* Rheinheim.
		N. *de* Caſtelhun.
	Anna *de* Venningen.	Dietherus *de* Venningen.
		Eliſabetha Horneck *de* Hornberg.
...icus Riedeſel *de* Bellersheim.	Eberhardus Riedeſel *de* Bellersheim.	Eberhardus Riedeſel *de* Bellersheim.
		Anna *de* Trohe.
	Margareta Klem *de* Hohenburg.	Ioannes Klem *de* Hohenburg.
		Anna *de* Bellersheim.
Margareta de Carben.	Hermannus *de* Carben.	Carolus *de* Carben.
		Eliſabetha *de* Schönborn.
	Magdalena Rüd *de* Collenberg.	Henricus Rüd *de* Collenberg.
		Vrſula Voit *de* Rieneck.

Edit. I pag. clara. Sed in memoria mihi tria vel quatuor hærent penitus. I, quod in ægritudine illa ſua, cum quadrageſimale ageretur ieiunium, nulli aut Medico aut alteri carnium eſum ſuadenti cedere voluerit. II, quod quotidianas canonicaſque precationes omni omnino die, ne in letali quidem morbo eas intermittendo, diligenter precatus ſit. Et hic memini oratorem, iuſto quodam dolore commotum, in eorum teporem ac deſidiam clericorum inuectum, qui nulla ſæpe aut leui certe cauſſa domi vel foris, officii ſtatuſque ſui prorſus immemores, ſancto illi ſacrarum precum debito non ſatisfaciunt. III, quod admodum demiſſe, magnoque cum animi dolore de peccatis confeſſus ſit; idque audio illum etiam ſolitum antea obſeruare, & a confeſſario Patre, vt ſeſe moneret, ac reprehenderet libere, petere. Peccatorem enim ſe eſſe: Dei vices illum ſuſtinere. IV, cum damni aliquid ſegetibus a feris inferri querelæ ad eum quædam veniſſent; *Malo*, dixit, *ferinis perpetuo carere carnibus, quam detrimento affici ſubditos.*

969

IOANNES ADAMVS.

I,

PAtre natus eſt *D. Philippo*, e nobili *Bickiorum* familia, & matre *D. Anna*, e *Brendeliorum* ſtemmate. Vtriuſque vero facta mihi ante in Archiepiſcopo *Daniele* cap. III mentio, cum hæc huius ſoror, ille in eiuſdem aula Marſchalcus. Fratres habuit duos, qui etiamnum ſuperſunt; D. *Iodocus*, Steinheimenſis Satrapa, & D. *Hartmannus*. *Quibus natus fuerit parentibus.*

Fratrum, quos habuit, alter vocabatur *Iodocus Philippus*, alter *Ioannes Hartmannus*, eratque hic Satrapiis Orb & Hauſen præfectus, mortuus anno MDCXVIII. Ceteram progenitorum ſeriem ſequens, quod ipſe olim confecit, exhibet ſchema.

* * *

II Vt ſancto Dei timore, vera religione, iiſque litteris, quibus ad humanitatem conformantur animi, erudiretur puer, ſedulam dedit bonus parens operam, & ipſe inprimis eius auunculus Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus *Daniel*: maxime quod eccleſiaſtico eum ſtatui conſecraſſent. Ille vero Moguntinos ſui huius filii præceptores ſæpe alloquebatur, de profectu rogabat, de pædagogis bonis percunctabatur. Moguntia Herbipolim miſſus, in Rhetorica eloquentiæ ſtudia nauiter incubuit. eamque tum bonam præ ſe indolem ferebat, vt magna de eo augurarentur non pauci. Ego ſane cum alia, tum iſtud memini notare: perſedulum in precibus, quæ canonicæ vocantur, quæque eccleſiaſtica beneficia obtinentibus præſcriptæ, precandis adoleſcentulum fuiſſe. Illinc Moguntiam reuerſus, Philoſophiæ ſtudia iniit. in Galliam deinde miſſus & Italiam, perrexit porro diſciplinis aliis animum exornare, vtileſque gentium illarum linguas addiſcere, quibus etiam poſt, & Gallica præſertim, delectabatur. Accidit vero alicubi quandoque, vt, cum ætate formaque liberali eſſet, iuuenis ei cuiuſdam petulantia obſcœni neſcio quid offerret. Ipſe vero ira ſanctâ commotus, illa e domo ſeſe confeſtim proripuit, & ad eum, cui tale quid cognoſcendi & coercendi ius, properauit; remque totam verecundis, caſtiſque cum lacrymis indicauit, vt appareat (quod in ſuis quibuſdam adoleſcentulis aliæ quædam merito commendant gentes) in Germaniæ ingeniis non deeſſe pulcherrima honeſtatis ac verecundiæ ſemina: quibus per temporum prauitatem, adoleſcere ac 970 matureſcere ſi liceret, quot & quantarum ex iis generoſiſſimæ, fructuoſiſſimæque virtutum ſtirpes, adeoque arbores progignerentur! *ſingulari educatus fuit cura.*

fit Scholaſticum maiorem.

Edit. I pag.

III Studiis, exteriſque peregrinationibus confectis, ad metropolitanam, in qua Canonicatum gerebat, eccleſiam reuerſus, breui tempore ſic ſe ampliſſimo huius Collegio probauit, vt ad Scholaſtici dignitatem anno MDXCV, Septembri menſe*, ab illo euectus ſit. In qua & ad legationes, conſilia, & alia plurimum eius opera vſus eſt Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus *Wolfgangus*. Et vero rem in Eichsfeldia Catholicam, Societatiſque Ieſu Heiligenſtadienſe Collegium iuuit non parum, cum ſemel ac iterum eo legatus fuiſſet.

fit Cuſtos ad D. Albani.

* Immo, die Nouembris XIII. Vid. *Syllabus* noſter *plenior* ſectione IV p. 322. Præter quam *Scholaſtici* dignitatem, *Cuſtodis* etiam munia ad *D. Albanum* obtinuit, anno proxime ſubſecuto *Ioanni Philiberto* a *VVilsperg* ſucceſſor datus (vid. *chronicon Santalbanenſe* lib. II ſectione II cap. IV p. 796) Herbipoli ceteroquin locum inter Canonicos maioris conſecutus eſt.

Archiepiſcopus eligitur,

IV E vita interim exceſſit, prout ſupra dictum, Reuerendiſſimus *Wolfgangus*, & eiuſdem anni MDCI, menſe Maio, die XV, qui poſt dominicam, *Iubilate* vocatam, feria ſecunda erat, in Archiepiſcopum Moguntinum electus eſt anno ætatis ipſius XXXVI, præſentibus & gratulantibus Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Domino *Cariolano*, Auſſerenſi Epiſcopo, Nuntio Apoſtolico, & nobilitate, doctrinarumque vſu præſtantiſſimo D. *Ioanne Ludouico* ab *Vlm*, Cæſareæ Maieſtatis Commiſſario.

VVolfgango vita defuncto, *Clemens* Pontifex *VIII* litteris die V Maii datis, ceteriſque diplomatibus in codice noſtro inſertis, ſummæ ædis, quæ Moguntiæ eſt, Canonicos ſerio grauiterque admonuit, vt virum præſtantem, omnique virtute cumulatum eligerent. Qui dein dicto menſis Maii die XV ſuffragiorum & voluntatum eodem inclinantium conſentione, *nullo diſcrepante*, vt ipſi in litteris ad *Clementem* loquuntur, *Ioannem Adamum* demortui in locum ſuffecere, quem mox circa horam XI antemeridianam *Ioannes Suicardus* a *Cronberg*, Decanus, Clero & populo in æde maiori congregato, vt moris eſt, pronuntiauit.

deducitur in arcem.

Electione ſic feliciter peracta, ceteriſque, quæ adhiberi ſolent, cætemoniis finitis, ex metropolitana itum ad arcem *S. Martini*, Collegio præeunte, Electo inter *Epiſcopum Auſſerenſem* & *Ioannem Ludouicum* ab *Vlm*, Conſiliarium Imperialem aulicum, ſequente. Cum ad pontem caſtri ventum eſſet, duo maioris Canonici Capitulares, vna cum *Georgio Molitoris*, Reuerendiſſimi Capituli a ſecretis, prodiere cum litteris Capituli de electione facta, obſequioque Electo reuerenter præſtando. Quibus lectis, portaque ſtatim reſerata, Burggrauius caſtri *Ioanni Adamo* claues illius obtulit.

Electus autem fuit ſingulari Cæſaris non minus quam Papæ applauſu. Illud patet ex litteris *Rudolfi* ad Pontificem, datis Pragæ die I Iunii; hoc ex *Clementis* ad Ioannem Adamum ipſum, ſignatis Romæ die dicti modo menſis Iunii XVI. Vtraſque habes in codice noſtro.

homagium recipit ab Moguntinis.

Ipſe interea XIX Maii die in curiam, vulgari appellatione *zum Thiergarten* dictam, conceſſit; in qua cum a *Ioanne Suicardo* a *Cronberg*, Decano, *Chriſtophoro* a *Graenrod*, Cantore, *VVinando* de *Rauſchenberg*, & *Ioanne Chriſtophoro Neuſtetter*, dicto *Sturmer*, Capituli delegatis, honorifice exceptus, & in curiam ciuicam deductus fuiſſet, ciues ſacramento in verba adactos imperii iuxta atque obſequii vinculis ſibi obſtrinxit.

confirmationem & pallium petit a Pontifice.

Menſe Iunio præcipite *Iacobum* ab *Elz*, Canonicum maioris, & *Vitum Miletum*, SS. Theol. D. Protonotarium Apoſtolicum, & B. V. *ad gradus* Decanum, Romam ad Pontificem proficiſci iuſſit, *Clementis VIII* ſuper honoribus ſuis iudicium, voluntatemque exquiſituros. Qui cum ibi cauſſam perorasſent, Papa pallium ei ſollemne ornamentum miſit, addito decreto, VI Kal. Septembr. ſignato, quo dignitatem Pontificatus Moguntini eidem ſtabiliuit: Purpuratorum vero Senatus peculiari epiſtola, quam itidem in codice noſtro inter ceteras tabulas inuenies, eandem gratulatus eſt.

Hoc ipſo anno die XVIII Septembr. qui erat feria III, hora poſt medinoctium ſecunda, Moguntiam concuſſit terræ ille motus, qui vrbes aliquot Rhenanas, & a Rheno etiam diſiunctas, vt Heidelbergam & alias non paucas, eodem tremefecit tempore.

a Cæſare vero regalia.

Poſtero ipſe die IV menſis Februarii Pragam delegauit *Ioannem Henricum* ab *Heuſenſtamm*, Satrapam Amoſbacenſem, *Iodocum Philippum* a *Bicken*, Præfectum Steinheimenſem, & *Franciſcum Philippum Fauſt*, Vicecancellarium, iura petitum regalia; quæ etiam a *Rudolfo II* Imperatore ſub lege beneficiaria ibi conſecutus eſt.

Pontificis indulgentias maxima religione promulgat.

V Anno ſecuto MDCII promulgari fecit Moguntiæ idem Reuerendiſſimus, quam a Pontifice Maximo impetrarat, peccatorum ſeu pœnarum, quæ his temporales debentur, indulgentiam. Et apparatus, fructuſque maximus extitit. Nam tota, quæ aſſumptæ Virginis diem antecedit, hebdomada, eorum, qui pœnitentiam agerent, de peccatis confiterentur, ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum obirent, aliiſque pietatis operibus vacarent, multitudo fuit maxima in

templis

Edit. I pag. templis pæne omnibus. Multi ex hæreſi, multi e grauibus peccatis, prauiſque moribus & conſuetudinibus per eam occaſionem emerſerunt. Die autem Auguſti XIII ad diuinum Numen propitiandum, parthenii B. Virginis ſodales ad S. Crucis templum, quod extra Moguntinos muros eſt, bini & bini, agmine longiſſimo, prælato ſalutari crucifixi Domini ſigno, ierunt; Litanias itinere
971 toto cantarunt; ipſo in templo ſacris operam dederunt. Et in his multa eorum erant paria, qui ſaccis, triſtibusque lineis poderibus amicti, & nudis incederent pedibus, & flagella in humeris geſtarent, ſeque ipſos tandem in ſacra Carthuſianorum æde illis ipſis acriter diuerberarent, iterumque poſtea reduces in Societatis IESV templo. Cum de his pridie cum alii, tum vero ipſe inaudiſſet aliquid Reuerendiſſimus, voluit is tota ſua cum aula ad eandem S. Crucis ædem venire. ipſoque præſente, rem diuinam, ſollemni cum cantu & cæremonia, fecit admodum Reuerend. & Nobil. Dominus ædis Metropolitanæ Decanus, D. *Io. Svvicardus* a *Cronenberg*, miniſtrantibus Reu. & Nobil. Dominis Metropolitanis Canonicis, *Iacobo* a *Wiltperg*, & *Hugone Cratz*: aliis vero Metropolitanis itidem Canonicis, D. *Heuſenſtamm* & D. *Holdinghauſen* ſacerdotibus ſacrum Miſſæ myſterium celebrantibus. Die poſtero, Auguſti XIV, vrbana proceſſio a Clero toto peracta. Intererat Reuerendiſſimus, & priſco more variæ ſanctorum reliquiæ ac protomæ, quæ diu latuerant, cum auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento circumlatæ ſunt. Cingebat totum pæne Clerum ab vtroque latere armatus ciuis. In ædis ſummæ quaſi medio alta lignea crux cum aliis quibuſdam Dominicorum cruciatuum ſymbolis depacta miro pietatis ſenſu animos afficiebat. Eiuſdem vero ædis porta CHRISTI Domini ac Saluatoris inſignibus, S. Martini, Pontif. Maximi Clementis VIII, & Reuerendiſſimi ornata, multaque hedera coronata viſebatur, cum Germanica hac inſcriptione, *GOTT allein die Ehr.* Sed die XV plateæ, vicini campi, ipſe adeo Rhenus plurimis, qui DEVM, & CHRISTVM IESVM, Dominum ac Saluatorem noſtrum, qui beatiſſimam eius matrem, cæliteſque omnes laudarent, perſonuit cantibus. Nam e vicinis pagis Rhenum trans & cis, Chriſtiana cum pietate, ſuis cum Parochis, aduenerunt boni agricolæ. Reuerendiſſimus ipſe in templi ſummi ſacriſtia culparum exomologeſin ſuo e Societate IESV confeſſario fecit. Sacroſanctum deinde angelorum panem e Reuerendiſſimi D. Suffraganei, qui ſacris tum ſolenniter operatus, manu accepit: eumque ſecuti admodum Reu. & Nobil. D. Metropolitani, Præpoſitus, qui tamen ſuperiore Dominico, in Societatis IESV templo, eadem perfunctus erat religione, Decanus, Canonici alii, virique tum ex aula tum aliunde nobiles & honeſti. Ad ſummam: tanta fuit illis diebus in Moguntina eccleſia pietas, animorumque commotio, vt non defuerint, qui admodum mirarentur, & e natu grandioribus, qui dicerent; *Nunc dimittis ſeruum tuum, Domine.*

Auguſto eodem, S. Petri templum, eo, qui S. Bartholomæo ſacer eſt, die iniit Archiepiſcopus: & paulo poſt, magna multorum admiratione, ſacrum quod a Theologorum ordine, Academicaque iuuentute in D. Auguſtini æde ce- *Orationi in templo Auguſtinianor. intereſt.*
972 lebratur, & orationem, quæ de magni illius doctoris laudibus haberi tunc ſolet, præſentia, & attentione, beneuolentiaque ſua celebrauit: poſtridie vero S. crucem, vbi ipſius templum eſt, veneratum iit: & reuerſus, cum doctiſſimam Reuerendiſſimi Ebroicenſis coram Chriſtianiſſimo Francorum Rege cum Caluiniſtarum corypbæo Pleſſio habitam diſputationem latine conuerſam ſibi dedicatam accepiſſet, vt ſuum erga id genus ſtudia declararet animum, ſuo e digito magni pretii adamantem detraxit, ipſique dedicatori ſtatim dedit, ſed ita vt futurorum tantummodo beneficiorum pignus & arrhabonem diceret. Extremo tandem menſis eiuſdem die ad Aſchaffenburgenſia ſeſe hiberna, pro recepto Archiepiſcoporum more, contulit. Poſtea vero cum ad Reuerendiſſimum & Illuſtriſſimum Treuirenſem Archiepiſcopum & Electorem neceſſariam profectionem Confluentiam inſtituiſſet, die Decembris altero, Moguntiam rediit, paucisque ibi moratus diebus in Societatis IESV templo diem egit Dominicum. Videbatur *ad Treuirenſem profectio.* in veteri & exinanito *S. Aurei* Epiſcopi ac martyris ſacello *Sidonius* ille futurus, de quo lib. I cap. XXX. Nam & anniuerſariam illic ſacrorum celebritatem, ſuorum etiam Muſicorum, cum adeſſe non poſſet ipſe, choro miſſo, renouauit; *ſacellum S. Aurei ſibi curæ habet.*

& ad illud pauiendum, ipſo iam vita functo, quadri venerunt lapides, quos ei viuus operi deſtinarat. *Edit. I pag.*

VI, Anno MDCIII maiore ad duas in ſua diœceſi Moguntina peſtes coërcendas & perſanandas conatu incubuit idem Reuerendiſſimus; *vna* magicarum artium & veneficiorum erat, hæreſeon *altera.* In *priorem* acres exerceri quæſtiones & iudicia præcepit, pluresque alicubi ſagæ combuſtæ ſunt mulierculæ. *Poſteriorem* vero ſanioris doctrinæ antidoto, auctoritatiſque ſuæ alexipharmaco curare inſtituit. Cum enim ſe non modo Principem, ſed Chriſtianum Principem; neque Chriſtianum modo, ſed eccleſiaſticum etiam, cui de commiſſis *omnibus ſeueriſſima olim paſtori ſummo danda ratio, intelligeret, rationem ſibi quærendam omnem exiſtimauit, qua tot animarum millia, quas pretioſo CHRISTI IESV ſanguine redemptas paſtorali curæ ſuæ commiſſas haberet, e graſſantium noſtro iſto infelici ſæculo luporum, Lutheri, Caluini, & aliorum faucibus liberaret. Moguntiæ igitur, quæ doctioribus, melioribuſque Parochis inſtructa iam eſſet, horum quibuſdam ſemel ac iterum ſerio negotium dedit, vt bibliopolia luſtrarent omnia: libros excuterent: hæreticos auferrent. 973
in aula vero ſua, pridie S. Iacobi, Equitibus denuntiari per Marſchalcum præcepit, vt qui ſuæ vellent eſſe menſæ compotes, iidem & ſacræ item ædis ac religionis eſſe nollent impotes. Extra Moguntiam vero alia in eodem genere admodum illuſtria incepit. Nam in Comitatibus duobus, Kônigſteiniano, & Reineccano, qui, vt in Daniele ſupra viſum, Archiepiſcopatui adiuncti pridem erant, peſtiferaque Lutheri placita, magno cum animarum damno, hactenus tuebantur, Catholicæ præclara iecit fundamenta religionis. Nam primo certos homines doctrina, & auctoritate, nonnullos etiam nobilitate claros, Hofheimium miſit, qui priſcæ ſincerioris fidei ſacra ſuaderent, Parochumque ibi Catholicum, ipſo natiuitatis B. Ioan. Baptiſtæ, collocarent. idque cum ex animi ſententia recte factum eſſet, ipſe die Iulii XVIII gratiarum DEO agendarum cauſſa memoratum antea ſæpius ſanctæ Crucis templum petiit. Die autem Iulii eiuſdem XXIX ad Comitatus eiuſdem arcem præcipuam Kônigſteinium, huicque ſubiectum nominis eiuſdem oppidum profectus eſt. Vbi cum e miniſterio aulico Lutheranus quidam repentina ſublatus morte eſſet, dixit ipſe Reuerendiſſimus: *Si Catholicus ille fuiſſet, priusquam in hæretico iſto loco hæretica cæremonia ſepeliri ſinerem, balſamo eum condirem, alioque transferrem.* Cum vero Lutheranos, quibus cadauer proſequebantur incolæ, cantus e ſuo in arce conclaui audiret; *Bene*, aiebat, *habet. Sepeliant ſuam cum honore ſynagogam.* Per ampliſſimos ergo viros ſenatui mentem hanc ſuam eſſe ſignificauit, vt, vnde magna cum ipſorum pernicie, ſuæque ipſius, qui eorum Paſtor eſſet, ac pro iis rationem dare deberet, ſalutis periculo, tot nunc annos exulabant, Catholica illuc ſacra poſtliminio reſtituerentur. ſtatimque ſecuto die Dominico, qui erat Auguſti dies tertius, primum ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ab euocato Moguntia pio Canonico, primamque a Societatis IESV ſacerdote concionem ad populum Catholicam haberi præſens curauit. & qui cœptum opus proſequeretur deinceps, populumque praua ſenſim dedoceret dogmata, Doctorem Moguntia venire: Prædicantem, qui noti hæretici *Selnecceri* filius, æuo grandem excedere: Ludimagiſtrum Catholicum Catholicis principiis iuuentutem erudire iuſſit. Per ſpeciem deinde venationis cuiuſdam, ad Comitatus 974
alterius caput, Lohram oppidum acceſſit, *animarum*, vt ipſe cuidam dicebat, *venationem* cogitans. Commodum vero iis ipſis diebus, loci eius Lutheranus Prædicans morbo conſumptus eſt. Quod ergo Kônigſteinianis antea, idem ſenatui populoque Lohrenſi per inſignes etiam nobilitate ac ſapientia homines nuntiauit. & die Auguſti XXIV, quem annua S. Bartholomæi Apoſtoli ornat memoria, primum ibidem Catholicum ſacrum, & conciones duæ ipſo præſente factæ. vna quidem antemeridiana ab Societatis IESV Sacerdote; altera pomeridiana ab eo, quem aliunde vocarat, quemque Parochum ibi poſtea manere iuſſit, homine docto ac probo. In priore vero illa concione cum ſui huius facti rationem populo explicari voluiſſet, perlibenter audiit, ea de paſtorali officio & ſollicitudine dici, quæ vigilantiſſimis etiam Paſtoribus non vigilantiam tantummodo augere, ſed & terrorem poſſunt merito incutere, cuiuſmodi potiſſimum

quæſtionem exercet in ſagas.

** ſ. quibus*

ſacra Catholica

Hofheimii,

Kœnigſteinii

& Lohræ inſtaurat.

Edit. F pag. ſimum illa Domini ſunt apud Ezechielem : *Paſtores audite verbum Domini,* c. 34. 7.
Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quod facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium beſtiarum agri, eo quod non eſſet paſtor (neque enim quæſierunt paſtores mei gregem meum: ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant) propterea paſtores audite verbum Domini; Hæc dicit Dominus Deus; Ecce ego ipſe ſuper paſtores, requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos, vt vltra non paſcant gregem meum, nec paſcant amplius paſtores ſemet ipſos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in eſcam. Quia hæc dicit Dominus Deus; Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas, ſicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ouium ſuarum diſſipatarum: ſic viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis. Vt autem procederet res tanta commodius, operam dedit, vt cum Parocho illo nouo aliquandiu remaneret in eo loco Societatis Ieſu Sacerdos, prout etiamnum poſt illius mortem aliquantiſper manſit, remiſ-
975 ſus eodem ab admodum Reuerendo & Nobili metropolitano Capitulo. Ad ſanctam vero illam, quæ eccleſiaſticorum maxime Principum propria eſt, venationem diligenti ſeſe peccatorum exomologeſi, vt bene illa nimirum, propitiato Numine, verteret, comparauit Archiepiſcopus. & ex ea reuerſus Moguntiam, iuit mane, ipſo fidelium defunctorum die, ad ſummum templum, & poſtridie, a prandio, ad ſcholaſticam ſtudiorum renouationem, quæ more conſueto in Societatis Ieſu Collegii veteris area, cum vtili de S. Euſtathii Chriſtiana fide, inſignique tolerantia dramatio habebatur: iterum vero in ſummum templum ad priores S. Martini veſperas, & poſtridie ad ſacrum.

VII Cum autem eodem anno MDCIII indicta fuiſſent Ratiſponæ a Cæſare Rudolfo Comitia, eo mature ablegauit nominatum ſuperius admodum Reuerend. & Nobil. D. *Io. Schvveicardum*, eccleſiæ metropolitanæ Decanum, & Camerarium, Nobil. *D. Io. Henricum* ab *Heuſenſtamm*, Nobil. *D. Iodocum* a *Bicken*, fratrem, Cl. V. *Franciſcum Philippum Fauſt*, Moguntinum tunc Procancellarium, nunc vero Cancellarium, & I. V. Licentiatum *Caſparem Fleiſchbein*, qui eorum, quæ ibi decreta fuiſſent, tabulas die III Iulii obſignatas ad ipſum, tanquam Imperii Archicancellarium, eodem confeſtim menſe attulerunt. Adornauit & illuſtrem in Eichsfeldiam legationem, admodum Reuerendos nimirum & Nobiles D. D. *Georgium Fridericum Greiffenclavo*, metropolitanum tunc Scholaſticum, nunc Præpoſitum, *Ioannem Theodoricum Ehrenberger* *, metropolitanum Capitularem, cum aliis pluribus. in quibus etiam, religionis, ſacrorumque omnium inſpiciendorum, ac bene conſtituendorum cauſſa, Reuerendiſſimum Dominum Suffraganeum *Stephanum Weberum* eſſe voluerat. Et vero fructus magnus fuit. Varia enim, quæ ad eccleſias nonnullas, parochias, & monaſteria ſpectabant, conſtituta melius: & confirmationis ſacramento affecti amplius octies mille.

ad Comitia legatos mittit.

in Eichsfeldiam viſitationem inſtituit.

* ab Ehrenberg

VIII Cum vero eum breui e mortalium numero euocare vellet Dominus, cœpit pro ſua immenſa erga nos homines miſericordia, eius animum ſolito amplius ad pietatem, animique puritatem excitare. Ideoque & paullo antequam ad Aſchaffenburgica ſeſe hiberna reciperet, acceſſiuit confeſſarium; ſeque, cum occaſio eſſet, confiteri velle dixit, & poſtridie S. Martini diſceſſit. Non multo poſt, ipſo Præſentationis Beatæ Virginis die, Lohra Sacerdotem, quem cum
976 Parocho ibidem reſtitiſſe dixi, ad ſe Aſchaffenburgum vocat: eique peccatorum ſuorum maculas confeſſus, ad ſacroſanctam Domini menſam acceſſit, & Aduentus Dominica quarta ſimiliter.

ad mortem ſe præparat.

IX Affuit annus Domini MDCIV, & morbi tentatiunculam ſuo in corpore perſenſit, ſolito tamen tenore peregit fere omnia vſque ad Epiphaniæ Dominicæ poſtridianum, quando morbi vis eum debilitauit vehementius. cumque in diſcrimen vocari vitam ei, bonorum prudentumque hominum ſuaſu, indicaſſet Medicus, ilico neque vigentis adhuc ætatis, neque bonarum corporis virium ac lacertorum, neque rei vllius talis; quæ pleroſque interdum ab neceſſaria ad mortem, Deique tribunal præparatione nimium ſtolidos tardare ſolet, habita ratione, ſacram ad confeſſionem ſeſe collegit: eaque facta, magnum

Moritur

ſalutis

ſalutis noſtræ ſacramentum, extremamque vnctionem accepit. cum identidem rogaret eos, qui aderant, ne his in rebus cunctarentur, ſeque tantis, tamque opportunis & fructuoſis eccleſiæ præſidiis orbarent: magnaque & conſtante voce, coram multis doctis & nobilibus viris, fidem ardenter profiteretur Catholicam: in ea ſe dicens natum ac educatum eſſe: in ea, quoad Deo placuit, vixiſſe hactenus: in ea & mori velle: vt intelligerent nimirum omnes, ipſum, quam optimam maximeque compendiariam ad æterna gaudia ipſe credendi viam credidiſſet, eam ſubditis aberrantibus monſtrare ac reddere voluiſſe. ſicque Ianuarii die X, ſabbato poſt Epiphaniam, quintam inter & ſextam veſpertinam horam, animam efflauit. Edit. I pag.

Naturæ vero conceſſit in optimo ætatis flore, annum agens XXXIX, vt in Actis diſerte annotatum, & vel ex iis, quæ ſupra § IV habentur, colligere eſt.

X Moguntiam die XXII Ianuarii * reuectus, poſtero die XXIII † in ſummi templi parte vltima, quæ chorus ferreus vocatur, humatus eſt.

Moguntiam reuehitur mortuus, *& tumulatur.*

* Funus die XX Ianuarii Aſchaffenburgo naui attata auectum, Höchſtæ circa horam quintam & ſextam veſpertinam in templum oppidanum ſollemniter delatum, ac poſtridie diuino officio peracto rurſus in nauem deductum fuit; quæ cum inter XII & I poſt meridiem iuxta S. Martini caſtrum appulſa eſſet, *Georgius Fridericus* de *Greiffenclavv*, Scholaſticus, *Iacobus* ab *Elz*, Cantor, & *Edmundus* de *Hazfeld* id excepere; quod dein in templum arcis deportatum, *Ambroſio Saibao*, Parocho metropolitano, vna cum Clero, Nobilibus, Academia, aliiſque, id proſequente.

† Ex D. Gangolfi æde die ſequenti, qui XXII dicti menſis erat, ſollemni pompa ad tumulum in ædium maximam productum, in eaque primum ante ſacellum *D. Martini* depoſitum fuit. Dein, cum ſermonem funebrem abſoluiſſet *P. Ioannes Michaelis*, S. I. Theologus, in loco, quem auctor ſignauit, templi metropolitani ichnographia vero lit. *VV)* oſtendit, traditum ſepulturæ. Lapis tumbæ impoſitus habet inſcriptionem, quam leges in Sylloge *Epitaphiorum*.

Laudatur.

XI Princeps iudicio, eloquentia, & Catholicæ religionis zelo ſpectatus. Nam præter ea, quæ adhuc dixi, auditum ab eo eſt pridie ipſius electionis; *non optare ſe, Archiepiſcopum Moguntinum videre, qui in religionis reſtauratione zelo haud teneretur.* Dumque ſolitis in Principatu adeundo ſacramentis ſubditarum obſtringeret vrbium, arcium, pagorum incolas, magna ſe, aiebat, commiſeratione, doloreque tangi, cum ſenes quidem fidei ad ſalutem neceſſariæ vacui, nouiſque ab eccleſia Catholica opinionibus ſegregati dextram porrigerent. Dolebat etiam, maiorem ſibi doctorum, piorumque Sacerdotum, quorum ad ſaniorem ouium paſtionem opera vti poſſet, non ſuppetere copiam. 977

præcipue a precum ſtudio.

XII Multa in funebri concione de ipſius in precibus diligentia dixit, qui ægrotanti adfuerat, Eccleſiaſtes: in quibus iſta; tantum ei occupationum accidere non potuiſſe, vt horariarum precum aliquid prætermitteret; ideoque & illas pæne totas, pſalmos præſertim omnes, memoria tenuiſſe. Accidiſſe quodam tempore, vt cum equitans quoddam in oppidum ſub meridiem veniſſet, menſaque iam parata eſſet, ipſe tamen Sacerdotem ſeuocaret, ac diceret: *Prius, quod orandum nobis, oremus.* Solitum ad illarum penſum adiicere quotidie preces alias, & maxime illas, quibus ſanctam Brigittam vſam accepimus. In ipſo autem morbo voluiſſe, vt ad lectulum ſuum Sacellanus precarium eundem canonem, quem audire, & cui reſpondere interdum poſſet, abſolueret. Cumque a nonnullis moneretur, vt ſibi parceret, a precibus aliquantulum remitteret; reſpondiſſe: *Sinite me, quoad poſſum, orare. Vbi enim mihi adempta oratio fuerit, ſummum mihi ſolatium ac præſidium adimetur.* Ad inchoationem & quoddam veluti Catholicæ pietatis fomentum, liberalis fuit in Catechiſmis, libellis, roſariis, & ſimilibus coemendis, quæ a Catechiſtis vtiliter pueris & aliis donarentur. Dicebat, ſe, ſi eorum, quos vel a conſiliis vel ab iuſtitiæ adminiſtratione habebat, vllum deprehenderet, qui præter fas, iniqui aliquid geſſiſſet, exemplum, quo terrerentur alii, editurum. Denique morbum ingraueſcere cum videret, humilem commiſſorum veniam a Deo petens, *Peccaui*, aiebat, *Domine mi, peccaui. Sed clementer ignoſce.* Beatamque Virginem, quam ſemper coluiſſet, pro ſe orare orabat: & ad aſtantes conuerſus: *Etiamſi, quæ humana fragilitas eſt, ſcopum non ſemper attigi: nouit tamen Deus, me conatum eſſe, ipſiuſque gloriam quæſiiſſe.*

et in ſan-

XIII In ſandapila vero ſua iacet mortuus, alba indutus dalmatica, collocatis ad eius

Edit. I pag. eius latera cruce Archiepiſcopali, pedo, pallio, & mitra. quod illa, cui priſco more conceſſus horum vſus, ei deeſſet conſecratio. Qui vero cetera eius bona laudeſque ſuſpiciunt, hoc ei defuiſſe apoteleſma & ornamentum, dolent. *dapila funeris compoſitus.*
978 Simul enim, quæ pertinacius nobis adhæreſcunt, ſæculi huius fecium & euerrarum aliquid excuſſurus, maioreque adhuc animo ſacra & paſtoralia tractaturus omnia videbatur *: immo & ab ipſomet interdum dicebatur. Sed enim vetus, apprimeque in vita vtilis illa Siracidæ † noſtri, Aſcræique vatis †† præceptio.

Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον, ἔς τ' ἔνηφι.

Omnium quidem hominum, præſertim tamen *omnis potentatus vita breuis* *.

Neſcio, an huc ſpectarit Dieffenbachius, dum in catalogo ſuo hæc affert verba; Alioqui vitam duxit magis ſeculari Principi, quam eccleſiaſtico conuenientem, qui plurimum equitando, venationibus, & haſtiludiis delectari viſus eſt.

† Cap. V verſu 8. †† in Operib. * Eccl. X, 11. *(Ser.)*

XIV Extant de immatura eius morte threni complures, e quibus vnum ita claudit mœſta & illachrymans Moguntia; *Laudatur carminibus.*

IOANNES ADAM A BICKEN ætate virenti
Qui mihi more noui ſideris ortus erat,
Tertia, cum florentem illum præſtantibus auſis
Et ſpe complentem cuncta, videret hiems,
Heu raptus leto eſt: &, pulchri fulminis inſtar,
Quam cito promicuit, tam cito diſperiit.

Eſt & hoc, ad temporis notam, perappoſitum.

Sicut ADaM a BICKen bene nomine denotat annum
Inſulæ: ad exequias nomen ita omen habet.
Nam IoannIs ADaMI a BICken nomina rite
Si dirimas, obitus ſigna, notaſque gerunt.

IOANNES SVICARDVS.

Nobilis & antiquæ *Cronbergerorum* familiæ fuit in *Conrado II* antea mentio. Ex hac prognatus, qui Moguntinus hodie Archiepiſcopus *Ioannes Suicardus* a *Cronenberg*. Is poſteaquam in Germania & Italia, ſed Romæ in Germanico potiſſimum collegio, quæ nobilem ac metropolitanum decerent Ca-
979 nonicum, ſtudia tractaſſet; in patriam reuerſus, primo quidem a Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Wolfgango conſtitutus eſt in ſpiritualibus Vicarius, ab Metropolitanis vero Dominis Scholaſticus delectus, dehinc Decanus; demum vero Archiepiſcopus. Delectus vero ad ſummam hanc in Dei eccleſia, reque publica Germanica dignitatem fuit hoc ipſo anno MDCIV, die XVII Februarii, feria III, ſub horæ pomeridianæ primæ dimidium: & e metropolitana æde ad S. Martini arcem a Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Herbipolenſi *Iulio*, Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo *Cariolano* Auſſerrenſi Epiſcopo, Nuntioque Apoſtolico, Illuſtri Domino *Richardo Schönebergo*, Cæſareæ Maieſtatis Commiſſario, metropolitano Senatu, frequenti Nobilitate, magnoque & inſigni armatorum ciuium globo deductus.

His porro alia, quæ mihi cognita & denotata, ſi addam, illi forte adulari dicar: ſi reticeam, eum non venerari. At miſi ego iam pridem εἰς κόρακας κόλακας: & quem omni obſeruantia colui Decanum, quonam poſſim modo non colere, obſeruare, ac venerari Archiepiſcopum? Sed ante funera omnem in partem ſilentium ſatius monuit quondam Solon, Euripides, hiſque multo maior & melior ſapiens noſter, Eccleſiaſticus *.

Apud Auſonium *in Sapientib.* Ariſtot. 1 *Eth.* 10, Naſonem *Metam.* 3 *in Andromacha.* (S.)
* *Eccleſ. c.* 11. *v.* 30.

Peſcennium Imperatorem cuidam, qui panegyricum ei recitare volebat, dixiſſe refert *Aelius Spartianus*: *Scribe laudes Marii vel Annibalis, vel alicuius Ducis optimi vita functi: & dic, quid ille fecerit, vt eum nos imitemur.* In eandem ſententiam mihi a Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo noſtro dici iam puto: *Geſta ſcripſiſti non*

Marii vel Annibalis, ſed optimorum Chriſtianæ fidei ducum ac magiſtrorum: didiſti quid S. Creſcens, S. Maximus, S. Bonifacius, aliique Moguntinæ ſedis huius Pontifices, vt eorum imitari virtutes queam, fecerint. Satis nunc eſt. Tu de tabula manum. Nonaginta nouem, qui ante me hic Moguntiæ fuerunt Epiſcopi, ſatis, quid agere, quid omittere debeat centeſimus, monſtrare poſſunt. Satis item omni hominum ordini, totique Moguntinæ vrbis ac ditionis populo exemplorum mille & ſexcenti, qui percurſi hactenus, anni ſuppeditant. In aliud alia differantur tempus. Iam nunc tace. Obtempero, finemque facio, Deum Opt. Max. animitus precans & obteſtans, vt bene recteque pro 1 Tim. 3 v. 15. ipſius DEI domo, quæ eſt eccleſia, pro patria, & imperio toto geſtis rebus plurimis, maximis, vtiliſſimis quamplurimas annalium paginas idem Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus impleat Archiepiſcopus: eoque centeſimo eccleſiæ Moguntino Præſule, Paſtore, ac Patre, canat Moguntina diœceſis tota veriſſime, Horat. carm. ſæc. v. 57 ac iucundiſſime, quod in ſæculari quondam carmine perelegantur quidem, ſed ἀπειροκάλως Lyricus:

Iam fides, & pax, & honor, pudorque
Priſcus, & neglecta redire virtus
Audet: apparetque beata pleno
Copia cornu.

canat, inquam, tota cum eccleſia Catholica, ore, pectore, animoque ac ſpiritu toto, Chriſtianum illud notiſſimum, ſuauiſſimum, diuiniſſimumque melos:

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum,
Amen.

RERVM MOGVNTIA-CARVM

CONTINVATIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

ad pag. 909

IOANNES SVICARDVS *de* Cronberg. *a)*

- Hartmudus *de* Cronberg. *b)*
  - Hartmudus *de* Cronberg.
  - Anna *de* Cronberg.
- Barbara *de* Sickingen. *c)*
  - Suicardus *de* Sickingen.
  - Anna *de* Hendſchuchsheim.

a) *probans an.* 1564.
b) † *an.* 1591.
c) † *an.* 1567.

* * *

	Ioannes *de* Cronberg.	Hartmudus *de* Cronberg.	Franco *de* Cronberg.
			Agnes *de* Stockheim.
		Eliſabetha *de* Sickingen.	Reinhardus *de* Sickingen.
			Schonetta *de* Sinn.
	Clara *de* Helmſtatt.	Iacobus *de* Helmſtatt.	Damianus *de* Helmſtatt.
			Maria Hahs *de* Dievelich.
		Adelheidis *de* Flersheim.	Fridericus *de* Flersheim.
			Margareta *de* Randeck.
	Philippus *de* Cronberg.	Ioannes *de* Cronberg.	Philippus *de* Cronberg.
			Anna *de* Hendſchuchsheim.
		Catharina *de* Reiffenberg.	Waltherus *de* Reiffenberg.
			Margareta *de* Crüſtel.
	Catharina *de* Bach.	Bernhardus *de* Bach.	N. *de* Bach.
			Brigitta *de* Windeck.
		Eliſabetha *de* Auerbach.	Wilhelmus *de* Auerbach.
			N. *de* Nieffern.
	Franciſcus *de* Sickingen.	Suicardus *de* Sickingen.	Reinhardus *de* Sickingen.
			Schonetta *de* Sinn.
m.		Margareta *de* Hohenberg.	Wiricus *de* Hohenberg.
			Gertrudis Bois *de* Waldeck.
	Hedwigis *de* Flersheim.	Ioannes *de* Flersheim.	Fridericus *de* Flersheim.
			Margareta *de* Randeck.
		Ottilia Kranchin *de* Kircheim.	Bernhardus Kranch *de* Kircheim.
			Geza *ab* Engas.
	Dietherus *de* Hendſchuchsheim.	Dietherus *de* Hendſchuchsheim.	Henricus *de* Hendſchuchsheim.
			Gutta Knebel *de* Catzenelnbogen.
		Margareta *de* Franckenſtein.	Conradus *de* Franckenſtein.
			Margareta *de* Rodenſtein.
eim.	Gertrudis *de* Gemmingen.	Bleichardus *de* Gemmingen.	Richardus *de* Gemmingen.
			Catharina Landſchadin *de* Steinach.
		Anna *de* Dalberg.	Wolfgangus Camerarius *de* Wormatia, *dictus* Dalberg.
			Gertrudis Greiffenclaw *de* Volrats.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES SVICARDVS.

QVem doctiſſimus rerum, quas vſque huc illuſtrauit, Moguntiacarum auctor SERARIVS, poſt auſpicata IOANNIS SVICARDI initia, calamum poſuit, hunc ad illarum hiſtoriam ad præſentium vſque, quibus inſiſtimus, temporum ſeriem ſummatim pertexendam, reſumo. Id vero dum facio, iuuabit, quæ ab eo de *Ioanne Suicardo* iam allata ſunt, paullo vberius explicare, ac dein, quæ dicenda reſtant, ordinatim ſubiungere.

I Nobili & antiqua gente natum fuiſſe, bene dixit. Familiam enim, ex qua ortum traxit, ante quinque iam, & quod excurrit, ſæcula notam celebremque fuiſſe, ſatis conſtat. Vocabatur autem primum *de Eſchborn*. Superant enim *litteræ*, vt inſcribuntur, *renuntiationis eorum* de Eſchborn, *qui nunc* Cronenberg *appellantur*, *iuris*, *quod ſe habere prætendebant in patronatu eccleſiæ in Nordenſtatt*, ſignatæ anno MCCXLVIII, IV Idus Mart.

Ortus fuit præſapia, qui primum de Eſchborn vocabatur,

Hartmudum *de* Eskeburnen *ſiue* Eſchborn *teſtes inter laicos in litteris* Philippi *de* Bolandia *an. MCCXX datis. vid. Chronicon* eccleſiæ ad D. Victorem *ſectione I § XVI p. 597.* Walthérum *de* Eſchborn *anno MCCXXXV*, *&* Wilhelmum *de* Eſchborn *anno MCCXXXVIII in Canonicis Moguntinis fuiſſe*, *videbis in* Syllabo *noſtro* pleniori *ſectione VI p. 357.* Eſchborn *autem villa eſt*, *haud ita procul ab arce* Cronenberg *remota*, *ceterum præfecturæ* Cronenbergenſi *contributa.*

Dein appellabatur *de Cronberg*, a caſtro gentilitio *Cronberg* ſiue *Cronenberg*, in monte, quem *Veldberg* vocant, duabus ferme Francofurto ad Mœnum leucis diſiuncto. Ceterum inter familias Rhenanas Equeſtres, priſcæ virtutis nobilitate præſtantes, ſi qua alia eminuit, immo, quod affinitates cum *Hanoica*, *Iſenburgica*, *Weinſpergica*, *Runckelia*, *Eppenſteinia*, aliiſque contractæ arguunt, illuſtrioribus adnumerata *.

dein de Cronberg.

* Speneruſ *operis Heraldici parte ſpeciali lib. I cap. XIX § III p.* 104, Winckelmannus *parte II. chron. Haſſiaci cap. IV p.* 158, Imhof *Notit. Procerum Imperii lib. VII cap. I p.* 473.

II Natus autem fuit patre *Hartmudo*, matre *Barbara* de *Sickingen*, *Suicardi* de *Sickingen* filia, *Franciſci*, notiſſimi Herois illius, nepte. Auos, ceteroſque maiores ipſe ſequenti, dum Moguntiæ in Collegium Cleri principis recipi deſiderabat, complexus ſchemate eſt.

quos habuerit parentes,

III Fratres habuit tres, *Franciſcum*, *Hartmudum*, & *Ioannem Georgium*; quorum hic ex *Anna Margareta* de *Dalberg* ſuſtulit *Adamum Philippum*, anno MDCXXIII * Comitis auctum titulo, dignitateque, patrem ex *Maria Sidonia*, *Philippi Franciſci* de *Daun*, Comitis *de* Falckenſtein, filia, *Cratonis Adolfi* *Othonis*,

quos fratres

Othonis, qui anno MDCXCII d. I Aprilis cum vita ſtirpem ſuam finiit. Patruum vero coluit *Waltherum*, qui genuit *Hartmudum*, patrem *Ioannis Suicardi*, cuius filius *Ioannes Nicolaus* de *Cronberg* anno MDCCIV d. XVII Iulii, cum vitæ ſuæ termino fatalem totius *Cronbergiorum* ſtemmatis periodum abſoluit. Conf. *Imhof* l. d. § IV & V p. 474 & 475.

Pfeffingerus ad Vitriarii I. P. lib. I tit. V p. 758.

Quæ dixi, ſequens ſchema oculis quam clariſſime ſubiiciet.

quo anno natus.

IV Editus autem fuit in lucem anno MDLIII, die XV menſis Iulii, qui in faſtis memoriæ Apoſtolorum in varias orbis partes diſcedentium ſacer eſt, ortuque ſuo ſingulare prorſus genti ſuæ lumen intulit.

fit Domicellaris.

V Eccleſiaſtico vitæ generi cum ab ineunte adoleſcentia ſeſe dicaſſet, anno ſtatim MDLXIV, *Danielis* Archiepiſcopi prouiſione, Moguntiæ Cleri principalis cœtui, in locum *Iulii Pflugii*, Antiſtitis Numburgenſis, fato ſuo tum Citæ functi, adſcriptus fuit, & biennio poſt Collegio ad Equeſtrem *D. Albani*.

Romæ in lit- [illegible] -bis.

VI Quod iuuentam optimarum artium diſciplinis exercuerit, ac Romæ in Collegio Germanico Philoſophiæ, aliiſque ſtudiis magno virtutis litterarumque vacarit profectu, triginta poſt annis *Ioannes Buſæus* his memorauit verbis *: *De me vt quidquam dicam, prohibet verecundia, quem anno abhinc tricesimo, quo in vrbe orbis principe ſub vno celeberrimi Collegii Germanici tecto vna philoſophabamur, ita tibi deuinxiſti* &c.

* in Dedicatoria operum *Trithemii* ſpiritualium, ſub finem.

[illegible] dignitates.

VII Cum ſic altioribus doctrinis ac ſalutaribus vitæ præceptis ad eccleſiæ munia gerenda inſtitutus eſſet, domi ad varios ſubinde honores ſucceſſit. Et anno quidem MDLXXVI a Cardinale *Morono*, Nuntio Apoſtolico, Præpoſitus ad *D. Petri* extra mœnia Moguntina conſtitutus *, & anno MDLXXXII a Canonicis metropolitanis *Scholaſticus* maioris electus eſt **; biennio poſt vero ab Archiepiſcopo *Wolfgango* muniis Vicarii in ſpiritualibus ſiue eccleſiaſticis generalis admotus. Anno MDLXXXVIII Præpoſiti ad *D. Albanum* dignitatem obtinuit †, & quum morum honeſtate, prudentiæque laudibus, cum maxime vero eximiæ religionis auctoritatiſque fama longe tunc inter alios primus eſſet, anno MDXCV non Præpoſitus ſolum B. M. V. *ad gradus* rite deſignatus ††, verum etiam *Decanus* Collegii ad *D. Martinum* primarii legitimis factus ſuffragiis eſt *; quin anno tandem MDXCIX ciuitatis etiam Moguntinæ Camerarius renuntiatus.

* Vid. *Chronicon Petrenſe* ſectione II p. 439. Notandum autem, quod Præpoſiti ad hanc ædem locum poſtea an. MDLXXXIX ceſſerit *Iacobo* de *VVilsberg*.

** Vid. *Syllabus plenior* ſectione IV p. 322.

† Vid. *Chronicon Santalbanenſe* lib. II ſect. I cap. I p. 741.

†† Vid. *Chronicon Marianum* ſectione II p. 672.

* Vid. *Syllabus*, quem dixi, *plenior* ſectione II p. 307.

fit Archiepiſcopus.

VIII Iuſtis funebribus *Ioanni Adamo* perſolutis, deliberatio de nouo Præſule ſubſtituendo a Clero maximi Collegii inſtituta; qua dies XVII menſis Februarii comitiis Pontifici eligendo habendis præſtitutus, & *Officialibus Archiepiſcopatus hereditariis* *, vt Moguntiæ ad iſtum præſto eſſent, indictus.

* Fuere ii, *Ioannes Henricus* ab *Henſenſtamm*, Mareſchallus hereditarius, *Franciſcus* de *Cronberg*, Pincerna hereditarius, *Ioannes Eberhardus* de *Cronberg*, Dapifer hereditarius; & *VVolfgangus Eberhardus Rud* de *Collenberg*, Camerarius hereditarius. Quos, cum *Officialium* Archiepiſcopatus Moguntini *hereditariorum* nuſquam alibi in hoc opere, quam hic, fiat mentio, commemoraſſe non ab re erit. De *Archiofficialibus* eiuſdem *hereditariis* alias dicendi erit locus.

Is cum

Digitized by Google

Hartmudus à Cr[illegible]
† an. 1549
vx. *Anna à Cro*[illegible]

Philippus.
vx. *Clara* de *Landsberg.*

Hartmudus,
Vicedominus Aſchaffenburg.
† an. 1608.

Hartmudus.
† an. 1591.
vx. *Barbara* de *Sickingen.*
† an. 1567.

Franciſcus.
† an. 1605
vx. *Catharina* de *Haſſtein.*

Ioannes Suicardus,
Archiepiſcopus Moguntinus.

Hartmudus.
† an. 1606.
vx. *Margareta Brendel* ab *Homburg.*

Ioannes Ge[illegible]
† an. 16[illegible]
vx. *Anna Maria* [illegible]
de Wormatia, B. à Dal[illegible]

Adamus Philipp[illegible]
† Ratisbonæ à 16[illegible]
vx. *Maria Sidonia* [illegible]
f. *Philippi Franciſci* de [illegible],
de Falckenſte[illegible].
d. an. 1624, d. 21 Oct[illegible]

Crato Adolfus Otto [illegible]
Comes de *Cronberg, Hohengero*[illegible]
& Falckenſtein, Dynaſta in [illegible]
Borbei, Flerchingen & [illegible]
† Poritſchii in Bohemia an. 16[illegible], d[illegible]
ſepultus Glatouiæ
ultimus familiæ [illegible]
vx. 1) *Maria Franciſca*, f. *Mar*[illegible]
Comitis Oetingenſis [illegible]
† 1686.
2) *Charlotte Eleonora*, [illegible]
berti, Comitis Wer[illegible]
d. an. 1687, men[illegible]

Digitized by Google

…*de* Cronberg.
…. 1549.
… *de Cronberg*.

Waltherus.
† an. 1558.
vx. *Anna Riedeſel* de *Eiſenbach*.

…orgius.
…608.
… Cameraria
…*de* Dalberg.

Hartmudus.
† an. 1608.
vx. *Eliſabetha* de *Muderſpach*.
† an 1611.
poſtrema ſuæ ſtirpis.

Waltherus.
huius propago in nepotibus e filio Hermanno *emarcuit.*

…ilippus.
… an. 1635.
…*idonia*,
…*Daun*, Comitis
…tein.
… 11 Octobr.

Ioan. Daniel.
vx. *Maria Eliſabetha* de *Partenheim.*

Ioannes Suicardus.
vx. *Maria Agnes* de *Rodenſtein.*

Ioan-Waltherus. Ioan-Philippus. Hartmudus.
tres hi deceſſere ſine liberis.

…Otto,
…*ngeroldseck*
… *Poritſchen*,
…*Abenheim*.
…692, d. 1 April.
…æ.
… *ſuæ*.
…*artini Franciſci*,
… Baldern.
…
… f. *Ludouici Al*-
…Vitgenſteinii,
…nſe Maio.

Hartmudus. Ioan Daniel.
ob. cælibes.

Ioannes Nicolaus.
† *cælebs an.* 1704, *d.* 17 *Iulii.*
vltimus ſuæ gentis.
ſepultus in Hollenfels.

Digitized by Google

Is cum illuxiſſet, cœtus vniuerſus in ædium primaria congregatus, votis, vt Moguntinenſi eccleſiæ res proſpere ac feliciter euenirent, nuncupatis, comitia in conclaui Capitularium conuentibus deſtinato iniuit. Scrutinio tum præfecti *Iacobus* ab *Elz*, Cantor, *Winandus* de *Rauſchenberg*, *Eberhardus* de *Heuſenſtamm*, ambo Canonici maioris, *D. Chriſtianus Agricola*, Decanus ad D. Petri & Sigillifer, *D. Vitus Miletus*, Decanus ad gradus, & D. *Iacobus Campius*, Protonotarius & ad D. Victoris Scholaſticus.

Inde poſtquam rogando magiſtratui ſedulo omnes intenti ſuffragia inter ſe comparabant, variantibus haud ita multum ſententiis *Ioannes Suicardus* ad celſiſſimi culmen honoris prouectus eſt; quem dein circa horam poſt meridiem ſecundam dictus modo maioris Cantor, *Iacobus* ab *Elz*, e conclaui in ædem progreſſus, Clero latina, populo germanica lingua electum palam renuntiauit. quo facto cum in priorem ſe locum recepiſſet, ille *Iulium* inter, Epiſcopum Herbipolenſem, & *Philippum Cratz* de *Scharpfenſtein*, Præpoſitum, medius incedens, in ædem dictam perductus, & in ara principe, ceu legitimam poſſeſſionem capturus, ſecundum morem rite collocatus ſedit, dum muſicis vocibus ac inſtrumentis Deo hymnum Ambroſianum chorus accinuiſſet. Quo finito acceſſere congratulatum & iuſtos obſequii titulos delatum ſinguli, primum Præpoſitus, dein *Iulius* Antiſtes, poſt hunc ceteri. Quibus officio hoc defunctis, cum extra chorum, præeunte cum Crucis ſigno Capitularium vltimo, procederet, *Cariolanus* quoque, Epiſcopus Auſſerrenſis, Nuntius Apoſtolicus, & *Ioannes Reinhardus* de *Schönenburg*, Legatus Cæſareus, ei voce geſtuque ſuum declarabant gaudium, proſpera quæque comprecantes. Hinc ad arcem *D. Martini* itum. Agmen ducebat Mareſchallus, cum turba Nobilium. Hos excipiebant ædis ſummæ Canonici: poſt Prælatos ibant & Officiales Archiepiſcopatus Moguntinenſis hereditarii. Tum recens electus medius incedebat inter *Iulium*, Herbipolenſium Antiſtitem, & Præpoſitum Moguntinum; pone ſequebantur Nuntius Apoſtolicus & Legatus Cæſaris. Quibus de reliquo cæremoniis, cum ad portam arcis ventum eſſet, admiſſus fuerit, ex iis, quæ ſupra in *Ioanne Adamo* attuli, colligere eſt.

IX Mox ad rem publicam flexit ſollicitudinem, & die XXIII Februarii ciues Moguntinos, ſequentibus autem diebus per oppida cetera Sedi ſubditos obſequii iureiurando firmati vinculis ſibi obſtrinxit. *homagium recipit.*

X Pontificis autem vt ſtabiliretur iudicio, palliique condecoraretur vſu, Romam inde miſit *Philippum Chriſtophorum* de *Sötern*, Canonicum Domicellarem, & *Vitum Miletum*, B. M. V. *ad gradus* Decanum: qui benigne prorſus a *Clemente* Pontifice & Cardinalium Collegio auditi, ſine vlla difficultate, quæ ipſe petebat, obtinuere, Bulla die II menſis Auguſti ſignata, & dignitatis Archiepiſcopalis inſigni, pallio, die eiuſdem menſis XIX *Philippo Chriſtophoro* ſollemniter tradito, domum remiſſi. *pallium petit*

Die XXXI dicti menſis Moguntiam allatum, *Ioannes Suicardus* oſculabundus accepit, & gratiis Papæ actis, omnia ſe præſtiturum pollicitus eſt, quæ Sedis Apoſtolicæ auctoritas, ſacrique huius dignatio geſtaminis poſtularent. *& accipit.*

XI Supremum honoribus faſtigium vt imponeret, menſe Nouembri ſequente ordinis Epiſcopalis ſacra quanta maxime par fuit religione ſuſcepit. Quæ ſollemnitas vt rite perageretur, dicti menſis die XX pallium, ciſtulæ holoſerico rubro obductæ incluſum, ex templo arcis in ædium primariam, Clero vniuerſo præeunte, a *Philippo Chriſtophoro* de *Sötern*, Præpoſitum inter & Decanum Collegii principis medio, delatum fuit. Sequenti, qui dies erat dominicus, conſecrationis pompa magna cæremoniarum dignitate in dicta *D. Martini* æde peracta. Inaugurandum ante aram principem ſacri vnguenti liquore inunxit *Stephanus Weberus*, Epiſcopus Myſienſis; manus vero ſimul imponebant duo Suffraganei, Treuirenſis ſcilicet & Herbipolenſis; quorum illi cognomen *Helfenſtein*, huic *Sangen*; adſtabant, reique diuinæ ſubſeruiebant tres Abbates, Seligenſtadenſis, Schönauienſis, & Erbacenſis. *conſecratur Epiſcopus.*

XII Reſtabat, vt Imperii beneficia a Cæſare peteret, itaque regalia. Delegauit igitur anno ſequenti MDCV Pragam *Philippum Chriſtophorum* de *Sötern*, Præpoſitum Treuirenſem & Canonicum Moguntinum, *Franciſcum Philippum* *Fauſt*, *Regalia impetrat.*

Fauſt, Cancellarium, *Ioannem Georgium de Cronberg*, & *Fridericum* de *Fürſtenberg*, ea more ſollemni requiſituros. quos cum *Rudolfus* audiuiſſet, die XIX Iulii ea petenti ritu fiduciario conceſſit.

Confluentiæ conuentui intereſt.

XIII Rebus autem hoc temporum tractu ſat creperis, viſum anno poſtero MDCVI *Lothario*, Treuirorum Antiſtiti, cum Coelectoribus ſacris de opportuno malorum impendentium remedio conſultatione mutua cogitare. Cum igitur Confluentiam eos inuitaſſet, *Ioannes Suicardus* eo deſcendit, adſcendit Colonienſis *Erneſtus*. Expenſis illis, quibus Imperium obiectum videbant periculis, conſiliiſque inter ſe communicatis, placuit Fuldæ habenda eſſe comitia Septemuiralia.

Conf. *Maſenius* annal. Treuirenſ. lib. XXIII p. 447; quem tamen falli puto, dum refert, *Electores Cæſari, reliquiſque orthodoxis Principibus auctores fuiſſe, vt per Legatos quique ſuos Fuldæ conuenirent.* Patebit id ex ſequentibus.

Fuldæ indicit comitia.

XIV Ea igitur *Ioannes Suicardus* a. d. XXVII Aug. Collegis indixit, & miſſis poſtea, vt illi, Legatis obiit. Ipſe quidem *Philippo Chriſtophoro* de *Sötern*, Scholaſtico Moguntino & Præpoſito Treuirenſi, *Caſpare* ab *Elz* ſupremo aulæ Præfecto, *Franciſco Philippo Fauſt*, Cancellario, *Caſpare Fleiſchbein*, Conſiliario, & *Iacobo Henzel*, ſibi a ſecretis; Treuirenſis, *Ioanne Zand* de *Merle*, curiæ prouincialis Præfecto, & *Petro Schneid*, Cancellario; Colonienſis, *Friderico* de *Fürſtenberg*, Satrapa Beilſteinenſi, & *Dieterico Biſterfeld*, Cancellario; Palatinus, *Ioanne Chriſtophoro* von *der Grün*, Cancellario, D. *Michaele Laſenio*, & *Ludouico Camerario*; Saxo, *Caſpare* de *Schönberg*, ſummi prouocationum Iudicii Præſide, & *Martino Aichmann*; Brandenburgenſis, *Ioachimo* de *Winterfeld*, & *Simone Vlrico Piſtoris* de *Seuſelitz*. Res, de quibus conſultationes habitæ, erant turbæ in Belgio bellicæ; ad ſcopulos hærens iuſtitiæ per Imperium adminiſtratio; motus in Hungaria periculoſi; cum maxime vero quæſtio, annon in tam perturbato Imperii ſtatu expediat, ad euitanda interregni incommoda, tempeſtiue de Rege Romanorum, qui Cæſari aliquando ſuccedat, cogitare? de qua etiam in conſeſſu ſtatim primo, die XXX Auguſti, deliberatio inſtituta. Concluſum autem; cum res ita habeat, Cæſaris pertentandam ſententiam; id vero faciendum litteris Collegii per Legatum peculiarem eidem tranſmittendis. De ceteris vero in conſeſſionibus ſecutis.

Conſultationibus ſine fructu tempus extractum ſcribit *Maſenius* l. d. quod *Struuius* ſyntagmat. hiſtoriæ Germanicæ diſſertat. XXXIV § XXVI p. 1481 repetit; vt tamen adiiciat, decretum fuiſſe, *Iudicium reuiſorium in Camera eſſe reſtituendum*; citans ſcriptum quoddam, hoc inſignitum titulo: *Extract aus der Relation der verrichteten ſachen bey dem Fuldiſchen angeſtellten Chur-Fürſten-tag der ſechs des H. Reichs ChurFürſten den 27 Aug. an. 1606, das Iuſtitien-vveſen betreffend.*

Electori Palatino colloquitur.

XV Electori vero Palatino, qui ab aliquot iam annis vaſta cum Principibus Proteſtantibus conſilia inſtruebat, vt præſens loqueretur, menſe Octobri an. MDCVII ſubſecuti Heidelbergam conceſſit, & vno alteroue die, inter mutua de periculis, quæ Imperio impendere videbantur, ſubmouendis colloquia, cum eodem tranſacto, domum reuerſus eſt.

de rebus Iuliacenſibus ſollicitus eſt.

XVI Ingens vero tempeſtas tractui ad Rhenum inferiori imminere videbatur, ſi *Ioannes Wilhelmus*, Dux Iuliacenſis, Princeps animo iuxta ac corpore debilis, in fata concederet. Plures enim erant, hereditatem tam opimam petituri. Quare ſub anni MDCIX initium Cæſarem ipſe litteris peculiaribus monuit, prouideret, ne mortuo illo quies ac tranquillitas Imperii periclitaretur. Idem, cum ex legatis ſuis, Coloniæ tum agentibus, intellexiſſet, illum d. XXV Martii morte oppreſſum eſſe, miſſis rogauit litteris; in maiorem indies ſollicitudinem adductus, ſtudiis partium in tam diuerſa tendentibus. Conſiliarii, Ordines prouinciarum, & Ciuitates, conuentione iam XXX Ianuarii die facta, conſtituerant, ſe Principum competitorum nulli aditum ad poſſeſſionem capeſſendam conceſſuros, niſi iure ſuo in foro competenti deducto, terras relictas clientelari fide a Cæſare impetraſſet. Brandenburgenſis contra protinus a morte *Ioannis Wilhelmi* per Hardenfeldium, nec eo ſecius Neoburgicus hinc inde matris ſuoque nomine poſſeſſionem arripuerat *. Quod ægre ferens *Rudolfus*, datis ad Conſiliarios Iuliacenſes litteris, vti cum relicta defuncti Ducis vidua

rem

rem publicam adminiſtrent, & neutram partem, donec de eorum iure plenius conſtet, admittant, ſerio imperabat †; quia alio edicto, die XXIV Maii ſignato, omnes, vt a vi abſtineant, hortabatur, eoſque, qui ſibi ius in terras a demortuo relictas competere perhibebant, ad tribunal aulicum, rebus Imperii diiudicandis inſtitutum, euocabat **. Qui tamen nihilo ſecius tranſactione Homburgi, ditionis Witgenſteinenſis arce, *Mauricio*, Haſſiæ Landgrauio, arbitri partes obeunte cœpta, Dortmundæ vero d. XXXI Maii ſtil. Iul. ad finem perducta, inter ſe pepigere, iunctis aduerſus omnes harum prouinciarum regimen vſurpatoros conſiliis viribuſque, communi poſſeſſionem nomine ſe retenturos, quoad cauſſa per ſententiam iudicis aut partium conuentionem compoſita ſit ††. Hinc Imperator ad grauiora conuerſus remedia, Archiducem *Leopoldum*, Argentoratenſium & Paſſauienſium Antiſtitem, ſequeſtris titulo mittebat ad eas occupandas, ac plena cum poteſtate adminiſtrandas; qui cum Herbipoli conuentui Catholicorum interfuiſſet, feſtinato itinere ac dignitate per viam diſſimulata, Iuliacum contendebat, vbi a *Neſſelrodio*, loci Præfecto (qui Düſſeldorpii e congreſſu Ordinum prouincialium clam digreſſus erat) velut a Cæſare legatus publicis grati aduentus ſignis excipiebatur *. Simul aderant *Ioannes Reinhardus* de *Schönenburg*, Conſiliarius Cæſareus bellicus, cohortiſque prætoriæ Præfectus, & *Ioannes Henricus* de *Neuhaus*, Conſiliarius Imperialis aulicus, *Leopoldo* ab *Rudolfo* adiuncti.

* *Puſendorffius* rerum Brandenburgicar. lib. IV § IX p. 205.
† *Lundorpius* Sleidani continuati tomo III lib. XV ad h. a. p. 932.
** *Idem* l. d. p. 943, *Meteranus* lib. XXIX ad an. MDCX p. 196 & ſeq.
†† *Puſendorffius* l. d. * *Idem* l. d. § XII p. 209.

Quæ dum fiebant, vterque Principum ſolidum ſibi in terras Iuliacenſes ius eſſe, pluribus *Ioanni Suicardo* exponebat; *Attilius* vero, Athenarum Archiepiſcopus, qui Coloniæ Pontificis agebat Nuntium, *Pauli* Papæ *V* nomine locoque vehementer inſtabat, velit Imperatorem excitare, ne quid in præiudicium religionis Catholicæ fieri pateretur.

XVII Præter hos motus indies magis ingraueſcentes, ipſius etiam Cæſaris res eodem temporis tractu admodum erant perturbatæ. Hungari icto cum Auſtriacis fœdere ſuperiori anno eius imperiis ſe ſubduxerant, obſequio *Matthiæ* Archiduci delato, qui dein Hungariæ regnum fratri extorſit. Hoc Boiemi ab eodem religionis & ſacrorum libertatem acriter ſatis poſcebant. Nec parum ei incutiebant curarum, qui ſeparatim ab reliquis conſilium ſibi capiebant Imperii Ordines. Quod perpendentes Septemuiri eccleſiaſtici, menſe Auguſto Moguntiam conuenerunt ad colloquium; & cum ſecum reputarent, obſtringi ſeſe ad partes *Rudolfi* ope conſiliiſque ſuis iuuandas, nil magis illius æque ac reipublicæ rationibus conducturum iudicarunt, quam ſi ipſe, ſenio magis magiſque ingraueſcente, de idoneo ſucceſſore quantocius cogitaret. Conuenit itaque, ſi Cæſar ad quendam ex domo Auſtriaca, oneri huic parem, præcipue vero Archiducem *Leopoldum*, propenderet, ſe illi, nullique alii, ſuffragiis ſuis Imperium adſtructuros: quod ſi vero rem, quæ certe cunctationem diutinam haud recipiat, relinqueret in ſuſpenſo, vel improbaret reiiceretque, tum liberum vnicuique fore, in quem tempore electionis futuræ ſuffragio ſuo ire velit. Interius autem omne ſecretum hoc eos preſſiſſe, mihi haud ignotum; notum itidem, *Ioannem Suicardum* potiores hic egiſſe partes.

Conuentu inſtituto,

cum Treuirenſi & Colonienſi

de Rege Romanorum eligendo,

Simul (*Maſenius* auctor eſt *) ſociandas quamprimum inter ſe Catholicorum Principum vires pro religione, patria, & æquitate defendenda cenſuere, quam etiam in rem certæ ſubſidii mutuo præſtandi conceptæ leges; vt ſi quiſpiam illorum ab hoſte peteretur, definito militum numero ſuis quiſque impenſis ſuffragaretur alteri, & periculum vnius omnium eſſe cenſeret diſcrimen.

fœdere ineundo.

* l. d. § LXV p. 451; qui porro memorat, vt pacis hæc armorumque ſocietas tanto validioribus præſidiis aduerſus Proteſtantium vim muniretur, in communionem illius adductos Epiſcopos Vormatienſem, Spirenſem, Argentoratenſem, Baſileenſem, Oſnabrugenſem, Eichſtadtenſem & Auguſtanum; Fuldenſem & Campidunenſem Abbates; magnum denique Equitum Teutonicorum Magiſtrum, Ducem vero Bauariæ caput fœderis huius deſignatum. Errat tamen, dum Confluentiam eos conueniſſe ſcribit.

& cauſa Iuliacenſi conſultant. Tum vero negotium Iuliacenſe haud parum habebant penſi. Pleniſſimè enim peculiari per *Philippum Chriſtophorum* de *Sötern*, ſemel atque iterum nobis iam dictum, ſcripto tranſmiſſo, quo res eſſent ſtatu, *Leopoldus* Archidux conuentui expoſuerat. Quare litteris d. XXVIII Auguſti ſignatis Galliarum Regem, *Henricum IV*, rogabant, ne quid faceret, vel permitteret, quod vel auctoritati Cæſareæ, vel Electoris Saxonici, vel cuiuſuis alterius iuri impedimentum afferre poſſit. Aliis Brandenburgenſem & Neoburgicum monebant, dignitatis maieſtatiſque Imperatoriæ haberent rationem, nec externo freti auxilio rem in caſum darent: hil ipſis maiori fructui gloriæque futurum, quam ſi eam legitimo ſubmitterent iudici, vt ſecundum Imperii leges ac conſtitutiones ordinatim riteque diſcutiatur.

legatos Saxonicos audit. XVIII Conuentu finito *Ioannes Suicardus* non legatos modo Saxonicos, *Chriſtiani* Electoris, *Ioannis* item *Caſimiri*, & *Erneſti*, *Wolfgangum*, Comitem *de* Mansfeld, *Burchardum Lucan*, & *Marcum Gerſtenberger* in *Drackendorf*, de Domus Saxonicæ in prouincias Iuliacenſes iure miſſos, haud grauate admiſit, ac die IX Nouembris audiuit; verum deinceps etiam omne animi ſtudium eo conuertit, vt ſalubribus conſiliis, monitionibuſque Imperii otio & quieti conſuleret.

de negotio Iuliacenſi XIX In publicis vero id genus negotiis cum prudentiæ non minus quam virtutis laude ſpectatus eſſet, factum, vt auctoritati ipſius iudicioque non Principes modo, qui in poſſeſſionem terrarum Iuliacenſium pedem poſuerant, ſed *a Principibus poſſidentibus,* ipſe etiam Galliarum Rex haud parum tribueret. Illi certe petebant, ſua apud Cæſarem eniteretur ac efficeret opera, vt res a Principibus & Paribus curiæ, ſecundum morem temporibus antiquis in Imperio ratione, vt aiebant, optima receptum definiretur; Iudicii enim aulici ſe merito defugere ſententiam. Simul mittebant ſollemnium obteſtationum, quem decretis Cæſareis interpoſuerant, *& Rege Galliæ compellatur.* libellum. Hic litteris VI Nouembris die datis teſtabatur, ſibi non eſſe propoſitum, iudicis agere partes, ac Principum competitorum iura diſcutere; huc modo ſua ſe vertere conſilia, vt ſuum vnicuique illorum ius ſaluum ſit integrumque, nec priuatorum quorundam commodorum reſpectu ab aliis inique detineatur vel infringatur.

Iſtis perferendis adhibuit *Iacobum Bongarſium*, magnæ tum temporis dignationis virum; qui proinde eas *Ioanni Suicardo* his adiunctis non longe poſt anni ſequentis initium tranſmiſit.

Reuerendiſſime, Illuſtriſſime, & Potentiſſime Princeps ac Domine.

Iamdudum ſibi Illuſtriſſ. C. V. me etiam priuatum benignitate ſua deuinxit: & debui ſane ei me ſiſtere, ab ea ſæpius inuitatus: debui & nuper ipſe Regis Domini mei litteras præſens reddere, deberem & has; ſed illas, quæ me hinc inde errantes erant proſecutæ, non potui, cum eſſent mihi tardius, iam in reditu conſtituto, reddita; & eſſem ipſe recentioribus mandatis a Rege reuocatus. Has per inualiditatem non poſſum. Sed nec volo temere in Illuſtriſſimæ V. C. grauiſſima negotia incurrere, & litteris ſuis Maieſtas eius ſe ſatis ipſa explicat, eiuſque ingenium & mentem res ipſæ, & toto orbe clariſſimæ actiones indicant. Nempe publicæ tranquillitatis ſtudioſiſſimum Principem eſſe, qui arma nunquam, niſi extrema neceſſitate coactus, aſſumpſerit; qui ea ſemper volens lubenſque, omni poſtpoſita vindictæ ratione, nullo ſui commodi reſpectu depoſuerit; qui ea, quamuis atrocibus iniuriis prouocatus, non reſumpſerit; qui & ſubditis, quos a Deo, natura regnique iure, accepit, pacem vltro clementiſſime multo ſudore ſuo & ſanguine comparatam dederit; qui & vicinos vtrinque populos illos, magno impetu ad arma ruentes, repreſſerit; hos pene immortali bello implicitos, quantum potuit, pace reſtituerit, nullo priuato aut ſuo aut ſuorum commodo, immo, vt plerique non imprudentes iudicant, ſuo & ſuorum incommodo. Hunc talem tantumque Principem qui ſuſpicantur alienis inhiare, qui tot ſua habeat, & belli incentorem eſſe, qui pacis publicæ parens merito habeatur, ne illi aut obſtupido ingenio, aut mala mente præditi ſint; & ſunt tamen homines male feriati atque etiam improbi, qui Maieſtatis eius in negotio Iuliacenſi ſucceſſionis conſilia ita peruerſe & maligne interpretantur, vt tamquam claſſicum canentem, & bello Chriſtianum orbem inuoluentem differant; ſcilicet vt Cæſari auctoritatem, Im-

perio prouincias, & ſua veluti membra ereptum eat. Fateri hic oportet, quod res eſt, Regem, vt pacis ſtudioſiſſimum, ita iuſtitia amantiſſimum, & amicitiæ tenaciſſimum eſſe. Videt hic, per aliorum ambitioſa conſilia amicos Principes de iure ſuo periclitari, & alienam cupiditatem, per fas per nefas creſcendi, omnes occaſiones arripere: ex eo magnum toti orbi incendium prauidet. Itaque amicos illos Principes ad concordiam vocat, vt priuatos omnes reſpectus deponant, vt controuerſias, quibus conturbantur, ipſi inter ſeſe, vti decet Chriſtianos Principes, componant, vt communibus auxiliis communem cauſam adminiſtrent, ſaluo aliorum iure, ſalua atque integra Cæſaris auctoritate. Sed illorum, quæ dixi, ambitioſa conſilia nemo ignorat, &, ſi quis ignorat, is & quæ olim patrum noſtrorum, & quæ noſtra memoria geſta ſunt, perlegat; ſtatim intelliget, quò illi adſpirent, neque vllum dubium faciet, quin, ſi eis locus concedatur, ſtatim ſint omnes gentes & prouincias inuaſuri. Regis Domini mei, vt puræ ab alienis manus, ita & hic fama integra eſt.

Sed hæc apud Illuſtriſſ. C.V. aliena ſunt: nam ipſa & per ſe amans eſt publicæ pacis; quæ, niſi ſuum cuique conſeruetur, nequit conſiſtere, & de Rege, non dubito, quin pro ſua prudentia ſincere iudicet. Itaque quod in mandatis de ipſius Maieſtate habeo, Illuſtriſſima & Reuerendiſſima C.V. plurimam ab ipſo & amiciſſimam ſalutem dico; eam Maieſtatis ſuæ nomine oro, vt, quod Electoris officium eſt, intentos in auidas illas mentes & rapaces manus oculos habens, ne quid damni de improuiſo Reſpublica capiat, & præcipua Imperii membra, falſo iuris prætextu, ſumma iniuria afficiantur. Hoc ſibi de Illuſtriſſima C.V. excellenti prudentia & inſigni æquitatis ſtudio Rex pollicetur, & operam vna ſuam offert amiciſſime: me, ipſi Illuſtriſſima C.V. vt dixi, iam antea deuinctum, ipſa ad ſua etiam mandata paratiſſimum experietur; quam Deus bono publicæ rei quam diutiſſime incolumem eſſe velit. Francofurti XXII Ianuarii MDCX.

Reuerend. & Illuſtriſſimæ C. V.

Obſequentiſſimus

Bongars.

Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Domino *Iohanni Suichardo*, Archiepiſcopo Moguntino, S. R. I. Electori & Archicancellario.

Quin Auſtriacæ domus magis magiſque ſuſpectans conſilia, idem anno ſequenti MDCX, miſſo Aſchaffenburgum Conſiliario Status, *de Boiſſize*, repetebat, rogans, velit *Ioannes Suicardus* ſua apud Cæſarem auctoritate præcaueret, ne ius, quod Principibus poſſidentibus in terras Iuliacenſes competat, partium ſtudio interuertatur.

XX *Rudolfo* interea haud leui erat dolori atque ægritudini, a fratre *Matthia* Hungariæ regnum ſibi cum Auſtria ereptum eſſe: præterea vero ex ipſa re varia ei incidebat ſuſpicio. Quare poſt anni huius MDCX initia Principum quoſdam Pragam euocauit, vt collatis perpenderent conſiliis, qua ratione motibus vlterioribus obuiam iri, dignitatis Cæſareæ a Matthia grauiter admodum conculcatæ auctoritas redintegrari, & tum in domo Auſtriaca, tum alibi res ad tranquillum pacis vſum reuocari poſſit. In his erat *Ioannes Suicardus*; qui proin die XIII Aprilis iter ingreſſus, die XXVI Pragam venit, ab Rudolfo per ſupremum Boiemiæ Cancellarium perquam clementer exceptus, ac biduo poſt ad colloquium admiſſus. Aderant iam, cum eo appuliſſet, *Erneſtus*, Elector Colonienſis, *Henricus Iulius*, Dux Brunſuicenſis, & *Ludouicus*, Haſſiæ Landgrauius: *Chriſtianus II* Elector Saxo, *Maximilianus*, *Ferdinandus*, & *Leopoldus*, Auſtriæ Archiduces, diebus aduentabant proxime ſequentibus; hi quidem XXVIII, ille XXVII *; quibuſcum dein & *Alberti* Archiducis Legato, *Octauio Viſcontio*, Comite de Gamalerio, propoſitione Cæſarea Kalend. Maii audita, ſingulari deliberauit ſtudio.

a Cæſare vocatus

* *Arthuſius* Mercurii Gallo-Belgici tom. VIII lib. III p. 81.

Actum autem cum *Matthia* primum per litteras, & licet res aliquandiu hæreret, inſtando tamen eo tandem deducta fuit, vt Legatos ille Pragam mitteret, qui de pace atque amicitia tractarent. Quum vero ne ſic quidem negotium ex ſententia ſuccederet, conceſſere Viennam *Erneſtus*, Archiepiſcopus Colonienſis, ac *Ferdinandus* Archidux; quorum opera, *Ioanne Suicardo* præcipue prouidis conſiliis adnitente, res ad aliquam concordiæ faciem deducta eſt. Eundem ſane tum nil feciſſe reliqui, ſed diſſidio minuendo atque ad pacem tranquillitatemque reuocando curam omnem ac ſollicitudinem impendiſſe, *Matthias* ipſe, dum litteris Viennæ IV menſis Octobris die ſignatis ſignificabat, ſe conuentioni per *Henricum Iulium* Brunſuicenſem allatæ ſubſcripſiſſe, diſertis verbis agnouit, prædicauitque *: *Philippus* vero Hiſpaniarum Rex his teſtatum fecit litteris.

PHILIPPVS *D.G. Hiſpaniarum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ & Mediolani, Comes Habſpurgi, Flandriæ, & Tirolis.*

Illuſtriſſime ac Reuerendiſſime in Chriſto Pater, Domine, Domine Archiepiſcope Moguntine, S. R. I. per Germaniam Archicancellari, Princeps Elector, Conſanguinee noſter chariſſime.

Ex felici initæ pacis & concordiæ ſucceſſu inter Imperatorem & Hungariæ Regem, auunculos noſtros, quantum adfuiſſe Dil. V. auctoritatem oportuerit, ſatis nouimus, idque ſpeciatim ex literis D. Balthaſaris de Cuniga, Oratoris noſtri, percepimus; & cum in omnium vtilitatem cedere videremus (ob quam vt fieret, enixe cupiebamus) ſumma lætitia affecti ſumus. Quare Dil. V. non minimas gratias agimus, quod huiuſmodi tranſactioni tanto adiumento fuiſſe credamus. Cui rebus in omnibus beneuolentiæ & noſtri amoris teſtimonia pollicemur. Deus O. M. Dil. V. incolumem ſeruet. Ex regia noſtra Matriti die decima octaua Decembris, 1610.

Philippus.

Antonius . . . . .

* Quæ quidem ita habent: *Indem Sie vveder mühe noch arbeit, vnkoſten, verſaumbnus . . . angeſehen, ſondern damit dis heilſambe vverckh zu beſtandigem end gebracht vverden mögte, ahm Kayſerl. Hof ſo lang verbleiben, vnd das vverckh vnausſezlich, bis endlich ſolcher vergleich von der Kayſerl. Mai. vnderſchrieben vnd beſtättiget vverden, treuherzig getrieben —— deſſen vvir vns freundlich bedancken &c.*

Archicancellarii ibidem munia obit.

XXI Interea ei, tanquam S. R. I. per Germaniam Archicancellario, die IV Maii ſigillum Cæſareum maius minuſue a Vicecancellario Imperii, *Stralendorfio*, allata fuere. Vnde poſtea tam in ſanctiori Cæſaris ſenatu, quam iudicio rebus Imperii diiudicandis conſtituto Archicancellarii obiit munia, ac haud paucis, eoſque inter D. *Nicolao Gereon*, Lic. *Adamo Schvvind*, Conſiliariis ſuis, Archiatro *Georgio Iacobo Sartorio*, & Secretario *Iacobo Henzel*, partim nobilitatis, partim comitiuæ Palatinatus Cæſarei decreuit honores, & Cæſare eoſdem ratos habente, tabulis confectis firmauit. Domum reuerſurus, ſigilla *Stralendorfio* reſtituit, & cum in rebus abularii & *officio*, ſicuti vocatur, *Taxæ* varia deprehendiſſet, quæ contra ordinationes & conſtitutiones, præſertim in expediendis decretis & æſtimandis laboribus, inualuerant, die XV Septembr. in ipſo monumentorum publicorum receptaculo, ſingulis & omnibus, qui tabularii rationes curabant, conuocatis & præſentibus, leges quaſdam, quibus illaudabiles id genus conſuetudines reformabantur, *Stralendorfio* tradidit, dato ſimul mandato, vt ſtricte eas obſeruari curet.

de negotio Iuliacenſi cum præſentibus deliberat.

XXII De cetero, cum in eodem hoc conuentu Imperator Electores Principeſque præſentes conſilium de Brandenburgenſis & Neoburgici, non obedientium, culpa, mandatiſque Cæſareis in effectum deducendis popoſciſſet, viſum fuit, in rem communem fore, ſi illi poſitis armis in ordinem ſe redigerent. igitur vt id faciant, hortandos. ſi fecerint, Rudolfo haud exiguæ laudi fore, ſi indignationem ſuam dimitteret reipublicæ. Cæſare ſententiam hanc approbante, miſſæ ſtatim in hunc ſenſum ad ipſos litteræ; decretæ etiam legationes; vna,

quæ

quæ huius negotii cauſſa iret in Gallias, ad Reginam viduam, Regemque iuuenem; altera, quæ Coloniæ Agrippinæ cum Brandenburgenſi & Neoburgico de propoſitis ageret conditionibus. Ad illam obeundam delecti *Frobenius* Comes Helfenſteinius, eoque poſtea id officii deprecante, *Philippus Chriſtophorus* de *Sötern*, aliquoties iam laudatus, ad partem curarum Epiſcopalium interea a Spirenſi *Adiutoris* titulo adſumtus, *Nicolaus Gereon*, Conſiliarius Moguntinus, & *Ioannes Wolfgangus* de *Schrautenbach*. Qui cum in viam ſe dediſſent & iam Norimbergam appuliſſent, reuocati fuere. Superuenerant enim Legati ad aulam Gallicam Hiſpani litteræ, quibus nuntiabatur, ſatius fore, ſi Coloniam ſtatim Legati ſe conferrent. Reginam enim Brandenburgenſi & Neoburgico omnibus ſuaſuram modis, vt arma deponant. nec ambigere, id ipſis ſe perſuaſuram, dummodo breui reſciat, an Cæſar ad conditiones oblatas accedere velit. quod ſi eas accipiat, copiis Gallicis interdictum iri, ne quid in terras Iuliacenſes intentent. Ad hanc deſignati *Ferdinandus*, *Erneſti* Colonienſis Adiutor; eoque partes iſtas poſtea recuſante, *Ioannes Suicardus*, *Iulius Henricus*, Dux Brunſuicenſis, & *Ludouicus*, Landgrauius Haſſiæ. quibus Cæſar Commiſſariorum ſiue Moderatorum titulo imponebat *Lotharium*, Archiepiſcopum Treuirenſem, *Ioannem Georgium*, Comitem Hohenzolleranum, Senatus Imperialis aulici Præſidem, & *Adolfum Wolfgangum* de *Metternich*, Collegii cathedralis Spirenſis Decanum.

XXIII His ita conſtitutis *Ioannes Suicardus* Coloniam miſit *Philippum Chriſtophorum* de *Sötern*, ex dictis iam ſatis ſuperque notum, *Antonium Waltbott* de *Baſſenheim*, maioris Cantorem, *Ioannem Richardum Brömſer* de *Rüdesheim*, Vicedominum Rhingauiæ, & *Nicolaum Gereonem*, Conſiliarium; *Henricus Iulius* vero *Wernherum König*, *Antonium Streithorſt*, & *Iodocum* de *Adeleveſen*; Landgrauius acceſſit ipſe, ſtipatus Cancellario ſuo *Ioanne Strupp* de *Gelnhauſen*, aulæque Mareſchallo, *Ioanne Wolff* de *Weitelshauſen*, dicto, *Schrautenbach*. Et hi quidem vtrique Principum omnibus ſuadebant modis, vt conditionibus propoſitis locum relinquant; ſed incaſſum, vt alibi iam legi poteſt *. Quamuis igitur a partibus nil impetratum, fidem tamen *Ioannes Suicardus* prudentiamque ſuam Cæſari luculenter admodum probauit. *ſuos ad conuentum Colonienſem mittit.*

* Vid. præter *Arthuſium* Mercurii Gallo-Belgici tom. VIII lib. III p. 110, & lib. IV p. 8 & ſeq. *Maſenium* annal. Treuirenſ. lib. XXIII § LXXII & ſeq. *Pfeffingerum* memorabil. ſæculi XVII ad h. a. cap. IV n. I p. 329 & ſeq. alioſque, *Relatio* de hoc conuentu vernaculo ſermone ſcripta apud *Meyerum* ſupplement. *Londorp.* tom. I p. 553 & ſeq.

XXIV Penſi id habens Elector Saxo, non multo poſt miſſis Aſchaffenburgum legatis rogabat, cum Brandenburgenſis & Neoburgicus nec Cæſareis pareant mandatis, nec Principum, meliora ſuadentium, conſiliis locum dent, ſed obſtinatione quadam ſententiæ perſiſtant in incepto, atque adeo proſcriptionis mereantur pœnam, velit *Ioannes Suicardus* Imperatorem *Rudolfum*, vt in eos animaduertat, ac miſſis legatis ditioni Iuliacenſi ſubditos ad Domus Saxonicæ adigat imperia, excitare. Ratus ille, non ferendum eſſe, vt Cæſaris legumque publicarum auctoritas longius vilipendatur, ac pro nihilo putetur, quid ſui eſſet conſilii cum liberaliter tum prouide exponebat. Animum autem tum induxerat, Cæſari collapſum Imperii ſtatum explicare, ſimul vero ſtimulos addere, ne maieſtatem ſuam impune contemni patiatur. *Saxoniæ de cauſſa Iuliacenſi legatos audit.*

XXV Eundem in ſenſum die VI Decembr. reſpondit *Ioanni* de *Linſingen*, quem *Mauricius*, Haſſiæ Landgrauius, e conuentu Vmſtadtenſi Aſchaffenburgum miſerat, rogatum, cum omnis labor Coloniæ in caſſum ceciderit, vt ſua de tranquillitate in Imperio recuperanda, ſtabiliendaque conſilia conferre velit. Quippe diſertis regerebat verbis, ſibi quidem publica quiete nil prius eſſe ac antiquius, huius tamen negotii componendi non eſſe alia, quæ promereret, conſilia, quam quæ Principes Pragæ Cæſari deliberanti dederint. Brandenburgenſem igitur ac Neoburgicum, vt ea ſequantur, induceret. *Mauritii item Landgrauii.*

XXVI Ceterum tempore rei publicæ tam difficili in rem videbatur Principibus Electoribus, anno ſequenti MDCXI Norimbergæ habere comitia. quo etiam *Ioannes Suicardus* ſub initium Octobris profectus eſt. Cum ceteri Sep- *Comitiis Norimbergenſibus intereſt.*

 temui-

quæ in iis acta, temuirum etiam appuliſſent, & Brandenburgici abſentis Legati, inſtitutis de periculoſo rerum ſtatu, ſenioque Cæſaris ingraueſcente, & creando Romanorum Rege deliberationibus, viſum, Legatos mittere Pragam, qui *Rudolfo*, quid Electoribus videatur, expromerent. Fuere ii *Ioannes Richardus Brömſer* de *Rüdesheim*, Vicedominus Rhingauiæ, Moguntini; *Ioannes Zand* de *Merle*, curiæ Treuirorum prouincialis Præfectus, Treuirenſis; *Iodocus* de *Landsberg*, Ducatus Weſtphalici Mareſchallus, Colonienſis; *Ludouicus Camerarius*, Adminiſtratoris Palatinatus Rhenani; *Marcus Gerſtenberg*, Saxonis, & *Chriſtianus* de *Bellin*, Brandenburgenſis nomine. Qui cum die XIV menſis Nouembris admiſſi fuiſſent, Brômſero verba faciente, perturbatum Imperii ſtatum deſcripſere, & præter alia nonnulla, quæ exponebant, retulere, Principes Electores in ea eſſe ſententia, incommodis periculiſque maioribus auerruncandis id maxime conducturum, ſi Romanorum Rex, futurus in Imperio ſucceſſor, eligeretur. Illos quidem ſine Cæſaris conſenſu nil facturos; petere autem, cum domum Auſtriacam nequaquam præterire conſtituerint, aperiat Rudolfus, quem ſibi ex ea ſucceſſorem optet; tum vero concedat, vt partibus ſuis, ex A.B. præſcripto, defungi poſſint. Ipſius honori nil derogatum iri. Sub hac enim conditione futuro Romanorum Regi regiam eos dignitatem collaturos, ne quid in Imperio negotii occupet, niſi quod Cæſar ipſum procurare velit ac iubeat. Die vero dicti menſis Nouembris XXIII hoc a *Rudolfo* tulere reſponſum: Bene quidem ſe recordari, quæ Electores iam pridem monuiſſent. Quo minus autem ſui ſenſa animi eisdem hac de re expoſuiſſet, in cauſſa fuiſſe, quod partim variis vſque huc, vt notum, turbis fuiſſet implicitus, partim vero cupiuiſſet, antequam id ſuſciperetur negotii, haberi Comitia, quibus ipſe præſens conſtituiſſet intereſſe. Quod vt pateret, ſe iam in eo fuiſſe, vt Legatis ſuis Norimbergam ituris in mandatis daret, monerent Electores, ſua eo velint dirigere conſilia, vt vel nupera Comitia inſtaurentur, vel noua indicantur. Cum autem perſpiciat, Septemuiris conſultius videri, nutantibus per Imperium rebus ſine vlteriori mora Regis Romanorum electione ſuccurrere, ſe quidem ſententiæ illorum haud refragaturum; petere tamen, vt ratione temporis, negotio huic præſtituendi, diligentem ſui Electores habeant rationem, quo ea, quæ neceſſaria ſint, monere atque in medium proferre poſſit. Et cum, ſine Comitiis, ceteris in tanta Imperii perturbatione rebus medela ſalutaris adhiberi nequeat, ſe itidem rogare, velint Legati Heris ſuis adhortatores eſſe, vt vel ad nupera continuanda, vel ad noua Ordinibus propediem indicenda conſenſu ſuo incumbant.

Regi Romanorum eligendo diem præſtituit. Quæ cum Legati Norimbergam reuerſi retuliſſent, conuenit, vt anni inſequentis MDCXII primus & viceſimus menſis Maii dies negotio electionis more conſueto Francofurti ex aureæ Bullæ norma ſuſcipiendo ſtatueretur. Quo concluſo facto *Ioannes Suicardus* die XVI Decembris litteras ad vnumquemque Electorum expediit.

Imperatore mortuo, XXVII Nuntiis interea de valetudine Cæſaris indies graueſcente ac in deterius inclinante allatis, per *Caſparem* ab *Elz*, cum Adminiſtratore Palatinatus Rhenani, *Ioanne* Bipontino, prouide contulit, ac cum tandem relatum eſſet, XX Ianuarii die, qui Fabiano in faſtis ſacer eſt, in fata conceſſiſſe *Rudolfum*, omne animi ſtudium eo conuertit, vt creperis Imperii rebus qua poſſet ope conſuleret.

a variorum Principum legatis inuiſitur. XXVIII Aliis ſane litteris Electores ad præſtitutum ſupra primum & viceſimum menſis Maii diem Francofurtum euocauit, ac Legatos Principum, *Ioannem Rupertum Hagenmüller*, Conſilii Imperialis aulici Aſſeſſorem, & *Ioannem Iacobum* de *Stein*, Ordinis Teutonici Equitem, ac domus Rubeacenſis Commendatorem, a *Maximiliano*, Auſtriæ Archiduce; *Dietericum Biſterfeld*, Cancellarium, ab Archiepiſcopo Colonienſi *Erneſto*; *Ladiſlaum*, Comitem Fürſtenbergenſem & Werdenbergenſem, ab Archiduce Auſtriæ *Alberto*; *Ioachimum* de *Donnersberg*, Cancellarium ſupremum & Præfecturæ Marquardſteinenſis Satrapam, a *Maximiliano* Duce Bauariæ; *Fridericum*, Comitem Solmenſem, *Wolfgangum Philippum* de *Brand*, Iudicem prouincialem Graiſpacenſem, *Ludouicum Andream Lemblin*, *Hugoldum Beer* in *Hugelsdorff*, *Petrum Friderum*, & *Caſparem Heuchlin*, I.V. DD. a *Philippo Ludouico*, Duce

Neo-

Neoburgenſi, hæc inter miſſos, aditumque conueniendi petentes, qua par erat beneuolentia curaque audiuit.

Francofurtum concedit.

XXIX Tempus eligendo Cæſari definitum cum appropinquaret, ipſe primus omnium illuſtriſſimo cum comitatu, quem alii pluribus iam deſcripſere *, Francofurtum die XX Maii, horam circiter vndecimam, ingreſſus, ad PP. Dominicanorum cœnobium, in quo diuerſari conſtituerat, inter armatos vtrinque ciues conceſſit.

* Sigillatim *Arthuſius* Mercurii Gallo-Belgici tom. IX lib. II p. 72 & ſeq.

Matthia colloquitur.

Triduo poſt aduentantem Francofurtum Hungarorum & Bohemorum Regem *Matthiam* excipere conſtituerat, Nobilibus ſuis ſtipatus cœnobio iam egreſſus. Enimuero, cum ille, antequam domum Brunfelſiam, hoſpitium ſuum, ingrederetur, conuerſo monaſterium verſus itinere ſalutandi officio eundem præuenire vellet, & *Ioannes Suicardus* de aduentu ipſius in via certior factus, ad cœnobium rediret, accidit, vt ſibi inuicem ibidem occurrerent, & ſalutatione peracta dimidiam fere horam colloquio traducerent familiari *.

* *Idem* l. d. p. 92 & ſeq.

eundem eligit & coronat.

Inde ad electionis ventum conſilia eſt. Habitæ autem fuerunt conſultationes ad XIII Iunii diem vſque. Quo quidem die *Matthiæ* Regi Septemuirum ſuffragiis Imperium delatum. Electum dein die modo dicti menſis XXIV (qui erat dominicus) *Ioannes Suicardus* vetuſto ritu cæremoniaque inunxit; *Annam* vero ipſius coniugem die Martis, qui XXVI Iunii erat, ſubſecuto *.

* Non autem die XXV, qui Lunæ erat, vt *Maſenius* l. d. § LXXX p. 454 prodit. Vid. *Arthuſius* l. d. p. 161 & ſeq.

Moguntiæ Franciſcanis locum concedit.

XXX Promouendæ interim religionis ſtudio, eodem hoc anno *PP. Franciſcanos* Moguntiæ in *Conuentum*, vti vocabatur, *maiorem*, quem iis ſuperiori adſignauerat, immiſit *; *PP.* vero *Societatis Ieſu* Aſchaffenburgi locum capere iuſſit, quibusdam eorum, qui ibi reſiderent, Moguntia euocatis.

* Vid. Diſſertatio *de origine, fatis, ſtatuque monaſterii eorum* § I & II p. 856 tomi II.

Francofurti litem ciuium cum Senatu componit.

XXXI De cetero, cum oborta Francofurti ciues inter & Senatum diſſenſione quadam periculum eſſet, ne malum iſtud latius ſerpendo in vaſtum tandem incendium cum irrecuperabili ciuitatis damno erumperet, Cæſar interpoſita auctoritate ſua negotium iſtud *Ioanni Suicardo* & *Ludouico* Haſſiæ Landgrauio amice componendum committebat. Qui proinde primum Conſiliarios quoſdam ſuos in vrbem miſerunt; poſtea & ipſi ſecuti, cum ſtatum controuerſiæ probe cognouiſſent, parte vtraque audita, diligentique tractatione adhibita, rem denique moderatione & prudentia ſua eo perduxerunt, vt ſublata contentione, tranſactionis articuli congregatis in domo Teutonica XXXI Decembris die ab vtraque parte primariis quibuſque publice prælecti, & controuerſia, diffidentiaque vtrinque compoſita atque conſopita, accepti, ſubſcripti, ſigilliſque firmati fuerint.

Arthuſius Mercur. Gallo-Belgici tom. IX lib. III p. 89 & ſeq. tom. X lib. II p. 75 -- 87.

ad comitia Ratisbonenſia proficiſcitur.

XXXII Placuerat autem Cæſari, rei publicæ cauſſa anno ſequenti MDCXIII Ratisbonæ Imperii celebrare Comitia. Horum itaque tempus cum appeteret, *Ioannes Suicardus*, ad ea profecturus, die Iunii XI in viam ſe dedit, ac ſalutatis ex itinere Herbipolenſi & Bambergenſi Epiſcopis, die dicti menſis XXI hora quarta matutina exſpectato maturius vrbem ingreſſus eſt.

Cæſarem cum coniuge excipit.

Quarta dein Auguſti Imperatorem & Imperatricem aduenientes dimidia ab eadem hora * eleganti oratione, Ordinum, qui iis obuiam proceſſerant, nomine excepit.

* *Eine halbe ſtund vor der pforten*, vt ipſe in diario manu ſua ſcripto adnotauit, cum *Arthuſius* l. d. lib. IV p. 96 dimidio fere ab vrbe milliari Cæſari de aduentu gratulatum fuiſſe narret; qui tamen de ceteris huc conferri meretur.

propoſitioni facta intereſt.

Cæſarem quum die dicti modo menſis VI ſollemni cæremonia reuerentiaque inuiſiſſet, ac eundem quatuor poſt diebus ad ſe venientem ſumma coluiſſet obſeruantia, die XIII Auguſti in curia ciuitatis, cum & ipſe præſens eſſet, capitum, de quibus *Matthias* deliberationes haberi volebat, ſumma ex ſcripto

præ-

prælecta fuit: de quibus, nec non actis Comitiorum reliquis, eorumque decretis ac fine cum alii iam fuſe dixerint*, non eſt, cur hic de iis agam.

* *Arthuſius* l. d. p. 107 & ſeq. & tomo X lib. I p. 1 - 32, *Goldaſtus* p. XXV *der Politiſchen Reichshändel* p. 1050 & ſeq. *Lundorpius* tomo I lib. I cap. XXXVIII p. 114 & ſeq. vt eos, qui ſummatim de iis egere, prætercam, ſolumque moneam, *Maſenium* annal. Treuirenſ. lib. XXIII § LXXXVII p. 456 plus forſitan hic dediſſe affectui.

Regalia accipit.

XXXIII Potius eſt, vt perſequar, quæ ſigillatim *Ioannem Suicardum* ſpectant. Is autem XX Auguſti die quanto maxime par fuit apparatu atque cæremoniarum ordine, Electoribus Treuirenſi & Colonienſi, Archiepiſcopo Saliſburgenſi, Antiſtitibus Eichſtadenſi, Argentoratenſi, & Ratisbonenſi, Duce Münſterbergico iuniore, Epiſcopo Viennenſi, aliiſque pompam præſentia ſua cohoneſtantibus, verba faciente *Georgio Friderico* de *Greiffenclavv*, Collegio maiori, quod Moguntiæ eſt, tum temporis Præpoſito, ius regalium a Cæſare petiit, ac fidem ſuam iuriſiurandi religione profeſſus, ab eodem ſub lege beneficiaria impetrauit. Requirebat autem id, *Philippo Chriſtophoro*, Epiſcopo Spirenſi, & *Ludouico* Landgrauio Haſſiæ Darmſtadenſi latera tegentibus, illo quidem dextrum, hoc vero ſiniſtrum.

Mox paullo Antiſtes Ratisbonenſis, calculi excruciatus confectuſque doloribus, abiit ad ſuperos. Cui cum iuſta die VII Septembr. honorifice admodum ſoluerentur, ipſe humanitatis par cenſuit officio, vt vna cum aliis funeris exſequias proſequeretur; quas & ſollemniter duxit.

Dignum id iudicauit ipſe, quod in diarium ſuum referret. conf. *Arthuſius* l. d. lib. IV p. 143.

Eichſtadenſi honores Cancellariatus eccleſiæ Mogunt. confert

XXXIV In *Matthia* ceteroquin ac *Ioanne II* Archiepiſcopis dictum, eccleſiæ Eichſtadtenſis Præſulibus a *D. Bonifacio* honores Cancellariatus Sedis Moguntinæ collatos, iiſdemque ſemel atque iterum confirmatos fuiſſe. Hos cum in Comitiis hiſce *Ioannes Chriſtophorus*, qui tum temporis Aureatenſis eccleſiæ tenebat gubernacula, decenter requireret, *Ioannes Suicardus* prono annuit animo, eoſdemque petenti feudi ſiue beneficii titulo tum conceſſit, tum litteris d. XXIII Septembris ibidem ſignatis ſtabiliuit.

Ratiſbona diſcedit.

XXXV Die tandem menſis Octobris VII Imperatori atque Imperatrici reuerenter valedixit, ac biduo poſt Ratisbona, domum repetiturus, diſceſſit, moleſte admodum ferens, in eccleſiaſtici ordinis Principes culpam a *Cleſelio* reiici, quod exſpectatus Comitiorum finis interuerſus ſit.

Francofurti turbis de ſedandis motibus agit.

XXXVI Ortis Francofurti anno ſequenti MDCXIV circa tranſactionis ſupra dictæ capita nouis turbis, iiſque ſat grauibus, ſedandis iſtis ipſe non minus quam Landgrauius Darmſtadenſis omnes admouit vigilias; tumultuantes reuocabat ad pœnitentiam; vt mandatis Cæſareis obtemperarent, ſerio grauiterque monebat; cum nil proficeret, ciuilium horum malorum concitatores duceſque a Cæſare proſcriptos ſibi Landgrauioque tradi volebat. Quorum vnus cum ſponte Darmſtadii ſe ſtitiſſet, ceteri vero tandem comprehenſi atque Aſchaffenburgum deducti fuiſſent, ſub anni MDCXV inſequentis initia nouos in ciuitatem, qui de diſſidiis his componendis agerent, delegatos mittebat, nouos itidem Landgrauius.

Vid. *Arthuſius* l. d. lib. II p. 87 & ſeq. p. 114 & ſeq. lib. III p. 11 & ſeq. p. 13 - 16, p. 31 - 40, p. 46 - 52, p. 67 - 70, p. 76, 79.

Erfurti PP. Societatis monaſterium Regularium concedit.

XXXVII Quam præſtanti vero in *PP. Societatis Ieſu* beneuolentia, ſingularique eſſet ſtudio, cum hactenus ſemel atque iterum quam clariſſime oſtendiſſet, tum ſane hoc ipſo anno, qui poſt Virginis partum MDCXV fuit, id teſtatum fecit. Quæ primum Erfurti erat Miſſio, anno ſæculi huius primo tranſierat in Reſidentiam. Vt Reſidentia in Collegium Societatis eueheretur, poſſeſſionibus PP. monaſterium Regularium, a Canonicis deſertum, benigne animoque prolixo adiecit.

Gudenus hiſtoriæ Erfurtenſis lib. III § XXXII p. 244.

Francofurti in ſontes animaduertit

XXXVIII Ceterum proſcriptis, de quibus dictum, vltro citroque in quæſtionem poſtulatis ac ad debitam pœnam tandem condemnatis, anno MDCXVI ſubſecuto Francofurti die XXVIII Februar. pars vltimo ſupplicio affecti, pars

virgis

virgis cæſi, pars relegati, ac vrbe nec non territoriis Moguntinæ & Haſſo-Darmſtadienſis prouinciarum, hi ad certos annos, illi in perpetuum excluſi ſunt. quo factum, vt res, quod ſedulo hactenus quæſiuerat, tranquillum in locum redierit.

Arthuſius tom. XI lib. I p. 116 & ſeq.

Cæſari periculum vicinum exponi curat.

XXXIX Hiſpanis inter hæc pactione Xantenſi haud ſtantibus, fœderati Belgii Ordines haud intermittebant, res Electoris Brandenburgici in prouinciis Iuliacenſibus cum tueri, tum longius promouere. Quod ſpectantes ad Rhenum Archiepiſcopi Electores ſuas hoc magis in diſcrimine verſari arbitrabantur. Quare per *Maximilianum* Archiducem, Ordinis Teutonici Magiſtrum, Pragam euntem, Cæſarem rogabant, vt periculi, a quo tam prope abeſſent, haberet rationem. Is Hiſpanorum auxilia reſpicienda ratus, fratri committebat, vt *Albertum* Archiducem, Belgii regii Gubernatorem, ad opem illis contra violatores tranquillitatis in Imperio publicæ ferendam adduceret. Qui haud cunctatus, *Wilhelmum Ferdinandum* ab *Effern*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, cum mandatis Oeniponti d. XIII April. in litteras miſſis, Bruxellas delegauit. Quod vti grato Electores percipiebant animo, ita *Wilhelmo Ferdinando*, cum Marimonti admiſſus fuiſſet, *Albertus*, percepta Spinolæ ſententia, benigne prorſus ac liberaliter reſpondit, communi cauſſæ ſe omni ſubuenturum ope; vti ſane hac fini confeſtim ad Regem Hiſpaniarum curſorem celerem mittere conſtituerit. Cæſar modo id ſibi interea curæ habeat, vt cum Ordinibus obſequentibus de ſumma ſubſidiorum conferendorum certi quid ſtatuat. Quod ipſum delegatus Boppardiæ, quo *Ioannes Suicardus* Collegis conuentum indixerat, d. IV Iulii Legatis eorum retulit; a quibus dein certam in ſententiam datæ ad Matthiam Imperatorem litteræ.

Proceres quoſdam Aſchaffenburgi accipit.

XL Vti vero cum Principibus ipſe viciniis, aliiſque Imperii Proceribus amicitiæ ius, humanitatiſque officia ſingulari ſemper coluit ſtudio; ita anno ſequenti MDCXVII *Fridericum*, Comitem Palatinum Rheni & Principem Electorem, vna cum coniuge, *Chriſtianum* Principem Anhaltinum, & *Ioannem* Comitem Naſſouiæ, ſeniorem, Aſchaffenburgum valde liberaliter inuitauit, eoſque ſub initium menſis Nouembris per aliquot dies omni humanitate proſecutus eſt.

Iubilæum ſolenniter promulgat.

Paræneticis mox litteris Iubilæum, quod *Paulus* Pontifex *V* pridie Id. Iunias ſollemniter indixerat, non modo ſingulis ac omnibus eccleſiæ Moguntinenſi ſubditis publicauit, verum etiam modum, quo peragendum ſit, decreto edito eiſdem præſcripſit. Iudicabat enim, ad auertuncandam Dei noxis tam crebris grauibuſque paſſim commiſſis offenſi iram, id religioſe maximaque cum cura celebrandum eſſe.

Arthuſius tomo XII lib. I p. 120 & ſeq.

Turbas Bohemicas [illegible] habet.

XLI Ab hoc pietatis officio in ſummam mox conſectus ſollicitudinem eſt. Turbis enim in Boiemia magis magiſque gliſcentibus, & anno ſequenti MDCXVIII in neruum erumpentibus vtrinque miles conſcribi cœpit, hinc a Correſpondentibus, inde a Ligiſtis; vt nemo non videret, quantum periculi impenderet Imperio. Ipſe profecto, ſi quis alius, id perſpiciens, vt malo imminenti quantum poterat occurreret, tum in conciliandis Boiemis, tum ſuorum partibus firmandis haud parum cum *Lothario* Treuirenſi, magnæ etiam auctoritatis Principe, deſudabat, moleſte prorſus ferens, motibus his ſperata Imperii Comitia, Romanorum Regi eligendo deſtinata, ſuſpendi.

Conf. *Maſenius* l. d. § CX p. 463.

Cæſare mortuo, diem electioni præſtituit.

XLII Quo perturbatior autem rerum ſtatus erat, hoc maior formidoloſiſſimi temporis tempeſtas impendebat, cum Imperator *Matthias* anno ſubſequenti MDCXIX die menſis Martii XX mortem oppetiiſſet, Cæſareamque Germanis coronam reliquiſſet ſine capite. Quare funeſto hoc caſu e Conſiliariis defuncti ſanctioribus, *Paulo Sixto Trautſon*, Comite Falckenſteinenſi, *Leonhardo Helfrido* de *Meggavv*, *Carolo* Comite de Harrach, *Ludouico* ab *Vlm*, & *Ioanne Baruitio*, de more percepto, ipſe omni cunctatione ſublata Collegis Septemuiris in XX menſis Iulii diem conuentum indixit Francofordiam. Sigillatim Palatino hortator fuit, velit ex A. B. præſcripto ſui rationem habere offi-

Palatinum amice monet.

ed by Google

cii: ſibi in optatis eſſe, rerum in Imperio ſtatum ita comparatum eſſe, vt ſine metu tutoque conuenire poſſint Principes Electores, ac quæ in commune conducant, iunctis conſiliis tum perpendere, tum promouere. Quin miſſo menſe Maio legato alio non ceſſauit rogare, velit tempore præſtituto electioni præſens intereſſe; interea vero copiis maioribus conſcribendis ſuperſedere.

ſed fruſtra. XLIII Sed incaſſum. Reſpondit namque Palatinus, militem maiori ſe legiſſe numero, quod videat, armis opus eſſe ad ſui ſuarumque rerum defenſionem. Exortas enim eſſe turbas, quibus res Imperii haud parum implicita ſit. quin indies eas augeri, dum exterorum copiæ in ipſa illius viſcera immittantur. Sibi id ægritudini eſſe; cetera vero videri, Principibus Electoribus, Vicariis præcipue, incumbere, vt prouideant, ne tot numero, ſuperbiſſimoque delectu collectæ in regni interiora inducantur. aquam igni, non oleum affundendum eſſe. Perpenſo dein rerum præſentium ſtatu, ſe dubitare, an Comitia pro nouo Imperii capite eligendo indicta ad præfinitum diem ex vſu, dignitateque Collegii Septemuiralis inchoari queant. Forte ſatius eſſe, ea ad tempus aliquod differre, atque interea motibus hic illic exortis amice ſedandis curam adiicere, ne quies eorum interturbetur.

Quamuis autem copioſe ſatis ad hæc reſpondiſſet *Ioannes Suicardus*, ac inter alia diſertis verbis oſtendiſſet, per A. B. ſibi non licere, indicta Comitia prorogare; in ſua tamen ille ſententia perſiſtens, regerebat, turbas interea ſic excreuiſſe, vt vix ſperandum ſit, eas ſine cæde, multoque ſanguine componi poſſe, quandoquidem iis exteri ſe iam immiſcuerint. Expedire itaque, vt electionis negotium tantiſper extrahatur, donec ſublatis litium cauſſis res in tranquillum locum redierit. *Auream Bullam* hic non ita multum obſtare. Quod ſi vero Elector in ſua maneat ſententia, vix pro certo ſe polliceri poſſe, ad Comitia ſe venturum. verendum enim eſſe, ne ſuorum in Palatinatu ſuperiori res & fortunæ illo ipſo temporis articulo in præſentiſſimum diſcrimen adducantur; cui vt occurrat, illorumque habeat rationem, ſibi omnino, ſi quid aliud, incumbere *.

* *VVeilen vvir beſorgen, es vverde vmb dieſelbe zeit das blutige rauffen, vnd daher die gefahr vnſerer drobigen länder halben am gröſten ſein, da E. L. ohſchvver zu erachten, vvie vnverantvvortlich es ſein vvolte, dieſelben in der zeit zu verlaſſen, vnd vns ahn andere orth zu begeben* — Ita ille in litteris Heidelbergæ d. XXIX Maii datis.

diem electionis haud prorogandam ducit. Sedenim certus iudicii erat ipſe, & hoc minus cunctandum ſtatuebat, quo magis communi cauſſæ officere iudicabat, Imperium longius eſſe ſine capite. Accedebat *Pauli* Pontificis *V* admonitio; quippe qua confirmatior factus, rem procraſtinando extrahere, minime conſultum ducebat.

deliberationibus cum Colonienſi & Treuirenſi habitis. XLIV Cum rebus ita comparatis vix ſperandum eſſet, fore, vt Palatinus, Saxo, & Brandenburgicus ad Comitia venirent; tum vero apertiſſime conſtaret, Proteſtantes maiores quotidie, non in Germania modo, verum apud exteros etiam, copias cogere, peropus videbatur *Ioanni Suicardo*, vt acri erat ad futuras curas ingenio, quid Electoribus eccleſiaſticis agendum ſit, iunctis conſiliis diſpicere. quod & die Iunii XVI & ſequentibus Moguntiæ factum. In deliberationem autem tum venere duo potiſſimum capita. primum erat, vtrum illi hoc rerum ſtatu Francofurtum ſe conferre, & cum Rege Boiemiæ, vel etiam ſine eo electionis negotium aggredi debeant, ſi quidem Palatinus, Saxo, & Brandenburgenſis Comitia indicta nec per ſe nec per legatos obire vellent? alterum, quibus modis Ordines religionis Catholicæ periculis, quæ ingruere viderentur, occurrere queant?

Palatinum inuiſit, XLV Hæc vero dum agebantur, Palatinus miſſo Moguntiam legato, *Henrico Dieterico Schönbergio*, Heidelbergam inuitabat *Ioannem Suicardum.* qui ne εὐκαιρίαν commodo publico conſulendi e manibus dimiſiſſe cenſeretur, amanter annuit, eundemque inuiſens, in hanc præcipue curam iuit, vt amice fideliterque, quæ ex Imperii eſſent rationibus, nutanti proponeret.

Francofurtum proficiſcitur, XLVI Appetebat interea tempus, futuræ Cæſaris electioni dictum. Cum igitur certior redditus eſſet, *Ferdinandum* ad Comitia venturum, quin itineri iam ſe accinxiſſe, ipſe die Iulii XX Francofurtum profectus eſt; quo paullo poſt Treuirenſis etiam ac Colonienſis venere, tum vero Palatini, Saxonis, & Branden-

denburgenſis legati, & tandem ipſe Hungarorum & Boiemorum Rex; qui tamen, ne quid reliqui feciſſe videretur, legatos præmiſerat *Maximilianum* a *Trautmansdorf, Sdenckonem Adalbertum Poppel* a *Lobkovviz*, & *Ioannem Rupertum Hagenmüller* de *Dübenvveiler*; quos etiam *Ioannes Suicardus* die XXII Iulii audiuit.

XLVII Ceterum Bohemi iniquiſſimo ferebant animo, Regem, quem exauctoratum dixerant, ad Comitia admitti; delegabantque, qui intercederent, ne ſuffragii iure potiretur in electione, legatos *Chriſtianum Aderſpach Berckha*, Dominum in Duba & Leypa, *Ioannem Smil* de *Michalovviz*, & *Ioannem Arnoldum Adlinger* ab *Arnoltſtein*, qui litteris Hanouiæ ad *Ioannem Suicardum* datis admitti petebant. *legatis Bohemicis admitti petentibus*

Falli *Puſendorffium*, dum lib. I rerum Suecicar. § XXVI p. 11 ſcribit, Legatos hoſce non longius quam Marburgum procedere auſos, ex his perſpicuum fit.

Cum reſpondiſſet, in ſe ſolo non eſſe ſitum, vt id fiat; prohiberi præterea A. B. ne exterorum Legatis ſub electionis peragendæ dies in vrbem intromittantur; iidem inſtabant, ac ſuorum ad ipſum tranſmittebant litteras *. quorum querelis ac poſtulationibus, cum impotentes magis viderentur, quam æqui bonique rationibus ſuffultæ, repoſuit, iure optimo ſe *Ferdinandum* vocaſſe ad Comitia; præterea ſe, quantum poſſit, operam daturum, vt compreſſis ſedatiſque in Boiemia motibus tranquillum in locum res redeat; alium modo Ordines animum inducrent; *Ferdinandum* ad pacis maxime propenſum eſſe conſilia. Ceterorum, quæ velint, petantque, rationem ita eſſe comparatam, vt ad ea mentem ſuam haud poſſit aperire. *cordate reſpondet.*

* *Lundorpius* tom. I lib. IV cap. LXII p. 660 & ſeq.

Sic ille. Legati contra in alia erant ſententia, Ordinumque litteras toti Septemuirum Collegio inſcriptas Francofurtum mittebant *; quamuis nil proficerent, reiectis Boiemorum, quas expoſuerant, cauſſis. Vnde poſtea ſollemnium obteſtationum formulam, Marburgi Cattorum V Kal. Septembr. ſignatam, interpoſuere †.

* *Lundorpius* l. d. cap. LXIII p. 661 & ſeq. Addo, exaratas eſſe in charta maiori, quæ *Regalis* vulgo vocatur, munitaſque ſigillis tribus maioribus, & quinquaginta annulo impreſſis.

† *Idem* l. d. cap. LXIV p. 663.

XLVIII Vt die XXVIII Auguſti ventum ad ſuffragationes eſt, *Ferdinando* communiter Imperii faſces delatæ fuerunt; id quod, reuocatis in conclaue Conſiliariis ac Tabellionibus publicis, primum *Ioannes Suicardus* priuatim pronuntiauit; poſtea vero populo publice per *Iacobum* ab *Elz*, Collegii metropolitani Moguntinenſis Decanum. *Ferdinandum eligit,*

Comitem Solmenſem, qui Palatini nomine tulit ſuffragium, ceteris tandem acceſſiſſe oportet. Sic enim in Protocollo electionis: *Vnd hat alſobald darauf Chur-Mainz die andere Chur-Fürſten vnd Bottſchaften — gefragt, ob nit dieſs alles ihr vvill-ſey? Darauf ſie ſambtlich ſolches alles einhelliglich bekant.* Quod dum moneo, ſimul apponere iuuabit Conſiliarios, quos tum *Ioannes Suicardus* teſtium loco negotio huic adhibuit. Fuere autem ii, *Iacobus* ab *Elz*, Decanus, *Ioannes Reinhardus*, Comes de Hanau, *Ioannes Reinhardus* de *Metternich*, Canonicus & Conſilii aulici Præſes, *Petrus Erneſtus* de *Stralendorf*, ſupremus aulæ Præfectus, *Adamus Philippus* de & in *Cronberg*, *Nicolaus Gereon*, Cancellarius, & *Ioannes Philippus* ab *Hoheneck*, Vicedominus Aſchaffenburgenſis.

Allatis dein Norimberga & Aquiſgrano Imperii inſignibus, ipſe IX menſis Septembris die electum quanta maxime par fuit magnificentia, ſacrorumque pompa inunxit, infuliſque auguſtalibus exornauit. *& inungit.*

Arthuſius l. d. p. 154 & ſeq.

XLIX Enimuero, quod rei Catholicæ cauſſam ſtrenue hactenus, multiſque impenſis egiſſet, tantam apud *Paulum V* Pontificem gratiam collegit, vt id non ſolum litteris Romæ die III Auguſti datis prædicaret, verum etiam eidem facultatem concederet, *ſubſidium LX millium aureorum a quarumcunque eccleſiarum Capitulis, nec non parochialium & aliarum eccleſiarum in ciuitate* *in ſingulari apud Papam gratia eſt.*

Moguntia *& diœceſi* ac *dominio* Moguntinenſi *exiſtentium perſonis eccleſiaſticis ac ſæcularibus*, *cuiuſcunque* etiam *ſint conditionis*, *petendi atque exigendi.*

de colligendo regio milite.

L Ceteroqui huc curas ſuas Electores vertebant eccleſiaſtici, vt feſtinatis, quantum poſſent, delectibus aliquot conficerent legiones. Statuebant namque, ſibi incumbere, vt Boiemorum conatibus occurrerent, prohiberentque, ne Correſpondentium armis imparati nec opinantes inuaderentur, qui in fœdus pro Cæſare ac religione Catholica coiuiſſent. Quare per *Eitelium Fridericum* Comitem Zolleranum, Colonienſis, Magdeburgenſis, & Argentoratenſis eccleſiarum Præpoſitum & aulæ Electoralis Colonienſis ſupremum Magiſtrum, *Maximiliano* Duci Bauariæ, nec non *Ioanni Godefrido*, Epiſcopo Bambergenſi & Wirzburgenſi, expoſuere, ſeptem militum millia ſe conſcripturos, ac tres menſes ſuis ſumtibus ſub ſignis habituros; quæ *Maximiliani*, ſi quidem velit, imperio ſubdere & in Boiariam mittere decreuerint. Cum enim indies longius ſerpat incendium Boiemicum, videri, tractum ſuperiorem maxime omnium inde periclitari.

ad conuentũ Herbipolenſem legatus miſſis.

LI *Maximiliano* annuente ac liberaliter omnia pollicitante, *Ioannes Suicardus* militi qua domi qua foris legendo dare cœpit operam, & quum *Ligiſtis*, vt vocabantur, ſiue fœderi Catholico adſcriptis ad Kal. Decembr. conuentus indictus eſſet Herbipolim, eo Conſiliariorum ſuorum quoſdam, cum maxime vero *Iacobum* ab *Elz*, maioris Moguntinæ Decanum, ſpectata virum virtute, rebuſque gerendis idoneum, miſit, qui vna cum ceterorum legatis de conſeruanda religione Romano-Catholica, auxiliis Papæ Regiſque Hiſpaniarum expoſcendis, iuſti exercitus milite comparando, aliiſque in medium conſuleret.

Conſ. *Arthuſius* Mercurii Gallo-Belg. tom. XIII lib. I p. 140, *Caraſa* German. ſacræ p. 78, præcipue vero *Lundorpius* tom. I lib. IV cap. CLVIII p. 866.

Suicardiburgum excitat.

LII Et quo rebus tam creperis Moguntia, primaria Archiepiſcopatus vrbs, totiuſque receptaculum viciniæ, aduerſus hoſtiles impetus hoc melius defendi poſſet, in monte *D. Iacobi* caſtellum inſtituit, quod ipſe *Suicardiburgum* appellauit; Sueci vero poſtea operibus præſtructis magis firmarunt.

Hodie non amplius hoc vocatur nomine, ſed vulgo auf der Schantz *dicitur, eſtque id ipſum caſtrum, quod* Ioannes Philippus *Elector pace reducta quaternis præcipue propugnaculis, muroque ſolidiſſimo inſtruxit. vid. ſupra lib. I addit. ad cap. XIV § I p. 37.*

Mülhuſani ipſo obit,

quæ in eo acta;

LIII Quum vero Palatinus ſub initium anni MDCXX partes ſuas indies magis firmaret, qui ab Imperatore per Imperium ſtabant Principes, habito Mülhuſii conuentu illum monuere, maiora indies tum in Hungaria tum Imperio pericula creari ex rerum in Bohemia mutatione, & nihil inde certius, quam regni perniciem, ciuilia bella Germaniæ, & Turcorum irruptionem exſpectari poſſe; meminiſſet, Bohemiæ regnum non caruiſſe Rege, cum ipſe fuiſſet adſcitus; *Ferdinandum* enim dudum ante fuiſſe electum, receptum, renuntiatum, coronatum, & fiduciario iuramento cultum ab Ordinibus: eundem non ſolum ab omnibus Imperii Septemuiris, ſed ab ipſo etiam Imperatore, exteriſque Regibus ac Principibus conſuetis gratulationibus, tituliſque cohoneſtatum; fuiſſe item ſollemni ritu ad Regis Romanorum electionem vocatum, & a Septemuiris non ad conſeſſum modo, verum ad eligendi etiam ſuffragationem admiſſum. Sequi inde, quod a Bohemis haud potuerit reiici, regnoque exui. Magnam domus Auſtriacæ eſſe poteſtatem, quæ eam ignominiam ſit vltura, nec paſſura, Bohemiam ſibi eripi, quam crederet iure hereditario ad ſe pertinere. Metuendum, domum Palatinam in magnum inde diſcrimen, calamitateſque incredibiles adductum iri. Sapienter ergo Fridericum facturum, ſi has ob cauſſas habita excelſi ſui generis pariter ac muneris, quod gereret, Septemuiralis ratione, pro ea fide, qua Romano Imperio ſit obſtrictus, proque patriæ ſuæ charitate, armis poſitis a regno Bohemiæ abſtineat.

Arthuſius l. d. p. 242, lib. II p. 19, *Lundorpius* tom. II lib. V cap. VI p. 12 & ſeq. *Caraſa* l. d. p. 81.

Eiuſdem prope argumenti litteras dedere ad Boiemiæ Ordines, prouinciaſque regno connexas, queis grauibus eos verbis monuere, vt Regi ſuo vncto & coro-

coronato debitum obſequium atque obſeruantiam præſtarent; id ſi facerent, non defore rationes gratiæ recuperandæ; ſi ſecus faxint, tandem Principes atque Ordines Imperii fide Cæſari officioque deuotos modum adhibituros, quo regnum & Septemuiratus Imperii, vna cum prouinciis eidem illigatis ab interitu poſſint vindicari. Alias itidem ad Ordines Hungariæ & Auſtriæ *, ad Principes Correſpondentes, ad Comites Wetterauiæ, Franconiæ, & Sueuiæ, ad Ordinem Sueuiæ, Franconiæ, & tractus Rhenani Equeſtrem, ad quaſdam denique Imperii ciuitates liberas, rogantes, ne turbis tam periculoſis, e quibus præter effuſionem agnati ſanguinis & patriæ extremam perniciem nihil poſſit exſpectari, vllo modo ſeſe immiſcerent.

* *Arthuſius* l. d. *Caraſa* l. d. p. 81, præcipue vero *Landorpius* l. d. cap. VIII, IX, X, XI p. 15 & ſeqq.

LIV Simul autem *Ioannes Suicardus*, *Ferdinandus* Colonienſis, *Ioannes Georgius* Elector Saxo, *Maximilianus* Boicæ Dux, Haſſiæque Landgrauius Darmſtadienſis *Ludouicus* pacto peculiari d. XXI Martii in tabulas relato, conſtituere, ſe Cæſari nunc ipſum & poſthac conſilio, opera, auxilio, in dignitate Cæſarea tuenda, & Auſtriacæ domus bonis aduerſus hoſtes defendendis, adfuturos. Et his quidem omnibus præſens ipſe interfuit *Ioannes Suicardus*, fidemque fluctuantibus *Ferdinandi* rebus cumulatiſſime tum præſtitit, religioſiſſimeque. *Cæſaris in gratiam a nonnullis fœdus init.*

LV Contigit quidem poſt, vt Catholici fœderis res ſecunde admodum procederent, Palatino, cum VI ante Id. Nouembr. in monte albano res ad manus atque ad pugnam veniſſet, victo, fuſo, profligatoque. Nibilo tamen minus magnæ longorum bellorum (quod *Ioannes Suicardus* præſagiebat) ſupererant appendices. Suis igitur conuentum indixit, anno ſequenti MDCXXI d. X Februar. Auguſtæ Vindelicorum habendum. Venit autem, dum agebatur, in conſultationem, cum Cæſaris partes haud deſtituendæ ſint, quantis ei copiis dehinc ſubueniendum ſit; dein, quum Palatinatu inferiore belli incendio flagrante vicinorum Principum ac Ordinum terræ communem fere cum illo caſum ſuſtineant, quibus modis, ne grauius faciant damnum, præcauendum ſit. Aderant, dum de his deliberabatur, præter Moguntinenſes *, Treuirenſis & Colonienſis Electorum, Archiepiſcopi Salisburgenſis, Bambergenſis item, & Wirzburgenſis, Eichſtadenſis, Wormatienſis, Spirenſis, Argentoratenſis, Auguſtani & Baſileenſis Epiſcoporum, Abbatum Fuldenſis & Campodunenſis, Præpoſiti Eluacenſis, aliorumque tam Prælatorum quam Comitum Legati. *Fœderatos Auguſtam euocat.*

* Qui quidem fuere *Iacobus* ab *Elz*, maioris Moguntinæ Decanus, ſæpius iam nobis dictus, *Ioannes Philippus* ab *Hoheneck*, Vicedominus Aichaffenburgenſis, & *Henricus Faber*, Conſiliarius.

LVI Hæc inter cum Correſpondentibus fecerant Ciuitates quædam Imperii liberæ, *Argentoratum* maxime, *Vlma*, atque *Norimberga*, opibus & copiis ceteris firmiores. Vt ab eorum ſocietate disiungerentur, priuſquam Conuentus Heilbronnam indictus ſumeret initium, cum ſibi tum rei publicæ rationibus haud parum conducere arbitrabatur Cæſar *Ferdinandus*. Quum vero circumſpiceret, quorum ad id vteretur opera, nemo occurrit, præterquam *Ioannes Suicardus* & *Ludouicus* Haſſiæ Landgrauius. Id igitur eisdem commiſit negotii; quod illi etiam breui non minus (celeritatem enim res poſcebat) quam ſobrie atque ex animi ſententia explicatum dedere. Primum enim Argentoratenſibus, quorum præ reliquis conſpicua erat auctoritas, vt ab illorum diſcederent partibus, Cæſariſque ſeruirent voluntati, perſuaſere; non inaniter rati, ab his ceteras ciuitates exemplum petituras. Conditiones erant, vt ex tabulis hac de re XXIV Auguſti die confectis patet, ne ciuitas Correſpondentium conſiliis, rebuſque in Palatinatu aduerſus Cæſarem poſthac vllo ſeſe modo commodaret, eiſdemque vel directe vel indirecte ingereret. Cæſar viciſſim eidem præterita condonaret, redituque aperiret ad gratiam. Quo facto, illorum veſtigia ſtatim ingreſſi ſunt, vt *Ioannes Suicardus* & *Ludouicus* probe præuiderant, *Vlmenſes* & *Norimbergenſes*, cum his vero ciuitates reliquæ; in tractu quidem Rhenano, *Vormatia*, *Spira*, *Weiſſenburgum*, & *Landauia*, quæ *Argentoratenſes* reſpexerant; in Franconia, *Rotenburgum* ad Tubarim, *Windshemium*, *Ciuitates à partibus Correſpondentium abducit.*

 & *Weiſ-*

& *Weiſſenburgum* Nordgauiæ, quæ ſecutæ erant *Norimbergenſes* : in Suenia vero, *Nordlinga*, *Hala*, *Heilbronna*, *Memminga*, *Campidunum*, *Gienga*, & *Ablen*, quæ *Vlmenſium* ad conſilia ſua hactenus accommodauerant.

Conf. *Arthuſius* l. d. tom. XIII lib. IV p. 1 & ſeqq.

Correſpondentes & Spinolam inter ſe conciliat.

LVII Eodem ſtudio, ſocio operæ Landgrauio, Principes Statuſque, qui *Correſpondentium* appellatione a *Ligiſtis* diſtinguebantur, & Marchionem *Spinolam*, exercitus Hiſpanici Ducem, inter ſe conciliauit, effecitque, vt res ad certam pactionem, quæ Moguntiæ die menſis April. XII in litteras miſſa eſt, ac apud *Arthuſium* *, *Lundorpium* †, alioſque legi poteſt, veniret,

* l. d. lib. IV p. 30 & ſeq. † Tom. II lib. VI cap. XV p. 382.

Aſchaffenburgi Collegium Societatis dedicari curat menſe Iunio.

LVIII Non omittendum hic, qua hilaritate triſtitiam horum temporum, curaſque ac labores, a quibus diſtrictus erat, ipſe condiuerit. Cœperat PP. Societatis Ieſu, quibus impenſe ſemper fauit, Aſchaffenburgi ſtatuere Collegium ſiue domicilium. Id cum ad culmen perductum fuiſſet, reſtabat, vt ſolito ritu dedicaretur. Huic igitur cæremoniæ certum dixit diem, & quo maiori magnificentia perageretur conſecratio, præter alios *Ioannem Godefridum*, Epiſcopum Bambergenſem & Herbipolenſem, vt pompæ intereſſet, amanter inuitauit.

Mansfeldio & Halberſtadenſi ſœdere in diœceſi graſſantibus.

LIX Conuerſis autem non longe poſt rebus, afflicta ſatis eſſe cœpit prouinciæ Moguntinenſis conditio. Mansfeldius enim, cum e Palatinatu ſuperiori, quem ſe retinere poſſe deſperauerat, in inferiorem ſeſe ſubduxiſſet, in locis Archidiœceſis ſuperioribus miſerorum agreſtium fortunis raptu pecorum, effuſaque omnia depopulandi licentia ingens prorſus inferebat damnum : *Chriſtianus* vero, Dux Brunſuicenſis, Martem ſpirans, magnaſque ſpes, in præfecturis Ameneburgenſi, Neoſtadienſi, & Nauenburgenſi terrore, prædationibus, ferro tam fœde paſſim crudeliterque iras expromebat furoremque, ac nullus quidem vnquam in barbaria tyrannus.

Ne rem verbis maiorem & atrociorem facere videar, iuuabit audire *Ioannem Suicardum* ipſum. Sic autem is in litteris d. XXX Ianuar. anni ſequentis datis; *VVobey es gleichvvol nit verblieben, ſondern inzvviſchen Hertzog* Chriſtian *von* Braunſweig *mit ſeinem bey ſich habenden Niderländiſchen Kriegs-volck in vnſere Ambter* Ameneburg, Neuſtatt, *vnd* Naumburg, *im benachbarten Stift vnd Fürſtenthumb feindlich eingefallen, dieſelbe gebrandſchatzet, vnſere arme vnſchuldige vnterthanen von haus vnd hof veriagt, dieſelbe beraubt, geplündert, zu todt geſchlagen, theils iämmerlich erſchoſſen, die köpff vnd arm vom leib gehauen, zu den thüren vnd fenſtern hinausgevvorffen, vnd mit ſolcher feindſeligen geparung vnd tyranniſirung ihnen zugeſetzt, daß es zum hochſten zu erbarmen, vnd dergleichen — auſſer vom erbfeind Chriſtlichen nahmens, dem Türcken, nit mehr erhöret vvorden.*

ſœderis poſcit opem.

LX Quam grauiter iniquam hanc ſuorum ſortem miſeratus ſit Princeps optimus, facile colligere eſt. Vt igitur preſſis, quantum poterat, eſſet præſidio, Catholici fœderis poſcebat opem; quam etiam *Maximilianus* Boius miſſis confeſtim copiis laboranti ferebat. Simul autem deſiderabat, vt *Ioannes Suicardus* rerum, quæ per imperium militare regendæ eſſent, adminiſtrationi præeſſet *; quod cum ille pluribus ex cauſſis detrectaret †, idem petebat; *Ferdinando* de *Muggenthal* in *Häckſenacker*, Ord. Ioannitici Commendatori, & negotiorum bellicorum in exercitu fœderato Curatori, quoſdam ex ſuis adiungeret, qui iunctis operis in rem communem intenti ſint, ac conſiliorum ſummam ad ipſius dein arbitrium referant, iudiciumque.

* vid. *Richelius* in ſumma ſibi commiſſorum apud *Lundorpium* l. d. cap. XCIV p. 513 & ſeq. Fœderis alioquin ipſe in partibus Rhenanis erat Director.
† vid. ipſe in ſuo ad propoſitionem Bauari reſponſo apud eundem l. d. cap. XCV p. 515.

cum finitimis Principibus aduerſus eos conſilia ſociat.

LXI Ceterum, vt hoc magis tum Mansfeldii tum Brunſuicenſis auſis obſiſtere poſſet, cum finitimis Palatinatui Rhenano Principibus, Epiſcopo Bambergenſi, Antiſtite Herbipolenſi, Landgrauio Haſſiæ Darmſtadino, & Abbate Fuldenſi ſua conſociauit conſilia. Quo factum, vt vnus alterque de paranda aduerſus eos defenſione conuentus haberetur; primus quidem menſe Februario Moguntiæ; alter menſe Martio Aſchaffenburgi. Conuenit autem tum, vt ad vim hoſtilem propulſandam, tranſitus item militares ac ſtationes, quibus hacte-

haćtenus miſerorum agreſtium fortunæ tantum acceperint calamitatis, prohibendas, certo quiſque numero militem ſcriberet, ſuoque aleret ſumtu: copiis vero, ſi quando contrahendæ ſint, cum imperio præeſſet Darmſtadienſis. Tertium, qui Amorbaci habendus erat, ſolum obiere legati Moguntinenſes & miſſi a Tillio *Timannus* de *Lindlo* ac *Chriſtophorus Rupp*. Hinc ſine fructu diſceſſum.

LXII Hæc inter autem *Adamum Philippum L. B.* de *Cronberg*, nepotem, Bruxellas miſit ad *Iſabellam*, Belgii regii Gubernatricem, petitum, vt copias Hiſpanicas, quæ haćtenus in Hungaria militarint, in tractum Rheni mittat, ne Principum Cæſari addictorum res ab vi hoſtili penitus euertantur; & cum ipſe impenſis in militem alendum impendendis non amplius par ſit, vt ſubſidio ſibi pecuniario, ne Archiepiſcopatus tam nobilis ac antiquus hoſtium ſub poteſtatem redigatur, ſubueniat. Poſtulati æquitatem non *Iſabella* tantum agnouit, ſed ipſe etiam Hiſpaniarum Rex *Philippus;* atque adeo litteris Madriti d. XV menſis Martii datis reſpondit, ſe partibus Principum Cæſari fidorum nullo defuturum modo; mandaſſe iam Comiti Ognatenſi, vt tres veteranorum legiones ex Hungaria ad Rhenum ablegeт; *Iſabellæ* vero ſcripſiſſe, vt quam maximas poſſit copias contrahat, eaſque Mansfeldio obiiciat ac Brunſuicenſi. *& legatum ad Iſabellam mittit,*

LXIII Dici vero vix poteſt, quantum damni loca Sedis Moguntinæ dominio ſubdita fecerint, cum Brunſuicenſis poſtea per Principatus Fuldenſis ac Wetterauiæ fines cum copiis ſuis Mœnum verſus proceſſiſſet. *Vrſellam* præſidiariis fuga dilapſis obruit; mox *Höchſtam*, ciuibus pleriſque domo profugis ſuæ fecit poteſtatis, oppidanis, qui fugam haud ceperant, nulla ſexus vel ætatis ratione habita trucidatis, boniſque illorum reſiduis direptis; poſt non multo *Vrſellas*, *Eſchbornam*, *Sulzbacum*, locaque alia horrendo miſerandoque omnibus ſpectaculo ipſo almæ Pentecoſtes feſto incendit, ac barbara feritate ſæuiens immenſum paſſim terrorem circumtulit, donec a Tillio iuxta Höchſtam ingenti clade affectus in fuga ſibi ponebat præſidium.

Arthuſius l. d. tom. XIV lib. II p. 44 & ſeq.

LXIV Sub finem anni Ratiſbonam ſe contulit *Ioannes Suicardus*, quo Cæſar Septemuiros, Principeſque alios, fide ſibi officioque obnoxios, euocarat. Diſceptatum autem ibi validis in vtramque partem rationibus, poſtquam *Ferdinandus* ſuum expoſuiſſet conſilium de Electoratu a Palatino in *Maximilianum*, Bauariæ Ducem, transferendo*. *Ratisbonam concedit ad Comitia,*

* Vid. *Arthuſius* l. d. lib. III p. 75 - 92, p. 107 - 111, p. 125 - 132 &c. *Caraſa* l. d. p. 142 & ſeq. *Adlzreitter* annal. Boicor. parte III lib. VIII § V & ſeq. p. 103 & ſeq.

LXV Monitus a Pontifice per litteras, vt Cæſaris hoc in negotio voluntati ſeruiret, illi quidem obſequi ſtatuit, vt tamen genuinas Imperii leges, iuraque Principum Electorum haud duceret negligenda. Mediam itaque viam iniſtit, cenſuitque, gratias agendas Cæſari, quod Palatino ſpem aliquam reconciliationis faciat, ſi prius ea, qua iuſtum eſt, demiſſione reſipiſcentis animi vera edat documenta. Quum vero nepotum ſuorum rationem haberi Angliæ Rex expetierit; nec Cæſarem fugiat, auream Bullam, ſanctiſſimam Imperii legem, eiuſmodi ſubrogationem propinquiori agnato, ſi is innocens foret, addicere; quod etiam nonnulli vrgeant; rogare ſe, ſi quidem de conferenda Bauariæ Duci pro præſtitis officiis dignitate Electorali decretum fecerit, & nec A. B. nec normæ promiſſionis Cæſareæ auguralis contrarium id eſſe ſtatuerit, ita rem moderetur, ne in Angliæ Regis nepotum & agnatorum proximiorum præiudicium aliquid factum eſſe appareat. *prouidam Cæſari circa Electoratum in Bauarum transferendum conſilium dat,*

Caraſa l. d. p. 146.

LXVI Quam ſententiam Cæſar haud plane aſpernatus, ad vltimum mentem ſuam ſic aperuit; ſe tum pacis ſtudio, tum Regum, Electorum, Principumque precibus id daturum, vt Palatinum, ſi culpam deprecetur, ac omnes veniæ impetrandæ obices tollat, in gratiam recipere velit, citra tamen dignitatis Septemuiralis reſtitutionem, quam omnino, Bullæ aureæ, ceterarumque Imperii ſanctionum, ipſiuſque Electoratus prærogatiua atque auctoritate illæſa, alteri deſtinaſſet. Sed enim, quia plures ſint, qui eam ambiant, nec tamen extemplo *quod Ferdinand' haud plane reiicit*

templo ſtatui poſſit, cuiuſnam ius ſit potiſſimum; ceterum vero e re publica Imperiique incolumitate haud ſit, Septemuirum Collegium diutius vno Electore, Imperium vna ex ſuis columnis deſtitutum manere; ſe decreuiſſe, eam *Maximiliano* Bauariæ Duci, propter egregia ipſius in Romanum Imperium merita, conferre. In Angliæ tamen & aliorum Regum, Electorum, Principumque gratiam conſentire & permittere, vt de reconciliandis Palatini filiis, fratriſque item, & agnatorum eius ad Electoratum, Electoratuſque prouincias iure, qualecunque id foret, diſcutiendo, peculiaris quidam conuentus propediem inſtituatur, & tentetur, num res amica beneuolaque tranſactione componi poſſit. Eam ſe pro virili promoturum. Si vero hæc non ſuccederet, daturum operam, vt intra certum, quod præſtituere velit, tempus ex iuris legumque ordine atque præſcripto, & Imperii Septemuirum ſententia decidatur. Diplomati etiam factæ inaugurationis clauſulam hanc, quod ea in nullam Cæſareæ maieſtatis, proſcripti filiorum, fratris, & *Wolfgangi Wilhelmi*, aliorumque agnatorum vergere præiudicium debeat, inferendam curaturum: ei itidem Electoratum, cui adiudicatus fuerit, poſt *Maximiliani* obitum, ſi quidem illum ſtato tempore, vt moris eſt, requirat, ſuamque fidem ſacramenti religione profiteatur, ritu fiduciario ſe collaturum. Bauariæ Ducem in conditionem iſtam iam conſenſiſſe, & litteris, quod ratam eam habiturus ſit, promiſiſſe. Qua declaratione facta, biduo poſt *Maximiliano* ſollemnibus cæremoniis adhibitis dignitatem Septemuiralem conceſſit. Pompæ præter alios interfuit *Ioannes Suicardus*, honoreſque nouos eidem amanter gratulatus eſt †. Ceterum, quam apud Pontificem, opera ſua, Cæſari & eccleſiæ Catholico-Romanæ hoc in negotio præſtita, gratiam inierit, docent litteræ *Gregorii* Papæ *XV*, multa cum beneuolentiæ teſtificatione ad Electores eccleſiaſticos & *Maximilianum* Roma miſſæ.

certis ſub conditionibus

Maximiliano Septemuiratum confert.

y. eod. Dipl.

† *Arthuſius* l. d. p. 60, *Caraſa* l. d. p. 149 & ſeq. *Adlzreiter* l. d. § XIV p. 106 & 107.

Legatum mittit ad Tractatus Bruxellenſis

LXVII Suſcepta inter hæc erat Bruxellis cum Rege Angliæ, de præparanda per inducias ad pacem Imperio conciliandam via, tractatio. Quam vt pro ſua *Ioannes Suicardus* promoueret parte, Legati nomine eo miſit *Ioannem Carolum* de *Schonberg*, Satrapam Kônigſteinenſem, ſpectata virum prudentia, clariſſimoque ſanguine; quem conſiliis ſuis haud parum ad rem contuliſſe, *Iſabella* litteris die XIII Maii datis prædicauit. In ea partes inter conuenit, Francofurti menſe Auguſto agendum conuentum de pace Imperio in ſolidum reddenda: qui tamen poſtea in longiorem dilatus diem, tandem plane hæſit.

D. Virgini Halenſi ſupplicat.

Iſabellæ colloquitur.

LXVIII Interea loci ipſe peregrinationem religioſam inſtituit, Deiparæ Virgini in fano Aſpricollenſi ſupplicaturus. Quum vero iter ingreſſus comperiſſet, tabe peſtifera locum infectum eſſe, conſilio mutato D. Virgini Halenſi ſe ſtitit. Qua occaſione Bruxellis cum *Iſabella* Infante multa de ſedandis belli in Germania infeliciter exorti turbis, vt animo promptus erat, conſilioque, locutus eſt.

Ipſum ſi audis, peregrinationem hanc voti ſoluendi cauſſa ſuſcepit. Sic enim in litteris ad Imperatorem: *Hierauf ſoll nicht verhalten, als ich mihr geraumer zeit her vorgenommen gehabt, nach ſo viel ausgeſtandener muhe vnd trubſeligkeit, vnd dabey iederzeitt verſpuhrten nit zeitlichen hulff, meine andacht vnd danckſagung bei der Mutter Gottes* zum Scharpfenhübel *noch eins vor meinem end zu verrichten; vvelches aber vvegen der daſelbſten eingeriſſenen infection* &c. Si vero *Fridericum* Palatinum, commodi priuati dulcedine atque impulſu: quippe qui in ſuis Hagæ Comitis d. XV Ianuar. an. MDCXXIV ſcriptis: *Demnach E. L. neulicher zeit vnter dem pratext einer vvallfart gen Hall in Brabandt ein reiſs nacher Brüſſel vorgenommen, daſelbſten die beſtatigung angeregter proceſs mit allem ernſt ſollicitiret, vnd zugleich vnſer Ambt Starckenberg, die Bergſtraſs, an ſich erpractiret* &c. Conf. huc, quæ *Caraſa* prodit in ſequentibus.

Stradam montanam recuperat.

LXIX Domum redux, temporis vſus opportunitate, tractum Palatinatui olim ab Archiepiſcopo *Diethero* pignori oppoſitum, vulgarique *Stradæ montanæ* notum appellatione, ſibi vero non ita pridem a Cæſare, pignoris, quo conſtrictus erat, nexu reſciſſo, conceſſum, Hiſpani militis firmatus ope, recuperauit *,

rauit *, ac non ſine acri Comitis Palatini expoſtulatione † ad Sedis Moguntinæ dominium, poteſtatemque reduxit.

* *Helvvichius* annal. Laurishamenſ. p. 201, Moguntiæ deuictæ ſect. III § IX p. 47 (159) *Caraſa* l. d. p. 177, qui diſerte: *Archiepiſcopus Moguntinus propter decreta facta a ſua Maieſtate in conuentu Ratisbonenſi ad noſtras preces & beneficio Hiſpanicarum copiarum* Stradam montanam, *quam olim Anteceſſores illius Palatinis oppignerauerant, & recenter Regis exercitus inuaſerat, recuperauit, moxque in illa exercitium Catholicæ religionis magno animo inſtaurauit.*

† *Legi poteſt apud* Lundorpium *tom. II lib. VI cap. CCXLVIII p. 814 & ſeq.*

LXX Catholicorum vero rationibus cum maiorem in modum conducere cenſeretur, ſi fœderis, in quod ſuperioribus annis coiuerant, prorogaretur vſus, ſociis illius anno ſequenti MDCXXIV præſtituebatur dies, quo Auguſtæ Vindelicorum de hoc negotio inſtituta agerent conſultatione. Fuit is XXII menſis Aprilis; quo ſuos illic eſſe iuſſit. Miſit autem, vt cauſſæ communi hoc maiori ſtudio inſeruiret, viros & auctoritate & virtute ſingulari, *Anſelmum Caſimirum Wambold* ab *Vmbſtatt*, Canonicum Moguntinum & Præpoſitum Halberſtadenſem, *Ioannem Philippum* ab *Hoheneck*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, & *Henricum Fabrum*, I. V. D. Conſiliarium. *Sociis de fœdere prorogando conuentum indicit.*

LXXI Interim videbatur Septemuir Saxo animo nonnihil eſſe offenſo, quod ſe diſſentiente Cæſar Electoratum Palatinum in domum Bauaricam auertiſſet. Quæ res non *Ferdinandum* modo, ſed *Maximilianum* etiam, alioſque Principes, qui Ratisbonenſi comitio operati erant, habebat ſollicitos. Et vero intererat, Principem Cæſaris hactenus apprime ſtudioſum in officio fideque retineri. Mitigando illi, ſi qua fors hæreret offenſa, peropportunus viſus *Ioannes Suicardus*, eidem ob germanum candorem in paucis charus. Vt igitur Saxonem inuiſeret, ac Maximiliano conaretur conciliare, Cæſar repetitis litteris quam enixiſſime rogabat. Annuit ille tandem anno ſequenti MDCXXIV, ac Collegæ indignationem ſibi ſumſit deliniendam. Cum ea de re vltro citroque litteræ humanitatis ac beneuolentiæ pleniſſimæ interceſſiſſent, dies locuſque dictus colloquio. Delecta autem Sleuſinga, oppidum Comitatus Hennebergenſis haud incelebre. Eo menſe Iulio profecti *Ioannes Suicardus* & *Ioannes Georgius*, Septemuiri, *Ludouicus* Fidelis, & nomine *Maximiliani* (quem re nondum ſatis diſpoſita haud conueniebat intereſſe conuentui) Comes *Tillius*. Adfuere etiam Dux Saxo-Coburgicus, gemini fratres Birckenfeldici Principes, Hiſpaniarum Regis, & Herbipolenſes atque Bambergenſes Legati. Cum ventum in rem propoſitam, multis grauibuſque tum verbis tum argumentis ipſe expoſuit, cur vitio haud vertendum ſit Cæſari, quod Septemuiratum Palatinum Catholicorum, qui Comitiis Ratisbonenſibus interfuerint, conſenſu, *Maximiliano*, Principi meritiſſimo, contulerit; cauſſaque vtrinque ſufficienter diſcuſſa perfecit, vt Saxo, cum inſigni locutus moderatione, oſtenderit, ſibi nil eſſe aut fuiſſe vnquam potius Cæſaris auctoritate, nihil optatius ſalute Imperii: proinde ſe Imperatori de integrando per *Maximiliani* acceſſionem Collegio auguſtali aſſentiri *. Additum tamen, quamuis *Maximilianum* Electoris loco habeat, & quoad in viuis fuerit, habiturus ſit; ſe tamen per hoc iuribus familiæ Rhenenſis Palatinæ haud derogare velle **. *Saxonem offenſum, Cæſaris petitu, Sleuſinga Bauaro conciliat.*

* Vid. *Arthuſius* l. d. tom. XV lib. II p. 138 & ſeq. *Caraſa* l. d. p. 179, & qui fuſior hic illis eſt, *Adlzreitter* l. d. lib. IX § XXI & ſeq. p. 121 & ſeq.

** conf. *Piaſecius* chron. rerum in Europa geſtarum p. 372.

Finito conuentu *Ioannes Suicardus*, tam proſpero negotii euentu lætus, vna cum *Tillio* Norimbergam profectus, *Maximilianum* accerſitum d. XXVII Iulii †, quanta fieri decuit celebritate, cum ſuam ille Collegio fidem ſacramenti religione profeſſus eſſet, in Septemuirum conſortium adſciuit. *Maximilianum in Collegium Septemuirale recipit.*

† Sic quidem diſerte in Actis. vnde corrigas *Arthuſium*, qui l. d. p. 140 id die XVI, ſiue, ſecundum computum Gregorianum, XXVI Iulii factum tradit.

LXXII Mox paullo per *Ioannem Reinhardum Zieglerum*, S. I. Theologum, menſe Auguſto Bruxellas miſſum, Infanti *Iſabellæ*, quam ante iam de felici Conuentus Sleuſingenſis exitu certiorem reddiderat, exponi curauit, quam fidelem hacte- *quid paci obſtet, Iſabellæ exponit*

hactenus, præcipue nuper in conciliando Saxone, Cæſari ac domui Auſtriacæ nauarit operam; fore nunc, vt propediem Comitia indicantur Septemuiralia. Quæ ne ſucceſſu exoptato careant, prius difficultates, cauſſæ communi obfuturas, remouendas eſſe. In his omnium maxime numerari Principum vicinorum ſuſpicionem, ac ſi Rex Hiſpaniæ loca, quæ ſuæ fecerit poteſtatis, ſui iuris facere, potentiamque ſuam in Imperio, cum Imperii & finitimorum periculo & diſpendio, firmare intendat. Dein grauem omnibus videri Hiſpanorum in Palatinatus regimine modum. quippe prouinciam exactionibus exhauriri, vicinos contra Cæſaris & Hiſpani promiſſa præſidiis militaribus haud ita neceſſariis grauari; quicquid litium olim Palatini finitimis contra ius & fas intenderint, id omne Miniſtros regios, nulla æquitatis ratione habita, renouare & vi armata perſequi: quo quidem Ordinum animi a Rege Catholico tam alieni ſint facti, vt haud procul abſit, quin in maximum id Domus Auſtriacæ detrimentum vergat. Eſſe profecto, e Catholicis etiam, qui aperte dicant, multo humanius ſe habitos eſſe a Palatino, quam Hiſpanico regimine; quin haud in occulto, ſed palam optent, vt *Fridericus* in auitas dignitates reſtituatur; maxime, cum doleant, ad curiam ſeſe Hiſpanicam, mandatis Cæſareis ſuſque deque habitis, reiici. Rem ipſam loqui, finitimos Reges, Principes, & Reſpublicas, Domus Auſtriacæ conſilia ſuſpectantes, maiores indies facere apparatus bellicos; verendum ideo, ne quamcunque captent occaſionem, vires ſuas coniungendi & libertatem Imperii vindicandi. Itaque rogare ſe, velit *Iſabella* hæc ad Imperii, Domuſque Auguſtæ incolumitatem, quam curate poſſit, perpendere, Regique Catholico perſuadere, vt declaret, nec pro ſe nec pro Domo Auſtriaca ſe quidquam e terris Palatinatus prætendere ſiue poſtulare; quin potius paratum eſſe, Cæſaris & Electorum ſententia, quandocunque eam tulerint, ſtare, eaſque ſine mora Imperatori & Imperio reddere. Præterea ſe rogare, velit tollendis penitus ex omnium animis ſuſpicionibus efficere, vt Hiſpaniarum Rex ſuis in Palatinatu Miniſtris iniungat, ne in adminiſtrandis iuſtitiæ reique ciuilis rationibus ab alius, quam Cæſaris pendeant imperio, neue nouis vel in continenti vel fluuiis vectigalibus exigendis oneri finitimis ſint, ſumtuique.

a conuentu Septemuirali agendo haud alienus eſt. LXXIII Si quid aliud autem, id certe tum temporis *Maximiliano* Boicæ Duci curæ erat, vt quamprimum Conuentus haberetur Electoralis. Verebatur enim, ſi contingeret, *Ioannem Suicardum*, affecta iam ætate Principem, morte abripi, vix futurum, vt Electores, ſaltim ex facili & ſine longioris moræ tædio, coirent. Non igitur omittendam e manibus occaſionem, quæ mox haud poſſit repeti. Notum, quam gratus ille & ante alios omnes acceptus ſit Saxoni, quem apud eundem prudentia ſua auctoritateque teneat locum; haud dubitandum, quin ei, vt præſens compareat, ſit perſuaſurus. Annuebat Cæſar; nec plane alienus ab hoc ipſe *Ioannes* erat *Suicardus*: Saxo autem Ordinum præferebat Comitia. Ad vltimum tamen, cum *Ferdinandus* miſſo Dresdam ſub anni MDCXXV prima incunabula *Othone L. B.* de *Noſtiz* inſtaret, vt *Maximiliani* accederet ſententiæ, poſtulato, ſed non ſine certis conditionibus, conceſſit. quanquam poſtea res denuo hæſerit.

cum Brunſuicenſi de monaſterio Steina transigit. LXXIV Durabat adhuc, dum hæc fiebant, lis, quæ Sedi Moguntinæ ab aliquot iam annis cum *Friderico Vlrico*, Duce Brunſuicenſi, intercedebat. Materia, cauſſaque erat monaſterium *Steina*, nobis ſupra aliquoties iam dictum. Id enim anno MDCXIX *Fridericus Vlricus*, *Henrico Eckelio* Abbate occaſionem præbente, per præfecturæ Göttingenſis Adminiſtratores ſuæ fecerat poteſtatis, ſtatu illius immutato; quod *Ioannes Suicardus* non poterat non ægre ferre. Tandem anno hoc MDCXXV, poſt varias diſceptationes, res die XXII Februarii ad pactionem venit. Conditiones huc redibant, vt *Fridericus Vlricus* id *Ioanni Suicardo* cum poſſeſſionibus, boniſque ſingulis ac omnibus eodem ſtatu, quo an. MDCXIX ante XIII menſis Maii diem erat, reſtitueret, libereque poſſidendum relinqueret ac quiete, donec controuerſia omnis vel amicabiliter vel via iuris deciſa eſſet; hic vero *Friderico Vlrico* fructus interea perceptos remitteret ac condonaret.

PP. Societatis Aſchaf- LXXV Alioquin eodem hoc anno Collegio Societatis Aſchaffenburgenſi in complementum dotis, conſenſu *Vrbani* Papæ *VIII*, adſignauit ac in perpetuum

cum

ſenburg. cœnobiũ Himmelthal attribuit.

cum quadam redituum parte attribuit monaſterium *Vallis cæli*, vernacula *Himmelthal* dictum *, quod hactenus ærarii Electoralis curatores tanquam caducum adminiſtrauerant. Aequum enim iudicabat, neceſſaria vitæ & cultui ſubſidia iis attribui, qui iuuentutem diligentius aliis non humaniorum modo litterarum, ſed ſacratiorum etiam inſtituerent diſciplinis atque ad religionis ſtudium formarent.

* Erat id, quod præterire nolim, clauſtrum olim ſanctimonialium Ordinis Ciſtercienſis, opus *Ludouici*, Comitis Rieneccenſis, qui id anno MCCXXXII, non intacto a religione animo, animæ cum ſuæ tum parentum ſuorum expiandæ, excitari præceperat, vt in *codice Diplomatico* videre eſt.

infirma etiam valetudine legatos audit.

LXXVI Inde negotiis, quæ periculoſis his temporibus magno indies affluebant numero, nonnihil quidem intercedebat ingraueſcens corporis, qua debilitabatur, valetudo; vt tamen anno ſequenti MDCXXVI, die XVII Aprilis, quamuis lectulo teneretur, *Georgio Ludouico*, Comiti Schwarzenbergenſi, Cæſaris legato, de fœdere perpetuo, ab aliquo iam tempore a Rege Hiſpaniarum propoſito, dicenti aures præberet, ac intellecto, *Ferdinandum* animo ad id ineundum haud alieno eſſe, ſapienter reſponderet, multa occurrere, quæ hic probe conſideranda atque perpendenda ſint: ſe quidem facile in Bauari concedere ſententiam, cenſereque, Hiſpanum de ratione illius ac conditionibus audiendum eſſe; putare tamen, opportunius id in conuentu Ordinum publico fieri potuiſſe. Quod is dilatus ſit, id odioſam ſuſpicandi materiem Proteſtantibus præbiturum. Fortunæ vices eſſe varias; vires adhæc, ſi bellum continuandum ſit, bene curateque ponderandas.

Similiter die VI Maii *Franciſco Egoni*, Epiſcopo Oſnabrugenſi, ſecum colloquendi tempus dedit, ac Electoris Boii nomine de ſimultatibus Fridlandum inter ac Tillium, de fœdere cum Hiſpaniarum Rege perpetuo, armis item, ære, commeatu bellico, aliiſque Tillio ſubmittendis verba facienti, quæ e re erant, reſpondit; queſtus inter alia, ſuorum per Haſſiam ac Eichsfeldiam res a milite Brunſuicenſi incendiis ac prædationibus ita exinanitas eſſe atque exhauſtas, vt parum quidem in ſe nunc opis ſit, quod exercitui fœderato præſtare poſſit.

Dano deuicto fœderati militis res ſociis commendat.

LXXVII Erectus tamen poſtea pauliſper, cum nuntiatum eſſet, Daniæ Regem iuſta acie a Tillio deuictum eſſe, Treuirenſi, Colonienſi, Vormatienſi, Spirenſi, Argentoratenſi, & Fuldenſi litteris die menſis Septembris XIV datis magnopere laborantes militis Tilliani res quam enixiſſime commendauit; ſe vero cauſſæ communi pro viribus ſeruiturum, Bauaro id expetenti reſpondit.

rite expiatur

moritur.

LXXVIII Enimuero, cum illa ipſa luce magis magiſque ſe debiliorem fieri ſentiret, poſtridie depoſitis rerum mundanarum curis, omnes ad Deum ſalutemque ſuam ſenſus conuertit, ac noxis expiatus, ſupremo ad æternitatem viatico refectus, & ad luctationem extremam ſacro oleo inunctus fuit: biduo poſt vero, XVII ſcilicet Septembris die, noctu inter horam X & XI placidiſſimo obitu vitæ exercitæ & laborioſæ finem Aſchaffenburgi impoſuit, annos natus LXXIII *, menſes II, & totidem dies, magno ſui deſiderio bonis omnibus relicto.

* Perperam igitur *Carafa* l. d. p. 267, & *Adlzreitter* annal. Boicor. parte III lib. XI § LXXI p. 152 anno ætatis LXXV defunctum ſcribunt.

magno ſui deſiderio relicto.

LXXIX Cæſar certe percepta Laxenburgi ab *Arnoldino* de *Clarſtein* illius morte, quo erga demortuum affectu erat, grauiter admodum ingemuit, flexoque in mæſtitiam ore faſſus eſt, cecidiſſe firmam potentemque Imperii & fidei Romanæ columnam *. Similiter Bauarus luctum ſuum mæroremque prona in optime meritum Collegam pietate teſtatus eſt; teſtatus eſt Saxo, germani candoris Princeps; teſtati alii, lugubribus ad maximi Clerum collegii epiſtolis, vltima amoris & reuerentiæ officia exſtincto reddentes.

* Quanti *Ferdinandus* illum fecerit, quantoque illum coluerit affectu, vel exinde colligere eſt, quod in litteris ad eum ſua manu datis ab initio ſemper hac compellatione vſus fuerit; *Freundlicher mein gelibteſter Herr Vatter*; in fine vero hac teſtificatione; *E. L. gutvvilliger Sohn.*

deuehitur Moguntiam.

LXXX Funus ſolitis cæremoniis Aſchaffenburgo Moguntiam deuectum, & prima Octobris in ædium maximam deductum fuit; quod dein, poſt habitum

a *Ioanne Reinhardo Zieglero*, S. I. Theologo (quo pie defunctus, dum in viuis agebat, conſcientiæ vſus fuerat arbitro) ſermonem exſequialem, ſedecim vetere magnaque proſapia Nobiles in chorum ferreum humeris ſuis delatum, ad

humo mandatur,

oſtium cryptæ, quam ante ſedecim annos ſub ara *S. Crucis* ſibi exſtrui curauerat, depoſuerunt; ſex vero e Vicariis metropolitanis in eam demiſſum ibidem in

corde & inteſtinis Aſchaffenburgi conditis.

arca ſepulcrali interius ſtanno obducta religioſe collocarunt. Cor, cerebrum, lingua, & inteſtina die XXIV Septembris Aſchaffenburgi in æde ſacra PP. Societatis ante aram principem humo condita fuere, lapidi, quo tecta, hac inſculpta ἐπιγραφῇ; *IOANNI SVICARDO Arch. Mog. P. Elect. PP. Fund. A° Dn. 1626 17 Sept. mortuo Societas Ieſu requiem æternam precatur, ſeruans ſub hoc marmore cor, cerebrum, linguam, viſcera, chariſſimum pignus meritiſſimi Præſulis, Principis, Patris, Fundatoris, R. I. P.*

Commendandus a virtutibus,

LXXXI Fuit *Ioannes Suicardus* Princeps cum maximis æui ſui comparandus; pius, magnaque erga Superos religione; excelſiſſimi præterea animi, prudentiæ ſingularis, longoque rerum vſu exercitæ; ſollers, laboriſque indefeſſi, qui perennes pro publico curas vigiliaſque ſuſcipiebat, & in tanta, quod mireris, negotiorum mole propria ſemper manu cum Legatis Regum Principumque acta in commentarios referebat; prouidus item, miraque luce rerum conditiones & euentus per ſe in longum proſpiciens; in conſiliis vero capiendis expeditus, & cum alii aliorum bene vtiliterque inuentis animum plerumque adiicere ſoleant, ipſe, quod prudentiſſimorum eſt, per ſe, quid agendum erat, reperiebat. Ceteroqui eum ſuæ dignitati adhibebat modum, vt nec efferretur proſperis, nec deiiceretur aduerſis, ſed animum retineret quauis ſorte maiorem, omnibuſque tum priuatis tum reipublicæ incommodis ſuperiorem. Hominibus Deo dicatis, vt ſacris operarentur hoc religioſius, inſigni liberalitate & impendio domicilia, prouentus, neceſſaria omnia conſtituebat; pauperum & afflictorum inopiæ largis conſulebat eleemoſynis, raram & prædicabilem aduerſus eos pietatem in vltimæ voluntatis ſuæ tabulis teſtatus *.

* Quas ſi legere cupis, inuenies apud *Lunigium* Spicilegii eccleſiaſtici cap. II ſect. I n. CXXXIII p. 154 & ſeqq.

operibus excitatis,

Aedificiis publicis partim excitandis, partim reſtituendis ac ad priſcum decorem reuocandis, cum poſterorum conſuleret vſibus, oſtendebat, qua animi eſſet magnitudine. Præcipue vero regiæ Aſchaffenburgenſi, quam a fundamentis exſtruxit, tantum laboris impendit ac ſumtuum, vt cum præſtantiſſimis Germaniæ palatiis ob nitorem, amplitudinem, formæque elegantiam comparari poſſit *.

* Primum in fundamenta lapidem demiſit an. MDCXIII, d. XVII Februarii; cuius rei in memoriam ſignari curauit nummum, cuius antica repræſentat Archiepiſcopatus Moguntini inſignia, cum hac quidem ἐπιγραφῇ: IOES SVICARDVS D. G. ARCHIEPS. MOGVNT. S. R. I. PRINCEPS ELECTOR. Auerſa vero arcis ſtructuræ faciem, hac cum inſcriptione; AVSPICE DEO, COMITE FORTVNA. XVII FEBRVARII ANNO MDCXIII. Anno MDCXIX, cum eam ad culmen fere perduxiſſet, alium, cuius facies prima ipſius ſiſtit effigiem, cum verbis hiſce circumſcriptis; IO. SVIC. D. G. ARCHIEPS. MOGVNT. PRINC. ELE. altera vero regiam hanc Aſchaffenburgenſem, his in peripheria verbis adiectis: SVB. VMBRA. ALARVM. TVARVM. DOMINE. 1619. Tum temporis autem eam nondum abſoluerat. conſ. Teſtamentum ipſius apud *Lunigium* l. d. De cetero, quanta conditor animi fuerit magnitudine, vel ipſa adhuc loquitur inſcriptio: *Aſta, hoſpes, & ſubſtructiones aſpice, quas* Ioannes Suicardus *Princeps condidit. Has, quamuis opere firmas ac mole editas, ne neſcius ſis, tempus olim diruet; at pietatis animique celſitudinis eius memoriam nulla delebit ætas.*

Magna domus moles fere miranda nepoti,
Sed qui illam ſtruxit, credite, maior erat.

Oldenburger Theſaur. Rerumpublic. parte IV p. m. 748.

litterarum amore,

Quod denique bonarum litterarum ſtudiis pretium poſuerit, pro teſtimonio loquuntur Academiæ ſiue Vniuerſitates duæ perquam celebres, *Argentoratenſis* & *Altdorfenſis*, quippe quibus a Cæſare Studiorum, vt loquuntur, vniuerſalium priuilegia impetrauit †.

† *Iäger* hiſtor. eccleſ. & polit. ad an. MDCXXVI p. 429.

LXXXII

Fridericus Greiffenclaw *de* Volrats.	Ioannes Greiffenclaw *de* Volrats.	Fridericus *de* Greiffenclaw.
		Adelheidis *de* Langenau.
	Clara *de* Ratſumhauſen.	Henricus *de* Ratſumhauſen.
		Maria Haſin *de* Dievelich.
Anna Buchis *de* Staden.	Cuno Buchis *de* Staden.	Ioannes Buchis *de* Staden.
		Ioanna *de* Fechenbach.
	Gutta *de* Vrſel.	N. *de* Vrſel.
		N. Buchis *de* Nider Roſbach.
Dietherus *de* Schönenburg.	Philippus *de* Schönenburg.	Conradus *de* Schönenburg.
		Schonetta *de* Türckheim.
	Eliſabetha *von* der Leyen.	Ioannes *von* der Leyen.
		Eva *de* Wilz.
Anna Cameraria *de* Wormatia dicta *de* Dalberg.	Wolfgangus *de* Dalberg.	Philippus *de* Dalberg.
		Barbara *de* Flersheim.
	Eliſabetha Fetzerin *de* Geiſpizheim.	Eberhard Fetzer *de* Geiſpizheim.
		Lyſa *de* Ingelheim.
Cuno *de* Reiffenberg.	Cuno *de* Reiffenberg.	Cuno *de* Reiffenberg.
		Liebmudis *de* Stein.
	Anna Weyerin *de* Nickenich.	N. Weyer *de* Nickenich.
		N. Sünder *de* Senheim.
Philippa *de* Kellenbach.	Ioannes *de* Kellenbach.	Nicolaus *de* Kellenbach.
		Elſa Bois *de* Waldeck.
	Maria *de* Helffenſtein.	Henricus *de* Helffenſtein.
		Anna Mant *de* Limbach.
Wolfgangus *de* Mudersbach.	Emericus *de* Mudersbach.	Daniel *de* Mudersbach.
		Gutta *de* Naſſau.
	Anna Schenckin *de* Schweinsburg.	Heidenrich Schenck *de* Schweinsburg.
		Catharina *de* Roltzhauſen.
Eva *de* Cronberg.	Franco *de* Cronberg.	Franco *de* Cronberg.
		Maria *de* Helffenſtein.
	Anna *von* der Leyen.	Georgius *von* der Leyen.
		Eva *de* Machenheim.

Digitized by Google

Digitized by Google

LXXXII Coronidis loco iuuabit addere, quibus viuum demortuumque viri & natalium ſplendore & munerum dignitate ſpectatiſſimi elogiis cohoneſtauerint. *Daniel Eremita*, Magni Hetruriæ Ducis Legatus, in itinere Germanico p. 578 opuſculor. *Religionis*, inquit, *ſtudioſiſſimus eſt, & pertinax defenſor conditionis ſuæ. Tantum ſibi inter ſuos amoris lenitate quæſiuit, vt plurimum votorum pro ſalute eius nuncupetur. Veſtis illi plane ciuilis ſine vllo conſpicuo dignitatis ornamento; toga domeſtica aut pallium ſuccinctum: caligæ & thorax Hiſpanum in morem; gladio quoque accingitur, vbi foras exit *. Domi ſuæ temperans, hilaris, nec nimio potui indulgens; an in noſtri gratiam diſſimularetur gentile ebrietatis vitium, incertum; tamen facile cum reliquis eius moribus abſtinentia congruit. In ſumma, virum bonum facile dixeris, & in quo nihil fere reprehenderis, quam nimiam facilitatem. Ipſe nobili & antiqua familia, magnitudinem animi operum magnificentia declarat; nam & ingenti impenſa palatia & domos ſuperbe inſtruit, nihilque intermittit, quo probari Princeps poſſit.* *plurium cohonestatur elogiis.*

* Cum ſint, quibus hoc haud veriſimile videatur, non poſſum, quin id hic indicem.

Carolus Carafa, Nuntius in aula Cæſarea Pontificius, Germaniæ ſacræ reſtauratæ p. 68; *Elector Moguntinus magnæ prudentiæ & maximi zeli Princeps*, & p. 267, *Elector Moguntinus* Ioannes Suicardus a Cronenburg, *qui LXXV ſuæ ætatis anno, & XXIII Electoratus, magno omnium luctu exſpirauit Aſchaffenburgi, cuius opera plures ſimiles controuerſiæ fuerant compoſitæ; eo quod Electorum omnium ſenior & dignitate officii Archicancellarii, & ingenio, comitate, nec non prudentia etiam a Lutheranis Principibus appretiata, omnibus antecelleret. Quare poſtea in multis occaſionibus deſiderata eſt, maxime in reſtauratione diſciplinæ eccleſiaſticæ, quæ multis in locis frequentiſſima fuit.*

Adde his *Maſenium* annal. Treuirenſ. lib. XXIV § XXVI p. 483, *Adlzreitterum* l. d. *Iägerum* l. d.

LXXXIII Supremis denique defuncti honoribus quidam in teſſeras illius gentilitias eleganti hoc luſit tetraſticho:

Montem vicisti, Princeps, rota rite cucurrit,
Enſe, pedo, mitra res bene geſta tibi eſt.
Sufficit; ite enſes, mitræ, monteſque, rotæque,
Omnibus ex titulis vna corona ſat eſt.

v. *Spenerus* op. Heraldici parte ſpeciali lib. I cap. LXIV § XVI p. 264.

A poſteris vero monumentum, quod virtute ſua, ſi quis alius deceſſorum, meruit, etiamnum, dum hæc ſcribo, exſpectat.

GEORGIVS FRIDERICVS.

IOannis Suicardi in locum felicibus auſpiciis conceſſit, Princeps vt nobilitate & imaginum ſplendore conſpicuus in paucis, ita virtutum ornamentis plus quam vulgaribus excellens, ac in publicis negotiis conſilio & auctoritate ſpectatus.

I Ortus autem fuit familia *Greiffenclauiorum* a *Volrats*, quæ Rhenanas inter non opum modo magnitudine, ſed generis etiam vetuſtate ſi qua alia illuſtris eſt. Floruit certe iam ſæculo XII, & tum eccleſiæ tum reipublicæ viros dedit & religionis & rei bellicæ ſtudio clariſſimos. *[illegible] familia [illegible]*

Alibi iam obſeruatum, quod an. MCCVI *maioris Canonicus & Cellerarius* fuerit *Ruthardus de Greiffenclavv*, ad Decani poſtea euectus dignitatem; & quod eo ipſo tempore *Emicho* & *Henricus*, fratres ipſius, ſcientia rei militaris & armorum tractatione claruerint, *Milites* æui illius ſtilo, in litteris an. MCCXI ſignatis, diſerte dicti. Vid. *Syllabus plenior* ſectione VI p. 363. Duos ceteroqui fratres, gente hac ortos, dignitatibus, commodiſque omnibus ſponte abdicatis veſtem monaſticam ſumſiſſe, *Fridericum* Raguſæ in monaſterio, quod *Taxa* appellatur; *Henricum* vero Coloniæ in cœnobio, quod *D. Pantaleonis* memoriæ & honori dicatum eſt, itidem *vbi de Greiffenclauenſis vetuſtate & nobilitate.*

Digitized by Google

iam dictum. vid. idem *Syllabus plenior* ſectione II p. 303. Addo hic, & *Georgium Fridericum* ab id genus propoſito haud procul abfuiſſe. Valetudine enim ingraueſcente, *Ioanni Reinhardo Zieglero*, qui id prodidit, aperte faſſus eſt, in votis ſibi fuiſſe, tamdiu vita frui & communi hoc ſpiritu, donec res Moguntinas e præſenti calamitate in veterem vindicaſſet fortunam; ſimul vero conſtituiſſe, quamprimum eas e miſeriis leuaſſet, dignitate Archiepiſcopali dimiſſa, reliquum vitæ paupere in cella Dei in ſeruitio religioſe exigere.

quibus nat' parentibus; II Primam lucem aſpexit anno MDLXXIII, d. VIII Septembris, patre natus *Dietbero*, matre *Apollonia*, *Reiffenbergiorum* ſtirpe, eximiæ nobilitatis laude præſtanti, oriunda; ceterum auis, maioribuſque (quorum ſequens ipſe dedit ſchema) magna virtutis opinione, generiſque antiquitate domi foriſque ſingulare decus conſecutis.

* * *

probe educatur. III In *Ruthardi*, *Friderici*, *Henrici*, *Eberhardi*, *Richardi*, maiorum ſuorum, mores & inſtituta abiturus, a prima ſtatim pueritia animum pietate & virtute, tum ſuorum ſub parentum, tum Celſiſſimi ſuſceptoris, *Georgii de Schönenburg*, Epiſcopi Wormatienſis & Præpoſiti maioris Moguntini, cura excoluit, & cum robur corporis, iudicii firmitas, & diſciplinarum ordo requirerent, vt in lucem maiorem produceretur, Romam miſſus eſt, vt optimis ſcientiis & ſalutaribus præceptis ad munia eccleſiæ olim cum laude gerenda inſtitueretur.

fit Canonicus. IV Hæc inter autem Archiepiſcopi *Danielis* beneficio anno MDLXXX, d. XXV Februarii, Canonicorum Collegiatæ equeſtris ad *D. Ferrutii* Bleidenſtadenſis cœtui adſcriptus; ſeptennio poſt vero Moguntiæ in Clerum maximi Collegii receptus fuit.

varias dignitates eccleſiaſticas conſequitur V Id enim vero agebat ſemper, vt quam a Deo conſecutus erat mentem optimis exornaret diſciplinis, firmaretque ad capeſſenda aliquando cum virtute altioris momenti negotia. Quo factum, vt & impigri ſpiritus ac ad obeunda liberaliter id genus officia felicis opinionem apud omnes obtinuerit, ac tum Spiræ, tum Vormatiæ, tum Moguntiæ in ſacris Collegiis ad maiores honorum ſubinde adſcenderit gradus.

Vormatiæ quidem e Canonico maioris ſummus *Præpoſitus*, Spiræ vero e Canonico primum *Cantor*, & ſimili dein fortuna *Præpoſitus* maior factus eſt, Moguntiæ præterea ad *D. Albani* fuit *Cuſtos*, & ad *D. Victoris*, nec non B. M. V. *ad gradus* intra mœnia vrbis *Canonicus*. Vt ibidem ad *Scholaſtici* & *Præpoſiti* metropolitani dignitatem euectus ſit, ex ſequentibus patebit.

mittitur ad comitia Deputatorum Spirenſia. VI Sane, quum an. MDC ad comitia *Deputatorum*, ſiue Delegatorum Imperii Spiræ habenda legatus mittendus eſſet & loci honore & prudentiæ laudibus excellens, ipſe delectus fuit, qui Heri nomine eo iret, & quæ e re communi eſſent, cum ceteris in medium conſuleret. quod & tanta ſapientiæ pariter ac moderationis fama præſtitit, vt anno ſtatim ſequenti MDCI *Scholaſticus* *fit Scholaſticus,* renuntiaretur maioris, ſucceſſor datus *Ioanni Adamo a Bicken*, ad celſiſſimi honoris Archiepiſcopalis culmen paullo ante prouecto*. Quam dignitatem quum *& Præpoſitus maior Mogunt.* ſingulari ſuſtineret cura, vigilantiaque, an. MDCIV vnus omnium maxime dignus habitus fuit, qui *Philippo Cratz a Scharpfenſtein*, Præpoſito maiori, ſurrogaretur. quod & die V menſis Auguſti factum**.

* Vid. *Syllabus plenior* ſectione IV p. 323.
** Vid. idem *Syllabus* ſectione I p. 294.

ex merito virtutis. Nouos iſtos honores admodum quam promeritum eſſe, vel ipſius *Ioannis Suicardi* iudicio conſtat, teſtimonioque. quippe qui in ſuis ad Pontificem litteris d. XV Aug. datis diſerte: *Vir certe eo honore multis nominibus digniſſimus*, *San-*

Sanctitatis veſtræ in alma vrbe olim alumnus, doctrina, vita probitate, & rerum experientia nemini ſecundus.

Locumtenentis Moguntini obit partes.

VII Enimuero, quod & animo paratus eſſet, conſilioque, auctoritate vero apud omnes ſumma, viſum, quem modo dixi, *Ioanni Suicardo*, Principi prudentiſſimo, cum ei anno MDCX Pragam ad *Rudolfum* Cæſarem eundum eſſet, vt ſummæ rerum interea *Locumtenentis* titulo locoque præeſſet. Lætus ille tantum ſuis tribui virtutibus, ſpecioſi huius magiſtratus procurationem & honeſtiſſime cepit, & optime geſſit.

Conf. idem *Syllabus* ſectione I p. 294.

fit Epiſcopus Vormatienſis,

VIII Sexennio poſt cathedram Wormatienſem, iuſtis eligentium ſuffragiis expetitus, die XV Septembris inſcendit, &, poſtquam omnibus ſtabiliendæ dignitatis ſollemnibus expletis, pro ſalute illius ac incolumitate egregia prorſus fide ac vigilantia excubaret, Moguntiæ tandem anno MDCXXVI ad ſupremi faſtigium honoris peruenit, *Ioannis Suicardi* in locum, non ſine totius Cleri, Nobilitatis, ac populi lætitia ac plauſu ſuffectus.

Archiepiſc. Moguntinus

vnanimiter electus.

Electus autem fuit *vno ſpiritu, vnanimi conſenſu, & voluntate, nullo penitus diſcrepante*, die XX Octobris *, ſollemniterque e conclaui in chorum, e choro ad *D. Martini* arcem deductus fuit, *Petro Aloyſio Caraſa*, Epiſcopo Tricaricenſi, & Nuntio Apoſtolico, Cæſariſque *Ferdinandi II* Legatis, *Ioanne L. B.* de *Reck*, & *Euſtachio* de *Franckenſtein*, præſentibus & congratulantibus.

* Vid. *Inſtrumentum Electionis* Pontifici tranſmiſſum in *codice Diplomatico*. ex quo ſimul notare iuuabit, in *Syllabo pleniori* ſectione I p. 294 pro die *XXI* Octobris legendum eſſe *XX*; quippe quo, vt hic dictum, culmini Archiepiſcopatus Moguntinenſis impoſitus fuit.

regiminis initia capit.

IX Regiminis initia ſequenti ſtatim die auſpicatus, primariæ admiſſionis Miniſtros & Conſiliarios, *Ioannem Reinhardum* de *Metternich*, maioris Cantorem & Conſilii aulici Præſidem, *Nicolaum Gereonem*, Cancellarium, *Ioannem Philippum* de *Hoheneck*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, & *Eberhardum* de *Muggenthal*, in fidem recepit; die vero XXV Octobris ciues Moguntinos, & d. IV Nouembris tractus Rhingauienſis incolas obſequii religione ſibi de more obſtrinxit.

pallium petit.

X Quibus peractis nil prius habuit, quam vt collati ſibi muneris pontificalis a ſummo Pontifice conſequeretur confirmationem, & poteſtatis Archiepiſcopalis ſignum, honorem pallii. Statim igitur poſt anni MDCXXVII prima initia Romam miſit *Ioannem Reinhardum Ziegler*, ſemel atque iterum iam dictum, virum conſilio dexteritateque ad res liberaliter obeundas ſingulari.

Hiſpanicum & Gallicum legatos audit.

XI Eo Romæ iſtas ſobrie admodum accurante, duo Moguntiam aduenere Legati, nouos *Georgio Friderico* gratulaturi honores; *Franciſcus Chriſtophorus Khevenhüller*, magnæ vir in aula tum Cæſarea tum Hiſpanica dignationis, nomine Regis Hiſpaniarum; Galliarum vero Regis nomine *N.* de *Marcheville*: quorum ille ſimul ſignificabat, *Ferdinando*, *Ferdinandi* Cæſaris filio, qui poſtea nomen hoc tertius tulit, *Mariam* Infantem deſponſam eſſe; *Iſabellam* vero Regi Daniæ denuntiaſſe, ni terris Imperii decedat, parteſque Palatini deſtituat, Regem Hiſpaniarum ſummis ei viribus occurſurum. Hic vero proponebat, Galliarum Regem tam graues ac diuturnos, qui in præruptum ac anceps periculum rem Imperii Germanici publicam adducant, motus nonniſi dolenter ferre, & cum nil magis optet, quam vt comprimantur, & ſublatis litium cauſſis componantur quantocius, polliceri ipſum, huc nempe conſilia ſua animumque ſe traducturum, vt ſedatis iſtis inimicitiæ ſimul cum armis ponantur.

Herbipolim fœderatis conuentum indicit.

XII Interea loci pleræque Imperii prouinciæ, præcipue vero Ordinum Cæſari fide obſequioue deditorum, delectibus & ſtatiuis hibernis immenſum in modum premebantur: quæ vero immunes adhuc erant, finitimarum deterrebantur exemplis, ne bellum, quod apprime vagum eſt, vbi vicina corrupiſſet, ſedem ad recentes transferret, intactaſque. Quas ob res *Georgius Fridericus* conſultum duxit, Catholici fœderis Principibus conuentum indicere, Herbipoli ſub finem menſis Februarii habendum: quem etiam per legatos, *Ioannem Reinhartum* de *Metternich*, *Ioannem Philippum* de *Hoheneck*, ſupra iam dictos, &

Henri-

Henricum Fabrum, Conſiliarium, obiit. Sed enim, vt alibi, ita nec hic in eandem, qui conuenerant, remedii rationem conſpirabant. Fuere, quibus viſum, totius Imperii conuentum celebrandum eſſe; aliis id haud erat conſilii, quod crederent, in tanta rerum confuſione cum fructu Comitia haud poſſe haberi; aliis placebat, bellum condonando, qui modus eſſet glorioſior, finiri. Ex hac ſententiarum diuerſitate, vt ex elementorum temperatione, natum decretum, deligendos eſſe, qui Comitii nomine excurrerent ad Cæſarem. Legationis caput erat, rogare illum, poneret militis licentiæ ac maleficiis modum; ne maioribus belli malis inuoluerentur, qui domui Auſtriacæ conſilio opeque fidam hactenus præſtitiſſent operam, curaret; Fridlandi atque Lauenburgenſis copias alio deduci mandaret; nouos, qui vltra modum agerentur, delectus prohiberet. Cum hæc miſſi *Ferdinando* expoſuiſſent, reſponſi ferebant loco, Cæſari opportunum videri, vt Principes Electores publica de re Mülhuſæ conueniant.

pallium accipit.

XIII Romæ felicius ſuccedebat negotium. Pontifex enim Bulla IV Kal. Maii ſignata collatos electo honores ſciuit ratoſque habuit; III Non. Maii vero per Cardinalem Aldobrandinum *Zieglero* pallium, eidem per *Ambroſium* Epiſcopum Myſienſem, & *Chriſtophorum* Epiſcopum Aſcalonenſem imponendum, tradidit; quod, eo reuerſo, *Georgius Fridericus* qua par erat reuerentia venerationeque ſuſcepit.

ecclesias per Thuringiam interuiſi iubet.

XIV Ipſe vero interea certior redditus, ſtatum plerarumque eccleſiarum Collegiatarum & parochialium, cœnobiorum item ſacrique ordinis congregationum, Erfordiæ, & in Haſſiæ, Thuringiæ, Saxoniæque partibus negligenti minuſque prouida gubernatione ad eam ſenſim conditionem redactum eſſe, vt, ni tempeſtiuis remediis emendetur, ac ſalutaribus decretis adſtringatur, proxime ab extremo exitio abſit; ſui memor muneris, ſuo in pontificii muneris per easdem regiones Vicario, *Chriſtophoro*, Epiſcopo Aſcalonenſi, die XII Auguſti in mandatis dedit, vt Prælatorum in locis dictis, Canonicorum, Parochorum, Monachorum & Clauſtralium mores curate cognoſcat, exempli praui detrimenta omni fide diligentiaque notet, ac in diſciplinæ collapſæ emendationem omni contentione incumbat.

conſecratur Epiſcopus.

XV Triduo poſt, ipſis feriis Virgini adſumtæ ſacris, Aſchaffenburgi in æde honori & memoriæ SS. Petri & Alexandri dicata dignitatis Epiſcopalis ſacra, *Ambroſio* Epiſcopo Myſienſi inaugurante, capeſſiuit, pallioque, quod acceperat, indutus eſt, rei ſacræ, vt Pontifex iuſſerat, ſubſeruiente *Chriſtophoro*, quem modo dixi, Epiſcopo Aſcalonenſi; Abbatibus vero Seligenſtadenſi & Amorbacenſi adſtantibus. Cæremonia finita, ipſe, vt moris eſt, populo præſenti, ſacro religionis carmine recitato, bene precatus eſt.

Mülhuſam ad conuentum proficiſcitur.

XVI Placuerat, vti dictum, Cæſari, vt Mülhuſæ comitium haberetur Septemuirale. Id igitur Collegis Electoribus *Georgius Fridericus* indixit. Pollicebatur quiſque illorum, id ſe obiturum; poſtea tamen, paullo ante diem illi agendo præſtitutum, Bauarus infirmitate corporis, Colonienſis vero & Treuirenſis metu periculi, Grolla capta ſibi nunc vicinioris, ſe diſtineri per Legatos ſignificabant: quo factum, vt in menſem Octobrem vſque protraheretur, Saxone interea Longoſaliſſæ, quo iam conceſſerat, moram hanc admodum ægre ferente. Octaua tandem dicti menſis die *Georgius Fridericus*, rebus domi curæ *Anſelmi Caſimiri Wambold* ab *Vmbſtatt*, *Locumtenentis* titulo atque dignitate, commiſſis, in viam, vt conuentui ipſe intereſſet, ſe dedit. Mülhuſam vero cum veniſſet, primo conſeſſu, qui Lunæ, XVIII Octobris die, in curia

in quo varia ad deliberandum proponit;

habitus fuit, ipſe proponebat, 1) quæ ratio medendi ingraueſcentibus Imperii malis, quæ bello Bohemico orta indies propagarentur & augeſcerent per continuas militum diſciplinæ expertium deductiones, ſtatiua, hiberna, violentas concuſſiones, contra S. C. Mai. voluntatem, cum luculenta ſacri Imperii pernicie. 2) quibus modis pax cum Cæſaris ac Ordinum obſequentium, Imperii item dignitate & commodo reparari poſſet. 3) qui poſſet pax, ſi diuina ope eam recuperari contingat, conſtanter retineri, & ſalua tranſmitti ad poſteros, turbis omnibus & factionibus eliminatis. 4) ſi præter ſpem adhuc locorum iniri nequeat, vel ſi rite inita aliquando turbetur, qua ratione eiuſdem violatoribus ordinate ſaluis Imperii conſtitutionibus occurrendum ſit. Additum 5) cum va-

riæ

riæ res ad Septemuirum Collegium ſpectantes ad proximum conuentum nuper reiectæ fuerint, poſſe eas, quantum grauiores obligationes negotiaque permiſerint, venire in deliberationem.

Conf. *Lunderpius* tom. III cap. CXXVI n. II p. 935. *Beatus* Mercurii Gallo-Belgici tom. XVI lib. IV p. 80 & ſeq. *Adlzreitter* l. d. lib. XII § XXXVI p. 160.

XVII Cum hæc deinde inſtitutis conſultationibus examinarent, qui conuenerant, Electores & abſentium Legati, aduenit Baro *Stralendorfius*, & *Ferdinandi* nomine retulit ad Collegium, Cæſarem calamitatibus, quibus Imperii affligerentur regiones, haud dediſſe occaſionem; quin auerruncandis iſtis nil quicquam feciſſe reliqui. Cupere illum, vt collatis in medium conſiliis, auguſtale Collegium diſpiciat, qua ratione a Palatini partibus Rex Daniæ abduci poſſit; quo item pacto domus Auſtriaca ſumptus in neceſſariam defenſionem factos recuperare queat; ſi bellum vltra proferri debeat, vnde ſtipendia liceat colligere, quæue a Septemuiris exſpectare conſilia. Conſtituiſſe ceteroqui, rationes pacis componendæ, quas Electores idoneas iudicarint, ſic expendere, vt quæcunque Romani Imperii commodis ac dignitati conſentaneæ fuerint, libenter omnino admittere velit. *varia item Cæſaris legatus.*

Strunius Syntagmat. hiſtoriæ Germanicæ diſſert. XXXV § XXXI p. 1572 vult, die XIX Octobris primam ſeſſionem habitam fuiſſe, & primam propoſitionem ab Imperatore factam, cui alteram Moguntinus ſubiunxerit, qua ſcilicet ratione pax Germaniæ ſit reſtituenda. Sed enim fallitur, quod pace viri doctiſſimi dicere liceat. XVIII, vt dictum, Octobris die primus in curia conſeſſus habitus fuit; Octobris vero XXIII *Stralendorfius* demum appulit, & cum dein in conſeſſum a *Friderico* de *VVeſtphalen*, Eichsfeldiæ Præfecto, nomine Moguntini, & *Maximiliano Kurz* de *Senftenau*, nomine Bauari, adductus, expoſuiſſet, quæ ei commiſſa erant, Cancellarius Moguntinus, cum præſentium nomine Cæſari gratias egiſſet, & capita propoſitionis factæ breuiter repetiiſſet, laudata *Ferdinandi* ad pacem reducendam propenſione reſpondit, Principibus Electoribus ea penſi fore; ceterum vero illa, quæ d. XVIII Octobr. ad deliberandum propoſita eſſent, cum Legato communicatum iri. conf. *Lunderpius* l. d. cap. CXXVI n. I p. 994; *Beatus* l. d. *Adlzreitterus* l. d. § XLII & ſeq. p. 161 & ſeq.

Quæ reſponderint Electores, qui aderant, & abſentium Legati coniunctim, & quæ ſigillatim monuerint, qui veteri religioni addicti erant, longum eſſet recenſere *. Suffecerit itaque notaſſe, parum ex hoc conuentu ſubſidii ad reducendam in Imperio tranquillitatem redundaſſe. *exiguo cum effectu.*

* Vid. *Adlzreitter* l. d. lib. XII § XLVI – LIX p. 162 & ſeq.

XVIII Comitio finito *Georgius Fridericus* ex itinere Heiligenſtadii populum ſacramento in ſua verba adegit. Inde Duderſtadium perrexit, vbi paucis ante annis ſacrorum mutandorum occaſione a duobus inquieti animi ciuibus turbæ datæ fuerant; quas cum Senatus, qua par erat animi demiſſione, deprecatus eſſet, ciuitatem ſimiliter in fidem recepit, ac poſtmodum cetera Eichsfeldiæ loca: per legatum vero, *Ioannem Reinhardum* de *Metternich*, maioris Moguntinæ Cantorem, Erfordiam. *Homagium in Eichsfeldia recipit.*

XIX Concurrebant interim haud pauca, quæ Bauaro tum hoc, cum maxime vero anno ſequenti MDCXXVIII animum aduerſus Fridlandum exaugebant. Reſpondebant enim ſecretis nonnullorum de occultis illius molitionibus nuntiis viri genius aſper, obſequentibus imperioſus, monitoribus formidandus, vindictæ immodicus, inſolens in Principes, eoque grauis Electoribus, permultis ab aliquo iam tempore rerum nouarum ſuſpectus. Miſſo itaque, qui ea exponeret, *Bartholomæo Richelio*, rogabat, Septemuiros Catholicos ad Comitium euocaret *Georgius Fridericus*. Re non amplius cunctationem recipiente, idem vrgebat, repetitis aliquoties litteris, oſtendebatque, ni tempeſtiue hominis faſtuoſi & armorum Cæſareorum poteſtate validi machinationibus occurratur, actum fore de Ordinum Imperii, præcipue vero Septemuirum, eminentia, dignitate, prærogatiua, immunitate, libertateque. Dixiſſe illum nuper, antequam Praga diſcederet, ad Oratorem Hiſpanum, ſi contingeret, Cæſarem cum filio morte intercipi, Hiſpaniarum Regem ad culmen honoris Imperialis ſe eue- *Bauari petitio*

 cturum;

Digitized by Google

ſturum; ſine dubio, vt ingentes iſtos ac immenſos, quos ſumſerit, ſpiritus hoc offuciarum genere tegat. Annuit *Georgius Fridericus*, eiſque conuentum indixit, ad quem etiam, quamuis fruſtra, inuitabat Saxonem. Conuenerunt autem per legatos Bingæ, ineunte Iulio, & deliberationibus aliquot habitis decreuerunt, Legatos ad Cæſarem mittendos, qui rogarent, vellet calamitatibus, quibus in vltimas fere anguſtias coniectæ eſſent res Imperii, remedium adhibere, Fridlando imperium militare abrogare, partem copiarum, quæ iuſto numeroſior videatur, a ſignis dimittere. De cetero vero cenſuere, Tillium vtique in pacificationis Danicæ negotio Fridlando adiungendum. *Iſabellæ* vero Infanti, auxilia poſcenti, reſpondendum, nil opis a fœderatis conferri poſſe, partim quod nolint bello Belgico implicari, partim quod copiis ſuis ipſi nunc aduerſus Fridlandi machinationes opus habeant.

conuentum agit Bingæ.

eius decreta cum Saxone communicat.

XX Ante vero, quam in hanc legationem delecti Viennam excurrerent, credidit *Georgius Fridericus*, e re fore, ſi decretum in Comitiis, de iis ad Cæſarem mittendis, ſubſidiiſque iuſtæ defenſionis comparandis factum, cum Saxone communicaret; quod & haud cunctatus miſſis ei impertiuit litteris. Is nil leui manu attingere ſolitus, reſpondit, & ſibi & Brandenburgico conſultum omnino videri, Legatos mitti, qui de tot calamitatibus ac iniuriis hactenus acceptis quererentur, malorumque expeterent medelam. Ceterum vero gratum ſibi fore, ſi *Georgius Fridericus* ſignificet, quid ad mutuam defenſionem præſtandum ſit; vtrum in partem onerum tantummodo veniendum ſit, an ſeparatim lectis copiis pro rei communis vtilitate, prout res poſceret, agendum.

Hic cum vereretur, ne Saxo, ſi pecuniam in expenſas bellicas militiſque ſtipendia fœderatorum ærario inferret, pariter ad rerum per imperium gerendarum adminiſtrationem admitti poſtularet; ſi vero ſeparatim defenſionis compararet ſubſidia, tantas ſibi, ope Proteſtantium domi, foris exterorum Regum amicitia, vires circumponeret, quæ fœderatorum copiis non tantum pares, verum etiam ſuperiores futuræ ſint; circumſpecte agendum ratus, prius cum Treuirenſi, Colonienſi, & Bauaro per litteras contulit, quam certi quid reſponderet.

Oſnabrugenſem in fœd. Catholicum recipit

XXI Interim *Franciſcum Wilhelmum*, Comitem Wartenbergicum, Antiſtitem Oſnabrugenſem, cum Moguntiam veniens in fœderis Catholici ſocietatem recipi deſideraret, peteretque, XIX menſis Iulii die, poſtquam ſtipulata promiſiſſet manu, latis ſe ſatisfacturum legibus, in eam religionis bono adſciuit.

cum Saxone agit de comitiis Electoralibus.

XXII Cæſare vero copiarum, quas ſub ſignis habebat, numerum aliqua ex parte minuente, & militari licentiæ ſe modum impoſiturum, quin conuentui Septemuirum, in quo de reducenda tranquillitate publica ageretur, præſentem interfuturum, verbis benigniſſimis fidem dante, decreta legatione dilata, *Georgius Fridericus* ex Saxone XI Octobris die quæſiuit, vtrum rebus ſic comparatis Comitio, ſi quidem a Cæſare inuitaretur, intereſſe velit.

Abbatiam Herſfeldenſem Archiducis in ius recipit.

XXIII Ceterum *Ferdinandi* iuſſu Abbatiæ Herſfeldenſis poſſeſſionem nomine locoque Archiducis *Leopoldi Wilhelmi* capeſſiuit. Ei enim illam Pontifex hoc anno prouiſionis contulerat beneficio, ratus, hoc magis ab Haſſo, bonis eccleſiaſticis inhianti, in tuto fore, ſi Principis tam potentis & religioſi curæ, imperioque committeretur.

Heidelbergæ ſuos habet;

XXIV Succeſſit annus MDCXXIX; quo ſub finem menſis Ianuarii ipſe, *Maximilianus* Bauarus, ceterique Catholici fœderis Principes, nonnulla a Cæſare de fœderato exercitu admoniti, reique communis ſtudio ducti, per legatos Heidelbergæ conuenerunt; qui poſt menſtruam conſultationem in geminos cœtus bipartiti, vt promptius ac liberius agerent, conſeſſus habuere, ſua deinde ſuffragia in commune relaturi. Rhenenſium concilio nomine *Georgii Friderici* præerat *Ioannes Reinhardus Metternichius*, Collegii principis Cantor, ſæpius iam nobis dictus; alteri, quod ex legatis Principum Boicæ vicinorum conſtabat, pro *Maximiliano* Bauaro *Paulus Andreas* Comes Wolckenſteinius. Capita vero, de quibus conſilia agitata, varii erant generis. Agebatur enim, vt quorundam mentionem faciam, de communi patriæ, quæ remedium poſcat, calamitate; de via exercitum fœderatum in hibernis collocandi, ſi Cæſar in ſua perſiſteret ſententia; de numero copiarum ſub ſignis retinendarum; de ſumptu ad alen-

quæ ibi acta

alendas eas; de modo exauctorationis, ſi quædam a ſignis dimittendæ eſſent &c. Omnibus matura deliberatione penſatis, conuentum, legatos, vt ſuperiori anno iam decretum ſit, mittendos ad Cæſarem, qui tum rogarent, vt communi cum Electoribus conſilio de modo amoliendi tandem publicas calamitates, cum primum fieri poſſet, certi quid ſtatueretur; tum oſtenderent, viſum Electoribus, quadraginta equitum vexillationes, nouem item legiones, quæ ſeptem & viginti armatorum millia ſimul conficiant, retineri ſub ſignis oportere; omnem autem iſtum apparatum vnice ſpectare ad reddendam Germaniæ, ſtabiliendamque pacem; vti quidem hæc, aliaque plura alii curate pariter ac fuſe explicarunt.

Adlzreitter l. d. lib. XIV § XLIV & ſeq. p. 191 & ſeq.

Accedente Principum conſenſu delegati fuere, Moguntini nomine *Ioannes Reinhardus* a *Metternich;* Treuirenſis, *Iacobus Zand* de *Merle;* Colonienſis, *Franciſcus Erneſtus* de *Criechingen;* Bauari, *Paulus Andreas* Comes de Wolckenſtein, & *Bartholomæus Richel;* Herbipolenſis, *Vitus Chriſtophorus* de *Werdenau* & *Caſpar* ab & in *Tanne;* Eichſtadenſis, *Albertus* de *Ratzenried* & *Ioannes Adolfus Metzger;* qui cum Viennam appuliſſent, Cæſari, dum admittebantur, quæ in mandatis habebant, expoſuere.

XXV Cum autem inter hæc *Ferdinandus* edictum iſtud, quod tam varios excitauit animorum motus, de reſtitutione ſcilicet bonorum eccleſiaſticorum ab Ordinibus (qui *Proteſtantium* nomine a reliquis diſtinguuntur) poſt tranſactionem Paſſauienſem occupatorum, vulgaſſet, & dein per ſingulos Imperii Circulos ſiue pagos, qui id exequerentur, daret Quæſitores, in partibus Rhenanis *Georgium* præcipue conſtituit *Fridericum**; qui quo minus hac in re, querimoniarum ac inuidiæ plena, quid efficeret operis, mors fecit, quæ per quadrimeſtre iam ſpatium valetudine aduerſa laborantem occupauit, & rebus tam creperis eripuit. *Edicti Cæſarei conſtituitur quæſitor.*

* Lundorpius *tom. IV lib. I cap. I p.* 1. *Cui tamen adiunxit, quod is præterit,* Ioannem Bernhardum *Abbatem Fuldenſem, & Comitem* Carolum *Manderſcheidium. Qua occaſione non poſſum, quin paucis deſcribam ſigillum, quo tum vſi fuere. Repræſentat id ſcilicet aquilam Imperii bicipitem; cuius pectori adhærent inſignia Moguntina; ab lateribus vero Fuldenſia conſpiciuntur & Manderſcheidia; illa a dextro; hæc a ſiniſtro.*

XXVI Viuis autem exceſſit Moguntiæ die VI Iulii, intra horam primam & ſecundam poſtmeridianam, cum ſacramentorum eccleſiæ præſidiis inſtructus, chriſtiani probique tum Principis tum Antiſtitis varia de ſe documenta præbuiſſet. *mortem obit*

XXVII Decimo poſt die ampliſſimo elatus fuit funere, & officiis feralibus peractis ſepulturæ traditus in ædium maxima, & quidem, vt viuus expetierat, in ſacello *D. Michaelis*, poſteris elogio, quod in *Epitaphiorum* legas Sylloge, ex merito commendatus. *ſepelitur.*

XXVIII Ampliſſimi ſacerdotii curas pietate, iuſtitia, religione, & animi rara fortitudine egregie ſuſtinuit, & cum ſuorum exſpectationi priuatim, tum bonorum omnium publice ſatisfecit. Litterarum, optimarumque artium vt omni in vita ſemper amans fuit ac ſtudioſus, ita illarum doctoribus, aliiſque ingenii doctrinæque cultu celebribus ſingulari fauit beneuolentia. Sacri ordinis hominum, ſigillatim PP. Societatis, res fortunarum opumque ſubſidiis auxit. Partem arcis Moguntinæ, quam poſtea *Damianus Hartardus* abſoluit, magnis ſumptuum impendiis ad vſum & ſplendorem extollere cœpit. Suis nulla alia re grauis, quam quod obitu ſuo maturius, quam optabant, vitam deſeruerit mortalem. *Princeps*, vt verba epitaphii habent, *prudentia, eloquentia, animique celſitudine inſignis, integritatis fama, vitæque candore nobiliſſimus.* *laudatur a virtutibus.*

Digitized by Google

ANSELMVS CASIMIRVS.

I

Electus

GEorgio *Friderico* vita atque Archiepiſcopatu defuncto, Sedem Moguntinenſem diu vacare temporum iniquitas & naſcentia ex ipſis bellis noua bellorum diſcrimina non ferebant. Primum igitur & triceſimum ab obitu illius diem, qui menſis Auguſti ſextus erat, noui Præſulis electioni ſummæ ædis Canonici, qui ſuffragiorum iure pollent, præſtituere. Is vbi illuxit, breui conuenerunt in *Anſelmum Caſimirum*, de quo nunc agendum.

qua ortus fuerit familia,

II Erat is familia ſatus, quæ in Rhenanis tum nobilitatis tum antiquitatis prærogatiua nulli facile cedit, *Wamboldiorum* ſcilicet ab *Vmbſtatt*; e qua *Rudolfus* iam anno MCCLXXIX occurrit, ab virtute, rei bellicæ ſtudio, pronaque erga eccleſiaſtici Ordinis cœtus voluntate minime ignotus *.

* Vt dictis fides conſtet, iuuabit ſequentes huc apponere tabulas. *Vniuerſis Xpi fidelibus* Rudolfus *dictus* Wanpold, Miles *de* Omenſtatt, *preſentem litteram in perpetuum. Tenore preſentium recognoſco & voce publica proteſtor, quod ego* Rudolfus *vna cum vxore mea* Iudta, *manu communicata, deliberato animo, vnanimi conſenſu, ob amorem dilecte filie noſtre dicte* Lyſe, *in bonis noſtris in* Carben *VI octalia ſiliginis, XVIII denar. de nouem anſeribus, & decem pullis quintam partem ibidem, VII octalia in* Rendele, *in* Hanhuſen *XL denarios contuli conuentui eccleſie in* Padenſhuſen, *titulo proprietatis liberaliter perpetuo poſſidenda. Tali tamen conditione interpoſita, vt ſi eidem conuentui XX marcas Colonienſium tunc valentium ante Kathedram S. Petri ex nunc a receptione preſentium vſque ad duos annos proximam venturam ſine omni periculo exſolnerimus, omnia iam prenotata ad nos integre liberaliter reuertentur. Huius rei teſtes ſunt* Heinricus *Miles de* Huſenſtamm, Gerhardus & Cunradus *fratres eius. Sigillo etiam ipſius* Heinrici *de* Huſenſtamm, *noſtri ſororii, contenti ſumus. Actum & datum in* Padenſhuſen *anno Domini MCCLXXIX.*

quibus nat⁹ parentibus.

III Natus autem fuit anno MDLXXXII, die XXX Nouembr. qui Andreæ Apoſtolo in faſtis ſacer eſt; patre *Eberhardo Wambold* ab *Vmbſtatt*, Aſſeſſore primum Tribunalis Spirenſis, deinde *Rudolfi II* a conſiliis in Senatu aulico rebus Imperii diiudicandis inſtituto; matre *Anna*, *Philippi* de *Reiffenberg*, Satrapæ Steinheimenſis, & *Margaretæ* ab *Hutten*, filia; maioribus cetera his, quos ipſe ſequenti comprehendit ſchemate.

* * *

ſtrenue incumbit in litteras.

IV Litterarum tirocinio domi poſito, Herbipoli, Pragæ, Moguntiæ, & tandem Romæ in Collegio Germanico animum tam ſtrenue diſciplinis altioribus, virtutumque ornamentis excoluit, vt poſtea tum prudentiæ tum facundiæ laudibus mirandum in modum floreret, *Neſtor Principum Electorum* & *Cicero Germanicus* ab haud paucis dictus.

varios ante Archiepiſcopatum initum honores gerit.

V Ante vero, quam Sedis culmen adſcendit, varios geſſit honores. Præter enim quod Canonicum ad *D. Victoris*, & Scholaſticum ad *D. Albani* * egit, anno MDXCVI Clero maximi collegii adſcriptus **, ſequentibus annis vero dignus viſus fuit, qui Halberſtadii ædis primariæ Canonicis præficeretur Præpoſitus. Anno MDCXXVII, *Georgio Friderico* ad conuentum Mülhuſanum profecto, domi *Locumtenentis* adminiſtrauit munia, & anno hoc MDCXXIX die III Aprilis Scholaſtici maioris obtinuit dignitatem, *Iodoco* a *Ried* ſucceſſor datus †.

* vid. *Chronicon Santalbanenſe* lib. II ſect. II cap. III p. 794.

** vid. *Syllabus plenior* ſectione VI p. 408.

† vid. idem *Syllabus* ſectione IV p. 323.

VI Ele-

Digitized by Google

ANSELMVS CASIMIRVS

Eberhardus Wambold *ab* Vmbſtatt. *

Wolfgangus Wambold *ab* Vmbſtadt.

Anna *de* Gemmingen.

Anna *de* Reiffenberg. **

Philippus *de* Reiffenberg.

Margareta *de* Hutten.

* † 1609.
** † 1583.

Digitized by Google

mbold	Philippus Wambold *ab* Vmbſtatt.	Philippus Wambold *ab* Vmbſtatt.	Ioannes Wambold *ab* Vmbſtatt.
			Barbara *de* Hedersdorff.
		Kunigundis *de* Praumheim dicta *de* Bommersheim.	Diettericus *de* Praumheim dictus *de* Bommersheim.
			N. *de* Eylchenburg.
	Margareta *de* Dührn.	Marquardus *de* Dührn.	N. *de* Dührn.
			N. N.
		Gutta Korwiz *de* Aulenbach.	Korwiz *de* Aulenbach.
			N. N.
gen.	Eberhardus *de* Gemmingen.	Eberhardus *de* Gemmingen.	Eberhardus *de* Gemmingen.
			Barbara *de* Neiperg.
		Magdalena *de* Adolsheim.	Gozo *de* Adolsheim.
			Felicitas *de* Nagelſperg.
	Barbara *de* Wolfskeel.	Iohannes *de* Wolfskeel.	Philippus *de* Wolfskeel *de* Wolckenburg.
			Barbara Waldeck *de* Vben.
		Anna *de* Gemmingen.	Bleichardus *de* Gemmingen.
			Anna *de* Dalberg.
nberg	Philippus *de* Reiffenberg.	Emericus *de* Reiffenberg.	Emericus *de* Reiffenberg.
			Margareta *de* Carben.
		Catharina *de* Bellersheim.	Philippus *de* Bellersheim.
			Catharina Sanneck *de* Waldeck.
	Margareta Echterin *de* Meſpelbrunn.	Petrus Echter *de* Meſpelbrunn.	Hartmannus Echter *de* Meſpelbrunn.
			Anna Löw *de* Steinfurt.
		Margareta *de* Thüngen.	Bernhardus *de* Thüngen.
			N. Hofwardin *de* Kircheim.
en	Frowinus *de* Hutten.	Ioannes *de* Hutten.	Ioannes *de* Hutten.
			Eva *de* Thüngen.
		Margareta Forſtmeiſter *de* Gelnhauſen.	Gerhardus Forſtmeiſter *de* Gelnhauſen.
			Anna Kreyſs *de* Lindenſels.
	Kunigundis *de* Hattſtein.	Marquardus *de* Hattſtein.	Henricus *de* Hattſtein.
			Leuckel *de* Praumheim.
		Anna Weiſſin *de* Feuerbach.	Conrad Weiſs *de* Feuerbach.
			Gutta *de* Mudersbach.

Digitized by Google

VI Electus miſſo Romam legato, *Ioanne Reinhardo Zieglero*, S. I. ſæpius iam ab ſingulari virtute atque experientia nobis laudato, pontificii muneris confirmationem petiit ab *Vrbano VIII*; quam, cum eidem vitæ integritate, prudentiæ laudibus, magnaque rerum gerendarum exſpectatione quammaxime probaretur, vna cum pallio, dignitatis Archiepiſcopalis inſigni, facili negotio obtinuit, teſtibus his litteris: *probatur Pontifici.*

VRBANVS PP. VIII.

Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iucundum plane nobis fuiſſet, coram complecti brachiis Apoſtolicæ charitatis Fraternitatem tuam, cui Archiepiſcopalem Moguntinæ Eccleſiæ principatum quæſiuit virtus educata in Romæ ſanctuario lacte pietatis. Porro autem vrbs lætis plauſibus proſecuta eſſet alumnum, qui communis huius patriæ decora augens non minus fere laudibus coronatur, quam infulis. Atenim cum publica ſalus ex iſta ſtatione decedere hoc tempore non patiatur Fraternitatem tuam, libenter audiuimus dilectum filium, religioſum Societatis Ieſu Sacerdotem, Ioannem Reinhardum Zieglerum, *obedientiæ tuæ ſponſorem. Mirifice ille nos conſolatus eſt commemoratione laudum tuarum, quibus freti, poſſumus populis iſtis felicitatem non temere augurari. Ex eodem, cui tot Antiſtitum beneuolentia luculentum eſt plane teſtimonium chriſtianarum virtutum, Fraternitas tua cognoſcere poterit, quam hilari voluntate, & quam beata ſpe Canonicam electionem Pontificia autoritate confirmemus. Gaudemus autem, eum a te ſelectum eſſe in ſacro conſcientiæ tribunali inſpectorem, atque iudicem arcanarum cogitationum, qui prudentia pollens, & pietate præcipuus, ea ſemper conſilia ſtruet, quibus cæleſtis autoritas, & popularis ſalus muniatur. Ceterum quod ad diplomata ſpectat, in præſenti, & plane inopportuna ærarii noſtri inopia, carere te non patiemur aliquo Apoſtolicæ liberalitatis fructu. Benedicimus Fraternitati tuæ, Venerabilis Frater, cuius virtutem cupimus in religionis propagatione triumphare. Datum Romæ apud ſanctam Mariam maiorem ſub annulo piſcatoris die XVI Februarii MDCXXX. Anno Pontificatus noſtri ſeptimo.*

Ioannes Ciampolus.

Venerabili Fratri *Anſelmo Caſimiro*, Archiepiſcopo Moguntino, Sacri Romani Imperii Electori.

VII Interea varii in Ordinum animis erant motus, partim licentiæ militaris, partim grauis, quod nuper plures paſſi erant, damni, partim edicti Cæſarei occaſione exorti. Fœderatis igitur e re viſum, menſe Decembri Mergenthemii agere conuentum. Deliberatum autem ibi de iiſdem fere, quæ non ita pridem in comitio Heidelbergenſi in conſultationem venerant, capitibus, niſi quod in commune etiam diſquirebatur, quid ſuper damnis, quibus Ordines Imperii, fidi præcipue ac obſequentes, tranſlato nuper in Fridlandum Ducatu Mecklenburgico, militeque in Italiam & Belgium miſſo, affecti ſint, ſtatuendum; vtrum ſilentio prætereunda ac concoquenda, an vero repetenda ſint? cum item hactenus tam multa in conſtitutiones Imperii publicas, & iuratas Cæſareæ inaugurationis pactiones, quas nefas ſit violari, admiſſa ſint, quibus obnitendum rationibus, ne Germanici Imperii libertas, leges, pacta conuenta prorſus atterantur? quem ad modum Galliarum Regis erga fœderatos beneuolentia queat conſeruari? & quid capiundum tandem conſilii, cum promiſſa a Cæſare remedia perpetuo differantur? Vt cum ceteris de his conſultarent, *Anſelmus Caſimirus* eo miſit *Ioannem Reinhardum* de *Metternich*, Præpoſitum maioris, *Fridericum* de *Sickingen*, Decanum, *Franciſcum Erneſtum* Comitem *de* Criechingen, *Ioannem Reinhardum* de *Hoheneck*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, & *Ioannem Fridericum Agricolam*, Conſiliarium, magna viros & prudentia & virtutis laude. *Mergenthemii fœderatorum agit conuentum.*

VIII Enimuero, quum anno ſuperiori de bonis eccleſiaſticis, quæ Proteſtantes poſt pacem religionis ſibi vindicarant, recuperandis agitarentur conſilia, alios inter ſupremus Ordinis Teutonicorum Magiſter repetebat domum Teutoni- *Liti de domo Teutonica Marburgen-*

Digitized by Google

ſi cognoſcenda ſe dat.

cam, quam vna cum æde ſacra *Conradus*, Thuringiæ Landgrauius, ſæc. XIII Marpurgi magnis ſtatuerat impenſis, Ordinique ſacræ, cui præerat, militiæ cum omnis conceſſione prouentus in perpetuum adſignarat; *Philippus* vero, Haſſiæ Landgrauius, *Magnanimi* cognomine vulgo celebratus, circa an. MDXLII occupauerat, aliisque addixerat vſibus. Nec incaſſum ſuas ad Cæſarem deferebat querelas. Datum enim ſtatim fuit *Georgio Friderico* negotium, & eo ſequenti hoc, vt dictum, anno fatis functo, *Anſelmo Caſimiro*, vt rem cognoſcat. Qui proin vltimum *Georgio* Landgrauio diem dixit, anno, qui nunc ſequitur, MDCXXX, XIV Febr. obeundum, *Gerhardo* de *Waldenburg* dicto *Schenckern*, Burggrauio Starckenburgenſi & diœceſis Amorbacenſis Satrapa, nec non *Ioanne Erneſto Neuſeſſer*, Moguntiæ Decano ad *D. Petri*, & Friſingæ maioris Canonico, recuperatorio huic iudicio præfectis.

vetera eccleſiæ Fuldenſis iura defendit.

IX Feruebat item per id temporis tum *Fuldæ* lis *Ioannem Bernhardum*, Abbatem, inter, & eccleſiæ Capitulares, tum *Treueri* inter Electorem *Philippum Chriſtophorum* & prouinciæ Ordines; quarum vtraque *Anſelmo Caſimiro* haud parum laboris faceſſiuit ac negotii. Fuldæ ſcilicet Abbas, diſciplina, temporum & morum malignitate collapſa, ad veteris cultum religionis reuocata, id agebat, vt ignobilibus iuxta cum nobilibus actiuæ vocis, vt loquuntur, ſuffragium in Capitulo eccleſiæ Fuldenſis ſine vllo diſcrimine ferendum, conciliaret, ſola dignitatis Principalis conſequendæ ſpe Capitularibus equeſtri ſtirpe ortis reſeruata, Cæſaremque, vt id introduci permitteret, rogabat. Decanus vero, ceterique Capitulares, rati, hac re, aliisque ſe quammaxime grauari, metropolitani ſui opem implorabant; quibus etiam *Anſelmus Caſimirus*, petiti æquitate perſpecta, haud defuit, ſed cauſſam eorum tum Papæ commendauit, tum vna cum ceteris religionis Romano-Catholicæ Electoribus, quos hac de re *Ferdinandus* conſuluerat, Cæſari, reſponſo Ratisbonæ ſignato. Oſtendit autem pluribus, quod Imperator ipſe iam præuiderat, conſuetudini per immemorabile temporis ſpatium receptæ id aduerſari, multisque litibus ac incommodis occaſionem præbiturum eſſe, Ordine equeſtri id ſine dubio quam ægerrime laturo.

diſſidio Treuirenſi ſedando manum admouet.

X Treueri querebantur Ordines, quod *Philippus Chriſtophorus* populum nimio tum tributorum tum militum onere grauaret, ac quod verbis non poſſet, hoc vi exigeret, imperioque. Is vero abſoluta in omnibus poteſtate ſuis ſe præeſſe contendebat, flecti neſcius in ſemel deſtinatis. Quocirca ne in maiores tandem motus malum excederet, Cæſar neceſſarium duxit, deſignare arbitros, qui contentioni huic componendæ darent operam. Maxime omnium autem idonei viſi *Anſelmus Caſimirus* & *Maximilianus* Bauarus; quos & conſtituit, ac vt quamprimum conciliationis tentandæ facerent initium, repetitis anno hoc MDCXXX, die Ianuarii XX mandatis, monuit; a quibus ideo controuerſiæ dictæ cognitores delecti, viri graues ſapientesque; qui Bingium, quod diœceſis Moguntinenſis oppidum eſt, conuenere, tam Ordinum quam Principis Treuerici legatis eodem euocatis.

Vid. *Maſenius* annal. Treuirenſ. lib. XXIV § LXIII p. 493, & § LXXIV, LXXV, LXXVI p. 496.

Ratisbonam it ad Comitia.

XI Cum ibi a principio Maii ad Iulii menſis finem, licet ſine magno negotii ſucceſſu fructuque, diſceptaretur, appropinquabat tempus Comitiorum, quæ Cæſar Electoribus Ratisbonam indixerat. *Anſelmus* itaque *Caſimirus*, vt ſollemni obſequio *Ferdinando*, qui per ſe ea obibat, adeſſet, eo ſine cunctatione ſe contulit, & quantum per fidem Imperio debitam licebat, illius voluntati ſtudium omne liberaliter detulit ac prolixe. Sedenim cum plures iamiam de rebus ibi pertractatis egerint *, non eſt, vt iis immoret. Potius iuuabit, his, quæ ab iis prætermiſſa ſunt, locum dare.

* Sigillatim *Adlzeitter* l. d. lib. XV § III & ſeq. p. 200 & ſeqq. *Maſenius* l. d. § LXIV p. 493 & ſeq. quamuis non ab omni partium ſtudio vacui; præcipue vero *Lundorpius* tomo IV lib. I cap. XVII p. 45 & ſeq.

Equitum S. Georgii petito fauet.

XII In his eſt deſiderium *Equitum S. Georgii* *; quod vt hoc curatius noſſe liceat, non ab re erit, ſupplicem illorum libellum, Electoribus porrectum, huc tranſcribere.

Sereniſ-

Sereniſſimi & Reuerendiſſimi S. R. I. Principes Electores!

Viſum fuit Sereniſſimis & Reuerendiſſimis Celſitudinib. veſtris ſignificandum, multos eſſe Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Equites in Hiſpania, Italia, Sicilia, & alibi, qui nomina ſua dederint antiquiſſimo & glorioſiſſimo Ordini militari Equitum S. Georgii, *& hoc tempore a Catholico Hiſpaniarum Rege inſulam* Vſticam *in mediterraneo mari Italiæ ac Siciliæ finitimam ſibi concedi poſtulent, vt in ea ſuis impenſis tres arces exſtruant, & pro magno Ordinis ſui Magiſtro, Sereniſſimo Principe,* Ioanne Andrea Angelo Flauio Comneno, *Macedoniæ Principe, a Romanis Conſtantinopolitanis Imperatoribus ſine vlla cuiuſquam controuerſia legitime oriundo, domicilium ſiue reſidentiam conſtituant: parati etiam de ſuis patrimoniis luculenta beneficia equeſtria ſeu commendas condere, & nauigia omni bellico apparatu inſtructa comparare ad infeſtandas Turcorum prouincias, in quibus idem Macedoniæ Princeps innumeram habet hominum multitudinem, erga ipſum velut legitimum Græcorum Imperatorum hæredem animis propenſiſſimam. Vt autem ex plurimorum acceſſione vires Ordinis incrementa ſumant, eius nomine Sacræ Cæſ. Maieſtati ſupplicatum fuit, vt diplomate Cæſareo eiuſdem Principis priuilegia ab antiquis Imperatoribus conceſſa, & a compluribus ſummorum Pontificum confirmata ſimiliter confirmentur: hoc amplius autem Ordini concedatur, vt tam Equites eius, quam eorum familiares, domeſtici ac miniſtri quouis armorum genere, tam offenſæ quam defenſioni idoneo, in omnibus terris, Sacro Romano Imperio mediate aut immediate ſubiectis, nemine impediente, vti licite poſſint. Hac de re ſua C. M. Conſilii aulici ſententiam exquirendam cenſuit. Et quoniam Turcorum vires atteri, eoſque in prouinciis a Germania remotioribus impeditos teneri, ad Imperii Romani vtilitatem pertinet, ſpes eſt, Celſitud. veſtras negotium hoc eidem Conſilio aulico de meliori nota commendaturos eſſe: eoque nomine omnes Ordinis Equites Celſitud. veſtris incredibiliter debebunt.*

Sereniſſimis & Reuerendiſſimis S. R. I. Principibus Electoribus

pro

Sacro Ordine Equitum S. Georgii.

Anſelmum Caſimirum, ceteroſque, qui Comitiis intererant Electores, abſentiumque Legatos Cæſari id negotii commendaſſe, vel exinde patet, quod ***Ferdinandus*** Ordinem confirmarit ac ſuam in tutelam ſuſceperit.

* *Plenieri titulo vocantur* Equites Ordinis Angelici Conſtantiniani S. Georgii; *de quo alioquin Ordine præter* Mennenium *in* Originibus Ordinum militarium *p. 17 & ſeq.* Freſncum *parte I* Hiſtoriæ Byzantinæ *n. XXXIII f. 211 & ſeq.* Papebrochium *in* Analectis ad Acta S. Georgii *cap. X tom. III menſ. April. § CXXI & ſeq. p. 159 & ſeq. videri poſſunt* Gryphius *im* Entwurff der Geiſt-vnd Weltlichen Ritter-Orden *ſect. I § 3 p. m. 8 & ſeqq.* P. Bonanni *in* deſcriptione Ordinum Equeſtrium *n. XXIV - XXIX p. 29 verſ. german. nec non in præfat.*

XIII Succeſſit pompa ſollemnis, qua ipſe die Octobris XXIX mane horam intra IX & X in curia Epiſcopali ius regalium ab Imperatore petiit, publiceque ritu ſolito recepit. Verba, cum id requireret, faciebat *Ioannes Reinhardus* de *Metternich*, Collegii, vt dictum, apud Moguntinenſes metropolitani tum magna dignatione Præpoſitus; quem ſtipabant *Ioannes Philippus* ab *Hobeneck*, Vicedominus Aſchaffenburgenſis, & *Ioannes* de *Gerzen*, Dominus Sinzigæ, Eques, & tum cohortis militaris, tum Miltenbergenſis & Protſeldenſis Satrapiarum Præfectus. *regalia accipit a Cæſare.*

XIV Coronis Comitiorum peculiaris erat Principum fœderatorum conuentus, occaſione expeditionis bellicæ ab Rege Sueciæ *Guſtauo Adolfo* in Germaniam ſuſceptæ: qui tamen, eo indies longius in partes Imperii ſe valido cum exercitu inferente, non ita diu durauit, alio pro temporis ratione Dinckelſpühlam, Sueuiæ vrbem, indicto. *conuentus cum ſociis agit.*

XV *Anſelmus* autem *Caſimirus* quum Ratiſbona reuerſus comperiſſet, Tre- *de rebus Treu-*
ueri

uerenſibus *ad Pontificem* *& Cæſarem ſententiam ſcribit.*

ueri diſſidium Archiepiſcopum inter ac ſummæ ædis Canonicos viſitationis inſtitutæ occaſione magis magiſque ingraueſcere, *Philippi a Kerpen*, aliorumque hortatu ad Pontificem die XXI Aprilis litteras dedit, quibus rogabat, prouideret *Vrbanus*, ne diſſenſione hac atque rixa ſtatutorum & pactorum vigor in eccleſia Treuirenſi eneruaretur, ac ſchiſmati cuidam, quod in maximas turbas deuergere poſſet, ſubminiſtraretur materies *. Suum etiam iudicium, poſt diſcuſſam, quæ dictum Antiſtitem inter & Ordines prouinciæ vertebatur, controuerſiam, vna cum Bauaro ad *Ferdinandum* Cæſarem perſcripſit, cenſens, *Philippo Chriſtophoro* vi atque iniuria cœptorum interdicendum. Ni enim id fiat, verendum, ne antiqua illa & laudabilis archidiœceſis euertatur †.

* *Maſenius* l. d. § XCV p. 502.
† *Idem* l. d. § XCVII p. 503.

Sigenæ clauſtrum FF. S. Franciſci de Paula confirmat.

XVI Hæc inter *Ioannes*, Comes Naſſouiæ, decreuerat, voti ſoluendi cauſſa *FFr. S. Franciſci de Paula* ſedem concedere Sigenæ; quin aliquot illorum iam euocarat. Gnarus autem, Ordinarii hic opus eſſe conſenſu, atque auctoritate, rogabat, velit *Anſelmus Caſimirus* pio huic propoſito fauere. Idem petebat, qui in prouincia Rhenenſi *FFr. Minorum* contuberniis cum poteſtate præerat *Petrus Pyartius*. Quo maiori autem ipſe ſtudio ad prouehendum religionis cultum curas vertebat animumque, hoc pronior vtriuſque precibus annuit, ac id ratum eſſe, tabulis peculiaribus XXXI menſis Maii die editis, voluit iuxta atque teſtatus eſt.

Conuentum *Francofurti habendum ſuadet.* *& per legatos obit.*

XVII Principibus autem, reliquiſue Imperii Ordinibus, qui ab Auguſtanæ & Helueticæ confeſſionis ſtabant formula, militari Cæſarianorum licentia, ſuorumque calamitate, præcipue vero edicti Cæſarei executione offenſis, Lipſiæ ad res ſuas tuendas conſilia inter ſe conferentibus, Septemuiris Sedi pontificiæ addictis viſum (vt in conuentu Dinckelspühlenſi conuenerat) locum vlteriori dare colloquio, ad diſquirendos modos, quibus in decreti iſtius ad effectum deducendi rationibus omnes prorſus iniuriæ inferendæ tollerentur occaſiones. Et in eam quidem rem placuit, conuentum Francofurti ad III Non. Sextileis inſtitui, ſi quidem Proteſtantes id ſibi quoque integrum eſſe ſignificauerint. Cum Saxoni, Brandenburgico, aliiſque complacitum id eſſet, tametſi parum ſpei de re ad æquas conditiones adducenda eorum ſubibat animos, tum ex Ordinum Catholicæ tum Auguſtanæ religionis numero delecti ſuos eo miſerunt legatos. Elector quidem *Fridericum* de *Sickingen*, maioris Decanum, *Gerhardum* de *Waldenburg* dictum *Schenckern*, Equitem Ordinis D. Iacobi, Burggrauium Starckenburgenſem & Satrapam Amorbacenſem, *Ioannem Erneſtum Neuſeſſer*, Decanum ad *D. Petri* & Friſingæ Collegii maioris Canonicum, *Ioannem Fridericum Agricolam*, Conſiliarium, & *Ioannem Petrum Wolpert*, Iudicio aulico a ſecretis. Volebat autem Cæſar, idemque vrgebant Ordines Catholici, vt controuerſiæ ad normam abſolutam pacis, quæ religionis dicitur, finirentur; Proteſtantes alios rei componendæ modos proponebant. Sic tempus extractum, donec, rebus prœlio Lipſienſi conuerſis, tractatio abrumperetur.

Conf. *Londorpius* tom. IV lib. I cap. XLIV n. XXVI-XXIX p. 178 & ſeq.

ne Saxo Sueciæ ſe iungat, præmonendum monet.

XVIII Scilicet, dum ibidem de modo ſacræ reſtitutioni ſtatuendo agebatur, Rex Sueciæ, rebus in Pomerania finitimiſque locis ex ſententia compoſitis, mouerat ad Albim, Cæſari hoſtem ſe publice profeſſus. Saxo Elector arma induerat, iuſtæ defenſionis, ſi vltra laceſſeretur, amplexurus remedia; ſimiliter ceteri Principes & Ordines, a ſacris Romanis alieni, ad vim repellendam ſe comparabant. Cum ita metus eſſet, ne Septemuir Saxo, iunctis tandem cum *Guſtauo Adolfo* viribus, in belli concederet ſocietatem, *Anſelmus* quidem *Caſimirus*, tempeſtatis imminentis veluti præſcius, ſemel atque iterum monebat, nil aduerſus illum, quamdiu nullam daturus eſſet cauſſam, & initium hoſtilitatis, vel niſi ſe iungendo Sueciæ Regi, publico S. C. Maieſtatis hoſti, pacem rumperet, hoſtile mouendum. Hanc enim rem eſſe eiuſmodi, quæ ſi in bellum erumpat, non modo nouum hoſtem conſciſceret, & longam malorum ſeriem, ſed etiam, quod timendum, in aliis, qui adhuc conquieſcant, nouos motus & inimicas paritura eſſet machinationes. Prudenter ſane, vt euentus docuit.

Conf. *Adlzreitter* l. d. lib. XVI cap. LXII p. 236.

XIX Cum

XIX Cum enim *Tillius* præcoci conſilio Merſeburgum, Naumburgum, Cizam, Weiſſenfelſam, aliaque ditionis Saxonicæ oppida ſubegiſſet, Lipſiam vi admota expugnaſſet, *Ioannes Georgius* nihil iam de aperta hoſtilitate ambiguus, ſuum militem Suecico coniunxit. Secuta inſignis clades, Cæſarianis ad Lipſiam illata; qua victores vtendum rati, operam ita partiti ſunt, vt Septemuir Sileſiæ bellum inferret, Rex moueret in Thuringiam *: cum interea *Wilhelmus* Haſſiæ Landgrauius, poſtquam ab Rege e caſtris Werbenſibus domum reuerterat, Frizlariam, Moguntini imperii ciuitatem, ſub Septembrem ineuntem, & paullo poſt Vachum oppidum occupaſſet †.

Frizlaria ab Haſſo.

* *Chemnitz* parte I lib III § 30 & ſeq. p. 202 & ſeq. *Adlzreitter* l. d. § LXII p. 235, nec non § LXXXIII & ſeq. p. 240 & ſeq. *Puſendorffius* rerum Suecic. lib. III § XXVI & ſeq. p. 50 & ſeq.

† *Adlzreitter* l. d. § XCI p. 243. Et Fritislariam quidem, hoſtilibus ne verbo quidem antea denuntiatis, ex inopinato d. IX Septembris, inter horam IV & V matutinam, inuaſit, ac tribus portis illico conuulſis & effractis, vi in eam irrupit, militibus omnes, quos in plateis obuiam habebant, nullo ſexus vel ætatis diſcrimine habito, partim ferro obtruncantibus, partim pilis plumbeis configentibus; mox, pauſa quadam facta, domos paſſim improbiſſima ratione ſpoliantibus, & ciuium res fœde direptas ante oculos eorum ferentibus iuxta deuehentibusque. In captiuis, quos Landgrauius Caſſellas abduci iuſſit, ipſe fuit diœceſis Fritzlarienſis Præfectus, *Chriſtophorus Henricus a Griesheim*, vetuſta, nobilique proſapia vir. Hæc *Anſelmus Caſimirus* in libello, quo *VVilhelmum* tanquam quietis publicæ turbatorem, fractæ pacis condemnari, publiceque proſcribi petit.

XX In hac tam ſubita rerum conuerſione non longe poſt multas magnasque calamitates *Anſelmus Caſimirus* hauſit. Cum enim *Guſtauus Adolfus* Erfordiam cepiſſet, & Gotha, Mansfelda, Kônigshofio, Herbipoli, Hanouia potitus eſſet, qua fortuna vocabat iturus, Aſchaffenburgum, quod prius direptum Cæſarei deſeruerant; paullo poſt vero Steinhemium ſui fecit arbitrii, præſidio honeſtis conditionibus dimiſſo *. Inde Saxenhuſa milite firmata, Hôchſtam perrexit; quam ſub horam noctis decimam deditione accepit, trecentis Cæſarianis, qui iſtic ſederant, ad ſigna Suecica tranſeuntibus †.

a Sueco Aſchaffenburgo & Hochſta occupatis.

* *Chemnitz* l. d. § 48 p. 240, *Adlzreitter* l. d. § CII p. 245, *Puſendorffius* l. d. § XXXVI p. 54.

† *Chemnitz* l. d. p. 240, *Adlzreitter* l. d. § CV p. 246.

XXI Cum ita ſub ictu fere iam eſſet Moguntia, *Anſelmus Caſimirus* ſumma, qua poterat, diligentia parabat defenſionem. Ac primum quidem Mœni in Rhenum infra vicum Coſtheim illabentis oſtium defixis alte palis, depreſſisque ſaxorum pondere nauibus ſic obſtruxit, vt citra naufragii diſcrimen in Rhenum nauigari vix poſſet. Recepit deinde in vrbem Hiſpanicum militem, qui ſi animus & conſilia ſpectarentur, non exiguam operam opemque videbatur allaturus.

ipſe defenſionem vrbis Moguntinæ parat.

Chemnitz l. d. § XLIX p. 241, *Adlzreitter* l. d. § CVII p. 246, *Puſendorffius* l. d. § XXXIX p. 54.

XXII Neque tamen Rex vrbis ſubigendæ abiiciebat conſilium. Ante vero, quam illi Rheno transmiſſo obſidionem admoueret, Rhingauiam putabat occupandam. Miſit ergo, qui Waloffium, quod regionis ingreſſum aditu ſatis anguſto claudit, expugnarunt, cæſisque quotquot obſtitere propugnatoribus in eam irruit; potiore exercitus parte Caſſellæ (vicus eſt, vt ſemel atque iterum iam dictum, Moguntiæ in litore Germanico obiectus) locisque finitimis conſiſtere iuſſo. Inde Ehrenfelſam, arcem ad Rhenum, Bingæ obuerſam, & in medio Rheni alueo turrim a muribus nuncupatam, duce *Bernhardo* Vinarienſi, inuaſit. Accepto mox nuntio, Tillium Norimbergæ incumbere, Moguntia intermiſſa illi feſtinauit ſuppetias: ſed comperto, cum Francofurtum veniſſet, in hiberna illum conceſſiſſe, mutato conſilio ſub medium Decembrem Darmſtadium verſus toto cum exercitu profectus, Gernsheimium, & dein in ſtrada montana oppida arcesque, paucis ante annis a *Ioanne Suicardo* vindicatas, ſuæ fecit poteſtatis; vt adeo tota fere in tractu Rhenenſi diœceſis ſub hoſtis gemeret iugo.

cum Rex Rhingauiam inſediſſet.

Chemnitz l. d. § XLIX p. 241, & § LI p. 244, *Adlzreitter* l. d. § CVIII & CIX

p. 247. § CXIII & CXIV p. 248 & ſeq. *Puſendorffius* l. d. § XXXIX & ſeq. p. 55. & ſq.

& Rhenum traieciſſet, *Coloniam ſe recipit,*

XXIII *Anſelmus* tamen *Caſimirus*, qua animi erat magnitudine & conſtantia, Moguntiæ ſubſtitit, donec *Guſtauus Adolfus*, Rheno prope Oppenhemium ſuperato, vrbi propius immineret. Tum enim rebus, quantum temporis patiebantur anguſtiæ, compoſitis, Coloniam, vt melioribus ſeſe temporibus ſeruaret, conceſſit.

Ex litteris ſane, quæ ſuperant, patet, quod XVII Decembris die adhuc Moguntia ſe continuerit. Ceterum Treuerim primum ſeſe recipere, rerumque euentum ibi exſpectare conſtituerat. Quum vero Leſuræ, quo iam peruenerat, certior redderetur, & illic loci ſe vix tuto eſſe poſſe, mutato conſilio Andernacum primo, deinde Coloniam ſe contulit. Vnde vix dubito, quin erret Adlzreitterus, *dum l. d. § CVII p. 247 ſcribit, quod vna cum Vormatienſi Moguntia nauigarit Coloniam. Ex litteris enim, quas Leſura d. XXI Decembr. & poſt Leya ad Electorem Treuirenſem dedit, manifeſto patet, quod terreſtri Leſuram peruenerit itinere; Leſura vero Moſella ſecundo nauigarit Leyam; Leya rhedam ſuam mox adfuturam exſpectarit.*

ex quo Rex Moguntiam ſubigit,

XXIV Vix autem ab vrbe receſſerat, cum hoſtis eam inuaderet, breuique ſub ſuam redigeret poteſtatem. Quamuis enim venientem vehementi e tormentis maioribus fulminatione excepiſſent Hiſpani, vt res longæ ac cruentæ operæ futura videretur; tamen, cum Sueci in monte Iacobæo, qui tum ciuitati & S. Albani parietinis interiacebat, extra teli periculum mœnibus ſuccederent, & ad portam Stephanæam, quam campeſtrem vulgo vocant, aſſultum minarentur, obſeſſi die XXIII Decembr. manus dedere, ingenti rei Catholicæ, vrbisque diſpendio. Ciuibus enim octoginta ſtatim Ioachimicorum nummum millibus, Clero ſeorſum grandi ære direptio & incendium redimenda fuere; Iudæis etiam ſua lytri ſymbola impoſita. vt taceam, quam immenſa inſtrumenti bellici, omnisque generis annonæ, vini præſertim, copia in hoſtis venerit manus.

Adlzreitter l. d. § CXV p. 249, *Puſendorffius* l. d. § XLII p. 55.

Haſſus arces vicinas,

XXV Paucis poſt diebus, ne quid intactum relinqueretur, *Wilhelmus* Haſſiæ Landgrauius, quem Rex in litore Germanico curare iuſſerat, poſt arces Falckenſtein & Reiffenberg occupatas, caſtrum Kônigſtein, natura munitum & opere, poſt aliquanti temporis obſidionem deditione cepit; quod dein *Guſtauus Adolfus* Comiti Stolbergio, qui id familiæ ſuæ a Moguntinis ereptum querebatur, vna cum Comitatu annexo tradidit.

Chemnitz l. d. § LI p. 245, *Adlzreitter* l. d. § CXV p. 249, qui tamen pro *Falckenſtein* perperam ponit *Falckenberg*, *Puſendorffius* l. d. § XLII p. 55. Conf. *Lunig* parte II ſpicilegii ſæcularis *des Teutſchen Reichs-Archivs* ſect. LII n. XXVII p. 1388, n. XXIX, XXX, XXXI p. 1390 & ſeq.

Ipſe vero Galliarum Regis implorat præſidia,

XXVI His in anguſtiis erat *Anſelmus Caſimirus*, cum annus MDCXXXI in exitu erat. Nil tamen de priſtina confidentia remittens, non de ſua ſolum diœceſi liberanda cogitabat, ſed pro aliarum etiam excubabat ſalute. Cum igitur per id temporis Galliarum Rex inſtructo cum exercitu Metas perueniſſet, e re putauit, Legato miſſo rogare, velit Regem Sueciæ eo adducere, vt Epiſcopatus occupatos eiectis reſtitueret, nec infeſtis armis eisdem amplius eſſet moleſtus. Eadem Colonienſis erat mente. Credebatur enim, fore, vt vel religionis ſtudio preſſis contra formidoloſam Suecorum potentiam *Ludouicus* eſſet præſidio, vel æmulatione Suecicorum progreſſuum & propinquitate victoris exercitus, vel ob regni ſecuritatem, copias quas ſub ſignis ducebat, *Guſtauo Adolfo* Moſellæ iam imminenti opponeret. Miſſus itaque an. MDCXXXII ineunte, qui nomine communi id peteret, *Franciſcus*, Epiſcopus Herbipolenſis, & ipſe a Suecis ditione ſua exutus; qui quidem comiter exceptus fuit & auditus; præter verba tamen nil retulit.

& conſiliis Treuirenſis occurrere ſtudet.

XXVII Conſiliis præterea *Philippi Chriſtophori*, Electoris Treuirenſis, in partes Gallicas propendentis, vt occurreret, nil quicquam fecit reliqui, & cum ab eo arx Ehrenbreitſteniana d. V Iunii Gallorum in manus conſignata eſſet; traditaque, periculo totius ad Rhenum Germaniæ in ſummam adductus ſollicitudinem, mox cum Colonienſi, mox cum Cæſare contulit, & ne ſubiecta arci ex oppoſi-

oppoſita fluminis ripa Confluentina vrbs hoſtis in ditionem redigeretur, omni ſtudio, quamuis incaſſum, contendit.

XXVIII Interea diœceſis Moguntinenſis tum a Suecis, tum a Cæſareis paſſim premebatur, certatimque. *Guſtauus* enim *Adolfus*, vt firmam ſibi Moguntiæ ſtationem ſtrueret, montem *D. Iacobi*, ipſamque ciuitatem anno ſequenti MDCXXXII nouis circummuniuit operibus: ponte dein nautico vtrumque Rheni littus iunxit; Mœnum item ponte ſtrauit e regione Coſtheimii; ad Rheni præterea Mœnique confluentes excitauit propugnaculum, quod *Guſtauicum* ſuo inſigniuit nomine, non ſine graui vrbis totiusque viciniæ onere iuxta atque damno. *Suecis interea Moguntiam firmis munientibus.*

Chemnitz l. d. lib. IV § III p. 286. *Adlzreitter* l. d. lib. XVII § XIII p. 257.

Quin cum nollet ſe Rheni poſſeſſione eiici, per *Axelium Oxenſtierna*, regni Suecici Cancellarium, cui prouinciæ Moguntinenſis & conterminarum regionum procurationem ſumma cum poteſtate demandauerat, peditatum iuſſit in Moguntinis munitionibus, equitatum vero, quo foret ad excurſiones promptior, extra vrbis mœnia collocari.

Adlzreitter l. d. § LXXIX p. 278.

XXIX Nec melior alibi rerum erat facies, Marte ſuam paſſim ſcenam viceſque in diœceſi ludente. Pappenhemius enim, cum ex Haſſia iter intenderet per Eichsfeldiam, Duderſtadio, locisque finitimis militem impoſuit, qui libere dein graſſabatur in vicinia *. Mox *Georgius* Dux Lüneburgicus, copiis Baudiſii ſibi ſociatis, eam inuaſit, ac Duderſtadium recuperauit, munitionibus illius ſolo æquatis, agreſtibus, qui in armis erant, trucidatis, vicisque exuſtis †. *ſæuis autem & hoſtib' in Eichsfeldia graſſantibus*

* *Adlzreitter* l. d. § LXXXIII p. 279.
† *Puſendorffius* l. d. lib. IV § XLIV p. 75.

XXX Hiſce cum difficultatibus conflictanti cœnobii Fuldenſis res denuo non plane nil peperere laboris. Caſus enim ita tulerat, vt *Ioanni Bernhardo* Abbati, qui, dum pugnæ Lützenſis ſpectatorem agebat, cæſus fuit, dandus eſſet ſucceſſor. Verebatur autem quammaxime, ne contra vetera monaſterii iura & priuilegia defuncti in locum ſubiiceretur Abbas alius. Quare non Cæſarem modo rogabat, prouideret, ne quis contra conſuetudinem dignitatemque eccleſiæ Fuldenſis ad gubernacula eiusdem proueheretur; verum etiam Capitulares Fuldæ ſubſiſtentes monebat, vt quantocius Abbatem virtute meritisque mitra hac dignum eligant. Interim contigit, vt quidam monaſterii alumni, qui Coloniæ in ſeminario litteris operam dabant, maximam partem ignobiles, Abbatem Siburgenſem poſtularent; id quod haud exiguæ *Anſelmo Caſimiro* moleſtiæ erat ac ægritudini. A Cæſare enim litteris d. VII Febr. an. MDCXXXIII datis iuſſus erat, electioni intereſſe, curareque, vt Abbas deſignetur, qui dignitati gerendæ par ſit, ac deceſſoris ad exemplum de diſciplinæ arctioribus legibus deuinciendæ ſeriam ſuſcipiat cogitationem. Re igitur tum Cæſari tum Pontifici per litteras expoſita, maximo petebat opere, ne poſtulatum admitterent, ſtabilirentque; Seniorem & Capitulares, qui ſuffragiorum iure polleant, & Fuldæ commorentur, iam in eo eſſe, vt ſecundum leges canonesque quendam Principali faſtigio dignum e gremio Capituli eligant ac demortuo ſurrogent. Deferebant autem hi negotium hoc ex compromiſſo ad Metropolitanum hunc ſuum, nec non Epiſcopum Vormatienſem, & Antiſtitem Herbipolenſem; a quibus die XXX Martii Coloniæ in cœnobio *D. Pantaleonis*, præſentibus nonnullis Burſfeldenſis cenſuræ Abbatibus, Abbas rite legitimeque deſignatus fuit *Ioannes Adolfus* ab *Hobeneck*, Capitularis Fuldenſis & Præpoſitus ad *D. Petri* in monte; quem Pontifex, poſt multas variasque moras a Siburgenſi iniectas, tandem anno ſequenti MDCXXXIV confirmauit; Epiſcopus Tricaricenſis vero, *Petrus Aloyſius Carafa*, mandato *Vrbani* ſolito cæremoniarum ſacrauit apparatu. *ipſe eccleſiæ Fuldenſis iura libertatemque defendit.*

XXXI Ceterum hoc, annisque ſequentibus nil fingi potuit mali, quo diœceſis, in Rheni potiſſimum tractu, non fuerit preſſa. Cum enim, Suecis anno MDCXXXIV ad Nördlingan acie deuictis, profligatisque, Cæſariani in colligendo augendoque victoriæ fructu pergerent, verſus Rhenum etiam progreſſi, *diœceſi poſt miſere rurſum preſſa.*

greſſi, Strada montana recepta, prædis circa hos fines actis ditionis Moguntinæ agreſtibus haud parum fuere moleſti.

XXXII Quantas item in anguſtias anno ſequenti MDCXXXV deuenerit, ſtatim ſequetur. Prius enim breuibus dicendum venit, *Anſelmum Caſimirum* &c. in hac temporum difficultate partem curarum in tranquillandis tum Imperii, tum eccleſiæ Fuldenſis rebus conſumſiſſe.

Cæſari de pace Pirnenſi reſpondet.

Quod ad illas, notum, quod ſub anni ſuperioris finem primum Litomerizii, dein Pirnæ inter Cæſaris ac Saxonis legatos cœptum fuerit agi de pace; *Georgio* Landgrauio Haſſiæ Darmſtadienſi interprete. Cum igitur eos inter de capitibus propoſitis in euentum ſecuturæ approbationis conueniſſet, prius, quam iis manus imponeretur ſuprema, Cæſar *Anſelmi Caſimiri* de conuentis expetebat ſententiam. Qui impenſe laudato illius ad quietem publicam reducendam ſtudio, per litteras Coloniæ d. VIII Ianuarii a. h. MDCXXXV datas reſpondit; in politicis ſiue ciuilibus ac profanis id modo ſibi animaduertendum videri, quod Saxonis imperio militari copiarum Cæſari & Imperio merentium haud exigua pars ſubiicienda ſit; qua in circulis ſiue pagis vtriusque Saxoniæ, ſuperioris & inferioris agat, ac quæ exſequenda ſint, ad effectum perducat. Quamuis enim Electoris, germani plane Principis, fidem, integritatemque in ſuſpicionem haud adducat, fieri tamen poſſe, vt vafris hominum, pacis, tranquillitatisque publicæ inimicorum, technis ac artibus ad res ambagibus, periculisque innodatas impellatur. Rationem itaque rei gerendæ ſic inſtituendam eſſe, vt validus ſemper, ac tum magni apparatus, tum maioris numeri exercitus a Cæſareis ita vicinis diſponatur locis, vt Saxonicus, cum in Weſtphalis aut orbe Saxoniæ inferioris ageret, fœderatorum Belgii Ordinum militi arma haud poſſit iungere atque conſociare. In eccleſiaſticis vero occurrere plura, quæ ſi non mutari vel corrigi liceat, temperari ſaltim ac leniri conſultum ſit. Primum enim pacem religionis denuo confirmari. id vero ſpeciem præ ſe ferre, ac ſi bonis eccleſiaſticis, nullius interpoſitu Imperio ſubiectis, quæ tum Proteſtantium in manibus relicta ſint, in perpetuum renuntient Catholici. Deinde ex poſſeſſionibus Archiepiſcopatus Magdeburgenſis quatuor præfecturas Saxoni in perpetuum attribui atque adſcribi; quæ certe res religioni habenda. Tum vero in Epiſcopatibus Halberſtadenſi, Mindenſi, & Verdenſi Præſulibus facultatem adimi, religionis Romano-Catholico exercitium, niſi qua anno MDCXXVII in vſu fuerit, promouendi, vel iuriſdictionem eccleſiaſticam exercendi; adhæc quibusdam in dicto Archiepiſcopatu Magdeburgico & Præſulatu Halberſtadenſi Capitularibus & Canonicis de præbendis ſiue ſtatione ſua decedendum eſſe. Dehinc vix ſperandum, poſt præſtitutorum quadraginta annorum decurſum, Archiepiſcopatus, bonaque eccleſiaſtica, amica cum Proteſtantibus transactione, recuperatum iri. armis autem ne repetantur, pactione hac cautum eſſe. Decretum inſuper Auguſtanum, *Reſeruati eccleſiaſtici* appellatione vulgo notum, quod ad Magdeburgenſem Archiepiſcopatum, Epiſcopatus item Halberſtadenſem, Mindenſem, & Verdenſem, intra hoc XL annorum ſpatium, haud extenſum ſiue explicatum; quin potius conuentum eſſe, liberum fore Capitulis ſiue Collegiis, ſi quem vacare contigerit, vel Romano-Catholicæ religioni, vel Auguſtanæ Confeſſioni addictum in eundem ſufficere. Poſtremo dubiam maxime ſpem eſſe, futurum, vt Proteſtantes pacem hanc, quibus etiam muniatur clauſulis, ſeruent colantque. In aliis die menſis Aprilis II ſignatis id dedit conſilii, pro ſumma pecuniæ, quæ fortaſſis Saxoni pro ſumtu in bellum impenſo numeranda ſit, quatuor iſtas e Magdeburgenſis Archiepiſcopatus bonis præfecturas, iure reluendi ſiue repignerandi reſeruato, pignori opponendas. ſic enim viam patere, eas aliquando reuocandi. Pacem alioquin Imperio perneceſſariam eſſe; extremum enim ei impendere exitium, niſi ſi quantocius ab armis diſcedatur. vel iniuſtam pacem vtiliorem fore, quam iuſtiſſimum bellum, præcipue tam magna rerum omnium inopia.

pacem Pragenſem

Cum tandem Pragæ, quo pacis tractatores rurſum conuenerant, pacificæ pactionis tabellæ die XXX Maii a legatis ſubſcriptæ & vtrique paciſcentium probatæ eſſent, Cæſar per litteras ab eo requiſiuit, vt pacem tum ipſe recipiat, tum in tractu Rhenano euulget; ac ſi qui Ordinum intra tempus conſtitutum eam amplecterentur, id illico ſignificet: ad quod ſe promptum ille ſtatim, paratiſſimum-

tiſſimumque oſtendit. Nam & dictam pacem animo gaudenti libentique peculiari formula, Coloniæ die VII Iulii in litteras miſſa, omni ex parte probauit, ratamque habuit, & tractus Rhenani Ordinibus publicauit. Quo facto Cæſar tabulas tum ſua tum Saxonis manu ſubſignatas, firmataſque, vt in *dextro* Imperii reconderentur, die XXVII Decembr. ei transmiſit.

recipit & publicat.

XXXIII Quod ad Fuldenſes, naturæ d. XXV Februarii conceſſerat Abbas *Ioannes Adolfus*, cum vix omnia ſtabiliendi honoris munia expleuiſſet. In cuius locum cum Capitulares e gremio Collegii *Hermannum Georgium* de *Neuhof*, Præpoſitum Blanckenauienſem, ſuffeciſſent, recruduit lis, quam Abbas Siburgenſis, ſupra nobis dictus, *Bertramus* de *Bellingkhauſen*, Romæ ex regula Cancellariæ, *de ſurrogandis collitigantibus*, coram tribunali *S. Rotæ* iam olim, haud exiguo diœceſis Fuldenſis impendio mouerat. Quæ res cum magnæ *Anſelmo Caſimiro* curæ eſſet atque ſollicitudini, & hoc ipſe & ſequenti anno, iunctis cum Colonienſi operis, *Vrbanum* Pontificem rogabat, multiſque grauibus cauſſis & rationibus adductis obteſtabatur, vt controuerſiæ tandem modum imponeret, ne diœceſi ſatis iam afflictæ extremum afferret exitium, & recens Electo dignitatem auctoritate Apoſtolica confirmaret. Simul vero negotium *Cardinali* de *Sabaudia*, nationis Germanicæ Protectori ſiue patrono & defenſori, quam enixiſſime commendabat; qui quidem litteris anno ſequenti ſignatis reſpondit, illius omni ſtudio & cura ſeſe rationem habiturum eſſe.

cauſſam eccleſiæ Fuldenſis curæ ſuam agit.

XXXIV Nunc ad calamitates bellicas, quibus anno dicto (MDCXXXV) prouincia Moguntinenſis affecta fuit atque afflicta. Erant autem nec paucæ, nec leues. Cæſariani enim Höchſtam occuparunt, *Bernhardi* Vinarienſis iuſſu a præſidio Succico deſertam, ſed munitionibus non ſatis diſiectis. Mox fruſtra conſumpta ad Bobenhuſam opera circa Aſchaffenburgum, quo tormenta reduxerant, conſederunt, copiis per villas vicinas circumpoſitis. Sed & Moguntiæ ipſi adiecere oculos, quod Rhenus, glacie conſtrictus, machinis transportandis ſufficeret: quam ob rem *Hohendorfius*, vrbi Præfectus, pleraque tormenta & cibaria in adſitum caſtellum conferebat, vallo aquis perfuſo, vt in glaciem duratæ lubricitate ſua militem adſcenſu prohiberent.

Cæſarianis Höchſta & Aſchaffenburgi conſidentibus,

Pufendorffius l. d. lib. VII § XIII p. 183.

XXXV Rhingauiam colonorum ope inuaſerant Bauari. Inde inſederant Wisbadam. Sueci Moguntinenſes, explorata eorum ſomnolentia, menſe Aprili, oppreſſis Wisbadæ duabus turmis, Waloffium eisdem eripuere; inde Elfeldam ſuæ fecerunt poteſtatis, præſidiariis in arcem reiectis, iiſque nocte intempeſta dilapſis, caſtrum ipſum. Vice verſa quadringenti Bauarici hippotoxotæ XII Kal. Maias oppidum hoc vna cum arce recuperarunt; Sueci vero Ehrnfelſam, cibariorum preſſam inopia, ad deditionem coegerunt, centum admodum præſidiariis Moguntiam abductis.

Bauaris & Suecis in Rhingauia inuicem ſe alternantibus

Adlzreitter l. d. lib. XX § XXX p. 336, *Pufendorffius* l. d. lib. VII § XXXVII p. 193.

XXXVI Cum dein *Bernhardus* Vinarienſis, Rheno a Cæſarianis iuxta Spiram tranſmiſſo, rebus ſuis diffiſus ad Galliæ limites receſſiſſet, *Gallaſius* iſta vſus occaſione tribus Moguntiam caſtris cinxit, ac *Hohendorfio* deditionem imperauit. Eo non reſponſum modo animi plenum reddente, verum etiam omnia defenſioni neceſſaria ſollicite apparante, e diuerſis ſuggeſtibus vrbem adſitaque caſtella & Guſtauiburgum tormentis maioribus verberare cœpit; quin, intellecto e transfugis & occultis clericorum nuntiis, famem obſeſſis ingruere, ad eam augendam quatuor molas nauales, machinis æneis Caſſellæ diſpoſitis, diſiecit. Sedenim, cum vrbem ſic premeret, omnibuſque oppugnaret viribus, *Bernhardus* rurſum appropinquabat cum exercitu nouis viribus aucto. cui ille ſe imparem videns, caſtris incenſis peditatum cum tormentis præmiſit Oppenhemium; ipſe cum equitatu poſtero die ſecutus eſt. Vinarienſis vero vix aduenerat, cum duas legiones in Rhingauiam traiiceret; Galli vero Bingam caperent; vt adeo diœceſis modo ab his, modo ab illis miſere deuaſtaretur.

Moguntia grauiter obſeſſa, ab Sueco-Gallis mox liberata,

Pufendorffius l. d. § XC p. 212.

XXXVII Neque tamen hic finis. Mox enim grauis rurſum tempeſtas a Cæſarianis & Bauaris impendebat. Quippe hi, cum *Valetta* Purpuratus & *Bernhardus*

his vero recedentibus,

Dux aliquandiu in ſtatiuis inter Caſſellam, Coſtheimium, & Hocheimium egiſſent, nulla rei agendæ occaſione, fame inſuper vrgente, & lue ex eſu vuarum immaturarum exorta militem depaſcente, VIII Kal. Octobr. ſignis refixis Metas receſſiſſent, denuo Moguntiæ obſidionem admouere; quam quidem *Hohendorfius*, tametſi annonæ pariter ac apparatus bellici laboraret inopia, per tres menſes, ſubſidii aduenturi ſpe, acriter defendit; ad vltimum tamen, illa litteris *Bernhardi* penitus inciſa, ſubigente extrema fame, omniſque commeatus & inſtrumenti ad obſidionem vlterius depellendam neceſſarii defectu, vrbem dedidit, liberum ſibi cum militibus præſidiariis ad *Bernhardum* Ducem diſceſſum, vna cum tribus machinis maioribus in Belgium mittendis, ſtipulatus. Ex quo Sueci die IX Ianuarii an. MDCXXXVI cum ſarcinis, accenſis funibus, ſignis militaribus expanſis, aliiſque, quæ viris fortibus conceduntur, intra horam XI & XII per portam Dietheri abiere; duæ vero legiones Cæſareæ ſub *Comite* de *Dohna* & Tribuno *de Waldeck* ocius in vrbem receptæ ſunt.

ab illis denuo cincta,

& expugnata.

* *Puſendorffius* l. d. § CXXII p. 225, *Adlzreitter* l. d. § XXXVIII p. 339. Conf. quæ ſupra dixi ad lib. I cap. VII § XIX p. 19; vbi tamen duo velim emendes, & pro, *Puſendorf. lib. II*, legas, *lib. VII*, & pro, *die IX Nouembr.* itidem legas, *die IX Ianuarii.*

Franciſcanis Biſchofſhemii ſedem concedit.

XXXVIII Hæc inter Franciſcanæ familiæ alumni ſupplicibus rogauerant litteris, vellet *Anſelmus Caſimirus* Ordini Seraphico Biſchofſhemii ad conſtituendam ſedem attribuere domum hoſpitalem, quæ olim *D. Liobæ* fuerat cœnobiolum. Quam cum aſceterio ſtatuendo litteris die XXII Februarii anni huius MDCXXXVI datis idoneam iudicaſſent, qui præfecturæ Biſchofſheimenſis curam gerebant, *Ioannes Suicardus* de *Sickingen* & *Ioannes Sauer*, libenti ipſe animo d. VIII Martii annuit. Vnde Fr. *Adamus Burvenich*, Præſes, ceterique nouæ huius Reſidentiæ FFr. ſecuta D. Georgii die ſupplicatione ſollemniter facta, cruceque ſecundum Ordinis Seraphici morem ante ſacellum dictæ domus erecta, toto Senatu ac pleriſque ciuibus & incolis vtriuſque ſexus illos comitantibus, a Satrapa & Cellario dictis in poſſeſſionem illius introducti fuere; quam dein *Anſelmus Caſimirus*, ad preces illorum, tabulis Coloniæ pridie Kal. Iun. ſignatis pontificia auctoritate confirmauit †.

* *Notes* 1) *quod ex his pateat, erraſſe* Trithemium, *dum dixit, cœnobii huius ſuo tempore nil ſuperfuiſſe. vid. ſupra lib. III notat. XXIV § VI p.* 304.
† 2) *quod hæc* FFr. Reſidentia *poſtea an. MDCXLII, nouo plane clauſtro conſtructo, in* Guardianatum, *vt vocari ſolet, tranſierit.*

Moguntiam reuertitur,

XXXIX Paucis vero poſt diebus Colonia Vbiorum, poſt quatuor annorum & ſex menſium exilium, Moguntiam rediit, a ſuis omnibus honorum & obſeruantiæ argumentis exceptus. Magnæ enim ſingulis iucunditati erat, ad Principis ſui obſequia fidemque reuerti; ipſi vero nil prius, quam leuando ciuitatis prouinciæque tot malis fractæ debilitatæque ſtatui, quem ſane ex animo miſerabatur, curam ſollicitudinemque præſtare.

ad Comitia abit,

XL Sedenim haud diu ſubſtitit Moguntiæ. Crebris namque & litteris & curſoribus vocabatur a Cæſare ad Comitia Ratisbonenſia, ad quæ etiam die XI Auguſti profectus eſt; *Wilhelmo* Landgrauio & *Leſlæo* inter hæc Ameneburgum ad deditionem redigentibus: præſidiariis Hanouienſibus vero Sedi Moguntinæ ſubiectis, & tum & poſtea crebris excurſionibus, maleficiiſque haud parum damni importantibus.

Cæſaris petitio

XLI Initio Comitiorum Ratisbonæ facto, Cæſar graui oratione ætatis ſuæ viriumque imbecillitate expoſita, ſe inter ancipitem Imperii ſtatum & rerum gerendarum molem Rege adiutore indigere profeſſus, eam in ſpem filium proponebat. Quum deliberationibus aliquot inſtitutis, Principibus Electoribus, qui aderant, abſentiumque legatis viſum eſſet, ad electionem procedendum eſſe, *Anſelmus Caſimirus* die XVII Nouembris Collegis Septemuiris diem negotio illi obeundo indixit, qui erat IX Decembris (quem tamen poſtea in diem XXII protulit) litteris *Ferdinando* Archiepiſcopo Colonienſi, *Ferdinando* Regi Bohemiæ, Legatis Bauaricis, Saxonicis, & Brandenburgicis die XX Nouembr. per *Ioannem Reinhardum* de *Metternich*, Præpoſitum Moguntinum, *Ioannem Philippum L. B.* de *Hoheneck*, Vicedominum Aſchaffenburgenſem, ſæpius nobis

collegis diem Regi creando præfinit

bis iam dictos, *Gerhardum* de *Waldenburg*, dictum *Schenckern*, Burggrauium Starckenbergenſem, & *Fridericum Agricolam*, Viceecancellarium, tranſmiſſis.

XLII Cum itum in ſuffragia, *Ferdinandus*, Hungariæ & Bohemiæ Rex, Romanorum Rex in æde cathedrali vnanimi conſenſione renuntiatus eſt; quem dein ipſe d. XXX Decembr. qua ſolet ſacrorum magnificentia & apparatu inunxit. *quo electus Ferdinandus III.*

> *Puſendorffius* l. d. lib. VIII § LXXXIV p. 272; Ferdinandi III *electio facili negotio expediebatur. Nam Moguntinus Auſtriacis dudum obnoxius, quem & Hiſpani hactenus, pignori acceptis Rheni vectigalibus, ſplendide ſuſtentauerant, inſigni quoque pecunia ſumma Ratisbonam nunc miſſa: Treuirenſis nulla habebatur ratio: Colonienſis Bauaro fratri ſuccinebat, cui dignitatem Electoralem & adiunctam ditionem praſtandam Ferdinandus cum Legato Hiſpanico recipiebat. Brandenburgici fauore in cauſſa Iuliacenſi & Pomeranica promiſſo deliniebantur: & dudum Schvvartzenbergius totus ab Auſtriacis pendebat. Ita Saxonici ſoli parum valebant; qui & ideo forte remiſſius nitebantur, quod crederent, electione licet facta coronationem ſuſpendendam, quoad ſuper amneſtia conuentum foret* &c.

XLIII Vt inungere poſſet, aliquanto ante primum Presbyteratus, deinde dignitatis etiam Epiſcopalis ſacra ex veteri maiorum inſtituto capeſſiuit. Erat enim, cum Ratisbonam veniret, Diaconatus tantum initiatus Ordine. Capeſſiuit autem vtraque Nuntio Pontificio ſollemni cæremoniarum apparatu inaugurante, Presbyterque factus, in Oratorio PP. Societatis Ieſu, initio ſacrificandi facto, primum Miſſæ officium feſto carmine decantauit. *Presbyteri & Epiſcopi ſacra capeſſit.*

XLIV Domum redux in eandem, quam antea, curam iuit, & cum *Ramſæus* ex vrbe Hanouia non commercia modo, Mœnique nauigationem infeſtam haberet, ſed in omnem quoque vicinam regionem cædibus prædisque, Seligenſtadio occupato, direptoque Aſchaffenburgo graſſaretur, nil prius habuit, quam vt his iniuriis modum imponeret, quamuis haud parum caſſi poneret laboris. Moræ tandem impatiens, communicato cum Francofurtenſibus conſilio, hominem vi inexſpectata opprimere conſtituit. quod & anno MDCXXXVIII ex voto ſucceſſit. Contractis enim ſeptingentis peditibus & modica equitum manu Comes Naſſouius *Ludouicus Henricus* & *Metternichius* Tribunus, die menſis Februarii XXII arce ex inopinato ſuperata, eundem ad deditionem compulere. *vt Hanouia hoſti eripiatur, ſtudet*

> *Adlzreitter* l. d. lib. XXIII § XLI & XLII p. 377 & ſeq. *Puſendorffius* l. d. lib. X § XLIV p. 332.

XLV Sub huius alioquin anni initium Lauenburgici, *Iulius Henricus* & *Franciſcus Carolus*, ſedulo operam dabant, vt pacem Cæſarem inter & Suecos conciliarent; quibus poſtea etiam acceſſit Rex Daniæ *. Cum igitur, ſecundum Comitiorum Ratisbonæ nuper habitorum decretum, a Moguntino & Brandenburgenſi Collegii Septemuiralis nomine ad hos de pace tractatus rei communis cauſſa legati mittendi eſſent, *Anſelmus Caſimirus*, poſtquam a Cæſare certior reddebatur, *Ferdinandum Sigiſmundum* Comitem *Curtium* & *Ioannem Sölduerum* negotii huius gratia propediem in Saxoniam inferiorem delegatum iri, haud cunctanter litteris die VII Februarii datis *Chriſtophorum Henricum* de *Griesheim*, Eichsfeldiæ Præfectum, & *Ioannem Dreſanum* Prætorem Erfurtenſem, iuſſit in procinctu ſtare, vt ad primum mandatum itineri ſe dare, & tractatibus iſtis intereſſe poſſint. Idem menſe Iulio repetiit & Decembri. Serio enim rem agi putabat; cum tamen eam tot ſemper tantisque difficultatibus pars vtraque obſtruebat, vt neutri, ſaltem illi, qui pacem ſe tam vehementer cupere iactabat, belli exſtinguendi ſtudium cordi eſſe videretur. *ad pacis tractatus legatos deſignat.*

> * Vid. *Puſendorffius* l. d. lib. X § LXIII – LXXXIX p. 343 - 353.

XLVI Dum ſic illi de reducenda tranquillitate publica agebant, ipſe domi nil magis in votis habebat, quam vt, ſedatis compreſſisque belli tam diuturni & pernicioſi motibus, res ad æquas pacis conditiones rediret. Suſtinebat enim, ſi quis alius, cum aliis, inter hoſce pacificatorios tractatus, belli caſus varios ac incommoda; præcipue anno ſequenti MDCXXXIX. Cum enim Sueci in Eichsfeldia quandam Cæſarianorum manum profligaſſent, Duderſtadium, Ruſtenbergam, *foederatis hoſtibus in Eichsfeldia*

& ad Rheni fauces interea graſſantibus.

bergam, Gleichenſteinam, Heiligenſtadium, aliaque tractus iſtius oppida opprimebant *. Vinarienſes, quum Duce *Bernhardo* Neoburgi XV Kalend. Aug. fatis functo, Gallis ſeſe tum obſtrinxiſſent, tum iunxiſſent, ac dein Neoſtadium, Alzeiam, Oppenhemium occupaſſent, Bingam rurſus cepere, præſidiariis poſt binos aſſultus repulſos ſine conditione ſeſe dedentibus. Tum in aduerſam Rheni ripam mouentes, Ehrnfelſa ſubiugata, mire Rhingauiam vexarunt populationibus: quod tamen iis ad vltimum male vertit. Bauari enim eos ex improuiſo Elfeldæ oppreſſos magnam partem obtruncarunt, plurimos captiuos duxere Moguntiam †. Rhingauiam autem, Wetterauiam, vicinamque regionem, quam illi, ciuitate & arce Fridbergenſi ſubactis, rurſum tributariam fecerant, vt ab eorum exactionibus defenderent, Ehrnfelſa, vbi ſexaginta ex hoſte curabant, rigente iam bruma, armis recuperata, legionem vnam Moguntiæ, alteram Rhingauiæ, tertiam Hochſtæ impoſuere **.

* *Adlzreitter* l. d. lib. XXIV § XXXV p. 392, *Puſendorffius* l. d. lib. XI § XXIV p. 367.

† *Iidem*, & *ille* quidem § XIII p. 385; *hic*, § LV p. 378.

** *Adlzreitter* l. d. § XV p. 385.

Nuntium Pontificium excipit.

XLVII Hæc inter in Germaniam venit *Fabius Chiſius*, Epiſcopus Neritonenſis, *Martino* Archiepiſcopo Conſentino, in partibus Rheni hactenus Nuntio Pontificio, ſurrogatus. Quem vt *Anſelmus Caſimirus* beneuole accipiat, ac omni humanitatis ſignificatione proſequatur, ſequentibus ab eo *Vrbanus VIII* requiſiuit litteris;

VRBANVS PP. VIII,

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ordinarii Nuncii noſtri partes, quas in tractu Rhenano Venerabilis Frater Martinus *Archiepiſcopus Conſentinus plures obiuit annos, excipiet Venerabilis Frater* Fabius *Epiſcopus Neritonenſis, Prælatus noſter domeſticus, & Aſſiſtens, qui grauiſſimarum rerum, hoc eſt, diuinæ gloriæ omni ope augendæ, iuris Eccleſiæ tuendi, & Catholicæ fidei propugnandæ procurationem a nobis habet. Fraternitas tua, cuius auctoritas illi ad negotia e voto perficienda plurimum adiumenti eſſe poterit, eundem, vt ſperamus, omni humanitatis ſignificatione proſequetur, nec aliquod officii genus deſiderari permittet, quod a ſingulari in Deum pietate, atque explorata in nos obſeruantia proficiſci poſſit. Præſulem certe tibi deuincies non ſolum munere, quod a nobis gerit, ſed etiam cum familiæ nobilitate, tum prudentia, aliiſque inſignibus animi ornamentis Tua beneuolentia digniſſimum, remque præſtabis, qua conceptæ de tua virtute exſpectationi plane ſatisfacies. Ipſi igitur eandem, quam nobis ipſis fidem haberi optamus a Fraternitate tua, cui cæleſtis gratiæ vbertatem precantes, Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud ſanctam Mariam maiorem ſub annulo piſcatoris die XIII Iunii MDCXXXIX. Pontificatus noſtri anno XVI.*

Iulius Roſpiglioſius.

Venerabili Fratri *Anſelmo Caſimiro* Archiepiſcopo
Moguntino, S. R. I. Principi Electori

Non poſſum, quin hic notem, & Fabium *hunc* Chiſium, *&, qui litteras has ſubnotauit*, Iulium Roſpiglioſium *poſtea Pontificatus Romani culmen adſcendiſſe, illum* Alexandri VII, *hunc* Clementis IX *nomine notum.*

Cæſari copias Vinarienſes deuincire ſtudet.

XLVIII Vnde nil, quod ei cohoneſtando eſſet, prætermittebat; ceterum vero, vt Cæſaris petito ſatisfaceret, ſub anni huius finem & ſequentis initium Ohemio, aliiſque e Vinarienſibus præteritorum veniam, ſi a ſignis Gallicis diſcederent, lautiorem militiæ gradum, præmiaque alia liberaliter offerri curabat; quamuis in irritum omnis ceciderit labor, illis in fide, quam Galliarum Regi dederant, perſiſtentibus.

Cæſari *Ferdinando III*, qui duobus ante annis patri ſucceſſerat, ſingulari erat curæ, vt Briſaco potiretur, & copias Vinarienſes ſibi deuinciret. Audiamus modo *Puſendorffium* l. d. § LII p. 377; *Nec minus hoc rerum tranſi-*

to

vn Cæſar Briſacum captabat: qui cum antea fœdus pro eodem recuperando cum Claudia Archiduce Oenipontana & Hiſpanis feciſſet, eique fini quindecim millia militum deſtinaſſet, nunc morte Ducis faciliorem viam oſtendi ſperabat. Igitur ad VVilhelmum Ducem mittitur Mizlaſius, nuper carcere Suecico profugus, qui hortaretur, pro fide in Cæſarem operam daret, vt iſta loca penes Auſtriacam domum permaneant. Sigiſmundus Heuſnerus & alii Baſileam miſſi in multas ſe formas vertunt. Sparguntur primum per exercitum litteræ auocatoriæ. Inde tractatus proponuntur; ſi ea loca Cæſari reddant, veniam præteritorum, pacem, aut lautiorem militiæ gradum apud Cæſarem obtenturos. Singulis, qui operam recuperando Briſaco nauare velint, magnifica præmia oſtentantur. Inter quæ Schoenbeckio Tribuno quinquaginta vncialium millia & Comitatus promittebantur. Tum de induciis proponitur, & vt ductores aliquem ad Cæſarem mittant, pro quo tutæ itineris litteræ iam præſto ſint. Denique Gallis excludendis offerebatur, vt ductores, velut Germaniæ ciues, oppidum ſibi retineant, quibus Cæſar ſtipendium, annonam, & alia neceſſaria præbiturus ſit. Spes quoque fiebat, Palatino hac occaſione ſatisfactum iri. Ab Anſelmo Caſimiro operam requiſiuit litteris d. XVIII Decembr. ſignatis, aliis item anno ſequenti.

XLIX Rebus ſic habentibus haud pauci *Ferdinando* ſuadebant, vt belli componendi rationes omni iniret ſtudio, putabantque, ad reducendam tranquillitatem multum adiumenti allaturum, ſi Ordinum haberentur Comitia; ante vero, quam ea inchoarentur, in peculiari quodam Septemuirum conuentu potiora, de quibus in iis deliberationes ſuſcipiendæ eſſent, capita ſuis expenderentur momentis. Quod conſilium cum Imperatori arrideret, *Anſelmus Caſimirus* Collegis Electoribus diem præſtituit, ſub anni MDCXL ſequentis incunabula Norimbergæ obeundum: quo etiam poſtea Colonienſis, Bauarus, Saxo, & Brandenburgicus legatos cum mandatis miſere: quibus Moguntini, *Hugo Eberhardus Cratz* a *Scharpfenſtein*, maioris Cuſtos, *Gerhardus* de *Waldenburg*, dictus *Schenckern*, Vicedominus Aſchaffenburgenſis, *Nicolaus Georgius* de *Reigersberg*, Conſiliarius ſanctior, & *Ioannes Adamus Krebs*, Conſiliarius aulicus, ſummam capitum, de quibus conſultationes inſtituendæ, die III Febr. in primo conſeſſu expoſuerunt. *comitia Electoralia* *Norimbergæ agit.* *23 Ian.*

Lundorpius tomo IV lib. IV cap. III n. I p. 785 & ſeqq. Ceterum haud inutiliter huc conferes, quos ſæpius iam citaui, *Adlzreitterum* l. d. lib. XXV § III p. 393 & ſeq. *Puſendorffium* l. d. lib. XII § LXXX p. 425.

L Interim miſſo Moguntiam *Guilielmo Curtio* Rex Angliæ rogabat, velit Elector cauſſam Palatinam ſibi commendatam habere, ac pro ea, qua polleret, auctoritate eniti, vt in Conuentu Norimbergæ inſtituto in ſolidum componatur. *Palatina caussa ab Anglo compellatur.*

Lundorpius l. d. cap. III n. VIII p. 798.

LI Habitis autem Norimbergæ aliquammultis deliberationibus apparebat, citra aliorum Ordinum operam ſuper præſentibus negotiis proficui quid ſtatui haud poſſe. Quare Electores Cæſari id ſignificabant; qui proin Proceribus, fide obſequioue ſibi addictis, diem ad conueniendum indixit, qui XXVI erat menſis Iulii, Ratisbona, quo conuenirent, delecta. *indictis a Cæſare Ratisbonam comitiis,*

Lundorpius l. d. n. VII p. 796, & cap. IV p. 816 & ſeq. *Adlzreitter* l. d. § VI & ſeq. p. 394 & ſeq. *Puſendorffius* l. d. § LXXX p. 426.

LII Ante vero, quam Comitia hæc ſumebant initium, Mars in diœceſi Moguntinenſi rurſus ſuam paſſim ſcenam, rerumque vices luſit. Vinarienſes enim Longauillæo duce ex Hadamariæ, Limburgi, aliorumque locorum ſpoliis Crucinaco & Bingæ, quæ loca adhuc inſidebant, mille circiter modiorum annonam intulere *. Bauarici ſimiliter haud meras egere ferias, ſed Bingam, quam ſub hiemem exeuntem caſſa obſidione tentarant, cum primariam turrim tormentis ſtrauiſſent, vna cum arce receperunt †. Mox comperto, Gallo-Vinarienſes, qui Vrſellæ curabant, ſui apprime ſecuros eſſe, ſub naſcentem Auguſtum die albeſcente, rupta tubo ductili porta, momento in oppidum effuſi præſidiarios, neſcios, qua parte magis vrgeret periculum, denis tantum inter- *afflictus ſuæ dioeceſis ſtatus.*

fectis, omnes (fuere autem trecenti, & in iis ductores viginti quatuor) cum opima præda ſuam in poteſtatem redegere **.

* *Adlzreitterus* l. d. § XII p. 396, *Pufendorffius* lib. XII § XLI p. 409.
† Iidem, *ille* quidem l. d. § XIII p. 397, *hic*, l. d.
** *Adlzreitter* l. d. § XV p. 398.

Eodem menſe præſidiarii Moguntinenſes arcem Eppenſteiniam, cæſis Vinarienſibus, recuperarunt *. Weinmariani e contrario *Paulum Matterium*, Hipparchum, qui Hoſhemii, altero a Moguntia milliari, cum centum grauis armaturæ equitibus agebat, oppreſſum, coegere ad deditionem **.

* *Adlzreitter* l. d. § XV p. 398.
** *Idem* l. d. § XVII p. 398, *Pufendorffius* l. d. § XLI p. 409, qui tamen neſcio qua calami aberratione lapſus videtur, dum *Roſam* eos *Hochemii* oppreſſiſſe ſcribit.

iisque durantibus, LIII In Comitiis Ratisbonenſibus, ad quæ *Anſelmus Caſimirus* legatos ſuos (cum ipſe, licet enixe rogatus a Cæſare, venire haud poſſet) Norimberga ſe conferre iuſſerat, de tribus præcipue actum capitibus. Primum erat de reſtituenda Imperio tranquillitate, animorum conſenſione & charitate, idque ſolide & ſtabiliter, ſublatis turbarum ac diſſenſionum cauſſis. Alterum de ſubſidiis ad bellum proferendum, donec pax coaleſceret. Tertium de inſtauranda iuſtitiæ adminiſtratione. Interruptis de primo conſultationibus, de milite Cæſareo in hibernis collocando ſuſcepta eſt tractatio; quam tamen vna cum aliis prætereo, quum alibi iam legi poſſit.

Vid. *Londorpius* l. d. lib. IV cap. XLIV & ſeq. p. 863 & ſeq. tom. V lib. I cap. I p. 1 & ſeq. *Adlzreitter* l. d. lib. XXV § VI & ſeq. p. 394 & ſeq. lib. XXVI § VIII & ſeq. p. 410 & ſeq. *Pufendorffius* lib. XII § LXXXI & ſeq. p. 426 & ſeq. lib. XIII § XCI – XCVI.

haud melior. LIV In diœceſi vero, dum Ratisbonæ de hibernis deliberationes feruebant, haud feriatum ab armis. Inſtabat enim *Anſelmus Caſimirus*, vt Cæſariani Suecos Ameneburgo exuerent; quod & illi, cum oppidum menſe Nouembri inuaſiſſent, præſtitere *. In Eichsfeldia porro anno ſequenti MDCXLI iidem Comitis Hatzfeldii ductu Duderſtadium ſuperarunt, quadringentorum Suecorum præſidio ad Cæſariana ſtipendia admiſſo †.

* *Adlzreitter* l. d. § XVI p. 398.
† *Idem* lib. XXVI § XLIII p. 422, *Pufendorffius* lib. XIII § L p. 448.

vel adhuc rerum inferiorem creperis, LV Anni MDCXLII ſecuti initio, inſigni clade Lamboio a Gallo-Vinarienſibus iuxta Hulſtam illata, Septemuiros religionis Romano-Catholicæ grauis cura inceſſit, ne Rheni confinia, quæ magnam Moguntini & Colonienſis imperii partem conſtituunt, ab hoſte obruerentur. Eam ob rem *Ferdinandus* Colonienſis Archiepiſcopus iſtarum regionum pericula fratri ſuo *Maximiliano* Bauaro tempeſtiue ob oculos ponebat, ſuadens, vt Moguntiæ haberetur colloquium, *de publica salute consultus Moguntiæ agitur.* in quo ſtatueretur, quid rebus tam dubiis capiundum ſit conſilii. Cum annuiſſet *Anſelmus Caſimirus*, cœptum eſt id VI Id. April. deliberatumque non modo de Rheni defenſione, verum etiam de ratione reddendæ pacis, Germaniæ ſaltem, ſi quidem generalis conciliari haud poſſet, deque capitibus aliis, ad vſque exeuntem prope Maium; hoc duntaxat fructu, quod cum quædam fuiſſent propoſita, quæ citra frequentiorem conuentum decerni haud poterant, conſtitutum fuerit, vt proximis Kalend. Aug. Francofurti aliud Septemuirale vel Imperii potius Comitium haberetur; quod in Septembrem menſem dein dilatum fuit. Decretum etiam, vt Electorum Romanæ Sedi addictorum nomine Romam mitteretur Legatus, qui ſummo Pontifici oſtenderet, ſi crederet, Franciæ Regem ad peculiarem cum Imperio pacem poſſe adduci, Electoribus, ceteriſque Ordinibus gratum maxime futurum, ſi eundem ad ineundam eam hortaretur. Ad quam legationem deſtinatus fuit *Reckius*, eccleſiæ Paderbornenſis Decanus.

Adlzreitter l. d. lib. XXVII § VI p. 427.

Vti vero ad Rheni limitem res erant creperæ, ita nec alibi ab omni prorſus calamitate immunes, præſertim in Eichsfeldia: quippe in qua *Königsmarckius*, menſe Auguſto, machinis & copiis pedeſtribus Erfurto acceptis, Nordhuſaque

hoſaque expugnata, Duderſtadium & Gleichenſteinam, a ſelectis prouincialibus inſeſſa, cum ne repugnare quidem auderent, deditione accepit.

Idem l. d. § XI p. 429, *Puſendorffius* lib. XIV § XXIII p. 484.

ſplendidiorem honoris titulum a Cæſare conſequitur.

LVI De cetero, quod Cæſaris, domusque Auſtriacæ honori commodisque vſque huc omne *Anſelmus Caſimirus* detuliſſet ſtudium, *Ferdinandus* æquum ratus, bene merito referre gratiam, litteris Ebersdorfii XII Octobris die ſignatis ei titulum *Hochvvirdig*, loco *Ehrvvirdig*, & *E. Liebden*, loco *D. Liebden*, impertiuit, ſimulque ſignificauit, ſingulis & omnibus, qui tabulariorum Auſtriacorum & Imperalium rationes curarent, ſe dediſſe in mandatis, vt ei in poſterum hunc honoris titulum tribuant, deferantque.

Verba, quibus vtitur, ſic habent; *Als hab ich — die anordnung gethan, daſs von mir nun hinfüro an* E. L. *das prædicat vnd ehren-vvort* Hochwirdig, *vnd an ſtatt* Dr. L. E. Lden *von allen meinen Cantzleyen — gegeben vverden ſolle.*

de turbis Fuldenſibus ſollicitus eſt.

LVII Altero poſt anno, MDCXLIV ſcilicet, noua Fuldæ lis exarſerat ac contentio. Quippe Capitulares Abbati *Hermanno Georgio*, d. XXV Ian. vita defuncto, e gremio Collegii præpropera quadam feſtinatione ſurrogarant *Ioachimum L. B.* de *Graveneck*, Præpoſitum Holtzkirchenſem, præterito *Ioanne Salentino L. B.* de *Sinzig*, quem an. MDCXLI die XVII Ianuarii cum ſpe ſuccedendi elegerant *Adiutorem*, biennio poſt vero variis de cauſſis repudiarant; quod cum male admodum habebat, vt adeo res ad motus ſpectare videretur, cum neuter ius ſuum derelinquere vellet. In quos ne excederet, ac diœceſin Fuldenſem, ſatis iam fractam, debilitatam, & calamitatibus bellicis exinanitam, penitus peſſundaret, *Anſelmo Caſimiro* ſi quid aliud erat curæ. Illico igitur Cæſari id ſignificabat; qui quidem turbis præuertendum ratus, neutri detulit, cum in tutelam ſecuritatis ſuæ ad eum confugerent, ſed voluit, vt hoc de negotio ipſe inquireret, ac interea operam daret, ne quid per vim ageretur. Et is quidem libenti animo, qua erga *Ferdinandum* erat obſeruantia, iuſſis obtemperaſſet, niſi, dum ſedandæ controuerſiæ ſe accingebat, partes arbitro Antiſtite Herbipolenſi iam rediiſſent in concordiam, peculiari quadam pactione interueniente, qua *Ioannes Salentinus* iuri ſuo planiſſime renuntiabat, titulo tamen *Adiutoris* retento: *Ioachimus* vero ei Præpoſituram Holtzkirchenſem & præfecturam Saleck cum locis contributis ad dies vitæ Capituli conſenſu concedebat. Interim nihilo ſecius *Anſelmus Caſimirus* pergebat, eccleſiæ Fuldenſis ſaluti prouidere. Illius certe rationibus hanc ipſam tranſactionem plus noxæ quam commodi fructusque afferre, Cæſari allatis pluribus cauſſis quantocius explicabat.

clauſtrum Gummersheim cœnobio Marien-münſter incorporat.

LVIII Ceterum parthenonis *Gummersheim*, prope oppidum Odernheim ſiti, eodem hoc anno habuit rationem. Cum enim cœnobii Wormatienſis, *Marien-Münſter* vulgo appellati, & Ciſtercienſi regula deuincti, Moderatrix pluribus expoſuiſſet, quam prolapſo res clauſtri illius eſſent ſtatu, oſtendebat, ni alii cuidam monaſterio attribueretur; futurum, vt poſſeſſiones illius contra piam fundatorum voluntatem profanos in vſus conuertantur. Quod ne fieret, ipſe haud cunctanter præcauendum eſſe cenſuit, ac id dicto parthenoni *Marien-münſter* tabulis XIII Auguſti die confectis, cum omnis acceſſione prouentus, in perpetuum adunauit.

Gallorum metu

LIX Mox autem, vt viciſſitudines rerum pæne ſunt inexcogitabiles, in magnas rurſum coniectus difficultates eſt. Galli enim Philippoburgo expugnato, Spira deditione accepta, Wormatia in poteſtatem redacta, imminebant Moguntiæ; turmæ vero, quas ab Vbiis ſubmiſſas in vrbem receperat, impares prorſus erant hoſti tam numeroſo & Philippoburgenſi fortuna tumenti. Quare non

Moguntiâ abſcedit,

aliud niſi in fuga remedium ſibi ſupereſſe videns, metu periculi appropinquantis, ponte nauali ſoluto, Hermanſteinium ſeſe abripuit, ciuitate Collegii metropolitani curæ commendata; quæ quidem mox paullo hoſtis in manum deuenit. Enguiano enim cominus accedente, dicto primariæ claſſis Clero ſatius viſum, tranſactione cum Gallis tempeſtatem impendentem declinare, quam periculoſa vrbis propugnatione ſummam rerum in extremum diſcrimen adducere. Wolfium itaque Tribunum, cum ſeptingentis militibus a Bauarico exer-

quæ mox hoſti deditur,

citu ſubmiſſum admittere abnuit, & cum Enguiano ad deditionis conditiones deſcendit.

Adlzreitter l. d. lib. XXIX § XXV p. 463, qui tamen errat, dum *Anſelmum Caſimirum* Aſchaffenburgum migraſſe ſcribit; *Puſendorffius* l. d. lib. XVI § XXIX p. 558. Litteræ, quas Collegium princeps *VVolfio*, cum Guſtaviburgum attigiſſet, tranſmiſit, ſic habent e vernacula in latinum ſermonem tranſlatæ: *Cum VVolfius Colonellus cum aliquo equitatu & peditatu ſeſe obtulerit in conſpectum, nec tamen videatur admittendus, quandoquidem miſſis vltro citroque tubicinibus iam aliqua tractationis obligatio ſit contracta, & ciues arma & defenſionem detrectent; Colonellus monetur, vt iter relegendo ſui militis ſaluti conſulat, & huiuſce quidem rei teſtis datus eſt hiſce codicillus. Moguntiæ XV Septembr. MDCXLIV.*

dioeceſi vero rurſus grauiter premitur.

LX Sedenim nec in vicinia res meliori erant ſtatu. Haſſi enim, quos Landgrauia *Geiſio* duce Rhenum verſus miſerat, Gallis, ſi opus foret, auxilio futuros, Hôchſtam ſubito oppreſſere, cæſis, quoſcunque in armis deprehenderant. Inde Vrſellis cepere ſtatiua. mox tamen, intellecto, Bauaros appropinquare, in tuta ſe recepere. Bauari quum ſpe hoſtem inuadendi amiſſa verſus ſiluam Ottonicam gradum reducerent, Steinhemii quam atrociſſime graſſati ſunt, velut Præſulatus ob pactum cum Gallis in hoſtiles partes conceſſiſſet: id quod & *Schvvalbachius*, Legatus Moguntinus, Francofurti Bauaricis in pleno Delegatorum conſeſſu exprobrauit, addito, vel Turcos ac Tataros aduerſus tam barbarum militem in auxilium vocandos.

Puſendorffius l. d. § XXX p. 558.

Non longe poſt ii, qui ſub *Gleenio* e Weſtphalia ad Rhenum conceſſerant, Haſſos, deditionem pactos, Hôchſta rurſum exuere VIII Nouembris: Benshemium vero, cum obſeſſi omnem pactionis mentionem minacibus verbis exploſiſſent, II Decembris violenta manu expugnarunt, duabus præſidiariorum legionibus, Germanica vna, altera Gallica, conciſis.

Adlzreitter l. d. § XXVIII p. 464, *Puſendorffius* l. d. § XXXI p. 558.

legatos miſſio ad tractatum pacis,

LXI Anno, qui nunc ſequitur, MDCXLV pacis quidem tractatus in Weſtphalis ſumſere initium. Monaſterium enim & Oſnabrugam partium belligerantium concedebant Legati, de tranquillandis Imperii rebus acturi. e quibus Moguntini die XX Aprilis Oſnabrugam ſollemniter ingreſſi ſunt, cum die XXVII Martii itineri ſe dediſſent, in via tum Düſſeldorpii a Duce Neoburgico, *Wolfgango Wilhelmo*, tum Veſaliæ Cliuorum a *Mauricio* Naſſouiæ Comite, vrbi præfecto, omni humanitatis genere accepti. Fuere ii *Hugo Eberhardus* Comes *Cratz* a *Scharpfenſtein*, maioris Cuſtos, *Henricus Brömſer* de *Rüdesheim*, Vicedominus Moguntiæ, & *Ioannes Adamus Krebs*, Moguntinus Prætor; quos poſtea ſecuti *Nicolaus Georgius* de *Reigersberg*, Eques, Cancellarius, primum ſtatim iiſcum delectus, & *Petrus Brahm*, Conſiliarius Aulicus; qui Heri iuſſu ita partiti ſunt operas, vt *Brömſerus* & *Krebſius* Oſnabrugæ intereſſent deliberationibus; ceteri vero Monaſterii negotiis Collegii Electoralis dirigendis vacarent.

motibus bellicis interea in dioeceſi feruentibus,

LXII Interim tamen, vt alibi, ita in dioeceſi etiam Moguntina ancipiti Marte bellum circumferebatur. Cum enim *Courvallius*, præſidio Moguntinenſi præfectus, cum ſeptingentis militibus Vrſellas peteret, oppidulum ad tributum exſoluendum compulſurus, Bauari e vicinis ſtatiuis coiuere, cum propulſaturi. Nec mora; ſpe haud dubia eundem a tergo adorti ſuperarunt ac in fugam coniecerunt, ducentis Gallorum interfectis, & duabus machinis in poteſtatem redactis.

Puſendorffius lib. XVII § XXXI p. 586.

Iidem poſt victoriam ad Mergenthemium reportatam, itinere Rhenum verſus conuerſo, Gernshemium, præſidio Gallico, quod iam toti circum regioni tributum imponere cœperat, exacto, ſuæ fecerunt poteſtatis *. Mox ſuperato apud Hôchſtam Mœno mouerunt in Haſſiam, ac poſt tentatam Kirchhainam, aliquot dies Ameneburgo, quod Haſſi ante per quinque menſes obſederant, fœdeque deformarant, aſſederunt **. Inde metu eorum, Gallorumque, Mœno

rurſum

rurſum ſuperato apud Aſchaffenburgum caſtra locarunt, exſpectaturi, quorſum tandem eruptura eſſent hoſtium conſilia †.

* *Adlzreitter* l. d. § XXVII p. 478, *Puſendorffius* l. d. § XXXIII p. 587.
** *Iidem*, *ille* quidem l. d. § XXVIII p. 478, *hic*, l. d.
† *Puſendorffius* l. d. § XXXIV p. 587.

LXIII Galli contra, qui Moguntia cum Tubadelio venerant, Turennio iungendi, antequam Fridberga mouerent, inhumanitatis monumentum conſignarunt cineribus Vrſellárum; cuius oppidi incendio, donec totum abiret in flammas, immites oculos oblectarunt; hoc excidio ſuis, qui antea hic loci, vt dictum, cladem acceperant, quaſi parentantes.

Adlzreitter l. d. § XXX p. 479, *Puſendorffius* l. d. § XXXI p. 586.

Iidem duce Turennio, cum Bauari, relictis apud Aſchaffenburgum caſtris, Miltenbergam & dein per ſiluam Othonicam Heilbronnam iter inſtituiſſent, in ſtrada montana poſt Weinhemium deditione acceptum, Heppenheimium ſui fecere arbitrii.

Adlzreitter l. d. § XXXI p. 479.

Sigillatim annonæ ac redituum ſupremus curator, iúrique præfectus dicundo (*Intendentem* vulgo vocant) ſub finem anni acerrime Electori, atrociterque minari cœpit, cauſſatus, neminem animo ab Rege Galliarum magis auerſo eſſe, quam ipſum. Id ita perſpicuum eſſe, vt Monaſterii oculis iudicari poſſit. In eum, in diœceſin Moguntinam, omneſque Sedi ſubditos id ſe grauiter ac ſeuere vindicaturum.

LXIV Tametſi vero non ab eo, a duobus tamen aliis, gente Italis, quorum vni nomen erat *Octauiano*, alteri *Auguſtino*, graue ei anno ſubſequenti MDCXLVI impendit periculum; quod tamen commodum & in tempore ipſo Deus auertit. Prius enim, quam ad finem venit, quod ſuſceperant ſcelesti ſcelus, in vincula a Cæſareis abducti & in quæſtionem poſtulati ſunt, hic Höchſtæ, ille Ehrenbreitſteinii; quamuis ea, quæ confeſſi erant, tantopere obtegebantur, vt nil explicate emanarit. Ad *Anſelmum Caſimirum* interimendum pactione quadam conducti omnium dicebantur ſermone. *vix aſſaſſinum euadit.*

Iuuat, periculi huius hoc diſtinctius percipiendi gratia, litterarum quarundam huc pertinentium particulam ſubiungere. *P. S. Auch Hochgeehrter Herr Cantzler — VVas ſich zu Francfurt mit beden Italianern* Auguſtin *vnd* Octauiano *vergangen, ſolches vvürd dem Herrn Cantzler beſſer als mihr vviſſends ſein; vveillen ich von niemands, als allein Herrn* Specken *die nachrichtung erlangt, daſs ſelbige vvegen vorgehabter mörderiſcher ſtucken gegen Ihre Churf. Gn. zu hafften gebracht, vnd nach Königſtein geführt vvorden ſeyen. Andern aber alhier in der Statt, vnd inſonderheit dem von* Gemmingen *ſeinth zimbliche particularia zukommen, vnd mihr communicirt vvorden; vnd vvolle faſt dabey verlauten, ob ſollten leute hiebey intereſſirt ſein, denen es herkommens, ſtandes, vnd ehren halber nimmermehr hette zugetrauet vverden können. Mihr fiele aber hiebey zue gedechtnus, vvas vom* Octauiano *zu Mainz* de tribus Beſtiis *geſagt vvorden; ich aber nachgehents gehöriger orthen hinderbracht, dem Herrn C. auch ohne zvveiffel vviſſend ſein vvürdt. VVas nuhn demſelben von obgenanten aſſaſſinement vorkommen ſein mag, davon bitte ich grgl. nachricht, bevorab, vveillen alhier verlautet, daſs ſolches auff* Ihre Churf. Gn., *Herrn* Groshofmeiſter *, *H.* Bleymann **, *vnd noch eine perſon, ſo noch zuer zeitt vnbekant, angeſehen gevveſen &c. Oſnabruck den* 1 *Merz* 1646.

* Erat is *Gerhardus* de *Waldenburg* dictus *Schenckern*.
** Erat is Pecuniarum in Imperio receptor, agnomine *Hubertus*.

LXV Ceterum haud alia hoc, quam ſuperioribus annis, rerum Moguntinarum erat facies, Succo-Gallis & Cæſareo-Bauaricis ſe mutuo varia fortuna exercentibus. Sueci ſane Ameneburgo capto ac munimentis denudato, per aliquod tempus Haſſis iuncti, in tractu iſto conſidebant, hoſtem exſpectantes *. Cæſarei vero, qui aduerſus eos e Comitatus Hanouienſis finibus mouerant, fami diſpellendæ longe lateque excurrebant, prædaſque paſſim agentes, Moguntinis non minus infeſti erant, quam aliis **. Mox Turennius, quatuor peditum phalangibus & duabus equitum legionibus Moguntia aduenientibus obuiam *miſero tum temporis.*

profectus, Steinhemium ex itinere expugnauit, non exigua penu a Cæſareis ibi congeſta potitus †. Inde copias ſuas cum Vrangelio conſociauit, a quibus Aſchaffenburgum, præſidiariis reſiſtere haud auſis, ſubactum. Seligenſtadium vero a Gallis igne fœdum in modum deformatum fuit, hoc obtentu, quod crederent, a ciuibus ſeſe iniquius fuiſſe habitos ††.

* *Puſendorffius* lib. XVIII § XIV p. 630.
** *Idem* l. d. § XVI p. 631.
† *Idem* l. d. § XIX p. 632.
†† *Idem* l. d. § XXI p. 632, *Adlzreitter* lib. XXX § XXIV p. 497.

Paucis poſt diebus Cæſarei Bauarique, vt ſuis ſuccurrerent, ac Sueco-Gallis in Bauariam illatis reſiſterent, e finibus Wetterauiæ progreſſi, Steinhemium, Aſchaffenburgum, & Miltenbergam rurſus inſederunt.

Puſendorffius l. d. § XXIV p. 634.

& poſtea rerum Moguntinarum ſtatu. LXVI Nec melior quidem anno MDCXLVII ſecuto rerum Moguntinenſium erat conditio. Cum enim Turennius initio Aprilis copias ſuas hinc inde per Sueuiam ad Rhenum vſque & viam montanam diſtribuiſſet, valida manu in agrum Moguntinum mouit, & milite, qui *Anſelmi Caſimiri* iuſſu, Bobenhuſa relicta, Aſchaffenburgum properabat, partim cæſo, partim capto, oppidum nemine reſiſtente ſtatim cepit, & breui poſt arcem ipſam, præfectis dimiſſis, gregariis ſub ſigna Gallica diſtributis. Inde Hôchſtam, Cæſareo excubiarum præfecto, Webelio, qui ducentorum peditum præſidio eam tenebat, magna mœnium ruina edita ad deditionem compulſo, ſuæ fecit ditionis, ac Mœno ad Kelſterbacum ſuperato, in Gerauiam tranſiit, Gernsheimium a Cæſareis rurſus inſeſſum occupaturus.

cum Turennio tranſegit LXVII Quamuis autem *Anſelmus Caſimirus*, dum ſic premebatur, ignominioſum ſibi duceret, extrema ſenecta Cæſaris grauibus malis circumuenti partes deſtituere, ad vltimum tamen, cum in maius indies veniret diſcrimen, nulla prorſus auxilii ſpe affulgente, neceſſitati ceſſit, ac die IX Maii ſtil. Greg. ſuo & Collegii principis nomine cum Turennio ſuper hoſtilibus vtrinque intermittendis tranſegit. Leges pacti erant, vt Elector hibernorum onus quinquaginta florenorum millibus redimeret; Gernshemio Cæſareum præſidium dimoueret, deiectis ſimul munimentis, niſi quantum tegendis ſufficeret incolis; arce Starckenburg militem præſidiarium deduceret; Steinhemium Gallis traderet, eiſdemque Königſteinii & Lohnſteinii liberum ſemper permitteret tranſitum; Turennius viciſſim omnes copias e diœceſi Moguntina cis Rhenum abduceret.

Puſendorffius lib. XIX § XXVIII p. 713.

moritur Francofurti LXVIII Conuentioni huic haud diu ſuperuixit, nec belli finem, quem tam auide tum expetebat, tum exſpectabat, vidit; quippe corporis ergaſtulo Francofurti, vbi occupata a Gallis Moguntia ſedem cum aula collocauerat, die IX Octobris horam XII inter & I poſtmeridianam placido obitu ſolutus exceſſit. Obiit autem ex calculo, qui veſicam ita obſtruxerat, vt decem per dies extrema vrinæ laboraret difficultate.

deuehitur Francofurto LXIX Corpore Principum more aromatis & odoribus differto, cor vna cum inteſtinis die dicti menſis XVI Moguntiam auectum, ibidemque in crypta, quæ ſub aratum ſumma in æde *D. Gangolfi* eſt, conditum; funus vero V demum Nouembris ex æde *D. Bartholomæi* memoriæ & honori ſacra (in quam aliquot diebus ante deportatum fuerat) mane poſt horam VII, aulicis & Senatu *Moguntiam* ciuitatis proſequentibus, ad ripam Mœni deductum, nauique impoſitum fuit, vt Moguntiam deueheretur. Quod dein Coſthemii excipiebant nuncupati a demortuo vltimæ voluntatis ſuæ vindices, *Adolfus Hund* de *Saulheim*, maioris Decanus, *Hugo Eberhardus* Comes *Cratz* de *Scharpfenſtein*, Cuſtos, & *Philippus Ludouicus* L. B. de *Reiffenberg*, ædis ſummæ Canonicus; Moguntiæ vero Cleri primarii nomine *Ioannes Vdalricus* ab *Andlau*, & *Hugo Fridericus* ab *Elz*, maioris Canonici: quibus deducentibus in æde, quam modo dixi, *ibique ſepelitur.* *D. Gangolfo* ſacra depoſitum, & biduo poſt in baſilicarum maxima ſolitis cæremoniis terræ mandatum fuit iuxta tumbam Cardinalis & Archiepiſcopi *Alberti* a ſiniſtris in choro maiori. Stanneo autem conditus loculo eſt.

LXX

LXX Hæc inter autem ſigilla Electoralia, quod hic notare operæ videtur pretium, Francofurto Moguntiam allata, in conclaui Collegii maioris conuentibus deſtinato, die menſis Octobris XIX ex more confracta ſunt. *ſigilla interea confracta.*

LXXI Princeps fuit iuſti amans, inclitæ virtutis & religionis, facilis, benignus, qui alloquendi copiam nulli ſubiectorum denegabat; forti in aduerſis animo, magnæque conſtantiæ; tanta vero erga Cæſarem fide, vt a Principe quodam *miraculum fidelitatis Germanicæ* appellatus fuerit. Moriens ſane gratulatus ſibi fuiſſe dicitur, quod operam ſuam omnem ac dignitatem tuendis Auſtriæ rebus maximo religionis & reipublicæ bono impenderit *. Ceterum qua oris fuerit facundia, qua conſiliorum maturitate ſupra iam dictum. Hic addendum, quod litterarum ſtudia, ſi quis alius & amarit, & fouerit, & prouehere allaborarit. Sane, quum temporum malignitate atque iniuria Moguntiæ langueſcere cœpiſſent, ſingulari ea reſuſcitauit contentione, lectionibus tum philoſophicis tum theologicis, vrbe a Suecorum iugo liberata, inſtauratis. Quin diſputationibus publicis, ſollemnitatibus item academicis, in quibus bene meritis ſupremi honores litterarii conferebantur, ſæpius ipſe præſens intereſſe haud dedignatus eſt †. *laudatur a virtutibus.*

* *VVagner* hiſtor. Leopoldi M. lib. IV p. 308.

† Anno MDCXXXVII id genus feſtiuitati cohoneſtandæ miſit legatum. Aliis an. MDCXL d. IX Iulii, & an. MDCXLII rurſum alii, d. V Iulii celebratæ, præſens ipſe interfuit, ſicuti antea trium hebdomadum ſpatio tribus diſputationibus; vni theologicæ; alteri phyſicæ; tertiæ philoſophiæ rationalis ſiue logicæ. Anno MDCXLIII, MDCXLIV item, rurſus id genus panegyri academicæ præſentia ſua decus attulit ac ſplendorem.

IOANNES PHILIPPVS.

I

Iuſtis funebribus *Anſelmo Caſimiro* ſolutis, princeps ſummo Canonicorum Collegio cura fuit, vt defuncto ſucceſſorem tantæ moli & virtute & prudentia & auctoritate parem ſufficerent. Iunctis autem vt voluntatibus, ita ſuffragiis, cum XIX dies Nouembris, Præſuli nouo deſignando præſtitutus, illuxiſſet, elegere Celſiſſimum Herbipolenſium Antiſtitem, *Ioannem Philippum*, Principem tum ſapientiæ & conſilii maturitate, tum vigilantis non minus ingenii, quam moderationis expertæ laudibus tunc inter alios primum. *Eligitur Archiepiſcopus*

II Originem is ducebat e gente, vti priſcæ virtutis nobilitate & ornamentis, ita maiorum imaginibus præter ceteras conſpicua, atque ab aliquot iam ſæculis maxime illuſtri; *Schönborniorum* ſcilicet; e quibus *Eucharius* de *Schönborn*, familiæ tam ſplendidæ excelſiſſimeque florentis propagator feliciſſimus, iam anno MCXCII inclitum domi militiæque nomen ſibi peperit. *antiqua prognatus fuit familia.*

Ludevvigius, in *Epiſcoporum Bambergenſium continuatione*, col. 1070, ex ſymbolis familiæ heraldicis ſiue inſignibus coniicit, *fidenter* quidem, vt loquitur, *Schönbornios* Principali in Franconia ſtirpi vel ſanguinem debere, vel arma, vel vtrumque. Quod ego quidem in medio relinquo hoc vno nunc contentus, gentem illorum ſemper eminuiſſe viris, qui partim religionis ducti ſtudio, in nobiliſſimis metropolitanorum Moguntinæ & Treuirenſis, cathedralis item Herbipolenſis Collegiis locum magna nominis fama tenuerunt; partim conſilio & auctoritate in publicis negotiis, partim rei bellicæ ſcientia, armorumque tractatione quammaxime ſpectati fuerunt.

III Primam autem lucem aſpexit *Eſchbachii*, in ſilua occidentali, vulgari appellatione der *Weſtervvald* dicta; vnde ſingulari modeſtiæ, animique ſubmiſſi atque ab omni ſupercilio alieni ſigno, Nobilem ſe vocare ſolebat in aſpero illo Weſtervvaldiæ tractu prognatum. Et natus quidem fuit anno MDCV, die Auguſti VI, patre *Georgio* de *Schönborn*, matre *Maria Barbara*, *Philippi* von *der Leyen* & *Annæ* de *Heppenheim*, *dictæ* a *Saal* filia; auis vero, proauis, abauiſque *vbi, & quibus parentibus natus fuerit.*

abauiſque his, quos in ſequenti ſchemate, cum Moguntiæ anno MDCXXV, inter primariæ claſſis Canonicos recipi deſideraret, ipſe enumerauit.

* *
*

litteris & artibus vacat.

IV Rara cum eſſet animi indole, diuinis auſpiciis mature non minus ad artium humaniorum, quam virtutis decus capeſſendum ferri cœpit, parentibus optimis nullam non illius bene recteque educandi rationem ineuntibus. Et prima quidem litterarum rudimenta Weilburgi poſuit in ludo publico *; annis vero maturior Aureliis, vrbe in Galliis tam ſermonis & morum elegantia, quam doctrinæ ſtudiis celebratiſſima, qui bonarum mentium ardor eſt, quicquid reperit egregium vtilitati ſuæ impendit, & præter ſcientiæ & eruditionis liberaliter locupletandæ rationes, exercitiis, quæ claritudinem natalium ſuorum decebant, palæſtricæ, equeſtri, aliiſque id genus heroico ingenio dignis ſtudioſe vacauit.

* Vid. *Ludonici* Schul-hiſtorie parte IV p. 40.

** P. *Schvvan* p. 4 leſſus panegyrici eidem dicti.

meret Caſari.

V Nec contentus, his omnibus probe perpolitum eſſe, animi, quam e ſtirpe traxit, vi ad rei etiam bellicæ tractus ſtudium, militiam aliquandiu ſub ſignis Cæſareis ſecutus eſt, & quum manu ſtrenuus eſſet, conſilio autem bonus, meruit, vt in legione ſiue cohorte Hatzfeldica turmam duceret equeſtrem.

P. *Schvvan* l. d. *VVagnerus* lib. I hiſtoriæ Leopoldi M. p. 27.

eccleſiaſtico vitæ generi ſe reddit.

VI Memor autem, ſe tam Moguntiæ, quam Herbipoli ſacra profeſſum eſſe, miſſa militia eccleſiaſtico vitæ generi ſe reddidit, ac id operam dedit, vt quos ingenii, ſcientiæ, vſus, experientiæ collegerat theſauros, cum vtriuſque Præſulatus ſalute communicaret.

Herbipoli anno MDCXXI, cum XVI annorum eſſet adoleſcens, die II Octobris, & anno MDCXXV Moguntiæ Domicellaris factus eſt. Anno MDCXXIX d. XV Sept. Herbipoli e Domicellarium Ordine in Capitularium adſcendit claſſem.

Herbipoli primum Præpoſitus ad B. Burchardi.

VII Quo factum, vt hic pariter & illic in magna verſaretur laude, & ad ſummos tandem ſuccederet honores. Herbipoli ſane primum anno MDCXXXV, die XV Nouembris Præpoſiti locum ad *D. Burchardi* obtinuit *; dein anno MDCXLII, d. XVI Auguſti ſedem iniit ipſam, *Franciſco*, gente *Hatzfeldio*, Antiſtiti prouido, graui, docto, munificoque ſurrogatus: Moguntiæ vero anno, vt dictum, MDCXLVII ad celſiſſimi culmen honoris virtutis merito prouectus eſt. *poſt Epiſcopus renunciatur.*

* P. *Schvvan* l. d. p. 5.

ſuſcipit ſacros Ordines

VIII Hæc inter autem, vt muniis, ad quæ adſpirarat, rite fungi poſſet, ſacros ſuſcepit ordines. Et primum quidem anno MDCXLII, principio ſtatim regiminis ſacri, a *Fabio Chiſio*, poſt *Alexandri VII* nomine in Pontificiam impoſito cathedram, Diaconus ordinatus; dein anno MDCXLV die VI Iulii a *Wolthero*, Epiſcopo Aſcalonenſi, *Anſelmi Caſimiri* per Thuringiam & Saxoniam in pontificalibus Vicario, ſacerdotis dignitate, & tandem die VIII Septembr. ordine Epiſcopali, eodem ſollemni ritu inaugurante, initiatus fuit.

euadit graue periculum.

IX Sed vt eo redeam, vnde digreſſus ſum, Superum decreto Sedi Moguntinæ deſtinatus, cum ad comitia Epiſcopalia iret, in via in perditiſſimum quendam militum prædantium vel potius latronum globum delapſus, diuina ope ex præſentiſſimo emerſit periculo, ſaluuſque, licet rapacitatem illorum haud penitus euaſerit, Moguntiam peruenit.

Tetigit hunc caſum Illuſtris *Seckendorfius* in acclamatione votiua *a*) 3, & tam ſcite quam breuiter, *Nefarium*, inquit, *omnino fuit, æternaque infamia dignum facinus illud, quo te ad Epiſcopalia comitia euntem perditiſſimi latrones inuadebant; exitioſum etiam reipublicæ, niſi benignius Imperii fatum*

IOANNES PHILIPPVS
de
SCHÖNBORN.

Georgius *de* Schönborn.

Philippus *de* Schönborn.

M

Agatha Donnerin *de* Lorheim.

Io

Ieb

Maria Barbara *von* der Leyen.

Philippus *von* der Leyen.

Anna *de* Heppenheim
dicta *a* Saal.

Digitized by Google

Georgius *de* Schônborn.	Ioannes *de* Schônborn.	Ioannes *de* Schônborn.
		Eulalia *de* Winnenberg.
	N. Weyerin *de* Nickenich.	N. Weyer *de* Nickenich.
		Irmgardis Sünderin *de* Senheim.
Margareta *de* Mudersbach.	Iohannes *de* Mudersbach.	Iohannes *de* Mudersbach.
		Anna *de* Lüzenrod.
	Eliſabetha *de* Effern.	N. *de* Effern.
		N. *de* Gymnich.
Ioannes Donner *de* Lorheim.	Ioannes Donner *de* Lorheim.	Diethervs Donner *de* Lorheim.
		Anna Rothin *de* Burg-Schwalbach.
	Agnes *de* Braumbach.	Godefridus *de* Braumbach.
		Chriſtina *de* Carben.
Liebmuthis Koetin *de* Wanſcheidt.	Werner Koet *de* Wanſcheidt.	Wernerus Koet *de* Wanſcheidt.
		Noppurgis *de* Engelſtatt.
	Barbara Mudſchidlerin *de* Ebermanſtatt.	Georgius Mudſchidler *de* Ebermanſtatt.
		Eliſabetha Geilingin *de* Schröder.
Melchior *von* der Leyen	Andreas *von* der Leyen.	Cuno *von* der Leyen.
		Margareta Wilich *de* Alzey.
	Barbara *de* Rüdesheim.	Melchior *de* Rüdesheim.
		Vrſula Bois *de* Waldeck.
Margareta *de* Ingelheim.	Ioannes *de* Ingelheim.	Carolus *de* Ingelheim.
		Dorothea Brendelin *de* Homburg.
	Eliſabetha *de* Reiffenberg.	Marſilius *de* Reiffenberg.
		Margareta *de* Staffel.
Conradus *de* Heppenheim dictus *de* Saal.	Andreas *de* Heppenheim dictus *a* Saal.	Andreas *de* Heppenheim dictus *a* Saal.
		Viola *de* Reiffenberg.
	Mechtildis Rothin *de* Burg-ſchwalbach.	Ioannes Roth *de* Burgſchwalbach
		N. *de* Selbach.
Dorothea *de* Oberſtein.	Ioannes Sifridus *de* Oberſtein.	Emas *de* Oberſtein.
		Dorothea *de* Erlenbach.
	Margareta Wilich *de* Alzey.	Philippus Wilich *de* Alzey.
		Helena *de* Erenberg.

Digitized by Google

tum vel diuina potius cura ſeruaſſet orientem in te felicitatem , quam ſceleratiſſimi mortalium ereptum nobis ibant. Ita ſpoliandus eras , vt depoſito omni adſcititio ſplendore ſatis coruſcus virtutibus tuis , tuam iam vrbem ingredereris.

vnanimi autem conſenſu & applauſu electus fuit Moguntiæ.

X Ibi vero , Hiſpanis incaſſum reluctantibus †, vnanimi ſuffragantium conſenſu * , communique omnium applauſu & congratulatione **, in locum *Anſelmi Caſimiri* ſuffectus eſt. Spes enim minime dubia erat , fore , vt Moguntinenſis eccleſiæ clauos , ſicuti hactenus Herbipolenſis , prouide tractaturus ſit , prudenterque. Nec exſpectationi euentus defuit. In rebus namque tractandis erat impiger , prouidus , patriæ amans , conſilio & auctoritate ſpectatus , cum domi tum foris per vniuerſam Germaniam maximæ laudis Antiſtes.

† Prodit id *Pfannerus* hiſtor. pacis Weſtphal. lib. IV § LXXXV p. 516 ; *Acuit Proteſtantium curam* Franciſcus Guilielmus , *Oſnabrugæ Epiſcopus , acerrimus Auguſtanæ Confeſſionis hoſtis , Hiſpanorum artibus , vt , defuncto nuper* Anshelmo Caſimiro , *Moguntiæ Archiepiſcopo , noui Præſulis electioni , Nuntii Pontificii loco , adeſſet , & ſi res procederet , magno concordiæ turbamento , ſucceſſor deſtinatus ; Bauaro contra , modeſtiorum Catholicorum præcipuo , ni Hiſpani rebus abſtrahi ſe Cæſar pateretur , vna cum Franconia , Sueuia , Bauaria , vtrinſque Saxonia , aliiſque Proceribus pacis cupidis , ſibi conſulturum , miſeriæque exiturum , teſtificante.*

* Diſerte id ſcribit *Adlzreitter* annal. Boicor. parte III lib. XXXII § XLVIII p. 522 , eundemque cælitus datum non immerito cenſet.

** Teſtis ſit *Puſendorffius* , qui lib. XIX rerum Suecicarum § CLXXX ita loquitur ; *In eius (Anſelmi* ſcilicet *Caſimiri) locum ſuffectus eſt* Ioannes Philippus , *Herbipolenſis Epiſcopus , Euangelicis æque ac Catholicis dilectus atque æſtimatus , qui neque Cæſari , neque Bauaro obnoxius , ſed patriæ amantiſſimus habebatur ; vnde iſto Directore Ordines non ſolum , ſed & ipſi Galli magnopere lætabantur.*

profeſſionem fidei edit.

XI Vt autem ſolita ſtabiliendi honoris munia expleret , anno MDCXLVIII menſe Martio Aſchaffenburgi profeſſionem fidei ſollemniter , vt moris eſt , edidit , ac Sedi Pontificiæ , coram *Hugone Friderico* ab *Elz* , Metropolitanarum Moguntinæ & Treuirenſis comparate Chorepiſcopo & Canonico , cui *Fabius Chiſius* ſuas partes commiſerat *, obſequii religione ſeſe deuinxit.

* Teſtibus , quæ ſuperant , litteris ; ex quibus potiora huc afferre lubet ; Fabius Chiſius — *Epiſcopus Neritonenſis , SS. D. N. D.* Innocentii *diuina prouidentia* Papæ X, *ac prædictæ S. Sedis ad tractum Rheni ac alias inferiores Germaniæ partes , nec non Monaſterii VVeſtphalorum ad tractatus pacis vniuerſalis cum poteſtate Legati de Latere Nuntius. Dilecto nobis in Chriſto , Reuerendo & Perilluſtri* D. Hugoni Friderico *ab* Elz — *Cum pro noſtra legationis munere de qualitatibus Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi D.* Ioannis Philippi , *electi Archiepiſcopi & Electoris Moguntini , conuenientem fecerimus inquiſitionem , ob locorum vero diſtantiam , & grauiſſimis conciliandæ inter Chriſtianos Principes pacis negotiis nomine ſanctæ Sedis præpediamur , quo minus profeſſionem fidei a præfato Eminentiſſimo Electo in manibus noſtris recipere , ac ſuper ſtatu eccleſiæ Moguntinæ informationem ſufficientem habere valeamus , Dilectioni veſtræ , de cuius prudentia & integritate in Domino confidimus , per præſentem committimus , vt profeſſionem fidei in manibus veſtris emittendam , ſeruatis ſeruandis recipiatis — — Monaſterii 22 Febr. 1648.*

pallium conſequitur.

XII Tum vero diebus ſequentibus ab *Innocentio X* tam dignitatis Archiepiſcopalis ſibi collatæ confirmationem , quam ſollemne ornamentum , pallium ſcilicet , qua par erat reuerantia petiit , legato vſus *P. Benedicto Leodio* , Capucinorum familiæ alumno , & tum temporis Conuentus Monaſterienſis Guardiano ; qui menſe Aprili Aſchaffenburgo Romam conceſſit , & anno ſequenti iſtud honoris inſigne , vna cum Bulla Id. Septembr. an. MDCXLIX ſignata , attulit : quod dein Antiſtes Vormatienſis & Epiſcopus Aſcalonenſis ex præcepto pontificio *Ioanni Philippo* circumpoſuere.

pacificationis promo-

XIII Ipſe interea promouendo pacificationis negotio omni intentus ſtudio huc ſua vertit conſilia , vt compreſſis belli , quod Germaniam per tot annos

Digitized by Google

...tium. grauiſſime afflixerat, motibus, res ad pacis conditiones Monaſterii ac Oſnabrugæ in Weſtphalis adduceretur.

Teſtis ſit rurſum *Pufendorffius* l. d. lib. XXI § XXVIII p. 926; *Moguntinus Elector hactenus egregiis conſiliis vſus ad concluſionem pacis, eiuſque executionem haud ſpernendam operam contulerat.* & § LIII p. 933; *Idem* (Carolus Guſtauus Palatinus) *ſub finem Martii Herbipolim ad Moguntinum Electorem accedit, cum ipſo ſuper inſtantibus tractatibus ſermones collaturus, velut qui præ omnibus Catholicis moderata conſilia ſecutus fuerat, egregia opera ad concludendam pacem nauata.*

cum Landgrauia Caſſellana tranſigit. XIV Paullo ante vero, quam tabulæ pacis confectæ ſubſignarentur, vt ipſe commodis ſuis, ſi quis alius, tempeſtiue norat conſulere, ad peculiarem cum Landgrauia Caſſellana pactionem, euentu prorſus opportuno, adiit. Vt enim ſtudiis illius, quantum licuit, hactenus ſeruierat, ſic illa eidem præfecturas Ameneburgenſem, Fritzlarienſem, Neoſtadienſem, & Naumburgenſem, quæ ab initio ſtatim belli ad id uſque temporis Haſſiacis tributariæ fuerant, reſtituit, & pecuniam ſibi vigore pacificationis dictæ a ditionis Moguntinæ populo pro rata pendendam amice remiſit. Actum id Hoſhemii die XXIV Septembris.

Executionem pacis promouet. XV Pace promulgata ad maturam conuentorum executionem operam contulit haud ſpernendam *. *Carolo* ſaltim *Guſtauo*, Comiti Palatino ad Rhenum, & exercitui Suecico ſummo cum imperio præfecto, ſemel atque iterum pollicitus eſt, ſe pro virili incubiturum, vt pacis leges examuſſim impleantur; primum quidem an. MDCXLIX Herbipoli **; dein anno ſequenti MDCL Kitzingæ †.

* *Pufendorffius* l. d. § XXVIII p. 926, vt modo dictum.

** *Idem* l. d. § LIII p. 933; *Idem* (Carolus Guſtauus) *ſub finem Martii Sueinfurto Herbipolim ad Moguntinum Electorem accedit — a quo magnifice acceptus, poſt plures congreſſus iterum Sueinfurtum abiit. Pollicebatur* Carolus Guſtauus *miſſionem militum curæ ſibi fore.* Moguntinus *pro reſtitutione Ordinum ſe connixurum; quo fine & ſuos Norimbergam ſit ablegaturus. Cum tamen Suecicus Dux de legionum combinatione ac inchoanda iam exauctoratione, eoque fine emiſſis aſſignationibus pecuniariis mentionem faceret,* Moguntinus *ſe cum aliis Ordinibus deliberaturum reſpondebat. Cui viciſſim* Carolus Guſtauus *oſtendebat, hac ratione a Regina arma honeſte ac tuto poni non poſſe, præſertim cum recentia ac vetera exempla doceant, quanta cum circumſpectione eiuſmodi negotium ſit ſuſcipiendum; Ordines ipſos cauſſam præbere, quare onere, cuius diuturnitate tantopere ingemiſcant, ita breui, ſicut ipſe optet, leuari nequeant. Nam ſine pecunia exauctorationem militum peragi non poſſe, nec id conuentis pacis congruere. Simul oſtendebat, ſe non integram ſummam ſimul expoſcere, ſed pro ratione copiarum ſucceſſu temporis exauctorandarum, modo integra ſumma ad communis exauctorationis vſum in promptu ſit. Obiter quoque de locis quibuſdam in Suecorum manu relinquendis, quoad reſtitutio plene facta ſit, iniiciebat: id quod Elector haud improbare videbatur.*

† *Idem* lib. XXII § XXIV p. 968; *Maturando tractatui* Carolus Guſtauus *conſultum indicabat, cum Moguntino Electore ſermones conferre. Nam & eundem negotium Franckenthalienſe ob vicinitatem non parum tangebat, & ipſe magnæ inter Principes auctoritatis, Bauaroque tunc coniunctiſſimus habebatur. Huic cum de ſuo deſiderio oblique inſinuaſſet, dies, quo Kitzingæ congrederentur, dicitur.* 5 Maii 25 *Huic exponebat* Carolus Guſtauus, *quid difficultatis inciderit; ſimul conſilium exquirit, quid remedii opponendum ſit incommodis, quæ ex detentione Franckenthaliæ & locorum a Lotharingo inſeſſorum immineant.* Moguntinus *ab iſto acta penitus probare; ac ſe quoque pro virili incubiturum, vt pacis leges examuſſim impleantur. Tum id comprimis reſpiciendum, ne Cæſar præter principali conuentione conceſſas legiones quid copiarum retineat; quod metuendum ſit, ne domus Auſtriaca Hiſpanicas turbas in Germaniam deriuatum eat. Quo fine defenſione ab Ordinibus adornata opus fore, quamdiu inter Gallos Hiſpanoſque bellum duret. Etſi ipſe huius negotii autor audire nolit, iam antea Cæſari ſat inuiſus, & ne videatur peculiare emolumentum captare: ſed commodius fore, ſi a Regiis iſta proponantur. Monebat quoque, ne ad prolixas diſputationes cum Cæſareis deſcendat, quod Volmarus tempus extrahere cupiat, eludenda, quam Ordines meditentur, defenſioni. Denique vt Cæſareos acriter vrgeat ad reddendum Franckenthalium, aut probandum ſequeſtrum Hermanſteinenſe: ſi abnuant, cum Ordinibus conſilia vireſque iungendas, vt legibus pacis vtique ſatisfiat.*

Qui

Qui ſi ad communem defenſionem adduci nequeant, ſaltem ſe cum Bauaro, VVurtembergico, Caſſellano, viciniſque Principibus ac Epiſcopis, Ciuitatibuſque fœdus defenſionis cauſſa initurum, adſcitis quoque Regibus. Id quippe legibus Imperii congruere, ac ſibi velut Imperii directori eam curam præcipue incumbere. Nec dubitare, quin Regina iſtud opus promotura ſit. Conferri huc merentur litteræ *Caroli Guſtaui* ad *Ioannem Philippum*, tom. VI *Londorpii* cap. CXXIII p. 563, & *Ioannis Philippi* ad *Carolum Guſtauum* ibidem cap. XXIV p. 566 & ſeq.

XVI Similiter cœpit cum Electore Palatino de reluenda, vt conuentum erat, ſtrada montana agere, miſſis Francofurtum negotio huic conficiendo legatis ſpectatiſſimis, *Ioanne* de *Heppenheim* dicto *de* Saal, Canonico Moguntino & Locumtenente Aſchaffenburgenſi, *Philippo Ervvino* de *Schönborn*, Satrapa Steinheimenſi, & *Ioanne Iacobo* de *Laſſer*, Conſiliariis ſanctioribus; quibus a Collegio metropolitano adiuncti *Ioannes Suicardus* de *Waltbott*, Canonicus, & Syndicus Capituli *Adamus Freisbach*; quamuis obiacente variarum remorarum cumulo ei demum anno ſequenti MDCL extrema manus impoſita fuerit, peculiari ſuper eo conuentione menſe Septembri in litteras miſſa, & ſumma dein centum millium florenorum anno MDCLI Carolo Ludouico ſoluta. *Strada montana reluitur.*

XVII De cetero, quum Treueri mutuis ſeſe cladibus tum attererent Princeps Elector, ac primariæ claſſis Sacerdotes, a Cæſaris ac Principum Legatis in Comitiis Norimbergenſibus pro executione pacis nuper compoſitæ collectis controuerſiæ iſtius dirimendæ delecti arbitri, *Maximilianus Henricus* Colonienſis, *Melchior Otho* Bambergenſis, & primo loco *Ioannes Philippus*. Vt igitur cognoſcendæ illi & ſedandæ manus admoueretur, haud cunctatus eo miſit *Fridericum Greiffenclavv* de *Volrats*, Conſiliarium ſanctiorem, & Vicedominum Rhingauiæ: qui iuncta cum legato Colonienſi & Bambergenſi opera rem tandem eo deduxit, vt poſt longam diligentemque cauſſæ totius diſcuſſionem, die XXIII menſis Auguſti, certis conditionibus ad pacis vſum reuocaretur. *Treuirensis Electorem cum Capitulo componit.*

Vid. *Maſenius* annal. Treuirenſ. lib. XXV § CXXIV p. 544, & § CXXIX p. 545 & ſeq.

XVIII Et quum tranſactionis iſtius tempore *Carolus Caſpar* de *Petra* ſiue *von der Leyen*, Collegii Cantor, *Philippo Chriſtophoro* datus cum ſpe ſuccedendi Adiutor, poſtea a Pontifice non modo confirmatus, ſed Archiepiſcopus etiam deſignatus fuiſſet Rhodienſis, ne Sedem Romanam multo ſumtu & labore accedere cogeretur, ab *Innocentio* Papa *X Ioanni Philippo* litteris anno ſequenti MDCLI, V Non. Iul. ſignatis, commiſſum, vt ab eo, ſecundum formulæ miſſæ præſcriptum, fidei exciperet profeſſionem; quod & anno poſtero MDCLII Herbipoli ritu ſollemni, præſentibus tabellione publico & ſeptem teſtibus, factum, vt ex reſponſoriis ad Papam die XXXI Maii datis patet. *ab Adiutore Treuirenſi confeſſionem fidei excipit.*

XIX Cæſari interea e re videbatur, Ordinum Imperii agere Comitia; quo etiam fine eiſdem litteris die Aprilis XXVII datis ad conueniendum diem dicebat. Erat is XXXI Octobris; locus vero, quo conuenirent, Ratisbona. Ante vero, quam inchoarentur iſta, cum ſuis tum reipublicæ rationibus putabat conducere, ſi Principibus Electoribus colloqueretur. Pragam igitur eoſdem inuitabat; quo etiam *Ioannes Philippus* conceſſit, multa beneuolentiæ ſignificatione ab eo (qui ei ad album vſque montem cum coniuge, filio Boiemiæ Rege, totoque comitatu aulico obuiam profectus erat) exceptus. Diebus aliquot ibidem inter mutua cum Cæſare ac Collegis colloquia poſitis, die IX Nouembris præſtito coram Saxone, Octouirum ſeniore, iureiurando vnionem, vt vocatur, Electoralem firmauit, & inde Ratisbonam diſceſſit.

Pfannerus hiſtor. Comitior. lib. I § IV p. 6 & ſeq. *Pragam igitur inuitati pertractique, non exquiſita tantum humanitate hoſpitii culti, ſed & conceſſis, quæ quiſque expetierat, ita deliniti, vt deſideriis ſuis Cæſar pleroſque non faciliores modo, ſed & obligatos haberet, de fauore eorum atque ſuffragio ſecurus. Quamuis etenim religioſiſſimo ſilentio cuncta tegerentur, non tamen omnino falli poterat publica exſpectatio, magni ſecreti impatiens; atque male coercitam famam ſupprimentes augebant.* Moguntinum *quidem addicta Kitzinga parte, Herbipolenſi Epiſcopatui cum Brandenburgicis Culmbacenſibus atque Onolsbachiis controuerſa;* Treuirum *opulentiſſimo S. Maximini cœnobio, quod olim inuaſiſſe, Anteceſſori crimen fuerat;* Palatinum *ſpe*

agri Simmerenſis patruo auferendi, Brandenburgium *denique promiſſis, non prius in fidem* (ad inueſtituram) *Ordinumque locum atque iura ſeſe Suecos accepturum, quam de Pomerania finibus vectigalibuſque conueniſſet, partibus Imperatoris adſtrictos fuiſſe, ipſo mox euentu cognitum eſt.*

Cæſaris poſtu,

XX Cæſarem autem ſollicitudo inceſſerat, præuertendi, quas animo proſpiciebat, tempeſtates, ſi ipſe, nullo ſucceſſore delecto, diem clauderet. Curas intendebat adrepens paullatim ſenectus & valetudo non adeo firma. Ratiſbonam igitur cum veniſſet, litteris quinto ſtatim ab ingreſſu ſuo die (erat is XVII Decembris) ſignatis *Ioannem Philippum* rogauit, velit cum Collegis Electoribus de Rege Romanorum eligendo quantocius agere. qui proin haud cunctatus, die XXII Ianuarii anni MDCLIII ſecuti eiſdem conuentum ad d. XXIV Maii Auguſtæ Vindelicorum habendum indixit.

collegis diem Reg. Roman. creando indicit.

Ferdinandū IV eligit & inungit,

XXI Is cum appropinquaret, illo ſe contulit, ac die XVIII menſis dicti felicibus auſpiciis vrbem ingreſſus eſt. Inde, deliberationibus finitis, pridie Kal. Iun. quo in ſuffragationes itum eſt, *Ferdinandum*, Hungariæ & Bohemiæ Regem, Regem Romanorum dixit; quem dein Ratisbonæ die XVIII Iunii, qua ſolet magnificentia & pompa ſacrorum, inunxit; Colonienſi, qui ſecundum A. B. normam ſui id muneris eſſe contendebat, ſollemnium obteſtationum formulam interponente *.

* Vid. *Lundorpius* tom. VII cap. CXXVI p. 48; qui etiam cap. CXXVII ſequenti p. 48 & ſeq. *Maximiliani Henrici* ſic inſcriptam *Breuem informationem*, & cap. CXLII p. 61 & ſeq. *Ioannis Philippi* reſponſionem ad eandem habet. *Pfannerus* lib. II hiſtor. Comitiorum § LXXI p. 273; *Temperandis animis Cæſar decreuit, nulla Colonienſis noxa, atque incolumi, quantocunque polleret, iure, Moguntino vt hac ſaltem celebritate concederet. Atque ipſe Moguntinus, diſſidii haud auidus, vacuum Colonienſi locum daturum ſpoponderat, ſi ſponte huius id factum, læſo nuper ex lapſu brachio incommodius vtentis, neque Præſulum Moguntinorum fraudi id fore, litteris iſte teſtaretur. Iamque ad vim res ſpectabat, paratis vtrinque prætorianis atque ſatellitibus, qui Dominum quiſque munia ſua peracturum ipſo in templo tuerentur. Abſtinuit tamen pugna Colonienſis, Cæſaris inclinante in Moguntinum gratia deterritus, de iniuria ſibi facta inter ipſa regiæ inaugurationis ſolennia publica teſtatione* (per Notarium & teſtes) *properoque ex vrbe diſceſſu doloris ſui impatientiæque argumenta edidiſſe contentus. Atque vt Cæſari quoque ſeſe ſuccenſere iſte noſſet, paullo poſt in vrbem, qua iratus exceſſerat, ad viſendam Cæſaris matrem, iiſdem cum filio ædibus commorantem, reuerſus, atque poſt breue colloquium, Cæſare ne ſalutato quidem, ad Treuerum, Neoburgium, atque Darmſtadinum digreſſus, ædes extra vrbem ſitas repetiit: ideo vrbem aulamque ingreſſus, ne quam grauiter Cæſari iraſceretur, Cæſarem, aulam, vrbemque lateret.*

inungit etiam Imperatricem.

XXII Eadem cæremoniarum dignitate poſtea die Auguſti IV *Eleonoram* Imperatricem, *Caroli II* Ducis Mantuani filiam, ſceptro, diademate, aliiſque regni decoribus exornauit; Colonienſi quidem rurſus intercedente †.

† *Pfannerus* l. d. lib. III § LXXII p. 398; *Recrudeſcebat tum temporis inter* Moguntinum *atque* Colonienſem *cœpta nuper contentio, atque hunc ſoperatus dolor, inſtantibus ſacris in honorem Auguſtæ inſtitutis, regiis pro more exornandæ inſignibus. Et quamuis, opera maxime Neoburgii, mitius iam diſſiderent, atque in conuiuiis ſe inuicem pati, ſermoneſque miſcere cœpiſſent, manſit tamen de ipſa cauſſa certamen. Et* Colonienſis, *quo commodius lite defungeretur, cauſſas abitus aut ſimulans aut arripiens,* Moguntinum, *vt vicem ſuam obiret, in Senatu rogauit: iſto conteſtante, id vero veteri inſtituto acceptoque a maioribus more, non Colonienſis mandato, ad ſeſe pertinere, neganteque, alieno perpetraturum iuſſu, quæ honeſtius multo ſuo iure vſurpet.* Ceterum conſ. *Iuncker* in continuatione *der Schau-bühne* ad h. a. cap. II § LXXVIII p. 334.

priuilegium de non appellando impetrat.

XXIII Ex eo negotiis Comitiorum perficiendis denuo ſe reddidit, & cum ſaluti publicæ, qua poterat ratione, opem ferret ac remedium, anno ſequenti MDCLIV honorificum prorſus abſtulit diploma. Cæſar enim ſuæ erga Principem tam bene de re communi merentem, Sedemque Moguntinam voluntatis perennem memoriam extare cupiens, tabulis die menſis Aprilis XXX confectis ei ſucceſſoribuſque priuilegium, vt appellatur, *de non appellando*, indulſit,

ſit, ita tamen; vt peculiare inſtituat rebus iudicatis recognoſcendis tribunal ſiue iudicium.

XXIV Ceterum vt iura impetraret regalia, & beneficia conſequeretur ab Imperatoribus & Imperio Sedi Moguntinæ tribui ſolita, Cæſarem die VI Maii more ſollemni adiit, ea requiſiturus; quæ etiam, cum fidem ſuam obſequiumque ſacramenti religione profeſſus eſſet, iure clientelari accepit. Latera petenti ſtipabant Epiſcopus Ratisbonenſis, & Princeps Lobkovvizius: pone præſto erant e Conſiliariis *Theodorus Caſpar* a *Fürſtenberg*, Moguntinæ maioris Canonicus, *Gerhardus* de *Waldenburg*, dictus *Schenkern*, & *Ioannes Chriſtianus* L. B. *de Boineburg*, ille ſupremus aulæ Moguntinenſis Præfectus, hic vero Mareſchallus. *Ius regaliũ conſequitur.*

XXV Videns autem, tum Cleri tum congregationum monaſticarum per Thuringiam mores ſuperiorum temporum iniuria a priſca ſenſim integritate receſſiſſe, vt in meliorem rurſus formam redigerentur, inſigni aduerſus religionem edito documento, *Bartholdo*, Epiſcopo Myſienſi, ſuoque in muniis pontificalibus per Thuringiam & Saxoniam Vicario, *Wilderico* de *Walderdorff*, Moguntinæ maioris Canonico & Vicario generali in eccleſiaſticis, nec non *Ioanni Vdalrico Rüger*, Doctori Theologo & Seminarii Herbipolenſis Regenti, litteris anno ſequenti MDCLV d. IX Aug. ſignatis commiſit, vt eccleſias pariter ac cœtus per Thuringiam monaſticos interuiſerent, omnique induſtria Ordinis eccleſiaſtici & monaſtici ſtatum ad veteris ſanctimoniæ vſum pro officio reuocarent. *monaſteria & eccleſias per Thuringiam inuiſi iubet.*

XXVI Dein id operam dedit, vt diſceptationes, quæ Archiepiſcopatui Moguntino cum Sede Herbipolenſi aliquot iam annis intercedebant, amice ſuſtollerentur. Erant eæ de monaſterii *Brumbacenſis* collationibus, villarum itidem *Lengenfeld* & *Wolfferſtett* terminis, idque genus quibusdam capitibus aliis. Vt ad æquitatem redigerentur, delecti, qui tum Moguntinæ tum Herbipolenſis eccleſiæ nomine rem tractarent, viri omnibus & generis & virtutis & munerum & auctoritatis laudibus præſtantes; ad componendas quidem ciuiles, *Adolfus Hund* de *Saulheim*, maioris Moguntinæ Præpoſitus, *Petrus Iacobus* de *Partenheim*, eiusdem Canonicus, & *Gerhardus* de *Waldenburg*, dictus *Schenckern*, ſupremus aulæ Moguntinæ Præfectus, Sedis Moguntinenſis nomine; Herbipolenſis vero, *Franciſcus Ludouicus Fauſt* de *Stromberg*, cathedralis Wirzburgenſis Præpoſitus, & *Ioannes Hartmannus* de *Roſenbach*, eiusdem Decanus. Ad eccleſiaſticas; idem Præpoſitus *Hund* de *Saulheim*, *Wildericus* de *Walderdorf*, Canonicus & Vicarius in Spiritualibus, nec non dictus *Petrus Iacobus* de *Partenheim*, eccleſiæ Moguntinenſis nomine; Herbipolitanæ vero præter Præpoſitum & Decanum modo memoratos, *Ioannes Melchior* Epiſcopus Domitiopolitanus, Suffraganeus Wirzburgenſis: quorum etiam induſtria ſollertiaque tum hæ tum illæ, cauſſis probe diſcuſſis, ſublatæ atque amicæ pactionis tabulis die XV Maii ſignatis finitæ fuerunt. *Sedem Moguntinam & Herbipolenſem componit.*

Secutum dein inter vtramque Sedem fœdus, hoc eodem anno die III Nouembr. in publicas relatum tabulas; luculento prorſus teſtimonio, quo ſtudio vtriuſque ſecuritati otioque *Ioannes Philippus* conſuluerit.

XXVII Annum ſequentem MDCLVII inter varia maximi momenti negotia non ſine grauibus tranſegit curis. Mortuo namque die II menſis Aprilis *Ferdinando III*, id primum penſi habuit, vt Principibus Electoribus diem nouo Cæſari creando indiceret. Simulac igitur tum Imperatrici *Eleonoræ*, tum *Leopoldo*, Hungariæ ac Bohemiæ Regi, miſſo Viennam *Friderico* de *Greiffenclau* in *Volrats*, Vicedomino Rhingauiæ, ſuam teſtatus eſſet συμπάθειαν, XIV Auguſti diem negotio illi præſtituit, litteris vnicuique Electorum tranſmiſſis, Treuirenſi & Colonienſi per *Ioannem Chriſtianum* L. B. *de Boineburg*, ſupremum aulæ Mareſchallum; Regi Bohemiæ, Bauaro, & Saxoni per *Greiffenclauium* modo dictum; Brandenburgenſi per *Philippum Caſparem* de *Bicken* *, Præfectum Eichsfeldiæ; Palatino per *Henricum Chriſtophorum* de *Griesheim*, Satrapam Ameneburgenſem. *mortuo Ferdinando III.* *Cæſari creando diem præſtituit.*

* Apud *Puſendorffium* rerum Brandenburg. lib. VI § XXI p. 408, perperam eſt *Rickius*, & in margine, *von Ricken.*

controuerſiam de iure Imperatori inungendi amica transactione finitur.

XXVIII Reuireſcebat autem præſenti rerum ſtatu controuerſia, quæ, vti ſupra dictum, ipſum inter ac Colonienſem, de iure Imperatorem coronandi vel potius inungendi, exorta & variis vtrinque ſcriptis hactenus agitata erat †. Ne igitur a verbis in hoſtiles excederet ſimultates, ſed amica componeretur transactione, ex vtriusque videbatur commodo. A qua ſententia cum nec ipſe nec *Maximilianus Henricus* alienus eſſet, factum, vt ea die Iunii XXV his finiretur conditionibus; nimirum, vt quisque in ſua diœceſi, extra vtramque vero alternis vicibus partes iſtas obiret perageretque; quæ conuentio dein in tabulas pactionum auguſtalium Leopoldi *, Ioſephi **, & Caroli † rite ſollemniterque confirmata fuit.

† Quorum quidem recenſus, reperire eſt in *Ludevvigii* parte I Commentar. in A.B. tit. IV § IV p. 476, *Struuii* Bibliotheca iuris cap. XIV § LVI p. 765 & ſeq. *Boineburgio* & *Conringio* Moguntini, *Petro a Streithagen* & *Ioanne Petro VVinzlero* Colonienſis iura propugnantibus.

* Artic. XXXVII. ** Artic. XXXVI.

† Artic. III. Ceterum legi poteſt apud *Lundorpium* tom. VIII cap. LXIV p. 121, *Thulemarium* in Octouiratu cap. XXV § XXX p. 494 & ſeq. aliosque plures.

Francofurti in negotio Electionis circumſpecte agit, tegitque.

XXIX Inde Francofurtum perrexit & partim diſceptationibus de *Vicariatu* ſiue iure adminiſtrandi interregni Bauarum inter ac Palatinum feruentibus, partim ingraueſcentibus ad fines Imperii motibus bellicis, partim diuerſis Regum exterorum de ſucceſſore Imperatori ſurrogando conſiliis ſtudiisque, in grauem omnino adductus fuit ſollicitudinem, vt tamen tanta circumſpectione rem egerit, quanta vix alius. Suos enim intra receſſus ſic ſeſe abdidit, vt quod animo intenderet, difficile eſſet aſſequi. Id autem intendebat, vt *Leopoldo* adſtrueret imperium. Qua etiam de cauſa non obſtitit, quo minus electionis negotio alia ex alia inueheretur mora, donec illi ætas ad nonum & decimum annum proceſſiſſet *.

* Breuiter *VVagnerus* lib. I hiſtor. *Leopoldi M.* p. 27 & ſeq. *In his vero, de quibus ſermo, comitiis adeo varium ſe & ſuas intra latebras reductum præbuit, vt ſuum pars vtraque crederet, & optaret, ab eodem foueri ſe vtrinque & ludi exiſtimaret. Quam in rem ea ſcena egregie ſeruiebat, quod duos primæ admiſſionis Miniſtros, alterum* Boineburgium, *adſciuerit, Gallico, alterum* Mehlium, *Auſtriaco nomini penitus deuotos. Quo commento non illepide id aſſequebatur, vt alterutrius partis odia, querelasque alterutter pro Hero exciperet; ipſe contra horum obiecta tutus ſimul & ignoratus.* Luculentius *Puſendorffius* lib. IV *hiſtor. Caroli Guſtaui* § XLIV p. 298; *Enimuero, vti verbis quidem magnificum quid minabatur Moguntinus, ita ſolidi nihil concluſum, ac ſuſpicio erat, profunda prudentia Principem omnibus artibus id agere, vt tempus extraheret, quoad Leopoldus expleta iuſta ætate per legem A. B. idoneus fieret Cæſareo diademati capeſſendo, aut circa Suecorum arma in alterutram partem aliqua mutatio fieret, interimque per fœdera ita ſe firmaret, vt ipſe aliique ad Rhenum Electores Gallum tuto contemnere poſſent, ſi electio non ad ipſius placitum cecidiſſet. Vnde ita ſe gerebat, velut Auſtriacis æque ac Gallis ſatisfacturus eſſet, quo periculum a Gallis imminens Germania auerteret, ſtudiumque in Auſtriacos occultaret, culpa in vnum & alterum e ſuis conſiliariis coniecta, ſi quid fieret, quod hunc aut ipſum offendere poſſet. Simul inſtante electione alia quædam negotia expedienda proponebat, de conciliandа inter Gallos Hiſpanosque pace, ac fœdere inter Gallos, Principesque Rheno adſitos feriendo, ad quod etiam Rex Sueciæ velut Dux Bremenſis & Verdenſis, vna cum domo Luneburgica ac Haſſiaca, ipſeque Galliarum Rex inuitabatur; iactans, hoc fœdus pro captu præſentium temporum inſeruire poſſe ad mutuam defenſionem. Et quia guarantia in Inſtrumento pacis VVeſtphalicæ haud ita perfecta ſit, vti res exigat, per eiusmodi fœdus fieri poſſe, vt iſta in pleniorem formam redigatur. Hæc atque talia differendo Moguntinus inani negotio Ordines diſtinebat, vt tamen ad penitiores animi ſenſus nemini penetrare daretur. — Ceterum Moguntinus vti cum Gallis lubrice agebat, & longe ſecus, quam iſti antea ſibi polliciti fuerant; ita & ſubinde quædam ab eo fiebant, quæ eundem Auſtriacis haud obnoxium arguebant. Cum enim legati*

gati

gati Bohemici prolatis procuratoriis Collegium Electorale ingredi cuperent, adornanda cum reliquis Capitulationi, Bauarus quidem, Saxo, & Brandenburgicus pro iſtorum admiſſione ſuffragium tulere: ſed contradixerunt tres eccleſiaſtici Electores & Palatinus, quod ad Bohemum præter ſolam electionem nihil negotiorum Imperii ſpectet. & § XLV p. 301; *Inter quæ ſpecioſis dictis Gallos lactabat Moguntinus, ſibi decretum eſſe, facta ſuper querelis Regum ad Ordines propoſitione tempus ducere, non in fauorem Leopoldi, ſed vt Bauarus interim permoueri queat ad eum honorem admittendum: ac ſi hic recuſet, vt corona ad alium, ac forte ipſum Gallum, transferri queat. Quæ omnia ab intimis ipſius ſenſibus abhorrebant, queis vtique Leopoldum Cæſarem creare deſtinarat. Præcipui eidem Miniſtri erant* Boineburgius *&* Mehlius, *quorum ille apertum ſtudium in Gallos, hic in Auſtriacos profitebatur. Vnde ſi quid contigiſſet, alterutri Regum diſplicens, in hunc aut illum culpa conferebatur — Moguntinus quoque per maiorem ſuffragiorum partem concludere conabatur, vt ante electionem pax inter Galliam & Hiſpaniam perficeretur, tantum vt tempus ſpecioſo prætextu extraheret, cum iam Leopoldo de corona Cæſarea caniſſet; qui & ea fiducia itineri Francofurtum ſeſe accingebat.* Hæc ille; quæ in compendio repetiit *Iuncker*, in continuatione *der Hiſtoriſchen Schaubühne* ad h. a. LVII cap. II § XLI p. 820 & ſeq. Ceterum huc idem conferri meretur *Puſendorffius* rerum Brandenburgicarum lib. VII § XXXI p. 416, vbi inter alia; *Atque ad hunc finem magna cum arte tendebat, in occulto Auſtriacis, palam Gallis velificatus, queis & aliquandiu ſinceri animi fidem fecerat, donec hi litterarum commercia cum Auſtriacis ſuſpectantes, ingentes faſciculos Vienna & Monachio venientes ad traiectum Rheni in aduerſa Moguntiæ ripa per ſubornatos homines intercepiſſent, quibus is fidem fere apud Gallos decoxerat.* Adde l. d. § XXXII p. 417.

Simul autem, quod haud diffitendum, hac fini tam tectè agebat, diemque ex die prolatabat, quod Imperii rationibus conducere crederet, non prius ire in ſuffragationes, quam pax & amicitia Gallos inter ac Hiſpanos, Succos item & Auſtriacos conciliata eſſet. Hac enim ratione res illius in tuto collocari; aliter belli exteri, quod maximo defugiendum opere, difficultatibus implicatum iri.

Vid. *Puſendorffius* hiſtor. Caroli Guſtaui l. d. § XLVII p. 416, § L p. 421, § LI p. 422; cum maxime vero § LII p. 422 & ſeq. quibus adde § LIV & LV p. 426; rerum Brandenburgicarum vero l. d. § XXXI & XXXII p. 416 & ſeq. § XXXV p. 420, & § XXXVII p. 421.

XXX Confecto tandem Capitulationis ſiue pactionis auguſtalis negotio itum anno MDCLVIII d. XVIII Iulii in conclaue; in quo *Leopoldus*, Hungariæ & Bohemiæ Rex, more ſollemni Imperator deſignatus eſt; quem dein Colonienſis ibidem in æde D. Bartholomæo ſacra ſacris inunxit cæremoniis, *Ioanne Philippo* tum conſentiente *, tum aſſiſtente. *Leopoldum eligit.*

* Inunctionis & coronationis Cæſareæ ſollemnia Coloniæ peragi debebant. Ita namque conuentum erat dictæ pactionis articulo XXXVII; quod tamen poſtea mutatum, vt ſumptibus, qui impendendi erant, temporique parceretur; ciuitate Francofurto Coloniæ ſubſtituta. Ceſſit igitur *Ioannes Philippus* Colonienſi, tranquillitatis publicæ cauſſa, acceptis tamen ab eo litteris, id conuentioni factæ nullo vnquam tempore futurum fraudi. Vid. *Thulemarius* l. d. § XXXII & XXXIII p. 497 & ſeq. *Rinckius* parte II de vita rebusque geſtis *Leopoldi M.* p. 425 & ſeq.

XXXI Perſtrepentibus autem hic Gallorum & Hiſpanorum, illic Succorum & Principum Polonis fœderatorum armis, vt otio Imperii, ſaltim in tractu Rhenano, conſuleretur, ipſe denuo in maxime neceſſariis duxit, quod ante iam Ordinum præcipuis commendauerat, fœdus de pace in Imperio ſeruanda, mutuaque defenſione; nec deſtitit, donec in id Francofurti d. XIV Auguſti coirent ipſe, Treuirenſis, Colonienſis, Monaſterienſis, Neoburgicus, Sueciæ Rex, qua Dux Bremenſis, Brunſuicenſes, Haſſus, & poſtridie Moguntiaci Rex Galliarum, peculiari conuentorum formula hic & illic in litteras miſſa, quæ legi poſſunt apud *Lundorpium* tomo VIII, *illa*, cap. CCLX p. 417 & ſeq. *hæc*, cap. CCLXIV p. 422 & ſeq. *Fœdus de pace in Imperio ſeruanda vrget & cum nonnullis percuſſit.*

Capita

Capita fœderis hæc fuere; *Curare, ne quid in pacem Monaſterienſem quiſquam moliretur: quamuis iniuriam a ſociis depellere: militum quorum quorum tranſitum, moleſtias, exactiones inhibere: copias communi conſilio, vbi vſus ſit, adhibere: triennio hæc pacta tenerent, & vltra prorogarentur, ſi Belgicas turbas interim ſopiri non contingeret.* Ita in compendio *VVagnerus* l. d. p. 47; quanquam in antecedentibus haud ab omni vacuus affectu. Dicit enim peracta electione & Moguntinum & Colonienſem nequaquam quieuiſſe; illum quidem, quod Hiſpanos actis ſuis offenſos metueret; in quorum iras fauore Gallico tanto enixius ſe obmunierit: hunc, Guilielmi Fürſtenbergii impulſu; qui ægre tulerit, nullis ſe ab Auſtriacis, pro egregiis nempe in eos officiis, præmiis affectum fuiſſe.

Fœderatis partibus poſtea acceſſere & alii. Anno quidem proxime ſequenti MDCLIX d. XXVIII Ianuar. *Georgius*, Haſſiæ Darmſtadinæ Landgrauius, & *Eberhardus*, Dux Wirtembergenſis; poſteris, *Ludouicus*, *Georgii* Landgrauii filius & ſucceſſor, *Fridericus Ludouicus*, Comes Palatinus Rheni, familiæ Landsbergenſis, Dux Biponti; *Conradus*, Præſul Baſileenſis, & an. MDCLXIV Elector ipſe Brandenburgicus. vid. *Puſendorffius* rer. Brandenburg. lib. IX § LXV p. 605.

de Gallis & Hiſpanis pacificandis.

XXXII Sedenim, ſicuti pacis, quo flagrabat, ſtudio, iam ante electionem, vna cum Colonienſi, de ea Gallos inter ac Hiſpanos concilianda egerat *; ita poſt eam, eodem ſocio & adiutore, ſancto illi ac ſalutari negotio rurſus manum admouit, & tum Francofurti, tum Auguſtæ Vindelicorum de ea vtriſque perſuadenda nil quicquam conſueti ſtudii remiſit **.

* Vid. *Lundorpius* tom. VIII cap. CCXIV p. 321, cap. CCXXVI p. 332, cap. CCXXVII p. 333 & ſeq.

** vid. *Idem* l. d. cap. CCXXXVII & CCXXXVIII p. 361, cap. CCCXLV p. 519.

ne Deputatorum conuentus Francofurto transferatur, obtinetur.

XXXIII Cum maxime vero contendit, vt conuentus *Deputatorum* ſiue Delegatorum Imperii Francofurti inſtauraretur, & quamuis Cæſar eundem modo Norimbergam *, modo Ratisbonam **, modo Auguſtam † transferri cuperet, perſtitit tamen ipſe eodem conſiliorum tenore, certus iudicii, inconcuſſus, intrepidus, pluribus oſtendens, Imperii ſanctionibus æque ac commodis, rationibuſque, tum vero Archicancellariatus Moguntini iuribus aduerſari, ſi Francofurto, vti quidem Cæſar velit, transferretur ††.

* Vid. *Lundorpius* tom. VIII cap. CCLIX p. 416.

** Vid. *Idem* l. d. cap. CCCXXXIV & CCCXXXV p. 512, cap. CCCXLVI p. 519, cap. CCCXLIX p. 550, cap. CCCL & CCCLI p. 521, cap. CCCLXIX p. 532; cap. CCCCVI p. 562, cap. CCCCVII & CCCCVIII p. 563, cap. CCCCXLIX & CCCCL p. 607, cap. CCCCLXXIV & CCCCLXXV p. 638, cap. DVI p. 681, cap. DVII p. 682, cap. DXIV p. 686, cap. DXVIII p. 687, cap. DXXV p. 691, cap. DXXX p. 695.

† vid. *Idem* lib. IX cap. LXXXII p. 759.

†† vid. *Idem* l. d. cap. C p. 772 & ſq. cap. CXV p. 788, cap. CXVII p. 790 & ſq. cap. CXXI p. 794 & cap. CXXII p. 795; quibus adde *Deputatorum* litteras ad Cæſarem lib. VIII cap. CCCLXXIX p. 536 & ſq. ad Magiſtrum item & Senatum Argentoratenſem cap. CCCCLXVII p. 632 & ſq.

ius regalium petit & recipit.

XXXIV Fidem tamen ſuam inter hæc obſequiumque, miſſis Viennam *Marſilio Godefrido* ab *Ingelheim*, Moguntinæ maioris tum Canonico, & *Sebaſtiano Wilhelmo Mehl*, Conſiliario ſanctiori, Cæſari iurisiurandi religione profeſſus, anno MDCLX d. XXIII Aprilis ab eodem iura, quæ *regalium* titulis indicantur, ritu ſollemni ſub lege beneficiaria conſecutus eſt.

Rheni ponte ſternit.

XXXV Vti vero Moguntiam variis hactenus exornauerat operibus, ita anno ſequenti MDCLXI magnis etiam impenſis pontem in Rheno fecit, nauibus XLII ſubiectis fultum, & die XII Maii vectigali ſoluto primus pedes, aulicis comitantibus, tranſiuit. vid. ſupra lib. I addit. ad cap. XIV n. III p. 37.

diſceptationes cum Domo Darmſtadinenſi finit

XXXVI Non ita multo poſt diſceptationes, quæ Archiepiſcopatui cum Landgrauiis domus Darmſtadinæ erant, maximamque partem ius conducendi ſpectabant, *Ioanne Chriſtiano L. B.* de *Boineburg*, *Philippo Othone* ab *Herzelies*, & *Iacobo Groshans* iuniore, adminiſtris, peculiari tranſactione d. XXI Iunii

Iunii ſignata feliciter ſuſtulit, rationibus vicinitatis, conſuetudinis, & amicitiæ auſpicato reductis.

XXXVII Eodem tranquillitatis domeſticæ ſtudio atque amore, d. XXIII Martii an. MDCLXII ſecuti, tum qua Archiepiſcopus Moguntinus, tum qua Præſul eccleſiæ Herbipolenſis, cum *Ioachimo*, Abbate Fuldenſi, de iuriſdictione eccleſiaſtica in locis ditioni Fuldenſi ſubiectis, his tranſegit conditionibus, *vt eccleſia Fuldenſis ſit maneatque eatenus nullius diœceſis*, ita vt *Antiſtes habeat in Clerum & populum iurisdictionem ordinariam priuatiue, qualis Prælatis, Epiſcopis inferioribus, & de facto — Abbati Fuldenſi ſiue de iure ſiue ex conſuetudine competit, hancque iurisdictionem exerceat, vt hactenus exercita eſt — in eccleſiaſticis cauſſis — ſine vllo appellandi iure ad Epiſcopum Herbipolenſem, ſaluo tamen iure metropolitano, & remedio appellandi* ſiue prouocandi ad Sedem Moguntinam. *cum Fuldenſi de iuriſdictione eccleſiaſtica tranſigit.*

XXXVIII Ceterum videns, quam neceſſarium ſit, vt ii, qui miniſterio deſtinati ſunt eccleſiaſtico, mature ſalutaribus formentur inſtitutis, & in pietatis ac litterarum ſtudio omni excolantur diligentia, circa hunc annum Moguntiæ *Seminarium* illud, quod *Bonifacianum* dicitur, inſtituit, operam liberaliter admodum præbente Reuerendiſſimo & Perilluſtri Collegii principis tum Decano, poſt magna dignatione Præpoſito, *Ioanne* ab *Heppenheim*, *dicto* a *Saal*, ei vt conſanguinitatis vinculo, ita conſiliis etiam animoque de Clero ad ſanctimoniam & pietatem efformando quammaxime iuncto. vid. quæ ſupra dixi lib. I c. XXXI p. 92. *Seminarium Bonifacianum erecturus Moguntiæ.*

XXXIX Cum autem in hanc maxime curam iret, meliorem vt ſtatum ciuilibus æque ac ſacris Archiepiſcopatus Moguntini rebus imponeret, alia inter animaduertit, illius bona ita imminuta eſſe, vt ad digne tuendam Principis Electoris conditionem, ſumtumque in Legatos muneris ratione illo iſto mittendos, impendendum, haud amplius ſufficiant; id vero inde prouenire, quod ſuperioribus temporibus Sede vacante princeps Collegium non eximias modo eorum portiones per Capitulationes ſiue leges de ſucceſſoribus pacti religione alligandis ad ſe pertraxerit, verum etiam relictam a defuncto omnis generis ſupellectilem & Archiepiſcopatus annonam priuatos conuerterit in vſus. Capitulares, quum eis rem propoſuiſſet, reperit in cauſſa tam manifeſta atque æqua inoffenſos, animiſque paratis ac compoſitis. Conuentum igitur d. XVII Nou. *in vim legis, pacti, & ſtatuti perpetui*, de bonis Archiepiſcopatus in poſterum per Capitulationes ſiue pactiones Electo incundas nil ſubtrahendum; omnem præterea Pontificis vita defuncti ſupellectilem ac commeatus Succeſſoris in vſus adſeruandos; ex iis tamen vnicuique Capitularium ad ſummum centum aureos Rhenenſes præbendos. *de bonis Archiepiſcopatus ſtatutum cum Capitulo facit.*

XL Inde fundis locisque ab *Adolfo II* olim alienatis ære præſenti recuperandis, tertiam partem caſtri vicique *Neuen Beymberg*, decem florenorum millibus Duci Lotharingo (cui eam *Wilhelmus Wirichius* a *Daun*, Comes Falckenſteinenſis, vna cum Comitatu Falckenſtein an. MDCLXI tradiderat) ſolutis pignore exemit, & ſub Sedis Moguntinæ dominium reduxit, in poſſeſſionem immiſſus d. XXV Maii an. MDCLXIII. *Beymbergum redimit.*

XLI Eodem præfecturam *Böckelheimenſem*, Sobernhemium, Monzingam, Böckelhemium caſtrum vicumque complexam, *Ludouico* Duci Bipontino anno MCCCCLXVI pro quadraginta florenorum millibus ab eodem pignori datam, & annis ſequentibus a *Friderico* Victorioſo domui Electorali armis acquiſitam, certis conditionibus *, Electore Brandenburgenſi ſequeſtris partes obeunte, Archiepiſcopatui rurſum aſſeruit, peculiari de conuentis formula, *Receſſum* vulgo vocant, d. XI Septembris in litteras miſſa; quæ tamen res poſtea hæſit & non leuis diſſidii cauſſa fuit. *præfecturam Böckelheimenſem Sedi adſerit.*

* Erat inter iſtas, vt *Ludouicus Henricus* Sedi ſummo in præfecturam hanc dominandi iure cederet; ſibi vero poſterisque maſculis vtile modo, vt loquuntur, dominium ab ea ſub lege beneficiaria tenendum reſeruaret, permitteretque, vt qui diœceſi huic contributi eſſent, Archiepiſcopo homagium euentualiter, vt loqui amant, præſtarent †. Quam vt Princeps impleret,

impleret, anno ſequenti clientis obſequia iuriſiurandi religione profeſſus, diœceſin hanc clientelari fide accepit.

† *Vide, quæ dixi in appendice poſteriori ad libr. VI hiſtoriæ Palatinæ* Parei *ſect. II § 2 p. 532, & ſect. III p. 557. quæ res quam male* Carolum Ludouicum *Electorem habuerit, ſimul dictum. Minis* Ioannem Philippum *egiſſe, & Simmerenſem eo adduxiſſe, Palatini tum perhibebant.*

Ratiſbonam it ad comitia.

XLII His confectis perrexit Ratiſbonam, vt Comitiis, quæ tum ibi habebantur, intereſſet, ſuamque tum Cæſari tum Imperio fidem nouis præſtaret argumentis: vbi etiam inſigni ſtipatus comitatu d. XX Decembr. appulit *, ac Leopoldum biduo poſt aduentantem ſollemni occurſu extra vrbis mœnia excepit †.

* Vid. *Müllerus* parte V des *entdeckten Staats-Cabinets*, cap. IV § 42 p. 214.
† Vid. *Idem* l. d. § 44 p. 218.

In iis de ciuitatis Erfurtēſis pertinacia queritur,

XLIII Per id tempus, quo rei publicæ cauſſa ibidem ſubſtitit, tum Cæſari auxilium aduerſus Turcos petenti ſtudium omne liberaliter ac prolixe detulit, tum Imperii commodis ac ſaluti acriter inuigilauit; vt tamen occaſione vtendum ratus, ad ſuæ etiam eccleſiæ vetera iura ſarcienda animum referret, & ciuitatis Erfurtenſis peruicaciam Ordinibus, Electori præſertim Saxoni, exponeret, ac tam plane enarraret, vt is haud inficiaretur, inflexibilem contumacium ac refractariorum obſtinationem compeſci debere ac puniri *.

* *Gudenus* hiſtor. Erfurt. lib. IV § XXVI p. 335 & ſeq.

quam poſtea obſidet,

XLIV Vnde domum redux, inuocato Regis Galliæ ac Ducis Lotharingiæ auxilio, milite præterea per Franconiam & Rhenum conducto, vrbem obſidione cinxit, & quum armorum oſtentatione parum proficeret, ad vltimum tanta vi oppugnauit, vt longis ſatiati malis ciues pacem reſpicerent, & deditionis leges ab exercitus Legatis peterent. Datas cum Königshofii ratas habuiſſet, cum integra aula Erfurtum mouit, & d. VIII Nou. populum in gratiam receptum ſueto olim ſacramento in ſua verba adegit.

deditione accipit,

Idem l. d. § XXVI -- XXXI p. 335 & ſeq. qui cum vrbis obſidionem & expugnationem luculenter deſcribat, legi hic omnino meretur; *Lundorpius* tom. IX ſiue continuationis lib. X cap. XI -- XXVI & ſeq. p. 219 & ſeq.

Deo dein debitas acturus gratias, d. X Nouembr. in æde B. M. V. dicata hymnodiæ veſpertinæ, & ſequenti, qui *D. Martino*, Archiepiſcopatus Moguntini patrono, in faſtis ſacer erat, mitratus ac pontificis indutus amictu, Miſſæ peregit ſollemnia, Abbate Petrenſi Diaconi, *Erthalio*, Cathedralis Herbipolenſis Canonico, Subdiaconi vices obeuntibus; *Ioanne Iacobo* de *Baſſenheim* vero, Canonico Moguntinenſi, crucem, & *Ioanne Petro* de *Franckenſtein*, ſupremo aulæ Mareſchallo, gladium, poteſtatis inſigne, ſollemni cærimonia præferentibus.

& caſtello in monte Petri frenat.

XLV Gnarus autem non ſolis promiſſis imperia ſtare, ampliora adhæc vrbis munimenta videri, quam vt præſidio e ciuitatis reditibus ſemper firmari poſſent, Adelberti ſenioris exemplo, caſtellum, ex quo tam protegi aduerſus violentiam boni, quam coerceri poſſent mali, rerumque nouarum cupidi, extruere, ac validis S. Petri montem operibus cingere aggreſſus eſt.

Idem l. d. § XXXIV p. 349.

Antiſtitem Monaſterienſem liberaliter accipit.

XLVI Proſperrimis initiis Antiſtes Monaſterienſis, *Chriſtophorus Bernhardus*, ex Hungaria, vbi annonæ præfectus, exercitibus Imperii de commeatu proſpexerat, ſuperueniebat; quem, *Wolfgango Dieterico Truchſeſſio* de *Wetzhauſen*, rei venatoriæ apud Moguntinos tum præfecto, Crannichfeldam vſque obuiam miſſo, *Ioannes Philippus* non amice ſolum inuitauit, verum etiam die ſequenti ad fines territorii Erfurtenſis omni humanitatis genere acceptum, Erfordiam ipſe deduxit; inſumtis dein tribus lætitiæ diebus Weſtphaliam repetentem ad fines vſque territorii dicti, cum ſingulari beneuolentiæ teſtificatione, proſecutus eſt.

Magiſtratus Erfordiæ ordinat.

XLVII Poſtea Magiſtratus ordinauit, inſtituitque, qui tum ſummæ rerum in ciuilibus tum militaribus præeſſent, Vicedominatu *L. B.* de *Reiffenberg* commiſſo, militiæ vero imperio *L. B.* de *Leyen*, ſupremo excubiarum præfecto, magna fortitudinis & virtutis bellicæ laude ex Hungaria tum reuerſo.

Idem l. d. § XXXV p. 351.

XLVIII

XLVIII Patribus vero Societatis Ieſu Stotterhemiani palatii aream ære ſuo coemptam in futuri Collegii fundum aſſignauit, & vicinum *S. Laurentii* fanum, in quo, vſque dum propriam ſacris obeundis ædem erexiſſent, diuina peragerent, benigne attribuit.

PP. Societatis fundum concedit ad Collegium ſtatuendum.

Idem l. d. p. 352.

Ordinatis ſic omnibus, atque in melius emendatis, Herbipolim parauit abitum, ſuisque effecit precibus, vt ciuitas proſcriptionis nexu, quo illigata erat, a Cæſare exſolueretur.

Idem l. d. p. 353.

XLIX Miſeratus autem miſeram pauperum pupillorum ſortem, orphanotropheum Moguntiæ ſtatuere ab aliquo iam tempore intenderat. Id conſilii cum *Ioanni* ab *Heppenheim*, *dicto* de *Saal*, nobis ſupra iam ab religionis ſtudio, bonique publici promouendi ardore laudato, expoſuiſſet, extemplo operis tam pii nactus eſt adiutorem. Coemtæ igitur ædes, olim *zum Homberg* dictæ, orphanorumque in vſus inſtructæ; conſtitutis ad alendos & educandos eos ſuis de facultatibus anno ſequenti MDCLXV, d. XXVIII Aprilis, certis reditibus, ac inſpectione, quod ad temporalia, Senatui ciuico, quod ad ſpiritualia ſiue ſacra, Suffraganeo Moguntino commiſſa.

orphanotropheum Moguntiæ excitat,

v. quæ ſupra dixi lib. I cap. XXXI ſect. IV § VII p. 84 & ſeq.

L Cum ita rebus eccleſiarum ſuarum tuendis, amplificandis, ac in melius indies formandis inſiſteret; tum vero conſilii maturitate, auctoritateque longe tunc inter Principes Imperii primus eſſet, vnus is fuit, quem *Hugone Eberhardo* fatis functo, Antiſtitem expetebant ſummæ apud Vangiones ædis Canonici. Rebantur enim, nec inaniter, qua hactenus vigilantia pro Moguntinæ & Herbipolenſis eccleſiæ ſalute excubuiſſet ille, ea de Vormatienſis etiam dignitate & fortunis curas acturum. Quare hoc anno eum menſe Maio demortui in locum per viam poſtulationis ſuffecerunt.

eccleſiæ Vormatienſis eligitur Epiſcopus,

LI Quam ſtrenue vero acriterque ſtatim dictæ Sedis iura tum ratione Ladenburgi, tum ratione Wildfangiatus aduerſus *Carolum Ludouicum*, Electorem Palatinum, ſcriptis primum, dein armis propugnanda ſuſceperit, cum proprie huc non pertineat, & alibi iam legi poſſit *, prætereo.

cuius iura contra Palatinum defendit,

Vid. præfatio ad *Parei* hiſtoriam Palatinam n. V § 5 p. 72 & ſeq. & appendix poſterior ad eandem lib. VI ſect. III § 2 p. 552 & ſeq.

LII Supererat quid, quo minus Erfurtenſia conſummata viderentur. Saxoniæ Duces, Thuringiæ Landgrauii, ius tuendi ciuitatem, quod vulgo *protectionis* vocari ſolet, ſibi competere aſſerebant, nec id derelicturi videbantur. Formulam obnuntiantium ritu iam interpoſuerant. Hæc diſſidii materies vt componeretur, conſultum ducebat *Ioannes Philippus*. Adpromittebat Elector Saxo, auctoritate ſua ſopiendam. Inſtitutus itaque Lipſiæ conuentus, in quo, contentione certis conditionibus d. XX Decembris diremta, res omnis tranquillum in locum rediit.

cum Ducib⁹ Saxoniæ de iuribus in Erfordiam tranſigit.

* Conf. *Müller* annal. Domus Saxonicæ ad h. a. p. 466. Capita *Receſſus*, vti inſcribitur, legi poſſunt in *Theatro Europæo* ad h. a. p. 1497; in compendio apud *Gudenum* l. d. § XXXVI p. 353, qui ita; *Conuentus Lipſiæ habitus, vbi præfectura Kapplendorff ac Rudelſtadium maius Ducibus ceſſum; illi prætenſæ in Erfurtenſi territorio ſuperioritati renuntiarunt. Comitatus Mühlberg & Tondorff, ſi daretur creditum, ceſſi; protectio vrbis Domino relicta: de conducendi iure, multarum hactenus litium cauſſa, conuentum, vt Elector perſonas, Principes bona conducerent; controuerſiæ Gleichenſes multiplicibus legibus ſublatæ, niſi quod ſuperioritatis, aut exemptionis prætenſio Spirenſi Cameræ ſubmitteretur; atque ſic variis pactis, datis aliis, aliis retentis, proſcriptæ lites, diuiſa territoria, diſtincti dominatus, amicitiæ, ſtudia, vtilitates, aduerſus quosuis coniuncta ſunt.* conf. *Struuius* Syntagmat. hiſtoriæ German. diſſertat. XXXVII § XIII in not. p. 1718.

LIII Hæc vero dum agebantur, Sabaudiæ Dux, *Carolus Emanuel*, *Regiæ Celſitudinis* prenſabat titulum, ſuæque domus fortunis nixus ac potentia iſtum ſane quam appetebat *. Ne vero Principibus Electoribus (quorum ſingularem

de prædicatu Regiæ Celſitudinis ſollicite Sabaudo ac-cipit.

 noue-

Digitized by Google

nouerat eſſe dignitatem, poteſtatemque cum magna in Imperio auctoritate coniunctam) videretur, ac ſi hoc ſuo conſilio veterem migrare morem vellet, ſe non eminentiſſimo tantum huic Collegio coniunctim, ſed vnicuique etiam Octouirum ſeparatim, vti vſque huc, ita & in poſterum ſemper & vbique locorum primas delaturum vltro ſpopondit. Sigillatim *Ioanni Philippo*, qui illos inter quammaxime eminebat, anno ſequenti MDCLXVI litteris, quas *Reuerſales* vulgo dici notum, d. XXV Iunii ſignatis id declarauit.

* conf. *Puſendorffius* rer. Brandenburg. lib. IX § LXIV p. 604.

ruricolas territorii Erfurtenſis in fidem recipit.

LIV Erfurti ciues, vti dictum, iureiurando ſibi obſtrinxerat, cum vrbem ſuæ feciſſet poteſtatis, non item ruricolas & agreſtes. Temporis enim id tum haud patiebatur ratio. Itaque anno ſequenti MDCLXVII in Thuringiam profectus, die III Iun. ab iis, qui Vippachii congregati erant, & poſtridie a ceteris Sômmerdæ ſacramenta de more accepit. Summi, quod Moguntiæ eſt, Collegii nomine aderant *Adolfus Hund* a *Saulheim*, Præpoſitus, & *Ioannes Heppenheim* dictus *a* Saal, Decanus.

cantum Gregoriano-Moguntinum introducit.

LV Eodem tum Moguntiæ, tum Herbipoli, tum Vormatiæ pſalmodiam *Breuiario Romano* accommodatam introduxit, ac hoc ipſo eccleſiarum inter ſe atque cum Romana conformitati perinde ac pſallentium commodo, peculiari *Cantionali* edito proſpexit.

Moguntiæ exſcriptum fuit hoc titulo; *Cantus Gregoriano-Moguntinus, Breuiario Romano accommodatus iuſſu & auctoritate Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi Domini, Domini* Ioannis Philippi, *ſacræ Sedis Moguntinæ Archiepiſcopi &c. &c. Moguntiæ typis Chriſtophori Küchleri MDCLXVII.*

diſſidio cum Electore Palatino implicatur.

LVI Poſtero, qui MDCLXVIII a ſalutifero Virginis partu fluxit, Aquiſgrani in pacificandis Galliæ & Hiſpaniæ Regibus, miſſo fratris filio, *Melchiore Friderico L. B.* de *Schönborn*, plurimum poſuit operæ *; domi vero cum Electore Palatino diſcordia implicitus eſt. Occaſionem dabat caſtrum *Neuen-Baimberg*. Cum enim id *Carolus Ludouicus*, iuris, quod *aperturæ* vocant, a multo iam tempore domui Palatinæ competentis, cauſſa, ex itinere Crucinacum ſuſcepto inire vellet, a Cellario Moguntinenſi vero portis obſeratis excluderetur, contigit, vt iſtud vi admota occuparet, & tecto, portis, muriſque ab omni parte diſturbatis, vna cum vico direptioni militis, quo ſtipabatur, relinqueret. Quod non poterat non ægre ferre *Ioannes Philippus*. Sedenim, cum tranquillitatis publicæ maiorem, quam Palatinus, rationem haberet, iuſtæ indignationi modum ponens, non Tribunalis tantum Spirenſis, ſed Cæſaris etiam implorauit officium: a quo deinde Marchionibus Badenſi & Durlacenſi negotium partes componendi commiſſum †.

* Conf. Tractatus pacis Aquiſgrani d. II Maii concluſæ tom. II *Theatri pacis* n. XXVII p. 516.

† Vid. *Lundorpius* tomo IX, ſiue continuationis lib. X cap. CLIX — CLXVI p. 610 — 626.

Franciſcanis ſedem in oppido Worbis concedit.

LVII Hæc inter proferendæ religionis ſtudio & amore, *PP. Franciſcanis* ſtrictioris obſeruantiæ in oppido Eichsfeldiæ *Worbis* dicto locum ad aſceterium ſtatuendum conceſſit, dato die II menſis Maii Abbati Reiffenſteinenſi & tractus Eichsfeldenſis Archiſatrapæ mandato, vt primum in fundamenta lapidem de more demittant.

Notes hic, opere ad culmen perducto, ædem anno MDCLXXVIII d. IV Aug. ſollemni apparatu dedicaſſe *Adolfum Godefridum Volnſium*, Suffraganeum Moguntinenſem, D. *Antonii* de *Padua* honori conſecratam.

cum Treuirenſib. confraternitatē SS. Petri & Martini inſtituit.

LVIII Vti vero an. MDCLXIII id egerat, vt Archiepiſcopatus Moguntinus & Epiſcopatus Herbipolenſis ſub SS. *Martini* & *Kiliani* patrocinio, perpetuam inirent ſocietatem, & bene iunctam inter ſe haberent amicitiam; ſic anno, qui nunc ſequitur, MDCLXX id penſi habuit; vt Archiepiſcopatus Moguntinus & Treuirenſis ad mutuam in temporalibus æque ac eccleſiaſticis concordiam & confraternitatem, SS. *Petri* & *Martini* ſub tutela, ſeſe obligarent. Conditionum, quæ tum ferebantur, erant plures; eas inter vero duæ, ſexta nimirum & ſeptima; quarum hic iure facienda mentio. *Illa* decretum, *d. XX Febr.*

hunc

hunc vnicuique ædis ſummæ Canonico habendum honorem, ſi forte negotiorum ſuorum cauſſa Moguntia Treuerim, vel Treueri Moguntiam venerit, vt ſacra religionis cauſſa in metropolitana adeunti locus in choro honoratus concedatur; Prælato quidem proxime ad Prælatos, Capitulari ad Capitulares, Domicellari ad Domicellares. *Hac* vero, vt vtriuſque eccleſiæ Archiepiſcopi, ſtatim ſub initium regiminis, alter alteri conſtituta mittat ſymbola, *SS. Petri* & *Martini* imaginibus diſtincta atque exornata; quæ vterque, pro lubitu, alterius in honorem publice geſtet, ad minimum feſtis horum Sanctorum memoriæ diebus. Idem faciant Canonici.

[*Coadiutorem accipit.*]

LIX Quamuis autem, curis atque laboribus per totam vitam aſſuetus, rebus eccleſiarum ſuarum tractandis adhuc ſufficeret, boni tamen publici cauſſa Adiutorem ſibi atque adeo in Archiepiſcopatu ſucceſſorem dari expetiit. Cui deſiderio ædis primariæ Canonici, vt par erat, ſatisfacturi, h. a. die XV Decembris elegere *Lotharium Fridericum*, Epiſcopum Spirenſem, Principem omnibus virtutibus ſummo loco dignis exornatum: quem in arcem deductum ipſe propenſiſſima humanitate, ſingularique cum gaudio excepit.

Vid. Continuatio der *Hiſtoriſchen Schaubühne* ad h. a. § LXXI p. 754.

[*Graduale Romano conformari curat.*]

LX Ab his ad cultus diuini denuo conuerſus augmentum, e re eſſe putabat, ſi præter pſalmodiam, de qua ſupra, Miſſarum etiam ſacrificia ad normam Miſſalis Romani decantarentur. *Graduale* igitur Moguntinum recognoſci, & vbi a Romano diſcrepabat, eidem conformari curauit: quod dein typis vulgatum tum in archidiœceſi Moguntina, tum vtroque Epiſcopatu, Herbipolenſi ſcilicet & Vangionum, communem in vſum induxit.

Prodiit Moguntiæ hoc titulo; *Graduale Miſſali Romano, cantui vero Gregoriano-Moguntino accommodatum* — *Moguntiæ typis Chriſtophori Küchleri MDCLXXI.*

[*de concordia inter Archiepiſcopum & ciuitatem Coloniæ conciliandæ agit.*]

LXI Tum temporis ciuitas Colonienſis libertati ſuæ metuens, Batauorum admiſerat copias, & Pamphieldi, militarium operum architecti, ingenio munimentis validioribus vrbem cœperat firmare. Id quod ægre prorſus ferebat Elector & Vbiorum Antiſtes, *Maximilianus Henricus*, cauſſatus, territorii ſui ius violatum eſſe: in ſolo namque Archiepiſcopatus munitiones iſtas exſtrui. Ne res in hoſtiles vtrobique machinationes excederet ac motus, Cæſar primum *Marchioni* de *Grana*, dein, præter Treuirenſem & Brandenburgicum, *Ioanni Philippo* committebat, vt controuerſiam componerent finirentque: quod quidem operæ ille haud defugit, ſed miſſis Coloniam *Friderico Greiffenclau* de *Volrats* & *Conſtantino Bertram* rem eo deduxit, vt inter partes litigantes res d. XXIII Dec. MDCLXXI (d. II Ian. MDCLXXII) pactione quadam interueniente, tranquillum in locum rediret.

Vid. *Landorpius* tomo IX ſiue continuationis lib. X cap. CCXXVI p. 785 & ſeq. *Alpen* de vita rebuſque geſtis *Chriſtophori Bernhardi* Epiſcopi Monaſterienſis, lib. VII ineunte.

[*fœdus cum Cæſare, aliiſque facit.*]

LXII De ſecuritate vero Imperii publica ſecundum pacificationis Weſtphalicæ tabulas tuenda cum ſemper ſe oſtendiſſet ſollicitum, ita tum maxime, cum Galli Belgio fœderato imminerent, ab ſalute communi haud deflexit oculos. Anno certe, quem modo dixi, MDCLXXII tranquillitati patriæ præmetuens, cum Cæſare, Electoribus Treuirenſi & Saxone, Antiſtite Monaſterienſi, & Marcgrauio Culmbacenſi d. X Febr. ſocietatis, mutuique auxilii fœdus iniit atque contraxit. Ob Archiepiſcopatus tamen ſitum, dubio iſto & periculoſo rerum ſtatu modeſtia ſibi vtendum ratus eſt, diſerte profeſſus, alias libenter omnia ſua ſe pro patria ſacrificaturum, ſi ſatis eſſet virium.

Puſendorffius l. d. p. 792, quem etiam legere iuuabit § LI p. 802, & § LXIII p. 815.

[*prouide Brandenburgenſi & Montecuculo conſulit.*]

LXIII Eodem conſiliorum tenore Brandenburgenſi & Montecuculo, cum Mœno ad Flerſhemium tranſmiſſo copiarum ſuarum partem verſus Stradam montanam extendiſſent, partem ſuperato iuxta Guſtauiburgum Rheno prope Weiſſenauiam deorſum verſus Carthuſiam collocaſſent, diſſuaſit, ne quid trans Rhenum tentarent, quod Ordinibus querelarum cauſſam præbere poſſit; ſatius

Digitized by Google

fore, ad Rhenum inferiorem rem gerere &c. quo factum, vt itinere recto lecto in Weſtphaliam irent, maxime cum Montecuculus priuatis ex aula Cæſarea mandatis inſtructus oſtenderet, ſibi non conſultum videri, Rhenum tranſire.

Puſendorffius l. d. § LXVII p. 821.

Herbipoli in morbum incidit,

LXIV Diœceſi ſic liberata, Herbipolim anno præcipite reuerſus eſt, mox ad vitam tranſiturus quietiorem. Cum enim ſequenti die II Febr. luſtratæ Virgini feſta, Iubilæi a Pontifice indicti indulgentias lucraturus, templa tempeſtate admodum frigida inuiſiſſet, & ad ſtatuam argenteam B. M. V. a Sodalitate academica primum expoſitam ſacrum feciſſet, non ita multo poſt tentari cœpit catarrho; qui tametſi vim grauiter nocendi habere haud videbatur (ſiquidem ipſe tum publicis Imperii tum priuatis diœceſium ſuarum negotiis, vt antea, vacabat) tandem tamen ex improuiſo tanta increuit vi, vt æger d. XII menſis dicti, inter horam quintam & ſextam veſpertinam, naturæ concederet, ac tum vitæ, tum regimini non ſine ſingulari laude geſto imponeret finem.

ibidem moritur,

& ſepelitur.

LXV Quum viuens ſemel iterumque dixiſſet, in qua diœceſi mortem obiret, in ea etiam ſe ſepulturæ mandandum; viſum fuit Reuerendiſſimo ad ædem maiorem Wirzburgenſem Collegio, Herbipoli humo condendum eſſe. Igitur proxime tumulum *Franciſci* Antiſtitis, gente *Hatzfeldiorum* prognati, quem in vita maximi ſemper fecerat, tertio & decimo poſt die cadauer terræ dederunt; ad hunc enim in nupera ſupplicatione, deceſſorum ſuorum ſtatuas ſpectans ac epitaphia, per aliquod tempus meditabundus quaſi ſubſtiterat, non aliter, ac ſi hic tumuli locum ſibi eligeret.

corde tranſlato Moguntiam.

Cor, ne Moguntinenſibus querendi eſſet materies (dolebant enim, Præſulem de Archidiœceſi tam præclare meritum alibi locum ſepulturæ inueniſſe) Moguntiam transferri placuit. Quo cum id d. VII Martii a *Ioanne Petro* de *Franckenſtein*, aulæ Mareſchallo, allatum eſſet, ad portam piſcariam ab *Adolfo Godefrido Voluſio*, chori ferrei Parocho, ſollemniter exceptum, & ſub lugubri æris Campani ſonitu in ſacrario ædis ſummæ repoſitum; poſtridie vero, ipſo Succeſſore Eminentiſſimo ſacrum faciente; poſt aram principem in choro maiori infra ciſtam, Sanctorum reliquiis plenam, & quatuor æneis columnis impoſitam, ſub lapide figura cordis exciſo, terræ illatum fuit.

laudatur a virtutibus.

LXVI Inclitæ virtutis fuit Præſul, gloriaque geſti regiminis ſi quis vnquam celebratiſſimus. Religionis ad cultum quæ pertinebant, ſtudioſe ſemper tractabat; preces, quas *Canonicas* vocari mos eſt, intermittebat nunquam; ædes votiuas non raro inuiſebat nudipes. In obeundis pontificiæ dignitatis muneribus erat impiger, rebuſque eccleſiæ ſuæ meliorem in formam redigendis multum impendebat operæ. Ceterum oſor erat laudum, iniuriarum contemptor, nec præceps, nec multus in verbo; veriſſima ſui cognitione ſibi vileſcebat ipſe*; nec tamen facile quiſquam in Imperio reperiebatur Procerum, a quo laudibus ſapientiæ, conſilii magnitudine, ſollertiaque vinceretur; vt ex vero Vir quidam illuſtris, munerumque dignitate longe ampliſſimus ſcripſerit; *Hunc ſane ſi cogito Principem, ideam mihi fingo Directoris iuſti, prudentis, atque cordati, qualem fortaſſis non habuit Collegium Electorale intra aliquot ſæcula* †. Murales vrbium cortinas Attalicis anteferebat peripetaſmatibus; in ſuis nonniſi decora, virtutem amabat & litteras. Pauperum inopiæ aures manuſque habebat liberaliter apertas, & præter eleemoſynas extraordinarias diebus ſingulis tres in fortunæ inopes erogabat Ioachimicos.

* Sæpius dicere ſolebat, vt ſermonis exſequialis auctor publice pro cathedra teſtatus eſt; *VVas ſoll ich armer VVeſtervvalder Edelmann vermögen zu verrichten? iſt etvvas zu des Römiſchen Reichs vnd meiner Stifter nutzen verrichtet vvorden, ſo hats Gott gethan; deſſen ich allein, gleichvvie ein iedvveder anderer hat können ſeyn, ein vverckzeug bin.*

† *Prüſchenck* ad Boineburgium an. MDCLIX, d. XVII Iun. vid. Faſcicul. vltimus Actor. litterar. e Manuſcriptis p. 61. Huic adde *Schurzfleiſchium*, qui in continuatione Sleidani p. 726 plane vereque ſcribit, quod *Cato* fuerit habitus *Germaniæ*; & *Böclerum*, qui illum in elogio Lotharii Friderici p. 463 Principem vocat, *qui ad Germaniæ tutelam genitus ſit.*

LOTHA-

ad p. 975

Dietherus *de* Metternich.

* Ioannes Gerhardus *de* Metternich *in* Burſcheidt.

Catharina *de* Wachtendonck.

LOTHARIVS FRIDERICVS *de* METTERNICH. *

Georgius *von* der Leyen.

Maria *von* der Leyen.

Catharina *ab* Elz.

* *Probatus an.* 1639.

Digitized by Google

…etternich.	Stephanus *de* Metternich.	Dietericus *de* Metternich.	Carolus *de* Metternich.
			Sibylla Beiſelin *de* Gimnich.
		Margareta Weyer *de* Nickenich.	Hermannus Weyer *de* Nickenich.
			Maria *de* Burſcheidt.
	Maria *de* Metzenhauſen.	Dietherus *de* Metzenhauſen.	Henricus *de* Metzenhauſen.
			Maria Bois *de* Waldeck.
		Iohannetta *de* Orley.	Bernhardus *de* Orley.
			Franciſca *de* Erckentel & Huffalis.
…chtendunck.	Reinhardus *de* Wachtendunck.	Arnoldus *de* Wachtendunck.	Arnoldus *de* Wachtendunck.
			Chriſtina *von* der Horſt.
		Sophia *de* Fiſchenich.	Reinhardus *de* Fiſchenich.
			Eva *de* Brandſcheidt.
	Anna *de* Nagel.	Dietherus *de* Nagel.	Dietherus *de* Nagel.
			Gutha *de* Blanckart.
		Anna *de* Ahr.	Ioannes *de* Ahr.
			Eliſabetha *de* Netterburg.
…er Leyen.	Georgius *von* der Leyen.	Bartholomæus *von* der Leyen.	Georgius *von* der Leyen.
			Eva Machenheimer *de* Zweybrück.
		Catharina *de* Pallandt.	Gothardus *de* Pallandt.
			Hedwigis *de* Hanxler.
	Anna Waltbott *de* Baſſenheim.	Antonius Waltbott *de* Baſſenheim.	Otto Waltbott *de* Baſſenheim.
			Apollonia *de* Drachenfels.
		Eliſabetha Greiffenclau *de* Volrats.	Ioannes Greiffenclau *de* Volrats.
			Eva *de* Eltz.
…e Eltz.	Henricus Dominus *in* Eltz.	Philippus Dominus *in* Eltz.	Vlricus *ab* Eltz.
			Maria *de* Reiffenberg.
		Eliſabetha *de* Pirmont.	Henricus *de* Pirmont.
			N. Waltbott *de* Baſſenheim.
	Iohannetta *de* Elter.	Wilhelmus *de* Elter.	Ioannes *de* Elter.
			Eva *de* Warsberg.
		Catharina *von* der Leyen.	Ioannes *von* der Leyen.
			Margareta *de* Heringen.

Digitized by Google

LOTHARIVS FRIDERICVS.

I

SOcia hactenus in iure dicundo, eccleſiæque adminiſtrandæ poteſtate *Ioanni Philippo* iunctus, demortui ſucceſſit in locum.

Genus duxit ex perilluſtri, multiſque maiorum imaginibus clara *Metternichiorum* in *Burſcheid* familia; natus an. MDCXVII, d. XXIX Septembr. patre *Ioanne Gerhardo*, Archiepiſcopi Treuirenſis Conſiliario ſanctiori, Locumtenente, & Satrapa præfecturæ Witlichiæ; matre *Maria*, magnaque & vetere *Dynaſtarum von der Leyen* ſtirpe oriunda, matrona omnibus ſecti moris laudibus ornatiſſima. Auos, quos habuit, ceteroſque maiorum, cum ipſe ſequenti eos tabula complexus ſit, prætereo. *Metternichiorum antiqua familia.*

* *
*

II Diuinis auſpiciis virtutis & humanioris doctrinæ præceptis ab ineunte ætate diligenter inſtitutus, & Moguntiæ & Treueri & Spiræ Clero principi adſcriptus fuit; illic quidem anno MDCXXXIX *; iſtic, & hic iam ante; vbique vero morum honeſtate prudentiæque laudibus ſic inclaruit, vt ad maximos identidem honores emergeret. Quippe Treueri ſummi Chorepiſcopi tit. *D. Petri* ornatus fuit dignitate; Spiræ an. MDCLII d. XI Aprilis cathedram inſcendit; Moguntiæ vero an. MDCLXX d. XV Decembr. ad partem Archiepiſcopalium curarum ſuſtinendam electus, infulæque magno omnium applauſu deſtinatus fuit Adiutor †. *Canonicus factus, poſt varios honorum gradus, fit Adiutor Moguntinus*

* v. *Syllabus plenior* ſect. VI p. 381.

† Quos inter *Ioannes Henricus Bæclerus*, celebris iſta ætate vir, publica gratulatione ſuam ei teſtatus pietatem eſt, quæ legi poteſt inter eius Orationes & Programmata p. 463 & ſq.

III Ante vero, quam ad ſupremi gradum faceret honoris, anno MDCLXXII, d. XXI Martii *Ioanni* ab *Heppenheim*, *dicto* de *Saal*, Moguntinæ maioris Præpoſito, fuit ſurrogatus. Omnium enim maxime dignus habebatur, qui & huic viro, pietate multiſque in rem Moguntinam meritis ſpectatiſſimo, ſuccederet. *& Præpoſitus maior,*

Conf. *Syllabus plenior* ſect. I p. 295.

IV Sequenti MDCLXXIII *Ioannis Philippi* in locum, vti modo dictum, ſubiit, die XXIII Februarii ſollemni apparatu vrbem ingreſſus, & poſtquam optimo deceſſori ſacra funebria perſoluiſſet, XIII die Martii a Clero maximi Collegii in ædium primaria, tum vero in arce *D. Martini* de more in poſſeſſionem introductus eſt. *Archiepiſcopatus poſſeſſionem adit,*

V Poſtridie Capituli conſenſu Comitatum Rieneccenſem *Ioanni Hartvvico*, Comiti *de* Noſtiz, aurei velleris Equiti, & ſupremo regni Boiemiæ Cancellario, vendidit, adiecta tamen hac conditione, vt ab Sedis ille Moguntinenſis penderet tutela, & intermortuis emptoris heredibus maſculis eo rediret, vnde fluxerit. *Ioanni Hartvvico* autem die XXIV Nouembr. cum iure fiduciario rituque contulit *. *Noſtitiis comitatum Rieneccenſem concedit,*

* vid. *Lunigius* parte I Spicilegii ſecularis *des Teutſchen Reichs-archivs*, ſectione XXX n. III p. 755 & ſeq.

VI Ceterum iiſdem diebus a Clero apud Vangiones principe, ſingulari Sedis Vormatienſis commodo, vna voce ac mente poſtulatus fuit Antiſtes. *fit Epiſcopus Vormatienſ.*

VII Pacis vero cum eſſet amans, illiuſque inter partes tum belligerantes reducendæ cupidus, *Clementis* Papæ X iudicio, ſingularique elogio haud parum fuit confirmatus. Vt dictis fides ſit, haud piget illius huc adferre litteras. *paci reducendæ ſtudet.*

CLE-

Digitized by Google

CLEMENS Papa X.

Venerabilis Frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Non ſine peculiari animi noſtri voluptate ex literis Venerabilis Fratris Marii, Archiepiſcopi Neocæſarienſis, Nuntii noſtri, intelleximus, non diſſimiles a deceſſore ſuo ad reſtinguendas diſſidiorum faces, ac ad conciliandos Chriſtianorum Principum animos Fraternitati tuæ ineſſe ſenſus. Tanti enim facimus religioſi zeli tui præſtantiam, vt paſtoralibus curis noſtris in re, quæ nobis quam maxime cordi eſt, non leue a te ſolatium prorſus exſpectemus. Piis itaque conſiliis tuis ex Apoſtolico ſolio plaudentes, Nuntiis quoque noſtris, ac præſertim Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neocæſarienſi, iniunximus, vt operæ tuæ ſedulo incumbant, tuiſque conatibus noſtro nomine præſto ſint. Tuum interim fuerit, enixis ſtudiis contendere, vt conceptam a nobis de pietate ac ſolertia tua expectationem præclaris in præſentia ad publicam vtilitatem documentis confirmes; quod vt facilius aſſequaris, Fraternitati tuæ Apoſtolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam maiorem ſub annulo piſcatoris, die X Iunii MDCLXXIII, Pontificatus noſtri anno IV.

Marius Spinola.

ſidus Imperio Princeps eſt.

VIII Cum perpetrari tum nequiret pacificatio, neceſſitatem vertit in conſilium, & quamuis ab emiſſariis Gallicis varie prenſaretur, tantum tamen abeſt, vt quidpiam animo ſuo indignum admiſerit, vt potius ſuſtinere, quæ mutari non poterant, maluerit, quam a fide Cæſari & Imperio debita deſciſcere.

VVagnerus hiſtor. Leopoldi M. lib. IV p. 308; *Patriæ vir perſtudioſus. Cum a Gallorum emiſſariis variis prenſaretur modis, ille, qua regione natus foret, & cuius reipublicæ ciuis, & locum, quo conſiſteret, reputans, nihil animo ſuo indignum admittere pertinax,* Schönbornii *ſenſibus poſtremis probe imbutus, fortem ſe virum exhibuit. A mediis partibus nequaquam diſceſſurum pollicitus, incolumitatem & quietem a Gallis ſtipulatur. Promiſſum ita impleuit Turennius, vt Aſckaffenburgum, Principis ſedem, præſidium iniiceret, Seligenſtadium expilaret, ſtatiua in Moguntino ſolo ſumeret; conquerenti vetus illud, a belli ratione petitum, reſponderet.*

Böckelheimenſis præfecturæ poſſeſſionem capit,

IX Has inter rerum difficultates cum annus MDCLXXIV iniiſſet, IV Ian. die inter horam I & II antelucanam *Ludouicus Henricus*, Palatinus Simmerenſis, febri maligna confectus, ſine liberis heredibus naturæ exſoluerat debitum. Vt igitur in præfecturam *Böckelheimenſem*, tanquam feudum ſiue beneficium intermortuo cliente ad Archiepiſcopatum Moguntinenſem reuerſum, ingrederetur *Lotharius Fridericus*, ſine vlla cunctatione e Conſiliariis aulicis *Arnoldum* ab *Hornick* & *Ioannem Raimundum Iäger* delegabat, vt illam adirent, ac populum Sedi Moguntinæ ſacramenti religione obſtringerent. Qui, confecto properanter itinere, poſtridie ſtatim, die ſcilicet Ianuarii V, pedem in oppiduli Sobernheimenſis & caſtri Böckelnheim, VI vero ſequenti in oppiduli Monzingen poſſeſſionem ponebant, & ſollemnia iuratæ Archiepiſcopatui Moguntino fidelitatis & obſequentiæ verba accipiebant ab incolis, vt res ex ſententia confecta videretur; quæ tamen non ita diu a procellis remota fuit. *Carolus* enim *Ludouicus*, Elector Palatinus, ſibi, tanquam proximo agnato, ius in præfecturam hanc ſuccedendi competere exiſtimans, ſequentibus diebus Sobernheimii & Monzingæ, Moguntinis tum inſignibus detractis, tum præſidiariis exturbatis, ciues ſua in verba adigebat; vt adeo res ad graues motus ſpectaret, *Lothario Friderico* ſimiliter ad arma ſe demittente, & non modo fœderatorum ſuorum, Treuirenſis, Wirzburgenſis, & Darmſtadini, ſed Electoris etiam Brandenburgici (qui conuentioni anno MDCLXIII factæ ſponſoris titulo ſecuritatem præſtiterat) auxilium inuocante. In quos ne excreſceret, Cæſar interpoſita ſua auctoritate præfecturam hanc ſequeſtri conſtituto dedit in poteſtatem, qua eam teneret, quoaduſque lis finiretur; id quod an. MDCCXIV amica tranſactione factum.

quod motibus occaſionem dat.

* In appendice poſteriori ad lib. VI ſect. II *hiſtoriæ Palatinæ* n. 2 p. 533, alios ſecutus dixi, *Ludouicum Henricum* an. LXXIII a. d. XIII Kal. April. fatis functum

functum eſſe, & ſect. III n. 2 p. 557 *Carolum Ludouicum* Moguntinis præuertiſſe, ac hereditatem ad ſe deuolutam adiiſſe. quod vtrumque cum erroneum ſit, ex his id corrigas velim.

X Reſtabat, vt iura impetraret regalium. Viennam igitur poſthæc miſit *Carolum Henricum*, L. B. *de* Metternich, principis Collegii Scholaſticum, ea, vt moris eſt, petitum: quæ etiam die VIII Auguſti a Cæſare iure fiduciario accepit. *Ius regalium conſequitur.*

XI Cum ſic omnia ſtabiliendi honoris munia expleuiſſet, & tam Sedi Moguntinæ, quam vniuerſo Imperio fidem præſtaret, virtutemque, immaturo fato exceſſit ad ſuperos. Obiit autem anno ſequenti MDCLXXV, d. III Iunii, & XXV ſequenti in choro maiori magno bonorum omnium luctu terræ illatus, poſteriſque inſcriptione ſepulcrali, quam in *Epitaphiorum* inuenies [illegible], ex merito commendatus eſt. *obit.*

DAMIANVS HARTARDVS.

I

INteriis *Lothario Friderico* datis, nouo Præſuli eligendo præſtitutus fuit dies Iulii tertius. Qui cum aduenisset, ſollemnibus Miſſæ *de Spiritu ſancto* peractis, *vno ſpiritu & ore, nullo penitus diſcrepante* *, defuncti in locum ſuffectus ac ſolio Archiepiſcopali impoſitus eſt, *Damianus Hartardus*, quem rite electum *Marſilius Godefridus* ab *Ingelheim*, maioris Decanus, ritu conſueto Clero populoque renuntiauit. *vnanimi eligitur conſenſu.*

* Vtor verbis *Capitularium*, quippe qui in *Inſtrumento Electionis* diſerte; *Ac ſane prehabita ea de re deliberatione vniuerſis & ſingulis vnanimiter placuit per viam inuocationis Spiritus S. procedere, & eccleſia noſtra viduata de idoneo Archiepiſcopo prouidere; quo praeuio omnes & ſinguli, in ſuo loco & ordine, vno ſpiritu & ore, vnanimique conſenſu & voluntate, ac nullo penitus diſcrepante, illico in Dei nomine elegimus* &c.

II Ortum trahebat ille e proſapia Rhenanas inter illuſtriſſimis iam dudum adnumerata; quippe quæ priſcæ virtutis nobilitate, opumque modo non vulgari, cum maxime vero viris religionis non minus, quam rei bellicæ gloria clariſſimis ſi qua alia a multis iam ſæculis efflоruit, *L. B.* ſcilicet *von der Leyen*, quæ, dum hæc ſcribo, ſuffragantibus meritis, ad Comitum euecta faſtigium eſt. *familia ortus tam vetuſta, tum illuſtri,*

* Summatim id iam pridem oſtendit *Iacobus Maſenius* in dedicatoria annalium Treuirenſium, ad *Carolum Caſparem*, Archiepiſcopum & Principem Electorem ex hac familia Treuirenſem; quem ideo audire iuuabit: *Equidem cum generis veſtri ſeblor primordia, quod latio quidem ſermone* a Petra, *vernaculo ac germanico* a Leyen *aut* Leyanis *(vt Romano more terminem) deducitur, praeclariſſimis illud iam olim heroibus nobilitatum atque illuſtratum. Non euoluam hoc in loco ex antiquiſſimo rerum Germanicarum ſcriptore,* Cornelio Tacito, *eiuſque libro vndecimo, Equites Romanos illuſtres, quibus* Petra *cognomentum, qui haud multo poſt Chriſtum ſub Claudio Roman. Imperatore floruerunt: non producam* Sigiſmundum a Petra, *cum vxore* Magdalena *de* Pyrmont, *ſub Othone I Imperatore in luſtro Nobilitatis Merſpurgi ad Salam celebratum. Ille certior propiorque nobis ſtirpis veſtra heros hereſque fuit* Wolframus de Petra, *quem altera poſt Sigiſmundum* *aetate ſub Conrado II Imperatore Treuirenſium annales memorant, anno Chriſti MCLI * inter ceteros Comites Nobileſque ſubſcripſiſſe, vt teſtem, ſententia in cauſſa Abbatia S. Maximini, tempore Hillini Archiepiſcopi lata. Quo itam tempore floruiſſe veſtra familia maiores, ac ſub alterutro vel* de Petra *vel* Leyano *celebratos nomine vix cenſeo ambigendum. Nam eidem* Wolframo, *vt coaeuaneum, ſic conſanguineum fuiſſe autumo* Henricum Leyanum, *e nobili proſapia creatum anno ſalutis MCXLV Leodienſium Epiſcopum, qui peſſundatam flagitioſa multorum eccleſiaſticorum vita religionem pietatemque, ſub Alberone, deceſſore ſuo, laudatiſſimis inſtitutis moribuſque rurſum erexit. Fretus tum D. Bernardi Claraeuallenſis ſalutifera multis mortalibus praeſentia, ob ſtupendam miraculorum, indies ibidem patratorum, virtutem: tum etiam Friderici Imperatoris fauore, vt in ſacris iuxta profaniſque tribunalibus ſumma eſſet* Henrici *auctoritas. Vnde & pſeudo-pontifice Victore, eius nominis IV, morte ſublato, vnus Caeſari* Henricus

* MCLVII. v. Brovverus libro XIV § CXIV p. 6

Digitized by Google

ricus *dignus viſus eſt, qui ad pontificiam inſulam raperetur, niſi maiori ille virtute oblatam tiaram ſubterfugiſſet, quam alii deferebant. Ceterum ea fuit e* Leyana *Treuerica nobilitatis parta apud Leodienſem Clerum exiſtimatio, vt alterum e Treuiris oriundum Præſulem*, Alexandrum *de* Horreo, *defuncti* Henrici *in locum ſuffecerint.* Hæc ille. Præter eos vero ſæc. XII occurrunt *Eberhardus* & *VVarnerus* de *Petra*, germani, teſtibus adſcripti in tabulis, quibus *Henricus* C. P. Rheni & Dux Saxoniæ an. MCXCVIII aduocatiam Treuericæ ciuitatis *Ioanni I* Archiepiſcopo Treuirenſi vendidit. vid. *Brovverus* l. d. lib. XV § XXX p. 96. Accedit, è *Leyanis* ipſum Treuerici Pontificatus culmen ſub medium ſæc. XVI conſcendiſſe *Ioannem* de *Petra*, magna virtutis opinione Principem, & anno ſuperioris ſæc. LI *Carolum Caſparem* von der *Leyen*; Moguntini vero an. LXXV *Damianum Hartardum*. Vbi hoc inprimis memorabile ducendum, quod vno tempore duobus Archiepiſcopatibus & Electoratibus duo ex eadem hac gente Præſules, iique fratres germani, præfuerint; quod neſcio an cuiquam familiæ ex illuſtri Nobilitate contigerit.

parentibus natus laudatiſſimis.

III In lucem vero editus eſt an. MDCXXIV, d. II Martii, parentibus vt ſtirpe ſanguinis, ita pietatis, religionis, vitæque laudatæ ornamentis pluſquam vulgaribus apprime conſpicuis; patre quidem *Damiano* von *der Leyen*, Dynaſta Adendorfenſi & curiæ prouincialis Treuirenſis Præfecto; matre *Anna Catharina*, inclita *Waltbottiorum* a *Baſſenheim* ſtirpe orta. Auis vero, maioribuſque, quorum ipſe in ſchemate ſequenti recenſum inſtituit, haud laude minori ſpectatis.

* * *

eccleſiaſtico vitæ generi ſe dedit.

IV A prima ſtatim pueritia pietatis ac litterarum, quæ natalium decebant claritudinem, inſtitutus præceptis, *Henrici*, *Ioannis*, aliorumque gentis ſuæ luminum reſpicere cœpit exempla, atque eccleſiaſtico vitæ genere delecto, tuta planaque via ad decora ſtirpi ſuæ quaſi propria feliciter proceſſit. Moguntiæ enim locum nactus eſt in Canonicis ad ædium maximam; Treueri ſimiliter ad primariam, quæ *D. Petro* ſacra eſt.

ad varios adſpirat honores.

V Sedenim haud in primis vel ſecundis conſtitit, ſed cum religionis, virtutis, rectique moris excelleret laudibus, ad maiores ſubinde honores ſucceſſit. Quippe Moguntiæ an. MDCLII *Georgio Antonio* de *Rodenſtein* in Præpoſiti dignitate ad *D. Albanum* ſurrogatus eſt *; Treueri vero aliquot poſt annis in eadem ad *D. Petrum*, quæ poſt Archiepiſcopalem ſumma.

* vid. *Chron. Santalbanenſe* lib. II ſect. II cap. I p. 791.

El. Treuirenſis legatum agit.

VI Nec domi tantum, ſed foris etiam in publicis negotiis conſilio, prudentia, facundia, miraque in hominum omne genus facilitate multum collegit gratiæ. Quippe an. MDCLV *Caroli Caſparis*, Archiepiſcopi & Principis Electoris, magna dignatione legatum egit Francofurti in conuentu *Deputatorum Imperii*, ſiue Delectorum, quorum miniſterio in expediendis Comitiorum nuperrime habitorum negotiis Proceres vti volebant *; & deinde an. MDCLXII & MDCLXIII in Comitiis Ratiſbonenſibus †. Publicæ profecto rei & hic & illic magna inſeruiit fide dexteritateque.

* vid. *Londorpius* tom. VII cap. CII n. VIII p. 1055.
† conſ. *Syllabus plenior* ſectione VI p. 397.

multo cum applauſu fit Archiepiſcopus.

VII Die III Iulii faſtigio Moguntinenſi impoſitum fuiſſe, ex dictis iam conſtat. Impoſitus autem fuit magna omnium congratulatione; quos inter vir quidam & doctrinæ & pietatis laude perinſignis tetraſticho ſequenti electo bene precatus eſt;

Fulcimus validis lapſum minitantia palis,
Imperio palus *ſubditur ergo nouus.*
Ah Deus Imperium, palos, *Deus optime, ſerua,*
Vt niſi cum mundo non ruat Imperium.

Eſt

Digitized by Google

DAMIANVS HARTARDVS *von der* LEYEN. *

Damianus von der Leyen.

Michael von der Leyen.

[illegible]hol

C[illegible]

Eva de Pallandt.

D[illegible]

C[illegible]

Anna Catharina Waldbott de Baſſenheim.

Antonius Waldbott de Baſſenheim.

Ann[illegible]

Catharina de Metternich.

* *Probatus an.* 1631.

Digitized by Google

Bartholomæus *von* der Leyen.	Georgius *von* der Leyen.	Ioannes *von* der Leyen.
		Kunigunda *ab* Elz.
	Eva Machenheimerin *de* Zweybrück.	Simon Machenheimer. *de* Zweybrück.
		Eva *de* Schôneck.
Catharina *de* Pallandt.	Gerhardus *de* Pallandt.	Carſilius *de* Pallandt.
		Agnes *de* Hoenen *in* Odenkirchen.
	Hedwigis *de* Hanxler.	Ioannes *de* Hanxler.
		Catharina *de* Menzingen.
Damianus *de* Pallandt.	Ioannes *de* Pallandt.	Ioannes *de* Pallandt.
		Anna *de* Rozlar.
	Cæcilia *de* Hompeſch.	Wernerus *de* Hompeſch.
		Anna *de* Harff.
Catharina *de* Rollingen.	Caſpar *de* Rollingen.	N. *de* Rollingen.
		N. *de* Elter.
	Eva *von* der Fels.	Bernhardus *von* der Fels.
		Anna *de* Merode.
Antonius Waltbott *de* Baſſenheim.	Antonius Waltbott *de* Baſſenheim.	Otto Waltbott *de* Baſſenheim.
		Apollonia *de* Drachenfels.
	Eliſabetha Greiffenclaw *de* Volrats.	Ioannes Greiffenclaw *de* Volrats.
		Eva *ab* Elz.
Catharina *de* Neſſelroth.	Wilhelmus *de* Neſſelroth.	Henricus *de* Neſſelroth.
		Eva *de* Bernſau.
	Agnes *de* Pallandt.	Gothardus *de* Pallandt.
		Hedwigis *de* Hanxler.
Gothardus *de* Metternich.	Gothardus *de* Metternich.	Dietherus *de* Metternich.
		Anna Weyerin *de* Nickenich.
	Gertrudis Kâzgen *de* Gereshoven.	Eberhardus Kâzgen *de* Gereshoven.
		Irmgardis *de* Diepenbroich.
Anna *de* Pallandt.	Damianus *de* Pallandt.	Ioannes *de* Pallandt.
		Cæcilia *de* Hompeſch.
	Catharina *de* Rollingen.	Caſpar *de* Rollingen.
		Eva *von* der Fels.

Eſt is *Philippus Iacobus Spenerus*, Miniſterii eccleſiaſtici Francofurtenſis tum Senior; quo vide operis, quod edidit, Heraldici part. II lib. I cap. LXIV § XIV p. 264. Alluſit autem ad teſſeram *Leyanerum* gentilitiam, qui *palus argenteus* eſt.

VIII Nono poſt die, dicti vero menſis XII, a Vormatienſi eccleſia, quæ videbat, ab Moguntinæ Sedis auctoritate multum ſibi hactenus acceſſiſſe præſidii, poſtulatus etiam eſt Epiſcopus. *eligitur Antiſtes Vormatienſis.*

IX Vtrumque ſolium cum conſcendiſſet, Pontificiſque probatus eſſet iudicio, anno ſequenti MDCLXXVI d. VIII Septembr. dignitatis Epiſcopalis ſacra ex veteri maiorum inſtituto capeſſiuit, *Petro Philippo*, Epiſcopo Bambergenſi & Wirtzburgenſi, inaugurante, *Ioanne Henrico* Epiſcopo Hierapolitano, & *Stephano* Epiſcopo Domitiapolitano, illo Treuirenſi, hoc Herbipolenſi Suffraganeis, aſſiſtentibus, variis vero Electorum & Principum Legatis pompam ſua cohoneſtantibus præſentia. *conſecratur Epiſcopus.*

X Poſtero, qui reparatæ ſalutis fuit MDCLXXVII, miſſis *Carolo Henrico* de *Metternich*, maioris Cuſtode, *Chriſtophoro Rudolfo* de *Stadion*, eiuſdem Canonico, ſuo in eccleſiaſticis Vicario, & conſilii aulici Præſide, nec non *Arnoldo* de *Hornigk*, Conſiliario aulico & ad Comitia Ratisbonenſia Legato, Lincii die V Ianuarii dignitatis Electoralis iura recognouit, ac ſacramento fidelitatis & obſequii Cæſari dicto, impetrauit. *regalia a Cæſare petit & conſequitur.*

XI Sedenim ſpem ampliſſime paſſim de ſe concitatam morte immatura præuentus deſtituit. Obiit autem anno ſequenti MDCLXXVIII d. VI Decembr. noctu intra horam VIII & IX, & die menſis dicti XXVIII in ſacello ædis primariæ, *D. Laurentii* memoriæ dicato, quod ipſe ſplendide non minus inſtaurarat, quam Vicaria inſtruxerat peculiari, tumulo illatus eſt *; æternum familiæ ſuæ & Sedis Moguntinæ ornamentum. *morte immatura obit.*

* Conf. *Syllabus plenior* l. d.

XII Princeps certe fuit artium gubernandi apprime peritus, populi imperio ſuo ſubiecti amans, iuſto moderatoque regimine ſuis charus; vno verbo, qui eccleſiæ ſuæ cum fructu haud exiguo adminiſtratæ perpetuum decus ſibi vindicat. Tam breui ſane, quo Archiepiſcopatus gubernacula tenuit, tempore haud pauca meliorem in ſtatum redegit, complura præclare inſtituit. Quippe non longe poſt ſuſceptam in ſe rerum ſummam domum hoſpitalem, quæ ab ſacello adſtructo *D. Ioannis* dicitur, in militum præſidiariorum, aduerſa valetudine laborantium, vſus ac receptaculum, pietatis & miſericordiæ ſtudio, ſtatuit, cenſuque neceſſario locupletauit *; regiæ Electoralis partem, quam *Georgius Fridericus* olim inceperat, & exædificauit, & variis ornamentis inſtruxit: ſupellectilem argenteam pro magnitudine dignitatis ſuæ auxit; rei familiaris ſollerter adminiſtrandæ peritia inſigne ærario attulit incrementum. *laudatur a virtutibus & rebus geſtis.*

* conf. ſupra lib. I cap. XXXI ſect. IV § VI p. 84.

CAROLVS HENRICVS.

I

ILluſtriſſima *Lib. Baronum*, hodie vero *Comitum* de *Metternich*, *Winnenburg*, & *Beilſtein*, familia oriundus, in lucem ſuſceptus eſt an. MDCXXII, d. XV Iulii, patre natus *Wilhelmo*, L. B. *de* Metternich, Winnenburg, & Beilſtein, Domino *in* Berburg, & Königswarth, Burggrauio Egrano, cohortis Hiſpanæ Præfecto, & Senatus bellici in aula Cæſarea Adſeſſore; matre *Eleonora*, nobiliſſimo *Brômſerorum* de *Rüdesheim* genere prognata, matrona tali tamque magna virtutis rectique moris fama, vt vidua facta ab Imperatrice in aulæ Præfectam cooptata fuerit: maioribus cetera ſtirpe ſanguinis perinde & ſpecta- *Perilluſtri natus fuit ...*

tæ virtutis laudibus clariſſimis, vt ex ſequenti, quod ipſe olim exhibuit, ſchemate patet.

* *
*

Maiorum adſpirat ad decora.

II Domeſticis excitatus exemplis, mature animum tum pietate excoluit, tum artium liberalium diſciplinis, honeſtiſſimum ratus, illorum ſequi veſtigia, ad quorum decora adſpirabat. Ea vero ingreſſus, quum ſimilitudine quadam ingenii eorum in mores ac inſtituta abiuiſſet, id habuit felicitatis, vt præ illis ad maximos adſcenderet honores.

a Suecis capitur.

III Hæc inter anno MDC XLVII graue incurrit infortunium. Cum enim in Boiemia vna cum parentibus ageret, a quodam Suecorum excurſiones facientium manipulo iuxta cum patre, matre, & duabus ſororibus captus, non ante, quam graui lytro ſiue redemptionis pretio militiæ Suecicæ duci *Wrangelio* verbis conceptis promiſſo, libertati reſtitutus fuit.

variis conſequitur honores.

IV Enimuero, Moguntiæ ac Treueri Canonicos inter receptus, tam illic quam hic ſubinde ad maiores dignitates adſcendit. Quippe Moguntiæ an. MDCLV d. V April. Scholaſticus renuntiatus, in *Iodoci Philippi a Weiler* ſubiit locum *, & ſequenti, poſt obitum *Ioannis Suicardi* de *Walibott a Baſſenheim* in *Olbruck*, Cuſtodis ad *S. Albanum* munere auctus fuit; †; Treueri vero annis ſequentibus e Canonico maioris Chorepiſcopus *S. Caſtoris* in Cardona conſtitutus eſt.

* Vid. *Syllabus plenior* ſect. IV p. 324.
† Vid. *Chronicon Sanctalbanenſe* lib. II ſect. II cap. V p. 779.

Ratisbonæ legatum agit.

V Conſilio cum polleret ac prudentia, a *Carolo Caſpare* Electore Treuirenſi an. MDC LXIII Ratisbonam miſſus fuit ad Comitia, *Damianum Hartardum* felicibus auſpiciis excepturus; & decem poſt annis a *Lothario Friderico*, Electore Moguntinenſi, ad aulam Cæſaream, regalia ac Imperii beneficia ab Imperatore Leopoldo petiturus: quæ cum anno ſequenti MDC LXXIV die VIII Auguſti impetraſſet, domum redux laboris præmium tulit ædis ſummæ Cuſtodiam; ad quam euectus fuit d. I Octobris *.

* *Syllabus plenior* ſect. IV p. 324, & ſect. III p. 314.

nomine deceſſoris regalia a Cæſare petit.

Similiter biennio poſt *Damiani Hartardi* nomine Cæſarem adiit, eadem iura clientelari fide recepturus; quæ etiam anno inſequenti d. V Ianuarii Lincii ritu ſolemni accepit.

eligitur Archiepiſcopus.

VI Cum ſic rerum uſu, virtutumque ornamentis plusquam vulgaribus illuſtris, Cæſarique ipſi gratus eſſet, dignus fuit habitus, qui Sedis Moguntinæ culmen, *Damiano Hartardo* vita defuncto, conſcenderet; ad quod etiam die menſis Ianuarii IX an. MDC LXXIX prouectus eſt. Vormatienſibus eadem, quæ Moguntinis, erat mens. Vnde ab iis XXX menſis modo dicti die Vangionum poſtulatus fuit Epiſcopus.

Pallium petit.

VII Ex eo muneris confirmationem a Pontifice petiit, vna cum geſtamine pallii Archiepiſcopalis. Sed enim, vita iam conceſſerat, quum Bulla, qua *Innocentius* prid. Non. Septembr. petenti annuit, adueniret.

Congregationem B. M. V. vocat Moguntiam.

VIII Interim a Congregatione *B. M. V.* Ordinis *D. Auguſtini*, quæ Lucemburgi teneriori puellarum ætati tum pietate, linguaque Gallica inſtituendæ, tum nitidioribus textrinæ aliisque artificiis inſtruendæ operam multa cum laude impendebat, ſororum perilluſtrium rogatu, ſanctimonialium quasdam Moguntiam euocauit, vt & hic loci ad pudicitiam, moresque ſexui fœminineo conuenientes formari poſſent & plebeii generis & nobili ſanguine prognatæ puellæ, virginesque. Prius tamen, quam & illæ appellerent, vitam finiit.

* V. quæ de *Congregatione hac* dixi tom. II ſect. III § I & II p. 879.

IX Quippe

Digitized by Google

CAROLVS HENRICVS L.B. *de* METTERNICH. *

Wilhelmus L.B. *de* Metternich.

Dietericus *de* Metternich.

Anna Freyin *a* Dehren.

Anna Eleonora Brômſerin *de* Rüdesheim.

Ioannes Richardus Brômſer *de* Rüdesheim.

Margareta *de* & *in* Cronberg.

* *Prebens an.* 1637.

annes *de* Metternich, Dominus *in* Vettelhoven.	Emundus *de* Metternich.	Carolus *de* Metternich.
		Sibylla Beiſſelin *de* Gymnich.
	Amalia Kolbin *de* Vettelhoven.	Ioannes Kolb *de* Vettelhoven.
		Eva *de* Wiltberg.
Catharina *von* der Leyen.	Bartholomæus *von* der Leyen.	Georgius *von* der Leyen.
		Eva Machenheimerin *de* Zwey-brück.
	Catharina *de* Pallandt.	Godtardus *de* Pallandt.
		Hedwigis *de* Hanxler.
Lubentius Frey *a* Dehren.	Ioannes Frey *a* Dehren.	Ioannes Frey *a* Dehren.
		Anna *de* Lindau.
	Anna *de* Carben.	Ioannes *de* Carben.
		Maria *de* Langelen.
Catharina *de* Naſſau.	Quirinus *de* Naſſau.	Henricus *de* Naſſau.
		Anna *de* Selbach.
	Eliſabetha *de* Staffel.	Wilhelmus *de* Staffel.
		Margareta Wolffin *de* Sponheim.
inricus Brômſer *de* Rüdesheim.	Henricus Brômſer *de* Rüdesheim.	Henricus Brômſer *de* Rüdesheim.
		Apollonia *de* Ingelheim.
	Walburgis Greiffenclaw *de* Volrats.	Fridericus Greiffenclaw *de* Volrats.
		Anna Buchis *de* Staden.
Loretta *de* Breitbach.	Wilhelmus *de* Breitbach.	Adolfus *de* Breitbach.
		Catharina *von* Lanſtein.
	Anna Cameraria *de* Wormatia, dicta *de* Dalberg.	Wolfgangus Camerarius *de* Wormatia, *dictus* Dalberg.
		Ludovica *de* Cronberg.
Ioannes Eberhardus *de* & *in* Cronberg.	Georgius *de* & *in* Cronberg.	Caſpar *de* Cronberg.
		Catharina *de* Cronberg.
	Margareta *de* Fleckenſtein.	Iacobus *de* Fleckenſtein.
		Barbara *de* Ingelheim.
ma Riedeſelin *de* Eiſenbach.	Hermannus Riedeſel *de* Eiſenbach.	Ioannes Riedeſel *de* Eiſenbach.
		Clara *de* Cronberg.
	Margareta *von* der Malsburg.	Hermannus *von* der Malsburg.
		Anna *de* Hundelshauſen.

Digitized by Google

ad p. 981

ANSELMVS FRANCISCVS *de* INGELHEIM. *

Georgius Ioannes *de* Ingelheim.

Marſilius Godefridus *de* Ingelheim.

M

Ar

Amalia Langwertin *de* Simmern.

Ioan

Anna Eliſabetha Sturmfederin *de* Oppenvveiler.

Wolfgangus Fridericus Sturmfeder *de* Oppenvveiler.

gn

Eliſabetha Nagelin *de* Dürmſtein.

I

* *Probans an.* 1656.

*

Marſilius *de* Ingelheim.	Ioannes *de* Ingelheim.	Carolus *de* Ingelheim.
		Dorothea Brendelin *de* Homburg.
	Eliſabetha *de* Reiffenberg.	Marſilius *de* Reiffenberg.
		Margareta *de* Staffel.
Amalia *de* Fleckenſtein.	Fridericus *de* Fleckenſtein.	Nicolaus *de* Fleckenſtein.
		Margareta Greiffenclau *de* Volrats.
	Margareta *de* Drath.	Chriſtophorus *de* Drath.
		Margareta Sturmfederin *de* Oppenweiler.
Ioannes Georgius Langwert *de* Simmern.	N. Langwert *de* Simmern.	N. Langwert *de* Simmern.
		N. *de* Lambsheim.
	N. Schad *de* Oſtheim.	N. Schad *de* Oſtheim.
		N. *de* Hedesdorff.
Eva *de* Schônborn.	Ioannes *de* Schônborn.	Ioannes *de* Schônborn.
		Elgen Brederin *de* Hohenſtein.
	Gutha *de* Mudersbach.	Emericus *de* Mudersbach.
		Anna Schenckin *de* Schweinsburg.
Ludouicus Sturmfeder *de* Oppenweiler.	Fridericus Sturmfeder *de* Oppenweiler.	N. Sturmfeder *de* Oppenweiler.
		N. Ferzerin *de* Geiſpizheim.
	Margareta *de* Hürnheim.	N. *de* Hürnheim.
		N. *de* Hohenaslingen.
Agnes Cameraria *de* Wormatia dicta *de* Dalberg.	Georgius Camerarius *de* Wormatia dictus *de* Dalberg.	Wolfgangus Camerarius *de* Wormatia dictus *de* Dalberg.
		Agnes *de* Sickingen.
	Anna *de* Flersheim.	Bertholdus *de* Flersheim.
		Eliſabetha *de* Helmſtatt.
Petrus Nagel *de* Dürmſtein.	Petrus Nagel *de* Dürmſtein.	Petrus Nagel *de* Dürmſtein.
		Hildegardis *de* Remchingen.
	Margareta *de* Heppenheim.	Andreas *de* Heppenheim dictus *a* Saal.
		Mechtildis Rothin *de* Burgſchwalbach.
Catharina Cratzin *de* Scharpfenſtein.	Philippus Cratz *de* Scharpfenſtein.	Caſpar Cratz *de* Scharpfenſtein.
		Agnes *de* Schônenburg.
	Anna *de* Schônenburg.	Ioannes *de* Schônenburg.
		Eliſabetha Weyerin *de* Nickenich.

Digitized by Google

IX Quippe eodem hoc anno, cum inter ſollemnia iuratæ a populo tractus ſuperioris obſequentiæ & fidelitatis verba catarrho laborare cœpiſſet, d. XXVI Septembr. Aſchaffenburgi apoplexia, ætatis anno LVII, extinctus eſt. *obiit.*

X Funus Aſchaffenburgo Moguntiam deuectum, d. XXV Octobr. in ſacello ædis primariæ, *D. Lamberti* memoriæ conſecrato, ſepulturæ traditum fuit. *ſepelitur.*

Conſ. *Syllabus plenior* ſect. III p. 314.

ANSELMVS FRANCISCVS.

I

ORtus familia in Rhenanis a pluribus ſæculis illuſtri, *Ingelheimiorum* ſcilicet; e qua *Giſelbertus* de *Ingelheim* inter ædis Moguntinenſis primariæ Canonicos iam anno MCC XCIV occurrit *; *Billungus* vero, *Emercho*, & *Helfericus* de *Ingelheim*, *Giſelberti* fratres, bellicæ rei ſtudio tum temporis haud fuere ignobiles, *Milites* dicti **; *familia eius eſt antiqua.*

* v. *Syllabus plenior* ſectione VI p. 372.

** v. *Syllabus* dictus l. d.

Stirpem autem, qua oriundus fuit *Anſelmus Franciſcus*, proſenit *Philippus*, qui iisdem illis temporibus, quibus *Giſelbertus*, *Billungus*, *Emercho*, & *Helfericus* floruere, vixit, patre natus *Eberhardo*. vid. *Humbracht* tab. XLIII. Notes autem, fratres iſtos non iis vſos fuiſſe inſignibus ſiue armis gentilitiis, quibus hodie vtuntur *Ingelheimii*, cruce ſcilicet teſſellata in parma nigra; ſed cantheriis cum tribus ſtellis; quarum duæ in ſuperiore ſcuti parte, tertia in inferiori, intra cantherios. Dein eos, qui a *Philippo* proſati ſunt, & ſua mutaſſe Sic enim de *Ioanne*, qui an. MDXLI obiit, *Humbracht* tab. XLIV; *Führte nach abgang der ältern Linie das VVapen ohne Stern.*

II Primam lucem aſpexit an. MDC XXXIV, die XVI Septembr. Coloniæ Agrippinæ, quo ſe parentes in illa temporum difficultate, tanquam in aſylum receperant, & Chriſto Seruatori nomen daturus, poſtridie ſacro fonte tinctus fuit, patris luſtrici vices, loco *Georgii Friderici* de *Schönborn*, Cantoris Moguntinæ maioris, obeunte *Ioanne Philippo Schönbornio*, eccleſiæ Moguntinenſis & Herbipolenſis tum Canonico, poſt vtriusque celſiſſimo Antiſtite *. *natus Coloniæ.*

* *Nos itaque ſatis memores*, ita *ipſe* in teſtimonio illi, cum an. MDCLVI inter Canonicos Moguntinenſes recipi deſideraret, d. IX Decembris dato, *oratorem XVII Sept. MDCXXXIV in vrbe Colonienſi baptizatum, & nos ipſos, nomine cognati noſtri* Georgii Friderici *Cantoris metropolitani, veluti patrini, oratorem e ſacro fonte leuaſſe.*

III Auorum, proauorum, abauorum non eſt, cur faciam mentionem, cum ipſe eorum hanc olim dederit, publiceque, vt moris eſt, ſuſpenderit ſeriem.

* *
*

IV Puer ad omnem ingenii eruditus cultum, magno virtutis litterarumque profectu, cum adultior factus eſſet, ſtudiorum altiorum cum domi, tum foris iniit rationes. Muſſiponti ſane per duos annos in diuini humanique iuris ſcientiam omni incubuit contentione *. *bonis litteris vacat.*

* Id ne ignoremus, facit teſtimonium Rectoris Academiæ, ei, dum nomen albo inſcripſerat, datum; *Nos* Philippus Blumerettus, *Vniuerſitatis Muſſipontanæ & Collegii Societatis Ieſu Rector, teſtamur, Dominum* Anſelmum Franciſcum Fridericum *ab* Ingelheim, *Canonicum Domicellarem eccleſiæ Moguntinæ, matriculæ prædictæ Vniuerſitatis noſtræ pro biennio inchoando XVI Febr. MDCLVIII inſcriptum fuiſſe.*

fit Canonicus Presbyter,

V E Domicellarium ordine, in quem an. MDCLVI receptus erat, anno MDCLX Capitularium aggregatus fuit Collegio, Canonicus Presbyter factus, & ab *Wolthero Henrico* Epiſcopo Aſcalonenſi d. XV Maii Presbyterii honore ex veteri inſtituto initiatus. Inde gradum ad maiores fecit dignitates. Cum enim & conſilio ſpectatus eſſet & auctoritate, anno MDC LXXIV ciuitatis Moguntinæ Camerarius a *Lothario Friderico* conſtitutus, ſequenti vero rerum Erfurtenſium adminiſtrationem *Locumtenentis* titulo conſecutus fuit. Cui cum ſingulari præeſſet cura, & altiori faſtigio ſe dignum oſtenderet, an. MDC LXXIX *Caroli Henrici* in locum ſuffectus & culmini Archiepiſcopali impoſitus eſt *.

varios obit honores.

fit Archiepiſcopus.

* v. *Theatrum Europæum* parte XII ad h. a. p. 41.

Lectus autem fuit magna ſuffragiorum & voluntatum eo inclinantium conſenſione die VII Nouembr. quæ nouo Præſuli deſignando præſtituta erat. Riteque tum clero tum populo renuntiatus, mox ab *Ioanne Wilhelmo* de *Metternich*, Decano, nec non *Vito Chriſtophoro Fuchs* de *Dornheim*, Cantore, in ædium maxima aræ principi impoſitus, celſiſſimi muneris poſſeſſionem capeſſiuit, & Cleri maioris fauſtas congratulationes benigne excepit.

* *Perperam igitur* Theatrum Europæum p. 41. a) ¦º Octobris *electum dicit.*

confirmatur e Pontifice,

conſecratur Archiepiſcopus,

VI Inde nulla interpoſita mora id habuit penſi, ut Pontificis ſtabiliretur iudicio. quo cum anno ſequenti MDC LXXX, Bulla V Id. Mart. ſignata, confirmatus fuiſſet, palliique honore donatus, dignitatis Epiſcopalis ſacra ipſis Kalendis Maii veteri & laudato cærimoniarum ordine ſuſcepit, conſecrationis munus peragente *Ioanne Henrico*, Epiſcopo Hierapolitano, Bambergenſis & Spirenſis Epiſcoporum in Pontificii muneris procuratione Vicariis rei diuinæ ſubſeruientibus.

tempori ſe accommodandum eſſe, ſuadet.

VII Anno ſequenti, Francofurti cœpit conuentus Galliarum Regis in gratiam; cui obeundo ipſe e Collegio Electorali, vna cum Saxone deſtinatus fuit *. In quo cum ſuaderet, temporis habendam eſſe rationem; ac in rationem vertendam neceſſitatem, plurimis viſus eſt plus æquo proniori in Gallos eſſe animo **.

* *Pufendorffius* rerum Brandenburg. lib. XVIII § XXXIII p. 1416.

** *Idem* l. d. § LI p. 1428 & ſeq. & § LIX p. 1438; *Ferebatur Moguntinus palam iactaſſe, Auſtriacam domum non amplius ſufficere Imperio tuendo, ac de alio Romanorum Rege cogitandum eſſe.* Quod an ita habeat, vti quidem Viennæ creditum fuit, in medio relinquo.

Interim iuuabit, quid *Ruquio*, Electoris Brandenburgici legato, d. XII Ian. an. MDC LXXXII reſponderit, huc afferre; *Se propoſita dudum ſecum exegiſſe. Res eſſe prolapſas, vt magis quid neceſſitas, quam libera conſultatio ſuggerat, ſequendum ſit. Hac rerum facie nunquam ſe ſuadere poſſe, vt ad extrema deſcendatur. In exercitu Imperii nil fiduciæ reponendum; ac metuendum, ſi vel minimus motus copiarum in Imperio ſuſcipiatur, ne Gallus ingentibus viribus, quæ paratæ ad limitem conſiſtant, totum Rheni tractum dicto citius inundet. Exterorum auxilium ſumtuoſum iuxta & anceps. Quantum noxæ Cæſarei exercitus Imperio intulerint, in recenti memoria eſſe. Se talia ad Cæſareos Miniſtros ſcripſiſſe, ſed qui ea vix citra offenſam acceperint. Sibi quidem videri, quouis modo ſuper Gallicis propoſitionibus decidendum. Forte inter negotiandum nonnulla adhuc ſeruari poſſe. Saltim præſtare hoc modo reliquis cauere, quam omnia ſorti armorum exponere; quæ vbi ſecus cadat, quod conditio rerum vix aliter promittat, plura, ſi non omnia, amiſſum iri. Eadem ſententia ſi Brandenburgico, velut potentiſſimo Collegarum, & cui plurimus rerum vſus, ac ſpectata bello virtus ſedeat, penes eundem fore, toti negotio momentum addere. Saxonem Martios ſpiritus dici habere: ſed eum ab Electore monendum, vt tempori ac neceſſitati ſe accommodet.* *Idem* l. d. §. XXXV p. 1418; qui addit; *Idem cenſebat, ſi aula Cæſarea, Hiſpanorum & Lotharingi inſtinctu, in diuerſa ſententia perſtiterit, Imperio & Collegio Electorali ſeorſim cum Gallo tranſigendum. Nam aliam ſeruandæ Germaniæ viam haud ſuppetere; ac ſi Electori eadem mens ſit, reliquos Ordines facile conſenſuros.*

VIII Quo rerum ſtatu hoc facilius in XX annorum inducias, quæ Ratisbonæ anno MDC LXXXIV d. XV menſis Auguſti cum Gallis pactæ, conſenſit; & quam accepta ſibi quies in Imperio publica res ſit, non longe poſt ipſo opere teſtatum fecit. Spectabilem enim ac pretioſam arculam (*Monſtrantiam* vulgo vocant) ex auro ſolido factam, & adamantibus elegantiſſime diſtinctam, in grati erga Deum, pacis auctorem, animi ſignificationem, & ſacratiſſimi ſacramenti (quod *Altaris* dicitur) honorem, theſauro ædis metropolitanæ d. XX. Octobris intulit. *conſenſit in inducias cum Gallis pactas.*

Erat alioqui tum haud intacti religione animi. Reperta enim erat Partenhemii hoſtia (in veteri quadam, vt puto, arcula) nec patebat, quid de ea faciendum, cum haud conſtaret, eſſetne conſecrata, nec ne. Vt in neutram peccaretur partem, tutiſſimum iudicauit, de Pontificis facere conſilio ac ſententia: qui conſultus, ſequenti anno in hæc reſpondit verba:

INNOCENTIVS PP. XI.

Venerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum poſt accuratum examen documentorum, quæ circa hoſtiam, in pago Partenheim *nuncupato anno præterito repertam, tranſmiſit ad nos Fraternitas tua, relatum nobis fuerit, non ſatis conſtare de aſſerta eiusdem hoſtiæ identitate, hiſce tibi ſignificamus, vt mandes eam in ſacrario absque cultu ſeruari. Piam interim ſolicitudinem, quam de hac re habuiſti, non parum commendamus, ac Fraternitati tuæ Apoſtolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romæ apud ſanctam Mariam maiorem ſub annulo piſcatoris, die XXVII Octobris MDC LXXXV, Pontificatus noſtri anno decimo*

Marius Spinola.

Venerabili Fratri *Anſelmo Franciſco*, Archiepiſcopo Moguntino, S. R. I. Principi Electori.

IX Tranquillitate ſic parta, anno ſequenti MDC LXXXV d. XXXI Iulii *Ioannem Wilhelmum*, Electoratus Palatini heredem, eiusque coniugem, ſereniſſimam Archiducem, *Ferdinandi III* filiam, Rheno aduerſo Heidelbergam iter inſtituentes, ampliſſimæ pompæ & humanitatis genere Moguntiæ accepit, ac per integrum biduum omnibus officiis accurate proſecutus eſt. *Electoratus Palatini heredem laute excipit.*

X Sedenim quiete iſta citius, quam opinatus erat, excidit. Gallis enim anno MDC LXXXVIII, ruptis perfide induciis, atrox Germaniæ bellum denuo facientibus, & magno armorum ſucceſſu nimium quam elatis, in magnas adductus anguſtias, communem cum reliquis ad Rhenum accolis Principibus caſum ſuſtinuit. Moguntiam ſibi dedi hoſtes poſtulabant; quam, cum ſe vrbi tam amplæ aduerſus tantam vim tuendæ ſeruandæque imparem videret, nec vllam alieni in tanto periculo auxilii ſpem haberet in manibus, neceſſitati, quod nonnunquam rationis eſt, parendum ratus, eisdem pactione d. XVII Octobris facta *, permiſit, & poſtea ſe recepit Erfordiam, cum antea Imperatori per litteras d. XX Nouembr. ſignatas ſe purgaſſet, cauſamque in neceſſitatem contuliſſet †. *Gallis neceſſitate compulſus, Moguntiam permittit.*

* v. *Theatrum Europæum* parte XIII p. 314. & ſeq.

† v. *Idem* l. d. p. 315 & ſeq.

XI Cæſari tum curæ erat, vt Imperii decus tot annorum ſucceſſione familiæ ſuæ quaſi coalitum firmatumque ſeruaretur, nec improbis Gallorum eriperetur machinationibus. Quare eo fine anno inſequenti MDC LXXXIX Erfordiam miſit *Wolfgangum*, Comitem Oetingenſem, Senatus Imperialis aulici Præſidem, rogatum, velit *Anſelmus Franciſcus* collegis Octouiris indicere comitia; eſſe ſibi in animo, ad ea ſe conferre, atque iisdem certa animi ſui ſenſa exponere. Quo minus autem aliis, quid agitaretur, ſuboleret, titulus negotiationis ſpecioſus præferebatur, componenda ſcilicet, quæ de præſenti aduerſus Gallos expeditione bellica venirent in deliberationem. Re perpenſa Cæſaris ille voluntati ſtudium ſuum prolixe detulit, ac non modo ſe collegis Electoribus diem dicturum, verum etiam ex condicto iis adfuturum pollicitus, miſſis ſine mora litteris, eos Auguſtam Vindelicorum ad XIX Septembris euocauit. *de Rege Romanorum creando a Cæſare compellatur.*

XII Quum

Digitized by Google

Auguſtam proficiſcitur

XII Quum vero re non vna impediretur, quo minus ante finem menſis Auguſti Auguſtæ (vti promiſerat) præſto eſſe poſſet, eo ire iuſſit duos ab arcanis conſiliis miniſtros, *Fridericum Antonium*, Camerarium *de* Wormatia, L. B. *de* Dalberg, Canonicum maioris & ciuitatis Moguntinæ Camerarium, nec non *Henricum Heuel*, viros & ſpectata virtute, & rebus gerendis idoneos; quos ipſe dein d. XVI Auguſti felicibus auſpiciis ſecutus, Auguſtam d. IV Octobr. ſollemni apparatu ingreſſus eſt*.

vid. *Theatrum Europaeum* l. d. p. 1111.

Moguntia interea recuperata.

XIII Hæc inter autem exoptatum accepit nuntium, Moguntiam, poſt grauiſſimam trium menſium toleratam obſidionem, Gallis virtute Caroli Ducis Lotharingiæ die IX Septembris ad deditionem faciendam compulſis, hoſtis ex faucibus ereptam, imperioque Moguntino rurſum vindicatam eſſe.

vid. *Theatrum Europaeum* ad h. a. p. 723 & ſeq.

Cæſaris rogatu

XIV Sedenim, vt ad ea, quæ in Comitiis acta, accedam, quum accipiendis, reddendiſque ſalutationum officiis dies aliquam multi dati fuiſſent, tandem negotii, cuius gratia conuentus inſtitutus erat, habita fuit ratio. Cæſar autem cum die XII Dec. ancipitem rerum ſtatum, incertos fati limites, Gallorum machinationes, interregni incommoda, habito ſermone Collegio auguſtali explicaſſet, Regem Romanorum ſibi adiungi poſtulabat, eamque in ſpem filium ſuum proponebat, *Ioſephum*, Regem Hungariæ. Electores, qui aderant, abſentiumque Legati, cum aliquot deliberationibus inſtitutis, momentisque rationum vltro citroque ponderatis viderent, Imperii rationibus id conducere, ad electionem procedendum eſſe ſtatuerunt. Litteris itaque XXI Decembris die datis *Anſelmus Franciſcus* illi peragendæ præſtituebat XVIII Ian. diem anni imminentis MDCXC; qui tamen poſtea ad XXIV prolatus fuit.

diem Regi Romanorum creando præſtituit.

Imperatricem coronat.

XV Interea XIX dicti modo menſis die Auguſtiſſimam Imperatricem, *Eleonoram Magdalenam Thereſiam*, *Philippi Wilhelmi*, C. P. Rheni, Principis Electoris, filiam, vetuſto ritu, laudatoque cærimoniarum ordine inunxit, ac corona Imperatoria euinxit.

vid. *Theatrum Europaeum* ad h. a. p. 1150 & ſeq.

Ioſephum eligit & inungit.

XVI Qua ſollemnitate magno cum applauſu peracta, quum die XXIV more maiorum in ſuffragationes itum eſſet, *Ioſephum*, Hungariæ Regem, calculo ſuo ad amplitudinem regalis Romanorum faſtigii euexit, & biduo poſt, quanta maxime par fuit magnificentia pompaque ſacrorum, inunctum diademate, ceteriſque regni decoribus exornauit.

vid. libellus, qui inſcribitur, *Actus Electionis & Coronationis Ioſephi*, *Capitulatiani* eiuſdem ſubiunctus p. m. 80 & ſeq. in quo tamen perperam d. XVIII Ian. electus dicitur.

accipit Adiutorem,

XVII Enimuero, quod podagræ plurimum cruciaretur doloribus, & morbo, quem ἀνάλγεν vocant, obnoxius eſſet, atque adeo muniis pontificalibus ſollerti cura obeundis pæne impar, vti in tanta rerum perturbatione Sedis Moguntinæ neceſſitatibus conſuleret, anno ſequenti MDCXCI ſocia ſibi in iure dicundo, eccleſiaque adminiſtranda poteſtate Adiutorem quantocius adiungi petiit. quod æquum iudicantes ædis ſummæ Canonici, die XIX Aprilis conſentientibus ſuffragiis elegere *Ludouicum Antonium*, ſupremum militiæ Teutonicæ Magiſtrum, & Præpoſitum Eluacenſem, Electoris Palatini, *Philippi Wilhelmi*, filium, in magnam fortunæ ſortem natum Principem.

Moguntia periculo expoſita ipſe Aſchaffenburgi ſe continet.

XVIII Ceterum hoc & ſequentibus annis plerumque ſe cum aula Aſchaffenburgi continuit. Moguntiæ enim Galli continenter adiiciebant oculos, ea fere hoc ipſo anno potiti, niſi in tempore *Consbruchii*, Cæſarei negotiorum bellicorum curatoris, in proditionem corrupti, perfidia ac ſcelus ſeſe aperuiſſet. Per multos certe dies vrbi adſederant, in ſpem minime dubiam erecti, futurum, vt hoc improbæ machinationis adminiſtro ſuæ eam faciant poteſtatis.

vid. *Theatrum Europaeum* parte XIV ad h. a. p. 34.

nouum Adiutorem accipit.

XIX Anno MDCXCIV, IV menſis Maii die, Leodii diem ſupremum in optimo ætatis flore, ardenti febre confectus, obiit tribus ante annis infulæ Moguntinenſi deſtinatus ſucceſſor, *Ludouicus Antonius*. Cum igitur præſens rerum ſtatus, vti dictum, poſtularet, vt in defuncti locum, ad partem curarum Archiepiſcopalium ſuſtinendam, ſufficeretur alius, primariæ claſſis Canonici, quarto poſt menſe, die nimirum Septembris III, ſuffragantibus plane meritis, ſurrogarunt Celſiſſimum Principem, *Lotharium Franciſcum*, Epiſcopum Bambergen-

Digitized by Google

ad p. 985

GEORGIS ...

Archi... A...

vi... adhuc ...

vx. Ma... Barba...

IOANNES PHILIPPVS,
n. an. 1605. † an. 1673.
f. *Epiſcopus Wirtzburgenſis* an. 1642.
Archiepiſcopus Moguntinus an. 1647.
Epiſcopus Wormatienſis an. 1665.

...ilippus
L. B. a Sior...
Conſiliarius ...
† d. 4 Nou. 1668
vx. ... Vrſul...
d. ... 1635. † ...

Franciſcus Georgius,
Moguntiæ Cuſtos maioris, Wirtzburgi cathedralis Cantor, & Francofurti ad *D. Bartholom.* Præpoſitus,
† an. 1674, d. 16 Iul.
ſepultus Moguntiæ in ſacello S. Barbaræ, quod eſt in maiori.

Anna Maria,
† an. 1668.
vx. Wolfgangi Theoderici *de* Metternich, curiæ prouincialis Archiepiſcopat. Treuirenſis Mareſchalli, ſupremi aulæ Mogunt. Præfecti.

Maria Vrſula,
† an. 1677, d. 25 Martii,
vx. Friderici Wambold *ab* Vmbſtadt.
d. an. 1654.

Eva Catharina,
ſanctimonialis Boppardiæ in cœnobio Marienberg,
† an. 1689.

Ioannes Philippus,
Eques Melitenſis, Commendator Wirtzburgenſis, magnus Prior Daciæ,
Generalis Campimareſchalli Legatus Cæſareus, & præſidii Moguntinenſis Præfectus,
† Moguntiæ an. 1703, d. 1 April.
ſepultus in ſacello S. Barbaræ.
*** *Comitis dignitate a Cæſare auctus.*

...chior...
S. C... Mai. Co...
** *primus ſua e g Archi...*
... Cis dign...
n. an. ... † a...
... Tus H...
vx. Sophia, *fil.* ... anis C...
& Anna ... S...

Ioannes Philippus Franciſcus,
n. an. 1673.
Epiſcopus Herbipolenſis,
& Franciæ orientalis Dux,
el. an. 1719, d. 18 Sept.

Anna Charlotte Maria,
n. an 1671.
vx. Ioannis Franciſci Sebaſtiani L. B. *ab* Oſtein, Conſil. Moguntini ſanctioris & Præfecti Amorbacenſis,
d. an. 1687, vidua facta an. 1718 d. 24. Iunii.

Maria Sophia,
n. an. 1670.
vx. Caroli Caſparis Comitis *von* der Leyen.
d. an. 1687.

Maria Anna,
n. an 1669. † an. 1704. d. 26 Nou.
ſepulta in æde D. Emerani Moguntiæ.
vx. Ioannis Philippi Comitis *de* Stadion,
S. C. M. Conſiliarii intimi, aulæ Moguntinæ ſupremi Præf.
d. an. 1685.

Fridericus Carolus.
n. an. 1674,
S. C. Mai. Conſiliarius ſanctior,
S. R. I. Vicecancellarius f. an. 1705,
Coadiutor Bambergenſis an. 1708.
Epiſcopus Arcadienſis.
*

Damianus ... ugo ...
n. an. 16...
Balliuiæ Haſſiacæ & Bielſenſ. ... thice
Legatus Cæſaris ad Circulum ...
S. R. E. Cardinalis an. ...
Epiſcopus Spirenſis ... 17...
Coadiutor Conſtantienſis an...

Anna Catharina Sophia Charlotte,
n. d. 30 Iul. an. 1702.
vx. N. Marchionis *de* Hondsbruck,
d. an. 1720.

Maria Anna Catharina Eliſabetha,
n. d. 24 Aug. an. 1703.

Maria Anna Sophia Henrica,
n. d. 10 Aug. an. 1704.

Maria Charlotte Thereſia Catharina,
n. d. 26 Oct. an. 1705.

Eva Thereſia Philippina,
n. d. 4 Mart. an. 1707.

Ioſephus Franciſcus Bonauentura Kilianus,
n. d. 8 Iul. an. 1708.
Canonicus Bambergenſis ...

---

* Caſtrum ipſe *Reichelsberg*, quod cum bonis contributis poſt extincti... vna cum iure ſeſſionis & ſuffragii, tam in Comitiis Imperii, quam ... 28 Septembr. ratam habuit, & Proceribus Imperii æque ac Directori...

** Dignitate hac Illuſtriſſimæ familiæ *Schönborniæ* anno 1670, die 19 m... quippe Imperialis aulici & Camerarii, ſupremi item aulæ Moguntinæ ...

*** Anno quidem 1701, die 5 Augusti. Vid. *Pfeffinger* ad Vitriarii I...

* Emit anno 1710 a *Franciſco Antonio Comite* a *Bucheim*, Epiſcopo Neo...

* Illuſtriſſimi *Comites Schönbornii* ſe nunc ſcribant *Comites de Schönborn* ...

Digitized by Google

VS a SCHÖNB
Satrapa Ameneburgenſis.
adhuc an. 1625.
Barbara *von* der Leyen

Philippus Erwinus,
Schönborn, * *Dominus in Reichelsberg*,
Moguntinus ſanctior, Satrapa Steinheim
an. 1668, ſepultus Geiſenhemii.
Vrſula *de* Greiffenclaw,
1635. † an. 1682 Francofurti.

Melchior Fridericus,
Mai. Conſiliarius intimus &c.
Archiepiſcop. Moguntini Archipince
dignitate a Caeſare auctus.
1640 † an. 1717. d. 9. Maii,
ſepultus Heuſenſtammii.
Ioannis Chriſtiani L. B. a Boinebu
Schutzin ab Holtzhauſen.

Hugo,
Archicommendator,
Saxoniae inferioris,
an. 1715,
an. 1719.
an. 1722.

Franciſ
n.
S.C.M. Conſil
Aſchaffenb. a
ſupremu
& dein
vx Maria E
fil. *Henrici*
vidua Ioan. Othe
d. an. 1701
ſepulta

Maria Anna Eva
Eleonora,
n. d. 9 Aug. an. 1709.
Wurzburgenſis,

Frideri

n an. 1521 ſtirpem *Reichelsbergi*
nuentibus Circuli Franconici, ab
dicti Circuli Franconici ſignificau
nſis Decembris ſollemni diploma
Mareſchalli, Satrapae Steinheimen
lib. 1. tit. 5 p. 786.
adienſi, familiae ſuae vltimo, D
heim, vti ille, dum in viuis ad

um Archie-
ſia, iura dat.

io agenda- *moritur Aſchaffenburgi.*
e ſequenti
n pie pla-
imo terrae *ibidem ſepelitur.*
ue tumulo
m Mogun-

VS.

catum Mo- *Deceſſores ſuccedit.*
tum foris
ate tam ec-
e & omni
ocumque,

. 10; *Id ve-*
nanciſcatur,
Schönbornianis.
atione lit. *b*)
s argumenti
iarium con-
linea, ant

i tempero,
reuocare,
ae Princi-
ere videa-
valebit in-
ri poſtero-
m ille me-
ſi vel prae-
OTHARII
nperii an-

ulos ſpe- *gentis totius Schönbornianae.*
opumque
ORNIO-

Principes,
ſui fama
riam, de
Franciſ-
Cardina-
ndiſſimum
adienſem,
in ſublimi
llorum ge-
immorum
Schönbor-
copiis ſpe-
bemus.

III In

Digitized by Google

ad p. 985

Anna Maria,
† an. 1668.
vx. Wolfgangi Theoderici *de* Metternich,
curiæ prouincialis Archiepiſcopat. Treuirenſis
Mareſchalli, ſupremi aulæ Mogunt. Præfecti.

Maria Viſula,
† an. 1677, d. 25 Martii,
vx. Friderici Wambold *ab* Vmbſtadt.
d. an. 1654.

vx. Caroli Caſparis Comitis *von* der Leyen.
d. an. 1687.

Maria Anna,
n. an 1669, † an. 1704. d. 26 Non.
ſepulta in æde D. Emerani Moguntiæ.
vx Ioannis Philippi Comitis *de* Stadion,
S. C. M. Conſiliarii intimi, aulæ Mogunt. ſupremi Præf.
d. an. 1685.

Anna Catharina Sophia Charlotte,
n. d. 30 Iul. an. 1708.
vx. *N.* Marchionis
de Hondsbruck,
d. an. 1720.

M...
ri...
n. d...

bergenſem, illuſtriſſima *Schönborniorum* gente ortum; qui etiamnum Archiepiſcopatui ſumma cum nominis ſui laude, totiuſque Imperii applauſu, iura dat.

v. *Theatrum Europæum* l. d. p. 659.

XX Tantæ dignationis Præſule ſibi in omnium rerum cum imperio agendarum adminiſtratione adiuncto, haud diu ſuperuixit. Anno namque ſequenti MDCXCV, XXX Martii die, Aſchaffenburgi extremum vitæ ſpiritum pie placideque edidit, ibidemque in æde SS. Petri & Alexandri funere ampliſſimo terræ iuxta Archiepiſcopi *Theoderici* ſepulcrum, illatus eſt: cenotaphio ſiue tumulo honorario ei poſtea Moguntiæ ab herede exſtructo, vt in *Epitaphiorum Moguntinenſium* ſylloge videre eſt. *moritur Aſchaffenburgi.* *ibidem ſepelitur.*

LOTHARIVS FRANCISCVS.

I

Is *Anſelmo Franciſco* de ſtatione mortalis huius vitæ euocato, Pontificatum Moguntinenſem ſollemni applauſu iniit. Princeps ſummæ cum domi tum foris per vniuerſam Germaniam auctoritatis, rebus vero pro ſalute & dignitate tam eccleſiarum ſuarum, quam totius Imperii præclariſſime geſtis inclitus plane & omni laude maior. Vt adeo, quod alii iam * optauere, & ego optem, voueamque, dignum ſcilicet virtutibus meritisque ſuis vt nanciſcatur ſcriptorem. *Defuncto ſuccedit.*

I. P. a Ludevvig in præfatione ad Scriptores Bambergenſes § XVI p. 10; *Id voueo, vt huius ætatis Archiprinceps & Archipræſul biographum nanciſcatur, dignum fama, virtute, meritis, operis, rebusque geſtis Schönbornianis.* Et in continuatione Annalium Bambergenſium col. 1071 in adnotatione lit. *b*) ſignata: *Vtinam haberet laudatiſſimus Princeps ſcriptorem huius argumenti domeſticum, rerum conſiliorumque comitem perpetuum; qui diarium condere poſſet rerum ab eo geſtarum. Neque enim vlla dies illi ſine linea, aut ſingulari ſpecimine virtutis.*

Ego certe, dum meæ tenuitatis probe mihi conſcius ſum, vix mihi tempero, quin hic finem faciam. Satius enim videtur, calamum a ſcriptione reuocare, atque ponere, quam mihi, quod vires meas ſuperet, ſumere, tantique Principis res imparis ingenii deterere auſu. Ne tamen opus hoc lacunam habere videatur, mea culpa contractam, quæ mihi cognita ſunt, quantum mea valebit infirmitas, notabo. Erunt, qui diligentius aliquando, ſtiloque politiori poſterorum ad memoriam in litteras mittent, quam maximis in rem publicam ille meritis, præſtantiſſimisque operibus editis gloriam ſit conſecutus; tametſi vel præclariſſimis ingeniis perarduum erit, id condigne perſequi; cum LOTHARII FRANCISCI vitam monumentis mandare, idem ſit, ac Germanici Imperii annales condere, vt magnæ quidam celebritatis vir ſcite iudicauit *.

* Idem *Ludevvigius* l. d. col. 1059.

II Sanguinem trahit e gente, ſi honoratiſſimarum imaginum titulos ſpectes, veterrima *; ſi virtutis auitæ laudem, ampliſſimas dignitates, opumque magnitudinem, vna totius Germaniæ hodie florentiſſima, SCHOENBORNIONORVM ſcilicet, ſupra nobis dicta, laudataque †. *gente Schoenbornia.*

* Conf. huc § II in *Ioanne Philippo* p. 959.

† Memorabile profecto ducendum, tres e ſplendidiſſima hac familia Principes, hoc tempore nobiliſſimis in Imperio Sedibus ſumma cum nominis ſui fama atque exiſtimatione præeſſe; Moguntinæ & Bambergenſi *Lotharium*, de quo mihi ſermo, *Franciſcum*; Herbipolenſi, *Ioannem Philippum Franciſcum*; Spirenſi, *Damianum Hugonem*, Eminentiſſimum S. R. E. Cardinalem; Bambergenſi præterea infulæ deſtinatum ſucceſſorem Reuerendiſſimum & Celſiſſimum Comitem *Fridericum Carolum*, Epiſcopum Arcadienſem, S. C. Maieſtatis a conſiliis ſanctioribus, & Archiprincipis patrui in ſublimi S. R. I. per Germaniam Archicancellariatus munere Vicarium; vt illorum genus ex ipſius virtutis & felicitatis ſtirpe generatum dicas, meritoque ſummorum Principum quoddam quaſi ſeminarium appelles. Reliqua illuſtriſſimæ *Schönborniana* gentis decora, vigore ingenii atque animi, honore, gloria, copiis ſpectatiſſima, cum breuitati ſtudendum ſit, appoſito ob oculos ſiſto ſchemate.

* * *

parentibus & maioribus natus laudatiſſimis,

III In humanis eſſe cœpit anno Chriſti naſcentis MDCLV, IV menſis Octobris die, memoriæ *D. Franciſci* feſta: patre natus *Philippo Erwino*, L. B. a Schönborn & Domino *in* Reichelsberg, Eminentiſſimi, vt ex tabula modo allata patet, Archiepiſcopi & Principis Electoris, *Ioannis Philippi*, fratre germano; matre *Maria Vrſula*, magnaque & vetere *Greiffenclauiorum* de *Volrats* gente oriunda, matrona omnibus corporis iuxta atque animi dotibus ſtirpi ſuæ pari: auis vero, proauis, abauis ſchemate, quod hic habes, comprehenſis, omnibus vt natalium ſplendore, ita conſilii partim, partim rei bellicæ gloria, rectique moris præſtantiſſimis exemplis in conſtanti maximaque laude poſitis.

* * *

maiorum ad gloriam adſpirans,

IV Cum maiorum ſibi ſuorum, quam imitaretur, virtutem laudabili propoſuiſſet conſilio, id ita conſecutus eſt, vt nemo dubitaret, quin olim ad culmen Celſiſſimi Patrui ſui, cuius veſtigia quotidie magnis paſſibus perſequebatur, eniſurus, & nouum, idque clariſſimum familiæ ſuæ lumen illaturus eſſet.

eccleſiaſtico vitæ ſe dedit generi,

V Obtinuit autem tum Herbipoli, tum Bambergæ, tum Moguntiæ locum in nobiliſſimis ad ædium maximas Collegiis locum, & cum religionis, induſtriæ, humanitatis, ſummæque erga omnes beneuolentiæ laudibus vnus omnium maxime excelleret, prudentia vero eſſet ſingulari, tam hic quam iſtic ad ampliſſimos honores ſubinde adſcendit. Et Bambergæ quidem primum Scholaſtici maioris dignitate auctus, deinde anno MDCXCIII die XVI Nouembr. *Marquardi Sebaſtiani* de *Stauffenberg* in locum Epiſcopus electus eſt *. Moguntiæ vero, vti ſupra iam dictum, anno ſequenti MDCXCIV ad partem rerum cum imperio gerendarum, curarumque Archiepiſcopalium ſuſtinendam *Anſelmo Franciſco* die III Septembris Adiutor, eique poſt fatis functo ſucceſſor datus, & pontificatus faſtigio impoſitus fuit.

Bambergæ fit Scholaſticus & deinde Antiſtes, Moguntiæ Coadiutor.

* Tam vnanimi ſuffragantium concentu *Marquardi Sebaſtiani* in locum ſuffectus fuit, vt *per inſpirationem*, quod ſacri Canones dicunt, electus videretur. *Ludewig* l. d. col. 1058 & 1059, & in adnotatione lit. *a*) ſignata col. 1070. Sacra vero decora cum a Pontifice peteret, ea non modo ſine mora, verum etiam ſine cenſu, qui curiæ Romanæ alioquin exſolui ſolet, luculento ſingularis gratiæ exemplo, conſecutus eſt. *Idem* l. d. nec non in adnotat. lit. *d*) notata.

vrbem ingreditur & poſſeſſionem capit.

VI Regimen auſpicaturus, vrbem ſolletani apparatu ingreſſus eſt XXX menſis Aprilis die, exquiſito honorum omnium atque officiorum genere exceptus; biduo poſt vero in ædium primaria magna cærimoniarum dignitate inauguratus, inter confertiſſimam affluentium turbam, ad arcem D. Martini conceſſit, longo Capitularium & Nobilitatis agmine deductus.

Conf. *Theatrum Europaeum* parte XIV ad h. a. p. 800.

regimen auſpicatur.

VII Inde ad ordinandam rem publicam flexit ſollicitudinem, & poſtquam in Rhingauia æque ac alibi populum iureiurando & obſequii religione ſibi deuinxerat, quæ e re atque dignitate eccleſiæ Moguntinenſis erant, magno ſtudio curare incepit.

Academiæ Erfurtenſis eligitur Rector.

VIII Bonis vero litteris cum haud exiguum ſtatueret pretium, quippe ab ineunte adoleſcentia cum Muſis verſari aſſuetus, ad ſupplices Academiæ Erfurtenſis preces paſſus eſt, III Non. Iul. Rectoris Magnificentiſſimi appellationem ad ſe deferri, toti orbi vt demonſtraret, non minus rei litterariæ, quam ſacræ atque ciuili, ſe conſultum velle.

In rei memoriam cuſus tum temporis fuit nummus, in cuius antica facie effigies cernitur Eminentiſſimi Electoris, *cum his in margine verbis*; LOTHARIVS. FRANCISCVS. ELECT. MOG. *in poſtica vero menſa, cui conſulatus academici inſignia, tiara, pallium, & duo ſceptra impoſita ſunt, cum hoc chronodiſticho*;

nIs sVbnIXa thoLIs Gerana aCaDeMIa ſurgIt,
aVrIVs & InſIgnI fonte rIgata VIret.

margini

Georgius *de* Schônborn.

A

Philippus Erwinus L. B. *de* Schônborn.

Maria Barbara *von* der Leyen.

LOTHARIVS FRANCISCVS *

Henricus Greiffenclaw *de* Volrats.

Maria Vrſula Greiffenclaw *de* Volrats.

Maria *ab* Eltz.

* *Probatus an.* 1674.

Digitized by Google

ad p. 986

- m.
  - Philippus *de* Schônborn.
    - Georgius *de* Schônborn.
      - Ioannes *de* Schônborn.
      - N. Weyerin *de* Nickenich.
    - Margareta *de* Mudersbach.
      - Ioannes *de* Mudersbach.
      - Eliſabetha *de* Effern.
  - Agatha Donnerin *de* Lotheim.
    - Ioannes Donner *de* Lotheim.
      - Ioannes Donner *de* Lotheim.
      - Agnes *de* Braumbach.
    - Liebmuth Koeth *de* Wanſcheidt.
      - Wernherus Koeth *de* Wanſcheidt.
      - Barbara Mudſchildlerin *de* Ebermanſtatt.
- Leye
  - Philippus *von* der Leyen.
    - Melchior *von* der Leyen.
      - Andreas *von* der Leyen.
      - Barbara *de* Rüdesheim.
    - Margareta *de* Ingelheim.
      - Ioannes *de* Ingelheim.
      - Eliſabetha *de* Reiffenberg.
  - Anna *de* Heppenheim dicta *a* Saal.
    - Conradus *de* Heppenheim dictus *a* Saal.
      - Andreas *de* Heppenheim dictus *a* Saal.
      - Mechtildis *de* Burgſchwalbach.
    - Dorothea *de* Oberſtein.
      - Ioannes Sifridus *de* Oberſtein.
      - Margareta Willich *de* Altzen.
- iv
  - Dietherus Greiffenclaw *de* Volrats.
    - Richardus Greiffenclaw *de* Volrats.
      - Fridericus Greiffenclaw *de* Volrats.
      - Anna Buchis *de* Staden.
    - Anna *de* Schônenburg.
      - Dietherus *de* Schônenburg.
      - Anna *de* Dalberg.
  - Apollonia *de* Reiffenberg.
    - Cuno *de* Reiffenberg.
      - Cuno *de* Reiffenberg.
      - Philippa *de* Kellenbach.
    - Maria *de* Mudersbach.
      - Wolfgangus *de* Mudersbach.
      - Eva *de* Cronberg.
-
  - Caſpar Dominus *in* Elz.
    - Chriſtophorus Dominus *in* Elz.
      - Ioannes *ab* Elz.
      - Dorothea *de* Wolſkeel.
    - Viola *von* Stein.
      - Dietherus *von* Stein.
      - Magdalena *de* Reiffenberg.
  - Vrſula *de* Kerpen.
    - Henricus *de* Kerpen.
      - Bernhardus *de* Kerpen.
      - Eliſabetha *de* Wolffſtein.
    - Catharina Schenckin *de* Schmidburg.
      - Nicolaus Schenck *de* Schmidberg
      - Eliſabetha *de* Schwartzenburg.

Digitized by Google

margini vero his verbis adſcriptis ; RECTOR MAGNIFICENTISS. ERFORD. INAVGVR. III NON. IVL. M. DC. XCV. Tenzelus *in dialogis menſtruis an. MDCXCVIII menſe Iulio* p. 647.

Vnionem Electoralem firmat.

IX Mox Collegis Electoribus fide animoque ſe iuncturus, conuentu peculiari hoc fine Ehrenbreitſteinii inſtituto, ad *Vnionis* ſiue fœderis *Electoralis*, ſalubri conſilio olim ad firmandam Collegii tum auctoritatem, tum mutuam ſecuritatem contracti (quod vulgo *die Churfürſtliche Verein* dicitur) conditiones ac leges, dextra Treuirenſi, Principum Electorum ſeniori, iuriſiurandi loco, vt moris eſt, data, ſollemniter acceſſit. Cærimoniæ, dum peragebatur, intererant metropolitanarum Moguntinæ & Treuirenſis Præpoſiti & Canonici quidam, nec non ſupremi vtriusque aulæ Mareſchalli.

Conſ. *Theatrum Europæum* l. d. p. 801, *Ludevvig* l. d. col. 1060 & 1061.

conſecratur Epiſcopus.

X Ineunte dein Nouembri in æde principe dignitatis Epiſcopalis ſacra ex veteri maiorum inſtituto, quanta maxime par erat religione, ſuſcepit, *Matthia*, Epiſcopo Coronenſi, inaugurante, Suffraganeo Spirenſi vero & tribus Abbatibus pontificio habitu rei diuinæ ſubſeruientibus.

Conſ. *Theatrum Europæum* l. d. p. 801.

Bambergam concedit.

XI Ne vero Epiſcopatum alterum negligere videretur, aliquot etiam menſes adſignauit Bambergæ, per quos ſingulis annis ibidem ageret, eſſetque præſens rebus in Principatu illo adminiſtrandis †: vti ſane ſollemnibus his peractis, d. XIV Nouembris eo cum aula conceſſit *.

† *Ludevvig* l. d. col. 1058, & in adnot. lit. *f)* ſignata col. 1071.
* *Theatrum Europæum* l. d.

Thuringiam tranſit.

XII Anno ſequenti MDCXCVI æſtate ineunte iter inſtituit in Thuringiam, vt benigni ſideris inſtar radios quoquouerſum benefice diffunderet, iuraque populo, quem in ſua adigebat verba, deſcripſit. Menſe Iulio eum Erfordiam præſentia ſua exhilaraſſe, *Tenzelius* refert *.

* *In ſchediaſmate* de nummis Moguntinis, *tum Gotha typis Reyherianis edito, & Eminentiſſimo Electori oblato ; nec non in dialogis menſtruis an. MDCXCVIII menſe Iulio* p. 608. *Ceterum idem, ad propagandam felicis huius aduentus memoriam, id temporis nummum ſignari curauit ; qui quidem ita habet : in aduerſa Celſiſſimi* Principis Electoris & Archiepiſcopi *conſpicitur effigies, hoc cum titulo :* LOTHAR. FRAN. D. G. AR. EP. MOG. S. R. I. P. G. A. C. P. E. E. E. B. *in auerſa vero fons pulcherrime ſaliens, ad quem inſignia Moguntina ſuſpenſa ſunt, cum inſcriptione :* FONS PVLCHER GRATIAE PERENNIS.

conuentum de Imperii defenſione agit.

XIII Dici vero haud poteſt, quam cumulate virtutem, fidemque fluctuantibus tum temporis Imperii rebus præſtiterit. Vt enim pro communi ſalute vicini Rheno circuli ſiue pagi ad mutuam defenſionem ſeſe obligarent, omni ope contendit. Hoc ſane anno litteris, II menſis Nouembris die datis, eos Francofurtum ad conuentum agendum inuitauit *; & cum ad præſtitutum diem ſuos eo legatos miſiſſent, opera ſua, ſtudioque perfecit, vt ſocietatem (quæ vulgo *die groſſe Aſſociation* appellabatur) coirent, legibus ac conditionibus, de quibus conuenerat, anno ſequenti MDCXCVII die menſis Ianuarii XXIII in litteras miſſis **.

* *Theatrum Europæum* parte XV ad h. a. p. 43.
** *Idem* ad h. a. p. 225 & ſeq.

boni publici cauſa Hagam legatum mittit.

XIV Quum eodem hoc anno inciperet de pace reducenda inter fœderatos & Gallos conſultatio, ſimiliter nil in ſe deſiderari paſſus eſt, quod ad Imperii incolumitatem, ſigillatim vero circulorum ſiue pagorum illorum, qui maxime damnis ab hoſte affecti erant, facere poſſet. Quippe vt hoc tutiori via procederet, ipſum fratrem Hagam miſit, *Melchiorem Fridericum*, magna Virum & prudentia & virtutis laude, fide vero ſingulari *; quin ſalutaribus conſiliis, monitis, auctoritateque ſua rei vtilitatique publicæ hic tum ſeruire nunquam deſtitit ; vt adeo iure meritoque id tulerit elogii, quod *ſecuritatis Germanorum* fuerit *Aſſertor* **.

* Digniſſimum vtique, quem mitteret. Is Præſidem ibi egit in *Adlegatione Ordinum Imperii*, coegitque in ædibus ſuis conuentus omnium Imperii Le-

 gatorum,

gatorum, ſuffragia collegit, fideliterque curauit omnia. Alienum ſanè vbique a fuco & fallaciis illum fuiſſe, ſigillatim vero in tricis quartæ pacis Ryswicenſis paragraphi omnis culpæ exſortem, refert ac teſtatur, qui tum Hagæ præſens fuit, *Ludevvig* l.d.

** Datum id Eminentiſſimo Principi Electori in nummo quodam, eodem hoc anno ſignato: quem ideo paucis deſcribere iuuabit. Siſtit autem facie priori illius effigiem, cum hiſce verbis circumſcriptis: LOTHAR. FRANC. D.G. ARCHIEP. & EL. MOGVNT. EP. BAMB. poſteriori vero fontem ſalientem, ſupra quem duo genii Electoralia tenent inſignia; infra vero ſub virili ſchemate picti conſpiciuntur ambo fluuii, RHENVS & MOENVS, vterque ſuo explicate notatus nomine. Loco ſuperiori legas; IRRIGAT VT ERIGAT; inferiori; SECVRITAT. GERMANOR. ASSERTORI; in margine tandem; ERIS SICVT FONS AQVARVM, CVIVS NON DEFICIENT AQVAE. ESAI. LVII. vid. *Tenzelius* in dictis dialogis menſtruis an. MDCXCVII menſ. Decembri, p. 987 & ſeq.

vt loca Imperio reſtituta inſtruantur, vrget.

XV Pace confecta, omni contendit opera, ſtudioque, vt *Philippiburgum* & caſtrum *Keelanum*, quæ Cæſari ac Imperio a Gallis reſtituta erant, copiis, machinis, annona, appparatuque bellico firmarentur iuxta atque inſtruerentur; idque non inſecuto tantum anno, qui MDCXCVIII fuit, in maxime neceſſariis rebus habuit, ſed pluribus etiam ſequentibus, vt ex Actorum publicorum documentis quam clariſſime patet.

Conf. *Ludevvig* l.d.

Wormatienſis eccleſiæ cauſa Pontifici commendat.

XVI Non minori vero cura dignitatis, libertatisque eccleſiarum Germanicarum tuendæ, conſeruandæque habuit rationem. Offerebatur quippe occaſio, & hæc quidem. Aliquot abhinc annis Pontifex *Iacobo* de *Boville*, homini extero nouoque, Canonicatum ad ædem, quæ Wormatiæ eſt, primariam contulerat; eiusdem vero Canonici illum prius admittere nolebant, quam ſecundum antiquas Collegii conſtitutiones probaſſet, ſe vere nobilem eſſe, genereque per parentes & maiores probato ortum; in eaque ſententia perſiſtebant, quamuis Romæ *Benicuſa*, cui partes negotii huius inſpiciendi & cognoſcendi commiſſæ erant, ſub anathematis interminatione, vt illum reciperent, mandarat. Factum hinc, vt Prior Malmundarienſis, cognomento *Fabri*, *Bovillio* adfinitate iunctus, *Benicuſæ* executurus ſententiam, exemplo Germanis vti hactenus vix audito, ita propter exequendi modum odioſo, ſacris eosdem atque cærimoniis abſtentos pronuntiaret. Quod cum non Wormatienſi ſolum Collegio, ſed toti etiam nationi Germanicæ graui admodum eſſet ægritudini, *Lotharius Franciſcus* litteris die menſis Iulii X, anni, qui nunc ſequitur, MDCXCIX datis, *Innocentium* allatis grauiſſimis rationibus ac argumentis * rogauit, velit iudicium iſtud tollere, ne vlterius procedatur, inhibere, & Canonicatum Wormatienſem alteri cuidam ex Nobilitate Germaniæ conferre.

* *In Germania*, inquit laudatiſſimus Princeps, *nonniſi Germani ad eccleſias cathedrales, iique ex præcipua Nobilitate, vbi gradus in Theologia vel Iure pro nobilitate non computatur, admitti poſſunt, ex eo inter alia, quod ex gremiis harum eccleſiarum eligantur Epiſcopi, & ſacri Imperii Principes, cuius dignitatis exteri non ſunt capaces; quale priuilegium cum apud varias alias nationes, approbante ſancta Sede Apoſtolica, reperiatur, etiam hoc in Germania Sanctitas veſtra minime extingui deſiderabit. Cognitio autem*, an? *& quis vere Nobilis Germanus cenſendus ſit, vtpote de re politica, Imperatori aliisque Germanis competit, nulli alterius nationis, ne ianua aperiatur per ſimilia iudicia, qua exteri in priuilegia, eccleſias, Epiſcopatus, & Principatus ingrediantur, cum totius Imperii conuulſione. Ignoſcendum & Domino* Benicuſa, *quod hunc Germaniæ ſtatum ignorauerit, qui ipſe vtique non volet intelligi deciſionem ſuam contra ſtatuta & conſuetudines eccleſiæ VVormatienſis, a ſancta Sede Apoſtolica approbata, & a nemine hactenus abrogata. Ipſi ſummi Pontifices ſe declarant in capitulo 1* de Conſtitut. in 6, *quod conſtitutiones non intendant derogare particularium locorum ſtatutis, vtpote quæ facti ſunt, & in facto, non iure conſiſtunt, quod Vicarius ſemper habet in ſcrinio pectoris, facta non item. Sane his, aliisque rationibus a Sacra Cæſarea Maieſtate, aliisque Imperii Principibus ad Sanctitatem veſtram perſcriptis, eadem hactenus acquieuit, donec ſæpe dictus* Fabri, *ſine nouis mandatis Apoſtolicis, conſcientias Canonicorum VVormatienſium iterum anguſtiis implicare, priuilegia eccle-*

ſiarum

ſiarum tollere, hæreticis calumniandi tribunalia, Catholicis triſtitiam, & in cauſis ſimilibus a decretis Romanis, inſtar Gallorum, libertatis deſideria excitare attentat.

Lunig *Sylloges negotiorum publicorum* tom. III p. 213 & ſeq.

Erfordiam validius munit. *Moguntiæ hortum Stadionianum emit.*

XVII Vrbem Erfordiam, in qua haud parum momenti poſitum eſſe, probe perſpiciebat, anno poſtero (MDCC) nouis munitionibus validius firmauit, cryptis muralibus ad foſſas rite tuendas, cameris ſubterraneis, aliisque id genus operibus excitatis *. Moguntiæ vero hortum, qui nunc vulgari appellatione die *Favorite* dicitur, a defuncti Præpoſiti maioris, *Chriſtophori Rudolfi* a *Stadion*, heredibus ſibi ſucceſſoribusque redemit, ac annis ſequentibus ſumtu tantæ dignationis Principe digno tum amplificauit, tum illuſtriorem reddidit, amœnioremque **.

* Conf. *Ludevvig* l. d.

** Vid. ſupra lib. I addit. IV ad cap. XIV p. 37 & ſeq.

regalia petit & impetrat.

XVIII Iura tandem, quæ regalium indicantur titulis, vt acciperet, Cæſarem reuerenter adiit, miſſis Viennam, qui ea peterent, Legatis ſplendidiſſimis, *Philippo Erneſto*, Comite ab Hohenloe, familiæ Schillingsfürſtenſis, maioris Moguntinæ & Colonienſis Canonico, nec non *Vito Franciſco* L. B. *de* Reigersberg; a quo illa etiam, menſe Februario an. MDCCI ſecuti ſub lege beneficiaria ritu ſollemni conſecutus eſt.

pro iuſtitia Auſtriaca totis viribus laborat.

XIX Enimuero, cum ab obitu *Caroli II* Hiſpaniarum Regis plures animi penderent, vtrum præſtaret, litem ſuper ſucceſſione in regna ab eo relicta Cæſarem inter & Galliarum Regem exortam, ſuam facere, an neutrius partes ſequi, ipſe perſapienter ratus, intereſſe Imperii Germanici, ne immodica tantarum virium acceſſione ad communem perniciem excreſcat Domus Borbonicæ potentia, cauſſæ meliori fortiter ſuum dicauit ſtudium. Hoc certe anno Circulis ſiue pagis Rheno vicinis conuentum ad mutuum ſocietatis & auxilii fœdus pangendum Heilbronnam indixit; quem etiam per Legatos obiit *; ſequenti vero (MDCCII) vnus omnium fere rem eo deduxit, vt Auſtriæ iunctis animis viribusque Franconicus, Sueuicus, & vterque Rhenanus orbis accederent. Quo obtento, Electori Bauaro, qui vaſta animo voluebat conſilia, tam amice, quam fideliter ſuaſit, hortatorque fuit, vt vna cum his faceret, mentemque a conſiliis abiungeret Gallicis: promptum ſe eſſe, paratiſſimumque, ſequeſtris in ſe ſuſcipere partes, ac eo conniti, vt vetus inter Domum Auſtriacam & Bauaricam coniunctio redintegretur **.

* *Theatrum Europaeum* parte XVI ad h. a. p. 28.

** *Idem* l. d. p. 703.

Regi Romanorum ſollemni præſto eſt obſequio.

XX Omnibus ad bellum paratis, Landauiæ decreta fuit obſidio, vrbis, quæ finitimis omnibus grauiſſimo erat oneri. Quæ oppugnatio cum ardui maxime operis & laboris res eſſet, placuit *Ioſepho*, Romanorum Regi, copiis, quæ eam ſuſceperant, ſummo cum imperio præeſſe, vt hoc coniunctius omnia procederent, feliciusque. Lætus animi *Lotharius Franciſcus*, viam ſibi patefactam eſſe, ſtudium ſuum, obſequiumque Principi tam auguſto magnanimoque deferendi, aduenientem omnibus honorum, & clariſſimis in eum obſeruantiæ argumentis excepit, officiique quod ei cohoneſtando eſſet, nil quicquam prætermiſit; quin, haud contentus, fidele deliberanti dediſſe conſilium, ad vrbis tam firmæ munitæque expugnationem hoc magis promouendam, præter expeditam militum probe inſtructorum manum, magnam & annonæ & pulueris nitrati & omnis generis apparatus caſtrenſis vim ſubmiſit.

Landauiæ obſidionem promouet.

Periculi ab hoſte imminentis Ordines commonefacit.

XXI Quamuis autem Landauia, obſeſſis obſidentium virtute ad deditionem compulſis, in Cæſaris ac Imperii poteſtatem perueniſſet, Rheni tamen vicinia haud ab omni tuta periculo erat; quin Gallis anno ſequenti (MDCCIII) indies maiori copia ad eam inuadendam, vaſtandam affluentibus in præſentiſſimo videbatur eſſe diſcrimine. Id igitur in Comitiis publice exponi curauit; ſigillatim vero ab Legatis Ordinum Saxoniæ inferioris requiri, vt Heris ſuis quantum tempeſtatis ac malorum fortunis Imperii immineat, fideliter curateque explicent,

Digitized by Google

cent, ac rogent, ſubeant copias ſuas pro rata Circulis, qui vi bellica premerentur, quantocius venire auxilio.

Theatrum Europæum l. d. ad h. a. p. 21.

XXII Futuri præſcium quaſi fuiſſe ſapientiſſimum Principem, euentus docuit. Rebus itaque tam ſubito clade Speierbacenſi & Landauia ab hoſte recuperata conuerſis, ſtatim ſub anni MDCCIV ineuntis incunabula Ratisbonæ vrſit, vt Ordines, ii præcipue, quorum curam res iſta tangebat, Philippiburgo tum annonam & inſtrumentum bellicum inferrent, tum præſidium loco tuendo ſufficiens imponerent *; ipſe vero, laudabile vicinis exemplum præeundo, militi extero, ſecundum conuentionem eocum factam, alimenta præbere haud grauatus eſt †.

* *Theatrum Europæum* ad h. a. p. 1.

† *Idem* l. d. p. 109.

Wetzlariæ Cancellariā claudi iubet

XXIII Ceterum diſſidio in tribunali Wetzlarienſi partium ſtudio in maiorem indies animorum contentionem excreſcente, die VII Aprilis locum adſeruandis ac prælegendis actis documentiſque deſtinatum (vulgo die *Cantzley* & *Leſerey*) claudi iuſſit; ex quo in iure dicundo ceſſatum, vſque dum iuſtitium Cæſaris ac Ordinum iuſſu remiſſum eſt.

Theatrum Europæum ad h. a. p. 40 & ſeq.

nouumVicecancellariū inſtituit.

XXIV Non longe poſt principium anni MDCCV ſecuti apoplexia correptus in fata concedebat vicarius Imperii Cancellarius, *Dominicus Andreas* Comes *de* Kaunitz. Archiprincipis noſtri erat, deſignare ſufficereque alium. Id enim iuris habet tum ex obſeruantia, tum pactione auguſtali, quæ vulgari nomine *Capitulatio* dicitur, tum muneris ratione ampliſſimi. Quem autem deligeret, haud diu quærendus erat. His enim partibus par omnino videbatur fratris germani filius, Reuerendiſſimus & Celſiſſimus Comes, *Fridericus Carolus*, auitis virtutibus, integritate, honeſtate, ſollertia, litteris & artibus, prudentia, recti æquique ſtudio quammaxime illuſtris. Illum igitur Cæſari ad hoc faſtigium commendauit; *Ioſephus* autem, auguſtiſſimo Imperatore *Leopoldo* interea fatis functo, non multo poſt feliciſſimi regiminis auſpicia calculo ſuo approbauit *, & dein die menſis Septembris XI per Principem Salmenſem ſollemniter introduci curauit †.

* *Ludevvig* l. d.

† *Theatrum Europæum* ad h. a. p. 32.

Ordines ad bellum fortius gerendū cohortatur.

XXV Quemadmodum autem ſuperioribus annis nunquam deſtitit Ordines Imperii ad vires contra hoſtem, potentia tam validum, & in perniciem Imperii omni conatu incumbentem, maiore animo ſtudioque iungendas cohortari; ita hoc etiam, qui nunc ſequitur, MDCCVI omni eos contentione in Comitiis excitauit, monuitque, Gallos ſollicite ad omnes nocendi occaſiones paratos eſſe atque intentos: communis igitur periculi rationes ferre ac poſtulare, vt pecuniam pendendam ærario militari inferant, rem armamentariam curent, annonam & commeatum tempeſtiue parent, militemque nouis incrementis augeant, vt iuſti numeri exercitus, isque probe inſtructus, eiſdem obiici poſſit ac opponi.

Sponſam Hiſpanicam in gremium eccleſiæ Catholicæ recipit.

XXVI Anno ſequenti MDCCVII ſponſam Hiſpaniæ tum Auguſti, ſacratiſſimi nunc Imperatoris, *Eliſabetham Chriſtinam*, Ducibus Brunſuico-Lüneburgicis prognatam, ipſis Kalendis Maii Bambergæ in templo cathedrali, eiectis Proteſtantium ſacris, fidem ſecundum eccleſiæ Romano-Catholicæ formulam publice profeſſam, in eiuſdem ſinum recepit, ſollemnique ritu, ad conciliandum actui gradum dignitatis hoc maiorem, inaugurauit.

Conf. Narratio hac de re hiſtorica, publice tum hoc edita titulo: *Ausführlicher und vvahrhaſter Bericht deſſen, vvas bey ankunft vnd anvveſenheit in Bamberg der Durchlauchtigſten Princeſſin* Eliſabethæ Chriſtinæ, *Hertzogin von Braunſchvveig vnd Luneburg, vvegen Dero in dem Kaiſerlichen hohen Domſtiſt Bamberg offentlich abgelegter bekantniſs Römiſch-Catholiſchen glaubens vorgangen*; quam *Ludevvig* dein Continuationi *Annalium Bambergenſium* ad verbum inſeruit, col. 1082 & ſeqq.

XXVII

XXVII Ceciderat autem anno ſuperiori res ad Rheni tractum infeliciter admodum. Quare his peractis Francofurti cum Principe Electore Brunſuicenſi, cui ſuprema belli illic locorum gerendi adminiſtratio commiſſa erat, Legato Cæſareo, Comite Vratislao, & exercitus Anglicani duce, Malboroughio, de armis meliori ſucceſſu iſtis in partibus aduerſus hoſtem ferendis conſilia contulit, ſummaque prudentia, quid rationibus expeditionis ſuſcipiendæ conducere putabat, expromſit; ab illis quaſi moderator quidam habitus, vti ſane Princeps eſt tum vſu præſtans ac ſapientia, tum ſpectatiſſimæ auctoritatis. *de bello feliciùs gerendo conſilia cum aliis confert.*

Theatrum Europæum ad h. a. p. 37.

XXVIII Eodem ius regalium, veterumque diplomatum ac priuilegiorum Sedi Moguntinæ a Cæſaribus olim conceſſorum ſanctiones requiſiturus, Legatos miſit ad Imperatorem: a quo, cum fidelis obſequii ſacramentum de more dixiſſet, vtrumque ritu ſolito atque conſueto die XXIX Iulii impetrauit ac conſecutus eſt. *Iura regalia conſequitur.*

Theatrum Europæum ad h. a. p. 78.

XXIX Vti vero in hanc ſemper curam iuit, vt Sedis Moguntinæ iura, dignitatem, auctoritatemque ſartam tectamque ſeruaret, atque ad ſucceſſores tranſmitteret; ita, cum Rex Bohemiæ anno ſequenti MDCCVIII communi Ordinum conſenſu priſtina in Comitiis, aliiſque Imperii conuentibus ſedendi, ſuffragandique iura felici auſpicio inſtauraret, id ſibi ſpeciatim pactus eſt, vt ea ſine vlla iuris ac honoris Sedi Moguntinæ competentis derogatione redintegret, nec vllo vnquam tempore, nec vllo vnquam modo *Directorio*, vt vocatur, *Moguntino* faciat præiudicium. quod & *Ioſephus* litteris fidei teſtibus, quas tres Imperii curiæ peculiaribus tabulis firmarunt, quam religioſiſſime promiſit. *S. Sedis Moguntinenſis iuribus proſpicit.*

Conf. *Ludewig* diſſertatione *de iure ſuffragii Regis Bohemiæ inſtaurato* cap. I §IV tomo II Opuſculor. lib. I col. 583 & ſeqq.

XXX Poſtero, qui poſt virginis partum MDCCIX fuit, adiit hereditatem Bommersfeldenſem. Quippe a veteris, nobiliſſimæque in Oſtrofrancis *Truchſeſſiorum* de *Bommersfeld* familiæ vltimo, qui hoc ipſo anno cum vitæ ſuæ termino fatalem etiam ſtirpis ſuæ periodum abſoluerat, ſcriptus erat heres ex aſſe. Adiit autem, quamuis haud parum oneratam, oſtenſurus, ſe piam defuncti erga ſe voluntatem haud in minimis ponere, & ſequentibus annis Bommersfeldæ domum amplam, magnificamque ſibi ſuiſque ad vſum magnis impendiis excitauit; non quidem, ac ſi ſplendidis id genus ædificiis vmbram gloriæ cuiusdam conſectaretur; ſed vt incolis, paupertate preſſis, occaſionem præberet, opere faciendo victum ſumtumque exercendi. *hereditatem Bommersfeldenſem adit.*

XXXI Ceterum in promouenda & concilianda pace tum hoc, tum ſequenti anno (MDCCX) nil quidem fecit reliqui; ſapienter tamen ſuaſit, haud facile fidem habendam fallaci Galliæ, aureos montes in pacificationis proœmio promittenti, nullo alio fine, quam vt fœderatos diuidat, ac vniuerſos deinde decipiat iuxta atque ſupplantet. Sigillatim vero Ordinibus auctor fuit, vt non ad Cæſarem modo darent litteras, verum etiam ad Angliæ Reginam ac fœderati Belgii Ordines, peterentque, vt limitibus Imperii aduerſus tam infidam quam potentem viciniam, præſertim in Rheni tractu, prouinciiſque Sueuiæ & Franconiæ, in pacis compoſitione proſpiciatur. *eius opera circa pacis negotium,*

Ludewig l. d. col. 1066.

XXXII Simul autem, rebus tam creperis, de Archiepiſcopatus Moguntini incolumitate ſollicitus, ſibi Adiutorem dari expetiit, qui, ſi caſus ita ferret, vti ſane minimis nonnunquam momentis maximæ commutationes fiunt, ſine mora ſaluti illius prouideret. Vnde electus fuit, quum die V Nouembris in ſuffragationes itum eſſet, ſummus Ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam Magiſter, Epiſcopus Vormatienſis & Vratislauienſis, *Franciſcus Ludouicus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, magni nominis Princeps. Quæ tamen ſupremi Numinis gratia eſt, ipſe, qui tum tantas de ſuarum eccleſiarum conſeruatione curas gerebat, locum ſibi a Deo conceſſum egregio illarum commodo præclare adhuc tuetur. *Coadiutorem expetit, & accipit.*

remiſſo Wetzlariæ iuſtitio,

XXXIII Nulli inſuper pepercit operæ, vt morbis, queis ſummum Imperii, quod Wetzlariæ eſt, tribunal laborabat, adferretur medela, & eius deinde ſuſtentaretur valetudo. Quo factum, vt ſtatu rerum reſtituto, poſt anni MDCCXI inſecuti initia, forum, remiſſo iuſtitio, rurſus ageretur.

Vrſulinas Fritzlariam euocat,

XXXIV Fritislariæ dein religionis bono parthenonem *D. Catharinæ* olim dicatum, ſed a multis iam annis temporum iniuria & malignitate deſertum, quin ad ſæculi vſus, contra piam fundatorum voluntatem, conuerſum, præclare reſtituit, ac ſanctimonialibus, quæ in *D. Vrſulæ* nomen conceſſere, quibusdam illarum Meti euocatis *, incolendum tradidit; quarum etiam cura ſtudioque, præcipue vero liberali ipſius Eminentiſſimi inſtauratoris ope, hactenus non ad priſcum modo decorem, ſed veteri etiam longe maiorem ſpeciem, magnificentiamque aſſurrexit.

* Fuere illarum, vt id adiiciam, numero tres; *Charlotte*, Comes *de* Aſpremont, dicta mater de *S. Auguſtino*; *Maria Magdalena May* de *Vallombre*, dicta mater de *Ieſu crucifixo*; & N. Comes *de* Lowenſtein-Wertheim, dicta *de S. Bernhardo.*

tempore interregni rem caute prorſus & dextre agit.

XXXIV Contigit interea, vt funeſto rebus Imperii fato die Aprilis XVII e vita glorioſiſſime acta excederet Auguſtiſſimus Imperator *Ioſephus*. Quo ſane Principi & Archipræſuli noſtro, quod facile colligere eſt, magna curarum, negotiorumque moles incumbere cœpit. Primum autem huc ſua vertit conſilia, ne, qui Ratisbonæ agitur, Legatorum conuentus diſſolueretur; deinde vt ad culmen honoris Imperialis eueheretur Princeps, qui rem publicam Germanicam, tot motibus & bellis domi ac foris concuſſam, ſub poteſtatem auſpicato reciperet. Quam ſollicitus autem fuerit ac prouidus, vt omnia fierent, prout expediret Imperio; quam cautus item in negotio electionis tractando, Candidato Imperii in Hiſpania abſente, in vicinia vero apud hoſtem agentibus duobus Electoribus proſcriptis; quam ſolers ac perſpicax in formula pactionis auguſtalis exaranda, ordinanda, emendanda, ornandaque, negotio hoc difficiliori, quo magis præparatos animos attulerant, qui *perpetuæ*, quam dicunt, *Capitulationis* leges vrgebant, nouo Cæſari nunc præſcribendas; quam lenis denique ac facilis in temperandis ac conciliandis quorundam Electorum collegarum ſtudiis, animis, maioris operis, non breuis huius *συντίμημα* res eſt.

Ludewig, quem hic ſequor, l. d.

Carolum VI eligit,

XXXV Negotio tandem de ferendis nouo Cæſari legibus ad finem perducto, die XII Octobris ſuffragia iniri cœpta. Vbi ipſe *Carolum*, Hiſpaniarum Regem, de quo honorificum prorſus iudicium fecerat, calculo ſuo Cæſarem deſignauit, & cum omnium voluntates in eundem coiuiſſent, aduocata teſtium concione, electum renuntiauit.

inungit

XXXVI Renuntiatum deinde die menſis Decembris XXII, in frequenti Procerum Imperii corona, pereximia plane cærimoniarum dignitate atque magnificentia inunxit, ac diademate ceteriſque inſignibus auguſtalibus, non ſine omnium, qui pompæ intererant, applauſu atque veneratione, affecit.

Id addo, inquit *Ludewig* l. d. *quod Cæſareæ inaugurationi multum dignitatis ac luminis acceſſerit ex noſtri Archiprincipis pontificatu. Ipſa canities illius veneranda imaginem habuit Patriarchæ ſimilem; geſtus ad decus, dignitatemque compoſiti; vox dicentis ac conſecrantis nunc leniter ſubmiſſa, nunc intenſa grauiter, nunc inclinata ad ſupplicationes & vota, ſuauis ſemper ac plena, vt in tanta audientium infinitate ad omnium aures pertingeret; cærimoniæ ſtatæ atque ad ſacros adligatæ canones tanta facilitate peractæ, vt in manibus natæ viderentur; ſacra verba omnibus numeris polita; formulæ, quas eccleſia ſuggerit, non ex ſchedula lectæ, ſed memoria cuſtode recitatæ ad augendum gratiam & religionem, vt omnes etiam illi, qui alterius cœtus, quodam horrore ſacro, dum hæc acta, perfunderentur.*

bellum ſtrenue continuandum

XXXVII Anno ſequenti MDCCXII Vltraiecti pacis coagmentandæ feruebat negotium. Cuius ſpe ne remiſſius agerent, qui eam optabant, & a fortibus refugerent conſiliis, ipſe in primis præcauit, excuſſitque etiam cum Fran-

coniæ

-coniæ tum Rheni viciniæ ſoporem, vt in belli apparatu facerent, quantum poſſent, & vltra quam per leges Imperii tenerentur. *In medium conſulit.*

Ludewig l. d. col. 1068.

XXXVIII Cum ita non probatiſſimi ſolum Pontificis, ſed Principis etiam optimi munia pietate, clementia, prudentia, induſtriaque obiret, in Clero maiori eccleſiæ Herbipolenſis, numeros annorum pontificalis iubilæi, ſingulari Superum gratia, explebat. Quare in iucundam gratamque tantæ felicitatis memoriam & recordationem, ſollemnia in exoptato id genus caſu veteri cærimoniarum ordine peragi ſolita, magno apparatu ibidem inſtituit, ac die menſis Decembris XIII celebrauit, *Iubilarii* (ita namque vocant) & titulo & honoribus & inſigni, corolla ſcilicet ex rore marino inaurata, in templo cathedrali, inter feſtiuos præſentium plauſus & demiſſiſſimas congratulationes, exornatus. *Iubilæi ſui ſollemnia Wirzburgi celebrat.*

Quum ſollemnitas hæc res maxime eſſet memorabilis, peculiari poſteris commendata fuit numiſmate; quod quidem ita habet; Antica facie effigiem Eminentiſſimi exhibet Archiepiſcopi & Principis Electoris, hoc circumſcripto titulo: *LOTHAR. FRANC. D. G. ARCHIEP. ET EL. MOGUNT. EP. BAMB.* poſtica vero manum e nubibus in ſublime quaſi protentam, corollamque e libanotide ſτεφανωματικῆς ſurrigentem, ſubſcripto pro lemmate; *FAVENTE NVMINE*; & his infra lineæ ex tranſuerſo ductæ ſubiectis verbis;

FACTVS CAN. CATH. ECC.
HERB. DIE 28 IVLII
MDCLXV. IVBILARIVS
D. 13 DEC. MDCCXII.

XXXIX Fœderatorum interea plurimi, ſuis vt inſeruirent vtilitatibus, pacis amplexi conſilia, ab armis anno poſtero (MDCCXIII) diſcedebant. Cum igitur hoſtis, laxius nunc liberiusque belli gerendi nactus ſpatium, totis viribus Imperio incumberet, ipſe, pro ſecuritate totius Germaniæ, Moguntiam metropolin ſuam, ante portam nouam, arualem, & veteris monaſterii, in montium leniter adſurgentium editis, maioribus præſidiis cingere, firmareque cœpit, circumiectis quidem id genus operibus ac propugnaculis, queis omnem hoſti aditum interclusum dixeris. *Moguntiam validius firmat.*

XL. Hos tamen inter motus, rei memor litterariæ, quod alioquin pauci Principum hodie faciunt, Academiæ Moguntinenſis habuit rationem, ac vt docentium commodis conſuleret, ſuis a Pontifice obtinuit precibus, vt XVI Canonicatibus ac beneficiis in vrbe & Archidiœceſi extinctis, prouentus illorum, Bulla prid. Non. Septembr. ſignata, quibuſdam e Doctorum publicorum numero adſignarentur *: quorum etiam partem a tempore Bullæ, quam dixi, publicatæ (factum autem id an. MDCCXVI d. XVII Februarii) iamiam in vſus eorundem, quo ipſe ad promouenda bonarum artium & litterarum ſtudia animo eſt, conuertit; vt adeo ceſſare nunc incipiat, quod *Trithemius* ** ſuo tempore progreſſus illorum in hac Academia impedire obſeruauit. Quin, haud contentus, illis de neceſſariis vitæ & cultui ſubſidiis proſpexiſſe, id etiam nunc agit, diſcentium vt rationibus haud minori conſulat cura. Cum enim probe norit, quanto vſui in vita ciuili ſit, cognoſcere rerum geſtarum, memoriæque veteris ordinem, ac omnis exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri, ceteris res, doctrinasque ac ſcientias, quæ ad humanitatem ducunt, profitentibus hiſtoriarum etiam Prælectorem adiungere ſalubri conſtituit conſilio. *Academiæ Moguntinæ conſulit.*

* Vt ſcias, quinam illi ſint, adducam ipſa *Bullæ* verba: *Quatenus vero fructus, redditus, & prouentus præfati vni, duobus, tribus, aut quatuor Lectoribus præfatis ſufficiant, ſtatim in congruum illorum reſpectiue ſalarium præfatum, & non in vllam aliam omnino cauſam aſſignari & erogari debeant, & cum hac prælatione, vt primo pro iure publico & feudali, ſecundo pro iure Canonico, tertio pro Codicis & Digeſtorum, & quarto locis pro Medicina huiuſmodi Lectura inſtitui debeant.*

** Parte II *chronici Hirſaug.* ad an. MCCCCLXXV p. 485, dum ait: *Vnum eſt ſolum, quod profectum inſtitutionis bona debilitat, quia non eſt, qui Lectores in omni facultate diligenter prouideat.*

pacis conditiones recipiendas ſuadet.

XLI Quamuis autem hactenus in pacis negotio non cautus ſolum fuerat, ſed ſtabili etiam & firmo, & magno animo, tamen cum Galli tam felici armorum ſucceſſu vterentur, ne Imperium, a fœderatis deſtitutum, in maiores anguſtias deduceretur, neceſſitati, quæ durum maximumque telum eſſe ſolet, parendum ratus, pacem vel iniuſtam bello iuſtiſſimo prætulit, ac quantum poterat (adhibebatur enim a Cæſare in conſilium) ſaluti patriæ, extremo fere periculo expoſitæ, conſuluit.

ſuper præfectura Bœckelheimenſi cum Palatino transigit.

XLII Pace Raſtadii concluſa & an. MDCCXIV Badæ firmata, id ipſe domi operam dedit, vt de medio tolleret, quicquid Sedi Moguntinæ cum vicinis controuerſiarum erat ac diſceptationum. Sigillatim litem, quæ ei cum Domo Palatina a multo iam tempore de præfectura Bôckelheimenſi erat, hac, quod ſciam, conditione finiit, vt ea *Ioanni Wilhelmo* Electori relicta, duas illius tertias ex aliis Palatinatus Rhenani bonis acciperet *.

* Conferas huc velim, quæ ſupra in *Ioanne Philippo* § XLI p. 969, nec non in *Lothario Friderico* § IX p. 976 dixi, & tum ex iis, tum hiſce *Schvvederum*, qui ſect. XV *Theatri prætenſionum & controverſiarum in Europa illuſtrium* cap. I p. 395 de controuerſia hac agit, emendes ac ſuppleas.

Abbati Gottvvicenſi benedicit.

XLIII Tum vero honoribus *Godefridi Beſſel*, ſibi olim ab expeditionum Italicarum ſecretis, & poſtea a iudicio Epiſcopali (*Officialem* vocant) conſiliisque eccleſiaſticis, viri tum morum grauitate, tum eruditionis præſtantia, tum rerum vſu perinſignis, liberi ampliſſimique in Auſtria monaſterii, *Göttvveigh*, recens deſignati Abbatis, velificaturus, & ſimul oſtenſurus, quam bene fidis ſibi miniſtris cuperet, haud dedignatus eſt, ſollemnis benedictionis munus eidem ritu conſueto die menſis Iulii VIII impertire.

ſuper aliis controuerſiis cum vicinis transigit.

XLIV Sequentibus annis viam, quam ſemel ingreſſus erat, inſtans, rectam quippe optimamque, diſſenſiones, quæ Archiepiſcopatui cum Landgrauio Domus Haſſo-Darmſtadinæ, Præſule item Wormatienſi, aliisque, ſuper vno alteroque capite, iurisdictionem ſpectante, adhuc intercedebant, amice compoſuit, rebus, quæ diſſidiis occaſionem præbere ſolebant, opportunis pacificatorum pactionum tabulis auſpicato ſublatis.

Cum *illo* quidem, anno MDCCXVIII, d. I Febr. cum *iſto*, an. MDCCXXI, d. XXI Martii. Intra quod temporis ſpatium etiam controuerſiis cum Erpacenſibus & Iſenburgenſibus modum, tranſactionibus interuenientibus, feliciter impoſuit.

Antiſtitem Herbipolenſem conſecrat.

XLV Suæ vero lætus felicitate familiæ, anno MDCCXX digniſſimum e fratre germano, *Melchiore Friderico*, nepotem, Celſiſſimum eccleſiæ Wirtzburgenſis Antiſtitem, *Ioannem Philippum Franciſcum*, Herbipoli in ædium maxima, die menſis Nouembris X, eximia ſacrorum ſpecie atque magnificentia, in numeroſiſſima Cleri Nobilitatiſque illuſtris corona, Epiſcopi initiauit ritu.

His duorum numiſmatum, quæ tum in rei memoriam ſignata fuerunt, mentionem facere iuuabit. Vnum parte aduerſa vultum ſiſtit Eminentiſſimi Archiepiſcopi Conſecratoris, hoc circumſcripto titulo: *LOTHAR. FRANC. D. G. ARCHIEP. EL. MOGVNT. EP. BAMB.* auerſa vero ſuperius ſtellas duas radiantes, vnam a dextra, e qua ſimiliter eiusdem promicat effigies, os oculosque in Celſiſſimum Nepotem conuertentis, ſuperſcripto lemmate; *LVX HAEC FRANCISCI*: alteram a ſiniſtra, e qua Reuerendiſſimi Conſecrandi renidet imago, os oculosque in ſummæ dignationis Patruum conîicientis, cum hac ἐπιγραφῇ; *NOVA LVX EST ISTA PHILIPPI*: & ſupra ambas haſce ſtellas hoc circumcirca ſcriptum chronoſtichon:

INGENTI MAGNI PATRVI DE LVCE REFVLSIT:

infra eas vero ſiſtit globi terreſtris partem, in qua Rhenus & Mœnus fluuii expreſſi; ille, ad dextram, cui ad Mœni confluentem adſitam eſſe Moguntiam, nomen *MOGVNT.* adſcriptum indicat: hic, Mœnus ſcilicet, paullo ſuperius ad ſiniſtram, cui in ripa dextra Wirtzburgum adiacere, nomen *HERBIPOL.* adiectum innuit: ad vtrumque vero latus duæ forma humana figuræ, eæque nudæ, quarum vtraque genu innixa: quæ ad dextram, manu tenet templi quandam ſpeciem; quæ ad ſiniſtram, ca-

licem

licem ; ante eas vero inſignia conſpiciuntur tum Archiepiſcopatus Moguntini, tum Epiſcopatus Herbipolenſis ; illa a dextris, rota ſcilicet, ſupra δεῖγμα familiæ Schönborniæ gentilitium ; hæc a ſiniſtris, vexillum ſcilicet, itidem ſupra iſtud. Infra lineam tandem ex transuerſo ductam, hoc ſollemnitatis huius annum diemque memorat chronóſtichon :

IN CONSECRATIONE NEPOTIS
QVARTO IDVS
NOVEMBRIS.

Alterum antica exhibet vultum Celſiſſimi Epiſcopi Herbipolenſis, cum hoc annum litteris numeralibus exprimente titulo : IOAN. PHILIP. FRANC. EP. HERBIPOLENS. S. R. I. PR. FR. DVX. PRAEP. MOG. poſtica repræſentat actum conſecrationis ; vti ſcilicet Eminentiſſimus Metropolitanus, Pontificis indutus amictu & ante aram ſtans, in genua prouoluto Reuerendiſſimo Conſecrando mitram imponit ; duobus Epiſcopis infula ornatis cum pedo in manu adſtantibus, reique diuinæ ſubſeruientibus ; his circumcirca ſcriptis verbis : A LOTH. FRANC. ARCHIEPS. ET ELECT. MOGVNT. ET PR. BAMB. CONSECRATVR EPS. HERBIP. infra vero vero ſub linea transuerſe ducta hoc ſubiecto chronoſticho ;

EN
SACERDOS MAGNVS VNCTVS
A PATRVO NEPOS.

XLVI Cum inſuper ſeriam religionis curam præcipuum publicæ incolumitatis ac pacis cenſeat eſſe fundamentum, anno ſuperiori præcipite nouum, promouendis mage cultus ſacri operibus, exercitium in totam diœceſin Moguntinam introduxit, & quod laudatiſſimus deceſſor *Damianus Hartardus* intenderat, *Carolus* vero *Henricus*, morte præuentus, & *Anſelmus Franciſcus*, turbis bellicis impeditus, perficere nequiuerant, ipſe feliciter ad exitum perduxit. *Sacramenti eucharistici perpetuam adorationem in diœceſin introducit.*

Eſt id *Inſtitutum*, vt in Bulla *Innocentii* Pontificis *XI*, Romæ an. MDCLXXVII die XVI Martii ſignata, appellatur, *Confraternitatis laicalium vtriusque ſexus Chriſti fidelium*, *ſub titulo* » Adorationis perpetuæ ſeu per omnes » & ſingulas horas exercendæ orationis erga ſanctiſſimum Sacramentum » corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti ». Quod quidem fuſius cognoſcere eſt ex libello, qui de eo Moguntiæ typis Ioannis Georgii Haſneri prodiit. Id genus exercitium alioquin pluribus iam abhinc annis in Galliarum prouincias introductum, & poſtea ab Sereniſſimo Principe Electore *Ferdinando Maria*, vtriusque Bauariæ Duce, in terras ditioni ſuæ ſubiectas inuectum eſſe, ex Bulla, quam dixi, conſtat. Ceterum in vrbem Moguntiam, quod hic neutiquam prætereundum venit, iam anno MDCCXVIII inductum fuit. Inchoatur autem ibi I die Iulii prima cum luce in æde metropolitana, ex qua inter initia agmine ad religionem compoſito ſupplicatum itur. Finitur die XXV dicti menſis in æde *D. Quintini* memoriæ ſacra, e qua nocte cœptante ſimiliter ſollemnis inſtituitur ſupplicatio.

XLVII Nunc, cum non poſſit non benefacere, ad tollendas inopum & in egeſtate verſantium ærumnas, quas & auribus & manibus apertis ſubleuare ſemper ſolitus eſt, Moguntiæ πτωχεῖον, illis alendis, & a mendicatione, quæ praui moris licentia impudentiæ, fraudibus, inertiſſimæ ſegnitiei, impuritati, vitiiſque aliis quampluribus latiſſimam portam aperit, ad vitæ incorruptæ officia traducendis, excitari, & tum neceſſario prouentu, tum ſacello *D. Rochi* honoribus dicando, inſtrui curat, æternum pietatis ſuæ erga Deum, pauperum patrem, & beneficentiæ ſuæ erga miſeros & ærumnoſos monumentum, omnibus certe mauſoleis perennius. *Ptochotrophium ſtatuit Moguntiæ.*

Quod vt feliciter in altum ſurgat, boni omnes optant. Fauſto omine cœptum eſt anno ſuperiori MDCXXI, d. XV Nouembris, *D. Leopoldo* in faſtis ſacra ; primum quidem ſtructuræ lapidem in fundamento componente Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Collegii metropolitani Scholaſtico, *Caſimiro Ferdinando Adolfo*, *Comite* de *VValtbott* in *Baſſenheim* (de quo in *Syllabo pleniori* lectione IV p. 324) ſollemnibus vero cærimoniis adhibitis illum ſacrante Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Epiſcopo Mallenſi, *Edmundo*, Eminentiſſimi Archiepiſcopi & Electoris in pontificalibus muniis obeundis Vicario ; Delectis e Conſiliariorum tum ſanctiorum, tum regiminis gerendi Collegiis magna dignatione adſtantibus.

Digitized by Google

pluribus aliis operibus nominis ſui famam propagat.

XLVI De cetero, quam variis Moguntiam exornarit modis *; quam prouide rei familiaris ac ærarii conſuluerit rationibus, inſtituta Lohræ ad Mœnum ſpeculorum ſingulari tum mole, tum læuore, tum nitore parandorum officina **; in thermis vero ſerpentinis, vno ab acidulis Macro-Schvvalbacenſibus lapide; excipiendis honoratioris conditionis, qui valetudinis ſuæ rationem habere cupiunt, hoſpitibus, domo ampliſſima; quin adiecta Sedi ſuæ cum bonis contributis Cronberga †; quam multum præterea curæ ac liberalitatis in artes conferat ingenuas; quam nullis parcat ſumtibus in bibliotheca librorum exquiſitorum copia in dies locupletanda, prætereo. Dicent & prædicabunt id ſuo tempore alii.

* Vt alia taceam, portam, quam *nouam* appellari notum, magno ſumtu inſtaurauit, ac auguſtiorem reddidit; aliam item, *Raimundi* dictam, per quam in aruum ad Rheni itur ripam, egregio opere reſtituit, vt ſupra lib. I cap. XIII § *de portis*, p. 32 dictum. Hortum vero, de quo in additionibus ad cap. XIV p. 37 actum, interea, dum opus hoc prelum exercuit, elegantiſſimis ædificiis ad vſum & ſplendorem maiorem exornauit.

** Conſ. lib. I addit. II ad dictum modo cap. XIV p. 37.

† Factum id anno MDCCIV, inclita *Cronbergiorum* familia in *Ioanne Nicolao* tum penitus extincta. Ceterum de *Cronberga* conſ. *VVinckelmanni* Deſcript. Haſſiæ parte II cap. IV p. 157, & ſupra in Archiepiſcopo & Electore *Ioanne Suicardo* § I p. 909.

Ego, quod omnes boni mecum faciunt, Deum precor iuxta obteſtorque, ſeruet tantæ dignationis, ſpectatæque virtutis Principem contra ingraueſcentis ætatis incommoda, bono ſacri Romani Imperii, cuius grande columen eſt, omniumque ſalutis publicæ amantium, quam diutiſſime ſaluum, vegetum, firmum, omnium rerum optandarum affluentia cumulatum, faciatque, vt gloriæ, quam tot tantisque meritis collegit, ſine vlla offenſione interſit, lætuſque videat illuſtriſſimæ familiæ ſuæ decora maioribus in dies incrementis aucta.

ADDITIONES,

res nonnullas memoratu dignas,
annotationibus ad SERARIVM inſerendas,
complectentes,
vna cum locorum quorundam emendationibus.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO.

Vere dici, quod dies poſterior prioris ſit magiſter, hoc in opere ipſe ego expertus ſum. Dum enim annotationes, quas ad SERARII *res Moguntiacas* dedi, prelum exercebant, in complurium, quæ mihi etiam tum partim ignota, partim non ita plene, curate, recteque cognita erant, perueni notitiam; tum vero in plagulis impreſſis erratorum, quæ feſtinatione partim, partim operarum incuria irrepſere, deprehendi non plane nulla. Hæc expurgare atque corrigere; iſta demendo, mutando, addendo elimare, exactiusque tradere; illa vero adiicere, in neceſſariis duxi. Vnde mihi natæ *Additiones* illæ atque *Emendationes*, quas hic ſubiicio. Subiicio autem, ſpe minime dubia, æquis rerum cenſoribus id haud improbatum iri.

ADDITIO-

Digitized by Google

ADDENDA & EMENDANDA.

Lib. I

p. 14

poſt adnotat. ad § II cap. VI,

Fuit ceteroqui locus hic, die *Ketzergrub* dictus, fouea admodum magna & ampla, quæ circa an. MDCXCII vel MDCXCIII gleba aggereque expleta eſt, χωρίῳ proxime paſcua, quæ *auf dem Bruch* vocantur, locato. A tribus autem & quod excurrit ſæculis id nominis iam tulerat. Diſcimus id ex tabulis de vendita anno MCCCLXXXVII peruigilio Simonis & Iudæ Apoſtolorum a ſanctimonialibus *veteris Cellæ* Collegio *D. Stephani* vinea quadam; quippe in quibus *Greda Bard*, Abbatiſſa, *Elſa Weſebaden*, Prioriſſa, totusque Conuentus recognoſcunt, ſe dictis ad *D. Stephanum* Canonicis vendidiſſe *ein morgen vvingert gelegen vor der Statt Menz, vnd ſtoſſt oben vff* die Ketzergrube, *vnd nyden vff den vveg, da man geet zu den gueten luden.*

ibidem

in annotat. ad proœm. cap. VII,

col. 2 v. 3 l. aliarum mentionem facit auctor.

p. 17

in adnotat. ad § XI,

col. 1 v. 7 pro, *& DCCCIX* l. *DCCCLIX*

p. 19

cap. VII in adnotat. ad § XIX,

col. 1, vbi *de occupatione Suecica* agitur,

v. 20 pro, *cap. XXXI, ſect. IV,* l. *ſect. III*

col. 2, vbi *de expugnatione Caſareo-Bauarica* ſermo eſt,

pro, *d. IX Nouembr.* l. vt infra lib. V in *Anſelmo Caſimiro* § XXXVII p. 950 iam notatum, *d. IX Ianuarii an. MDCXXXVI ſecuti.* & deinde, pro, *Pufendorf lib. II,* l. *lib. VII.*

p. 20

ad annotat. § I cap. VIII ſubiectam,

col. 1 v. 7

Non poſſum, quin hic notem, non a Suecis tum arcem Höchſtanam in buſtum coniectam fuiſſe, ſed a Francofurtenſibus anno MDCXXXIV præcipite. Quo minus dubites, apponam verba Electoris *Anſelmi Caſimiri* e litteris ad *Ferdinandum*, Hungariæ & Bohemiæ Regem, Coloniæ d. XVI Iul. an. MDCXXXV ſignatis; *Geſtalten ſie dann ſolches nit allein, vnd zvvar nachdem ſie ſchon derer zvviſchen allerhöchſt-gedacht Ihro Kayſ. Mayſt. vnd Chur-Sachſens L.d. gleichſam geſchloſſenen Pirnaiſchen Fridens-tractaten avisirt gevveſen, allein aus böſem vorſatz vnd gefaſſten giftigen neidt, ohne einigen ihren nutz vnd vortheyl ervventes durch vnſern Anteceſſorn Ertzbiſchoff* Wolfgang *hochſeligen andengkhens mit groſſem coſten erbauetes Reſidentz-Hauſs* Höchſt *gantz, vnd zumahl bis vff die noch ſtehende zerſchmetterte mauren in die aſchen gelegt, ſondern auch* &c.

p. 30

cap. XII n. III, in verbis Goſwini,

pro, *opinatiſſimi*, in veteribus ad ædem Moguntinam maiorem membranis eſt, *opulentiſſimi*, & pro, *diuo apice*, itidem *diuino*.

ad n. IX

Princeps prouinciarum & domina ciuitatum Moguntia. *Breuiarium Moguntinum* lectione VI de *S. Aureo & Iuſtina.*

p. 31

poſt adnotat. ad § *XIII*

Immo, quod mireris, in ipſo ciuitatis Moguntinæ veteri ſigillo, quod ideo hic ſubiicere placuit, hoc appellatur titulo, *Aurea*que *Moguntia* dicitur.



Notes autem de ſigillo hoc, quod ciuitati, ſaeculis ſuperioribus, XII, XIII, XIV, fuerit in vſu, & ſub finem huius vocetur vetus, idque maius ſigillum.

p. 41

ad § *II cap. XV.*

Vt hoc curatius ſitum *Druſilacii* noſcas, notes velim, agrum, qui vulgari appellatione *Druſenloch* olim dicebatur, ex aduerſum monumento illi glandiformi, vulgo *der Eichelſtein* dicto, obiacere. Indicium faciunt litteræ *Iudicum S. Moguntinæ Sedis an. MCCCCXXXIV, indictione XII, XIV menſis Auguſti, pontificatus Eugenii anno V* datæ, quarum ideo partem iuuabit adducere; *Pridem introducta nobis inter — Dominum Decanum & Capitulum eccleſie Moguntine, actores, ex vna, & quondam* Ancelmum, *dum vixit, Abbatem monaſterii* S. Iacobi — *reum, de & ſuper duorum ſolidorum — cenſu — de & ex agro ſito in campis regulariter* Druſenloch *dicto, ex oppoſito* Eygilſtein *extra muros Moguntinos, cedentium* &c.

p. 66

ad annotat. § *V cap. XXIX ſubiectam,*

col, 2 v. 33

Ceterum huc conferri merentur, quæ *Ludevvigius* attulit parte II Commentarii in *A. B.* ad titul. XXVI § II p. 587 & ſeq.

p. 75

ad cap. XXXI ſect. II § I

Notes velim, interea, dum liber hic prelum fatigabat, ambas haſce turres, cum ab aliquot iam annis vitium feciſſent, ac ruinam minarentur, ad templi tectum ferme ſubmiſſas fuiſſe (initio d. XII Octobr. an. MDCCXX facto) vt adeo alia nunc appareant forma.

p. 76

ad adnotat. I § IV ſubiunctam,

De reliquo, tum hæc, tum ceteræ parochiales plures olim habuere Altariſtas. Ex protocollo enim Cleri ſecundarii ad an. MDXIII, quod poſtea nobis inſpicere licuit, conſtat, quod illorum ad hanc *D. Emerani* fuerint XII; ad *D. Quintini*, incluſis Altariſtis *S. Spiritus*, XVII; ad *S. Ignatii*, XII; ad *S. Chriſtophori* itidem XII.

p. 78

ſect. III ad adnotat. § VIII appoſitam,

col. 1 poſt verſ. 15

Vocabantur Fratres *Ord. Ioannitici* ſiue Equites Rhodienſes olim hic *die Weiſſen Brüder*; quippe qua appellatione occurrunt in teſtamento *Bingela* de *Hallgarten* an. MCCCCXIV; *Auch hat ſie zum* Heil. Grabe *zu Menze L flor. zum buvve, vnd den* wiſſen Brudern &c. & iam ante in cenſuali quodam antiquo; *Item IX ſolidos dat* Ebirhardus Windeck *von dem Hus zuſchen dem* Herrn *von* Erbach, *vnd* den vviſſen Brudern *gein dem* alten Hertzog *über*.

ibidem

ad adnotat. § IX ſubtextam,

Litteras Fr. *Conradi* de *Franckenfurdt*, quarum initium dedi, maioris lucis firmitatiſque cauſſa dabo integras.

Nos Frater Conradus *de* Franckenfurdt, *Commendator, ceterique Fratres Domus in Moguntia Ordinis* S. Iohannis Ieroſolim. *uniuerſis hec viſuris & audituris volumus eſſe notum, quod quatuor octalia ſiliginis Domui noſtre predicte ſingulis annis cedencia de & ſuper curia, curti ſeu manerio cum pertinenciis*, Eckardi *de* Maſſenheim *&* Yde, *coniugum, quitamus; & emptores prefate curie abſoluimus a ſolucione dictorum quatuor octalium mediantibus XIIII marcis denariorum leuium, habitis & receptis ab eiſdem. Et ex habundanti committimus Fratri* Luzoni *de* Wanebach *huiusmodi quitationem faciendam in hys ſcriptis. in cuius rei teſtimonium ſigillum mei Commendatoris ſupra dicti preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCCXXXIV feria ſexta in octaua Agnetis.*

p. 80

in adnotat. ad § V

col. 2 v. 2

pro *ſectione I*, velim legas, *III*. Immutatus enim poſtea fuit ordo, vt alibi iam a me dictum.

ibidem

ad adnotat. § VI ſubiectam,

col. 1 poſt v. 31

De cetero extra ædem, infra appictam *Magni*, vt vocatur, *Chriſtophori* imaginem, muro inſertus cernitur lapis, formæ ſepulcralis, cui inſculpta arcula, vulgo *Monſtrantia*, quam duo tenent angeli; infra eam a latere dextro Archiepiſcopi *Bertholdi*, a ſiniſtra Collegii metropolitani inſignia; inferius, quatuor perſonæ, mares ſcilicet duo, duæque feminæ, de geniculis adorantes (quæ ſine dubio *Ioannem Heyl* cum familia denotant) his circumcirca inciſis verbis; *Anno Domini MCCCCXCIX iſt dieſe Kyrche gevvyet zu eren der Heyligen Dryfaltigkeit vnd aller Heyligen, genant* „ zu den Buſern; quæ tamen vox, ni coniectura fallit, a tempore ſurrogatarum *Pœnitentibus* Tertiariarum, ne eædem eſſe viderentur, quæ illæ, exſcalpta eſt.

Digitized by Google

p. 81

in adnot. ad § *VII*

col. 2 v. 6 pro, *ſect. II p.* 13, l. *ſect. III*

ibidem

in adnotat. ad § *VIII*, *col.* 2 *v.* 8

Alias etiam *Loſcher Hof.* Ita namque in litteris an. MCCCLXVII datis; *Walpurg* von *Bieburg*, *die Beckine des Convents zum* „*Loſcher Hofe*; & in tabulis teſtamentariis *Wernheri* de *Oppenheim* an. MCCCXC confectis; *Ich ſetze III malter korn den Suſtern in dem groſſen Convent, der ſiſt zum* „*Loſcher Hof.*

ibidem

ad adnotat. § *X ſubiectam*,

de monaſterio *S. Laurentii*,

col. 1 v. 11 poſt vocem *feodo* — *Bertholdi* item de *Geilnhauſen*, dicti *de Noua domo*, teſtamentariis an. MCCCLXIX perſcriptis; *Item do & lego Cluſariis in Capella* S. Laurentii *apud eccleſiam* S. Petri *commorantibus cenſum annuum & perpetuum XXX ſolidorum Hallenſ. ſoluendorum.* Et in aliis *Philippi* de *Itſtein*, Scholaſtici ad *D. Petri*, an. MCCCCXLVIII; *Item lego XXX maldra ſiliginis ad Recluſorium* S. Laurentii *apud* S. Petrum.

p. 82

ſect. IV ad adnotat. § *I*, *de* Hoſpitali Sp. S. *ſubiectam*,

col. 2 v. 23

Quin, non in frontiſpicio ſolum libri huius cenſualis, verum etiam in tabulis teſtamentariis *Ioannis* de *Walla*, Plebani eccleſiæ parochialis *Vdenmünſter*, an. MCCCXXXIII, indictione I, ſignatis; *Idem infirmis decumbentibus in* Hoſpitali S. Spiritus *in Maguntia I maldrum ſiliginis annuatim* &c.

p. 83

in adnot. ad § *III*

col. 1 v. 13 pro, de *Buchelheim*, *Epiſcopum eccleſie Hypponenſis*, l. de *Bichlingen*, *Epiſcopum eccleſie Ippuſenſis*, vti ex parte iam notatum in *Elencho Suffraganeorum Moguntinenſium* p. 428 tomi II.

p. 85

ſect. V poſt v. 2 *adnotat. ad* § *V*,

Quænam hæc *S. Laurentii* Capella fuerit, interea nobis innotuit. Stetit ſcilicet haud procul a monaſterio *PP. Dominicanorum*, & Conuentus *Beginarum* ſiue Sanctimonialium propria fuit. Sic enim Clericus quidam in teſtamento ſuo an. MCCCLVII facto; *Item lego XXX maldra ſiliginis diſtribuenda in Recluſorio* S. Laurentii *prope domum vocatam* der alte Scholteiſs.

p. 86

poſt adnotat. ad § XIII *dictæ ſectionis V*,

Ceterum veſtalium fuit conuentus. Id quod idem, de quo modo, Clericus in ſuo prodit teſtamento; *Item . . . maldra ſiliginis diſtribuenda in Recluſorio* S. Vdalrici.

p. 88

in adnotatione ad § *XV*,

col. 2 *poſt ſacellum* S. Georgii,

S. Laurentii, in periſtylio ædis memoriæ *D. Stephani* dicatæ, vetuſtum ſatis. de quo conf. quæ de ſacello *S. Laurentii* ſequuntur in iis, quæ interierunt.

ibidem,

ibidem,

col. 2 ad ſacellum S. Margaretæ,

Fuit Conuentus *Tertiariarum*. Ita namque in litteris antiquis an. MCCCC-LXXXVI die S. Vlrici ſcriptis: *Wir, die nachgeſchrieben*, Agneſe, Elſe, Gertrud, *vnd* Gele; *Suſtern vnd Cluſnerin in dem Gotshuſe vnd Kluſen an* Sente Margarethen *Capellen zu Mentz gelegen, von der dritten Regeln* Sant Franciſci *bekennen* &c. & in aliis Collegii Petrenſis; *Wir Dechant vnd Capitel* S. Peters *Kirchen — bekennen, — daſs vvir angeſehen han den engen begriff der Cluſen by* S. Margarethen Capellen *in der Stat Menz gelegen, daſs die vviters begriffs, dadurch die Cluſnerin vnd Begynen daſelbs ſich deſte baſs enthalten mogen, noitdürftig iſt, vnd han vmb der Erſamen Geiſtlichen*, Agneſen, Elſen, Gertrud, *vnd* Gelen, *dis zyt Suſtern vnd Kluſnerin in der genant Cluſen bitt vvillen inen verliben —*

ibidem,

ad ſacellum S. Michaelis,

in cœmeterio D. Stephani,

Opibus *Ioannis Siboldi* de *Flanheim* & *Gertrudis* coniugum magnam partem erectum fuit hoc in cœmeterio *D. Stephani* ſacellum. Quod vt hoc luculentius pateat, ſequens litterarum, a Decano Capituloque *D. Stephani* tum datarum, appono fragmentum;

Nicolaus *de* Saulheim, *Decanus, totumque Capitulum* S. Stephani *Magunt. vniuerſis Chriſti fidelibus — ſalutem. — Hinc eſt, quod ſepius in mentibus noſtris voluentes, qualiter operari poſſemus, vt Capella* S. Michaelis *in cemiterio eccleſie noſtre conſtructa & conſecrata donaretur, & in perpetuum beneficium eccleſiaſticum in dicta noſtra eccleſia erigeretur. Nuper igitur nos capitulariter congregati, & ſuper hoc deliberatione prehabita, in honorem omnipotentis Dei, — & ſpecialiter* S. Michaelis *Archangeli, propugnatoris noſtri, ac* S. Anne *— nec non* S. Stephani *protomartyris, patroni noſtri, ac etiam pro ſalute anime Diſcreti viri* Iohannis Siboldi *de* Flanheim, Gertrudis, *vxoris ſue — qui non mediocriter ad huiusmodi dotationem & erectionem ſuas tribuit facultates, dictam Capellam pro perpetua* Vicaria *in dicta noſtra eccleſia duximus dotandam, erigendam, & de nouo inſtituendam, ipſamque Capellam & ipſius pro tempore Rectorem pro perpetuo Vicario in ipſa eccleſia noſtra* S. Stephani *tenore preſentium inſtituimus, ordinamus, facimus, & creamus — Datum MCCCCXIV, ipſo die S. Galli Confeſſoris.*

p. 89

poſt ſacellum S. Michaelis,

in cœmeterio D. Emerani,

col. 1

S. Pancratii, ſitum in periſtylio ædis *D. Stephano* ſacræ, ab ingreſſu a ſiniſtris. Memoratur an. MCCCCXIX in conſtitutione manufidelium *Henrici Piſtoris* de *Alſenz*, Vicarii in dicta æde, d. XVIII Iulii perſcripta, his verbis; *In Capella* S. Pancratii *ſita in ambitu eccleſie* S. Stephani *Mog.* Habet fontem, vt loquuntur, baptiſmalem, ſubſeruitque actibus parochialibus, qui proinde non in templo ipſo, ſed in ſacello hoc peraguntur. Referebatur olim inter Vicarias; ſed anno MDXCV Plebanatui cum omni iure & cenſu a *Wolfgango* fuit incorporatum, ſiue attributum, teſtibus tabulis die X April. confectis.

ibidem,

poſt ſacellum S. Spiritus *in* Cuſtoria,

S. Spiritus, in curia *zum Thiergarten.* Cœpit temporibus Cardinalis & Archiepiſcopi *Alberti.*

ibidem,

Inter ſacella, quæ interiere, primo loco ponendum

S. Bonifacii. Fuit *in curia Ringravii*, quæ erat, vt in litteris anno MCC-LXXV datis habetur, *Domus Capitularis* S. Petri.

ibidem,

ibidem,

ad ſacellum S. Brigittæ,

Fuit Conuentus veſtalium, qui, ni coniectura nos fallit, etiam vocabatur *der Dechans Convent*. Sic enim in tabulis *Wernheri* de *Oppenheim*, de quibus ſupra; *Item III malter korn zu dem minſte Convent der Suſtern in der alden Munſtergaſſen*, *genant* der Dechans Convent. Et paullo poſt; *item den Begbarten in der alden Munſtergaſſen III malter Korns.*

ibidem,

ad ſacellum S. Catharinæ,

col. 2

Ceterum in eodem perpetuam Vicariam inſtituit *Waltherus Sculteti*, Idſteinenſis Naſſouius, Vicarius in æde *D. Petri*; quod quidem his adnotatum verbis: *MDIII ob. Honorabilis Dominus* Waltherus Sculteti *de* Iſtein, *Paſtor in Marxheim & Vicarius eccleſie* S. Petri, *ſepultus in ambitu dicte eccleſie. Sanus mente, corpore autem infirmus, conſtituit vnam perpetuam Vicariam in eccleſia* S. Petri *predicta, ad altare* S. Catharine *in oſſorio parochialis eccleſie in* Vndenmunſter. Inſtitutam *Bertholdus* Archiepiſcopus anno ſequenti d. XXVI Aug. peculiari confirmauit diplomate.

ibidem,

ad ſacellum S. Georgii *poſterius*,

v. 3, *poſt verba*, vt addit Helvvichius,

Dotatum fuit a Nobilibus *zum Iungen*, qui ideo Patroni eiusdem fuere. Superant, ex quibus id conſtat, litteræ in hæc verba;

Ich Conrad *im* Graſe, *Capellan der Capellen zu* S. Iörgen *zu Menze off der Marckſtraſſen gelegen, tun kunt vnd bekenne offentlich mit dieſem brieffe,* — *daſs ich mit vvillen, vviſſen, vnd verbengniſſe Iungher* Philips *zum* Iungen, *myns lieben Iunghern, der ein Lehenherre vnd ein giffter derſelben Capellen zu* S. Iörgen *iſt, den* — *Herrn Dechant vnd Capitel des Stiffts zu* S. Peter *vſſvvendig by Menze gelegen* — *zu irer preſencie geluvven han* — *zvvey huſer an eyne, off dem ort gein dem* Stecken, *vnd gein dem* Ryngreſen *vber off* S. Peters *vvege gelegen* — *MCCCC die* Margarethe *Virginis.*

Ich Philip *zum* Iungen *dun kunt* — *mit dieſem brief, ſo als Her* Conrad *im* Graſe, *Capellan der Capellen zu* S. Iörgen *zu Menze, off der Marckſtraſſe gelegen, der ich ein giffter vnd lyher bin, den* — *Dechant vnd Capitul zu* S. Peter — *zvvey huſer an eyne off dem ort gein dem* Stecken *vnd gein dem* Ryngréſen *vber* — *vmb nuzes vvillen derſelben Capellen, verliehen hait* — *daſs ſolche leyhunge mit myme guden vvillen, vviſſen, vnd verbengnis geſcheen iſt* — *MCCCC die* Margaretæ *Virginis.*

ibidem,

ad ſacellum S. Laurentii *in monte* D. Stephani,

Vix dubium eſt, quin ſacellum hoc id ipſum ſit, quod *D. Laurentii* nomine appellatum in periſtylio ædis *D. Stephano* conſecratæ a dextris eſt, & multum antiquitatis refert. Vt adeo ex numero eorum, quæ interiere, expungendum veniat.

p. 90

ad ſacellum OO. SS. *vulgo* die Iuden-ſchul,

col. 1

Fuit olim Iudæorum ſynagoga; quam *Adolfus II*, *Bonifacium* Pontificem, qui Romæ *Pantheon* honori *OO. Sanctorum* ſacrauit, imitaturus, in ſacellum conuertit, *OO. SS.* memoriæ dicatum, ac ſacros ad vſus, cenſuque neceſſario
v. cod. Dipl. an. MCCCCLXXIII, d. XII Octobris, inſtructum, primum contulit dicto *Petro Weisbar*, litteris triduo poſt, XV ſcilicet Octobris die, Treueri datis.

Sacel-

Sacellis nouis, *de quibus ibidem, adnumerari poſſunt*

S. Ioannis, in noſocomio tribunitio, quod *Matthias*, Epiſcopus Coronenſis & Suffraganeus Moguntinus, anno MDCLXXXIV, d. IX Aprilis, ſollemni cærimoniarum conſecrauit apparatu

S. Anſelmi, in domo hoſpitali *zum Floſs*, quod idem *Matthias* Epiſcopus an. MDCLXXXVIII d. XXVI Septembris inaugurauit.

p. 131

poſt § *XXVII cap. XL*,

Velim hic notes, auctoris alucinationes, quibus in hoc *de Doctis Moguntinis* capite haud appoſui notam, me, ne cui offendiculo ſint, in mea *de eisdem Doctis* diſſertatione emendaſſe; ex *Eruditis* etiam illos, qui ab eo prætermiſſi ſunt, recenſuiſſe.

Lib. II

p. 193

poſt v. 9 in adnotat. ad § *I cap. XXXVI, col.* 1

Eſt ita. Cardinalis *Albertus* pedem *D. Ruperti* ſiniſtrum abſtulit, ſed dono acceptum. Id quod ex hiſce patet litteris;

Wyr Margaretha *von* Coppenſteyn, *Eptiſche*, Anna Fauſtin *von* Stromburg, *Priorin*, Catharina Walſtrorfferin *Schriberin*, *vnd gantz Conuent des Iungfrauwen Cloiſters Sanct* Roprechtsberg *by Bingenn bekennen alle ſemptlich vnd ſonderlich; Nachdem der Hochvvirdigſt in Got Vatter, Durchluchtigſt Hochgeborner Furſt vnd Herr, Herr* Albrecht, *der heilgenn Romiſchenn Kirchenn des Titels Sancti Petri ad Vincula Prieſter Cardinal, zu Mentz vnd Magdeburg Ertzbiſchoff, deſs Heiligenn Romiſchen Rychs durch Germanien Ertzcantzler, Churfurſt, vnd Primas, Adminiſtrator des Stiffts zu Halberſtatt, Marggraue zu Brandenburg, zu Stetin, Pomern, der Caſſubenn vnd Wende Hertzog, Burggrave zu Nurmberg, vnd Furſt zu Rugenn, vnſer gnedigſter Herr vnd Vatter, vns vnd vnſerm Cloiſter biſanher viel gnade, vvoldait, erforderung vnd gutz vſs vetterlicher mildekeyt manchfeldig erzeigt hait, daſs vvir dervvegenn zu diemuttiger vnd ſchuldiger danckſagung, auch meherung ſyner Churf. Gn. andacht, nach gnediger aneforderung vnd ſunderlicher andechtiger begirdenn ſyn Churf. Gn. zu dem lobelichen Heiltum des Heilgenn* ROPERTI *vnſers Hochvvirdigen Patrons, lange zyt gedragenn, den* lincken fues *deſſelbigen* Sancti Roperti *mit bevvilgung des gantzen Conuentz ſynen Churf. Gn. zu eyner vereberung bedechtlich, frybe, vnd gantz gegebenn vnd zugeſtalt habenn; alſo daſs ſyn Churf. Gn. ſolch loblich Heiltumb eygenthumlich behaltenn, vnd nach ſyner Churf. Gn. vvolgefallenn zu Gotz ere verordenn mogenn. Vnd vvoehin daſſelbige durch ſyn Curf. Gn. forder gevvant oder zu blybenn verordent vvirdt, das ſalle vnſs nebenn ſyn Churf. Gn. dergeſtalt geliebenn; ſollenn vnd vvullen es auch fur vns ſelbſt, oder durch vnſer nachkomen hienforter zu keyner zyt anefechtenn, vviederruffenn, nach vviderſprechen, ſonder vns, vnd vor vnſere nachkomenn hiemit in craffl diſs brieffs aller aneforderung gar vnd gantz verziehen vnd abegeſagt habenn. Alles truelich vnd vngeferlich. Des zu vrkunt haben vvir vnſer Epty vnd Conuentz ingeſiegel vviſſentlich ane diſs Schrifft thun druckenn. Die gebenn iſt im iar XV*[c] *XXVIII, vff Mondag nach ſanct Ieronimus dag.*

Lib. III

p. 294

in adnotat. ad § III *notationis XIX*

col. 1 v. 2

pro, § *XIV & ſeq.* l. § *XVIII & ſeq. p.* 21 *& ſeq.* Quod dum moneo, non

Digitized by Google

non poſſum, quin ſimul ipſas Viri doctiſſimi rationes ex dicta diſſertatione, cum haud in omnium manibus ſit, ad verbum huc afferam. *Reſtat*, ita ille, *tertium diſquiſitionis noſtræ caput, quod de quercus huius ſede agit. Locum eius vidimus a* Willibaldo *vocari* Giceſmere, *ab* Othlono *vero dicitur* Geſmeri, *quod nomen tribus in patria locis reſpondet, quæ nunc* Geiſmar *vocantur. Inquirendum itaque, ad quam hæc arbor ſteterit. Primus locus, qui* Geiſmariæ *nomine gaudet, nunc vrbs eſt, ſita in præfectura Schœnenbergenſi, & vulgo* Hoffgeiſmar *vocatur. Ad hanc vrbem maiores noſtros ſub quercu Diis ſuis ſacra feciſſe, omnes tradunt recentioris ætatis ſcriptores, teſteſque domeſtici. Sic* Dilichius *id ſine vlla hæſitatione* Hofgeiſmariæ *tribuit, quod* Willibaldus *de* Giceſmere, *vel* Othlonus *de* Geſmere *tradunt. Inſpiciamus ipſa verba eius, quæ profert in Chron. Haſſ. parte I p.* 143; Iahrs DCCXXIV kahm *Bonifacius* gen *Geiſmar*, vvarff daſelbſt nieder einen überaus groſſen baum, vvelchen vnſere Heydniſche vorfahren vor Iouem ehreten, vnd bauete an dieſer ſtatt eine Capell in die ehre *S. Petri.* Nachdem aber desvvegen von iahren zu iahren der ort an invvohnern zugenommen, vnd *Geiſmar* aus einem dorff zu einem flecken gemacht, iſt auch vor ermeldete Capell in eine groſſe kirche ervveitert vvorden. *Eadem narrat* Winkelmann *in Chron. Haſſ. part. II c. XII*, Merianus *in Topographia Haſſiæ*, Leznerus *in vita Bonifacii*, Paulinus *in peculiari de hac arbore diſputatione, quam fruſtra inſpicere laboraui*, Editores Act. SS. Antwerpienſes *celeberrimi, ad vitam Bonifacii, omneſque recentiores, qui de hac quercu mentionem faciunt. Verum etſi omnes in hanc ſententiam conſpirent, abs me tamen hactenus impetrare non potui, vt ei ſubſcriberem, cum illam incertis admodum fundamentis inniti deprehenderim. Nam præter ſolam nominum ſimilitudinem, traditionemque popularem admodum fallacem, nihil in medium proferunt, quod ad probandam hanc ſententiam faciat. Nec dici etiam poteſt, ſtetiſſe hanc arborem ad* Geiſmariam, *quæ in præfectura* Francobergenſi *ſita eſt, iiſdem enim difficultatibus laborat, quibus* Dilichii, *ceterorumque. Id præſertim huius coniecturæ auctoribus probandum foret ex eiuſdem ætatis monumentis, Bonifacium vnquam in harum vicinia commoratum fuiſſe; nam* Willibaldi *vel* Othloni *teſtimonium nihil huc facit, quamdiu adhuc lis eſt, an eorum* Giceſmere *vel* Geſmeri *ſit noſtrum* Hofgeiſmar. *Dein etiam ex intemeratæ fidei ſcriptoribus, qui eo æuo vixerunt, oſtendendum, exſtitiſſe iam Bonifacii temporibus, vel* Hofgeiſmariam, *vel aliam illam ad* Francobergam; *quamdiu enim id incertum, tam diu argumentum ex ſola nominum ſimilitudine depromtum vi ſua caret.*

Videamus, igitur an tertiæ Geiſmariæ *magis conueniat* Willibaldi *de hac Iouis arbore hiſtoria, quæ ſita in diœceſi Gudensbergenſi ad auriferam Adranam, & vicus eſt hodie non ignobilis, quem* Willibaldi Giceſmere, *&* Othloni Geſmeri *eſſe, ex certis vett. teſtimoniis nunc probandum erit. Quod vt ordine fiat, id ex antiquis monumentis efficiam, quod in ſuperioris ſententiæ auctoribus deſideraui; I, in vicinia huius* Geiſmariæ *ſæpe vixiſſe ſanctum Bonifacium; II, exſtitiſſe iam illum vicum huius temporibus. Quem cum ignoraret* Serarius, *eum male confundit cum* Hoffgeiſmaria *lib. III de Rebus Mogunt. cap. XIX*; Eſt *Geiſmaria* in Haſſia inferiore pagus quondam, vrbs modo nouitiis impurata opinionibus, quæ a *Lupo Seruato* vit. Wigberti cap. XX vocatur villa *Geiſmari*, & ad Schœnenbergenſem hodie toparchiam ſpectat. *Nam* Lupi Geiſmaria *Buraburgo proxima eſt, vt § XXI videbimus*; Hoffgeiſmaria *vero, quam in toparchia Schœnenbergenſi ſitam tradit, longe a Friteslaria diſtat. Hæc autem monere volui, cum deprehenderim, exteros vicorum Haſſiæ noſtræ parum gnaros, in errorem a* Serario *inductos fuiſſe.*

Bonifacium Friteslariæ, ac proin in vicinia Geiſmariæ *noſtræ, quæ vix M. P. diſtat, frequenter commoratum fuiſſe, tam certum ex antiquis monumentis, vt in dubium vocari nequeat. Sic ædificauit Fritislariæ eccleſiam in honorem S. Petri & Pauli cum monaſteriolo, cui ipſe aliquot annis præfuit, vt ſuo exemplo vitam & mores iuniorum formaret. vide* Willibaldum *vit. Bonifacii cap. XVIII*, Othlonum *I, cap. XXVII. Dein iactis in his oris fidei fundamentis, in Baioariam abiit, vt & ibi prauas de religione opiniones emendaret; in*

qua

quæ expeditione ſuſcepit Sturmium, nobilem puerum, Abbatem poſtea Fuldenſem, quem ſecum duxit Friteſlariam, & Wigberto Abbati ſui monaſterii commendauit, teſte Eigile in vita Sturmii, cap. II. Hic Sturmius poſtea iis imbutus artibus, quæ iuniores Monachos decebant, auctore Bonifacio ſeceſſit in eremum ad inueſtigandum locum, qui nouo monaſterio exſtruendo idoneus foret. Ex hac ſolitudine redux, S. Bonifacium conuenit Fritislariæ, vt ex vita modo laudata cap. VI conſtat. Præterea etiam anno Chriſti DCCXLI in vicino huic vrbi & villæ Geismariæ monte Buraburgo erexit Epiſcopatum, cui Wittam ſeu Albuinum primum Epiſcopum præfecit, vt apud Othlonum videri poteſt. Ex quibus teſtimoniis luce meridiana clarius eſt, ſæpiſſime Bonifacium viſitaſſe hanc viciniam, gratamque eius fuiſſe ipſi memoriam, quod hic primum ſeminarium religionis Chriſtianæ in Haſſia poſuerit. At de Hoffgeiſmaria, vel Geiſmaria non longe a Francoberga ſita, nullum extat vett. teſtimonium, ex quo effici poſſit, vnquam in earum vicinia vixiſſe Bonifacium. Imo craſſiſſimis tenebris duo hæc loca inuoluta ſunt, cum nemo ex antiquis ſcriptoribus, qui vel Bonifacii temporibus, vel paulo poſt vixerunt, illorum vllam faciat mentionem.

Aliter longe ſeſe res habet cum noſtra Geiſmaria, poſita ad Adranam, iam olim Romanorum æuo nobiliſſimum fluuium, quam eo æuo exſtitiſſe, certiſſimum eſt. Non quidem multa meæ ſententiæ argumenta in medium proferre poſſum, ob defectum, vel negligentiam eius ætatis ſcriptorum; adducam tamen clariſſimum teſtimonium, quod omnino ſufficit ad id demonſtrandum, quod modo ſuſcepimus. Suppeditat illud Lupus Abbas Ferrarienſis, ſcriptor eius æui celeberrimus. Hic, cum in monaſterio Fuldenſi, ſchola tunc temporis omnium fere celeberrima, ex qua plurimi viri eruditi prodierunt, ſtudiis operam daret, auctore & ſuaſore Brunone, Abbate Herolfesfeldenſi, anno P. C. N. DCCCXXXVI vitam S. Wigberti Angli, primi Abbatis Fritislarienſis anno DCCXLVII demortui, & non longe poſt mortem Hersfeldiam tranſlati, conſcribere aggreſſus eſt. In hac vita narrat, Saxones, cum intellexiſſent, Carolum in Italia cum ſuo exercitu bello Longobardico implicitum eſſe, Haſſorum fines inuaſiſſe, vt vlciſcerentur iniuriam a Francis ſibi illatam; quem in finem conatos fuiſſe monaſterium a Bonifacio exſtructum incendere, ſed deterritos partim viſione cæleſti, partim etiam in fugam coniectos a ciuibus, qui fortiſſimo animo eruptionem fecerant. Cum itaque irritum eſſe omnem ſuum conatum viderent Saxones, eccleſiam S. Wigberti, quæ ſita fuiſſe videtur, vbi nunc Fraumünſter, exſpoliarunt, Sanctorumque reliquias ſecum abduxerunt, ſed illæ in villa Geſmari, quæ non longe abeſt, repertæ ſunt integræ, teſte Lupo in vita S. Wigberti c. XX. Ex clariſſimo ſimulatque certiſſimo hoc loco conſtat, hanc Geismariam iam anno DCCLXXIV extitiſſe, quam non tunc demum exſtructam fuiſſe putandum eſt, nam villa vocatur, i. e. locus ex multis ædibus conſtans, vicus, quo in ſenſu hæc vox a medii æui ſcriptoribus accipitur, vt Du Cangius pluribus in ſuo Gloſſario docuit. Ergo ſine vllo dubio iam Bonifacii temporibus clarus fuit hic vicus, vt eius mentionem facere potuerint Willibaldus & Othlonus. Nec moueat quemquam, Willibaldi Giceſmere ſono quam maxime a recentiori differre; quis enim ignorat corruptiones nominum propriorum, varias pronuntiandi rationes vocum barbararum, & mutationes earum per omnia ſæcula. Optime id ex ſolo hoc vocabulo cognoſcimus. Willibaldus ſæc. IIX locum hunc Giceſmere, Lupus Abbas Ferrarienſis ſæc. IX Geſmari, Othlonus ſæc. XI Geſmere vocat, ita vt, quo recentiores ſcriptores, eo magis cum hodierno pronuntiandi modo conueniant.

Cum itaque hæc villa locus fuerit ob quercus cultum admodum celebris, eam viciniam præcipue ſibi elegiſſe videtur Bonifacius, quia ad illam ob religionem ſæpe confluere ſolebant maiores noſtri, quos hac occaſione Chriſtianis ſacris imbuere poterat; non enim facile deteſtandæ ſuæ ſuperſtitionis tenaciſſimi populi conueniſſent ad audiendum verbum diuinum, ni memoria ſacræ quercus ad hunc locum quaſi compuliſſet. Nouerant id probe medii æui Doctores, qui illis in locis, vbi idola & fana gentilium ſteterant, templa excitarunt, vt hac ratione adducerent populos ad Chriſtianam religionem, & ab omni ſuperſtitione auerterent. Sic de S. Amando legimus, quod ſæc. VII monaſteria & eccleſias ædificarit, vbi fana deſtruxerit, ad quæ conuenire ſolebant incolæ ob antiquæ religio-

 Rrr rrr 2 nis

nis memoriam, nec optato caruit hoc cœptum effectu, cum plurimi hoc facto Catholicam religionem amplecterentur. Gregorius M. *Papa eccleſiæ Anglicanæ Doctoribus auctor eſt, vt in Anglia fana paganorum mutarent in templa Chriſtianorum, cum id magis profuturum crederet operi, quod ſuſceperant, in conuertendis his populis. Vid. vita* Gregorii M. *a* Ioanne *Diacono ſcripta lib. II c. XXXVII. Imo ipſe Bonifacius hunc morem imitatus eſt; nam id partim conſtat ex* Willibaldo, *qui cum in loco, vbi quercum exſtirpauerat, oratorium ædificaſſe tradit, partim ex* Anonymo *Presbytero S. Martini apud Traiectinos in vita S. Bonifacii cap. I, quam nuper celeberrimi Editores* Actorum SS. *Antvverpienſes ad diem V Iunii ex Mſ. ediderunt. Hic claris verbis memorat, quod* in locis, a quibus ſupra dictas vanitates (*idola*) expulerat, illico monaſteria inclita & baſilicas eximias, altaria quoque diuinis ſacrificiis conſtruxerit, ibique inuocari inſtituerit nomen Dei viui, vbi mortua idola ab indigenis catenus colebantur.

ibidem

poſt adnotat. ad § I notationis XX,

col. 2

Cum plures arces, quibus *Stauffenberg* nomen eſt, inueniantur, notes velim, eam, de qua hic ſermo, ſitam eſſe in montibus prope *Ortenauiam*, in territorio *Domus Bada-Badenſis*, & ad eandem, *Stauffenbergiorum* vltimo, *Hermanno*, anno, quem dixi, fatis functo, vnde exierat, rediiſſe; tum vero a Marchione *Ludouico* aulæ ſuæ Mareſchallo, *Ioanni Chriſtophoro Baroni* de *Greiff*, ſub lege beneficiaria conceſſam fuiſſe, poſt tamen ab eo ære præſenti reuocatam.

p. 304

poſt adnotat. ad § VI notationis XXIV,

Dum *Trithemius* l. d. cœnobii, cui *Lioba* præfuit, nil amplius ſuo tempore ſuperfuiſſe tradit, fallitur. Superfuit namque tum & longo etiam poſt tempore vetus illud *Liobæ* monaſteriolum, ſed commutatum in domum hoſpitalem *; quam dein an. MDCXXXVI *Ordini Seraphico* conceſſit *Anſelmus Caſimirus* Archiepiſcopus, vt in eo dictum.

* Sic enim *Fr. Adamus Burvenich*, Præſes, ceterique FFr. Reſidentiæ Biſchofsheimenſis in litteris die II Maii anno dicto datis; *Pro monaſteriolo* S. Liobæ, *quod iam aliquandiu Hoſpitale huius ciuitatis extitit* &c. & ipſe *Anſelmus Caſimirus* in aliis d. XXXI Maii ſcriptis: *Nachdem ihrem Orden vnd ihnen daſelbſt der Hoſpital vnd* das Monaſteriolum S. Liobæ *mit vnſerm — conſens zu bevvohnen, vnd hinfuhro ihrer gelegenheit nach zu behalten eingeraumbt* &c.

p. 318

in adnotat. ad § VI notationis XXXI

col. 1 v. 1

pro, *Tertiæ, quæ* Sueſſionenſis *eſt*, l. *Secundæ huic, quæ* Liptinenſis *eſt*,

p. 340

ad adnotat. § I notationis XLV ſubiectam,

Et ante hos *Ioannes* de *Beka*, & *Wilhelmus* de *Heda* de Epiſcopis Vltraiectinis, *ille*, p. 14 & ſeq. *hic*, p. 33 & ſeq.

p. 353

poſt additionem de templis & ſacellis D. Bonifacii *memoriæ dicatis*,

Præter ea, quæ hic recenſui, occurrit, vt multa alia prætercam,

Sacellum *S. Bonifacii* iuxta domum hoſpitalem *S. Mariæ*, quæ Frizlariæ eſt, cuius mentio fit in tabulis *Sifridi III* an. MCCXXXIX ſignatis, & *Codici Diplomatico* inſertis.

Sacellum *S. Bonifacii* in vico Wetterauiæ *Crutzen*, ditionis olim Eppenſteinenſis, *fundatum in agro, in quo fons ebullit, qui vocatur* Sant Bonifacienborne; vti quidem verbis his deſcribitur a teſtibus in *Inſtrumento* an. MCCCX ſuper iure Sacerdotem ad illud præſentandi ſiue nominandi confecto.

p. 359

Notat. LIV § *XVIII*

in adnotat.

pro, *notat.* *XXXVI*, l. *XXXI* n. V p. 318.

Lib. IV

in Otgario *Archiepiſcopo*,

p. 386

poſt adnotationem ad § *V*

Ceterum hoc anno, *Ludouici Sereniſſimi Imperatoris XIX*, *indictione X*, *XI Kal. Febr.* in monaſterio Sandionyſiano ſubſcripſit chartæ ſynodali de partitione huius ipſius cœnobii. vid. *Mabillon* lib. V de re Diplomatica p. 450.

p. 395

in Rabano *Archiepiſcopo*,

ad adnotat. 3 § *VIII*, de ſcriptis illius, *ſubtextam*,

Enimuero, *Gloſſarium* hocce nec *Rabano* adſcribendum, nec ſcite, recteque *Gloſſarii Latino-Theotiſci in* tota Biblia *V. & N. T.* titulo a *Lambecio* & *Neſſelio* inſignitum eſſe, *Diecmannus* in præfatione *ad ſpecimen* illius, anno ſuperiori editum,)(2 b) & ſeq. allatis rationibus oſtendit, ſuamque tandem ſententiam his expromſit verbis: *Ego vero, vt quid mihi de hoc* Gloſſario *videatur, libere dicam, in iuniorum monachorum, aliorumque diſcipulorum Fuldenſium vſum* Rabanum *voces latinas huius vel illius libri biblici tum latine expoſuiſſe, eamque expoſitionem ab illis ex prælegentis ore calamo eſſe exceptam, haud temere negauerim; quomodo etiam* Walafridus Strabus *ab eodem* Rabano, *magiſtro ſuo*, Gloſſas latino-barbaricas, de partibus humani corporis, *a* Goldaſto *ex manuſcr. rerum Alamannicarum II*, 64, 65, *primum emiſſas, deinde* Rabani *operibus VI*, 331, 332, *a* Colueneriо *inſertas, ſe accepiſſe refert. Sed vti* Rabanum *ipſum* Gloſſarium *aliquod* Biblicum *ſcripſiſſe, nemo veterum teſtatus eſt; ita tantum abeſt, vt hoc MS ea, qua hodie proſtat, forma* Rabano *auctori dare queam, vt id illo mihi plane indignum, & mera rhapſodia eſſe videatur, ex* Rabani *latino-theotiſcis, quales modo deſcripſi, eiusdem item & aliorum latinis gloſſis, interrupto alphabeti, cuius ceteroquin ſeruari cœpti indicia clariſſima ſunt, ordine, tumultuarie & admodum oſcitanter conſarcinata.*

p. 409

in Lindberto *ſiue* Liutberto *Archiepiſcopo*,

ad § *III*, *ante ſubiectam adnotationem*,

Eodem hoc anno (DCCCLXIV) cum *Altfrido*, Præſule Hildesheimenſi, interfuit Synodo *Piſtis* habitæ, eique ſic ſubſcripſit: *Liutbertus ſancta Mocontiacenſis eccleſiæ Epiſcopus. Mabillon* lib. V de re Diplomatica tab. LVII p. 459.

p. 415

in adnotat. 2 *ad* § *XIV*

col. 2 v. 3

pro, *VII Id. Septembr.* leg. *VIII Id.*

p. 424

in Herigero *Archiepiſcopo*,

poſt adnotationem n. 1) *ſignatam*,

Vt pſeudoprophetam quendam exploſerit, coercueritque, ſequens docet canticum, quod inter alia ſæculi XI in *veterum monumentorum Quaternione* n. VII p. 58 in lucem interea edidit *Eccardus*:

 Heriger,

Digitized by Google

Heriges, vrbis Maguntiacenſis
Antiſtes, quendam vidit prophetam,
qui ad infernum ſe dixit raptum.
Inde cum multas referret cauſas,
ſubiunxit, totum eſſe infernum
accinctum denſis vndique ſiluis.
Heriges illi ridens reſpondit,
meum ſubulcum illuc ad paſtum
nolo cum macris mittere porcis.
Vir, ait, falſus fui tranſlatus
in templum cæli, Chriſtumque vidi
lætum ſedentem & comedentem;
Iohannes Baptiſta erat pincerna,
& præclara pocula vini
porrexit cunctis vocatis ſanctis.
Heriges ait, prudenter egit,
Chriſtus Iohannem ponens pincernam,
quoniam vinum non bibit vnquam.
Mendax probaris, cum Petrum dicis
illuc magiſtrum eſſe cocorum,
eſt quia ſummi ianitor cæli.
Honore quali te Deus cæli
habuit ibi, vbi ſediſti,
volo vt narres, quid manducaſſes;
Reſpondit homo, angulo vno
partem pulmonis furabar cocis,
hoc manducaui, atque receſſi.
Heriges illum iuſſit ad palum
loris ligari, ſcopiſque cædi,
ſermone duro hunc arguendo;
Si te ad ſuum inuitet paſtum
Chriſtus, vt ſecum capias cibum,
caue, ne furtum facias.

p. 439
in titulo columnæ
pro, *Wilhelmo* l. *Hattone II*, & ſic porro vſque ad p. 445,

p. 465
in Aribone *Archiepiſcopo*,
n. 5 *ad* § *II col.* 2
v. 1, pro, *qui XXI erat*, l. *qui XXII erat*,

p. 468
in Bardone *Archiepiſcopo*,
n. 4 *ad* § *II*
v. 4, pro, *MDLI*, l. *MLI*, D numerali expuncto.

p. 469
n. 1 *adnotat. ad* § *III*
v. 17, n. LXXIII, ſubiice; Bullam ipſam, qua *Bardo* pallii geſtandi poteſtatem a Pontifice adeptus eſt, reperies in *Codice Diplomatico*.

p. 474
ad n. 2 *annotat.* § *XII ſubtextæ*,
Vid. *Chronicon Santalbanenſe* lib. I ſect. I cap. XIII § V p. 731; a quibus tamen celeberrimum, quem modo dixi, *Eccardum* in *Hiſtoria veterum Thuringiæ Landgrauiorum*, quam interea typis vulgauit, abire videas. Pro vero enim

Digitized by Google

enim habet, quod *Bardo* Archiepiſcopus *Ludouicum* hunc, qui *Barbati* cognomen tulit, bonorum ſuorum in Thuringia ſitorum procuratorem conſtituerit, ſiue vicedominum aut vicarium, cap. II col. 309 & 310; præterea vero ſtatuit, quod is non *Caroli* Aurelianenſis fuerit filius, ſed potentis cuiusdam Principis Haſſiæ, ex filia *Wigmanni*, Comitis Gandauenſis, ſuſceptus cap. I § V col. 308.

p. 493

in Luitboldo *Archiepiſcopo*,

in n. 5 *adnotationis* § *I ſubiuncta*,

an. MLII, ſubiice; vt in *Codice Diplomatico*, cui eas inſerui, videre eſt.

p. 502

in Sigefrido I *Archiepiſcopo*,

in annotat. 3 *ad* § *IX*,

col. 2, pro, *in chronico Petrenſi* § *VII*, l. § *VIII*

p. 515

ad annotat. § *XXXIV ſubiectam*,

Numerus autem 4) § XXXV p. 520 ſic finit; *ſecundum eccleſiaſticas leges decernere poſſit.* Cum principium dicti § XXXV dein vſque ad n. 1) abſoluiſti, confer te ad annotationem § huic ſubtextam.

p. 532

in Ruthardo *Archiepiſcopo*,

in adnotat. ad § *XII*

col. 2 v. 4, pro *Richwolfus*, l. *Richolfus*; & ſub finem adde;

Cœnobiolum vero illud ſanctimonialium, quod iuxta Præpoſituram conſtruxit, ad *D. Georgium* nuncupatum, & ab Archiepiſcopo *Theoderico* an. M. CCCCLII huic ipſi monaſterio incorporatum ſiue in perpetuum attributum fuit. Vide, quæ in ipſo *Theoderico* notaui ad § VI n. 4 p. 764 & ſeq.

ibidem,

in adnotatione 2 § *XIII ſubiuncta*,

v. 2 col. 2, pro, *Kal. Maii*, l. vt v. 4 ſequitur, *II Kal. Maii*.

p. 539

in Adelberto I *Archiepiſcopo*.

n. 5 *adnotationis ad* § *XII*,

col. 2 v. 5, pro, *an. MLXXXIV*, l. *MLXXX*,

p. 551

n 5 *adnotat. ad* § *I*,

col. 1 v. 4, pro, *IIII Iun.* l. vt præcedit, *IIII Kal. Iun.*

p. 554

in Henrico I *Archiepiſcopo*,

poſt § *III*, *ante n.* 1) *adnotat. ſequentis*,

Pro, *Anno MCXXXIII*, vt auctor hic habet, l. *An. MCXLIII*

ibidem

in adnotat. 2) *ad* § *IV*

ante verba; Nunc ad auctorem.

Ceterum donationem cœnobio *Rethers* a *Gerhardo* Comite de Nuringes factam luculento diplomate, quod in Codice noſtro inuenies; confirmauit, ſtabiliuitque

liuitque. Fuit autem, vt id addam, aſceterium hoc ſitum in agro Königſteinenſi, primum monachis, poſt ſanctimonialibus *D. Auguſtini* regula deuinctis *, tandem Præmonſtratenſis familiæ veſtalibus conceſſum; quod dein an. MDLXV *Ludouicus* Comes Stolbergenſis, virginibus ſacris eiectis, Ordini eripuit **. Latine *vocabatur Conſilium Dei.*

* *Vid. tabula* Sifridi III *an. MCCXLV ſignata, quibus illis decimas de noualibus nemoris, ipſum inter cœnobium & aquam* Vilpach *dictum ſiti, donauit.*

** *vid.* Syllabus plenior *ſect. VI p.* 367.

p. 555

poſt n. 8 *adnotat. ad* § *VI,*

Commodis vero cœnobii *S. Ioannis* in monte Epiſcopi velificaturus, conuentionem, quam Fratres ſuper curte ſua Bingenſi cum *Gernodo* fecerant, ſollemnibus tabulis, quarum in *codice Diplomatico* protuli apographum, ſua ſtabiliuit auctoritate, atque, vt id ſtatim addam, biennio poſt, trium vinearum in tractu Rüdesheimenſi partes eidem ipſe liberaliter attribuit, tradiditque, vt l. d. videre eſt.

p. 563

in titulo, pro, *Henrico I*, l. *Arnoldo*

p. 577

in titulo, pro, *Conrado II*, l. *Conrado I* ſecundum.

p. 578

in Conrado I *Archiepiſcopo,*

poſt n. 3 *adnotat. ad* § *II,*

Similiter ampliſſimo inſtrumento, quod in *codice* inuenies *Diplomatico*, cœnobii *Rethers* iura poſſeſſionesque, frequenti virorum Ordinis eccleſiaſtici æque ac politici maxime præſtantium teſtimonio adhibito, confirmauit.

p. 590

in Sifrido II *Archiepiſcopo,*

poſt n. 7 *adnotat. ad* § *VII,*

VII vero Kal. Maii, ad preces heredum *Godefridi* de *Kugelberg*, Præpoſiti Moxſtadenſis, *Conradi* ſcilicet & *Alberti* de *Kugelberg*, quorum ille Herbipoli, hic Moguntiæ maioris erat Canonicus, conceſſit, vt ſacellum villæ *Hagen* conuerteretur in parthenonem Ordinis Ciſtertienſis, qui poſtea *Schmerlenbach* vocatus fuit, eumque vna cum parochiali *Hoſtebach*, quam *Conradus*, eidem attribuit, in Sedis Moguntinæ tutelam ſuſcepit. Tabulas rei teſtes dedi in *codice Diplomatico*.

p. 591

in n. 2 *adnotat. ad* § *VIII,*

v. 3, poſt vocem, *ſeniore*, velim inſeras; pro Chriſtiano *Cuſtode* l. Chriſtiano *Cantore*;

p. 595

in Sifrido III *Archiepiſcopo,*

in n. 4) *adnotationis ad* § *V,*

pro, *in* catalogo Canonicorum *p.* 323, l. *p.* 373.

p. 596

poſt n. 2 *adnotat. ad* § *VI,*

Aliquot diebus poſt *Hermannum* de *Vipeche*, vetuſta nobilique proſapia virum, in nobilium vrbis Erfurtenſis defenſorum, quos *Caſtrenſes* dixere priſci, manum cooptauit. Proditur id tabulis, quas *Hermannus* tum edidit, in *codice Diplomatico* allatis.

p. 602

Digitized by Google

p. 602,

ad annotationem vltimam § XVII ſubiunctam,

Dum vero *Fr. Cornelius* hic ait, *Sifridum*, an. MCCXLVI Adminiſtratorem Pontificis voluntate conſtitutum eſſe, fallitur. Quippe ſuperant tabulæ, quas vide ſis in *codice Diplomatico*, an. MCCXLV, II Id. Iun. ſignatæ, in quibus *Sifridus* ſe iam diſerte *Miniſtrum eccleſiæ Fuldenſis* ſcripſit.

p. 609

in Gerhardo I *Archiepiſcopo,*

poſt n. 7 *annotat. ad* § *II,*

Non longe poſt ab *Alberto*, *Gerhardo*, *Embricone*, & *Gerhardo* de *Wolffskeel* caſtrum *Wolffskeel*, vna cum *Comecia in tredecim* hiſce *villis*, *Wahſenbiblos*, *Crumbſtat*, *Hoven*, *Bubensheim*, *Stocſtat*, *Pfopfenheim*, *Bunesheim*, *Erevelt*, *Leheim*, *Herlesheim*, *Dornheim*, *Biblos*, *Godelo*, & aliis quibusdam iuribus, pretio centum & quinquaginta marcarum denariorum Colonienſium, Sedi Moguntinæ acquiſiuit; eisdem tamen, eorumque heredibus *tres manſiones* in dicto caſtro conceſſit, perpetuo poſſidendas; ſimul pollicitus, in eo ſe nullum e caſtrenſibus Starckenbergenſibus collocaturum. Litteris illorum dedi locum in *codice Diplomatico.*

p. 610

poſt n. 10 *adnot. ad* § *III,*

Anno ſequenti MCCLVII loca quædam cum *Wernhero*, Abbate Haynenſi, permutauit. Et ipſe quidem bona ſua in *Dudenhuſen*, *Hadevvercken*, & *Elverod* cœnobio tradidit, locoque eorum ab Abbate & Conuentu accepit decimas in tractu villæ *Rumershuſen*, bona monaſterii in *Herredeshuſen*, & tria talenta Fritislarienſis monetæ, in caſtro *Iagesberg* quotannis prouenientia. Tabulas de permutatione hac poſtridie OO. SS. perſcriptas leges in *codice Diplomatico.*

p. 616

in Wernhero *Archiepiſcopo,*

n. 3) *adnotat. ad* § *IV*, *col.* 1,

Enimuero, bona Canonicorum metropolitanorum in tractu Gavii anno demum MCCLXVIII oneribus exemit; vt adeo n. hic 3 poſt 13 p. 617 ponendus ſit. Errorem hunc corrigo ex diplomate, quod in Codice noſtro ex ipſo αὐτογράφῳ attuli.

p. 617

in n. 1 *adnotat. ad* § *V,*

v. 3, pro, *Beveſteten*, l. *Beverſteten*, vti in *Addendis* ad *Syllabum pleniorem* eſt, tom. II p. 890.

ibidem,

ad n. 2 *adnot.* § *V ſubiecta,*

Dixi hic, alios ſecutus, *Wernherum* Archiepiſcopum *Margaretam*, Imperatoris *Friderici II* filiam, *Alberti* degeneris coniugem, corporis ſolutam ergaſtulo, Francofurti *in æde Catharinæa* ſepulturæ dediſſe. Enimuero, cum ex tabulis, quas hic ſubiicio, certo certius pateat, ædis huius fundamenta demum circa annum MCCCXLIV vel MCCCXLV poſita eſſe, auctore *Wickero Froſch*, Patritio Francofurtenſi, & cum Moguntiæ ad *D. Stephani* Scholaſtico, tum in vrbe patria ad *S. Bartholomæi* Cantore; nec conſtet, ante hoc tempus hic loci iuxta mœnia ciuitatis veteris ſacellum quodpiam ſtetiſſe, non eſt, quod diffitear, me haud conſulto *Paullini*, *Kochii*que preſſiſſe veſtigia. *Sifridus* l. d. ſimpliciter, nulla ædis mentione facta, dicit, *honore regio per Archiepiſcopum Moguntinum tumulatam eſſe;* Auctor *hiſtoriæ veterum Thuringiæ Landgrauiorum* col. 438 edit. nouiſſ. auctioris, *ibidem eſſe ſepultam.*

Ita vero habent tabulæ, ad quas prouocaui, ex apographo bibliothecæ *Vffenbachianæ:*

HENRICVS Dei gratia, S. Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Honorabili viro Magiſtro Wickero *Cantori eccleſie S. Bartholomei Franckinford. Clerico deuoto ſuo dilecto, ſalutem. Vt duas eccleſias ſeu Capellas, vnam in honore ſancte* Crucis *& aliam in honore* S. Katharine *&* Barbare *virginum, in tuo hoſpitali nouo per te tuis ſumtibus circa muros Franckenford. prope portam dictam* Bockenheymer Dor, *noſtre dioceſis, edificato, fundato, & dotato, cum ſex beneficiis vel pluribus ſeu paucioribus ibidem per te vel alios, tuo ad hoc accedente conſenſu, iure patronatus dictorum beneficiorum tibi & heredibus tuis ſemper ſaluo, dummodo competens dos pro ſuſtentatione cuiuslibet Sacerdotis ad quodlibet predictorum beneficiorum preſentandi aſſignetur, edificare, & lapides primos ponere ac per te vel alium ydoneum, quem ad hoc duxeris adſumendum, noſtra auctoritate benedicere valeas; & vt inſuper ſepultura pro infirmis & familia eiusdem hoſpitalis, & aliis, qui ibidem ſepeliri eligunt, habeatur, de ſpeciali gratia tibi preſentibus indulgemus; dictas Capellas cum beneficiis ibidem, vt premittitur, inſtitutis & inſtituendis in Dei nomine preſentibus confirmantes. Datum Eltvil II Non. Iun. anno Domini MCCC quadrageſimo quarto.*

p. 618

poſt n. 5 adnot. ad § V,

Paulo ante vero, renouata execrationis ſententia, *Henricum* Haſſiæ Landgrauium, eiusque Miniſtros, *Gerlacum Reys* de *Bruberg*, *Wernherum* de *Biſchoveshuſen*, & *Witekindum* de *Holzheim*, grauibus anathematum religionibus inuoluit; ſimul viduam *Henrici* Comitis Waldeccenſis, eiusque filium *Adolfum*, ob operam *Henrico* latam, *Albertum* item, Ducem Brunſuicenſem, nec non Clericos, qui priori ſententiæ, in *Henricum* & *Albertum* latæ, haud inſtiterant, a ſacris repulit, & eccleſiæ Frizlarienſis Præpoſito iniunxit, vt hanc deteſtationis eccleſiaſticæ ſententiam in ſynodo ſua, ceteris vero eccleſiarum Rectoribus, vt eam ſingulis diebus dominicis & feſtis publicent ac promulgent. *Henricus* enim *Nuenburg*, *Wedelberg*, & *Heiligenberg*, hoſtilibus ante haud denuntiatis, ceperat, & his deſtructis, illud vna cum oppido adhuc detinebat. quo vide tabulas mandati, quas attuli in *codice Diplomatico.*

Suæ dein erga ciuitatem Moguntinam voluntatis argumentum editurus, ipſis Nonis Iunii eidem priuilegia, a *Sifrido III* ciuibus in honorem & commodum olim conceſſa, peculiari diplomate, quod ſimiliter ibidem legi poteſt, rata firmaque ſciuit, pollicitus, illis ea ſe bona fide permiſſurum eſſe.

p. 620

ad n. 13 annot. § VI ſubiectæ,

Occurrit mihi poſtea *formula compoſitionis ordinatæ, inter Dominum* Wernherum, *Archiepiſcopum Maguntinum, &* Ciues Erffordenſes, *ſuper articulis, de quibus inter eos diſcordia habebatur;* ſed ſine mentione anni; quam huc pertinere veriſimile eſt. Inſerui eam *Codici Diplomatico*, quem ideo euoluas.

p. 621

poſt n. 21 adnot. ad § VII,

Sequenti MCCLXXXII ſacellum, quod iuxta caſtrum *Vinarium* propriis impendiis exſtruxerat, ſollemni donatione cenſu neceſſario inſtruxit; ſigillatim *allodio ſito apud Beſſembach*, decimis fructuum & animalium in tractu caſtro illi contributo, idque a nexu, quo parochiali *Sigeloſe* tenebatur, exſoluit; id quod pluribus loquuntur tabulæ, quas ceteris in *codice Diplomatico* aggregaui.

p. 626

in Gerhardo II *Archiepiſcopo*,

poſt n. 2 annotat. ad § I,

Diſcordiæ, quæ Sedi Moguntinæ cum domo Brunſuicenſi vsque huc interceſſerat,

ceſſerat, ipſe non minus, quam *Albertus* & *Wilhelmus*, *Alberti* Ducis filii, pertæſus, ad pacis reducendæ deſcendit rationes, delectis, qui ſublatis litium cauſſis diſſidio huic finem intra certum tempus imponerent, viris ſpectatæ virtutis, rebusque gerendis idoneis. Delegit autem ipſe *Ludouicum*, Rhingauiæ, & *Henricum*, Aſchaffenburgi Vicedominos; illi, *Godeſchalcum* de *Pleſſe*, & *Ludolfum* de *Weuerlinge*; Præſidis honorarii partibus, ſi forte quatuor hi ſententiis diſcreparent, *Henrico* Haſſiæ Landgrauio delatis; vt curatius cognoſcere eſt ex tabulis, Erfurti Kal. Iul. ſignatis. Inuenies autem eas in *codice Diplomatico*.

ibidem

ad n. 16 adnotationis dictæ,

Dictum hic, tacere, qui in lucem editi ſunt, ſcriptores, quod Hanouienſem *Gerhardus* compeſcuerit. At non tacuit, qui interea opera celeberrimi *Eccardi* prodiit auctor *hiſtoriæ Landgrauiorum Thuringiæ* auctioris, & id ad an. MCCXCIX refert, vt ſtatim patebit. Hic modo notandum, captum victoris quidem gratiam quæſiuiſſe, ſed non conſecutum eſſe; vt adeo *Latomus* haud bene ſcripſerit, quod æquas ille pacis admiſerit conditiones.

p. 632

poſt § *LV*, *qui in anno MCCXCVIII finit*,

Si auctorem *hiſtoriæ Landgrauiorum Thuringiæ* conſulas, *Gerhardus* anno ſequenti MCCXCIX cum *Hanouienſi* bello, de quo ſupra p. *626*, n. *16*, implicitus fuit. Sic enim ille ad h. a. col. 450 edit. nouiſſ. auctioris; *Eodem anno orta eſt diſcordia inter Dominum* Gerhardum, *Archiepiſcopum Moguntinum*, & Eberhardum (*l.* Vlricum) Nobilem *de* Haynovve. *Qui colligens exercitum deuaſtauit villas Epiſcopi incendio & rapinis. Archiepiſcopus autem, congregato exercitu quaſi quingentorum virorum, omnia, quæ ipſius de* Haynovve *erant, depopulabatur in tantum, vt vna die quinquaginta villas & curias eius igne conſumeret, & omnia, quæ ibi inuenire poterat, ſibi ſuisque ſociis vendicaret: ad vltimum vero ipſum* Dominum *de* Haynovve *in caſtro ſuo obſedit & oppugnauit. Videns, ſe Domino Moguntino non poſſe reſiſtere, gratiæ eius ſe tradens, captiuus abducitur, & in Pinguia ciuitate Domini cuſtodiæ mancipatur. Vbi per multum tempus degens, cum nullam gratiam Epiſcopi inueniret, occulte dicitur inde fuga lapſus*.

Fuit, vt id addam, hic Vlricus *de* Hanau *an. MCCCI Prefectus prouincialis VVetteraniæ, &* Sifrido Eppenſteinio, *cum patrui ſui*, Gerhardi II, *Archiepiſcopi Moguntini, partes tum temporis ſequeretur, bellum intulit. Teſtem aduoco Cæſarem* Albertum *ipſum. Is enim in tabulis, de facta cum* Sifrido *dicto pacifica pactione, an. hoc MCCCI Id. Octobr. in caſtris prope* Flersheim *ſignatis, ita*; Ad hec vniuerſas & ſingulas poſſeſſiones, bona, iura, & iuriſdictiones, de quibus tempore guerre preſentis per Nobilem Virum, *Vlricum* de *Hanauve*, Aduocatum noſtrum prouincialem per Weterebiam, eſt eiectus, ſibi, difficultate remota, reſtituemus, & indilate reſtitui faciemus.

p. 635

in Petro *Archiepiſcopo*,

ad n. 5 adnotationis § *I ſubiunctæ*,

Dubites fere, an XVII Kal. Iul. Moguntinis iam datus fuerit Archiepiſcopus. Saltim *Alberto* Cæſari tum nondum conſtitiſſe, quod Pontificis prouiſione eis datus ſit, haud obſcure colligas ex tabulis eius de facta inter *Sifridum Eppenſteinium* & *Collegium* princeps *Moguntinum* tranſactione pacifica, ad dictum diem XVII Kal. Iul. ſignatis. Sic enim ibi; *Eſt etiam actum expreſſe, quod ſi „futurus Pontifex Moguntinus dicto* Sifrido *in recompenſam dampnorum — nomine Epiſcopatus Moguntini perpeſſorum, pecuniam aliquam tradiderit* &c.

p. 640

poſt § *VI*,

Petrus alioquin ipſo hoc anno iter in Lombardiam, commodis Imperii promouendis, meditatus fuit, vt ex ſequentibus patet litteris.

PETRVS Dei gratia ſancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Dilectis in Chriſto in Aneberg *&* Berich *cenobiorum Prepoſitis ſalutem in Domino. Mandamus vobis in virtute ſancte obedientie, & ſub pena ſuſpenſionis, quam in quemlibet veſtrum, trium tamen dierum ſpatio premonitione trina premiſſa, proferimus in hys ſcriptis, ſi non feceritis hoc mandatum, quatenus ad opidum noſtrum* Fritzlar *perſonaliter accedentes, Scabinos & Burgenſes noſtros ibidem publice moneatis, quos & nos preſentibus admonemus, vt nobis de mille marcis argenti, quas tenentur nobis dare iure dominii noſtri in ſubſidium itineris & laboris, in quibus iam ſumus, proficiſcentes in ſeruitium neceſſarium Sacri Imperii verſus Lumbardiam, ſatisfaciant, vel ad minus certificent nos de ipſis ante diem ſancti Mychaelis proxime affuturam, & ligamenta, quibus ſe Illuſtri Principi, Domino* Ottoni *Lantgrauio, terre Haſſie Domino, pro ſeruitiis quibuſcunque & ſolutione pecunie annua quomodolibet abſque noſtro ſcitu, ſiue pacto ſiue litteris aſtrinxerunt, diſſoluant; alioquin ipſos Scabinos, & maiores eiuſdem opidi, quos ex nunc vt ex tunc premiſſo temporis ſpatio, videlicet quindecim dierum premonitione trina, in Dei nomine excommunicamus in hys ſcriptis, excommunicatos, & ab omnibus arcius euitandos ex tunc publice nuntietis. Quam excommunicationem ſi ex tunc per quindenam animis ſuſtinuerint induratis, opidum* Fritzlarienſe *cum ſuis attinentibus edificiis extra muros, premiſſo iam dicti temporis ſpatio, quindene videlicet premonitione trina, ſupponimus eccleſiaſtico interdicto, eorum contumacia & proteruia exigente. Clericos etiam, videlicet Canonicos & Vicarios, ac alios Cappellanos* Fritzlarienſis *eccleſie & Cappellarum ibidem ſollicite moneatis, quos & nos preſentibus admonemus in virtute ſancte obedientie & ſub pena ſuſpenſionis, vt de opido* Fritzlar *ante diem predictum ſub obtentu ſalutis proprie mox diſcedant. In hys exequendis alter alterum non reſpiciat vel exſpectet. Datum Aſchaffenburg anno Domini MCCCXIII II Kal. Septembris.*

Non ab re erit ſubiungere, quod Frizlarienſibus anno ſequenti, opera *Philippi* de *Falckenſtein*, ſenioris, & *Ioannis* Comitis *de* Ziegenhain, conciliatus fuerit *Petrus* Archiepiſcopus. Loquuntur enim ſequentes id litteræ;

Nos . . . Scultetus . . . Scabini & ciues vniuerſi opidi Fritslarienſis *tenore preſentium publice profitemur, quod & vnam ordinationem & amicabilem compoſitionem per Nobiles Dominos* Philippum *de* Valckenſtein *ſeniorem*, Dominum *de* Menceberg, & Iohannem Comitem *de* Zegenhan *ſuper vniuerſis indignationibus, gwuerris, litibus, & queſtionibus inter Reuerendum Patrem Dominum* Petrum *Archiepiſcopum Maguntinum, ſuos caſtrenſes & amicos ex parte vna, & inter nos, parte ex altera, qualitercunque habitis, approbamus, ratificamus preſentibus publice & expreſſe, & promittimus, predictorum Nobilium (circa Reuerendum Dominum* Petrum *Archiepiſcopum Moguntinum, cui debemus & volumus, & preſentibus offerimus prompta mente in omnibus obedire) ſtare ordinationi, prout* Fritslarie *in curia Honorabilis viri Domini Decani per ipſos Nobiles predictos extas comportatum, & non contrauenire verbo, opere, neque facto, preſentium teſtimonio litterarum, ſigillo ciuitatis fideliter ſignatarum. Dat. XIII Kal. Februarii anno Domini MCCCXIIII.*

Sigillum, quo firmantur hæ litteræ, ceræ viridi impreſſum, repræſentat Archiepiſcopum, pontificalibus indutum, duas inter turres ſedentem; ſupra quem tranſuerſe, quaſi in aere, dimidiata conſpicitur luna. Maioris eſt formæ, integrumque, vt tamen verba circumſcripta amplius legi haud poſſint. De cetero habet contraſigillum, dimidiam ſiſtens rotam, eamque quaſi confractam, dimidiamque lunam. addita circum circa hæc inſcriptio; ✠ *SIGILLVM MINVS CIVITATIS FRITSLARIE.*

p. 641.

poſt n. 6 *adnotat. ad* § *VIII,*

Inde *Rabanum* de *Kalenberg*, virum militia nobilique genere ſpectatum, ſuis obſequiis ac miniſteriis adiecit, commiſſis eidem variorum officiorum partibus, quas ſigillatim in tabulis hac de re VII Id. Aug. confectis, & in *codice Diplomatico* allatis, recenſitas inuenies, debita cura adminiſtrandis.

p. 643

ad n. 2. *annotationis ad* § *XI*

Ex his corrigendum *Chronicon aulæ regiæ*, quod cap. IX p. 33 Nonis Iunii vita defunctum tradit. Statura ceteroqui fuiſſe breui, nec ad dignitatem appoſita, auctoritate vero hoc maiori, variaque obiuiſſe munia, his pergit narrare verbis: *Eodem anno* (MCCCXX) *Nonis Iunii reuerendus Pater, Dominus* Petrus, *natione Treuerenſis, Moguntinus Archiepiſcopus, expertus & excellens Medicus, ſapiens Principum Conſiliarius, vir in omnibus euentibus mundanæ conuerſationis fortunatiſſimus, præſenti ſeculo valefaciens, ætate ſenili confectus, de carnis ergaſtulo ſpiritum exhalauit extremum. Iſte Præſul affabilis ad fundationem monaſterii* aulæ regiæ, *propter fundatorem, affectum habuit fauorabilem; vnde in ea duo altaria cum choro & eccleſia deuotiſſime Domino dedicauit. Quantus & qualis iſte venerabilis Antiſtes fuerit, non dico in perſona, quia puſillus, ſed magis ſapientia, ſcientia, & potentia, quia magnificus, præcedens aliqualiter patefacit narratio, quia de ipſo ſcripta ſunt plurima in hoc libro.*

Præpoſitus Treuerenſis erat, poſt Wyſſegradenſis,
Paſtor Winnenſis, & Præſul Baſileenſis,
Moguntinenſis erat hic, quum Iunius enſis
Rictibus extenſis rapit hunc. Hic vtique menſis
Eſt grauis offenſis, & fletibus hac nece prenſis.
Proſper in impenſis fuit ipſe, Moguntia flens ſis.
Hac nec dum ſenſiſti quantum morte dolens ſis.
Fructibus immenſis aderat ſibi cauſa forenſis
Dotibus oſtenſis. Pius huic Rex omnipotens ſis.

p. 646

in Matthia *Archiepiſcopo,*

n. 8 *adnotat.* § *III col.* I

pro, *Dein vero die celeberrimo SS. Apoſtolorum Petri & Pauli martyrio conſecrata,* l. - *dominica* poſt *diem celeberrimo — conſecratam, quæ fuit V Non. Iulii.*

p. 647

ad n. 17 *annot.* § *III ſubiecta,*

Ita quidem illi. *Matthiam* vero non tum demum Erfordiam veniſſe, ſed duobus iam annis ante, dubitare nos haud ſinunt litteræ, quas ibidem anno MCCCXXII, VI Kalend. Septembr. ad Præpoſitos & Archidiaconos diœceſis Moguntinæ dedit de Bulla *Ioannis* Papæ *XXI* contra errores *Ioannis* de *Polliaco* promulganda. Habes eas in *codice Diplomatico.*

p. 652

in tabella genealogica,

ſub Balduino,

pro, *ab an.* 1327 *vſque ad* 1337, l. *ab an.* 1328 *vſque ad* 1337

p. 656

in Henrico III *Archiepiſcopo,*

ante n. 5,

A *Ioanne* Pontifice, qui nomen hoc XXI tulit, Moguntinis datum fuiſſe Antiſtitem, ex iam dictis patet. Vlterius vero patebit e Bulla illius, qua Archi-

epiſcopo Colonienſi, Epiſcopo Leodienſi, & Præpoſito eccleſiæ Seſlicenſis commiſit, vt certum Clero, Beneficiariis, omnique populo, Sedi Moguntinæ ſubiecto, terminum, intra quem illum reuerenter ſuſcipiant, transmiſſis præfigant conſtituantque litteris. Euoluas modo *codicem Diplomaticum*.

p. 665
ad adnotat. § *XVIII ſubiectam*,
poſt verba, Hæc Necrologium.

Vid. ſupra n. 14 annotat. ad § VI p. 658. Fuit autem vt id addam, villa hæc *Mumbach* dicta feudum ſiue clientela Archiepiſcopatus Moguntini, vulgo *ein Manleben*, quam *Henricus* Archiepiſcopus, quum *Giſelberto Groſs* de *Selhoven*, Armigero, nullo mare relicto vita defuncto, eo rediiſſet, vnde fluxerat, *Arnoldo* dicto *Vnbeſcheiden* (qui ſe alias modo *de Lechenich*, modo *de Dorslar* ſcribebat) an. MCCCXLII ſub lege beneficiaria ad dies vitæ conceſſit; eodemque anno, animæ cum ſuæ tum deceſſorum ac ſucceſſorum ſuorum expiandæ, Decano & Capitulo metropolitano, poſt dicti Arnoldi mortem, omni cum prouentu, plenoque iure, ad leuandas victus quotidiani curas (*præſentias* vulgo) poſſidendam attribuit: hi vero, non exſpectato beneficiarii memorati obitu, ſumma ducentarum & viginti librar. Halleror. eidem numerata, iam anno MCCCXLVII ſuam in poteſtatem redegere. quo conſuli merentur & *Henrici* & *Arnoldi* tabulæ, quas dedi in *codice Diplomatico*. Ceterum non plane incelebris eſt villa hæc, ſemperque Præfectum ex ipſo Capituli metropolitani gremio habet.

Mola, quam adiecit *Henricus*, ſtructa eſt, vt ex dictis iam patet, in monte, vrbem inter & Mumbacum ſito, qui vulgo *der Hattenberg* appellatur, vocaturque *ſuperior*, vernacula *die Hatten-müble* & *die müble auf dem Hattenberg*, vt diſtinguatur ab ea, quæ ad radices montis iacet. Feudum ſiue beneficium erat Sedis Moguntinæ; vti ſane tum temporis illam clientelæ titulo poſſidebant *Helfericus* von *dem Stein*, Miles, *Hermannus* von *dem Stein*, Armiger, & *Petrus* zum *Iungen*, ac an. MCCCLV, XVII Kal. Octobris *Gerlaco* libere ad manus dimittebant; qui dein, vltimam *Henrici* voluntatem executurus, XV Kal. Octobr. Decano & Capitulo eam tradidit. Curatius exponunt hæc tabulæ ipſæ, quarum apographa in dicto *codice Diplomatico* inuenies.

Illa, quam ad pedem montis ſitam eſſe dixi, *inferioris* venit appellatione, ſimiliterque feudum olim fuit eccleſiæ Moguntinæ, vti quidem tunc iure illam beneficiario tenebant Nobiles *zum Iungen*, ac Decano, Capitulo, & Vicariis ædis metropolitanæ titulo venditionis an. MCCCLIX concedebant *ad præſentias*; quam venditionem *Gerlacus* eodem hoc anno non ſolum ratam habuit, verum etiam cum ſumma, quæ vulgo *directa* nominari ſolet, & ad id vſque temporis Sedi Moguntinæ in eam competierat, poteſtate eisdem attribuit, vt tabulæ, quas Codici iterum iterumque iam memorato inſerui, docent.

p. 676
in Gerlaco *Archiepiſcopo*,
in adnotatiuncula n. 2 § *VI ſubiecta*,

v. 6 pro, *Vwer* Erberkeit l. *Ervvurdikeit*
v. 7 pro, rechtliche *ſach* l. *redeliche ſache*
v. 12 pro, *mit bedachtem mute vnd redlich* l. *mit bedahteme mute vnd beretelich*, *rehte vnd redelich*

& confer, quod ad ceteras voces, ex apographo non ita curate deſcripto hic perperam expreſſas, litteras ipſas, in *codice Diplomatico* ex αὐτογράφοις ad verbum allatas.

p. 678
poſt n. 6 *annotat. ad* § *VII*.

Eodem villam Imperii *Oberſchevelenz*, vna cum bonis contributis, a Weinſpergiis, quibus a multo iam tempore oppoſita erat, ære præſenti nexu hoc liberauit, pignorique accepit, vna cum poteſtate, eam foſſa, moenibus, portis, turri-

Digitized by Google

turribusque muniendi, oppidique ad formam redigendi. Diſcas id ex tabulis *Caroli IV*, quas in *codice Diplomatico* in lucem protuli.

p. 683
in Ioanne I *Archiepiſcopo*,
ad § III poſt n. 3

Quod Cleri inſuper conſiliis ac conuentioni, de negandis Pontifici redituum eccleſiaſticarum decimis, haud repugnarit, colligas ex pactione, quæ anno hoc MCCCLXXII d. XXIX Nouembris a dicto Clero Moguntinenſi tum primario tum ſecundario, vt in *codice Diplomatico* videbis, facta eſt.

p. 690
in Adolfo I *Archiepiſcopo*,
ad n. 4 adnotat.

In his omnibus *Antelmanni de Graſevvege*, Burggrauii Böckelheimenſis, de quo ſupra in *Gerlaco* § III n. 11 p. 674, fidam expertus fuit opem, operamque; id quod ipſe ſequentibus prædicat litteris;

Wir ADOLF *von Gots gnaden Biſchoff zu Spire, vnd Vormunder des Stiffts zu Mentze, bekennen offenlichen mit diſem briſe, als vvir vormals zu dem Stiffte zu Mentze recht vnd redlichen ervvelt ſin, vnd yn auch behalden ſollen vnd vvollen, darzu vns der Veſte Ritter*, Anthelman *von* Graſwege, *vnſer Burgrafe zu Beckelnheim, alſo getruvvenlichen mit allen ſachen beholffen, geritten vnd bygeſtendig iſt gevveſen, vnd auch fürbas vvol tun ſol vnd mag in kunftigen ziten; alſo daſs vvir yn des moglich vnd bitlich laſſen geniſſen; Darumb haben vvir globet, vnd globen auch geinvvertlichen mit diſem briſe, daſs vvir den Stift zu Menze nicht vffgeben noch rumen ſollen, oder keine ſune noch richtunge darumb nemen, es geſchee dan mit des vorgenanten* Anthelman *vvillen, vviſſen, vnd verhengen. Vnd haben des zu vrkunde vnſer vormundſchaffi inſigel an diſen briſe gehangen. Datum Pinguie in vigilia Beate Marie Magdalene, anno Domini MCCCLXXIIII.*

ibidem,
poſt n. 5)

Ceterum, ſibi deprecatoribus apud Pontificem vtendum eſſe ratus, *Stephano* iuniori, Duci Bauariæ, XVI florenorum promiſit millia, ſi quidem efficeret, vt a Gregorio probetur, vel prouiſione Apoſtolica Moguntinis detur Archiepiſcopus. Proditur id ſequentibus dicti modo Ducis *Stephani* litteris;

Wir STEPHAN *der iung von Gots genaden Pfallentzgraf bei Reyn vnd Hertzog in Beyrn &c. beckhennen offentlich mit dem brief, als vvir durch beſunder lib vnd frevvntſchafft, mit vnſerm vermugen verſuchen vnd beſteben vvollen an vnſern geiſtlichen Herren vnd Vatter, den Babſt, ob vvir dem Ervvirdigen, vnſerm liben Hern vnd Obeim, Hern Adolffen, ervvelten Ertzbiſchoff zu Mentze, vnd Biſchoff zu Spier, ausgetragen mugen, daſs er vverd von ym beſtatt, oder daſs ym von nevves prouidirt vverd vmb den Stifft vnd das Biſtum zu Mentze, als vvir ym das von frevvntſchafft vvegen ſchuldig ſin zu tun. Mochten aber vvir nicht ausgetragen gein vnſerm geiſtlichen Herren vnd Vatter, den Babſt, mit vnſer bett, daſs er beſtatt, oder von nevves ym prouidirt vvurd, als oben geſchrieben ſtet; ſo iſt vns der egenannt vnſer lieber Herr vnd Obeim Adolff Ertzbiſchoff zu Mentze darumb nichts ſchuldig zu thun, vnd iſt auch der brief, der vns do ſagt ſechtzehen tuſent gulden, dann ab vnd tod, vnd ſol furbaſs khain craft nicht enhaben in khein vveis. Vnd des zu vrchund geben vvir ym den brief mit vnſerm anhangenden inſigel verſigelt; der geben iſt zu Sletzſtat am mitvvochen nach Erhardi. Anno Domini MCCC ſeptuageſimo quinto.*

ibidem
ad n. 7

Id quidem ſigillum, quod paucis addere liceat, Epiſcopum repræſentat mitratum,

tratum, ſtantem in vmbone, ſub vraniſco, ſculptili opere multifariam exornato; a dextris conſpicitur Crux Epiſcopatus Spirenſis, a ſiniſtris Leo Naſſouius, his in peripheria verbis adiectis: SIGILLV ADOLFI EPI SPIR. ADMINISTRATORIS ECCLES. MAGVNT.

p. 692
in n. 17 adnotat.

col. 1 v. 2, pro, *Alberto*, Comite Lövvenſteinenſi, l. *Alberto* de *Lövvenſtein*

p. 704
in Conrado II *Archiepiſcopo,*
ad annotat. 1 § *I ſubiectam,*
col. 2

Immo, iam ante *Thicepertum* occurrit *Wolframus* de *Winesberc*, teſtis an. MCXLVIII adhibitus ſanciendis tabulis de fundatione monaſterii Maulbrunnenſis. vid. *Beſoldus* in Documentis eiusdem, quæ habentur in *Documentis redivivis monaſteriorum præcipuorum in Ducatu Wirtembergico ſitorum*, tom I p. 785.

Vtrum vero ſtirpem propagarint, & quos genuerint liberos, dicere non habeo. Afferam tamen, qui præter eos ſequentibus annis in diplomatibus, litterisque aliis ſe mihi obtulere. In his primi ſunt *Engelhardus* de *Wineſperg* & *filii eius Conradus* & *Engelhartus* de *Wineſperg*, teſtibus adſcripti in diplomate *Henrici VI* Imperatoris an. MCXCIII monaſterio Laureacenſi conceſſo. vid. idem *Beſoldus* in Documentis eiusdem l. d. p. 727. *Engelhartus* de *Winſperg*, vulgo *der Roth* ſiue *Rufus*, vita iam defunctus an. MCCXLII; qui in coniugio habuit *Lucardem* e *Pincernis Limburgenſibus*, ex qua duos genuit filios, quorum natu maior *Engelharti* appellabatur nomine. vid. *Narratio de fundatione parthenonis Liechtenſtern* apud eundem tom. II n. I p. 423 & ſeq. Dein *Engelhartus* & *Conradus* de *Winſperg* fratres in litteris de hereditate Münzenbergica an. MCCLVI ſcriptis, his verbis; Engelhart *vnd* Conrad *gebrüdere* von Winſperg — *daſz vvir vns vereinet han mit vnſerm lieben Magen*, Philip *von* Falckenſtein, *vnd* Philip, *ſinem Son*, *vmb alles das erbe*, *das vns von der Herrſchaft Munzenberg gefallen ſoll* — *Wormiſſe in dem Frauvencloſter*, *das da heiſſet* Kirsgarde, *MCCLVI.* Tum *Engelhartus* de *Winſperg*, & *Engelhartus filius fratris ſui*, in tabulis *Abbatiſſæ Padenhuſenſis* an. MCCLXVIII, VII Kal. Decembr. ſignatis. Iidem in litteris aliis an. MCCLXXI & LXXII datis; Engelhart *von* Winſperg *der eldeſte*, *vnd* Engelhart *der iüngſte* von Winſperg. *Cunradus* & *Cunradus* de *Winſperg*, teſtes editi in tabulis, quibus an. MCCXCIII Cæſar *Adolfus Friderici* Imp. & *Henrici* Regis priuilegia monaſterio Adelbergenſi firmat. *Beſoldus* l. d. p. 39.

Ceterum gente *Falckenſteiniorum* exſtincta *Camerariorum Imperii hereditariorum* dignitate demum aucti ſunt; quamuis Illuſtris Vir, *I. P.* a *Ludevvig* parte II *Commentar. in A. B.* tit. XXVI § 7 p. 763 velit, eos ab antiquiſſimis iam temporibus officio hoc functos eſſe; quod dein, non ſine manifeſta illorum iniuria, per A. B. *Cunonis* forte *Falckenſteinii*, qui apud *Boemundum* Archiepiſcopum Treuirenſem & S. R. I. per Galliam & regnum Arelatenſe Archicancellarium, permultum valuerit, ope operaque, *Falckenſteiniis* conceſſum fuerit; vt tamen *Philippus Weinſpergius* ſenior nihilo ſecius an. MCCCLXXXII diſerte *Camerarium Imperii hereditarium* ſe ſcripſerit. *Falckenſteinios* namque integro ante A. B. promulgatam ſæculo in *Münzenbergiorum*, quid id munus ante obierant, locum ſuffectos fuiſſe, patet ex tabulis Cæſaris *Richardi*, quarum e ſermone latino in germanicum olim conuerſarum partem, ex veteri quodam codice membranaceo (qui tabulas, litterasque gentem *Falckenſteiniam* ſpectantes complectitur, & iure hereditario ad *Eppenſteinios* tranſiit) in hæc verba excerpſi; *Wir* Richard — *hierumbe han vvir* — *angeſehen die dienſte*, *die vnſer lieber getruvver* Philips *von* Falckenſtein — *vnd han ihm zu leben gelihen die leben*, *die vom Rich zu leben gan*, " mit dem kemmerer ambt, *vnd allen den leben*, *die*

Digitized by Google

die deſſelben Philipſen *Schrvveber*, Vlrich *von* Münzenberg, *der eldiſte*, *vnd* Vlrich *von* Münzenberg *der iungſte von dem Rich hatten — Aachen* 1257. Qui proinde non modo *Camerarium Imperii hereditarium* ipſe ſe ſcripſit, verum etiam ab aliis titulo hoc mactatus eſt. Fidem faciant tum ipſius, tum *Adolfi* Comitis Waldeccenſis tabulæ. *Illæ* an. MCCLXIV perſcriptæ ſic incipiunt; Philips *von* Falckenſtein, „Camerer des Kaiſerlichen Saals, Philip *vnd* Werner *ſine Sone* &c. *Hæ* vero anno MCCLIX ſignatæ ita; *Wihr* Adolf *Grav* zu *Waldeck — als der* — Henrich *Abbt* zu *Fulde vnd* zu *Hersfeld — den Edlen* Philip *von* Falckenſtein, „Camerer des H. Richs, *vnd* Reinhart *von* Hanavv — *die leben*, *die Herr* Vlrich *ſelige* zu Münzenberg, *ihr Svvager*, *vnd ſine eltern zu leben hatten* &c. Eo mortuo, filiorum natu maior *Philippus* in locum & poſſeſſionem huius dignitatis ſubiit. Præſto enim ſunt, quæ id docent, tum ipſius, tum aliorum litteræ. Et ex his quidem *Ludouici* C. P. Rheni, Principis Electoris, qui ita; Ludouicus *C. P. Rheni — Notum — quod a* Philippo *de* Falckenſtein, „Imperialis aulæ Camerario, *caſtrum* Cube, *cum opido ſub caſtro — & iure patronatus eccleſie in* Wiſſel — *pro duobus millibus marcarum & centum marcis Aquenſium denariorum — emimus — item CC marcas — in promptu ſibi dedimus*, *pro quibus omne ius proprietatis & hereditatis in villa* Vlnersheim *ſita apud* Alzeiam — *per manum & conſenſum vxoris ſue* Giſele, *conſanguinee noſtre*, *tradidit nobis* &c. *Datum Wormatie MCCLXXVII, III Id. April.* Tum vero *Wernheri* de *Boland*, qui ſic; Wernherus *de* Bolandia, *Imperialis aulæ Dapifer — quod nos ob illam ſpecialem amicitiam*, *que inter nos & dilectum conſanguineum noſtrum*, Philippum *de* Falckenſtein, „Imperialis aulæ Camerarium — *Datum apud Bolandiam an. MCCLXXII.* Ipſius quædam anno MCCXCIII datæ ſic habent; Philips *Herr* zu Münzenberg, „Camerer des Kayſerlichen Sals — *daſs vvir mit vvillen* Giſeln, *vnſer Husfrauvvèn — geben* &c. Patrem *Philippum* excepit *Vlricus* filius; cui nonnihil litis ſuper officio hoc cum *Philippo*, *Wernheri* patrui filio, fuit, vt ex ſequentibus cognoſcere eſt litteris; Vlrich *Herr* zu *Münzenberg — bekenne*, *als zvviſchen mihr vnd* Philips, *mines Vettern Sohn*, — *zvveyung gevveſt iſt vmb die recht des Cammer-ambts des Kayſerlichen Saals*, *das iſt alſo geordinirt vnd gemacht*, *daſs ich in dem Hof*, *der nun zu Nürnberg ſin ſoll*, *das vorgem. Ambt üben ſoll*, *vnd daſs ich daſſelb Ambt neulich in der Stadt zu Achen beging*, *vnd nun zu Nürnberg üben ſoll*, *ſoll mihr nit frommen in beſitzung deſſelben Ambts*, *ſondern dieſelbe beſitzung ſoll blieben vnd ſtehen in demſelben vveſen*, *darin ſie zuſchen minem Vater ſel. vnd ſinem Vater*, *der von Gottes gnade noch lebt*, *vvahr vnd ſtunde*, *da mein Vater vorgemeld noch lebte* — MCCXCVIII. *Vlricum* ſecutus eſt *Philippus* iunior, qui *Philippum*, *Wernheri* filium certis ſub conditionibus ad hoc munus admiſit, vt ſequentibus manifeſtum fit litteris; *Nos* Philippus *de* Falckenſtein, *ſenior*, Dominus *in* Münzenberg, *recognoſcimus*, *quod Nobilis Vir*, Philippus *de* Falckenſtein, *noſter patruelis*, *ob amicitiam ſingularem nos & noſtros coheredes ad officium Imperialis Camere conſtituit legitimos coheredes*, *ſub hac forma*, *quod cum ambo preſentes fuerimus in curia — tunc ipſe ſolus debet eſſe Camerarius*, *& nos non*; *ſi autem nos preſentes fuerimus — poſt ipſum, tunc debemus nos eſſe Camerarius & officium exercere — volumus etiam*, *vt heredes dicti patruelis noſtri in dignitate dicti officii preferantur noſtris heredibus* — MCCCXIII.

> Philippum *hunc* ſeniorem *a* Waldemaro *Electore Brandenburgenſi diſerte* Subcamerarii *titulo inſignitum fuiſſe*, *ex his patet litteris*; Wir *VValdemar — Margraf zu Brandenburg* — daſs wir von den zwölf tuſend Marck ſilbers, die vns (*a Ludouico Romanorum Rege*) ſeint bewiſet vſzuheben von dem zoll — dem — *Philip* von *Falckenſtein* dem eldeſten, *H. z. M.* vnſerem *Vnter-Camerer* — MCCCXIV.

Philippus præiunior an. MCCCXXX cum *Philippo* (ſenioris, vt mihi videtur, filio) de muneris huius functionibus & prouentu hoc tranſegit modo; *Wihr* Philips *von* Falckenſtein *der iüngſte*, Herr *zu* Münzenberg, „des H. Richs Camerer, — *daſs vvir — den Edlen Man*, Philips *von* Falckenſtein, *auch* Herrn *zu* Münzenberg, *vnſers Vettern Sone — zu dem Ambt der Kayſerli-*

chen Camern zu vnſerem rechten ganerben geſetzt han — vvan vvihr beedt ſambt am Kayſerl. Hofe ſin, ſo ſollen vvir allein Camerer ſin, vnd er nit; iſts aber, daſs der vorgemeldt vnſers Vettern Son one vns geinvvärtig iſt in dem Kayſerl. Hof, ſo ſoll er Camerer ſin, vnd das Ambt begeen; vnd ſint vvir beede oder vnſer einer in vorgemeldtem Hof, ſo ſollen vvir alle nutz vnd gefäll, die von demſelben Ambt kommen, gleich theillen; vvir vvollen auch, daſs vnſer erben ahn vvürdigkeit des vorgemeldten Ambts vverden vorgeſetzt den erben vnſers Vettern Sons, als vvir ime vorgeſatzt ſint.

Quod ad *Philippum Weinſpergium* ſeniorem, qui ſe an. MCCCLXXXII *Camerarium Imperii hereditarium* ſcripſiſſe dicitur, attinet, is nullus alius eſt, quam *Philippus* ſenior, *Conradi* filius, *Engelharti* nepos. In *Beſoldo* enim pro MCCCCLXXXII librarii culpa irrepſit MCCCLXXXII. Conf. tabulam *Winſpergiorum* genealogicam, quam ſupra ad p. 704 dedi.

Quod tandem *Cuno Falckenſteinius* ſua apud *Boemundum* auctoritate gratiaque effecerit, vt eo adminiculante *Falckenſteinii* Camerariorum Imperii hereditariorum dignitatem conſecuti ſint, per ſe iam corruit; vt taceam, illum tum temporis, cum A. B. promulgaretur, nondum a *Boemundo* ad partem curarum Archiepiſcopalium ſuſtinendam adſumtum fuiſſe (v. *Brovverius* lib. XVII annal. Treuirenſ. § CLXXXIII & CLXXXIV p. 233) ſed egiſſe in partibus Rhenanis, diſcordia cum Archiepiſcopo *Gerlaco* implicitum. conf. quæ dixi ad *Serarium* lib. V in *Gerlaco* n. 28 & 29 ad § II p. 669 & ſeq. quibus adde; ipſo hoc anno MCCCLVI inimicitias, quas cum eo exercuit, ſumſiſſe initium; vt χύμματα illa, quæ in opere hoc ſæpius citaui, diſerte produnt.

p. 706

poſt n. 2 adnotat. ad § II,

Inducias etiam cum *Hermanno*, Haſſiæ Landgrauio, ab *Henrico* Comite Sponheimenſi, *Gernando* de *Svvalbach*, Commendatore Domus Teutonicæ Marburgenſis, & *Henrico* de *Svvalbach*, Milite, conciliatas, & ab dominica, quæ *Cantate* vſu eccleſiaſtico dicitur, vſque ad dominicam *Quaſimodogeniti* an. ſequentis XCII duraturas, iniit. Euolue ſis *Codicem Diplomaticum*, & *Hermanni* tabulas de iis Lunæ poſt dominicam *Miſericordias Domini* dictam confectas inuenies.

ibidem

poſt n. 3 dictæ adnotat. ad § II

Domum repetens, ex itinere Bambergæ die XXIV Septembr. in choro ædis primariæ, *D. Georgio* dicatæ, Sedi Pontificiæ fidelis obſequii religione ſe obſtrinxit, *Synnigo* Archiepiſcopo Ananarzenſi, nec non *Gerhardo* Herbipolenſi, *Ioanne* Tycopolenſi, & *Friderico* Tullenſi Epiſcopis præſentibus. Formulam, qua iusiurandum dedit, leges in *codice Diplomatico*.

p. 707

poſt n. 2 annotat. ad § III

Sedem pontificiam ſingulis bienniis, *Romana curia extra montes exiſtente*, cum inuiſere deberet, primo hoc a ſuſcepti Archiepiſcopatus tempore biennio per *Rupertum* de *Wetter*, litterarum Apoſtolicarum ſcriptorem, qua par erat reuerentia illam interuiſit, teſtibus his *Marini* Cardinalis litteris;

MARINVS miſeratione diuina ſancte Marie noue *Diaconus Cardinalis, Domini Pape Camerarius, vniuerſis & ſingulis preſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtre notificamus per preſentes, quod cum Reuerendus in Chriſto Pater, Dominus* Conradus, *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Archiepiſcopus Moguntinus, teneatur ſingulis bienniis, Romana curia extra montes exiſtente, Sedem Apoſtolicam viſitare; per Honorabilem virum, Magiſtrum* Rupertum *de* Wetter, *litterarum Apoſtolicarum ſcriptorem, procuratorem ſuum ad hoc legitime conſtitutum, ipſam Sedem, pro biennio preſenti, cum deuotione debita viſitauit; nichil tamen, viſitationis huiuſmodi cauſa, Camere Apo-*

ſtolice

Digitized by Google

ſtolice obtulit vel ſeruiuit. In quorum teſtimonium preſentes litteras fieri, & ſigilli noſtri Camerariatus officii iuſſimus appenſione muniri. Datum Peruſii, ſub anno Domini MCCCXCIII, Indictione I, die VIII menſis Martii; Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Bonifacii, *diuina prouidentia Pape noni, anno quarto.*

Nicolaus.

p. 709

in Ioanne II *Archiepiſcopo,*

ad n. 7 annot. ad § I,

Et quidem conſtitutus ab eo fuit Sedis Moguntinæ Antiſtes die menſis Ianuarii XXIV. Saltim hoc die Bulla, qua prouiſione Apoſtolica eidem deſtinatur, ſignata eſt, vt in *codice Diplomatico*, vbi eam reperies, videre licet.

p. 710

ad n. 8 annotat. § I ſubiecta,

Cum ſumma pecuniæ, quam Romæ a duobus mercatoribus Lucenſibus, rei nummariæ negotiationem exercentibus, mutuo ſumſit, tantummodo 7433 nummorum aureorum, qui vulgo *Ducati* appellantur, & 7700 florenorum aureorum Rhenenſium conficiat, vt ex ſyngraphis d. XX & XXX Ian. dictis nummulariis, coram teſtibus, datis patet (v. *cod. Diplomat.*) dubites maxime, an tantum æris, ac hi quidem volunt, Romæ ad largitiones faciendas profuderit.

ibidem

poſt adnotat. n. 10 ſignatam,

col. 2

Quin non Romæ tantum συκοφάντης hic ei, quanta potuit opera, obſtitit, verum etiam transmiſſis in Germaniam fallacibus litteris reuerſo iniuriam facere, aliisque fumum vendere haud pigratus eſt. Diſcas id ex tabulis ipſius Pontificis d. XVI Aug. confectis, quas reliquis in *codice* adieci *Diplomatico.*

ibidem

n. 12 dicta annotat.

Litteras ad vniuerſos & ſingulos Epiſcopos &c. Principes item, Comites &c. ſigillatim vero Clerum, populumque diœceſis Moguntinæ Non. Iulii datas, lectorum in gratiam transtuli in *codicem Diplomaticum.*

p. 722

poſt n. 12 annotat. ad § VIII,

Hæc inter *Rupertus* Cæſar ſororium ſuum, *Adolfum*, Ducem Bergenſem, variorum capitum a coniuge *Anna* coram iudicio Imperii aulico accuſatum, capitis damnarat, lataque ſententia bonis exuerat, honoribusque. quod cum *Ioanni* litteris die XIV Maii datis ſignificaret, ſimul mandabat, ne proſcripto ſe commodet, vel opituletur, ac vllo inſeruiat modo; ſed obnitatur potius, & ſi caſus ita ferat, vt nec opinantem deprehendere queat, captum comprehenſumque teneat, & ita tractet, vt proſcriptos tractare conueniat. *V. cod. Dipl.*

p. 730

poſt n. 5 adnotat. ad § XIV

Pontificem clam ſe Conſtantia proripuiſſe, modo dictum. Subduxerat autem ſe ope operaque *Friderici* Ducis Auſtriæ; erga quem exinde tanta Patribus Concilii, cum maxime vero *Sigiſmundo* Imperatori ipſi oborta indignatio, vt grauis omnino eidem pœna conſtitueretur. Variis namque cauſſis collectis aqua ei & igni interdixit Cæſar, litterisque Veneris poſt feſtam *D. Ambroſio* diem ſignatis, ne *Ioannes* vllo eum modo foueat, mandauit. *V. cod. Dipl.*

Digitized by Google

p. 732
n. 8 adnotat. ad § *XVI*
col. 2 v. 9, pro, *Reinhardus* l. *Reinholdus* Iuliacenſium

p. 733
in n. 1 *adnotat. ad* § *XVII*
v. 9 pro, *Offenbach*, l. *Offenburg*,

p. 742
in Conrado III *Archiepiſcopo*,
ad n. 39 *annotat. ad* § *IV*, *col.* 1

Notes, *Conradum* dicta æris ſumma non tam bellum, quam captiuos redemiſſe. Sic enim in narratione quadam de diſſidio hoc iſtis temporibus ſcripta: *Zum erſten, ſo hat myn Herre fur die gefangen, die der Landgraffe von Heſſen ime abgefangen, demſelben Landgraffen gegeben vier vnd viertzig tuſent gulden.*

p. 744
poſt n. 57 *adnotat.* § *IV ſubiecta*,

Ceterum, *Othone* Archiepiſcopo Treuirenſi an. MCCCCXXX ex rebus humanis ſubtracto, Canonicorum, cum in ſuffragationes itum eſſet, pars, eaque maxima, *Iacobum* a *Sirck*, metropolitanæ Scholaſticum, & Herbipoli maioris Præpoſitum, pars, duo tantum, *Vlricum* de *Manderſcheid*, metropolitanæ Colonienſis Decanum, ediderant. Quibus Romæ in curia Pontificia de iure ſuo litigantibus, *Martinus* Papa *V*, vtroque reiecto, *Rabano* de *Helmſtatt*, Epiſcopo Spirenſi, regimen eccleſiæ Treuirenſis prouiſione commiſit Apoſtolica. vid. *Brovverus* annal. Treuirenſ. lib. XIX § XXIX & ſeq. p. 273 & ſeq. Cui cum *Manderſcheidius*, *Ruperti* Comitis Virnenburgii, aliorumque ope ſubnixus & adiutorio, cedere recuſaret, ac domum redux factus potiora Archiepiſcopatus oppida caſtraque ſuam ſub poteſtatem redigeret, *Martinus*, vti Electores ceteros, ſic *Conradum* etiam litteris a. d. XVII Kal. Octobris Romæ datis enixe hortatus eſt, vt Rabano ad ius dominatumque Sedis Treuirenſis ſibi vindicandum fauore, conſilio, & latis, ſicubi opus eſſet, ſuppetiis ſubueniat ac pro virili parte aſſiſtat. Idem non longe poſt aliis ad Principes Electores iunctim ſcriptis ac VII Id. Nouembr. Romæ ſignatis vrſit, & cum illos, tum *Conradum* grauiſſimis verbis, vt id faciat, obteſtatus eſt. Vtriſque locum dedi in *codice Diplomatico*.

ibidem,
in n. 61 *dictæ adnotationis*,
v. 6 pro, *Hermanno Mörle* l. *Henrico Mörle*
ibidem
poſt n. 61 *adnotationis dictæ*,

Quin hæc inter partes *Rabani* aduerſus æmulum iuuerit, vix dubium eſt, quamuis laudatus ſupra rerum Treuirenſium ſcriptor ſilentio id prætereat, immo *Manderſcheidio* eum auxilia portaſſe narret. Saltim id egit, cum Canonici Spirenſes *Adolfum* ab *Eppenſtein* ad mitram vocaſſent, *Rabanus* vero Epiſcopatum apud Nemetes prius dimittere nollet, quam Treuirenſem iniiſſet, vel certe potiori ex parte ſuæ feciſſet poteſtatis, ne res, quæ periculi plena eſſe videbatur, in motus excederet ac turbas. Id quod *Eugenius* etiam, *Martini* ſucceſſor, per
v. cod. Dipl. ſibi gratum accidere teſtatus, monuit, tranquillitati tuendæ porro inſiſteret, ac *Adolfi* patrem *Godefridum* ab *Eppenſtein*, patruumque *Eberhardum*, vt ſimiliter quieti ſint, nec electum gladio in poſſeſſionem Epiſcopatus Spirenſis inducere tentent, permoueret.

p. 745
poſt n. 3 *adnotat. ad* § *V*,

v. cod. Dipl. Ceterum denuo litteris XII Kal. Mart. datis inſtabat *Eugenius*, daret *Conra-*

dus

dus operam, vt *Rabanus* ad poſſeſſionem iuris ſui, *omni exceptione remota*, admittatur. Simul vero ſignificabat, ſe promiſſis Principum Electorum nuper factis fretum, Legatos ad concilium Baſileenſe continuandum propediem miſſurum eſſe. Hos ille commendatos ſibi haberet, & quanto poſſet Prælatorum diœceſis Moguntinæ, doctorumque numero Baſileam concederet; ibi vero res Concilii omni promoueret ope; curaret tamen, ne ante legatorum ſuorum aduentum aliud quid, quam negotium de Bohemis reducendis tractetur.

Quod ipſum cum procedere videretur, Ordinibus Bohemiæ & Morauiæ, cum Nuntios a Concilio miſſos Egræ audiuiſſent, pollicentibus, ſe Legatos Baſileam de pace eccleſiaſtica, concordiaque in negotio religionis miſſuros; Synodus id *Conrado* litteris V menſis Iulii die datis perſcripſit; addito hoc mandato, vt per totam diœceſin Moguntinam populo id ſignificari curet, & pro felici atque exoptato negotii tam ardui ſucceſſu ſupplicationem indicat. V. cod. Dipl.

ibidem

in n. 7 adnotationis dictæ,

col. 2 v. 16, pro, *XX menſis die*, l. *XX menſis* Octobris *die*

p. 746

poſt n. 2 adnotat. ad § VI,

Hæc inter *Sigiſmundus* Cæſar in Italiam conceſſerat, Imperii inſignia, nomenque Auguſti, Pontifice inaugurante, adſumturus. Quo ipſo cum *Eugenius* videret, datam ſibi occaſionem, de hæreſi, vt ipſe loquitur, exſtirpanda, dignitateque eccleſiæ ſtabilienda multa magnaque pertractandi, temperare ſibi non potuit, quin id *Conrado* exponeret, vt & is in bonam ſeſe erigeret ſpem, & quicquid poſſet pro communi reipublicæ Chriſtianæ bono operaretur. Datum litterarum eſt, *XII Kal. Iunii*, vt in *codice Diplomatico* videre licet.

ibidem

poſt n. 3 adnotat. dictæ,

Orta erat Baſileæ inter Legatos Principum Electorum & Legatos Ducis Burgundiæ de προεδρίᾳ haud leuis diſceptatio, his proximum ſibi poſt Regum Legatos locum deberi contendentibus, illis vero negantibus. Habita Patres deliberatione hanc componendæ controuerſiæ rationem excogitarunt, eamque, vt loquuntur; *per modum prouiſionis*, ac neutrius partis in præiudicium; Septemuirum ſcilicet & Burgundiæ Ducis Legati mixtim ſederent poſt Regios; & *vnus ex Legatis dicti Ducis primo, deinde alius ipſorum Electorum*, & ſic porro alternis vicibus. Quam vt *Conradus* admittat, præcipue cum ad morem reſpexerint, quo quisque ſuis in ædibus hoſpiti ſuperiorem concedere ſolet locum; Electores vero hic conſiderandi veniant, tanquam in ſua ſint domo, cum Concilium celebretur in Alemannia, litteris IV Non. Iul. datis poſtularunt. V. cod. Dipl.

p. 747

ad n. 2 annot. § VII ſubiectæ,

Tabulas has ex αὐτογράφοις ipſis tranſſumtas inſerui *codici Diplomatico*; ex quibus voces ex apographo minus curate ſcripto hic deſcriptas emendes.

p. 762

in Theoderico *Archiepiſcopo,*

poſt n. 9 annotat. ad § V,

Aliis V Kal. April. ſignatis eidem denuntiabat, ſe *Ioannem*, tit. *S. Angeli* Diaconum Cardinalem, legatum in Germaniam miſſurum, vt ea, quæ *Eugenius* conceſſerit, ad effectum deducantur. Quas itidem in *codice* reperies *Diplomatico.*

p. 765

poſt n. 4 annotat. ad § VI,

His ita conſtitutis promiſere quidem, quæ tum in clauſtro hoc ætatem agebant,

bant, virgines, *Lucardis* de *Swalbach*, *Catharina Winterheim*, alias *Scharpenſtein*, & *Ela* de *Ldderbach*, Abbati & Congregationi *S. Ioannis* in monte ſeſe ornamenta, vaſa ſacra, libros cenſuales, tabulas, litterasque alias tradituras, Cluſaque emigraturas; poſtea tamen id facere quam obſtinatiſſime recuſabant. Quare *Theodericus* cenſuit, anathematum religionibus inuoluendas eſſe; quod & factum; vt ex litteris, quibus *Hermannus* de *Roſenberg* & *Ioannes Mentzer* eas in vicinis eccleſiis ſacris atque cærimoniis abſtentas pronunciari iuſſere, patet. Habes illas in *codice Diplomatico.*

p. 783

in Adolfo II *Archiepiſcopo,*
in n. 29 *annotat. ad* § *III*

col. 2 v. 33, pro, *Vadenbacenſis* l. *Weidenbacenſis*

p. 784

poſt n. 32 *adnotat.* § *dicto ſubiecta,*

In nupero conuentu Norimbergæ habito inter Principes, qui adfuere, abſentiumque Legatos nonnulla de ſiſtendis Turcorum per Hungariam armis conuenerant capita. Quæ ne citra effectum eſſent, ſed ad exitum perducerentur, alii itidem ibi habendo dictus erat dies. Pontifex cum noſſet, quam multum & prudentia *Adolfus* valeret & auctoritate, litteris pridie Id. Martii datis (quas, vt huc conferre poſſis, in *codicem Diplomaticum* retuli) eundem obteſtatus eſt, vt ad diem præſtitutum ipſe, quemadmodum *Vlrico* de *Graveneck* iam pollicitus ſit, Norimbergam ſe conferat, omnique contendat opera, vt illa ex ſententia conficiantur ac explicentur.

ibidem,

poſt n. 33 *annotat. dicta,*

Exigebat certe Pontifex, dubium vltro, an *Adolfi*, vel alius cuiusdam petitu, vt *Henricus* de ſocia eccleſiæ Moguntinæ adminiſtratione decederet. Diſcas id ex litteris, quibus patrem illius, *Vlricum*, obteſtatur, velit filio auctor eſſe, vt id faciat: comminatus, ni monitis ille locum relinquat, & magiſtratu iſto ſe abdicet, Archiepiſcopatus rationem ſe habiturum eſſe. Scriptæ ſunt VIII Kalend. Septembr. vt in *codice Diplomatico* videre eſt.

p. 789

in Diethero *Archiepiſcopo* ſecundum,
poſt n. 11 *adnotat. ad* § *I,*

Vt ædis maioris Canonici pariter ac ciues conuentione hac ſtarent, *Sixtus* Pontifex Bulla VII Kal. Febr. an. MCCCCLXXVIII ſignata grauiter edixit. Dedi illam in *codice Diplomatico*, cum ea, quæ ſtrictim ego, breuiterque hic dico, copioſe exponat, ſimulque ſtatum ciuitatis priſtinum deſcribat.

p. 790

in n. 17 *annotat. dicta,*

col. 1 v. 7, poſt vocem, *ceteroquin*, adde; *vel potius dedicatam*

p. 793

in § *VI*

v. 1 pro, *dies XXI*, l. *XXVII*, & v. 3 pro, *VII Maii*, l. *VI Maii*; quippe quo die *Dietherum* obiiſſe, ſtatuæ illius in æde metropolitana ſubſcriptum eſt, vt in *Addendis* ad *Helwichii* Moguntiam deuictam p. 884, & in *Epitaphiorum* συλλογῇ videre licebit.

p. 796

in Alberto *Adminiſtratore*
n. 6 *adnotat. ad* § *II,*

col. 2 v. 11 pro, *Buhrmeiſter*, l. *Burwmeiſter*

p. 815

p. 815
in genealogia Eppenſteinenſi,
lit. a) *ſignata,*
ad Adolfum, Godefridi *filium,*
in lit. h)

Spiræ a Collegio maiori an. MCCCCXXXI lectus fuit Epiſcopus in locum *Rabani*, quem *Martinus* Pontifex *V* anno ſuperiori eccleſiæ Treuirenſi præfecerat; ſed in poſſeſſionem Epiſcopatus haud venit; quandoquidem *Rabanus* Præſulatum apud Nemetes prius dimittere nolebat, quam Treuirenſem reapſe iniiſſet. Vide, quæ ſupra dixi in *Addendis* ad *Conradum III* p. 1024.

Ceterum non Moguntiæ in periſtylio maioris ſepultus eſt, vt ex ſcuto, quod inibi ſuſpenſum eſt, vna cum *Helvvichio* collegi; ſed Eppenſteinii in æde ſacra, teſte epitaphio, ei ibidem poſito, quod apud *Winckelmannum* chron. Haſſiaci parte II cap. IV p. 145 ita habet: *Anno Domini MCCCCIV* (perperam. l. *MCCCCXXXIII) ipſo die S. Matthei Apoſtoli & Euangeliſte obiit Reuerendus Pater & Dominus, Dominus* Adolfus *de* Eppenſtein, *Electus Spirenſis, & Prepoſitus eccleſie S. Bartholomei Franckenforden. cuius anima requieſcat in pace.* Ne vero ſcutum, de quo dixi, dubitationem quandam cuipiam iniiciat, notandum, memoriæ tantum cauſſa in periſtylio id ſuſpenſum fuiſſe; vti ſane olim moris erat, Canonicorum in memoriam & honorem id genus nonnunquam ibidem ſuffigi, licet alibi locorum tumuli cepiſſent locum. Ita in eodem hoc loco cernas ſcutum *Reinhardi* Comitis *de* Leiningen, qui tamen Coloniæ funeratus eſt in ædium ſacrarum maxima.

p. 819
in Vriele *Archiepiſcopo,*
poſt n. 3 *adnotation. ad § II,*

Pontificis vt ille probaretur iudicio, ſacraque decora ſi non prorſus omnino, dimidia tamen ex parte, gratis conſequeretur, Cæſar *Maximilianus* curæ ſibi habuit, eaque de cauſſa tum Pontificem ipſe per litteras compellauit, tum Legatis ſuis, *Conſtantino Cominato*, Duci Achaiæ & Macedoniæ, *Philippo* Baſtardo Burgundiæ, *Franciſco* de *Melun*, Sedis Apoſtolicæ Protonotario, *Lucæ* de *Renaldis*, Præpoſito Xantenſi, *Ioanni* de *Caſtiliono*, Archidiacono Campiniæ, & *Ferrico Carandelet*, Archidiacono Biſuntino, vt eundem hac fini compellent, litteris Dordraco miſſis mandauit; licet, vt ſtatim patebit, parum profecerit. Dedi interim eas in *codice Diplomatico.*

p. 822
§ IV n. 7
pro, *depoſuit*, l. vt in epitaphio explicate legitur, *deponit*

p. 828
in Alberto *Cardinale & Archiepiſcopo,*
poſt § IV ante n. 1

Dum hic, nec non n. 1) & 2) refertur, quam enixe *Albertus* pro *Carolo*, Hiſpaniarum Rege & Archiduce Auſtriæ, ad Imperii Romano-Germanici faſtigium euehendo laborarit, non poſſum, quin haſce præmittam litteras, quas tamen ἄλλως ζῆν ſcriptas puto:

CARL von Gots genaden, Kunig zu Hiſpanien, zu bayden Sicilien vnd Hieruſalem &c. Ertzhertzog zu Oeſterreich &c. Hochvvierdigſter in Got Vatter, Hochgeborner Fürſt, lieber Ohem vnd Frundt. Vnnſer lieb vnd frundtſchafft zuvor. Nachdem der Allerdurchleuchtigſt Groſmechtigſt Furſt, Herr Maximilian, *Römiſcher Kayſer, vnnſer lieber Herr vnd Altvatter löblicher gedechtnus, mit Evvr Lieb, vnd andern des heiligen Reichs Churfürſten viel red vnd handlung, vnns zu ainem Römiſchen Kunig zu ervvellen vnd zu machen gehebt, vnd deshalbn von E. L. vnd etlichen andern, zuſagen vnd verpflichtnus emphangen, die nach ſeiner Kayſ. May. abſterben auff vnns gevvach-*

 ſen

ſen ſein möcht; Fügen vvir E. L. zu vviſſen, daſs vns ſoliche handlung dermaſſen anzunemen nit gelegen iſt. Darumb vvir vns auch derſelben vviſſentlich in crafft dies brieffs entſchlagen, vnd euch der ledig geſagt haben, vnd vvellen euch in evver freyen vvall fürfarn laſſen, vngezvveyffeldt, E. L. vnd die andern Churfürſten vviſſen vnd vverden darin des heiligen Reichs Teutſcher nation vnd gemayner Chriſtenhayt noturfft vnd vvolfart vvol bedencken. Soliches vvolten vvir E. L. fruntlicher maynung nit verhalten. Geben in vnſer ſtat Barſeloni, am XXI tag Aprilis Anno &c. im XIX.

Evver gutter Vetter

Charles.

Hannart.

p. 849

in Sebaſtiano *Archiepiſcopo*,

poſt n. 5 annotat. ad § *I*,

De cetero, licet *Othoni Truchſeſſio* prælatus fuerit, illius tamen & fidem & beneuolentiam & opem ſatis abunde expertus eſt. Teſtimonio luculento ſunt litteræ illius, in *codice Diplomatico* legendæ, quippe ex quibus patet, quod non vltro ſolum Pontificem rogarit, vt *Sebaſtiano* honorem ſtabiliat; verum etiam in eo fuerit, vt Vaticani Senatus purpuram ei conciliaret.

ibidem

poſt n. 2 annotat. ad § *II*,

Simul Pontificem enixiſſime, verbisque demiſſiſſimis rogauit, vt, anguſto rerum Moguntinenſium ſtatu paterne perpenſo, cenſum curiæ Romanæ pro pallio ſoluendum, ſi non totum benigne remittere, aliqua tamen ex parte moderari dignetur. Nuntios idem ſuos ſuppliciter rogare iuſſit. Vide modo ſis litteras, quas ad *Paulum III* dedit, in *codicem Diplomaticum* a me relatas.

p. 876

in Daniele *Archiepiſcopo*,

Cap. XII

poſt annotat. ſigno † *notatam*,

Ceterum, vt ad ea ipſe ſe conferret, omnique præcaueret opera, ne quid decernatur, quo Sedis Romanæ violetur dignitas, *Pius* Papa *V*, litteris pater-
v. cod. Dipl. ni affectus plenis, h. a. die XXIV Ianuarii ſignatis, monuit.

p. 886

in cap. XXVII

col. 1 v. 4 annotat. quæ incipit; *Ceterum non poſſum* &c. pro, *funeratus fuit Daniel*, l. *funeratus fuit Præpoſitus* Hund *de* Saulheim,

p. 967

in Ioanne Philippo *Archiepiſcopo*,

poſt § *XXIX*,

Hæc inter *Svvalbaci*, vico ditionis Haſſo-Rheinfelſenſis, acidulis percelebri, tum incolarum, tum vicinorum, tum hoſpitum ſacris Romano-Catholicis addictorum vſui ædem ſuo ſumtu excitauit atque ſtatuit. Loquitur id hæc ſupra templi fores legenda inſcriptio;

Deo Opt. Max.
& in honorem
SS. Ioannis *&* Philippi *Apoſtolorum*,
nec non S. Eliſabethæ *Landgrauiæ Haſſiæ viduæ*,
Patronorum,
ad perpetuum cultum religionis Catholicæ ſumtu ſuo exſtruxit Eminentiſſimus & Reuerendiſſimus Dominus, *Dn.* Ioannes Philippus, *S. Sedis Moguntinæ Archiepiſcopus & S. Rom. Imp. Princeps-Elector*, *Dux Franciæ orientalis*.
Anno MDCLVII.

INDEX I

Digitized by Google

INDEX I

Sanctæ Sedis Moguntinæ Antiſtitum.

a) *Epiſcoporum*,

S. Creſcens p. 152

S. Marinus
S. Creſcentius
S. Cyriacus
S. Hilarius *martyr*
B. Martinus
S. Celſus *martyr*
S. Lucius
S. Gothardus
S. Sophronius } 159

S. Herigerus *martyr*
S. Rutherus *martyr*
S. Avitus
S. Ignatius *martyr*
S. Dionyſius
S. Ruthbertus
S. Adelhardus
S. Lucius Annæus
S. Maximus } 160

Sidonius *prior*
Sigiſmundus
Lupoldus
Nicetius
Marianus
S. Aureus *martyr* } 165

Eutropius
Adalbertus
Radherius } 166

Adelbaldus
Laudfridus
Ruthardus
Sidonius *poſterior* } 167

Wilebertus
Ludegaſtus
Rudhelmus
Luthwaldus
Leovvaldus
Richbertus } 168

Geroldus
Gervilio } 169

b) *Archiepiſcoporum*,

S. Bonifacius *martyr* 201 & ſeq.
748 al. 745 — 753 † 755

S. Lullus 371
753 — 786

Richolfus 379
786 — 813

Haiſtulfus 382
813 — 825

Otgarius 385
825 — 847

Rabanus 389
847 — 856

Carolus p. 406
Pipini, *Regis Aquitaniæ, filius*,
856 — 863

Luitbertus 409
863 — 889

Sunzo 416
889 — 891

Hatto I 417
891 — 912

Herigerus 422
912 — 927

Hiltebertus 424
927 — 937

Fridericus 427
937 — 954

Hatto II 437
968 — 970

Rupertus 447
970 — 97.

B. Willigiſus 449
97. — 1011

Erckenboldus 460
1011 — 1021

Aribo 463
Comes de Hohenvvart,
1021 — 1031

B. Bardo 467
1031 — 1051

Luitboldus 495
1051 — 1059

Sifridus I 496
Dominus de *Eppenſtein*,
1059 — 1084

Wezilo 522
1084 — 1088

Ruthardus 525
1088 — 1109

Adelbertus I 533
Comes de Sarbrücken,
deſignat. 1109
immiſſ. 1111 — 1137

Adelbertus II 550
Comes de Sarbrücken,
1137 — 1141

Marcolfus 552
1141 — 1142

Henricus *Felix* 553
1142 — 1153

Arnoldus *de* Selenhoven 558
1153 — 1160

Conradus I
Comes de VVitelspach,
primum 564
1160 — 1165

Chriſtianus I 569
Comes de Buche,
1165 — 1183

INDEX I

S. Sedis Moguntinæ Antiſtitum.

Conradus I ſecundum 1183 — 1200 p. 575

Sifridus II *Dominus de Eppenſtein*, 1201 — 1208 582

Lupoldus de Scheinfeld, Antarchiepiſcopus, 1201 — 1208 585

Sigefridus III *Dominus de Eppenſtein*, 1231 — 1249 593

Chriſtianus II 1249 — 1251 605

Gerhardus I *Comes Silueſter* ſiue *VVildgrauius*, 1252 — 1259 608

Wernherus *Dominus de Eppenſtein* 1259 — 1284 613

Henricus II 128. — 1288 622

Gerhardus II *Dominus de Eppenſtein*, 1288 — 1305 625

Petrus Aichſpalt, *al.* de Treueri, 1306 — 1320 634

Matthias *Comes de Bucheck*, 1321 — 1328 643

Henricus III *Comes de Virnenburg*, 1328 — 1353

Balduinus Adminiſtrator, *Comes de Lucenburg*, 1328 — 1337 651

Gerlacus *Comes de Naſſau*, 1346 / 1354 — 1371 666

Ioannes I *Comes de Lucenburg*, 1371 — 1373 680

Ludouicus *Marchio Miſniæ*, 1374 — 138. 684

Adolfus I *Comes de Naſſau*, 1373 / 1379 — 1390 688

Conradus II *Dominus de VVeinſperg*, 1390 — 1396 704

Ioannes II *Comes de Naſſau*, 1397 — 1419 709

Conradus III *VVildgrauius in Dune*, *Rhingrauius zum Stein*, 1419 — 1434 735

Theodericus *Pincerna de Erpach*, 1434 — 1459 p. 747

Dietherus *Comes de Iſenburg-Büdingen*, primum 1459 — 1463 771

Adolfus II *Comes de Naſſau*, 1461 — 1475 778

Dietherus ſecundum 1475 — 1482 787

Albertus I *Adminiſtrator*, *Dux Saxoniæ*, 1482 — 1484 793

Bertholdus *Comes ab Henneberg*, 1484 — 1504 797

Iacobus *de* Liebenſtein 1504 — 1508 813

Vriel *de* Gemmingen 1508 — 1514 818

Albertus II *Cardinalis*, *Marchio Brandenburgenſis*, 1514 — 1545 823

Sebaſtianus *ab* Heuſenſtamm 1545 — 1555 847

Daniel Brendel *ab* Homburg 1555 — 1582 861

Wolfgangus Camerarius *de* Wormatia, dictus *a* Dalberg 1582 — 1601 887

Ioannes Adamus *a* Bicken 1601 — 1604 899

Ioannes Suicardus *a* Cronberg 1604 — 1626 909

Georgius Fridericus Greiffenclavv *de* Volrats 1626 — 1629 933

Anſelmus Caſimirus Wambold *ab* Vmbſtatt 1629 — 1647 940

Ioannes Philippus *a* Schönborn 1647 — 1673 959

Lotharius Fridericus *a* Metternich 1673 — 1675 975

Damianus Hartardus *von* der Leyen 1675 — 1678 977

Carolus Henricus L. B. *a* Metternich 1679 — 1679 979

Anſelmus Franciſcus *ab* Ingelheim 1679 — 1695 981

Lotharius Franciſcus L. B. *a* Schönborn 1695 — 985

INDEX II

❦)o(❦

INDEX II

Auctorum ſiue Scriptorum,

qui in rebus hiſce Moguntiacis vel notantur, vel aliquo modo illuſtrantur.

a)

Illorum, qui notantur.

A

Actus electionis & coronationis Regis Romanor. *Ioſephi* 984
Adlzreitter (*annal. Boicor.* part. 3 lib. 11 § 71) 931 (lib. 16 § 107) 946 (§ 115) 946 (lib. 29 § 25) 956
Aeneas Siluius (*German.* c. 35) 20
Albericus (*Chronic.*) 387, 413, 421, 436, 472, 523, 568, 575, 590
Albertus Argentinenſis 619, 665
Albertus Stadenſis 544, 570, 572, 576
Annales *Corbeienſes* 436, 472
Dominicanorum Colmarienſium 625
Fuldenſes 413
Hildesheimenſes 415, 462, 562
Anonymus *de translatione* S. Evergeſili 425
additionum & emendationum ad vitam S. Mathildis 421
de geſtis Imperatorum ab Henrico Aucupe *vſque ad* Henricum V 470
auctor vitæ S. Bonifacii (præf.) 69
P. Anſelme (*hiſtor. familiarum. Reg. Franc. genealogico-chronolog.* tom. 2) 552
Antonl (*catalog. Abbatum* S. Iacobi) 472, 726
Arnolfus (l. 1 *de miraculis* S. Emerani c. 1) 224
Arthuſius (*Mercurii Gallo-Belgici* tom. 10 l. 4) 919 (tom. 15 l. 2) 929.
Aſſertio juris Moguntini (§ 3, 4) 436
Aventinus (l. 4 *annal. Boicor.* c. 20) 416 (lib. 7 c. 3) 593

B

Baluzius (*ad* Lupum *de vita* Wigberti) 299
Baronius (*annal.* ad an. 774) 379 (ad an. 973) 433
(*martyrolog.* ad d. 27 Iun.) 154
Bodo (*Syntagm. de eccl. Gandersheim.*) 428
Botho (*chron. Brunſuicenſ. pictur at.*) 433, 452, 470, 611, 686, 719
Bromptonus (*chron.*) 470
Bruin (*theatr. vrbium* tom. 1) 6
Brovverus (*annal. Trevir.* l. 12 § 6) 521 (l. 13 § 5) 528 (l. 19 § 60) 756
(*ad vitam* Pirminii) 204
(*in vita* Bonifacii) 241
Bruſchius (*centur.* 1 *monaſterior. German.*) 389, 398, 418, 469
(*Catalog. Epiſcopor. Mogunt.*) 18, 371, 395, 398, 401, 404, 416, 417, 422, 423, 424, 460, 463, 468, 524, 566, 581, 608, 663, 664, 682, 700
(*catalog. Epiſcopor. VVormatienſ.* 585, 587
Bucelinus (*Germania ſacra* part. 2) 535, 546

C

Caluinus (l. 4 *Inſtitution.* c. 7) 529
Campius (in tomo 5 *Theatri vrbium*) 40
Caraſa (*German. ſacr.*) 931
Centuriatores Magdeburgenſes (cent. 10) c. 10) 418
Caueus (parte 2 *hiſtor. litterar. eccleſiaſt.*) 395
Chriſtianus (*chron. Moguntin.* ſect. 2 § 1) 558 (§ 8 n. 2) 603
Chronica Auſtralis 458
Chronicon *Augienſe* 428
magnum Belgicum 603
Germanicum vetus manuſcr. 635
Hildesheimenſe 426
Lüneburgenſe 719
Magdeburgenſe 427
terræ Miſnenſis 617, 700
Rythmicum 433
Stederburgenſe 462
Epiſcoporum Verdenſium 377
VVirzburgenſe 462, 467, 526
Chronographus Saxo 436, 457, 495
Cochlæus (in *catal. Epiſcop. Moguntin.*) 78
Cointius (*ad an.* 503) 50 (*ad an.* 577) 50 (*ad an.* 740) 317 (*ad* 745 n. 74) 325 (*ad an.* 826. n. 33) 386
Compilatio chronologica 447
Fr. Cornelius (*Breviar. Fuldenſ.*) 427

D

Dattius (*rer. Germanicar.* l. 1 c. 8) 696, (c. 21) 821
Démochares (tom. 2 *de ſacrificio Miſſæ* c. 34) 416
Dempſterus (*hiſtor. eccleſ. Scotor.* l. 16 n. 1037) 389, 390
Dilichius (*chron. Haſſiaci* part. 1) 143 (part. 2) 742
Ditmarus Merſeburgenſis (lib. 1) 421
Dodechinus 452, 552, 565
Dreſſerus (part. 4 *Iſagog.*) 421

E

Eggs (*Purpura docta* l. 1 n. 66) 589, 592
Engelhuſius (*chronic.*) 20, 377, 390, 421, 428, 434, 438, 462, 470, 495, 520, 609

INDEX II

Auctorum ſiue Scriptorum.

Erfurtenſe Breuiarium 372
Erphordianus Antiquitat. Variloquus 387
Everhardus (*de eccleſia Gandersheimenſi*) 421

F

Fabricius (*Orig. Saxon.*) 421
Fellerus (*monumentor. ineditor. n.61*) 553
Friſeus (*chron. VVirzburgenſ.* in *Rudolfo II* c. 2) 786

G

Gensbein (*Faſtor. Limpurgenſ.* § 231) 709
Gobelinus Perſona (*Coſmodrom. ætat. 6 c. 70*) 719
Godefridus Monachus 576
Goldaſtus (*de regno Bohemiæ* l. 3 c. 11 § 10) 664
Gudenus (*hiſtor. Erfurt.* l. 1 § 5) 433, 436, 474 (l. 2 § 13) 672 (§ 15) 683
Guilelmus Malmeſburienſis (*de geſtis Anglorum* l. 2 c. 12) 470
Gundling (*de Philippo Sueuo* Otior. part. 2 c. 2 § 7) 564 (*de rebus geſtis Henrici VII*) p. 682 in genealog. *Ioannis I* lit. f.)
Gürtlerus (*hiſtor. Templarior.* § 230) 639

H

Hagen (*Syllab. Abbatum VVerthinenſium*) 468
Hahnius (*adnotat. ad Diploma Bergenſe*) 427
Hermannus (*Mogunt. aurea* § 1 ſect. 3) 13 (§ 14 ſect. 2) 73 (§ 14 ſect. 3. n. 3) 75
Hecht (*Germania ſacra & litterata* part. 2 l. 6 c. 4 § 6) 433
Heineccius (*antiquitat. Goſlarienſ. l.* 1) 527
Helmoldus (*chron. Slav.* l. 2 c. 10) 570
Helvvichius (*annotat. ad chronic.* Chriſtiani II) 605
(*elench. Nobilitatis eccleſiæ Moguntinæ* ſect. 1) 582
(*Mogunt. devicta* ſect. 1 § 3) 771, 772 (§ 8) 776 (ſect. 15 § 1 787 (§ 2) 1026
Hermannus Contractus 420, 472
Heuterus (l. 10 c. 6) 841
Hiſtoria de Landgrauiis 474, 700, 719
Hofmannus (*annal. Bamberg.* l. 1 § 9) 420 (l. 3 § 21) 533
Hotomannus (*Franco-gallia* c. 13) 331 & ſeq.
Hübnerus (*tab. genealog.* 27) 424 (201) 815 *tab. b*) (*tab.* 255) 778 *tab a*) 778 *tab. b.*)

I

Imhof (*Notit. Procerum Imperii l.* 8 *c.* 3 § 2) 748 *tab.* (§. 4) 802
Ioannes (*Memorial. hiſtor.* ſub an. 788) 398
Ioannes de Polda (*chron. Hamelenſ.*) 379
Ioannis (*adnotat. ad l.* 4 *hiſtor. Palatinæ Parei ſect.* 3 § 3) 727 (*append. poſter. ad l.* 6 *ſect.* 2 *n.* 2) 976
Iuncker (*Iſagog. in geograph. medii ævi* part. 2 c. 14 n. 47) 299
Iunius *Franciſcus* (*contron.* l. 3. c. vlt.) 134 & ſeq. (*de tranſlatione Imperii* c. 1 & 2) 327, 329 & ſeq.
Iunius *Hadrianus* (*hiſtor. Batau.*) 6, 11

K

Klettenberg (*VValdeckiſcher Regenten-Saal*) 689 *tab.*
Kochius (§ 109 *der Erzehlung vom Schloſs VVartenburg*) 1013
Königshoven (*chron. Alſatiæ* c. 2 § 22) 37
Kyriander (*annal. Treuirenſ.* part. 2) 756

L

Lambertus Schafnaburgenſis 415, 426, 427, 462
Langius (*chron. Citicenſ.*) 434, 474, 634, 680, 734, 747, 823
Latomus (*catal. manuſcr. Epiſcopor. Moguntin.*) 165, 427, 527, 546, 547, 597, 626, 631, 637, 679, 700, 720, 742, 815, 819, 827.
(*epiſt. manuſcr.* Mariani *chronico præmiſſa*) 124
Lehmannus (*chron. Spirenſ.* l. 5 c. 35) 522 (c. 91) 610 (l. 8 c. 103) 776
Leibnitius (*in mantiſſa miſcellaneorum* Felleri) 449
(*in præfatione ad Cod. Diplomat.* * 3 *a*) 536
Letznerus (*vit. Bonifacii* c. 1) 276, 296
Lipſius (*commentar. ad l.* 2 *annal. Taciti*) 40
Liutprandus Ticinenſis (*hiſtor.* l. 2. c. 3) 420
Lucæ (*Alter Gravenſaal*) 609
Ludevvig (*ad A. B.* tit. 1 § 18) 56 (tit. 26 § 7) & ſeq. 1002
Lunig (*Spicileg. eccleſiaſt.* c. 2 ſect. 1 n. 99) 800
Lyſerus (*de conciliis Moguntinis* § 38) 104 (§ 45) 637

M

Mabillon (ad *Othlonum*) 221, 270
(*Elog. Bardonis*) 473, 475
(*Act. Benedictin.* ad d. 31 Maii) 426
Mallinkrot (*de Archicancellariis Imperii*) 450, 559, 570
(*de Cardinalibus S. R. E. Germanis* n. 9) 568, 688
Marianus Scotus 427, 436, 467, 469, 472, 522
Martinus Polonus 133
Maſenius (*annal. Treuirenſ.* lib. 23 § 48) 912 (§ 65) 913 (§ 80) 919 (§ 87) 920
Meibomius (*not. ad chronicon Bergenſe*) 688

Mul-

INDEX II

Auctorum notatorum & illuſtratorum,

Müller (*Reichs-tags-Theatr. ſub Friderico III* ſect. 3 c. 27 § 3) 776
Munſterus (*Coſmograph.* l. 3) 37
Muſatus *Albertinus* (l. 1 rubr. 1) 636

N

Nauclerus 779
Necrologium *S. Michaelis Hildesheimenſe* 472
VVerthinenſe 427

P

Pagi (*Critic. Baron.* ad an. 746 n. 7) 323
Palatius (*Faſt. Cardinal.*) 582, 592, 593, 845
Panuinius 567, 603, 662, 688
Papebrochius (*commentar. de* S. Albano § 5) 87
(*commentar. praev. ad vitam* Bardonis § 3) 472 (§ 11) 473
Paullini (*annal. Iſenacenſ.* § 23) 533
(§ 42) 617
Petrus Damiani 437
Pleſſius (*l. 2 de Miſſa c. 1*) 71
Pregizerus (*Suevia ſacra* ſæc. 8) 389
Ptolemæus Lucenſis 402
Puſendorffius (*hiſtor. belli Suecici* (l. 1 § 26) 923 (l. 12 § 41) 954

R

Rebdorfenſis (ad an. 1353) 665
Reimmannus (*Iſagog. in hiſtor. litterar. Germanor.* l. 2) 401
Rhenanus (l. 3 *rer. Germanicar.*) 49
Ricoboldus Ferrarienſis 402
de Roo (*hiſtor. Auſtriac.* l. 1) 623
(l. 2) 645

S

Sagittarius (*de antiquo ſtatu Thuring.*) 421
(*antiquit. gentiliſmi & chriſtianiſmi Thuring.* l. 3 c. 4 § 3) 280
(c. 11 § 8) 221
Schaten (*annal. Paderbornenſ.* l. 4) 433
Schlegelius (*epiſtol. de codice VVilligiſiano*) 453, 456
Schmidius (*de conciliis Moguntin. n.* 25) 104
Schminckius (*adnot. ad Eginhartum* c. 4) 316
Schwederus (*theatr. pratenſ. & controverſiar. illuſtr.* l. 6 ſect. 29 c. 2) 881
Siffridus Presbyter 420, 447, 582, 629
Sigebertus Gemblacenſis 98, 387, 410, 413, 421, 432, 436, 472
Sleidanus (l. 7 *de ſtatu religionis*) 841
Spangenberg (*vit. Bonifacii*) 278
Spenerus (*op. Herald. parte ſpeciali* in prolegom. c. 1 ſect. 1 § 3) 474 (l. 2 c. 23 § 10) 802
Struuius (*ſyntagm. hiſtor. German.* differtat. 23 § 10) 619 (differtat. 30 § 35) 779 (differt. 35 § 31) 937

T

Tenzelius (*ſupplem. 2 ad hiſtor. Gothan.* § 89) 688 (§ 260) 612
Theatrum Europæum (*part.* 12) 982
Trithemius (*chron. Hirſaug.* part. 1) 197, 401, 417, 425, 427, 429, 433, 458, 565, 566, 581, 582, 592, 594, 603, 604, 605, 613, 615, 950, 1008, (part. 2) 106, 622, 623, 625, 634, 645, 646, 654, 659, 662, 671, 680, 683, 700, 742, 745, 765, 776, 779.
(*chron. Sponheimenſ.*) 592, 654, 680, 700, 787.
(*compend. annal.*) 14
(*vita Maximi*) 159
(*de ſcriptoribus eccleſiaſticis*) 275, 401, 403
(*catalog. viror. Germaniæ illuſtr.* 123
Turckius (*faſt. Carolin.*) 377

V

Vincentius Bellouacenſis (*ſpecul. hiſtorial.* l. 23 c. 73) 398
Vita *S. Gothardi* 462
Meinvverci 462
Vogelius (*relat. compendiar. de cœnobio Laurisham.*) 740
Volaterranus (*Anthropolog.* l. 19) 389
Vrſtiſius (*catalog. Epiſcopor. Baſileenſ.*) 625

W

Wenckerus (*præſid. rerum Germanicar.* n. 50) 724
Wimphelingus (*not. ad librum* Rabani *de cruce*) 404
Winckelmannus (*chron. Haſſ.* part. 2 cap. 12) 1006
Wion (l. 2 *ligni vitæ*) 384, 388, 395, 408, 414, 468, (l. 5) 347
Witichindus (l. 1 *annal.*) 420, 421
Witlichius v. *Antoni*
Wolfius (tom. 1 *rer. memorabil.*) 421

b)

Illorum, qui aliquo modo illuſtrantur.

Albericus (*chron.*) 470, 592
Albertus Argentinenſis 633, 670
Albertus Stadenſis 522
Ammianus Marcellinus (l. 16 c. 4) 15
(l. 27) 44
Beniamin Tudelenſis (*Itinerar.*) 6
Browerus (*annal. Trevir.* l. 19 § 90) 766
Cellarius (*geograph. antiqu.* l. 2 c. 3) 192
Chronicon Laurishamenſe 374
Chronographus Saxo 522
Chytræus (l. 7 *Saxoniæ*) 805
Dorotheus (*Synops.*) 153

Yyy yyy Egil-

Egilwardus (*vit. S. Burchardi* l. 2 c. 11) 376
Engelhuſius (*Chronic.*) 382
Geſta Balduini (c. 8) 655
Gudenus (*hiſtor. Erfurtenſ.* l. 2 § 10) 668
Hieronymus (*tom.* 1 *epiſt.* 11) 44 (*epiſt.* 41) 106
Lundorpius (*tom.* 4 l. 1 c. 1) 939
Mallinkrot (*de Archicancellar. Imperii*) 65
Marianus Scotus 469, 522
Plinius (*hiſtor. natural.* l. 9 c. 15) 33
Rabanus (l. 2 *de inſtitut. Clericorum* c. 44) 395
Trithemius (part. 1 *Chronici Hirſaug.*) 452, 493
(part. 2) 651, 659, 794
Vita *B. Bardonis* (c. 2) 476

INDEX III

Pagorum, Comitatuum, vrbium, oppidorum, caſtrorum, vicorum, villarum, monaſteriorum &c.

in rebus hiſce Moguntiacis occurrentium,
ad notitiam geographicam mediorum temporum faciens.

Notes tamen, quod locorum, qui in tabulis, quarum apographum in *Codice Diplomatico* dare conſtitui, memorantur, hic haud habita fuerit ratio.

A

Abſperg 805
Adelburg 676
Adeldeville, Altavilla, *Elfels*, 487, 664
Adolfseck *caſtrum* 709, 778 tab. *b*)
Algesheim 760
Alich 601
Allendorf 711
Allerberg 720, 721
Almerode 826
Altaich 293
Althemium, *Altheim* 423
Hamanaburch, *Ameneburg*, 223, 268, 310
Amorbach 618
Anrode *monaſterium* 822
Ardeck 726
Arlon 682 tab.
Arnesburg, Arnsburg *monaſterium* 555 & ſeq.
Arnſtetten 434
Aſchaffa, *Aſchaffenburg* 451, 542, 570
Attingohem 287
Aulenhauſen, *Aulhauſen*, monaſterium 674
Aulesburg *al.* Hayne, *monaſterium* 554, 589, 717
Azmanſdorf 672

B

Bachgowe *Comitatus* 619, 627, 631
Badenheim 526
Ballenberg 674
Barr 827
Beckelnheim 195
Bensheim 672
Berbach *monaſterium* 815 tab. *a*)
Berneſſu 495
Bernheim 678
Berſtein 625 tab. *b*)
Bevern *monaſterium* 822
Biburg 778 tab. *a*)
Bichenried 554
Bickenbach 673, 802
Biebelriet 763
Billickheim *monaſterium* 777, 778 tab. *a*)
Binga, *Pinguia* 187, 192
Biſchotsguttern 721, 722, 726
Biſchofsheim ad Tubarim 222
Blanckenheim 756
Blanckenborn 650
Bleidenſtadt *monaſterium* 373, 807
Bleinich 526
Blickenrode 809
Bobenhauſen 720
Bockenheim 775
Boland 658
Boxberg 786, 790
Brackenheim 650
Breckenheim 625 tab. *b*)
Brechene 420
Breitenau *monaſterium* 543, 782
Brettenbrunum 268
Briſendorf 678
Britzwangen 655
Bruberg 815 tab. *b*)
Bruckenau 742, 771 tab.
Brumat 696
Brunbach, *Brumbach*, monaſterium 561
Bruneckhuſen 673
Brunesrod 594
Brunichenwillre 545
Brunnigeshago 502
Brunslar 782
Buche 673
Buraburg 234, 237, 312 & ſeq.
Burgbrettingen 816
Burgſchwalbach 815

C

Calſmund 738
Kachenberg, *Camberg*, monaſter. 526, 590
Camunzi, *caput montium*, Gamundium 407
Carben 720, 940
Caſſel, *Caſella* 698
Caſſel, *Caſtellum* 42, 185, 817

Digitized by Google

INDEX III

pagorum, urbium, villarum, monaſteriorum &c.

Catzenelnbogen 666 tab.
Cella *S. Georgii* 418
Cella *S. Martini* 527, 528
Cellis 382
Cent, *Kent*, Cantuaria 280
Cigerenhuſen 545
Clarenthal *monaſterium* 666 tab.
Cleeberg 666 tab.
Colonia 251, 264
Coſtheim 816
Crannichfeld 777
Crichingen 625 tab. *b*)
Cridiadunum, *Kirton* 275
Cronberg 909
Crutzen 625 tab. *b*)
Cuentavic, *Quentavicus* 280
Cülsheim, *Kulsheim* 628

D

David *caſtrum* 633
Delckenheim 683
Dexheim 721
Deynbach 775
Dieſſenthal *monaſterium* 783
Diepoldeshuſen 636
Diſibodenberg *monaſterium* 124, 450, 532, 612
Dockinga 270, 342
Docyncyrca 342, 352
Dorheim 625 tab. *b*)
Dornburg ad Albim 452
Dorneloch, *Dornhagen*, 472, 490, 491
Dorſtatt, *Batanodurum* 211, 280
Doſſenheim 775
Drydorf 725
Duderſtadt 658, 673, 678
Durbach 294
Durne, *Düren* 628
Dydensheim, *Deidesheim* 693

E

Eberbach, *Erbach*, monaſterium 546
Ebersheim 526
Eckſtett 752
Edichenſtein, *Idſtein*, 666 tab.
Ehinheim 612
Ehrenfels 670, 692
Eibingen *monaſterium* 194
Eichelberg 625 tab.
Eichſtadt 233, 235
Elbicherode 617
Elckirhauſen 708
Ellenhardesrode 554
Ems 792
Eppenſtein 543
Erbenheim 778 tab.
Erlenbach 655
Ermeneſwerethe 465
Erphesfurt, *Erfurtum*, 234, 237, 289, 314
Eſchbach 959
Eſchborn 909
Eſchwege 721, 722
Eſenheim 653

F

Falckenaw 527
Feliſa 287
Filsbach [illegible]
Fiſchberg 742, 771 tab.
Flonheim *monaſterium* 765
Floreff *monaſterium* 682 tab.
Forcheim 469
Franckenberg 677
Franckenhain 629
Frauenberg 803
Frauenſtein 783
Freckenhorſt 296
Freyendiez 726
Frideslar, *Fritzlaria*, 223, 289, 309
Frienfels 666 tab.
Fulda 260, 261, 265, 324, 742, 771 tab.
Fülsberg. 656 tab.
Fünthene, *Finthen*, 9, 41, 526
Fürſtenau 642, 667
Fürſteneck 670

G

Gebeldehuſen 678, 720, 721
Geiſa 742, 771 tab.
Geiſenheim 633
Geiſmere, *Geiſmaria*, 294, 1006
Geizlice 467
Gemünden an der Straſs 629
Gengenbach 672, 733
Gerhartſtein 698
Gernsheim 828
Gerode *monaſterium* 543
Gieſſa 650
Giſelbach 764
Gladebach 718
Gleſtingaburch 210
S. Goaris eccleſia 374
Gôbeſen 690
Godesborn 781
Goltpach 626
Goppoltzheim 815 tab. *b*)
Goſleri, *Goſlaria* 484
Gotzfelden 655
Grabfelt 266
Graventhunna 712
Grebenhuſen 666 tab.
Grevenſtein 697
Grindauwe 815 tab. *a*)
Gudenberg 625 tab. *b*)
Gudensberg 647, 698
Guglingen 650
Gummersheim 955
Guntheruſu 495
Guttersbach 405

H

Hachdorf 756
Hadelsdorf 752
Haldenbach 762
Haldershem 663
Haldeſſen 639
Hammerſtein 461

INDEX III

pagorum, urbium, villarum, monaſteriorum &c.

Hanau 720
Handſchuchsheim 775
Hanhuſen 940
Harburg 663
Hartenberg 633
Hartenburg 797 tab.
Hartenfels 769
Hartesburg ad Werram 527
Haſelau 720
Haſungen *monaſterium* 467, 504
Hattſtein 745
Hatzfeld 654
Hedernheim 546
Heidingsfeld 678
Heiligenberg 722
Heimbach 526
Heinzenberg 780
S. Helenæ cœnobium 806
Heppenheim 672
Hermanſtein 672
Herolfesfeld, Herueldia, *Hersfeld*, 373, 479
Heyde *cœnobium* 805
Heymberg 670
Hillpach 693
Himmelthal *monaſterium* 825
Hirſaugia 386
Hirzberg 653
Hirzwinckel 554
Hocheim *monaſterium* 774
Höchſt 402, 720, 723, 789
Hoenberg 625 tab. *b*)
Hoeſtatt 821
Hofgeiſmar 1006
Hofheim 353
Holtzheim 726
Holtzhuſen 726
Homburg 677
Homburg *monaſterium* 817
Hoſtracha *pagus* 342
Hundesruck *caſtrum* 759
Hunefeld 742, 771 tab.
Huppingeſteten 617
Hurſten 551
Huſun 546

I

Iaxtberg 750
Ilbenſtad, Elbinſtad, *monaſterium*, 543, 562, 771 tab. 781
Immenhuſen 647, 697
Ingelheim 429, 721, 733
Ingelheimer-Saal 675, 774
S. Ioannis monaſterium 532, 545, 764
Iſny 622
Itter 672

K

Katlenburg *monaſterium* 534, 822
Keltersbach 699
Kennickeim 660
Keppel *monaſterium* 805
Kermare 551
Keſtenburg 722
Kirberg 735 tab.
Kirchgandern 628
Kircheim 775
Kircheim *Dynaſtia* 804
Kirebere 554
Kirwweiler 693
Kirzinga 221, 304
Klingenberg 815
Klingenmunſter *monaſterium* 539, 764, 768
Klopp 692, 633
Kocherſtetten 802
Kruſebach 778 tab. *b*)
Kubach 655
Külsheim 628, 791, 792
Kyrrode 653

L

Lapeck 692
Lanheim 726
Lanſtein, Lonſtein, 692, 789
Larleuersheim 534
Lauterbach 742, 771 tab.
Lautern 733
Leyen 696
Leymhem 732
Lichtenberg 797 tab.
Liebenſtein 677
Liechtenberg 726
Liechtenſtern *monaſterium* 704 tab.
Lieſperg 723
Liezgo 461
Limburg *monaſterium* 815
Liney *Comitatus* 682 tab.
Lipoldesberg *monaſterium* 781
Liprinæ, *Leſtines* 317
Longenſtein 532
Ludera 383
Lundenwic, *Londinum* 211, 280
Luna 495

M

Magenheim 650
Maguntia 256, 264, 272
Malsburg 543
Marienmünſter *monaſterium* 544
Marienſchloſs *monaſterium* 783
Martinſtein 674
Maſſenheim 815 tab. *a*)
Mechtildenhuſen *Comecia* 625 tab. *a*)
Melsbach 625 tab. *a*)
Milſungen 647, 698
Mittelhuſen 610, 685
Molſperg 769
Monregowe *pagus* 551
Mons *Epiſcopi*, Biſchofsberg, 478
S. Felicitatis 728
D. Georgii 781
S. Ruperti 194, 805
Montfort *caſtrum* 767
Mülburg 620, 663
Mulberg 673

N Ner-

INDEX III

pagorum, vrbium, villarum, monaſteriorum &c.

N

Nerſtein 676, 721
Netzbach 726
Neudorf 821
Neuenbeymberg 969
Neuenbrunn 799
Neuhauſen 774
Niclaushauſen 789, 827
Niderburg 771
Niderglen 733
Nidernhall 649
Niedenberg 592
Nolckheim 168
Nörthen *monaſterium* 494
Nuenberg 758
Nuenhof 666 tab.
Nuwenfels 763
Nuſsloch 732
Nydenau 704 tab.

O

Oberdorla 790
Oberlauda 299
Ober-& Nider-Neſen 726
Oberwalſtatt 781
Ochſenfurtum 222, 757, 768
Odenheim 655
Odernheim 669, 721, 733, 796
Oeſtrich 633
Offenburg 672, 733
Olmen 647, 526
Omſtad 720
Opershofen 468, 815 tab. *b*)
Oppenheim 669, 721, 733
Ordurff 299
Orengau, *Oeringen* 655
Ortenau 672
Ortenburg 672, 733
Oſen 296
Oſtergow, Oſtrache, Hoſtracha *pagus* 342

P

Padenhuſen *monaſterium* 625 tab. *b*) 940
Palatiolum 287
Parauium, *Paſſau* 227
Pfaffenſchwabenheim *monaſterium* 545, 612, 785
Pfedersheim 656 tab. 738, 775
Pleſſe 672
Protſelden 799
Prumheim, *Pfraunheim* 546, 781

R

Radulveroth 436
Ratheſtorph 400
Ratisbona 227
Ravengeresburg *monaſterium* 511
Rendele *villa* 771 tab.
Rendele *monaſterium* 940
Reters *monaſterium* 625 tab.
Rhinberg, *Rheinberg*, caſtrum 620
Richenſtein 667, 670
Rieneck 655
Riffenſtein *cœnobium* 587
Rockenburg 815 tab.
Rockenhuſen 693
Rockenſtul 742, 771 tab.
Rode *monaſterium* 682 tab.
Rodenkirch *monaſterium* 752
Rôdelheim 764, 781
Rosbach 601
Roſenthal *monaſterium* 631
Rüdesheim 633, 735

S

Sachſenhauſen 801
Salchenmunſter, *Salmünſter*, 414
Saltza 663, 686
Saltzburg 227
Saltzungen 726, 797 tab.
Scarpenberg 543
Schafheim 720
Schaken, *monaſterium* 673
Schardenberg 647
Scharpfenſtein 633, 637, 730
Schauenberg 646
Schaumburg 667
Schildeck 742
Schirſtein 778 tab. *a*)
Schônaw *monaſterium* 546
Schônenberg 643, 722
Schôningen 449
Schonovve 629
Schonreſtede 610
Schônthal 648
Schotten 625 tab. *b*)
Schowenburg 586
Schüpf 786, 790
Schurburg 655, 795
Schvvabsberg 721
Schvveigern 786
Schvveinsberg 750
Seelheim 268, 310
Selegenſtad, *Selgenſtatt* 101, 627
Seylfurt 625 tab. *b*)
Sibürgeshuſen 461
Simera 191
Sithiu *monaſterium* 332
Sittelbach 625 tab. *a*)
Slitiſſe, *Schlitz*, 380
Solme 655, 693, 795
Solonis cella, *Solenhoven*, 302
Solzheim 675
Spedenberg 610
Spira 264
Starckenberg 672, 692
Stauff 775
Stauffenberg 294, 1008
Steina *monaſterium* 762, 773, 784, 804, 816
Steinach auf dem Necker 648
Steincallenfels 806
Steinheim 625 tab. *b*) 740, 789

Steinsberg 693
Sternfels 720
Steyne 704 tab. *b*)
Stobra 672
Suderberg 625 tab. *a*)
Sulceheim 545
Sunneburg 666 tab.
Svveinheim, *Schvvanheim*, 625 tab. *b*)
Sybenleiben 610

T

Tannenberg 712
Tannenfels 775
Techengovva *pagus* 495
Thundorf *monaſterium* 822
Treffurt 295
Treisberg 625 tab. *a*)
Treth, Trieth, *Traiectum* ad *Rhenum*, 211, 233, 264, 269, 271, 280, 285
Treysbach 629
Triburia, *Trebur*, 101
Trifels 536
Trumbach *monaſterium* 826
Tundorf 673
Tungris 264
Tuphleiben 685
Turnilan, *Dorlan*, 453

V

Valbruck *monaſterium* 816
Vallis *Dei* monaſterium 554
S. Georgii monaſterium 553
B. Mariæ, Marienthal, 653
Vchtershuſen 620
Velſperg 647
Vilmar 674
Vinicella, *VVinckel*, 403
Virnenburg 656
Vredelant 673
Vrba, *Orb*, 655, 675
Vrſel 546
Vtherburg 693

W

Walberc 592
Walckenried *monaſterium* 549
Waldböckelheim 619
Waldeshuſen *monaſterium* 643
Waldleybersheim 752
Walsdorf 732
Wangenheim 699
Wartenberg 695
Wartenſtein 780
Wedelberg 686, 722, 758
Weges 816
Weinheim 659, 660
Weiſenſtein 765
Wersborn 666 tab.
Werſtatt 675
Werthen *monaſterium* 479
Weſſesburch 210
Weſtergovv *pagus* 342
Wieden *Comecia* 625 tab. *a*)
Wilburg 666 tab.
Wildemündsheim 649
Wildenberg 617, 692
Wilesheim 678
Wilnau 666 tab. 667
Wiltaburg 280, 285
Windinsheim, *VVindesheim*, 735 tab.
Wingereshuſen 461
Winſperg 704 tab. *b*)
Winternheim 721
Wirciburg, *VVirzburg*, 233, 234, 237, 337, 338
Wiſebaden 666 tab. 778 tab. *a*)
Woldenſtein 759
Wolffen 816
S. VVolfgangi monaſterium 828
Wolfhagen 647, 697
Wolmsheim 735 tab.
Wonecken 720
Wörbes 663, 972
Wormatia 264
Woversbach 546
Wymnidesheim 534
Wyrda 287

Y

Ymchenhain *monaſterium* 817

Z

Zappenberg 722
Zeilsheim 778
Zell 672, 733
Zierenberg 647
Zvvingenberg 718

APPENDIX,

Indicem *montium*, *ſiluarum*, *fluuiorum*, & *riuorum* complectens.

a)

Montium

Bürberg 313
Coberg, *Kübberg*, 544
Donnersberg 631
Eiſenberg 732
Engersberg 295
Hanenberg 698
Haſungen 467
Hülffensberg 295
Oſnegg, *Sant Hülffe*, 295
Rethberg 295
Stuffenberg 294

Veldberg

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

Veldberg 909
Wesberg, *Vogelsberg*, 478

b)

Siluarum

Bochonia 266, 267, 324, 389
Branwalt 601
Durtsheck 754
Königswald 676
Muckenſturm 723
Sane 191

c)

Fluuiorum, lacuum, & riuorum

Almeri, *Almari*, 269, 287
Apſſla 191
Aſchaff 541
Borthne 269, 342
Cia, *Ombach*, 8
Cuent, *Quantia*, 280
Elra 191
Febra 287
Fulda 260, 265, 266, 267
Geule 417
Girahlaha 380
Heienbach 191
Mœnus 33
Naua, *Nohe*, 191
Oma, *Amana* 310
Oraha 220, 299
Rhenus 287
Selſa 191
Simera 191
Wiſeraha 232

INDEX IV

Pontificum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum &c.

Ducum, Principum, Comitum, Dominorum, Nobiliumque illuſtrium,

quorum

vel *litteræ*, vel *nomina*, vel *res*

in annotationibus ac continuatione ſubiuncta

e tabulis ac litteris manuſcr.

adducuntur.

Notes autem, hic prætermiſſos eſſe,

de quibus

a) in diplomatibus, litteriſque in *Codicem Diplomaticum* coniectis,

b) in Elencho *Prælatorum & Canonicorum Moguntinenſium* pleniori agitur.

a)

Sedis Romanæ Pontificum,

quorum Breuia ſiue litteræ afferuntur.

Benedictus XII (1336) 656
Sixtus IV (1476) 789
Clemens VIII (1600) 897
Vrbanus VIII (1630) 941 (1639) 952
Clemens X (1673) 976
Innocentius XI (1685) 983

b)

Archiepiſcoporum S. R. I. Epiſcoporum, & Abbatum Principum dignitate fulgentium.

1)

Archiepiſcoporum.

Sedis

Treuirenſis Cuno (1380) 693
Wernherus (1397) 711 (1408) 725 (1409) 815 tab. *a*) (1410) 726 (1414) 729 (1417) 732
Otho (1421) 738 (1428) 742
Rabanus (1436) 749 (1439) 753
Iacobus (1440) 755 (1441) 756 (1444) 759
Ioannes II (1457) 768 (1484) 779 (1487) 800
Ioannes III (1532) 841
Ioannes V (1584) 860
Lotharius (1606) 912 (1610) 917
Philippus Chriſtophorus (1630) 942 (1632) 946
Carolus Caſpar (165:) 963

Colonienſis Henricus (1329) 656 tab.
Wilhelmus (1354) 670
Fridericus III (1407) 724
Theodericus II (1414) 729 (1417) 732 (1419) 734 (1426) 740, 741 (1427) 742 (1428) 742 (1436) 749 (1439) 753, 755 (1444) 759
Hermannus IV (1487) 800
Hermannus V (1518) 870

Digitized by Google

Fridericus IV (1562) 870
Erneſtus (1606) 912, (1610) 915
Ferdinandus (1620) 925
Maximilian. Henricus (1650) 963
Magdeburgenſis Otho (1356) 672
Salzburgenſis Michael (1558) 867

2)
Epiſcoporum,
ſecundum ordinem alphabeticum.

Eccleſia
Argentoratenſis Ioannes II (1354) 670, (1356) 672
Wilhelmus II (1425) 750, (1429) 743
Conradus IV *de* Buſnang, Ioannes *de* Ochſenſtein } *Antiepiſcopi* 754
Wilhelmus III (1525) 830, (1521) 841
Leopold. Wilhelmus (1609) 913
Auguſtana Petrus (1446) 762
Henricus IV (1518) 827
Bambergenſis Otho (1103) 528
Henricus I (1247) 625 tab. *a*)
Lambertus (1389) 699
Antonius (1449) 763
Philippus (1475) 797 tab.
Melchior Otho (1650) 963
Petrus Philippus (1676) 979
Marquardus Sebaſtianus († 693) 986
Lotharius Franciſcus (1693) 986
Brandenburgenſis Hieronymus (1519) 828
Brixienſis Chriſtophorus (1518) 827
Chimſeenſis Silueſter (1446) 762 (1450) 769
Curienſis Ioannes III (1417) 732
Henricus VII (1495) 806
Eichſtadenſis Philippus (1320) 717
Fridericus V (1403) 718
Ioannes II (1415) 730
Albertus (1445) 760
Ioannes III (1445) 760, (1459) 773
Gabriel (1518) 817
Ioañes Chriſtophorus (1613) 920
Friſingenſis Conradus (1258-1279) 608 tab.
Emicho († 1311) 608 tab.
Halberſtadenſis Rudolfus (1405) 722
Hildesheimenſis Magnus (1444) 759
Leodienſis Ioannes V (1366) 678
Lubecenſis Conradus III (1380) 693
Ioannes VII (1439) 753
Merſeburgenſis Otho (1403) 720
Monaſterienſis Ludouicus II (1328) 652, (1356) 672
Chriſtophorus Bernhardus (1664) 970
Oſnabrugenſis Franciſcus Ego (1626) 931
Franciſcus Wilhelmus (1628) 938
Paderbornenſis Ioannes (1364) 656 tab.
Wilhelmus (1410) 726
Patauienſis Leonhardus (1439) 753
Ratisbonenſis Sifridus (1232) 593

Stirpe Rhingrauiorum *de* Lapide *ortus & aulæ Imperialis Cancellarius fuit. quo vid. Chronicon Collegiatæ* S. Stephani § 22 *p.* 532 *tom.* 2.

Spirenſis Bruno (1124) 533
Adolfus (1374) 1019
Nicolaus (1382) 695 (1395) 708
Rabanus (1406) 724 (1418) 733 (1423) 738 (1435) 748
Sifridus III (1458) 769 (1459) 773
Philippus I (1505) 815
Philippus Chriſtophor⁹ (1613) 920
Lotharius Fridericus (1670) 973
Damianus Hugo 985 tab.
Tridentina Bernhardus Cleſius (1531) 841
Verdunenſis Wilhelmus (1439) 753
VVirzburgenſis Gerhardus (1391) 1022
Ioannes II (1413) 729 (1421) 737, 738 (1423) 739 (1425) 740 (1428) 742, 743 (1432) 745 (1437) 750
Godefridus IV (1449) 763
Conradus IV (1532) 841
Melchior (1546) 849
Iulius (1559) 867
Franciſcus (1632) 946, (1642) 960
Ioannes Philippus (1642) 960
Petrus Philippus (1676) 979
Ioannes Philippus Franciſcus (1719) 88, 985 tab.
VVormatienſis Fridericus II (1436) 749, (1445) 760
Reinhardus I (1445) 760 (1465) 782 (1466) 783
Reinhardus II (1512) 821
Georgius (1582) 889
Ioannes Philippus (1665) 971
Lotharius Fridericus (1673) 975
Damianus Hartardus (1675) 979
Carolus Henricus (1679) 98

3)
Abbatum.

Cœnobii
Fuldenſis Henricus (1259) 1021
Conradus (1382) 695, 771 tab.
Fridericus (1383) 695

Ioannes

Digitized by Google

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

Ioannes (1403) 718 (1410) 726 (1413) 728 (1426) 740
Hermannus II (1440) 747 tab. 756 (1444) 759
Ioannes (1486) 797 tab.
Ioannes Bernhardus (1629) 939 (1630) 942
[illegible] (1632) 947
Ioannes Adolfus (1633) 947 (1635) 949
Hermannus Georgius (1635) 949 (1644) 955
Ioachimus (1644) 955
[illegible] (1662) 966

Herſfeldenſis Henricus (1259) 1021
Ioannes (1356) 672
Hermannus (1400) 714 (1413) 728
Albertus (1420) 736
Leopoldus Wilhelmus (1628) 938

VVeiſſenburgenſis Ioannes (1392) 706
Philippus (1440) 747 tab.

4)

Antiſtitum exterorum.

Marquardus Patriarcha Aquilegienſis (1366) 678
Philippus Archiepiſcopus Turonenſis (1439) 753
Ioannes Epiſcopus Trecenſis (1439) 753
Albertus Conchenſis (1439) 753
Matthæus Albigaunenſis (1439) 753

5)

Legatorum & Nuntiorum Pontificiorum,

Stephanus Archiepiſcopus Toloſanus (1355) 671
Reginaldus Antiſtes Vlyſſibonenſis (1355) 671
Branda Cardinalis Placentinus (1422) 738
Henricus Vintonienſis *S. Euſebii* Cardinalis Presbyter (1428) 742
Ioannes Archiepiſc. Tarentinus }
Ioannes Fiſcellus D. & Miles } (1439) 754
Ioannes de *Turrecremata* }
Honufrius Epiſcopus Tricaricenſis }
Petrus de *Ferrici* } (1464) 780
Cariolanus Epiſcopus Auſerenſis (1604) 911
Petrus Aloyſius Caraſa Epiſcopus Tricaricenſis (1626) 935 (1634) 947
Fabius Chiſius Epiſcopus Neritonenſis (1639) 952 (1642) 960

c)

Regum.

Galliæ Henricus II (1552) 857
Henricus IV (1609) 914
Hiſpaniæ Carolus I (1519) 1027
Philippus III (1610) 916 (1623) 927
Angliæ Richardus (1495) 806
Poloniæ Henricus *Valeſius* (1573) 878
Bohemiæ Othocarus (1261) 615
Carolus IV (1366) 780
Wenceslaus (1366) 780
Georgius (1464) 780
Cypri Ioannes (1452) 766

d)

Electorum, Ducum, Landgrauiorum, Marchionum, Principum.

1) *Comitum Palatinorum Rheni, Ducum Bauariæ,*

Domus Electoral. Otho (1252) 625 tab. *a*)
fratres { Rudolfus (1350) 669
Rupertus (1339) 658, 659 }
Rupertus *Durus* (1344) 658, 659 (1395) 706, 708
Rupertus Clemens (1391) 706
Ludouicus *Barbatus* (1417) 732 (1418) 733, 734 (1425) 740 (1428) 743 (1429) 745
fratres { Ludouicus (1436) 749 (1442) 815 tab. *b*) (1446) 761
Fridericus I (1450) 763 (1455) 766 (1456) 767, 768
Rupertus (1456) 767 }
Philippus (1486) 799 (1487) 800 (1502) 810
fratres { Ludouicus (1532) 841
Fridericus II (1554) 860
Otho Henricus (1556) 815 }
Fridericus III *e Simmerenſibus* (1561) 815
Fridericus V (1617) 921 (1619) 922

Famil. Simmerenſis prioris Stephanus (1407) 724 (1416) 731 (1448, 1449) 763 (1458) 769
Fridericus (1448) 763
poſterioris Ludouicus Henricus (1661) 969 (1674) 977
Neuſorenſis Ioannes (1407) 724
Bipontina Stephanus *l. d.*
Ludouicus *Niger* (1458) 769, 770 (1459) 774 (1466) 969

Digitized by Google

Mosbacenſis Otho I (1407) 724 (1418) 733 (1432) 745 (1434) 748 (1435) 749 (1437) 750 (1445) 760 (1446) 761 (1447) 762 (1449) 763 (1453) 765
Otho II (1453) 765 (1458) 769

2) *Bavariæ*,
Comitum Palatinorum Rheni.

Stephanus *iunior* (1375) 1019
Henricus *Dives* (1432) 745
Ludouicus *Barbatus* (1442) 257
Ludouicus (1445) 760
Wilhelmus IV (1518) 827
Albertus V (1554) 868
Maximilianus (1620) 925 (1621) 926 (1623) 928 (1624) 929 (1630) 942

3) *Saxoniæ*,
e familia *Aſcania*,

Rudolfus II (1366) 678
Rudolfus III (1413) 729

e familia Landgrauiorum Thuringiæ,

Fridericus *Bellicoſus* (1424) 739 (1427) 742
fratres { Fridericus *Placidus* (1424) 739 (1436) 749 (1440) 555 (1449) 763 (1459) 770
Wilhelmus
Albertus *Erneſti* fil. (1479) 791
Fridericus *Alberti Animoſi* fil. (1494) 805
Ioannes Fridericus (1530) 840
Auguſtus (1584) 890
Chriſtianus II (1610) 915
Ioannes Georgius I (1620) 925 (1631) 945
Bernhardus *Vinarienſis* (1635) 949 (1639) 952

4) *Marchionum Brandenburgenſium*,
e familia *Aſcania*,

Waldemarus I (1314) 1022

e Burggrauiis Norimbergenſibus,

Fridericus (1421) 737 (1425) 740 (1434) 748
fratres { Ioannes (1437) 750 (1445) 760 (1446) 761 (1449) 763
Fridericus (1437)
Albertus (1437) 750 (1445) 760 (1446) 761 (1447) 762 (1449) 763 (1458) 769, 770 (1459) 770, 774
Fridericus (1495) 807
Caſimirus (1518) 827

Anna *Alberti* Elect. f. (1499) 809

5) *Ducum Brunſuicenſium & Lüneburgenſium*,

a) Wilhelmus *Othonis* Strenui fil. (1358) 673
b) Henricus *Mirabilis* (1308) 636
Henricus *de Græcia* (1342) 658
c) *fratres* { Albertus II (1363) 677 (1366) 678
Ioannes (1363) 677
Fridericus (1401) 717 (1420) 666 tab.
Ericus *Alberti II* fil. (1420) 666 tab.
fratres { Henricus (1439) 754 (1444) 759
Erneſtus (1444) 759
Otho *Friderici* fil. (1401) 717 (1420) 666 tab.
d) Albertus *Pinguis* (1318) 643
fratres { Otho (1318) 643
Erneſtus (1356) 672 (1356) 673 (1363) 677
Otho *Erneſti* f. (1363) 677 (1387) 698, 699
Otho *Cocles* (1415) 722
e) *fratres* { Bernhardus *Magni* Torquati fil. (1405) 722 (1410) 729
Henricus (1405) 722 (1413) 729 (1415) 730
Otho *Bernhardi* f. (1410) 727
fratres { Wilhelmus ſen. *Henrici* f. (1427) 742
Henricus (1427) 742
Wilhelmus iun. *ſenior*. f. (1477) 789
f) Henricus Iulius (1610) 915
fratres { Fridericus Vlricus (1619) 930
Chriſtianus (1621) 926
Georgius (1632) 947
* Adelheidis *Henrici* Mirabil. fil. (1294) 625 tab. *a*)
Eliſabetha Chriſtina (1707) 990

6) *Auſtriæ*

Ducum Henricus *Placidus* (134.) 656 tab. lit. *g*. *h*.
Fridericus (1408) 725 1414) 729, 1023
Sigiſmundus (1459) 773
Albertus (1446) 761 (1458) 769 (1459) 773
Archiducum *fratres* { Erneſtus (1573) 877 (1575) 878
Matthias (1610) 915
Maximilianus (1610) 915
Albertus (1616) 915
fratres { Ferdinandus (1610) 915
Leopoldus (1609) 913 (1610) 915

7) *E fami-*

INDEX IV
Perſonarum illuſtrium.

7) *E familiis extinctis Ducum*

Cliuiæ, Adolfus (1404) 721
Iuliaci & Geldriæ, Reinaldus (1417) 732
Iuliaci, Cliuiæ, & Mont. Ioannes Wilhelmus (†1609) 912

8) *Ducum Wirtenbergenſium,*

Eberhardus (1496) 807
Chriſtophorus (1454) 860

9) *Landgrauiorum Thuringiæ & Marchionum Miſniæ,*

Henricus *Illuſtris* (1254) 610
Albertus (1291) 626
fratres { Fridericus *Strenuus* (1350) 663 (1356) 672
Balthaſar (1350) 663 (1385) 696 (1387) 698
Wilhelmus *Cocles* (1350) 663 (1385) 696 (1403) 719 }
Fridericus *Simplex* (1410) 727 (1415) 730
fratres { Fridericus *Bellicoſus* (1403) 719 (1415) 730 (1413) 728
Wilhelmus (1403) 719 (1410) 726 (1413) 728 (1415) 730 (1421) 737, 738
Georgius (1385) 696 }

10) *Landgrauiorum Haſſiæ,*

m. Sophia, *f.* Henricus (1261) 615, 616
Otho (1324) 647
fratres { Henricus II (1356) 672 (1364) 677
Ludouicus I (1356) 672 }
Otho *Henrici II* f. (1364) 677
Hermannus *Ludouici I* f. (1385) 696 (1387) 699 (1395) 708 (1403) 719 (1405) 722
Ludouicus II (1413) 729 (1415) 730 (1424) 739 (1427) 741, 742 (1442) 758
fratres { Ludouicus III (1459) 770
Henricus III (1480) 792 }
fratres { Wilhelmus I *Ludouici III* fil. (1489) 803, 804
Wilhelmus II (1504 812 (1509) 820 }
Philippus *Magnanimus* (1519) 829 (1532) 841 (1542) 942
Wilhelmus IV (1552 817 (1573) 878
Mauricius (1610) 917
Wilhelmus V (1612) 919 (1613) 920 (1631) 945, 946 (1636 950
familia Darmſtadienſis,
Ludouicus *Fidelis* (1610 915. 917 (1620) 925 (1624) 929
Georgius (1630) 942 (1634) 948

11) *Marchionum Badenſium,*

Rudolfus V (1326) 650
Rudolfus VIII (1355) 671
Bernhardus I (1392) 706 (1395) 708 (1405) 722 (1408) 725 (1416) 725 (1420) 778 tab. *a*)
Iacobus I (1445) 760 (1446) 761, 762 (1447) 762 (1449) 763 (1453) 763
fratres { *Bernhardus III (1454) 765
Carolus I (1454) 765 (1458 769 }
Ludouicus (1700) 672
*Margareta *Bernhardi I* f. (1420) 778 tab. *a*) (1438) 778 tab. *b*)

12) *Burggrauiorum Norimbergenſium.*

Fridericus IV (†iam 1337) 689
Ioannes II (1337) 689
Fridericus VI (1403, 718
*Margareta (1337, 689

13) *Landgrauiorum Leuchtenbergenſium,*

Henricus (1380) 693
Leopoldus (1426) 740 (1431) 744

14) *Principum Anhaltinorum,*

Chriſtianus (1617) 921

15) *Ducum quorundam aliorum,*

Lotharingiæ Carolus I (1414) 729
Carolus II (1513) 878
Lucenburgi Wenceslaus (1366) 678
Sabaudiæ Carolus Emanuel (1666) 971
Teſchinenſis Premislaus I (1380) 693

e)

Magiſtrorum Ordinum ſacrorum militarium.

1) *Ordinis Teutonici,* ſupremorum.

Paulus *de* Rusdorf (1440) 755
Maximilianus *Archidux Auſtriæ* (1616) 921
Ludouicus Antonius *C. P. Rheni* (1691) 984
Franciſcus Ludouicus *C. P. Rheni* (1710) 991

per Germaniam & Italiam,
Philippus *de* Bickenbach (1364) 677
Eberhardus *de* Seinsheim (1440) 755
Iodocus *de* Venningen (1450) 763 (1451) 764 (1456) 766
Vlricus *de* Lentersheim (1465) 783
Reinhartus *de* Neyperg (1483) 795
Andreas *de* Grumbach (1495) 806 (1489) 78[illegible]

2) *Equitum S. Georgii,*
Ioannes Andreas Angelus Flauius Comnenus (1630) 945

3) *Enſiferorum per Liuoniam,*
Heidenricus Finck *de* Auerberg (1440) 755

f)

Comitum,

de *Arnſperg* Fridericus (1122) 548
de *Berg* in *Ravenſtein* Wilhelmus (1425) 739
de *Brandenberg* Albertus (1291) 626
de *Catzenelnbogen* Eberhardus (1270) 625 tab. *a*
Wilhelmus (1296) 771 tab.
Dietherus (1315) 639
Eberhardus (1360) 671 (1391) 706
Dietherus (1384) 771 tab. (1387) 698 (1391) 706 (1392) 706 (1397) 711
Gerhardus (1392) 706
Ioannes (1397) 711 (1403) 718 (1418) 733 (1435) 748
Philippus *ſen.* (1427) 742 (1428) 743 (1431) 744
Philippus *iun.* (1431) 744
* Eliſabetha (1357) 673
Margareta (1384) 771 tab.
Eliſabetha (1387) 698
de *Criechingen* Franciſcus Erneſtus (1629) 931, 941
de *Cronberg* Adamus Philippus (1625) 909
Crato Adolf. Otho († 1692) 910 tab.
de *Dann* in *Falckenſtein* Wilhelmus Wirichius (1661) 969
p. Philippus Franciſcus 910 tab.
f. Maria Sidonia (1624) 910 tab.
de *Eberſtein* Poppo (1359) 674
Ioannes (1359) 674 (1380) 693
p. Bernhard. (1434) 815 tab. *b*
f. Ioannes (1434) 815 tab. *b*
* Barbara (1473) 815 tab. *b*
ab *Egmond* * Anna (1515) 656 tab.
ab *Eppenſtein* Eberhardus 815 tab. *b*
de *Falckenſtein* Philippus († iam 1409) 815 tab. *a*
de *Fürſtenberg* Ladislaus (1612) 918
de *Gleichen* Henricus (1375) 690
Erneſtus (1375) 690 (1399) 712
Ludouicus (1440) 756 (1460) 775
Adolfus (1440) 756
Sigismundus (1440) 756 (1455) 766 (1485) 797 tab.
Hector (1507) 817
de *Hanau* Reinhardus (1432) 735 tab.
Reinhardus *iun.* (1444) 759 (1448) 815 tab. *b*)
Philippus (1466) 783 (1478) 815 tab. *a*) (1480) 815 tab. *b*)
Ioannes Reinhardus (1619) 935
* Margareta (1478) 815 tab. *a*)
de *Harrach* Carolus (1619) 921
de *Helfenſtein* Vlricus (1441) 757
de *Henneberg* Bertholdus (1278) 620
Henricus (1328) 650
Bertholdus (1332) 654
Henricus (1385) 697
Hermannus (1386) 698
Georgius (1450) 763
Otho (1455) 766
Georgius (1483) 795
Otho (1486) 803
Hermannus (1491) 804
Wilhelmus (1499) 809 (1518) 827
* Iutta (1350) 663
Eliſabetha (1386) 698
Anna (1406) 704 tab.
de *Hohenzollern* Ioannes Georgius (1610) 917
Eitel Fridericus (1619) 924
de *Hoia* Ericus (1425) 739
Ioannes (1425) 739
de *Homburg* Arnoldus (1363)
* Iutta (1363) 677
Catharina (1363)
de *Honſtein* Henricus (1350) 663 (1354) 670 (1356) 672 (1375) 690
p. Henricus (1403) 720
f. { Henricus, Erneſtus, Güntherus } (1403) 720
Erneſtus { 1436
Eilgerus 1436 } 749
Erneſtus (1494) 805
Martinus (1571) 877
de *Horn* Iacobus (14..)
* Ioannetta (14..) 656 tab.
de *Iſenburg* Salentinus *ſenior* (1379) 691 (1401) 717
Salentinus *iunior* (1401) 717

de

Digitized by Google

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

de *Iſenburg Büdingen* Dietherus (1446) 761 (1456) 767 (1459) 771 tab. (1460) 771 tab.
Ludouicus (1459) 773 (1460) 771 tab. (1463) 771 tab. (1482) 795 (1505) 815
Philippus (1461) 771 tab. (1509) 810
Ioannes (1477) 790 (1479) 771 tab. (1483) 796 (1485) 798 (1489) 803
Georgius (1558) 866
Wolfgangus (1575) 878
de *Kannitz* Dominic. Andreas †1705 990
de *Keverenburg* Güntherus (1341) 625 tab. *b*
* Margareta (1341) 625 tab. *b*
de *Khevenhüller* Franciſcus Chriſtophorus (1627) 935
de *Kirchberg* Albertus *Burggrauius* (1398) 711
de *Königſtein* Eberhardus (1509) 820 (1515) 825
Kurtz Ferdinandus Sigiſmundus (1658) 951
de *Leiningen* Fridericus (1325) 647
Emicho (13..) 704 tab.
Emicho (1435) 749 (1441) 757
Heſſo II *Landgr.* (1450) 763 (1458) 769 (1460) 775 (1466) 783
Ioannes Henricus (1552) 858
* Anna (1403, 1410) 704 tab.
de *Leiningen VVeſterburg* Cuno (14..) 656 tab.
de *Lövvenſtein* Wolfgangus (1552) 858
Ludouicus (1552) 858 (1573) 878
de *Manderſcheid* Cuno (1478) 656 tab.
Carolus (1629) 939
de *Mansfeld* Güntherus (1403) 720
p. Albertus 802
lib. { Guntherus, Erneſtus, Hoierus, *Anna, Eliſabetha } (1488) 802
Wolfgangus (1609) 914
von *der Marck* Ioannes (14..) 656 tab.
* Ludouica (1473) 815 tab. *b*
Ioſina (1522) 656 tab.
Ottilia († iam 1558) 656 tab.
de *Naſſau lin. Ottonian.* Emicho (1324) 647
Otho (1347) 667
fratres { Ioannes (1347) 667; Henricus (1347) 667 }
Otho (1380) 692
fratres { Adolfus *Ioannis* f. († iam 1420) 815 tab. *a*; Engelbertus (1420) 815 tab. *a* (1438) 754 (1442) 758 }
Ioannes (1425) 739
Henricus (1438) 753 (1439) 754
* Iutta *Adolfi* f. (1420) tab. *a*
Maria *Engelberti* f. (1435) 778 tab. *b*
Siegen Ioannes (1631) 944
Hadamar Ioannes (1349) 668
VVisbaden Gerlacus (1328) 652 (1347) 667
Adolfus (1347) 667 (1349) 668 (1364) 815 tab. *a*
Adolfus *VValrami* f. (1407) 724
Ioannes (1454) 765 (1466) 783
VVeilburg-Sarbrücken Ioannes [1347] 667 (1349) 668 [1354] 670
Philippus [1397] 711 (1407) 724 [1418] 733
VVeilburg Philippus [1442] 758 [1491] 804
Ioannes [1491] 804
Ludouicus [1491] 804
Philippus [1552] 858
* Agnes *Adolfi II* f. [1363, 1369] 815 tab. *a*
Anna *Adolfi III* f. [1425-143.] 815 tab. *a*
Maria *Ioannis* Wisbad. filia [1463] 771 tab.
conf. tab. Naſſouio-Wisbadenſium *genearch.* p. 666, 689, 778.
de *Noſtitz* Ioannes Hartwicus [1673] 975
de *Oldenburg* Chriſtophorus [1552] 858
de *Oettingen* *fratres* { Ludouicus [1392] 706 [1403] 718; Fridericus [1392) 706 [1403] 718 [1406] 724 }
Ioachimus [1518] 827
Wilhelmus [1593] 897
Wolfgangus [1689] 983
de *Orlamünde* Hermannus [1279] 620
de *Regenſtein* Vlricus [1403] 720 [1435] 749
Rhingrauius Emercho [1232] 539
conf. infra Wild- & Rhingrauii.
de *Rieneck* Ludouicus *iunior* [1323] 646 [† iam 1344] 655
fratres { Gerhardus [1344] 655 [1357] 673; Albertus [1344] 655 }
Henricus [1344] 654
Gerhardus [1344] 654
Godefridus [1381] 694
Ludouicus [1377] 689 [1386] 698
Thomas [1386] 698 [1426] 741 [1427] 742
Philippus [1444] 759
Philippus *iunior* [1460] 815 tab. *b* [1485] 797 tab.

fratres { Reinhardus (1497) 808 (1509) 810 (1518) 826
Thomas (1497) 808
Ioannes (1497) 808 }
Philippus, *gentis ſuæ vltimus*, (1559) 880

Rugravii Henricus *iunior* (1325) 647
Philippus (1380) 692. 693

de *Sarbrücken* * Ioanna (1372) 666 tab.

de *Sarvverden* Fridericus (1354) 670
Henricus (1392) 706

de *Schönborn* Fridericus Carolus (1705) 990
conf. tabulam illorum genearchicam p. 986

de *Schvvarzburg* Henricus (1356) 672
Güntherus (1356) 672 (1357) 666 tab.
Ioannes (1398) 711
* Anna (1422) 739

de *Schvvartzenberg* Georgius Ludouicus (1626) 931

de *Seyne* Henricus († iam 1247) 625 tab. *a*
Gerhardus (1464) 780
* Veronica (1490) 804

de *Solms* Ioannes (1380) 693
fratres { Bernhardus (1427) 742 (1444) 759. 815 tab. *b* (1459) 773
Ioannes (1427) 742 (1444) 759. 815 tab. *b* }
Cuno (1457) 815 tab. *a* (1464) 781
Otho (1466) 783 (1468) 815 tab. *b*
Philippus (14..) 656 tab.
Fridericus (1612) 918
* Anna (1423) 738
Eliſabetha (1435) 771 tab.
Agnes (14..) 656 tab.
Walpurgis (14..) 656 tab.

de *Sponheim* Bertholdus (1124) 511
Ioannes (1282) 620
Walramus (1366) 678
Ioannes (1340) 608 tab. (1353) 669
Henricus (1384) 696
Ioannes (1392) 706
|
Ioannes (1392) 706
|
Ioannes (1392) 706 (1428) 743
* Künigunda (1386) 698

de *Stolberg* Henricus (1375) 690
Henricus (1499) 815 tab. *b*
|
Botho (1499) 815 tab. *b*

de *Sulz* Aluicus 806
|
fratres { Rudolfus (1495) 806
Wolfgangus Hermannus (1495) 806 }

Trautſon de Falckenſtein Paulus Sixtus (1619) 921

de *Veldentz* Georgius (1339) 657 (1340) 608 tab.
Henricus (1354) 670
| (1357) 673 (1387) 698
Henricus (1387) 698
Fridericus (1392) 706
Georgius (1392) 706

de *Virnenburg* Henricus (1329) 656
Ioannes (1329) 656
Rupertus (1329) 656
Philippus (1438) 753
conf. tabul. illorum genearchicam p. 656.

de *VValdeck* Adolfus (1259) 1021
Henricus (1313) 639 (1328) 650
Otho (1345) 625 tab. *b*
Henricus (1398) 689 (1401) 717 (1410) 726 (1426) 778 tab. *b* (1427) 742
Walramus (1427) 742 (1472) 801
Philippus (1472) 801
* Mechtildis (1324) tab. 625 *b*

de *VValdenſtein* Albertus (1263) 616

de *VVerdenberg* Hugo (1495) 806

de *VVertheim* Poppo (1270) 625 tab. *a*
Rudolfus (1291) 628 (1323) 646 (1339) 625 tab. *b*
Eberhardus (1357) 704 tab.
Michael (1421) 738 (1424) 739 (1339) 625 tab. *b*
Ioannes (1425) 739 (1426) 740 (1440) 755 (1456) 766
|
Georgius (1444) 758
|
Ioannes (1479) 792
Wilhelmus *Michaëlis f.* (1444) 759 (1446) 761 (1454) 765 (1456) 766
* Sophia (1358) 771 tab.

de *VVied* Wilhelmus (1378) 691 (1380) 693 (1401) 717
Gerlacus (1401) 717
Wilhelmus (1436) 749
Fridericus (14..) 656 tab.
* Anaſtaſia 815 tab. *a*

VVildgravii* ſiue *Comites Silueſtres.
conf. tabul. illorum genearchicam p. 608.

VVild- & Rhingravii Ioannes II (1339) 659 (1370) 608 tab.
Conradus (1418) 733
fratres { Ioannes III (1409) 608 tab.
Fridericus (1420) 815 tab. *a* }
fratres { Ioannes IV (1454) 765 (1457) 815 tab. *a* (1466) 783
Gerhardus (1438) 753 (1454) 765 }

* Wal-

INDEX IV
Perſonarum illuſtrium.

* Walpurgis (1457, 1479) 815 tab. *a*
conf. tab. illorum genearchicam p. 735
de *VVilnau* Adolfus (1426) 741
de *VVirtenberg* Eberhardus (1379) 692
Vlricus (1369) 692
Eberhardus (1399) 712
fratres { Ludouicus (1446) 761
Vlricus (1445) 760 (1446) 761 (1449) 763 (1458) 769 (1459) 774 (1465) 782 (1469) 815 tab. *b*
Eberhardus *Barbatus*, *Ludouici* f. (1465) 782
* Eliſabetha *Ludouici* f. (1491) 804
Margareta *Vlrici* f. (1469) 815 tab. *b*
de *VVitgenſtein* Sifridus (1322) 645 (1349) 668 (1354) 670 (1356) 672
* Iutta (1356) 672
de *VVolckenſtein* Paulus Andreas (1629) 938, 939
de *Ziegenhain* Godefridus (1297) 629
Ioannes (1312) 639 (1314) 1016 (1328) 650 (1328) 625 tab. *b*
Engelbertus (1338) 625 tab. *b*
Ioannes (1427) 742 (1438) 752
* Eliſabetha (1404) 721
de *Zvveybrücken-Bitſch* Hanemannus (1398) 718

g)
Dominorum,
vt olim vocabantur,
quorum familiæ partim interierunt,
partim etiamnum florent,
& ad altiorem dignitatis gradum euectæ ſunt.

Aderſpach Bercka Chriſtianus (1619) 923
de *Bickenbach* Conradus (1268) 617
Vlricus (1323) 646 (1325) 647, 648
Conradus (1357) 673
Philippus (1364) 677 (1366) 678 (1370) 679
fratres { Dietericus (1384) 771 tab.
Conradus (1380) 693 (1384) 771 tab. (1407) 724 (1411) 727
Conradus (1421) 738 (1423) 739
Vlricus (1444) 759
Conradus (1454) 765 (1456) 767 (1467, 1481) 778 tab. *b*
* Suſanna (1488) 802
de *Blanckenheim* Gerhardus (1380) 693 (1390) 656 tab.
* Schonetta (1390) 656 tab.
de *Boland* Wernherus (1272) 1028
fratres { Philippus, Otho, Georgius, Conradus (1343) 658
de *Bruberg* Eberhardus (1330) 625 tab. 704 tab.
* Lucardis (1330) 625 tab. 704 tab.
de *Brunsborn* Ioannes (1316) 642
de *Coverna* *p.* Fridericus (1272) 625 tab. *b*
f. Robinus (1272) 625 tab. *b*
de *Croy* *p.* Antonius (14..) 656 tab.
f. Maria (14..) 656 tab.
de *Dorſvvilre* Godelmannus († iam 132.) 625 tab.
Georgius (132.) 625 tab. *b*
zu *Dunn* (Daun) *fratr.* { Aegidius (1340) 608 tab
Cuno (1340) 608 tab
Melchior (14..) 656 tab
de *Durun* (Düren) Vlricus (1271) 617 (1272) 618
p. Rupertus (1294) 628
f. Rupertus (1294) 628
Egeno (1294) 628
de *Eppenſtein* Godefridus (1211) 625 tab. *a*
Gerhardus (1226) 625 tab. *a*
Sifridus (1308) 637
Eberhardus (1364) 778 tab. *a* (1377) 689 (1386) 709
Godefridus (1425) 740 (1427) 742 (1435) 748
Godefridus (1444) 759 (1456) 767
Godefridus (1505) 815
Eberhardus *Eberhardi* fil. (1425) 740, 778 tab. *b* (1427) 742 (1438) 778 tab. *b*
fratres { Eberhardus (1444) 759 (1456) 767 (1464) 781 (1466) 783
Waltherus (1456) 766
Philippus *Eberhardi* f. (1478) 791
Eberhardus (1505) 815
* Lucardis (1432) 747 tab.
conf. tabul. illorum genearchicas p. 593, 625, & 815.
de *Erpach* Eberhardus (1316) 642
Conradus (1325) 647, 648 (1335) 655 (1339) 658 (1343) 658
Ioannes (1349) 668
Eberhardus (1357) 673
Conradus (1405) 724

Bbb bbb b 2 Eber-

Eberhardus [1449] 753
Conradus [1435] 748
[1447] 762
Philippus [1441] 815 tab. *b*
[1444] 759 [1454] 765
Eraſmus [1497] 809
Eberhardus [1504] 812
[1512] 821
conf. tabulam illorum genearchicam p. 747

de *Falckenſtein* Philippus [1259, 1264] 1021
[1268] 617
Philippus II [1264] 1021
[1277, 1293] 1021
Wernherus [1264] 1021
p. Vlricus *Philippi II* fil. [1298] 1021
f. Philippus [1313] 1021
fratres { Philippus [1334] 771 tab.
Cuno *Cunonis* f. [1334] ibid.
Philippus *VVernheri* f. [1303] 625 tab. [1313] 1021
[1316] 625 tab.
Philippus [1325] 647
Cuno [1346] 661
[1348] 633 [1356] 1022
[1348] 633 [1356] 1022
Philippus [1391] 706
* Lucardis [131.] 655
* Lucardis [1376, 1391] 815 tab. *a*
* Lucardis [13..] 704 tab.

de *Gaza* *fratres* { Giſo [1312] 655
Gerhardus [1312] 655
fratres { Gerlacus [1335] 655
Reinhardus [1335] 655

de *Hagenovve* [Hanau] Reinhardus [1261] 614
[1268] 617 [1271] 618
Vlricus III [1309] 637
[1325] 647
Vlricus IV [1349] 668
[1369] 815 tab. *a*
fratres { Vlricus VI [1381] 694
[1391] 706 [1393] 707
[1404] 720
Reinhardus [1404] 720
[1425] 739
Ioannes [1404] 720

de *Heynzenberg* Dielmannus [1392] 706
de *Hohenfels* Philippus [1261] 615
de *Hohenfels in Reipoltskirchen* Ioannes [1495] 806
de *Hohenlohe* Ludouicus [1337] 689
{ Godefridus [1376] 691
Gerlacus [1377] 689
Crato [1362] 666 tab.
[1380] 693
Vlricus [1381] 694
[1385] 697
Crato [1446] 761
Albertus [1489] 802
Crato [1489] 802
* Irmgardis [1340. 1347] 666 tab. [1364] 778 tab.
* Adelheidis [1357] 666 tab.
* Anna [1403, 1413] 704 tab.

de *Iſenburg in Budingen* Henricus [1348] 665
Ioannes [1391] 706
[1393] 707
Dietherus [1422] 738
[1426] 740 [1427] 742
[1429] 743 [1432] 745
[1434] 748 [1435] 748
[1436] 749 [1441] 756
Ioannes [1435] 748
conf. tabulam illorum genearchicam p. 771

de *Kemping* Theodericus [1311] 638
de *Kirckel* Conradus [1347] 661
[1353] 669
de *Liechtenberg* Henricus [1384] 696
Conradus [1384] 696
Ludouicus [1464] 780
de *Liſperg* Fridericus [1382] 771 tab.
[1385] 697
de *Limburg Pincerna* Fridericus *ſen.* [1310] 637
Fridericus *iunior* [1310] 637
Fridericus [1410] 727
Conradus *ſen.* [1452] 704 tab.
Albertus [1489] 802
de *Limpurg* * Imagina [1305] 666 tab.
Ioannes [1305] 666 tab.
de *Manderſcheid* Dietericus [1426] 740
[1438] 753
Vlricus [1436] 749
de *Monclar* *p.* Iacobus [1350, 1358] 735 tab.
f. Iacobus [1358] 735 tab.
* Eliſabetha [13..] 735 tab.
de *Noſtiz* Otho *L. B.* [1625] 930
de *Ochſenſtein* Georgius [1440] 761
de *Pappenheim* Henricus *Mareſchallus* [1464] 708
de *Pleſſe* Godeſmannus [1356] 672
Hermannus [1356] 672
Godeſchalcus [1466] 784
Theodericus [1466] 784
Mauricius [1466] 784
Theodericus [1506] 816
Poppel a Lobkovvitz Sdencko Adalbertus [1619] 923
de *Quernfurt* Burchardus [1381] 695
Bruno [1485] 798
de *Rapolſtein* Wilhelmus [1518] 827
Reuſs de Plauen Henricus [1440] 756
Henricus [15.9] 828
de *Runckel* Theodericus [1316] 642
Dietericus [1451] 815 tab. *a*
* Agnes [1451] 815 tab. *a*
de *Saffenberg* Wilhelmus [1419] 656 tab.
de *Scharpfeneck* Hermannus [1400] 735
de *Schonborn* Melchior Fridericus *L. B.* [1697] 987
de *Schvvartzenberg* Michael *L. B.* [1455] 766
de *Sirck* *p.* Arnoldus [1434, 1438] 735 tab.
f. { Arnoldus [1434] 735 tab.
Iacobus [1434. 1452] 735 tab.
Philippus [1441] [1452] [1453] 735 tab.
Caſpar [1431] 725 tab.

Digitized by Google

INDEX IV.

Perſonarum illuſtrium.

de *Sleida* Ioannes (13..) 656 tab.
de *Sombref* Ioannes (14..) 656 tab.
* Margareta (14..) 656 tab.
a *Trautmansdorf* Maximilianus (1619) 923
de *Trimperg* Conradus (1326) 650
de *Vinſtingen* Vlricus (1384) 696
* Agnes (1435) 815 tab. *b*
de *VValdenberg* Anarcus (1423) 739
* Catharina (1461) 777
de *VVeinſperg* *fratres* { Engelhartus (1256) 1020
Conradus (1256) 1020
Engelhartus *ſen.* (1268) 617
Engelhartus *iun.* (1268) 617
p. Conradus († iam 1330) 625 tab. *b*
f. Conradus (1330) 625 tab. *b*
Conradus (1444) 759 (1447) 763 (1464, 1467, 1481) 778 tab. *b*
* Catharina (1498) 815 tab. *b*
conf. tab. illorum genearchicam p. 704
de *VVeiskirchen* Caſpar (1446) 762
de *VVeſterburg* Reinhardus (1329) 656
Reinhardus (1377) 689 (1374) 778 tab. *a* (1386) 709
Cuno (1457) 769
* Agnes (1305) 666 tab.
(1310) 656 tab.
Bertha (1374-1418) 778 tab. *a*
de *VVinnenburg* Philippus *L.B.* (1571) 877

h)

Nobilium genere inſignium,

1) illorum,

quorum familiæ *Lib. Baronum* vſæ ſunt & etiamnum vtuntur titulo.

de *Boineburg* Ioannes Chriſtianus *L.B.* (1654) 965 (1657) 965 (1661) 968
de *Breitbach* in *Burresheim* Ioannes (1483) 795 (1488) 801, 803
Wilhelmus (1552) 858 (1571) 877
de & in *Cron-berg* Adamus Philippus *L.B.* (1619) 923 (1622) 927
de *Furſtenberg* Fridericus (1606) 912
de *Gerzen* Ioannes (*Dominus* de *Sinzig*) (1630) 943
de *Hoheneck* Ioannes Philippus *L.B.* (1636) 950
de *Reck* Ioannes *L.B.* (1626) 935
de *Reigersberg* Vitus Franciſcus *L.B.* (1700) 989
de *Schvvendi* Lazarus *L.B.* (1571) 877
de *Sinzig* Salentinus *L.B.* (1641, (1644) 955
de *Stralenberg* Reinhardus *L.B.* (1323) 646 (1329) 653
de *Stein* Gabriel *L.B.* (1576) 879

2) ceterorum,

quorum familiæ partim interierunt, partim adhuc florent, nonnullæ etiam *Comitum* ac *L. Baronum* auctæ ſunt honoribus.

A

de *Abentrade* Henricus (1335) 655
de *Adeleveſchin* (*Adeleveſen*) Bertholdus (1387) 699
Bodo (1405) 722 (1410) 726
Iodocus (1610) 917
Adlinger ab *Arnoldſtein* Ioan. Arnoldus (1619) 923
de *Adelsheim* Simon (1458) 770
Godefridus (1480) 791
Martinus (1489) 802
Georgius (1507) 817
de *Alben* dictus *Sulzbach* Rudolfus (1495) 806
de *Aldendorf* (*Allendorf*) Adamus (1432) 745 (1440) 755
Ioannes (1492) 804
Henricus (1481) 815 tab. *b*
de *Altenburg* Sifridus (1263) 616
de *Altorff* Iacobus (1380) 693
de *Alzeia* Maſungus (1261) 615
de *Amorbach* Fridericus (1271) 618
Wipertus (1271) 618
Poppo (1271) 618
de *Anglachen* Iacobus (1455) 766
de *Appenheim* Iacobus (1308) 637
de *Arſcheit* Anſelmus (1362) 677
de *Aſſeburg* Ioannes (1425) 739
Burcardus (1425) 739

B

de *Bach* Ioannes (1423) 739
de *Baltzoven* Simon (1477) 790
de *Baumbach* Iodocus (1509) 820
de *Bebinburg* Lupoldus (1349, 1353) 668
Georgius (1426) 741
Conradus (1426) 741
Lupoldus (1426) 741
Beer in *Hugelsdorf* Hugoldus (1612) 918
de *Beldersheim* (ſ. *Bellersheim*) Ioannes (1346) 661
Ioannes (1425) 740
Fridericus (1464) 781
Crato (1466) 815 tab. *a*
de *Bellin* Chriſtianus (1611) 918
de *Benſforte* Ludouicus (1390) 699 (1395) 708 (1400) 722
de *Berenbach* Gerhardus (1380) 692

INDEX IV
Perſonarum illuſtrium.

de *Beringen* Henricus [1335] 655
de *Berlepſch* Arnoldus [1367] 679
Sittichius [1444] 758
Caſpar [1509] 820
Ericus Volckmarus [1571] 877 [1573] 878
Caſpar [1571] 877
de *Berlichingen* Ioannes [1337] 655
Godefridus [1454] 704 tab.
Theodericus [1464] 782
Conradus [1458] 770 [1470] 786
de *Bernſtein* Ioannes [1571] 877
de *Bervvangen* Albertus [1448] 763
de *Bertenhuſen* Ioannes [1294] 628
de *Bibra* Hermannus [1349, 1353] 668
Antonius [1404] 721
Kilianus [1377] 790
Albertus [1483] 796 [1489] 802
de *Bicken* Conradus [1263] 616
Philippus [1551] 864 [1562] 870 [1576] 877 [1581] 881
899 { Iodocus Philippus [1601]
Ioannes Hartmannus [1601] }
Philippus Caſpar [1657] 965
de *Biedenfeld* Sitridus [1425] 739
de *Blanckenburg* Georgius [1573] 878
de *Bleinich* Conradus [1308] 637
Ioannes [1384] 706
de *Bleicben* Wilhelmus [1384] 696
Blick Henricus [1495] 806
de *Blumenau* Ioannes [1426] 742
de *Blumenſtein* Henricus [1263] 616
Boch de *Keſſel* Thus [1460] 774
Wilhelmus [1460] 774
de *Bodenhauſen* Henricus [1509] 820
Boichholtz (ſ. *Bucholz*) Petrus [1460] 774
de *Boineburg* Ludouicus [1509] 820
de *Bommersheim* Theodericus [1297] 629
Eberhardus [1382] 695
Heilmannus [1382] 695
Wolfgangus (1425) 739
Bongart Iacobus (1610) 915
von *dem Bongart* Damo (1460) 774
de *Bonigke* (Pônickau) Georgius (1480) 792
Boos de *VValdeck* Ioannes (1392) 706
Philippus (1392) 706
Ioannes (1432) 745 (1436) 749
de *Bortmar* Ioannes (1460) 774
Brack de *Clingen* Erpfo (1457) 768
de *Brackel* Albertus (1355) 671
de *Brambach* Mefridus (1457) 769
de *Brand* Wolfgangus Philippus (1612) 918
de *Bredemer* Henricus (1460) 774
de *Breidenbach* Melchior (1571) 877 (1576) 879
Brendel de *Homburg* Georgius (1425) 740 (1427) 742
Ioannes (1427) 742
Georgius (1481) 792 (1483) 796
Eberhardus (1509) 847
Philippus (1555) 864 (1562) 870
Eberhardus (1555) 864 (1562) 870
Ioannes (1558) 868
Ioannes Ogier (1559) 880
* Eliſabetha (1509) 847
Dorothea (1509) 847
Margareta, Lucia, Anna, Barbara } ſor. (1582) 864
Brenner Ioannes (1395) 806
Eberhardus (1395) 806
de *Bresbach* Ioannes (1362) 677
Brômſer de *Rüdesheim* Conradus (1349, 1353) 668
Ioannes (1405) 722 (1408) 725 (1411) 727
Henricus (1522) 647
Ioannes Richardus (1610) 917 (1611) 918
Henricus (1645) 956
Bront Reinhardus (1460) 774
Brumſer v. *Brômſer*
Brun Nicolaus (1493) 805
de *Brunnenberg* Hartmannus (1325) 647
de *Bubenheim* Henricus (1506) 816
de *Buchenau* p. Eberhardus (1385) 697 (1398) 711
fratres { Eberhardus (1398) 711 (1421) 737
Nithardus (1398) 711
Wilhelmus (1398) 711 }
p. Appel (1398) 711
fratres { Sittichius (1398) 711
Wigandus (1398) 711 }
p. Hermannus (1398) 711
fratres { Otho (1398) 711
Godeſchalcus (1398) 711 }
fratres { Godeſchalcus (1398) 711
Otho (1398) 711 }
Burchardus (1425) 739
Engelhardus (1425) 739
Hermannus (1438) 752
Godeſchalcus (1438) 752
de *Bucheim* Herret (1309) 637
de *Bunau* Ludouicus (1477) 796 (1481) 81
Burs Wernherus (1460) 774

C

Camerar. de *VVormatia* Dietherus (1380) 692
Ioannes (1382) 695
Dietherus (1435) 748 (1436) 749
Philippus (1480) 792

Fri-

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

Fridericus (1495) 806
Daniel (1555) 861
Wolfgangus (1560) 878
de *Carben* Emericus [1510] 821
Carolus [1510] 821
Rupertus [1510] 821
Hermannus [1510] 821
de *Cleen* Wenceslaus [1324] 647
Dietericus [1509] 820
de *Colditz* Thyme [1366] 678 [1380] 693
de *Cölln* Ioannes [1506] 816
Colmat Ioannes [1387] 699
de *Coppenſtein* * Margareta [1528] 1005
de *Corvvitz* ab *Aulenbach* Ioannes Leonhardus [1559] 880 [1562] 876 [1568] 876
de *Coberen* Ioannes Romelianus [1408] 725
de *Crombach* Fridericus [1455] 766
de *Cronberg* Hartmannus [1325] 647
Hartmudus [1325] 648 [1329] 653
Hartmudus [1357] 625 tab.
Vlricus [1363] 677
Franco [1380] 693
Ioannes [1396] 708
Walcherus [1403] 815 tab. *b* [1426] 741
Franco [1405] 722 [1406] 724 [1408] 725
Franco *ſenior* [1429] 743 [1456] 766 [1457] 769
Franco *iunior* [1427] 742 [1444] 759
Philippus [1444] 758, 759 [1459] 773
Iacobus [1457] 769
Ioannes [1485] 798
Hartmudus *ſen.* [1573] 878 [1581] 881
Hartmudus *medius* [1575] 877, 878 [1576] 879
Franciſcus [1604] 910
Ioannes Eberhardus [1604] 910
Ioannes Georgius [1605] 912
Ioannes Nicolaus [† 1704] 910
* Anna, *VValtheri* fil. [1403] 815 tab. *b*
conf. tabul. illorum genealogicam p. 909, 910.
de *Cront* Fridericus [1436] 749

D

de *Dadenberg* Ioannes [1460] 774
Fridericus [1460] 774
de *Dalberg* v. *Camerar*. de *VVormatia*.
de *Dalheim* Petrus [1446] 761
de *Dalvvig* Reinherus [1355] 671
Bernhardus [1367] 679
Reinhardus *ſen.* [1443] 758
de *Delckenheim* Ioannes [1356] 625 tab. *b*
de *Dheren* Ioannes [1448] 785
de *Diedesheim* Henricus [1426] 741
de *Dienheim* Ioannes [1522] 858
Donner de *Laerheim* Fridericus [1495] 807
de *Donnersberg* Ioachimus [1612] 918
de *Drahe* ſ. *Trohe* Eberhardus [1456] 767
de *Drenckhorn* Alexander [1522] 858
de *Drubinche* (*Traubinbach*) Carolus [1404] 721
Wernherus [1404] 721
de *Dryburg* Henricus [1425] 739
de *Duren* Albertus [1309] 637

E

de *Eberſperg* Engelhardus [1335] 655
Echter de *Meſpelbrunn* Hartmannus [1420] 736
Ioannes [1506] 816
Philippus [1522] 829
Petrus [1549] 880
Sebaſtianus [1573] 878
ab *Efferen* Wilhelmus Ferdinandus [1606] 921
de *Eichelzheim* Ioannes [1458] 770
de *Eiſenbach* Roricus [1385] 697
Ioannes [1385] 697 [1404] 721
von *S. Elben* Sifridus [1325] 647
de *Elbene* Conradus [1263] 616
de *Eickershauſen* Heidenricus [1354] 670
Eccardus [1396] 708
Crato [1581] 881
ab *Elrichauſen* Georgius [1477] 790
ab *Eltz* Caſpar [1581] 881 [1608] 912 [1612] 918
de *Enſchringen* Ludolfus [1495] 806
von *Enſe* Henricus [1425] 739
de *Erenberg* Henricus [1335] 655
Henricus [1425] 739
von *den Erlen* Engelbertus [1362] 677
Gothardus [1362] 677
von *Erlenbach* Henne [1425] 740 [1427] 742
Ioannes [1435] 748 [1440] 755 [1444] 758 [1454] 765 [1456] 767
Dietherus [1483] 815 tab. *b*
von *Eſch* * Beatrix [1509] 847
ab *Eyb* Ludouicus *ſen.* [1489] 802
de *Eylle* Engelbracht [1460] 774
de *Eynetheim* Hermannus [1460] 774

F

de *Falckenberg* Wernherus [1385] 697
Cuntzmannus [1385] 697 [1400] 714 [1403] 718 [1410] 726
fratres { Reinherus [1400] 714
Ioannes [1400] 714
Dielo [1400] 714 }
de *Falckenburg* Ioannes in *Dinſperg* [1385] 697
Falyſen de *Leyen* Philippus [1384] 696
Fridericus (1384) 696
Faust de *Stromberg* Ioannes (1384) 696

Perſonarum illuſtrium.

Lampertus [1384] 696
Franciſcus Ludouicus [1651] 965
* Anna [1528] 1005
de *Fechenbach* Philippus [1454] 766
Stephanus [1555] 861
v. etiam *Vechenbach*

de *Fiſchle* Ioannes [1439] 754
[1454] 765
Flach de *Schwarzenberg* Wilhelmus [1335] 806
Wilhelmus [1380] 692
[1392] 706
de *Flamborn* Ioannes [1325] 647
Bechtulfus [1382] 695
de *Flachheim* Siboldus [1414] 1003
de *Fleckenſtein* Henricus [1436] 749
[1446] 761
Flemming Georgius [1426] 741
de *Flersheim* Fridericus [1446] 761
Forſtmeyſter Wilhelmus [1425] 740
Balthaſar [1483] 796
de *Franckenberg* Conradus [1456] 767
de *Franckenſtein* Conradus [1380] 692
Conradus [1444] 759
[1447] 765
Eucharius [1626] 935
Ioannes Petrus [1664] 970
[1673] 974
de *Frauenſtein* Philippus *Marſchalcus* [12‥1] 618
Fuchs in Schwanenberg Georgius [1450] 763
[1454] 765
Fuchs de *VValſperg* Ioannes [1426] 741
de *Furſtenberg* Wolfgangus [1495] 806

G

Gans von dem VVerde Ioannes [1362] 625 tab. b
Gauer de *Appenheim* Wernherus [1343] 658
de *Gazzen* Conradus [1287] 624
de *Geisbodesheim* ſ. *Geiſpizheim* Wernherus [1294] 628
Bube [1380] 693
de *Gemmingen* Ioannes [1385] 697
Dietherus [1392] 706
Ioannes [1446] 761
Dietericus [1447] 762
Orendel [1495] 806
de *Gerhartſtein* Philippus [1386] 698
Gerſtenberger in Drachendorf Marcus [1609] 914
[1611] 918
Geyling Georgius [1425] 739
de *Giech* Georgius [1492] 804
de *Giſenberg* Henne [1405] 722
de *Grasrod* Philippus [1555] 861
[1562] 870
de *Graſweg* Antelmannus [1359] 674
[1363] 677 [1374] 1019
[1379] 692
Greiffenclaw de *Volrats* Fridericus [1445] 760
Fridericus [1460] 774

Ioannes [1460] 774
[1470] 786
Fridericus [1657] 965
de *Griesheim* Henricus Chriſtophorus [1631] 945 [1638] 951
[1657] 965
de *Groisbeck* Ioannes *iunior* [1460] 774
de *Groſchlag* Henricus [1380] 693
Philippus [1460] 774
Ludouicus [1506] 816
[1507] 817
Balthaſar [1507] 817
de *Grumbach* Nicolaus [1426] 741
Carolus [1483] 796
von *der Grün* Ioannes Chriſtophorus [1606] 912
de *Gudenberg* p. Eberhardus [1318] 89
f. Hermannus [1318] 89
Philippus [1318] 89
fratres Eberhardus [1318] 89
Ioannes [1318] 89
de *Gudensberg* Gyſo [1263] 616
de *Gundersdorf* Dammo [1441] 756
de *Guns* Bernhardus [1324] 647
de *Gunsrod* Henricus [1386] 697

H

Hagenmüller de *Duben* Ioannes Rupertus [1619] 923
de *Haldeſſen* Theodericus [1313] 639
Conradus [1313] 639
de *Hammerſtein* Henricus [1316] 78
de *Hanenſtein* Henricus 628
ſ. *Hanſtein* Henricus [1355] 671
Wernherus [1439] 754
de *Hardenberg* (*Hartenberg*) Hildebrandus [1303] 633, 634 [1318] 643
Bernhardus [1303] 633
Ioannes [1303] 633
Henricus [1367] 679
Henricus *iun.* [1385] 697
Dietericus [1385] 697
Ioannes [1506] 816
Iodocus [1506] 816
de *Hartenfels* Ludouicus [1362] 677
de *Hartheim* Conradus [1426] 741
de *Haſtein* Henricus [1380] 692
Cuno [1392] 815 tab. 4
Dietericus [1426] 741
Conradus [1552] 858
Wolfgangus [1555] 861
de *Hatzfeld* Ioannes [1332] 654
Guntramus [1332] 654
Crato [1380] 693
[1399] 712
Wigandus [1399] 712
Guntramus [1399] 712
Georgius [1509] 820
Hermannus [1573] 877
de *Haxthauſen* Ioannes [1425] 739
von *Hayn* Rüdiger [1390] 699
de *Hedersdorf* Ioannes [1454] 765
[1460] 774

de *Hes-*

INDEX IV

Perſonarum illuſtrium.

de *Heidersdorf* Ioannes (1464) 782
de *Heiſtatt* Herboldus (1325) 647
de *Helfenberg* Rudolfus (1263) 616
Ioannes (1263) 616
de *Helmſtatt* Conradus (1329) 625 tab. *b*
Wipertus (1435) 748
(1436) 749 (746) 761
Ioannes (1418) 733
(1435) 748
de *Helſenberg* Eccardus (1325) 647
de *Hengſperg* Ioannes (1456) 767
de *Heppenheſt* Emericus (1450) 755
de *Heppenheim* Eberhardus (1555) 861
Herdan Cuno (1344) 625 tab. *a*
de *Herde* Philippus (1455) 766
de *Hertingshauſen* Fridericus (1385 697
(1400, 1401) 714. 717
(1410) 726
Bertholdus (1426) 771
Fridericus (1443) 758
ab *Herzelles* Philippus Otho (1661) 968
de *Hettersdorf* Fridericus (1493) 805
de *Heuchlingen* Georgius (1507) 817
de *Heuſenſtamm* Henricus (1279) 940
Gerhardus (1279) 940
Cunradus (1277) 940
Martinus (1523) 847
Waltherus (1545) 848
Martinus (1545) 848
Ioannes Henricus (1583)
889 (1602) 900
von der *Heyden* Carſilius (1460) 774
Hilchin Philippus (1495) 807
de *Hirſchberg* Fridericus (1315) 642
Richolfus (1315) 642
de *Hirſchorn* Eberhardus (1353) 669
Engelhardus (1356) 672
(1363) 677
Ioannes (1420) 736
(1438) 753
Hirt de *Schön-eck* p. Ioannes (1438) 753
(1448) 763
f. Ioannes (1448 763
Höcklin de *Steinach* Ioannes Henricus (1552)
858
de *Hofheim* Henne (1380) 692
Ioannes (1495) 806
de *Hohenberg* Simon (1354) 670
Gerhardus (1425) 740
Ioannes (1428) 743
de *Hoheneck* Ioannes Philippus (1619)
923 (1624) 929
(1626) 935
(1629) 941
(1630 943
de *Hohenſtein* Iacobus (1483) 795
de *Hohenweiſſel* Henne (1483) 795
Arnoldus (1522) 829
de *Hoheſted* Conradus (1444) 759
de *Holtorf* Vlricus *iunior* (1460) 774
Holtzſadele Eberhardus (1263) 616
Conradus (1263) 616
de *Homberg* Wigandus (1263) 616
de *Horde* Fridericus (1426) 741

Horit von dem *Buſch* Wernherus (1460) 774
Horneck de *Hornberg* Simon (1430) 744
(1437 750
Conrad Horneck. (1430) 744
(1437) 750
Hoſechin Rupertus (1325) 647
Hoſichen Gumpertus (1263) 616
Volpertus (1263) 616
de *Hulshoven* Ioannes (1454) 765
(1456) 767
de *Hulſſen* Godſchalcus (1460) 774
de *Humel* Gerhardus (1460) 774
de *Hune* Simon (1385) 697
Ioannes (1404) 721
Henricus (1404) 721
Huſer von *Hoenberg* Hartmudus († iam 1392)
815 tab. *a*
de *Hutten* Conradus (1477) 790
Frobenius (1507) 817
(1509) 820 (1522) 829
(1525) 85
Valentinus (155.) 864
de *Hyſſen* Arnoldus (1460) 774

I

de *Ingelheim* Billungus (1271) 618
Helfericus (1325) 647
Billungus (1325) 647
Carolus (1325) 647
Emericus (1382) 695
Philippus (1484) 696
(1392) 706
de *Iech* Ioannes (1460) 774
de *Irmtraut* Sitridus (1495) 807
Iude Hartmannus (1425) 739
de *Iuncholtz* Wernherus (1323) 646
zum *Iungen* Henricus (1358) 673
Petermannus (1382) 695
Henricus (1392) 706
Ioannes (1397) 711
Philippus (1400) 1004
Henne (1401) .82

K

de *Kageneck* Eckardus (1382) 695
Kalb Ludouicus (1297) 629
de *Kalenberg* Rabanus (1318) 643
de *Kellenbach* Fridericus (1495) 806
Ioannes (1495) 806
de *Kerſtelingerode* Heyſſe (1387) 699
de *Keſſel* Henricus (1460) 774
Vollinck (1460) 774
Ketler Wilhelmus (1552) 858
de *Kindeshuſen* Ludouicus (1310) 637
Conradus (1310) 637
Kippurg Ioannes (1460) 774
de *Klingen* Iacobus (1287) 624
Klüppel Eccardus (1495) 807
de *Elckershauſen*
de *Knebel* Ioannes (1483) 795

Kolb de *VVartenberg* Conradus (1382) 695
Kranch de *Lambsheim* Gobel (1483) 795
Kreyſs de *Lindenfels* Bernhardus (1435) 749
de *Krickenbeck* Arnoldus (1460) 774
Kuchenmeiſter de *Gamberg* Dietericus (1492) 804
Ioannes (1519) 828
Kurtz de *Senſtenau* Maximilianus (1627) 937
Kuſengroſs Luytgin (1460) 774

L

de *Landsberg* Ioannes (1426) 741
Wezilo (1426) 741
Iodocus (1611) 918
Landſchad Dietherus (1411) 727
Ioannes Philippus (1573) 877. 878
de *Langenau* Henne (1380) 692
de *Langenſtein* Fridericus (1297) 629
de *Langsdorf* Crato (1357) 625 tab. *b*
de *Lapide* Nicolaus (1346) 661
Wilhelmus (1495) 806
de *Laſſer* Ioañes Iacobus (1649) 963
de *Lautern* Ioannes (1380) 693
Antonius (1555) 861
de *Leiboldes* Nicolaus (1380) 692
Nicolaus *iun.* (1382) 695
Andreas (1382) 695
Lerch de *Dirmſtein* Caſpar (1522) 829
(1540) 842
Caſpar (1636) 194
* Anna (1636) 194
de *Levvenſtein* Albertus (1379) 691
Ioannes (1392) 706
Ioannes (1426) 741
Emericus (1495) 806
Lewenſtein (1509) 820
de *Leyen* Henricus, Egenolfus, Georgius, Fridericus } dicti *Capelle* (1384) 698
Wernherus (1408) 725
Wilhelmus (1552) 858
de *Liebenſtein* Gerlacus (1465) 782
Vapelo (1465) 782
Conradus (1506) 816
Simon (1506) 816
Petrus (1507) 817
de *Liebesberg* Hermannus (1356) 672
de *Lindaue* Sifridus (1308) 637
Henricus (1325) 647
Georgius (1380) 693
Henricus (1386) 697
Sifridus (1397) 711
Lindemann de *Sedelitz* Laurentius (1571) 877
de *Lindenaue* Ioannes (1573) 877
de *Lindenfels* Vlricus (1343) 658
de *Lindlo* Timannus (1621) 927
de *Linnen* Adolfus (1315) 625 tab. *b*
de *Linſingen* Cyriacus (1506) 816
Ioannes (1610) 917

de *Lorch* Ioannes *Mareſchallus* (1325) 647
(1342) 625 tab. *b*
Lövv de *Steinfurt* Erwinus (1324) 647
(1325) 647
Eberhardus (1425) 740
de *Lune* dictus *Mohr* Ioannes (1515) 820

M

de *Manteufel* * Maria Scholaſtica 194
de *Marpurg* Andreas (1263) 616
Marſchalck Henne (1392) 706
Bernhardus (1483) 796
de *Maſmünſter* Rudolfus (1322) 654
Maſpach Ioannes (1374) 815 tab. *a*
de *Maſſenheim* Eccardus (1334) 1001
de *Meggen* Leonhard. Helfrid (1619) 921
de *Mentzingen* Vlricus (1446) 761
de *Mergentheim* Rudigerus (1456) 767
de *Merlavv* Gerhardus (1456) 767
de *Meſchede* Godefridus (1426) 741
de *Metzenhauſen* Cuno (1552) 858
de *Minckvvitz* Ioannes (1530) 840
Möhrlein dictus *Behem* Wolfgangus (1530) 840
de *Morsheim* Ioannes (1489) 802
Mosbach Ioannes (1457) 769
de *Lindenfels* Ioannes Fridericus (1581) 882
Muckart Caſpar (1460) 774
de *Muderſpach* Ioannes (1440) 755
de *Muggenthal* Ferdinandus (1621) 926
Eberhardus (1626) 935
de *Mulhuſen* Nicolaus (1483) 795
Mull de *Vlmen* * Maria Antonia 194
de *Musberg* Henne (1362) 677
Fridericus (1362) 677

N

de *Neuenſtein* Conradus (1335) 655
de *Neuhaus* Ioannes Henricus (1609) 913
de *Neumagen* Fridericus (1426) 741
de *Nordecken* Wideroldus (1263) 618
de *Nortenberg* Eberwinus (1294) 628
Henricus (1308) 637
de *Nuheim* Ioannes (1344) 625 tab. *b*
de *Nurode* Henricus (1392) 815 tab. *b*
Cuno (1392) 815 tab. *b*
Fridericus (1392) 815 tab. *b*

O

de *Oberg* Burchardus (1553) 860
de *Oberſtein* Sifridus (1392) 706
Andreas (1392) 706
von *der Oilſen* Wilhelmus [1460] 774
de *Orsbeck* Antonius [1460] 774
Orſcelaer de *Stauffenberg* Hermannus [† 1666] 294. 1008
de *Ortenberg* Henricus [1425] 740

Digitized by Google

P

de *Pallant* Wernherus [1460] 774
Pfing zu der Schvvartzenburg Heyntichig [1430] 744
Pintzenauer in Kempnaten Otho [1450] 763
Plate Ioannes [1395] 806
de *Plettenberg* Gerhardus [1426] 741
de *Prumheim* Damo [1427] 742
Prüſchenck Sigiſmundus [1486] 799
Puterich in Richartshuſen Iacobus [1450] 763

Q

de *Quad* Ioannes [1488] 799

R

Rabenolt Conradus [1380] 693
de *Ernſthoven* Hennechinus [1380] 693
Henricus [1390] 699
de *Ramperg* Henricus [1495] 806
de *Randeck* Theodericus [1308] 637
[1325] 647
Tilemannus [1309] 637
Eberhardus [1325] 647
Ioannes [1346] 661
Heſſo [1382] 695
de *Ratſamhauſen* Vlricus [1446] 761
de *Ravingeresberg* Gerhardus [1308] 637
de *Ratzenried* Albertus [1629] 939
de *Rechberg* Albertus [1309] 637
de *Reiffenberg* Cuno [1380] 693
Fridericus [1380] 693
Waltherus [1427] 742
Henricus [1428] 743
de *Reigersberg* Nicolaus Georgius [1640] 953 [1645] 956
de *Remchingen* Henricus [1425] 740
Wendelinus [1480] 792
de *Rhinberg* Sifridus *Dapifer* [1299] 90
Ioannes [1299] 90
* Adelheid [1299] 90
Margareta [1299] 90
de *Richenſtein* Ioannes [1362] 677
de *Riedern* Ioannes [1324] 647
[1325] 648 [1335] 652
Eberhardus [1344] 759
[1456] 767
Riedeſel Ioannes [1312] 639
[1324] 647
Hermannus [1444] 758
Henricus [1455] 766
Georgius [1479] 771 tab.
de *Bellersheim* Henricus [1562] 869
Wolfgangus [1575] 877
von *der Rilſen* Daniel [1460] 774
Ring Henricus [1380] 693
Rode Philippus [1457] 769
Henricus [1460] 774
de *Roden* Dietericus [1405] 722
de *Rodenburg* Henricus [1342] 625 tab. *b*
de *Rodenſtein* Henricus [1309] 637
Hermannus [1403] 718
Ioannes [1404] 721
Erckinger [1477] 790
de *Romrode* Conradus [1444] 759
de *Rosbach* Wigandus [1362] 677
de *Roſenberg* Eberhardus [1325] 647
[1335] 655
Michael [1446] 761
Vlricus [1456] 763
Eraſmus [1458] 770
Roſt Marſchalcus de VValdeck Emericus [1384] 696
[1392] 706
Roſtorf Fridericus [1308] 637
de *Rotenhan* Sebaſtianus [1519] 828
de *Rüd* Eberhardus [1380] 692, 693
Rüd de Büdincken Stephanus [1507] 817
Rüd de Collenberg Eberhardus [1426] 741
Thomas [1489] 802
[1492] 804 [1506] 816
Eberhardus [1530] 840
[1555] 861 [1559] 880
[1562] 870
Wolfgangus Albertus
[1555] 861
Wolfgangus Eberhardus
[1604] 910
Rüden Conradus [1323] 646
[1324] 647
de *Rüdesheim* Conradus [1308] 637
[1325] 647
Fridericus [1483] 795
[1489] 803
de *Rüdickheim* Helfricus [1316] 78
Rufus [Roth] Arnoldus [1308] 637
de *Rulingen* Ioannes [1448] 763
Rupe Rudigerus [1267] 625 tab. *a*
Ruſſe de Ovvyler Nicolaus [1448] 763
Ryeder Vlricus [1450] 763

S

de *Sachſenhauſen* Rudolfus [1356] 625 tab. *b*
Fridericus [1408] 725
de *Sarnevve* Godeſchalcus [1335] 655
de *Savvelnheim* Wilhelmus [1349] 668
Hermannus [1349] 668
de *Saxenheim* Wilhelmus [1392] 706
Schabe Henricus *dictus* [1297] 629
de *Scharpfenſtein* Nicolaus [1287] 624
Sifridus [1382] 695
Cuno [1408] 725
Philippus [1466] 784
Ioannes [1466] 784
[1483] 795
Wilhelmus [1483] 795
de *Schartenberg* Stephanus [1354] 670
[1367] 679
de *Schaumburg* Conradus [1492] 804
de *Schellenberg* Ioannes [1506] 816
Schelm de Bergen Hermannus [1294] 628
[1308] 637

INDEX IV
Perſonarum illuſtrium.

Ioannes (1444) 759
de *Schetzel* Henricus (1325) 647
Schilling de Lanſtein Adolſus (1571) 877
Schlitz dictus Gërtz Simon (1426) 741
de *Schmidberg* Fridericus (1495) 806
Schneberg de VVartenberg Sifridus (1382) 695
de *Schönborn* Gerlacus (1440) 755
Philippus Erwinus (1649) 963
conf. tab. illorum genearchicas p. 960, 986
de *Schönberg* Caſpar (1479) 791
Caſpar (1606) 912
de *Schönecken* Hermannus (1349) 668
de *Schönenburg* Ioannes (1573) 878
Ioannes Reinhardus (1604) 911 (1609) 913
de *Schönrode* Wilhelmus (1460) 774
de *Schonberg* Wilhelmus (1392) 706
Henne (1392) 706
de *Schonenberg* Burchardus (1405) 722
de *Schonenburg* Ioannes (1381) 694
Roſt (1392) 706
Schramm de VValdeck Ioannes (1434) 747
de *Schulenburg* Leuinus (1573) 877
Schutz de Holtzhauſen Gilbertus (1426) 741
* Anna Iuliana 194
de *Schvvalbach* Reinhardus (1425) 740
Ioannes (1444) 759
Bernhardus (1444) 759 (1454) 765 (1456) 767
Volpertus (1459) 773
Ioannes (1493) 805 (1495) 806
de *Schvveinsberg* Guntramus (1297) 629
Wernherus (1312) 639
Godefridus *Pincerna* (1455) 766
Ioannes *Pincerna* (1480) 815 tab. *a*
Hermannus *Pincerna* (1509) 820
Nicolaus Pincerna (1571) 877
de *Schvvichelde* Conradus (1444) 759
de *Seckendorf* Sebaſtianus (1489) 802
de *Seinsheim* Erckinger (1429) 743
de *Selbach* Wigandus (1470) 806
de *Selbolt* Henricus (1562) 864
de *Selheim* Henricus (1335) 655
Ioannes (1335) 655
Dithmarus (1335) 655
Ludouicus (1335) 655
de *Seyn dictus Greiffenſtein* Ioannes (1380) 692
de *Sickingen* Reinhardus (1335) 655
Reinhardus (1401) 727 (1435) 749
Dietherus (1446) 761

Ludouicus (1461) 777
(1480) 792
Martinus (1489) 802
Franciſcus (1510) 821
(1518) 826
Ioannes Suicardus (1636) 950
* Vrſula (1648) 194
Smil de *Michalovvitz* Ioannes (1619) 923
de *Sorgenloch dictus Gensfleiſch* Ioannes (1483) 795
de *Sötern* Ioannes (1495) 806
de *Spangenberg* Henricus (1287) 624
Fridericus (1297) 629
de *Spanheim* Philippus (1325) 647
Henne (1429) 743
Specht de Bubenheim Dietericus (1456) 767
* Guda (1492) 194
Spiegel Conradus (1385) 696
Gerhardus (1425) 739
Otho (1485) 798
de *Staffel* Wilhelmus (1432) 745
Henricus (1483) 795
Starpfmann Eccardus (1460) 774
de *Stauffeneck* Ludouicus (1309) 637
von *Stege* Giſo (1392) 706
de *Stein* Nicolaus (1380) 693
Brennerus (1392) 706
Ioannes (1392) 706
Ioannes Iacobus (1612) 918
von *dem Stein* Emericus (1395) 806
Hugo (1395) 806
Winandus (1395) 806
de *Steinberg* Eraſmus (1356) 672
de *Steinruck* Conradus (1455) 766
de *Stetten* Zürich (1434) 748 (1444) 759
Eberhardus (1446) 761
Ioannes (1458) 770
Kilianus (1489) 802
Wilhelmus *ſen.* (1489) ib.
Caſpar (1489) ibid.
Wilhelmus *iun.* (1489) ib.
Gabriel (1489) ibid.
Sigiſmundus [1489] ibid.
de *Stettenberg* Ioannes [1489] 802
Ioannes [1425] 740
de *Stockheim* Philippus [1470] 786
Fridericus [1555] 861
Ioannes [1555] 861 [1558] 866
von *Stoghuſen* Henricus [1387] 699
de *Stotzenheim* Henricus [1507] 817
de *Stralendorf* Petrus Erneſtus [1619] 923
de *Strelenberg* Philippus [1460] 774
de *Stromberg* Henricus [1384] 696
Brennerus [1384] 696
Stromer Vlmannus [1483] 796
Stumpf Ioannes [1448] 763
de *Simmern*
de *Sultzbach* Georgius [1380] 692
Svvap Philippus [1287] 624
Svvende Wipertus [1325] 647

Digitized by Google

INDEX IV
Perſonarum illuſtrium.

T

de *Talheim*	Gerhardus	[1335] 655
	Petrus	[1450] 763
	Gerhardus	[1489] 802
ab & in *Tanne*	Caſpar	[1629] 939
von der *Tannen*	Hartmudus	[1404] 721
	Reinhardus	ibid.
	Simon	ibid.
	Wilhelmus	ibid.
	Adolfus	ibid.
	Fridericus	ibid.
Thanne	Fridericus	[1519] 828
de *Thüngen*	Diezo	[1393] 707
	Wilhelmus	ibid.
	Hildebrandus	ibid.
	Nicolaus	ibid.
	Eberhardus	[1426] 741
	Engelhardus	[1426] 741
	Carolus	[1438] 752
	Diezo	[1486] 799
	Philippus	[1491] 804
Torck	Albertus	[1426] 741
de *Treſſe*	Ioannes	[1460] 774
de *Treueri*	Ioannes	[1349] 668
de *Treyſpach*	Conradus	[1335] 655
de *Triuorze*	Fridericus	[1263] 616
Trotte	Hermannus	[1405] 722
Truchſeſs	Georgius	[1489] 802
de *VValdeck*		
de *VVetzhauſen*	Wolfgangus Dietericus	[1664] 970

V

de *Vdenheim*	Thilo	[1382] 695
de *Vechenbach*	Eberhardus	[1381] 694
		[1385] 697
	Eberhardus	[1385] 697
	Ioannes	[1489] 803
de *Velberg*	Georgius	[1489] 803
de *Veltheim*	Leuinus	[1530] 840
	Ludouicus	[1553] 860
Vener	Iodocus	[1411] 727
de *Venningen*	Sifridus	[1389] 699
	Dietericus	[1489] 802
	Florentius	[1519] 828
de *Verſe*	Giſelbertus	[1362] 677
Vezer	Georgius	[1380] 692
de *Vilbyle* [Vilbel]	Waltherus	[1257] 625 tab. *b*
de *Viſchel*	Wilhelmus	[1460] 774
Vizthum ab *Eckſtede*	Henricus, Henricus, Henricus } *frat.*	[1342] 658
	Apel	[1423] 739
	Berchtoldus	[1438] 752
ab *Vlm*	Ioannes Ludouicus	[1601] 900 [1619] 921
de *Vlnbach*	Phyla	[1448] 763
Vluerin de *Diepurg*	* Maria Anna	194
Voit de *Saltzburg*	Ioannes	[1426] 741
Volckamer	Bertholdus	[1447] 763
de *Vslar*	Erneſtus	[1439] 754
	Widekindus	[1518] 826
de *Viershuſen*	Henricus	[1263] 616

W

de *VValbrunn*	Ludouicus	[1555] 861
de *VValdeck*	Cunemannus	[1287] 624
	Emercho	[1287] 624
	Roſt	[1381] 694
	Ioannes	[1405] 722
dictus *Vben*	Wolfgangus	[1507] 817
de *VValdenſtein*	Simon	[1410] 726
de *VVallaue*	Godefridus	[1308] 637
VValpodo de *VValdecke*	Wilhelmus	[1299] 90
VValtmann	Hermannus	[1457] 769
VVambold ab *Vmſtad*	Rudolfus	[1279] 940
de *VVangenheim*	Ioannes	[1404] 721
de *VVartenberg*	Ioannes	[1349] 668
		[1382] 695
de *VVartenfels*	Ioannes	[1287] 624
de *VVaſen*	Henne	[1444] 759
VVeis	Gilbertus	[1427] 742
de *VVerdenau*	Vitus Chriſtophorus	[1629] 939
de *VVertorf*	*p.* Theodericus	[1356] 655
	f. { Hermannus	ibid.
	Ingebrandus	ibid.
	Theodericus	ibid.
de *VVeſtphalen*	Fridericus	[1627] 937
de *VVeyler*	Oſwaldus	[1483] 796
de *VVildenſtein*	Sifridus	[1382] 695
de *VVilebach*	Giſo	[1308] 637
de *VVilmerade*	Arnoldus	[1362] 677
de *VVilſperg*	Antonius	[1571] 877
de *VVinterane*	Wernherus	[1308] 637
de *VVinterfeld*	Detlev	[1573] 877
	Ioachimus	[1606] 912
VVinther de *Alzey*	Wernherus	[1435] 749
de *Rüdisheim*	Iacobus	[1483] 795
de *VVintzingerode*	*p.* Ioannes	[1415] 73
	f. { Ioannes	ibid.
	Henricus	ibid.
	Hermannus	ibid.
	Bertholdus	ibid.
de *VVittſtatt*	Ioannes *ſenior*	[1444] 759
	Ioannes	[1479] 792
de *VVitzleben*	Kerſtan	[1423] 739
VVolf de *Gudenberg*	Thilo	[1405] 722
de *Metternich*	Damianus	[1573] 878
de *Roſenbach*	Philippus	[1573] 878
		[1593] 897
de *Sponheim*	Ioannes	[1406] 724
	Henricus	[1469] 785

(de *Weitelshauſen*)	Ioannes	[1610] 917			
de *VVolmers-hauſen*	Ioannes	[1435] 748			
de *VVolſskeel*	Nicolaus	[1425] 739			

Y

de *Yberg*	Ioannes	[1447] 762

Z

Zand de *Merle*	Ioannes	[1573] 877, 878
		[1606] 912
		[1611] 918
	Iacobus	[1629] 939
Zobel	Crato	[1426] 745

INDEX V
Rerum præcipuarum.

A

Academia Erfurtenſis 699, 712
 Heidelbergenſis 659, 727
 Moguntina 105 & ſeq. 789, 790, 993
 Treuirenſis 105
 Tubingenſis 105
 Wirtzburgenſis 711, 712
Adalbertus Epiſcopus Moguntinus 167
Adalger 268
S. *Adelarius* Erfurtenſium Epiſcopus primus & vltimus 314, vtrum S. Bonifacii in martyrio ſocius fuerit 344, anniuerſario celebratur cultu 606
Adelbaldus Epiſcopus Moguntinus 167
Adelbero S. Albani Abbas Moguntiæ magnam eruditionis famam conſecutus eſt 422
Adelbertus I 533 duplici modo ſcribitur, ibid. natione fuit Lotharingus, ibid. ortus Comitibus Saræpontanis, ibid. Neohuſanus fuit Præpoſitus 534 & Henrici V Cancellarius, ibid. Romam miſſus de Henrico coronando agit, ibid. reuerſus Spiræ ei adeſt, ibid. cum eo dein it in Italiam, ibid. fidem dat Pontifici, Henricum pactis conuentis ſtaturum, ibid. Ruthardo in Archiepiſcopatu Moguntino ſuccedit, ibid. Reinhuſano monaſterio cenſus confirmat, ibid. in Katlenburgenſe monaſterium beneficus eſt 535, cum Saxonibus contra Henricum facit, ibid. a Cæſare capitur, ibid. Trifelſæ datur in cuſtodiam, ibid. multis ibi per tres annos afflictus malis 536, Moguntinorum tandem ſtudio liberatur, ibid. certis quidem conditionibus, ibid. liberatus Cæſari Spiræ præſto eſt, ibid. poſt Coloniæ conſecratur Epiſcopus 537, vadimonium haud obit, ibid. Erfurti ſacellum in monte Petrino dedicat 538, vlturus ſeſe, Cæſaris vrget excommunicationem 537, eique fidos affligit 538, Diſibodenbergenſibus bona quædam vindicat, ibid. Fritislariæ conuentui intereſt, ibidem. Collegio Mariano cenſum quendam remittit, ibid. Concilio intereſt Rhemenſi 539, Cæſarem ira incendit, ibid. Abbati Breitenauienſi benedicit, ibid. *Buggonem* Epiſcop. Wormatienſem ordinat, ibid. Erfurti Abbatem Petrenſem ab officio remouet, ibid. ius Sedis in monaſterium *Klingen* reuocat, ibid. a Saxonibus electos conſecrat, ibid. Saxones contra Henricum vocat in auxilium, ibid. conuentui intereſt Wirtzburgenſi 540, ibique inter ceteros paci cum Henrico ſtudet, ibid. *Ruggerum* Wirtzburgenſem inuito Cæſare ordinat 541, Aſchaffenburgum munit, ibid. in conuentu Wormatienſi magnam apud partium Pontificiarum ſectatores init gratiam, 542, *D. Victoris* Collegio benefacit 543, *Ilbenſtadenſe* & *Breitenauienſe* monaſterium confirmat, ibid. decimarum exactionem in Thuringia ſuo cum periculo ſuſcitat, ibid. Erfurti *S. Seueri* montem caſtello munit 543, *Malsburg* & *Scarpenberg* Collegio attribuit metropolitano, ibid. *Asmari* donationem Petrinis Moguntinenſibus firmat, ibid. Wormatienſi conuentui intereſt, ibid. Canonicis metropolitanis dimidiam partem caſtri *Eppenſtein* impetrat, ibid. *Bernhelmo* Abbati Sponheimenſi benedicit, ibid. ſua maxime opera Lothario Imperium adſtruit, ibid. conuentionem ſuper aduocatia Reinhartsbronnenſi ſtabilit 544, monaſterio Salfeldenſi poſſeſſiones firmat, ibid. Cæſari præſto eſt Wormatiæ, ibid. Diſibodenbergenſium querelis modum imponit, ibid. Canonicis metropolitanis luculentas adſignat opes, ibid. Diſibodenbergenſium priuilegia ac bona confirmat, ibid. Goslariæ Cæſari adeſt, ibid. eique Spirenſes conciliat, ibid. aram Spiræ in maiori dedicat 545, 546, ædem Laurishamenſem inaugurat 545, cœnobium *Marienmunſter* confirmat, ibid. Præpoſituram *S. Ioannis*, in Abbatiam mutat, ibid. Collegium *Pfaffenſchvvabenheimenſe* ſtabilit, ibid. Canonicis metropolitanis rurſus bona quædam comparat, ibid. Canonicis Marianis bona Erbacenſia vindicat, ibid. Synodum agit Moguntiæ 104, 545, in ea Sueuiæ Ducem anathemati ſubiicit 545 ſeq. monaſterium *Erbacenſe* Ciſtercienſibus tradit 546, eccleſiæ Moguntinæ fundos quoſdam attribuit, ibid. Erfurti ædem *D. Auguſtini* ſtatuit, ibid. Lothario præſto eſt Goslariæ, ibid. Moguntinos priuilegio remuneratur 546, 547. Lothario rurſum adeſt Bambergæ 546, Præſulem Halberſtadenſem inungit 549, mona-

ſterium

INDEX V

Rerum præcipuarum.

ſterium Walckenriedenſe conſecrat, ibid. cleri Limburgenſis agit cauſam, ibid. quando obierit, ibid. ſepelitur in monaſterio Erbacenſi, ibid.

Adelbertus II dicitur etiam *iunior* 550, *Adelberti I* fuit patruelis, ibid. Præpoſitus primum fuit Moguntiæ ad *D. Petri*, ibid. dein Erfurti ad *B.V.* ib. eligitur Archiepiſcopus, ibid. conſecratur Bambergæ 550, 551, beneficus eſt erga *D. Victoris* & *S. Petri* eccleſias 551, Katlenburgenſibus decimas quaſdam vindicat, ibid. Conradi Cæſaris expeditioni intereſt 551, eidemque in curia adeſt Soldenti, ibid. monaſterio *D. Ioannis* donationem quandam ſtabilit, ibid. a Papa Romam vocatur, ibid. ab Henrici Superbi rebus primo fuit alienior, ibid. poſtea vero iis acceſſit 552, moritur Erfurti, Moguntiæ ſepelitur, ibid.

Adelbertus III, v. *Albertus I.*

Adelbertus IV, v. *Albertus II.*

Adelbertus Rugis ordinatur Epiſcopus 434, apud quos nihil proficit, ibid. reuertus a Wilhelmo Archiep. Moguntino beneuole excipitur, ibid.

Adelbertus Comes dolo Hattonis ad ſupplicium tractus dicitur 419 & ſeq. verum ex vero? ib.

Adelbertus hæreticus a Bonifacio coercetur 232, 319, variorum apud Zachariam Papam arguitur ſcelerum 243, 257, condemnatur 246

S. *Adelbardus* Epiſcopus Moguntinus 160

Adolfus I gente fuit Naſſouius 684, 688, Epiſcopus fit Spirenſis 689, a Moguntinis electus a Pontifice haud probatur, ibid. munita Archiepiſcopatus loca ſibi fidis committit 690, cum Ludouico æmulo contendit, ibid. auxiliarios ſibi adſciſcit, ibid. & aduerſus Ludouicum ducit, ibid. Erfurti obſidetur, ibid. moleſtiam trahit ex ſoluendis ſtipendiis 691, Hohenloenſem in auxiliatorem adſumit, ibid. cautionem de non inuadendo accipit a Wenceslao, ibid. vectigal Ehrnfelſenſe oppignerat, ibid. nouos ſibi comparat auxiliatores, ibid. nouosque cudi facit nummos, ibid. Moguntiæ ſacrorum interdictum ad certum tempus tollit 692, cum Lewenſteinenſi componitur, ibid. fœdus cum Wirtembergico init, ibid. Clementi contra Vrbanum electo ſe ſubmittit, ibid. pallio induitur, ibid. in poſſeſſionem Sedis Moguntinæ immittitur plenariam, ibid. ſacramentum accipit, ibid. Archiepiſcopi vti incipit titulo, ibid. caſtra locaque nonnulla in Capituli poteſtate relinquere cogitur, ibid. bellum cum *Diethero* Camerario & *Rugrauio* finit, ibid. armis confligit cum Ruperto Palatino Rheni 693, cum quo rurſus componitur, ibid. fœdus init cum Moguntina ciuitate, ibid. Rieneccenſem Hanouienſi ſubſtitutum approbat 694, Hohenloenſem Spirenſi Epiſcopatui dat Præfectum, ibid. Moguntiam ſolenniter ingreditur, ibid. Canonicis Spirenſibus cautione proſpicit, ibid. in Haſſiam proficiſcitur & Thuringiam, ibid. Erfurtenſibus ſingulare indulget priuilegium, ibid. Iudæis item diuerſis in oppidis, ibid. a Clero penſiones exigit 695, Abbati Iechenburgenſi concedit priuilegium, ibid. Dominicanos Marpurgenſes arguit, ibid. Canonicis Spirenſibus noua contulit cautione, ibid. caſtri *VVartenberg* uſum acquirit, ibid. Fuldenſes in tutelam ſuſcipit, ibid. Norimbergæ fœderi de pace publica nomen dat, ibid. in fœdus iſtud Rupertum Palatinum recipit, 696, *G.* de *Zeiskam* fata perſcribit, ibid. monetur, vt Sponheimenſi ſuppetias ferat, ibid. caſtri *Leyen* vſum ſibi conficit, ibid. fœderi ciuitatum ſubſcribit, ibid. cum *Balthaſare* Thuringiæ Landgrauio fœdus ferit, ibid. feuda eidem concedit, ibid. locis in Haſſia & Thuringia Moguntinis Præfectos dat, ibid. Gemmingenſem Epiſcopatui Spirenſi præficit 697, Herſfeldenſes ſuſcipit in tutelam, ibid. Hennebergenſis conducit operam, ibid. in Haſſiam mouet, ibid. Cardinalitiam reſpuit dignitatem, ibid. homagium recipit in locis ſibi oppoſitis, ibid. ad conuentum Herbipolenſem mittit legatos, ibid. de noua moneta ſignanda agit, ibid. Rieneccenſi conciliat nuptias 698, Geroldſteinio caſtri ſtatuendi licentiam dat, ibid. fœdus contra Haſſum init, ibid. Veldenttino itidem conciliat nuptias, ibid. Landgrauio bellum indicit, ibid. Haſſiam inuadit, ibid. late omnia populatur, ibid. ad pacem pronus eſt 699, duo init fœdera, ibid. de adminiſtratione Epiſcopatus Spirenſis decedit, ibid. Rotenburgenſibus & Windheimenſibus pacem conciliat, ibid. ciuitatibusque fœdere iunctis, ibid. Keltersbaci portorium & vectigal inſtituit 699. Erfurti ſtatuit Academiam, ibid. Iudæis Erfurtenſibus & Mülhuſanis priuilegium indulget, ibid. obit Heiligenſtadii, ibid. & morte quidem haud placida 700, ſepelitur Moguntiæ, ibid. Sedi magnifice præfuit, ibid. vt Landgrauium compeſcuerit, ibid.

Adolfus II Comitibus Naſſouiis ortus 778, Prouiſor fuit Erfurti & Eichsfeldiæ Præfectus ibid. Moguntiæ Præpoſitus ad *D. Petri*, ibid. Diethero opponitur, ibid. ab oppidis in Haſſia ſacramentum accipit, ibid. Abbatem Seligenſtadenſem ad obſequium vocat 779, Geiſmariam in fidem recipit, ibid. Moguntiam intercipit 19, 773, Erfurtenſibus priuilegia confirmat, ibid. Iudices generales per Thuringiam inſtituit, ibid. cum Diethero componitur, ibid. eique tam Papam, quam Cæſarem conciliat, ibid. commerciorum cauſa diploma edit, ibid. cum auxiliariis rationes putat 780, damna aliis reſarcit, ibid. literas pro Palatino & Diethero abſolutorias accipit, ibid. Oeringæ conuentum inſtitui curat, ibid. fœdus cum Bohemo renouat hereditarium, ibid. de numero ſacrarum feriarum conſtitutionem edit, ibid. bona ſacelli Heinzenberg.

INDEX V

Rerum præcipuarum.

ſacello Wattenſteinenſi attribuit, ibid. Fritislarienſes contra iudicium tuetur Vehnicum, ibid. ſacellum Rödelheimenſe ad parochialis euchit dignitatem 781, Francofurti bona ſacelli ad *S. Trinitatem* ſtabilit, ibid. conſtitutionem de ſacris Godesbornenſibus confirmat, ibid. Moguntinis imponit Præfectum, ibid. monaſterium Ilbenſtadenſe interuiſi iubet, ibid. *Antonium VVyſs* adſciſcit in conſiliarium, ibid. populo tributum imperat, ibid. cœnobio *Breitenau* parochialem Brunslarienſem attribuit 782, pallium petit ac conſequitur, ibid. Fuldenſium reſpicit informium, ibid. *Henricum* Wirtenbergenſem in Coadiutorem adſumit, ibid. cum eo, aliisque fœdus pangit, ibid. ſanctimoniales, vt pie, modeſteque agant, cohortatur, ibid. fratris propoſitum de parochiali Wisbadenſi, ſacerdotum collegio inſtruenda, promouet, ibid. binam cum Electore Palatino facit pactionem 783, Abbatem Bleidenſtadenſem cum Scharpfenſteiniis componit, ib. parthenonem *Marienſchloſs* reformari curat, ibid. parochialem Königſteinenſem ad Collegiatæ dignitatem euchit, ibid. de rebus Collegialis *Steina* inquiri iubet 784, de *Henrico* Coadiutore ſuo cum Palatino agit, ibid. Erfurti tribunal alium in locum transfert, ibid. cum *Henrico* de Coadiutoria abdicanda tranſigit, ibid. a Collegiatis per diœceſin exigit viceſimam, ibid. cœnobium *Pfaffenſchvvabenheim* congregationi Windeshemenſi ſubiicit 785, Feſtum *Præſentationis B. V.* celebrandum ordinat, ibid. Epiſcopus conſecratur, ibid. cum *Henrico* Landgrauio contra *Ludouicum* Landgrauium pactionem facit, ibid. Roſenbergios ſtatuit compeſcendos, ibid. Biſchofshemium recipit 786, regalia conſequetur a Cæſare, ibid. caſtra *Schüpf & Boxberg* expugnat, ibid. Ratisbonam it ad Comitia, ibid. laudatur a *Campano*, ibid. ibidem & dein Auguſtæ pro tribunali agit, ibid. Cæſarem proſequitur, ibid. ſecretorum illius intimus arbiter eſt, ibid. comitiis Auguſtanis intereſt 787, cum Cæſare in bellum proficiſcitur, ibid. morbo corripitur in caſtris, ibid. ſepelitur in cœnobio Erbacenſi 787, moritur in caſtro Eltvillano, ibid.

Agnes Papiſſa 135, v. *Ioanna* Papiſſa.

S. Agnetis in vrbe Moguntia parthenon ſitus in foro gentili 79. Ciſtercienſis eſt Ordinis, ibid.

S. Albani extra mœnia Moguntina cœnobium 68, 72, antiquum maxime, ibid. a Richolfo inſtauratur & amplificatur, ibid. & 379, ſex parochiales a Sifrido II conſequitur 589, duas a Gerhardo I 610, a ciuibus Moguntinis incenditur & ſpoliatur 653, mutatur in Collegium Canonicorum 72, 737, ab Alberto Brandenburgico deuaſtatur incendio 72, 859, poſt inſtauratur ex parte 72, funditus nunc euerſum eſt, ibid.

S. Albani ſacellum vetus in vrbe 86, recens in monte *D. Albani* conſtructum 72

S. Albani Canonici poſt deuaſtationem ædis ſacræ diuina officia in vrbe peragunt 72

S. Albanus exul Moguntiam venit 174, cum Arrianis contendit, ibid. a quibus ad ſupplicium rapitur 86, 174, quo tempore id factum 175, quos habuerit ſocios 176, an ſit idem cum *Albano* Anglicano Bedæ 177, diuerſus eſt ab *Albano* Colonienſium, ibid. colitur Moguntiæ, vbi eius aſſeruatur caput 178, vita eiusdem a variis ſcripta 174, 178

S. Albanus Angliæ Protomartyr ad differentiam *Albani* Moguntini *Albinus* dici iubetur 177, 453

Albertus I aliis vocatur *Adelbertus III* 793, ſtirpe fuit Dux Saxoniæ, ibid. a Diethero educatur, ibid. mature fit Proviſor Erfurti & Præfectus Eichsfeldiæ 791, 794, mox a Pontifice deſignatur *Conſeruator Archiepiſcopatus* & futurus *Adminiſtrator* 793, 794, conſequitur Præfecturarum quarundam adminiſtrationem 792, 794, Diethero omnium cum applauſu ſuccedit 794, inſidiis appetitur 795, arci Moguntinæ Burggranium imponit, ibid. Miniſteriales ſibi adſciſcit, ibid. Erfurtenſes pecunia multat, ibid. *Güntherum Milvvitz* Erfurti conſtituit Vicedominum, ibid. Solme & Schurburg permutat, ibid. de inſidiis ſibi ſtructis curatius inſtituit examen, ibid. ciuitatibus quibusdam in Sueuia pacem parat 796, *D. Rufi* reliquas Odernhemii bis quotannis religioſe exponi concedit, ibid. moritur Aſchaffenburgi 797, ſepelitur Moguntiæ, ibid. cohoneſtatur monumento ibid.

Albertus II aliis *Adelbertus IV* dicitur 823, ſtirpe ortus Marchionum Brandenburgenſium, ibid. bonis fuit excultus literis, ibid. fit Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Epiſcopatus Halberſtadenſis Adminiſtrator 823, 824, magnam de ſe ſpem præbet 824, fit Archiepiſcopus Moguntinus, ibid. confirmatur a Pontifice, ibid. Moguntiam venit, ibid. Miſſam in æde ſumma celebrat, ibid. pallio induitur 825, natali Chriſti ſollemniter diuinum officium peragit, ibid. SS. *Rabani* & *Maximi* reliquias Halam transfert 25, 832, iudicium inſtituit aulicum 825, Mühlhuſanis ignoſcit, ibid. monaſterium Auguſtinianorum Islebiæ priuilegiis afficit, ibid. in Saxoniam ſe confert, *ibid.* indulgentiarum conſtituit præcones, *ibid.* librorumque edendorum cenſores 826, cum Septemuiris tractat de Comitiis habendis, *ibid.* clauſtrum *Trumbach* confirmat, *ibid.* in Saxoniam rurſus abit, *ibid.* Wizzenhuſæ Wilhelmitis ſubuenit, *ibid.* *Ziegler* Dynaſtiam *Barr* confirmat 827, fabricam *Niclaushauſenſem* promouet, *ibid.* dignitatem conſequitur Cardinalitiam 627, regalia accipit, *ibid.* verum Auguſtæ Luthero fuerit collocutus, *ibid.* Saxoni in extinguendo bello Halberſtadenſi operam iungit, *ibid.* Moguntiam rediens honorificentiſſime excipitur, *ibid.* Electores conuocat Veſaliam, *ibid.* cum iis *die beſondere Rheiniſche*

INDEX V
Rerum præcipuarum.

ſche Vrein init, *ibid.* Pontifici libere reſpondet, *ibid.* fortiter pro Carolo V loquitur 828, eundemque eligit, *ibid.* ad venditionem Ducatus Wirtenbergenſis ſuos mittit, *ibid.* monaſterio *S. VVolfgangi* conſulit priuilegio, *ibid.* *Gernsheim* recuperat, *ibid.* Aquisgrani intereſt coronationi Cæſareæ, *ibid.* Carolum V Moguntiæ honorifice excipit 829. Wormatiam concedit ad Comitia, *ibid.* cur a Luthero fuerit obiurgatus 829, 833, 834 fœderi Sueuico prorogato ſubſcribit 829, ad Comitia proficiſcitur Norimbergenſia, *ibid.* peculiare Conſiliariorum conſtituit collegium, *ibid.* rurſus it Norimbergàm, *ibid.* cauſæ Sickingianæ fauiſſe dicitur, *ibid.* multatur ob id a fœderatis 830, de concordia in religionis negotio agit, *ibid.* qua occaſione a Luthero ad ineundum coniugium inuitatus fuerit 831, concedit ad Comitia Spirenſia, *ibid.* Eslingam item ad Regimentum, *ibid.* inde in Archiepiſcopatum Moguntinum, *ibid.* Merckelio Abbatiam Salſeldenſem firmat, *ibid.* bellum ab Haſſo redimit, 831, 832, ſacrarum reliquiarum inſtituit feſtum 833, 842, metropolitanæ Moguntinæ quamplurimas infert reliquias 842, literas a Luthero accipit, & viciſſim ad eum dat 833. 834 Comitiis intereſt Spirenſibus 839, Collegiatas Francofurti interuiſi curat, *ibid.* Electum Davalienſem conſecrat 840, Auguſtanis in Comitiis variis diſtringitur negotiis, *ibid.* iurium Electoralium conſeruandorum ſtudioſus eſt, *ibid.* in religionis occupatur negotio, *ibid.* Merckelium Auguſtæ conſecrat, *ibid.* Septemuiros Coloniam euocat, *ibid.* cum illis de Romanorum Rege creando agit, *ibid.* in hunc eligit Ferdinandum I, *ibid.* eiuſque intereſt inaugurationi, *ibid.* Wilhelmum Epiſcopum Argent. Adiutorem adſumit 841, de concordia inter Ordines reſtituenda ſollicitus eſt, *ibid.* in fœdus coit cum vicinis Principibus, *ibid.* Saxonem cum Ferdinando componit, *ibid.* colloquii Lipſiæ inſtituti eſt autor, *ibid.* fœderi ſacro dat nomen 842, peculiarem tempore ieiunii quadrageſimalis conſuetudinem introducit 833, 842 teſtamentum condit 842, in conuentu Gelnhuſano omnem circa ſacra tractationem recuſat, *ibid.* ædibus ſacris cultum adiicit ac ſplendorem, *ibid.* Comitia rurſus frequentat 843, 844, Ieſuitam *Fabrum* vocat Moguntiam 843, Cæſarem excipit Moguntiæ 844, ad Concilium Tridentinum legatos mittit, *ibid.* Landgrauio opem fert contra hoſtes, *ibid.* moritur 845, ſepulturæ traditur in æde maiori, *ibid.* liberalis fuit in ædem metropolitanam, quæ Moguntiæ eſt, 832, veteris religionis tenax 833, 835, 842, magni æſtimatus a Pontifice 842, cui morte ſua magnam iniecit curam 846, literatorum erat Mecænas 846, ab iisque magnis paſſim effertur laudibus, *ibid.* Reuchlini, Huttenique cauſæ fauit, *ibid.* ſuis etiam laborauit næuis, *ibid.*

Alcuinus idem eſt, qui *Albinus* & *Albcinus* 396, Rabani fuit Præceptor, *ibid.* vtrum Bedæ fuerit diſcipulus, *ibid.* & Caroli M. Præceptor, *ibid.* an Pariſiis docuerit, *ibid.*

Alle bernach inſcriptio ſepulcralis, 69 ſeq. 845

Allendorf Burggrauio Kirchbergenſi confertur 711

Alexander Mammaa Imp. pontem naualem prope Moguntiam conſtruxit 35, num ſaxum, quod vulgo *der Eichelſtein* dicitur, eius ſit monumentum 39

S. Alexii hoſpitale Moguntinum 83, nomen habet a ſacello adſtructo, *ibid.* quo cœperit autore ignotum, *ibid.* a Ioanne Philippo Electore inſtauratur, *ibid.* non omnibus patet, *ibid.*

Algesheimenſe caſtrum ædificatur 760

Algesheimenſis Præfectura redimitur & Alberto Saxoniæ Duci conceditur 792

Almerodenſis parochialis Wilhelmitis Witzenhuſanis addicitur 826

de *Alta villa* (Iacobus) 125, Abbas monaſterii Erbacenſis, *ibid.* vir admodum doctus, *ibid.*

Altvillana parochialis Collegiatæ *D. Petri* Moguntinæ addicitur 576

Altaria portatilia quem primis gentium Apoſtolis præſtiterint vſum 298

Althemium 425

Altenbergenſi eccleſiæ conferuntur decimæ 552

Alt-Saxones qui fuerint 219

Altzeia a copiis Vinarienſibus capitur 952

Altzeienſis parochialis Stephanitis Moguntinis firmatur 547

Amelunxbornenſe monaſterium 557

Amelunxbornenſis (Wernherus *Abbas*) *Henricum I* Archiepiſcopatu Moguntino deiectum benigne excipit & alit 557

Ameneburg oppidum 310, ſitum ad fluuium Amanam, *ibid.* a Wilhelmo Haſſo occupatur 858, 859, ſtudio vero *Andreæ* de *Mosbach* ad priſtinum redit Dominum, *ibid.* a Landgrauio occupatur, 950, a Cæſarianis recuperatur 954, ab Haſſis obſidetur & deformatur 956, a Suecis capitur & munimentis denudatur, 957

Ameneburgenſis eccleſia in collegium Canonicorum mutatur 675, 676, a *Ioanne II* bona quædam accipit, 735

Ameneburgenſis Præfectura Alberto Saxoni conceditur 732

Amerenſis paræcia cœnobio Reiffenſtein attribuitur 629, 676

de *Andernaco* (Nicolaus) fundator templi *D. Antonio* Moguntiæ dicati 77

SS. Andreæ, Martini, & Manſueti in vrbe Moguntia ſacellum 18

S. Andreæ monaſterium in monte Epiſcopi prope Fuldam a Richardo Abbate Fuldenſi conſtruitur 478

S. Angela Reuelationum ſcripſit librum 198

INDEX V
Rerum præcipuarum.

Anglia vnde dicta 274, varie olim vocata fuit, *ibid.* nonnullis etiam dicitur Saxonia transmarina 275. religioſa a quibusdam nuncupatur 360. S. Bonifacii fuit patria 275
Angliæ Rex (Eduardus) Imperium Germanicum ſibi delatum recuſat 661, 662
(Richardus) dicitur pater *S. VVilibaldi*, *VVunibaldi*, & *VValpurgis* 276, quod tamen haud veritatis exploratæ eſt, *ibid.* Lucæ habet epitaphium, *ibid.*
(Richardus) ab vna Septemuirum parte Cæſar eligitur 662, delatos honores recuſat, *ibid.*
(Richardus) omnia iura ſua in Angliam, regnum Franciæ &c. ſub certa conditione *Maximiliano I* Imperatori transſcribit 806
Angliæ Regina (Eliſabetha) caput eccleſiæ Anglicanæ ſe vocitauit 150
de *Anglia* (Henricus *Cardinalis*) 742, Legatus Pontificis a latere 743
Angli vnde vocentur 127, 135, 274 ſedem veterem vbi habuerint 274, magno olim fidei apud exteros propagandæ zelo flagrabant 279
Anglo-Saxones 274
S. Annæ monaſterium, quod prope Islebiam eſt, priuilegiis afficitur 825
S. Annæ ſacellum Moguntinum 11
Anſelmus Caſimirus Wamboldiorum ab Vmbſtad ortus fuit familia 940, ſpectatiſſimis natus parentibus, *ibid.* ſtrenue incubuit in literas, *ibid.* varios ante Archiepiſcopatum geſſit honores, *ibid.* eligitur Archiepiſcopus, *ibid.* probatur Pontifici 941, Mergenthemii fœderatorum agit conuentum, *ibid.* liti de domo Teutonica Marpurg. cognoſcendæ ſe dat, *ibid.* vetera eccleſia Fuldenſis iura defendit 942, diſſidio Treuirenſi ſedando manum admouet, *ibid.* Ratisbonam it ad Comitia, *ibid.* Equitum *S. Georgii* petito fauet, *ibid.* regalia accipit a Cæſare 943, conuentus agit cum ſociis, *ibid.* de rebus Treuirenſis ad Pontificem & Cæſarem ſententiam perſcribit, *ibid.* Sigenæ clauſtrum FF. *S. Franciſci de Paulo* confirmat 944, conuentum Francofurti habendum ſuadet, *ibid.* eundem per legatos obit, *ibid.* ne Saxo Suecis ſe iungat, præcauendum monet, *ibid.* Fritzlaria, Aſchaffenburgo, & Hoechſta ab hoſte occupatis defenſionem vrbis Moguntinæ parat 945, Sueco vrbi Moguntiæ propius imminente, Coloniam ſe recipit 946, Moguntia capta Galliarum Regis implorat præſidium, *ibid.* conſiliis Treuirenſis occurrere ſtudet, *ibid.* eccleſiæ Fuldenſis iura libertatemque defendit, *ibid.* Cæſari de pace Pirnenſi mentem aperit 948. pacem Pragenſem recipit & publicat, *ibid.* cauſam eccleſiæ Fuldenſis rurſus agit 949, Franciſcanis Biſchofshemii ſedem tribuit 950. Moguntiam reuertitur, *ibid.* ad Comitia abit Ratisbonenſia, *ibid.* Cæſaris petitu Collegis diem Regi creando præſtituit, *ibid.* eligit Ferdinandum III 950, Presbyteri & Epiſcopi ſacra capeſſit, *ibid.* vt Hanouia hoſti eripiatur, ſtudet 951, ad pacis tractatus legatos deſignat, *ibid.* de pace ſollicitus eſt, *ibid.* nuntium excipit Pontificium 952, Cæſari copias Vinarienſes deuincire ſtudet, *ibid.* Comitia Electoralia Norimbergæ agit 953, Palatini cauſa ab Anglo compellatur, *ibid.* ad Comitia Ratisbon. legatos mittit, 953 ſeq. ſplendidiorem honoris titulum a Cæſare conſequitur 955, de turbis Fuldenſibus ſollicitus eſt, *ibid.* parthenonem Gummersheim cœnobio *Marien-Münſter* incorporat, *ibid.* Gallorum metu Moguntia abſcedit, *ibid.* legatos mittit ad tractatus pacis 956, vix euadit aſſaſſinium 957, cum Turennio tranſigit 958, moritur Francofurti, *ibid.* deuehitur Moguntiam, ibique ſepelitur, *ibid.* laudatur a virtutibus, 959
Anſelmus Franciſcus familia ortus antiqua 981, natus Coloniæ, *ibid.* bonis vacauit literis, *ibid.* varios obiit honores 982, Archiepiſcopus eligitur, *ibid.* confirmatur a Pontifice, *ibid.* conſecratur, *ibid.* plus æquo proniori in Gallos animo nonnullis viſus eſt, *ibid.* conſentit in inducias cum Gallo pactas 983, Electoratus Palatini heredem laute excipit, *ibid.* Gallis neceſſitate compulſus Moguntiam permittit, *ibid.* de Rege Romanorum creando a Cæſare compellatur, *ibid.* Auguſtam proficiſcitur 984, diem Regi Romanorum creando præſtituit, *ibid.* Imperatricem coronat, *ibid.* Ioſephum eligit & inungit, *ibid.* accipit Coadiutorem, *ibid.* Moguntia periculo expoſita ſe Aſchaffenburgi continet, *ibid.* nouum accipit Coadiutorem, *ibid.* moritur Aſchaffenburgi, & ibidem ſepelitur 985
Antharius an Moguntiam aliquando ſubuerterit 14
Antiquitates Moguntinæ varii ſunt generis 37. v. *Moguntinæ Antiquitates.*
S. Antonii in vrbe Moguntina monaſterium 77. fundatum a Nicolao Andernaco, *ibid.* pauperum Clariſſarum hodie eſt aſceterium, *ibid.*
Antonitarum familia Hœchſtæ a Theoderico plantata fuit 757
Apoſtolorum varia ſunt genera 354
Appianus (Petrus) antiquitates Moguntinenſes magnam partem expinxit 42
Aquila animæ immortalis ſymbolum 40
Archicancellarii quinam olim dicti 64, in Imperio R. G. tres ſunt 65
Archicancellarius S. R. I. per Germaniam eſt Archiepiſcopus Moguntinus 66, quo tempore & qua ratione ille dignitatem hanc conſecutus ſit, *ibid.*
Archiepiſcopi vel incertæ ſunt ſedis, vel definitarum ſedium 304
Archiepiſcopi Cardinales quinam dici mereantur 304
Argentoratenſis (Bruno *Epiſcopus*) Epiſcopatu ſe abdicat 104, 545
(Wilhelmus II *Epiſcopus*) a Canonicis ſuis capitur 731, cum ciuitate diſſidet 737, cum

cum *Conrado III* Archiepiſcopo Moguntino fœdus init 740, nouas cum Argentoratenſibus inimicitias exercet 743
(Wilhelmus III *Epiſcopus*) Locumtenens *Alberti* Cardinalis & Archiepiſcopi Moguntini 830, cum tumultuantibus agreſtium præfectis iniquiſſimam transactionem facere cogitur, *ibid.* fit Coadiutor Moguntinus 841, quo tamen munere ſe abdicat, *ibid.*
Argentoratenſis Epiſcopus Moguntini eſt Suffraganeus 52 ſeq.
Aribo varie effertur 463, Comitum Summontarianorum ſtirpe ortus dicitur, *ibid.* regius ante fuit Capellanus 464, Presbyterii initiatur honore 465, Bambergæ aram D. Martini dedicat, *ibid.* Henrico Imperatori adeſt, *ibid.* Godeſchalcum Epiſcopum Hildeshemenſem conſecrat, *ibid.* litem de monaſterio Gandersheimenſi renouat, *ibid.* Concilia habet Seligenſtadii & Moguntiæ, *ibid.* *Conradum* Salicum eligit, *ibid.* electum coronat 466, denuo litem de Gandershemenſi cœnobio mouet, *ibid.* Cæſarem Ratisbonam proſequitur, *ibid.* a Cæſare Comitatum Warburgenſem obtinet, *ibid.* aliud Concilium habet Seligenſtadii, *ibid.* aliud Geizlice, *ibid.* aliud Pœldæ 467, monaſterium Haſſungenſe fundat, *ibid.* orationis cauſſa Romam it, *ibid.* moritur in itinere, *ibid.* mortem ſuam prædicit *ibid.*
Arnoldus patria Moguntinus 558, naturæ doribus multiſque virtutibus inſignis, *ibid.* ad varias aſpirauit dignitates, *ibid.* vtrum etiam vrbis fuerit Camerarius? *ibid.* Præpoſitus maior non fuit, *ibid.* Cancellarii ſub Friderico I Imperatore munus obiit 558 ſeq. an & ſub eo adhuc Duce? 559, Henrico Archiepiſcopali dignitate exuto ſuccedit, *ibid.* vtrum mala fide cauſſam eius egerit? *ibid.* vt regimen inierit, *ibid.* eccleſiæ ſuæ tuetur iura, *ibid.* cum Hermanno Palatino bellum gerit 560, in iudicium propterea vocatur, *ibid.* Romam proficiſcitur 561, Comitiis intereſt Wormatienſibus, *ibid.* templa inſtaurat & monaſteria, *ibid.* Brunbacenſe cœnobium beneficio afficit, *ibid.* dimidiam partem caſtri *Velinhuſen* eccleſiæ metropolitanæ confert 562, ad expeditionem Italicam ſe parat, *ibid.* Cæſari adeſt Francofurti *ibid.* parthenoni Rupertino concedit priuilegium, *ibid.* eccleſiæ S. Stephani decimas Münſterliederbacenſes ſtabilit, *ibid.* cum Cæſare it in Italiam, *ibid.* Moguntinis tumultuantibus ocius inde reuertitur, *ibid.* vrbe excluſus in Italiam rurſus tendit, *ibid.* ædem Ilbenſtadenſem conſecrat, *ibid.* poſt reditum Moguntiæ habet ſynodum, *ibid.* quæ ab aduerſariis eius turbatur, *ibid.* in Italiam vocatur ad ſynodum 963, Moguntinos accuſat, *ibid.* quibus continuas turbas dantibus copias in Thuringia cogit, *ibid.* Marianis villam *Vreſo* confert, *ibid.* a ciuibus in monaſterio S. Iacobi nefarie trucidatur, *ibid.* tumulatur a Marianis, *ibid.* quæ huius ſeditionis fuerit occaſio? *ibid.*
de *Arnsburg* (Conradus) monaſterium Altenburgenſe ſtatuit 555
Arnsburgenſe cœnobium confirmatur 555, variis afficitur beneficiis 668
Aſchaffenburgenſe Concilium 628
Aſchaffenburgenſis collegiata opus *Othonis* Boicæ Ducis 451, domum quandam & duas molas ab Arnoldo *ad præſentias* accipit 554, a Sifrido II autem ſingulare priuilegium 590
Aſchaffenburgum vnde nominetur 541, ab Adelberto I Mogunt. Archiep. munitur 296, bello tricennali modo ab his, modo illis occupatur 945, 949, 951, 958
Aſchaffenburgenſis regia a Ioanne Suicardo condita 932, excellens opus, *ibid.*
de *Aſſeburg* nobiles contumelioſi in Ducem Brunſuicenſem 611, a quo coercentur, *ibid.*
Aſſociation (die groſſe) 987
Aſtarod antiquorum Saxonum idolum a S. Bonifacio confringitur 296
Athenarum ſplendor quo tempore euanuerit 136 ſeq.
Auerus (Lambertus) Collegii S. I. Moguntini primus Rector 352, 868, moritur 875
Auguſtanus Epiſcopus Moguntini cur factus fuerit Suffraganeus 52, 54
Auguſtiniani Gothani priuilegio a Moguntino ornantur 643
Auguſtinianorum in vrbe Moguntia monaſterium 77. v. *Moguntina monaſteria.*
Aulenhauſenſis Parthenonis ſtatus emendatur 674
Aulesburg mons 589
S. *Auitus* Epiſcopus Moguntinus 160
Aurea Bulla a Carolo IV condita 671, partim Norimbergæ, partim Metis publicata fuit *ibid.*
Aurea Moguntia 31, 1000
S. *Aurei* ſacellum Moguntinum 69, 88, olim S. *Hilarii*, *ibid.* a Suecis euertitur *ibid.*
Aureolus Rex ſaxi glandiformis, quod vulgo *der Eichelſtein* dicitur, monumento cohoneſtatus a quibusdam fertur 38 ſeq.
S. *Aureus* Epiſcopus Moguntin. & Martyr 165, vrbe Moguntina pellitur, *ibid.* reuerſus ab Arrianis in altari ſacra faciens vna cum ſorore trucidatur 165, 179, quando hoc contigerit 166
Auſtriæ Ducum priuilegia vetera confirmantur 758
Auſtria (Erneſtus) *Maximiliani II* filius, Archidux ab Electoribus Germanis Poloniæ Optimatibus commendatur 877, 878
(Leopoldus) ad terras Iuliacenſes ſequeſtris titulo occupandas a *Rudolfo II* mittitur 913
(Matthias) Rudolfo fratri Hungariæ regnum extorquet 913, 915, cum eodem de pace & amicitia agit 916, eidem conciliatur, *ibid.* eligitur Cæſar 919
*(Eliſabetha) *Maximiliani II* filia Galliarum nubit Regi 876
Azmansdorf villa Erfurtenſibus confertur 672

INDEX V

Rerum præcipuarum.

B

Bachgouienſis Comitatus Moguntino firmatur 627
Ballenberg oppidum a Moguntino emitur 674
Balthaſar (Conradus) hoſpitali Moguntino ciuico ſemiſſem bonorum ſuorum confert 84, ex voto quidem, quod pro filii ſui vita Superis nuncuparat, *ibid.*
Bambergenſis Epiſcopus Moguntini olim fuit Suffraganeus 53, poteſtatem pallii ter in anno gerendi a Leone IX accipit 493. 494
Bambergenſis (Güntherus *Epiſcopus*) magna vir fuit auctoritate 498, in Palæſtinam proficiſcitur 497, hoc in itinere magnum incurrit diſcrimen, *ibid.* fortiter ſe gerit 498, in reditu moritur in Hungaria 499
(Hermannus *Epiſcopus*) 511, Præſulatum ære ſibi comparat, *ibid.* officio ad tempus abſtinere iubetur 512, variorum capitum a Clero Bambergenſi accuſatur, *ibid.* a Pontifice excommunicatur 511, 512, dignitate exuitur 512, *Sifrido* Moguntino vtitur deprecatore 511, 512, præſens ſe ſiſtit Pontifici 512, certa ſub conditione anathematis vinculo exſoluitur, *ibid.*
Bambergenſes Moguntiam incendunt 17
Banniti ieiunii in eccleſia Moguntina origo vnde? 102
Bannum quid ſignificet 102
Baptiſterium apud antiquos vel lacum locumque baptiſmo deſtinatum ſignificat 66, vel templum, in quo id genus lacus, locusque *ibid.*
Baptiſterium Moguntinum a Sidonio extructum 66 ſeq. Berthoaræ ſumtu, *ibid.* celebratur a Venantio 67
Bar quid Hebræis denotet 468. 475
S. Barbara hoſpitale Moguntinum 83, appellationem traxit a Capella adſtructa, *ibid.* initia ſua debet *Volzoni* ad *longam curiam*, *ibid.* ſtabilitur a Gerlaco Archiepiſcopo Mogunt. 83, 669, multorum incrementa capit beneficiis 83
S. Barbara ſacellum Moguntinum 83
Barbari Moguntiam inuadunt 14 ſeq.
Bard quid Germanis ſignificet 475
Bardo Archiepiſcopus varie ſcribitur & effertur 468, qua familia ortus fuerit, *ibid.* 474 ſeq. Oppershofii fuit natus 468, parentibus nobilibus, *ibid.* Fuldæ educatus, *ibid.* Ibidem fit Decanus, *ibid.* nouo monaſterio a Richardo Abbate conſtructo datur Præpoſitus 478, Conrado Cæſari innoteſcit 478, a quo Abbas conſtituitur Werthinenſis & Hersfeldenſis 468, 479 ſeq. an Fuldenſium etiam fuerit Abbas 469, a Conrado declaratur Moguntinorum Archiepiſcopus 482, ſedem quando inierit 469, ob concionem quandam deſpectui habetur 483, ſed alia egregie habita aduerſarios ſuos confundit 484, pro Warburgenſi Comitatu alium accipit 469, Paderbornæ inaugurationi ædis Petro-Paulinæ intereſt, *ibid.* Herbipoli præſens eſt Conrado; *ibid.* Treueri concilium quandam diſcutit, *ibid.* ædem D. Martini Moguntiæ abſoluit & dedicat, *ibid.* ad D. Ioannis nouam inſtituit congregationem 470, Dietmarum Hildeshemenſem conſecrat, *ibid.* in Bohemiam bis mouet cum copiis, *ibid.* Suitgerum Bambergenſem inaugurat, *ibid.* a Corbeienſibus in fraternitatem recipitur, *ibid.* vxorem Henrici III ſecundam Moguntiæ inungit, *ibid.* Sedis Romanæ legatus declaratur 472, fundamenta monaſterii Iacobæi ponit, *ibid.* Goſlariæ inaugurationi ædis SS. Simonis & Iudæ intereſt, *ibid.* ſpiritu prophetiæ donatus fuit, 473. 477. 478, benignus 488, animi item ſubmiſſi 489, a Prætore vrbis Moguntinæ varie laceſſitus 485, diuinitus vindicatur *ibid.* deriſorem ſuum aurea ſcutella donat 486, mortis præſcius obit 489, ſeptuagenarius 492, quando & quo loci? 472. 490, ſepelitur Moguntiæ 472 ſeq. miraculis inclareſcit 473. 474. 486 ſeq.
Bardo nepos *Bardonis* Archiepiſcopi e fratre 490, monachus Fuldenſis, *ibid.* factus poſtea Abbas ad *S. Albanum* extra mœnia Moguntina 491
Baronii Cardinalis laus & dotes in ſcribenda hiſtoria 2
Baronius (Iuſtus) cognominatus ante *Caluinus* 130, a Reformatis tranſit in caſtra Pontificia, *ibid.* Romæ inſignitur chriſmate ab ipſo Pontifice, *ibid.* fit Theologiæ & LL. Doctor, *ibid.* multa edidit, *ibid.*
S. Bartholomæi in vrbe Francofurtenſi Collegiata primum Capella tantum fuit 413, multis bonis a *Carolo Ludouici* Regis filio ditatur, *ibid.* Plebanum ordinarium accipit 758, iuſſu *Alberti* Cardinalis & Archiepiſcopi interuiſitur 839
Baſileenſe concilium an. 1431 menſe Decembri incepit 745
Battenburg caſtrum Waldeccio oppoſitum a Petro Archiepiſcopo Moguntino reluitur 636
Bauaria a *Bonifacio* in quatuor diœceſes Epiſcopales diuiſa 226 & ſeq.
Bauariæ Dux (Hugbertus) 224. 318
(Ludouicus) dictus *Romanus*, iuri in Comitatus Hollandiæ & Selandiæ renuntiat 661
(Maximilianus) exercitus Ligiſtici Dux conſtituitur 924, Cæſaris in gratiam cum Principibus nonnullis fœdus init 925, *Ioanni Suicardo* Electori laboranti opem fert 926, Septemuiralem dignitatem conſequitur 928, conciliatur Saxoni 929, in Collegium Septemuirale recipitur, *ibid.* conuentum Septemuiralem vrget 930, grauiter conqueritur de Fridlando 937, diſſidio Treuirenſi componendo manum admouet 942
(Odilo) 224, poſt Hucbertum adeptus Ducatum, *ibid.*
Beatrix Henrici III Imperatoris e *Cunibilde* filia 470, Abbatiſſa fit Quedlinburgenſis, *ib.*
Beda an Rabani Mauri Doctor fuerit 395

Beguta

INDEX V
Rerum præcipuarum.

Beguta Moguntiam irrepunt 724, a *Ioanne II* Mog. Antiſtite coercentur, *ibid.*

Beheim (Ioannes) vulgo *de Niclaushauſen* dictus, habetur propheta 789, ignis afficitur ſupplicio, *ibid.* & 790

de *Bellingkhauſen* (Bertramus) Abbas Siburgenſis, a quibusdam poſtulatur in Abbatem Fuldenſem 947, ius ſuum in Curia Romana perſequitur 949

Bellum ruſticanum Lutheri concionibus excitatum dicitur Pontificiis 831, 834, diœceſin etiam Moguntinam corripit 830 & ſeq. ſedatur, *ibid.*

Smalcaldicum multum diœceſi Moguntinæ damni attulit 850, feliciter profligatur a Cæſare, *ibid.*

Benedictinorum quoddam Capitulum prouinciale Moguntiæ apud Auguſtinenſes celebratur 733

Benedictus Leuita capitularibus Francorum Regum, ſuaſore *Otgario* Archiepiſcopo, tres nouos libros adiicit 388

Benna crux pretioſiſſima 96, a Willigiſo eccleſiæ Moguntinæ donatur 456

de *Bensfurt* (Ludouicus) fit Prouiſor Erfurtenſis 706

Bensheimenſis parochialis Collegio metropolitano Moguntino a Sifrido III attribuitur 604

Berathgit auxiliatrix *S. Bonifacii* in inſtituendo populo 302

Berechildis a *Venantio* carmine laudatur 183

S. Bernhardus Duces Sueuiæ Lothario reconciliat 544, Malcelmum Clericum ſingulari modo ſibi deuincit, *ibid.* de monaſterio Erbacenſi ab *Adelberto I* adhibetur in conſilium 546, *Rutbardum* ei ad Abbatis commendat munus, *ibid.* in monachum quempiam, qui collecta hominum manu Iudæos trucidauerat, grauiter inuehitur 556, pro *Henrico I* Archiepiſcopo epiſtolam ſcribit ad legatos Pontificios, *ibid.*

Bernhardus Comes a Bonifacio ſacris Chriſtianis imbuitur 295, ante baptiſmum *Everhardi* geſſit nomen 296, coniugem habuit Odelgundinam, *ibid.* eccleſiam Hamelenſem dotat, *ibid.* monaſterio Fuldenſi partem bonorum confert, *ibid.*

S. Bernhardi in vrbe Moguntia quondam monaſterium 78

Berſtadenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntinenſi donatur 610

Bertha, Ruperti Confeſſoris mater, *Robolao* pagano in coniugium datur 188, quo perempto pietatis exercitiis ſe deuouet, *ibid.* ſomnium de filii morte præſagiens habet 191, filio peregrinationem inſtituenti ægre conſentit 190, omnia, quæ habet, Dei offert ſeruitio 192, moritur, *ibid.*

Berthoara Theodeberti Mediomatricum Regis filia 184, laudatur a Venantio, *ibid.*

Bertholdus Elector ſtirpe fuit Comes Hennebergenſis 797, Moguntiæ fit Decanus maioris, *ibid.* cum Treuirenſi facta transactione fœdus facit, *ibid.* ſolenniter conſecratur 798, Georgium Saxoniæ Ducem conſtituit Eichsfeldiæ Præfectum & Prouiſorem Erfurtenſem, *ibid.* de libris cenſendis conſtitutionem edit, *ibid.* Francofurtum it ad Comitia, *ibid.* ſplendido cum comitatu 799, de eligendo Rege cum collegis deliberat, *ibid.* iura regalia accipit, *ibid.* Maximilianum I eligit, *ibid.* eundem Renſæ collocat in ſede regia, *ibid.* eius intereſt coronationi, *ibid.* diploma, quo Maximilianus iuri ſuo in Moguntiam renuntiauit, conſequitur 800, pacem publicam promulgat, *ibid.* Bingenſes compeſcit, *ibid.* ſodalitati *des VVinds* liberi commeatus dat tabulas, *ibid.* Norimbergæ intereſt conuentui Ordinum, *ibid.* ſynodum agit, *ibid.* cum Treuirenſi & Palatino fœdus contra Colonienſes init, *ibid.* legatos mittit ad conuentum Rotenburgenſem 801, Septemuiros Aſchaffenburgum euocat, *ibid.* Canonicos maioris & Bingenſes componit, *ibid.* legatos mittit Francofurtum, *ibid.* de Maximiliano I liberando agit, *ibid.* Electores euocat Herbipolin, *ibid.* legatos ad Philippum mittit Archiducem, *ibid.* vaſallos ſuos ad arma vocat, *ibid.* Hoſpitale Sachſenhuſanum confirmat, *ibid.* in nouorum dogmatum auctores inquiri iubet, *ibid.* conſentit, vt Dynaſtia Bickenbacenſis vendatur 802, cum Metenſi tranſigit, *ibid.* Nobilibus *de Stetten* ſubſidio venit, *ibid.* fœderi Sueuico accedit 803, & aliis quibusdam Principibus ſe iungit, *ibid.* Aſſeſſores iudicii fœderatorum conſtituit, *ibid.* cœnobium FFr. Minorum in Siegen confirmat, *ibid.* Comitiis Francofurtenſibus intereſt, *ibid.* cum Argentoratenſibus fœdus facit, *ibid.* nec non cum Herbipolenſi, *ibid.* Colonienſes Rheni prohibet nauigatione, *ibid.* cum Palatino contendit, *ibid.* Comitatus Naſſouio-Saræpontani rationem habet, *ibid.* Collegialem *Steina* ad Ordinem D. Benedicti reducit 804, Norimbergenſibus intereſt Comitiis, *ibid.* fratris filio nuptias facit, *ibid.* litem de Dynaſtia Kircheim componit, *ibid.* commemorationem fidelium defunctorum in omnibus eccleſiis celebrari iubet, *ibid.* cum Herbipolenſi de capitibus quibusdam tranſigit, *ibid.* fraternitatem *S. Georgii* confirmat, *ibid.* parthenonem D. Ruperti reformat 805, ad Comitia Confluentia accedit, *ibid.* litem Bingenſium cum Collegio metropolitano componit, *ibid.* parthenonem Heyde reformat, *ibid.* domum pœnitentium diplomate ſtabilit, *ibid.* a nobilibus quibusdam impetitur, *ibid.* aulam Maximiliani I, vt Archicancellarius, ſequitur, *ibid.* & interea Locumtenentem domi conſtituit, *ibid.* monaſterium Keppel reformat, *ibid.* Fridericum Saxoniæ Ducem conſtituit Præfectum Eichsfeldiæ & Prouiſorem Erfurti, *ibid.* parochialem Hanouienſem mutat in Collegiatam, *ibid.* actui donationis Cæſari Maximiliano a Richardo Anglo factæ intereſt 806, Cameræ Imperialis erigendæ præcipuus eſt auctor, *ibid.* cum ſociis caſtri *Steincallenfels* in gratiam redit, *ibid.* cum Alvici Comitis Sulzenſis

INDEX V

Rerum præcipuarum.

filiis tranſigit, *ibid.* monaſterio D. Helenæ diploma indulget, *ibid.* regalia accipit a Maximiliano I, *ibid.* cum Palatino pacificatur 807, cœnobium Bleidenſtatt commutat in Canonicorum collegium, *ibid.* cum Brandenburgenſi & Wittembergenſi fœdus pangit, *ibid.* ſocietati Sueuicæ prorogatæ denuo nomen dat, *ibid.* fraternitatem *S. Martini* renouat, *ibid.* Comitiis intereſt Lindauienſibus, *ibid.* Wormatienſibus 808, in quibus poſterioribus næuos Imperii expoſuit iuxta, redarguitque, *ibid.* defunctorum ex fraternitate *S. Martini* curam agit, *ibid.* ſocietatem *S. Martini* inſtituit, *ibid.* inter fratres Rieneccenſes rem de hereditate paterna componit, *ibid.* ſacellum Erpacenſe ad parochialis ſtatum euehit 809, Friburgi Cæſari præſto eſt in Comitiis, *ibid.* Cæſaris diploma Alberto Saxoni datum aſſenſu ſuo firmat, *ibid.* cum Brandenburgenſi & Wirtembergenſi nouum init fœdus, *ibid.* Synodum agit, *ibid.* ſacelli Blickenrodenſis nomen immutat, *ibid.* Hennebergenſi & filiæ Alberti Brandenburgenſis conſanguinitatis facit gratiam, *ibid.* fœderi Sueuico rurſus nomen dat, *ibid.* vt Regimentum Imperii ſtatuatur, Cæſari ſuadet 810, Auguſtæ ædem S. Vlrici & Afræ conſecrat, *ibid.* parochiali Eichſtadenſi & Nerolingæ ſacello D. Annæ indulgentias confert, *ibid.* Norimbergæ adſidet Regimento, *ibid.* ibidemque indulgentiis populum ad preces pro pace prouocat, *ibid.* fœdus icit cum Philippo Palatino, *ibid.* Cæſari aduerſus Turcos auxilium petenti reſpondet, *ibid.* cum Collegis renouat *die Churfürſten-Vertin*, ibid. conuentum agit Herbipoli, *ibid.* Cæſari indignanti ſe excuſat, *ibid.* quamuis fruſtra 811, Septemuiris rem enarrat, *ibid.* Moguntiæ de rebus Imperii agit, *ibid.* Electoribus conuentum indicit, *ibid.* grauamina nationis Germanicæ conſignat, *ibid.* ad Cæſarem proficiſcitur Auguſtam, *ibid.* Septemuiris nouum indicit conuentum, *ibid.* bello contra Palatinum ſe implicare non vult, *ibid.* quamplurima reformauit cœnobia 812, multa ædificia inſtaurauit, excoluit, excitauit, *ibid.* moritur, *ibid.* quo morbi obierit genere? *ibid.* tumulatur in æde maiori, *ibid.* cohoneſtatur monumento, *ibid.* laudatur ab ætatis ſuæ ſcriptoribus, *ibid.*

Bertholdus (Ioannes) S. I. per Germaniam ſuperiorem Viceprouincialis 91, precibus ſuis impetrat, vt Moguntiæ domus conuictus in domum probationis conuerti poſſit, *ibid.*

Bethlehem ſacellum Decano Bingenſi attribuitur 732

Beza Geneuenſis ab *Andrea* ſalutatur Papa 150

Bibliotheca Fuldenſis maximopere augetur a Rabano 400

Bibliotheca Moguntina 109, *metropolitana*, *ibid.* a Suecis miſere fuit expilata, *ibid.* egregiis fuit inſtructa manuſcr. *ibid.* in duobus adſeruatur conclauibus 110, in ordinem redigitur, *ibid.* plurimos adhuc codices mſcr. habet, *ibid.* *S. Albani*, ibid. *D. Iacobi* 111, *PP. Societatis Ieſu*, ibid. *Auguſtinianorum*, ibid. *Carthuſianorum*, ibid. *Carmelitarum* 112, *Franciſcanorum*, ibid. *Seminarii Bonifaciani* 113, *VValderdorfiana*, ibid. *Laſſeriana*, ibid. *Boineburgica*, ib.

a *Bicken* (Philippus) Catholicis ſe iungit 863, pater fuit *Ioannis Adami* Archiepiſcopi, 863, 899

(Wolfgangus) Vicarius *Bertholdi* in ſpiritualibus 807, multa reliquit liberalitatis ſuæ monumenta *ibid.*

Bickiorum e familia multi fuere Canonici metropolitani Moguntiæ 856

Bickenbacenſis dynaſtia Erpacenſibus venditur 802

Bickenbacenſis parœcia Padenhuſano parthenoni confertur 617

Biel antiquorum Saxonum deaſter a Bonifacio confringitur 296

Bielſtein 296

S. Bilhildis varie ſcribitur 181, Hochheimio oriunda 179, Wirzburgi educatur 179, 180, Duci Babenbergenſi fuit nupta 180, e quo filii facta mater 179, 181, prole, maritoque defunctis Moguntiæ ſanctam viuit vitam 181, ibique eccleſiam S. Pauli exſtruit 76, veteris item Cellæ monaſterium 78, 181 ſeq. ætate iam prouecta demum baptizatur 179, 181, recenſetur a nonnullis inter virgines ſanctas 180, donationis ſuæ libellum & ſyngrapham dedit 182

Billickheim clauſtrum *Ludouicum* de *Sickingen* Aduocatum accipit 777

Binga vetus S. Ruperti ciuitas 187, ab hodierna Binga diſcernenda eſt 192

Binga expugnatur a Lupoldo & poſtea Sifrido II, Moguntinis Antarchiepiſcopis 584, obſidetur ab Cæſare Alberto I, & expugnatur 633, incendio maximam partem conſumitur 720, a Gallis capitur 949, a copiis Vinarienſibus occupatur 952, recipitur a Bauaricis 953

Bingenſes tumultuantur 645, coercentur a Ludouico IV Cæſare, *ibid.* a Bertholdo itidem Moguntino 800

Biſchofsberg. v. *S. Ioannis* in Rhingauia monaſterium.

Biſchofsheim oppidum ad Tubarim ſitum 222, pleno iure ditionis Moguntinæ eſt 598, Henrico Coadiutori conceditur 784, ab eo dimittitur 786, Rieneccenſi oppigneratum reluitur 793

Blanca Philippi Gallorum Regis filia *Rudolfo Alberti I* filio nubit 632

S. Blaſii, quod Moguntiæ eſt, ſacellum 85

Bleidenſtadt ſignificat *locum latantium* 374

Bleidenſtadenſe monaſterium excitatur ab Archiepiſcopo *Lullo* 373, *S. Ferrutii* reliquias adſeruat eo translatas, *ibid.* in Canonicorum mutatur Collegium 807

Bleidenſtadenſe templum ab Richolfo inauguratur 380, 381

Bleidenſtadenſis Abbas cum Scharpfenſteiniis componitur 783

Blickenrodenſis ſacelli nomen immutatur 809

Boben-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Bebenhauſen caſtrum in temporariam *Ioannis II* poteſtatem venit 720 ſeq. a Cæſarianis obſidetur 949, a Turennio occupatur 958

Bodenhemenſis parœcia Albanenſibus Mogunt. addicitur 610

Böckelheim, Comitatus Sponheimenſis præfectura, Sedi Moguntinæ venditur 619, 620, oppigneratur Ludouico Bipontino 969, venit in poteſtatem Electoris Palatini, *ibid.* pactione cum Simmerenſi facta fit feudum Moguntinum, *ibid.* eo mortuo a Lothario Friderico occupatur 976, ab Electore Palatino vi Moguntinis eripitur, *ibid.* ſequeſtri traditur in poteſtatem, *ib.* tranſactione facta pro aliis bonis domui Palatinæ relinquitur 993

Bohemiæ Rex (Ioannes) ortus fuit Comes Lucenburgenſis 638, *Eliſabetham* Wenceslai filiam ducit, *ibid.* Rex conſtituitur, *ibid.* a *Petro* Moguntino conſecratur, *ibid.* quem multis remunerat donis, *ibid.*

(Othocarus) coronatur 615, ſtabilit Archiepiſcopis Moguntinis ius Reges Bohemiæ inungendi, *ibid.*

(Carolus IV) cum *Gerlaco* Moguntino fœdus init 708

*(Eliſabetha) *VVenceslai* filia *Ioanni* Lucenburgenſi nubit 638, regnum paternum vindicat, *ibid.* a Moguntino coronatur, *ibid.*

Bohemiæ Reges a Moguntino olim conſecrabantur 594, ius ſuffragii ferendi in electione Imperii habent 672, ius ſedendi in Comitiis recipiunt 991

Bohemi turbas contra Ferdinandum Regem excitant 921, 923, obnuntiationem contra eius inter Septemuiros admiſſionem interponunt, *ibid.* vt eidem obſequium præſtent ab Ordinibus Imperii admonentur 914 ſeq.

Boineburgica bibliotheca præſtans admodum 113, donatur academiæ Erfurtenſi, *ibid.*

Bongars (Iacobus) 914

Bommersfelda Lothario Franciſco Electori Moguntino iure defertur hereditario 991

S. Bonifacius Winfridi primo nomen habuit 215, 291, 322, an e ſtirpe regia oriundus? 276, nobili natus fuit proſapia 277, puer adhuc cœnobium ingreditur 208, 279, litterarum ardet amore 209, 278, etiam ſenex 278, 346, quando factus fuerit ſacerdos 209, 278, a Rege Anglorum ad Archiepiſcopum Cantuarienſem legatus mittitur 210, apud Friſones Euangelium prædicat 211, 281, in Angliam reuerſus delatum cœnobiarchæ munus recuſat 211, Romam multis cum ſociis migrat 211 ſeq. 282, fit Sedis Apoſtolicæ legatus cum poteſtate prædicandi Euangelium 212, 283, in Bauaria & Thuringia munus ſuum obit 213, 288, in Friſiam redit poſt mortem Ratbodi 213, Epiſcopatum Traiectenſem recuſat 213, 286, in Germania plurimos conuertit 214, inprimis in Haſſia 214, nec non in Thuringia 289, a Gregorio Papa Epiſcopus creatur 214 ſeq. cui iuſiurandum de fidei Catholicæ veritate tuenda dat 215, 290, epiſtolis commendatitiis inſtructus ad Carolum Martellum 216, vniuerſos Germaniæ Epiſcopos, Duces &c. *ibid.* nec non ad reliquum Clerum, populumque 217, ſpeciatim vero Thuringos 218; omnes itidem antiquos Saxones 219, in Germaniam reuertitur, *ibid.* a Carolo Martello in tutelam ſuſcipitur 292, falſa Germanorum numina deſtruit, Arborem Iouis 220, 293, Stuffonem 294, Reſtonem 295, Bielem, Aſtarod, Lahram & Iecham 296, inque eorum locum varias ædiculas ſacras conſtruit 219, 294, B. Gregorium puerum in diſciplinam ſuam recipit 286, hæreticos profligat in Thuringia 220, 297, ibidemque eccleſias & monaſteria ædificat 220, 299, aliis ex regionibus viros pios, & feminas in auxilium conuocat 221, 299 ſeq. nouo Pontifici Gregorio III miſſis legatis obedientiam ſpondet 222, ab eo creatur Archiepiſcopus 222 ſeq. Sedis tamen tantum incertæ 304, legatis reuerſis eccleſiam Fritislarienſem & Ameneburgenſem cum monaſteriis erigit 223, 309, in Bauariam proficiſcitur, ibique Erenwolfum hæreticum coercet 224, 310, rurſus Romam migrat 224, cum multis Sanctorum reliquiis, pontificiisque ad varios litteris reuertitur 224 ſeq. in Bauaria alios pſeudodoctores remouet 226, 310, eam prouinciam in quatuor diœceſes Epiſcopales diuidit 226, 310 ſeq. idque cum Romani Pontificis approbatione 227 ſeq. Sedes Epiſcopales, Wirtzburgenſem, Buriburgenſem, & Erfurtenſem, erigit 234, 336, Eichſtadenſi S. Willibaldum & Traiectenſi S. Gregorium præficit 315, a Carolomanno congregandarum ſynodorum libertatem impetrat 228, quarum plures habuit 229, 315 ſeq. variorumque in illis ſtatuendorum auctor fuit 229, Adelbertum & Clementem hæreticos condemnat 232, 241, 317, 318, eorum ſcelera Zachariæ denuntiat 241 ſeqq. eccleſiæ Moguntinæ præficitur 232, illius in metropolin erectæ primus fit Archiepiſcopus 232 ſeq. 319 ſeqq. confirmationem impetrat a Zacharia Papa, qui omnes Germaniæ gentes ei ſubdit 264, cum Virgilio & Sidonio de forma baptiſmi & figura mundi globoſa diſputat 240, 323, Clericorum quorundam mores redarguit 235, 242, de ſcandalis Romæ a Germanis acceptis queritur 236, Zachariam Papam ſimoniæ inſimulat 259, 307, 323, Fuldenſe monaſterium munificentia Carolomanni extruit 266, & in illo ſepeliri vult 260, 269, Lullum in Archiepiſcopatu Moguntino ſibi ſucceſſorem deſignat 268 ſeq. ſenex in Friſiam nauigat 268, 269, vt lapſam reſtituat religionem 269, a paganis multis cum ſociis trucidatur 269 ſeq. 343 ſeq. cæſi corpus primo Traiectum 271, deinde Moguntiam 272, tandem vero Fuldam transfertur 272 ſeq. 344, vtrum S. Bonifacius Carolum M. baptizauerit 325, an Pipinum vnxerit, con-

tona-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

tonaueritque 326, ſeq. quo anno id factum 327, a Iunio eapropter factæ cum Pipino nundinationis arguitur 330, Traiectenſis Archiepiſcopus an fuerit 213, 280, 340 Germanorum vocatur Pater 233, & Apoſtolus 257, 320 ſeq. 354, in ſpecie Moguntinorum 354, ſummus Pontifex cur a S. Wilibaldo vocitetur 35, nouatorum quorundam dicteriis contumelioſe impetitur 361 ſeq. egregiis vero aliorum teſtimoniis celebratur 367, ſcriptorum ſcilicet veterum 363 ſeq. & recentiorum 369, quos ſcripſerit libros 346, & ſeq. miraculis claret 273, feſto celebratur cultu 351

Bonifacius, qui vitam S. Liuini ſcripſit, ſeculo VII floruit 347

Bonifacianæ vitæ ſcriptores 201 ſeqq. compendiaria a *Ludgero* facta narratio 321 chronologia 355 ſeq.

S. Bonifacii Seminarium Moguntinum 91 a quo inſtitutum 92, 969 inſtauratum, *ibid.* ditatum auctumque [illegible], bibliotheca inſtructum 113

Bonnigke (Ludouicus) ad necem Alberto Adminiſtratori inferendam ab Erfurtenſibus conducitur 795 ſeq. ſubiicitur quæſtioni 796

Boppardienſe vectigal, *Fridezoll* dictum, Moguntino attribuitur 627

de *Boville* (Iacobus) 988, a Pontifice deſignatur Canonicus Vormatienſis, *ibid.* a Capitulo haud admittitur, *ibid.*

Boxberg caſtrum & oppidum Ordini Teutonico a *Balduino* Adminiſtratore reſtituitur 654, prædonum fit receptaculum 786, expugnatur, *ibid.* Roſenbergiis certis conditionibus reſtituitur 790

Brack de *Klingen* (Erpſo) Abbas cœnobii *Klingenmünſter* confirmatur 768

Brampacenſis eccleſia in parochialem euehitur 728

Branda Cardinalis diœceſin Mogunt. interuiſit 738

Brandenburgenſis Epiſcopatus primum eccleſiæ Moguntinæ ſubiectus fuit 52, cuius deinde e iurisdictione exiit, *ibid.* Magdeburgenſi ſubditus, *ibid.*

Brandenburgi *Marchio* (Albertus) vulgo *Achilles Germanicus* Elector 825

(Albertus) Brandenburgicus cum fœderatis Cæſari bellum mouet 856, ſeq. terris Moguntinis multum infert damni 858, pacificationem reliquorum cum Moguntino indigne fert, *ibid.* Moguntiam venit, 859, Clero ſexcenta florenorum millia imperat, *ibid.* S. Albani, S. Victoris, S. Crucis Collegiatas, & Carthuſiam in buſtum coniicit, 19, 23, 859, arcem etiam Aſchaffenburgenſem & Miltebergenſem incendit 859, Cæſari certis conditionibus conciliatur, *ibid.* proſcribitur, 860, omnibus exuitur poſſeſſionibus & terris, *ibid.* a Mauricio quondam ſocio acie vincitur, *ibid.* profligatus ad Schvveinfurtum, in Galliam profugit, *ibid.*

(Ioannes) *Ciceronis Germanici* agnomen tulit 825

(Ludouicus) *Eduardum* Anglum eligit 662, *Fridericum* Marchionem Miſniæ, *ib. Guntherum* Comitem Schwartzburgenſem, *ib.*

a *Breidenbach* (Bernhardus) iter ſcripſit Hieroſolymitanum 813, a Bertholdo Romam mittitur ad impetrandum pallium 797

Breitenauienſe monaſterium Wernheri Comitis opus 543, confirmatur, *ibid.* bonis augetur ab *Adelberto I*, *ibid.* & ab *Adolfo II* parochiali Brunslarienſi 782

Breitenauienſis (Druthwinus *Abbas*) ordinatur ab *Adelberto I* 539

Bremenſis (Willehadus *Archiepiſcopus*) 376, vtrum a Lullo conſecratus ſit, *ibid.*

Brendeliorum ab *Homburg* ſtirps vetuſta ac nobilis 862, qua orti *Fridericus*, *ibid.* *Philippus* 863, *Eberhardus*, *ibid.* *Daniel* Archiepiſcopus 862

Bretzenheimium vicus 42, ſemihora a Moguntia diſtat, *ibid.*

Bretzenheimenſe monumentum aufertur & venditur 42

S. Brigitta Suecica fuit virgo 198, libros Reuelationum ſcripſit, *ibid.* de quibus quid ſentiendum ſit, Delrio docet *ibid.*

S. Brigittæ ſacellum, quod Moguntiæ fuit, non amplius extat, 89

Brovverus (Chriſtophorus) Annales Treuirenſes ſcripſit 49

Brugenſes Maximilianum. Regem Romanor. in cuſtodiam compingunt 800, 801

Brumatienſia Sedis Moguntinæ feuda & iura Liechtenbergenſi conferuntur 676, in Vinſtingenſem pro parte transferuntur 696

Brunbacenſe monaſterium exſtruitur 561, commodis augetur. *ibid.*

Brunesrodenſe ſacellum fratribus S. Lazari Erfurtinis confirmatur 596

Brunfelſius (Otho) Carthuſianus fuit Moguntiæ 131

Brunger capitali ob cædem Arnoldi, Archiep. Moguntini, ſupplicio afficitur 567

Brunningeshagenſis ædes dedicatur 501

Brunſuicenſ. & Luneburgenſ. Dux (Albertus) arcem Aſſeburg expugnat 611, Gerhardum Antiſtitem Moguntinum capit, *ibid.* Comitem Eberſteinenſem per pedes ſuſpendi iubet, *ibid.*

(Chriſtianus) diœceſin Moguntinam valde affligit 926, iuxta Hôchſtum a Tillio profligatur 927

(Erneſtus) cum *Ioanne II* Archiep. Moguntino fœdus pangit 675

(Fridericus) quibusdam in Cæſarem electus dicitur 714, a Waldeckio & ſociis occiditur prope Fritzlariam 714 & ſeq. quod quidam Moguntini inſtinctu factum volunt 715 & ſeq.

(Fridericus Vlricus) cum *Ioanne Suicardo* Archiep. Moguntino de monaſterio *Steina* tranſigit 930

(Henricus) ob cædem Friderico fratri illatam Moguntino bellum indicit & infert 719, fœdus cum eo percutit 722

(Henri-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

(Henricus Iulius) conuentui Pragenſi intereſt 915, legatos Coloniam ad conuentum de hereditate Iuliacenſi mittit 917

(Iulius) Eliſabetham filiam parthenoni Gandersheimenſi Antiſtitam obtrudit 879, & ſeq.

Brunſvvicenſes Moguntino ob cædem Friderici bellum indicunt 759

de *Brunſvvico* (Angelus) vulgo *Magiſter Engelinus* 126, multa ſcripſit, *ibid.*

Buche oppidum 637, cuius partem Petrus Archiep. emit, *ibid.*

Buchockiorum Comitum familia 644

Büranus Comes cum copiis ad Cæſarem tendit 850, reuerſus Darmſtadium occupat, *ibid.* a Francofurtenſibus vltro admittitur, *ibid.*

Burchardus S. Petri Moguntiæ Præpoſitus Cæſarem contra Arnoldum Archiepiſcopum incendere ſatagit 562

Burgbrettingenſe monaſterium Ordinis D. Benedicti 816, inopia laborat, *ibid.* ſubleuatur, *ibid.*

Burggrauia Norimbergenſis (Margareta) *Adolfi* Comitis *de* Naſſau vxor 689, perperam a quibusdam *Anna* dicitur, *ibid.*

Burgſaxe, Burglitz 634

Burgſtadel pars areæ caſtri Weiſſenauienſis 609

Buriburg oppidum inferioris Haſſiæ ad Adranam 313, in monte fuit ſitum, *ibid.* Epiſcopatu inſigne, *ibid.*

Buriburgenſis Epiſcopatus a S. Bonifacio inſtitutus 312 ſeq. quando & quomodo deſierit 313 ſeq.

Buriburgenſis (Witta *Epiſcopus*) 300, 312, inaugurationi *VVilibaldi* Eyſtettenſis interfuit 300, & concilio Germanico *Carolomanni* iuſſu habito, *ibid.* *VVigberti* reliquias tranſtulit Hersfeldam, *ibid.* moritur, *ibid.* *Albuinus* a nonnullis vocatur 312, ſucceſſorem habet *Meingotum* 313

Burſfeldenſe cœnobium ſtabilitur 526

Burſfeldenſis Vnio 763, confirmatur a Theoderico Archiepiſcopo, *ibid.*

Burſmann cognominatus fuit *Henricus III* Archiepiſcopus Moguntinus 656

C

S. Cecilia ſacellum Moguntinum 11

Calsmund pignoris titulo in ditionem eccleſiæ Moguntinæ venit 738

Camberg cœnobium antiquitus ſcribebatur *Kechenberg* 526, *Burchardi* Comitis Rutenburgenſis opus 525, 526, a *VVezilone* bonis quibusdam afficitur 525, patrocinio Sedis committitur Moguntinæ, *ibid.* confirmatur a *Ruthardo* 526

Camera Imperialis inſtituitur 806, 807, ſuaſore potiſſimum Archiepiſcopo Moguntino 806, Francofurti prima inchoat initia 807, Spiræ, tanquam in ſede fixa, dein conſtituitur 806

Camerale iuſtitium 990, remittitur 992

Camerariorum de *VVormatia* cognomen vnde ſit 887, qua occaſione cum *Dalbergiorum* coaluerit cognomine, *ibid.*

Cancellarii vocabulum vnde? 65, ſcribam olim tantum denotabat 68, poſt honoratioris ſignificationis eſſe cœpit, *ibid.* olim in Principum Cæſare inferiorum aulis non fuit in vſu 559

Caniſius (Henricus) bene de litteris meritus 124

Caniſius (Petrus) primus e Germania Societ. Ieſu alumnus 91

Canonici metropolitanæ Moguntinæ omnes probatæ per quatuor generationes nobilitatis eſſe debent 47, vti eam probent, *ibid.* quatuor & viginti ordinarie conſtituunt Capitulum, *ibid.*

Cantus Breuiario Romano accommodatus in diœceſin Moguntinam, Herbipolenſem, & Vormatienſem per Archiepiſcop. *Ioannem Philippum* introducitur 972

Cardinales Archiepiſcopi 304, *Cardinales Epiſcopi*, *ibid.*

Carmelitarum Francofurtenſium cœnobium firmatur 626

Carmelitarum Moguntinorum monaſterium 77, ſedem aliquandiu *Danieli* cum aula præbuit, *ibid.* bibliotheca non ſpernenda gaudet 112

Carolomannus locum ad monaſterium Fuldenſe condendum Bonifacio concedit 266, regionis illius nobiles cohortatur, vt quicquid ibi proprietatis haberent, ad id conferant, *ibid.* vitæ ſe addicit monaſticæ 267, 334

Carolus Martellus Maior domus 281, pater *Carolomanni* & *Pipini*, *ibid.*

Carolus Pipini Regis Aquitaniæ fuit filius 406. in monaſterium detruditur, *ibid.* fuga elabitur, *ibid.* fit Archiepiſcopus Moguntinus *ib.* *Lothario* Imperatori autor fuit deponendæ dignitatis Imperatoriæ, *ibid.* Moguntiæ ſynodum habuit 407, bonis Ludouico & Pontifici dicitur inſeruiiſſe conſiliis 408, *S. Albani* ædem reſtituit & in ea ſepultus eſt, *ibid.* vtrum in Diuis numerandus ſit, *ibid.*

Carolus Henricus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 979, *Metternichiorum* natus ſtirpe, *ibid.* Maiorum ad decora aſpirauit 980, a Suecis captus fuit *ibid.* varios conſecutus eſt honores, *ibid.* Ratisbonæ egit legatum, *ibid.* regalia nomine *Damiani Hartardi* a Cæſare petiit, *ibid.* eligitur Archiepiſcopus, *ibid.* pallium petit a Pontifice, *ibid.* Congregationem *B. M. V.* euocat Moguntiam, *ibid.* obit Aſchaffenburgi 981, ſepelitur Moguntiæ, *ibid.*

Carolus Emanuel Sabandiæ Dux *Regiæ Celſitudinis* ambit titulum 971

Carrina quid ſit 102

Carthuſia Erfurtenſis qua occaſione fuerit extructa 683

Carthuſia Moguntinenſis a *Petro* Archiepiſcopo fundata 637, dotata 643, a *Matthia* confirmata 647, Brandenburgico incendio conflagrat 77, 859, reſtituitur 77, gaudet bibliotheca 111 & ſeq.

Caſtellum, hodie *Caſſel*, vicus Moguntiæ oppoſitus

poſitus 42, incendio maximam partem periit 817

Caſtiliæ Rex (Alfonſus) regnum ambit Germanicum 611

de *Caſtris* (Gerhardus) Carmelita Moguntinenſis 126, ſcriptis editis clarus, *ibid.*

de *Caſtro Coronato* (Ioannes) eleemoſynas immoderatius colligens in cuſtodiam datur 766

Caſtrum disbrigatum 637

Catharina Senenſis reuelationibus illuſtris 198

S. Catharinæ hoſpitale Moguntinum 83, ſitum olim fuit in ſuburbio *Filtzbach*, *ibid.* nomen traxit a Capella adſtructa, *ibid.* in vrbem transfertur, *ibid.* peregrinatorum ſacrorum in vſus conditum eſt 84

S. Catharinæ parthenon iuxta Crucenacum conſtruitur & firmatur 591

S. Catharinæ ædes Oppenhemii fit parochialis 612, in Canonicorum Collegium extollitur 642

S.Catharinæ parthenon Friſislariæ reficitur 992, Vrſulinis conceditur, *ibid.*

S. Catharinæ, quod Moguntiæ erat, ſacellum, interiit 89

in *Cellis* parthenon in collimitio Franconiæ & Comitatus Hennebergenſis ſitus 352, dedicatur ab Heiſtulfo Archiepiſcopo, *ibid.*

Cathedraticum 646

S. Celſus Martyr Epiſcopus Moguntinus 159

Chriſtianus I Archiepiſcopus, ortu fuit *Comes* de *Buche* 569, eximia vir virtute, *ibid.* Cancellarium Imperatoris egit aulicum, *ibid.* *Friderico I* egregiam nauauit operam, *ibid.* Moguntiæ Præpoſitus fuit maior, *ibid.* Sedi a Cæſare imponitur, *ibid.* quo anno? 570, a Cæſare mittitur in Italiam, *ibid.* in qua ſtrenue rem gerit, *ibid.* Romanos ad Tuſculum deuincit, *ibid.* inde redit in Germaniam, *ibid.* Herbipoli & Bambergæ intereſt Comitiis 571, eccleſiarum diœceſis ſuæ commodis conſulit, *ibid.* denuo in Italia rem fortiter agit, *ibid.* Stephanitis parochialem Alzcienſem firmat, *ibid.* *Caliſtum* Pontificem ſuſtinet, *ibid.* de reconciliatione Imperatoris cum Papa agit, *ibid.* Sedem Moguntinam retinet, *ibid.* pacem ſeruatum iri, Imperatoris nomine iurat, *ibid.* expiatur & nouum accipit pallium 572, *Alexandrum* Romam deducit, *ibid.* *Sifrido* Epiſcopo Brandenburgenſi eccleſiæ Moguntinæ curam committit, *ibid.* capitur & nonniſi graui ære ſe redimit, *ibid.* ad *Hildegardin* ſcribit, & ab illa reſponſum accipit, *ibid.* officii ſui paſtoralis a nonnemine admonetur 574, *Lucio* Pontifici auxilio venit contra Romanos 575, non ſine ſuſpicione veneni in caſtris obit, *ibid.* quamdiu Sedi præfuerit, *ibid.*

Chriſtianus II Archiepiſcopus 605, nobili ortus fuit genere, *ibid.* qua vero familia, incertum, *ibid.* Moguntiæ adoleuit, *ibid.* ad varias adſpirauit dignitates, *ibid.* aram *D. Bartholomæo* in metropolitana ſtatuit, *ibid.* Collegio metropolitano bona quædam confert, *ibid.* inuitus & renitens factus eſt Archiepiſcopus, *ibid.* Amenburgi caſtrenſium numerum auget, *ibid.* villam *Hagent* priuilegio afficit 606, Erfordiam venit, *ibid.* ibique Abbatem Petrenſem officio ſubmouet, *ibid.* memoriam *Adelarii* & *Eobani* celebrari mandat, *ibid.* Decani Moguntini poteſtatem definit 607, Regis & aliorum odium incurrit 606, eapropter accuſatur, *ibid.* de Archiepiſcopatu decedit, *ibid.* obit, *ibid.* auctor videtur eſſe chronici veteris Moguntinenſis, *ibid.*

S. Chriſtophori parœcia Moguntiæ cœpit circa an. 1292, 76, dicitur *ſanctæ crucis fida cuſtos*, *ibid.*

Chriſtophorus Aſcalonenſis Epiſcopus 936

Chunidrut S. Bonifacii in inſtituendis gentibus auxiliatrix 302

Chunihild 302

Churfürſten-Verein (Vnio Electoralis) inſtituitur 739, renouatur 810

Chytræus (Dauid) ſub ficto *Theophili Lebei* nomine Onomaſticon Theologicum edidit 153

Ciborum tempore Bonifacii quæ habita fuerit ratio 262

Ciuilis Batauus Moguntiam vaſtat 14

S. Claræ in vrbe Moguntina parthenon 79, ordinis eſt Minorum, *ibid.*

Clemens hæreticus a S. Bonifacio coercetur 232, 319, variorum ſcelerum apud Zachariam Papam accuſatur 242, 243, 257

Clerici mandato Pontificis de dimittendis coniugibus grauiter aduerſantur 104, praui, heterodoxi a Bonifacio notantur 235, a Zacharia item Papa 238, 250, 254, 261

Cliothedmus 479

Clepp caſtrum 718, a Gallis puluere pyrio euerſum eſt, *ibid.*

Cluſa prope monaſterium *D. Ioannis* in monte Epiſcopi 764, eidem incorporatur 765

Cochlæus grauis Lutheri antagoniſta 127, Decanum egit Francofurti in æde B. V. *ibid.* fit Moguntiæ Canonicus ad D. Victoris, *ibid.*

Colonienſis (Anno *Archiepiſcopus*) B. *Bardonis* amicus 473, eius ad tumbam ſtans, miraculum poſcit 474

(Arnoldus *Archiepiſcopus*) Fridericum I coronat 559

(Bruno *Archiepiſcopus*) *Adolfo* ſubmoto ſurrogatur 584

(Erneſtus *Archiepiſcopus*) ortu Dux Bauariæ, in locum *Gebhardi Truchſeſſii* Sedi imponitur 889, 890

(Gebhardus *Archiepiſcopus*) vxorem ducit 836, Archiepiſcopatu exuitur 889, moritur & ſepelitur Argentorati 836

(Güntherus *Archiepiſcopus*) Lothario *Theutbergam* repudianti conſentit 410, excommunicatur & Sede mouetur, *ibid.*

(Henricus *Archiepiſcopus*) *Henricum VII* Imperatorem inungit 637

(Maximilianus Henricus *Archiepiſcopus*) cum Moguntino de iure inungendi Imperatorem contendit 964, litem hanc amica finit transactione 966, *Leopoldum* Francofurti inungit 967, cum Ciuitate diſſen-

… diſſentit Colonienſi de violato territorio 973

Colonienſis quando factus fuerit metropolitanus 52, an Moguntino antea ſubditus fuerit 49, 52

Colonienſes Othonem Epiſcopum Monaſterienſem capiunt 588, excommunicantur, *ibid.* Rheni nauigatione a vicinis Principibus prohibentur 803, cum Maximiliano Henrico Antiſtite diſſident & componuntur 973

Communis denarius 808

Concilium Altheimenſe 425

Concilia plura *Moguntiæ* habita ſunt 97 & ſeq. ab auctore numerantur viginti tria, 105, quorum quidem plura inueniuntur, *ibid.*

Coniugia quomodo comparata eſſe debeant, 835

Conradisdorfenſe cœnobium Dynaſtæ Büdingenſis opus 578, ſtabilitur a *Conrado I*, *ibid.*

Conradus I Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 564, ſtirpe *Comitum* de *VVittelſpach* ortus 564, ſeq. cur *Sueuus* appelletur a *Panuinio* 565, Saliſburgi fuit educatus ibidemque Canonicus factus, *ibid.* fit Archiepiſcopus Moguntinus, *ibid.* quando ſedem inſcenderit, *ibid.* iuſtis electus fuit ſuffragiis 566, iter inſtituit ad *D. Iacobum*, *ibid.* cum Imperatore agit Moguntiæ, *ibid.* eocum it in Italiam, *ibid.* ſuadet ei, ne *Alexandro* amplius aduerſetur, *ibid.* *Alexandro* Pontifici ſe ſubmittit, *ibid.* a Comitiis Wirtzburgenſibus ad eum ſe confert, *ibid.* clam quidem & inſcio Imperatore, *ibid.* in Galliam ſe recipit 567, Romam concedens fit Cardinalis, *ibid.* & Epiſcopus Sabinenſis conſecratur, *ibid.* dicitur etiam factus Epiſcopus Soranus, *ibid.* Campaniam inuadit, *ibid.* Legatum Papæ agit in terris Baioaricis, *ibid.* conſtituitur Archiepiſcopus Saliſburgenſis 568, præuia quadam electione, *ibid.* & a Cæſare regalia accipit, *ibid.* Sedi Moguntinæ redditur 575, litem de parochiali Altavillana finit, *ibid.* cum *Ludouico* Thuringo contendit, *ibid.* *Theodericum* Halberſtadenſem conſecrat, *ibid.* cum Cæſare it in Italiam, *ibid.* *Lucium* Pontificem de ſententia deducit, *ibid.* in Germaniam reuertit, *ibid.* Colonienſi iter ad nuptias regias diſſuadet, *ibid.* Pontifici in cauſa exuuiarum Epiſcopalium fauet, *ibid.* & caute in eadem agit materia, *ibid.* ad bellum cum Landgrauio ſe demittit 577, Auguſtæ ædem *D. Vlrici* dedicat, *ibid.* Sangallenſes inuiſit, *ibid.* ab Imperatore mittitur in Hungariam, *ibid.* *Henrico* Regi contra *Henricum* Leonem præſto eſt, *ibid.* *Leoni*, vt ſe ſubmittat, ſuadet, *ibid.* Francofurti agit cum Rege, *ibid.* ad explorandos populi animos in Apuliam deſtinatur, *ibid.* eo cum Rege proficiſcitur, 578. Erfordiæ in prodigium quoddam ſolerter inquirit, *ibid.* Germaniam repetit, *ibid.* cœnobium *Conradisdorf* ſtabilit, *ibid.* ab *Henrico* peculiare quoddam priuilegium impetrat, *ibid.* Petrinis Erfurtenſ. beneficium quoddam ſtabilit 579, ordinationi Colonienſis intereſt, *ibid.* Erfurti Abbati Petrino uſum infulæ concedit, *ibid.* cœnobium *Ilfeldenſe* confirmat, *ibid.* rurſus cum Landgrauio contendit, *ibid.* Cæſaris conſiliis de Imperio domui ſuæ ſtabiliendo refragatur, *ibid.* *Gardolfum* Halberſtadenſem ordinat 579, nouam ædis *D. Martini* fabricam inchoat, *ibid.* Erfurti monaſterium *noui operis* inſtituit 580, cruce ſignatur, *ibid.* iter ſacrum ingreditur, *ibid.* Regem Armeniæ coronat, *ibid.* & cum Principe Antiochiæ in concordiam redigit, *ibid.* itinere peracto Moguntiam venit, *ibid.* Anticæſares in concordiam redigere nititur, *ibid.* conuentum rei huius gratia indicit, *ibid.* in Hungariam deſcendit 581, concordiam ibi inter fratres ſancit, *ibid.* *Leopoldum* Auſtrium inuiſit, *ibid.* moritur in territorio Patauienſi, *ibid.* eccleſiæ Moguntinæ infortunium præſenſiſſe dicitur, *ibid.* ſepelitur Moguntiæ 582, quot annos ſecundum præfuerit, *ibid.*

Conradus II Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 703, Dynaſta fuit Winſpergenſis, *ibid.* *Engelharti* filius 704, fit maioris Moguntinæ Scholaſticus, *ibid.* Archiepiſcopus eligitur, *ibid.* poſt *Prouiſoris* tantum habetur loco 705, quo anno electus ſit, *ibid.* ſenex tum fuit, *ibid.* a Pontifice confirmatur, *ibid.* permiſſu Capituli populo viceſimam imperat, *ibid.* regalia petit & accipit a Cæſare 706, cum Palatinis Rheni fœdus icit, *ibid.* item cum ſodalitate *zu dem Kolben*, *ibid.* ſodalitatem a *Vulpe* dictam in patrocinium recipit, *ibid.* Gemmingenſem & Nypergenſem cum Saxenheimenſi componit, *ibid.* Wimpinam & Heilbronnam in patrocinium ſuſcipit, *ibid.* cum Badenſi fœdus ferit, *ibid.* litem de Præpoſitura Spirenſi finit, *ibid.* Waldenſes perſequitur 707, de pace publica cum nonnullis fœdus facit, *ibid.* ordines mendicantes certis coercet legibus, *ibid.* Thungios conciliat Herbipolenſi, *ibid.* cum Auſtriæ Ducibus fœdus pangit, *ibid.* Clero imperat penſionem pecuniariam, *ibid.* vrbem Moguntiam ſolenniter ingreditur, *ibid.* vt pacis publicæ formula exponatur, penſi habet, *ibid.* contra ſodalitatem *der Slegeler* fœdus init 708, Haſſo ſe ſociat, *ibid.* pluribus item aliis, *ibid.* Prouiſori Erfurtenſi poteſtatem facit, Vaſallis in Thuringia locisque finitimis feuda conferendi, *ibid.* Iudæos Francofurtenſes ad tres annos in tutelam ſuſcipit, *ibid.* Optimatum vicinorum plures excipit Eltvillæ, *ibid.* Elckirhuſio arma infert, *ibid.* quo anno & die obierit, *ibid.* ſepelitur Moguntiæ in maiori, *ibid.* laudatur a virtutibus, *ibid.*

Conradus III Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 735, gente *VVild-& Rhingrauius*, *ibid.* fuit Præfectus Ruſtenbergenſis, *ibid.* Præpoſitus Francofurtenſis, *ibid.* Rüdeshemii eligitur Archiepiſcopus, *ibid.* vaſallis ac officialibus Moguntinis renunciatur, *ibid.* a Pon-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Pontifice probatur, *ibid.* academiæ Erfurtenſi dat Vicecancellarium, *ibid.* fit Prouiſor Fuldenſis, *ibid.* Clerum literis hortatur ad vitæ caſtimoniam 736, componit Spirenſes cum Epiſcopo, *ibid.* pacem Suinfurtenſibus cum Epiſcopo Wirtzburgenſi conciliat, *ibid.* Erfurti ciues ſibi homagio obſtringit, *ibid.* Hersfeldenſes in tutelam ſuſcipit, *ibid.* ciuibus Moguntinis vetera confirmat priuilegia, *ibid.* diœceſi Fuldenſi præfectum dat 737, Comitiis Norimbergenſibus intereſt, *ibid.* cum Marchionibus Miſniæ fœdus init, *ibid.* aduerſus Bohemos ducit, *ibid.* Epiſcopum Wirtzburgenſem cum Marchione Brandenburgenſi componit, *ibid.* conſtitutionem edit de habitu Cleri, *ibid.* Argentoratenſibus bis conciliat pacem, *ibid.* Spiram cum aliis obſidet, *ibid.* conſtituitur Vicarius Imperatoris 738, Landgrauiis Thuringiæ feuda concedit, *ibid.* caſtra *Calsmund* nec non *Pfedersheim* acquirit, *ibid.* Imperii adminiſtratione ſe abdicat, *ibid.* Epiſcopum Spirenſem pacificat cum Hunoldſteinio, *ibid.* de *Notariis* edit conſtitutionem, *ibid.* ſynodum celebrat, *ibid.* fœdus icit cum *Friderico* Bellicoſo 739, ne priuilegio *Friderico* iuniori, Thuringiæ Landgrauio, a Sede Romana dato læderetur, a *Martino V* cautionem accipit, *ibid.* fœdus, *die Churfurſten-Verein* dictum, cum Electoribus ceteris facit, *ibid.* *Friderico* Saxoni honorem Septemuiralem firmat, *ibid.* inter clerum Wormatienſem & ciues concordiam conciliat, *ibid.* inter Comites item Wertheimenſes & Eppenſteinios, *ibid.* aduerſus Haſſum auxiliatores ſibi adſciſcit, *ibid.* ei reconciliatur 740, emit *Steinheiminum* cum locis contributis, *ibid.* cum Argentoratenſi fœdus pangit, *ibid.* Iudæos in gratiam recipit, *ibid.* Leuchtenbergenſem contra Bohemos conducit, *ibid.* Fuldæ Abbatem & Adiutorem ad pacem reuocat, *ibid.* ad bellum cum Haſſo ſe comparat, *ibid.* cauſæ Boicæ diſcutiendæ a Cæſare præficitur 741, fœdus init cum Wirtzburgenſi, *ibid.* Ordines Imperii de adducendis contra Huſſitas copiis admonet, *ibid.* de *Procuratoribus* mandatum edit, *ibid.* Haſſo indicit bellum, *ibid.* acie vincitur, *ibid.* pacem cum eo facit 742, captiuos redimit 742, 1024, nec non in fœdus cum eo coit, *ibid.* Saxoniæ Duces fœdere ſibi iungit, *ibid.* Electores item Rhenanos, *ibid.* ſuos ad ſubſidia in bellum ſacrum conferenda hortatur, *ibid.* tributum a ſuis exigit 743, Epiſcopum Wirtzburgenſem cum Canonicis & ciuibus componit, *ibid.* Palatinum item cum Comite Sponheimenſi, *ibid.* inimicitias exercet cum Catzenelenbogio & Reiffenbergio, *ibid.* Iudæos capit & emungit, *ibid.* fœdus cum vicinis init, *ibid.* *Echtero* rerum eccleſiaſticarum curam committit, *ibid.* de Iudæorum tributo, Cæſari pendendo, tranſigit, *ibid.* Poſonii Comitiis intereſt, *ibid.* Argentoratenſis partes aduerſus ciuitatem amplectitur, *ibid.* ſuos aduerſus Huſſitas excitat 744, certis conſtitutionibus editis, *ibid.* *Horneccilis* bellum denuntiat, *ibid.* Spirenſibus ſubſidio venit, *ibid.* Norimbergæ de rebus Imperii agit, *ibid.* Cæſari ibidem adeſt, *ibid.* Landgrauii Leuchtenbergenſis conducit operam, *ib.* Catzenelenbogiis inducias denuntiat, *ibid.* a Clero decimam prouentuum exigit, *ibid.* Synodum conuocat prouincialem, *ibid.* alios Germaniæ Epiſcopos ad idem faciendum cohortatur, *ibid.* agreſtes tumultuantes comprimendos ſtatuit 745, caſtrum *Hattſtein* expugnat, *ibid.* pacat Epiſcopum Wirtzburgenſem, Canonicos, & ciues, *ibid.* fœdus init aduerſus Haſſum, *ibid.* Wirtzburgenſem, vt Baſileam ſe conferat, monet, *ibid.* baſilicam Hœchſtenſem in parochialem mutat, *ibid.* Moguntinis Clerum grauantibus fruſtra intercedit, 746, res monaſterii Bursfeldenſis componit, *ibid.* monetur a PP. Concilii, vt Clerum in vrbem reuocet, & cum ciuibus componere tentet, *ibid.* re infecta Concilium ad componendam hanc litem hortatur, *ibid.* feſtum *D. Seueri* transfert, *ibid.* teſtamentum facit 747, corporis forma, animique dotibus conſpicuus fuit, *ibid.* moritur, *ibid.*

Conſtantienſis (Carolus *Epiſcopus*) Simoniæ inſimulatur 502, remouetur 503
(Balthaſar *Epiſcopus*) cognomento *Merckelius* 831, conſecratur, *ibid.*

Conuentus maior Moguntiæ parthenon primum fuit Sororum de tertia D. Franciſci regula 81, *Adolfi II* & *Vrielis* beneficio domos quaſdam conſequitur, *ibid.* incendio deformatur, *ibid.* FFr. Ordinis Seraphici attribuitur, *ibid.*

Corbeienſis (Hermannus *Abbas*) in numerum Conſiliariorum a *Sifrido II* recipitur 592

Crediodunum S. Bonifacii patria 275

S. Creſcens Epiſcopus Moguntinus primus 48, 152, varie ſcribitur 152, an Pauli fuerit diſcipulus, *ibid.* in quas Galliæ vrbes venerit 153, qua via venerit Moguntiam 154, quando 156, an ſponte, *ibid.* quibusdam videtur miſſus a Paulo, aliis a Petro 156, 157, an recta Moguntiam venerit 157, martyrio afficitur & ſepelitur, *ibid.* tempore Traiani 158, cuius tum fuerit ætatis, *ibid.*

S. Creſcentius Epiſcopus Moguntinus 159

Crocus, Vandalorum Rex, Rhenum ponte tranſit 36, Moguntiam deuaſtat, *ibid.*

Cronenbergenſes Francofurtanis cladem inferunt 705

de *Cronenberg* Nobiles primo de *Eſchborn* dicebantur 909, cum illuſtribus familiis contraxere affinitates, *ibid.* deficere 910

Crucis imago prodigioſa 73, ab homine ſcelerato conuulneratur 74

S. Crucis ſacellum extra villam Oberingelheim ſitum in loci parochialem transfertur, 785

S. Crucis templum, quod extra mœnia Moguntina eſt, olim *S. Maria in-campis* vocatum, 73, ab *Erckenboldo* exſtructum fuit, 461, miraculoſæ crucis imagine inſigne eſt 73, & votorum exolutorum monumentis 74, ab

Digitized by Google

INDEX V

Rerum præcipuarum.

74, ab *Alberto* Brandenburgico incenditur 859

Curienſis Epiſcopus Moguntini Suffraganeus, 52 ſeq.

Curienſis (Ioannes *Epiſcopus*) cognomento *Ambundii* confirmatur 732

(Sifridus *Epiſcopus*) cœnobium *Himmelau* exſtruit 642, in id abdicato Epiſcopatu ſe recipit, *ibid.*

Cuſanus (Nicolaus) *Cuſa* oriundus, ad cognoſcendum Rabani & Manderſcheidii diſſidium adhibetur 794, legatur a Pontifice in Germaniam 29

Cypri Rex (Ioannes) grauiter a Saracenis premitur 766, legatum mittit in Germaniam, qui eleemoſynas colligat, *ibid.*

S. *Cyriacus* Epiſcopus Moguntinus 159

D

Damianus Hartardus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 977, familia ortus vetuſta & illuſtri, *ibid.* parentibus laudatiſſimis 978, eccleſiaſtico ſe dedit vitæ generi, *ibid.* ad varios adſpirauit honores, *ibid.* Electoris Treuirenſis legatum egit, *ibid.* multo cum applauſu eligitur Archiepiſcopus Moguntinus, *ibid.* fit Epiſcopus Wormatienſis 979; conſecratur, *ibid.* regalia conſequitur a Cæſare, *ibid.* hoſpitale *D. Ioannis* excitat, *ibid.* partem regiæ Electoralis a *Georgio Friderico* cœptam exædificauit, *ibid.* morte obit immatura, *ibid.*

Daniæ Rex (Herialdus) baptizatur ab *Otgario* Archiepiſcopo Moguntino 385

Daniel Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 862, familia *Brendeliorum* ab *Homburg* ortus, *ibid.* fratres habuit ac ſorores 863, Spiræ fit Scholaſticus maioris 864, varias ad legationes adhibetur, *ibid.* Sebaſtiano morienti adfuit, *ibid.* præter omnium expectationem eligitur Archiepiſcopus 865, ciues Moguntinos iureiurando ſibi obſtringit, *ibid.* legatos ad Comitia mittit, *ibid.* de componendis cum *Alberto* Brandenburgenſi rebus agit 866, Francofurtum concedit, *ibid.* regalia a *Ferdinando* conſequitur, *ibid.* quo potente cum Colonienſi & Treuirenſi de reformando Clero conſultat 867, ad Comitia Auguſtana proficiſcitur, *ibid.* vbi rurſus de Clero ad meliorem frugem reuocando agit, *ibid.* Societatis Ieſu Patres primo Moguntiam arceſſit, *ibid.* odioſis, qui de eis ſpargebantur, rumoribus aurem non præbet 869, 875, venerabile *Christi corporis* ſacramentum ter in proceſſione circumfert 869, cum Cæſare venit ad Comitia Francofurtenſia, *ibid.* Septemuiris collegis diem Regi Romanorum eligendo indicit, *ibid.* *Maximilianum II* eligit 870, eumque conſecrat 871 ſeq. Legatos Viennam mittit, qui cum Cæſareis, aliisque de coniugio Clericis & calice ſacro Laicis concedendo conſultent 872, Societatis Ieſu Patribus collegium Algesheimenſe cum domibus adiacentibus adſignat 873, permiſſu Papæ Minoritarum eis addicit monaſterium 873 ſeq. magno eos amore proſequitur 874, Heiligenſtadii eis Collegium excitat 875, Erfurti alius ſemina iacit, *ibid.* ad Conuentum vtrumque Spirenſem legatos mittit 876, ad Comitia Auguſtana ipſe accedit, *ibid.* Conuentum Fuldenſem per legatos obit, *ibid.* ad Spirenſia Comitia ipſe venit, *ibid.* *Maximiliani II* filiam Galliarum Regi ibidem per ἱερολογίαν ſacerdotalem deuincit, *ibid.* legatos mittit ad conuentum Francofurtenſem 877, ad Ratisbonenſia Comitia ipſe proficiſcitur, *ibid.* *Erneſtum* Imperatoris *Maximiliani II* filium Polonis commendat, *ibid.* *Henrico* Andegavenſi ab eisdem electo tranſitum concedendum eſſe ſuadet 878, aduenienti omnem exhibet honorem, *ibid.* cum Haſſo de monaſterii *Steina* aduocatione tranſigit, *ibid.* *Erneſtum* Archiducem denuo Polonis commendat, *ibid.* Eichsfeldiam luſtrat 879, *Rudolfum II* eligit, & vngit, *ibid.* ei ſuam ſuper morte patris συμπάθειαν teſtatur, *ibid.* ad funus *Maximiliani II* cohoneſtandum legatos mittit, *ibid.* regalia accipit a *Rudolfo*, *ibid.* litem inter Anti-Abbatiſſas Gandersheimenſes decidit, *ibid.* Rieneccenſem Comitatum feudi lege ſui iuris facit 880, Kònigſteinenſem Comitatum diœceſi Moguntinæ adiicit, *ibid.* *Erneſtum* Bauarum a Leudienſibus poſtulatum honorifice excipit 886, pacis fuit amantiſſimus 881, nouas exactiones nullas impoſuit, *ibid.* varia reædificauit ædificia, *ibid.* totus ad modeſtiam fuit compoſitus, *ibid.* preces Canonicas diligentiſſime precatus eſt 882, in precario ſuo libello memorandas quaſdam gnomas ſua manu ſcripſit, *ibid.* eccleſiaſticarum legum tenax fuit 883, zelo Catholicæ religionis arſit, *ibid.* multos tamen A. C. addictos in aula ſua tolerauit 884, a *Turnero* multis extollitur laudibus 885, moritur Aſchaffenburgi 886, deuehitur Moguntiam, *ibid.* in æde maiori tumulatur, *ibid.* monumento cohoneſtatur magnifico, *ibid.* luctum, ſuique deſiderium cunctis reliquit 887, cum funeraretur, ſtella ſupra templum metropolitanum fuit conſpicua, *ibid.*

Decimæ quem in finem a priſcis donatæ fuerint 207, multarum inter Moguntinum & Thuringos litium fuere cauſa 505 ſeqq. 543

Decima & *decimatio* 508

Decretalium collectio, quæ *Iſidori Mercatoris* ſub nomine prodiit, non eſt *Iſidori Hiſpalenſis* 380, ſed alius longe poſterioris, *ibid.*

Delckenheim caſtrum deſtruitur 689

Diepurgenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntino attribuitur 675

Dietenbergius (Ioannes) cognomen tulit a patria 127, fit Doctor Theologus, *ibid.* Prædicatorum ingreditur ordinem, *ibid.* Bibliorum germanicam verſionem conficit, *ibid.* ſcribit contra Lutherum, *ibid.*

Dietherus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus

tinus 771, ſtirpe fuit Comes *Iſenburgico-Budingenſis*, *ibid.* literis initiatus, Erfurdi in ſtudia incumbit, *ibid.* ibidemque Rectorem agit Academiæ, *ibid.* ad varios emerſit honores, *ibid.* Treuiri a parte quadam Canonicorum Præſul eligitur, *ibid.* tandem fit Archiepiſcopus Moguntinus 772, interpoſito compromiſſo, *ibid.* vtrum adhibitis malis artibus? *ibid.* electus vaſallis Moguntinis denuntiatur, *ibid.* mittit legatos ad Pontificem pro conſequendo pallio, *ibid.* a Cæſare tempus annuum ad recipienda regalia conſequitur, *ibid.* ne cum Palatino armis implicaretur, curæ nonnullis fuit, *ibid.* Vicarium in ſpiritualibus e Canonicis maioribus conſtituit 773, Prouiſori Erfurtenſi amplam poteſtatem dat, *ibid.* *Othonem* Hennebergenſem in commilitium adſciſcit, *ibid.* Rhingauienſibus in fidem receptis ſtabilit priuilegia, *ibid.* mandat, vt loca profanata expientur, & ſacrandi ſacrentur, velandæ velentur, *ibid.* Collegialis *Steina* rationem habet, *ibid.* diem a Principibus præſtitutum Norimbergæ per legatos obit, *ibid.* cum *Alberto* Brandenburgenſi & *Vlrico* Wirtembergenſi bellum contra *Fridericum* Palatinum decernit 774, diœceſi viceſimam imperat, *ibid.* multos e nobilitate Rhenana & Weſtphalica ſibi adſciſcit adiutores, *ibid.* monaſteriis Palatinatus certa conditione ſecuritatem promittit, *ibid.* Ingelhemium oppugnat, *ibid.* *Neohuſam*, *Liebenau*, & *Hochheim* incendio vaſtat, *ibid.* cum Palatino confligit & vincitur 775, nouos conducit auxiliarios, *ibid.* de pace cogitat, *ibid.* cum Palatino colloquitur, *ibid.* cum eo pacem facit, *ibid.* nec non fœdus 776, ſacrorum interdicto ſubditur a Iudicibus Cameræ Apoſtolicæ, *ibid.* Norimbergæ conuentui intereſt, *ibid.* a Papa prouocat ad Concilium, *ibid.* conuentum indicit Francofurti habendum, *ibid.* cum Palatino & Brandenburgenſi arctam colit ſocietatem, *ibid.* Comiti Glichenſi concedit, vt vxori in feudis Moguntinis dotalitium conſtituat 777, in vnionem Electoralem recipitur, *ibid.* Miltenbergæ ſynagogam Iudæorum addicit Sacellano *B. V. ibid.* Moguntiæ agit conuentum, *ibid.* appellationi renuntiat, *ibid.* Archiepiſcopatu deiicitur, *ibid.* clauſtro *Billicheim* Aduocatum dat, *ibid.* transactione cum *Adolfo* facta Epiſcopatu decedit 778, ab eo poteſtate Archiepiſcopali eximitur, *ibid.* eligitur ſecundum Archiepiſcopus 787, commendatione quidem ipſius *Adolfi* 788, ingratiis vero Cæſaris & Papæ, *ibid.* pactione ſe obſtringit Capitulo, *ibid.* eidem vrbem Moguntinam in perpetuum attribuit, *ibid.* tanquam legitimus Archiepiſcopus Moguntinæ Sedi ſubditis renuntiatur, *ibid.* ne eligatur, Papa interdicit, *ibid.* cuius literis reſpondetur ab Capitulo, *ibid.* probatur tandem a Pontifice 789, cui proinde gratias agit, *ibid.* Moguntiam rurſus ſuæ facit poteſtatis, *ibid.* benignum a Pontifice reſponſum accipit, *ibid.* de inſtituenda Moguntiæ Academia agit, *ibid.* *Ioannis Niclasbuſenſis* dogmata execratur, *ibid.* *VVilhelmum* Brunſvvicenſem anathemate exſolui iubet, *ibid.* Academiam Moguntiæ aperiendam ſignificat 790, litem Dorlenſium cum Collegiata Salzenſi decidit, *ibid.* monaſterium *Seligenſtad* inuiſit, *ibid.* Roſenbergiis *Boxberg* & *Schupf* certis conditionibus reſtituit, *ibid.* Landgrauiæ *Mechtildi* poteſtatem dat conſtituendi, qui cœnobia per Haſſiam inuiſant, *ibid.* arcem Moguntiæ ſtatuit, *ibid.* ſumtu ante iam confecto, *ibid.* *D. Martini caſtrum* eam appellari vult 791, Moguntiæ imponit Præfectum, *ibid.* monaſterium *Seligenſtad* reformat, *ibid.* Bullam Papalem Francofurtenſibus datam reſtringit, *ibid.* Presbyteri & Epiſcopi honores conſequendi licentiam accipit, *ibid.* Academiæ Moguntinæ certa indulget priuilegia, *ibid.* *Albertum* Saxoniæ Ducem Prouiſorem Erfurti inſtituit, *ibid.* loca Eichsfeldiæ recuperat, *ibid.* & *Alberto* Prouiſori committit, *ibid.* Moguntinenſes nouo pacto ſibi obſtringit, *ibid.* ludos Moguntiæ haberi permittit 792, cum *Henrico* Haſſo fœdus renouat, *ibid.* Præfecturas *Algesheim* & *Amoeneburg* redemtas *Alberto* Saxoni concedit, *ibid.* cum *Ioanne* Wertheimenſi componitur, *ibid.* Moguntiæ ædes ruinoſas & deformatas inſtaurari iubet, *ibid.* Sedi ſubditis viceſimam imperat, *ibid.* mandatum de inſtaurandis ædibus extendit, *ibid.* forum legibus munit 793. *Biſchofsheimium* reluit, *ibid.* de *Alberto* Saxone Adminiſtratore conſtituendo agit, *ibid.* iuſta funeris ſui procurat, *ibid.* moritur Aſchaffenburgi, *ib.* ſepelitur Moguntiæ, *ib.*

S. *Dionyſius* Epiſcopus Moguntinus 160

Diſibodenberg monaſterium contracte *Diſenberg* dicitur 124, ſitum in Comitatu Sponheimenſi anteriori, *ibid.* ab *Hattone II* monachis expulſis deſtruitur 438, a *VVilligiſo* inſtauratur 438, 450, a *Ruthardo* Archiepiſcopo in montem transfertur 532, monachis *Benedictinis* rurſum traditur, *ibid.* large ditatur, *ibid.* *Adelberto I* & *Henrico I* curæ eſt 538, 544, 555, ad *Ciſtertienſium* transfertur Ordinem 612 & ſeq.

Dockum Friſiæ oppidum 342, 352

Dom vnde nomen traxerit 47 ſeq.

Dorla collegialis fundata a Comite *Vigero* 453, dedicatur a *VVilligiſo*, *ibid.* Salzam ab *Adolfo* transfertur 790

Drechtingeshuſenſis parœcia collegio metropolitano Moguntinenſi attribuitur 628

Dreyſe curia a Moguntino oneribus eximitur 683

Druſiloch, Druſilocus, ager in campo extra mœnia Moguntina 31, 39, ſaxo *Eichelſtein* dicto obuerſus 1000, ita dictus a coloſſo, Druſi in honorem ibi erecto 31, 39

Druſi coloſſus ſiue pyramis forma fuit triangulari 31, 39, 41, 43, deiicitur 48

Druſi monumentum, ſaxum glandiforme 39, 40, 41, ſtatua 41

INDEX V
Rerum præcipuarum.

Druſus Germanicus multas gentes Germanicas deuicit 12, 13, 39, vrbis Moguntinæ conditor dicitur, *ibid.* maxime veriſimiliter, *ibid.*

Duderſtadium Moguntino oppigneratur 658, peculiari afficitur priuilegio 673, ex parte a *Gerlaco* Moguntino Archiepiſcopo emitur, 673, 678, a Lüneburgico munitionibus exuitur 947, a Succis opprimitur 952, a Cæſarianis recuperatur 954, a Kœnigsmarckio deditione accipitur 955

E

Eberbacenſia bona Marianis Moguntinis vindicantur 545

Echter (Petrus) 743, 760, 866

ab *Eſſern* (Wilhelmus Ferdinandus) 921

S. Egbertus ex Anglia in Germaniam nauigaturus diuinitus prohibetur 285, multos alios ad prædicandam Germanis fidem mittit, *ibid.*

Ehe quid apud maiores ſignificauerit 835

Ebenheimenſis parœcia eccleſiæ Moguntinæ firmatur 612

Ehrenbreitſtein caſtrum Gallis a Treuirenſi traditur 946

Ehrenfelſa in Suecorum poteſtatem redigitur 945, 949, a Vinarienſibus occupatur 952

Eichelſtein ſaxi ad Moguntiam glandiformis 38, figura 43, autor 38 ſq. appellationis ratio 40

Eichsfeldiæ nomen vnde 294, a Moguntino emitur 628, a *Daniele* Archiepiſcopo luſtratur 879, a *Ioanne* item *Adamo* 903

Eichſtadenſis Epiſcopus Moguntini eſt Suffraganeus, 52 ſq. Cancellarius eſt eccleſiæ Moguntinæ 646, 647, quod munus a S. Bonifacio Seui Eichſtadenſi collatum dicit 717, vi eius ſibi nonnulla competere contendit, *ibid.* eius confirmationem conſequitur 646, 717, 920

Eichſtadenſis (Wilibaldus *Epiſcopus*) 235, 299, 315, *Richardi* filius 276, SS. *VVunibaldi* & *VValpurgis* frater, *ibid.* vtrum vitam ſcripſerit D. *Bonifacii*

(Ioannes *Epiſcopus*) conſecratur 760

Elbicherode ſacellum Abbati Reiſſenſteinenſi commendatur 627

Elchirhauſen caſtrum a *Philippo* Naſſovio euertitur 708

Electores vnionem, quæ vulgo *die Churfürſten-Verein* dicitur, faciunt 739, de ſchiſmate tollendo ad *Eugenium* Papam literas dant 751, ad Græcorum item Imperatorem 752, quem in eligendo Cæſare ordinem obſeruent 58, quem in coronando? 870

Electores Eccleſiaſtici contra Proteſtantium vim fœdere ſe muniunt 913

Electorum in Imperio Romano-Germanico numerus 51, officium & dignitas 57, origo 59, 63, priuilegium de Vaſallis ſuis alio non euocandis 757

S. Eliſabetha in vrbe Moguntia *monaſterium* 78, in FFr. Teutonicorum peculio eſt, *ibid.* olim plurium FFr. fuit conuentus, *ibid.* hodie in Commendis eſt, *ibid.*

-- *Templum* quando cœperit 78, vocatur *die Teutſche Haus-Kirche*, *ibid.*

-- *Sacellum* 88

S. Eliſabetha Schœnaugienſis reuelationes ſcripſit 198, quæ duobus libris comprehenſæ a Rogero Anglo, *ibid.*

de *Elten* (Gerardus) 106 ſeq.

Elveld caſtrum munitur 653, exædificatur 664

Embricho Præpoſitus Moguntinus a *Lamberto* laudatur 497

S. Emerani in vrbe Moguntia Eccleſia parochialis 76, qua occaſione extructa, *ibid.* a quo conferatur *ibid.*

de *Enſchringen* (Ludolfus) *S. Helenæ* monaſterium iuxta *VVelſchbillich* condit 806

Epiſcopi vel incertæ ſunt Sedis vel definitarum Sedium 304, eorum matrimonia an licita 837 ſeqq. Sedes vbi conſtituendæ 238

Epiſcopi Cardinales vnde dicantur 594

Epiſcopi Moguntini v. *Moguntini*.

de *Eppenſtein* (Godefridus *Dominus*) excommunicatur 609

Eppenſteinii Dynaſtæ 614, 625, de dynaſtia *Eppenſtein* litigant 815, Comitatum *Königſtein* nanciſcuntur 880, familiam obitu ſuo finiunt 815, 889

Erbacenſe monaſterium Ciſtercienſibus traditur 546, variis augetur commodis 554, 578

Erkenbaldus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 460, varie ſcribitur, *ib.* vtrum Somerſeburgiis ortus fuerit, *ibid.* aliquandiu adhuc Fuldenſe monaſterium rexit, *ibid.* Francofurti in Comitiis partes quasdam obit, *ibid.* an cum *Henrico* fuerit Romæ, *ibid.* *VVitgerum* Verdenſem & *Popponem* Treuirenſem conſecrauit Epiſcopos 460, 461, ad colloquium cum Polono habendum profectus eſt 461, cum *Henrico* ad bellum it, *ibid.* *Ekkehardum* Pragenſem inaugurat, *ibid.* Nouiomagi fuit, *ibid.* ædem *B. M. V.* in campis excitauit, *ibid.* ab *Othone* Hammerſteinio multis exagitatur iniuriis, *ibid.* quot annos Sedi præfuerit 462, quo anno obierit, *ibid.* in æde *D. Ioannis* ſepulturæ traditur 463, laudatur a ſcriptoribus *ibid.*

Erenvvolfus hæreticus a *Bonifacio* coercetur 224, 319

Erfurtenſis Academia v. *Academia*.

Erfurtenſis Epiſcopatus a *Bonifacio* inſtituitur 314. quem habuerit Epiſcopum, *ibid.* quando ſublatus fuerit, *ibid.* quam ob cauſam? *ibid.*

Erfurtenſis Vicedominatus *Vitzthumiis* ab *Eckſtedt* conceſſus redimitur 658

Erfurtenſes cum vicinis Comitibus inimicitias exercent 619, a *VVernhero* ſacrorum interdicto ſubduntur 620, in gratiam ab eodem recipiuntur 623, a *Gerhardo II* aguntur rei 626, qui eos multat, legibusque deuincit, *ibid.* in eius rurſus indignationem incurrunt 631, a *Gerlaco* villas quandam accipiunt 672, 673, ob cædem Iudæis illatam cum Archiep. Moguntinis tranſigunt 668, 683, 770, a Papa inſigne priuilegium obtinent 789

Erfurtenſibus monetandi ius oppigneratur 336, venditur 673

Erfurtum a Bonifacio *vrbs paganorum* (ruſticorum) dicitur 314, e paruis initiis admodum creuit,

creuit, *ibid.* an a *Sifrido I* muris cinctum fuerit 501, a *Carolo IV* obſidetur 690, deditione accipitur a *Ioanne Philippo* Electore Moguntino 970, & caſtello in monte *Petri* firmatur, *ibid.*

Erlenbronn vicus 33

Erpacenſe ſacellum ad parochialis ſtatum euehitur 809

Erpacenſes Comites 747, Palatinatus ad Rhenum Pincernæ hereditarii ſunt, *ibid.* non recte dicuntur Imperii Pincernæ 748

Eſchborn villa 909, a Chriſtiano Brunsvvic. incenditur 927

de *Eſchborn* Nobiles poſtea de *Cronenberg* ſe vocarunt 909

Eſchvvegenſe prochotropheum Reiffenſteinenſi Abbati commendatur 636

Eutropius Epiſcopus Moguntinus 166

Evvervvordus Freckenhorſtenſis parthenonis conditor 296

F

Faber (Henricus) a *Georgio Friderico* legatus mittitur ad conuentum Herbipolitanum 936

Faber (Petrus) 91, primus e Soc. Ieſu PP. Moguntiam accerſitur 843, magna vir virtutis opinione, *ibid.*

de *Falckenberg* (Cuntzmannus) auxiliarius *Ioannis II* Archiepiſcopi 714, 717, reus cædis Friderico Brunſuicenſi illatæ 715, diœceſis Fuldenſis fit præfectus 718, pacis, quam *Ioannes II* cum Haſſo init, fit particeps 722

Falckenſtein caſtrum expugnatur 698

de *Falckenſtein* (Cuno) conſtituitur prouiſor Archiepiſcopatus Moguntinenſis 663, Naſſouium bello perſequitur, *ibid.* fit Præpoſitus maior, *ibid.* cum *Gerlaco* tranſigit 670, quocum poſtea conflictatur 673, componitur, *ibid.* a Cæſare confunditur 675, fit Archiepiſcopus Treuirenſis, *ibid.* poſtulatur a Moguntinis 680

Falckenſteiniorum familia *Camerariorum Imperii hereditariorum* dignitatem ante *VVinſpergios* geſſit 1020 & ſeq.

Faldiſtorium 479

Faſtnacht-hüner 609

Faſtrada Imperatoris *Caroli M.* vxor ſepelitur Moguntiæ 72, in æde *S. Albani*, *ibid.* cohoneſtatur epitaphio, *ibid.*

die Favorite, hortus Electoralis Moguntinus 37, 38, ſitus in loco, quo olim ſuburbium Filsbacenſe ſtetit 37, cœpit opera Præpoſiti *de Stadion* 38, a *Lothario Franciſco* ſibi ſucceſſoribusque comparatur 38, 989, miræ eſt elegantiæ 37, 38

Fauſtus (Ioannes) adiutor Gudenbergii in inuenienda arte typographices 18, 19, filiam ſuam Scheffero deſpondet 19

de *Fechenbach* (Philippus) cum fœderatis in Sueuia ciuitatibus Imperialibus inimicitias exercet 766, cum iis componitur, *ibid.*

S. Felicitatis mons cœnobium ſanctimonialium 728, monaſterio Laurishamenſi incorporatur, *ibid.*

S. Ferrutius ſine geſtorum rememoratione celebratur 184, vita militari miſſa in carcerem coniicitur 185, 186, & per ſex menſes maceratur, *ibid.* moritur, *ibid.* inter martyres referendus venit 185, ſepelitur in Caſtello 186, transfertur Bleidenſtadium, *ibid.*

Ferus (Ioannes) Ordinis *S. Franciſci* 128, eloquens vir, *ibid.* multa ſcripſit, *ibid.* veſtem monaſticam exuere haud cupit, *ibid.* nonnullis in rebus dogmaticis ſuſpectus videtur, *ibid.*

Fichtelberg 33

Filtzbacenſe ſuburbium Moguntiæ 33, ſtetit in loco, in quo nunc eſt hortus Electoralis, *ibid.* ciuibus Moguntinis confertur 628, ſubruitur 33

Fintheim villa 41, quibusdam dicitur quaſi *fontis domus*, *ibid.* Præpoſito maiori ſubiecta eſt, *ibid.*

Flersheimenſe templum in caſtelli modum munitur 653

Flintz Fauni ſtatua 296, a *Bonifacio* quibusdam deſtructa dicitur, *ibid.*

Flonheimenſe monaſterium a Comitibus Silueſtribus conditum 765, mutatur in Collegiatam, *ibid.*

Fœdus ſacrum 842, *Smalcaldico* oppoſitum, *ib.*
Sueuicum 802, 803, 829, 841

S. Fontis eccleſia Erfurti in Collegium Clericorum ſæcularium mutatur 676

Fortunæ idolum ſtetit in monte agri Gôttingenſis 295

Foſa veterum Saxonum idolum 293, fœminini fuit generis, *ibid.*

Franciæ Rex (Carolus) *Eliſabetham* Imperat. *Maximiliani II* filiam ducit 876
(Clodouæus) Moguntiam reficit 22
(Dagobertus) Moguntiam inſtaurat 22
(Henricus III) fratri ſucceſſurus, clam e Polonia digreditur 878
(Henricus IV) Moguntinum rerum Iuliacenſium ergo compellat 914, Brandenburgenſis & Neoburgici cauſſam eidem commendat 915
(Philippus) ſororem *Blancam Rudolfo*, *Alberti I* Cæſaris filio, deſpondet 632
(Pipinus) fuit *Maior domus* 267, Chilpericum deiicit & Rex creatur 326, a Bonifacio vngitur & coronatur, *ibid.* iure 328 & ſeq. auctoritate ſummi Pontificis 331 & ſeq. Stephani 332, Zachariæ, *ibid.*
(Rupertus) perperam *Ruperto* Archiepiſcopo Moguntinenſi σύγχρονος dicitur 448, dicitur ſequentias quasdam compoſuiſſe, *ibid.*

Francia Teutonica 26

Franci Moguntiam & alias trans Rhenum vrbes deuaſtant 16

Franciſcani Moguntiæ ſedem obtinent 919, immittuntur in Conuentum maiorem, *ibid.* in oppido *VVorbis* exſtruunt cœnobium 972

S. Franciſci monaſterium extra mœnia Moguntina 80, ſororum *pœnitentium* fuit domus, *ibid.* eisdem a *Ioanne Heyl* conceſſa, *ibid.* vocata

vocata olim *domus S. Mariæ Magdalenæ*, *ibid.* Tertiariis Micro-Winternheimenſibus conceditur, *ibid.* alia nunc ſtat forma, *ibid.* vocatur *das VVeiſſenauer-Cloſterlein*, *ibid.*

Franckenhain villa Comitatus Ziegenhainenſis 639, Sedi Moguntinæ in feudum offertur, *ibid.*

Francofurtenſes a Cronbergenſibus magna clade afficiuntur 705 ſeq. cum Ioanne II Archiepiſcopo Moguntino nonnihil ſimultatis habent 728, cum eo pacificantur, *ibid.* *Theoderici* Archiepiſcopi indignationem incurrunt 764, ab eo rurſus in gratiam recipiuntur, *ibid.* de comedendis tempore ieiunii carnibus priuilegium a Papa accipiunt 791, quod a Moguntino reſtringitur, *ibid.* magnum ex inundatione damnum ſuſtinent 665, metu amittendarum nundinarum Büsano Comiti ſe dedunt 850, a Mauricio Saxone obſidione cinguntur 857, motibus inteſtinis laborant 919, 920, coercentur 920, arcem Höchſtenſem incendunt 999

Francofurtenſes nundinæ inter ſeptem Germaniæ ſpectabilia numeratæ 110

Francofurtenſis Clerus *Ludouici* Bauari cauſſa in graue periculum incidit 657

Francofurtum vrbs eligendo Cæſari definita 56 ſeq. villa fuit Imperatoria 103, *Suburbanum Moguntiacenſe* alicubi dicitur *ibid.*

Franconiæ Dux (Conradus) Cæſar eligitur 466, 479

Fraternitas Calendarum Mündenſis 762
Corporis Chriſti Salfeldæ inſtituta 761
S. Georgii 804
S. Martini 807
Moguntina eccleſiæ maioris 628, 698

Freckenhorſtenſis parthenon in Weſtphalis 296, opus Evvervvordi, *ibid.* B. *Bonifacii* baculum adſeruare dicitur, *ibid.*

Fridberga pro parte Sedi Moguntinæ oppigneratur 767, ab hac dein caſtri Imperialis Fridbergenſis ſociis venditur 767, academiæ Moguntinæ ad tempus commorandi locum præbuiſſe dicitur 109

Fridbergenſes nundinæ an a Günthero Imper. Francofurtum translatæ 664

Friedezoll 627

Friedlandiæ Dux ſummus copiarum Cæſarearum Dux 937, inſolens eſt in Principes, *ibid.* nouarum rerum habetur ſuſpectus, *ibid.*

Frieigen 616

Fritislaria, Frizlar, tempore Bonifacii iam nota 223, 309, a Landgrauio euertitur 594, ſeq. reædificatur 595, a *VVilhelmo* Haſſo occupatur 945

Fritslarienſis eccleſia a *Bonifacio* fundata 309, miraculo ſeruatur, *ibid.*

Fronhôve 615, 616

Fulda vrbs nomen accepit a fluuio *Fulda* 324, ſita eſt in Buchonia, *ibid.* *Rabani* Archiepiſcopi patria haud fuit 389

Fuldenſe cœmeterium conſecratur ab *Haiſtulfo* 383, templum itidem, quod ibi eſt, primarium, *ibid.*

Fuldenſe monaſterium a *Bonifacio* extruitur 260, 266, *Carolomanni* potiſſimum munificentia, *ibid.* a *Zacharia* Pontifice munitur priuilegiis 261, 265, quæ a *Pipino* Rege confirmantur 267, quo anno ædificari cœperit, 325, 378

Fuldenſe Seminarium ab Abbate *Balthaſare* inſtituitur 324, committitur PP. Societatis Ieſu 325, a Pontificibus beneficiis afficitur, *ibid.* Protectores accipit, *ibid.*

Fuldenſium Abbatum dignitas 324, eorum primus *Sturmius*, *ibid.* numerus illorum ad *Balthaſarem* vſque, *ibid.*

Fuldenſis (Balthaſar *Abbas*) *Rudolfi* Cæſaris auctoritate in Abbatiam reſtituitur 324, Seminarii Fuldenſis fundamenta iecit, *ibid.*
(Bertholdus *Abbas*) Moguntinum Archiepiſcopum Tutorem accipere cogitur 618
(Brantholius *Abbas*) a Cæſare *Henrico* dignitate deiicitur 476
(Conradus *Abbas*) Spangenbergæ trucidatur 698
(Eigil *Abbas*) honorifice ſuſcipitur & paterne admonetur ab Archiepiſcopo *Haiſtulfo* 382
(Hatto *Abbas*) *Rabano* Abbati ſufficitur 402
(Hermannus Georgius *Abbas*) eligitur 949, obit 955
(Ioachimus *Abbas*) eligitur 955, *Ioanni Salentino* Coadiutori præfecturam Holtzkirchenſem concedit, *ibid.*
(Rabanus *Abbas*) *Eigili* ſuccedit 399, pietati & religione ſtudet 399, ſtudioſus eſt in colligendis Sanctorum reliquiis 400, ædes ſacras partim exornat, partim de nouo exſtruit, *ibid.* præſtantem bibliothecam colligit, *ibid.* de prouincia decedit 401, Moguntinus eligitur Archiepiſcopus, *ibid.*
(Ioannes Adolfus *Abbas*) eligitur 947, moritur 949
(Ioannes Bernhardus *Abbas*) lites cum Capitularibus ſuis exercet 924, pugnæ Lützenſis ſpectator occumbit 947
(Rargarius *Abbas*) litterarum ſtudioſos duriter habet 399, eosque a bonarum artium cultura ad manuarios labores cogit, *ibid.*
(Richardus *Abbas*) monaſterium *S. Andreæ* exſtruit 478, *Bardonem* Sedi Moguntinæ impoſitum iri, nocturno viſu edocetur 481, ei obuiam ſibi facto primas cedit 482, obit 477
(Sturmio *Abbas*) isque primus 266 301, Noricus gente 324, a *S. Ludgero* laudatur, *ibid.*
(Wideradus *Abbas*) cum Hildesheimenſi de protocathedria diſceptat 496

Fuldenſis eccleſiæ Prouiſores & Tutores ex Archiepiſcopis Moguntinis
Erckenboldus 460
Siſridus III 602, 1013
Wernherus 618
Adolfus I 698
Conradus III 735

Fuldenſis ſchola 399, bibliotheca 400

G

Gabriel Bulgariæ &c. Archiepiſcopus & Patriarcha venit Moguntiam 896, afflictum eccleſiæ

INDEX V

Rerum præcipuarum.

rum ſuarum ſtatum *VVolfgango* patefacit, *ib.* a quo humaniter tum excipitur, tum dimittitur, *ibid.*

S. *Galli* ſacellum Moguntinum 85

Galli Moguntiam bis deditione accipiunt 19, & ſeq. 955, 983

Gallia latis olim circumſcribebatur finibus 26, nonnullis videtur 2 *Tim.* 4. 10 per Galatiam denotari 153

Gallarum varia antiquitus fuit lingua 27, nonnullis Germanicam quoque complexa videtur, *ibid.*

Gamberg caſtrum 562, confertur Beringero loci oppidano iure beneficiario, *ibid.*

Gandersheim, celebre in Saxonia monaſterium, *VVilligiſus* ſibi ſubiectum eſſe voluit 454, omni tamen ad vltimum iuri in id renunciauit 456, *Aribo* vero id nihiloſecius diœceſi Moguntinæ aſſerere conatus eſt 465, 466, ſed cauſa cecidit 466, 467

S. *Gangolfi* ædes Moguntiæ circa *Ruperti* Archiep. tempora excitata 75, ad auguſtiorem formam redigitur 75, 881, vocatur nunc *templum arcis* 75

Gavver (Ioannes) Carmelita Moguntinus 125, vixit tempore Baſileenſis Concilii, *ibid.* varia ſcripſit, *ibid.*

Geismaria ad Adranam 1007, nota iam Bonifacii temporibus, *ibid.* eſt ille ipſe locus, vbi *arbor Iouis* ſtetit, *ibid.*

Gelaſius II Papa damnat *Henricum V* in Capuana Synodo 538, moritur Cluniaci, *ibid.*

Gellenheimenſe prœlium 631

de *Gemmingen* nobilis admodum in Creichgonia familia 818

(Erpſo) 818

(Georgius) 818

(Ioannes) 697

S. *Georgii* Equites a pluribus deſcribuntur 943, ſubſunt Principibus a *Conſtantino M.* deſcendentibus, *ibid.* *Vſticam* in mari mediterraneo petunt a Rege Hiſpaniæ, *ibid.* Electoribus Ratisbonæ in Comitiis libellum ſupplicem porrigunt, *ibid.* a Cæſare in tutelam ſuſcipiuntur, *ibid.*

S. *Georgii* fraternitas Fridbergæ inſtituta 804, confirmatur a *Bertholdo*, *ibid.*

S. *Georgii* ſacella, vetus in *leprodocheo* 68, in domo *Cantoris* 68, 89, in platea, quæ *die Marckſtraſſe* dicitur 68, 89, 1004, in curia *Decani* maioris 68, 88

S. *Georgii* templa, vetus Moguntiæ 67, *Brezzenheimenſe* 68, vici *Caſſel*, *ibid.* quod olim fuiſſe videtur loci parochiale, *ibid.*

Georgius Fridericus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 933, familia ortus *Greiffenclauiorum*, *ibid.* nobiliſſimis natus parentibus ac maioribus 934, probe fuit educatus, *ibid.* fit Canonicus, *ibid.* varias conſequitur dignitates eccleſiaſticas, *ibid.* mittitur ad Comitia Deputatorum Spirenſia, *ibid.* fit Scholaſticus & Præpoſitus maioris Moguntinæ, *ibid.* ex merito virtutis, *ibid.* Locumtenentis Moguntini obit partes 935, fit Epiſcopus Wormatienſis, *ibid.* Archiepiſcopus Moguntinus, *ibid.* regiminis capit initia, *ibid.* pallium petit, *ibid.* Hiſpanicum & Gallicum legatos audit, *ibid.* Herbipolim fœderatis indicit conuentum, *ibid.* pallium accipit 936, eccleſias per Thuringiam inuiſi iubet, *ibid.* conſecratur Epiſcopus, *ibid.* Mühlhuſam ad conuentum proficiſcitur, *ibid.* varia in eo ad deliberandum proponit, *ibid.* ſed exiguo cum effectu 937, homagium in Eichsfeldia recipit, *ibid.* Bauari petitu Bingæ conuentum agit, *ibid.* eius decreta cum Saxone communicat 938. Osnabrugenſem in fœdus Catholicum recipit, *ibid.* cum Saxone de Comitiis Electoralibus agit, *ibid.* Abbatiæ Hersfeldenſis poſſeſſionem nomine Archiducis capeſſit, *ibid.* legatos ad conuentum Heidelbergenſem mittit, *ibid.* edicti Cæſarei de reſtitutione bonorum eccleſiaſticorum conſtituitur Quæſitor 939, moritur, *ibid.* ſepelitur, *ibid.* laudatur a virtutibus, *ibid.*

Gereon (Nicolaus) Cancellarius Moguntinus 935

Gerhardus I 608, non bene vocatur *Comes VValdgrauenſis*, *ibid.* filius fuit *Conradi* Wildgrauii, *ibid.* ædis ſummæ Canonicus 609, donis Archiepiſcopatum obtinuiſſe dicitur 607, 609, verum monachus fuerit Franciſcanus, *ibid.* Erfurtenſibus viceſimam extorquet, *ibid.* Ziegenhainio opem promittit, *ibid.* Regi *VVilhelmo* in caſtris præſto eſt, *ibid.* grauiter in duos Canonicos animaduertit, *ibid.* Moguntinos cum Hohenfelſio componit, *ibid.* Canonicis metropolitanis cenſuum quorundam partem concedit, *ibid.* Eppenſteinium anathemate ferit, *ibid.* Canonicis metropolitanis ſubuenit 610, Marchioni Miſnenſi feuda quædam confert, *ibid.* parthenoni, *Throno Mariæ*, parochialem *VVernhem* attribuit, *ibid.* *VVilhelmo* adeſt Spiræ, *ibid.* fœderi ciuitatum accedit, *ibid.* Sanct-Albanenſibus duarum villarum parochiales addicit, *ibid.* controuerſiam Cuſtodum cum Albanis tollit, *ibid.* ne *Conradinum* eligat, monetur a Pontifice, *ibid.* Brunſuicenſem bello petit 611, capitur 612, a *Richardo* Anglo grandi lytro redimitur, *ibid.* ſuffragio it in *Richardum*, *ibid.* anno integro captiuus fuit, *ibid.* coronationi *Richardi* intereſt, *ibid.* ad eum recipiendum Wormatienſes hortatur, *ibid.* parthenoni in *Keppele* parochialem villæ *Netphe* confert, *ibid.* & Hoſpitalis Gothani in commodum indulgentias promulgat, *ibid.* Oppenhemii D. *Catharinæ* ædem parochialem efficit, *ibid.* cœnobio *Swabenheim* duas parœcias attribuit, *ibid.* D. *Diſibodi* monaſterium ad Ciſtercienſes transfert, *ibid.* Eremitis in valle Ioannitica facultatem Prælatum eligendi concedit 631, moritur Erfurti, *ibid.* tumulatur ibidem, *ibid.*

Gerhardus II Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 625, ortu fuit Eppenſteinius, *ibid.* ſuccedit *Henrico II*, *ibid.* eximias antea geſſit dignitates 626, Romæ Archiepiſcopus deſignatur & conſecratur, *ibid.* Erfurtenſes reos agit, *ibid.* legibus eos deuincit & adit, *ib.*

Præ-

INDEX V
Rerum præcipuarum.

cœnobii *Gernrodenſis* curam Halberſtadenſi commendat, *ibid.* Walckenriedenſis cœnobii commodo indulgentias promulgat, *ibid.* Præpoſitorum Aſchaffenburgenſium quandam conſtitutionem firmat, *ibid.* ſtatuta de diſciplina eccleſiaſtica edit, *ibid.* Francofurti cœnobium Carmelitarum firmat, *ibid.* pacem inter Sponheimenſem & Veldentinum facit, *ibid.* cœnobio *S. Crucis* Gothano duas parochiales ſtabilit, *ibid.* libros cenſuales confici mandat, *ibid.* Erfurtenſibus ius monetæ oppignerat, *ibid.* Hanouienſem compeſcit, *ibid.* *Adolfum* Naſſovium conſanguineum ſolus fere Cæſarem eligit 627, eumque ope iuuat, *ibid.* Aquisgranum deducit, *ibid.* Palatinum fere in periculum coniicit, *ibid.* ſingularia a Cæſare accipit priuilegia, *ibid.* Aſchaffenburgi celebrat Concilium 628, Moguntinis villam *Filtzbach* confert, *ibid.* oppidum *VValdurren* emit, *ibid.* fraternitatem eccleſiæ maioris ratam habet, *ibid.* emit Eichsfeldiam, *ibid.* Collegio metropolitano duas parœcias attribuit, *ibid.* Ciuitati Moguntinæ dat facultatem cenſendi Iudæos, *ib.* Erfurti cœnobio Petrenſi confirmat priuilegia 629, Regem & Reginam Boiemiæ coronat, *ibid.* cœnobio *Reiffenſtein* duas incorporat parochiales, *ibid.* cum Comite Ziegenhainio in concordiam redit, *ibid.* *Adolfo* imperium abrogare ſtudet 630, conſilia aduerſus eum agitat, *ibid.* Moguntiæ Imperio eum ſubmouet, *ibid.* pugnæ Gellenheimenſi intereſt 631, *Adolfum* cæſum lacrimis proſequitur, *ibid.* confirmationem priuilegiorum ab *Alberto I* impetrat, *ibid.* Norimbergæ intereſt Comitiis, *ibid.* Erfurtenſes in gratiam recipit, *ibid.* pactionem *Alberti* cum Rege Galliæ non probat 632. in Cæſarem conſpirat, *ibid.* de eo ſubmouendo agit, *ib.* Epiſcopatum Wormatienſem interuiſit, *ibid.* a Cæſare bello premitur, *ibid.* ab eo redigitur ad obſequium 633. Moguntinis & Wormatienſibus *de non vindicando* cauet, *ibid.* denuo aduerſus *Albertum* tendit, *ibid.* Reiffenſteinenſibus villam *Kyrrode* cum parochiali firmat, *ib.* partem caſtri *David* oppignerat, *ibid.* Roſtorfium in officialem caſtri *Hartenberg* cooptat 643, Fuldenſes cum Abbate in gratiam redigit, *ibid.* moritur, *ibid.* inſcite a *Cuſpiniano* cum *Gerlaco* Naſſouio confunditur, *ibid.*

Gerlacus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 666. genus traxit a Comitibus Naſſoviis, *ib.* a Pontifice *Henrico III* opponitur 667, iuuenis adhuc, *ibid.* *Carolum IV* Cæſarem eligit, *ibid.* coronationi eius intereſt, *ibid.* regalia ab eo accipit, *ibid.* auxiliarios ſibi comparat, *ibid.* repudiat tranſactionem cum *Henrico*, *ibid.* priuilegiorum obtinet confirmationem, *ibid.* *Ludouicum* Brandenburgicum Cæſari conciliare cupit 668, cum Carolo Spiram concedit, *ibid.* monaſterium *Arnſpurgenſe* omnibus oneribus eximit, *ibid.* ciuitati Moguntinæ & ſingularia priuilegia indulget & promiſſa facit, *ibid.* nouos adſumit adiutores, *ibid.* Moguntinis vicinas munitiones deſtruendi licentiam dat, *ibid.* ad Sedem occupandam Cæſaris lactatur auxilio, *ibid.* cum Erfurtenſibus agit, *ibid.* Moguntinos anathemate exſoluit, *ibid.* nouis eosdem promiſſionibus onerat, *ib.* cum Palatino ſecreta de Rege eligendo agitat conſilia 669, conuentui Francofurtenſi intereſt, *ibid.* Auenionem proficiſcitur ad Pontificem, *ibid.* donationem Præpoſiti *Pinſchon* Canonicis metropolitanis factam confirmat, *ibid.* eiſdem ius patronatus eccleſiæ Waldbôckelnhemenſis confert, *ibid.* Xenodocheum *S. Barbaræ* ſtabilit, *ibid.* *Carolo* quædam Imperii pignora firmat, *ibid.* iudicio Cæſareo adſidet, *ib.* *Oppenheim* & *Odernheim* Imperio reſtituit, *ib.* cum *Cunone Falckenſteinio* tranſigit 670, nouam monetam cudi curat, *ibid.* fœdus cum Colonienſi & Treuirenſi init, *ibid.* cum Marchionibus item Miſniæ, *ibid.* ſuppetias fert Wurtzburgenſi 671, cum Paderbornenſi fœdus init, *ibid.* Erfurtenſibus ius monetandi vendit, *ibid.* Abbatem Corbeienſem in tutelam recipit, *ibid.* donationem *Henrici III* Collegio metropolitano corroborat, *ibid.* Norimbergæ in Comitiis Legatis Pontificiis reſpondet, *ibid.* Marchionem Badenſem in miniſterialem cooptat, *ibid.* Erfurtenſium ſuppetias ſibi paciſcitur, *ibid.* publicationi A. B. intereſt, *ibid.* *Ruperti* Palatini, & *Rudolfi Saxonis* iura communit 672, de oppignerandis Argentoratenſi bonis quibusdam Imperii conſentit, *ib.* Erfurtenſibus villas quasdam concedit, *ibid.* Salzenſibus leges dat, *ibid.* caſtri *Pleſſe* obtinet uſum, *ibid.* cum Haſſo fœdus init, *ibid.* pecuniam ſumit mutuo, *ib.* Regis Bohemiæ iura de Electoratu communit, *ibid.* nouum priuilegium a Cæſare accipit, *ibid.* iuri Ducis Lucenburgenſis cauet, *ibid.* cum *Cunone de Falckenſtein* conflictatur 673, vſum caſtri *Bickenbach* ſibi acquirit, *ibid.* Erfurtenſibus *Tundorf* & *Mulberg* vendit, *ibid.* quadrantem caſtri *Itter* emit, *ibid.* cum *Cunone* componitur, *ibid.* fœdus cum *Erneſto* Brunſvvicenſi init, *ibid.* Duderſtadienſibus peculiare indulget priuilegium, *ibid.* tertiam partem oppidi huius emit, *ibid.* Wormatienſi Adiutorem dat 674, oppidum *Ballenberg* emit, *ibid.* caſtrum *Martinſtein* exædificandi dat licentiam, *ibid.* caſtrum *Vilmar* expugnat & euertit, *ibid.* Aulenbuſenſis parthenonis ſtatum emendat, *ibid.* cum Septemuiris coit, *ibid.* falſo differtur rumore, *ibid.* cum vicinis de pace publica fœdus facit, *ibid.* eccleſiam Ameneburgenſem in Collegium Canonicorum mutat 675, 676, Canonicis metropolitanis parochialem Diepurgenſem attribuit 675, eiſdem ius patronatus duarum parochialium confirmat, *ibid.* de Iſenburgio coercendo mandatum a Cæſare accipit, *ibid.* *VVenceslaum* de ſacro fonte ſuſcipit 676, Lichtenbergenſi feuda in *Brumat* confert, *ibid.* Erfurti nouam inſtituit Collegialem, *ib.* Reiffenſteinenſibus quasdam parochiales in-

corporat, *ibid.* pignus *Adelburg* Cæſari firmat, *ibid.* bello implicatur, *ibid.* de diſſidio cum Fuldenſi tollendo agit 677, caſtri *Homburg* vſum ſibi acquirit, *ibid.* cum *Erneſto* Brunſvvicenſi fœdus init, *ibid.* cum *Hirſchernio* componitur, *ibid.* querelas contra Haſſum *Grünebergio* cognoſcendas committit, *ibid.* Hohnſteinenſes & Schvvartzburgios experitur infenſos 678, partem oppidi Duderſtadii emit, *ibid.* cum *Alberto* Brunſuicenſi grauiter diſſentit, *ibid.* cum ciuitate item Moguntina, *ibid.* *Carolo* Imperatori Francofurti præſto eſt, *ibid.* cum Lucemburgenſi fœdus init, *ibid.* *Carolo* adeſt Wirtzburgi, *ibid.* cum *Alberto* Brunſuicenſi bellum gerit, *ibid.* de controuerſia cum Haſſo finienda cogitat 679, duo init fœdera, *ibid.* nouos nummos cudi facit, *ibid.* cum Herbipolenſi diſſidet, *ibid.* fortiori vſus medicamento animam efflat, *ibid.* ſepelitur Erbaci 680, ſub lapide ſepulcrali, *ibid.* magna animi fuit lenitate, *ibid.*

Germania alia *magna*, alia *minor* 26, *minoris* duæ partes, *ſuperior* & *inferior*, *ibid.*

Gernsheim Philippo Catimelibocenſi oppoſitum reluitur 828, a Gallis occupatur 956, a Bauaris item, *ibid.*

Gerode cœnobium Eichsfeldiæ 543, ab *Adelberto I* Moguntino in tutelam ſuſcipitur, *ibid.*

Geroldus Epiſcopus Moguntinus 169, vixit ſub *Carolo* Martello, *ibid.* contra Saxones *Carolomanno* militat 169, 232, cadit in prœlio, *ibid.*

S. Gertrudis, Brabantiæ Ducis filia, reuelationibus habitis inclaruit 198

Gerſtungenſis ſynodus 523

Geruilio Epiſcopus Moguntinus varie ſcribitur 169, ignarus dicitur fuiſſe diuinarum ſcripturarum, *ibid.* pontificatu Moguntinenſi donatur 169, 232, non fuit ſimul Wormatienſis Epiſcopus 51, 170, patris necem vindicat 170, 232, propterea exauctoratur, *ibid.* vrgente *S. Bonifacio* 232, qui eius in locum cum titulo *Archiepiſcopi* ſufficitur, *ibid.* ipſe vero pro ſuſtentatione ſua beneficia quædam accipit, *ibid.* hoſpitalitatem exercet 170

Gieſſa ab Archiepiſcopo *Matthia* obſidetur & expugnatur 650

A. *Glaſſa* Rex autor ſaxi illius glandiformis, quod apud Moguntiam eſt, fabuloſe dicitur 38

Gleichenſtein caſtrum Eichsfeldiæ 628, quod Sedi Moguntinæ acquiſiuit *Gerhardus II*, *ibid.* occupatur a Suecis 952

Glenen, *Gleuen* 727, 739, 740, 741

Gloſſarium Rabani 395, 1009

S. Goaris eccleſia conſecratur a *Lullo* Archiepiſcopo 374

S. Godehardi (Hermannus *Abbas*) Hildeſiæ 378

Godesberna villa 781, populi concurſu olim celebris, *ibid.* ob ſacram hoſtiam caſu neſcio quo ibi inuentam, *ibid.*

Godeſchalcus monachus veterem *Prædeſtinatianorum* hæreſin reuocat 98, 99, damnatur in concilio Moguntino tertio, *ibid.*

Goldbacenſis parœcia cœnobio *S. Crucis* Gothano incorporatur 626

S. Gothardus Epiſcopus Moguntinus diuerſis vocatur nominibus 159, multos conuertit ab idololatria, *ibid.* eccleſiam *S. Nicomedis* excitauit, *ibid.*

Goſvvinus vitam *S. Albani* ſcripſit 124

Gotteſleben 744

Graduale Moguntinum Romano conformatur 973

Græci ſemper pueri 2

Granenborn (Ioannes) academiæ Erfurtenſis Profeſſor Theologus 735, Procancellarius, *ib.*

de *Graſevvege* (Antelmannus) Burggrauius Beckelheimenſis 674, in coniugio habuit *Catharinam* Comitem de Homburg, *ibid.* *Adolfo I* fidam præſtitit operam 1019, apud eum & *Gerlacum* deceſſorem magna fuit auctoritate 674

S. Gregorius Abbatiſſæ *Addulæ* nepos 287, nobili ſtirpe Francorum progenitus 286, *Bonifacii* fit diſcipulus, *ibid.* ſapientia & ætate proficit 288, multis eminet virtutibus 288, 300 ſeq. vtrum Traiectenſis eccleſiæ Epiſcopus, an Abbas tantum fuerit 300, 315. *S. Ludgeri* fit Magiſter 300, quem dein vitæ ſuæ ſcriptorem nactus eſt 300

Greiffenclaniorum vetuſta nobilitas 933 ſeq.

de *Greiffenclau* (Fridericus) Raguſæ veſtem monaſticam ſumit 933
(Henricus) Coloniæ in D. Pantaleonis cœnobio cucullum induit 933
(Ruthardus) maioris Moguntinæ Cellerarius & dein Decanus 933

Greſemundus (Godeſchalcus) Erfurti Theologiam docuit 127
(Theodericus *ſenior*) Godeſchalci frater 127, Moguntiæ exercuit medicinam, *ibid.*
(Theodericus *iunior*) admirando fuit ingenio 127, omni doctrina perpolitus 116, 117, narrationem ſcribit de cruce miraculoſa 701, orationem in ſynodo Moguntinenſi habet 809

Grüneberg caſtrum ædificatur a *Ludouico* Landgrauio 577

Grunenbergius (Nicolaus) Moguntiæ Præpoſitus ad *D. Victorem* 677, 680, *Gerlaci* fuit conſiliarius ſanctior, *ibid.* querelas eiuſdem de Haſſo inſpicit & diiudicat 677

Gruterus (Lambertus) Moguntiæ concionator aulicus 130, opera *Clementis Alexandrini* colligit & notulis illuſtrat, *ibid.*

Guarmezza, *Guarms*, Worms 50

Gudenberg (Ioannes) equeſtri ſtirpe natus fuit 119, artem typographicam inuenit, *ibid.*

Gudesberg oppidum incenditur 698

Gummersheim clauſtrum cœnobio *Marien-Münſter* incorporatur 955

Gurtelknopf per contemptum dictus *Henricus II* Archiepiſcopus Moguntinus 624

Guſtanicum propugnaculum a Suecis excitatur ad confluentes Rheni & Mœni 947

Gutterzbacenſis inſcriptio 405, examinatur, *ib.*

Digitized by Google

INDEX V

Rerum præcipuarum.

H

Hagene villa aduocatorum eximitur onere 606

Haiſtulfus nomen germanicum eſt 385, ſignificat *auxilii properum*, *ibid.*

Haiſtulfus Archiepiſcopus Moguntinus 382, Benedictinus fuit monachus, *ibid.* Abbas dicitur fuiſſe Weiſſenburgenſis, *ibid.* quando ſedem Moguntinam inierit, *ibid.* *Rabanum* ordinat, *ibid.* ædem conſecrat Cellenſem, *ibid.* *Eigilem* Fuldenſium Abbatem excipit & paterne admonet, *ibid.* baſilicam Fuldenſem dedicat 383, *Rabanum* ad ſcribendas homilias hortatur, *ibid.* ædem Ludetæ inaugurat, *ibid.* Concilio intereſt Theonuillano, *ibid.* cœmeterium Fuldenſe ſacrat, *ibid.* Triburiæ intereſt ſynodo 384, diœceſin Moguntinam *Miſſi Dominici* titulo obit, *ibid.* moritur, *ibid.* quo anno obierit, *ibid.* moribus fuit optimis, *ibid.* epitaphio cohoneſtatur, *ibid.* quibus interfuerit Conciliis, *ibid.* vtrum in Diuis collocandus ſit, *ibid.*

Halberſtadenſis Epiſcopatus Moguntino olim fuit ſubiectus 52, religionis liberatur vinculo, *ibid.* domui Electorali Brandenburgicæ ceſſus, *ibid.*

Halberſtadenſis (Albertus *Epiſcopus*) Moguntini implorat opem 658

(Gardolfus *Epiſcopus*) 579, detegit *Henrico VI* Saxonum conſilium, *ibid.* conſecratur a *Conrado I*, *ibid.*

(Haymo *Epiſcopus*) non fuit *B. Rabani* diſcipulus, vt quibusdam videtur 399

(Hildibardus *Epiſcopus*) conſecratur 437

Haldersheim caſtrum euertitur 663

Halvvin 649

Hamburgenſis (S. Anſgarius *Archiepiſcopus*) Danorum & Suecorum fuit Apoſtolus 386, ab *Otgario* Moguntino conſecratur, *ibid.* quando? *ibid.*

Hamelenſis eccleſia a *S. Bonifacio* inſtituta 295, ab *Everhardo* Comite dotatur 295 ſeq. iuſſu *Leonis III* a *Bonifacio* patrono nomen refert 296

de ***Hammerſtein*** (Otho *Comes*) 461, *Irmingardem* conſanguineam vxorem ducit, *ibid.* excommunicatur, *ibid.* *Erckenboldum* Archiepiſcopum multis iniuriis exagitat, *ibid.* ab *Henrico II* Imperatore coercetur, *ibid.*

Han (Vdalricus) artem typographicam Italis primus oſtendit 215

Hanenſteiniorum familia Vicedominatus Ruſtenbergenſis officium hereditario iure obiit 646, a qua *Matthias* Archiepiſcopus id redemit, *ibid.*

Hanau caſtrum cum præfectura in poteſtatem *Ioannis II* venit 720, a quo ad dies vitæ poſſidetur 721

de ***Hanau*** (Vlricus *Dominus*) bellum infert *Gerhardo II* 626, 1015, ab eo compeſcitur & capitur, *ibid.* Præfectus Imperialis fuit Wetterauiæ 1015

Hanouia Suecis deditur 945, *Anſelmi Caſimiri* ſtudio recuperatur 951

Hanonia nulla ſynodus agi debet 734, parochialis in Collegiatam mutatur 805

Harburg arx deſtruitur 591

Haſſia Landgrauius (Henricus) cum *Matthia* Archiepiſcopo Moguntino inimicitias exercet 650, cum *Henrico* itidem *III* 663

(Hermannus) bello inuaditur ab *Adolfo I* Archiepiſcopo Moguntinenſi 697, quod certa pecuniæ ſumma redimit, *ibid.* pactis conuentis haud ſtat 698, vnde denuo ab eo armis inuaditur, *ibid.* frangitur bello 700, ad pacem pronus eſt 699, *Ioanni II* Archiep. mittit litteras diffidatitias 719, pacem cum eo facit 721 & ſeq.

(Ludouicus) cum *Conrado* III Archiepiſcopo diſſentit & inimicitias exercet 739, 740, *Ioannis* Abbatis Fuldenſis cauſam tuendam ſuſcipit 740, a *Conrado* Archiepiſcopo impetitur 741, prœlium cum eo committit & ſuperior diſcedit, *ibid.* pacem cum eo facit & fœdus 742

(Wilhelmus) *Philippum* patrem a *Carolo V* captum liberare ſtudet 856, propoſitum ſuum Moguntinis denuntiat 857, eos admodum reddit ſollicitos, *ibid.* terris Moguntinis multum damni infert, *ibid.* Fridslarienſem, Ameneburgenſem, & Neoſtadienſem præfecturas occupat 858, de pace cum *Sebaſtiano* Archiepiſcopo agit, *ibid.* *Henricum* Andegauenſem a Polonis electum magno cum ſplendore excipit 878, cum *Daniele* Archiepiſcopo de aduocatia cœnobii Steina tranſigit, *ibid.*

(Wilhelmus) Fritislariam & Vachum bello tricennali occupat 945, caſtra item alia 946

(Ludouicus) *Fidelis* cognominatus, conuentui Pragenſi intereſt 915, conuentui item Colonienſi de hereditate Iuliacenſi 917, Francofurti litem ciuium cum Senatu componit 919, rurſus ibidem de ſedandis motibus agit 920

Haſſia Landgrauia (Mechtildis) 790, accipit poteſtatem conſtituendi, qui cœnobia per Haſſiam inuiſant, *ibid.*

Haſungenſe monaſterium Thuringiæ 504, monti edito impoſitum, *ibid.* ædificari cœptum ab *Aribone*, *ibid.* exædificatum a *Sifrido I*, *ibid.*

Haſungenſis (Giſilbertus *Abbas*) monaſterii huius fuit Abbas primus 504, laudatur ob vitæ integritatem 505, monaſterio ab *Henrico IV* expellitur, *ibid.* ab Hirſaugienſi honorifice excipitur *ibid.*

Hattenmühl mola Moguntiam intra & villam Mumbach 645, 1018

Hattenberg 442, vnde nomen habeat 445

Hatto I Archiepiſcopus Moguntinus 417, Abbas fuit Augienſis, *ibid.* male a *Bruſchio* vocatur *Francorum Rex*, *ibid.* quæ hallucinationis huius occaſio? *ibid.* ab eodem & *VViono* confunditur cum *Hattone II* 418, duodecim dicitur præfuiſſe Abbatiis, *ibid.* vtrum is ſit, cui *Hugbaldus* libros *de Muſica*

Digitized by Google

INDEX V

Rerum præcipuarum.

ſica dedicauit? *ibid.* cum Moguntinis diſſidet 27, 418, *Ludouicum* Arnolfi filium e ſacro fonte ſuſcipit 417, 419, in Regem eligit 419, eidem Tutor datus fuiſſe dicitur, *ibid.* concilio Triburienſi præeſt 101, 419, monaſterii Lauriſhamenſis adminiſtrationem ſuſcipit 419, colloquio cum *Zuentiboldo* intereſt, *ibid.* Boicorum Epiſcoporum apud Pontificem cauſſam agit, *ibid.* *Adelbertum* Comitem dolo e caſtris ad ſupplicium traxiſſe dicitur 419, 420, *fidelis & venerabilis pater* a *Ludouico* Rege appellatur 420, Cancellarii munia ſub eo obiit, *ibid.* *Henricum* Aucupem torque aurea de medio tollere voluiſſe dicitur, *ibid.* & ſeq. miſera item morte periiſſe 421, quanquam ſcriptores inter ſe diſſentiant, *ibid.* quo anno obierit? *ibid.*

Hatto II Archiepiſcopus Moguntinus 437, *Hademari* Abbatis Fuldenſis fuit nepos, *ibid.* & ſucceſſor, *ibid.* *Othonis I* Imperatoris opera *VVilhelmo* Archiepiſcopo ſurrogatur, *ibid.* Rauennenſi ſynodo intereſt, *ibid.* conſentit, vt Magdeburgi Archiepiſcopalis inſtituatur cathedra, *ibid.* *Hildibardum* Halberſtadenſem conſecrat, *ibid.* quo anno obierit? *ibid.* an a muribus comeſus & conſumtus fuerit? 438 ſeq. vnde fabula hæc originem traxiſſe videatur? 446 ſeq.

Hattſtein caſtrum expugnatur 745

Hatzfeld caſtrum *Hatzfeldiis* ab *Henrico* III Archiepiſcopo Moguntino confertur 654

Hauelbergenſis Epiſcopatus primo eccleſiæ Moguntinæ ſubiectus fuit 52, dein vero Magdeburgenſi ſubditus eſt, *ibid.*

Haynenſe monaſterium a *Poppone* Comite Richenbacenſi inſtituitur 554, 589, ab *Henrico I* Archiepiſcopo Moguntino ſuſcipitur in tutelam 554, a *Sigefrido II* ſtabilitur 589, a priſca diſciplinæ integritate ſenſim deficit 717

Hedio (Caſpar) Moguntiæ ſummi templi concionator fuit 131

Heidelbergenſis Academia, v. *Academia.*

Heilgenberg caſtrum ædificatur a *Conrado* II Archiepiſcopo Moguntino 577

Heilgenſtadium a Suecis opprimitur 952

Heimbacenſis aduocatia controuerſa 591

S. Heimeradus quando obierit 505, quodnam epitaphium nactus ſit, *ibid.*

S. Heimerammi in vrbe Moguntina ædes parochialis. v. *S. Emerami.*

Heintzenberg caſtrum æuo laborat 780

Heldenbergenſis parœcia eccleſiæ Moguntinæ conſignatur 594

Heldingus (Michael) obſcuris natus parentibus 128, ludimagiſtrum primo Moguntiæ egit, *ibid.* deinde Parochum chori ferrei, *ibid.* Doctor fit Theologus, *ibid.* Epiſcopus Sidonius, & Suffraganeus Moguntinenſis, *ib.* ad Concilium Tridentinum ab *Alberto* Cardinali mittitur 844, *Carolo V* a concionibus eſt, *ibid.* & 850, librum, *Interim* dictum, cum aliis ſcribit, *ibid.* ad Merſeburgenſem ſedem euehitur, *ibid.* Cameræ Spirenſis fit Iudex, *ibid.* conſultationibus de emendando Clericorum ſtatu adhibetur 852, 867, ſortis ſuæ ſemper memor fuit, *ibid.* quando obierit, *ibid.*

S. Helenæ iuxta Welſchbillichium monaſterium ſtatuitur a *Ludolfo* de *Enſchringen* 806, diploma obtinet a *Bertholdo* Archiepiſcopo Moguntino, *ibid.*

Helizo 474, videtur eſſe diminutiuum nominis *Helizachar* 475

Helizo Cancellarius 475

Hendſchuchsheimenſis parochialis Collegio metropolitano Moguntinenſi addicitur 604

Henricus I, Archiepiſcopus Moguntinus 553, cognomento vocabatur *Felix*, *ibid.* nobili natus fuit gente, *ibid.* maior & *D. Victoris* Præpoſitus, *ibid.* fit Archiepiſcopus, *ibid.* ſuſcipit regalia, *ibid.* Synodum agit Moguntiæ, *ibid.* cœnobio Erfurtenſi Petrino priuilegia firmat, *ibid.* cœnobium Vallis *S. Georgii* ſtabilit, *ibid.* *D. Victoris* Collegio poſſeſſiones corroborat, *ibid.* Erfurti probationem per ferrum candens permittit, *ib.* monaſterium *D. Diſibodi* dedicat 554, & cœnobium *Haynenſe* in tutelam ſuſcipit, *ibid.* Petro-Paulinis Erfurtenſibus bona quædam firmat, *ibid.* Herſteldæ ædem ſacram dedicat, *ibid.* monaſterio *Northen* plauſtrum vini confert, *ibid.* Erbacenſi item manſos quoſdam, *ibid.* Canonicis Aſchaffenburgenſibus poſſeſſiones nonnullas confirmat, *ibid.* fratribus itidem in *Valle Dei* & Erbacenſibus, *ibid.* de hypocrita quodam *Bernhardum* conſulit, *ibid.* & 556, Cantori & Scholaſtico Moguntino auget ſtipendia 555, Merſeburgi adeſt Cæſari 555, ius ſedis ſuæ haud negligit, *ibid.* terminos Diſibodenbergenſium renouat, *ibid.* *D. Victoris* collegio aream in villa *Kidderich* attribuit, *ibid.* *Eugenio* Pontifici Treuiris occurrit, *ibid.* Erfurti monaſterium D. Petri inſtauratum dedicat, *ibid.* Petrenſibus ibidem facultatem concedit baptizandi, mortuos ſepeliendi &c. *ibid.* *Arnsburgenſe* cœnobium confirmat, *ibid.* Corbeienſes inuiſit 556, caſtrum *Schönenberg* ſibi a Winzenburgio oblatum eidem rurſus confert, *ibid.* Auguſtinianis Vinicellenſibus bona quædam ſtabilit, *ibid.* quandam Erbacenſium controuerſiam dirimit, *ibid.* quandam etiam illorum permutationem ratam habet, *ibid.* accuſatur a ſuis Canonicis, *ibid.* iure, an iniuria? 557, dignitate exuitur, *ibid.* in Saxoniam ſe confert, *ibid.* ſupremum diem Eimbeccæ obit, *ibid.* ibidem ſepelitur, *ibid.* Hildegardis reprehenditur epiſtola, *ib.* laudabili Archiepiſc. factus vius eſt dicterio 558

Henricus II, Archiepiſcopus Moguntinus 622, patria fuit Iſnenſis, *ibid.* monachum Ordinis *D. Franciſci* egit, *ibid.* Medicus fuit Reginæ, *ibid.* Lector Moguntinenſis, *ibid.* & Baſileenſis, *ibid.* *Rudolfo* Imperatori charus, *ibid.* fit Epiſcopus Baſileenſis, *ibid.* Archiepiſcopus Moguntinus 623, regimen adit, *ibid.* Spirenſis fit Adminiſtrator, *ibid.* Erfor-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Erfordiæ iudicium pacis conſeruandæ inſtituit, *ibid.* Walckenriedenſibus reditus parochialis Günzerodenſis firmat, *ibid.* poteſtatem a Cæſare in Iudæos quibuſdam in locis accipit, *ibid.* cum Fridslarienſibus de caſtro erigendo agit 624, Herbipoli intereſt concilio, *ibid.* diœceſin Conſtantienſem inuiſit, *ibid.* vulgo *Knoderer* & *Gurtelknopf* dictus fuit, *ibid.* necromanticus quibusdam habetur, *ibid.* plus nobilibus, quam clericis fauit, *ibid.* cum honoribus mores mutaſſe dicitur, *ibid.* moritur 625, ſepelitur in templo maiori, *ibid.*

Henricus III, Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 651, 656, Virnenburgiis oriundus Comitibus 656, agnomine appellatus fuit *Bursmann*, *ibid.* Præpoſitum egit Bonnenſem 651, 656, Moguntinis deſtinatur Archiepiſcopus, *ibid.* ſed Clero renitente, *ibid.* ciuium aucupatur fauorem peculiari quodam priuilegio 656, eos anathematis vinculo reos exſoluit, *ibid.* Ilfeldenſibus donationem ab Hoenſteinenſibus factam confirmat, *ibid.* Moguntinos ſacramento Iudæis dicto liberat 657, ad poſſeſſionem Archiepiſcopatus admittitur, *ibid.* *Ludouici* Bauari accedit partibus, *ibid.* de eo deteſtationibus eximendo agit, *ibid.* Cæſaris res ſuſtinet Renſæ & Francofurti, *ibid.* Canonicis Moguntinis parochialem Sobernheimenſem confert, *ibid.* Veldentino cum Comite Silueſtri pacem conciliat, *ibid.* de pace cum Palatinis ineunda agit 658, Treuirenſi fert ſuppetias, *ibid.* *Alberti* Halberſtadenſis querelas inſpicit, *ibid.* nouum a Cæſare conſequitur priuilegium, *ibid.* Clerum cum ciuibus Moguntinis componit, *ib.* Canonicis Moguntinis villam *Mombach* & molam, quæ die *Hattenmühl* dicitur, attribuit 658, 665, Vicedominatum Erfurtenſem redimit 658, Duderſtadii excipit homagium, *ibid.* caſtri *Boland* vſum acquirit, *ibid.* rurſus de pace cum Palatinis inſtauranda agit, *ibid.* Herbipolenſi auxilium fert, *ibid.* turbis cum Palatinis implicatur 659, capita reconciliationis a Pontifice dictata repudiat, *ibid.* ærario ſacro nil infert ad bellum 660, Pontificis ambit gratiam, *ibid.* Ludouico Cæſari ſe rurſum applicat, *ibid.* Canonicis metropolitanis parochialem *Kennickeim* addicit, *ibid.* diras Pontificis incurrit, *ibid.* Archiepiſcopatu deiicitur, *ib.* pro Archiepiſcopo nihilominus ſe gerit, *ib.* *Ludouico* Imperatori adeſt Francofurti 661, conſentit, vt Prouiſores Archiepiſcopatus Moguntini conſtituantur, *ibid.* a componendo diſſidio non eſt alienus 662, *Eduardum* Anglum eligit, *ibid.* eo vero Imperium recuſante Marchionem Miſniæ, *ibid.* dein *Guntherum* Schvvartzburgium, *ibid.* ſubdolis promiſſis a Cæſare circumſcribitur 663, cum Haſſo contendit, *ibid.* cum Marchionibus Miſniæ in gratiam redit, *ibid.* ius coronandi Regis Bohemiæ non vendidit 664, caſtrum *Elſeld* exædificat, *ibid.* moritur 665, quo genere mortis obierit? *ibid.* ritu Chriſtiano ſepultus videtur, *ibid.*

de *Henneberg* (Gebhardus *Comes*) Hennebergenſis 541, ab Henrico V Epiſcopus Herbipolenſis conſtituitur, *ibid.*

(Hermannus *Comes*) *Eliſabetham* Brandenburgicam ducit 804

Heppenheim a Gallis occupatur 957

Heppenheimenſis parœcia collegio metropolitano Moguntino addicitur 627

Herbipolenſis Epiſcopatus inſtitutus 340, Pontificis Zachariæ mandato 337 & ſeq. a B. Bonifacio, *ibid.* primo Præſule conſtituto Burchardo 299, 336, 337, ſeq. Moguntino eſt ſubditus 52, ſeq.

S. *Herigerus* Martyr Epiſcopus Moguntinus 160

Herigerus Archiepiſcopus Moguntinus 422. dicitur fuiſſe Abbas Fuldenſis, *ibid.* concilium habuit Altenheimii 423, *Henrico* Aucupi ſacram obtulit vnctionem 422, 423, ſynodo interfuit apud Confluentes habitæ 423, Pſeudoprophetam quendam explodit ac punit 1009, & ſeq. Archiepiſcopatu ſe abdicaſſe dicitur, *ibid.* quando obierit, 424

Hermanſtein villa Erfurtenſibus confertur 672

Hersfeldenſe monaſterium a *B. Sturmione* inchoatur 373, ab Archiepiſcopo *Lullo* perficitur *ibid.*

Hersfeldenſis (Gothardus *Abbas*) præficitur monaſterio 451, 456

(Hermannus *Abbas*) conſtitutionem quandam de diſciplina curatiori facit 729, *Ioannis II* Archiep. Moguntini ſe committit patrocinio, *ibid.* in id cum ſuis ab eo recipitur, *ibid.*

Hertingshuſius (Fridericus) auxiliarius *Ioannis II* Archiep. 714, 717, cædis *Friderico* Brunſvvicenſi illatæ conſors, & reus 7 5, paci, quem *Ioannes* cum *Haſſo* fecit, includitur 722

Hervordienſis parthenon a D. *VValgero* inſtituitur 296, comprehenditur intra iuriſdictionem ſacram Paderbornenſem, *ibid.*

Heuſenſtammii antiqua proſapia nobiles 847, dignitatem *Mareſchallorum Archiepiſcopatus Moguntini hereditariorum* adepti, *ibid.* lares etiam fixere in Auſtria, *ibid.*

Heuſenſteinii, Comites Auſtriaci 847, deſcendunt ab *Heuſenſtammiis*, *ibid.*

Heydenenſis parthenon ad cultum veteris diſciplinæ reuocatur 805

S. *Hilarii* templum extra vrbem ſtetit in villa *Dalheim* 68, vocatur *ſacro-ſancta baſilica*, *ibid.* ædificatum videtur in honorem *D. Hilarii* Moguntinenſis Epiſcopi 68, 159

S. *Hilarii* ſacellum a Suecis euerſum, 88

S. *Hilarius* Martyr Epiſcopus Moguntinus 159

S. *Hildegardis* patria Beckelnheimenſis 195, parentibus nata nobilibus, *ibid.* in monte *D. Diſibodi* educata, *ibid.* ad montem *D. Ruperti* ſeceſſit, *ibid.* parthenonem ibidem ſuſcitauit, *ibid.* illiterata fuit 196, 199, nec latinam linguam calluit 198, multa tamen ſcripſit 196, 200, multas item epiſtolas ab

aliis accepit 196, ab *Eugenio* etiam Papa 197, reuelationes multas habuit 198, ſeq. in quas inquiritur 555, multis infirmitatibus fuit obnoxia 198, quando obierit 197, miraculis poſt mortem inclaruit 197, quibus finem facere iuſſa paruiſſe traditur 200, cælitum numero haud eſt adſcripta, *ibid.* quanquam de eo actum ſit 642
S. *Hildegardis* biographi 195, reliquiæ 200, laudes 199, & ſeq.
Hildesheimenſis (Bervvardus *Epiſcopus*) a Willigiſo conſecratur 454
(Balthaſar *Epiſcopus*) conſecratur 831
(Otho *Epiſcopus*) conſecratur 619
(Sifridus *Epiſcopus*) conſecratur 620
Hildesheimenſis Epiſcopus Moguntini Suffraganeus eſt 52, ſeq.
Hildibertus Archiepiſcopus Moguntinus 424, genere Francus, *ibid.* Abbas fuit Fuldenſis, *ibid.* decem primorum Epiſcoporum Moguntinorum oſſa in *S. Albani* ædem transtulit 173, 424, 426, vnxit *Othonem* 424, ſynodum habuit Erfurti 426, quo anno obierit, *ibid.*
Himmelau cœnobium *Sifridi* Epiſcopi Curienſis opus 642, ſtabilitur ab Archiepiſcopo *Petro*, *ibid.*
Himmelthal clauſtrum ſanctimonialium Ord. Ciſterc. 931, opus *Ludouici*, Comitis Rieneccenſis, *ibid.* PP. Societatis Ieſu Aſchaffenburgenſibus cum parte quadam redituum attribuitur 930
Hirſaugienſis Abbas primus *Luitbertus*, 386
Hirſaugienſis (Godefridus *Abbas*) a Petro Archiep. conſecratur 642
(Wilhelmus *Abbas*) ad Synodum Moguntinam vocatur 523, venire recuſat, *ibid.*
Hirſaugienſis monaſterii eccleſia inauguratur 386
de *Hirſchorn* (Engelhardus) cum *Gerlaco* Archiepiſcopo inimicitias exercet, 677, eocum componitur, *ibid.*
de *Hirſchorn* (Ioannes) Epiſcopum Herbipolenſem capit 753, excommunicatur, *ibid.*
de *Hirſchorn* (Ioannes) Miles 735 tab. *Iolantham* Rhingrauiam habet in coniugio, *ibid.* moritur, *ibid.*
Hirtzberg caſtrum pro parte Sedi Moguntinæ emptionis titulo adiicitur 653
Hiſtoria præſtantia & vtilitas 4 *Serariana* occaſio & ſtilus 1
Hochheim cœnobium a *Diethero* incenditur, 774
Hæchſt oppidum 720, occupatur a Brunſvvicenſi 927, a *Guſtavo Adolfo* Suecorum Rege 945, a Cæſarianis 949, ab Haſſis 956, a Turennio 958
Hæchſtenſis arx ædificatur 720, 723, abſoluitur 897, in buſtum coniicitur a Francofurtenſibus 999
Hæchſtenſis baſilica Sant-Albanenſibus Moguntinis attribuitur 526, in parochialem mutatur 745
Hoeſtatenſis parochialis eccleſiæ caſtri Fridbergenſis incorporatur 821
ab *HohenEck* (Ioan. Adolfus) Abbas deſignatur Fuldenſis 947
ab *HohenEck* (Ioannes Philippus) 935, 941, 950
de *Hohenfels* (Philippus) cum Moguntinis ciuibus contendit 609, eiscum componitur, *ib.* Boppardiæ, & Veſaliæ fuit Procurator 616, Clerum Moguntinum grauibus premit exactionibus 615, excommunicatur, *ibid.* ad ſaniora redit 616, anathematis vinculo exſoluitur, *ibid.*
Hohenſolms caſtrum *Matthia* Archiepiſcopo a Solmenſibus traditur 646, ab eisdem in *feudum* ſiue beneficium recipitur, *ibid.*
Holtzhauſer (Bartholomæus) vir pius 92, inſtitutum *clericorum in commune viuentium* reuocauit, *ibid.*
Horneckii de *Hornberg* viciniam populando peragrant, 750
Hortus Electoralis Moguntinus, vid. *Favorite.*
Hoſpitale Eſchvvegenſe 636, Abbatis Reiffenſteinenſis curæ committitur, *ibid.*
Hoſpitalia Moguntina
S. Alexii 83, inſtauratur a *Ioanne Philippo* Electore, *ibid.* ephoriæ *Cuſtodis* metropolitani ſubeſt, *ibid.*
S. Barbaræ a *Volzone* ad *longam curiam* ſtatuitur 83, confirmatur a *Gerlaco*, *ib.* a Canonicis quibusdam ad *B. M.V.* liberaliter ditatur, *ibid.*
S. Catharinæ in litore Rheni 83, a Gallis exuritur, *ibid.* transfertur in vrbem, *ib.*
Ciuicum *zum Floſs* dictum 84, incrementa ſua debet *Conrado Balthaſari*, *ibid.*
S. Ioannis ab Electore *Damiano Hartardo* excitatum 84, in receptaculum militum præſidiariorum ægrotorum, *ibid.*
S. Spiritus primum fuit ante ædem maiorem 82, dein transfertur ad ripam Rheni, *ibid.* templum habet vetuſtum, *ibid.* *Scholaſtici* maioris ſubeſt patrocinio, *ibid.*
Hoſpitale Saxenhuſanum confirmatur a *Bertholdo* 801
Hoſtia prodigioſæ, *Erfurtenſis* 606, *Gladebacenſis* 718
Hugbaldus Elnonenſis monachus 418, ad *Carolum* Caluum librum 136 verſuum a lit. *C* incipientium ſcripſit, *ibid.*
Hugbaldus Orbacenſis monachus, ab ethnicis captus occidi non potuit 418
S. *Hulffe*, mons vno ab Lemgouia lapide diſtans 295, *Aſneggi* antiquitus dictus, *ibid.*
Hulffensberg 295, vnde nomen traxerit, *ibid.* vocabatur antea *Stuffenberg* 294
Hundesrück caſtrum expugnatur 759
Hunnibaldus mythariographus 14
Hunolaſteinius cum Epiſcopo Spirenſi contentionem habet 738, eocum componitur, *ibid.*
de *Hutten* (Frovvinus) *Vrielis* Electoris Conſiliarius 820, a *Maximiliano* I ad conſilia expetitur, *ibid.* eidem ad tempus conceditur, *ibid.*

Digitized by Google

INDEX V
Rerum præcipuarum.

I

S. Iacobi monaſterium Herbipolitanum 551

S. Iacobi monaſterium Moguntinum 77, fundatum a Bardone 472, a Luitboldo perfectum 493, & bonis inſtructum 494, 526, incendio vaſtatur a ciuibus Moguntinis 563, ab eisdem in caſtri cingitur modum 655, Alberti Brandenburgenſis furorem effugit 859

S. Iacobi (Godefridus *Abbas*) Moguntiæ in monte ſpecioſo 562, contra Arnoldum inſurgit, *ibid.* eo occiſo Abbatia & patria expellitur 567

Iacobus Elector Moguntinus 813, Liebenſteiniorum ortus familia, *ibid.* fit Decanus maioris 814, inuitus Archiepiſcopatum init, *ibid.* homagium accipit, *ibid.* generales per Thuringiam inſtituit iudices, *ibid.* partem oppidi Klingenberg emit, *ibid.* conſecratur Epiſcopus 815, perinſigni comitatu in baſilicam & ex ea in arcem deducitur, *ibid.* magnificum epulum præbet, *ibid.* litem Eppenſteiniorum componit, *ibid.* Comitiis Colonienſibus haud interfuit, *ibid.* litis, quæ Abbati Limburgenſi cum Leiningenſi erat, conſtituitur arbiter, *ibid.* militem Cæſari promiſſum legit 816, cum Electoribus Rhenanis conſtitutionem de commerciis edit, *ibid.* cœnobium Valbruecenſe Priori Rauengeresburgenſi commendat, *ibid.* villam Coſtheim emit, *ibid.* Treuirenſem, ne iuribus Sedis Moguntinæ quid derogaretur, monet, *ibid.* monaſterio Steina præficit Priorem, *ibid.* Burgbrettingenſis cœnobii inopiam ſubleuat, *ibid.* quosdam in numerum nepotum & familiarium cooptat, *ibid.* in fraternitatem Benedictinorum recipitur, *ibid.* Conſtantienſibus intereſt Comitiis, *ibid.* militem Cæſari ibidem decretum cogit 817, fratrem Cæſari comitem adiungit, *ibid.* Cæſarem Moguntiæ expectat, *ibid.* a Duce Venetiarum accipit litteras, *ibid.* plura reformat cœnobia, *ibid.* infirma fere ſemper fuit valetudine, *ibid.* moritur, *ibid.* ſepelitur in maiori, *ibid.* ante chorum ferreum, *ibid.* multis paſſim celebratur laudibus, *ibid.* moriens vicem populi ſui deplorat, *ibid.*

Iecha idolum a Friſiis colebatur ac Thuringis 296, a S. Bonifacio confringitur, *ibid.*

Iechaburg villa 296

S. Ignatii parochialis Moguntina 75, quo tempore cœperit, non conſtat, *ibid.* olim fuiſſe dicitur Templariorum, *ibid.*

S. Ignatius Martyr Epiſcopus Moguntinus 160

Ilbenſtadt vicus non ſubeſt ditioni Burgi Fridbergenſis 543

Ilbenſtadenſe monaſterium opus Comitis *Godefridi* de *Cappenberg* 543, ſtabilitur ab Adelberto I, *ib.* iuſſu Adolphi I interuiſitur 781

Ilbenſtadenſis ædes conſecratur ab Arnoldo 562

Ilfeldenſe cœnobium ab Eilgero fundatum 579, ordinis eſt Præmonſtratenſis, *ibid.* confirmatur a Conrado I, *ibid.* ius ſepulturæ conſequitur 592

Imperatores Romani

Im. Caroling.

(*Carolus* M.) Rhenum ad Moguntiam ponte ſternit 36, Aquisgrani natus videtur 326, quamuis alii aliter ſentiant 325

(*Carolus* Craſſus) a dæmonio vexatur 412, per *Lindbertum* Præſulem Moguntinum liberatur, *ibid.* Imperio deiicitur 413 & ſeq. cum vltimis vitæ ærumnis conflictatur, *ibid.* ſuſtentatur ab eodem Archiepiſcopo 415, moritur & ſepelitur Augiæ 414

(*Lotharius*) Teutbergam repudiat 410, Waltradam concubinam ducit, *ibid.* excommunicatur, *ibid.*

Romano-Germanici

(*Adolfus*) Comes Naſſouius eligitur Imperator 627, ſola fere Moguntini opera, *ibid.* Aquisgranum deducitur, *ibid.* in Ludouicum Palatinum inceditur, *ibid.* vocatur *der Pfaffenkönig* 629, Moguntino fit exoſus 629, 630, ſubmouetur Imperio 630, in prœlio cum Alberto obtruncatur 631, poſteris monumento in loco pugnæ commendatur, *ibid.*

(*Albertus* I) Cæſar renuntiatur 630, Adolfum Naſſonium vincit 630 ſeq. Aquisgrani coronatur 631, Moguntino priuilegia confirmat, *ibid.* Norimbergæ celebrat Comitia, *ibid.* filio ſuo *Rudolfo Blancam* Galliæ Regis ſororem deſponſat 632, Moguntino dignitatem Archicancellarii & alia confirmat priuilegia 87, 631, telonia a Moguntino & Colonienſi repoſcit 632, bellum illis infert, *ibid.* Bingam obſidet & capit 633, a Ioanne fratris filio occiditur 637

(*Albertus* II) Cæſar deſignatur 751, qua formula Imperium acceptauerit, *ibid.*

(*Carolus* IV) Cæſar eligitur 661, 667, 662, a Colonienſi Bonnæ coronatur 667, Marchionem Miſniæ, ſibi obiectum, pecunia a capeſſendo Imperio auertit 662, Confluentiæ agit conuentum 667, Ludouici Cæſaris filium ſibi conciliare ſtudet 668, *Egram*, *Floſs*, & *Parckenſtein* pignoris accipit titulo 66?, pacem inter *Gerlacum* & *Cunonem* de *Falckenſtein* componit 670, Norimbergæ agit Comitia 671, *Auream Bullam* edit 671, Wenceslaum fratrem Imperii per Germaniam conſtituit Vicarium 678, Moguntiæ conuentum celebrat 682, tumultu plebis grauiter ibidem irritatur, *ibid.* *Ludouico* Miſniæ Marchioni in adipiſcendo Archiepiſcopatu Moguntino fauet 684, 685, ei cum copiis adeſt 691, filio Imperium nundinatur 686, multas in Bohemia eccleſias fundat 675, aulam Ingelheimenſem in monaſterium commutat, *ibid.*

(*Carolus* V) Francofurti eligitur 828, Aquisgrani coronatur, *ibid.* Wormatiæ celebrat comitia 829, coronatur Bononiæ

INDEX V
Rerum præcipuarum.

840, Auguſtæ Comitia agit, *ibid.* fratri Ferdinando dignitatem Regis Romanorum conciliat, *ibid.* Spiræ comitia habet 844, alia indicit Ratisbonæ agenda 849, fœderatos Smalcaldicos debellat 850 & ſeq. Auguſtæ celebrat comitia 851, librum *Interim* conſcribi curat, *ibid.* Mauricio Saxoni dignitatem Septemuiralem confert 852, Auguſtæ rurſus Ordinum conuentum agit 854, a Mauricio Saxone bello petitur 856, Imperii faſces ponit 866

(*Carolus* VI) Imperator eligitur & inungitur 992

(*Conradus* II) Franconiæ Dux *Henrico* Sancto ſufficitur 466, 469, *Giſelam* ſibi affinem vxorem ducit 479, eccleſiæ Moguntinæ Comitatum Warburgenſem donat 466, pro eo dein eidem alium confert 469, *Bardonem* Abbatem Werthinenſem conſtituit & Hersfeldenſem, *ibid.*

(*Ferdinandus* I) eligitur 828, 840, inauguratur 840 ſeq. Carolo V ſuccedit 866, de reformando Clero cum Septemuiris eccleſiaſticis agit 867, filium Maximilianum Electoribus in ſpem ſuccedendi commendat ac proponit 869, de coniugio Clericis, calice vero ſacro laicis concedendo cum Principibus & Papa conſultat 872

(*Ferdinandus* II) Hungariæ & Boiemiæ Rex Francofurtum proficiſcitur 922, a Boiemis exauctoratur 923, inuitis illis ad collegium Septemuirale admittitur, *ibid.* Cæſar deſignatur & inungitur, *ibid.* nonnullorum Principum auxilio ſuffulcitur 925, Ratisbonæ agit comitia 927, ciuitates a partibus Correſpondentium abduci curat, *ibid.* de transferendo Electoratu Palatino in Bauarum Principibus ſuam exponit mentem, *ibid.* Moguntini ea de re conſilium haud aſpernatur, *ibid.* Maximiliano Bauaro Septemuiratum certis conditionibus confert 928, vt Mühlhuſæ comitium haberetur Septemuirale, expetit 936, eo mittit Stralendorfium 937, edictum de reſtitutione bonorum eccleſiaſticorum promulgat 939, Electoribus comitia indicit Ratisbonam 942, pacem Pragæ cum Electore Saxone init 948, Ratisbonæ comitia celebrat 950, filium Principibus Electoribus in ſpem ſuccedendi proponit 951

(*Ferdinandus* III) eligitur 951, coronatur, *ibid.* copias Vinarienſes ſibi deuincire ſtudet 952 & ſeq. comitia agit Ratisbonæ 954, Moguntino ſplendidiorem honoris titulum tribuit 955, Electores Pragam vocat 963, eos variis modis ſibi conciliat & obnoxios facit, *ibid.* Ratisbonæ comitia celebrat 964, filium Electoribus commendat, *ibid.* moritur 965

(*Ferdinandus* IV) Auguſtæ Rex Romanorum eligitur 964, Ratisbonæ inungitur, *ibid.*

(*Fridericus* I) cognomento *Barbaroſſa*, Sueuiæ Dux, fit Imperator 558, in Italia bellum gerit 560, *Arnoldum* Moguntinum & *Hermannum* Palatinum Rheni fractæ pacis pœna afficit 560, & ſeq. Vormatiæ comitia agit 561, Francofurti itidem 562, in Italiam mouet, *ibid.* Moguntinenſes Archiepiſcopum ſuum accuſantes increpat, *ibid.* repudiato Alexandro Victorem pro Papa habet 563, eumque pro Pontifice ab omnibus haberi vult, *ibid.* Conradum Wittelſpachium Moguntinæ Sedi imponit 564, 565, Victori defuncto Paſchalem ſurrogat 566, de Moguntinis ob occiſum Arnoldum ſupplicium ſumit 567, Moguntiam mœnibus nudat 18, 567, Wirzburgi celebrat Comitia 566, Conrado Moguntinenſi Chriſtianum I ſubſtituit 570, Wirzburgi rurſus conuentum agit, *ibid.* dein Bambergæ 571, denuo in Italiam contendit, *ibid.* cum Alexandro III Pontifice pacem facit 571, a Lucio petit, vt Præſules vitio creatos reſtituat 576, cum Vrbano III de exuuiis Epiſcopalibus certat, *ibid.* militiæ ſacræ nomen dat 577, expeditionem contra Saracenos ſuſcipit, *ibid.* iter ſacrum ingreditur, *ibid.* funeſto caſu obit 578

(*Fridericus* II) Imperium obtinet 588, Aquisgrani inungitur 589, conuentum habet Herbipoli, *ibid.* Norimbergæ 590, Francofurti 591, Northuſæ, *ibid.* Aquisgrani 592, confirmat capita ab Henrico filio in Comitiis Vormatienſibus conceſſa 594, Moguntiæ comitia celebrat 597, Othonem Brunſuicenſem ad Ducis euehit dignitatem, *ibid.* Marpurgi leuandis D. Eliſabethæ reliquiis intereſt 598, Biſchofsheim pleno iure Sifrido Moguntino concedit, *ibid.* Laurishamenſe itidem cœnobium 599, Conradum filium Moguntini curæ commendat 593, excommunicatur 600

(*Fridericus*) Auſtriæ Dux contra Ludouicum IV a quadam Electorum parte eligitur 640, Bonnæ conſecratur a Colonienſi 641, cum Ludouico confligit 645

(*Fridericus* III) Cæſar deſignatur 755, inauguratur Aquisgrani 758, Comitia agit Francofurti, *ibid.* & Norimbergæ 758, 759, Aſchaffenburgi 762, Francofurti, *ibid.* Ratisbonæ 786, Auguſtæ, *ibid.* Treuiros concedit, *ibid.* & Coloniam, *ibid.* aduerſus Carolum Burgundum ducit 787, Francofurti celebrat Comitia 798, in iis pacem publicam ſancit 800, Maximiliano filio Regis Romanorum honores parat 79, Aquisgranum cum filio proficiſcitur, *ibid.* contra corruptelas vini conſtitutionem promulgat 801, comitia indicit Francofurtum, *ibid.* de filio liberando ſollicitus eſt, *ibid.* Francofurti comitia habet 803, Norimbergæ item 804

(*Güntherus*) Comes Schvvartzburgicus a parte Electorum Cæſar renuntiatur 662, cum exercitu caſtra metatur ante Francofurtum,

INDEX V.

Rerum præcipuarum.

ſurtum, *ibid.* nundinas Fridbergenſes ex-ronce Francofurtenſibus conceſſiſſe dicitur 664, perperam Aquisgrani coronatus dicitur Onuphrio Panuinio 662

(*Henricus* Auceps) vnctionem recuſat 422, vtrum bene? 423

(*Henricus* II) eligitur 456, vngitur a Willigiſo, *ibid.* eccleſiæ Halberſtadenſi confirmat priuilegia, *ibid.* Polono bellum infert 461, caſtrum Hammerſtein obſidet & expugnat 461, 462, 465, moritur 465

(*Henricus* III) Imper. totum partitus eſt cum Gunihilde 470, ex qua filiam Beatricem ſuſcepit, *ibid.* dein cum Agnete, *ibid.* Brunonem Tullenſem Papam conſtituit 471, concilio Moguntiæ a Leone Pontifice habito præſidet 471

(*Henricus* IV) Imperator conſecratur Aquisgrani 494, variorum ſcelerum arguitur 500, 519, 525, cum Bertha coniuge diuortium facere conſtituit 500, 501, 502, Carolum ſedi Conſtantienſi fruſtra imponere conatur 503, Moguntino in exigendis a Thuringis decimis auxilio eſt 502, 505 ſeq. caſtella ad domandos Saxones paſſim in Saxonia extruit 505, de pace agit cum eis 507, excommunicatur a Papa 508, plurium criminum incuſatur, *ibid.* rurſus cum Saxonibus agit 509, cum eis confligit 512, a Gregorio VII dicendæ cauſæ ergo Romam citatur 513, quem in concilio Wormatiæ habito reiicit & deponit 514, *ibid.* a quo proinde denuo excommunicatur, *ibid.* ſententia Principum audita in Italiam pergit, abſolutionem impetraturus 519 ſeq. Forchemii regno priuatur 515, 520, Saxones prœlio vincit 521, concilium Moguntiæ habet 521, 523, a filio Henrico impetitur 528, regno priuatur 529, 530, moritur, *ibid.*

(*Henricus* V.) contra patrem excitatur 528, Nordhuſæ conuentum habet, *ibid.* Ruthardum Sedi Moguntinæ reſtituit 529, cum patre Bingæ colloquitur, *ibid.* inſignia Imperii ei extorquet 530, Rex eligitur, *ibid.* in Italiam it 534, de inueſtituris eccleſiaſticis cum Papa diſceptat 533, 534, 535, Papam Romæ captiuum facit 534, parenti mortuo iuſta facit, *ibid.* Adelbertum Moguntinum cuſtodiæ mancipat 535 ſeq. eum vrgentibus Moguntinis libertati reſtituit 536, Mathildam Angliæ Regis filiam vxorem ducit, *ibid.* Burdinum contra Gelaſium Papam eligit 538, excommunicatur inde a Gelaſio, *ibid.* a Calixto item 539, Moguntiam obſidere conſtituit 539 ſeq. conſilium de concordia capit 540, pacem cum aduerſarijs facit, *ibid.* inueſtituris eccleſiaſticis renuntiat 541 & ſeq. anathematis vinculo exſoluitur 541, moritur 543

(*Henricus* VI) Bambergæ eligitur 571, Henricum Leonem bello perſequitur 577, proficiſcitur in Apuliam 578, hereditariam in Imperio ſucceſſionem domui ſuæ deſtinat 579, Saxones & Moguntinum experitur aduerſarios, *ibid.* moritur 580

(*Henricus* VII) Lucemburgenſis Cæſar deſignatur 636, coronatur Aquisgrani 637, filio Ioanni Eliſabetham Wenceslai Bohemiæ Regis filiam nuptum collocat 637, 638, Bonconuenti moritur 640, a Dominicano quodam hoſtia venenata peremtus fuiſſe dicitur, *ibid.* de quo tamen dubitatur, *ibid.* religioſus admodum fuit, *ibid.*

(*Ioſephus*) Archidux Auſtriæ, eligitur Rex Romanorum 984, inungitur Auguſtæ, *ibid.* Landauiam obſidet & expugnat 989, moritur 989

(*Leopoldus*) Hungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ, eligitur Imperator & inauguratur 967, conuentum Deputatorum Imperii Francofurto transferri cupit 968, præfecturam Böckelnheimenſem ſequeſtri in poteſtatem dat 976, Electoribus filium Ioſephum in ſpem ſuccedendi proponit 984

(*Lotharius* Saxo) Moguntini maxime opera Imperator eligitur 543, Spiram obſidet 544, & in gratiam recipit, *ibid.*

(*Ludouicus* IV) Bauariæ Dux, eligitur 640, Aquisgrani coronatur 641, *Petro* Archiepiſ. Moguntino confirmat priuilegia, *ibid.* Wisbaden obſidet 642, *Fridericum* Auſtriacum prœlio vincit, *ibid.* de Bingenſibus pœnas ſumit 645, Romæ coronatur 649, aduerſatur Pontifici, *ibid.* excommunicatur 649, 657, querelas Cleri Moguntini de ciuibus Moguntinis inſpicit 654, legem Renſii rogatam in conuentu Francofurtenſi promulgat 657, *Reinaldum* Geldrium Ducis, *VVilhelmum* Iuliacenſem Marchionis dignitate ornat, *ibid.* nouum Sedi Moguntinæ priuilegium concedit 658, controuerſiam *Henrici* III Archiep. Moguntini cum Palatino de Weinhemio decidit 659, 660, ex equo ruens ceruicem frangit 661

(*Matthias*) Archidux Auſtriæ, Cæſar deſignatur & inungitur 919, Ratisbonam indicit Comitia, *ibid.* eo cum coniuge proficiſcitur, *ibid.* periculi Electoribus impendentis redditur certior 921, eius cauſa legatum Bruxellas mittit, *ibid.* moritur, *ibid.*

(*Maximilianus* I) eligitur 799, Renſæ in ſede Regia collocatur, *ibid.* Aquisgrani coronatur, *ibid.* iuri ſuo in Moguntiam renuntiat 800, a Brugenſibus in cuſtodiam datur 800, 801, Francofurti Comitia celebrat 803, Norimbergæ 804, Confluentiæ 805, Lindauii 808, Vormatiæ, *ibid.* Auguſtæ 810, 811, 827, Coloniæ 815, Conſtantiæ 817, quicquid ſibi ſuisque heredibus iuris erat in regnum Angliæ Richardo dimittit 806, Cameram Imperialem inſtituit 807, Friſiis Al-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

bertum Animoſum Gubernatorem imponit hereditarium 809, Regimentum inſtituit Imperii 810, iras aduerſus Bertholdum Electorem Mogunt. animo voluer 810, 811, cum Venetis bellum gerit 817, Electoris Vrielis commodo Pontificem litteris compellat 1027, Frovvini *de* Hutten conſilio vtitur 820, litteras contra Iudæos edit 819, 820, Treueri conuentum Principum agit 821, moritur 827

(*Maximilianus* II) Ferdinandi filius Francofurti eligitur 58 ſeq. 870, coronatur 870 ſeq. Spiræ agit comitia & filiam ſuam Carolo Galliarum Regi in matrimonium dat 876, regnum Poloniæ pro Erneſto filio ambit 877, 878, de tranſitu Henrico Andegavenſi Polonorum Regi concedendo cum Electoribus deliberat 878, Ratisbonæ Comitia celebrat 879, moritur, *ib.*

(*Otho* I) ſurrogatur patri & Aquisgrani inungitur 425, Briſacum obſidet 428, 429, *Fridericum* Archiep. Moguntinum bis in exilium mittit 429, in Italiam concedit 430, 431, *Adelheidem* Lotharii viduam ducit, *ibid.* filium *Luidolfum* res nouas molientem perſequitur 431, Moguntiam obſidet 17, 430, Epiſcopatum Brandenburgenſem & Hauelbergenſem eccleſiæ Moguntinæ ſubiicit 52, rurſum concedit in Italiam 434, in Germaniam redit 435 Bohemis dat Epiſcopum, *ibid.* denuo abit in Italiam, *ibid.* Archiepiſcopatum Magdeburgenſem inſtituit 437, cui Brandenburgenſem & Havelbergenſem Epiſcopatus ſubdit 52

(*Otho* II) Rex eligitur 434, *VVilhelmo* Antiſtiti Moguntino traditur tuendus, *ibid.* parenti ex Italia redeunti obuiam procedit 435, in Italiam deducitur, *ibid.* *VVilligiſo* bona quædam concedit 451, filium *Othonem* coronari curat Aquisgrani, *ibid.* moritur, *ibid.*

(*Otho* III) Imp. Aquisgrani inauguratur 451, matris auiæque committitur curæ 452, *Burchardum* conſtituit Epiſcopum Wormatienſem 453, parthenoni Quedlinburgenſi bona quædam liberaliter attribuit 454, ſorori *Sophiæ* bona quædam concedit 455, *S. Stephani* & *D. Victoris*, quæ Moguntiæ ſunt, Collegiatis prædia quædam confert, *ibid.*

(*Otho* IV) Henrici *Leonis* filius contra *Philippum* Sueuum Cæſar eligitur 580, *Sifrido* Moguntino contra *Lupoldum* Antarchiepiſcopum aſſiſtit 584, mœnia Moguntina inſtaurari permittit 23, poſt *Philippi* cædem communibus ſuffragiis ad ſolium Imperiale euehitur 587, excommunicatur 588, a Pontifice exuitur Imperio, *ibid.* obit 590

(*Philippus*) *Friderici* I filius 580, contra *Othonem* Saxonem eligitur, *ibid.* *Lupoldum* Epiſcopum Vormatienſem contra *Sifridum* Sedi Moguntinæ imponit 582, & ſeq. occiditur ab *Othone* Wittelſpacenſi 581, 586, 587

(*Richardus*) Cornubiæ Princeps eligitur 611 & ſeq. *Gerbardum* I Præſulem Moguntinenſem grandi lytro redimit 611, 612, coronatur, *ibid.* *Philippo Falckenſteinio* officium *Camerariatus Imperialis hereditarii* confert 1020, eccleſiæ Moguntinæ villam *Ebinheim* donat 612, *Philippum* de *Hohenfels* Procuratorem conſtituit Bopardiæ, Veſaliæ &c. 616

(*Rudolfus* I) Comes Habſpurgicus, Euchariſtiæ veneratur ſacramentum 613, Wernherum Archiep. Moguntinum, Romam euntem, comitatur 618, eius commendatione Cæſar eligitur, *ibid.* confirmat ei priuilegia, 619, *Ioanni* Haynoniæ Comiti terras, patri illius olim collatas, confirmat 621

(*Rudolfus* II) *Maximiliani* II filius, eligitur 879, coronatur ab Archiep. Moguntino *Daniele*, *ibid.* vt rerum Iuliacenſium curam agat, a Moguntino monetur 912, competitores in iudicium euocat aulicum 913, Leopoldum Archiducem ſequeſtris titulo ad terras Iuliacenſes occupandas mittit, *ibid.* Hungariæ regno a Matthia priuatur 913, 915, Septemuirorum Eccleſiaſticorum de Rege Rom. eligendo conſilia audit 913, Pragæ Principum habet conuentum 915, cum Brandenburgenſi & Neoburgico agi curat 916, ſeq. Electoribus ſe de eligendo Romanorum Rege compellantibus reſpondet 918, moritur, *ibid.*

(*Sigiſmundus*) Cæſar deſignatur 727, operam dat, vt Conſtantiæ ageretur Concilium 729, *Fridericum* Auſtriæ Ducem proſcribit 1023, cum *Ioanne* II Archiepiſ. Moguntino fœdus facit 730, eidem Imperialem Wetterauiæ præfecturam committit 732, & quidem ad dies vitæ 733, de Bohemis ad obſequium redigendis agit 737, 743, *Conradum* III Antiſtitem Mogunt. Vicarium conſtituit Imperii 738, cauſſæ de regionibus Boicæ ſecundæ diuidendis eum præficit 741, priuilegia Sedis Moguntinæ confirmat 743, Comitia Norimbergæ agit 744, pacem publicam ſancit, *ibid.* moritur 750

(*VVenceslaus*) Rex Romanor. eligitur 686, non omni quidem immunis fuit culpæ 713, non tamen adeo ſceleratus. *ibid.* quibus ex cauſis tam clericorum quam laicorum in ſe prouocauerit odium 713 Electoribus de Imperio videtur deiiciendus 713, 714, recuſat conſtituere Adminiſtratorem Imperii 713, Imperio exuitur 716

(*VVilhelmus*) Hollandiæ Comes Cæſar deſignatur 602, Aquiſgrani inauguratur 603

Imperatrices Romano-Germanicæ

(Agnes) *Henrici* III vxor ſecunda Moguntiæ inungitur 470, Ingelhemii marito adſociatur, *ibid.*

(Anna)

INDEX V
Rerum præcipuarum.

(Anna) Matthiæ Cæſaris coniux Francofurti coronatur 919

(Bertha) Henrici IV vxor marito fit exoſa 501, Moguntiæ mortua & ſepulta 524, Spiram poſtea transfertur, *ibid.*

(Editha) Imperatoris *Othonis* I vxor 433, vtrum *VVilhelmi* Moguntini Arch. mater fuerit? *ibid.*

(Eleonora) *Ferdinandi* III coniux, coronatur 964

(Eleonora Magdalena Thereſia) *Leopoldi* Imperatoris coniux coronatur 984

(ElisabethaChriſtina) *Caroli* VI Imperat. tum Hiſpaniæ Regis, ſponſa in eccleſiæ Romano-Catholicæ ſinum ſe recipit 990

(Gisla) *Conradi* II Imp. coniux 479, Hermanni, Alemanniæ Ducis, filia, *ibid.* Bardoni Archiepiſcopo viam ad honores conſequendas parat 469

(Mathildis) *Henrici* Aucupis vxor 435, moritur 436

(Kunigunda) *Henrici* II coniux Paderbornæ coronatur 456

Ingelheimenſis aula in monaſterium regulæ S. Auguſtini commutatur 675, bonis a Carolo IV inſtruitur 676

Ingolſtadienſis baſilica excitata a *Ludouico* Barbato 757, Cæſaris committitur patrocinio, *ibid.* a Cæſare Theoderico Moguntino, *ibid.*

Interim conſcribitur in Comitiis Auguſtanis 852, Pflugii, Heldingi, & Agricolæ opera, *ibid.* non item Melanchtonis & Brentii, *ibid.*

Inveſtitura eccleſiaſticæ Calixto Pontifici II ab Henrico V reſignantur 541, ſeq.

Ioanna fabularis Papiſſa 132, ab aliis mulier Moguntina dicitur 133, ab aliis Angla 134 ab aliis Angla Moguntia oriunda, *ibid.* variis vocatur nominibus 135, Athenas perducta dicitur 136, & multum ibi profeciſſe in litteris 138, Romam dein veniſſe 139, & ob doctrinam in D. Petri ſede collocata, *ibid.* aliquo tempore eam inſediſſe 140, de quo tamen variant, *ibid.* a familiari imprægnata 141, cum in Lateranum tenderet, 141, 142, in via publica partus correpta fertur doloribus 141, 142, 143, & edidiſſe puerum 143, a partu vero mortua 143, & ſine honore ſepulta, *ibid.* quæ omnia multis allatis rationibus confutantur 133--149, reſolutis inſuper obiectionibus 149, 150, vnde ea videantur nata & efficta 146, & ſeq. a quibusdam pro vera habentur hiſtoria & propugnantur 131, 132, ab nonnullis vero pro commento, & reiiciuntur 131, 132, 150

Ioannes I Elector Moguntinus 680, ortu Comes Lucenburgenſis, 681, a plerisque Ducis Wenceslai dicitur filius, *ibid.* ſed erronee, *ibid.* familia enim Ligniaci Comitum prognatus fuit, *ibid.* cathedram Argentoratenſem primum inſedit, *ibid.* Sedi Colonienſi deſtinatur a Cæſare, *ibid.* ſed fruſtra, *ibid.* Moguntinæ tandem eius beneficio imponitur, *ibid.* dicebatur vulgo *Gallicus*, *ib.* item *Epiſcopus oris*, germanice *Hemel* 682, forma corporis fuit eximia, cetera ſimplex 682, Moguntinis firmat priuilegia, *ibid.* vrbem ingreditur, *ibid.* curiam *Dreyſe* oneribus eximit 683, Erfurtenſibus beneuolus eſt, *ibid.* moritur, *ibid.* ſepelitur in cœnobio Erbacenſi, *ibid.* quibusdam veneno peremtus dicitur, *ibid.* vt Sedi Argentoratenſi præfuerit 682, vt Moguntinæ 684

Ioannes II Elector Moguntinus 709, filius fuit Adolfi Comitis Naſſouii, *ibid.* transactione *Adolfseck* & partem caſtri *Naſſau* a fratre accipit, *ibid.* corpore fuit paruo 710, aſtutus & callidus, *ibid.* dignitatem Archiepiſcopalem ambit 709, Romam proficiſcitur, *ibid.* litteris inſtructus & pecunia, *ibid.* beneuole a Papa excipitur, *ibid.* Archiepiſcopatum obtinet, *ibid.* & Godefrido Leiningenſi electo præripit, *ibid.* magnis largitionibus dicitur vſus, *ibid.* quod tamen dubium 1023, cur Papam tam facilem inuenerit 710, dolos machinationesque aduerſarii effugit, *ibid.* ſaluus ad ſuos redit, *ibid.* pallium afferens & literas, *ibid.* ab aliis recipitur, ab aliis non item, *ibid.* renitentibus quibusdam ignoſcit, *ibid.* pactionem init cum Collegio maiori, *ibid.* ciuitati duo indulget priuilegia, *ibid.* Comitem de Bitſch aduerſus Leiningenſem conducit 711, Burggrauio Kirchbergenſi feuda quædam confert, *ibid.* nobiles de Buchenau in miniſteriales recipit, *ibid.* ſupplicationes inſtituit pro auertenda peſte, *ibid.* pacis publicæ formulam curatius exponi vult, *ibid.* academiam Erfurtenſem inaugurat 712, ſacellum prope Greventhurna Wilhelmitis ſtabilit, *ibid.* Hoſpitali item Weſeufeldenſi ius patronatus parochialis Keſtenburg, *ibid.* caſtrum Tannenberg expugnat & ſubruit, *ibid.* cum Eberhardo Wirtembergenſi fœdus facit, *ibid.* cauſam contra Canonicos beneficiis priuatos peruincit, *ibid.* monaſterium S. Albani a Pontifice conſequitur, *ibid.* de Wenceslao exautorando certis ex cauſſis agit 713, Francofurti & Marpurgi ea de re cum Electoribus deliberat, *ibid.* Moguntiæ ſe fœdere cum Electoribus Rhenanis & aliis Principibus iungit, *ibid.* de moneta emendanda cum Electoribus Rheni agit, *ibid.* prochotropheo Erfurtenſi Cardinalis Alenſonii priuilegium firmat, *ibid.* Francofurti rurſum de alio Rege eligendo agit, *ibid.* Wirtzburgenſi pollicetur ſuppetias, *ibid.* Francofurti diem conſtitutum obit, *ib.* iuri ſuo in D. Albani monaſterium renuntiat 714, Hersfeldenſes in tutelam recipit, *ib.* Falckenbergios & Hertingshuſium adſciſcit in auxilium & miniſterium, *ibid.* incuſatur cædis Friderico Brunſvvicenſi illatæ 715, ſed iniuria, *ibid.* iureiurando eapropter ſe purgat 716, Imperium Wenceslao abrogat, *ibid.* Rupertum Palatinum deſignat Cæſarem, *ibid.* eundem Francofurtum deducit 717. Abbati Haynenſi contra monachos refractarios proſpicit, *ibid.* coronationi Ruperti intereſt, *ibid.* ab eo regalia accipit, *ibid.* Norimbergæ

Digitized by Google

cum Leiningenſi in gratiam redit, *ibid.* Eichſtadienſi ius Cancellariatus eccleſiæ Moguntinæ confert, *ibid.* varios auxiliatores ſibi adſciſcit, *ibid.* Sociis pacis publicæ reſpondet 718, hoſtiam prodigioſam Gladebaco Elcuillam transferri curat, *ibid.* nouos ſibi comparat adiutores, *ibid.* cum Catimelibocenſi de caſtro Zvvingenberg contendit, *ibid.* Fuldenſibus tutelam pollicetur, *ibid.* diœceſi Fuldenſi Falckenbergium præfectum dat, *ibid.* cum Cæſare agit Weinhemii, *ibid.* bello petitur a Brunſvvicenſibus 719, eorumque ſociis, *ibid.* de pace agit 720, ſe denuo Haſſo hoſtem profitetur, *ibid.* nouos conducit auxiliatores, *ibid.* cum Comitibus Hoenſteinenſibus pacificatur, *ibid.* caſtra Hanau & Bobenhauſen accipit, *ibid.* fratres Hanouienſes componit, *ibid.* nouos ſibi adſciſcit adiutores 721, cum Electoribus Rhenanis de moneta agit, *ibid.* Ludouico Electori loca Imperii Palatinatui oppignerata ſuo conſenſu firmat, *ibid.* ab Adolfo Cliuenſi & Eiſenbachio inuaditur, *ibid.* cum Rodenſteinio tranſigit, *ibid.* Iudæis de pignoribus capiendis priuilegium indulget, *ibid.* vires ſuas nouis auget auxiliatoribus, *ibid.* pacem cum Haſſo facit, *ibid.* fœdus cum eo & Ducibus Brunſvvicenſibus percutit 722, partem caſtrorum Eſchvvege & Suntra a Miſnenſibus repoſcit, *ibid.* contra eos fœdus init, *ibid.* Parochis & Ordinibus mendicantibus in Moguntia certam fert legem, *ibid.* cum diuerſis Principibus & Ciuitatibus fœdera contrahit, *ibid.* cum Othone Ziegenhainenſi pactionem init 723, de variis capitibus cum Rege litigat, *ibid.* vti Rex de quibusdam cum eo 724, eam ob cauſſam auxiliatores ſibi comparat 724, cum Rege componitur, *ibid.* Lolhardos & Begutas perſequitur, *ibid.* cum Rege fœdus pangit, *ibid.* & cum illius quoque filiis, *ibid.* Epiſcopum Wormatienſem cum Clero reconciliat, *ibid.* vectigal Höchſtenſe acquirit, *ibid.* cum Treuirenſi redit in concordiam 725, Comitem Dillenburgicum cum Catimelibocenſi componit, *ibid.* Duci Auſtriæ ſe hoſtem profitetur, *ibid.* cum Landgrauiis Thuringiæ fœdus icit 726, pro Salza & Biſchofsguttern loca alia accipit, *ibid.* intermiſſa in S. Iacobi cœnobio officia inſtaurari iubet, *ibid.* ſocietati Lynceorum nomen dat, *ibid.* caſtrum Ardeck pignoris titulo accipit, *ibid.* aduerſus Landgrauium Hermannum adſumit adiutores, *ibid.* cum Argentoratenſi fœdus facit, *ibid.* Bernardum Brunſvvicenſem & Fridericum iuniorem Miſnenſem fœdere ſibi iungit 727, contra Sigiſmundum eligit Iodocum, *ibid.* cum Ludouico Palatino redit in concordiam, *ibid.* Iodoco mortuo eligit Sigiſmundum, *ibid.* cum Francofurtenſibus pacificatur 728, bellum gerit cum Landgrauio, *ibid.* cum eo in concordiam redigitur, *ibid.* Iudæis Fridbergenſib. conſulit priuilegio, *ibid.* eccleſiam Brambacenſem in parochialem euehit, *ibid.* monaſterio Lauriſhamenſi clauſtrum S. *Felicitatis* incorporat, *ibid.* conſtitutionem de numero Canonicorum Moguntinorum reuocat & exponit, *ibid.* fœdus cum quibusdam Principibus facit, *ibid.* cum Ludouico Haſſiæ Landgrauio *ibid.* pactionem 729, Ludouico Palatino Præfecturam Alſatiæ conſenſu ſuo firmat, *ibid.* quatuor curlum init fœdera, *ibid.* Rudolfo Saxoni dignitatem Electoralem adſtruit, *ibid.* Hersfeldenſes in patrocinium ſuum ſuſcipit, *ibid.* cum Sigiſmundo Cæſare redit in gratiam, *ibid.* Conſtantiam ad concilium proficiſcitur, *ibid.* magno ſtipatus comitatu, *ibid.* ſolenni excipitur occurſu, *ibid.* in congregatione publica fortiter pro Ioanne XXIII loquitur 730, fugæ Pontificis habetur ſuſpectus, *ibid.* Conſtantia abit, *ibid.* eo mittit legatos, *ibid.* Winzingerodios compeſcit, *ibid.* Cæſari nouo ſe iungit fœdere, *ibid.* ad Electi Eichſtadenſis confirmationem diem præſtituit, *ibid.* Veldentini cauſſam ab iudicio Imperiali aulico ad ſe reuocat 731, de Epiſcopo Argentoratenſi liberando agit, *ibid.* Cæſarem experitur beneuolum, *ibid.* cum Bipontino & Badenſi fœdus facit, *ibid.* falſum de ſe rumorem confutat, *ibid.* vt Wenceslaum contra Huſſitas excitet, monetur, *ibid.* vocat ad Concilium Abbates, *ibid.* in plenam cum Haſſo conſenſionem coaleſcit 732, Wetterauiæ præficitur, *ibid.* Electi Curienſis petito annuit, *ibid.* Conſtantiæ regalia accipit a Cæſare, *ibid.* Curienſem confirmat, *ibid.* Decano Bingenſi ſacellum Bethlehem attribuit, *ibid.* Cantori ſacellum S. Oſvvaldi, *ibid.* cum Principibus Rhenanis fœdus init, *ibid.* Collegiali Ameneburgenſi curiam in villa Niderglen cum prædio quodam confert 733, Ludouicum ac Othonem Palatinos redigit in concordiam, *ibid.* duas in maiori inſtituit Vicarias, *ibid.* in præfectura Wetterauiæ ad dies vitæ confirmatur, *ibid.* monaſterio Rodenkirchenſi Ludouicum Palatinum Aduocatum dat, *ibid.* Hanouiæ nullam vnquam ſynodum haberi vult 734, prauum quendam Canonicorum Erfurtenſium morem corrigit, *ibid.* Colonienſibus hoſtilia denuntiat, *ibid.* S. Albani monaſterium commutat in Collegiatam, *ibid.* ſupremum obit diem, *ibid.* ſepelitur in æde maiori, *ibid.* Eremitæ cuidam in viſione in ſuccenſam ollam demerſus apparet, *ibid.*

Ioannes Adamus Elector Moguntinus 899, nobili familia *de Bicken* prognatus, *ibid.* ſingulari educatus fuit cura, *ibid.* fit Scholaſticus maioris 900, & Cuſtos ad D. Albani, *ibid.* nullo diſcrepante Archiepiſcopus eligitur, *ibid.* homagium recipit a Moguntinis, *ibid.* confirmationem & pallium petit a Pontifice, *ibid.* a Cæſare vero regalia, *ibid.* Pontificis indulgentias maxima religione promulgat, *ibid.* Orationi in templo Auguſtinianorum intereſt 901, ad Treuirenſem proficiſcitur, *ibid.* ſacellum *S. Au-*

rei ſibi curæ habet, *ibid.* quæſtionem exercet in ſagas 902, ſacra Catholica Hofheimii, Kônigſteinii, & Lohræ inſtaurat, *ibid.* ad Comitia legatos mittit 903, in Eichsfeldia viſitationem inſtituit, *ibid.* ad mortem ſe præparat, *ibid.* obit Aſchaffenburgi 904. in optimo ætatis flore, *ibid.* mortuus Moguntiam reuehitur 904, vt compoſitus fuerit in ſandapila 904, 905, tumulatur in æde maiori 904, laudatur a virtutibus, *ibid.* præcipue a precum ſtudio, *ibid.* delectabatur venationibus & haſtiludiis 905, celebratur epicediis, *ibid.*

Ioannes Suicardus Elector Moguntinus 905, nobili *Cronbergiorum* familia ortus 905. 909 patre natus *Hartmudo*, matre *Barbara* 909, tres habuit fratres, *ibid.* lucem aſpexit anno 1553, 910, fit Domicellaris Moguntinus, *ibid.* Romæ incumbit in literas, *ibid.* fit Præpoſitus *D. Petri*, *ibid.* Scholaſticus maior, *ibid.* Vicarius in ſpiritualibus generalis, *ibid.* Præpoſitus ad D. Albanum & B. M. V. *ad gradus*, *ibid.* Decanus maior, *ibid.* Archiepiſcopus 910, 911, homagium recipit 911 pallium petit, & accipit; *ibid.* conſecratur Epiſcopus, *ibid.* regalia impetrat a Cæſare, *ibid.* Confluentiæ intereſt conuentui 912, Fuldam comitia Septemuiralia indicit, *ibid.* Electori Palatino colloquitur, *ibid.* de rebus Iuliacenſibus ſollicitus eſt, *ibid.* cum Treuirenſi & Colonienſi de Rege Romanorum eligendo nec non fœdere ineundo conſultat; *ibid.* de cauſa item Iuliacenſi 914, de qua etiam legatos Saxonicos audit, *ibid.* & a Brandenburgenſi, Neoburgenſi, itemque Henrico Galliæ Rege compellatur; *ibid.* a Cæſare vocatus Pragam concedit 915, Matthiam cum fratre in concordiam redigere ſtudet 916, Archi-Cancellarii munia ibidem obit; *ibid.* & de negotio Iuliacenſi cum Principibus præſentibus deliberat, *ibid.* legatos ſuos ad conuentum Colonienſem mittit 917, Saxonis legatos rurſum audit; *ibid.* Mauricii item Landgrauii; *ibid.* Comitiis Norimbergenſibus intereſt, *ibid.* Regi Romano eligendo diem præſtituit 918, Imperatore mortuo a variorum Principum legatis inuiſitur; *ibid.* Francofurtum concedit 919, Regi Matthiæ colloquitur, *ibid.* eundem eligit & coronat, *ibid.* Moguntiæ Franciſcanis, Aſchaffenburgi PP. Societatis Ieſu locum concedit; *ibid.* Francofurti litem ciuium cum Senatu componit, *ibid.* ad Comitia Ratisbonenſia proficiſcitur, *ibid.* Cæſarem cum coniuge ibidem excipit; *ibid.* propoſitioni factæ intereſt; *ibid.* regalia accipit, 920; Ratisbonenſis Epiſcopi funus proſequitur, *ibid.* Eichſtadenſi honores Cancellariatus eccleſiæ Moguntinæ confert 920, Ratisbona diſcedit, *ibid.* Francofurti rurſus de ſedandis motibus agit, *ibid.* Erfurti PP. Societatis Ieſu monaſterium Regularium concedit, *ibid.* Francofurti in ſontes animaduertit, *ibid.* Cæſari periculum vicinum exponi curat 921, Palatinum, Anhaltinum, & Naſſotium Aſchaffenburgi excipit, *ibid.* iubilæum ſuis promulgat, *ibid.* turbas Boiemicas penſi habet, *ibid.* eligendo nouo Cæſari diem præſtituit, *ibid.* Palatinum amice, quamuis fruſtra, monet 921, 922, cum Colonienſi & Treuirenſi deliberationes inſtituit 922, Palatinum inuiſit, *ibid.* Francofurtum proficiſcitur, *ibid.* legatis Boiemicis admitti petentibus cordate reſpondet 923, Ferdinandum eligit Cæſarem ac inungit, *ib.* magnam apud Paulum V Pontificem init gratiam, *ibid.* de colligendo agit milite 924, ad conuentum Herbipolenſem legatos mittit, *ibid.* Suicardiburgum excitat, *ibid.* conuentum Mühlhuſanum obit, *ibid.* Cæſaris in gratiam cum Proceribus quibusdam Imperii fœdus init 925; fœderatos Auguſtam euocat; *ibid.* Argentoratum, Vlmam, Norimbergam, aliaſque ciuitates a partibus Correſpondentium abducit, *ibid.* Correſpondentes & Spinolam componit 928, Aſchaffenburgi Collegium Societatis dedicari curat, *ibid.* Mansfeldio & Brunſvvicenſi in diœceſi graſſantibus fœderis poſcit opem 926, cum finitimis Principibus aduerſus eos conſilia ſociat, *ibid.* ad Iſabellam Belgii Regii Gubernatricem legatum mittit 927, Ratisbonam concedit ad Comitia, *ibid.* prouidum Cæſari circa Electoratum a Palatino in Bauarum transferendum conſilium dat, *ibid.* legatum mittit ad tractatus Bruxellenſes 928, D. Virgini Hallenſi ſupplicat, *ibid.* Iſabellæ Infanti colloquitur, *ibid.* ſtradam montanam recuperat, *ibid.* ſociis de fœdere prorogando conuentum indicit 929, Saxonem Cæſaris petitu Sleuſingæ Bauaro conciliat, *ibid.* Maximilianum in Electorale recipit collegium, *ibid.* quid paci obſtet, Iſabellæ exponit, *ibid.* a conuentu Septemuirali agendo haud alienus eſt 930; cum Brunſvvicenſi de monaſterio Steina tranſigit, *ibid.* PP. Societatis Aſchaffenburgenſibus monaſterium Himmelthal concedit; *ibid.* infirma etiam valetudine legatum Cæſareum audit 931, Epiſcopum item Oſnabrugenſem, Bauari nomine verba facientem, *ibid.* Dano deuicto fœderati militis res ſociis commendat, *ibid.* moritur Aſchaffenburgi, *ibid.* magno ſui deſiderio relicto, *ibid.* deuehitur Aſchaffenburgo Moguntiam, *ibid.* ibidemque humo mandatur, corde & inteſtinis Aſchaffenburgi conditis 932, raris præditus fuit virtutibus, *ibid.* varia excitauit opera; *ibid.* præcipue regiam Aſchaffenburgenſem; *ibid.* Argentoratenſi & Altdorfenſi Academiis priuilegia ſtudiorum vniuerſalium impetrauit, *ibid.* plurium cohoneſtatur elogiis 933

Ioannes Philippus Elector Moguntinus 959, e gente Schônborniorum originem duxit, *ibid.* Eſchbachii natus, *ibid.* patre *Georgio*, matre *Maria Barbara* von *der Leyen*, *ibid.* literis & artibus egregie vacauit 960, Cæſari metuit, *ibid.* eccleſiaſtico vitæ generi ſe reddidit, *ibid.* Herbipoli primo Præpoſitus

INDEX V
Rerum præcipuarum.

fit ad D. Burcardi, dein Epiſcopus, *ibid.* ſacros ſuſcipit Ordines, *ibid.* Moguntiam ad comitia Epiſcopalia proficiſcens in graue incidit periculum, *ibid.* vnanimi conſenſu Moguntinus eligitur Archiepiſcopus 961, profeſſionem fidei edit, *ibid.* pallium conſequitur, *ibid.* pacificationis Monaſterienſis promouet negotium 962, cum Landgrauia Caſſellana tranſigit, *ibid.* pacis executionem promouet, *ibid.* bis Carolo Guſtauo C. P. ad Rhenum colloquitur, *ibid.* ſtradam montanam reluit 963, Treueri Electorem cum Capitulo componit, *ibid.* ab Adiutore Treuirenſi fidei excipit confeſſionem, *ibid.* Pragam inuitatur a Cæſare, *ibid.* eo concedit, *ibid.* vnionem Electoralem ibi iureiurando firmat, *ibid.* Ratisbonam diſcedit, *ibid.* Cæſaris petitu Collegis diem Regi Romanor. creando indicit 964, Ferdinandum IV eligit & inungit, *ibid.* inungit etiam Imperatricem, *ibid.* cum Colonienſi de iure coronandi Regem diſceptat, *ibid.* priuilegium de non appellando impetrat, *ibid.* ius regalium conſequitur 965, monaſteria & eccleſias per Thuringiam inuiſi iubet, *ibid.* Sedem Moguntinam & Herbipolenſem componit, *ibid.* Schvvalbaci Pontificiorum in vſus ædem ſacram ſtatuit 1028, poſt mortem Ferdinandi III nouo Cæſari creando diem præſtituit, *ibid.* controuerſiam cum Colonienſi de iure Imperatorem inungendi amica tranſactione finit 966, Francofurti in electionis negotio circumſpecte admodum agit, recteque, *ibid.* quibus ex cauſis id fecerit 967, Leopoldum eligit, *ibid.* fœdus de pace in Imperio ſeruanda vrget & cum nonnullis percutit, *ibid.* de pace Gallos inter ac Hiſpanos concilianda agit 968, ne Deputatorum dies Francofurto transferatur, obnititur, *ibid.* ius regalium a Leopoldo Cæſare petit, & recipit, *ibid.* Rhenum ponte ſternit, *ibid.* diſceptationes cum domo Darmſtadenſi finit, *ibid.* cum Fuldenſi de iurisdictione eccleſiaſtica tranſigit 969, Seminarium Bonifacianum Moguntiæ excitat, *ibid.* de bonis Archiepiſcopatus conſtitutionem facit cum Capitulo, *ibid.* Neuen-Beymberg reluit, *ibid.* præfecturam Bœckelheimenſem Sedi adſerit, *ibid.* Ratisbonam it ad Comitia 970, in iiſdem de Erfurtenſium queritur peruicacia, *ibid.* Erfurtum obſidet, *ibid.* deditione accipit, *ibid.* caſtello in monte Petri frenat, *ibid.* Epiſcopum Monaſterienſem liberaliter ibidem accipit, *ibid.* Magiſtratus Erfurti ordinat, *ibid.* Patribus Societatis Ieſu ibidem fundum concedit ad ſtatuendum Collegium 971, Orphanotropheum Moguntiæ excitat, *ibid.* a Wormatienſibus eligitur Epiſcopus, *ibid.* Iura Sedis Wormatienſis contra Palatinum defendit, *ibid.* cum Ducibus Saxoniæ de iure protectionis in ciuitatem Erfurt. tranſigit, *ibid.* a Sabaudo de proedria reuerſales accipit, *ibid.* ruricolas territorii Erfurtenſis in fidem recipit 972, cantum Gregoriano-Moguntinum ſuis in diœceſibus introducit, *ibid.* diſſidio cum Electore Palatino implicatur, *ib.* Franciſcanis ſedem in oppido Worbis concedit, *ibid.* cum Treuirenſi confraternitatem SS. Petri & Martini inſtituit, *ibid.* Coadiutorem accipit 973, Graduale Moguntinum Romano conformari iubet, *ibid.* de concordia inter Archiepiſcopum & ciuitatem Coloniam concilianda agit, *ibid.* fœdus cum Cæſare aliiſque Principibus facit, *ibid.* prouide itidem Brandenburgenſi & Montecuculo conſulit, *ibid.* Herbipoli incidit in morbum 974, moritur ibi & ſepelitur, *ibid.* corde Moguntiam translato, *ibid.* laudatur a virtutibus, *ibid.*

S. *Ioannis* in vrbe Moguntina templum 75, metropolitana æde longe eſt antiquius, *ibid.* ſepulcro viſcerum B. Bonifacii celebre eſt, *ibid.* renouatur, *ibid.*

S. *Ioannis* in vrbe Moguntina hoſpitale. vid. *Hoſpitalia Moguntina.*

S. *Ioannis* minoris in vrbe Moguntia ſacellum contiguum domui Melitenſi 86, iuxta veterem it. Cantoriam 89, interiere 86, 89

S. *Ioannis* in Rhingauia Præpoſitura inſtituitur 532, ſubiicitur Abbati Santalbanenſi, *ibid.* multis ditatur prædiis, *ibid.* mutatur in Abbatiam 545, a priſtino ſtatu collapſa reſtituitur 764, variis obnoxia eſt ſatis 545, — Abbas facultatem mitra vtendi conſequitur 600

Ioannitici Ordinis Fratres Moguntiæ olim vocati *die vveiſſe Brüder* 1008

Iouis arbor religioſe ab Haſſiæ populo culta 220, 292, a S. Bonifacio exciditur 292, 1006 & ſq.

Irmenſeul quale fuerit idolum 293

Iſabella Belgii Regii Gubernatrix 927, de variis a Moguntino grauaminibus paci obſtantibus edocetur 929 ſeq.

de *Iſenburg* (Eberhardus *Comes*) eccleſiæ Limpurgenſi Præpoſitus datur 595

Iſidorus Hiſpalenſis 380

Iſidorus Mercator 380

Iſna ciuitas imperialis 622

Itter caſtrum a Moguntino pro parte emitur 673

de *Itter* (Heilmanni *Domini*) vidua *Margareta* partem dimidiam caſtri *Itter Gerlaco* Archiepiſcopo Moguntino vendit 673, marito anniuerſaria ſacra quotannis inſtauranda procurat, *ibid.* *Othoni* Waldeccenſi nubit, *ibid.*

Iudæus quidam mire conuertitur 549 & ſeq.

Iudæi ad tributum Cæſari pendendum obſtricti 743, auctore Radulfo variis in locis miſere trucidantur 554, *Moguntiæ* violenter occiduntur 526, 527, Conradi III Archiepiſc. indignationem incurrunt 740, in vincula ab eo coniiciuntur & emunguntur 743, *Erfurti* ferro perimuntur ac igne 668, ad certum tempus iurisdictione Iudicum ordinariorum eximuntur 699, *Francofurtenſes* a Conrado II Archiepiſcopo ad tres annos in tutelam ſuſcipiuntur 708, *Fridbergenſes* iurisdictione Iudicum Sedis Mogun-

guntinæ ad ſex annos eximuntur 728, *Gothæ*, aliisque in locis ſimiliter ad certum tempus 694, *Mühlhuſæ* item 699
Iudæorum Synagoga *Miltenbergæ* addicitur Presbytero ſacelli ad B. M. V. 777, *Moguntiæ* conuertitur in ſacellum OO. SS. 90, 1004
Iudæorum Ἀρχισυνάγωγοι in agro Moguntino tribulibus ſecundum leges patrias jus dicit 822
Iudicium aulicum Moguntinum inſtitutum ab Alberto Cardinale & Archiepiſcopo 824
Iuliacenſis (Wilhelmus *Comes*) a *Ludouico IV* Imperatore in Marchionem euehitur 657
Iuliacenſis hereditas mortuo *Ioanne VVilhelmo* multarum præbet litium materiem 912 ſeq.
S. Iuliana in vrbe Moguntia ſacellum 89, interiit, *ibid.*
Iulianus Imperator Moguntiam reficit 22
Iulius Cæſar Moguntiæ prima fundamenta iecit 12, Rhenum ponte ſtrauit 37
zum *Iungen* (Henricus) Sculteus Oppenheimenſis Gerlacum cum Cunone Falckenſteinio componit 673, ſepultus iacet Moguntiæ in æde Dominicanorum, *ibid.*
Iuramenta temeraria imprecante Bonifacio puniuntur 268
Iuſtina, S. Aurei ſoror, cum fratre ad altare trucidatur 166, 178 ſeq.
Iutta Regina Bohemiæ in lecto coronatur 629

K

de *Kappenberg* (Godefridus *Comes*) monaſterium Ilbenſtadenſe fundat 543, 549, id vna cum villa cognomine Ordini tradit Norbertino 543
Katlenburgenſe monaſterium donationis titulo conſequitur decimas de omni eccleſiæ illius incultæ fundo 535, recuperat decimas Wahnenmangerenſes, Hildeileenſes, & Einbeccenſes 551
Kellenberg caſtrum Waldeccio oppigneratum a Petro reluitur 636
Kemladenſis parochialis Collegio metropolitano Moguntino confertur 620
Kennickheimenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntino addicitur 660
Keppel monaſterium reformatur 805
Keſtenburgenſis parœcia Hoſpitali Weſeufeldenſi attribuitur 712
Ketzer aliis deriuatur a Catharis 13, aliis a *Ketzern*, diuidere, *ibid.* aliis idem eſt ac *Kötter*, Götzendiener 14
Ketzergrub χαμευνῶν 13, 39, 999
S. Kiliani in vrbe Moguntia ſacellum 85, intercidit, *ibid.*
S. Kilianus Martyr Scotigena 337, Witzburgi paſſus eſt, *ibid.* miraculis inclaruit, *ibid.*
Kirche vocabulum vnde deriuetur 47 ſeq.
Kirchheimenſis dynaſtia 804
de *Kirckel* (Conradus) Præpoſitus eccleſiæ Spirenſis & Canonicus Moguntinus 661, Prouiſor Sedis Moguntinæ fit, *ibid.* tranſactionem inter Henricum & Gerlacum tentat 662, 667, a Naſſoviis capitur & cuſtodiæ mandatur 662, liberatus Henrico faceſſit negotium 663
Kitzinga oppidum ad fluuium Mœnum 221, diſtinguendum ab oppido Kiſſingen, *ibid.* exit e ditione Marchionum Brandenburgenſium, *ibid.*
Kitzingenſe monaſterium, fundatum a D. Bonifacio, Burggrauiis cedit Norimbergenſibus 304, ab Epiſcopo Wirzburgenſi occupatur, & ad vſus ſacros rurſus transfertur, *ibid.* a Ioanne Godefrido ad auguſtiorem formam redigitur, *ibid.*
Klingenmünſter monaſterium Ord. Benedictini 764, haud procul Landauia, *ibid.* ſubiectum Sedi Moguntinæ 539, 768, reformatur a Theoderico 764
Klingenmünſterenſis (Bernhardus *Abbas*) dictus *Schilling* de *Surburg*, magiſtratu ſe abdicat 768, ſucceſſori datur adiutor, *ibid.*
Kocherſtetten caſtrum *Nobilium* de *Stetten* 802, oppugnatur ab Hohenloicis, *ibid.*
Kobelius (Iacobus) vitam Ruperti Confeſſoris germanice conſcripſit & edidit 186, 193
Kœnigſtein caſtrum 880, ab Haſſo occupatur 946, a Guſtauo Adolfo Sueciæ Rege traditur Comiti Stolbergio, *ibid.*
Kœnigſteinenſis Comitatus quos olim habuerit Dominos 880, diœceſi Moguntinæ a Daniele Archiepiſcopo adiicitur, *ibid.* inter quem & Comites Stolbergenſes lis eapropter oritur 881, quæ poſtea tranſactione quadam componitur, *ibid.*
Kœnigſteinenſis parochialis ad Collegiatæ euehitur dignitatem 783
zu dem *Kolben* ſodalitas 706
Kulsheim oppidum Wertheimenſi impigneratur 792, poſtea vero Wittſtadenſi, *ibid.*
Kunigunda Belæ Hungariæ Regis neptis 615, Ottocaro Boiemiæ Regi nubit, *ibid.* coronatur, *ibid.*
Kyrrode villa Reiffenſteinenſi cœnobio incorporatur 633

L

Labra arx 296
Labra idolum a Bonifacio deſtruitur 296
S. Lamberti in vrbe Moguntina ſacellum 89, interiit, *ibid.*
Lambertus Schafnaburgenſis 495, Presbyter ordinatur a Luitholdo, *ibid.* iter in Palæſtinam ingreditur, *ibid.*
Landauia obſidetur 989, expugnatur, *ibid.*
de *Lapide* (Henricus) iuſſu Ioannis II Archiep. Lolhardos & Begutas perſequitur 724
Lardum nonniſi fumo ſiccatum vel coctum comedi debet 263
Landfridus Epiſcopus Moguntinus 167
S. Laurentii in vrbe Moguntia monaſterium 81, Ordinis fuit D. Franciſci, *ibid.* a Beginis inhabitatum, *ibid.* circa finem ſeculi XVI adhuc ſtetit, *ibid.* euerſum poſtea, *ibid.*
S. Laurentii in vrbe Moguntia ſacellum 89, 1002, 1004

INDEX V
Rerum præcipuarum.

Laurentius Ioannis typographiam Harlemi inueniſſe dicitur 114 ſeq.
Laurishamenſe monaſterium Sedi Moguntinæ a Friderico II Cæſare donatur 595 & ſeq.
Laurishamenſis ædes inauguratur a Lullo 374, ab Adelberto I 545
Latomus (Ioannes) Francofurti ad S. Bartholomæi Decanus 874, vir doctus, *ibid.* Mariani chronicon editum cum manuſcr. confert 124
Laynez (Iacobus) S. I. Præpoſitus generalis venit Moguntiam 874, a Daniele benigne excipitur, *ibid.*
Ledig Burgmann 642, 646
de *Leiningen* (Godefridus *Comes*) maioris Moguntinæ Cuſtos & Præpoſitus Pfedersheimenſis 709, ad mitram Moguntinenſem vocatur a Canonicis metropolitanis, *ibid.* qua tamen *Ioannis*, Comitis Naſſouii, ſolertia excidit, *ibid.* quod ægerrime fert 711, denique tamen eocum in gratiam redit 717
-- (Heſſo *Landgrauius*) pacem *Diethero* Archiepiſcopo Moguntino cum *Friderico* C. P. Rheni conciliat 775, & ſeq.
Leo Iſaurus Imperator Conſtantinopol. 283, parum pius *piiſſimus* tamen in titulo vocatur, *ibid.*
Leovvaldus Epiſcopus Moguntinus 168
Lepra antiquis *regius morbus* vocatur 262
Leproſorum quæ habenda ratio 262
Letznerus (Ioannes) patria Hardeſſianus 203, Leuthorſti & Iberæ agit parochum, *ibid.* rude donatus moritur in villa Strothagen, *ibid.* laudandus a diligentia, non item a iudicio, *ibid.* ſcripſit inter alia hiſtoriam S. Bonifacii 203, 367
Leyen caſtrum 696
von *der Leyen* familia admodum nobilis & vetuſta 977
Libri omnium primi typis excuſi 120
Libſta Abbatiſſa Dalheimenſis 79, clauſtrum *S. Mariæ* in Dalheim renouat, *ibid.* laudatur in epitaphio a virtutibus, *ibid.*
Liebenau cœnobium incenditur 774
de *Liebenſtein* nobilis vetuſtaque familia 813 ſeq.
Liechſtall oppidum ab Epiſcopo Baſileenſi emitur 640
Ligiſta 924, 926
Limburgenſe Ord. Benedictini monaſterium a Conrado II Imperatore conditum 815, reformatur, *ibid.* a Leiningenſibus in buſtum coniicitur, *ibid.* paullatim reædificatur, *ibid.* in ſæculi redigitur formam, *ibid.*
Limburgenſis (Macarius *Abbas*) Leiningenſem apud Cæſarem de monaſterio Limburgenſi incenſo poſtulat 815
Lindavienſe diploma pro ſpurio habendum 405, multis ex rationibus 405, 406
Lindbertus Archiepiſcopus Moguntinus 409, diuerſimode ſcribitur, *ibid.* a Ludouico Rege Moguntinis Præſul datur, *ibid.* ſynodo Piſtenſi intereſt 1009, pacis inter Ludouicum & Carolum Reges factæ teſtis conſtituitur & admonitor, *ibid.* Rimbertum Archiepiſcopum Bremenſem conſecrat, *ibid.* Ludouicum filium patri conciliat, *ibid.* Lothario vxorem Teutbergam repudianti non conſentit 410, Treuirenſi & Colonienſi, quod Regi conſenſiſſent, ſede deiectis alios iuſſu Pontificis ſufficit, *ibid.* Sueſſionenſi interfuit Concilio, *ibid.* Wormatienſi præfuit, *ibid.* bello contra Bohemos interfuit, ſtrenueque rem geſſit 411, dæmonium Francofurti e Carolo Craſſo Regis filio eieciſſe dicitur 412, ſynodo Colonienſi præſedit 413, S. Mauricii Collegiatum Moguntiæ inſtituit, *ibid.* Sorabos & Sinslos ad obſequium redegit, *ibid.* Carolomannum ſibi commiſſum in D. Albani clauſtrum compegit, *ibid.* Archicancellarii munia ſub Ludouico Caroli Craſſi fratre obiit, *ibid.* Nordmannos fudit, & ſpoliis exuit, *ibid.* de caſu quodam dubio Stephanum V conſulit 414, ædes ſacras præſens ipſe dedicat, *ibid.* de decimis in Thuringia cum Fuldenſi litem habuit, *ibid.* Carolum Craſſum ſuſtentauit, *ibid.* diem ſupremum obit 415, in D. Albani æde tumulatur, *ibid.*
Lingua Germanicæ incrementa 29
Theotiſcæ antiquæ exemplum 28, 29
Latinæ apud Moguntinos vſus 27
Linpſad 732, 734
a *Lins* (Ioannes) ad componendos cum Clero ciues Moguntinos a Concilio Baſileenſi mittitur 748
S. Lioba varie appellatur 302, Bonifacio ſanguinis nexu iuncta fuit, *ibid.* liberalium artium diſciplinis ſe dedit 303, in D. Benedicti leges iurauit, *ibid.* a Bonifacio in Germaniam fuit vocata 302, 366, & parthenoni Biſchofshemenſi præpoſita 304, ſanctimonialium in Germania *anteſignana* & *Apoſtola* Mabillonio dicitur 303, multum apud Francorum Reges valuit gratia, *ibid.* quando obierit, *ibid.* Fuldæ ſepulta eſt, *ibid.* Rudolfum nacta biographum, *ibid.*
S. Lioba, quod Biſchofshemii fuit, cœnobiolum Franciſcanis conceditur 950, 1008
Liptina quis locus 317
Liptinenſe Concilium quo anno celebratum 317
Locus memoriæ in æde Moguntinenſi principe 70
Lohnſteinenſis aduocatia Gerhardo II ab Adolfo Cæſare dimittitur 627
Lolhardi a Ioanne II Antiſtite Moguntino coercentur 724
Longobardorum nomen a latorum & longorum gladiorum vſu quibusdam proueniſſe videtur 475
Loos (Cornelius) ſagarum ſuſcipit patrocinium 131, in carcerem coniicitur, *ibid.* ſententiam ſuam denuo reuocat, *ibid.*
Lopperſius (Petrus) Seminarium Fuldenſe regit 325, Pontificis ad id conſeruandum petit & impetrat opem, *ibid.*
Lotharingia ab initio *regnum Lotharii* dicta 188, diuiditur, *ibid.*

Lotha-

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Lotharingiæ Dux

(Carolus) pro *Henrico* Andegauenſi Poloniæ Rege, ſpondet 872

(Giſelbertus) 427, Ottoni I bellum mouet 428, ſubmerſus in Rheno, *ibid.*

(Godefridus) animi celebris magnitudine 447 I, reconciliatur Imperatori Henrico III, *ibid.*

von *dem Loſſe* ſodalitas 726

Lotharius Fridericus Elector Moguntinus 975, Metternichiorum ortus familia 975, Moguntiæ, Treueri, & Spiræ fit Canonicus, *ibid.* Adiutor Moguntinus, *ibid.* Præpoſitus maior, *ibid.* Archiepiſcopatus adit poſſeſſionem, *ib.* Noſtizio Comitatum Rieneccenſem concedit, *ibid.* poſtulatur Epiſcopus Wormatienſis, *ibid.* paci reducendæ ſtudet, *ibid.* eapropter a *Clemente X* Pontifice laudatur 275, 276, fidus Imperio eſt Princeps 976, Bœckelheimenſis præfecturæ poſſeſſionem capit, *ibid.* quod motibus occaſionem dat, *ibid.* ius regalium conſequitur 977, moritur, *ibid.*

Lotharius Franciſcus Elector Moguntinus 985, gente ortus Schônbornia, *ibid.* parentibus & maioribus natus laudatiſſimis 986, maturum adſpirauit ad honores, *ibid.* Bambergæ maior fit Scholaſticus, *ibid.* Epiſcopus, *ibid.* Coadiutor Moguntiæ, *ibid.* & tandem Archiepiſcopus, *ibid.* vrbem ingreditur & poſſeſſionem capit, *ibid.* Academiæ Erfurtenſis eligitur Rector, *ibid.* Vnionem Electoralem firmat 987, conſecratur Epiſcopus, *ibid.* Bambergam concedit, *ibid.* Thuringiam inuiſit, *ibid.* conuentum de Imperii defenſione agit, *ibid.* Hagam legatum mittit, *ibid.* vt Philippiburgum & caſtrum Keelanum neceſſario apparatu inſtruantur, vrget 988, Wormatienſis eccleſiæ cauſam Pontifici commendat, *ibid.* Erfordiam munit 989, hortum Stadionæum emit, *ibid.* regalia petit & impetrat, *ibid.* pro iuſtitia Auſtriaca in conſequenda hereditate Hiſpanica enixe laborat, *ibid.* Regi Romanor. Landauiam obſidenti præſto eſt, *ibid.* Landauiæ obſidionem promouet, *ibid.* periculi ab hoſte imminentis Ordines commonefacit, *ibid.* Wetzlariæ Cancellariam claudi iubet 990, Ordines ad bellum fortius gerendum cohortatur, *ibid.* Sponſam Caroli Hiſpaniarum Regis in gremium eccleſiæ Catholicæ recipit, *ibid.* de bello felicius gerendo conſilia cum aliis confert 991, iura regalia a Ioſepho conſequitur, *ibid.* Sedis Moguntinæ iuribus proſpicit, *ibid.* hereditatem Bommersfeldenſem adit, *ibid.* caute agit circa pacis negotium, *ibid.* Coadiutorem accipit, *ibid.* iuſtitium Wetzlariæ remittit 992, Vrſulinas Fritzlariam euocat, *ib.* tempore interregni rem caute prorſus & dextre agit, *ibid.* Carolum VI eligit & inungit, *ibid.* iubilæi ſui ſollennia Wirtzburgi celebrat 993, Moguntiam validius firmat, *ibid.* academiæ Moguntinæ conſulit, *ibid.* pacis conditiones recipiendas ſuadet 994, ſuper præfectura Bôckelheimenſi cum Palatino tranſigit, *ibid.* de aliis capitibus cum vicinis aliis, *ibid.* Abbati Gòttvveighenſi benedicit, *ibid.* Antiſtitem Herbipolenſem conſecrat, *ibid.* confraternitatem ſub titulo *adorationis perpetuæ Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti* in Archidiœceſin introducit, *ib.* prochotropheum ſtatuit Moguntiæ 995, multis aliis operibus laudem conſecutus eſt, 996

Lucenburgenſium Comitum genealogia 628, 652

Lucenburgenſis (Ioannes *Comes*) Eliſabetham *VVenceslai* Bohemiæ Regis filiam ducit 638, fit Rex Bohemiæ, *ibid.*

S. *Lucius* Epiſcopus Moguntinus 159

S. *Lucius Annaus* Epiſcopus Moguntinus 160, ab Arrianis occiſus fuit, *ibid.*

Ludegaſtus Epiſcopus Moguntinus 168, diuerſimode appellatur, *ibid.* videtur eſſe *Leonniſius*, de quo *Amoinus*, *ibid.*

S. *Ludgerus* vitam S. Bonifacii conſcripſit 202

Ludouicus Elector Moguntinus 684, Marchionibus Miſniæ ortus, *ibid.* fuit ante Epiſcopus Halberſtadenſis & Bambergenſis 685, Archiepiſcopatum Moguntinum ambit & obtinet, *ibid.* Canonicis Gothanis parochiales Tuphleiben & Mittelhuſen ſtabilit, *ib.* in perpetuum attribuit 687, regalia accipit a Carolo IV 685, eidem Pragæ præſto eſt, *ibid.* cum Adolſo æmulo armis contendit 686, a Septemuiris ceteris pro Electore agnoſcitur, *ibid.* Wenceslaum eligit, *ibid.* a Papa deſignatur Patriarcha Hieroſolymit. & Antiſtes Cameracenſis, *ibid.* ſed Archiepiſcopatum Mogunt. dimittere renuit, *ibid.* Hermanno Landgrauio feuda confert, *ibid.* Auguſtinianorum Gothanorum commodo indulgentias promulgat 687, tranſactioni cum Adolſo locum relinquit, *ibid.* fit Archiepiſcopus Magdeburgenſis, *ibid.* nec tamen Moguntini titulum deponit, *ibid.* breui tempore rebus Magdeburgenſib. præeſt, *ibid.* Calbæ tragico obit caſu, *ibid.* ſepelitur Magdeburgi 688, *Saltarellus* cognominatus fuit, *ibid.* haud fuit Cardinalis, *ibid.*

Luitpoldus Archiepiſcopus Moguntinus 493, Comitum *Bogiorum* ſtirpe ortus, *ibid.* Præpoſitus fuit Bamberg. *ibid.* monaſterium D. Iacobi perficit & dotat 493, 494, Bambergæ præſto eſt Pontifici 493, pallium accipit, *ibid.* iuribus Sedis ſuæ tuendis inſiſtit 494, monaſterium B. M. V. & Petri in Northen bonis inſtruit, *ibid.* 120 manſos recipit a Cæſare 495, obit, *ibid.* ſepelitur in monte Iacobæo, *ibid.* laudatur, *ibid.*

Lullus Archiepiſcopus Moguntinus 371, ſucceſſor fuit S. Bonifacii, *ibid.* Sedem iniit iam an. 753, *ibid.* magnis dotibus fuit inſtructus 372, ſtudioſe ſuum obiit munus, *ibid.* Burchardo Herbipolenſi concedit, vt in Epiſcopatu ſucceſſorem ſibimet ipſe ſtatuat, *ibid.* monaſterium Hersfeldenſe perficit & bonis

inſtruit 373, Bleidenſtadenſe excitat, *ibid.* eoque B. Ferrutii reliquias transfert, *ibid.* S. item Goaris conſecrat eccleſiam 374, & S. Nazarii Laurishamenſem, *ibid.* pie vixit 375, obit 375, 377, ſepelitur Hersfeldæ 377, alio poſtea translatus dicitur 377, 378, miraculis inclareſcit 375, colitur feſto cultu 377, Bonifacii vitam deſcribi curat 202, 376, S. Willehadum approbaſſe dicitur, *ibid.* Gentiliacenſi interfuiſſe Concilio 377, Ordurienſem inauguraſſe eccleſiam, *ibid.* Salfeldam amplificaſſe & muniuiſſe 378, Romæ præſto fuiſſe Cæſari, *ibid.* cum Leone Pontifice deſcendiſſe in Weſtphaliam 379

Lupoldus Epiſcopus Moguntinus 165

Lupoldus Epiſcopus Wormatienſis Philippi Cæſaris cura fit Archiepiſcopus Moguntinus 582, ſeq. Sifridum II Binga expellit 584, & inde rurſus expellitur, *ibid.* Philippo conſiliis & ope præſto eſt 585, diras incurrit Pontificis, *ibid.* Abbatiæ Lauriſſenſi interea etiam præfuit 586, a Philippo tandem deſtituitur, *ibid.* eoque occiſo diœceſi expellitur & Imperio, *ibid.* Pontifici bellum infert, *ibid.* Sedi Wormatienſi reſtituitur, *ibid.* quando obierit, *ibid.* grauiter incuſatur a Cæſario, *ibid.* quem habuerit ſucceſſorem 587

Lutherus (Martinus) contra indulgentias a Tetzelio promulgatas diſputat 824, 826, bello agreſtium ſeruili occaſionem dediſſe, quibusdam videtur 831, ad Albertum Cardinalem literas dat 824, 833, 834, eum obiurgat 833, captiuum quendam dimitti petit 834, Alberto coniugium ſuadet, *ibid.* *Catharinam* de *Bore* ducit 836

Luthvvaldus Epiſcopus Moguntinus 268

de *Lutrea* (Ioannes) vir eruditus 793, ſcriptis clarus, *ibid.* Erfurti Theologiam docuit, *ibid.* Moguntiæ in ſummo templo prædicatoris munus geſſit, *ibid.*

de *Lyſura* (Ioannes) 748, 752, 760, 762

M

Machtolsheim Helfenſteinio in feudum confertur 635 ſeq.

Magancius Troianus quibusdam Moguntiam condidiſſe dicitur 10, ſed erronee, 11

S. *Magdalena* in vrbe Moguntia monaſterium 79, dicitur etiam *Albarum Dominarum*, *ibid.*

Magdeburgenſis (Haruuicus *Archiepiſcopus*) 526, Moguntiæ peruigilio natiuitatis Chriſti populo bene precatur, *ibid.*

(Norbertus *Archiepiſcopus*) primatum Germaniæ obtinet 547, *Germaniæ* vocatur *Patriarcha*, *ibid.*

Magi Treuiris expulſi vrbi Moguntiæ originem dediſſe dicuntur 10, ſed perperam 11

Magiſtri titulo olim appellabantur interdum, qui voce ſcriptisque complures docuerant 395

Magog nonnullis Moguntiam exſtruxiſſe dicitur 10, ſed male, *ibid.*

Maior domus apud Francorum Reges omnia regni negotia adminiſtrabat 281, 334

Mannus a Iudæis quibusdam Aſcenazi, primi Germanorum Regis, filius dicitur 10, Moguntiæ item, Wormatiæ, & Argentorati auctor & conditor, *ibid.*

Mansfeldius Comes terras Mogunt. deprædatur 926

de *Marcheville* Legatus Gallicus Moguntiam venit 935, Regis ſui nomine Electorem compellat, *ibid.*

Marchionis nomen vnde? 266

Marculfus Archiepiſcopus Moguntinus 552, Præpoſitus antea fuit Aſchaffenburgi, *ibid.* primus liberis ſuffragiis Sedi imponitur, *ibid.* Erfurtum venit, *ibid.* eccleſiæ Altenbergenſi decimas confert, *ibid.* fratribus in *Valle Dei* inſulam donat, *ibid.* Santalbanenſibus donationem Iudithæ ſtabilit, *ibid.* ædes ſacras reparare ſtudet 553, mortem obit, *ibid.* magnum ſui deſiderium relinquit, *ibid.*

S. *Margarethæ* in vrbe Moguntia ſacellum 88

S. *Mariæ* ædes in vrbe Moguntia, vulgo *Vndenmunſter* 76, parochialium vna, *ibid.* vetuſtioribus adnumeranda, *ibid.* hodie *S. Petri* vocatur, *ibid.*

S. *Mariæ* in *Campis* templum. v. *S. Crucis* templum.

S. *Mariæ* in *Dalheim* parthenon eo loco exſtructus, quo primum ſtetit Moguntia 79, renouatur a Liebſta Abbatiſſa, *ibid.* tempeſtatibus eluuieque multum facit damni 79, a Suecis exſpoliatur & magnam partem diſturbatur, *ibid.* ad auguſtiorem formam redigitur, *ibid.*

B. *Mariæ* Virginis *ad gradus* Collegiata tempore Willigiſi exſtructa 75, parochialis primum fuit, *ibid.* a *Sifrido* I amplificatur & in Collegiatam mutatur 500, conſecratur 502, peculiaribus pietatis exercitiis locum præbet 75, fulmine tangitur 679

B. *Mariæ* Virginis *ad gradus* Collegium *Adelberti* I beneficio bona Erbacenſia recuperat 545, facultatibus augetur ab *Arnoldo* 563, a *Chriſtiano* I 571, a *Sifrido* II 590

S. *Mariæ Lauretanæ* ſacellum in vrbe Moguntina 90

S. *Mariæ* in monte iuxta Gotham parœcia *S. Crucis* templo, quod Gothæ eſt, incorporatur 626

B. *Mariæ* Virginis ædes Francofurtana, vulgo *in monte* dicta, inauguratur 648

B. *Mariæ* Virginis imago in montis Rupertini ſacello prodigio memorabilis 633, vnde multa loco huic dona collata, *ibid.* & pie eum frequentantibus profuturæ indulgentiæ, *ibid.*

Marianus Epiſcopus Moguntinus 165

Marianus Scotus non ſtetit ab Henrici IV partibus 124, chronicon ſcripſit, aliaque plura 123, 124, narrationem de *Ioanna* Papiſſa pro certa veraque non tradidit 145 & ſeq. Moguntiæ moritur & ſepelitur 124, 524

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Marien-münſter Paderbornenſis diœceſis cœnobium confirmatur 545

Marien-ſchloſs parthenon Ord. Ciſterc. prope Rockenbergam 783, ad vitæ ſanctimoniam reuocatur, *ibid.*

Marienthal ſacra in Rhingauia ædes dedicatur 653

S. *Marinus* Epiſcopus Moguntinus 159

S. *Martini* fraternitas a Gerhardo II Archiepiſcopo inſtituta 807, a Bertholdo inſtauratur 807, 808

S. *Martini* Societas a *Bertholdo* Archiepiſ. inſtituitur 808, & certis legibus deuincitur, *ib.*

S. *Martins Kleinod* 808

S. *Martini* Moguntiæ ædes metropolitana eſt 69, a Willigiſo excitata, *ibid.* & hac inſignita appellatione, *ibid.* conſecratur ab eo 71, ipſo inaugurationis die incendio perit, *ibid.* illico inſtauratur 71, 456, a Bardone abſoluitur & dedicatur 71, 469, 470, diuerſis rurſus vicibus igne deformatur 71, 599, a Sifrido III priſtino nitori reſtituitur & conſecratur, *ibid.* deſcribitur a ſtructura & magnificentia 71, campanis, *ibid.* periſtyliis, *ibid.* ſingularibus quibusdam 69 & ſeq. opibus & theſauro 93 & ſeq. vocabatur olim *monaſterium S. Martini* 47, 48, 69

S. *Martini* Cella ad Werram fluuium, opus *Ruthardi* Archiepiſcopi 527, qui eam dotauit, *ibid.* & cœnobio Petrino Erfurtenſi donauit 528

Martinſtein caſtrum in tractu Hunnorum 674, exædificatur, *ibid.*

S. *Martinus* Moguntinorum patronus 791

Martinus Epiſcopus Moguntinus 159, concilio Colonienſi a. 346 habito interfuit, *ibid.*

Matthias Elector Moguntinus 643, gente Burgundus 644, ſtirpe *Comes de Bucheck*, *ibid.* Murbacenſis cœnobii antea fuit Cuſtos, *ibid.* quando Archiepiſcopatum inierit? *ibid.* Treuirenſem conuenit, *ibid.* honorifice Moguntiæ excipitur 645, Ludouici Cæſaris partibus accedit, *ibid.* vtrum Bingenſes coercuerit? *ibid.* ciuitati Moguntinæ priuilegium Sifridi confirmat, *ibid.* Reiffenſteinenſibus donationem Henrici Comitis Glichenſis ſtabilit, *ibid.* vtrum interfuerit prœlio Ludouici cum æmulo Auſtriaco? *ibid.* Witgenſteinenſem in caſtrenſem recipit, *ib.* Reiffenſteinenſibus bona quædam confirmat, *ibid.* nouos ſibi adſciſcit caſtrenſes, *ibid.* Petrinis priuilegium de cathedratico firmat 646, Aſchaffenburgi conſecratur Epiſcopus, *ibid.* Eichſtadenſi ius Cancellariatus in eccleſia Mogunt. ſtabilit, *ibid.* inimicitias cum Stralenbergio ponit, *ibid.* Comites duos Solmenſes in fiduciarios recipit, *ibid.* Vicedominatus Ruſtenbergenſis officium ab Hanenſteiniis redimit, *ibid.* pacem Herbipolitanum inter ac Fuldenſem conciliat, *ib.* inter Haſſum item ac Hennebergenſem, *ibid.* Badenſi fert ſuppetias, *ibid.* Carthuſianis Moguntinis poſſeſſiones firmat 647, Clericos ciuesque Erfurtenſes in concordiam redigit, *ibid.* Albertum Halberſtadenſem confirmat, *ibid.* litem cum Haſſo aliis decidendam committit, *ibid.* Haſſum vocat in iudicium, *ibid.* controuerſiam de iure eligendi Præpoſitum *D. Victoris* amice componi vult, *ibid.* ſingularia quædam priuilegia Moguntinis concedit 648, Erfurti pontem ſtatuit, *ibid.* Nordhuſanos compeſcit, *ibid.* fœderi ciuitatum nomen dat, *ibid.* de nouo Imperatore eligendo cum aliis conſultat, *ibid.* partem caſtri *Steinach* emit, *ibid.* Francofurti ædem *B. M. V.* inaugurat, *ibid.* bona quædam conſequitur ab Abbate Schônthalenſi, *ibid.* cœnobio Seligenſtadenſi parochialem Wildemündsheim incorporat 649, Concilium celebrat, *ibid.* Gieſſam obſidet & expugnat 650, Balduino Treuirenſi fert ſuppetias, *ibid.* Trimpergenſem in caſtrenſem adſciſcit, *ibid.* iura in oppidum Lauffen, aliaque emit, *ibid.* cum Ioanne Comite Ziegenhainio in gratiam redit, *ibid.* Trefurtum obſidet & expugnat, *ibid.* Adiutorem accipit Henricum Auſtriæ Ducem 651, obit, *ibid.* veneno dicitur peremtus, *ibid.* ſepelitur in metropolitana, *ibid.* quot annos præfuerit? *ibid.* laudatur, *ibid.* præſertim propter vitæ caſtitatem 649

Maulbrunnenſis (Ioannes *Abbas*) ad componendos cum Clero ciues Moguntinos a Concilio Baſileenſi mittitur 748

S. *Mauricii* Collegiata Moguntiæ 75, extructa a Luitberto Archiepiſcopo 75, 413

Mäuſethurn 443, 445

S. *Maximini* baſilica Treueri inauguratur 602

S. *Maximini* (Helizo *Abbas*) 475

S. *Maximus* Epiſcopus Moguntinus 160, vir doctus fuit, *ibid.* patria Moguntinus, *ibid.* parentibus Chriſtianis natus, *ibid.* in vera religione educatur 161, Clericus ordinatur ab Adelhardo, *ib.* multa ab Arrianis patitur, *ibid.* ab iis in exilium eiicitur 162, & quidem ſepties, *ibid.* ſcriptis confectis inclaruit 163, plenus dierum moritur 164, in D. Hilarii æde ſepelitur, *ibid.* videtur is Maximus eſſe, quem Litania Francofurtenſis vetuſtiſſima inuocat, *ibid.*

Medinbach (Ioannes) ad excogitandam artem typographicam aliquid contuliſſe dicitur 119

Meginhardus de S. Ferrutio homiliam ſcripſit 184

Melſungen oppidum expugnatur 698

Menzinus (Georgius) S. I. Theologus 91

Merckelius (Balthaſar) fit Abbas Salfeldenſis 831, Epiſcopus Hildesheimenſis & Conſtantienſis 840, conſecratur, *ibid.*

Merovingorum mollities & ignauia 281, 326 vltimus, *ibid.*

Metropolis quid 51

de *Metternich* (Ioannes Reinhardus) 935, 938, 941

Meyngotus Epiſcopus Buriburgenſis 313

S. *Michaelis* in vrbe Moguntina ſacella 85, 88, 90, 1003

Miletus (Vitus) Romæ in litteras incumbit 130, Erfurti fit Concionator, *ibid.* Moguntiæ B. M. V. ad gradus Decanus & D. Mauricii Præ-

Præpoſitus, *ibid.* crebro in negotiis Electoralibus Romam mittitur, *ibid.*

Milo ſchiſmaticus 263

Miltenbergenſis ſynagoga Sacellano B. V. additur 777

Miltizius (Carolus) Canonicus Moguntinus 826, Papæ Delegatus in Germaniam, *ibid.* fatetur, Tetzelium vltra limites progreſſum eſſe, *ibid.*

Minoritarum in vrbe Moguntina monaſterium S. I. Patribus tribuitur 873 ſeq.

Minoritarum Siegenſium cœnobium firmatur 803

Miſerere pietatis quoddam tempore ieiunii quadrageſimalis exercitium 842, Moguntiæ inſtituitur ab Anſelmo Franciſco, *ibid.*

Miſſa, quæ *Angelorum* dicitur, ſingulis diebus celebratur in æde D. Quintini Moguntina 76

de *paſſione Saluatoris* itidem ſingulis diebus in hac æde dicitur 76

Mœnus (Main) *Moganis*, *Mogus*, & *Mœnus* ſæculis medis dictus 33, an vrbi Moguntiæ nomen impertiuerit, *ibid.* vbi oriatur, *ibid.* vtrum memoretur Plinio & Ptolemæo, *ibid.*

de Moguntia (Sifridus) Ord. Prædicatorum 125, fit Suffraganeus Moguntinus, *ibid.* eruditione celebris eſt, *ibid.* varia ſcripſit, *ibid.*

Moguntia vrbis a) *nomen* varie ſcribitur a Latinis 5, a Græcis, Iudæis, Arabibus, Germanis, aliiſque 6, optime exprimitur ſecundum communem vſum, *ibid.* vnde ſit 7 ſeqq. b) *conditores* primi 10, & ſeq. c) *agnomen*, quod *ab antiquo* ſit *nequam* 10, d) *ſitus*, primum paullo remotior a Rheno 13, e) *fata*, deuaſtata fuit a Ciuili Batauo, *ibid.* a Barbaris 15, a Randone, *ibid.* cladibus item *Hieronymo*, *Saluiano*, & *Venantio* memoratis 15, 20 ſeq. a Francis 16, a Wandalis, *ibid.* ab Hunnis, *ibid.* a Nordmannis 16, 413, conſumta fuit ſubinde terræ motibus 17, 407, 413, 555, 800, 900, 521, incendiis 17, inundationibus 665, expugnatur ab Arnulfo 17, ab Othone I obſidione cingitur, *ibid.* nec non a Friderico Sueuiæ Duce 18, mœnibus nudatur a Friderico Barbaroſſa, *ibid.* expugnatur a Sifrido III, *ibid.* & nobilibus fœderatis, *ibid.* ſubigitur ab Adolfo II Naſſouio 19, ab Alberto Brandenburgico multum patitur damni, *ibid.* occupatur a Rege Sueciæ 946, ab eodemque firmius munitur 947, a Gallaſio graui cingitur obſidione 949, & tandem expugnatur 950, a Gallis bis deditione accipitur 955, primum an. 1644, deinde an. 1688, 983, f) *inſtaurationes*. Reſtructa fuit a Romanis 21, a Probo & Iuliano Imperatorib. 22, a Francis, *ibid.* ſpeciatim a Dagoberto I, *ibid.* a Sidonio Epiſcopo 23, ab incolis, *ibid.* g) Et *Gallia* vrbs dici poteſt 25, & Germaniæ 26, & hoc quadrifariam, *ibid.* h) vetus ciuitatis *lingua* Germanica, Latina, & Theotiſca 27, i) *varia elogia*, inter quæ eſt, quod vocetur *eccleſia Romanæ ſpecialis filia* 30, ſeq. k) *Decora* varia, eaque 1) *profana*, opes 31, amplitudo, *ibid.* portæ 32, ſitus ad duo flumina 33, pontes 34, munitio 37, arx ſiue regia, *ibid.* hortus Electoralis, *ibid.* antiquitates 38, 2) *ſacra*, fidei profeſſio 43, perpetuaque conſeruatio, *ib.* in religione feruor 44, Sancti & eorum reliquiæ 45 & ſeq. Clerus 47, Sedes Epiſcopalis & Archiepiſcopalis 48, & ſeq. templa 66, & ſeq. monaſteria 47, 77 & ſeq. hoſpitalia 82, & ſeq. ſacella 85, & ſeq. ſacræ opes 93, & ſeq. Concilia 97, & ſeq. Academia 105, & ſeq. bibliothecæ 109, & ſeq. typographiæ inuentum 113, & ſeq.

Moguntinæ vrbis

Academia fundata fuit a Diethero 105, 789, ab eodem aperitur 790, priuilegiis munitur 791, doctiſſimos ſemper aluit viros 106, perſtitit ſemper in fide veteri, damnauitque errores Ioh. de Weſalia 106, a Daniele accitis Societatis Ieſu PP. ad florentiorem ſtatum redigitur 107, Lothario Franciſco ſingulari eſt curæ 993, Fridbergam aliquando peſtis cauſſa dicitur translata 109

Antiquitates 38, ſaxum glandiforme, *ibid.* Druſilacium 41, 1000, ſaxeæ moles prope Dalheim, *ibid.* Druſi ſtatua, *ibid.* duplex Bretzenheimenſe monumentum 42, varia numiſmata, *ibid.*

Arx Electoralis 37, extructa ab Archiepiſcopo Diethero 790, ſubito incendio conſumta ab eo reædificatur, *ibid.* *D. Martini* vocatur caſtrum 791, ab Alberto Brandenburgico incenditur 859, a Daniele inſtauratur 881, ex parte a Georgio Friderico ad maiorem ſplendorem extollitur 939, a Damiano itidem Hartardo 979, Archiepiſcoporum eſt domicilium 859

Ciues inſigni olim fide & pietate fuerunt 43, quod verbis *Hieronymi* & *Ammiani Marcellini* explicatur 44, Maccabæis conferuntur & Nicomedienſibus 45, varia obtinent priuilegia 547, 648, 656, 668, 682, 711, *Arnoldum* Archiepiſcopum interficiunt 563, eaque propter a Friderico I puniuntur 567, cum Clero inimicitias ſubinde exercent 658, 678, 679, 746, 748, monaſteria atque eccleſias extra vrbis mœnia corrumpunt 653, eapropter accuſantur & condemnantur 653, 654, pœnas in Conciliis conſtitutas incurrunt 656, ab anathematis liberantur vinculo, *ibid.* vicinas munitiones deſtruendi obtinent licentiam 668, contra Bohemos in Caroli IV ſeruitio tumultum excitant 682, Præfectum accipiunt 781, contra Canonicos metropolitanos inſurgunt 789, tempore belli ruſticani turbas dant 830

Clerus Moguntinus diuiditur in *primarium* & *ſecundarium* 47, *primarius* eſt *Collegium metropolitanum* 47, quod *ordinarie* 24 conſtat

conſtat Capitularibus, *ibid.* extra ordinem vero 25, immo pluribus, *ibid.* qui omnes e probata per parentes & maiores nobilitate eſſe debent, *ibid.* vocabatur olim *Conuentus Fratrum de domo* 48, *conuentus Fratrum de S. Martino, ibid.* facultatibus augetur ab *Adelberto I* 546, 548, *Henrico I* 555, *Sifrido II* 592, *Sifrido III* 600, 604, *Chriſtiano II* 605, *Gerhardo I* 609, a viciniis Abbatibus 610, a *VVernhero* 617, *Gerharda II* 628, *Henrico III* 657, 660, 665, 1018, Præpoſito *Pinſchon* 669, *Gerlaco* 675, immunitatibus ornatur 616, 671

Clerus Moguntinus ſubinde cum ciuibus diſſedit 658, 678, 679, 745, 746, 748

Collegiales Metropolitana 69
- S. Petri 73
- S. Stephani 73
- S. Victoris 73
- B. M. V. *ad gradus* 75
- S. Crucis 73
- S. Mauricii 75
- S. Ioannis 75
- S. Gangolfi 75
- S. Albani 72

Collegium PP. Societatis Ieſu 90

Concilia. v. Concilia.

Conuentus Teutonicorum 78
- Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani 78

Docti Moguntini 122 ſeq.

Hortus Electoralis. v. Favorite.

Hoſpitalia. v. Hoſpitalia Moguntina.

Inſignia 458

Monaſteria. v. Monaſteria.

Munitiones 37

Muri reparantur 413, diruuntur 567, inſtaurantur 582

Parochiales S. Chriſtophori 76
- S. Emerani 76
- S. Ignatii 75
- S. Petri 76
- S. Quintini 75

Pontes nauales 35, e materie 36, quos inter maxime celebris ille Caroli M. *ibid.* pons naualis hodiernus 37, opus *Ioannis Philippi* Electoris, *ibid.*

Moguntinus Archiepiſcopatus quo anno cœperit? 51, qua occaſione? *ibid.* omnium eſt ampliſſimus 56

Moguntini Archiepiſcopi quos habeant Suffraganeos 52, ſeq. cur Auguſtanum & alios quosdam? 54, quot vſque ad hodiernum fuerint 55, ius conſecrandi Reges Boiemiæ habuere 594, 615, 664, quod Caroli IV perdidere machinationibus 664, poteſtatem habuerunt inuiſendi eccleſias Epiſcopatus Wormatienſis & Spirenſis 632, ſunt Principes Electores 56, a quo dignitatem hanc conſecuti fuerint 59, & ſeq. quo item tempore? 63, quot hactenus illorum fuerint 64, ſunt Archicancellarii S. R. I. per Germaniam, *ibid.* priuatiue tales 66, & quidem iam a temporibus Archiepiſcopi Wilhelmi 66, 436, ſunt primi in ordine Electorum 56, *Decani Collegii Electoralis* vocantur, *ibid.* quem tamen titulum nonnulli inſolito modo extulerunt 57, quibus muneris hujus ratione iuribus fruantur 66

Moguntini Epiſcopi diuerſimode numerantur 151, cur primi tam parum cogniti 170 ſeq. cur nomina fere latina habuerint 27, 171, quo ordine ſibi inuicem ſucceſſerint 151, 171, quis primus 152, non bene ſecundum annos deſcripti videntur 172 ſeq. ex parte ſancti & martyres fuere 173, an alii eccleſiæ olim ſubiecti fuerint 49, 50

Monaſteria Moguntina 1) *Virorum* S. Albani 72
- Auguſtinianorum 77
- S. Bernhardi 78
- Capucinorum 78
- Carmelitarum 77
- Carthuſienſium 77
- Dominicanorum ſiue Prædicatorum 77
- Franciſcanorum 78
- S. Iacobi 77
- Wilhelmitarum 77

2) *Feminarum* S. Agnetis 79
- Albarum Dominarum 79
- S. Claræ 79
- S. Claræ ſororum de tertia regula 78
- S. Georgii 81
- S. Laurentii 81
- B. M. V. in ſacra valle, vulgo *Dalheim* 79
- B. M. V. Congregatio 78
- S. Nicomedis 81
- Veteris cellæ, *Alt-Münſter* 78
- Weiſſenauienſe S. *Franciſci* 80

Nouitiatus ſiue Domus probationis *PP. Societatis Ieſu* 91

Seminarium Bonifacianum 92

Miſnenſis (Volcoldus *Epiſcopus*) 452, a Boiemis ſede pellitur, *ibid.* a *VVilligiſo* Archiepiſcopo Moguntino benigne excipitur, *ibid.*

Miſniæ Marchio (Fridericus) a parte quadam Electorum Cæſar deſignatur 662, accepta pecunia Carolo IV æmulo cedit, *ib.*
- (Henricus *Illuſtris*) a *Gerhardo I* Archiepiſcopo Moguntinenſi officium Mareſchalli vna cum aliis feudis lege clientelari recipit 610

Monaſterienſis (Chriſtophorus Bernhardus *Epiſcopus*) a Moguntino liberaliter Erfordiæ accipitur 970
- (Otho *Epiſcopus*) Coloniæ capitur 588

Moneta emendatur ab Electoribus Rhenanis 713, noua ab eisdem ſignatur 697, 759

Monetaria officina Neoſtadienſis 629
- Treyſenſis 629

Mons Epiſcopi 478

Montfortium caſtrum deſtruitur 767

Morauenſis (Andreas *Epiſcopus*) conſecratur 526

Digitized by Google

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Morauiæ Marchio (Iodocus) Cæſar ab vna Electorum parte deſignatur 727, moritur, *ibid.*
Muhlhuſa Gerhardo II tanquam Imperatoris & Imperii Officiali committitur 627
Mülberg dynaſtia Erfurtenſibus venditur 673
Mumbach villa Canonicis metropolitanis obuenit & confertur 665, 1018
Münſterus (Sebaſtianus) 131
de *Müntzenberg* Dynaſtarum familia ſub an. 1256 extincta eſt 880

N

de *Naſſau* - (Henricus iunior *Comes*) Monzingen & Rodenbergam occupat & in buſtum coniicit 753
Vianden
Siegen (Ioannes *Comes*) FFr. *S. Franciſci* de *Paula* clauſtrum Siegenæ ſtatuit 944
Wisbaden (Margareta *Comes*) *VValrami* filia, perperam *Ioanne* patente nata dicitur 689
Nauſea (Fridericus) 127, Theologiæ & I. V. D. *ibid.* Concionator aulicus Moguntinus, *ibid.* Cæſareus, *ibid.* Epiſcopus Viennenſis, *ibid.*
S. *Nazarii* eccleſia Laurishamenſis conſecratur 374
Neohuſana Collegialis incendio vaſtatur 774
Neudorfenſi Sacellano ius baptizandi conceditur 821
Neuen-Beymberg a Moguntino reluitur 969, a Carolo Ludouico, Electore Palatino, occupatur 972
Nicetius Epiſcopus Moguntinus 165
Niclashuſenſis ædes interdicto ſupponitur 789, reficitur 827
S. *Nicolai* extra mœnia Moguntina ædes 76, parochialis fuit Filsbacenſium, *ibid.* interiit, *ibid.*
S. *Nicomedis* prope vrbem Moguntiam monaſterium a *Luitboldo* Archiep. *D. Iacobi* cœnobio fuit ſubiectum 81, eidem a *Ioanne Snicardo* in perpetuum attributum, *ibid.*
S. *Nicomedis* templum a *S. Gothardo* fuit excitatum 81, 159, repurgatur 81, ad ſolum diruitur, *ibid.*
Nieder-Vlmenſis arx a *Bertholdo* exſtructa 812
Nobiles Rhenani aliique fœdere iuncti vrbem Moguntiam occupant & diripiunt 18
Nolckhemenſis ædes dedicatur 168, 386
Nomina quatuor modis immutantur, in baptiſmo 290, in ſacramento confirmationis, *ibid.* in ingreſſu vitæ monaſticæ 291, in adeundo Pontificatu, *ibid.*
Nordmanni Moguntiam obſidione cingunt 16
Nordhuſa Gerhardo II tanquam Cæſaris & Imperii Officiali committitur 627
de *Northeim* (Ioannes) Decanus ad *D. Ioannis* 112, in Carthuſiam Moguntinam ſe redigit, *ibid.* fit Prior, *ibid.* nitidiſſime exarat S. Biblia; *ibid.*
Northemii parochialis *S. Sixti* commendatur monachis loci 599, 639
Nörthen monaſterium beneficio augetur ab Henrico I Archiepiſcopo 354
Novatores monentur, vt ad Catholicam fidem redeant 360 & ſeq. *S. Bonifacium* partim vituperant 361, & ſeqq. partim laudant 367 & ſeq.
Novi operis monaſterium Erſurti ſtatuitur 880
Nuhemenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntinenſi confertur, 620
Numiſmata antiqua prope Moguntiam in agris, vineis, & ad Rheni ripam eruuntur 42
de *Nuringes* Comites, Comitatum Königſteinenſem poſſederunt 880, ſub primordia ſæculi 13 extincti ſunt, *ibid.*
Nydenſtein oppidum expugnatur 698

O

Oberlanda ædem ſacram excitauit S. Bonifacius 299
Oberringau tractus, qui vulgo *Gerania* dicitur 34
Obringa ſiue *Obrincus* fluuius *Ptolemæo* memoratus 25, quibusdam eſt Moſella, *ibid.* quibusdam Mœnus, *ibid.* verius eſt fluuius *die Aar* dictus, *ibid.*
Ochſenfurt oppidum *D. Bonifacii* iam tempore notum 222, ad ſiniſtram Mœni ripam ſitum eſt, *ibid.* imperio Collegii cathedralis Herbipolitani ſubiectum 222, 757, Sedi Moguntinæ oppigneratur 757, reluitur 768
Odenmunſter parochialis Moguntina, S. *Maria* etiam venit appellatione 76, in antiquioribus numeranda, *ibid.* commutatione quadam ad *D. Petri* peruenit Canonicos 639, eisdemque ſtabilitur, *ibid.*
Odernheim Imperii oppidum Sedi Moguntinæ pignori opponitur 669, ab ea Imperio reſtituitur, *ibid.* reliquias *D. Ruſi* adſeruat 796
ab *Odernheim* (Ioannes) vir doctus 813, varia ſcripſit, *ibid.*
Officiales hereditarii Archiepiſcopatus Moguntinenſis 910
de *Oldenburg* (Chriſtophorus *Comes*) Eichsfeldiam & vicina loca perſultat 858, ea variis damnis afficit, *ibid.*
Olomucenſis Epiſcopus Moguntini olim fuit Suffraganeus 53, 54
Oppenheim oppidum Imperiale Sedi Moguntinæ pignori opponitur 669, ab ea reſtituitur Imperio, *ibid.* a copiis Vinarienſibus occupatur 952
Ordurf oppidum 299, a fluuio *Ora* nomen habet, *ibid.* originem ſuam debet monaſterio, *ibid.* paruit olim Comitibus Glichenſibus, *ibid.* ab his hereditate peruenit ad Hohenloenſes, *ibid.*
Ordurfenſe monaſterium excitatur a *D. Bonifacio* 220, quod ipſe curæ ſibi habet 229
Orphanotropheum Moguntinum 84, initia ſua debet *Ioanni Philippo* El. & Præpoſito a *Saal*, *ibid.* vtriusque ſexus patet orphanis 85, ſed nonniſi ex conceſſu Archiepiſcopi, *ibid.*
Orto (Ioannes) Carthuſiæ Erfurti extruendæ autor 683

Oſna-

Digitized by Google

INDEX V.

Rerum præcipuarum.

Oſnabrugenſis

(Benno *Epiſcopus*) eleemoſynam propter glires dari præcipit 441

(Franciſcus Wilhelmus *Epiſcopus*) in fœdus Catholicum recipitur 938, acer A. C. hoſtis 961, ab Hiſpanis Sedi Moguntinæ deſtinatur, *ibid.*

(Godefridus *Epiſcopus*) ſtipem glirium cauſa inſtitutam haud ſoluit 441, miſerabili morte vitam finit *ibid.*

Oſternacenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntinenſi confertur 610

S. *Oſvvaldi* ſacellum Cantori Collegialis Bingenſis attribuitur 732

Otfridus monachus Weiſſenburgenſis, Rabani diſcipulus 409, librum Evangeliorum rythmice edidit lingua Theodiſca 29, 409, eumque dicauit Archiepiſ. Mog. Lindberto 409

Otgarius Archiepiſcopus Moguntinus 385, diuerſimode ſcribitur, *ibid.* Richolfi Archiepiſcopi fuit conſanguineus, *ibid.* Abbas olim Weiſſenburgenſis, *ibid.* quo anno Epiſcopatum adierit, *ibid.* ſynodum habuit Moguntiæ, *ibid.* Herialdum Danorum Regem Moguntiæ baptizauit, *ibid.* S. Anſgarium conſecrauit Wormatiæ 386, ædem ſacram dedicauit Nolckhemii, *ibid.* ad pacem inter Ludouicum & Lotharium reducendam in Italiam mittitur, *ibid.* a ſuis deſideratur, *ibid.* Nouiomagi fuit cum Cæſare, ædem Hirſaugienſem inaugurauit, *ibid.* Ludonico Pio morienti adeſt, *ibid.* concilio interfuit Ingelhemenſi 387, Lothario adhæſit, *ibid.* S. *Seueri* reliquias Moguntiam adduxit, & deinde Erfurtum tranſtulit, *ibid.* diſſenſionem habuit cum Hersfeldenſibus 388, Benedictum Leuitam ad colligenda Capitularia hortatur, *ibid.* moritur 385, 388, tumulatur ad S. Albanum 388, epitaphio cohoneſtatur, *ibid.* confunditur a Wione cum Andegario Campidonenſi, *ibid.*

Othlonus exegetes Wilibaldinus 204, vbi vixerit, haud exploratum, *ibid.* claruit ſeculo XI, *ibid.* aliorum rogatu Bonifacii ſcripſit vitam, *ibid.* ſtilo quidem ſimpliciori, *ibid.* de inualeſcente paſſim veterum conſtitutionum neglectu conqueritur 206, item de defraudatione pauperum in diſtributione decimarum 207, nec non ægritudine quorundam, qua inuident monachis, *ibid.* & deſtructione monaſteriorum a Principibus & Epiſcopis facta 230 ſeq.

Otho æreus apud Moguntiam terra erutus magni diuenditur 42

S. *Ottilia* in vrbe Mogunt. ſacellum 86, temporibus *Ioannis Philippi* ſublatum videtur, *ibid.*

P

de *Pack* (Otho) *Georgii* Saxoniæ Ducis Conſiliarius 831, 832, commentitio fœdere motus inter quosdam Principes & Epiſcopos excitat, *ibid.* capitis pœna afficitur, *ibid.*

Paderbornenſis Epiſcopus Moguntini Suffraganeus 52 & ſeq.

Paderbornenſis (Balduinus *Epiſcopus*) Antiſtes cum Moguntino fœdus pangit 671

(Meinvvercus *Epiſcopus*) a *VVilligiſo* ordinatur 456

Comes Palatinus Rheni

(Carolus Guſtauus) cum Moguntino de exequendæ pacis agit negotio 962

(Carolus Ludouicus *El.*) de caſtro *Neuen-Beymberg* cum Moguntino contendit 972

(Franciſcus Ludouicus) fit Coadiutor Moguntinus 991

(Fridericus) *El. Victorioſus* vulgo 766, ſimultates alit cum Theoderico Archiepiſcopo, *ibid.* cum eo ad pactionem quandam deſcendit 767, pro Electore ab eo agnoſcitur, *ib.* caſtrum Monfort expugnat, *ib.* nouam cum *Theoderico* pactionem facit 768, de quibusdam cum eo capitibus contendit 769, cum *Diethero* itidem 773, Schauenburg expugnat 774, agrum Moguntinum infeſtat, *ibid.* *Dietherum* acie vincit 775, Pfedersheim expugnat, *ibid.* pacem cum *Diethero* facit & fœdus 715, 716, *Schüpf* & *Boxberg* expugnat 786

(Fridericus V *El.*) vaſta animo agitat conſilia 912, Archiep. *Ioannem Suicardum* inuiſit 921, inuitatur ad Comitia Electoralia per ſe obeunda 921 inuiſitur a Moguntino 912, 921, vt Bohemiæ regno decedat, monetur 924, a Cæſare profligatur 925, grauiter fert, Stradam montanam a Ioanne Suicardo occupatam 929

(Henricus) *Othonis IV* Imp. frater, diœceſin Moguntinam vaſtat 588

(Hermannus) terras Moguntinas bello inuadit 560, a *Friderico* I Imp. ad *κυνοφορίαν* damnatur, *ibid.*

(Ludouicus Antonius) fit Coadiutor Moguntinus 984

(Ludouicus Henricus) Sedi Moguntinæ ſummo in præfecturam Böckelheimenſem iure cedit 969, eam ſub lege beneficiaria recipit 970, moritur 976

(Rupertus *ſenior*) academiam Heidelbergenſem inaugurat 658, 727, cum *Henrico* III Moguntino grauiter contendit 659, *VVenceslaum* eligit Cæſarem 686, cum *Adolfo I* Moguntino inimicitias exercet 693, cum eo componitur, *ibid.* de noua moneta ſignanda cum Electoribus Rhenanis agit 697

(Rupertus) cognomento *Durus*, ciuitates fœderatas male multat 705, fœdus facit cum *Conrado II* Archiepiſcopo Moguntino 706

(Rupertus) *Clemens* dictus Cæſar eligitur 716, caſtra ante Francofurtum ponit 717, coronatur Coloniæ, *ibid.* Norimbergæ agit Comitia, *ibid.* Ioannem Archiepiſcopum inter & Leiningenſem concordiam conciliat, *ibid.* caſtra quædam Imperii filio Ludouico pignori opponit 721, cum Moguntino variis de capitibus diſſidet 723, 724, cum eo componitur 724, & fœdus init, *ibid.* dimidiam vectigalis Höchſtenſis eidem in perpetuum attribuit *ibid.* baſilicam Spir. S. Heidelbergæ ſtatuit

tuit 727, moritur Oppenhemii 726, ſepelitur Heidelbergæ 727

Palliorum genera 305, ſacri differentia, *ibid.* ſynonyma, *ibid.* fines 305, 306

Pallii Archiepiſcopalis materia 306, forma, *ibid.* cauſſa efficiens 307, quærendi & petendi modus, *ibid.* vſus, *ibid.* quarum rerum honor illius quemuis illorum admoneat 308

S. *Pantaleonis* ſacellum in monte monaſterii S. Iacobi 89, euerſum fuit a ciuibus Moguntinis 90, reædificari cœpit, *ib.* ſed Senatu intercedente haud abſoluitur, *ibid.*

Pariſienſis ſchola quando cœperit 398

Parochi, parochia vocabula græcæ ſunt originis 311, quid denotent, *ibid.* an rectius, meliusque ſcribatur *paræcus, parœcia*, quam *parochus, parochia*, *ibid.*

Parochia definita etiam Epiſcopi diœceſin olim denotauit 311

Paſſauienſis (Vivilus *Epiſcopus*) isque primus 127, 310

S. *Pauli* prope *veteris Cellæ* monaſterium ædes 76, a S. Bilhilde condita, *ibid.* a Suecis fuit euerſa, *ibid.*

Pax Monaſterienſis & Oſnabrugenſis 962

Pax Paſſauienſis 857, 858
- Pragenſis 948
- Publica 647, 800, 807

D. *Petri* in vrbe Erfurtenſi Abbas infulæ geſtandæ priuilegium accipit 579, *Burchardus* ab officio remouetur 539, *Gelpfradus* obtinet facultatem baptizandi, ægrotos inuiſendi, mortuos ſepeliendi 555

D. *Petri* in vrbe Erfurtenſi monaſterium dimidiam bonorum partem perdit 539, igne conſumtum inſtauratur, dedicaturque 555, parœciam Alich conſequitur 601, ad ſanctiorem reducitur diſciplinam 762

D. *Petri*, quæ Moguntiæ eſt, Collegiata ab Archiepiſcopo *Friderico* inſtituitur 429, prima eſt Cleri ſecundarii 73, cathedraticum ipſa ſuos in vſus colligit 646, prædium *Hurſten* ab *Adalberto II* conſequitur 551, altare *S. Mariæ* in ſacello domus FFr. Teutonicorum cum parochiali *Odenmünſter* commutat 639

D. *Petri* in ſuburbio Moguntino templum a Friderico Archiepiſcopo exſtruitur 429, dedicatur, *ibid.* monumento olim notabile fuit Romano 73, clauditur, *ibid.*

Petro-Paulina ædes Paderbornenſis inauguratur 469

Petro-Paulinum quod Erfurti eſt, cœnobium, in tractu villæ Hachſtet bona quædam conſequitur 554, nemus item Buchinberg 592

Petrus Elector Moguntinus 634, cognomine *Aichſpalter* 635, arti Medicæ ſe dedidit, *ibid.* Præpoſitus Treuirenſis deſignatur a Pontifice, *ibid.* a Collegio non admittitur, *ibid.* fit Epiſcopus Baſileenſis, *ibid.* Archiepiſcopus Moguntinus, *ibid.* qua occaſione ad ſedem Moguntinam euectus fuerit, *ibid.* quo morbo Papam liberauerit, *ibid.* Treueri ordinatur, *ibid.* regalia a Cæſare recipit, *ibid.* Helfenſteinio feudum Machtolsheim confert, *ibid.* Balduino Comiti Lucemburgenſi Archiepiſcopatum Treuirenſem procurat 636, caſtra *Kellerberg*, *Battenburg*, & eandem *VVerdere* reluit, *ibid.* Henricum Waldeccium in auxiliatorem adſumit, *ibid.* parochiali Wenden locum Diepoldehuſen attribuit, *ibid.* Reiffenſteinenſes duplici beneficio afficit, *ibid.* Abbati eorum ptochotropheum Eſchvvegenſe commendat, *ibid.* Erfordiam venit, *ibid.* Poeldenſibus ius patronatus Weſterodenſis & Weringhuſenſis eccleſiarum firmat, *ibid.* cum Palatinis de bonis quibusdam Abbatiæ Laurishamenſis tranſigit, *ibid.* Henrico Lucemburgenſi Imperium adſtruit, *ibid.* litem de caſtro Scharpſenſtein Hermanno dicto Schelme diiudicandam tradit 637, Carthuſienſibus locum dat in diœceſi Moguntina 637, 639. Henricum Cæſarem haud inunxit 637, comitatur eum ad Vbios, *ibid.* incrementis domus Lucemburgicæ intentus eſt, *ibid.* partem oppidi *Buche* emit, *ibid.* ædem FF. Teutonicorum Francofurti conſecrat, *ibid.* Concilium Moguntiæ celebrat 105, in quo Templariorum tractata cauſa 638, Ioannem Lucemburgicum in Bohemiam deducit, *ibid.* eundem & Reginam coronat, *ibid.* multis inde donis muneratur, *ibid.* Theodericum de Kemping ſibi adſciſcit adiutorem, *ibid.* Carthuſianorum, quod Rheno imminet, clauſtrum haud conſtruxit 639, cum Catimelibocenſi in concordiam redit, *ibid.* Ziegenhainenſem in caſtrenſem recipit, *ibid.* cœnobio Northeimenſi parochialem loci firmat, *ibid.* commutationem Petrenſium Mogunt. cum FF. Teutonicis factam ſtabilit, *ibid.* cum Waldeccio tranſigit, *ibid.* Catimelibocenſem in caſtrenſem recipit, *ibid.* Henrici Cæſaris mortem deplorat 640, Auſtriacorum obſiſtit fortunæ, *ibid.* Ludouicum Bauarum eligit, *ibid.* Auſtriacis commeatum intercipit 641, Ludouicum electum Aquisgrani coronat 641, ab eo priuilegiorum recipit confirmationem, *ibid.* Leiningenſi aditum facit ad cathedram Spirenſem, *ibid.* Spirenſes ad Ludouici partes pertrahit, *ibid.* Nobiles de Aſchhauſen in caſtrenſes cooptat, *ibid.* S. *Catharinæ* eccleſiam Oppenheimenſem in Collegiatam euehit 642, fratres Hirſchbergenſes in caſtrenſes recipit, *ibid.* Vicariæ S. *Gothardi* bona quædam attribuit, *ibid.* caſtrum Schüpf in feudum recipit & confert, *ibid.* Cæſari in caſtris præſto eſt, *ibid.* caſtrum *VVisbaden* obſidendum vrget, *ibid.* caſtro Laneccenſi nouos imponit caſtrenſes, *ibid.* de *Hildegardi* Sanctis adſcribenda agit, *ibid.* cœnobium *Himmelau* in tutelam Sedis Moguntinæ ſuſcipit, *ibid.* Erpacenſi feudum caſtrenſe confert, *ib.* Abbatem Hirſaugienſem conſecrat, *ibid.* Nobilium quosdam ad ſuam fidem adducit, *ibid.* arbitrum agit inter Treuirenſem & Colonienſem 643, Auguſtinianis Gothæ & Dominicanis Moguntiæ facultatem concedit, paſſim per diœceſin Moguntinam ſacra obeundi,

tundi, *ibid.* partem caſtri Schonberg emit, *ibid.* Carthuſienſium poſſeſſiones firmat, *ib.* moritur *ibid.* monumento cohoneſtatur, *ibid.* impenſe laudatur a virtutibus 1017

Pfaffenſchvvabenheimenſe monaſterium inſtituitur a Comitibus Sponheimenſibus 545 ſtabilitur ab Adelberto I, *ibid.* parœcias Nackenheim & Schemesheim conſequitur 612, congregationi ſubiicitur Windeshemenſi 785

Pfedersheim, caſtrum Imperii, Moguntino pignori opponitur 738, a Friderico Palatino expugnatur 775

Pfundzoll 668

Philippiburgum a Gallis expugnatur 955

Pinſchon (Wilhelmus) Præpoſitus maior Moguntinus 669, ius patronatus quinque eccleſiarum Collegio metropolitano Moguntinenſi donat, *ibid.*

Piſcator (Hermannus) 7, 126, *Engler* germanice cognominatus 127, monachus *D. Iacobi* in monte ſpecioſo 7, 126, ſcribit longam epiſtolam de vrbis Moguntinæ initio 127

Paldenſe monaſterium conſequitur ius patronatus eccleſiarum Weſterodenſis & Weringhuſenſis 636

Pœnitentium domus Weiſſenauiæ contigua donatur ſororibus a *Ioanne Heyl* 80, ſtabilitur ab Archiepiſcopo *Theoderico*, *ibid.* a *Bertholdo* 805, conceditur *Tertiariis* 80, alia nunc ſtat forma, *ibid.*

Polancus (Ioannes) S. I. Theologus, mittitur ad Concilium Tridentinum 874

de *Polemar* (Ioannes) Rotæ Romanæ Auditor & Archidiaconus Barcinonenſis 748, vicaria poteſtate delegatur ad Concilium Baſileenſe 745, ab eo ad componendum inter Clerum ciuesque Moguntinos diſſidium mittitur 748

Poloniæ Princeps (Popielus) a muribus conſumtus fuiſſe dicitur 446

Poloniæ Rex (Henricus *Andegauenſis*) eligitur 877, 878, liberum per Germaniam tranſitum petit 878, quem etiam certis conditionibus impetrat, *ibid.* a Moguntino magnifice excipitur 877, 878, ab Haſſiæ item Landgrauio 878, clam digreditur e Polonia, *ibid.*
- (Sigiſmundus) gentis Iagellonicæ poſtremus, moritur 877

Pontes ad Moguntiam exſtructi diuerſi fuere generis 35, eos inter celebris eſt ille *Caroli M.* 36, pons item naualis hodiernus 37

Pontifex Romanus a quamplurimis Collegii Electoralis autor dicitur 60 ſeq. ſed erronee 63, ſecundum *D. Bonifacii* apophtegma a nemine iudicari poteſt 349

Pontifex (Alexander III) 563, 566, cum Friderico I pacem facit & firmat 571 ſeq.
- (Calixtus II) 538, *Henricum V* inueſtituris eccleſiaſticis renuntiantem ab anathematis vinculo liberat 541 ſeq.
- (Clemens VI) Henricum III Præſulem Moguntinum excommunicat 660, poteſtatem inungendi Reges Bohemiæ in Archiepiſcopum Pragenſem transfert 664
- (Clemens VIII) Moguntinum imminentis a Turca periculi admonet 897
- (Eugenius IV) Treuirenſem & Colonienſem excommunicat 761
- (Gregorius II) S. Bonifacio prædicandi euangelii poteſtatem concedit 212, peculiari dato diplomate, *ibid.* in cuius extremo tria notanda veniunt 283, de eo ad Carolum Martellum litteras dat 216, Germaniæ it. Epiſcopos, Duces &c. *ibid.* reliquum Clerum, populumque 217, ad Thuringos 218, antiquos Saxones 219, laudatur 283
- (Gregorius III) Bonifacium Archiepiſcopum creat 222, variis eum litteris commendat 225, ſeq. eius in Bauaria geſta approbat 227 ſeq.
- (Gregorius V) nonnullis Collegii Electoralis autor eſſe videtur 61, ſed perperam 63, in D. Petri baſilica nactus eſt epitaphium 28
- (Gregorius VII) clericis matrimonia interdicit 510, 511, 513, Henricum IV excommunicat 514, moritur 524
- (Honorius II) ſententiam contra *Conradum* Sueuum latam non confirmauit 546
- (Innocentius III) *Sifridum II* Archiepiſcopum Moguntinum a minori Canonicorum parte electum confirmat 582, 584, eumque Cardinalem creat 585, *Othonem IV* anathemate ferit 588, moritur 590
- (Ioannes XXII) in miracula *D. Hildegardis* inquiri iubet 642
- (Ioannes XXIII) acriter a *Ioanne II* Archiepiſcopo Moguntino in Synodo Conſtantienſi defenditur 730, e Concilio clam ſe ſubducit, *ibid.* idque ope *Friderici* Auſtriaci 730, 1023
- (Leo IX) fuit Epiſcopus Tullenſis, vocatus *Bruno* 103, 471, Sedi Romanæ imponitur, *ibid.* Moguntiæ Synodum celebrat 103, 471, 472, Bambergenſi ter in anno poteſtatem pallium geſtandi concedit 494 & ſeq.
- (Paſchalis II) in Galliam proficiſcitur 530, apud Trecas Concilium habet 531, *Ruthardum* Archiepiſcopum Moguntinum, quod ad id haud veniſſet, ad tempus ſubmouet officio, *ibid.* eundem reſtituit, *ibid.*
- (Vrbanus II) *Henricum IV* excommunicat 524
- (Vrbanus VI) in controuerſia *Adolfi* Spirenſis cum *Ludouico* Bambergenſi varius & mutabilis eſt 686, 692
- (Vrbanus VIII) numerum alumnorum Seminarii Fuldenſis reducit 325, ipſi vero Seminario dat Protectores, *ibid.*
- (Zacharias) varias ad Bonifacium ſcripſit epiſtolas 237, 240, 249, 251, 253, 257, 258, 261, 264, 265, ad alios etiam variarum prouinciarum Epiſcopos

Digitized by Google

INDEX V

Rerum præcipuarum.

247, Francorum inprimis 248, Epiſcopos a Bonifacio ordinatos confirmat 237, ſucceſſorem eidem denegat 238, de ſcandalis variis tollendis præcipit 238, 239, baptizatos in nomine *Patria* &c. rebaptizari prohibet 240 ſeq. ſynodum habet, & in illa Adelbertum & Clementem hæreticos condemnat 241 ſeqq. 251, 252, Francorum Epiſcopos ad habendas quotannis ſynodos hortatur 249 ſeq. 251, illis, nec non aliis Bonifacium commendat 247 ſeqq. a Bonifacio ſimoniæ inſimulatus ſe purgat 259, variis de rebus eidem conſilia dat 261 ſeqq. eundem in ſede Archiepiſcopali confirmat 264, monaſterio Fuldenſi varia concedit priuilegia 261, 265, Pipinum Maiorem domus in Chilperici Regis locum ſubſtitui iubet 356 & ſeqq.

Antipontifex (Burdinus) ab Henrico V contra Gelaſium II Papa creatur 538
(Clemens) ab Henrico IV contra Gregorium VII Papa conſtituitur 521, a Victore III excommunicatur 524
(Paſchalis) ſufficitur a *Friderico* Barbaroſſa in locum *Victoris* 566
(Petrus *Carbarienſis*) a Ludouico Bauaro Papa creatur 649
(Victor) Papa contra Alexandrum III electus 563
(Wigbertus) 530

Pontificis ſummi titulus duobus modis in vſu eſt 353, poſteriori rurſus dupliciter accipiendus, *ibid.*

Pragenſis Epiſcopus Moguntini olim Suffraganeus 53, fit metropolitanus 55, 664, ius conſecrandi Reges Boiemiæ obtinet 594, 664

Pragenſis (Ditmarus *Epiſcopus*) Saxo 435, a quo conſecratus ſit, ſententiæ variant, *ibid.*
(Eckehardus *Epiſcopus*) conſecratur 461

Prædeſtinatianorum hæreſis in Concilio Moguntinenſi ſub Rabano condemnatur 98, ſeq.

Prædicatorum in vrbe Moguntia monaſterium 77

Præfectura Imperialis Alſatiæ 729
Wetterauiæ 732

Probus Imperator Moguntiam reficit 21

Probus Presbyter Moguntinus 407, ob inſignem vitæ ſanctimoniam celebris, *ibid.*

Proceſſiones ad *D. Albani* ædem 73
ad *D. Iacobi* ædem in monte ſpecioſo 610
ad *S. Theoneſti* ſacellum 86
e metropolitana in ædem B. M. V. *ad gradus* 75

Prodigia Erfurtenſe 606
Gladbacenſe 718
Waltdüranum 725

Proteſtantium nomen vnde? 839

Pſittaci factio Baſileenſium 618, obſident Stelliferos, *ibid.*

Ptochotropheum Erfurtenſe priuilegiis afficitur 713
Moguntinum opus *Lotharii Franciſci* Electoris 995

Pungſtadienſis parœcia Michelſtadenſi attribuitur 821

Q

Quedlinburgenſis ſynodus 524

S. *Quintini* in vrbe Moguntia parochialis 75, in ordine prima eſt 76, ab ædis ſummæ confertur Præpoſito, *ibid.*

R

Rabani nomen multis olim commune fuit 390

Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus 389, patria non fuit Fuldenſis, ſed Moguntinus, *ibid.* illuſtri genere fuit ortus, *ibid.* cognominatur *Maurus*, *ibid.* ab aliquibus etiam *Magnentius*, *ibid.* quo anno natus fuerit, controuerſum eſt 390, Fuldæ monachus fit, *ibid.* virtute proficit & ſcientia 391, pietate eluxit & animi demiſſione, *ibid.* nec non obſeruantia erga Pontificem, *ibid.* & Catholicæ religionis amore, *ibid.* diligens fuit in ſtudiis 392, ſcientia & eruditione excelluit, *ibid.* itemque ingenio, *ibid.* multos, variosque componit libros 393 ſeq. num Beda doctore vſus fuerit 395, Alcuinum audit 396, vbi? 396 ſeq. an ipſe Pariſiis docuerit? 398, fit ſcholæ Fuldenſis magiſter 399, egregios format diſcipulos, *ibid.* Presbyter ordinatur ab Haiſtulfo, *ibid.* peregrinationem ad loca ſancta ſuſcipit, *ibid.* fit Abbas Fuldenſis, *ibid.* egregie in regenda Abbatia ſe gerit 399 ſeqq. multas reliquias colligit 400, multas ædes ſacras partim exornat, partim recens exſtruit, *ibid.* bibliothecam Fuldenſem maximopere auget, *ibid.* Fulda relicta ad Ludouicum Regem ſe confert 401, ſuorum vero precibus motus redit, *ibid.* & in monte D. Petri orationi ſtudiisque ſacratioribus vacat, *ibid.* quamdiu Abbas fuerit, *ibid.* Sedi Moguntinæ imponitur, *ibid.* tres cogit ſynodos 402, hæreſes Moguntia exturbat, *ibid.* ædem S. *VVigberti* Hersfeldæ dedicat, *ibid.* erga egentes benignus fuit & liberalis, *ibid.* moritur apud Vinicellam 403, quot vitæ habuerit annos, *ibid.* tumulatur Moguntiæ ad S. Albanum 404, transfertur Halam Venedorum, *ibid.* epitaphium ipſe ſibi conſcripſit, *ibid.* Rudolfum vitæ ſcriptorem nactus eſt 405

Radherius Epiſcopus Moguntinus 166

Radulfus monachus gentem Iudæorum neci obiicit 554, 556, a S. Bernhardo increpatur, *ibid.*

Rando Alemannus Moguntiam deprædatur 15

Raſta vox germanica 27, idem eſt, quod Gallis *leuca*, *ibid.*

Ratbodus Friſonum Dux cum Regibus Francorum bella geſſit 281, Bonifacio impedimento

mento fuit, *ibid.* baptizari recuſauit, *ibid.* filium reliquit cognominem, *ibid.*

Ratboldus Arnulfi Imperatoris ex concubina Helmgarde filius 464

Ratisbonenſis (Gaubaldus *Epiſcopus*) eccleſiæ præficitur 226, ſecundus eiusdem eſt Epiſcopus, *ibid.* variis nominibus indigitatur, *ibid.*

(Sifridus *Epiſcopus*) Auentino perperam gente *Sueuus* dicitur 593

(Victerpus *Epiſcopus*) isque primus 227

Ravverengeresburg cœnobium a *Bertholdo* Comite Spouheimenſi inſtituitur 511, a *Sifrido I* certis inſtruitur bonis, *ibid.*

Regalia Bertholdo A. M. ſolenniter tribuuntur 799

Regimentum Imperii inſtituitur 810

SS. trium Regum ſacellum in vrbe Moguntia 89 vnde appellationem hanc traxerit, *ibid.* a Suecis profanatur, *ibid.* inſtauratur & denuo inauguratur, *ibid.*

Reiffenſtein cœnobium in Eichsfeldia 587, *Erneſti* Comitis *de* Thunna opus 5[illegible], ſtabilitur a Sifrido II, *ibid.* bona quædam ab Henrico Comite Glichenſi conſequitur 645, Amerenſem & Svverſtettenſem parœcias beneficio Archiep. Gerlaci 676

Reinberg caſtrum expugnatur a Wernhero 615, 620

Reinhartsbronnenſis aduocatia 544

Reinhuſanum monaſterium ab Hermanno Winzenburgio fundatum 535

Reliquiæ Sanctorum, quæ Moguntiæ ſeruantur 45

S. *Remigii* ſacellum Moguntinum 85, inſigni beneficio augetur a *Petro Schmaltzbin*, *ibid.* a Suecis profanatum haud inſtauratur, *ibid.*

Rettonis mons 295

Reuelationes Hildegardi, aliisque Virginibus ſanctis factæ, quo loco habendæ 198 & ſeq.

Rheiniſche Verein 827

Rhenus Imperii Romani quondam limes 35

Rhemenſis ſynodus 539

Rhemorum (Abel *Archiepiſcopus*) 258, 340

Rhetius (Ioannes) de inſtituendo Moguntiæ S. I. Collegio cum Daniele deliberat 868

Rhingauia alia ſuperior, alia inferior 34 a Guſtauo Adolfo, Rege Sueciæ, inſidetur 945, a Bauaris inuaditur 949

Richbertus Epiſcopus Moguntinus 168 vocatur etiam *Sigbertus*, *ibid.* *Latomo* videtur eſſe *Reginbertus*, ſed perperam 169, quomodo ex *Sigberto* effictus ſit *Rigbertus*, *ibid.*

Richulfus idem eſt ac *auxilii diues* 381

Richolfus Archiepiſcopus Moguntinus 379, dicitur fuiſſe Caroli M. conſiliarius, *ibid.* & ab eo Sedi Mogunt. impoſitus, *ibid.* appellatur ab Alcuino *Damoeta*, *ibid.* in cultu fuit magnificus, *ibid.* conſecratur, *ibid.* Leonem Papam honorifice excepit, *ibid.* amplificauit S. *Albani* ædem, *ibid.* lites monachorum cum Ratgario Abbate Fuldenſi componere ſtudet 380, Bleidenſtadenſe & Slitteſenſe templum inaugurauit, *ibid.* Wormatienſi interfuit concilio, *ibid.* Carolo M. teſtamentum facienti adeſt, *ibid.* attuliſſe dicitur ex Hiſpania Iſidori collectionem, *ibid.* verum ipſe diſperſerit *Decretales*, *ibid.* num pontem Rhenenſem iuſſerit comburi 381, quo anno mortuus ſit, *ibid.* plura habuit epitaphia, *ibid.*

Richolfus Comes Ringauienſis S. Ioannis Præpoſituræ multa confert prædia 532

Rieneccenſis Comitatus feudi lege ad Sedem Moguntinam deuoluitur 880

Rieneccenſium Comitum vltimus *Philippus* 880

Robolaus Dux S. *Ruperti* pater 188, contra Chriſtianos dimicans occiditur, *ibid.*

de *Rodenberg* (Conradus) Abbas S. *Ioannis* in Rhingauia 126 magnus cultor B. M. V. *ibid.* varia ſcripſit, *ibid.*

Rodenkirch monaſterium Ordinis Norbertini 733, aduocatum habet *Philippum* Naſſouium, *ibid.* pro quo accipit Ludouicum Electorem Palatinum 734, parœciam Waldleybersheim conſequitur 752

Rodolfus Presbyter vitam B. Rabani conſcripſit 405

Rœdelheimenſe ſacellum ad parochialis euehitur dignitatem 781

Romani Moguntiam reparant 21, a Germanis, apud Tuſculum, acie vincuntur 570

Rosbach villa *Hermanno de Ziegenberg* confertur 601

Roſenbergii agros Moguntinos infeſtant 785 ſeq. a fœderatis Principibus coercentur 786, caſtra amiſſa recuperant 790

de *Roſieres* (Claudius) Rambertivillanus obit Moguntiæ 76, elegans in templo D. Quintini Moguntino nactus epitaphium 75

Rotenburg Haſſiæ oppidum ab Adolfo I Archiepiſcopo Moguntino expugnatur 698

Rotenburgum ad Tubarim armis premitur a Gerhardo Epiſcopo Herbipolenſi 699, a Theoderico Archiep. Moguntino 763

Rothmann (Bernardus) 131

Rotomagenſis (Grimo *Epiſcopus*) 258, a S. Bonifacio ordinatur, *ibid.*

Rudhelmus Epiſcopus Moguntinus 168, varie aliis ſcribitur, *ibid.*

Rüdesheim Rhingauiæ municipium 735, vini præſtantiſſimi prouentu nobile, *ibid.*

de *Rüdesheim* (Rudolfus) 125, patria Rüdeshemenſis, *ibid.* fit Decanus Wormatienſis 126, Epiſcopus Vratislauienſis, *ibid.* varia ſcripſit, *ibid.*

Rugiland idem eſt ac *Rugorum patria* 28

D. *Ruperti* iuxta Bingam monaſterium initia ſua debet Hildegardi 194, ſub. an. 1141 exſtructum eſt, *ibid.* in monte iuxta Bingam, *ibid.* in vſum virginum nobilium, *ibid.* egregiis exornatur priuilegiis, *ibid.* reformatur ab Archiepiſcopo Bertholdo 805, 812, bello tricennali a Suecis in buſtum conicitur 194, B. Ruperti, B. Wiperti, B. Berthæ aſſeruat reliquias 193

Rupertus Archiepiſcopus Moguntinus 447, diuerſimode ſcribitur, *ibid.* illuſtri apud Saxones genere ortus fuit, *ibid.* quando obierit,

obierit, *ibid.* laudatur ab inſigni manſuetudine *ibid.*

B. *Rupertus* Confeſſor 186, Dux Palatinus Rheni nonnullis dicitur 187, ſed haud bene, *ibid.* poſſeſſiones ſuas habuit ad Rhenum iuxta Bingam, 188, 191; natus fuit patre Robolao, matre Bertha, *ibid.* à prima infantia moribus fuit piis, *ibid.* propenſa ergà pauperes voluntate 189; ſomnium habet notabile, *ibid.* ad exemplum Alexii peregrinationem ſuſcipit 190; diaboli inſidias euitat, *ibid.* omnia in honorem Chriſti relinquere cogitat 191, viginti annorum iuuenis moritur 192, ſepelitur in oratorio, *ibid.* vitam ſanctè vixit 187, 191; miraculis inclaruit 192

B. *Ruperti* huius vita à variis deſcripta 186, reliquiæ 186, 193, officium 186

Rupertus monachus ad S. *Albanum* Moguntiæ 125

Ruſtenberga arx tractus Eichsfeldenſis 527, domicilium præbet Præfecto Eichsfeldiæ, *ibid.* à Suecis opprimitur 952

Ruſtenbergenſis Vicedominatus officium proprium olim fuit familiæ Hanenſteiniæ 646, a qua id Henricus III Archiep. Moguntinus redemit, *ibid.*

Ruthardus Epiſcopus Moguntinus 167

Ruthardus Archiepiſcopus Moguntinus 525, varie ſcribitur, *ibid.* nobilis fuit de Hartesburg, *ibid.* duos fratres habuit, Piligrinum & Diedonem, *ibid.* Erfurti ad D. Petri fuit Abbas, *ibid.* quando Sedem inierit 526, cedit Moguntiæ Magdeburgenſi, *ibid.* baſilicam S. *Iuſtini* Hœchſtenſem Sant-Albanenſibus attribuit, *ibid.* monaſterium Cambergenſe confirmat, *ibid.* erga monaſterium S. Iacobi & Canonicos metropolitanos beneficus eſt, *ibid.* monaſterium Burſfeldenſe ſtabilit, *ibid.* Pragenſem & Olomucenſem Epiſcopos conſecrat, *ibid.* eorum, qui Iudæos occiderant, cauſſam agit 527, qua occaſione Regis perdit gratiam 526, 527, clam in Thuringiam profugit, *ibid.* varius in locis ſe continet, *ibid.* octo annos in exilio agit, *ibid.* Cellam S. *Martini* ad Werram ſtatuit, *ibid.* Abbati Pegauienſi & Burcardo Erfurtenſi benedicit 528, num anno 1102 Moguntiæ fuerit, dubium eſt, *ibid.* monetur, vt Othoni Bambergenſi faueat, *ibid.* cœnobio D. Petri *Cellam Martini* confert, *ibid.* Henrici V partes ſequitur 528, 529, criminum intentatorum pronuntiatur immunis 529, cathedræ Moguntinenſi reſtituitur, *ibid.* fuit inter eos, qui Henrico IV inſignia Imperii extorſere 529 ſeq. ad tempus officio ſubmouetur, quod ad Concilium apud Trecas haud venerit 530 ſeq. reſtituitur 531, cœnobium *D. Diſibodi* inſtaurat 532, donationes eccleſiæ Mog. confirmat, *ibid.* Præpoſituram S. *Ioannis* in Rhingauia inſtituit, *ibid.* quando obierit, *ibid.* ſepelitur in monte Epiſcopi, *ibid.*

Ruthardus monachus S. Bonifacii martyrium carmine heroico deſcripſit 103

S. *Ruthbertus* Epiſcopus Moguntinus 160

S. *Rutherni* Epiſcopus Moguntinum 160

S

Sacella Moguntina
- S. *Albani* 86
- SS. *Andreæ, Martini, & Manſueti* 88
- S. *Annæ* 88
- S. *Anſelmi* 1005
- S. *Aurei* 68, 88
- S. *Blaſii* 85
- S. *Brigittæ* 89, 1004
- S. *Ceciliæ* 88
- S. *Catharinæ* 89, 1004
- S. *Eliſabethæ* 88
- S. *Galli* 85
- S. *Georgii* in æde Decani maioris 68, 88
  - in curia Cantoris metropolitani 68, 89
  - in platea, vulgo die *Marckſtraſſe* 68, 89
  - in leprodocheo quondam 68
- S. *Hilarii* 88
- S. *Ioannis minoris* 86, 89
  - in noſocomio tribunitio 1005
- S. *Iulianæ* 89
- S. *Kiliani* 85
- S. *Lamberti* 89
- S. *Laurentii* in via gentili 85
  - in monte *D. Stephani* 89, 1002
- S. *Margaretæ* 88, 1003
- S. *Mariæ Lauretanæ* 90
- S. *Michaelis* apud S. *Ioannem* 85
  - apud S. *Ignatium* 85
  - apud S. *Quintinum* 85
  - in cœmeterio S. *Chriſtophori* 88
  - in cœmeterio *D. Stephani* 88, 1003
  - in cœmeterio ad *D. Emerani* 88
  - iuxta ædem Franciſcanorum 90
- S. *Ottiliæ* 86
- S. *Pancratii* 1003
- S. *Pantaleonis* 89
- SS. trium *Regum* 89
- S. *Remigii* 85
- S. *Rochi* 995
- OO. *Sanctorum* ad ædem quondam S. Franciſci 86
  - ſupra domum hoſpitalem S. *Spiritus* 90
  - vulgo *die Iuden-Schule* 90, 1004
- S. *Sebaſtiani* ad portam Druſi 85
  - auf dem Hof 90
- S. *Secundinæ* 89
- S. *Simonis & Iudæ* 90
- S. *Spiritus* 89
  - in curia *zum Thiergarten* 1003
- S. *Stephani* 90
- S. *Theoneſti* 87
- S. *Vdalrici* 86
- S. *VValpurgis* 86

Sacerdotes qua ætate eſſe debeant 262 ſeq. 279, quo-

Digitized by Goo

INDEX V.

Rerum præcipuarum.

quomodo veſtiri 305, olim aurei, nunc lignei ſecundum D. Bonifacii apophtegma 350 ſeq.

Salfeldenſis monaſterii poſſeſſiones firmantur 544

Salfeldenſis (Balthaſar *Abbas*) fit Epiſcopus Conſtantienſis & Hildeſienſis 114

Salisburgenſis (Gebehardus *Archiepiſcopus*) 523, in ſynodo Gerſtungenſi cum Wezilone Moguntino diſputat, *ibid.*

(Michael *Archiepiſcopus*) de reformando Clero formulam concepit 867

Salzenſes legibus deuinciuntur 672

Samſon hæreticus a Zacharia Papa notatur 255

Sancti Moguntini, eorumque reliquiæ 45 ſeq.

Sanctorum cultus a Maximo commendatur 352

OO. *Sanctorum* in vrbe Moguntina ſacella 86, 90

Sant-hilffe mons 295

de *Sarbrucken* (Sigebertus *Comes*) 533

Saxoniæ Dux (Ludolfus) *Othonis I* filius, ægre fert, patrem duxiſſe Adelheidem 430, 431, aduerſus eum inſurgit, *ibid.* Moguntiæ obſidetur 430, Moguntia in Bauariam contendit & Ratiſbonam occupat, *ibid.* in Italia obit 434, Moguntiam transfertur, *ibid.* apud S. Albanum ſepelitur, *ibid.*

(Rudolfus) ipſe, & non alius a *Gerlaco* Electore Moguntino Septemuir Saxoniæ agnoſcitur 672

a *Miſnenſibus*

(Auguſtus *El.*) *VVolfgangum* Moguntiæ inuiſit 890, pronus ad titulum Electoris Erneſto Colonienſi impertiendum, *ibid.*

(Chriſtianus I *El.*) Reformatis in Gallia ſuppetias mittit 897

(Fridericus) Alberti *Animoſi* filius 805, Canonicus Moguntinenſis, *ibid.* Præfectus Eichsfeldiæ & Prouiſor Erfurtenſis conſtituitur, *ibid.*

(Ioannes Fridericus *El.*) a Carolo V capitur 851

(Ioannes Georgius I *El.*) ægre fert, Electoratum Palatinum ad domum Bauaricam tranſlatum 929, *Ioannis Suicardi* opera *Maximiliano* Bauaro conciliatur, *ibid.* ſaluo familiæ Palatinæ Rhenenſis iure eundem Electoris loco habet, *ibid.* Regi Sueciæ ſe iungit 945, Sileſiæ bellum infert, *ibid.* cum Cæſare pacem facit 948

(Mauricius *El.*) dignitatem Septemuiralem conſequitur 852, damni plurimum dat locis Moguntinis 856, cum fœderatis bellum infert Cæſari, *ibid.* Francofurtum ad Mœnum obſidet 857, cum Cæſare Paſſauii pacem facit, *ibid.*

(Bernhardus *Vinarienſis*) ad limites Galliæ recedit 949, Moguntiam obſidione liberat, *ibid.* Metim ſe recipit 950, moritur 952

Saturnus an typographiæ inuentor 115, 117

de *Saulnheim* (Nicolaus) vicarius Conradi II in eccleſiaſticis 706

Saxenhauſen ſuburbium Francofurt. 640, 645

Saxenhuſanum hoſpitale a Moguntino confirmatur 801

Saxones Angli in Britanniam aduecti 274, ſeq. varia olim coluerunt idola 293 ſeq. contra Henricum IV arma corripiunt 507, contra Henricum V inſurgunt 539

Schefferus (Petrus) inuentam typographicen magis excolit 119, 120

Scharpfenſtein caſtrum deuaſtatur 591, Moguntino adiudicatur 637, a Ludouico Bauaro oppugnatur 642

Schelkropfius imaginem crucifixi impie diſſecat 74. 701, & ſeq. viuus eapropter comburitur 701

Schigmer (Nicolaus) electus Daulienſis conſecratur 840

Schminckius elegantem de antiquitatibus Fritzlarienſibus diſſertationem ſcripſit 302

Schnellhard (Iacobus) turbas Halberſtadii excitans officio mouetur 658

Schœnaugienſe monaſterium conditur a Ruperto Comite Naſſouio-Lurenburgenſi 546, confirmatur ab Adelberto I, *ibid.* cum Schauenburgenſibus componitur 620

Schönborniorum familia vetuſta 959, 985

de *Schönborn* (Fridericus Carolus) Vicarius Imperii Cancellarius 990, Coadiutor Bambergenſis *ibid.*

de *Schœneck* (Emericus) Sedem Moguntinam ambit 625

Schœnenberg caſtrum Sedi Moguntinæ in feudum offertur ab *Hermanno* de *VVinzenburg* 556, qui lege beneficiaria id ab Henrico I recipit, *ibid.*

Schœningen oppidum 449

Schornsheimenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntino confertur 610

Schüpf caſtrum a Petro in feudum ab Imperatore recipitur & Hohenloenſi confertur 642, expugnatur a Principibus fœderatis 786

de *Schvvalbach* (Volpertus) arcis Moguntinæ conſtituitur Burggrauius 795

S. *Sebaſtiani* ſacellum Moguntinum *a)* apud *portam Druſi* 85, ad ſæculum VII initia ſua retulit, *ibid.* corruit, *ibid.* *b)* in area, vulgo *auf dem Hof*, an. 1666 extructum 90, votiuum ob vim peſtilentiæ, *ibid.* Canonicis *D. Albani* & *D. Ferrutii* patet ad diuinum officium celebrandum, *ibid.*

Sebaſtianus Elector Moguntinus 847, nobiliſſima ortus fuit ſtirpe, *ibid.* quos parentes habuerit, *ibid.* quos fratres 848, Scholaſticus fuit maior, *ibid.* omnibus præfertur competitoribus, *ibid.* omnium electus fuit applauſu 849, Sedi ſubiectos in ſua verba adigit, *ibid.* pro confirmatione Romam legatos mittit, *ibid.* cauſſæ Hermanni Colonienſis & Proteſtantium haud fauet, *ibid.* conſecratur Epiſcopus, *ibid.* ordines ſacros petentibus confert, *ibid.* Ratisbonæ in Comitiis a cauſſa Proteſtantium alienus eſt, *ibid.* tempore belli Smalcaldici Cæſaris ſtudet rebus 850, multum inde contrahit damni, *ibid.* Clerum ad vitæ hortatur emendatio-

INDEX V
Rerum præcipuarum.

...tem, *ibid.* Auguſtanis Comitiis intereſt 852, Concilium Tridentinum vrget, *ibid.* Mauricii intereſt inueſtituræ, *ibid.* de libro *Interim* Cæſari agit gratias, *ibid.* parœcias & monaſteria diœceſis ſuæ interuiſi curat, *ibid.* ſynodum diœceſanam agit, *ibid.* ad quam etiam A. C. miniſtros Erfurto, Crucisburgo, Waltershuſa, Iſenaco euocat 854, agit item prouincialem, *ibid.* formulam Pontificis Landgrauianis aliisque commendat, *ib.* Auguſtanis rurſum intereſt Comitiis, *ibid.* cum Electoribus Rhenanis conuentum agit 855, Tridentum proficiſcitur ad Concilium, *ibid.* gliſcentibus vero domi malis reuertendi conſilium capit 856, ſed a Cæſare, vt aliquandiu adhuc ibi permaneret, adducitur, *ibid.* Tridento tandem abit, *ibid.* in reditu cum Cæſare & Palatino colloquitur 857, Moguntiam firmius munit, *ibid.* Wormatiam ad Principes euocatos ſe confert, *ibid.* cum iis legatos ad Regem Galliæ mittit, *ibid.* Alberto Brandenburgico bellum diœceſi minante ipſe ſe periculo ſubducit, *ibid.* de pace cum Haſſo agit, *ibid.* ad Cæſarem venit 859, reuerſus populum denuo in fidem recipi curat, *ibid.* in diœceſin ipſe ſe confert, *ibid.* Heidelbergæ Palatinum inuiſit, *ibid.* Conuentui Francofurtano intereſt, *ibid.* & Heilbronnenſi 860, Decanum Hildesheimenſem confirmat, *ibid.* cum fœderatis deliberat Bruchſaliæ, *ibid.* morbo implicitus Eltuillæ obit 861, Moguntiam abducitur, *ibid.* ſepelitur in maiori, *ibid.* cohoneſtatur monumento, *ibid.* laudatur a virtutibus, *ibid.* inprimis a liberalitate in pauperes, *ibid.*

S. *Secundina* in vrbe Moguntia ſacellum 89

Seligenſtadt oppidum ditionis Moguntinæ 627

Seligenſtadenſe Concilium 101, an inter Moguntina referendum, *ibid.*

Seligenſtadenſe monaſterium Wildemundsheimenſem parochialem conſequitur 649, a Diethero inuiſitur 790, reformatur 791

Sella aurea Regis Boiemiæ munus 96, vulgo *ſella D. Martini* dicta, *ibid.* non aurea fuit, ſed inaurata tantum 97, maximi pretii lapidibus diſtincta, *ibid.* non amplius ſupereſt, *ibid.*

Seminarium Bonifacianum Moguntiæ inſtituitur 969

Senonenſis (Harthbertus *Epiſcopus*) a *Bonifacio* conſtituitur 258 & ſeq.

S. *Sepulcri* in vrbe Moguntia domus Ordinis eſt Ioannis Hieroſolymitani 78, fratrum olim conuentus fuit, *ibid.*

S. *Seruatii*, quod Duderſtadii eſt, ſacellum in parochialem euehitur 749 ſeq.

S. Seueri ædes Erfurtenſis conſecratur 618

S. *Seueri* reliquiæ Erfurtum ab Orgario transferuntur 387, anno quidem 836, *ibid.*

S. *Seuerus* Epiſcopus 387, viuus tumulum vxoris & filiæ intraſſe dicitur, *ibid.* & inter orandum obdormiuiſſe. *ibid.*

Siagrius pallium obtinere nequit 307, quod per legatum ſchiſmaticum illud peteret, *ibid.*

de *Sickingen* (Franciſcus) pro Beguttis quibusdam clauſtrum *Trumbach* inſtituit 821, 826, Treuirenſi bellum infert 829 ſeq.

Sidonius prior Epiſcopus Moguntinus 165

Sidonius poſterior Epiſcopus Moguntinus 167, memoratur *Venantio*, *ibid.* & ab eodem laudatur carmine quodam, *ibid.* Moguntiam inſtaurat 23, templa varia renouat 67, 167

Sidonius cum Bonifacio de peccato ſacerdotis in ſacra baptiſmatis formula diſputat 323

Sifridus I Archiepiſcopus Moguntinus 496, ortu fuit Eppenſteinius, *ibid.* Abbas ante fuit Fuldenſis, *ibid.* Archiepiſcopus fit ſecundo Prælaturæ ſuæ anno, *ibid.* conſecratur, *ibid.* decimas Thuringenſes vrget, *ibid.* Hersfeldæ Henrico Cæſari adeſt, *ibid.* ægre fert Halberſtadenſi datum eſſe pallium, *ibid.* Goslariæ præſto eſt Cæſari, *ibid.* Abbatiam Seligenſtadt accipit 497, iter ſacrum ingreditur, *ibid.* in eo venit magnum in diſcrimen 497 ſeq. domum reuertitur 499, ædem B. M. V. *ad gradus* amplificat 500, 502, in tempora turbulenta incidit, *ibid.* conuentum cum Principibus agit Treburiæ 501, cædem Treuirenſi illatam Pontifici nuntiat, *ibid.* ædem dedicat Brunningeſhagenſem, *ibid.* Erfordiam muro cinxiſſe dicitur, *ibid.* Paderbornam venit, *ibid.* meditato Cæſaris diuortio fauere viſus eſt, *ibid.* quod tamen ipſe negat 502, decimas iterum vrget in Thuringia, *ibid.* decimationem in Thuringia Petrenſibus Moguntinis concedit, *ibid.* ædem Marianam conſecrat, *ibid.* incuſatus vocatur Romam 503, Carolum, qui ſibi ære Epiſcopatum Conſtantienſem compararat, ordinare renuit, *ibid.* Othonem vero legitime conſtitutum inaugurat 504, Collegio D. Victoris confirmat decimas, *ibid.* Rudolfo Sueuo fidem ſuam obſtringit, *ibid.* religionis cauſſa in Galliciam tendit, *ibid.* conſilium capit in Cluniacenſe monaſterium ſecedendi, *ibid.* Hiſungenſe monaſterium perficit, *ibid.* Henrico Regi diuortium cum coniuge meditanti aures præbet 505, auxilio in decimis exigendis promiſſo illectus, *ibid.* quas ideo rurſus vrget, *ibid.* Principibus ſuſpectus fit 507, rogatu Henrici agit cum Saxonibus, *ibid.* ſententiam Pontificis in Regem latam probaſſe dicitur, *ibid.* ad conuentum Gerſtungenſem a Rege mittitur 508, Principes Moguntiam conuocat 509, rogatu Regis denuo cum Saxonibus agit, *ibid.* Regi contra Saxones aſſiſtere detrectat, *ibid.* litem Ieromiri Pragenſis decidere conatur, *ibid.* Henrico Regi Bambergæ præſto eſt, *ibid.* Pontificis mandatum de cælibatu Clericorum Clero iuſſus proponit 510, ex quo grauis & periculoſus tumultus exoritur, *ibid.* decimas denuo vrget, *ibid.* cœnobio Rauengeresburg certos donat reditus 511, Romam vocatur ad ſynodum, *ibid.* Hermanni Epiſcopi Bambergenſis patrocinium fruſtra ſuſcipit, *ibid.* Thuringiæ Principes minus canonice excommunicat 512, ad Saxones a Re-

a Rege mittitur 513, ſynodum celebrat Moguntiæ, *ibid.* Saxones permouet, vt Regi ſe dedant, *ibid.* illius ad voluntatem ſe conuertit 514, a Pontifice propterea anathemati ſubditur, *ibid.* accedit partibus Principum 516, cuſtodia elapſos pueros obſides parentibus reſtituit, *ibid.* Triburiæ cum Principibus de exauctorando Rege conſultat 517, cum Principibus nouum Conuentum Forchemii inſtituit 819, Rudolfum, Sueuiæ Ducem, cum eis eligit 515, 520, & Moguntiæ conſecrat 520, pugnæ illius cum Henrico intereſt & capitur 521, Wigoldum Epiſcopum Auguſtanum conſecrat, *ibid.* colloquio Saxonum intereſt 522, Hermannum Anti-Cæſarem coronat, *ibid.* in Haſungenſe monaſterium ſe recipit, *ibid.* moritur & ſepelitur in eodem, *ibid.*

Sifridus II ſiue *ſenior* Elector Moguntinus 582, gente fuit Eppenſteinius, *ibid.* Præpoſitus D. Petri, *ibid.* non autem eccleſiæ maioris, *ibid.* electus a minori Capituli parte 582, 583, nec ſine donis 583, a Papa confirmatur 583 ſeq. Binga a Lupoldo competitore expellitur 584, ab Othone IV adiutus Bingam recuperat, *ibid.* illum dein ſequitur & iuuat, *ibid.* Epiſcopus conſecratur, *ibid.* Romam it, *ibid.* Othoni prouentus Thuringicos permittit, *ibid.* Colonienſem iuſſu Pontificis excommunicat, *ibid.* & Archiepiſcopatu ſubmouet, *ibid.* Brunonem ei ſurrogatum ordinat, *ibid.* Romam denuo contendit, *ibid.* creatur Cardinalis, *ibid.* certo modo reſtituitur, *ibid.* plene vero Philippo Anti-Cæſare occiſo 587, honorifice excipitur Moguntiæ, *ibid.* Epiſcopatum Wormatienſem aliquamdiu adminiſtrat, *ibid.* Comitiis intereſt, *ibid.* Walckenriedenſibus octo manſos liberaliter attribuit, *ibid.* Comitiis Herbipolenſibus intereſt, *ibid.* cœnobium *Reiffenſtein* confirmat, *ibid.* Othoni aduerſatur 588, de alio Rege eligendo agit, *ibid.* Othonem iuſſu Pontificis interdicto notat, *ibid.* Fridericum Siciliæ Regem vt Cæſarem ſuſcipit, *ibid.* Colonienſes excommunicat, *ibid.* Eberbacenſibus bona, quæ a Rieneccenſibus emerant, ſtabilit 589, Sant-Albanenſibus ſex parochialium attribuit prouentus, *ibid.* Iuano Abbati Sponheimenſi benedictionis munus impertit, *ibid.* Colonienſem a ſacris repellit, *ibid.* cœnobium ſtabilit Haynenſe, *ibid.* Cæſarem Aquisgrani vngit, *ibid.* cruce ſignatur, *ibid.* Cæſari adeſt Herbipoli, *ibid.* in Syriam conceſſiſſe dicitur, *ibid.* ſed perperam 590, cum Herbipolenſi ſuper cœnobio Camberg componitur, *ibid.* eccleſiæ Marianæ duo plauſtra vini Hunici quotannis præbenda adſignat, *ibid.* Eberbacenſibus inſulam iuxta Treyſe donat, *ibid.* aliam item Ingelheim inter ac Hattenheim, *ibid.* Norimbergæ Friderico Cæſari præſto eſt, *ibid.* eccleſiæ Aſchaffenburgenſi priuilegium quoddam dat, *ibid.* parthenonem D. Catharinæ iuxta Crucenacum confirmat 591, cum Ludouico Landgrauio conflictatur, *ibid.* Comitem Silueſtrem excommunicat, *ibid.* Comitiis intereſt Francofurtenſibus, *ibid.* Cæſarem Auguſtam proſequitur, *ibid.* litem eccleſiæ cum Naſſouiis finit, *ibid.* Collegiatæ Francofurtenſi ius patronatus Biſchofsheimenſis ſtabilit, *ibid.* Witgenſteinenſibus caſtrum Witgenſtein confert, *ibid.* Northuſæ adeſt Cæſari, *ibid.* Ilfeldenſibus ius ſepulturæ concedit, *ibid.* ſynodum agit Erfurti 592, cum Hildeſienſi de terminis diœceſis litigat, *ibid.* ſynodum agit Moguntiæ an. 1226, *ibid.* nouum a Cæſare priuilegium obtinet, *ibid.* Abbatem Corbeienſem cooptat in conſilia rium, *ibid.* Aquisgrani coronationi intereſt Reginæ, *ibid.* Erfurti Petro-Paulinis nemus Buchinberg tradit, *ibid.* eccleſiæ Moguntinæ bona quædam legat, *ibid.* obit, *ibid.* quot annos ſedi præfuerit, *ibid.* Erfurti ſepelitur, *ibid.* qua in æde, lis eſt 593, epitaphium olim habuit, *ibid.*

Sifridus III ſiue *iunior* Elector Moguntinus 593, Sifridi II e fratre nepos, *ibid.* filius *Godefridi* Eppenſteinii, *ibid.* Canonicus fuit Moguntinus, *ibid.* & Præpoſitus Francofurtenſis, *ibid.* initio laudabiliter præfuit, *ibid.* Comitiis Wormatienſibus intereſt 594, ſacellum Brunesrodenſe fratribus S. *Lazari* firmat, *ibid.* monaſterium *Laurishamenſe* a Cæſare obtinet, *ibid.* confirmationem Receſſus Wormatienſis vrget, *ibid.* cum Conrado Landgrauio bello implicatur 595, acie vincitur, *ibid.* pacem cum eodem facit, *ibid.* eccleſiæ Limpurgenſi Præpoſitum dat, *ibid.* Lauriſſam in poteſtatem accipit 596, Epiſcopum Wormatienſem cum ciuitate componit, *ibid.* ærario conſulere ſtudet, *ibid.* Norimbergenſibus intereſt Comitiis, *ibid.* & Moguntinis 597, cum Conrado Marpurgenſi agit, *ibid.* de B. Hildegarde canonizanda laborat, *ibid.* Francofurti intereſt conuentui Ordinum Imperii, *ibid.* in accuſatos de cæde Conrado Marpurgenſi illata ſententiam fert, *ibid.* Regi Henrico Altenburgi præſto eſt, *ibid.* Canonicis Colonienſibus ad D. Gereonem concedit, vt reditus ſuos in villis Nackheim & Bubenheim vendere poſſint, *ibid.* conuentui Imperii Moguntino intereſt, *ibid.* Erfurti pecunias colligit, *ibid.* Cæſari occurrit in Alſatia, *ibid.* leuandis *D. Eliſabethæ* reliquiis vacat 598, Moguntiæ hoſpitale S. Spiritus ſtatuit 182, 598, Biſchofsheim a Cæſare pleno cum iure recipit 598, cocum it in Auſtriam, *ibid.* cum Conrado Cæſaris filio reuertitur 599, cum Palatino Abbatiæ Laurishamenſis cauſſa contendit, *ibid.* cœnobitis Northeimenſibus procurationem parochialis loci demandat, *ibid.* ædem maiorem Moguntiæ inſtaurat, *ibid.* dedicat, *ibid.* Schonenbergio feuda Moguntinenſia confert, *ibid.* Abbati S. Ioannis in Rhingauia facultatem mitra vtendi concedit, *ibid.* Sommerl…cenſis villæ incolas anathemati ſubiicit, *ibid.* Capitulo Moguntino partem cenſuum de inſtitorum ta-

hemis attribuit, *ibid.* cum Wormatienſibus diſſidet, *ibid.* Concilium agit Moguntiæ, *ibid.* Arnoldum Treuirenſem conſecrat, *ibid.* Erfurti rerum diuinarum vacationem indicit 601, Petrenſibus ibidem parochialem Alicenſem attribuit, *ibid.* Moguntiam obſidet & expugnat 18. 601, ciues priuilegiis afficit 601, aduocatiæ Bursfeldenſis & ſiluæ *Branvvals* partem emit, *ibid.* de caſtro Starckenberg contendit 602, Abbatiam Fuldenſem in Commendam accipit, *ibid.* Henricum Landgrauium in Regem eligit, *ibid.* Treuiris inaugurationi baſilicæ S. Maximini intereſt, *ibid.* Henrico Regi fert ſuppetias, *ibid.* quo ipſo prouinciæ Moguntinæ multum creat damni, *ibid.* vtrum eundem etiam coronarit? *ibid.* Wilhelmum Hollandum eligit 603, vtrum etiam eundem inunxerit? *ibid.* iubetur inquirere in ſectam Comitis de Svvilenberg, *ibid.* Collegio metropolitano duas parœcias attribuit 604, moritur Bingæ, *ibid.* laudatur & culpatur, *ibid.* duplici cohoneſtatur ſtatua 605
Sigillum Adminiſtratoris *Adolfi* 1020
maieſtatis *Bertholdi* 806
vetus ciuitatis Moguntinæ 1000
ciuitatis Fritzlariæ 1016
Sigismundus Epiſcopus Moguntinus 165
SS. *Simonis* & *Iudæ* in vrbe Moguntia ſacellum 90, interiit, *ibid.*
de *Sinzig* (Ioannes Salentinus *L. B.*) fit Coadiutor Fuldenſis 955, repudiatur dein a Capitularibus, *ibid.* *Ioachimo* Abbati electo reſiſtit, *ibid.* ei tandem, Præpoſitura Holtzkirchenſi accepta, cedit, *ibid.*
S. *Sixti* parochialis Northemenſis cœnobitis eiusdem loci demandatur 599
Slittiſſenſe templum inauguratur 380
Smalcaldicum bellum 850
Sobernheimenſis parœcia Collegio metropolitano Moguntinenſi confertur 657
Societatis Ieſu PP. variis in locis Collegia inſtituunt 868, a Daniele Moguntiam primo arceſſuntur 867, ab eo Collegium Algesheimenſe, cum domibus vicinis, obtinent 873, Minoritarum item monaſterium, *ibid.* in academiam Moguntinam recipiuntur 108, nunquam tamen ad Rectoratum admiſſi ſunt, *ibid.* Danielem Præſulem Mogunt. admodum propitium experiuntur 874 ſeqq. nec non Wolfgangum 891, falſa proſcinduntur fabula 892, a Wolfgango literas eam ob rem ad Stephanum Poloniæ Regem accipiunt 893, ab hoc egregium teſtimonium conſequuntur 893, ſeq. nec non ab Epiſcopo Cracouienſi 895, & generali Capitaneo Cracouienſi, *ibid.* Cracouienſi item Senatu 896
Societatis Ieſu PPum, qui Moguntiæ ſunt,
Bibliotheca, Danielis potiſſimum liberalitate inſtructa 111, in primis numeranda eſt, *ibid.*
Domus Probationis, vulgo *Nouitiatus*, cœpit an. 1647. 91, deſcribitur, *ibid.* exædificatur. *ibid.*
Templum circa an. 1253 exſtructum eſt, 90
Minoritarum ante fuit, *ibid.* Gregorii XIII auctoritate in ius & poſſeſſionem Societatis venit, *ibid.* renouatur & nouis altaribus exornatur 91
S. Ieſu Miſſio Erfurti 875, tranſit in Reſidentiam, *ibid.* in Collegium 920, 971
S. I. Collegium quod Aſchaffenburgi eſt, ſtatuitur a *Ioanne Suicardo* 919, reditibus inſtruitur 930, dedicatur 926
Sodalitas mit dem Fuchſe 706
zu dem Kolben 706
Lynceorum 726
S. Martini 808
der Slegeler 708
des Winds 800
de *Sotern* (Philippus Chriſtophorus *ſenior*) 911, 912, fit Spirenſis Coadiutor 920
-- (Philippus Chriſtophorus *iunior*) Romam mittitur a *Ioanne Suicardo* 911
S. *Sola* ſiue *Solus* nomen & omen habuit 302, Ermenoldum vitæ ſuæ nactus eſt ſcriptorem. *ibid.*
Solzheimenſis parœcia Collegio Moguntinenſi metropolitano attribuitur 675
Sommerlocenſis villæ incolæ Parochum ſuum occidunt 600, anathemati ſubiiciuntur, *ibid.*
S. *Sophronius* Epiſcopus Moguntinus 160
Sora Campaniæ vrbs 567
Sorbillo (Petrus) monachus Benedictinus in monte Epiſcopi 126, ſcripſit epiſtolam de vrbis Moguntiæ initio, *ibid.*
Spinola cum Principibus Correſpondentibus conciliatur 926
Spira obſidetur a *Lothario* 544, a *Rabano* 737, expugnatur a Gallis 955
Spirenſis Epiſcopus Moguntini Suffraganeus 52 ſeq.
Spirenſis
(Adolfus *Epiſcopus*) 689 & ſeq.
(Bertholdus *Epiſcopus*) & Argentoratenſis 644, Sedem Moguntinam ambit 652
(Fridericus *Epiſcopus*) Imperatrici inconſulto dat oſculum 623, Cæſaris iram voluntario exilio deuitat, *ibid.*
(Lotharius Fridericus *Epiſcopus*) 975
(Nicolaus *Epiſcopus*) Wisbadæ natus, ciuis Wisbadenſis filius 695, Sedem obtinet 699
(Philippus Chriſtophorus *Epiſcopus*) 920
S. *Spiritus* hoſpitale Moguntinum 82, cura Sifridi III a priori loco ad Rheni ripam translatum, *ibid.* primum ſimpliciter *hoſpitale infirmorum* dictum fuit, *ibid.* item *antiquum* in litore Rheni, *ibid.* poſtea S. *Spiritus*, *ibid.* vnde ita appelletur, *ibid.* templum habet ſatis vetuſtum, *ibid.* ſubeſt curæ Scholaſtici maioris, *ibid.*
S. *Spiritus* ſacellum in curia Cuſtoriæ maioris Moguntinæ 89
de *Sponheim*
(Eberhardus *Comes*) Collegium Pfaffenſchvvabenheimenſe ſtatuit 545
(Henricus *Comes*) vendit Wernhero caſtrum

INDEX V
Rerum præcipuarum.

ſtrum *VValdböckelheim* cum locis contributis 619
(Ioannes *Comes*) bellum *VVernhero* Archiepiſcopo mouet 620, prœlio vincitur, *ibid.* pacem cum eo facit, *ibid.*
(Meginfridus *Comes*) Collegium Pfaffenſchvvabenheimenſe tradit B. Martino 545
(Meginhardus *Comes*) B. *Hildegardi* in exſtruendo monaſterio Rupertino manus auxiliatrices præbet 195
Sponheimenſis
(Bernhelmus *Abbas*) isque primus 193, 245, conſecratur ab *Adelberto I* 543, dextrum crus de corpore *B. Ruperti* ab *Hildegarde* dono accipit 193
(*Ioannes*) a Sifrido II poteſtatem conſequitur veſtes & ornamenta eccleſiaſtica in vſum monaſterii ſacrandi 589
(Willico *Abbas*) iuſſu Pontificis in miracula *D. Hildegardis* inquirit 642
de *Staffel* (Wilhemus) Præpoſitorum Bleidenſtadenſium vltimus 807
von *Stein* (Marquardus) Præpoſitus metropolitanus 866, ad Auguſtana comitia mittitur a Daniele, *ibid.*
Steina monaſterium Ordinis D. Benedicti 762, initia ſua refert ad *Rutharduum* Archiep. *ibid.* ad magnam delabitur inopiam, *ibid.* mutatur in eccleſiam Collegiatam, *ibid.* quæ Diethero curæ eſt 773, Collegiali D. Petri in Nôrthen adunatur 784, ad D. Benedicti ordinem reducitur 804, anguſto rurſus rerum eſt ſtatu 816, Moguntino cum omni iure cedit 878, a Brunſuicenſi occupatur 930, ab eo reſtituitur, *ibid.*
Steincallenfels caſtrum 806, cuius ſocii permittunt, vt *Ioannes* de *Schvvalbach* ex eo hoſtiliter in fines Moguntinos incurrat, *ibid.*
Steinheim oppidum cum locis contributis a Conrado III Archiep. emitur 740, a Guſtauo Adolfo occupatur 945, a Turennio item 958, a Cæſareo-Bauaris rurſus inſidetur, *ibid.*
Steinheimenſe ſacellum in parochialem euehitur 763
Stelliferi factio Baſileenſis 618
Stelligeri ſocietas multis moleſta 695
S. *Stephani* Collegiata Moguntiæ a Willegiſo exſtruitur 73. 452, largis ab eodem & Othone III inſtruitur reditibus 455, fulmine tangitur 843
S. *Stephani* in Moguntina vrbe ſacellum 90, interiit, *ibid.*
S. *Stephani* ædes, quæ Halberſtadii eſt, conſecratur 454
Stobra villa Erfurtenſibus confertur 672
de *Stolberg* Comites *Ludouicus* & *Chriſtophorus* Comitatum *Kônigſtein* hereditate adeunt 880, *Albertus* de ea cum *Daniele* Archiep. contendit 881, *VVolfgangus Erneſtus*, *Ioannes*, ceterique litem proſequuntur, *ibid.* tandem cum *VVolfgango* Archiepiſcopo tranſigunt, *ibid.* quam tamen conuentionem Stolbergenſes poſtea impugnant, *ibid.*
de *Stauffenberg* Nobiles de *Orfeelaer* dicti 294, tres calices habuere in ſcuto, *ibid.* extincti ſunt, *ibid.* vltimo eorum cum galea & clipeo terræ illato, *ibid.*
Strachyquas, dum Epiſcopus ordinatur, a dæmonio arripitur 455
Strada montana Palatino pignori oppoſita a Moguntino recuperatur 328 ſeq. a Suecis occupatur 945, recipitur a Cæſarianis 948, reluitur a Ioanne Philippo 963
de *Stralenberg* (Reinvvardus) cum *Matthia* Archiep. Moguntino componitur 646
Stuffo idolum monti *Stuffonio* nomen dedit 294, deturbatur a D. Bonifacio, *ibid.*
Stuffenberg 294
Stuffensloch 294
Suecia Rex (Guſtauus Adolfus) expeditionem in Germaniam ſuſcipit 943, Cæſari ſe hoſtem profitetur 944, Cæſarianos ad Lipſiam fundit 945, varias occupat vrbes, *ibid.* Rhingauiam inſidet, *ibid.* Rhenum prope Oppenhemium ſuperat 946, Moguntiam ſubigit, *ibid.* eandem firmius munit 947
Suevia Dux
(Fridericus) Moguntiam oppugnat 18
(Rudolfus) contra *Henricum IV* Cæſar deſignatur 515, coronatur Moguntiæ, *ibid.* 520, prœlio vincitur & obit 528
Suevici fœderis ortus 802, iudicium 803, prorogatio 807, 809, 829
Suffraganei Epiſcopi qui hodie dicantur 52, qui olim ita dicti, *ibid.* quinam Moguntino ſubiecti, *ibid.* quot eorum an. 847 eidem ſubditi fuerint, *ibid.* quinam poſtea acceſſerint, *ibid.*
Suicardiburgum in monte D. Iacobi excitatur 924
Suinfurtenſes cum Epiſcopo Wirtzburgenſi grauiter contendunt 736
Sultzbacum villa a Chriſtiano Brunſuicenſi incenditur 927
Sunzo Archiepiſcopus Moguntinus 416, patria fuit Moguntinus, *ibid.* Fuldæ enutritur, *ibid.* breui tempore rebus Moguntinis præfuit, *ibid.* ab Arnolfo contra Nordmannos miſſus fuit, *ibid.* occumbit in prœlio cum iis, *ibid.* vtrum ſit habendus martyr, *ibid.* ſepelitur Moguntiæ ad D. Albanum 417, addito epitaphio, *ibid.* laudatur a Trithemio, *ibid.*
Svvabenheimenſis parœcia monaſterio S. *Maximini* attribuitur 759
Svverſtedenſis parœcia cœnobio *Reiffenſteinenſi* in perpetuum addicitur 676
de *Svvilenberg* Comes noui inſtituti autor 603
Synodi quam habeant vtilitatem 315, Altheimenſis 423, Cabilonenſis 235, Erfurtenſis 426, Germanica I 316, Germanica II 318, Germanica III 319, Gerſtungenſis 525, Ingelheimenſis 429, Liptinenſis 317, Moguntinæ 97 & ſeq. Quedlinburgenſis 524, Rotomagenſis 235, Seligenſtadenſis 101, Sueſſionenſis 317, Trecenſis 531, Triburienſis 101

INDEX VI

Rerum præcipuarum.

T

Tannenberg caſtrum prædonum receptaculum 712, ſubruitur, *ibid.*
Tecla a Bonifacio accita 221, 302, Kitzingenſi & Ochſenfurtenſi parthenoni ab eodem præpoſita fuit 221, 304
Templa Moguntina antiquiora
D. Albani 61
Baptiſterium *Venantio* celebratum, 66
Baſilica *Hieronymo* memorata 66
D. Georgii 67
D. Hilarii 68
D. Victoris 88
poſteriora
Collegiata 69 & ſeq.
Parochialia 75 & ſeq.
Clauſtralia 77 & ſeq.
Hoſpitalium 82 & ſeq.
Societatis Ieſu 90 & ſeq.
Templariorum cauſa in concilio Moguntino tractatur 638 ſeq.
Teutberga a *Lothario* Rege marito repudiatur 410
Teutenberg cladis Varianæ locus 20
Teutonici Ordinis Magiſter (Albertus) vxorem ducit 836
Teutonicorum FF. Conuentus & templum Moguntiæ 78, ædes Francofurtana 637
Teutono-francica dialectus 27
Tetzelius (Ioannes) indulgentias in Saxonia promulgare iubetur 824, 826, vltra limites progreditur 426
Thamerus (Theobaldus) vir doctus & *Philippi* Haſſiæ Landgrauii Eccleſiaſtices aulicus 129, ex Lutherano fit Pontificius, *ibid.* Romam it, *ibid.* Mindæ & Francofurti Concionatorem agit, *ibid.* fit Canonicus Moguntinus, *ibid.* Profeſſor Theologus Friburgi, *ibid.*
Theodericus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 747, ſtirpe *Pincernarum de Erpach* ortus, *ibid.* haud bene *Imperii* vocatur *Pincerna* 748, Cantor fuit maioris, *ibid.* Bingæ eligitur Archiepiſcopus, *ibid.* confirmatur a Pontifice & pallium accipit, *ibid.* iura item regalia a Cæſare, *ibid.* in ſacrificio Miſſæ ſui memoriam vult fieri, *ibid.* fœdus init cum Brandenburgenſi, Palatino, & ciuitate Wormatia, *ibid.* ſacramentum dicit Cæſari, *ibid.* Comiti Regenſteinio ſe profitetur hoſtem 749, cum vidua Palatina & *Othone* Mosbacenſi fœdus pangit, *ibid.* de diſſidio inter Wirzburgenſem & Wertheimenſem componendo laborat, *ibid.* item de alio inter *Rabanum* Spirenſem & *Vlricum Manderſcheidium*, *ibid.* rumore quodam falſo differtur, *ibid.* cum Palatino diſſidet & componitur, *ibid.* duo ferit fœdera, *ibid.* Duderſtadii nouam inſtituit parochialem, *ibid.* indulgentias Concilii Baſileenſis diſpenſaturos reuerenter recipi mandat 750, Michaeli Wertheimenſi bellum infert, *ibid.* Horneckios compeſcit, *ibid.* monaſterio S. *Maximini* parochiam Schwabenheim attribuit, *ibid.* a PP. Concilii iubetur in factum quoddam Abbatis Seligenſtadenſis inquirere, *ibid.* Suffraganeos ſuos ad ſynodum euocat, *ibid.* Francofurti Conuentum Electoralem agit, *ibid.* PP. Concilii Baſil. ne contra Eugenium procedant, rogat 751, Albertum Auſtriacum Cæſarem deſignat, *ibid.* cum Septemuiris litteras dat ad Albertum, *ibid.* ad Eugenium Papam, *ibid.* ad Ioannem Græcorum Imperatorem 752, de pace publica tuenda cum Electoribus in ſocietatem coit, *ibid.* Synodum prouincialem celebrat, *ibid.* cuius conſtitutionem cum Clero diœceſis ſuæ communicat, *ibid.* Ruſchenbergenſi parœciæ ius patronatus Hadeladorfenſis tribuit, *ibid.* Eckſtettenſi altare in caſtro Eckſtett ſtabilit, *ibid.* monaſterio Redenkirchenſi parœciam *VValdlegbersheim* confert, *ibid.* Thungio indicit bellum, *ibid.* ab Henrico Naſſouio hoſtiliter impetitur 753, *Ioannem de Hirſchborn* excommunicari iubet, *ibid.* Epiſcopo Herbipolenſi falſo rumore dilato teſtimonio eſt, *ibid.* Moguntiam ſolenniter ingreditur, *ibid.* Conuentui Imperiali ibidem intereſt, *ibid.* in eodem fortiter pro Concilio Baſileenſi loquitur 754, cum *Henrico* & *Othone* Brunſuicenſibus inimicitias exercet, *ibid.* audit Moguntiæ legatos Concilii, *ibid.* cum *Henrico* & *Engelberto* Naſſouiis bello implicatur, *ibid.* de ſacerdotii & Imperii rebus cum collegis Septemuiris laborat, *ibid.* Antiepiſcoporum Argentinenſium cauſſam examini ſubiicit, *ibid.* PP. Concilii, ne Paderbornenſem eccleſiam Colonienſi innectant, compellat 755, grauamina nationis Germanicæ conſcribi curat, *ibid.* Fridericum III Cæſarem eligit, *ibid.* Sigismundum Herbipolenſem confirmat, *ibid.* de reconciliatione Magiſtrorum Ordinis Teutonici & Enſiferorum agit, *ibid.* quarundam Ordinis Teutonici domorum Patronus eſt & Aduocatus, *ibid.* pacem facit cum Naſſouiis, *ibid.* ſynodum Aſchaffenburgi habendam indicit, *ibid.* in Haſſiam it ac Thuringiam 756, Erfurti ſplendide excipitur, *ibid.* homagium ibidem accipit, *ibid.* Abbati *D. Petri* ſingulare concedit priuilegium, *ibid.* Wirtzburgi Epiſcopum cum Canonicis reconciliare ſtudet, *ibid.* ea de cauſſa legatos mittit Kitzingam, *ibid.* Wirtzburgi diem conſtitutum obit, *ibid.* Glichenſi de dotalitio vxori conſtituendo conſentit, *ibid.* Treuirenſi Archicancellariatus per Germaniam vices defert, *ibid.* Benedictinis Archidiœceſis interdicit, ne conuentibus Ordinis extra prouinciam habendis interſint 757, litem Helfenſteinii cum Leiningenſi ad ſe reuocat & decidit, *ibid.* Höchſtæ familiam Antonitarum plantat, *ibid.* baſilicam Ingolſtadenſem ad B. V. iuſſu Cæſaris in tutelam ſuſcipit, *ibid.* Ochſenfurti recipit homagium, *ibid.* Epiſcopo Acconenſi in eccleſia Wirtzburgenſi functiones pontificales committit, *ibid.* Epiſcopatus Wirtzburgenſis

burgenſis cauſſam agit, *ibid.* coronationi Cæſareæ intereſt 758. Francofurti regalia ab eo impetrat, *ibid.* priuilegia Auſtriaca conſenſu ſuo firmat, *ibid.* Norimbergenſibus intereſt Comitiis, *ibid.* a Philippo & Engelberto Naſſouiis impugnatur, *ibid.* cum Haſſo perpetuum icit fœdus, *ibid.* litem Brandenburgenſis cum Wirtzburgenſibus componit, *ibid.* Dalvvichium & Hertingshuſium compeſcendos ſtatuit, *ibid.* ordinationem Canonicorum Francofurtenſium ad D. Bartholomæi de conſtituendo Plebano ordinario ratam habet, *ibid.* cauſſam Winſpergenſis cognoſcit 759, de moneta ferienda cum Electoribus Rhenanis agit, *ibid.* caſtra *Hunderruck* & *VVoldenſtein* expugnat, *ibid.* perficit, vt Agrippinenſis iuri ſuo in Paderbornenſem eccleſiam renuntiet, *ibid.* ad Comitia Norimbergenſia mittit legatos, *ibid.* & poſt ipſe ad ea venit, *ibid.* de Gallis Alſatia pellendis Spiræ cum Principibus deliberat 760, cum Principibus quibusdam ſocietatem & fœdus init, *ibid.* Epiſcopum Wormatienſem confirmat, *ibid.* Eichſtadenſem itidem, *ibid.* Francofurti Electorum intereſt conuentui, *ibid.* Albertum Auſtriacum cum ciuitatibus Helueticis componit 761, fœdus init contra prædones, *ibid.* fraternitatem corporis Chriſti Salfeldæ inſtitutam confirmat, *ibid.* in conuentu Francofurtenſi partibus Eugenii ſub certis conditionibus accedit, *ibid.* formulæ ab Aenea conceptæ vna cum aliis ſubſcribit 762, Lyſuram mittit ad Eugenium Pontificem, *ibid.* Erfurti Petrenſes reformat, *ibid.* cum Othone Mosbacenſi pacificatur, *ibid.* a Nicolao V recens electo accipit litteras, *ibid.* monaſterium *Steina* in eccleſiam mutat Collegiatam, *ibid.* conuentui Aſchaffenburgenſi intereſt, *ibid.* Herbipolenſem cum Alberto Brandenburgico pacificat, *ibid.* de ordinatione iudicii eccleſiaſtici a Godefrido Wirtzburgenſi edita ſententiam fert 763, vicinos quosdam Principes, Nobilesque componit, *ibid.* Rotenburgenſibus & Hallenſibus bellum indicit, *ibid.* Norimbergenſibus item, *ibid.* ſacellum oppidi Steinheim in parochialem euehit, *ibid.* Vnionem Bursfeldenſem confirmat, *ibid.* cum Rotenburgenſibus & Halenſibus pacem facit, *ibid.* in factas obreptiue beneficiorum clauſtrorumque incorporationes inquirit, *ibid.* diſceptationem cum Magiſtro Ordinis Teutonicorum finit 764. Francofurtenſes recipit in gratiam, *ibid.* a partibus Comitum Lützelſteiniorum ſtat, *ibid.* ſynodum celebrat, *ibid.* de inſtaurandis cœnobii S. Ioannis in Rhingauia rebus agit, *ibid.* de diſciplina in monaſterio Klingenmünſter reſtituenda ſollicitus eſt, *ibid.* Cluſam monaſterio D. Ioannis vnit, *ibid.* cum Palatinis Mosbacenſibus componitur 765, priuilegia Vnioni Bursfeldenſi a Cuſano data confirmat, *ibid.* Bernhardo Badenſi feuda Weiſſenſtein & Pfortzheimenſem præfecturam confert, *ibid.* cum Wirtzburgenſi de quibusdam pacificatur capitibus, *ibid.* monaſterium Flonheimenſe mutat in Collegiatam, *ibid.* Francofurtenſibus Comitiis intereſt, *ibid.* Fechenbachium cum ciuitatibus Sueuiæ componit 766, ad bellum aduerſus Palatinum ſe parat, *ibid.* ab armis tamen rurſus diſcedit, *ibid.* Procuratorem legati a Rege Cypri miſſi in cuſtodiam dat, *ibid.* Senatum Eltuillenſem cum ciuibus componit, *ibid.* cum ciuitatibus quibusdam Imperialibus fœdus facit 767, cum Palatino ad tempus in concordiam redigitur, *ibid.* prædones perſequendos conſtituit, *ibid.* ſuos ad iudicia externa haud vult euocari, *ibid.* rogatur, vt Ruperto Palatino Archiepiſcopatum Treuirenſem procuret, *ibid.* Fridericum Palatinum pro Electore habet, *ibid.* caſtrum Monfortium obſidet & expugnat, *ibid.* Fridbergam pro parte, qua Sedi Moguntinenſi oppignerata, vendit, *ibid.* Norimbergæ intereſt Comitiis 768, cum Herbipolenſi de oppido Ochſenfurt diſceptat, *ibid.* recens electum Abbatem cœnobii Klingenmünſter confirmat, *ibid.* aduerſus Iudæos conſtitutionem edit, *ibid.* cum Friderico Palatino de certis quibusdam capitibus pactionem init, *ibid.* Ioannem Treuirenſem in vnionem Electoralem recipi curat, *ibid.* Treueri Optimatum fœderatorum vnionem diſiicit 769, raptores perſequitur, *ibid.* conuentui Principum nonnullorum Spiræ intereſt, *ibid.* de quibusdam capitibus cum Friderico Palatino contendit, *ibid.* ciuitati Erfurtenſi cenſum Iudæorum annuum remittit 770, cum Bipontino, Brandenburgenſi & Wittenbergenſi ſocietatem contrahit, *ibid.* cum Haſſo pacificatur, *ibid.* auxiliarios ſibi comparat, *ibid.* publicam magnificentiam dilexit, *ibid.* obit Aſchaffenburgi, *ibid.* humatur ibi in SS. Petri & Alexandri Collegiata 771, cohoneſtatur epitaphio, *ibid.*

Theodricus Præpoſitus maioris Moguntinæ 122 ſeq. ſcripſit de laudibus B. M. V. librum 123, vitam S. Lindrudis, *ibid.* fit Archiepiſcopus Treuirenſis 122

Theodericus, S. Albani monachus, varia ſcripſit 123, 496

S. *Theoneſti* in ripa Rheni prope Moguntiam ſacellum 87, vocabatur *Emaus*, *ibid.* pertinuit ad ædem S. Petri 88, inſtauratur a *Ioanne Stalbergio*, *ibid.* a Daniele Archiepiſcopo ſolo æquatur, *ibid.*

S. *Theoneſtus* Epiſcopus dicitur 174, vbi Epiſcopum egerit 175, prædicauit Moguntiæ, *ibid.* diuinitus ſeruatur, *ibid.* apud Altinum martyrium ſubit, *ibid.*

Theotiſca lingua 28

zum *Thiergarten* curia Archiepiſcopalis Moguntina 682

de *Thüngen* (Carolus) cum Moguntino colliditur 758

Thuringia a Francis occupatur 297, a quibus prima Chriſtianiſmi ſemina accipit, *ibid.* ſub Saxonum imperio ad hæreſin & idololatriam relabitur, *ibid.* a Boniſacio ad priſtinam reducitur fidem 220, 297

INDEX V

Rerum præcipuarum.

Thuringiæ Landgrauius
(Conradus) ædem Teutonicorum Marpurgi fundauit 942
(Henricus) cognomento *Raſpe*, Cæſar eligitur 602
(Ludouicus) cum *Conrado I*, Archiepiſc. Moguntino, acriter contendit 576, eoꝗum bellum gerit 577, caſtrum *Grunberg* exſtruit, *ibid.*
Landgrauia (Eliſabetha) moritur 594, in numerum Diuorum refertur 598
e *Miſnenſibus*
(Henricus *Illuſtris*) a *Gerhardo I* Archiepiſcopo Moguntino officium Mareſchalli, vna cum aliis feudis fide clientelari recipit 610
(Albertus) cœnobio *S. Crucis* Gothano parœciam quandam addicit 626
(Fridericus) *iunior*, ſingulari Pontificis priuilegio ſacrorum interdicto ſubdi haud poteſt 739
(Fridericus *Bellicoſus*) fœdus facit cum Conrado III Archiepiſcopo 739, fit Dux Saxoniæ, *ibid.* recipitur in Collegium Electorale, *ibid.*
(Wilhelmus *Cocles*) *Ioanni II*, Archiepiſcopo Moguntino, litteras diffidatitias mittit 719
Tillius varias expugnat vrbes 945
Tondorf dynaſtia Erfurtenſibus venditur 673
Traiectenſis Epiſcopatus an Moguntino quondam ſubditus fuerit 52, 54
Traiectenſis (Ioannes) gente Comes Virnenburgius tab. 654
(Radbodus *Epiſcopus*) *S. Bonifacii* laudes conſcripſit 203
(Wilhelmus *Epiſcopus*) cauſſam *Henrici IV* contra *Hildebrandum* tuetur 514, excommunicatur, *ibid.* miſere moritur 515
(Willibordus *Epiſcopus*) Anglus gente, ab Egberto miſſus venit in Friſiam 285, Romam it, *ibid.* conſecratur Epiſcopus, *ibid.* Sedem Epiſcopalem Traiecti erigit 286, *Bonifacium* ſibi ſucceſſorem conſtituere intendit 213, 286, a liberalitate in pauperes quibusdam dicitur *VVilligbrodus* 285
Trefurtum obſidetur & expugnatur 659
Treueris antiqua, potentiſſimaque olim ciuitas 10, 49
Treuirenſis eccleſia an Moguntinam ſibi vnquam ſubiectam habuerit 49
Treuirenſis (Arnoldus *Archiepiſcopus*) Antiſtes conſecratur 600
(Balduinus *Archiepiſcopus*) Comes Lucenburgenſis 652, ad Archiepiſcopatum Moguntinum Pontifici commendatur 634, quem tamen haud conſequitur, *ibid.* Treuirenſium fit Antiſtes 636, a Moguntinis poſtulatur 644, Matthiæ Bucheckenſi a Pontifice eis impoſito cedit, *ibid.* quo fatis functo denuo poſtulatur 651, 652, fit Adminiſtrator Moguntinus, *ibid.* & nomina a Matthia contracta diſſoluit, *ibid.* cum Haſſo de bello comprimendo compoſitionem facit, *ibid.* ad Moguntinorum ciuium pertinaciam reprimendam Eltuil & Flersheim munit 653, caſtri Hirzberg emit partem, *ibid.* vallem *B. Mariæ* dedicat, *ibid.* Francofurti diem iudicialem obit 654, caſtrum Boxberg ordini Teutonico reſtituit, *ibid.* Moguntinenſes recipit in gratiam, *ibid.* fœderi ciuitatum Rhenenſium accedit, *ibid.* Hazfeldiis caſtrum Hazfeld confert, *ibid.* de caſtro Rieneck pactionem facit, *ibid.* a Winſpergio loca quædam emit 655, Conrado Erpacenſi reditus quosdam feudales confert, *ibid.* Henricum de Abentrade in miniſterialem recipit, *ibid.* bellum contra Hohenſteinenſem & Erfurtenſes gerit, *ibid.* Berlichingio aream quandam in Oren confert, *ibid.* adminiſtratione tandem ſe abdicat, *ibid.* num anno 1332 hoc fecerit? 654 & ſeq.
(Ioannes *Archiepiſcopus*) in vnionem Electoralem recipitur 768
(Lotharius *Archiepiſcopus*) Moguntinum & Colonienſem Confluentiam inuitat 912
(Philippus Chriſtophorus) cum Ordinibus Treuirenſ. diſſentit 942 & ſeq. Gallis *Ehrenbreitſtein* tradit 946
(Rabanus) cum Manderſcheidio componitur 749
(Richardus *Archiepiſcopus*) conſecratur 821
(Thietgaudus *Archiepiſcopus*) repudio a Lothario Teutbergæ dato conſentit 410, inde excommunicatur, *ibid.*
(Wernherus *Archiepiſcopus*) cum Moguntino quibusdam ex cauſſis diſſentit 725, in concordiam cum eo redigitur, *ibid.*
Treuiri antiquus Galliæ populus 27, lingua Germanica vſi ſunt, *ibid.*
Triburienſe Concilium an inter Moguntina referendum 101, quæ ſanxerit, *ibid.*
Tridentinum Concilium 844, Bononiam transfertur 850, Tridentum reducitur 855, interrumpitur 856
Triſelſa caſtrum Imperiale 536, quondam haud in vltimis habitum, *ibid.*
ad SS. *Trinitatem* ſacellum Francofurti reædificatur 781, bonis inſtruitur & ſtabilitur, *ib.*
Trumbach clauſtrum reſtituitur a Franciſco Sickingio 820, confirmatur a Moguntino, *ib.*
Tubantes Germaniæ antiquus populus 298
Tullenſis (Bruno *Epiſcopus*) Pontifex Romanorum fit 471
Tungrenſis eccleſia Mogunt. olim ſubiecta fuit 52
Turennius diœceſin Moguntinam grauiter premit 957 ſeq.
Turnerus (Robertus) de Lutheranorum in aula Moguntina multitudine grauiter conqueritur 884 ſeq.
Tvvingenberg (Zvvingenberg) caſtrum Wilhelmus Catimelibocenſis cum bonis contributis Petro Archiepiſcopo Moguntino offert 639, ab eo dein illud in feudum caſtrenſe perpetuum recipit, *ibid.*
Typographia ars nobiliſſima, præſtantiſſimaque 113, nonnullis primum inuenta dicitur

apud

apud Sinenſes 114, nonnullis in nouo orbe, *ibid.* nonnullis Harlemi, *ibid.* nonnullis Argentorati, *ibid.* quæ ſententiæ expenduntur 115, Moguntiæ primum inuentam fuiſſe plurium probatur teſtimoniis 116 & ſeq. & Iunio reſpondetur 118, quo tempore inuenta ſit 119, quo auctore, *ibid.* propter abuſum haud eſt contemnenda 121 & ſeq.

V

Valbruccenſe monaſterium Priori Rauengeresburgenſi commendatur 816
Vallis Dei monaſterium prope vicum Winckel 552, liberalitate Archiepiſcopi *Marcolfi* inſulam iuxta Eltuil poſſidet 552, 553
Vallis S. Georgii monaſterium opus Sizzonis, Comitis Keuernburgenſis 553, confirmatur ab Henrico I Archiepiſcopo Moguntinenſi, *ibid.*
Variana cladis locus 20, pictura in aula arcis Höchſtenſis, *ibid.*
Vaſalli Electorum alio non poſſunt euocari 757
Vchtershuſenſi cœnobio parœcia loci confertur 620
S. *Vdalrici* in vrbe Moguntia quondam ſacellum 86
S. *Vdalrici* de Henrico Aucupe viſio 422 ſeq.
SS. *Vdalrici & Afræ* ædes Auguſtana vetus a Conrado I Archiepiſcopo Moguntino dedicatur 577, noua a Bertholdo 810
Venationes Clericis interdictæ 236
Verdenſis (Witgerus *Epiſcopus*) conſecratur 460
Veteris Cella monaſterium vetus 78, a S. Bilhilde extructum 78, 181, ſuperiori ſæculo deſtructum fuit 78, & id, quod nunc cernitur, intro verſus excitatum 79, Ordinis primum fuit Benedictini, *ibid.* dein vero in Ciſtercienſis diſciplinæ iura conceſſit 79, 600, vocatur *altum monaſterium* 79, 181, 600, germanice *Altenmunſter*, quaſi antiquum monaſterium 80, 600
S. *Victoris* Collegiata Moguntiæ 73, a Willigiſo amplificatur 452, variorum augetur beneficiis 455, 543, 549, 551, 553, 555, a ciuibus Moguntinis magnam partem destruitur 653, inceditur ab Alberto Brandenburgico 859
Vierling (Vlricus) 606
Vilmar caſtrum euertitur a Moguntino & ſociis 674
Vindoniſſa 28
Virgilius cum Bonifacio de Antipodibus controuerſiam habuit 255, 323, an is ſit S. *Virgilius* Archiepiſcopus Salisburgenſis 323
Vizthumiorum ab *Eckſtedt* familia longo tempore Erfurti Vicedominatum exercuit 658, & inde traxit appellationem, *ibid.*
Vltraiectum vnde dicatur 280
Vndenhemenſis parœcia Albanenſibus Moguntinis addicitur 610
Vndenmunſter parochialium Moguntinarum vna 76, vocatur hodie S. *Petri* ædes, *ibid.*
Volcrandus, Ord. Dominicani monachus, prodigioſo crucis in ore pectoris ſigno memorabilis 599, ab aliis *Volandus* dicitur 600, moritur Moguntiæ 599, transfertur Argentoratum, *ibid.*
Volzo Canonicus B. M. V. *ad gradus* S. Barbaræ Xenodocheum ſtatuit Moguntiæ 83, 669
Vrnæ antiquæ ex agro Moguntino effoſſæ 42
Vriel Elector Moguntinus 818, Gemmingenſi familia ortus, *ibid.* fratres habuit *Georgium* & *Erpſonem*, *ibid.* a Georgio litterarum traditus fuit ſtudiis, *ibid.* Doctoris conſequitur titulum 819, Vormatiæ ædis Cathedralis fit Cuſtos, *ibid.* Moguntiæ Præfectus Mumbacenſis & Collegii principis Decanus, *ibid.* Archiepiſcopus eligitur, *ibid.* homagium a Moguntinis accipit, *ibid.* reſiduum ſubſidii Iacobo promiſſi ſibi explicari vult, *ibid.* pallium redimit, *ibid.* Fuggerorum opera, *ibid.* id magna ſolemnitate ſuſcipit, *ibid.* conſecratur Epiſcopus 820, Bullam a Pontifice de præbendis impetrat & edit, *ibid.* regalia accipit, *ibid.* in Comitiis Vormatienſibus Archicancellarii obit munia, *ibid.* fœdus cum Brandenburgenſi & Wittembergenſi prorogat, *ibid.* Frowinum de Hutten Cæſari ad tempus concedit, *ibid.* Halſum in pactionem de re nummaria recipit, *ibid.* Teutonicis Marburgenſibus præſentandi ad altare S. Barbaræ in æde Gosfeldenſi confirmat, *ibid.* a Reuchlini cauſſa haud alienus eſt, *ibid.* ciuitati Erfurtenſi inteſtinis motibus diſtractæ conſulit, *ibid.* de loco ac cenſu Beguttis a Sickingio deſtinatis inquiri iubet 821, parochialem Hœſtatenſem parochiali caſtri Fridbergenſis incorporat, *ibid.* ſacerdotum in doctrinam & vitam inquiri iubet, *ibid.* parochis Mühlhuſanis de repentina morte oppreſſorum ſepultura mandatum dat, *ibid.* ſacellano Neudorfenſi ius baptizandi concedit, *ibid.* parochiali Michelſtadenſi Pungſtadenſem attribuit, *ibid.* Treuiri obit templa, *ibid.* Archiepiſcopum Richardum ibi conſecrat, *ibid.* Iudæis in agro Moguntino dat Rectorem, *ibid.* plura ſanctimonialium reformat cœnobia, *ibid.* moritur, *ibid.* ſepelitur in loco *Memoria*, *ibid.* magnæ vir fuit prudentiæ, *ibid.* variæ de morte eius narrationes, *ibid.*
Vrſella oppidum a Chriſtiano Brunſuicenſi inceditur 927, a Gallis comburitur 957

W

VValafridus Strabo Rabani diſcipulus 169, 399, de rerum eccleſiaſticarum exordiis & incrementis ſcripſit librum 169
VValckenriedenſe monaſterium conſecratur ab Adelberto I 549, fortunatum atque opum ſubſidiis adaugetur a *Sifrido II* 587, *Henrico II* 623, *Gerhardo II* 626
VValdbœckelnheim caſtrum cum locis contributis a Wernhero Archiepiſcopo Moguntino emitur 619, *Ludouico* Nigro Duci Bipontino ab *Adolfo II* oppigneratur a *Friderico Victorioſo* domus Palatinæ Electo-

rali adiicitur 969, feudi titulo a *Ludouico Henrico* Simmerenſi recipitur, *ibid.* a *Lothario Friderico* poſt illius obitum occupatur 976, Sequeſtri committitur, *ibid.* per tranſactionem relinquitur domui Palatinæ 994

VValdbæckelnheimenſis parœcia Canonicis Moguntinenſibus metropolitanis confertur 669

VValdenſium plures Moguntiam irrepunt 707, a Conrado II Archiepiſc. extirpantur, *ibid.*

VValderdorfiana bibliotheca 103

VValderſtettenſis eccleſia filia fuit Schönerſtedenſis 566, fit parochialis, *ibid.*

VValdleybersheimenſis parœcia monaſterio Rodenkirchenſi confertur 752

VValdrada a Lothario Rege, Teutberga repudiata, ducitur 410

S. *VValpurgis* ſoror SS. *VVilibaldi* & *VVunibaldi* 303, magna pietatis laude inclaruit, *ibid.* Heidenheimenſi monaſterio a fratre præponitur, *ibid.*

S. *VValpurgis* in vrbe Moguntia ſacellum 86, ſolo æquatur, *ibid.*

VValduren oppidum a *Gerhardo II* Archiepiſcopo Moguntino emitur 628, prodigio quodam inclareſcit 725 ſeq.

VValigerus parthenonis Heruordienſis conditor 296

VVamboldiorum ab *Vmſtadt* nobilis & vetuſta familia 940

VVarburgenſis Comitatus ab *Henrico II* Imperatore in ius eccleſiæ Moguntinæ transfertur 466, pacis cauſſa a Bardone dimittitur 469

VVenda villa 295, vnde nomen traxerit, *ibid.*

VVeinhemium a Gallis occupatur 957

VVeiſſenburgenſis (Bernarius *Abbas*) 382, Vangionum fit Epiſcopus, *ibid.*

VVencierodus (Bartholomæus) in Eichsfeldia latrocinia exercet 879, capitur a Moguntino, capiteque plectitur, *ibid.*

zu dem *VVerdere* caſtrum Waldeccio pignori opponitur 636, reluitur a Balduino Adminiſtratore, *ibid.*

VVernhemenſis parœcia *Throno Mariæ* attribuitur 610

VVernherus Elector Moguntinus 613, Eppenſteiniis fuit ortus, *ibid.* adoleuit Moguntiæ 614, fit Cantor & Præpoſitus maior, *ibid.* Præpoſitus item S. Petri & ad gradus, *ibid.* cum Rieneccils pacem facit, *ibid.* Romam proficiſcitur, *ibid.* reuerſus Concilium agit Moguntiæ, *ibid.* Sophiam Brabantinam anathemati ſubiicit 615, Philippum item Hohenfelſium, *ibid.* Ottocarum Pragæ coronat, *ibid.* ab eo priuilegii, de Rege Boiemiæ a Moguntinenſi coronando, obtinet confirmationem, *ibid.* de iure eligendi Præpoſiti Aſchaffenburgenſis ſententiam fert 816, Canonicorum metropolitanorum bona in tractu *Gavv* libera facit ac immunia, *ibid.* Hohenfelſium anathemate exſoluit, *ibid.* Landgrauiæ eiusque filio feuda confert, *ibid.* Erfurti ſocietates lanionum & piſtorum tollit, *ibid.* pecunias colligit a Clero 617, Canonicis metropolitanis parœciam Heppenheimenſem attribuit, *ibid.* Paderbornæ D. Liborii opem petit, *ibid.* ſacellum *Elbicherode* reædificari permittit, *ibid.* excommunicatum quendam iubet exhumari, *ibid.* parthenoni Padenhuſano parochialem Bickenbacenſem ſtabilit, *ibid.* Canonicis metropolitanis Homberg ex parte confert, *ib.* ordinationem Archidiaconi Heilgenſtadenſis de bonis parœciæ Beuerſtettenſis factam firmat, *ibid.* Margaretam Friderici II Imperatoris filiam Francofurti honorifice tumulat, *ibid.* Wildenberg cum villis adiacentibus emit, *ibid.* nec non oppidum Amorbach 618, Fuldenſi tutor datur, *ibid.* Erfurti ædis D. Seueri inſtaurationem promouet, *ibid.* Rudolfum Habſpurgenſem eligit 618, 619, eundem ſequitur ad ſuperiores Rheni partes 619, Lugdunenſi intereſt Concilio, *ibid.* Comitiis item Norimbergenſibus, *ibid.* Erfurtenſibus contra vicinos Comites opem fert, *ibid.* Cæſari Boppardiæ & Norimbergæ præſto eſt, *ibid.* eocum it in Auſtriam, *ibid.* cum Haſſo diſceptat, *ibid.* de Comitia *Bachgovve* cum Hanouienſi tranſigit, *ibid.* Waldbæckelnheim emit, *ibid.* Hennebergenſem in caſtrenſem adſciſcit 620, caſtrum Reinberg expugnat & euertit, *ibid.* Erfurtenſes ſacrorum ſubdit interdicto, *ibid.* cœnobio Vchtershuſen parochialem loci firmat, *ibid.* mutuum cum Veldentino fœdus init, *ibid.* Sifridum Hildeshemenſem conſecrat, *ibid.* inimicitias cum Sponheimenſi exercet, *ibid.* cum Henrico itidem Haſſiæ Landgrauio, *ibid.* Confluentinos Treuirenſi reconciliat, *ibid.* pacem facit cum Sponheimenſi, *ibid.* cum eodem icit fœdus 621, Nobiles de Schauenburg componit 620, Erfurtenſes in gratiam recipit, *ibid.* Cæſari adeſt Wormatiæ, *ibid.* de terris Comiti Haynoniæ confirmatis conſenſum edit, *ibid.* Capitulo metropolitano quartam partem caſtri Hohenberg confert, *ibid.* indulgentias Arnſpurgenſium contrahit, *ibid.* moritur Aſchaffenburgi, *ibid.* ſepelitur Moguntiæ, *ibid.* bonus fuit œconomus, *ibid.*

VVernherus cœnobita Hirſaugienſis S. Albani conſtituitur Abbas 435

VVerlſtadenſis parœcia Canonicis Moguntinis metropolitanis confertur 675

de *VVertheim* (Ioannes *Comes*) cum Moguntino de oppido Külsheim litigat 792, eocum componitur, *ibid.*

(Michael *Comes*) cum Herbipolenſi contendit 750

VVertheimenſes Comites cum *Eppenſteiniis* componuntur 739

de *VVeſalia* (Ioannes) 107, variorum capitum accuſatur, *ibid.* inquiſitionem incurrit 106, reuocat publice, *ibid.* ad perpetuam pœnitentiam condemnatur 106

VVetteravia 475

VVezilo Archiepiſcopus & Elector Moguntinus

INDEX V
Rerum præcipuarum.

nus 522, diuerſimode ſcribitur, *ibid.* fuit vir doctus & facundus 523, quibusdam Clericus Halberſtadenſis, quibusdam Præpoſitus Erfurtenſis fuiſſe dicitur, *ibid.* ſucceſſit Sifrido I, *ibid.* ſtatim ordinatur, *ibid.* promouet conſecrationem Egelberti Treuirenſis, *ibid.* Sifridum Auguſtanum, & Norbertum Curienſem inaugurat, *ibid.* Henrico Regi excommunicato adhæret, *ibid.* eundem in ſynodo Gerſtungenſi contra Eberhardum Saltzburgenſem defendit, *ibid.* in ſynodo Quedlinburgenſi hæreſeos arguitur 524, & excommunicatur, *ibid.* Moguntiæ habet ſynodum, *ibid.* cum Henrico it in Saxoniam, *ibid.* Wirtzburgi obſidetur, *ibid.* partes Henrici tandem dereliquiſſe dicitur, *ibid.* monaſterio Cambergenſi quædam bona addicit, *ibid.* diem obit, *ibid.* vtrum in ſchiſmate? *ibid.*

VVicelius (Georgius) ad Lutheranos transgreditur 129, vxorem ducit, *ibid.* pedem refert ad Pontificios 130, *Græcus Sacerdos* quibusdam cur dictus ſit, *ibid.* multa ſcripſit, *ibid.*

die *VViener* peregrinatores religioſi 84, ex Hungaria, Stiria, regionibusque conterminis congregantur, *ibid.* voti ſoluendi cauſſa ſeptimo quoque anno Aquisgranum tendunt, *ibid.* Moguntiæ in tranſitu cibo potuque olim excipiebantur, *ibid.*

VVigandus tumidus Francofurtenſium concionator 792, coercetur a Diethero, *ibid.*

S. *VVigberti* ædes Hersfeldæ dedicatur 402

S. *VVigbertus* primus Fritslarienſium Abbas 302, a Bonifacio accerſitus fuit, *ibid.* Buriburgi ſepelitur 313, hinc Hersfeldam transfertur 313, 373, vbi monumento aureo a Lullo cohoneſtatur 302

VVildemundsheimenſis parœcia Seligenſtadenſi cœnobio incorporatur 649

VVilebertus Epiſcopus Moguntinus 168

S. *VVilhelmi* ad portam Druſi Moguntiæ monaſterium 77, euanuit 32, 77

VVilhelmus Archiepiſcopus Moguntinus 433, Othonis primi fuit filius, *ibid.* non ex Editha, ſed nobili quadam Slauica 433, 434. Arnſtadii Moguntinis datur Præſul, *ibid.* Abbas ſimul ad D. Albani fuit 434, Ludolfum fratrem apud D. Albanum tumulat, *ibid.* Adelbertum Rugis Epiſcopum dandum cenſet, *ibid.* Ottonis II curam ſuſcipit, *ib.* Adelbertum a Rugis reuerſum benigne excipit, *ib.* Concilio ab Othone I Moguntiæ habito interfuiſſe dicitur Trithemio, *ibid.* patri ex Italia reduci obuiam progreditur 435, an Dietmarum Pragenſem ordinarit? *ibid.* Othonem II parentis iuſſu Romam comitatur, *ibid.* redux Mathildam auiam inuiſit, *ibid.* in reditu morte intercipitur 536, Epiſcopi munia præclare obiit, *ibid.* Archicancellarii dignitatem priuatiue poſſidendi & ad ſucceſſores transferendi initium feciſſe putatur 66, 436, vtrum Thuringiam & Haſſiam patris donatione acceperit? *ibid.* execrationis ſententiam in patrem ob dictam Adelheidem perperam deprompſiſſe dicitur 437

VVilligiſus Archiepiſcopus & Elector Moguntinus 449, diuerſimode ſcribitur, *ibid.* humili fuit genere natus, *ibid.* Schœninga oriundus, *ibid.* ad varias emerſit dignitates 449, 450, quo anno ſedem Archiepiſcopalem inierit 450, a Benedicto pallium obtinet, *ibid.* Magdeburgi præſto eſt Imperatori Othoni II, *ibid.* Diſibodenbergenſe clauſtrum inſtaurat, *ibid.* Albertum Epiſcopum Pragenſem ordinat, *ibid.* Godehardum Abbatem Hersfeldam deducit 451, Moguntiæ ædem metropolitanam ſtatuit, *ibid.* Collegiatæ Aſchaffenburgenſi villam Aſchaffa impetrat, *ibid.* Othonem Ducem, Othonis I nepotem, Aſchaffenburgi ſepelit, *ibid.* Retharium Paderbornenſem conſecrat, *ibid.* quitquid Cæſar iurium Bingæ habebat, obtinet, *ibid.* Othonem III, ſecundi filium, inaugurandum Aquisgranum deducit, *ibid.* eumque fouet, *ibid.* Volcoldum exſulem benigne excipit 452, Moguntiæ ædem D. Stephani ſtatuit 69, 452, D. Victoris ædem amplificat 52, Burchardum Collegio D. Victoris præficit, *ibid.* ædem Dorlonenſem dedicat 452, Corbeienſibus luculentum beneficium a Cæſare impetrat, *ibid.* ædi B. M. V. *ad gradus* valuas donat æreas, *ibid.* Aſchaffenburgi pontem exſitat & Bingæ 454, Halberſtadii intereſt inaugurationi ædis D. Stephani, *ibid.* Cæſari adeſt Gruonæ & Tremoniæ, *ibid.* Bervvardum Hildeſienſem conſecrat, *ibid.* Gandersheimenſe monaſterium ſibi ſubiicere ſtudet, *ib.* Strachyquatem Boiemis ordinaſſe dicitur 455, Cæſari rurſum præſto eſt, *ibid.* memoriam beneficiorum eccleſiæ præſtitorum ſeruari vult, *ibid.* Collegiatæ D. Stephani largos impetrat reditus, *ibid.* Moguntiæ adeſt Cæſari, *ibid.* foreſtum cum iure venandi pro ſe ſuisque ſucceſſoribus ab eo conſequitur, *ibid.* Burchardum Wormatienſem ordinat, *ibid.* D. Victoris Collegiatæ a Cæſare diuerſa impetrat prædia, *ibid.* Henricum II eligit & vngit 456, vngit & Kunigundam, *ibid.* Cæſarem Vltraiectum proſequitur, *ibid.* eundem ad bellum euntem comitatur, *ibid.* coniuratorum vni exorat veniam, *ibid.* ad Giſilerum Magdeburgenſem mittitur, *ibid.* Taginonem Magdeburgenſem conſecrat, *ibid.* iuri omni in parthenonem Gandershemenſem renuntiat, *ib.* Cæſaris conſilium de Epiſcopatu Bambergenſi erigendo ratum habet, *ibid.* metropolitanam Moguntinenſem dedicat, *ibid.* incenſam mox reædificare incipit, *ibid.* ædibus ſacris multa donat ornamenta, *ibid.* metropolitanæ crucem *Bennam*, aliaque, *ib.* Meinvvercum Paderbornenſem Epiſcopi ritu initiat, *ibid.* moritur 457, 458, ſepelitur in æde S. Stephani 458, pio ſtudio eleuatur, *ibid.* ruſtico quodam celebratur carmine 457, ortus ſui ſemper fuit memor 458

VVillibaldus auctor vitæ Bonifacianæ alius eſt a *VVillibaldo* Eichſtadenſi Epiſcopo 202, Othlonum nactus eſt Exegeten 204

S. *VVillibrordus* Anglus ab Egberto miſſus venit in Friſiam 285, it Romam, *ibid.* conſecratur Epiſcopus, *ibid.* ſedem Epiſcopalem Traiecti erigit 286, Bonifacium ſibi ſucceſſorem conſtituere intendit 213, 286, a liberalitate in pauperes quibusdam dicitur *VVilligbrodus* 285

de *VVilnau* (Adolfus *Comes*) 740, 741

VVinbertus Abbas eruditionis fama clarus 278, D. Bonifacii fuit præceptor, *ibid.*

des VVinds Sodalitas 800

VVinfeld Varianæ locus cladis 20

VVinfridus primo dicebatur *D. Bonifacius* 291, nomen hoc vnde deriuetur, *ibid.*

VVinſpergii Dynaſtæ poſſeſſiones ſuas habuere in Sueuiæ & Franconiæ confiniis 703, Camerariorum Imperii hereditariorum dignitate claruerunt, *ibid.*

de *VVinzenburg* (Hermannus) monaſterium Reinhuſanum fundat 535, caſtrum *Schonenberg* B. Martino donat & beneficii titulo recipit 556

VVintzingerodii a Moguntino compeſcuntur 730

de *VVirtenberg* (Henricus *Comes*) *Adolfi II* Archiepiſcopi fit Coadiutor 782, fœdus cum eo facit, *ibid.* de regimine Archiepiſcopatus decedit 784, immittitur in præfecturam Biſchofsheimenſem cum reditibus poſſidendam, *ibid.* quam tamen poſtea dimittit 786, Pontifice quidem vrgente 1026

VVirtenbergicus Ducatus Auſtriacis ſub haſta venditur 828

VVirtzburgenſis (Burchardus *Epiſcopus*) isque omnium primus 299, 312, Wirtzburgi a D. Bonifacio præſentatur 338 ſeqq. quando id factum 339 ſeq. ſynodo intereſt Germanicæ 1, 326, 340, ordinationi item Wilibaldi Epiſcopi Eichſtadenſis, *ibid.*

(Einhardus *Epiſcopus*) cathedram quando inſcenderit 526

(Franciſcus *Epiſcopus*) Suecorum metu Coloniam ſe recipit 946, ad Galliarum Regem legati mittitur titulo, *ibid.*

(Ioannes *Epiſcopus*) fit Prouiſor Fuldenſis 736, cum Suinfurtenſibus acriter contendit, *ibid.*

(Ioannes Philippus *Epiſcopus*) e gente *Schönbornia* 959, Præpoſitus antea fuit ad *D. Burchardi* 960, moritur & ſepelitur 974

(Ioannes Philippus Franciſcus *Epiſcopus*) conſecratur a patruo *Lothario Franciſco*, Archiepiſcopo Moguntino 994 & ſeq.

(Iulius *Epiſcopus*) natus *Petro Echter* 866, Canonicus fuit Moguntinus 888, magnæ prudentiæ, zelique Princeps, *ibid.*

(Laurentius *Epiſcopus*) cognomento *a Bibra*, ad ſedandos motus Erfurtum a Maximiliano I Imperatore mittitur 819

(Megingaudus *Epiſcopus*) Burchardi ſucceſſor 313

(Otho *Epiſcopus*) cum Herbipolenſibus lites exercet 658, a Moguntino accipit auxilia 659, eidem contra *Rupertum* Palatinum fert ſuppetias, *ibid.*

(Petrus Philippus *Epiſcopus*) Damianum Hartardum Archiepiſcopum Moguntinum conſecrat 979

(Sigiſmundus *Epiſcopus*) confirmatur 755

VViſbaden oppidum a *Ludouico* IV fruſtra oppugnatur 642

VVitgenſtein caſtrum Witgenſteinenſibus confertur 591

de *VVittelſpach* (Otho *Comes*) *Philippum* Cæſarem occidit 581, 586, 587

VVoldenſtein caſtrum a Theoderico Archiepiſcopo expugnatur 759

D. *VVolfgangi* prope Hanouiam monaſterium 828, Ordinis Seruitarum, *ibid.* priuilegium conſequitur ab Alberto Cardinale & Archiepiſcopo, *ibid.*

olfgangus Elector Moguntinus 887, gente Dalbergiorum ortus, *ibid.* varias obit dignitates 888, Archiepiſcopus eligitur, *ibid.* a Rudolfo Cæſare magni æſtimatur 889, ad Auguſtana proficiſcitur Comitia, *ibid.* pallium obtinet, *ibid.* in vnionem Electoralem recipitur, *ibid.* regalia conſequitur a Cæſare, *ibid.* Gebhardi Colonienſis conſilia Bauariæ Duci deſcribit 890, Diaconus & Presbyter ordinatur, *ibid.* de moribus Clericorum corrigendis ſollicitus eſt, *ibid.* Aſchaffenburgi conſecratur Epiſcopus, *ibid.* Auguſtum Saxoniæ Ducem Moguntiæ excipit, *ibid.* Carolum Lotharingum & Bauaros Duces, Moguntiæ ſolitum munus reſidendo implentes, omnibus proſequitur officiis, *ibid.* erga PP. Societatis Ieſu admodum eſt beneuolus 891, 892, Societatis huius gratia ad Poloniæ Regem ſcribit 893, & ab eo recipit literas, *ibid.* Gabrielem Patriarcham beneuole excipit 896, indulgentias a Papa conceſſas promulgat, *ibid.* Moguntiam aduerſus periculum imminens firmo inſtruit præſidio 897, de bello Turcis inferendo cum legatis Cæſareis deliberat, *ibid.* Ratisbonenſibus intereſt Comitiis, *ib.* a Palatino eiusque coniuge inuiſitur, *ibid.* Hœchſtanam arcem abſoluit, *ibid.* a Clemente VIII periculi a Turca imminentis admonetur 897, moritur Aſchaffenburgi 898, Moguntiam deuehitur, *ibid.* ſepelitur in metropolitana 898, a ſingularibus virtutibus in concione laudatur exſequiali 899

VVormatia a Gallis capitur 955

VVormatienſis Sedes an Moguntinam ſub ſe habuerit 49, 51, & fuerit Archiepiſcopus 50, qui dein Moguntiam translatus 50, 51, hodie Moguntino ſubiacet 52

VVormatienſis (Burchardus *Epiſcopus*) Willigiſi familiariſſimus 452, Præpoſitus antea fuit Moguntiæ ad D. Victoris, *ibid.* Antiſtes conſtituitur ab Ottone III 453

(Hen-

Digitized by Google

INDEX V

Rerum præcipuarum.

(Henricus *Epiſcopus*) a *Conrado* Haſſiæ Landgrauio in prœlio capitur 595

(Ioannes *Epiſcopus*) conſecrat *Bertholdum* Archiepiſcopum Moguntinum 798, multæ Præſul eſt eruditionis 888

(Ludouicus *Epiſcopus*) cognomento *ab Aſt*, eligitur 760, delatos ſibi honores refugit, *ibid.*

(Lupoldus *Epiſcopus*) 585, perperam *Diepoldus* a quibusdam dicitur, *ibid.* Nobilium *Schönfeldiorum* ortus proſapia fuit, *ibid.* inſigni corporis enituit ſpecie, *ibid.* Præpoſitus antea fuit Neohuſanus, *ibid.*

VVormatienſes Richardo aduerſantur 612, Alberti I Cæſaris partes ſequuntur 633

S. VVunibaldus S. Willibaldi & Walpurgis frater 276, ſeptem in Thuringia eccleſiis a D. Bonifacio præfectus dicitur 300, moritur, *ibid.* colitur poſt mortem, *ibid.*

de *VVyſs* (Antonius) Ord. Bened. Præpoſitus montis *D. Georgii* 781, in Conſiliarium cooptatur ab Adolfo II, *ibid.*

Z

Zaringiæ Dux (Rudolfus) occiſo *Arnoldo* a Moguntinis eligitur 564, reiicitur a Cæſare, *ibid.*

Zapp (Paulinus) ad colligendas pecunias a Cypri Rege in Germaniam mittitur 766

de *Zeukam* (Georgius) a prædonibus e nobilitate capitur 696, iureiurando ad ſilentium ſeruandum adigitur, *ibid.* ſoluitur hoc nexu, *ibid.*

de *Ziegenhain*

(Otto *Comes*) nepos *S. Eliſabethæ*, ſepultus in *loco Memoriæ* 70

(Godefridus *Comes*) in defenſorem caſtri Ameneburg a *VVernhero* recipitur 619, cum *Gerhardo II* redit in concordiam 629

(Ioannes *Comes*) a Petro in caſtrenſem cooptatur 659, *Franckenhain* villam ei in feudum offert, *ibid.* *Matthiæ* opem aduerſus Haſſum promittit 650

(Otto *Comes*) pactionem facit cum *Ioanne II* Archiepiſcopo 727, fit Archiepiſcopus Treuirenſis, *ibid.*

(Ioannes *Comes*) fideiuſſor a *Conrado III* Archiepiſcopo datur Ludouico Landgrauio Haſſiæ 742

Zieglerus (Ioannes Reinhardus) S. I. Bruxellas mittitur ad Iſabellam Gubernatricem 929, Ioanni Suicardo ſermonem habet exſequialem 929, pallii petendi cauſſa Romam mittitur a *Georgio Friderico* 935, ab *Anſelmo* itidem *Caſimiro* 941, laudatur a Pontifice 941

Zieglerus (Nicolaus) ſummus *Maximiliani I* Secretarius 827, emit dynaſtiam Alſatiæ inferioris *Barr*, *ibid.*

Zvvingenberg caſtrum *Ioanni II* Archiepiſcopo cum Catimelibocenſi diſceptandi præbet materiem 718

Operarum

Digitized by Google

Operarum feſtinatione & negligentia, vt fieri ſolet, irrepſerunt ſphalmata non plane nulla. Quorum potiora proin ſequenti modo eiecta velim aut emendata, antequam ad Tomi huius vſum & lectionem accedas.

in præf. ſect. 3 p. 5	pro *Stephanus*	l. *Chriſtianus Hartmanus*
p. 32 v. 49 col. 2	pro *anguſtiorem*	l. *anguſtiorem*
p. 35 v. 37	pro *potem*	l. *pontem*
p. 103 v. 18 col. 2	pro *ordinarius*	l. *ordinatus*
p. 234 v. 5	pro *indicimus*	l. *iudicium*
p. 238 v. 29	pro *raſentes*	l. *praſentes*
p. 247 v. 29 cap. 6	pro *procantes*	l. *pronocantes*
p. 258 v. 25 col. 2	pro *concudis*	l. *concludis*
p. 284 v. vlt.	pro *poſſiis*	l. *poſſit*
p. 296 v. 48 col. 1	pro *deſtinci*	l. *deſtinui*
p. 305 v. 38 notat. 26	pro *genere*	l. *gerere*
p. 388 in marg.	pro *Capituria*	l. *Capitularia*
p. 399 v. 15	pro *Deuteronium*	l. *Deuteronomium*
p. 402 v. 53 col. 2	l. *nec* non omnium Sanctorum.	
p. 415 v. 43 col. 2	l. ita habet *ad* VII Id. Septembr. Ob.	
p. 416 v. 13 col. 1	pro *poſium*	l. *poſitum*
p. 436 v. 17	pro *ſancta*	l. *ſanctam*
p. 446 v. 6	pro *metu*	l. *motu*
p. 465 in marg.	pro *idem*	l. *item*
p. 468 v. 36 col. 2	pro *MDLI*	l. *MLI*
p. 475 v. 57 col. 1	pro *MXXXI*	l. *MXXI*
p. 482 v. 26	pro *currum*	l. *curiam*
p. 500 v. 24	pro *Clauſa*	l. *Cluſa*
p. 522 v. 4 col. 1	pro *Primi*	l. *Primum*
p. 565 in tab. geneal.	pro *Pareorum*	l. *Pareum*
p. 568 v. 53 col. 1	pro *Datavienſis*	l. *Patavienſis*
p. 591 v. 21 col. 2	pro *initia*	l. *inita*
p. 592 v. 4 col. 2 n. 10	pro *corrigendi*	l. *corrigendus*
p. 610 v. 47 col. 1	pro *perſcriptam*	l. *præſcriptam*
p. 622 in margine	pro *Hanonia*	l. *Haynonia*
p. 624 v. 55	pro *locoque*	l. *iocoque*
p. 635 v. 35 col. 1	pro *Canicorum*	l. *Canonicorum*
p. 636 v. 37 col. 1	pro *Kellenberg*	l. *Kellerberg*, & ſic etiam in indice
p. 637 v. 13 col. 2	l. *a* Petro numerarentur	
p. 642 v. 2 col. 2	pro *Comite Hohenloenſi*	l. *Domino* de *Hohenloe*
p. 653 v. 51 col. 2	pro *Hartungo*	l. *Hartmudo*
p. 658 v. 12 col. 2	poſt, *nota eſt*, adde, *conceſſum fuit*	
p. 670 v. 12 col. 2	pro *ſignada*	l. *ſignanda*
p. 712 v. 3 col. 2	pro *Barbati patrem*	l. *Barbati annum*
p. 782 v. 29 col. 2	pro *vt ſe*	l. *vnd ſo*
p. 819 v. 4 col. 2	pro *vidſus*	l. *viſus*
p. 827 v. 2 col. 2	pro *homnemi*	l. *hominem*
p. 840 v. 35 col. 2	pro *Iulium* Doctorem	l. *Iurium*
p. 879 v. 54 col. 1	pro *συμάθειαν*	l. *συμπάθειαν*
p. 941 v. 49	pro *Ioannem Reinhard.* de *Hoheneck*	l. *Ioannem Philippum*
p. 1000 v. 15	l. *introducta* coram *nobis*	
p. 1003	pro *donaretur*	l. *dotaretur*

Cetera, cum in oculos ſtatim incurrant, ipſe, quod peto, emendabis.

F I N I S.

Digitized by Google

141 ~~14~~
N
6

Digitized by Google

141
N
6

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google